GRANADA
Salt A
6
132

B-5470
3
L-509
Bote 2 = 1 N = 0
J-5-509
3
-97
25
MADE IN SPAIN

De la Libreria del Colegio Mayor de Ma. Ma. Universidad de Granada

NICOLAI VIGELII
Jurisconsulti

METHODVS VNIVERSI IVRIS CIVILIS ABSOLVTISSIMA.

In PARTES SEPTEM distributa.

Quarum

I. IVS PVBLICVM, siue Iura Magistratuum, & Iudiciorum:
II. IVS PRIVATVM, seu Personarum:
III. IVS RERVM, siue Dominiorum & Possessionum:
IV. CAVSÆ IVRIS LVCRATIVÆ, Hæreditates & Legata:
V. CAVSÆ ONEROSÆ, Pacta, obligationes & actiones ex contractu:
VI. OBLIGATIONES & actiones ex delictis descendentes, &
VII. CAVSÆ IVRIS RETINENDI, amittendi, & recuperandi, continentur.

Subiunctis TITVLIS duobus generalibus,

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE, ET REGVLIS IVRIS.

Opus præstantissimum, afflictæ IVRISPRVDENTIAE Romanæ sacrum.

Nunc postremùm ab AVTHORE ipso recognitum, plurimis in locis emendatum, auctum, & characterum varietate distinctum.

ADIECTA

Triplicis Ipsius METHODI, Iuris Ciuilis, Pontificij, & Controuersi COLLATIONE.

ET INDICE absoluto.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2 C. 25 N. 8.

FRANCOFVRTI,
Sumptibus Ludouici Regis, Bibliopol.
M. DC. XXVIII.

DIALOGVS DE ROMANA IVRISPRVDENTIA RECVPERANDA.

INTERLOCVTORES:

IVRISPRVDENTIA ROMANA, IVSTITIA, IVRISPRVDENTIA MAHOMETICA, VIGELIVS.

IVrisprudentia Romana: O me miseram, ô infœlicissimam me, quæ de tanto fastigio sum deiecta. Olim dominabar Europæ, Asiæ & Africæ, toti propemodum terrarum orbi: hodie vix ossibus hæreo, & ab omnibus prope gentibus despicior, cum soror mea Jurisprudentia Mahometica, per Asiam & Africam florens, me de possessione tantorum regnorum deiecerit. Adibo matrem Iustitiam, eiq; hanc tam atrocem iniuriam, à sorore mihi illatam, conquerar. Salue mater Iustitia. Iustitia: Salue & tu mea filia. Quomodo res habent tuæ? Videris solito tristior. Jurisprud. Roman. Tristitiæ meæ, ô mater, præcipua causa est soror mea Jurisprudentia Mahometica, quæ me sedibus expulit, & maximam partem meorum regnorum per vim occupauit. Si tibi, ô mater, aliquà Jurisprudentiæ Romanæ cura est, obnixè rogo, vt illam sororis meæ insolentiam coërceas, meq; in pristinam regnorum meorum possessionem, de qua sum deiecta, facias restitui. Iustitia. Magnum est, quod de sorore tua cõquereris, ô filia: poterisne ista, si opus sit, probare? Jurisprud. Rom. O mater mea, notoria sunt, quæ adfero: regnaq; non solum Europæ, sed etiam Asiæ & Africæ olim à me possessa, meq; ab iis nunc deiectam esse, lippis notum est atq; tonsoribus. Justit. Sed quia agunt armata militia viri Romani, qui te in tua possessione nõ defenderunt? Jurisp. Rom. Illi de religione inter se decertant, mei exiguam habent curam. Dum de cœlo certant, terram amittunt. Iustit. Audiam sororis tuæ ad tuam querelam responsum, ne se inauditam à me damnatam esse conqueri possit. En lupus (quod aiunt) est in fabula. Quid noui adfers Jurisprudentia Mahometica? Satisne salua omnia? Jurisprud. Mahom. Satis salua sunt omnia, mea ma-

ter. Viri armatæ militiæ me in magno habent honore propter te, ac ius fidemq; in moribus hominum summa vi tuentur, ipsiq; seruant sedulo. Ideoq; omnia mea regna pacata sunt atq; tranquilla. Justit. Agnoscisne sororem tuam Iurisprudentiam Romanam? Jurisprud. Mahomet. Agnosco: sed eius apud nostros homines exigua est cura. Jurisprud. Rom. Hoc tua culpa factum est scelesta, quæ me de possessione tantorum regnorum contra ius fasq; deiecisti. Rogo, ô mater Iustitia, per Deos hominesq;, vt te vindicem præbeas tantæ iniuriæ, mihi à sorore nequissima illatæ. Jurisprud. Mahomet. Bona verba quæso. Egone te de possessione regnorum meorum deieci? Jurisprud. Roman. Negare id audes impudentissima, quod lippis tonsoribusq; notum est? Jurisprud. Mahomet. Nego constanter, ac protestor de tam atroci iniuria mihi à te facta. Ego hoc vel iureiurando affirmare ausim, iis temporibus, quibus regna Asiæ & Africæ occupabam, nihil Romanæ Iurisprudentiæ in istis fuisse. Omnia oratorum opinionibus ac persuasionibus regebantur, contentionibus ac dissidiis omnia feruebant, nullum constans ius, de religione magna erat contentio, quæ tamen magis hominum sceleribus prætexebatur, quam colebatur serio: in summa, Eloquentia in istis regnis tunc temporis dominabatur, omnis Iurisprudentia explosa. Eloquentiam iis in regnis de sua possessione deieci, Rebus publicis recte administrandis ineptam atq; indignam. Quod si ab ea tu quondam deiecta es (quod quidem verisimile est) illa tibi potius accusanda est quàm ego. Sic enim tuus Iurisconsultus ait: Cum à te vi deiectus sum, si Titius eandē rem vi possidere cœperit: non possum cū alio quàm tecum experiri interdicto. Sed quid de orientalibus regnis contendimus, quæ dudū præscripsi. Inspice occidentis regna. Quotus quisq; in iis est, qui vel prima iudicādi principia intelligat? Omnes fatētur, litis contestationē iudiciorum esse fundamentum, sed quid litis contestatio sit, & quomodo fiat, nemo est, qui sciat: Qualem autē Iurisprudentiam in iis regnis esse putas, ô mater Iustitia, in quibus ab ipso iudiciorum fundamento erratur, nemoq; est, qui vel prima iudicandi principia intelligit? Iurisprudentia enim in iudicando magis quàm in disputando consistit. Eloquentia in istis regnis imperat, impudentissima meretrix, quæ se affectibus hominū accōmodans, ius fidemq; in rebus humanis peruertit, leges flectit ac reflectit ad suum ipsius cōmodum: quia vtile magis quàm honestū curat. fascinat reges ac principes occidentis, quos inuicem committit, suaq; contentione omnia reddit incerta ac dubia, vt populus, quid sibi credendum vel sequendum sit, ignoret: amat Academicam disputandi licentiam, omne animi sensusq; iudicium aspernata. Qua sua leuitate omnia facit dissidiorum

sidiorum plena, omnia turbulenta reddit, tumultusq; ac seditiones in populis excitat. Nisi igitur tu, soror mea, iure tuo vsa, tam scelestam fœminam de solio deieceris, & pristinam tuam possessionem regnorum occidentalium recuperaueris, ego armata mea militia perrumpam, & regna ista, quemadmodum orientis regna, Eloquentia deiecta occupabo. Leges meæ armatæ sunt, tuæ inermes. Justit. Quid ad hæc respondes, filia mea? quid taces? cur lachrymaris? Jurisprud. Rom. O mater mea, præ lachrymis nihil effari possum, quæram aduocatum, qui causam meam agat. Justit. Quem aduocatum quæres, cum omnes oratores (vt intelligo) habeas tibi aduersos? Jurisprud. Rom. Vigelium quæram, qui mei causa multa est perpessus, & oratorum odium in se concitauit, vt omnia dicta factaq; eius captent, quo aliquam eum calumniandi ansam arripiant. Justit. Profecto nisi oratores scelerate mali essent, non violarent nomen famamq; Vigelij optime de iure meriti. Sed eas & aduocatum tuum adducas. Jurisprud. Roman. Salue mi Vigeli. Vigel. Salue & tu, Domina mea charissima. Jurisprud. Roman. Opus est mihi tuo patrocinio. Vigel. Tibi, ô Domina, patrocinabor, quamdiu spiritus pos regit artus. Dic, quæ est causa, in qua patrocinium meum desideras. Jurisprud. Rom. Conquesta sum apud matrem Justitiam de iniuria mihi à sorore mea Iurisprudētia Mahometica illata, quod me de regnis orientis deiecerit. Illa culpa à se in Eloquentiam transfert, à qua dicit me deiectam esse, quemadmodum ab eadem de regnis occidentis sim deiecta: minatur que, nisi possessionem regnorum occidentis Eloquentia rursus eripiam, se armata sua militia eam deiecturam, regnaq; occidentis occupaturam esse. Suas enim leges dicit armatas, meas esse inermes. Vigel. Vereor, ô Domina, ne aduersaria tua istam suam exceptionem sit probatura. Constat enim ex historiis, Eloquentiam orientis regna occupasse te deiecta, & inter eius alumnos (oratores puta) non satis conuenisse. Est enim contentiosum hominum genus. Vnde magna orientis dissipatio secuta est, iusq; ac iustitia ciuilis de medio sublata. Qua occasione vsa Mahometica Iurisprudentia, orientis regna occupauit, Eloquentia rursus ex iis deiecta, & hoc modo pacem & tranquillitatem publicam istis regnis restituit. Constat item oratores sua Eloquentia occidentis regna misere dissipasse, suisq; dissidiis ac contentionibus adhuc dissipare, vt nec pacis, nec concordiæ recuperandæ vlla in iis spes supersit, nisi vel tu, vel soror tua, illa explosa, possessionem regnorum ac Rerumpublicarum occidentis recuperauerit, nec falso dixit soror tua, suas leges armatas esse, tuas inermes. Itaq; metuendum, ne tu vnquam possessionem pristinam recuperes. Eloquentia enim omnes

ſcholas, omnia iudicia, omnesq; occidentis aulas ſuis blanditiis occupauit, maioresq; vires adepta eſt, quam vt tu eam vi deiicere queas. Juriſprud. Rom. Quid igitur conſilij das, mi alumne, vt miſeræ mihi & afflictæ ſuccurratur? Vigel. In poſſeſſorio iudicio aduerſus Mahometicam Iuriſprudentiam nihil obtinebis. Eius enim exceptio tam in iure quàm in facto ſubſiſtit, nec qua replicatione queat elidi, animaduerto. In petitorio iudicio forte aliquid obtinere poſſes, ſi non longiſſimi temporis præſcriptio tibi obſtaret. Quanquam malæ fidei poſſeſſor nullo tempore præſcribit. Attamen vereor, etiamſi in hoc iudicio obtineres, executionem tibi defuturam. Leges enim tuæ (vt aduerſaria tua recte dixit) valde ſunt inermes, quod multi boni viri conquerunturr. Illud ſuaſerim, vt omiſis regnis orientis, in quibus recuperandis ſpes nulla tibi reliqua eſt, è regnis occidentis Eloquentiam quoquo modo poſſis, eiicere coneris, eaque recuperare, priusquam ſoror tua Iuriſprudentia Mahometica, cuius leges multum ſunt armatæ, eiectis oratoribus ea vi occupauerit. Juriſprud. Roman. Sed modum eius mihi monſtra. Vigel. Difficile quidem id, quod dixi, tibi futurum eſt: attamen ſcholis Iuriſconſultorum recte reformatis, nonnulla ſpes eſſet Eloquentiam deiiciendi, ac poſſeſſionem priſtinam recuperandi. Juriſprud. Roman. Quam reformationem mihi narras? Vigel. Vt leges tuæ in ſcholis ordine doceantur ac diſcantur, vt tam doctrina iuris quam exercitatio ſcholaſtica forenſibus actionibus non depraua tis accommodetur, vt iuuentus de cauſis & controuerſiis hominum certo & conſtanter potius iudicare, quam perorando ac diſputando litibus omnia miſcere, adſueſcat. Ita enim tandem futurum eſſet, vt Eloquentiæ fumus tanquam ſole orto euaneſceret. Iuriſprud. Roman. Bene mones, mi alumne: ſed quis iſtam reformationem auſpicabitur? Vigel. Imperator cum ſtatibus Imperij Romani magnum adiumentum ad eam inſtituendam adferre poſſent, ac Germaniæ perpetuum decus conciliare. Sed vereor ne Eloquentia, quæ in ipſorum aulis multum poteſt, abſterreantur, præſertim cum eius illecebris faſcinati plurimum de religione inter ſe contendant, vt iuris ac Iuriſprudentiæ exiguam curam habere videantur. Reſpublica Venetorum prudentem habet Seuatum, qui non tam Eloquentia mouetur, quam ducitur ratione, ac ſedulo cogitat, quomodo Iuriſprudentiam Mahometicam, quæ ceruicibus ſuorum imminet, prudenter excludat. Hic ſi intellexerit rationem tui recuperandæ, facile tibi (niſi me coniectura fallit) manus porriget, ac quocunq; poſſit modo tibi ſubueniet. Iuriſprud. Rom. Rogo itaq; mi alumne, vt ſenatum Venetum accedas, proq; me intercedas, ac ei perſuadeas, vt exploſa è ſcholis ſuis Eloquentia, mihi afflictæ ſuc-

ctæ ſuccurrat. Vigel. Perſuadere oratorum eſt: orator non ſum. Iuriſprud. Rom. Oratores ſua Eloquentia ſtultos mouent, non ſapientes. Si ſapit Senatus Venetus (vt intellexi) Eloquentia nunc huc, nunc illuc non mouebitur, ſed prudenti tuo conſilio obſequetur. Vigel. Sed aliud adhuc obſtat, quo minus tibi patrocinium meum apud dictum Senatum ſit profuturum. Itali homines Germanos pro barbaris habent, nec illorum ineptias curant. Juriſprud. Roman. Tenta ſaltem aliquid mei cauſa, mi alumne. Nam ſi prudens Senatus eſt, vti dixiſti, non deſpiciet vel holitorem opportuna loquentem. Siquidem (vt in prouerbio eſt) ſæpe etiam eſt holitor verba opportuna locutus. Vigel. Ego tui gratia, mi domina, nihil intentatum relinquam. Adibo itaque Senatum Venetum, vt iubes, omnemq; mouebo lapidem, quo priſtinam authoritatem atque poſſeſſionem recuperes. Juriſprud. Roman. Eas bonis auibus, mi alumne.

Ego interim ad matrem meam redeo, omnia ea, quæ inter nos acta ſunt, ei expoſitura.

AMPLISSIMO, PRVDENTISSIMOQVE SENATVI VENETO

NICOLAVS VIGELIVS I.C. S. P. D.

QVAM misera sit iuris ac Iurisprudentiæ Romanæ cõditio, vos, ô Patres amplissimi ac prudentissimi, perspicere non dubito. Notum enim est lippis (quod aiunt) atq; tonsoribus, Ius Romanum, quod actionibus humanis ordinẽ præscribit, ipsum omni carere ordine. Vnde fit, vt cum in iudiciis excipiatur, replicetur, &c. nemo tamen in tanta legum confusione scire possit, quæ cuiusq; iuris sint exceptiones, replicationes, duplicationes: cumq; secundum ius Romanum controuersiæ hominum sint decidendæ, illud iurisconsultorum vel oratorum potius ingeniis Academica disputandi licentia adeo sit deprauatum, vt fere nihil in eo non videatur esse controuersum: cumque litis contestatio confessione omnium, sit iudiciorum fundamentum, nemo tamen quid sit litis contestatio, & quomodo lis sit contestanda, sciat: adeo in ipso iudiciorum fundamento erratur, primaque iudicandi principia negantur ab iis, qui passim se pro Iurisconsultis venditant, & iudicandi munere funguntur. Hinc euenit, vt in vna causa sæpe decem, interdum viginti procedatur annis, quæ vel vno mense expediri posset. Replentur litibus omnia tribunalia, audacia pro sapientia est. Eloquentia pro Iurisprudentia, hypocrisis pro iustitia, summa in iure dicendo incertitudo ac inconstantia, res iudicatæ facile retractantur aut executione carent, in legibus figendis ac refigendis magna leuitas. Hinc omnis disciplinæ dissolutio sequitur, ius fidesque in moribus hominum euanescit, ac ciuilis societas collabitur, vt ipsa rerum natura in occidentalibus regnis aut Iurisprudentiæ Romanæ restaurationẽ, aut Mahometicæ Iurisprudentiæ propagationem videatur efflagitare. Ego quidem homo priuatus Romanæ Iurisprudentiæ restaurationem pro mea virili iuui, leges canonesque cum controuersis Doctorum opinionibus in certum ordinem ac Methodum redigendo. Qua ratione ius vtrunque non solum à sua confusione, qua laborabat, liberasse, sed etiam ex infinito finitum reddidisse mihi videor. Certam quoq; de causis tam ordinariis quam extraordinarijs judicandi rationem, antea incognitam, in lucem protuli, quaque ratione iudex se ex controuerso iure extricare queat, ostendi: necnon in Repertorio meo viam monstra-

monstraui facilem causas hominum incidentes ad suas actiones certis limitibus in iure descriptas examinandi. Institutiones denique ad vsum fori non deprauatam accommodatas conscripsi, iuuentutem quasi per gradus ab imo ad summum ad solidã vtriusque Iuris cognitionem deducens. Nam ex Institutionibus, quæ primum gradum repræsentant, studiosos in Repertorium meum deduco, ex Repertorio in triplicem Methodum meam, videlicet Iuris ciuilis, pontificij & controuersi. Ex Methodo iuris ciuilis eos postea deduco in vniuersum Ius ciuile certiore ordine legendum: quemadmodum ex Methodo iuris Pontificij in vniuersum ius Põtificium, necnon ex Methodo iuris controuersi in Doctorum opiniones ac disputationes. Qua via si vtantur, non tantum illis erit periculum ne in iuris oceano, in quo multa præclara ingenia naufragium fecerunt, fluctibus nunc huc, nunc illuc impellantur, ac oberrent: sed solidam vtriusque Iuris cognitionem sine magno labore consequentur, & reipsa experientur, artem Iuris ciuilis (quod Cicero scribit) magis magnam atque vberem, quam difficilem & obscuram esse: necnon vsum iuris verum in causis hominum disputandis ac dijudicandis addiscent: vt non tam legulei vani, quam iurisconsulti solidi euadant. Videor igitur afflictæ Romanæ iurisprudentiæ magnum adiumentum (quod sine arrogantia scriptum volo) attulisse. Sed ea desiderat etiam curam magistratus publicam in scholis Iurisconsultorum recte instituendis. Nam cum scholæ iudiciorum ac Rerumpublicarum sint quasi seminaria, ex quibus viri moribus hominum regendis ac juri dicendo idonei prodeant: plurimum Rerumpublicarum interest, quales sint scholæ, & quomodo institutæ. In primis autem hoc in scholis Iurisconsultorum desideratur, vt ius in ijs ordine iusto doceatur ac discatur, vt tam doctrina juris quam exercitatio scholastica forensibus actionibus nõ deprauatis, quarum causa ius in scholis docetur, sit accommodata. Alioquin istis neglectis, fit vt juuenes è scholis ad forum progressi, nec inueniendi causarũ argumenta, nec judicandi rationem rectam norint. Hinc ad lites in Rebuspublicis perorando ac disputãdo excitandas ac multiplicandas, quam ad eas certo ac constanter judicando determinãdas ac finiendas, euadunt aptiores. Quæ res Rerumpublicarum pestis est præsentissima, & publicam magistratus curam reformationemque desiderat. Cum itaque patrocinium afflictæ Iurisprudentiæ Romanæ dudum susceperim, ac cogitarem, qui maxime magistratus ad dictam curam suscipiendam permoueri possent: vos, Patres amplissimi ac prudentissimi, notissimum mihi venistis in mentem: tum quia Iurisprudentia Romana ex Italia est oriunda, ideoque ab Ita-

ab Italis potissimum eius recuperandæ cura suscipienda: tum quia Italia præstantissima habet ingenia, quæ à me in studiis juris adjuuandis inchoata facilè ad perfectionem perducere queant: tum denique, quia Mahometica Iurisprudentia vestris regnis ac Rebuspublicis imminet, quæ commodius excludi non potest, quàm Romana Iurisprudentia restaurata. Hæc sunt, Patres amplissimi ac prudẽtissimi, quæ mihi spem faciunt non exiguam, vos mecum afflictæ Romanæ Iurisprudentiæ succursuros esse. Quibus addo & hoc, si aliqua gens in occidentalibus regnis emerserit, quæ omissis oratorum de religione contentionibus, afflictæ Romanæ Iurisprudentię succurrat, eamque recuperet, istam gentem non minorem in occidentalibus regnis hominum fauorem sibi conciliaturam, ac quõdam Saraceni in regnis Orientalibus sunt consecuti. Nam omnes homines dissensionibus oratorum, quibus regna occidentis haud aliter ac olim orientis regna concutiuntur ac vastantur, pertæsi, ius certum finitumque ac constans efflagitare videntur. Vt autem vos, ô Patres amplissimi ac prudentissimi, ad dictam curã suscipiendam facilius permoueam, Methodum hanc Iuris ciuilis, munus pro vestra quidem Amplitudine exiguũ, sed pro mea tenuitate magnum, vobis dedico. Hæc Methodus ab initio à me conscripta est, tanquã leuiter compacta & ad tempus comparata contignatio, operi Digestorum meorum attollendo subseruiens. Vnde opere isto Digestorum meorum absoluto, istam contignationem, quasi officio suo perfunctam, disjici atque aboleri cupiebam, ne operi jam absoluto officeret. Verum omnib. Methodi exemplaribus distractis, Typographus aliquoties apud me vrsit, vt Methodum istam recognoscerem, addens, nisi à se recuderetur, fore vt ab aliis imprimeretur incorrecta. Vnde cum aliis negotijs tum temporis essem districtus, amico meo, Doctori Hermanno Winhouio, hanc curam delegaui, vt Methodum ex meis Digestis concinnaret, regulis & regularum exceptionibus breuiter extractis, verbisque textuum omissis. Quod cum ab eo factum esset, Methodusq; talis excusa: eam quasi filium antea abdicatum rursus in gratiam recepi, recognoui, multisque in locis correxi, & nonnulla quæ in Digestis desiderabantur, addidi. Hanc itaque Methodum, antea quidem abdicatam, nunc autem in gratiam à me receptam, recognitam, multisq; in locis emendatam & auctam, vobis, Patres amplissimi ac prudentissimi, dedico, simulque vt miseræ & afflictæ Romanæ Iurisprudentiæ eo quo dixi modo succurratis, rogo obtestorque, de genere humano optime promerituri, vestræq; genti perpetuam gloriam paraturi. Valete.

PARTI-

PARTITIO TOTIVS IVRIS CIVILIS.

TOTVM Ius ciuile, in septem partes commodè diuidi potest. Nam omne ius aut ad publicam aut ad singulorum spectat vtilitatem: illud Publicum, hoc Priuatum ius vocatur. Spectant autem ad publicam vtilitatem: leges, magistratus, iudicia tam publica quam priuata, religio, fiscus, res militaris & ciuitatum. Horum iura legesq; Primam Iuris Ciuilis partem constituere possunt. Singuli verò ius habent aut in personis, aut in rebus: quibus sublatis, ipsum ius tolli necesse est. Sic ius habet in persona serui, dominus, quod Dominicam potestatem vocant: in persona liberti, patronus, quod Ius patronatus dicunt: in persona pupilli, tutor: in persona adulti, curator ius habet, quorum illud Tutela, hoc Cura nuncupatur: in vxoris persona maritus, & contra in mariti persona vxor ius habet, quod per nuptias constituitur. In personis denique liberorum, parentes ius habent, quod Patriam potestatem appellant. Ex hisce & similibus Iuris speciebus in persona consistentibus cum suis causis & actionibus, Secunda pars Iuris ciuilis confici potest.

In rebus autem, habemus dominium, possessionem, vsumfructum, vsum, seruitutes, & similia iura, quæ cum suis causis & actionibus in Tertiam partem reiici possunt. Porrò sunt causæ iuris generales, quibus Iura vel adquiruntur, vel conseruantur, vel amittuntur, vel denique amissa recuperantur. Adquiruntur iura per successiones tam ex testamento quàm ab intestato, per legata & fideicommissa, per donationes item & vsucapiones, quæ causæ cum suis actionibus, Quartæ parti possunt includi. Sed & adquiruntur iura per pacta & conuentiones, item per obligationes & actiones, quarum aliæ ex contractu, aliæ ex delicto nascuntur: illæ quidem Quintam, hæ verò Sextam partem constituere possunt. Conseruantur demum Iura per exceptiones, ac amittuntur per alienationes, capitis deminutiones, captiuitatem, &c. recuperantur denique amissa iura per in integrum restitutionem, postliminium, &c. cuius generis causæ in Septimam, eamque vltimam partem reiici possunt: adiunctis duobus titulis generalibus de Verborum significatione, & de Regulis iuris: quorum ille quidem leges declarat, hic vero confirmat.

Hoc modo toto Iure Ciuili in Septem partes distributo, tres quidem priores genera Iuris, cum singulorum generum causis & actionibus: quatuor vero posteriores, causas Iuris generales continebunt. Nam PRIMA quidem pars, Ius publicum: SECVNDA vero, Ius priuatum, quod in personis: TERTIA demum, Ius quod in rebus habemus, tractabit. Cumque causæ vel in adquirendo, vel in conseruando, vel in amittendo, vel denique in recuperando iure consistant, tres quidem sequentes partes, causas quibus iura aquiruntur, posterior vero reliquas continebit. Nam QVARTA pars comprehendet causas lucratiuas: puta Successiones tam ex testamento quam ab intestato, legata & fideicommissa, donationes & vsucapiones: QVINTA continebit pacta, obligationes, & actiones ex contractu: SEXTA, obligationes & actiones ex delicto descendentes: SEPTIMA denique & vltima pars, Exceptiones, capitis deminutiones, captiuitates, in integrum restitutiones, postliminium & alias similes causas, quibus iura vel conseruantur, vel amittuntur, vel amissa recuperantur, adiunctis dictis duobus Titulis generalibus. Hæ partes singulæ rursus in libros, libri in capita, capita in quæstiones ac membra subdiuidi possunt, singulis generibus in suas species ac membra subdiuisis, singulisq; speciebus ac membris per suos locos descriptis.

TABV-

TABVLA LIBRORVM SERIEM AC ORDINEM COMPLECTENS.

- **Ius ciuile tractat aut**
  - **Genera iuris. Est autem ius aliud**
    - Publicum: *Publica autem sunt*
      - PARTE I.
        - *Iura & Leges*
        - *Magistratus*
        - *Iudicia publica:* } *Lib. 1.*
        - *Iudicia priuata: Lib. 2.*
        - *Ecclesia & Religio*
        - *Fiscus*
        - *Militia*
        - *Ciuitates:* } *Lib. 3.*
    - Priuatum, *quod singuli habent aut in*
      - PARTE II. Personis: *vt est ius inter*
        - *Maritum & vxorem*
        - *Parentes ac liberos:* } *Lib. 4.*
        - *Tutorem & pupillum*
        - *Curatorem & adultum:* } *Lib. 5.*
        - *Dominum & seruum*
        - *Patronum & libertum:* } *Lib. 6.*
      - PARTE III. Rebus: *vt sunt*
        - *Dominium*
        - *Possessio*
        - *Vsusfructus*
        - *Vsus:* } *Lib. 7.*
        - *Seruitutes & Similia iura:* } *Lib. 8.*
  - **Causas iuris vel**
    - Adquirendi: *quæ sunt aut*
      - PARTE IIII. Lucratiuæ: *vt sunt*
        - Hæreditates.
          - *Ex testamento: Lib. 9.*
          - *Ab intestato: Lib. 10.* } *Cum suis actionibus: Lib. 11.*
        - Legata *& fideicommissa: Lib. 12. Cum suis actionibus: Lib. 13. & reliquis speciebus, necnon de donationibus: Lib. 14.*
      - Onerosæ: *vt sunt*
        - Obligationes, *&*
        - Actiones; } *Lib. 15. quæ sunt aut ex*
          - PARTE V. Cõtractu: *vel,*
            - Vero & *nominato, qui fit aut*
              - Verbis, *vt sunt verborum obligationes, quæ cum suis speciebus & adfinibus remediis tractantur Libro 16.*
              - Re, *vt est*
                - *Mutuum*
                - *Commodatum*
                - *Depositum:*
                - *Pignus:* } *Lib. 17.*
              - Literis: *De quo vide Libro 15. cap. 2. membr. 4.*
              - Consensu: *vt est*
                - *Emptio & venditio, Libro 18.*
                - *Locatio & conductio*
                - *Societas*
                - *Mandatum:* } *Lib. 19.*
            - Quasi *& innominato: Lib. 20.*
            - Hisce *accedunt contractus eorũ, qui sunt in aliena potestate, cum suis actionibus: Libro 21.*
          - PARTE VI. Maleficio: *vt est*
            - *Furtum*
            - *Rapina*
            - *Damnum*
            - *Iniuria:* } *Lib. 22. Horum species, & actionum adfinia remedia, tractantur Lib. 23.*
    - PARTE VII. Retinendi, *amittendi & recuperandi: vt sunt*
      - *Exceptiones & Liberationes:* } *Lib. 24.*
      - *In integrum restitutiones*
      - *Capitis deminutio*
      - *Captiuitas & postliminium*
      - *Quib. accedunt duo tituli generales de Verborum signif. & de Regulis iuris.* } *Lib. 25.*

RVBRI-

RVBRICARVM IVRIS CÆSAREI ET PONTIFICII INDEX.

Nota numerum præcedens, significat librum, hoc pacto: I. Institut. ff. & D. vbiq; fere Pandect. seu Digestorum: C. Codicis: A. Authenticorum: F. Feudorum: D. Decretalium: S. Sexti Decretalium: Cl. Clementinarum: V. Vigelii Digestorum: M. C. Methodi iuris ciuilis: M.P. Methodi iuris pontificii. M.R. Methodi iuris controuersi.

Prior numerus ad librum, posterior ad titulum, vel ad caput, in Vigelianis scilicet, refertur: vt, C. 9. 42. id est, Codicis libri non titulus quadragesimus secundus. A. 3. 7. id est, Authenticorum libri tertii seu collationis tertiæ titulus septimus. V. 34. 3. id est, Vigelii Digestorum libri tricesimiquarti caput tertium.

A.

Abigeis, ff. 47. 14. & C. 9. 37. & V. 47. 11. & M. C. 23.
abolitionibus, C. 9. 42. & V. 3. 11. & M. C. 1. 17.
Acceptilatione, ff. 46. 4.
acceptilationibus, C. 8. 44. & V. 46. 13. & M. C. 24. 11. M.R. 5. 12.
accusationibus & inscriptionibus, ff. 48. 2. & C. 9. 2. & V. 3. 5. & M. C. 1. 15.
accusationibus, inquisitionibus & denunciationibus, D. 5. & S. 5. 1. & M.P. 1. 14.
actione rerum amotarum, ff. 25. 2.
actionibus, I. 4. 6. & V. 36. 4. & M. C. 15. 3
actionibus empti & venditi, ff. 19. 1 & C. 4. 49 & V. 41. 3 & 42. 5. 9 & M. C. 18. 3. 10. 16 & M.R. 5 6
actionibus & obligationibus, ff. 44. 7 & C. 4. 10 & M.R. 5. 1.
actionibus hæreditariis, C. 4. 16.
actore à tutore seu curatore dando, C. 5. 61
Ademptione legatorum, I. 2. 21.
ademptione libertatis, ff. 40. 6.
ad exhibendum, ff. 10. 4. & C. 3. 42. V. 21. 10. & M. C. 7. 6.
adimendis vel transferendis legatis vel fideicommissis, ff. 34. 4. & V 32. 8. & M. C. 12. 7.
adiutoribus quæstoris, A. 4. 14.
ad legem Aquiliam, ff 9. 2. & V. 46. 10. & M. C. 22. 9.
ad legem Corneliam de falsis, C. 9. 22. & V. 4. 8. & M. C. 1. 29. & M.P. 1. 15. & M.R. 1. 13.
ad legem Corneliam de falsis, & de S. C. Lib. ff. 48. 10.
ad legem Cornel. de sicariis, C. 9. 16.
ad legem Cornel. de sicariis & veneficis, ff. 48 8. & V. 4. 4. & M. C. 1. 25.
ad legem Falcidiam, ff. 35. 2. & C. 6. 49. & 34. 1. & M. C. 13 15.
ad legem Flauiam de plag. ff. 48. 15. & C 9 20. & V. 4. 6. & M. C. 1. 27. & M.P. 1. 15. & M.R. 1. 13.
ad legem Iuliam de adult. coercendis & stupro, ff. 48. 5. & C. 9. 9. & V. 4 7. & M. C. 1. 28. & M.P. 1. 15. & M.R. 1. 13.
ad legem Iul. de ambitu. ff. 48. 14. & C. 9. 26.
ad legem Iuliam de annona ff. 48. 12. & V. 12. 12. & M C 3 32.
ad legem Iul. de vi priuata, ff. 48. 7.
ad legem Iul. de vi publica, ff. 48. 6.
ad legem Iul. de vi publica seu priuata, C. 9. 12. & V. 4. 2. & M. C. 1. 23. & M.P. 1. 15 & M.R. 1. 13.
ad legem Iul. maiestatis ff. 48. 4. & C. 9. 8. & V. 4. 1. & C. 4. 1. & M.P. 1. 15. & M.R. 1. 13.
ad legem Iul. peculatus, & c. ff. 48. 13. & V. 47. 7. & M. C. 23. 7.
ad legem Iul. repetundarum, ff. 48. 11. & C. 9. 27. & V. 2. 3. M. C. 1. 7. & M.P. 1 5.
ad legem Pomp. de parricid. ff. 48. 9. & V. 4. 5. & M. C. 1. 26. & M.R. 1. 13.
ad legem Rhodiam de iactu, ff 14. 2. & V. 43. 8. & M. C. 19. 8.
ad legem Viscelliam, C. 9. 21.
administrantibus officia in sacris appellationibus. A. 3. 7.
administratione & periculo tutorum & curatorum. & c. ff. 26. 7. & V. 18 3. 5 & M C. 5 11. 13.
administrat. rerum ad ciuitates pertinentiũ, ff. 50. 8.
administratione rerum publicarum, C. 11. 30. & V. 12. 5. & 13 7. & M. C. 3. 26 39.
administrat. tutorum vel curat. & pecunia pupill fœner. & c. C. 5 37.
administratoribus, A. 77.
ad municipalem, & c. ff. 50. 1. & V. 13. 3 & M. C. 3. 36.
adoptionibus, I. 1. 11. & C. 8. 48. & V. 16. 8. & M. C. 4. 28.
adoptionibus & emancipationibus, & c ff 1. 7.
adquirenda & retinenda possess. C. 7. 32.
adquirenda vel amitt. possess. ff. 41. 2. & V. 23. 1. 4. & M. C. 7. 14. 16. & M. R. 3. 14.
adquirenda vel omitt. hæreditate. ff. 29. 2.
adquirendo rerum dominio, ff. 41. 1. & V. 21. 1. & M. C. 7. 1 & M.R. 3. 13.
adquisitione per adrogatorem, I. 3 11.
ad Senatusconsultum Macedonianum, ff. 14. 6. & C. 4. 28. & V. 39. 3 & M. C. 17. 2.
ad S.C. Orphicianum, C. 6 56.
ad S.C. Tertyllianum, C. 6 55.
ad S.C. Tertyllianum & Orphicianum ff. 38. 17.
ad S.C. Trebellianum. ff. 36. 1.
ad S.C. Turpilianum C 9 45.
ad S.C. Turpilianum, & de abolitionibus criminum, ff. 48. 16.
ad S.C. Velleianum, ff. 16. 1. & C. 4. 29. & V. 45. 6. & M. C. 21. 5.
adertione tollenda, C. 7. 17.
adsessoribus, & domesticis, & cancellariis iudicum, C. 1. 47. & V. 5. 3.
adsignandis libertis. ff. 38 4.
adsignatione libertorum, l. 3. 9.

β adulteriis

adulteriis & stupro, D.5.16
aduocatis diuersorum iudiciorum, C.2.7. & V.5.5. & M.C.2.4. & M.P.2.3 & M.C.2.3
aduocatis fisci, C.2.8 & V.11.1 & M.C.3.10
Ædificiis priuatis, C.8.10 & V.12.11 & M.C.3.31
aedilitio actionibus, C.4.58
aedilitio edicto, & redhibitione, &c. ff.21.1. & V.42.4. & C.18.12
aequalitate dotis, & propter nuptias donationis, &c. A.7.9.
æstimatoria, ff.19.3 & V.44.2 & M.C.20.2
ætate & qualitate & ordine præficiendorum, D.1.14 & S.1.10 & Cl 1.6.
Agentibus in rebus C.12.20
agnoscendis vel alendis liberis, &c. ff.25.3 & V.16.7. & M.C.4.27
agricolis & censitis & colonis, C.11.47 & V.19.14. & M.C.6.14.
agricolis & mancipiis dominicis, &c. C.11.67 & V.11.1 & M.C.3.10.
Albo scribendo, ff.50.3
aleatoribus, ff.11.5
alendis liberis ac parentibus. C.5.25
Alexandriæ primatibus, C.11.28.
alienatione & emphytheusi & locatione, &c. A.9.3.
alienatione feudi, F.1.13.
alienatione iudicii mutandi causa facta, ff.4.7 & C.2.54 & D.1.42 & V.49.13 & M.C.25.13
alienatione paterni feudi, F.2.39
alimentis pupillo præstandis, C.5.50.
alimentis vel cibariis legatis, ff.34.1 & V.34.9 & M.C.14.5. & M.R.4.10
allodiis, F.2.54
alluuionibus, & paludibus, & pascuis, &c. C.7.41
An agnatus vel filius defuncti possit retinere feudum, repudiata hereditate, F.2.45.
an apud iudicem vel curiam domini, quæstio feudi debeat terminari, F.2.46
an ille qui interfecit fratrem domini sui, feudum amittat, F.2.37
an maritus succedat vxori in beneficio, F.1.15
an mutus vel alias imperfectus feudum retineat, F.2.36
annali exceptione Italici contractus tollenda, &c. C.7.40
annonis ciuilibus, C.11.24 & V.12.12 & M.C.3.32
annonis & capitat administrantium, &c. C.1.48
annonis & tributis, C.10.16 & V.11.5, 6 & M.C.3.14 & M.R.3.10
annuis legatis & fideicommissis, ff.33.1 & V.34.8 & M.C.14 & M.R.4.10
an per alium causæ appellationis reddi possint, F.4.9.9
an remoueri debeant testes, qui pares esse desierunt. F.2.19
an seruus pro suo facto post manumissionem teneatur, C.4.14
Apochis publicis, &c. C.10.22 & V.3 & M.C.2.18
apostatis C.1.7 & V.10.13 & M.C.3.8 & M.P.1.18.
apostatis, & reiterantibus baptisma, D.5.9.
apparitoribus comitis Orientis, C.12.57 & V.2.19. & M.C.1.11.
apparitoribus magistrorum militum, &c. 12.55 & V.11.11 & M.C.3.19
apparitoribus præfecti annonæ, C.12.59 & V.2.19
apparitoribus præfecti vrbi, C.12.54 & V.2.19.
apparitoribus præfectorum prætorio, C.12.53 & V.2.19. & M.C.1.11
apparitoribus proconsulis & legati, C.12.56 & V.2.19 & M.C.1.11 & P.2.18
appellationibus, S.2.15 & Cl.2.12 & V.8.1 & M.C.2.27 & M.R.2.16
appellationibus & consultationibus, C.7.62
appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari, A.4.2
appellationibus & relationibus, ff.49.1
appellationibus recipiendis vel non, ff 49.5
appellationibus, recusationibus & relationibus, D.2.28.
appellationibus Siciliæ, A.6.4
appellationibus, vt si mota apud appellationis iudicem, &c A.7.5
apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compellendum ff 49.1
apud quem vel quos controuersia feudi definiatur, F.1.18
apud quos oporteat causas dicere monachos & ascetrias, A.6.8
Aquæductibus, C.11.42 & V.12.10 & 25.10 & M.C.3.31. & 8.8
aqua & aquæ pluuiæ arcendæ, ff.39.3 & V.27.7 & M.C.8.31
aqua quotidiana & æstiua ff.43.19 & V.25.11 & M.C.8.9
à quibus appellare non licet, ff.49.2
Arbitris. D.1.43. & S.1.22
arbitrium tutelæ, C.5.51
arboribus cædendis, ff.43.26 & V.26.14 & M.C.8.25
arborum furtim cæsarum, ff.47.7 & V.47.12. & M.C.23.12 & M.R.5.10
argentariorum contractibus, A.9.19
argenti precio, quod thesauris inferatur, C.10.76
Armeniis, A.2.8
armis A.6.14 & V.12.13 & M.C.3.32
Athletis, C.10.53
attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia & Titia dabatur, I.1.20
Auri publici persecutoribus, C.10.72
auro, argento, mundo, ornamentis, &c. legatis, ff.34.2. & V.33.4 & M.C.13.4
auro coronario, C.10.74
authoritate & consenju tutorum & curatorum, ff.26.8 & V.87 & M.C.5.15
authoritate & vsu pallii, D.1.8
authoritate præstanda, C.5.59.
authoritate tutorum vel curatorum, I.1.21

B.

Baptismo, & eius effectu, D.3.42 & Cl.3.15 & M.P.4.3.
Beneficio fratris, & qualiter frater, &c. F.1.20

Bigamis S.1.12.
bigamis non ordinandis D.1.21.
Bonis authoritate iudicis possidendis, &c. ff.42.5. & C.7.72.
bonis damnatorum, ff.48.20. & V.3.13. & M.C.1.9.
bonis eorum qui ante sententiam vel mortem sibi consciuerunt, &c. ff.48.21.
bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt, C.9.50.
bonis libertorum, & iure patronatus, C.6.4.
bonis maternis, &c. C.6.59.
bonis proscriptorum seu damnatorum.
bonis quæ liberis in potestate patris constitutis, &c. C.6.60 & V.16.2. & M.C.4.22.
bonis ac vacantibus & de incorporatione. C.10.10.
bonorum possessione contra tabulas, ff.37.4. & V.31.2. & M.C.11.7. & M.R.4.8.
bonorum possessione contra tabulas liberti, &c. C.6.13.
bonorum possess. contra tabb. quam prætor libertis pollicetur, C.6.12.
bonorum possess. ex testamento militis, ff.37.13.
bonorum posses. furioso, infanti, &c. 37.3.
bonorum posses. secundum tabulas, ff.37.11. & C.6.11.
bonorum possessionibus, I.3.10. ff.37.1. & V.28.2. & M.C.9.1. & M.R.3.14 & 4.1.
bonorum separationibus, ff.42.7.

C

Cadaueribus punitorum, ff.48.24.
Caducis tollendis, C.6.50.
calumniatoribus, ff.3.6. & C.9.46. & C.5.2. & V.3.9. & 49.12. & M.C.1.17. & 25.12. & M.P.1.11.
canone frumentario vrbis Romæ, C.11.12.
canone largitionalium titulorum, C.10.23.
capellis monachorum, &c. D.3.37. & S.3.18.
capiendis & distrahendis pignoribus tributorum causa C.10.21.
capitaneo qui curiam vendidit, F.2.51.
capitatione ciuium censibus eximenda, C.11.48.
capite minutis, ff.4.5. & V.48.21. & M.C.24.19.
capitis diminutione, I.1.16. & 50.1. & M.C.25.15.
capitulis Corradi. F.2.40.
captiuis, & de postliminio, &c. ff.49.15. & V.50.2.3. & M.C.25.16.17.
carboniano edicto, ff.37.10. & C.6.17. & V.31.10. & M.C.11.9.
castrensiariis & ministerianis, C.12.26. & V.2.19. & M.C.1.11.
castrensi omnium palatinorum peculio, C.12.31.
castrensi omnium palatinorum peculio. C.12.31.
castrensi peculio, ff.49.17. & V.16.3. & M.C.4.23.
castrensi peculio militum, &c. C.12.37.
causa possessionis & proprietatis, D.2.12. & S.2.3.
causis ex quibus infamia alicui irrogatur, C.2.11.
Celebratione Missarum, &c. D.3.41. & Cl.3.14. & M.P.4.2. & M.R.3.10.
censibus ff.50.15. & V.11.4. & M.C.3.13. & M.P.5.4.
censibus, & censitoribus, &c. C.11.57.
censib. exactionibus, &c. D.3.39. & S.3.20. & Cl.3.13.
cessione bonorum, ff.42.3. & V.48.20. & M.C.24.18. & M.R.5.12.
Clandestina desponsatione, D.4.C.
classicis, C.11.12.
clericis coniugatis, D.3.3. & S.3.2.
clericis non residentibus in ecclesia vel præbenda, D.3.4. & S.3.3.
clericis peregrinantibus, D.2.29.
clericis peregrinis, D.1.22.
clericis pugnantibus in duello, C.5.14.
clerico ægrotante vel debilitato, D.3.6. & S.3.5.
clerico excommunicato, deposito, &c. D.5.27.
clerico non ordinato ministrante, D.5.28.
clerico percussore, D.5.25.
clerico per saltum promoto, D.5.29.
clerico qui inuestituram facit, F.2.35.
clerico venatore, D.5.24.
cloacis, ff.43.22. & V.25.13. & M.C.8.11.
Codicillis, I.2.25. & C.6.36. & V.28.25. & M.C.9.23. & M.R.4.5.
cognatione legali, D.4.12.
cognatione spirituali, D.4.11. & S.4.3.
cohabitatione clericorum & mulierum, D.3.2.
cohortalibus & principibus, &c. C.12.58. & V.2.19. & M.C.1.11.
collatione æris, C.10.29.
collatione bonorum, ff.37.6. & V.30.4. & M.10.15. & M.R.4.7.
collatione donatorum, &c. C.10.28.
collatione dotis, ff.37.7.
collatione fundorum fiscalium, &c. C.11.73.
collatione fundorum patrimonalium, &c. C.11.64.
collationibus, C.6.20.
collatoribus & aliis capitulis, A.9.11.
collegiatis & chartopratis, &c. C.11.17.
collegiis & corporibus, ff.47.22. & V.12.6. & M.C.3.28. & M.R.3.10.
collusione detegenda, ff.40.16. & C.7.20. & D.5.22.
colonis Illyricanis, C.11.52.
colonis Palæstinis, C.11.52.
colonis Thracensibus, C.11.51.
comite Isauriæ, A.4.6.
comitibus consistorianis, C.12.10.
comitibus & archiatris sacri palatii, C.12.13.
comitibus & tribunis scholarum, C.12.11.
comitibus qui prouincias regunt, C.12.14.
comitibus rei militaris, C.12.12.
commeatu, C.12.43.
commerciis & mercatoribus, C.4.63. & V.12.7. & M.C.3.28.
comminationes, epistolas, &c. C.7.57.
commodati, vel contra, ff.13.6. & V.39.4. & M.C.17.3.
commodato, C.4.23. & D.3.15. & M.R.5.5.
communia de legatis &c. C.6.43.
communia de manumissionibus, C.7.15.
communia de successionibus, C.6.58.
communia de vsucapionibus, C.7.30.
communia prædiorum, &c. ff.8.4.
communia vtriusq; iudicii, &c. C.3.38.
communi diuidundo, ff.10.3. & C.3.37. & V.26.13. & 44.11. & M.C.8.24. & 20.10.
communi seruo manumisso, C.7.7.

communium rerum alienatione, C.4.52.
compensationibus, ff.16.2. & C.4.31. & V.36.13. & M.C.15.11. & M.R.5.1.
concessione præbendæ & ecclesiæ non vacantis, D.3.8. & S.3.7. & Cl.3.3.
concubinis, ff.25.7. & C.5.26. & V.14.9. & M.P.4.22. & M.R.3.8.
concussione, ff.47.13.
condictione causa data, causa non secuta, ff.12.4. & V.49.10. & M.C.25.10. & M.R.5.13.
condictione ex lege, ff.13.2. & V.44.3.
condictione ex lege, & sine causa, &c. C.4.9.
condictione furtiua ff.13.1. & C.4.8. & V.46.9. & M.C.22.7.
condictione indebiti, ff.12.6. & C.4.5. & V.49.6. & M.C.25.6. & M.R.5.13.
condictione ob causam datorum, C.4.6.
condictione ob turpem causam, C.4.7.
condictione ob turpem vel iniustam causam, ff.12.5. & V.49.11. & M.C.25.11.
condictione sine causa, ff.12.7. & V.49.9. & M.C.25.9.
condictione triticaria, ff.13.3. & V.37.11. & M.C.15.20.
conditionibus adpositis in desponsatione, &c. D.4.5.
conditionibus & demonstrationibus, &c. ff.35.1. & V.34.5. & M.C.14.1. & M.P.5.5. & M.R.4.10.
conditionibus insertis tam legatis, &c. C.6.46.
conditionibus institutionum ff.28.7.
conditis in publicis horreis, C.10.26.
conductoribus & procuratoribus, &c. C.11.71. & V.11.1. & M.C.3.10.
confessis, ff.42.2. & C.7.59. & D.2.18. & S.2.9. & V.7.5. & M.C.2.20. & M.P.2.15. & M.R.2.13.
confirmando tutore, &c. ff.26.3. & C.5.29.
confirmatione vtili vel inutili, D.2.30.
coniugio leprosorum, D.4.8.
coniugio seruorum, D.4.9.
coniungendis cum emancipato liberis eius, ff.37.9. & V.29.4. & M.C.10.3.
consanguineis & vterinis fratribus, A.6.13.
consanguinitate & affinitate, D.4.14. & Cl.4.1.
consecratione ecclesiæ vel altaris, D.3.40. & S.3.21. & M.P.4.4.
consortibus eiusdem litis, C.3.40.
constituta pecunia, ff.13.5. & C.4.18. & V.45.5. & M.C.21.4.
constitutio ad Bonum quæstorem ordinat appellationes, &c. A.5.5.
constitutio, quæ dignitatibus & episcopatu filium liberat patria potestate, A.6.10.
constitutionem, quæ ex adscripticio & liberata natos, liberos esse vult, &c. A.5.9.
constitutiones feudales domini Lotharii Imperat. &c. F.1.1.9.
constitutionibus, D.1.2. & S.1.2.
constitutionibus principum, ff.1.4. & M.R.1.3.
consuetudine, D.1.4. & S.1.4. & M.R.1.3.
consuetudine recti feudi, F.2.33.
consulibus, A.8.6. & V.2.9. & M.C.1.10.
consulibus, & nõ spargendis ab his pecuniis, &c. C.12.3.
contentione inter dominum & fidelem de inuestitura feudi, F.1.10.
contentione inter dominum & vasallum de inuestitura feudi, F.1.23.
contentione inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti, F.1.12.
contractibus iudicum, vel eorum qui sunt circa eos, &c. C.1.49.
contrahenda emptione, & de pactis inter emptorem, &c. ff.18.1.
contrahenda emptione & venditione, C.4.38. & V.41.1. M.C.18.1.
contrahenda & committenda stipulatione, C.8.38.
contraria tutelæ & vtili actione, ff.27.4. & V.18.14. & M.C.5.24.
contrario iudicio tutelæ, C.5.58.
controuersia feudi apud pares terminanda, F.2.16.
controuersia inter dominum & emptorem feudi, F.2.42.
controuersia inter episcopum & vasallum, F.20.
controuersia inter masculum & fœminam de beneficio, F.2.41.
controuersia inter vasallum & alium de beneficio, F.2.43.
conuenientis fisci debitoribus, C.10.2. & V.11.3. & M.C.3.12.
conuersione coniugatorum, D.3.32.
conuersione infidelium, D.3.33.
corpore vitiatis ordinandis, vel non, D.1.20.
Creditorem euictionem pignoris non debere, C.8.46.
crimine expilatæ hæreditatis, C.9.32.
crimine falsi, D.5.20.
crimine peculatus, C.9.28. & V.47.7. & M.C.23.7.
crimine sacrilegii, C.9.29. & V.47.7. & M.C.23.7. & M.R.5.10.
crimine stellionatus, C.9.34. & M.R.5.10.
Cupressis ex luco Daphnes, &c. C.11.77.
curatore bonis dando, ff.42.8. & V.17.9. & M.C.5.9.
curatore furiosi vel prodigi, C.5.70.
curatoribus, I.1.23. & M.R.3.12.
curatoribus furioso & aliis extra minores dandis. ff.27.10.
curialibus vrbis Romæ, C.11.13.
curiosis & stationariis, C.12.23. & V.2.19. & M.C.1.11.
cursu publico, & angariis, &c. C.12.51. & V.13.8. & M.C.3.40.
custodia & exhibitione reorum, ff.48.3. & V.3.6. & M.C.1.15.
custodia Eucharistiæ, &c. D.3.44.
custodia reorum, C.9.4.

D

DAmno infecto, &c. ff.39.2. & V.27.3. & M.C.8.28. & M.R.3.16.
Debita impensa in exequiis defunctorum, A.5.14.
debitorem venditionem pignoris impetrare non posse, C.8.29.
debitoribus ciuitatum, C.11.32.
decanis, C.12.27. & V.2.19. & M.C.1.11.
decimis, primitiis & oblationibus, D.3.30. & S.3.13. & Cl.

& Cl.3. & M.P.3.13. & M.R.3.6.
decretis ab ordine faciendis, ff.50.9.
decretis decurionum super immunitate quibusdam concedenda, C.10.46.
decurionibus & filiis eorum, ff.50.2. & A.4.17. & V.12.2. & M.C.3.24.
decurionibus & filiis eorum, & qui decuriones habentur, &c. C.10.31.
dedititia libertate tollenda. C.7.5.
defensoribus ciuitatum, C.1.51. & A.3.2. & V.12.1. & M.C.3.23.
delatoribus, C.10.11.
delictis puerorum, D.5.23.
depositione Anthimi, &c. A.4.21.
depositi, vel contra, ff.16.3. & C.4.34. & V.39.7. & M.C.17.6.
deposito, D.3.16. & M.R.5.5.
deposito & denuntiationibus inquilinorum, &c. A.6.17.
descriptione quatuor præsidum Armeniæ, A.4.10.
desertoribus, & occultatoribus eorum, C.12.46.
desponsatione impuberum, D.4.2. & S.4.2.
Dignitatibus, C.12.1. & V.2.5. & M.C.1.9. & M.P.1.5. & M.R.1.5.
dilationibus, C.3.11. & D.2.8. & V.6.5. & M.C.2.11. & M.P.2.8. & M.R.2.7.
discussoribus, C.10.30.
distractione pignorum, C.8.28. & V.40.7. & M.C.18.6.
distractione pignorum & hypothecarum, ff.20.5.
diuersis officiis & apparitoribus iudicum, &c. C.12.60. V.2.18. & M.C.1.11.
diuersis prædiis, vrbanis & rusticis, &c. C.11.69.
diuersis regulis iuris antiqui ff.50.17. & V.50.5. & M.C.25.19.
diuersis rescriptis & pragmaticis sanctionibus, C.1.23. & V.1.10. & M.C.1.5.
diuersis temporalibus præscriptionibus, &c. ff.44.3. & V.36.15. & M.C.15.13.
diuidenda tutela, &c. C.5.52.
diuisione rerum, & qualitate, ff.1.8. & V.26.1. & M.C.8.12.
diuisione stipulationum, I.3.19.
diuortiis. D.4.19. & M.P.4.18.
diuortiis, & repudiis, ff.24.2. & V.14.8. & M.C.4.8.
diuortio facto, apud quem filii nutriantur, C.5.24.
Doli mali & metus exceptione, ff.44.4. & V.48.2. & M.C.24.2. & M.R.5.11.
dolo & contumacia, D.2.14. & S.2.6. & Cl.2.4.
dolo malo, ff.4.3. & C.2.20. & V.49.3. & M.C.25.3. & M.R.5.13.
domesticis & protectoribus, C.12.17.
donationibus, I.2.7. & ff.39.5. & C.8.54. & D.3.24. & V.35.1. & M.C.14.13. & M.P.5.5. & M.R.4.11.
donationibus à curialibus factis, &c. A.8.2.
donationibus ante nuptias, &c. C.5.3. & V.15.11. & M.C.4.20. & M.P.4.20. & M.R.3.9.
donationibus causa mortis, C.8.57. & M.R.4.11.
donationibus inter virum & vxorem, &c. ff.24.1. & C.5.16. & D.4.20. & V.35.8. & M.C.14.20. & M.R.4.11.
donationibus quæ sub modo, &c. conficiuntur, C.8.55.
dote cauta, non numerata, C.5.15.
dote relegata, ff.33.4 & V.34.10. & M.C.14.6. & M.R.4.10.
dotis collatione, ff.37.7. & V.30.5. & M.C.10.16. & M.R.3.9.
dotis promissione, & nuda pollicitatione, C.5.11.
Duobus fratribus à capitaneo inuestitis, F.2.18.
duobus reis constituendis, ff.45.2.
duobus reis promittendi. A.7.11.
duobus reis stipulandi & promittendi, I.3.17. & C.8.40. & V.38.12. & M.C.16.10.

E

EA quæ raptori suo nubit, A.9.32.
Ecclesiasticarum rerum immobilium alienatione, &c. A.5.1. & M.P.3.12.
ecclesiasticis titulis & priuilegiis, &c. A.9.14.
ecclesiis ædificandis, &c. D.3.48. & M.P.3.15.
ecclesiis constitutis in Africa, A.4.16.
Edendo, ff.2.13. & C.2.1. & V.6.4. & M.C.2.10. & M.P.2.7. & M.R.2.6.
edicto diui Hadriani tollendo, &c. C.6.33. & V.31.12. & M.C.11.10.
edictum de his qui luxuriantur contra naturam, A.9.23.
edictum pientiss. domini nostri Iustiniani de formula artificum, A.9.5.
Effractoribus & expilatoribus, ff.47.18.
Electione, & electi potestate, D.1.6. & S.1.6. & Cl.1.3. & M.P.3.10.
Emancipationibus liberorum, C.8.49. & V.16.9. & M.C.4.9.
emendatione propinquorum, C.9.15.
emendatione seruorum, C.9.14.
emptione & venditione, I.3.24. & D.3.17. & M.R.5.6.
Eo cui libertatis causa bona addicuntur, I.3.12.
eo per quem factum erit, quo minus quis iudicio sistat, ff.2.10. & V.6.3. & M.C.2.9.
eo qui cognouit consanguineam vxoris, &c. D.4.13.
eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, D.4.7.
eo qui finem fecit agnato de fundo paterno, F.2.49.
eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, D.2.15. & S.2.7.
eo qui ordinem furtiue suscepit, D.5.30.
eo qui pro tutore negocium gessit, C.5.45.
eo qui pro tutore, prove curatore negocia gessit, ff.27.5.
eo qui sibi, vel hæredibus masculis, &c. F.2.17.
eo quod certo loco dari oportet, ff.13.4. & V.38.13. & M.C.16.11.
eo quod metus causa gestum erit, ff.4.2. & M.R.5.13.
Episcopali audientia, &c. C.1.4.
episcopis & clericis, &c. C.1.3. & V.10.1.14. & M.C.3.1.9. & M.P.3.3.8. & M.R.3.2.4.
episcopum, vel abbatem, &c. feudum dare non posse, F.1.6.
Equestri dignitate, C.12.32.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Erogatione militaris annonæ, C.12.38. & V.11.14. & M.C.3.24.
errore aduocatorum, &c. C.2.9.
errore calculi, C.2.5.
Etiam ob chirographariam pecuniam pignus teneri, C. 8.27.
etiam per procuratorem causam in integrum restitutionis agi posse, C.2.48.
Euictione, & dupli stipulatione, ff.21. & 2. & V.42.7. & M.C.18.14.
euictionibus, C.8.45.
eum qui appellauerit, in prouincia defendi, ff.49.11.
eunuchis, C.4.42.
Exactoribus tributorum, D.10.19. & V.11.1. & M.C. 3.10.
exceptione rei iudicatæ, ff. 44.2. & V.48.16. & M.C. 24.14. & M.R.5.12.
exceptione rei venditæ ff.21.3.
exceptionibus, I.4.13. & D.2.25. & S.2.12. & Cl.2.10. & V.48.1. & M.C.24.1. & M.P.5.9. & M.R.5.11.
exceptionibus & præscriptionibus, C.8.36.
exceptionibus, præscriptionibus & præiudiciis, ff. 44.1.
exceptoribus & exactoribus, C.12.61.
excessibus prælatorum & subditorum, D.5.31. & S.1.6. & Cl.5.6.
excoctione & translatione militarium annonarum, C. 12.39.
excusationibus artificum, C.10.64.
excusationibus munerum, C.10.47.
excusationibus tutorum, &c. I.1.25. & ff.27.1. & C.5. 62. & V.17.6. & M.C.5 6.
excusationibus veteranorum, C.5.65.
ex delictis defunctorum in quantum heredes conueniantur, C.4.17.
executione rei iudicatæ, C. 7.53. & V.3.12. & 8. 5. & M.C.1.18. & 2.31. & M.P.1.12. & 2.20. & M.R.2. 18.
executoribus, & de iis, quæ conueniuntur, &c. A.7. 8.
executoribus & exactoribus, C.12.61.
exemplum sacræ formæ de appellationibus, A.9.9.
exemplum pragmaticæ formæ de vsuris, A.9.42.
exercitoria actione, ff. 14.1. & V.45.8. & M.C.21.7.
exercitoria & institoria actione, C. 4.25.
exhæredatione liberorum, I.2.13. & V.28.15. & M.C. 9.13. & M.R.4.2.
exhibendis & introducendis reis, &c. A.5.8. & V.3.6. & M.C.1.15.
exhibendis & transmittendis reis, C.9.3.
expensis publicorum ludorum, C.11.41.
expilatæ hæreditatis, ff. 47.19. & V.47.8. M. C.23. 8.
ex quibus causis infamia irrogetur, C.2.11.
ex quibus causis in possessionem eatur, ff.42.4.
ex quibus causis maiores in integrum restituuntur, ff.4. 6. & V.49.5. & M.C.25.5.
ex quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahatur, ff.20.2.
extraordinariis cognitionibus, &c. ff.50.13. & V.9.1. & M.C.2.37.
extraordinariis criminibus, ff. 47. 11. & V. 47.19. & M.C.23.19. & M.R.5.10.

F

FAbricensibus, C.11.9. & V.11.1. & M.C.3.10.
Falsa causa adiecta legato vel fideicõmis. C.6.44.
falsa moneta, C.9.24. & V.4.8. & M.C.1.29.
familiæ erciscundæ, ff. 10.2. & C.3.36. & V.44.9. & M.C.20.8. & M.R.5.8.
famosis libellis, C.9.36.
Feriis, C.3.12. & D.2.9. & V.12.14. & M.C.3.33. & M.P.4.8.
feriis & dilationibus, &c. ff.2.12.
feudi cognitione, F.2.1.
feudis, D.3.20.
feudis datis minimis valuasoribus, quid iuris sit, F.1.16.
feudo dato in vim legis commissoriæ reprobando, F.1.27.
feudo fœminæ, F.2.30.
feudo guardiæ & castaldiæ, F.1.2.
feudo marchiæ, &c. F.1.14.
feudo non habente propriam feudi naturam, F. 2. 48.
feudo sine culpa non amittendo, F.1.21.
Fideicommissaria hæreditatis petitione, ff.5.6.
fideicommissariis hæreditatibus, &c. I.2.23.
fideicommissariis libertatibus, ff.40.5. & C.7.4.
fideicommissis, C.6.42.
fide instrumentorum, ff. 22.4. & D.2.22. & V.5.3. & M.C.2.3.
fide instrumentorum, & amissione eorum, &c. C.4. 21.
fide instrumentorum, & iure hastæ fiscalis, &c. C. 10. 3.
fideiussoribus, I.3.21. & D.3.22.
fideiussoribus & mandatoribus, ff. 46.1. & C.8.41. & A.1.4. & V.45.1. & M.C.21.1. & M.R.5.9.
fideiussoribus & nominatoribus, &c. ff.27.7.
fideiussoribus minorum, C.2.23.
fideiussoribus tutorum vel curatorum, C.5.57.
fiduciaria tutela, I.1.19.
filiis ante dotalia instrumenta natis, A.3.6.
filiisfamilias, & quemadmodum pro his pater teneatur, C.10.60.
filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto, F.2.29.
filiis officialium militarium, &c. C.12.48.
filiis presbyterorum, & aliis illegitime natis, S.1.11.
filiis presbyterorum ordinandis, D.1.17.
filiofamilias minore, C.2.22.
finium regundorum ff. 10.1. & C.3.39. & V.44.13. & M.C.20.12. & M.R.5.8.
fiscalibus vsuris, C.10.8.
Fluminibus, &c. ff.43.11. & V.26.6. & M.C.8.17. & M.R.3.16.
Fonte, ff.43.21. & V.25.12. & M.C.8.10.
forma fidelitatis, F.2.6.
formulis & impetrationibus actionum sublatis, C. 2. 57.
foro competenti, D. 2.2. & S.2.2. & Cl.2.2. & M.P. 2.2.

Fratribus de nouo beneficio inuestitis, F.2.12.
frigidis & maleficiatis, &c. D.4.15.
fructibus & litium expensis, C.7.51. & V.8.5. & M.C. 2.31. & M.P.5.1.
frumento Alexandrino, C.11.27.
frumento vrbis Constantinopolitanæ, C.11.23.
Fugitiuis, ff.11.4.
fugitiuis colonis patrimonialibus, &c. 11.63.
fundis & saltibus rei Tamiacæ, C.11.66.
fundis limitrophis, &c. C.11.59.
fundis patrimonialibus, &c. C.11.61.
fundis rei priuatæ, &c. C.11.65.
fundo dotali, ff.23.5. & C.5.23. & V.15.9. & M. C. 4. 18.
fundo instructo vel instrumento legato, ff.33.7.
furibus balnearibus, ff.47.17.
furti aduersus nautas, &c. ff.47.5.
furtis, ff.47.2. & D.5.18. & V.46.2. & M. C. 22.2. & M.P.5.8. & M.R.5.10.
furtis, & seruo corrupto, C.6.2.

G

GEnerali abolitione, C.9.43.
generalis forma de prospectu in mare, &c. A. 9. 47.
Glande legenda, ff.43.27.
gladiatoribus, C.11.43.
Gradibus cognationũ, I.2.6. & V.29.8. & M. C.10.7.
gradibus & adfinibus, &c. ff.38.10. & V.29.10. & M. C.10.7.
grege dominico, C.11.75.

H

HAec constitutio innouat constitutionem, quæ præscriptionem centum annorum locis venerabilibus dederat, A. 8.12.
hæc constitutio interpretatur priorem constitutionem de ijs qui ingrediuntur monasterium, &c. A.6.5.
hæredibus, A.9.46. & M.R.4.1.
hæredibus ab intestato venientibus, &c. A.9.1.
hæredibus & Falcidia, A.1.1.
hæredibus instituendis, I.2.14. & ff.28.5. & V.21.11. & M.C.7.7. & M.R.4.5.
hæredibus instituendis, & quæ personæ hæredes, &c. C. 6.24.
hæredibus tutorum, C.5.54.
hæreditate decurionum, &c. C.6.61.
hæreditate vel actione vendita, ff.18.4. & C. 4.39. & V.41.7.8. & M.C.18.6.7.
hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur, I.3.1. & V. 29.1. & M.C.10.1. & R.4.6.
hæredum qualitate & differentia, I.2.19.
hæreticis, D.5.7. & S.2.2.2. & Cl.5.3. & V.10.12. & M. C.3.8. & M.P.1.17. & M.R.1.13.
hæreticis & Manichæis, &c. C.1.5. & M.P.1.18.
Hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt, F. 2.28.
his per quos agere possumus, I.4.10. & V.36.7. & M.C. 16.5.
his quæ ex publica collatione illata sunt, &c. C.10.73.
his quæ fiunt à maiore parte capituli, D.3.11.
his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli, D.3.10.
his quæ in testamento delentur, &c. ff.28.4.
his quæ pœnæ causa relinquuntur, ff.34.6.
his quæ pœnæ nomine in testamento vel codicillis scribuntur, &c. C.6 41.
his quæ pro non scriptis habentur, ff.34.8.
his quæ sub modo legata vel fideicommissa relinquuntur, C.6.45.
his quæ vi metusue causa fiunt, D.1.40. & S.1.20.
his quæ vi metusue causa gesta sunt, C.2.19.
his quæ vt indignis auferuntur, ff.34.9.
his qui ad ecclesias confugiunt, C.1.25.
his qui ad statuas confugiunt, C.1.25.
his qui à non dominis manumissi sunt, C.7.10.
his qui ante apertas tabulas hæreditates transmittunt, C.6.51.
his qui à principe vacationem acceperunt, C.10.44.
his quibus vt indignis auferuntur hæreditates, &c. C.6. 35.
his qui deiecerint, vel effuderint, ff. 9.3. & V.47.18. & M.C.23.18.
his qui eunuchos faciunt, A.9.24.
his qui ex officio quod administrarunt, conueniuntur, C. 11.38.
his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperant, C.10.6.
his qui feudum dare possunt, &c. F.1.1.
his qui filios occiderunt, D.5.10.
his qui in ecclesiis manumittuntur, C.1.13.
his qui in exilium dati, vel ab ordine moti sunt, C.10. 59.
his qui ingrediuntur ad appellationem, &c. A.5.4.
his qui in Ostroena illuitas contrahunt nuptias, A.9.36.
his qui in priorum creditorum locum succedunt, C.8.19.
his qui latrones, &c. occultarint, C.9.39.
his qui mutuum dant agricolis, A.4.12.
his qui non impletis stipendiis sacramento soluti sunt, C. 10.54.
his qui notantur infamia, ff.3.2. & V.3.14. & M.C.1. 20.
his qui numero liberorum vel paupertate excusationem meruerunt, C.10.51.
his qui parentes vel liberos occiderunt, C.9.17.
his qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, &c. C.2.14.
his qui propter metum iudicis non appellauerunt, C.7. 67.
his qui se deferunt, C.10.13.
his qui sibi adscribunt in testamento, C.9.23.
his qui sponte publica munera subeunt, C.10.43.
his qui sui vel alieni iuris sunt, I.1.8. & ff.1.6.
his qui veniam ætatis impetrauerunt, C.2.44.
Homicidio, &c. D.5.12. & S.5.4. & Cl.5.4. & M.P.1. 15. & M.R.1.13.
honoratorum vehiculis, C.11.19.
honoribus & muneribus non continuandis, &c. C.10. 40.
hortulanis Constantinopolitanæ ciuitatis, A.5.19.

I

IMmensis donationibus in filios factis, A.7.4.
immunitate ecclesiarum, S.2.23. & Cl.3.17.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

immunitate ecclesiarum, cœmeterij, &c. D.3.49.
immunitate nemini concedenda, C.10.25.
*impensis in rebus dotalibus factis, ff.*25.1. & V.15.4. & M.C.4.13.
imponenda lucratiuis descriptione, C.10.35.
impulerum & aliis substitutionibus, C.6.26.
*Incendio, ruina, naufragio, &c. ff.*47.9. & V.47.15. & M.C.23.15.
incestis & inutilibus nuptiis, C.5.5.
incestis & nefariis nuptijs, A.2.7.
incolis, & vbi quis domicilium, &c. C.10.39.
indicta viduitate, & lege Iulia Miscella tollenda, C. 6. 40.
indictionibus, C.10.17.
*in diem addictione, ff.*18.2. & V.41.5. & C.18.4.
indulgentia illicite contractarum nuptiarum, A.9.22.
indulgentia reliquorum publicorum, A.9.30.
infamibus, C.10.57. & V.3.14. & M.C.1.20. & M.P.1.12.
infantibus & languidis expositis, D.5.11.
infantibus expositis, A.9.35.
infantibus expositis liberis & seruis, &c. C.8.52.
infirmandis pœnis cœlibatus, &c. C.8.58.
ingenuis, I.1.4.
ingenuis manumissis, C.7.14.
ingratis liberis, C.8.50.
in integrum restitutione, D.1.41. & S.1.21. & M.P.5.10. & M.R.5.13.
in integrum restitutione minorum 25. annis, C.2.21.
in integrum restitutione postulata, ne quid nouisiat, C. 2.49.
*in integrum restitutionibus, ff.*4.1. & V.49.1. & M.C.25.1. & M.R.5.13.
iniuriis, I.4.4. & C.9.35. & V.46.13. & M.C.22.11. & M.P.5.8. & M.R.5.10.
iniuriis, & damno dato, D.5.36. & S.5.8.
*iniuriis, & famosis libellis, ff.*47.10.
*iniusto, rupto, irrito facto testamento, ff.*28.3.
*in ius vocando, ff.*2.4. & C. 2.2. & V.6.1. & M.C.2.7. & M.P.2.6. & M.R.2.5.
*in ius vocati vt eant, &c. ff.*2.6.
in litem dando tutore vel curatore, C.5.44.
*in litem iurando, ff.*12.3. & C.5.53. & V.36.11. & M.C.15.9. & M.R.5.1.
in medio litis non fieri sacras formas, &c. A.8.14.
inofficiosis donationibus, C.3.29. & V.35.4. & M.C.14.16. & M.R.4.11.
inofficiosis dotibus, C.3.30.
inofficioso testamento, I.2.18. & ff.5.2. & C.3.28. & V.31.4. & M.C.11.4. & M.R.4.8.
in quibus casibus tutorem vel cutatorem habenti tutor vel curator dari potest, C.5.36.
in quibus causis cessat longi temporis præscriptio, C.7.34.
in quibus causis coloni censiti dominos accusare possunt, C.11.49.
in quibus causis feudum amittatur, F.2.23.
in quibus causis in integrum restitutio necessaria non est, C.2.40.
in quibus causis militantes fori præscriptione vti possunt, C.3.25.
*in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrahatur, ff.*20.2. & C.8.15.
*in rem verso, ff.*15.3. & V.45.13. & M.C.21.12.
*inspiciendo ventre, custodiendoque partu, ff.*25.4.
*institoria actione, ff.*14.3. & V.45.9 & M.C.21.8.
institoria & exercitoria actione, V.4.23.
institutionibus, D.3.7. & S.3.6.
institutionibus, vel substitutionibus, &c. C.6.25.
*instructo, vel instrumento legato, ff.*33.7. & V.31.4. & M.C.13.4.
instrumentorum cautela & fide, &c. A.6.2. & M.P.2.13. & M.R.2.11.
interdictis, I.4.15. & 8.1. & V.23.5. & M.V.7.17.
interdictis collegiis hæreticorum, A.9.15.
*interdictis, & relegatis, deportatis, ff.*48.22.
*interdictis, seu extraordinariis actionib. &c. ff.*43.1.
interdicto matrimonio inter pupillam & tutorem, &c. V.5.6.
interpretatio, quomodo quæ duplum excedunt vsuræ non præbeantur, A.9.21.
*interrogationibus in iure faciendis, &c. ff.*11.1. & V.7.5. & M.C.2.20. & M.P.2.15. & M.R.2.13.
inuestitura de re aliena facta, F.2.8.
inuestitura in maritum facta, F.2.15.
inuestitura quam Titius accepit à Sempronio, F.2.13.
inutilibus stipulationibus, I.3.20. & V.8.39. & V.38.4. & M.C.16.3.
Irenarchis, C.10.75. & V.2.19. & M.C.1.11.
*Itinere actuq; priuato, ff.*43.18. & V.25.8.
Iudæis & cœlicolis, C.1.9. & V.10.13.
Iudæis, Sarracenis, & eorum seruis, D.5.6. & Cl.5.2. & M.P.1.18.
*iudicatum solui, ff.*46.7. & V.6.10. & M.R.2.7.
iudicibus, & vt nullatenus cum iureiurando eligatur aliquis, &c. A.6.11. & V.2.1. & M.C.1.16. M.P.2.2. & M.R.2.2.
iudicij, C.3.1. & D.2.1. & S.2.1. & Cl.2.1. & M.P.2.1. & M.R.1.6.
*iudiciis, vbi quis agere vel conueniri debeat, ff.*5.1. & M.R.2.1.
iuramento calumniæ, D.2.7. & S.2.4. & V.7.1. & M.C.2.16. & M.P.2.11. & M.R.2.8.
*iure aureorum annulorum, ff.*40.10. & C.6.8.
*iure codicillorum, ff.*29.7.
*iure deliberandi, ff.*28.8. & V.30.1. & M.C.10.12.
iure deliberandi, & adeunda vel acquirenda hæreditate, C.6.30.
iure dominij impetrando, C.8.34.
*iure dotium, ff.*23.3. & C.5.12. & V.14.1. & 15.2. & M.C.4.1.11.
iure emphyteutico, C.4.66. & V.11.9. & 43.9. & M.C.3.17. & 19.9. & M.R.5.7.
*iure fisci, ff.*49.14. & C.10.1. & T.11.1.10. & M.C.3.10.18. & M.R.3.10.
*iure immunitatis, ff.*50.6. & V.13.6. & M.C.3.37.
iureiurando, C.4.1. & D.2.24. & S.2.11. & Cl.2.9. & V.7.6. & M.P.2.21. & M.P.2.16. & 4.10. & M.R.2.14. & 3.7.
iureiurando à moriente præstito propter mensuram suæ substantiæ, A.5.3.

iureiurando propter calumniam dando, C.2.58. & V.7.1. & M.C.2.16.
*iureiurando siue voluntario, siue necessario, &c. ff.*12.2. & V.7.6. & M.C.2.21.
iure liberorum, C.8.59. & [illegible]
iure naturali, gentium & ciuili, [illegible] & M.P.1.3.
*iure patronatus, ff.*37.14. & D.3.38. & [illegible] & Cl.3.12. & V.20.1.4. & M.C. 6.15.18. & M.P.3.14. & 5.2. & M.R.3.6.
iure personarum, I.1.3. & M.P.5.2. & M.R.3.12.
iure reipubl. C.11.29. & [illegible] & M.C.3.25.
*iurisdictione ff.*2.1. & V.2.4. & M.C.1.8. & M.P.1.5. & M.R.1.5.
iurisdictione omnium iudicum, &c. C.[illegible]
*iuris & facti ignorantia, ff.*22.6. & C.1.18. & V.48.3. & M.C.24.3.
iuris formulis & impetratione actionum sublatis, C.2.57.
iusiurandum quod præstatur ab ijs qui administrationem accipiunt, A.2.3.
iustitia & iure, I.1.1. & ff.1.1. & V.1.1. & M.C.1.1. & M.P.1.1.

L

Latina libertate tollenda, &c. C.7.6.
*Legationibus, ff.*50.7. & C.10.63. & V. 12.4. & M.C.11.26.
legatis I.2.20. C.6.37.
*legatis & fideicommissis liber I. ff.*30.1. & V.32.1. & M.C.12.1. & M.P.5.5. & M.R.4.9.
*legatis, &c. liber II. ff.*31.1.
*legatis, &c. liber III. ff.*32.1.
*legatis præstandis, contra tabulas bonorum possess. petita, ff.*37. & V.33.15. & M.C.13.4.
lege Aquilia, I.4.3. & C.3.35. & M.R.5.10.
*lege commissoria, ff.*18.3. & V.41.6. & M.C.18.5.
lege Corradi, F.2.34.
lege Falcidia, I.2.22. & M.R.4.10.
lege Fusia Caninia sublata, C.7.3.
lege Fusia Caninia tollenda, I.1.7.
legibus & constitutionibus principum, &c. C.14. & V.1.10. & M.C.1.5. & M.P.1.3. & M.R.1.1.
*legibus senatuq; consultis, &c. ff.*1.3.
legitima agnatorum successione, I.3.2. & V.29.6. & M.C.10.5.
legitima agnatorum tutela, I.1.15. & C.5.30.
legitima parentum tutela, I.1.18.
legitima patronorum tutela, I.1.17.
legitima tutela, C.5.30. & V.17.3. & M.C.5.3.
legitimis hæredibus, C.6.57.
legitimis liberis, &c. C.6.54.
*legitimis tutoribus, ff.*26.4.
lenonibus, A.3.1.
Libelli oblatione, D.2.3.
*libellis dimissoriis, qui apostoli dicuntur, ff.*49.6.
*liberali causa, ff.*40.12. & C.7.16. & V.19.10. & 42.8. & M.C.6.10. & 18.15.
*liberatione legata, ff.*34.3. & V.34.13. & M.C.14.9. & M.R.4.10.
*liberis agnoscendis vel alendis, ff.*25.3.
*liberis & posthumis hæredibus instituendis, &c. ff.*28.2.
*liberis exhibendis, item ducendis, ff.*43.29.
liberis exhibendis, seu ducendis, &c. C.8.8.
liberis præteritis, &c. C.6.28. & M.R.4.2.
*libero homine exhibendo, ff.*43.28. & V.47 & M.C.23.10.
libertinis, I.5. & C.10.56.
libertis & eorum liberis, C.6.7.
*libertis vniuersitatum, ff.*38.3.
literarum obligationibus, I.3.22.
*litigiosis, ff.*44.6. & C.8.37. & V.5.9. & M.C.2.6. & M.P.2.5. & M.R.2.4.
litigiosis, & de decima parte litis, &c. A.8.13.
litis contestatione, C.3.9. & D.2.5. & S.2.3. & V.7.1. & M.C.2.16. & M.P.2.11. & M.R.2.8.
littorum & itinerum custodia, C.12.45.
*Locati & conducti, ff.*19.2. & V.43.1. & M.C.19.1.
locatione & conductione, I.3.25. & R.5.6.
locatione prædiorum ciuilium, vel fiscalium, &c. C. 11.70. & V.12.9. & M.C.3.30.
locato & conducto, C.4.65. & D.3.18.
*locis & itineribus publicis, ff.*43.7.
*loco publico fruendo, ff.*43.9.
longi temporis præscriptione, quæ pro libertate, &c. C.7.22.
Lucris aduocatorum, &c. C.12.62.
luitione pignoris, C.8.31.

M

Magistratibus conueniendis, C.5.75.
*magistratibus conueniendis, & eorum hæredibus, ff.*27.8. & V.18.13. & M.C.5.21.
magistratibus municipalibus, C.1.52. & V.12.1. & M.C.3.23. & M.R.1.5.
magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. D.5.5. & Cl.5.1.
magistris sacrorum scriniorum, C.12.9.
maioritate & obedientia, D.1.33. & S.1.17.
maiuma, C.11.45.
maledicis, D.5.26.
maleficis & mathematicis, &c. C. 9.18. & V.4.9. & M.C.1.30. & M.P.1.15. & M.R.1.13.
mancipiis & colonis patrimonialium, &c. C.11.62.
mandatis principum, C.1.15. & A.3.4.
*mandati, vel contra, ff.*17.1. & 4.35. & V.43.12. & M.C.19.12.
mandato, I.3.27. & M.R.5.6.
*manumissionibus, ff.*40.1. & V.19.5. & M.C.6.5.
*manumissionibus quæ seruis ad vniuersitatem, &c. ff.*40.3.
*manumissis testamento, ff.*40.4.
*manumissis vindicta, ff.*40.2.
matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ, D.4.16.
Mendicantib. validis, C.11.25. & V.12.7. & M.C.3.28.
mensoribus, C.12.28.
mensura ordinandorum clericorum, A.3.3.
metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum, C.11.6. & V.11.1. & M.C.3.10.
metatis & epidemeticis, C.12.41. & V.11.14. & M.C.3.22.
metropoli Beryto, C.11.21.

Mandato ff.43.31.& V.40.13.& M.C. 7.11.
militari testamento, I.2.11.& ff. 29.1.& V.28.18.& M.C.9.16.
militari veste, C.12.40 & V.11.14.& M.C.3.22.
militem vsfallo, qui contumax est, F.2.22.
minoribus xxv. annis, ff 4.4.& V.49.1.& M.C.25,4. & M.R.5.13.
Moderatore Arabiæ, A.8.3.
moderatore Helonoponti, A.4.7.
modo mulctarum, quæ à iudicibus infliguntur, C.1.50.
monachis, A.1.5.& M.P.3.3.& M.R.3.2.
monopoliis, & conuentu negociorum, &c. C.4.59.
mortis causa donationibus, &c. ff.39.6.& C. 8.57.& A.6.16.& V.35.5.& M.C.14.17.
mortuo inferendo, & sepulchro ædificando, ff.11.8.& V.10.11.& 36.3.4.& M.C.3.7.& 8.14.15.
Muliere raptum passa, A.9.25.
mulieribus, in quo loco munera, &c. C.10.62.
mulieribus, quæ se propriis seruis coniunxerint, C.9.11.
muneribus & hominibus, ff.50.4.& V.13.1.& M.C.3.34.& M.R.3.10.
muneribus & honoribus non continuandis, &c. C.10.40.
muneribus patrimoniorum, C.10.41.& V.13.1.& M.C.3.34.
municipibus & originariis, C.10.38.
murilegulis & gynæciariis, &c. C.11.7.& V.11.1.& M.C.3.10.
Mutatione nominis, C.9.25.& V.4.8.& M.C.1,29.
mutuis petitionibus, D.2.4.

N

NAtalibus restituendis ff.40.11.
Natis ex libero ventre, D.4.10.
natura feudi, F.1.7.
naturalibus liberis & matribus eorum, &c. C.5.27.& V.16.4.& M.C.4.24.& M.P.5.2.& M.R.3.11.
natura successionis feudi, F.2.50.
naufragiis, C.11.5.
nauibus non excusandis, C.11.3.
nauicularis, seu naucleris publicas species transportantibus, &c. C.11.1.
nautæ, caupones, stabularij, &c. ff. 4.9.& V.39.9.& M.C.17.8.
nauticis vsuris, A.8,11.
nautico fœnore, ff.22.2.& C.4.33.
nautis Tyberinis, C.11.26.
Necessariis & seruis hæredibus instituendis, &c. C.6.27.
ne Christianum mancipium hæreticus, &c. C.1.10.
ne clerici vel monachi secularibus negociis se immisceant, D.3.50.& S.3.24.
ne decurio aut cohortalis, &c. A.9.33.
ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur, ff.40.15.& C.7.21.
ne fideiussores vel mandatores dotium dentur, C.5.20.
ne filius pro patre, &c. conueniatur, C.4.13.
ne fiscus rem quam vendidit, euincat, C.10.5.
ne fiscus vel respublica procurationem, &c. C.2,17.
negociatores ne militent, C.12.35.
negotiorum gestorum, ff.3.5.& C. 2.18.& V.44.5.& M.C.20.& M.R.5.8.
ne Iudæi, &c. curiali fortuna liberentur, A.4.24.
ne liceat in vna eademq; causa tertio prouocare, &c. C.7.70.
ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præstare, &c. C.2.13.
nemini licere signum saluatoris Christi humi, &c. C.1.8.
ne operæ à collatoribus exigantur. C.10.24.
ne prælati vices suas vel Ecclesia sub annuo censu concedant, D.5.4.
ne pro dote mulieri bona mariti addicantur, &c. C.5.22.
neque virum quod ex dote est, neque mulierem, &c. A.7.10.
ne quid in flumine publico, inure ripa eius fiat, &c. ff.43.12.& V.26.8.& M.C.8.19.
ne quid in loco sacro fiat, ff.43.6.& V. 26.2.& M.C.8.13.
ne quid in loco vel itinere publico fiat, ff. 43.8.& V.26.10.& C.8.21.
ne quid oneri publico imponatur, C.11.4.
ne quis cogatur bonis cedere, A.9.18.
ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat, ff.2.7.
ne quis in sua causa iudicet, &c. C.3.5.
ne quis liber inuitus actum reipubl. gerere cogatur, C.11.36.
ne quis mutuum dans agricolæ, terram eius teneat, &c. A.4.11.
ne quis, quod agricolæ mutuam pecuniam dedit, &c. A.4.13.
ne rei dominicæ vel templorum vendicatio, temporis præscriptione submoueatur, C.7.38.
ne rei militaris comitibus, vel tribunis lauacra præstentur, C.1.43.
ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur, C.11.54.
ne sacræ formæ, quæ de causis procedunt publicis, aliter robur accipiant, A.9.34.
ne sanctum baptisma iteretur, C.1.6.& V.10.11.& M.C.3.7.
ne sede vacante aliquid innouetur, D.3.9.& S.3.8.& M.P.3.2.
ne sine iussu principis certis iudicibus liceat confiscari, C.9.48.
ne tutor vel curator vectigal conducat, C.5.41.
ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit, ff.43.4.& V.23.7.& M.C.7.19.
ne vxor pro marito, &c. conueniatur, C.4.12.
Nihil innouari appellatione interposita, ff.49.7.
Nili aggeribus non rumpendis, C.4.38.
Non alienandis aut permutandis rebus ecclesiasticis, &c. A.2.1.
non eligendo secundo nubentes mulieres, &c. A.1.2.
non licere habitatoribus metrocomiæ loca sua ad extraneum transferre, C.11.55.
non numerata pecunia, C.4.30.& V.48.4.& M.C.24.4.& M.R.5.11.
notis feudorum, F.2.58.
noua forma fidelitatis, F.2.V.

noui operis nunciatione, ff.39.1.& C. 8.11.& D.5.32 & M.P.5.3.& M.R.3.16
noui operis nunciatione maritimi adspectus, A.5.18
nouationibus & delegationibus ff. 46.2.& C. 8.42.& V.48.14.& M.C.2.12.& M.R.5.12
noxalibus actionibus, A.8.& ff.9.4.& C. 3.41.& V. 47.2.& M.C.2.12.
Nudo iure Quiritum tollendo, C 7.25
nulli licere in frenis & equestribus sellis & in balteis margaritas, &c. C.11.11.& V.12.13.& M.C.3.25
nullum credentem agricolæ, tenere illius terram, &c. A.4.5
numerariis, & chartulariis, &c. C.12.50.& V.2.19.& M.C.1.11
nundinis, ff.50.11.& V.12.34.& M.C.3.33
nundinis & mercatoribus, C.4.60
nuptijs, I.1.10.& C.5.4.& A.4.1.& V.14.2.& M.C.4.2.& M.P.4.12.& M.R.3.8

O

OBlatione votorum, C.12.49
obligationibus & actionibus, ff.44.7.& C.4.10 & M.P.5.6.& M.R.5.1
obligationibus ex consensu, I.3.23
obligationibus quæ ex delicto nascuntur, I.4.1.& M.R.5.10
obligationibus quæ quasi ex contractu nascuntur, I.3.28 & V.44.4.& M.C.20.3
obligationibus quæ quasi ex delicto nascuntur, I.4.5.& V.46.1.& M.C.22.1
obligatis ad ratiocinia ordinandis, vel non, D.1.19.
obsequiis à liberis & libertis, parentibus & patronis præstandis ff.17.15
obsequiis patrono præstandis. C.6.6
obseruatione ieiuniorum, D.3.46
Officinis siue tabernis Constantinop. &c. A.4.22
officio adsessoris, ff. 1.12
officio archidiaconi, D.1.23.& M.P.3.11
officio archipresbyteri, D.1.24
officio ciuilium iudicum, C.1.41
officio comitis Orientis, C.1. 35.& V. 2.17.& M. C. 1.10
officio comitis rerum priuatarum, &c. C.1.33
officio comitis sacrarum largitionum, C.1.32.& V.11.1.& M.C.3.10
officio consulis, ff.1.10
officio custodis, D.1.27.& M.P.3.11
officio diuersorum iudicum, C.1.44
officio eius cui mandata est iurisdictio, ff.1.21
officio eius qui vicem alicuius iudicis, &c. C.1.46
officio & potestate iudicis delegati, D. 1.29.& S. 1.14.& Cl.1.8
officio iudicis, I.4.17.& D.1.32.& V.3.7.& 7.8.& M.C.1.15.& 2.23.& M.P.2.17.& M.R.1.9.& 2.2.15
officio iudicis ordinarii, D.1.31.& S.1.16
officio iuridici Alexandriæ, ff.1.20.& C.1.53.& V. 2.17.& M.C.1.10
officio legati, D.1.30.& S.1.15.& M.P.3.11
officio magistri militum, C.1.29.& V.11.11.& M.C.3.19
officio magistri officiorum, C.1.31.& V.11.11.& M. C.3.39
officio militarium iudicum, C.1.42.& V.11.11.& M.C.3.19
officio ordinarii, Cl.1.9
officio præfecti Augustalis, ff.1.17.& C.1.38.& V.2.17.& M.1.10
officio præfecti prætorio, ff.1.11
officio præfecti prætorio Africæ, &c. C.1.27.& V.2.17.& M.C.1.10
officio præfecti prætoriorum Orientis & Illyrici. C.1.26
officio præfecti vigilum, ff.1.15.& C.1.40.& V. 2.14.& M.C.1.10
officio præfecti vrbi, ff 1.12.& C.1.28
officio præsidis. ff 1.18.& V.2.16.& M.C.1.10
officio prætoris, ff.1.14.& C.1.38
officio primicerii, D.1.25.& M.P.3.11
officio praeconum & legati ff.1.16.& C.1.34.& V.2.15.& M.C.1.10
officio procuratoris Cæsaris, vel rationalis ff.1.19.& V.11.1.& M.C.3.10
officio quæstoris, ff.1.13.& C.1.30
officio rectoris prouinciæ, &c. C.1.39
officio sacristæ, D.1.26.& M.P.3.11
officio vicarii, C.1.37.& D.1.28.& S.1.13.& Cl. 1.7.& V.2.18.& M.C.1.11.& M.P.3.11
Omni agro deserto, &c. C.11.58
Operis libertorum, ff.38.1.& C.6.3.& V.20.6.& M.C.6.20
operis seruorum, ff.7.7.& V.24.8.& M.C.7.33
operis noui nunciatione. ff.39.1.& C.8.11.& V.27.1.& M.C.8.26
operibus publicis, ff.50.10.& C.8.12.& V. 12.10.& M.C.3.31
optione vel electione legata, ff.33.5.& V.34.11.& M.C.14.7.& M.R.4.10
Ordinatione episcoporum & clericorum, A. 9.20.& M.P.3.4
ordinatis ab episcopo, qui renunciauit episcopatum, D.1.13
ordine cognitionum, C 7.19.& D.2.10.& V.7.8.& M.C.2.23.& M.P.2.17.& M.R.2.15
ordine iudiciorum, C.3.8
ordine senatorum, &c. A.5.17
origine iuris ciuilis & omnium magistratuum, &c. ff. 1.2.& V.1.2.& M.C.1.1

P

PAce tenenda, & eius violatoribus, F.2.27
pace tenenda inter subditos, &c. F.2.53
pactis, ff.2.14.& C.2.3.& D.1.35.& S.1.18.& V.37.1.& M.C.15.14.& M.P.5.7.& M.R.5.3
pactis conuentu tam super dote, &c. C.5.14
pactis dotalibus, ff.23.4.& V.15.1.& M.C.4.10
pactis inter emptorem & venditorem compositis, C.4.54.
pactis pignorum. &c. C. 8.35
paganis & sacrificiis & templis eorum, C. 1. 11.& M. P. 1.18
palatiis, & domibus dominicis, C.11.76
palatinis sacratum largitionum, &c. C.12.24
parochiis & alienis parochianis, D.3.29
partu pignoris, & omni causa, C.8.25

pascuis publicis & priuatis, C.11.60.
patria potestate, I.1.9. & C.8.47. & V.16.1.5. & M.C. 4.21.25.
patribus qui filios suos distraxerunt, C.4.43.
Peculio, ff.15.1. & V.45.11. & M.C.21.10.
peculio clericorum, D.3.25.
peculio eius qui libertatem meruit. C.7.23.
peculio legato, ff.33.8. & V.34.14. & M.C.14.10.
pedaneis iudicibus, C.3.3.
penu legata. ff.33.9. & V.33.4. & M.C.13.4.
præfectissimatus dignitate, C.12.3.
periculo eorum qui pro magistratibus interuenerunt, C. 11.34.
periculo & commodo rei venditæ, ff.18.6. & C.4. 48. & V 41.2. & M.C.18.2.
periculo nominatorum, C.11.33.
periculo successorum parentis, C.10.61.
periculo tutorum & curatorum, C.5. 38.
perpetuis & temporalibus actionibus, &c.1.4.12.
per quas personas nobis adquiritur, I.2.9. & C. 4. 27. & V.21.2. & M.C.7.2.
per quas personas nobis obligatio adquiritur, I.3 29.
per quos fiat inuestitura, &c. F.2.3.
petitione hæreditatis, ff.5.3. & C.3.31. & V.31.1. & M.C. 11.1. & R.4.8.
petitionibus bonorum sublatis, C.10 12
pignoraticia actione, &c. ff. 13. 7 & C.4. 24 & V. 40. 10.12 & M.C.17.18. 20
pignoribus & aliis cautionibus, D.3.21
pignoribus & hypothecis, &c. ff. 20. 1 & C. 8.14 & V. 40.1 & M.C.17.10 & M.R.5.5
pignori dato feudo, quid iuris sit, F.1.11
pistoribus, C. 11.15 & V.11.1 & M.C.3.10
Plus petitionibus, C.3.10 & D.2.11
plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur, C.4.22
Pœna iuduis qui male iudicauit, &c. C.7.49
pœna temere litigantium, I.4.16
pœnis. ff.48.19 & C.9.47 & D.5.37 & S. 5. 9 & Cl. 5.8 & V.3.3 & M.C.1.14 & M.P.1.7 & M.R.1.8
pœnis fiscalibus creditores præferri, C.10.7
pœnitentiis & remissionibus, D.5.38 & S.5.10 & Cl.5.9 & M.P.4.5 & M.R.3.7
pollicitationibus, ff.50.12 & V.12.8 & M.C.3.29
ponderatoribus & auri illatione. C.10.71
popularibus actionibus, ff. 47.23 & V.26.12 & M.C. 8. 23
possessoria hæreditatis petitione. ff.5.5
posthumis hæredibus instituendis, &c. C. 6.26 & V. 28. 20 & M.C.9.18
postliminio reuersis, &c. C. 8. 51 & 9. 50. 3 & M. C.25. 17
postulando, ff. 3.1 & C.2.6 & D.1.37 & V.5. 4 & M.C. 2.4 & P.2.3 & M.R.2.3
postulatione prælatorum, D.1.5 & S.1.5
potioribus ad munera nominandis, C.10. 65
Præbendis & dignitatibus, D.3.5 & S.3.4 & Cl. 3. 2 & M.P.3.7 & M.R.33
præbendo salario, C.10.36
prædiis decurionum sine decreto non alienandis, C. 10. 33
prædiis & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis, &c. C.5.71
prædiis & omnibus rebus nauiculariorum, C.11.2 & V.13 9 & M.C.3.40
prædiis Tamiacis &c. C.11.68
præfectis prætorio, siue vrbi, &c. C.12.4 & V. 2.10.11 & M.C.1.10
præpositis agentium in rebus, C.12. 21. & V.2.19. & M. C.1.11
præpositis & tribunis scholarum, C.12.11
præpositis laborum. C.12.18
præpositis sacri cubiculi, &c. C.12.5
præpositis sacrorum scriniorum, & c. C.12.19
præscriptione longi temporis, &c. C.7.33
præscriptione triginta vel quadraginta annorum, C. 7. 39
præscriptionibus, D.2.26 & S.2.13 & M.R.5.2
præscriptis verbis & in factum actione. ff.19.5 & V.44.1 & M.C.20.1
præside Pisidiæ, A.4.3
præsumptionibus, D.2.23 & M.R.2.10
prætore Lycaoniæ, A.4.4
prætore Paphlagoniæ, A.4.8
prætore Siciliæ, A.8.5
prætore Thraciæ, A.4.5
prætoribus, &c. C.12.2 & V.2.13 & M.C.1.10
prætoribus populi, A.2.8
prætoriis stipulationibus, ff. 46. 5 & V. 38.14. & M. C. 16.12
prætorio pignore, &c. C.8.22
præuaricatoribus, ff.47.15 & V.3.10 & M.C.17 & M. P.1.11
precariis, C.3.14
precario, ff.43.25 & V.23.13 & M.C.7.25
precario & Saluiano interdicto C.8.9
precibus imperatori offerendis, &c. C.1.19 & V. 1.16. & M.C. 1.5
presbytero non baptizato, D.34.3
primicerio, & secundicerio, &c. C.12.7 & V.2.19 & M. C.1.11
primipilo, C.12.63 & V.2.19. & M.C.1.11
principibus agentium in rebus, C.12.22 & V.2.19. & M. C.1.11
priuatis carceribus inhibendis, C.9.5
priuatis delictis, ff. 47.1
priuilegiis, S.5.7 & M.P.1.3. M.R.1.3
priuilegiis archiepiscopi primæ Iustinianæ, &c. A. 2.6
priuilegiis corporatorum vrbis Romæ. C.11.14
priuilegiis creditorum. ff. 42.6 & V.8.9 & M.C.2.35 & M.R.2.19
priuilegiis domus Augustæ, &c. C.11.74
priuilegiis dotis hæreticis mulieribus non præstandis, A. 8.10
priuilegiis eorum qui in sacro palatio militant, C. 12. 29
priuilegiis & excessibus priuilegiatorum, D. 5. 33 & Cl. 5.7
priuilegiis scholarum, C.12.30
priuilegiis veteranorum, ff.49.18
priuilegiis vrbis Constantinopolitanæ, C.11.20.

priuilegio

priuilegio dotis, C.7.74
priuilegio fisci, C.7.73
probationibus, C.4.19 & D.2.19 & Cl.2.7 & V.7.2 & M.C.2.17 & M.P.2.12
probationibus & præsumptionibus, Dig. 22. 3 & M. R. 2.9
proconsule Cappadociæ, A.4 9
proconsule Palestinæ, A.8.4.
procuratorib. C.2.12 & D.1.38 & S.1.19 & Cl. 1.10 & V.5.6 & M.C.2.5 & M.P.2.5 & M.R.2.3
procuratoribus & defensoribus, ff.3.3
pro derelicto, ff.41.8 & V.21.6 & M.C.7.5
pro donato, ff.41.7 & V.22 6 & M.C.7.13
pro dote, ff.41.10 & V.21.6 & M.C.7.5
pro emptore, ff.41.5 & V.22.6 & M.C.7.13
professoribus & medicis, C.10. 52 & V.12. 7 & M.C.3 28
professoribus qui in vrbe Constantinopolitana docentes, &c. C.12.15
pro hærede vel possessore, Digest. 41. 6 & V. 22. 6 & M. C.7.13
prohibita feudi alienatione per Fredericum, F.2.55
prohibita feudi alienat. per Lotharium, F.2.52.
prohibita sequestratione pecuniæ, C.4.4 & V.5.9 & M. C.2.6
pro legato, ff.41.9 & V.21.6 & M.C.7.5
prole partienda inter rusticos, A.9.38.
pro socio, ff.17.2 & C.4.37 & V.43.10 & M. C. 19. 10
pro soluto, ff.41.4 & V.21.6 & M.C.7.5
pro suo, ff.41.10 V.21.6 & M.C.7.5
prouinciarum præsulibus, A.9.43
proxenetis, ff.50.14
proximis sacrorum scriniorum, &c. C.12.19 & V. 2.19 & M.C.1.11
Publicæ lætitiæ vel consulum nuntiatores, &c. C.12.64
publicanis & vectigalibus & commissis, ff.39.4 & V.47 6 & M.C.23.6
publiciana in rem actione, ff. 6. 2 & V.21. 11 & M.C.7 7 & M.R.3.13
publicis iudiciis, I.4.18 & ff.48.1 & V.3 & 4 & M. C.1.12 & M.P.1.6 & R.1.6
pupillari substitutione, I.2.16
purgatione canonica, D.5.34 & M.P. 1.14
purgatione vulgari. D 3.35
purificatione post partum, D.3.47

Q.

Quadriennij præscriptione, C.7.37
quæ fuit prima causa beneficij amittendi, F.2.24.
quæ in fraudem creditorum facta sint, vt restituantur, ff.42.9 & V.49.14 & M.C.25.14 & M.R.5.13
quæ res exportari non debeant, C.4.41
quæ res pignori vel hypothecæ datæ, obligari non possunt, ff.20.3
quæ res pignori obligari possunt, &c. C.8.17
quæ res vendi non possunt, &c C.4.40
quæ sententiæ sine appellatione rescindantur, Digest. 49.8.
quæ sint regaliæ, F.2.56
quæ sit longa consuetudo, C.8.53
quæstionibus, ff. 48.18 & C.9. 41 & V. 2. 8 & M.C.1. 16 & M.R.1.10
quæstore, A.6.9 & V.2.12 & M.C.1.10
quæstoribus & magistris officiorum, &c. C.12.6
quæstoribus, id est præfectis insularum, A.4.20
qualiter dominus proprietate feudi priuetur, F.2.47
qualiter iurare debeat vasallus domino fidelitatem, F. 2.5
qualiter olim poterat feudum alienari, F.2.9
quando actio de peculio annalis sit, ff.15.2
quando appellandum sit. ff.49.4
quando ciuilis actio criminali præiudicet, &c. C. 9. 31
quando decreto opus non est, C.5.72
quando dies legati vel fideicommissi cedit, C.6.52
quando dies legatorum vel fideicommissorum cedit, ff. 36 2 & V.33.8 & M.C.13.7
quando dies vsusfructus legati cedit, ff.7.3
quando & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum, &c. C.10.34
quando ex facto tutoris vel curatoris minores agere, &c. ff.26.9 & C.5.39
quando fiscus vel priuatus debitoris sui debitores conuenire possit, C.4.15
quando Imperator inter pupillos & viduas, &c. C.3 14
quando libellus principi datus litis contestationem faciat, C.1.20
quando liceat ab emptione discedere, C.4.45
quando liceat vnicuique sine iudice se vindicare, &c. C. 3.27
quando mulier tutelæ officio fungatur, C.5.35
quando non petentium partes petentibus adcrescant, C. 6.10.
quando prouocare non est necesse, C.7.64
quando tutores vel curatores esse desinant, C.5.60
quarum rerum actio non datur, ff.44.5
quemadmodum ciuilia munera indicuntur, C. 10. 42
quemadmodum feudum ad filiam pertineat, F.1.24
quemadmodum seruitutes amittantur, ff.8.6
quemadmodum testamenta aperiantur, &c. ff. 29.3 & C.6.32
qui accusare non possunt, C.9.1
qui ad bonorum possessionem & intra quod tempus admittantur, C.6.9
qui ætate se excusant, C.5.68
qui ætate vel professione se excusant, C.10.49
qui bonis cedere possunt, C.7.71
quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet, C.11.72
quibus ad libertatem proclamare non licet, ff.40.13 & C.7.18.
quibus alienare licet, vel non, I.2.8
quibus ex causis in possessionem eatur, ff.42. 4 & V.8.6 & M.C.2.32
quibus ex causis maiores in integrum restituantur, C. 2.53
quibus ex causis manumittere non licet, I.1.6
quibus ex causis serui pro præmio libertatem accipiunt, C.7.13 & V.19.4 & M.C.6.4

quibus

quibus modis feudum amittatur, F.1.5 & 17
quibus modis feudum constitui potest, F.1.25
quibus modis ius patriæ potestatis soluitur, I.1.12
quibus modis naturales efficiantur sui, &c. A.7.1
quibus modis naturales efficiantur legitimi, &c. A. 6.3.
quibus modis pignus vel hypotheca soluitur. ff.20.6. & V.40.4 & M.C.17.13
quibus modis re contrahitur obligatio, I.3.15
quibus modis testamenta infirmentur, I.2.17 & V.28.6 & M C.9.5
quibus modis tollitur obligatio, I.3.30
quibus modis tutela finitur, I.1.22. & V.17.8. & M.C. 5.8
quibus modis vsusfructus vel vsus amittatur, ff.7.4 & V. 24.2 & M.C.7.27
quibus muneribus excusantur ij, qui post impletam militiam, &c. C.10.55
quibus muneribus vel præstationibus nemini liceat se excusare, C.10.48
quibus non competit bonorum possessio. ff.38 13
quibus non est permissum facere testamentum, I 2 12
quibus non obiicitur longi temporis præscriptio, C. 7. 35
quibus rebus ad eundem iudicem eatur, ff.11.2
quibus res iudicata non nocet, C.7.56
quib. clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt, D 4.6
qui dare tutores vel curatores possunt, &c. C.5.34
quid iuris si post alienationem feudi vasallus id recuperauerit, F.2.44
quid præcedere debeat, an inuestitura, vel fidelitas, F. 2.4
quid sit inuestitura, F.2.2
qui & aduersus quos in integrum restitui non possunt, C.2.41
qui & à quibus manumissi, liberi non fiant, &c. Digest. 40.9
qui feudum dare possunt, & qui non, &c. F.1.1
qui filij sint legitimi, D.4.17
qui legitimam personam standi in iudicio habeant, vel non, C.3.6
qui manumittere non possunt, &c. C.7.11
qui matrimonium accusare possunt, &c. D.4.18
qui militare possunt, &c. C.12.34 & V.11.12 & M.C. 3.20
qui morbo se excusant, C.5.67 & 10.50
qui numero liberorum se excusent, C.5.66
qui numero tutelarum se excusant, C.5.69
qui petant tutores vel curatores, &c. ff.26.6 & C.5.31 & V.17.5 & M.C.5.5
qui potiores in pignore habeantur, &c. ff. 20.4. & C.8. 18 & V.40.9 & M.C.17.17
qui pro sua iurisdictione iudices dare darive possunt, C. 3.4
quis à quo appelletur, ff.49.3
qui satisdare cogantur, vel iurato promittant, &c. ff.2.8 & V.6.7.9 & M.C.2.12.14
qui dicatur dux, marchio, &c. F.2.10
qui sine manumissione ad libertatem perueniunt, Digest. 40.8
qui sint rebelles, in constitutionum Henrici VII. titulo 2.
quis ordo in bonorum possessione seruetur, ff.38.15
qui successores feudum dare teneantur, F.1.3
qui successores teneantur, F.1.9
qui testamentum facere possint, &c. ff.28.1 & C.22
qui testamento tutores dare possunt, I.1.14
qui testes sunt necessarij ad nouam inuestituram probandam, F.2.32
quod cuiuscunque vniuersitatis nomine, vel contra eam agatur, ff.3.4 & V.12.5 & M.C.3.27
quod cum eo qui in aliena potestate est, gestum esse dicitur, &c. I.4.7 & ff.14.5 & C.4.26 & V.45.7 & M.C.21.6 & M.R.5.9
quod falso tutore authore gestum esse dicetur, ff.27.6
quod iussu ff.15.4 & V.45.14 & M.C.21.13
quod legatorum, ff.43.3
quod metus causa gestum erit, ff.4.2 & V.49.2 & M. C.25.2
quod quisque iuris in alterum statuit, vt ipse eodem iure vtatur, ff.2.2 & V.8.2 & M.C.2.28
quod vi aut clam, ff.43.23 & V.23.12 & M.C.7.24
quomodo & quando iudex sententiam proferre debeat, &c. 7.43
quomodo in læsæ maiestatis crimine procedatur, in constitutionum Henrici VII, tit. 1.
quomodo oporteat episcopos & cæteros clericos ad ordinationem perduci, &c. A.1.6
quomodo oporteat milites transitum in ciuitatibus facere, &c. A.9.13
quomodo oporteat monachos viuere, A.9.16
quo quisque ordine conueniatur, C.11.35
quorum bonorum, ff.43.2 & M.R.4.8
quorum legatorum, ff.43.3 & V.23.6 & M.C.7.18
quo tempore miles inuestituram petere debeat, F.1.22
quot testes sint necessarij ad probandam feudi ingratitudinem, F.2.57

R.

RAptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt, A.9.13
raptoribus, incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum, D.5 17
raptu virginum seu viduarum, nec non sanctimonialium, C.9.13 & V.4.3 & M.C.1.24 & M.P.1.15 & M.R.1.13
ratam rem habere, & de ratihabitione, ff.46.8 & V.6. 8 & M.C.2.13 & M.R.2.7
ratiociniis operum publicorum, & patribus ciuitatum, C.8.13
Rebus alienis non alienandis, &c. C.4.51
rebus corporalibus & incorporalibus, I.2.2 & M.P. 3.15
rebus creditis, &c. ff.12.1 & C.4.1
rebus dubiis. ff.34.5 & V.7.9 & M.C.2.24
rebus Ecclesiæ alienandis, vel non, D.3.13 & M.P. 3. 12
rebus ecclesiæ non alienandis, S.3.9 & Cl.3.4
rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis, &c. Digest. 27.9 & V.18.6 & M. C.5.14
rebus iudicis authoritate possidendis, &c. ff.42.5

Receptis

receptis arbitris, C.2.55. & V.9.2. & M.C.2.38. & M. P.2.21. & M.R.2.20.
receptis qui arbitrium receperunt, vt sententiam dicant, ff.4.8.
receptoribus ff.47.16.
referendariis sacri palatii, A.2.5.
regula Catoniana, ff.34.7.
regularibus & transeuntibus ad religionem, D.3. 31. S. 3.14. & Cl.3.9.
regula iuris, D.5.41. & S.5.13. & V.50.5. & M.C.25. 19. & M.P.5.12. & M.R 5.15.
reis postulatis, C.10.58.
reis promittendi, A.7.11.
re iudicata, &c. ff.42.1. & C.7.52. & V.8.3. & M.C. 2.29. & M.P.2.19. & M.R.2.17.
rei vindicatione, ff.6.1. & C.3 32. & V.21.5. & M.C. 7.5. & M.R.3.13.
rei vxoriæ actione, &c. C.5.13.
relationibus, C.7.61. & V.7.10.
releuatione tributorum publicorum, A.49.5.
religiosis domibus, S.3.17.
religiosis domibus, vt episcopo sint subiectæ, D.3.36. & Cl.3.11.
religiosis & sumptibus funerum, &c. ff.11.7. & C.3.43. & V.26.2. & 44.7. & M.C.8.13.
reliquiis & veneratione sanctorum, D.3.45. & S.3.22. & Cl.3.16. & M.P.3.15.
reliquiis publicis non exigendis, &c. A.9.29.
rem alienam gerentibus non interdici rerum suarum alienatione, C.4.53.
re militari. ff.49.16. & C.12.36. & V.11.12. & M.C. 3 32. & M.R.3.10.
remissione pignoris, C.8.26.
remissionibus, ff.43.24.
rem pupilli saluam fore, &c. ff.46.6. & V.18.12. & M. C.5.20.
rem ratam haberi, &c. ff.46.8.
renunciatione, D.1 9. & S.1.7. & Cl. 1.4.
replicationibus, I.4.14.
repudianda bonorum possessione, C.6.19.
repudianda vel abstinenda hæreditate, C. 6.31. & V. 30.3. & M.C.10.14. & M.R.4.7.
repudiis, & iudicio de moribus sublato, C.5.17.
reputationibus, quæ fiunt in iudicio in integrum restitutionis, C.2 47.
requirendis reis, &c. ff.48.17. & C.9.40. & V.3.6. & M.C.1.15.
rerum amotarum, ff.25.2. & C.5.21. & V.47.5. & M. C.23.5.
rerum diuisione, &c. I.2.1. & ff.1.8. & V.26.1. & M.C. 8.12.
rerũ permutatione, &c. ff.19.4. & C.4.64. & D.3.19. & S.3.10. & Cl.3.5. & V.41.10. & M.C.18.9.
rescindenda venditione, &c. ff.18.5. & C.4.44.
rescriptis, D.1.3. & S.1.3. & Cl.1.2. & V.1.10. & M.C. 1.5. & M.P.1.4. & M.R.1.4.
res inter alios acta vel iudicata aliis ne noceat, C.7.60.
restitutione fideicommissi, & nomine familiæ, &c. A. 9.8.
restitutione in integrum, D.1.41. & S.1.21. & Cl.1.11.
restitutione spoliatorum, D.2.13. & S.2.5.
restitutionibus, A.8.4.
restitutionibus, & ea quæ parit in vndecimo mense post mortem viri, A.4.18.
restitutionibus militum, & eorum qui reipubl. causa absunt, C.2.50.
reuocandis donationibus, C.8.56. & V.35.3. & M.C. 14.15.
reuocandis iis quæ per fraudem alienata sunt, C.7.75.
Ripa munienda, ff.43.14. & V.26.6. & M.C.8.17.
ritu nuptiarum, ff.23.2.
riuis ff.43.20. & V.25.11. & M.C.8.9.
Rusticis, qui in alienis prædiis nuptias contrahunt, A.9. 39.

S

SAcra forma transmissa Dominico gloriosis. præfecto, de diuersis capitulis, A.9.44.
Sacramentis non iterandis, D.1.16.
Sacra vnctione, D.1.15. & M.P.4.3.
Sacrificiis paganorum, &c. C.1.11. & V.10.11.13. & M. C.3.7.8.
sacrosanctis ecclesiis, &c. C.1.2. & V.10.8. & M.C.3. 6. & M.P.3.1.
sagittariis, D.5.15.
salgamo hospitibus non præstando, C.12.42.
Saluiano interdicto, ff.43.32. & V.40.11. & M.C.17. 19.
Samaritanis, A.9.26.
Samaritis, A.9.12.
sanctissimis episcopis, &c. A.9.6.
satisdando, C.2.26.
satisdatione tutorum vel curatorum, I.1.24. & V.18.1. & M.C.5.10.
satisdationibus, I.4.11.
Scenicas, non solum si fideiussores præstent, sed etiam si fideiussores dant, sine periculo discedere, A.5.6.
schismaticis, &c. D.5.8. & S.5.3.
scrutinio in ordine faciendo, D.1.12.
Secundis nuptiis, C.5.9. & D.4 21. & V.14.5. & M.C. 4.5 & M.P.4.21.
seditiosis, &c. C.9.30.
senatoribus, ff.1.9. & V.2.8. & M.C.1.10.
senatusconsultis, C.1.16.
senatusconsulto Claudiano tollendo. C.7.24.
senatusconsulto Macedoniano, ff.14.6.
senatusconsulto Orphiciano, I.3.4. & V.29.3. & M.C. 10.2.
senatusconsulto Syllaniano & Claudiano, &c. ff.29.5. & V.30.6. & M C.10.17.
senatusconsulto Tertylliano, I.3.3. & V.29.5. & M. C. 10.4.
senatusconsulto Trebelliano, C.6.48. & V.33.3. & M. C.13.3. & M.R.4.10.
sententia & re iudicata, D.2.27. & S.2.14. & Cl.2.11. & M.P.2.19. & M.R.2.17.
sententia excomunicationis, D.5.39. & S.5.11. & Cl.5.10
sententiam passis, & restitutis, ff. 48.23. & C.9.51. & V.3.15. & M. C.1.21.
sententiam rescindi non posse, C.7.50.
sententia quæ sine certa quantitate profertur, C.7.46.

sententia

Sententiæ contra fiscum latis retractandis, C.10.9.
sententiis & interlocutionibus omnium iudicum, C.7.45.
sententiis ex breuiculo recitandis, C.7.44. & V.7.11. & M.C.2.26.
sententiis præfectorum prætorio, C.7.42. & V.8.2. & M.C.2.28.
sententiis, quæ pro eo quod interest, proferuntur, C.7.47.
separationibus ff.42.7. & V.8.10. & M.C.2.36.
sepulchro violato, ff.47.12. & C.9.19. & V.26.5. & M.C.8.16. & M.R.3.16.
sepulturis, D.3.28. & S.3.12. & Cl.3.7. & M.P.4.9. & M.R.3.7.
sequestratione possessionum & fructuum, D.2.17. & Cl.2.6.
seruili cognatione, I.3.7.
seruis exportandis, &c. ff.18.7. & V.41.9. & M.C.18.8.
seruis fugitiuis, &c. ff.11.4 & C.6.1. & V.19.12. & M.C.6.12.
seruis non ordinandis, &c. D.1.18.
seruis reipubl. manumittendis, C.7.9.
seruitute legata, ff.33.3.
seruitutibus, ff.8.1. & V.23.1. & M.C.7.14. & M.P.5.2.
seruitutibus & aqua, C.3.34.
seruitutibus prædiorum, I.2.3. & M.R.3.16.
seruitutibus rusticorum prædiorum, ff.8.3. & V.25.6. & M.C.8.6.
seruitutibus vrbanorum prædiorum, ff.8.2. & V.25.5. & M.C.8.5.
seruo corrupto, ff.11.3. & V.47.9 & M.C.23.9.
seruo pignori dato manumisso, C.7.8.
si aduersus creditorem præscriptio opponatur, C.7.36.
si vduersus creditorem restitutio postuletur, C.2.37.
si aduersus delictum suum, &c. C.2.34.
si aduersus donationem, &c. C.2.29.
si aduersus dotem, &c. C.2.33.
si aduersus fiscum, &c. C.2.36.
si aduersus libertatem, &c. C.2.30.
si aduersus rem iudicatam, &c. C.2.26.
si aduersus solutionem à tutore vel à se factam, &c. C.2.32.
si aduersus transactionem vel diuisionem in integrum minor restitui velit, C.2.31.
si aduersus venditionem, &c. C.2.27.
si aduersus venditionem pignoris, &c. C.2.28.
si aduersus vsucapionem, &c. C.2.35.
si ager vectigalis & emphyteuticarius petatur, ff.6.3. & 12.13. & M.C.3.32.
si aliena res pignori data sit, C.8.16.
si à non competente iudice iudicatum esse dicatur, C.7.48.
si antiquior creditor pignus vendiderit, C.8.20.
si à parente quis manumissus fuerit, ff.37.12.
si certum petatur conditione, ff.12.1. & C.4.2. & V.37.10. & 39.2. & M.C.15.20. & 17.1.
si communis res pignorata sit, C.8.21.
si contra ius, vel vtilitatem publicam, vel per mendacium, &c. C.1.22.
si contra matris voluntatem tutor datus sit, C.5.47.
si cui plus, quam per legem Falcidiam licuerit, legatum esse dicatur, ff.35.3. & V.33.9. & M.C.13.8.
si curialis, relicta ciuitate, ius habitare maluerit, C.10.37.
si de feudo defuncti contentio sit inter dominum & agnatos vasalli, F.2.26.
si de feudo vasallus ab antiquo interpellatus fuerit, &c. F.2.25.
si de inuestitura feudi controuersia fuerit, F.1.4.
si de inuestitura inter dominum & vasallum lis oriatur, F.1.26.
si de momentaria possessione fuerit appellatum, C.7.69.
si dos constante matrimonio soluta fuerit, C.5.19.
si ex falsis instrumentis vel testimoniis iudicatum erit, C.7.58.
si ex noxali causa agatur, quemadmodum caueatur, ff.2.9.
si ex pluribus tutoribus vel curatoribus omnes vel vnus peragere rem minoris, &c. 5.40.
si familia furtum fecisse dicetur, ff.47.6. & V.47.3. M.C.23.3. & M.R.5.10.
si in causa iudicati pignus captum sit, C.8.23.
si in communi eademq; causa in integrum restitutio postuletur, C.2.25.
si in fraudem patroni à libertis alienatio facta sit, C.6.5.
si is qui testamento liber esse iussus erit, post mortem domini, &c. ff.47.4. & V.47.4. & M.C.23.4.
silentiariis & decurionibus eorum, C.12.16.
si libertatis imperialis socius sine hærede decesserit, C.10.14.
si libertus ingenuus esse dicetur, ff.40.14. & V.20.3. & M.C.6.17.
si maior factus venditionem factam sine decreto ratam habuerit, C.5.74.
si maior factus ratum habuerit, C.2.45.
si mancipium ita fuerit alienatum, vt manumittatur, &c. C.4.57.
si mancipium ita venierit, ne prostituatur, C.4.56.
si mater indemnitatem promiserit, C.5.46.
si mensor falsum modum dixerit, ff.11.6. & V.44.15. & M.C.20.14.
si minor ab hæreditate se abstineat, C.2.38.
si minor se maiorem dixerit, &c. C.2.42.
simonia, &c. D.5.3. & M.P.1.16. & M.R.1.13.
si mulier ventris nomine in possessione calumniæ causa esse dicetur, ff.25.6.
sine censu vel reliquis fundum comparari non posse, C.4.47.
singulis rebus per fideicommissum relictis, I.2.24.
si nuptiæ ex rescripto petantur, C.5.8.
si omissa sit causa testamenti, C.6.39.
si pars hæreditatis petatur, ff.5.4.
si pendente appellatione mors interuenerit, ff.49.13. & C.7.66.
si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio, C.8.5.
si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ secuta non sit, C.8.33.

si pi-

Si pignus pignori datum sit, C.8.28
Si plures vna sententia condemnati fuerint, C.7.55
Si post creationem quis decesserit, C.10.68
Si propter inimicitias creatio facta sit, C.10.66
Si propter publicas pensitationes venditio fuerit celebrata, C.4.46
Si quacunque præditus potestate, vel ad eum pertinentes, &c. C.5.7
Si quadrupes pauperiem fecisse dicetur, I.4.9. & ff.9.1 & V.47.1 & M.C.23.1
Si quid in fraudem patroni factum sit, ff.38.5 & V.20.9 & M.C.6.23
Si quis aliquem testari prohibuerit, &c. ff.29.6 & C.6.34
Si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, &c. C.4.50.
Si quis à parente manumissus fuerit, ff.37.12
Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis non obtemperauit, ff.2.11 & M.C.2.14 & M.R.2.7
Si quis eam, cuius tutor fuerit, corruperit, C.9.10
Si quis ignorans rem minoris esse sine decreto comparauerit, C.5.37
Si quis Imperatori maledixerit, C.9.7
Si quis in ius vocatus non ierit, &c. ff.2.6 & V.6.2 & M.C.2.8
Si quis ius dicenti non obtemperauit, ff.2.3
Si quis omissa causa testamenti, ab intestato, &c. ff.29.4 & V.33.14 & M.C.13.13
Si quis testamento liber esse iussus fuerit, ff.47.4
Si rector prouinciæ, vel ad eum pertinentes, sponsalitias dederint arrhas, C.5.2
Si reus vel accusator mortuus fuerit, C.9.6
Si sæpius in integrum restitutio postuletur, C.2.43
Si se abstinuit hæreditate, C.2.38
Si secundo nupserit mulier, cui maritus vsumfructum reliquit, C.5.10
Si seruitus vindicetur, &c. ff.8.5 & V.25.4 & M.C.8.4
Si seruus aut libertus ad decurionatum adspirauerit, C.10.32
Si seruus exportandus veneat, C.4.55
Si seruus extero se emi mandauerit, C.4.36
Si tabulæ testamenti extabunt, ff.37.2
Si tabulæ testamenti nullæ extabunt, vnde liberi, ff.38.6
Si tutor contra matris voluntatem datus sit, C.5.47.
Si tutor vel curator falsis allegationibus excusatus sit, C.5.63
Si tutor vel curator interuenerit, C.2.24
Si tutor vel curator non gesserit, C.5.55
Si tutor vel curator reipubl. causa abierit, C.5.64
Si tutor vel curator vel magistratus creatus appellauerit, ff.49.10
Si vasallus de feudo ab aliquo interpellatus fuerit, &c. F.2.25
Si vasallus feudo priuetur, cui deferatur, F.2.21.
Si vendito pignore agatur, C.8.30.
Si ventris nomine mulier in possessionem missa, eadem possessio dolo malo, &c. ff.25.5
Si vnus ex pluribus appellauerit, C.7.68
Si vnus ex pluribus hæredibus creditoris vel debitoris, partem suam debiti soluerit, &c. 8.32
Si vsufructus petatur, &c. ff.7.6 & V.24.4 & M.C.7.29.
Si vt omissam hæreditatem, vel bonorum possessionem, vel quid aliud adquirat, C.2.39
Societate, I.3.26. M.R.5.6
solutionibus. D.3.23.
solutionibus & liberationibus, ff.46.3 & C.8.43 & V.48.5.6. & M.C.24.56 & M.R.5.12
solutionibus & liberationibus debitorum ciuitatis, C.11.39
soluto matrimonio, quemadmodum dos petatur, ff.24.3 & C.5.18 & M.P.4.20
sortilegis. D.5.21 & M.R.1.13.
Spectaculis, & scenicis, & lenonibus, C.11.40 & V.12.14 & M.C.3.33 & M.R.3.10
sponsa duorum. D.4.4
sponsalibus, ff.23.1 & V.14.1 & M.C.4.1. & M.P.4.11
sponsalibus & arrhis sponsalitijs & proxeneticis, C.5.1
sponsalibus & matrimoniis, D.4.1. & S.4.1. M.R.3.8
sportulis & sumptibus in diuersis iudiciis faciendis, &c. C.3.2 & M.P.2.20 & M.R.2.18
Statoribus, C.12.25 & V.2.19 & M.C.1.11
statu hominum, ff.1.5
statuis & imaginibus, C.1.24 & V.12.10 & M.C.3.31.
statuliberis, ff.40.7.
statu monachorum, &c. D.3.35 & Cl.3.10 & M.P.3.11
statu regularium, S.3.16.
statutis & consuetudinibus contra libertatem Ecclesiæ inductis, &c. in constitutionib. Friderici I. Imp.
stellionatus crimine, ff.47.20 & V.46.18 & M.C.23.18
stipulatione seruorum, I.3.18 & ff.45.3
stratoribus, C.12.25.
studiis liberalibus vrbis Romæ & Constantinopol. C.11.18
Suariis, & susceptoribus vini, &c. C.11.16 & V.11.1 & M.C.3.10
successione cognatorum, I.3.5
successione feudi, F.1.8
successione fratrum, &c. F.2.11
successione libertorum, I.3.8
successionibus ab intestato, D.3.27
successionibus sublatis, &c. I.3.13
successoribus eorum qui in Africa degunt, A.4.15
successorio edicto, ff.38.9 & C.6.16
suffragio, C.4.3
suis & legitimis hæredibus, ff.38.16
suis & legitimis liberis, &c. C.6.54
summa Trinitate & fide catholica, &c. C.1.1 & D.1.1. & S.1.1 & Cl.1.1 & V.10.11 & M.C.3.7.
sumptus iniuncti muneris ad omnes collegas pertinere, C.11.37
sumptuum recuperatione, C.10.67
supellectile legata, ff.33.10 & V.33.4 & M.C.13.4
superexactoribus, C.10.20

super-

Superficiebus, ff.43.17 & V.23.9 & M.C.7.21
Super indicto, C.10.18
Supplenda negligentia prælatorum, D.1.10 & S.1.8. & Cl.1.5
Susceptoribus, præpositis & arcariis, C.10.70
Suspectis tutoribus & curatoribus, I.1.26 & ff.26.10 & C.5.43 & V.17.7 & M.C.5.7
Syndico, D.1.39

T.

Tabellionibus, &c. A.4.23
tabularijs, scribis, &c. C.10.69 & V.2.19 & M.C.1.11
tabulis exhibendis, ff.43.5 & C.8.7 & V.28.5 & M.C.9.4
Tempore non solutæ pecuniæ super dote, A.8.1
temporibus & reparationibus appellationum, &c. C.7.63.
temporibus in integrum restitutionis tam minorum, &c. C.2.52
temporibus ordinationum, &c. D.1.11 & S.1.9
termino moto, ff.47.21 & V.44.14 & M.C.20.13 & M.C.5.8
testamenta quemadmodum aperiantur, &c. ff.29.3 & V.28.4 & M.C.9.3
testamentaria manumissione, C.7.2
testamentaria tutela, ff.26.2 & C.5.28 & V.17.2 & M.C.5.2
testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur, C.6.23
testamentis & qui testamenta facere possunt, ff.28.1.
testamentis & vltimis voluntatibus, D.3.26 & 6.3.11 & Cl.3.6 & V.28.3, & M.C.9.2 & M.R.4.2.
testamentis imperfectis, &c. A.8.8
testamentis ordinandis, I.2.10
testamento militari, ff.29.1
testamento militis, C.6.21
testibus, ff.22.5 & C.4.20 & A.7.2 & Cl.2.8. & V.7.[illegible] & M.C.2.19 & M.P.2.14 & M.R.2.12.
testibus cogendis vel non, D.2.21
testibus & attestationibus, D.2.20 & S.2.10
Thesauris, C.10.15
Tigno iuncto, ff.47.3 & V.47.13 & M.C.23.13
Torneamentis, D.5.13
Tractatoris & statiuis, C.12.52. & V.2.19 & M.C.1.11
transactionibus, ff.2.15 & C.2.4 & D.1.36 & V.9.5 & M.C.2.41 & M.P.2.22 & M.R.2.21
translatione episcopi, D.1.7
treuga & pace, D.1.34
tributoria actione, ff.14.4 & V.45.10 & M.C.21.9
triente & semisse, & successionibus filiorum & nepotum naturalium, &c. A.3.5
tritico, vino vel oleo legato, ff.33.6 & V.33.4 & M.C.13.4
Tutelæ, & rationibus distrahendis, & vtili curationis causa actione, ff.27.3 & T.18.9.10 & M.C.5.17.18
tutelis, I.1.13 & ff.26.1 & V.17.1 & M.C.5.1 & M.P.5.2 & M.R.3.12
tutore vel curatore, qui satis non dedit, C.5.42
tutoribus & curatoribus datis ab ijs qui ius dandi habent, &c. ff.26.5 & V.17.4 & M.C.5.4
tutoribus vel curatoribus illustrium vel clarissimarum personarum, C.5.33
Tyronibus, C.12.44 & V.11.12 & M.C.3.20

V.

Vacatione & excusatione munerum, ff.50.5 & V.13.4 & M.C.3.37.
vacatione publici muneris, C.10.45
variis & extraordinariis criminibus, & si iudex litem suam fecisse dicatur, ff.50.13
vasallo decrepitæ ætatis, qui feudum refutauit, &c. F.2.14
vasallo milite, qui arma bellica deposuit, F.2.21
vasallo, qui contra constitutionem Lothharij regis beneficium alienauit, F.2.38
Vbi causæ fiscales, vel diuinæ domus, &c. C.3.26
vbi conueniatur, qui certo loco dare promisit, C.3.18.
vbi de causa status, agi debeat, C.3.22
vbi de criminibus agi oporteat, C.3.15
vbi de hæreditate agatur, &c. C.3.20
vbi de possessione agi oporteat, C.3.16
vbi de ratiociniis tam publicis quam priuatis agi oporteat, C.3.21
vbi & apud quem cognitio in integrum restitutionis agenda sit, C.2.46
vbi fideicommissum peti oporteat, C.3.17
vbi in rem actio exerceri debeat, C.3.19
vbi petantur tutores vel curatores, C.5.32
vbi pupilli educari debeant, C.5.49
vbi pupillus educari vel morari debeat, &c. ff.27.3. & V.18.4 & M.C.5.12
vbi quis agere vel conueniri debeat, ff.5.1 & V.5.2 & M.C.2.2
vbi quis de curiali vel cohortali, aliaue conditione conueniatur, C.3.23
vbi senatores vel clarissimi ciuiliter vel criminaliter conueniantur, C.3.24.
Vectigalia noua institui non posse, C.4.62 & V.11.7. & M.C.3.15
vectigalibus & commissis, C.4.61 & V.11.7 & M.C.3.15 & M.R.3.10
venatione ferarum, C.11.44 & V.12.14 & M.C.3.33
vendendis rebus ciuitatis, C.11.31 & V.12.9 & M.C.3.30.
venditione rerum fiscalium cum priuatis communium, C.10.4 & V.11.8 & M.C.3.16
ventre in possessionem mittendo, &c. ff.37.8 & V.31.9 & M.C.11.8
ventre inspiciendo, custodiendoq; partu, ff.25.4
verborum obligationibus, I.3.16 & ff.45.1 & V.38.1 & M.C.16.1 & M.R.5.4
verborum significatione, ff.50.16 & C.6.38 & D.5.40 & S.5.12 & Cl.5.11 & V.50.4 & M.C.25.18. & M.P.5.11 & M.R.5.14
vestibus holobaris, &c. C.11.8 & V.11.10 & M.C.3.18.
veteranis, ff.49.18 & C.12.47 & V.11.12 & M.C.3.20.
veteranorum & militum successione, ff.38.12
vetere iure enucleando, &c. C.1.17

Veteris numismatis potestate, C.11.10. & V.12.23, & M.C.3.32.
Via publica, &c. ff.43.10.
Vi bonorum raptorum, I.4.2. & C.9.33. & V.46.9. & M.C.22.8.
Vi bonorum raptorum, & de turba ff.47.8. & V.47.14. & M.C.23.14.
Vi, & de vi armata, ff.43.15.
Vindicta & apud consilium manumissione, C.7.1.
Vita & honestate clericorum, D.3.1. & S.3.1. & Cl.3.1.
Vnde cognati, ff.38.8.
Vnde legitimi, &c. ff.38.7. & C.6.15.
Vnde liberi, C.6.14. & V.29.2 & M.C.10.2.
Vnde vi, C.8.4. & V.23.11. & M.C.7.23 & M.R.3.14.
Vnde vir & vxor, ff.38.11. & C.6.18. & V.29.11. & M.C.10.8.
Voto, &c. D.5.34. & S.3.15. & M.P.4.10.
Vsucapione prædiorum, C.7.27.
Vsucapione pro dote, C.7.28.
Vsucapione pro emptore, &c. C.7.26.
Vsucapione pro herede, C.7.29.
Vsucapione transformanda, &c. C.7.31.
Vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus, I.2.6.
Vsucapionibus & vsurpationibus, ff.41.3. & V.22.1. & M.C.7.8. & M.R.3.13.
Vsu & habitatione, I.2.5. & ff.7.8. & V.24.8. M.C.7.33.
Vsu, & vsufructu, & reditu, &c. ff.33.2.
Vsufructuarius quemadmodum caueat, ff.7.9. & V.24.6. & M.C.7.31.
Vsufructu, I.2.4. & V.24.1. M.C.7.26. & M.P.5.3. & M.R.3.15.
Vsufructu adoecendo, ff.7.2.
Vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur, &c. ff.7.5.
Vsufructu & quemadmodum quis vtatur, &c. ff.7.1.
Vsufructu, vsu & habitatione, &c. C.3.33.
Vsu Mediolanensium secundum quosdam, F.1.28.
Vsuris C.4.32. & D.5.19. & S.5.5 & Cl.5.5. & V.36.9. & M.C.15.7. & M.P.1.19. & M.R.1.13. & 5.1.
Vsuris & fructibus & causis, ff.22.1.
Vsuris & fructibus legatorum, &c. C.6.47.
Vsuris nauticis, A.8.7.
Vsuris pupillaribus, C.5.56.
Vsuris rei iudicatæ, C.7.54.
Vsuris supra duplum non computandis, A.9.21.
Vt ab illustribus, & qui super eam dignitatem sunt, &c. A.5.26.
Vt actiones & ab hæredibus, & contra hæredes incipiant, C.4.11.
Vt causæ post pubertatem adsit tutor, C.5.48.
Vt clerici apud proprios episcopos primum conueniantur, &c. A.6.12.
Vt clerici, qui recedunt, aliis pro eis subrogatis præbeant alimenta, A.5.12.
Vt consensu matrimonium solui possit, A.9.23.
Vt constitutio sacratiss. Imperatoris, de successionibus nuptialium lucrorum, &c. A.5.23.
Vt cum de appellatione cognoscitur, &c. A.8.16.
Vt de cætero commutationes ecclesiasticarum rerum non ficte fiant, &c. A.5.10.
Vt defuncti seu funera eorum non iniurientur, &c. A.5.15.
Vt deliberandi ius etiam ad impuberes transmittatur, A.9.40.
Vt Dei amantiss. episcopi cum prouinciarum indigenis, &c. A.9.31.
Vt determinatus sit numerus clericorum, &c. A.1.3.
Vt dignitatum ordo seruetur, C.12.8.
Vt differentes iudices audire interpellantium allegationes, cogantur, &c. A.6.15.
Vt diuinæ iussiones subscriptionem habeant gloriosiss. quæstoris, A.8.15.
Vt ea quæ vocantur insinuatiua, super clericis in maiore ecclesia quidem dentur, &c. A.5.11.
Vt ecclesia Romanorum antiquum gaudeat præscriptione, A.2.4.
Vt ecclesiastæ resurrectionis alienare possit ædificia, &c. A.4.19.
Vt ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, D.3.12.
Vt ex legibus senatusveconsultis bonorum possessio detur, ff.38.14.
Vt exactione instante dotis primæ & secundæ, vir ad secunda vota migranti proponatur vxor prima, &c. A.7.3.
Vt factæ nouæ constitutiones, post insinuationes earum post duos menses valeant, &c. A.5.21.
Vt fratrum filij succedant pariter ad imitationem fratrum, &c. A.9.10.
Vti armorum vsus inscio principe interdictus sit, C.11.46.
Vt ij qui obligatas se habere perhibent res minorum, &c. A.6.1.
Vt immobilia antenuptialis donationis neq; hypothecentur, &c. A.5.16.
Vt in flumine publico nauigare liceat, ff.43.13.
Vt in possessione legatorũ vel fideicommissorum causa esse liceat. ff.36.4. & V.33.31. & M.C.13.12.
Vt in possessionem legatorum vel fideicommissorum seruandorum causa mittatur, &c. C.6.53.
Vt in priuatis domibus sacra mysteria non fiant, A.5.13.
Vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur, C.9.44.
Vti possidetis, ff.43.16. & C.8.6. & V.23.8. & M.C.7.20.
Vt iudices non expectent sacras iussiones, &c. A.9.8.
Vt iudices sine quisquo suffragio fiant, A.2.2.
Vt legatorum seu fideicommissorum seruandorum causa caueatur ff.36.3. & V.33.12. & M.C.13.1.
Vt liberti de cætero aureo non indigeant anuulo, &c. A.6.7.
Vt liceat Hebræis secundum formam hic traditam sacras scripturas Latine vel Græce, &c. A.9.28.
Vt liceat matri, & auiæ, & aliis parentibus post legitimam partem liberis derelictam, &c. A.8.18.
Vt lite non contestata, non procedatur ad testium receptionem, &c. D.2.6.

Vt lite pendente nihil innouetur, D.2.16. & S. 2.8. & Cl. 2. 5.
Vt lite pendente, vel post prouocationem aut definitiuam sententiam, nulli liceat Imperatori supplicare, C.1.21.
Vt litigantes iurent in exordio litis, quianeq; promiserint dare iudicibus, &c. A.9.7.
Vt matres etiam tutelæ rationibus obnoxiæ sint, A. 9.37.
Vt nemini liceat in emptione specierum se excusare, &c. C.10.27.
Vt nemini liceat sine iudicis authoritate signa rebus imponere alienis, C.2.16.
Vt nemo ad suum patrocinium suscipiat rusticanos, &c. C.11.53.
Vt nemo inuitus agere vel accusare cogatur, C.3.7.
Vt nemo priuatus titulos prædiis suis alienis imponat, &c. C.2.15.
Vt neq; miles, neq; fœderatus obseruetur domui priuatæ, &c. A.8.17.
Vt non fiant pignorationes pro aliis personis, &c. A. 5.7.
Vt non liberentur curiali fortuna Iudæi, &c. A.4.24.
Vt non luxurientur homines contra naturam, nec iurent per capillos Dei, &c. A.6.6.
Vt nulli iudicum liceat habere loci seruatorem, &c. A. 9.17.
Vt nullus ex vicaneis pro alienis vicariorum debitis teneatur, C.11.56.
Vt nullus fabricet oratorii domos præter voluntatem episcopi, A.5.22.
Vt nullus mutuans agricolæ teneat eius terram, A. 4.5.
Vt omnes iudices, tam ciuiles quam militares, post administrationem depositam, quinquaginta dies, &c. C.1.45.
Vt omnes obediant iudicibus prouinciarum, &c. A. 5. 24.
Vt ordinariæ præfecturæ vrbanæ, &c. liberent à curiali fortuna, A.5.25.
Vt particulares vsurarum solutiones in duplum computentur, A.9.4.
Vt præponatur nomen Imperatoris documentis, &c. A. 5.2.
Vt quæ desunt aduocatis partium, iudex suppleat, C. 2.10.
Vt restitutiones fideicommissi vsq; ad vnum gradum consistant, A.9.41.
Vt rubi, ff.43.30. & V.23.10. & M.C.7.22.
Vt sine prohibitione matres debitrices & creditrices tutelam gerant minorum, &c. A.7.6.
Vt sponsalitia largitas specialis sit contractus, &c. A. 9.2.
Vt terrulæ, vel domus, vel vinea sanctiss. ecclesiæ Mysiæ in redemptionem captiuorum, &c. C.5.20.
Vulgari & pupillari substitutione, ff.28.6. & V.28.14. & M.C.9.12.
Vulgari substitutione, l.2.15. & V.28.13. & M.C.9.11.
Vxoribus militum, & eorum qui reipub. causa absunt, C.2.51.

INDICIS RVBRICARVM
FINIS.

CATA-

CATALOGVS CAPITVM
HVIVS METHODI
CAPITVM PRIMÆ PARTIS
ELENCHVS.

LIBRI PRIMI, DE LEGIbus & Magistratibus, & iudiciis publicis.

De iure & legibus Cap.1.
De legislatione, interpretatione, aliisq; iuris legumq; accidentibus 2
De exceptionib. aduersus leges 3
De iuris legumq; diuisionibus ac speciebus 4
De rescriptis principum & supplicationibus 5
De ordinandis seu creandis magistratibus, necnon de sportulis & annona magistratuum ac iudicum 6
De officiis magistratus, & actionibus quibus in officio retinetur 7
De iurisdictione 8
De dignitate & reliquo iure magistratus 9
De speciebus & origine magistratuum Romanorum, necnon de Iurisconsultis 10
De vicariis, de apparitoribus & ministris magistratuum & iudicum 11
De iudiciis publicis in genere 12
De causis publicorum iudiciorum, earumq; exceptionibus 13
De eo, quod venit in publica iudicia, seu de pœnis 14
De actibus publicorum iudiciorum 15
De quæstionibus & tormentis 16
De calumniatoribus, præuaricatoribus, & tergiuersatione accusatoris: & de abolitionibus 17
De executione sententiæ reo damnato 18
De publicatione bonorum 19
De infamia 20
De pœnæ remissione 21
De lege Iulia maiestatis eiusq; iudicio 22
De lege Iulia de vi publica & priuata 23
De raptu fœminarum 24
De lege Cornelia, de sicariis & veneficis eiusq; iudicio 25
De lege Pompeia de parricidiis 26
De lege Flauia de plagiariis 27
De lege Iulia de adulteriis & stupro 28
De lege Cornelia de falsis eiusq; iudicio 29
De maleficis & Mathematicis & cæteris similibus 30

LIBRI SECVNDI, DE IVDIciis priuatis.

Descriptio iudiciorum generalis, necnon partitio sequentium Cap.1.
De iudice 2
De adsessoribus & ministris iudicum 3
De postulantibus & aduocatis 4
De procuratoribus 5
De actore & reo, item, de litigiosa 6
De in ius vocando 7
De contumacia in ius vocati & edicto peremptorio 8
De actionibus aduersus eum per quem factum est, quo minus vocatus in iudicio se sistat 9
De edendo 10
De dilationibus & exceptionibus dilatoriis 11
De cautionibus & satisdationibus hinc inde in iudicio præstandis 12
Rem ratam haberi, & de ratihabitione 13
Iudicio sisti 14
Iudicatum solui 15
De litis contestatione, deque iureiurando ob calumniam dando, & aliis huiusmodi iuramentis 16
De probationibus 17
De instrumentis 18
De testibus 19
De confessis & interrogationibus in iure faciendis 20
De iureiurando 21
De actione & exceptione iurisiurandi 22
De ordine cognitionum, & officio iudicis; quod est post conclusam causæ disputationem 23
De rebus dubiis & obscuris 24
De relationibus & causa ad superiorem iudicem remittenda 25
De sententia formanda & pronuncianda 26
De appellationibus 27
De affinibus appellationum remediis, deque actionibus & exceptionibus, quæ victo aduersus iudicem vel victorem competunt 28
De re iudicata 29
De actione iudicati 30
De exceptione rei iudicatæ, necnon de sumptibus & expēsis litis præstandis: item, de sportulis iudicum eiusq; ministrorum 31
De missione in possessionem bonorum rei seruandæ causa 32
De actionibus, quæ inter debitorem & creditorem missum, occasione missionis nascuntur 33
De venditione bonorum debitoris 34
De priuilegiis creditorum, seu qui in bonis debitoris potiores habeantur 35
De separationibus 36
De extraordinariis cognitionibus 37
De compromissis 38
De sententia ab arbitro dicenda 39
De actione & exceptione compromissi 40
De transactionibus 41
De transactione alimentorum 42

LIBRI TERTII, DE RELIQVIS quæ sunt iuris publici.

De clericis & monachis ordinandis Cap.1
De officiis clericorum & monachorum: item, de causis ex quibus clericatus amittitur 2
De priuilegiis clericorum & monachorum 3
De episcopis ordinandis, eorumque officiis & priuilegiis 4
De reliquis personis Ecclesiasticis 5
De rebus Ecclesiasticis & priuilegiis earum 6
De actibus Ecclesiasticis & religionis 7

De hæreticis 8
De orphanotrophiis, xenodochiis, & similibus collegiis 9
De iure Imperatoris & fisci 10
De nuncia-ione ac delatione ad fiscum 11
De actionibus fisci 12
De censibus & tributis indicendis 13
De censibus & tributis exigendis, suscipiendis ac transmittendis 14
De vectigalibus & commissis 15
De administratione & alienatione rerum fiscalium 16
De locatione & iure emphyteutico rerum fiscalium 17
De priuilegiis fisci & vestitu Cæsaris 18
De magistratu militari 19
De militibus 20
De offi.ilis & delictis militum 21
De rebus militaribus 22
De iure ciuitatum, ac primũ de magistratu municipali 23
De decurionibus & curialibus 24
De nominandis & creandis decurionibus 25
De legatis & legationibus 26
De actore vniuersitatis, vel syndico: item de curatore reipublicæ 27
De collegiis & corporibus, necnon aliis quibusdam personarum speciebus 28
De pollicitationibus & legatis ciuitati relictis. 29
De alienatione & locatione rerum ciuitatis, necnon de actionibus aduersus ciuitatem competentibus 30
De operibus ciuitatum publicis & priuatis 31
De re frumentaria, & reliquis rebus ciuitatum, necnon priuilegiis earum 32
De actionibus ciuitatum 33
De muneribus & honoribus in genere 34
De muneribus & honoribus iniungendis, & nominatione facienda 35
De municipibus 36
De causis excusationum & immunitatum 37
De exceptionibus præcedentium causarum generalioribus, & reliquis excusationum & immunitatum locis 38
De actione, quæ ex mala muneris administratione competit 39
De cursu publico, & munere nauiculario 40

CAPITVM SECVNDÆ partis Elenchus.

LIBRI QVARTI, DE IVRE *inter maritum & vxorem: item inter parentes & liberos.*

De sponsalibus Cap. 1.
De nuptiis 2
De exceptionibus aduersus nuptias, ex personis nuptias contrahentium desumptis 3
De exceptionibus aduersus nuptias, quæ ex aliis circumstantiis, quam ex personis contrahentium, sunt desumptæ 4
De secundis nuptiis 5
De bonis, quæ coniunx superstes & nuptias iterans à priore coniuge adquisiuit 6
De iure inter maritum & vxorem constante matrimonio 7
De solutione matrimonij 8
De concubinis 9
De pactis dotalibus in genere 10
De petitione dotis 11
De actione mariti dote euicta 12
De actione & exceptione impensarum nomine in res dotales à marito factarum 13
De repetitione dotis 14
De causa ex qua dotis actio seu repetitio competit eiusq; exceptionibus 15
Quibus dotis actio seu repetitio competit 16
Quid veniat in repetitione dotis 17
De reliquis actionibus, quæ mulieri dotis nomine competunt: item, de alienatione fundi dotalis à marito facta 18
De reliquo iure dotis 19
De donatione ante vel propter nuptias 20
De patria potestate 21
De adquisitione, quæ contingit parentibus per liberos 22
De castrensi & quasi castrensi peculio 23
De naturalibus liberis 24
De causis patriæ potestatis acquirẽdæ: necnon de actionibus aliisq; remediis, quibus quis filius alicuius dicitur vel negatur 25
De interdicto de liberis exhibendis & ducendis 26
De actione ex Senatusconsulto Plautiano ad agnoscendos liberos 27
De adoptionibus 28
De emancipationibus allisq; causis, ex quibus patria potestas amittitur. 29

LIBRI QVINTI, DE TVtela & cura.

De tutela & cura, tutoribus & curatoribus in genere Cap. 1.
De testamentaria tutela 2
De legitima tutela 3
De dando tutore & curatore à magistratu: item de adiungendo & substituendo curatore 4
De tutore & curatore petendo 5
De excusationibus tutorum & curatorum 6
De postulatione & remotione suspecti tutoris 7
De causis seu modis, quibus tutela & cura finitur 8
De curatore bonorum 9
De officiis tutorum & curatorum, & primum de satisdatione rem pupilli saluam fore, necnon de inuentario faciendo 10
De officiis tutorum in tutela 11
De pupillo alendo & educando 12
De officiis tutoris in sua causa aduersus pupillum, vel contra in causa pupilli aduersus tutorem competente: item, de officiis eius circa contutorem 13
De rebus minorum sine decreto non alienandis 14
De authoritate ei, quod gerit pupillus à tutore accommodanda 15
De offi.iis tutorum post finitam tutelam 16
De actione tutelæ, & primum de causis huius actionis, earumq; exceptionibus 17
De reliquo tutelæ actionis iure 18
De rationibus distrahendis actione 19

De

De actione ex stipulatu Rem pupilli saluam fore 20
De actione subsidiaria aduersus magistratũ 21
De contraria tutelæ actione 22

LIBRI SEXTI, DE POTESTATE *dominorum in seruos, ac iure patronatus & libertorum.*

De seruitute seu iure seruorum Cap. 1
De peculio seruorum ac filiorum familiarum 2
De causis ac modis, quibus seruitus constituitur & adquiritur 3
De causis seruitutis ac dominicæ potestatis amittendæ, ac libertatis adquirendæ 4
De manumissione 5
De exceptionib. aduersus manumissionem ex persona manumissi vel manumittendi desumptis 6
De reliquis aduersus manumissionem exceptionibus, quæ quidem ipsi manumissioni insunt 7
De exceptionibus aduersus manumissionem & libertatis dationem post eam contingentibus 8
De exceptionibus aduersus manumissionem, sumptis ex iis quæ circa cõditionem, sub qua libertas relicta est, contingunt 9
De liberali causa, & si seruus in libertatem proclamat 10
De actione, si quis ex libertate in seruitutem petatur 11
De seruis fugitiuis 12
De statuliberis 13
De agricolis & colonis 14
De iure patronatus & libertorum in genere 15
De mittendo iure patronatus 16
De actione, si libertus se ingenuum dicat, vel contra, ingenuus libertinus dicatur 17
Quæ sunt iura patronatus, & liberti erga patronum officia 18
De iure accusandi libertum vt ingratum 19
De actione operarum 20
De successione patroni in bona liberti defuncti 21
De contra tabulas bonorum possessione liberti 22
De actione Faulana & Caluisiana 23

CAPITVM TERTIÆ partis Elenchus.

LIBRI SEPTIMI, DE DOMINIO, *possessione, vsufructu & vsu cum suis actionibus.*

De causis ex quibus dominium adquiritur. Cap. 1
De personis per quas nobis adquiritur 2
Quibus adquiratur dominium, item quid, quale & quantum adquiratur 3
De dominio rerum amittendo & alienando 4
De rei vendicatione 5
De actione ad exhibendum 6
De Publiciana in rem actione 7
De vsucapionibus in genere 8
De exceptionibus aduersus causam vsucapionis 9
De exceptionibus quę sumuntur ex re quæ possidetur 10
De exceptionibus quæ sumuntur ex causa possessionis 11
De reliquis exceptionibus aduersus vsucapionem, item de accessionibus & interruptionibus possessionis 12
De specialibus exceptionibus aduersus singulas vsucapionis causas 13
De possessione in genere 14
De adquirenda possessione 15
De amittenda possessione 16
De interdictis 17
Quorum legatorum 18
Ne vis fiat ei qui in possessionem missus est 19
Vti possidetis 20
De superficiebus 21
Vtrubi 22
Vnde vi 23
Quod vi aut clam 24
De precario 25
De vsufructu constituendo 26
De vsufructu amittendo 27
Ad quos vsusfructus amissus reuertatur; & de vsufructu adcrescendo 28
De actione quæ pro vsufructu datur, tam personali, quam in rem confessoria 29
De iure vsufructuarij 30
De cautione vsufructuarij 31
De actionibus proprietariis aduersus fructuarium, & de actione in rem negatoria 32
De vsu, habitatione & operis seruorum 33

LIBRI OCTAVI, DE SERVITVTIbus prædiorum, cum reliquo iure rerum, eiusque actionibus.

De seruitutibus prædiorum in genere Cap. 1
De causis seu modis constituendæ & adquirendæ seruitutis cum suis exceptionibus 2
De causis seu modis amittendæ seruitutis 3
De actione seruitutum tam confessoria quam negatoria in rem 4
De seruituribus vrbanorum prædiorum 5
De seruitutibus rusticorum prædiorum 6
De interdicto de itinere actuque priuato 7
De aquæductu 8
De interdictis aquæductus 9
De aquæhaustu eiusq; interdicto de fonte 10
De cloacis 11
De rerum diuisionibus 12
De rebus sacris, sanctis & religiosis 13
De interdicto de mortuo inferendo, & iure sepeliendi 14
De sepulchro ædificando interdictum 15
De sepulchri violati actione 16
De rebus omnium communibus & publicis 17
De interdicto, ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo peius nauigetur 18
De interdicto, ne quid in flumine publico ripaue eius fiat, quo aliter aqua fluat, atque prior æstate fluxit 19
De locis & itineribus publicis 20
De interdicto, ne quid in loco publico fiat 21
De interdicto tam prohibitorio, quam restitutorio viæ & itineris publici 22

De

De actionibus popularibus 23
De rebus priuatis tam propri's & communib. quam alienis 24
De arboribus cædendis interdicta 25
De noui operis nunciatione 26
De actionibus & interdictis, quæ occasione noui operis nunciationis competunt 27
De damno infecto 28
De missione in possessionem bonorum, necnon de actione in factum, si missus non admittatur 29
De actione ex stipulatu de damno infecto 30
De aqua pluuia arcenda 31

CAPITVM QVARTÆ
partis Elenchus.

LIBRI NONI, DE HÆREDITATE & bonorum possessione ex testamento.

De hereditate & bonorum possessione in genere Cap. 1.
De testamentis 2
De testamenti tabulis aperiendis, inspiciendis & describendis 3
De tabulis exhibendis interdictum 4
De exceptionibus aduersus testamenta, & primum de iis quæ sumuntur ex persona testatoris 5
De testamento filiifamilias 6
De testibus testamenti 7
De exceptionib. aduersus testamenta, sumptis ex causa & adiunctis seu actibus testamentariis, necnon ex testamenti verbis 8
De scribendo testamento, & subscriptionibus, & de signaculis imponendis 9
De institutione hæredum 10
De substitutione vulgari 11
De substitutione pupillari 12
De præteritione liberorum & parentum 13
De exhæredatione liberorum & parentum 14
De replicationibus aduersus hactenus enumeratas exceptiones generalibus 15
De militari testamento 16
De exceptionib. aduersus testamenta, sumptis ex consequentibus testamenti factionem 17
De agnatione posthumi & quasi posthumi 18
De mutata testatoris voluntate, & testamento posteriore 19
Quibus ex testamento competit hæreditas 20
Quid & quantum hæreditas cuique ex testamento competat 21
De iure adcrescendi 22
De codicillis 23

LIBRI DECIMI, DE HÆREDITATIBVS & bonorum possessionibus ab intestato, necnon de hæredum officiis.

De successionibus ab intestato in genere. Cap. 1
De successione liberorum, & S.C. Orphitiano 2
De coniungendis cum emancipato liberis 3
De successione parentum, & S.C. Tertylliano 4
De successione collateralium, adgnatorum & cognatorum 5
De exceptionibus præcedentium successionum & regularum generalibus 6
De cognatis & adfinibus digressio 7
De successione mariti & vxoris, necnõ aliorum quorundam 8
De exceptionib. præcedentium regularum seu successionum generalibus 9
Quid quantumq; hæreditatis ab intestato cuique competat 10
Quando & quo iure hæreditas deferatur 11
De iure deliberandi & inuentario conficiendo 12
De adeunda vel agnoscenda hæreditate, vel pro hærede gerendo 13
De repudiandа hæreditate 14
De collatione bonorum 15
De dotis & antenuptialis donationis collatione 16
De vindicanda morte defuncti, & quæstione de familia necati habenda, supplicioq; sumendo 17

LIBRI VNDECIMI, DE ACTIONIBUS quæ pro hæreditate persequenda competunt.

De petitione hæreditatis prima actio Cap. 1
Aduersus quos petitio hæreditatis competit 2
Quid & quantum veniat hæreditatis petitione petendum 3
De inofficioso testamento, actio secunda 4
De legitima quæ inofficiosi querelam excludit 5
Reliqua iura de inofficioso testamento, necnon de tertia actione ad supplendam legitimam 6
De contra tabulas bonorum possessione, quarta actio 7
De ventre in possessionem mittendo, quinta actio 8
De Carboniano edicto, sexta actio 9
De interdicto quorum bonorum, & de missione in possessionem ex l. 3. C. de edicto D. Hadriani tollendo 10

LIBRI DVODECIMI, DE LEGATIS & fideicommissis.

De definitione ac differentiis legatorum & fideicommissorum, necnon de numero legatorum, vtrum scilicet vnum, an plura sint legata Cap. 1
De effectibus legati 2
De exceptionibus aduersus legata 3
De exceptionibus aduersus legata, sumptis ex persona eius à quo legatum relictum est 4
De exceptionibus in re legata consistentibus 5
De reliquis exceptionibus aduersus legata 6
De causis amittendi legati, in persona testatoris consistentibus 7
De causis amittendi legati, in persona legatarij consistentibus 8
De causis amittendi legati, in persona hæredis & eius à quo legatum relictum est consistentibus 9
De causis amittendi legati, in re legata consistentibus 10
De reliquis causis amittendi legati 11
Reliqua de amissione legatorum 12

LIBRI

LIBRI DECIMITERTII, DE Actionibus quæ pro legatis & fide commissis competunt: item de l. Falcidia & de senatusconsulto Trebelliano.

De actione legatorum Cap. 11
Aduersus quos legatorum actio competat 2
Quid veniat in actione legatorum 3
Quid veniat in actione legatorum aliæ regulæ, secundum legatorum genera distinctæ 4
Reliquæ regulæ quæstionis huius, quid veniat in actione legatorum, iuxta ordinem alphabetidigestæ 5
Quale & quantum veniat in actione legatorum
Quando competat actio legatorum ex testamento, & quando dies legatorum cedat 7
De cautionibus ab actore in actione legatorum præstandis 8
De reliquis adiunctis actionis legatorum, & officio iudicis 9
Quæ de legatis competat actio, deq; eius actionis adfinibus remediis 10
De cautione legatorum seruandorum nomine 11
De missione in possessionem legatorum seruandorum causa 12
Si quis omissa causa testamenti, ab intestato vel alio modo possideat hæreditatem 13
De legatis præstandis, contra tabulas bonorum possessione petita 14
De lege Falcidia 15
De computatione & æstimatione bonorum leg. Falcidiæ gratia facienda 16
De S.C. Trebelliano 17
De translatione actionum hæreditariarum 18

LIBRI DECIMIQVARTI, DE reliquis legati speciebus, item de donationibus.

De conditionibus & legatis conditionalibus Cap. 1.
De conditione pendente ac deficiente 2
De quibusdam conditionum speciebus 3
De annuis legatis 4
De alimentis legatis 5
De dote relegata 6
De optione vel electione legata 7
De actione legata, seu eo quod sibi debetur 8
De liberatione legata 9
De peculio legato 10
De legato familiæ relicto, vel ne allenetur 11
De facto legato 12
De donationibus in genere 13
De actione donatarij ad rem donatam tradendam 14
De actione ad reuocandam donationem 15
De actione inofficiosæ donationis 16
De mortis causa donationibus 17
De actione donatarij ad rem mortis causa donatam petendam 18
De actione ad reuocandam mortis causa donationem, & rem repetendam 19
De donationibus inter virum & vxorem 20
De actione ad reuocandum & repetendum id quod inter virum & vxorem inutiliter donatum est 21
De actione, seu eo quod sibi debetur donato 22

CAPITVM QVINTÆ
partis Elenchus.

LIBRI DECIMIQVINTI, DE Obligationibus & actionibus, contractibus & pactis conuentis in genere, cum duabus conditionibus generalibus.

De obligationibus, & primum quid & quotuplex sit obligatio Cap. 1.
De exceptionibus aduersus causas obligationum generalioribus 2
De actionibus, & primum quid & quotuplex sit actio 3
Quibus competat actio 4
Aduersus quos competit actio, per quos, item vbi & apud quem 5
Quid veniat in actionem 6
De vsuris 7
De fructibus, accusationibus & omni causa 8
De in litem iurando 9
De eo quod reus facere potest 10
De compensationibus 11
Quando competit actio 12
Quandiu competat actio? & de temporalibus præscriptionibus, necnon reliquo actionum iure 13
De pactis conuentis: & primum quid & quotuplicia sint 14
De exceptionibus aduersus pacta & contractus 15.
De exceptione pacti conuenti de non petendo 16
Quibus & aduersus quos ex pacto & contractu competat actio, exceptio vel replicatio 17
Quid veniat in actionem vel exceptionem pacti vel contractus, seu in quibus prosit vel obsit pactum 18
Quæ ex pacto actio vel exceptio nascatur, quæque eius adfinia sint remedia 19
De certi condictione, & de condictone triticaria 20

LIBRI DECIMISEXTI, DE verborum obligationibus.

De stipulatione & verborum obligatione in genere Cap. 1.
De numero stipulationum & obligationum 2
De exceptionibus aduersus stipulationem, seu de inutilibus stipulationibus 3
De actione ex stipulatu 4
Quibus competit actio ex stipulatu, item aduersus quos 5
Quid & quantum in actione ex stipulatu veniat 6
De adiunctis actionis ex stipulatu, deque probationibus & præsumptionibus in stipulationibus dubiis & obscuris 7
Adfinia actionis ex stipulatu remedia 8
De quibusdam stipulationis speciebus 9
De duobus reis stipulandi & promittendi 10
De eo quod certo loco dari oportet 11
De prætoriis stipulationibus 12

LIBRI

LIBRI DECIMISEPTIMI, DE *obligationibus quæ re contrahuntur, earumq; actionibus.*

De mutuo & eius condictione Cap.1
De xceptione S.C.Macedoniani 2
De commodato 3
De commodati actione directa 4
De commodati actione contraria 5
De deposito 6
De actione depositi directa 7
De actione in factum aduersus nautas, caupones, stabularios, ac receptis restituendis 8
De contraria depositi actione 9
De pignoribus & hypothecis 10
De exceptionib. aduersus pignoris contractũ 11
De causis quibus pignus vel hypotheca soluitur 12
De causis quibus pignus vel hypotheca soluitur, circa ipsam pignoris obligationem accessoriam contingentibus 13
De iure tam debitoris quam creditoris in pignore 14
De distractione pignorum 15
De actione hypothecaria 16
Qui potiores in pignore vel hypotheca habeantur 17
De contraria pignoraticia actione 18
De Saluiano interdicto 19
De pignoraticia actione directa 20
De migrando interdictum 21

LIBRI DECIMIOCTAVI, DE *emptione & venditione cum suis actionibus.*

De emptione & venditione Cap.1
De periculo & commodo rei venditæ 2
De exceptionibus aduersus contractum emptionis & venditionis 3
De in diem addictione 4
De lege commissoria 5
De hæreditate vendita 6
De actione vendita 7
Si mancipium ita venierit, vt exportetur 8
De rerum permutatione 9
De actione empti & venditi 10
Quid, quãtũ & quale veniat in empti actione 11
De redhibitoria actione 12
De actione æstimatoria, Quanto minoris 13
De actione ex empto, re aliena vendita & euicta: item de actione duplæ ex stipulatu ob euictionem, necnon & ex alijs causis 14
De actione in factum aduersus liberum hominem, qui se pro seruo venire passus est 15
De actione venditi 16

LIBRI DECIMINONI, DE *reliquis contractibus nominatis, qui solo fiunt consensu, cum suis actionibus.*

De locatione & conductione Cap.1.
De actione locati 2
De actione conducti 3
De conducti actione ad remittendam pensionem siue mercedem 4
De locatione operis faciendi vel operæ præstandæ 5
De actione locati, opere faciendo locato 6
De actione conducti, opere faciendo conducto 7
De actione locati & conducti ex lege Rhodia de iactu 8
De iure emphyteutico 9
De societate 10
De actione pro socio 11
De mandato 12
De actione mandati directa, quæ datur mandatori aduersus mandatarium 13
De contraria mandati actione, quæ datur mandatario aduersus mandatorem 14

LIBRI VICESIMI, DE CONTRACTIBUS *innominatis, & quasi contractibus.*

De præscriptis verbis & in factũ actione. Cap.1
De æstimatoria præscriptis verbis actione, & condictione ex lege 2
De quasi contractibus 3
De negociorum gestorum actione in genere 4
De negociorum gestorum actione directa: quæ datur domino aduersus negociorum gestorem 5
De contraria negociorum gestorum actione, quæ datur negociorum gestori contra dominum 6
De funeraria actione 7
Familiæ erciscundæ 8
De rerum hæreditariarum diuisione 9
Communi diuidundo 10
De rerum communium diuisione 11
Finium regundorum 12
De termino moto 13
De in factum actione, si mensor falsum modum dixerit 14

LIBRI VICESIMIPRIMI, DE *obligationibus & actionibus ex contractu, quo non nostro, sed alieno nomine obligamur.*

De fideiussoribus & mandatoribus Cap.1
De beneficio diuisionis ex epistola diui Hadriani 2
De actione mandati, quæ competit intercessori aduersus eum pro quo intercessit 3
De constituta pecunia 4
De exceptione S.C. Velleiani 5
Quod cum eo qui in aliena potestate est, negocium gestum esse dicitur 6
De exercitoria actione 7
De institoria actione 8
De tributoria actione 9
De actione de peculio 10
Quę in peculium connumeranda, quæq; de peculio deducenda sint 11
De in rem verso 12
Quod iussu 13

CAPITVM SEXTÆ partis Elenchus.

LIBRI VICESIMISECVNDI, DE *quatuor maleficiorum generibus cum suis actionibus.*

De pœnalibus actionibus in genere Cap.1
De furtis, & de actione furti 2
Quibus competit furti actio 3
Aduersus quos competit furti actio 4
Quid quantumque veniat in furti actione 5
Adfinia furti actionis remedia, & de vindicatione rei furtiuæ 6
De condictione furtiua 7
Vi bonorum raptorum 8
De actione legis Aquiliæ 9
De reliquo Aquiliæ actionis iure 10
De iniuriarum actione 11
Quibus, aduersus quos, & per quos iniuriarum actio competit 12
Quid quantumq; veniat in actione iniuriarum, necnon de reliquo eius actionis iure 13
De actione iniuriarum ex lege Cornelia 14

LIBRI VICESIMITERTII, DE *reliquis maleficijs, & quasi maleficijs, necnon præcedentium actionum adfinibus remedijs.*

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. Cap.1
De noxalibus actionibus 2
Si familia furtum fecisse dicetur 3
Si is qui testamento liber esse iussus est, post mortem domini ante aditam hæreditatem subripuisse quid dicetur 4
Rerum amotarum 5
De actione in factum aduersus publicanos 6
De crimine peculatus, sacrilegij, & de residuis 7
Expilatæ hæreditatis 8
De serui corrupti actione 9
De libero homine exhibendo interdictum 10
De abigeis actio 11
Arborum furtim cæsarum 12
De tigno iuncto 13
De damno in turbã dato actio 14
De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, actio 15
De his qui deiecerint vel effuderint actio 16
De posito & suspenso actio 17
De crimine stellionatus 18
De varijs & extraordinarijs delictis & criminibus 19

CAPITVM SEPTIMÆ partis Elenchus.

LIBRI VICESIMIQVARTI DE *exceptionibus & liberationibus.*

De exceptionibus Cap.1
De doli mali exceptione 2
De ignorantiæ exceptione 3
De non numeratæ pecuniæ exceptione 4
De liberationibus in genere 5
De solutionibus 6
De exceptionibus aduersus solutionem, & primum de ijs quæ sumuntur ex persona soluentis, & eius cui solutio facta est 7
De exceptione, si alij quam creditori sit solutũ 8
De exceptionibus aduersus solutionem, detumptis ex re in solutum data, necnon de reliquis exceptionibus aduersus solutionem 9
Quibus ex solutione liberatio competit? Item quid veniat in solutionis exceptionem? seu à quo debito per solutionem contingat liberatio 10
De acceptilationibus 11
De nouationibus in genere 12
De nouationibus in specie 13
De nouatione quæ fit per litis contestationem, seu de exceptione rei iudicatæ & in iudicium deductæ 14
Quibus & aduersus quos exceptio rei iudicatæ ac in iudicium deductæ competit; item quid in eam veniat 15
De confusione obligationum 16
De rei debitæ interitu 17
De cessione bonorum 18
De exceptione capitis deminutionis 19
De causis liberationum in re pignori obligata contingentibus 20
De reliquis causis liberationum 21

LIBRI VICESIMIQVINTI, DE IN INTEGRUM *restitutionibus, capitis deminutione, captiuitate & postliminio, necnon de verborum significatione & de regulis iuris.*

De in integrum restitutionibus Cap.1
De eo quod metus causa gestum est 2
De dolo malo 3
De minoribus viginti quinque annis 4
De in integrum restitutionibus maiorum propter absentiam & alias similes causas 5
De condictione indèbiti 6
De causis condictionis indebiti 7
De exceptionibus præcedentium causarum generalibus 8
De condictione sine causa 9
De condictione causa dati non secuta 10
De condictione ob turpem vel iniustam causam 11.
De calumniatoribus in factum actio 12
De alienatione iudicij mutandi causa facta 13
De actione Pauliana, si quid in fraudem creditorum gestum est 14
De capitis deminutione 15
De captiuitate 16
De postliminio 17
De verborum significatione 18
De regulis iuris 19

INDICIS CAPITVM FINIS.

TYPOGRAPHVS
LECTORI S.

QVM numeri legum in aliis exemplaribus alij nonnunquam reperiantur, amice Lector, operæ precium atque è re tua fore existimaui, si in singulis legibus citandis prima verba vbiq; exprimerem. Sed quia & hæc variant interdum, neque in omnibus exemplaribus eadem leguntur: eius rei, ne fortasse alicubi hæsitares, hic te admonere volui. Quamuis enim Haloandrina editio, qua vt plurimum in huius Methodi compositione Autor vsus videtur, emendatior sit, ac à vetere & vulgari illa multum discrepet: tamen & ea ipsa passim in posterioribus editionibus est immutata. Qua ratione euenit interdum, vt quæ in aliis exemplaribus lex est, in aliis sit legis paragraphus: & vice versa, qui in alio paragraphus est, in alio lex sit: aliquando etiam idem paragraphus in alio exemplari finalis, in alio legis principium. Quamobrem si prima verba legum in hac Methodo citata non eodem modo in tuo Codice reperias; ad paragraphos legis præcedentis aut sequentis recurras: ac si nec ibi quod quæris inuenias, Indicem legum recentioribus editionibus adiunctum consulas, qui non nunquam huiusce rei diuersitatem notat. Huius te, amice Lector, admonendum putaui: ne aut alicubi adhærescères, aut nostra incuria leges perperam allegatas existimares. Vale, & hunc nostrum laborem, quem tua causa hic impendimus, boni consule.

METHODI IVRIS CIVILIS
PARS PRIMA:
DE IVRE PVBLICO.
DE LEGIBVS, MAGISTRATIbus, & Iudiciis publicis.
LIBER PRIMVS.

DE IVRE ET LEGIBVS.

Caput I.

PRIMO: Definitio iuris realis, nempe quod sit ars boni & æqui, proponitur *l.1.§.1.ff.de iustit. & iure.*

II. Distinctio significatorum, *l.pen. & vlt.ff.eod.tt.* vbi sex iuris significationes proponũtur: quarum tribus prioribus, Ius sumitur pro iuris præceptis, seu legibus naturalibus, ciuilib. & honorariis, cõtinens scilicet pro cõtento. Quarta significatione decretum prætoris, etiam iniquum, Ius dicitur. *De qua re dicitur infr. c.3 except.2.* Quinta Ius per metonymiam sumitur pro loco, in quo ius dicitur. *Cui concordat l. voluit.4.§.fin.ff.de interrogationib.in iure faciend.* Sexta Ius sumitur pro necessitudine, cognatione vel adfinitate. Præterea enumeratas, & aliæ sunt iuris significationes: nam septimo modo Ius accipitur pro potestate & facultate à lege concessa agendi aliquid vel faciendi. Sic actio, iter, actus, vsusfructus, iuris appellatione continentur. Postremo, Ius proprie significat artem boni & æqui: *vt supr. est dictum.*

III. Etymologia iuris, seu ratio nominis, habetur *l.1.in princ.ff.de iustitia & iure.* Est autem ius à iustitia appellatum, cum enim ius, ars illa boni & æqui, iustitiæ præcepta contineat, à iustitia quoque nomen desumi, sicut quemadmodum astronomia ab astris, arithmetica à numeris, & aliæ artes atque scientiæ à re, cuius artes atque scientiæ sunt, denominari solent. Aliam Etymologiam vide *M.I.P.lib.1.cap.1.in princ.*

IV. Definitiones legum proponuntur *l.1. & l.2.ff.de legibus.*

V. Origo iuris & causæ efficientes, *l.2.in princip.vsque ad §.post originem.ff.de origine iuris. & l.pen.ff. de legibus. Vide insuper infr.diuisiones iuris & legum, cap. 4. Accedit M.I.P.d.cap.1.q.3.*

VI. Causæ materiales habentur *l.iustitia.10. §.iuris præcepta.ff.de iust. & iure. item Instit.d.tt.§.iuris. Huc etiam spectant quæ habentur infr. cap.proxim.q.2. & 3.*

VII. De forma legum dicetur *infr.cap.proxim. quæst.3.*

VIII. De officiis legum tractatur *l.legis virtus. 7. & l.cum lex.22.ff.de legibus. item Nouell. constit.147. 148. & 163. Vide M.I.P.d.cap.1.quæst.6. & M.I.R. lib.1. cap.1.q.1.reg.3.*

IX. De effectis, *l.vlt.ff.de legibus.*

DE LEGISLATIONE, INTERPRETAtione, aliisq; iuris legumq; accidentibus. Cap. II.

I. QVIBVS COMPETAT IVS FERendi leges?

OLim quidem competebat populo Romano, Senatui, plebi, prætoribus, iurisconsultis, *vt infr. cap 4. dicetur.* Hodie vero soli competit principi *l.si Imperiali. [illegible] fine C.de legibus.*

II. DE QVIBVS LEGES FERENDÆ.

De iis quæ frequenter, nõ quæ raro accidunt. *l.iura.3. cum duab.ll seq.ff. eod. tt. l.ea quæ.64. ff. de reg. iuris. & l.antiqui.3.ff.si pars hæred.petat.*

III. QVOMODO FERENDÆ LEGES, & qua forma? item antecedentia.

I. Regula, Vt generaliter conscribantur leges, non in singulas personas, proponitur *l.iura. 8.ff.de legibus.* Plane plurimæ constitutiones, in singulas personas conceptæ contra hanc regulam, in Codice extant: attamen generaliter sunt intelligendæ. *d.l.11.C.d.tt.*

II. Regula, De modo ferendi leges, habetur *l.humanum.8.C.eod.tt.M.I.P.d.cap.1.q.7.reg.2.* Cuius exceptionem vide *infr.cap.5.except.11.* Plures legumlationis regulæ colligi possunt ex iis quæ proponentur *infr.cap.proxim.*

IV. DE LEGVM INTERPRETAtione ac suppletione.

Ratio interpretandi ac supplendi leges proponitur *l.neque leges.10.cum tribus ll.sequentibus.ff. de legib.l.2.§. his legibus.ff.de orig.iuris.l.2.§. sed quia diuinæ.C.de veteri iure enucleando. Concordant item ea quæ habentur infr.quæst.6.reg.2.*

V. QVIBVS COMPETAT IVS INTERpretandi & supplendi leges?

Soli Imperatori competit hoc ius. *l.1.l.leges sacratiss.9.in fin.l.10. & l.11.§.cum igitur. C. de legib. l.2. §. sed quia diuinæ res. & §. si quid vero. C. de veteri iure enucleand. Nouell.c.143. in princ. Accedit M.I.P. d.cap.1. quæst.8.reg.1.* Cuius exceptio est: Nisi sint sacri canones, non leges ciuiles. *l.omni nouatione.6. C.de sacrosanct.Eccles.*

VI. QVOMODO INTERPRETANDÆ & ſupplendæ leges?

I. Regula: Benignior ſententia præferenda. *l. benignius* 18. *& l. nulla.* 25. *ff. de legib. l. ſemper.* 55. *& l. ea quæ.* 152. *in fin. ff. de reg. iuris.* Huius exemplum proponitur *l. non ſine ratione.* 5. §. *quamuis. C. de bonis quæ liberis.* Aliud *l. per fundum.* 11. *ff. de ſeruitutibus ruſtic. prædiorum.*

II. Regula: Si præſens caſus ſpeciali aliqua lege cōprehenſus non eſt, ad ſimiles leges recurrendum, ſupplendumque id quod legi deeſt, & vbi eadem ratio, ibi idem ius quoque conſtituendum, *per ea quæ dicta ſunt ſupr. eod. c. quæſt.* 4. *item l. ideo.* 27. *& l. de quib.* 32. *ff. de legib. Vide M. I. P. d. q.* 8. *reg.* 4. *& M. I. R. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 1. *reg.* 5. Huius regulæ exemplum eſt, querela inofficioſæ donationis, quæ ad exemplum & ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti eſt introducta. *l. vlt. C. de inoff. donationib.* Aliud proponitur *l. vt tantum.* 14. §. 1. *ff. de ſeruo corrupto.* Item aliud *l. illud quæſitum,* 32. *ff. ad l. Aquiliam.* Plura exempla vide *M. I. R. d. reg.* 5. In ſumma, quandocunque deficientibus verbis legis, vtilis actio vel exceptio datur, propoſitæ regulæ exemplum eſſe dicendum eſt. *Proinde concordat etiam l. quia actionum.* 11. *& l. quoties.* 22. *ff. de præſcriptis verbis. l.* 2. §. *quanquam ff. de aquæ pluuiæ arcendæ act.* Plane habet propoſita regula ſuas etiam exceptiones, quarum prima eſt: Niſi conſuetudo ſit contra rationem iuris introducta, hæc enim ad ſimiles caſus non eſt producenda. *l. quod vero.* 14. *l. quod non.* 39. *ff. de legib. & l. quod contra.* 183. *ff. de reg. iur. Accedit M. I. P. d. q.* 8. *reg.* 4. *except.* 1. *& lib.* 5. *c.* 12. *reg.* 10. *M. I. R. d. reg.* 5. *except.* 1. vbi etiam diſtinguitur. Secunda: Niſi propter neceſſitatem lex ſit introducta. *l. quæ propter.* 122. *ff. de reg. iuris. M. I. P. d. reg.* 4. *except.* 2. *& d. c.* 12. *regul.* 11. Tertia: Niſi conſtitutio ſit perſonalis ſeu priuilegium. *de qua infr. c.* 4. *q.* 6. *dicetur, vbi de conſtit. perſonalib. tractabitur.* Quarta videtur: Niſi lex ſit antiquata. Sed reprobatur *infr. reg.* 5. Quinta: Niſi lex de qua dubitatur, ſit antiquior, quam ea quæ ei declarandæ adhibetur, reprobatur *infr. reg.* 6. Plures exceptiones vide *M. I. R. d. reg.* 5.

III. Regula: In ambigua voce legis, ea potius accipienda eſt ſignificatio, quæ vitio caret. *l. in ambigua.* 19. *ff. de legib. l. quoties.* 67. *ff. de reg. iuris. l. in ambiguo,* 3. *ff. de reb. dubiis. Accedit M. I. P. d. q.* 8. *reg.* 6.

IV. Regula: Conſuetudo in legibus interpretandis attendenda. *l. ſi de interpretat.* 37. *cum ſeq. ff. de legib. l. cum de lanionis.* 18. §. *optimum ergo. ff. de inſtrum. legato. Accedit M. I. P. d. quæſt.* 8. *reg.* 7. *& M. I. R. d. q.* 1. *reg.* 12. Huius exemplum proponitur *l. ſupellectile.* 3. §. *fin. ff. de ſupell. leg.*

V. Regula: Leges priores in poſterioribus interpretandis poſſunt adhiberi. *l. non eſt nouum.* 26. *cum ſeq. ff. de leg. Accedit M. I. P. d. q.* 8. *reg.* 8. *& M. I. R. d. q.* 1. *reg.* 13. Huius exemplum eſt in rei vxoriæ actione antiqua, cuius iura Imperator Iuſtinianus trahit ac trāsfert ad actionem ex ſtipulatu de dote, nouam. *l. vnica, præſertim* §. *ſed etſi non ignoramus, ibi, ſi quid autem optimum. &* §. *videamus igitur, cum ſequentib. C. de rei vxoriæ act.* Aliud exemplum eſt in fideicōmiſſ. quæ iure legatorum fuerunt poſteriora, legeſque legatorum ad fideicommiſſa trahuntur. *Inſtit. de fideicommiſſ. hæred. &* §. *ſed quia. l.* 2. §. *ſit igitur. C. communia de legatis.*

VI. Regula: Leges itē poſteriores in priorib. interpretandis adhibendæ. *l. ſed & poſteriores.* 28. *ff. de legib.* Sic iura fideicommiſſorum, quæ tempore ſunt poſteriora, pertinent ad legatorum iura tempore priora. *Inſtit. de legatis.* §. *ſed non vſque. d.* §. *ſit igitur. ibi: etſi quid tale. &* §. *vbi autem.* Sic conſtitutio Imperatoris Antonini tempore poſterior, pertinet ad ius, moribus conſtitutum, & donationibus inter virum & vxorem prohibitis diſtinguendum. *l. cum hic ſtatus.* 32. §. *ait oratio. ff. de donationib. inter virum & vxor.* Sed & propoſitæ regulæ exempla ſunt Iuriſconſultorum veterum commentarij ad edicta prætorum, & ſenatuſconſulta ad leges XII. Tabularum: item conſtitutiones principum, quibus prætorum edicta atque ſenatuſconſulta declarantur, diſtinguuntur, & latius extenduntur, vel reſtringuntur.

VII. Regula: Ea quæ in fauorem alicuius cōſtituta ſunt, aduerſus eum non ſunt interpretanda. *l. quod fauore.* 6. *C. de legib. l. nulla iuris ratio,* 25. *ff. eod. tt. & l. plures,* 18. *in fin. C. de fide inſtrū. M. I. P. quæſt.* 8. *regul.* 9. Exemplum proponitur *l. Carbonianum.* 3. §. *diuus enim Hadrian. ff. d. Carboniano edicto.* Aliud *l. non eo minus.* 14. *C. de procuratorib.* Aliud *l. cum hi.* 8. §. *eam tranſact. ff. de tranſact.* Item aliud *l. contra.* 28. *in princ. ff. de pactis. Vide M. I. R. d. q.* 1. *reg.* 9.

VIII. Regula: Lex vtilis reipublicæ extendenda & adiuuanda eſt interpretatione. *l. hoc modo.* 62. *ff. de condit. & demonſt.*

IX. Regula: Beneficium principis quam pleniſſime interpretandum. *l. beneficium.* 3. *de conſtitut. prin. M. I. P. d. q.* 8. *reg.* 10. *& M. I. R. d. q.* 1. *reg.* 23. Cuius elegans exemplum habetur *l.* 2. *C. de bonis vacantib.*

X. Regula: Cum lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. *l. cum lex,* 22. *ff. de legibus. M. I. P. d. q.* 8. *reg.* 11.

XI. Regula: Verba legis cum effectu ſunt accipienda. *l. ſi per alium.* 5. §. *docere. ff. ne quis eum qui in ius voc. &c. l.* 1. § *fin. ff. quod quiſque iuris in alterum ſtatuit, &c. Accedit M. I. R. d. quæſt.* 1. *reg.* 16. Plures propoſitæ quæſtionis regulas vide *infr. de reb. dubiis, lib.* 2. *c.* 24.

VII. DE LEGVM RATIONE.

Legum rationes ſuperſtitioſe non ſunt inquirendæ. *l. non omnium.* 20. *cum ſeq ff. de legib. l. ſi ita.* 51. §. *fin. ff. ad l. Aquil. item l.* 2. *C. de crimine ſacrileg. Concordat infr. c. prox, except.* 2. *Accedit M. I. R. d. q.* 1. *reg.* 20.

VIII. DE LEGVM MVTATIOne ac diſtinctione.

Leges non facile diſtinguendæ ſeu mutandæ ſunt. *l. in reb. nouis* 2. *ff. de conſt. princ. & l. minime.* 23. *ff. de legib. M. I. P. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 9. Cuius exceptio eſt: Niſi euidens æquitas poſtulat. *d. l.* 2. *& l. etſi nihil.* 143. *ff. de regul. iuris. Vide M. I. P. d quæſt.* 9. *except.* 1.

IX. DE DOCTRINA IVRIS.

Modus docendi iura præſcribitur *in præfatione Pandectarum, & in Inſt. de iuſt. & iure.* §. *his igitur.*

X. DE IVRISPRVDENTIA ET IVriſconſultis, iuſtitia & iniuſtitia.

Duæ ſunt virtutes, quæ circa ius legeſque, verſantur, quarum vna in contemplando conſiſtit, altera in agendo, illa Iuriſprudentia, hæc Iuſtitia appellatur. Vtriuſque definitio proponitur *l. iuſtitia.* 10. *ff. de iuſt. & iure. Concordat iiſdem verbis Inſtit. eod. tt.* §. 1. Eſt autem iuriſprudentia, diuinarum atque humanarum rerum notitia, iuſti atque iniuſti ſcientia. Iuſtum enim atque iniuſtum in cauſis ciuilib. leges definiunt. Ergo iuriſprudentia eſt legum ſcientia. Scire autem leges, non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem. *l. ſcire leges.* 17. *ff. de legib.* Qui ergo ſciunt legis cuiuſque officium, rationem, exceptiones, exceptionum replicationes, harumque duplicationes, item actionis vel exceptionis à lege introductæ vel leſcriptæ naturam & proprietatem, denique num lex propoſita alia aliqua lege vel conſuetudine ſit [illegible] quia in hiſce vis ac poteſtas legum conſiſtit, hi ſcire leges recte dicuntur. Qua ſcientia præditi Iuriſconſulti appellantur, quos deſcribit Vlpian. *in l.* 1. §. 1. *ff. de iuſt. & iure.* Sane qui olim in republica Romana fuerint celebriores, enumerantur *l.* 2. §. *iuris ciuilis, vſque ad finem legis, ff. de origine iuris.* Iuſtitia autem, altera virtus, quæ circa ius legeſque verſatur, eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuum cuique tribuendi. *d. l.* 10. Huius contrarium eſt iuſtitia, qua quis aduerſus leges committit. *l. qui vetante.* 102. *de reg. iuris.* Cuius exceptiones vide *infr. cap. prox.* Iniuſtitiæ autem duo genera ſunt: quorum vno quidem fit contra verba legum, altero vero legum mentem, quæ diuiſio proponitur & declaratur *l. contra legem.* 29. *cum l. ſeq ff de legib.* Poſterius genus approbatur etiam *l. non dubium eſt.* 5. *C. eod. tt. Accedit M. I. P. lib.* 1. *c.* 1. *q.* 10. *& M. I. R. libr.* 1. *cap. in fin.* Exemplum proponitur *l. ſi quis.* 3. §. *is autem in fin. & l. item ſi fil iusfamilias,* 7. §. *mutui dationem. ff. ad S. C. Macedon.*

DE EXCEPTIONIBVS ADuerſus leges.

CAP. III.

Regulariter quidem leges obſeruandæ ſunt, quiq; ſecundum eas agit, iuſtus, qui contra, iniuſtus dicitur, vt ex iis quæ iam dicta ſunt, conſtat. Verum habet hæc regula ſuas etiam exceptiones hoc capite enumerandas.

I. Exceptio eſt: Niſi lex ab eo lata ſit, qui eius ferendæ poteſtatem nō habet. *l. illa decreta.* 2. *ff. de decretis ab ordine faciendis. & l. humanum.* 8. *C. de legib.* Huius replicatio eſt: Niſi is qui legem tulit, errore communi pro legitimo magiſtratu ac legiſlatore habitus fuerit. *l. Barbarius.* 3. *ff. de officio prætoris. Accedit M. I. P. lib.* 2. *c.* 2 *q.* [illegible] *except.* 6. *repl.* [illegible]. Plura de exceptione propoſita vide *M. I. P. lib.* 1. *cap.* 2. *except.* 1. *& M. I. R lib.* 1. *cap.* 2 *except.* 1.

II. Exceptio: Niſi lex iniqua ſit, & ſine ratione lata, reprobatur *per ea quæ dicta ſunt ſupr. ca. prox. quæſt.* 7. *Concordat l. pr* [illegible] *qui & à qui* [illegible] *& l. penult* § [illegible] 33. *ff. de iuſt. & iure* [illegible] *ſupellectile* 3. §. *fin. ff. de ſupell. legata. Accedit M. I. P. de cap.* 2 *except.* 2. *& M. I. R d. cap.* 2. *except.* 4.

III. Exceptio: Niſi lex iuri naturali contraria ſit. *l. vbi pugnantia.* 148. *ff. de reg iuris. & l. in bello.* 12. §. *factæ ff. de captiuis. Concordant ea quæ habentur infr. except.* 7 *repl.* 1. *Accedit M. I. P. d. cap.* 2. *except.* 3. *& M. I. R. d. cap.* 2 *except.* 7.

IV. Exceptio: Niſi exceptio contra legem introducta cauſæ propoſitæ inſit. *l. in his.* 15. *ff de legib.* Contra rationem iuris conſtitutum dicitur ius ſingulare. *l. ius ſingulare.* 16. *ff. eod. tt.* Itē dicitur ſpecies, *l. in toto iure.* 80. *ff. de reg iuris. l. antepenul. ff. de pœnis. Concordat itē propoſitæ exceptioni. l.* 1. *in fin. ff. de reg. iuris: item infr. exceptio prox. Accedit M. I. P. d. cap.* 2. *except.* 7. *& M. I. R. d. cap.* 2. *except.* 10. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi lex municipalis à generali lege ſuum municipium eximat, *approbatur infr. de principum placitis, in princ. cap. prox.*

V. Exceptio: Niſi æquitas contra legem propoſitam in caſu propoſito ſuadeat, *l. placuit.* 8. *C. de iudiciis. l. in omnib.* 90. *& l. etſi nihil* 143. *ff. de reg. iuris. Item concordant ea quæ habentur ſupr. except. prox. Accedit M. I. R. lib* 1. *cap.* 2. *except.* 11. Exemplum proponitur *l. in ſumma.* 2. §. *quanquam ff. de aqua pluuiæ arcend.* Aliud *l. filio præterito.* 17. *ff. de iniuſto teſtament. & l. ait prætor.* 7. *ff. de in integr. reſtit.* Huius exceptionis replicatio eſt: niſi æquitas ſcripta non ſit. *d. l.* 8. *C. de iudiciis. Concordant ea quæ habentur ſupr. cap. proxim. quæſt.* 5. *&* 8. *item l.* 1. § *ſed ſi ſciente. ibi. in re igitur dubia. ff. de exercitoria actione. l. non aliter.* 67. *in princip. ff. de leg.* 3. *l. ſicut* 8. § *ſi debitori. ff. quibus modis pignus ſol. l. ſi vero.* 64. §. *de viro. in fin. ff. ſolut. matrimon.* Propoſitæ replicationis duplicatio prima eſt: Niſi euidens æquitas ſit, quæ nullam admittit dubitationem probabilem. *Approbatur per ea quæ habentur ſupr. cap. proxim. quæſt.* 8. *reg.* 1. *except.* 1. *Accedit M. I. R. d. except.* 11. *repl.* 1. *dupl.* 1. Altera duplicatio eſt: Niſi Imperator de cauſa cognoſcat. *Quæ approbatur per ea, quæ habentur ſupra cap. prox. quæſt.* 5.

VI. Exceptio: Niſi ratio legis in caſu propoſito ceſſet, tunc enim debet etiam ceſſare ipſa lex, *per ea quæ dicta ſunt ſupr. cap. prox. q.* 6. *reg.* 7.

VII. Exceptio: Niſi nihil factum ſit contra verba legis. Cuius replicatio eſt: Niſi contra voluntatem legis ſit factum *de qua re dictum eſt ſupr. cap. prox. q.* 10.

VIII. Exceptio: Niſi facto voluntas legis non repugnet, tunc enim, quamuis verba legis repugnent, nihilominus tamen valet. *de quo infr. lib. proxim. cap.* 24. *de rebus dubiis tractabitur.*

IX. Exceptio: Niſi lex ſeu ius ſit perſonale. *de quo itidem infr. cap. prox. quæſt.* 5. *dicetur.*

X. Exceptio: Niſi aliud inter partes actum ſit. *l. contractus.* 23. *& l. nec ex prætorio.* 27. *ff. de reg. iuris. l. in emptionibus.* 43. *ff. de pactis. l. vlt.* §. *fin. ff. de tempor. & reparationibus. Accedit M. I. R. lib.* 1. *cap.* 2. *except.* 2. Huius exceptionis replicationes tot ſunt, quot exceptiones aduerſus pacta. *de quibus infr. lib.* 15. *c.* 15.

XI. Exceptio: Niſi princeps in cauſa contra legem reſcripſerit, reprobatur *per ea quæ habentur infr.* 5 *de reſcriptis principum.*

XII. Exceptio: Niſi contra legem à iudice ſit iudicatum, reprobatur *per ea quæ habentur infr. libr. prox. cap.* 29.

XIII. Exceptio: Niſi in alia ſimili cauſa contra legem propoſitam ſit pronunciatum, reprobatur *l. nemo iudex.* 13. *C. de ſententiis & interlocut.*

XIV. Exceptio: Niſi cauſa legem præceſſit. *l. leges.* 7. *C. de legib. l. vltim.* §. *fin. C. de legit. hæredibus. Nouell. conſt.* 73. §. *obtineto. cap.* 7 *ſ item cap.* 115. *in princip. Accedit M. I. P. d. cap.* 2. *except.* 11. *& M. I. R. d. cap.* 2. *except.* 14. Huius replicatio eſt: Niſi nominatim in lege cautum ſit, vt & ad præterita extendatur. *d. l.* 7. Exemplum proponitur *l. ſancimus.* 18. *in fin. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Aliud *l. vltim. in fin. C. d. tt.* Aliud *Nouell. conſtit.* 113. §. *adhæc & illud.* Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi interpoſita appellatione conſtitutio lata ſit, quæ ad præterita quoque extendi velit. Nam hoc caſu ad eam cauſam, in qua appellatum eſt, conſtitutio non eſt extenda.

denda. Nouell. cap. 115. in princip. ibi: in omnibus enim hisce casibus.

xv. Exceptio: Nisi lex nondum fuerit insinuata, vel ab insinuatione nondum duo menses præterierint. Nouell. cap. 66. §. sancimus. Accedit M.I.R. d. c. 2. except. 15. vbi etiam distinguitur.

xvi. Exceptio: Nisi lex de causis publicis lata, præfecto prætorio prius non fuerit insinuata. Nouell. constitut. 152.

xvii. Exceptio: Nisi lex alia lege vel consuetudine sit mutata, approbatur simul & distinguitur Instit. de iure nat. gent. & ciuili. §. sed naturalia. l. constitutiones. 4. ff. de constit. princ. Accedit M.I.P. d. ca. 2. except. 12. & M.I.R. d. cap. 2. except. 16. Huius exceptionis exempla passim extant in Institutionibus Iuris. Eius autem prima replicatio est: Nisi ius sit naturale, hoc enim alio iure mutari non potest. Inst. d. §. sed naturalia. l. eas obligat. 8. ff. de capite minutis. Inst. de legit. agnat. tutela. §. fin. l. iura sanguinis. 8. ff. de reg. iuris. l. 2. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consum. M.I.P. d. except. 12. repl. 1. & M.I.R. d. except. 16. replic. 9. Secunda: Nisi lex posterior, alia rursus lege sit mutata, approbatur exemplo Instit. de legit. agnator. success. §. cæterum. Aliud proponitur l. vnica. §. cum igitur. C. de caducis tollend. Tertia: Nisi mutatio iuris lite pendente interueniat. Nouell. cap. 115. in princip. Plura de replicatione proposita vide supr. except. 14. Illæ etiam exceptiones, quæ hactenus aduersus leges propositæ sunt, hic replicationum loco repeti possunt. Plures replicationes vide M.I.R. de except. 16.

xviii. Exceptio: Nisi Imperator vel Augusta leges non obseruauerit. l. princeps. 31. ff. de legibus. Accedit M.I.P. d. cap. 2. except. 15. in fine: & M.I.R. lib. 1. cap. 2. except. 21. vbi etiam distinguitur. Hinc quæritur, an princeps alicui ius suum sine causa possit auferre? De qua re vide infr. cap. 10. de Imperatore, reg. 2. Plane non omne quod licet, honestum est. Itaque quamuis principi liceat præter leges viuere, decet tamen eum viuere secundum leges. l. digna vox. 4. C. de legib. l. ex imperfecto. 23. ff. de leg. 3. l. ex imperfecto. 3. C. de testam. inst. quib. modis test. infirmatur. §. fin.

xix. Exceptio: Nisi propter iuris ignorantiā quis aduersus leges fecerit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur, admittitur tamē in minoribus ætate, in fœminis, & aliis quibusdam casibus, de qua re dicetur infr. lib. 24. c. 3. except. 1.

xx. Exceptio: Nisi aduersarius aliquid contra eandem legem fecerit vel impetrauerit. De hac re vide infr. lib. prox. cap. 2. quæst. 5.

DE IVRIS LEGVMQVE DIVIsionibus ac speciebus.

CAP. IV.

HActenus de iure & legibus in genere dictū est, nunc de iisdem in specie est dicendum.

DE TRIBVS IVRIS DIuisionibus.

Prima diuisione ius diuiditur in publicum & priuatum. l. 1. §. huius studij ff. de iust. & iure. Inst. eod. tt. §. fin. M.I.P. lib. 1. cap. 3. diuis. 1. Altera, in naturale, gentium & ciuile. d. l. 1. §. priuatum. ff. de iustit. & iure. Instit. eod tt. §. fin. M.I.P. d. cap. 3. diuis. 2. Tertia in personas, res & actiones. l. 1. ff. de statu hominum. Inst. de iure naturali gentium & ciuili. §. fin. M.I.P. d. cap. 3. diuis. 3.

DE IVRE NATVRALI.

Definitio, species & proprium iuris naturalis proponuntur l. 1. §. ius naturale ff. de iust. & iure. Inst. de iure nat. gent. & ciuili. M.I.P. d. cap. 3. de iure naturali. Aliud proprium, nempe quod sit immutabile, habetur supr. cap. prox. except. 17. repl. 1.

DE IVRE GENTIVM.

Definitio & proprium iuris gentium habetur l. 1. §. fin. & l. omnes populi. 9. ff. de iust. & iure. Inst. de iure nat. gent. & ciu. §. ius autem. M.I.P. d. ca. 3. de iure gentium, reg. 3.

Species enumerantur l. 2. cum trib. legib. sequentibus. ff. de iust. & iure. item Instit. de iure naturali, §. ius autem gent.

DE IVRE CIVILI.

I. Definitio iuris ciuilis cum differentia iuris gentium proponitur d. l. 9. ff. de iust. & iure. Instit. de iure naturali. §. ius autem ciuile. Alia iuris ciuilis definitio habetur l. ius ciuile. 6. ff. de iust. & iure. Accedit M.I.P. lib. 1. c. 3. de iure ciuili, reg. 1. & M.I.R. lib. 1. cap. 3. de iure ciuili, reg. 1.

II. PROPRIA IVRIS CIVILIS.

Primum est, quod proprium sit suæ ciuitatis. d. l. 9. Accedit M.I.P. c. 3. de iure ciuili, reg. 4. & M.I.R. d. c. 3. de iure ciuili, reg. 3. Secundum, quod sit mutabile, de quo supr. cap. prox. except. 17. Tertium, quod posterius sit iure naturali. Inst. de rerum diuisione. §. singulorum, in fin. Quartum, quod ex vnaquaque ciuitate appelletur. Instit. de iure naturali. §. ius quidem.

III. DIVISIO IVRIS CIVILIS.

Prima diuisio, qua in scriptū & non scriptum diuiditur, proponitur Inst. de iure naturali. §. constat. l. ius ciuile. 6. §. fin. ff. de iustitia & iure. Huius diuisionis ratio proponitur Instit. de iure nat. §. sine scripto. M.I.P. d. cap. 3. de iure ciuili, reg. 5.

Altera diuisione diuiditur in ius ciuile, speciale & prætorium, l. ius autem. 7. ff. de iust. & iure.

De iure non scripto, seu de longa consuetudine.

I. Definitio iuris non scripti proponitur Inst. de iure naturali §. sine scripto. M.I.P. d. cap. 3. de iure ciuili non scripto, reg. 1.

II. Consuetudo vim legis obtinet. l. de quibus. 32. §. inueterata. l. sed & ea. 35. cum seq. ff. de legib. l. 1. & l. leges. 3. C. quæ sit longa consuetudo. Accedit M.I.P. d. cap 3. de iure non scripto, reg. 3. M.I.R. d. cap. 3. de consuetudine, reg 5. Huius exceptio prima est: Nisi cōtra consuetudinem lex scripta extet. l. 2. C. d. tt. l. de quibus 32. & l. diuturna. 33. ff. de legibus. Accedit M.I.P. d. reg. 3. except. 1. & M.I.R. d. reg. 5. except. 1. Cuius replicatio est: Nisi lex scripta consuetudinem præcesserit, tunc enim consuetudo postea insecuta præcedentem legem tollit, eaq; potior habetur, per ea quæ habentur supr. cap. prox. except. 17. Concordat l. de quib. 32. ff. de legib item lib. 2. Feud. titul. 1. §. legum autem. Accedit M.I.P. d. except. 1. replicat. 1. & M.I.R. d. except. 1. repl. 1. Secunda exceptio est: Nisi consuetudo nulla causa iudicialiter acta possit probari. l. cum de consuetudine. 34. de legib. Controuertitur & magis reprobatur M.I.R. d. reg. 5. except. 2. Tertia: Nisi errore, nō ratione, consuetudo sit introducta, reprobatur l. supellectile. 3. §. fin. ff. de supell. legata. Concordant ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. except. 2. Contradicere videtur l. antepenult. ff. de legib. Accedit M.I.P. d. reg. 3. except. 2. & M.I.R. d. reg. 5. except. 3. Quæ tamen loquitur de casibus similibus, ad quos erronea consuetudo non est extendenda vt supr. ca. 2. quæst 6. reg. 2 except. 1. dictum est. In casibus autem, quorum est consuetudo, obtinet quamuis erronea, quia error ius facit. d. l. 3. Quarta exceptio est: Nisi iniuste primum consuetudo à magistratu sit introducta. Nouell const. 134. §. porro nulli: ibi: item neque. Quinta: Nisi alterius loci consuetudo sit, non eius vbi agitur. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: M.I.R. d. reg. 5. except. 5. vbi etiam distinguitur. Sed & eius replicatio est: Nisi Romæ consuetudo sit, ea enim in cæteris quoque ciuitatibus imperij Romani debet obtinere. l. 5. §. sed etsi quæ leges. C. de veteri iure enucl. Inst. de satisdationib. §. fin. Accedit M.I.P. lib. 1. cap. 2. except. 17. repl. 1. Contradicit l. sed licet. 12. ff. de off. præsidis. Sexta exceptio est: Nisi actus contra consuetudinem extet. per hunc enim consuetudo, perinde ac alia præscriptio, interrumpitur. Turz. opin. 9. n. 4. Accedit M.I.R. d. reg. 5. except. 12. Cuius replicatio est: Nisi post decem annos, perfecta iam consuetudine, actus in contrarium extet. hic enim non tollit consuetudinem iam perfectam. l. nemo. 165. §. 1. cum sua gloss. ff. de reg. iuris. Accedit Turz. d. opin. 9. n. 3. Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide M.I.P. lib. 1. cap. 3. de iure non scripto, reg. 3. & M.I.R. lib. 1. cap. 3. de consuetudine, reg. 5.

De iure scripto, eiusque speciebus.

Species iuris scripti enumerantur Instit. de iure nat. gent. & ciuil. §. scriptum autem. l. ius autem. 7. ff. de iust. & iure. l. 2. in princ. vsque ad §. post originem. ff. de orig. iuris. Accedit M.I.P. d. c. 3. de iure scripto, in princ.

De lege & plebiscito.

Definitur lex Instit. d. §. scriptum autem. Accedit M.I.P. d. cap. 3. de lege, reg. 1.

Definitio plebisciti, eiusque declaratio proponitur Instit. de iure nat. §. plebiscitum. Accedit M.I.P. d. cap. 3. de plebiscito.

Quo iure introducta sint, Inst. d. §. plebiscitum.

Origo, l. 2. §. deinde cum esset. ff. de orig. iuris.

Species est, lex Aquilia. l. 1. §. fin. ff. ad l. Aquiliam.

De senatusconsultis.

Definitio proponitur Inst. de iure nat. §. senatusconsultum. Accedit M.I.P. d. cap. 3. de senatusconsulto.

Ratio & origo, l. 3. §. deinde quia difficile. ff. de orig. iuris.

Vim leges habent. l. non ambigitur. 9. ff. de legib. l. vnica, in princ. C. de senatusconsultis.

Species sunt, S. C. Macedonianum, Velleianum, Trebellianum, & alia plura, quæ tractantur in pandectis.

De iure prætorio seu honorario.

Definitio nominis & rei proponitur l. ius autem. 6. in fin. ff. de iust. & iure. l. 2. §. eodem tempore. ff. de orig. iuris. Instit. de iure nat. §. prætorum. Institut. de bon. possess. in princ.

Origo, d. § eodem.

Genus. Vim legis obtinet prætoris edictum. Inst. de iure nat. §. prætorum. l. nam & ipsum. 8. ff. de iust. & iure. l. ius. 11. §. nec minus. ff. eod. tt.

Species sunt, edicta ædilium curulium. Instit. d. §. prætorum, in fin. Plures enumerantur Instit. de act. §. sed istæ quidem, cum sequentibus.

De responsis prudentum.

Definitio & autoritas proponitur Instit. de iure nat. §. responsa. M.I.P. d. c. 3. de responsis prudentum, reg. 1. cum seq. M.I.R. lib. 1. c. 3. de opinionib. Dd. reg. 1. Origo, l. 2. §. his legib. latis. ff. de origine iuris. Speciebus scatent Pandectæ. Nomina recensentur d. l. 2. §. iuris ciuilis, cum sequentibus.

De principum placitis seu constitutionibus.

Genus. Legis vim habent. Inst. de iure nat. §. sed & quod. l. 1. in princ. ff. d. const. principum. M.I.P. d. cap. 3. de constitut. principum, reg. 1. cum seq. & M.I.R. d. c. 3. de principum placitis, reg. 1. Huius exceptio prima esse videtur: Nisi lex municipalis antea vel postea contra statuerit. Sed reprobatur l. prætor ait. 3. §. diuus Hadrianus. ff. de sepulchro violato. Secunda: Nisi constitutio non generaliter, sed de certa persona sit lata, de quo infr. proxime de constit. person. Plures exceptiones vide M.I.R. d. reg. 1.

Origo proponitur l. 2. §. nouissime. ff. de orig. iur.

Diuisio constitutionum in generales & personales habetur Instit. de iure naturali. §. sed & quod & l. 1. §. fin. ff. de constit. princ.

De constitutionibus personalibus, seu priuilegiis.

Proprium. Hæ ad exemplum non trahuntur quod ex iam d. diuisione constat. Concordat l. 2. C. de leg. Accedit M.I.P. d. c. 3. de constit. personal. reg. 2. M.I.R. lib. 1. cap. 1. regul. 5. except. 2. vbi etiā distinguitur. Huius exceptiones quinque proponuntur. l. vt leges. 3. C. de legibus. Iuxta quam etiam accipienda videtur l. si Imperialis. 11. C. eod. tt.

Diuisio habetur l. in omnibus. 68. & l. priuilegia. 156. ff. de regulis iuris.

Exempla proponuntur l. tempus. 29. ff. de re iudicata. & l. ex pluribus. 41. ff. de administ. tutor. Hæc de priuilegiis, de quibus vide plura M.I.P. d. cap. 3. de constit. personal. reg. 1. cum duab. seqq. & M.I.R. d. cap. 3. de principum placitis, reg. 3. cum seqq. vsq. ad fin. capitis. Sed & quibus ea competant, vide infr. lib. c. 38 q. 2.

De sacris regulis.

Hæ vim legis obtinent. Nou. c. 6. §. sed etiam sic. ibi: eo quod c. 131. in pr. c. 83. §. si vero ecclesiast. ibi: secundum sacras. & Nou. c. 123 in pr. ibi, nam si leges. l. omni nouatione. 6. & l. priuileg. 12. §. 1. C de sacr. eccl. Accedit M.I.P. d. c. 3. de canonib. & decretis pontificum.

De iudicato.

Res iudicata vim legis generalis non obtinet. l. nemo iudex. 13. C. de sent. & interloc. Accedit M.I.P. d. c. 3. in fin. & M.I.R. d. c. 3. de reb. iudicatis, reg. 1. Huius exceptio prima est: Nisi Imperator sententiam tulerit. l. si imperialis 11. in prin. C. de legib. Quæ videtur accipienda secundum cōditiones l. 3. C. eod. tt. Altera: Nisi sæpius in causis similiter sit iudicatum. l. nam Imperator. 38. in fin. ff. de legib. Plura exceptiones vide M.I.P. d. loco, & M.I.R. d. reg. 1.

DE RESCRIPTIS PRINCIPVM & Supplicationibus.

CAP. V.

PRimo: Rescriptum principis regulariter vtile est & seruandum, per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. quæst. 5. de principum placitis. Concordat l. 2. in fin. C. de legib. l. sacrilegij. 5. C. de diuersis rescriptis. Nou. 113. § si qua enim ad nos & l. 2. C. de crimine sacr. Acced. M.I.P. lib. 1. c. 4. quæst. 1. in pr. & M.I.R. lib. 1. c. 4. reg. 1. Huius regulæ exceptiones sequuntur.

1. Exceptio: Nisi seruus rescriptum impetr-

uit, approbatur simul & distinguitur *l.1.C.de precibus Imper.offer.* Mutatur *l.vniuersis.6.C.eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi lite pendente rescriptum sit impetratum. *Nouell.c.82.§.omnis denique. & Nouell.c.113.§.1.M.I.R.d.reg.1.exc.1.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi iudex ab Imperatore datus sit, vel de plano iudicare iussus, sed reprobatur *d.c.113.§.atque hæc dicimus.* Altera: Nisi rescriptum ante dictam constitutionem sit impetratum, reprobatur *d.cap.113.§.adhæc & illud.* Tertia est: Nisi rescripto non forma iudicandi præscribatur, sed diligentia vel quid simile præcipiatur. *d.c.113.§.atque iussionem.*

III. Exceptio: Nisi post rem iudicatam rescriptum sit impetratum. *l.sententiis.3.in princ.C.de errore aduocatorum. l.2.§.qui autē. & l.3.C.vt lite pendente.l.vlt.C.quomodo & quando iudex sent.l.impetrata.3.C.sententiam rescindi, &c.* Huius replicatio prima videtur esse. Nisi supplicatio ante sententiam sit exhibita. Sed reprobatur *l.1. C.vt lite pendente. Concordant ea quæ dicta sunt supr.except.prox.* Altera est: Nisi à præfecto prætorio sētēntia lata sit, à quo prouocare non licet. *l.vnica, in princ. C. de sent.præfecti prætorio.* Concordantes leges cum duplicationibus vide *infr.lib.prox.cap.28.*

IV. Exceptio: Nisi preces veritate non nitantur. *l.si quis.29.ff.ad l.Corneliam de falsf.& l.2.C.si contrarius. Accedit M.I.P. d.q.1.except.5. & M.I.R. d.reg 1. except.2.* Huius replicatio prima est: Nisi cognitio tantum iudici per rescriptum sit delegata. *l.1.C.d.tt.M.I.P.d.exc.5.repl.3.* Secunda: Nisi executio tantum per rescriptum sit mandata, reprobatur *l.etsi non.4.C.d.tt.M.I.P.d.except.5.repl.4.* Tertia: nisi iusta causa sit impetrantis, & rescriptum alioqui legitimum reprobatur *l.etsi legib.5.C.eod.tt.* Quarta: Nisi iudex nolit preces falsas argui, reprobatur *l. puniri.3.C.d.tt.M.I.R.d.except.5.repl.6.*

V. Exceptio: Nisi conditio hæc, Si preces veritate nitantur, rescripto non sit inserta. *l.vltim.in princ.C.de diuersis rescript.M.I.P.d.q.1.except.6.& M.I.R.d.regul.1.except.9.*

VI. Exceptio: Nisi rescriptum non sit manu principis subscriptum, & cum incausto in membranis. *l.sacri.6.C.de diuers.rescript.Concordat, quo ad subscriptionem principis, l.sancimus.3.C. eod.tt.M.I.P.d. quæst.1.except.9.*

VII. Exceptio: Nisi dies aut c[illegible] rescripto non sit adiectus. *l.si qua.4.C.eod.tt. M.I.P.d.1.exc.7.*

VIII. Exceptio: Nisi quæstor rescripto nō subscripserit, nec denotauerit, inter quos, ad quē iudicē, & per quam personam directūsit. *Nou.c.114.*

IX. Exceptio: Nisi exemplum rescripti, non ipsum rescriptum authenticum sit insinuatum. *l. sancimus.3.C.de diuers.rescript.M.I.P.d.q.1.exc.8.*

X. Exceptio: Nisi sine scripto mandatū principis adferatur. *l. vnica. C. de mandat. princ. Accedit M.I.P.d.q.1.exc.10. & M.I.R.d.reg.1.exc.15.* Huius replicatio est: Nisi rescripto non forma iudicandi præscribatur, sed diligentia vel quid simile præcipiatur. *Nouell.cap.113.§.atqui iussionem, in fin.* Aliam replicationem vide *M.I.R.d.except.15.*

XI. Exceptio: Nisi negocium in consistorio prius non sit solenniter tractatum. *l.humanum.8. C.de legib.* Huius replicatio est: Nisi in causis non vniuersitatum, sed priuatorum rescribatur. *l.vniuersa.7.§.fin.de diuers.rescript.*

XII. Exceptio: Nisi rescriptum contra ius sit, vel vtilitatem publicam. *l.vlt.C.si contra ius, &c.l. vnica. C. de senatusconsultis. l.nec damnosa.3.C. de precibus Imper.offer.Nouell.c.82.§. omnis denique.M.I.P.d. q.1.except.11.& M.I.R.d.reg.1.except.10.* Huius replicatio est: Nisi rescriptum contra ius nemini obsit, sed prosit petenti. *l.rescripta.7.C. de precibus Imper.offer.M.I.P.d.except.11.repl.1.* Aliam replicationem vide *M.I.R.d.except.10.*

XIII. Exceptio: Nisi rescriptū fisco sit damnosum. *l.3. C.d.tt.* Distinguitur *M.I.R.d.reg.1.exc.19.*

XIV. Exceptio: Nisi exceptio vel præscriptio alicui detur vel denegetur rescripto. *Accedit M.I.R.d.reg 1.except.13.* Contradicere videtur *M.I.P. d. q.1.except.12.repl.1.* Huius replicatio est: Nisi dilatoria, non peremptoria exceptio alicui rescripto detur vel denegetur. Quæ cum sua exceptione approbatur *l.2. C.d.tt. Concordat id quod dictum est supr.eod.cap.except.2.repl.3. M.I.R.libr.5.cap.1.reg.83.* Huius duplicatio est: Nisi is qui præscriptionem dilatoriam impetrauit, non caueat idonee de debito soluendo. *l.vniuersa.5.C.d.tt.M.I.R.d.reg.83. except.1.*

XV. Exceptio: Nisi dilatione ad soluendum per rescriptum impetrata, debitor de soluendo idonee non caueat. *d.l.5. De qua exceptione vide item infr.lib.15.cap.12.regul.20.*

XVI. Exceptio: Nisi annus ab impetrato rescripto excesserit. *l.2.C.de diuersis rescript.* Hæc de exceptionibus aduersus rescripta. Plures vide *supr.cap.3.* Quæ enim aduersus leges competunt exceptiones, eædem rescriptis quoque non inepte opponuntur. Sed & plures vide *M.I.P.d.q.1. & M.I.R.d.reg.1.*

II. QVIBVS SIT VTILE RESCRIPTUM?

Rescriptum in communi causa ab vno impetratum, alteri quoque socio prodest. *l.1.C. de diuersis rescriptis.*

III. EVENTVS RESCRIPTI, & de supplicationibus.

I. De forma supplicationis seu contentis, proponitur *l.instrumentorum.8.C.de precib.Imper.offer.*

II. De pœna mendacis supplicationis, *l.si quis.29.ff.ad l.Corn.de falsis.l.etsi.5.in fin.C.si cōtra ius, &c.*

III. Supplicatione oblata, & rescripto impetrato, lis habetur pro contestata. *l.1.C.quando libellus principi datus, &c.* Huius exceptio est: Nisi alia quam prætoria annalis sit actio, tunc enim lis nō habetur pro contestata, nec perpetuatur actio per rescriptum, *l.fin.C.d.tt.* Plura de rescriptis vide *M.I.P.d.c.4. & M.I.R.d.c.4.* Hactenus de iure & legibus sit dictum. Sequitur de Magistratibus eorumque ministris, in genere primum, deinde in specie.

DE ORDINANDIS, SEV CREANDIS magistratibus & iudicibus, necnon de sportulis & annona magistratuum ac iudicum.

CAP. VI.

I. QVI ET QVALES CREANDI?

PRima regula, De viris probatæ vitæ, proponitur *l.sancimus.6.in princ.C.ad l.Iuliam repet.l.1. in fin.C.de officio magistri offic.*

II. Regula, De famosis, notatis, quibusq; ordine vel honore interdictum est, & improbatæ vitæ viris, *l.2.C.de dignitatib.l.vnica.C.de infamib.l.1.*

C.de his qui non impletis stipendijs.M.I.P.lib.1.cap.5. q.2. reg.1. Huius exceptio est: Nisi cum ordine ad tempus motus esset, tempus pœnæ sit finitum. *l.2.& 3.& l.ad tempus. 5. ff.de decurionib.item l.1.C.de his qui in exilium dati.* Cuius replicatio prima est: Nisi mitiorem sententiam acceperit duriore dignus, tunc enim, quamuis finitum sit tempus pœnæ, non videtur illi regressus dandus ad honores. *d. l.3.& d.l 5.l.ordine.15 ff.ad municipalem.* Altera: Nisi post tempus pœnæ finitum, præter pristinam dignitatem nouos quoque honores ambiat, approbatur & distinguitur *l.2.C.d.tt. de his qui in exilium. &c.* Plura de hac re vide *Inf.c.20.exc.11.* Secunda exceptio est: Nisi is cui maioribus honoribus interdictum est, minores petat. *l.relegatorum.7.§.fin. ff.de interdictis & releg.* Tertia: Nisi de minoribus honorib.& muneribus agatur: his enim etiam infames adduci possunt. *d.§.fin.l.vnic. C de infamibus.* Plura vide *Inf.lib.3.cap.37.de causis excusationum & immunitatum, regul.63.*

III. Regula, De eo qui flagellis cæsus est, *l.eo qui.12.ff.de decurionibus.*

IV. Regula, De reo publici criminis, *l.libertus.17.§.in quæst.ff.ad municipalem.l Lucius.21.§. antepenult ff.eod.tt.l.reus delatus.7.in prin.ff.de munerib.l.vnica.C.de reis postulat.* Huius exceptio prima est: Nisi pristina sit dignitas: eam enim propter reatum non amittit. *d.§.in quæstionibus.* Secunda: Nisi per annum in reatu fuerit, nec causa finita sit. *d. l. 7.in prin.* Tertia: Nisi accusator nullus sit, vel desistit. *l rescripto.6.§.si quis accusatorem.ff.d.tt.*

V. Regula, De eo cuius pater in reatu est, vel publico iudicio damnatus, *l.& qui.3.§. quod pater. ff.de munerib l.2.§.nullam.ff.de decurionibus.*

VI. Regula, De seruis, *l.vlt.C.qui militare possunt.*

VII. Regula, De colono originario Cæsaris, *l. 1.C.de agricolis & mancipijs dominicis. De hac re vide Inf. de causis excus.& immunitatum.reg.48.*

VIII. Regula, De Iudæis *l.generaliter.3.§.fin.ff. de decurionib.* Contradicit *l.hac valitura.17. C. de Iudæis.M.I.P.d.q.2.reg.3.*

IX. Regula, De hæreticis, *Nouell.c.45.in princ. vsq; ad §.enimuero.M.I.P.d.q.2.reg.2. Vide item Inf.l.3.c. 25. de nominandis & creandis decurionibus.regul.18.*

X. Regula, De eo qui decurio non est, ne alijs honoribus fungatur, *l.honores.7.§.is qui.ff.de decurionibus.*

XI. Regula, De negociantib. & exercentib. officia vel artes vilissimas, *l.ne quis.6.C.de dignitatibus.l.si cohortalis.12.§.fin.C.de cohortalibus. l.1. in prin. ibi: exceptis nihilominus. C. de præpositis agentium in rebus.l.vnica.C.negotiatores ne militent.*

XII. Regula: De libertis vide *Inf. lib. 3.c.25. de nominandis & creandis decurionib.reg.3.* De filijs libertorum proponitur *l.libertorum 9.C.de dignitatib.*

XIII. Regula, De pauperibus, *l.rescripto.6.in prin.ff.de munerib.& honorib.* Plura de hac re vide *Inf. cap.37.de causis excusat.& immunitatum, reg.70.*

XIV. Regula, Ne alicui patriæ suæ administratio permittatur. *l.vlt.C.de off.rectoris prouinciæ. & l.vlt.C.de crimine sacrilegij.M.I.P.d.q.2.reg.4.*

XV. Regula, De debitoribus rerump. *d. l.6.§. debitores.ff.de munerib.& honoribus.& l.1.C. de debitoribus ciuitatum.* Huius exceptio prima est: Nisi debitum sit solutum. *dictu ll.* Secunda: Nisi alio modo pro debito sit satisfactum. *d. l. 6. §. plane vice.*

Tertia: Nisi non ex administratione reipub. debeat, sed ex alia causa. *d.l.6.§.sed eos demum.* Huius replicatio est: Nisi ex pollicitatione debet, quæ recusari non potest. *d.l.6.§.sed & si.*

XVI. Regula, De eo qui cohortalibus obsequijs est obligatus, eiusque liberis, *l.cohortalis.12. in principio.cum duabus legibus sequentibus.C.de cohortalibus.l.si quis.13.C.de off.rectoris prouinciæ.*

XVII. Regula, De eo qui honorem, munus, vel officium aliud sustinet. *l.honorem.10.ff.de muneribus & honorib.l.hac parte.10.C. de proximis sacrorum scrin.l.1.§.illi quoque.C.de præposito agentium in reb.l.his quibus.5.C.qui militare poss.* Plura vide *Inf.lib.3. c.37. de causis excus.& immunitatum, reg.10.*

XVIII. Regula, De eo qui antea eundem honorem vel magistratum gessit, proponitur *d. cap. 37.regul.9.*

XIX. Regula, De ordine seruando, eoque qui dudum militauerit, & ordini proximior est, præponendo, *l.vt gradatim.11.in prin.ff.de munerib.& honoribus l.honor.14.§.gerendorum.ff.eod.tt.l.1.C.de muneribus patrimoniorum.l.nemo.2.C.de offic.magist.offic.l.1. C.d.tt.l tyrones.3.C.de tyronib.lib.2.§. illud præcipue. C. de primicerio.l.vnicuique.7.in prin.C.de prox.sac.scrinior. l.1.C.de agentib.in reb.l.1.C.de castrensiarijs. l. primicerius.5.C.de offic.præfecti vrbi.* Propositæ regulæ contradicit *l.honores.7.in princip.ff.de decurionibus.* Quæ tamen videtur intelligenda de exceptionibus sequentibus, quarum prima est: Nisi is qui ordine præcedit, non sit idoneus. *l. vt gradatim.11.in prin. ff.de muneribus & honor.* Huius replicatio proponitur in casu *l.1.§.fin.C.de præpositis agent.in rebus.* Secunda exceptio: Nisi is qui ordine seu tempore posterior est, laborum comparatione præcedentibus dignior iudicetur. *l.vnicuiq;.7.in princip. C.de prox.sacror.scriniorum.* Huius replicatio est: Nisi is qui prior est tempore, filius alicuius sit proximiorum. tunc enim digniori præfertur tempore posteriori. *d l.7.* Tertia exceptio est: Nisi is qui tempore prior est, recusauerit: vel id quod præstandum est, præstare nolit. *d. l. 7.§.illum tamen.* Quarta: Nisi is qui ordine posterior est, rescripto principis nitatur, reprobatur *l. 2.C. de offic. magistr. offi.* Plura de regula proposita vide *Inf.cap.9.*

XX. Regula, De eo qui indignus est inferiore ordine, *l.qui indignus.4.ff.de senatorib.l.relegatorum.7. §.fin.ff.de interdictis & releg.*

XXI. Regula, De iurisperitis iudicibus eligendis, non imperitis, *Nouell.c.82.in prin.*

XXII. Regula, De minorib.25.annis, *l.ad rempublicam.8.ff.de munerib.& hon.l.2.§. fin ff.de iure immunitatis.* Plura de hac re vide *Inf.lib.3.cap.25 de nominandis & creandis decur.reg.10.item cap.37.eod.lib.de causis excus.& immunit.reg.3.*

XXIII. Regula, De surdo & muto, *l.honores.7. §.1.ff de decurionibus.*

XXIV. Regula, De cæco, *l.1.§.quamuis.ff.de postulando.*

XXV. Regula, De fæminis, *l.2.de regul. iur. M.I.R.lib.1.cap.5.reg.2.* Hactenus de regulis primæ quæstionis, qui scilicet & quales magistratus creari possint vel debeant, est dictum. Plura huius loci vide *Inf.lib. 3.c. 25. de nominandis & creandis decurionibus.* Item quoad iudices, vide *Inf. lib prox. cap.2.item cap.11. de apparitoribus.* Nunc ad secundam quæstionem transeundum.

II. A QVIBVS CREANDI magistratus?

De Imperatore & populo proponitur *l. 1. in princ. ff. ad l. Iuliam de ambitu. Nouell. c. 82. §. si quis vero. M. I. P. d. q. 2. reg. 6.*

III. ANTECEDENTIA, ADIVNCta & consequentia ordinationem magistratuum & iudicum.

I. Regula: Vt gratis ordinentur magistratus & iudices, nihilq; ab ijs eo nomine expendatur, proponitur *Nouell. c. 8. in prin. §. his omnibus, & §. magno igitur. ibi: volentes. item Nouell. constit. 161. M. I. R. d. cap. 5. reg. 6.* Huius exceptio prima est: Nisi id quod codicillorum aut chartarum nomine dandum est *d. §. his omnib. ibi: modica tantum quædam.* Altera: Nisi alius sit magistratus, quam dicta tabula comprehensus est. *d. §. his omnib. vers. quas etiam solas.* Aliam exceptionem vide *M. I. R. d. reg. 6.*

II. Regula, De eo quod pro officio præstandum est à magistratu, constituitur *d. const. 7. in fin. l. vnicuiq; 7. §. illum tamen. C. de prox. sacr. scrin.* Sed & quibus ea quæ *d. §.* illum tamen, definiuntur, sint præstanda, definitur *l. si quis. 11. C. eod. tt. l. 1. §. fin. & l. 2. C. de off. præfecti Africæ.*

III. Regula, De iureiurando ab eo qui ordinatur præstando, *l. sancimus 6. C. ad l. Iul. repet. Nouell. c. 8. § ad eum itaq; M. I. P. d. q. 2. reg. 8.*

IV. Regula, De codicillis suscipiendis, *d. c. 8. §. qui vero administrationes.*

V. Regula, De ambitus crimine, *l. vnica. ff. ad l. Iuliam de ambitu.* In huius locum successit Simonia, de qua *M. I. P. lib. 1. cap. 16.*

VI. Regula, De pœna, si quis vltra quam definitum est, pro officio dederit vel acceperit, *d. c. 8. §. cæterum si quis. l. sancimus. 6. in fin. C. ad l. Iuliam repet.*

VII. Regula, De quadruplo restituendo ab eo qui pro officio aliquid accepit, *d. l. 6. in fin. & d. c. 8. §. ad eum itaq. vers. sciat enim.*

VIII. Regula, De annona magistratus & sportulis iudicum, *l. vnica. C. de annona & capitu administr. l. 1. §. sportulas. C. de offic. præf. prætorio Afric. Accedit. M. I. R. lib. 2. cap. 10. reg. 45.* Quantitas annonarum definitur *l. 2. §. fin. C. d. tt. Nouell. c. 82. §. porro ne circa, cum sequentibus.* Huius exceptio prima est: Nisi officium & prouinciam nondum fuerit ingressus. *Nouell. c. 95. §. atq; ex eo. & §. penult.* Secunda: Nisi is qui in magistratu fuit, mortuus sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi eius anni & sequentis annona, in quo decedit: istius enim anni annona hæredib. eius debetur. *l. lege pragmat. 4. C. de domesticis & protectorib. l. si quis. 11. in fin. C. de proximis sacror. scriniorum. l. 1. C. de primipilo. l. matriculam. 3. § sit in æternum. C. de agentib. in reb.* Plura de sportulis vide *Inf. lib. prox. cap. 3.*

IX. Regula, De mandatis magistratui dandis, habetur *Nouell. c. 17. & 24. §. vt autem qui vel.*

X. Regula, De officio magistratus in ingressu prouinciali, *No. c. 95 §. illud omnib. vsq; ad §. atq; ex eo.*

XI. Regula, De mandatis sibi datis intimuandis, *Nouell. c. 17. §. simul ac vero.*

DE OFFICIIS MAGISTRATVS, ET *actionibus quibus in officio retinetur.*

CAP. VII.

PRima regula: Ne quid pro officio præstent; & de ambitus crimine vitando, vide *sup. c. pro. q. 3.*

II. Regula: Ne quid vltra annonas & sportularum quãtitatem à legibus definitam, à subditis accipiant. *de hac re dicetur Inf. eod. cap. actione proxima.*

III. Regula: Ne subditos lædant, præcipitur *Nouell. c. 86. §. porro si contingat. M. I. R. d. cap. 5. reg. 9.* Affine huius actionis remedium vide *Inf. reg 17.*

IV. Regula, Ne quid in prouincia quam administrat, emat, vendat, vel conducat. *l. non licet. 46. ff. de contrahenda empt. l. quod contra. 8. ff. ad l. Iuliã repetundarum. l. vnica. C. de contractib. iudicum. l. aufertur. 46 §. quod à præside. ff. de iure fisci M. I. R. d. cap. 5 reg. 7.* Huius exceptio prima est: Nisi fiscus bona paterna eius, qui prouinciam administrat, vendat. *l. qui officij. 62. in princ. ff. de contrah empt.* Altera: Nisi victus aut amictus causa emat. *l. solet. 6. §. non vero vers. quod mandatis ff. de offic. proconsulis. d. l. vnica. §. prouincias. vers. præter eas.*

V. Regula: Ne donationes in ea prouincia, quam administrat, accipiat. *l. plebiscito. 18 ff. de offic. præsidis. & l. quod contra. 8. in princ. ff. ad l. Iuliam repet. M. I. R. d. cap. 5. reg. 8.* vbi etiam distinguitur. Huius exceptio prima est, Nisi xenij nomine offeratur. *l. solet. 6. §. non vero ff. de offic. proconf. & legati.* Secunda, Nisi ratione voti donetur. *l. vnica. C. de oblatione votorum.* Tertia, Nisi ob nuncium publicæ lætitiæ donatum sit. Cuius replicatio est, Nisi immodicum sit quod accipitur. *l. vnica. C. publicæ lætitiæ vel consulum nunciatores, &c.* Quarta exceptio est, Nisi id quod donatur, esculentum vel potulentum sit. *l. plebiscito. 18 ff. de offic. præsid. Accedit M. I. R. d. reg. 8. except. 1.* Aliæ propositæ regulæ exceptiones proponuntur & reprobantur *l. vnic. C. de contr. iudic.*

VI. Regula, Ne in ea prouincia quam administrat, ædificet. *d. l. vnica. l. aufertur. 46. §. quod à præside, in fin. ff. de iure fisci.*

VII. Regula, Ne ex prouincia quã administrat, vxorẽ ducat. *De hac re dicetur inf. l. 4, c. 2. de nuptiis.*

VIII. Regula, De causis cognoscendis, & dirimendis litibus, constituitur *Nouell. c. 17. §. tertio. item cap 86. in prin. vsq; ad § porro si contingat. & §. obtemperantem.*

IX. Regula, De mandatis principum exequendis. Hæc à magistratu exequenda sunt. Cuius exceptio est, Nisi vel is cui mandatum est, vel is qui mandauit, ante insinuationẽ fuerit mortuus, vel in magistratu esse desierit. reprobatur, certa tamen conditione, *Nouell. c. 134. §. præterea hoc quoq;.*

X. Regula, De tributis exigendis & suscipiendis, proponetur *inf. lib. 3. in iure fisci.*

XI. Regula, De habitatione præsidum & iudicum *l. nulli. 14 C. de offic. rectoris prouinciæ.* Planeclarissimis & spectabilibus vniuersis, commorandi habitandiue vbi velint, facultas conceditur *l. clarissimis. 15. C. de dignitatibus.* Sed & ad habitationem magistratus pertinet *l. cunctos. 3. de metatis.*

XII. Regula, De præfectionibus magistratuum, habetur *l. clarissimis 15. C. de dignitatib. & l. iubemus. 18. C. eod tt. Nou. c. 134. §. porro nulli. const. 128 § vltra hæc. & c. 16 §. illud etiam. vsq; ad §. enumero.*

XIII. Regula, De subditis illæsis conseruandis, & æquum se præbendo in causis cognoscendis & disciplina publica conseruanda, necnon de qualitate ministrorum, constituitur *Nouell. c. 8. § proinde cum ita.*

XIV. Regula, Ne ante successoris sui aduentum administrationem deponat. *l. vnica. §. min.*

ministrationem. C. vt omnes iudices tam ciuiles quam militares post administrationem depositam, &c. Nouell. c. 95. §. deponet autem. l. meminisse. 10. ff. de officio proconsulis. l. vnica. ff. de officio præfecti Augustalis.

XV. Regula: Vt exercitum, postquam ei in prouincia successum est, successori tradat. *l. quiue. 2. & l. lex. 3. ibi: quiue cum ei in prouincia. ff. ad l. Iuliam maiest.*

XVI. Regula: Vt è prouincia, postquam ei successum est, decedat. *d. l. 2. in prin.*

XVII. Regula: Vt post depositam administrationem 50. dies in ciuitatibus celebrioribus commoretur, actionesq, subditorum excipiat, præcipitur *l. vnica. C. vt omnes iudices tam ciuiles quam militares, &c. Nouell. c. 8. §. secundum veteres. §. si autem. & § oportet. ibi. denegamus enim. Nouell. c. 95. in prin. vsq; ad § illud omnib. Nouell. c. 128. §. præterea sancimus. &c. 161 § simulatq;. Accedit M. I. R. lib. 1. cap. 5. regul. 15.* Hactenus de officijs magistratus. Sequitur nunc de actionibus quibus in officio retinetur.

DE LEGE IVLIA REPETundarum.

I. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS.

I. Causa: Si in magistratu, potestate, curatione, vel quo alio officio publico, pecuniam quis accepit. *l. 1. in prin. ff. ad l. Iuliam repetundarum, M. I. P. lib. 1. cap. 5. quæst. 3. reg. 5.*

II. Causa: Si à subditis vltra quantitatem à legibus definitam quid accepit, *l. omnes. 3. l. iubemus. 4. & l. sancimus. 6. C. ad l. Iuliam repetund. l. ead. lege. 6. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 5.* vbi etiam distinguitur.

III. Causa: Si pecuniam ob iudicandum vel non iudicandum accepit. *l. lege Iulia. 3. item d. l. 6. §. lege Iulia. & l. lex Iulia. 7. in prin. ff. eod. tt.*

IV. Causa: Si ob denunciandum vel non denũciandum testimoniũ pecuniã accepit. *d. l. 6. in pri.*

V. Causa: Si ob militem legendum mittendumue pecuniam accepit. *d. l. 6. §. lege Iulia.*

VI. Causa: Si ob accusandum vel non accusandum pecuniam accepit. *d. l. 6.*

VII. Causa proponitur *d. l. 7. in prin.*

VIII. Causa: Si ob hominem vinciendum vel non vinciendum pecuniam accepit. *d. l. 7.*

IX. Causa: Si accepto tulerit debitum publicum. *d. l. 7 §. illud quoq;.*

X. Causa: Si hominem innocentem interfecit. *d. l. 7. § fin.*

XI. Causa: Si munus publice mandatum accepta pecunia rupit. *l. vlt. ff. ad l. Iuliam repet.*

XII. Causa: Si ob aliquem in magistratum ornandum pecuniam accepit. *l. sancimus. 6. C. d. tt. Nouell. c. 8. §. ad eum. vers. sciat enim. & §. cæterum si quis. ibi: sed etiam eum.* Hactenus propositæ actionis causas enumerasse sufficiat. de quibus vide plura *Inf. eod. cap. act. prox.* Plane sunt propositarum causarum duæ potissimum exceptiones generales, prima est: Nisi ab exceptis personis acceperit. *l. 1. §. fin. ff. ad l. Iuliam repet.* Huius replicatio est: Nisi non donationis causa accipiat, sed ob turpem aliquam causam: puta, hominem in vincula conijciendum. tunc enim nec ab exceptis personis licet accipere. *d. l. 7. §. apparet.* Altera exceptio videtur: Nisi non ipse qui in magistratu est, accepit, sed aliquis ex eius ministris. Sed reprobatur *d. l. 1. ibi: vel cum ex cohorte. d. l. 5. l. 1. C. eod. tt.* Plures eiusmodi exceptiones vide *sup. quæst. prox. reg. 5.*

II. ADVERSVS QVOS DETVR Actio ex l. Iulia repetundarum?

I. Regula, De hæredibus eius qui in eam commisit, proponitur *l. 2. ff. ad l. Iuliam repetund l. vltim. ff ad l. Iuliam peculatus. & l. 2. C. ad l. Iuliam repetundarum.* Huius exceptio est: Nisi annus à morte rei præterierit. *d. l 2.*

II. Regula, De comitibus iudicum & ministris, proposita est *sup. exceptione gener. d 2.*

III. Regula, De eo qui ob turpem causam dedit magistratui. Hic quoque tenetur. *l. sancimus. 6. §. fin. C. ad l. Iuliam repetund.*

III. QVID VENIAT IN HANC actionem?

I. Regula, De pœna extraordinaria, exilio, & vltimo supplicio, habetur *l. lex Iulia. 7. §. fin. ff. ad l. Iuliam repet. Accedit M. I. P. d. quæst. 3. reg. 6. & M. I. R. d. cap. 5. reg. 16.*

II. Regula, De pœna quadrupli, *l. 1. in fin. & l. sancimus. 6. in fin. C. d. tt. Nouell. const. 124. §. sed & hoc iubemus. item Nouell. c. 161. §. præterea. M. I. R. d. cap. 5. regul. 17.* Alias pœnas vide *sup, in singulis causarum speciebus.*

IV. QVANDO ET QVAMDIV detur?

I. Regula: Tam in administratione, quã post administrationem depositam competit. *l. iubemus 4. in fi. C. ad l. Iuliã repetund. Nou. c. 8. §. cæterum si quis.*

II. Regula: Inter annum à deposita administratione datur. *l. vnusquisque. 5. C. eod. tt.*

III. Regula: Hæres rei conuenti intra annum tantum tenetur. *l. datur. 2. ff. eod. tt.*

V. EVENTVS HVIVS IVDICII.

I. Regula: Hac lege damnatus testimonium dicere, aut iudex esse postulareue prohibetur. *l. eadem lege. 6. §. hac lege. ff. d. tt.*

II. Regula: Alienatio magistratui à subditis contra legẽ repetundarum facta non valet, resq; ex ea vsucapi non potest. *l. quod contra. 8 ff. d. tt.*

VI. ADFINIA REMEDIA huius iudicij.

I. Ex constitutionibus principalibus, is qui magistratum gessit, post depositam administrationem iubetur per quinquaginta dies in prouincia, quã administrauit, cõmorari. *de quo sup. reg. 17.*

II. Alia item constitutio de delictis magistratus vindicandis proponitur *l. iustissimos. 3. C. de offic. rectoris prouinciæ.*

III. Alia ratio vindicandi id quod à magistratu commissum est, præscribitur *Nou. c. 8. §. damus autem, & §. adeoq; ipsis.* Propositæ actionis omniumque aliarum præcedentium exceptio est: Nisi non ob rapinam magistratus agatur: sed ob hoc quod in executione iuris publici & iustitia fuerit paulo vehementior. *d. const. 8. §. illo scilicet.*

IV. Si iudex vel magistratus vltra debitam annonarum & sportularum quantitatem aliquid à subditis acceperit, coercetur *l. qui ordinariam. 7. C. de officio rectoris. Nouell. c. 8. §. sed neque eos. §. ad eum itaque. ibi. sciat enim. §. cæterum si quis. & § curam gerentes. Nouell. cap. 17. §. oportet igitur. cap. 86. §. obtemperantem. & §. præterea. Nouell. cap. 82. §. cæterum appellationes. ibi: nemine. Nouell. cap. 124. §. sed & hoc iubemus. vsque ad §. quia vero. Nouell. cap. 134. §. sed & hoc ad nos vsque ad §. appellationes. & Nouell. cap. 161. §. præterea. & §. quemadmodum.* Plura de actione proposita vide *sup. causa. 2.*

SI IVDEX LITEM SVAM fecisse dicatur.

I. CAVSÆ EX QVIBVS COMPETAT hæc actio.

I. Causa: Si dolo malo in fraudem legis iudex sententiam dixit. *l. si filiusfamiliæ.15. §. iudex. ff. vbi quis agere vel conueniri debeat. M.I.P. d. quæst 3. reg. 8. & M.I.R. d. cap. 5. reg. 20.*

II. Causa: Si contra leges & constitutiones pronunciauit. *l.1. §. sed & si quis, in fin. ff. ad l. Cornel. de fal. l. non quidquid. 40. ff. vbi quis agere vel con. debeat. M.I.P. d. reg. 8. & M.I.R. d. reg. 20.*

III. Causa: Si non tota lege perspecta, vna aliqua eius particula proposita iudicet. *l. inciuile est. 24. ff. de legibus.*

Exceptio propositarum causarum generalis videtur esse talis: Nisi non dolo, sed per imprudentiam iudex fecerit. Sed reprobatur *l. vlt. ff. de extraordinariis cognit. Inst. de oblig. quæ ex q. delicto nasc. in prin. l. ex maleficio. 4 §. si iudex. ff de actionib. & oblig.*

II. QVIBVS COMPETAT?

De eo contra quem iudex pronunciauit, proponitur *l. 2. C. de pœna iudicis qui male iudicauit.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

De heredibus iudicis. Aduersus hos actio proposita non competit. *l. Iulianus. 16. ff. vbi quis agere vel conueniri.*

De patre iudicis. Nec hic tenetur. *Instit. de oblig. quæ ex q. del. nasc. §. si filiusfam. in fin.*

IV. QVID VENIAT IN HAC actione?

I. Regula: Si per imprudentiam fecit, pœna extraordinaria est. *l. vlt. ff. de extraord. cogn. Inst. de oblig. quæ ex q. del. nasc. in prin. M.I.R. d. cap. 5. reg. 24.*

II. Regula: Si dolo fecit, vera æstimatio litis præstanda. *l. si filiusfamilias. 15. in fin. ff. vbi quis agere vel conuen. & l. 2. C. de pœna iudicis qui male iudicauit. M.I.R. d. reg. 24.*

III. Regula: Si filiusfamilias iudex litem suam fecit, quid veniat definitur *d. l. 15. in prin.*

IV. Regula, De exilio & ab ordine remouendo, proponitur *l. si quis. 38 §. iudices. ff de pœnis.*

V. QVÆ ACTIO COMPETAT, ET adfinia eius remedia.

I. Regula: In factum actio est. *l. vlt. ff. de extraord. cog.*

II. Regula, De lege Cornelia de falsis, proponitur *l. 1. §. sed & si quis, in fin. ff ad l. Cornel. de fals.*

III. Regula, De lege Iulia maiestatis, *l. 1. C. ad l. Iuliam maiest.*

IV. Regula, De actione aduersus eum qui iudicem corrupit, corrumpendumue curauit, *l. 1. §. sed & si quis. ff. ad l. Corneliam de falsis. l. qui duobus 21. ff. eod tt.* Hactenus de officiis magistratus, & actionibus quibus in officio continetur, sit dictum. Plura vide *sup. hoc capite, de singulis offi ijs magistratuum: item Inf. lib. 3. cap. 39. de actione quæ ex mala muneris administratione competit.* Nunc ad iurisdictionem & dignitatem magistratus veniamus.

DE IVRISDICTIONE. CAP. VIII.

PRimo: Genus & species cognata proponitur *l imperium. 3 ff. de iurisdict.*

Imperij meri proprium est, habere gladij potestatem. *d. l. 3.* Sed & imperij species proponuntur *l. iubere. 4. ff eod. tt. M.I.R. d. cap. 5. reg. 35.*

Quæ imperij sunt, magistratibus municipalibus non competunt. *l. ea quæ. 36. ff. ad muncipalem.*

Imperij magis quam iurisdictionis sunt ea quę causa cognita fiunt. *d. l. 26. l. dies. 4. §. si forte. ff. de damno infecto. l. vbicunq; 105 ff. de reg. iuris. l. 2. ff. de officio eius cui mandata est iurisd. Accedit M.I.R. d. cap 5. reg. 34.* Ad officium autem iudicis pertinentes causæ aliquot enumerantur *l. 1. ff. de iurisdict. l. imperium. 3, ibi quod in danda ff. eod. tt. M.I.R. d. cap. 5. reg. 38.*

II. CAVSA IVRISDICTIONIS, ex qua competat?

Si iurisdictio mandata vel delegata sit, & iudex datus. Hæc causa vt regulariter vera est, *M.I.R lib. 1. cap. 5. q. 4. reg. 1. & M.I.R. lib. 1. cap. 5. reg. 46. in prin.* ita suas habet exceptiones.

I. Exceptio: Nisi is iudicem dederit, vel iurisdictionem mandauerit, cui ius dandi vel mandandi non est. *l. cum prætor. 12. §. 1. ff. vbi quis agere vel conueniri, &c.* Species & exempla propositæ exceptionis sequuntur *Inf. in exceptionibus sequentibus.*

II. Exceptio: Nisi is cui iurisdictio mandata est, eaq; non suo iure, sed alieno beneficio habet eam alij mandauerit. *l. nemo potest. 70. ff. de reg. iuris. l. vlt. in princ. ff. de officio eius cui mand. est iurisd. l. more maiorum. 5. cum l. seq. ff. de iurisdict. l. à iudice. 5. C. de iudicijs. M.I.P. d. reg. 1 except. 1. & M.I.R. d. regul. 46. except. 1.* Huius replicatio prima est, Nisi is qui iudicem dat, à principe iudex datus sit, vel iurisdictionem mandatam acceperit. *d. l. 5. M.I.P. d. except. 1. repl. 1. & M.I.R. d. except. 1. repl. 1.* Secunda: Nisi legatus sit proconsulis: huic enim quamuis à proconsule iurisdictio mandata sit, tamen iudicis dandi ius est. *l. cum prætor. 12. §. 1. ff. vbi quis agere vel conueniri, &c. l. legatus. 12. ff. de officio proconsulis vel legati.* Tertia: Nisi prætor iurisdictionem mandauerit. *l. solet. 16. ff. de iurisd. & l. prætor. 17. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi præses alicui iurisdictionem mandauerit, approbatur sub conditione *l. placet. 2. C. de pedaneis iudicibus. l. quædam. 5. C. eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi princeps rescripserit ita: Eum qui prouinciæ præest, adire potest. Verũ reprobatur *l. sæpe. 8. ũ l. seq ff. de offi. præsidis.* Quinta replicatio est: Nisi alicui propter vim imperij, lege, vel sen. consulto, vel constitutione concessum sit mandare iurisdictionẽ: vt est proconsul, præfectus vrbi, cæteriq; Romæ magistratus. *l. cũ prætor. 12. §. 1. ff. vbi quis agere vel conueniri, &c.* Sexta: Nisi vel causa vel longinquitas loci sit impedimento: tunc enim alteri causa potest delegari. *l. cum post. 26. C. de appell.*

III. Exceptio: Nisi procurator Cæsaris iudicem dederit. *l. ex consensu 23. §. 1 ff. de appell. l. 1. C. de pedaneis iudicibus.*

IV. Exceptio: Nisi is qui iurisdictionem mandat, magistratus non sit. *l. eum qui. 13. ff. de iurisd.*

V. Exceptio: Nisi eo die iudicare iussit, quo is qui iussit, priuatus futurus est. *d. l. 13.*

VI. Exceptio: Nisi ei mandata sit iurisdictio, q̃ iudex esse nõ potest. *de quo Inf. l. b. prox. c. c. de iudice.*

VII. Exceptio: Nisi ei delegetur causa, qui eam ad delegantem remiserat, reprobari videtur *l. ad principem. 22. ff. de appell. l. ad imperatorem. 26. ff. eod. tt. M.I.R. d. reg. 8. except. 4.*

VIII. Exceptio: Nisi ea causa sit delegata, quæ ad iurisdictionem delegantis non pertinet. *l. vnica. C. qui pro sua iurisdictione iudices dare possunt.* Huius replicatio est: Nisi quis causam sibi ab Imperatore delegatam, alteri delegauerit: tunc enim, quamuis ad iurisdictionem delegantis non pertineat, videtur tamen, quod delegatio valeat, approbari videtur, quamuis glossa contradicat, *d. l. vnica. §. fin. Concordant ea quæ habentur sup. except. 2. repl. 1.*

IX. Exceptio: Nisi causæ criminales, & aliæ, quæ sunt imperij magis quam iurisdictionis, mandentur. *l. 1. in prin. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio. l. placuit. 2. §. quod non ita conuenit. C. de pedaneis iudicib. l. nemo potest. 70. ff. de regulis iuris. Vide item Inf. quæst. prox. reg. 3. M.I.R. d. reg. 46. except. 6.*

X. Exceptio: Nisi suspecti tutoris accusatio delegetur. reprobatur *l. cognitio. 4. in prin. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdictio. M.I.R. d. reg. 46. exc. 9.*

XI. Exceptio: Nisi ei causa delegata sit, quem altera pars nominatim petijt. approbatur simul & distinguitur *l. obseruandum est. 47. ff. de iudicijs. M.I.P. d. reg. 1. except. 8.* vbi controuertitur.

XII. Exceptio: Nisi is qui iurisdictionem mandauit, re integra decesserit. *l. & quid. 6. ff. de iurisd. M.I.P. d. reg. 1. except. 10. & M.I.R. d. regul. 46. except. 17.* in quibus locis etiam distinguitur.

XIII. Exceptio: Nisi is qui delegauit, postea iudicare prohibuit, *l. iudicium. 58. in princ. ff. de iudiciis. M.I.P. d. reg. 1. except. 11. & M.I.R. d. 46. except. 18.* Huius replicatio est: Nisi cum pluribus causa delegata esset, is qui delegauit, vnum ex ijs iudicare prohibuit, non omnes. tunc enim cæteris permissum videtur. *l. cum prætor. 12. in prin. ff. de iudicijs.* Plures replicationes vide *M.I.R. d. except. 18.*

XIV. Exceptio: Nisi cum iudex ad tempus datus esset, tempus illud sit finitum. *M.I.P. d. reg. 1. except. 12. & M.I.R. d. regul. 46. except. 21.* Huius replicatio prima est: Nisi tempus consensu partium sit prorogatum. approbatur simul & distinguitur *l. consensisse. 2. §. si & iudex. ff. de iudicijs. M.I.P. d. except. 12. repl. 1. & M.I.R. d. except. 21. repl. 1.* Secunda: Nisi iudex datus medio tempore decesserit, aliusque in locum eius sit surrogatus, reprobatur *l. si iudex. 32. ff. eod. tt.*

XV. Exceptio: Nisi ei qui delegauit, sit successum, reprobatur *l. venditor. 49. §. fin. ff. eod. tt. M.I.P. d. reg. 1. except. 13. repl. 1.*

XVI. Exceptio: Nisi eadem causa antea alij fuerit delegata. *l. vbi cœptum 30. ff. de iudicijs. M.I.P. d. reg. 1. except. 14. & M.I.R. d. reg. 46. except. 22.* Huius replicatio prima est: Nisi iudex prior delegatus propter occupationes suas, vel alias causas liti non possit præesse, *l. si longius spacium. 18. in prin. ff. de iudicijs. l. placuit. 4. C. de pedaneis iudicib.* Secunda: Nisi prior iudex mortuus sit, *d. l. 4.* Tertia: Nisi prior iudex furere cœperit. *l. iudex datus. 46. ff. de iudicijs.* Quarta. Nisi prior iudex in eum casum deuenerit, in quo ab initio iudex dari non potuit. *l. Iulianus alt. 17. ff. de iudicijs.* Plures replicationes vide *M.I.R. d. except. 22.*

XVII. Exceptio: Nisi is cui ius dandi iudicis est, seipsum iudicem dederit. *l. vltim. ff. de officio prætoris.* Hæc de secunda iurisdictionis quæstione, eiusque exceptionibus sint dicta. Plures vide *Inf. de iudice libro 2. cap. 2. q. 1. item M.I.P. d. reg. 1. & M.I.R. d. reg. 46.*

III. EFFECTVS ET IVRA EIVS cui mandata est iurisdictio.

I. Regula: Is cui mandata est iurisdictio, proprium nihil habet, sed eius qui mandauit iurisdictione vtitur *l. 1. §. qui mandatam. l. & si prætor. 3. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict. l. solet prætor. 16. in fin. ff. de iurisdict. M.I.P. d. q. 4 reg. 2.*

II. Regula: Mandata iurisdictione, ea quæ imperij sunt, mandatarius exercere non potest. *l. 1. in prin. & §. verius est. ff. de officio eius cui mandata est iurisdict. l. si quid. 11. ff. de officio proconsulis. M.I.R. lib. 1. cap. 5. reg. 48.* Cuius exceptio prima est: Nisi modica sit coercitio, sine qua iurisdictio expediri non potest. *d. l. 1. vers. verius est, in fine. & l. mandatam. 5. in fine. ff. eod. tt. item l. cui. 2 ff. de iurisdict. M.I.P. d. q. 4. reg. 3. & M.I.R. d. reg. 48. except. 5. item lib. 2. cap. 18. reg. 5. except. 16 repl. 2.*

III. Regula: Is cui mandata est iurisdictio, consilium exercere non potest, nec alienationibus rerum minorum decretum interponere, *l. mandata. 2. ff. de offic. eius cui mand. &c.* Huius exceptio est: Nisi vel princeps vel præfectus prætorio alicui iurisdictionem præsidis prouinciæ defuncti vel absentis mandauerit. *l. 2. C. de offic. eius qui vicem alterius obtinet.*

IV. Regula, De tutoribus dandis, emancipationibus celebrandis, & alijs, constituitur *d. l. 2.*

V. Regula, De publicis causis cognoscendis, *l. 1. C. eod. tt.*

VI. Regula, De suspecti tutoris postulatione cognoscenda, & in possessionem mittendo, *l. cognitio. 4. ff. de offic. eius cui mand. est.*

IV. DE ACTIONE QVÆ COMPETIT pro defendenda iurisdictione, si quis ius dicenti non obtemperauerit.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

Si quis ius dicenti non obtemperauerit, licet magistratui inobedientem punire, & sic iurisdictionem suam pœnali iudicio defendere. *l. 1. in princ ff. si quis ius dicenti, &c. M.I.R. d. cap. 5. reg. 58.* Declaratur hæc causa *d. l. 1. §. 1.* Exceptio prima est: Nisi duumuir sit, cui ius dicenti non obtemperatur, huic enim actio proposita non competit. *d. l. 1. in princ.* Secunda: Nisi is qui non obtemperat, iurisdictioni ius dicentis non sit subiectus. *l. contumacia. 53. §. fin. ff. de re iudicata.* De qua cum alijs similibus vide *Inf. lib. prox. cap. 8. de contumacia in ius vocati.* Tertia: Nisi extra territorium suum ius dixerit, *l. vltim. ff. de iurisdict. Accedit M.I.R. d. reg. 58. except. 4.* vbi distinguitur. Quarta: Nisi sine dolo non obtemperet. reprobatur *l. non potest. 159 ff. de reg. iuris.* Plures exceptiones vide *M.I.R. d. reg. 58.*

III. Aduersus quos detur hæc actio, definitur primo *l. vnica. §. si procurator. ff. si quis ius dicenti.* Secundo *d. l. vnica. §. non solum.* Tertio: In hæredem non obtemperantis non datur. *d. l. vnica. §. fin.*

III. Quid veniat in hanc actionem, definitur *d. §. fin.*

IV. QVAMDIV COMPETAT? Annalis est actio. *d. §. fin.*

V. De causæ cognitione, specie iurisdictionis, vide *sup. eod. cap. quæst. 1.* Eius autem proprium est, quod per libellum expediri non possit: sed necesse sit, magistratum ipsum de causa inquirere, & interrogare litigatorem. *l. nec quicquam. 9. §. 1. ff. de offic. proconsulis.*

DE DIGNITATE, ET RELIQUO IURE MAGISTRATUS. CAP. IX.

I. QVÆ DIGNITAS CVIQVE competat, & qui quos præcedant loco ac dignitate?

PRima regula, Vt ordo dignitatum seruetur, proponitur *l.1.C.vt dignitatum ordo seruetur, & l. vltim.in fin. C. de priuilegiis eorum qui in sacro pal. militant. Accedit M.I.P.lib.1 cap.5.quæst.5.reg.1.*

II. Regula habetur *l.2.C.d.tt.vt dignitatum.*

III. Regula, De ijs qui sunt eiusdem dignitatis. Hoc casu præferuntur administratores vacantibus, *de quo sup.regul.prox.* Item præferuntur viri fœminis. *de quo inf.reg.35.* Sed & præferuntur ij qui prius ad eam dignitatem peruenerunt, ijs qui postea eam sunt adepti. approbatur simul & distinguitur *l.1.C.de consulibus & non spargendis, &c. l.1.in fin.cum l.seq.C.de præfectis prætorio.l.1.in fin. C. de præpositis sacri cubiculi.l.2.§.illud præcipue.C.de primicerio & secundicerio.l.4.C. de priuilegiis eorum qui in sacro palat.militant.* Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi is qui posterior dignitatem adeptus est, læpius consulatum, præturam, &c. gesserit, quam prior. Sed reprobatur *d.l.1.C.de consulib.vers. hoc obseruando.* Secunda: Nisi posterior tempore patriciatum prior fuerit consecutus. *d.l.1.* Similis exceptio proponitur *l.ex agentib.4.§.sed in salutationibus.C de principibus agentium in reb.* Tertia habetur *l.2.§.fin.C.de primicerio.*

IV. Regula, De præfecto vrbi, de præfecto prætorio & magistro militum, constituitur *l.1.C. de præfectis prætorio.* Alia de præfecto prætoriorum regula proponitur *Nouell.c.126.*

V. Regula, De præpositis sacri cubiculi, *l.1.& l.vlt.C.de præpositis sacri cubiculi.*

VI. Regula, De quæstoribus, magistris officiorum, & comitibus sacrarum largitionum & rei priuatæ, habetur *l.vnica.C de quæstorib.* Alia de quæstore sacri palatij regula proponitur *Nouell. c. 126.in prin.*

VII. Regula, De primicerio, *l.2.§.fin.C.de primicerio & secundicerio.*

VIII. Regula, De comitibus consistorianis, *l.1.C.de comitib.consistorianis.*

IX. Regula; De præpositis & tribunis scholarum, *l.vnica.C de præpositis & trib.scholarum.*

X. Regula, De comitib. rei militaris, *l.1.C.de comitib rei militaris.* De iisdem proponitur *l.vlt.C.d.tt.* Alia de iisdem & magistris militum, necnon de tribunis & ducibus, regula proponitur *l. vnica C. de rei militaris comitib.&c.*

XI. Regula, De comitibus & archiatris sacri palatij, *l.vnica.C.de comitibus & arch.sacri palatij.*

XII. Regula, De comitibus qui prouincias regunt, *l.vnica.C.de comitibus qui prouincias regunt.*

XIII. Regula, De viris honoratis seu doctoribus, *l.vlt.C.de off.diuersor.iud.*

XIV. Regula, De professoribus artium & legum, *l.vnica.C.de professoribus qui in vrbe. Accedit M.I.R.l.b.1.cap.5.reg.75.*

XV. Regula, De decurionibus, *l.1.C.de silentiariis & decurionib.*

XVI. Regula, De silentiarijs. Hi honore curiæ præditi sunt. *l.3.§.fin.C.d.tt.*

XVII. Regula, De domesticis & protectoribus, *l.1.C.de domesticis & protector.* Alia regula de primicerio domesticorum & protectorum, *l.2. C.eod.tt.*

XVIII. Regula, De præpositis laborum seu libellorum, *l.vnica.C.de præpositis laborum.*

XIX. Regula, De proximis sacrorum scriniorum, *l.1.& l.8.C.de prox.sacror.scrin.*

XX. Regula, De ijs qui in sacris scriniis militant, *l.2.C.d.tt.* Alia de ijsdem regula proponitur *l. in scriniis.3.C.d.tt.* Alia item, *l.peculiari.5.C.eod.tt.*

XXI. Regula, De principibus agentium in rebus, *l.proconsularis.3.C. de princip.agentium in rebus.* Sed & de ijsdem regula proponitur *l. eos qui. 5.C. eod.tt.* Alia item *l.6.C.eod.tt.*

XXII. Regula, De agentibus in rebus, *l.ex agentibus.4.§.1.C.d.tt.*

XXIII. Regula, De primicerio sacrarum largitionum, & primicerio scriniorum. *l.inter alias 13.C.de palatinis sacrarum largit.*

XXIV. Regula, De palatinis rei priuatæ, *l.iubemus.14.C.d.tt.*

XXV. Regula, De iis qui in palatio militant. *l.vlt.C.de priuilegiis eorum qui in sacro palat.militant.*

XXVI. Regula, De iis qui in scholis militant, *l.2.C.de priuilegijs scholarum.*

XXVII. Regula, De equitibus Romanis, *l. vnica.C.de equestri dig.*

XXVIII. Regula, De numerariis, *l.numerarios.3.C.de numerariis, actuariis.*

XXIX. Regula, De numerarijs magistrorum militum, *l.numerarios. 4.C.de apparitoribus magistrorum militum.*

XXX. Regula, De præfecture cornicularijs, *l.1.C.de apparitorib.præfector.prætorio.*

XXXI. Regula, De apparitoribus præfecti vrbi, *l.1.C.de apparitoribus præfecti vrbi.*

XXXII. Regula, De primicerio fabricæ, *l.c. C.de fabricensibus.*

XXXIII. Regula; De liberis senatorum, & aliorum qui in dignitate consistunt. Hi quoque dignitate præditi sunt, & aliis præferuntur. *l.1.C. de dignit.* Huius exceptio est: Nisi filia ex clarissimo parente nata, alij inferioris dignitatis nupserit, tunc enim amittit dignitatem parentis, & assumit conditionem mariti. *d.l.1.l.fœminæ.8.ff. de senatorib.l.ingenuæ.3. C. de murilegiis. l. edicimus. 7.C. eod.tt.* Secunda exceptio: Nisi parens dignitatem amiserit, reprobatur *l.filiam.9.ff.de senatorib.* Tertia: Nisi adoptiui sint liberi. reprobatur *l.senatoris.5.cum l.seq.& l.liberos.10.ff.eod.tt.* Quarta: Nisi alij inferioris dignitatis in adoptionem sint dati. reprobatur *d.l.6.* Quinta: Nisi sint emancipati. reprobatur *l.emancipatum.7.in prin.ff.d.tt.* Plane admittitur in adoptiuo emancipato. *d.l.6.in prin.* Sexta: Nisi post mortem patris sint nati, reprobatur *d.l.7.§.1.* Septima: Nisi antequam pater eam dignitatem sit adeptus, sint nati, reprobatur *d.l.5.in fin.& l.si senator.11.C.de dignit.* Octaua: Nisi postquam pater dignitatem amisit, sint nati. *l.emancipatum.7.§.sed cum qui.ff.de senatorib.* Huius replicatio prima est: Nisi ante amissam patris dignitatem fuerint concepti. *d.l.7.§.sed si quis.* Secunda: Nisi tam patrem quam auum senatorem habeat. tunc enim, quamuis pater ante conceptionem filij senatu motus sit, tamen nato prodest dignitas aui. *d.l.7.§.fin.* Nona exceptio: Nisi non filius, sed nepos sit senatoris, reprobatur *l.liberos.10.ff.de senatorib.* Plane admittitur in nepotibus ex filia natis. *d.l.10.in fin.*

XXXIV.

XXXIV. Regula, De vxore eius qui in dignitate positus est, proponitur *l. fœminæ. 8.in pr.ff.de senatorib.& l.mulieres.13.C.de dignitatibus. Accedit M.I.R. lib.1.cap.5.reg.77.* Huius exceptio est: Nisi postea alij nupserit minoris dignitatis. tunc enim prioris mariti dignitatem amittit. *d.l.13.d.l.8.in fin.l.cum te.10.C de nuptijs.& Nouell.c.22.§. neq; item mulieribus.* Huius replicatio est: Nisi princeps permiserit mulieri, prioris mariti dignitatem retinere. *l. nuptæ.12.in prin.ff.de senatoribus.* Aliam exceptionem vide *M.I.R.d.reg.77.*

XXXV. Regula, De viris & fœminis in dignitate positis. Viri fœminis præferuntur. *l.1.ff. de senatoribus.* Hactenus quæstio proposita iuxta varietatem personarum, quibus dignitas competit, est discussa: nunc pro varietate dignitatis discutietur.

XXXVI. Regula, De patriciatus dignitate, quibus competat, definitur *l.nemini.3.in princip.C. de consulibus.*

XXXVII. Regula, De perfectissimatus dignitate, *l.vnica.C.de perfectissimatus dignitate.*

XXXVIII. Regula, De militari ordine, *l.2.C.de apparitoribus magist.milit.*

XXXIX. Regula, De lauacris præstandis, *l.vnica.C.ne rei milit.comitib.ac trib.lauacra præst.*

XL. Regula; De vehiculis, *l.vnica. C. de honorat.vehiculis.*

XLI. Regula, De iure adorandi muricem Imperatoris, *l.1.C.de appar.præfecti vrb.*

II. QVIBVS DIGNITAS competit?

Liberi quoque & vxores eorum qui in dignitate positi sunt, de dignitate parentum & maritorum participant. *de qua re sup.reg.33.& 34.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS DIGNITAS amittitur.

I. Regula; Si is qui in dignitate positus est, furtis sceleribusque se maculauerit *l.iudices.12.C. de dignitatibus.*

II. Regula, Si is qui in dignitate positus est, sit factus periurus. *l.quoties.17.C eod.tt.*

III. Regula, Si sine commeatu vel vltra abfuerit. *l.2.§.hos autem.C. de primicerio & secundicerio. l.si quis 3.C.de domesticis & protectoribus.l.2.& 3.C. de commeatu.*

IV. Regula, Si missionem ab officio impetrauit, vel ad maiorem dignitatem peruenerit, minoris dignitatis priuilegia non amittit. *l. maior.3. C.de dignitatib.l.1.C.de primic.& secundicerio.l. decurionib 3.in prin C.de silentiariis & decurionib. Liubemus.4. §.fin.C.de prox.sacr.scrin l.proximos.8.ibi: manentib. C. eod.tt l.principes.6.C.de principib.agentium in rebus.*

V. Regula, Mulier mutato marito, mutat etiam & amittit dignitatem. *de qua re sup.eod.cap.reg. 33.* Plura vide *inf.lib.3.cap.24.de decurionib.*

RELIQVA IVRA MAGISTRATVS, & priuilegia dignitatum.

I. Regula, De reuerentia magistratui & obsequio præstando, præcipitur *l.potioris.5. C. de officio rectoris.l.singuli.2.& 3 C.de officio diuersor.iud. Accedit M.I.P.lib.1.cap.5 q.5.reg.2.* vbi etiam distinguitur.

II. Regula: Si magistratui non præbeatur obsequium, quid iuris sit, definitur *l.2. C. de officio rectoris. Vide insuper sup quæst.3.*

III. Regula, De magistratu defendendo, habetur *l.in senatorum.8.& l.nemo.5.C.de dignitatib.*

IV. Regula, De vehiculis vtendo, *l.vnica.C.de honoratorum vehiculis.*

V. Regula, De immunitatibus magistratus, proponetur *inf.lib.3.cap.37.de causis excus. & immunitatum, reg 13.*

VI. Regula, De ijs qui in dignitate positi sunt non torquendis, *vide inf.cap.16.q.2.reg.2.except.3. repl. 9.* Reliqua magistratus iura suis subiecta sunt locis: veluti priuilegium circa sportulas & litis expensas tractatur *inf.lib.prox. cap. 31. de executione rei iudicatæ.* Circa satisdationem iudicio sisti itidem *inf.lib.prox.cap.14.*

DE SPECIEBVS ET ORIGINE *magistratuum Romanorum, necnon de Iurisconsultis.*

CAP. X.

HActenus de Magistratibus in genere dictum est: sequitur nunc singulorum magistratuum specialis tractatus.

I. Species & origo magistratuum Romanorum enumerantur *l.2.§.post originem, vsq; ad §. iuris ciuilis scientiam ff.de orig.iuris.*

II. Iurisconsulti Romanorum enumerantur *d.§.iuris ciuilis scientiam.vsq; ad fin.*

III. DE IMPERATORE & Augusta.

I. Regula, Priuilegia fisci Imperatori & Augustæ quoque competunt. *l. fiscus. 6. §.fin.ff.de iure fisci.l.bene.3.§. sed scimus hoc quidem. C. de quadriennij præsc.* Quæ aut sint priuilegia fisci, & ob id Imperatoris & Augustæ, dicetur *inf.lib.3.c.10.in iure fisci.*

II. Regula, Imperator & Augusta legibus sunt soluti. *l.princ.30.ff.de leg. De quo vide sup.c.3.except.18.*

III. Regula, De iudicio principis disputari non oportet. *l.2.C.de crimine sacrilegij. Vide item sup.c. 2.q.7.M.I.P.d.c.5.q.6.reg.4 M.I.R.lib 1.c.5.reg.107.*

IV. Regula, De crimine læsæ maiestatis dicetur *inf.cap.22.*

V. Regula, De statua & imagine Imperatoris erigenda, *l.2.cum l.seq.C.de statuis & imag. Vide etiam inf.lib.3.cap.31.*

VI. Regula; De non confugiendo ad statuas vel imagines principum, *l.capitalium. 28.§. ad statuas.ff.de pœnis.l.in eum.5.ff.de extraord.criminib.& l.1. C.de his qui ad statuas confugiunt.*

VII. Regula, De pœna, si aduersus statuam vel imaginem Imperatoris quid sit commissum, proponitur *l.qui statuas. 6.ff. ad l.Iuliam maiest.* Huius exceptio prima est: Nisi statua sit reprobata. *l. cuiusq; 4.§.fin.ff.d.tt.* Secunda: Nisi statuas vetustate corruptas reficiat. Tertia: Nisi casu, non data opera fecerit. Hæ duæ exceptiones approbantur *l. non contrahit.§.ff.eod.tt.* Quarta: Nisi imagines nondum consecratas vendidit. *d.l.5.*

VIII. Regula; De familia Imperatoris dicetur *inf.lib.3.cap.10.in iure fisci.*

IV. DE SENATORIBVS & consularibus.

I. Regula, De definitione senatorum, proponitur *l.vlt.§.fin.ff.de senatoribus.*

II. Regula, De domicilio senatoris, *l.senatores. 11.ff.eod.tt.*

III. Regula : De liberis senatorum dictum sup.cap.proxim.reg.33.

IV. Regula, De fœminis consularibus, l.1.ff.de senatorib. Plura vide sup.d regula 33.& 34.

V. DE CONSVLIBVS.

I. Regula: De non spargendis pecunijs à consulibus, sed centum pondo auri ad restaurationem aquęductus præstandis, constituitur l.2.cum l.seq.C de consulib. Huius exceptio est: Nisi antea consul fuerit. tunc enim, si postea rursus consul fuerit factus, istos sumptus facere non cogitur l. sancimus.4.C.d.tt. Plane mutatur ac tollitur regula proposita Nou.c.105.

II. Regula: De processione consulum & supradicta regula sublata, necnon de alijs quibusdam, proponitur d.c.105.

VI. DE PRÆFECTIS prætorio.

I. Regula: De origine præfectorum pretorio, habetur l.1.in prin.ff.de off.præfecti pratorio.

II. Regula: A præfectis prætorio non potest appellari.d.l.1.Copiosius etiam de eo tractabitur inf.lib.prox cap.27.de appell.

III. Regula : Ferendi leges potestatem habent,l.2.C.d.tt.

IV. Regula: Iudicem remouere & alium surrogare possunt,l.si quis 3.C.eod.tt.

V. Regula, De rescriptis ad prefectum prætorio scribendis, proponitur l.vlt.C.d.tt. Reliqua de præfecto prætorio suis subiecta sunt locis.

VII. DE PRÆFECTO VRBI.

De definitione & causa, ref cti vrbi habetur l. 2.§.quoties cum p fi scuntur.ff.de orig.iuris.

DE CASIBVS QVÆ AD IVRISDIctionem præfecti vrbi pertinent, & quæ ab eo curanda.

I. Regula, De criminibus in genere, proponitur l.1.in pr.& §.initio ff.de offic.præfecti vrbi. Huius exceptio prima est: Nisi vltra centesimum miliarium ab vrbe crimen sit admissum.d.l.1.Secunda: Nisi milites crimen admisisse dicantur.l.1.in fin.C. de officio magistri militum. Tertia: Nisi præfectus vrbi terminos vrbis excerit.l vlt.ff.de off.præfecti vrbi.

II. Regula : Si seruus queratur de domino, præfecti vrbi notio est l.1.§. .ff.de off.præfecti vrbi.

III. Regula : Si dominus de seruo queratur, ad præfectum vrbi pertinet.d.l.1.§ si quis seruum.

IV. Regula: Si patronus de liberto queratur, præfectus vrbi audiet. d.l. 1, § sed & patronos.& §. cum patronus.

V. Regula : Si tutores vel curatores male in tutela versati dicantur, ad notionem præfecti pertinet.d l.1.§ solent.

VI. Regula: Si Quod vi aut clam, aut interdicto vnde vi agatur, præfectus vrbi cognoscere potest.d.l.1.§.sed & ex interdicto.

VII Regula, De officio præfecti circa numularios,d.l.1.§ præterea curare.

VIII. Regula: De argentarijs,l.2.ff.de officio præfecti vrbi.

IX Regula: De cura carnis, l.1.§.cura carnis.ff. eod.tt.

X. Regula, De curanda quiete populi & disciplina spectaculorum,d.l.1.§.quies.

XI. Regula : Si illicitum collegium coierint, ad præfectum vrbi pertinet.d.l.1.§.fin.

XII. Regula, De cura annonæ,l.1.C.de offic.præfecti vrbi.

QVI SVBIECTI SINT IVRISdictioni præfecti vrbi?

I. Regula huius loci proponitur l.omnia.4.C. de officio præfecti vrbi.

II. Regula, De hominibus prouincialibus, habetur l. quod promulgatis.2.C.eod.tt.& l.1.§.initio eiusdem, in fin.ff.eod.tt.

III. Regula, De militibus, proponitur l. 1.in fin.C.de officio magistri militum.

IV. Regula, De argentarijs, l.2.ff.de officio præfecti vrbi.

QVA POENA PRÆFECTVS vrbi coercere possit?

I. Regula, De iure regulandi & deportandi, habetur l.1.§. relegandi.ff. eod.tt. Vide insuper inf.eod. lib.cap.18 quæst.2.except.1.

II. Regula, De interdictione vrbe vel alio loco, aut officio, aliaue re,d.l.1.§.penult.

VIII. DE QVÆSTORE.

I. De origine quæstoris proponitur l. 1. in princip.ff.de officio quæstoris. De causa item & origine quæstorum dicitur l.2.§.deinde cum ærarium.ff. de origine iuris.

II. Ratio nominis habetur d. l.1.d.§.deinde cum ærarium.& Nouell.c.80.§ magistratui.

III. Species quæstorum habetur l.vnica.§.fin. ff.de off quæstorum.

IV. Qui creandi quæstores, definitur d. l. vnica.§.hodie.

V. De nihil dando pro quæstura constituitur Nouell.c.80.§.quemadmodum.

VI. De salario & annona quæstoris eiusque apparitorum,d c.80.§.propter eum.

VII. OFFICIA QVÆSTORIS quæ sint? & causæ ad iurisdictionem eius pertinentes.

I. Regula, De sortiendis prouincijs, proponitur l.vnica.§.ex quæstoribus.ff.de off.quæstoris.

II. Regula, De cura laterculi minoris, l.1.& l. 2.C.d.tt.

III. Regula, Ne sine subscriptione principis officiũ quæsturæ administretur,l.officia.3.C.d.tt.

IV. Regula, De peregrinis inquirendis, & ex vrbe eijciendis,Nouell.c.80.§.1.vsq; ad §. at si qui litis cum §.& postremo.

V. Regula, De mendicis expellendis, d.§.at si qui litis, cum sequentibus.

VI. Regula, De causa iniuriarum occasione consuetudinũ prouenientium,d.c.80. §.præterea.

VII. Regula, De falsi causa,d.c.80.ad hæc autẽ.

VIII. Regula De nihil accipiendo à subditis, d.c.80.§.enimuero, cum sequentibus.

IX. Regula, Iterum de peregrinis remittendis,d.c.80.§.damus autem ei, cum sequentibus.

IX. DE PRÆTORIBVS.

I. Ratio nominis & vsus prætorum proponitur Nou c.24.in prin.

II. De creandis prætoribus,l.2.C.de officio prætorum.l.1.C.de prætorib.& honore præturæ.

III. QVÆ CAVSÆ AD IVRISdictionem prætoris pertinent?

I. Regula : De causis in quibus causa cognita decretum interponendum est, proponitur l. vbicunque.10.ff.d.reg iuris.& l.1.C.de off.prætorum.

II. Regula, De rebus tam ciuilibus quam militaribus,Nouell.c.24.§.hæc nos in animo.

IV. DE SPECIEBVS PRÆTORVM.

Species pretorum exponuntur l.2.§.cumq; consules, cum seq.item.§ capta deinde.cum sequentibus.ff. de orig.iuris.

De plebeis pretorib.tractat Nou.c.13.vsq; ad fin.

X. DE PRÆFECTO VIgilum, & ædilibus.

I. De origine & definitione præfecti vigilum habetur l.1.cum duab.seqq.ff. de officio præfecti vigilum.

II. DE NOMINE.

Nomen Imperator Iustinianus mutauit, & appellauit eum prætorem plebeium,Nouell.c.13.§.1.

III. De officio,l.nam salutem.3.§.sciendum.ff. de officio præfecti vig.& d.c.13.

IV. Quæ causæ ad iurisdictionem præfecti vigilum pertineant, enumeratur d.l.3.§.cognoscit. & §.fin.Huius exceptio prima est : Nisi atrox & famosa sit persona, quæ quid eiusmodi perpetrasse dicatur.d l.3.§.cognoscit. Secunda: Nisi causa sit capitalis.l.vnica.C.d.tt. Huius exemplum habetur l. Imperatores.4.ff.d.tt.

V. QVA POENA COERCERE præfectus vigilum possit?

De fustium & flagellorum castigatione proponitur d.l.3.§.cognoscit.& d.l.4.ff.d.tt.Plura de proposito magistratu vide Nouell.c.13.

De officio ædilium,l.3 ff.de via publica.

XI. DE PROCONSVLE eiusque legato.

Hactenus de magistratibus vrbanis dictũ est. Dicetur nunc de magistratibus prouinciarum.

I. Regula, De iurisdictione proconsulis, quando fit, proponitur l. si in aliquam. 7.§.fin.ff. de officio proconsulis & legati, cum sequentibus. Huius exceptio prima est: Nisi causa sit fiscalis.l.nec quicquam.9. in prin.ff.eod.tt. Altera: Nisi nondum prouinciam fuerit ingressus. l. 1.& l. obseruare. 4.§ fin.ff.eod tt. Cuius replicatio est : Nisi voluntaria sit iurisdictio.l.omnes.2 in prin.ff eod.tt.

II. Regula, De iurisdictione legato mandanda. Potest proconsul legato suo iurisdictionem mandare.l.obseruare.4 §.post hæc.l solet,6.§. sicut autẽ ff.de officio proconsulis. Huius exceptio prima est: Nisi proconsul nondum prouinciam fuerit ingressus.d.§.post hæc.Cuius replicatio prima est: Nisi prouinciam ingressus mandatum ratum habeat.d.§ post hæc. Altera: Nisi necessariam moram in itinere patiatur.l.aliquando.5.ff.eod.tt. Secunda exceptio est : Nisi merum imperium proconsul mandauerit.l.solet.6.in prin.ff.eod.tt.

III. Regula, De iurisdictione mandata rursus adimenda, proponitur d.l.6.

IV. Regula, De officio proconsulis ante ingressum prouinciæ,d.l.4.§.antequam.ff.d.tt. Quæ tamen videtur corrigi Nouell. cap.95.§.illud omnibus.ibi:neque facti eius.

V. Regula, De officio proconsulis in ingressu, d.l.4.§.ingressus.ff.de officio proconsulis.

VI. Regula, De officio proconsulis in aliquam ciuitatem ingressi,l.si in aliquam.7.in prin.ff d.tt.

VII. Regula, Ne in hospitijs præbendis oneret prouinciam,l.obseruare.4.in prin.ff.d.tt.

VIII. Regula, Ne statores habeat d.l.4.§.1.

IX. Regula, Ne vxorem secum ducat : aut si duxerit secum, vt delicta eius præstet,d.l.4.§.2.

X. Regula, De xeniis proconsuli oblatis, habetur l.solet.6.§.non vero.ff.d.tt.

XI. Regula, Ne nisi sex fascibus vtatur, præcipitur l.proconsules.14.eo.l.tt.

XII. Regula: Proconsul, non princeps à legatis consulendus, is que eis respondebit.l.solet.6.§. legatos.ff.eod.tt.

XIII. Regula, Vt postulantium ordinem obseruet, ne negligantur imbecilliores, habetur l. nec quicquam.9.§.obseruare.ff.eod.tt.

XIV. Regula, De aduocatis patienter audiendis,d.l.9.§.circa aduocatos.

XV. Regula, Ne aliquem opprimi per potentiam aduersarij patiatur,d.l.9.§.cæterum.

XVI. Regula, De petentibus vel non habentibus dando aduocato,d.l.9.§.aduocatos quoq;.

XVII. Regula, De causæ cognitione & decreto interponendo, ne per libellum hoc expediat, sed ipse causam audiat,d.l.9.§.1.

XVIII. Regula, De cognitione de plano, d.l. 9.§.de plano.

XIX. Regula, De officio procõsulis circa operà & ędificia publica,l.si in aliquã.7.§.ædes etiã.ff.d.tt.

XX. Regula : Omnia præsidum officia communia obseruanda quoque sunt à proconsule,d.l. 9.§.fin.ff.eod.tt.

XXI. Regula: Vsque in aduentum successoris sui omnia aget.l.meminisse.10.in prin.ff.d.tt.

XXII. Regula, Ne legatum suum ante se dimittat,d.l.10.§.fin.

XXIII. Regula: Portam Romæ ingressus deponit imperium.l.proconsul.16.ff.d.tt.

DE LEGATO PROCONSVLIS.

I. Regula, Legati proconsulis nihil proprium habent, nisi à proconsule mandata sit eis iurisdictio.l.legati.13.ff.d.tt.

II. Regula : Merum imperium & animaduersionem legatus proconsulis non habet. de qua re sup.eod.lib.cap.9.quæst.3.reg.3.

III. Regula : Apud legatum proconsulis nemo manumittere potest, nec adoptare: nec apud eum est legis actio.l.2.§.fin cum seq.ff.de offic.procons.

IV. Regula, Dandi iudicis ius habet, l.legatus. 12.ff.eod.tt.

V. Regula, Tutores dare potest. l.& legati.15. ff.eod.tt.

VI. Regula: Legatus causas criminales audire quidẽ potest, sed sententiam in ijs ferre non potest.l.1.C.de offic.procons.l.solet.6.in prin.ff.eod.tt.

VII. Regula: Legatus non principem, sed proconsulem suum consulet.d.l.6 §.legatus.ff.eod.tt.

XII. DE PRÆSIDE prouinciæ.

I. Definitio præsidis proponitur l.1.ff. de officio præsidis.

II. DE IVRISDICTIONE præsidis.

I. Quę causæ ad eius iurisdictionem pertineant, definitur l. de omnibus.10.cum duabus sequentibus.ff. d. tt. Plura vide paulo inferius inter officia præsidis

dis, item inf. lib. proxim. cap. 37. de extraordinarijs cognit.

2. Qui præsidis iurisdictioni sint subiecti?

I. Regula, De hominibus extraneis, proponitur *l. præses in 3. ff. d. tt.*

II. Regula, De officialibus præfectorum: *l. Imper. Constantinus 4 C. de officio rectoru prouinciæ.*

III. Regula, De militia decoratis, & proprijs iudicibus deputatis, *Nouell. c. 8. §. porro volumus. & §. quod vero à nobis.*

3. Quanta sit præsidis iurisdictio, definitur *l. præses prouinciæ 4. §. penult. ff. eod. tt. & l. illicitas, 6. §. penult. ff. eod. tt.*

4. Causæ amittendæ iurisdictionis.

I. Causa, Si præses prouincia excesserit, approbatur *l. præses. 3. in prin. ff. d. tt.*

II. Causa, Si præses se abdicauerit, reprobatur *l. legatus. 20. ff. eod. tt.*

III. DE OFFICIIS PRÆSIDIS.

I. Regula, De pace curanda, & æquitate conseruanda, proponitur *Nouell. c. 17. §. deinde conueniens. l. congruet. 13. in prin. ff. de officio præsidis. l. præses. 3. in fin. ff. eod. tt.*

II. Regula, De facilem se præbendo conseruata tamen authoritate, neq; affectibus indulgendo, habetur *l. obseruandum est. 19. ff. de officio præsidis. & Nouell. c. 8. §. oportet igitur.*

III. Regula, De consuetudine Romana non attendenda, *l. sed licet. 12. ff. d. tt.*

IV. Regula, De tributis exigendis, *Nouell. c. 17. §. oportet igitur.* Plura de hac re vide *inf. lib. 3. cap. 14. de tributis.*

V. Regula, De publica disciplina: & subditis illæsis conseruandis, *Nouell. c. 134. §. quemadmodum autem.*

VI. Regula, De controuersiis examinandis & finiendis, *Nouell. c. 134. §. sed & omnes.*

VII. Regula, De cautione colligendarum pecuniarum præstanda, *d. c. 134. §. ad hæc iubemus.*

VIII. Regula proponitur *l. illicitas. 6. §. 1. & §. ne potentiores. ff. de officio præsid. l. moderatores. 11. C. de offic. rectoris prouinciæ. Accedit M. I. R. lib. 3. c. 18. reg. 68.*

IX. Regula, *d. l. 6. §. illicita ministeria.*

X. Regula, *d. l. 6. §. nec licita.*

XI. Regula, *d. l. 6. §. & ne tenuis.*

XII. Regula, Ne fines prouinciæ excedat, præcipitur *l. illud obseruandum. 15. ff. d. tt. l. nullus. 9. C. de offic. rectoris prouin.*

Reliqua præsidis prouinciæ officia vide *inf. ca. 8. item alibi in diuersis locis. nam l. 2. ff. de officio præsidis, proponetur in loco adoptionum. l. præses. 5. in loco tutelæ. l. illicitas. 6. in princ. in actione Quod metus causa. l. præses. 7. in loco de ædificijs priuatis. & sic de alijs officiis inquirendum.*

XIII. DE MAGISTRATIBVS certarum prouinciarum.

De præfecto Augustali proponitur *l. 1. & 2. C. de offic. præfecti Augustalis. l. vnica. ff. eod. tt.*

De proconsule Asiæ, *l. 2. C. de officio proconsulis.*

De vicario Asianæ, puinciæ, præside Phrygię Pacatianę, tractatur *Nou. c. 8. §. illud sane decernimus.*

De præfecto prætoriorum Africæ, *l. 1. & l. 2. C. de offic. præfecti præt. Africæ.*

De proconsule Cappadociæ, *Nouell. c. 30.*

De proconsule Palæstinæ, *Nouell. c. 103.*

De moderatore Arabiæ, *Nouell. c. 102.*

De quatuor præsidibus Armeniæ, *Nouell. c. 31.*

De moderatore Helenoponti, *Nouell. c. 28.*

De præside Pisidiæ, *Nouell. c. 24. §. inuenimus, vsque ad fin. consit. item Nouell. c. 145.*

De prætore Licaoniæ, *Nouell. c. 25. & Nouell. c. 145.*

De prætore Thraciæ, *Nouell. c. 26.*

De prætore Pâphlagoniæ, *Nouell. c. 29.*

De prætore Siciliæ, *Nouell. c. 104.*

De iuridico Alexandriæ, *l. 1. & l. 2. ff. de officio iuridici. l. vnica. C. d. tt.*

De comite Isauriæ, *Nouell. c. 27.*

De comite Orientis, *l. vnica. C. de offic. comitis Orientis.*

De comite Galatiæ primæ, *Nouell. c. 8. §. hoc ipsum.*

DE VICARIIS, APPARITORIBVS & ministris magistratuum & iudicum.

CAP. VII.

HActenus de Magistratibus tum in genere, tum in specie dictum est. Sunt tamen preter iam enumeratas species & alij magistratus, puta Ecclesiastici, militares & ciuitatum, de quibus sup. suis locis dicetur, vbi de re Ecclesiastica, militari & ciuitatum tractabitur. Nunc de vicarijs, adiutoribus, apparitoribus & ministris magistratus ac iudicum, primum quidem in genere, deinde in specie est dicendum.

I. DE VICARIIS.

I. Regula: Vicarij regulariter prohibentur, *Nou. c. 134. in pr. & §. porro nulli. ibi: scituris. item §. ad maiorem, cum sequentib. l. nullum. 10. C. de offic. rector. prouinciæ. Nou. c. 8. §. nulli quoq; & §. interdicimus. Nou. c. 128. §. ad hæc sancimus. vsq; ad §. vltra hæc.* Huius exceptio prima: Nisi præses prouinciæ vicarium fecerit: reprobatur *Nou. c. 17. §. illud etiam scire te. ibi: siquidem ne præsides.* Secunda exceptio est: Nisi per Osdroenam & Mesopotamiam prouincias. *d. Nouell. c. 134. in pr. ibi: solum modo.* Tertia: Nisi necessitate exigente is qui in magistratu est, in alia loca mittatur, tunc enim vicarium facere potest. *d. cap. 134. in prin. & §. ad hæc iubemus. ibi: si vero vsuveniat. item Nou. c. 128. ibi: nisi per nostram iussionem.* Quarta exceptio: Nisi iudex seu magister ordinarius non dum in prouinciam venerit. *d. c. 128. §. ad hæc prohibemus. ibi: citra tamen nouissimum.*

II. Regula, De nomine vicarij, habetur, *Nou. c. 134. §. quod si necessitas.*

III. Regula, De potestate vicarij. Neque vltimo supplicio quem punire potest, nec membri incisione. *Nouell. c. 128. §. ad hæc prohibemus. ibi: citra tamen nouissimum.* Sed & plura de regula proposita vide *sup. c. 9. quæst. 3.*

IV. Regula, De dignitate vicariorum, proponitur *l. 1. C. de officio vicarij.*

V. Regula, De officijs vicarij: *Nouell. c. 134. §. simulatq; vero.*

VI. Regula, De relatoribus vicariorum, *l. 1. C. de officio vicarij.*

II. DE APPARITORIBVS & ministris iudicum.

I. Quot constituendi, definitur *Nou. c. 82. §. his qui lites. l. in prouinciis. 4. C. de numer. actuariu.* Propositæ quæstionis species proponuntur *l. per Illyricum. 9. C. de cohortalib. & princip. cornic.* Sed & alia propositæ quæstionis regula est *l. comperimus. 13. C. de proxim. sacr. scrin.*

II. Qui

II. QVI ET QVALES APPARITORES & ministri constituendi?

I. Regula, De diligentibus & non negligentibus, proponitur *d. l. 9.*

II. Regula, De probatis ac fidelibus, *Nouell. c. 82. §. his qui lites. ibi; atq; hi per omnia.*

III. Regula, De ijs qui antea idem officium gesserunt, *l. cum l. seq. ibi: vel qui iã. C. de diuersis officiis.*

IV. Regula, De eo qui antea male officium gessit, nec rationes reddidit, *l. quicunq; 5. C. d. tt. l. 1. C. eod. tt. l. 2. C. de palatinis sacrar. largit. l. si quid. 12. C. de susceptor.*

V. Regula, De iniquis & lucri cupidis, *l. ad splendidioris. 7. C. de diuersis offic. Nouell. c. 82. §. his qui lites. ibi: quod si iudex. l. per Illyricum. 9. in fin. C. de cohortalibus.*

VI. Regula, De pauperibus, *l. qui vel exiguam. 4. C. de diuersis off.*

VII. Regula, De his qui non sunt fidei catholicæ, *l. probatorias. 9. §. de his etiam. C. d. tt.*

VIII. Regula, De eo qui est oriundus ex ea prouincia, in qua officium est administrandum, vel in ea domicilium habet, *l. nullus. 3. C. d. tt. & l. vlt. C. de offic. rector. prouinciæ.*

IX. Regula, De tabularijs, scribis, logographis, horumq; filiis, *l. 1. C. de tabularijs, scribis, &c.*

X. Regula, De negociatoribus, proponitur simul & distinguitur *l. vnica. C. negociatores ne militent. Vide insuper sup. cap. 7. reg. 11.*

III. A QVIBVS ET QVORVM authoritate constituendi?

I. Regula, De Authoritate & probatoria principis, habetur *l. probatorias. 6. C. de diuersis offic. l. 3. §. fin. C. de agentib. in reb. l. iubemus. 5. C. de offic. magistri offic. l. hac sanctione. 10. C. de diuersis off. l. in his. 6. C. eod. tt. l. 2. C. de cohortalibus.*

II. Regula, De adiutore deficiente. hic interdum alium in locum suum potest surrogare. *de quo Inf. hoc cap.*

IV. DE OFFICIIS APparitorum.

I. Regula, Ne alter alterius officio se immisceat, *l. 2. C. de execut. & exact.*

II. Regula, Ne subditos lædant, vel iniuste quid ab eis exigant, *l. 1. cum tribus legib. sequentib. C. de lucris aduocatorum. Accedit M. I. R. lib. 5. c. 5. reg. 117.*

III. Regula, De reddenda ratione, proponitur *sup. quæst. 2. reg. 4.*

V. DE ACTIONE ET POENA QVÆ ex mala administratione apparitoris competit.

I. Regula, Ex delicto apparitoris actio datur aduersus eum qui apparitorem designauit. *Nou. c. 82. § his qui lites. ibi: atq; hi per omnia.*

II. Regula, De pœna apparitorum, *l. omnes. 12. C. de officio rectoris prouinciæ.*

VI. DE SALARIO HORVM.

Mortuo legato, salarium residui temporis eius comiti debetur: secus si ei ante tempus fuerit successum. *l. diem functo. 4. ff. de offic. assessor.* Hactenus de apparitoribus & ministris magistratuum & iudicum in genere dictum est. nunc de iis in specie dicetur.

¶ I. DE APPARITORIBVS proconsulis.

I. Regula: Qui constituendi vel non constituendi apparitores proconsulis, definitur *l. 1. & 2. C. de apparitoribus proconsulis.*

II. Regula, Quot constituendi, *d. l. 2.*

III. Regula, De officio illorum, *l. in proconsulari. 3. C. d. tt.*

II. DE APPARITORIBVS ET adiutoribus quæstoris.

I. Regula, Quot constituendi, definitur *l. comperimus. 13. in prin. l. penult. & l. vlt. §. penult. & vlt. C. de prox. sacror. scrin.* Plane de numero adiutorum quæstoris variat *Nouell. c. 35. de adiutoribus quæstoris inscripta.*

II. Regula, De alio in locum eius surrogando, *d. l. 13. §. sancimus. ibi: non prohibendis. C. de prox. sacror. scrin. Nou. c. 35.* Sane qui in locum suum surrogare alios possint, definitur *l. certa quidem. 15. C. d. tt.*

III. Regula, De modo in suum locum alium surrogandi, proponitur *d. l. 13. §. illud etiam.*

IV. Regula, De annona apparitorum quæstoris, *Nouell. c. 80. §. enimuero. ibi: propterea enim.*

V. Regula, De priuilegijs adiutorum quæstoris, *l. hac lege. 14. C. de prox. sacror. scrin.*

VI. Regula, De officio apparitorum quæstoris, & quales esse debeant, *Nouell. c. 80. §. enimuero. ibi. neque apparitores.*

III. DE APPARITORIBVS comitis Orientis.

Quot esse debeant, definitur *l. vnica. C. de apparitoribus comitis Orientis.*

IV. DE APPARITORIBVS præfecti annonæ.

I. Regula proponitur *l. 1. C. de apparitoribus præfecti annonæ.*

II. Regula, *l. 2. C. eod. tt.*

V. DE APPARITORIBVS præfecti prætorio.

I. Regula, De officio horum, proponitur *l. 2. C. de apparitoribus præfecti prætorio.*

II. Regula, De dignitate horum & immunitate, *l. 1. C. d. tt.*

III. Regula, Itidem de immunitate horum, *l. cornicularij 3. in prin. C. d. tt.*

IV. Regula, De iudice horum competente, *d. l. 3. in prin. & § fin.*

V. Regula, De bonis horum vacantibus, *d. l. 3. §. huic sanctioni.*

VI. DE APPARITORIBVS præfecti vrbi.

I. Regula, De dignitate eorum, habetur *l. 1. C. d. appar. præfecti vrbi.*

II. Regula, Si pictorem concusserit, proponitur *l. 2. C. eod. tt.*

VII. DE PRIMIPILARIBVS.

I. Regula, Ad nullam aliam dignitatem possunt aspirare, *l. nullum. 13. C. de cohortalibus.*

II. Regula: Commoda primipilatus etiam ad hæredes transeunt. *l. 1. C. de primipilo.*

III. Regula, De liberis primipilarij partim primipilo, partim curiæ addicendis, *l. quicunq; 5. C. de cohortalibus.*

VIII. DE COHORTALIBVS.

I. Regula, De suscipiendis cohortalibus, proponitur *l. quicunq; 10. C. d. tt.*

II. Regula, Itidem de suscipiendis cohortalibus antea ex eodem officio reiectis, *l. si quis. 11. C. eod. tt.*

III. Regula, de priuilegiis cohortalium, *l. solita. 3. cum. l. seq. C. d. tt.*

IV. Regula: Cohortales ad nullam aliam militiam vel dignitatem aspirare possunt. *de quare vide sup. cap. 6. quæst. 1. reg. 16.*

V. Regula, De liberis cohortalium, habetur *quicunq; 7. C de princip. agentium in rebus.*

IX. DE PRIMICERIIS & notarijs.

I. Regula, De officio primicerij, item quamdiu officium eius duret, & quo ordine succedatur in primiceriatum, proponitur *l. primicerius. 5. C. de officio præfecti vrbi.* Sane biennium primicerij officium durat. *d. l. 5. & l. 2. in princ. C. de primic.*

II. Regula, De dignitate, & priuilegijs primiceriatus, habetur *l. 1. & l. 2. §. fin. C. de primicerio. l. vnica. C. de mensoribus.* Cætera de primicerio & notarijs suis subiecta sunt locis.

X. DE IRENARCHIS.

I. Regula. De his nominandis horumque officio, constituitur *l. vnica. C. de Irenarchis.*

II. Regula, De genere huius muneris. Personale munus est. *l. munerum. 18. §. Irenarchæ. ff. de muneribus & honoribus.*

III. Regula, De officio horum, *l. diuus Hadrianus. 6. ff. de custodia & exhibitione reorum. Concordat inf. regul. prox.*

XI. DE STATIONARIIS.

I. Regula, De probando eo quod intendunt, proponitur *l. 1. C. de curiosis. Concordant ea quæ dicta sunt sup. regul. prox.*

II. Regula: Ne homines carcerib. includant, præcipitur *d. l. 1. & l. 1. C. de cohortalibus.*

XII. DE AGENTIBVS in rebus.

I. Regula: De principibus agentium in rebus: ad quos principatus pertinent, ad eos scilicet quos ordo vocat, *l. 1. in prin. C. de præpositis agentium in rebus.* Huius exceptio prima est: Nisi posterior ordine, post 25. curricula, ob aduersam valetudinem militiæ finem non possit consequi: tunc enim ijsdem priuilegiis gaudet, quibus princeps agentium. *l. ex agentib. 4. §. & si quis agens. C. de principib. agentium in rebus.* Secunda: Nisi posterior filium procreauerit. *l. quicunq; 7. in prin. C. eod.*

II. Regula. De officio principis agentium in rebus, proponitur *l. 1. C. de princip. agentium in reb.*

III. Regula, Itidem de officio & potestate principis agentium in rebus, habetur *l. 2. C. d. tt.*

IV. Regula, De domesticis principis, *l. ex agentibus. 4. in prin. C d. tt.*

V. Regula, De dignitate principis agentium in rebus, *l. proconsularis. 3. l. eos qui. 5. & l. principes. 6. C. eod. tt. Vide item sup. cap. 9. reg. 21.*

VI. Regula, De priuilegio principis agentium in rebus circa sportulas iudiciorum & executionum præstandas, *l. multis. 8. C. de principib. agentium in rebus.*

VII. Regula, De priuilegio principis circa liberos, *l. quicunq; 7. §. si vero postquam. C. eod. tt.*

VIII. Regula: De ambarũ solicitudine: ad quos pertineat, definitur *l. 1. C. de præpositis agentium in reb.*

IX. Regula, De numero agentium in rebus: quot sint constituendi, *l. matriculam. 3. in prin. C. de agentibus in rebus.*

X. Regula, De remouendis & eximendis agentibus in rebus, *l. 2. C. eod. tt.*

XI. Regula, De priuileglis agentium in rebus circa sportulas iudiciales & alia, *l. 2. C. de præposit. agentium in rebus.*

XII. Regula, De liberis agentium in rebus, *l. quicunq; 7. C. de principib. agentium in reb.*

XIII. Regula, De officio agentium in rebus circa cursum publicum, *l. 2. C. de curiosis & stationarijs. l. vlt. C. eod. tt.* Item de ijs mittendis per singulas prouincias, *d. l. vlt.*

XIV. Regula: Sententia præfecti contra agentes in rebus, lata eo tempore quo cursus publici solicitudinem sustinent, irrita est. approbatur simul & d stinguitur *l. per id tempus. 3. C. de curiosis.*

XIII. DE STATORIBVS.

De statorum annona seu sportulis tractatur *l. vnica. C. de statoribus.*

XIV. DE CASTRENSIARIIS & ministerianis.

De his agitur *l. 2. C. de castren. & minist.* Reliquas eius tituli leges alijs subiectæ sunt locis.

XV. DE DECANIS.

De his habetur *l. 1. C. de decanis.*

XVI. DE REFERENDARIIS sacri palatij.

De numero referendariorum tractatur *Nou. c. 11.*

XVII. DE NVMERARIIS.

I. Regula, De numero & officio numerariorum, habetur *l. 4. C. de numerarijs. l. duos tabularios. 13. C. de susceptoribus.*

II. Regula, De nomine numerariorum & officio *l. 2. C. eod. tt. & l. 4. ibi. qui & tabularij.*

III. Regula: Quamdiu duret officium numerariorum, definitur triennium, *d. l. 2.* Mutatur hoc *l. officio. 11. C. eod. tt.*

IV. Regula, Ne ad pecuniam mutuam sumendam, aut ad pollicendum pro publicis expensis cogantur, neq, post depositam militiam inquietentur, proponitur *l. scriniarios. 8. C. de numerarijs.*

V. Reg. De dignitate numerariorũ, *l. 3. C. eod. tt.*

XVIII. DE EXCEPTORIBVS.

I. Reg. proponitur *l. exceptores. 5. C. de numerarijs.*

II. Regula, De iudice horum competente, *l. 3. §. fin. C. de apparitorib. præfecti prætorio.*

XIX. DE ACTVARIIS.

I. Regula, De ordinandis his, *l. actuarios. 7. C. de numerarijs.*

II. Regula, Qui ordinandi actuarij? De ijs qui in militia alia numerantur, *l. nemini. 9. C. d. tt.*

III. Regula, Actuarius etiam post depositam curam ad militiam aspirare non potest. *d. l. 9.*

XX. DE CHARTVLARIIS.

I. Regula, proponitur *l. null. 10. C. de numerarijs.*

II. Regula, De dignitate horum, *l. vlt. ibi. ita tamen vt primi. C. eod. tt.*

XXI. DE SCRINIARIIS.

I. Regula, Quamdiu agere debeant, definitur *l. pro biennio. 6. C. de prox. sacr. scrin. & l. ad similitudinem. 11. C. de palatinis sacrarum larg.*

II. Regula, De numero horum, quot esse debeant, *l. hac parte. 10. C. de prox. sacror. scrin.* Similis regula proponitur *l. comperimus. 33. in prin. C. eod. tt.*

III. Regula, De dignitate horum post depositam militiam, *l. vlt. D. de numerariis.*

IV. Re-

IV. Regula proponitur *l. scriniarios. 8. C. eod. tt.*

V. Regula: Scriniarij ad ntores numerariorum quatenus esse possint, definitur *l. nulli. 10. in princ. C. de numerariis.*

VI. Regula, ne scriniarij adiutores chartularij munus gerant. *d. l. 10. §. nulla adiutorib.*

VII. Regula, Ex quibus scriniariis adiutores numerariorum eligendi sint, *d. l. 10. §. ita vt.*

VIII. Regula, De officio scriniariorum adiutorum circa testamenta, *d. l. 10. §: omnia.*

XXII. DE TRACTATORIIS & statiuis.

De his tractatur *l. vnic. C. de tractatoriis & statiuis.*

XXIII. DE TABVLARIIS.

I. Regula, De ordinandis tabulariis, qui ordinandi? Non serui, sed liberi. *l. generali. 3. C. de tabulariis, scribis, &c.*

II. Regula: Ne tabularij ad aliam militiam aspirent, prohibetur *l. 1. C. eod. tt.* Postremo tabularij dicuntur numerarij, *de quibus paulo superius dictum est.* Hactenus de apparitoribus & ministris magistratus ac iudicum tam in genere, quam in specie sit dictum. Sed & plures horum species vide sub suis magistratibus. Item de procuratore Cæsaris, comite rerum priuatarum, de palatinis, exactoribus, susceptoribus, & similibus, dicetur *infr. in iure Imperatoris & fisci.* Nunc ad iudicia transeamus, primum publica, deinde priuata.

DE IVDICIIS PVBLICIS IN genere.

CAP. XII.

IN hoc generali publicorum iudiciorum tractatu, primum proponetur definitio seu ratio nominis publicorum iudiciorum. Deinde, diuisio. Tertio, species. Quarto, proprium. Quinto, quibus competant. Sexto, aduersus quos. Septimo, per quos. Octauo, vbi & apud quem. Nono, quando & quamdiu competant. Decimo, adfinia remedia. Vndecimo, causæ publicorum iudiciorum cum suis exceptionibus. Duodecimo, de eo quod in publica iudicia venit. Decimotertio, actus & adiuncta publicorum iudiciorum. Postremo euentus & consequentiæ. Quibus locis pertractatis, ad specialem publicorum iudiciorum tractatum transibimus.

I. Definitio seu ratio nominis proponitur *Inst. de publ. iud. §. 1. Accedit M. I. R. lib. 1. c. 6. reg. 1.*

II. Diuisio publicorum iudiciorum in capitalia & non capitalia habetur *Instit. d. tt. §. 2. l. 2. ff. eod. tt. l. licet. 103. ff. de verbor. signif.*

III. Species publicorum iudiciorum enumerantur *l. 1. ff. d. tt. Inst. eod. tt. §. publica autem.* vbi adduntur duæ aliæ species, nimirum lex Fauia de plagiariis, & Iulia de residuis. *M. I. P. lib. 1. c. 6. quæst. 3. in princ. M. I. R. d. cap. 6. reg. 5.*

IV. Proprium proponitur *Instit. d. tt. in princ. l. ordo. 8. ff. eod. tt.*

V. QVIBVS COMPETANT IVdicia publica, seu accusationes?

Huius loci regula est, Quod omnib. accusare volentibus competant. *Instit. de publicis iudiciis. §. 1. M. I. R. d. c. 6. reg. 7. in pr.* Huius exceptio prima est: Nisi mulieribus. *l. qui accusare. 8. ff. de accus. l. 1. ff. eod. tt. l. senatusconsulto. 5. & l. de crimine. 12. C. qui accusare non possint. M. I. P. lib. 1. cap. 6. quæst. 4. except. 1. M. I. R. d. reg. 7. except. 1.* Cuius replicatio prima est: Nisi mulier suam suorumve iniuriam persequatur, hoc enim casu publica ei accusatio competit, *d. ll. l. 1. & 2. ff. de accusationib. l. vxor. 4. & l. non ignorant. 9. C. qui accusare non possint. M. I. P. d except. 1. replic. 1. & M. I. R. d. except. 1. repl. 1.* Huius duplicatio est: Nisi mulier maritum vel adulteram adulterij accuset. *l. 1. C. ad l. Iuliam de adulter. M. I. P. d. replic. 1. dupl. 1.* Secunda replicatio est: Nisi mulier ex lege Corneliatestamentaria accuset, hoc enim ei permittitur. *l. 2. §. idem & in lege. ff. de accusat. de qua re vide item infr. cap. 28. quæst. 2. regul. 1.* Tertia: Nisi mulier crimen læsæ maiestatis deferat. *l. in quæst. 8. ff. ad l. Iuliam maiestat. M. I. P. d. except. 1. replic. 2.* Quarta: Nisi mulier ex l. Iulia de annona accuset, approbatur cum aliis quibusdam *l. mulierem. 13. ff. de accusationibus l. Imperatores. 3. §. fin. ff. ad l. Iuliam de annona. M. I. P. d. except. 1. repl. 3.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione eiusque replicationibus sint dicta.

II. Exceptio: Nisi pupillus accusare velit. *l. qui accusar. 8. in pr. ff. de accus. M. I. P. d. q. 4. exc. 2. M. I. R. d. reg. 7. exc. 2.* Huius replicatio est: Nisi pupillus patris aut aui iniuriam persequatur, mortem puta vel testamentum eius. *l. 2. §. fin. ff. d. tt. M. I. P. d. except. 2. repl. 1. & M. I. R. d. except. 2. repl. 2.*

III. Exceptio: Nisi seruus accuset. *l. quoniam. 26. C. ad l. Iul. de adult. M. I. P. d. q. 4. except. 3. & M. I. R. d. reg. 7. except. 3.* Huius replicatio prima est: Nisi ex l. Iulia maiestatis seruus accuset. *l. famosi. 7. in princip. ff. ad l. Iuliam maiest.* Altera: Nisi ex l. Iulia de annona seruus accuset. *l. mulierem. 13. §. fin. ff. de accus. M. I. P. d. except. 3. repl. 1.* vbi etiam alia replicatio additur.

IV. Exceptio: Nisi pauper sit is qui accusat. *l. nonnulli. 10. ff. de accusat. M. I. P. d. q. 4. exc. 4. M. I. R. d. reg. 7. except. 5.* vbi etiam distinguitur.

V. Exceptio: Nisi miles accuset. *l. qui accusare. 8. ibi, alij propter sacramentum. ff. d. tt. M. I. P. d. q. 4. except. 9. M. I. R. d. regul. 7. except. 6.* Huius replicatio prima est: Nisi ex l. Iulia maiestatis miles accuset. *l. famosi. 7. in princ. ff. ad l. Iuliam maiest.* Secunda: Nisi ex l. Iulia de annona accuset. *l. mulierem. 13. ff. de accusat.* Tertia: Nisi suam suorumve iniuriam persequatur, *l. non prohibentur. 8. C. qui accusare non possunt.*

VI. Exceptio: Nisi magistratus accuset. *l. qui accusare. 8. ff. de accus. ibi, alij propter magistratum. M. I. P. d. q. 4. except. 7.*

VII. Exceptio: Nisi is qui accusat, infamis sit. *d. l. 8. l. is qui. 4 ff. eod. tt. l. criminis. 15. C. qui accusare non possunt. M. I. P. d. q. 4. exc. 8. & M. I. R. exc. 9.* vbi etiam distinguitur. Huius eædem replicationes sunt, quæ exceptionis quintæ præcedentis, quarum tertia huius exceptionis approbatur *d. l. 4. in pr. ff. de accus. M. I. R. d. except 9. repl. 2.*

VIII. Exceptio: Nisi is qui accusat, calumnia notatus sit, vel præuaricatus. *d. l. 4. in pr. & fin. l. alij. 9. ff. eod. tt. l. accusat. 5. ff. de præuaricatoribus. M. I. P. d. q. 4. except. 31.*

IX. Exceptio: Nisi accusator antea ob accusandum vel non accusandum pecuniam acceperit. *d. l. 4. & l. 8. ibi, numosue. ff. de accusat. M. I. P. d. q. 4. except. 32.*

X. Exceptio: Nisi accusator plures reos habeat.

beat. *d.l.8.§. alij propter turpem. & l. cum rationibus. 16.C.qui accuſ.non poſſunt.M.I.P.d.q.4.except.33.& M.I.R. d.reg.7.except.18.* Huius replicatio eſt: Niſi ſuas ſuorumve iniurias perſequatur, *d.l.16.l.hos accuſare.12.§ lege Iulia.ff.de accuſat.* Exemplum proponitur. *l.6.§.fin.ff.ad l.Iul.de adulteriis.* Contradicit *M.I.R.de except.18 repl.1.*

XI. Exceptio: Niſi is accuſare velit, qui cum beſtiis pugnat, vel rem ludicram ſiue lenocinium exercet. *l.is qui.4. & l.qui accuſare.8.ff. de accuſationibus.*

XII. Exceptio: Niſi is qui accuſat, familiaris vel domeſticus aut cognatus ſit eius qui accuſatur. *d.l.8. in fin.ff.d.tt.l.ſi quis.20.C. qui accuſ non poſſunt.l.1.§. quod autem dictum.ff. de officio præfecti vrbi.l. falſis.5. C. ad l. Corneliam de falſis. M.I.P. d.q.4. except. 34.cum except.ſeqq.& M.I.R.d.regul.7.except.11.* Idem in fratre fratrem accuſante locum habet. *l.ſi magnum.13.C.qui accuſar.non poſſunt.* Niſi non capitale crimen ſit. *d.l.13. & l.ſi ſororem.18. C. eod.tt.* Idem etiam obtinet in liberto patronum eiuſve liberos accuſante. *d.l.8.in fin.ff.de accuſ.l.vlt.C.qui accuſ. non poſſunt.* Niſi libertus patronum iure mariti velit accuſare. *l.ſi adulterium. 38.§. liberto. ff. ad l. Iuliam de adult.* Idem denique in alumno iuris eſt, *l. iniquum.17.C.eod.tt.* Hactenus exẽpla propoſitæ exceptionis enumerata ſunt, nunc eius replicationes videamus. Harum prima eſt: Niſi ciuiliter, non criminaliter de ſuis rebus agant. *l.hi tamen.11.§.1.ff.de accuſationib. l.1.§. quod autem dictum. ff.de offic.præfecti vrbi.l.falſi.5.C. ad l.Corneliam de falſ.* Secunda: Niſi dominus ſeruum, non ſeruus dominum accuſet. *l.ſeruos.5.ff.de accuſat.* Tertia: Niſi non filius patrem, ſed pater filium accuſet. *l.propter.14.C.d.tt.* Quarta: Niſi ex lege Iulia maieſtatis accuſet. *l.ſi quis.20.in fin.C.d.tt.* Quinta: Niſi ſeruus queratur, quod tabulæ teſtamenti, in quibus ſibi libertas relicta ſit, à domino ſupprimantur. *l.nullo modo.7 ff. ad l.Corneliam de falſis.* Sexta: Niſi de annona ſeruus dominum accuſet. *l.1.ff.ad l.Iuliam de annona.* Septima: Niſi ſeruus dominam cum ſeruis propriis rem habentem velit accuſare. *l.vnica.verſ.ſic etiam ſeruo. C.de mulierib. quæ ſe propriis.Accedit M.I.P.d.q.4.except.3.repl.2.*

XIII. Exceptio: Niſi is qui accuſat, procurator fuerit eius quem accuſat. *l.deferre.18.§.item decreuerunt.ff.de iure fiſci.*

XIV. Exceptio: Niſi is qui accuſare volet, reus criminis ſit factus ab eo quem volet accuſare. *l.is qui.in princ.ff.de public. iudiciis.l.2.§ qui hoc dicit. ff. ad l.Iuliam de adulter. & l.neganda.29.C.qui accuſ.nõ poſſ. M.I.P.d.q.4.except.39.M.I.R.d.reg.7.except.17.* Huius replicatio prima eſt: Niſi iudicium quo accuſare volens reus factus eſt, ſit finitum. *Hæc replicatio ex iam propoſitis poteſt elici.* Cuius tamen duplicatio eſt: Niſi accuſare volens non abſolutus ſit, ſed damnatus, quæ duplicatio vt ipſo iure ſubſiſtit, *M.I.R.de except.17.repl.1. dupl.1.* ita duas recipit triplicationes, quarum prima eſt: Niſi damnatus ciuitatem & libertatem retinuerit. *l.is qui.5.§.1.ff. de publicis iudiciis.* Altera triplicatio eſt: Niſi ante damnationem accuſatio fuerit inchoata. *d.l.5. §. fin.* Secunda replicatio eſt: Niſi accuſator de maiore crimine accuſetur. *l.1.C. qui accuſ.non poſſ. M.I.P.d.except.39.repl.1.& M.I.R.d.exc.17.repl.2.* Tertia: Niſi inſcriptiones tantum pendente accuſatione reus deponere velit. *l.neganda.19. in fin.C.d.tt.M.I.P.d.except.19.repl.2.* Quarta: Niſi reus ſuam ſuorumve iniuriam perſequi velit. *d.l.19.in princ. M.I.P.d except.39.repl.3. & M.I.R. d.except.17.repl.4.* Quinta: Niſi cauſam fiſco reus deferre velit. *l.capitis reus.21.ff.de accuſ.* Sexta: Niſi vxor à marito adulterij accuſata, lenocinij crimẽ illi obliciat, hoc enim caſu maritus quoq; accuſator damnari poteſt. *l.2.§.ſi publico.ff.ad l.Iuliam de adult.* Plura de exceptione propoſita vide *M.I.R.d.except.17.*

XV. Exceptio: Niſi is qui accuſare volet, antea alia accuſatione aduerſus eundem inſtituta calumniatus eſt, *l.ſi cui.7.§.ſi tamen ff. de accuſ. M.I.P.d.quæſt.4.except.40.*

XVI. Exceptio: Niſi accuſator ab inſtituta ſemel accuſatione deſtitit. *l.2.ff.ad S.C. Turpil.l.accuſationem.6.& l.ſi cap.7.C.qui accuſ.non poſſ.l.mulier.4. §. fin. & l. in Senatuſconſultum. 15. §. propter, in fin.ff. ad S.C. Turpill.l.quamuis.3.& l. ſi is.4.C.eod.tt. M.I.P. d.q.4.except.4.* Huius replicatio prima eſt: Niſi animum accuſandi non depoſuerit. *l.in executionibus.6.eod.tt.* Cuius duplicatio eſt: Niſi intra præſtitutum terminum reum non peregerit. *l. 3.C.vt intra certum terminum criminalis quæſtio terminetur.* Secunda replicatio eſt: Niſi Imperator accuſatori denuo accuſationem permiſerit. *l.1.in fin.C.de abolitionibus.* Tertia: Niſi reus pactis non obtemperauerit, reprobatur *l.quamuis. 3.C. ad S. C.Turpillianum.* Plura huc pertinentia vide *infr. cap.prox.except.16.*

XVII. Exceptio: Niſi plures de eodem crimine eundem accuſare velint, hoc enim non permittitur. *l.qui crimine.9. in pr. C.de accuſ.l.ſi plures.16.ff.eod.tt.l.hi tamen.11.§.fin.ff.d.tt.M.I.R.d.q.except.45.M.I.R.d.regul.7.except.19.* Huius replicatio eſt: Niſi de diuerſis criminibus, ex eodem facto ortis plures velint accuſare. *d.l.9.* Secunda: Niſi alius accuſator deſtiterit, vel accuſare amplius non poſſit, tunc enim alter ad accuſandum admittitur. *d.l.11.§.fin.ff.de accuſ. M.I.P. d.except.45.replic.1.* Plura de hac replicatione vide *infr.cap. prox. except.13.& 15.repl.3.*

REPLICATIONES PRÆCEDENtium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones propoſitæ regulæ cum ſuis replicationibus enumeraſſe ſufficiat, de quibus plura vide *infr.lib.3.cap.11.quæſt.2.* Plane ſunt aliquot replicationes iſtarum exceptionum generales & communes hic non omittendæ. Harum prima eſt: Niſi accuſare prohibitus ſuam ſuorumve iniuriam perſequi velit, hoc enim caſu ad accuſandum admittitur. *d.l. 11.in pr. ff.de accuſationibus. M.I.P. d q.4.poſt except.45.repl.gener.1. M.I.R.d.reg.7.in fine,repl.1.* Secunda: Niſi ex crimine læſæ maieſtatis accuſet. Et hæc replicatio cõmunis eſt omnium, *vt in ſingulis ſupra poſitis cernere licet.* Tertia videtur eſſe: Niſi ſeruus accuſetur, verum reprobatur *l.ſeruos quoque.5.in pr.ff. de accuſ. M.I.P. d ex.45.repl.7.* Hactenus, quibus accuſatio publica competat, ſit dictum.

VI. ADVERSVS QVOS PVBLIca accuſatio competat?

I. Regula, De alio quam qui crimen commiſit. Alius pro alio puniri non debet. *Nouell.c.134. §.cum vero contigerit. M.I.P. lib.1.c.6.q.5.reg.1.M.I.R. lib.*

lib.1.cap.6.reg.10.in prin. Huius exceptio prima eſt: Niſi alius mandauit vt crimen committeretur. hic enim, quamuis nihil vltra commiſerit puniendus. *l.non ideo.5.C.de accuſ. Vide inſuper infr.c.prox. exc.4.diſt.1.M.I.P.d.reg 1.exc.1. M.I.R. d.reg.10.exc.1.* Secunda: Niſi hæres ſit eius qui crimen commiſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure reprobatur, admittitur autem in caſu, de quo *infr.reg.prox.*

II. Regula, De hærede eius qui crimen commiſit. Hic regulariter non tenetur. *l.ſi pœna.20.ff. de pœnis.M.I.R.d.cap.6 reg.11.in pr.* Huius exceptio eſt: Niſi lis cum defuncto ſit conteſtata, & defunctus damnatus, approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ex iudiciorum.20.ff.de accuſ. de qua re infr .ca. 19.dicetur in public.bonorum.* Plures exceptiones vide *M.I.R.d.reg.11.*

VII. PER QVOS IVDICIA PVblica competant?

Prima regula. Quod per alium accuſator accuſare non poſſit. *l.accuſatore.13.ff.de pub.iud.M.I.P. lib.1.c.6.q.6.reg.1.M.I.R.li.1.c.6.reg.13.* Huius exceptio prima eſt; Niſi cauſa abſentiæ per procuratorem reddatur. *d.l.13.l. abſens.71.ff. de procuratorib. M.I.P.d.reg.1.exc.1.& M.I.R.d.c.6.reg.14.exc.10.* Secunda: Niſi accuſator pupillus ſit, vel minor 25. annis, aut alias ſub cura alterius, hoc enim caſu videtur, quod per tutorem ſuum vel curatorem accuſare poſſit. Sed reprobatur, ita vt tutores vel curatores ſuo, non pupilli vel adoleſcentis nomine accuſare debeant, *l.2. & l.ſenatuſconſulto.5. C.qui accuſ.non poſſ.* Tertia: Niſi accuſator in illuſtri dignitate ſit poſitus, reprobatur *l.tunc conuenit.15.C.de accuſ.* Plane admittitur in actione iniuriarum criminali, *l.vlt.C.de iniuriis.M.I.P.d.reg.1.exc. 2.* Quarta; Niſi concluſa iam diſputatione cauſæ, de abſentia accuſatoris excipiatur. *l.quamuis.19. C.ad l.Iuliam de adult.* Quinta: Niſi patronus libertum vt ingratum accuſare, & libertus per procuratorem reſpondere velit. *l.ſed & ea.35.§. 1.ff. de procuratoribus.*

Altera propoſiti loci regula eſt, Quod per aliũ reus ſe defendere non poſſit. *l. accuſatore. 13.ff. de publ.iud.M.I.P.d.q.6.reg.2.& M.I.R.d.c.6.reg.14.exc. 1.* Huius exceptio prima eſt: Niſi reus abſens definitiue cõdemnari poſſit, tunc enim quiuis verba pro eo faciens eſt audiendus. *l.ſeruum quoq.33. §.publice.ff.de procuratorib.l.reos.3.C. de accuſ.M.I.P.d. reg.2.exc.1.& M.I.R.d.reg.14.exc.1.* Secunda: Niſi ſeruus ſit accuſatus, hic enim per procuratorem & per dominum poteſt defendi, *l.ſeruus.11.ff. de pub. iudiciis l.2.ff.de accuſ.l.ſi non defendatur.19.ff. de pœnis.* Tertia: Niſi muller rea ſit. *Nou.c.134.§. neceſſarium autem, cum ſequentib. l.1. C.de offic. diuerſ.iud.* Secus tamen iure antiquo. *l.miles.11.§. ea quæ.ff. ad l. Iuliam de adult.* Plures exceptiones vide *M.I.P.d.regul. 2.& M.I.R.d.reg.14.*

VIII. VBI ET APVD QVEM COMpetant publica iudicia?

I. Regula, De loco vbi crimen eſt cõmiſſum. Ibi regulariter reus eſt accuſandus & puniẽdus. *l.vlt.ff.de accuſ.l.ſolent.7.ff.de cuſtodia & exhib.reorum. l.deſertorem.3.in pr.ff.de re militari. l.1.C. vbi de criminib.ag.oportet.l.ſi cui.7.§.idem Imp.& §.fin.ff. de accuſ. l.ſi dum in tuo, 12.C.ad l.Iuliam de adult.l.18.§.famoſos. ff.de pœnis.M.I.P.d.c.6.q.7.reg.1.M.I.R.d.c.6.reg.15.*

II. Regula, De loco vbi reus peritur. Ibi quoque accuſari poteſt. *l.1.C. vbi de criminibus agi oportet. M.I.P. d.reg.1.exc.5.M.I.R.d.cap.6.reg.18.* vbi etiam diſtinguitur.

III. Regula, De domicilio rei. Ibi quoque accuſari poteſt. *l.in criminali.5.in princ.C.de iuriſd.omnium iudicum.l.2. C.vbi de crim.agi oport. l. relegat.7. §.interdicere, cum ſequentib.ff. de interdictis & releg. M. I.R. d.cap.6.regul.16.* vbi etiam diſtinguitur. De iudice originis vide *d.l.7.§.dubitatum.in fin. M.I.R.d. cap.6.reg.17.*

IV. Regula, De ſtationariis. Apud nos non competunt. *l.ſi quis.8.C.de accuſ.*

V. Regula, De iudice ad quem cauſę pecuniariæ pertinent. Ad hunc regulariter cauſæ criminales non pertinent. *M.I.R.d.c.6.reg.22.* vbi etiam diſtinguitur. Huius exceptio eſt: Niſi crimen morte rei ſit extinctum, ita tamen, vt hæres de publicatione bonorum, vel quod ad eum peruenit, teneatur. *l.defuncto.6.in fin.ff.de publ.iudiciis.*

VI. Regula: Vbi decuriones & illuſtres perſonæ accuſandæ ſint, deſiniturl *diui fratres. 27. §. de decurionibus.ff.de pœnis.* Item ſtatuitur de perſonis illuſtribus. *l.ſi grauius 16.C.de dignitatibus.*

VII. Regula, De comitibus proconſulis vel legati, à quo puniendi ſint, proponitur *l. ſi quis. 6. §.ſi quos.ff. de pœnis.* Reliquas huiuſmodi regulas vide *infr.eod.lib.cap.18.*

De cognitione de plano.

Eſt inſuper huius loci, quod crimina regulariter pro tribunali ſint cognoſcenda. Cuius exceptio prima eſt: Niſi leue ſit crimen. *l.leuia crimina. 6.ff.de accuſ.* Secunda: Niſi quæſtiones habendæ & cuſtodiæ audiendæ ſint. *l. vnius facinoris.18.§.fi. ff.de quæſtionib.* Tertia: Niſi libellus accuſatorius detur, hic enim de plano quoq; dari poteſt *l.miles.11.§.ſexaginta.ff.ad l.Iuliam de adult.*

IX. QVANDO ET QVAMDIV PVblica iudicia competant?

I. Regula: Intra biennium finiri debent. *l.criminales.3. C. vt intra certum temp. crim. quæſtio term. l. properandum.11.in pr.C.de iudiciis.M.I.R. lib.1.c.6.reg. 25.* Pœna iudicum cauſas criminales prorogantium quæ ſit, ex iam dictis legibus conſtat. Pœna autem accuſatoris, non perſequentis cauſam, proponitur *l.1.cum ſeq.C.vt intra cert.temp.&c.*

II. Regula: Etiam feriatis diebus cuſtodiæ audiri poſſunt. *l.cuſtodias.12.ff.de pub.iudiciis.*

III. Regula: Viginti annorum præſcriptione publicæ actiones excluduntur. *l.querela falſi.12.C. ad legem Cornel.de falſ.M.I.R.d.cap.6.reg.26.*

IV. Regula, De quadraginta diebus paſchale tempus præcedentibus, proponitur *l.quadraginta.6 C.de feriis.*

X. ADFINIA PVBLICORVM iudiciorum remedia.

I. Regula: Adfinia remedia ſunt iudicia priuata. *l.prætor edixit.7.§. ſi dicatur. ibi, atqui ſolemus.ff. de iniuriis.l.vnica, in prin.C.quando ciuilis act.criminali præiud.l.in eum.15.ff.de accuſat.* Huius exceptio eſt: Niſi de ea re agatur, quæ habeat publicam animaduerſionem. *d.verſ.atqui ſolemus.* Plura de hac re dicentur *infr.lib.22.ca.11.*

II. Regula: In notoriis, & iis quæ per officium

cium denunciantur, solennitas iudicij necessaria non est. *l.ea quidem.7.C. de accus. De hac re vide M.I.R.lib.1.c.14.in princ.& lib.2.cap.19. except.20.repl.1. item M.I.R.d.cap.6.reg.31.*

III. Regula: Si leuia sint crimina, vel custodiæ audiendæ, sufficit cognitio de plano. *de quo supr.quæst.8.in fin.*

De causis publicorum iudiciorum, earumque exceptionibus.

Cap. XIII.

CAusæ publicorum iudiciorum generales enumerantur *l.aut facta.16.in princ.ff.de pœnis.* Aut enim facta puniuntur, vt furta cædesque, aut dicta, vt conuicia, aut scripta, vt falsa, vt famosi libelli, aut consilia, vt coniurationes, &c. *M.I.R.lib.1.cap.6.q.3.in princip.M.I.R.lib.1.cap.6.reg.4.cum seq.* Speciales causæ tractabuntur *infr.cap.22. & sequentib.* Plane ex cogitatione iudicium publicum non nascitur. *l.cogitationis.18.ff.de pœnis. M.I.P.d.q.3.regul.1.except.10.dist.1.& M.I.R.d.cap.6.reg.6.vers.cogitationis autem.* Sed & propositæ causæ suas habent exceptiones, *quæ approbantur d.l.16.§.1.* quarum singularum exempla seu species sequuntur.

I. Exceptio: Nisi non iniuriæ faciendæ, sed emendationis causa fecerit. *d.l.16.§.causa.& l.vnica.C. de emendatione propinquorum.* Huius replicatio est; Nisi emendationis causa enormiter læserit. *d.l.vnica. & l. sed etsi.5.§. fin. cum l.seq.ff. ad l.Aquiliam.*

II. Exceptio; Nisi sine dolo malo, & non certo proposito fecerit. *l.qui iniuriæ.55. in princip.ff. de furtis.l.fraudis.79.ff. de reg. iuris. l.respiciendũ est.* II.§. *delinquunt.ff. de pœnis.l.aut facta.16.§. euentus. ff. eod. tt.l.fere.108.ff.de regul.iuris.l.liberorum.11.§. notatur. ff.de his qui not.inf. M.I.P.d.q.3 regul.1.except.1. M.I.R. lib.1.cap.7.except.3.* Huius replicatio est; Nisi abortionis aut amatorium poculum dederit. *l. si quis. 38.§.qui abortionis.ff.de pœnis. Vide insuper infr. cap.25. quæst.1.except.1.*

III. Exceptio; Nisi per ebrietatem aut lasciuiam fecerit. *l. omne delictum.6.§.per vinum.ff de re militari l.respiciendum.11.§. delinquunt, ibi, impetu.ff. de pœnis. l.vnica.ibi, ex temulentia C. si quis Imperatori maledixit.M.I.P.d.regul.1. except.5. & M.I.R. d.cap. 7.except.4.*

IV. Exceptio; Nisi mandatu alterius, cui parere necesse fuerit. *l.is damnum dat.130. & l. ad ea. 199.ff. de regul.iuris. l.liberorum.11.§.fin. ff. de his qui notantur inf.am.M.I.P.d.regul.1. exc.7. & lib.5.cap.12. regul.40.M.I.R.d.c.7.exc.7.* Huius exemplum est: Si iussu magistratus vel iudicis fecerit. *l.nõ videntur.127.ff de reg.iuris.M.I.R.d.c.7.except.8.* vbi etiam distinguitur. Plane propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi atrox crimen sit, approbatur exemplo serui *l.seruus.19.ff. de actionib. & oblig l.sed si iussu, ibi, nec in omnia.ff.de minoriis. M.I.R.d.except.7. repl.1.* Huius duplicatio est; Nisi patri vel domino iubenti fuit licitum, puta adulterum occidere, tunc enim filius quoque vel seruus, domino vel patri, quamuis in atroci crimine, parens, excusatur. *l.Gracchus.4.§.idemq; filiis.C. ad l.Iuliam de adult. M.I.R.d.repl.1.dupl.1.* Altera replicatio est; Nisi ei qui alterius iussu fecit, non fuit necesse parere. *l. non ideo.5.C.de accus.l.liber homo.37. in princ.ibi, quod si non.ff. ad l.Aquil. M.I.R.d.except. 7.replic.2.* vbi distinguitur.

V. Exceptio; Nisi is qui fecit, minor sit ætate. *l.fere.180.ff. de regul.iuris. l.aut facta.16.§. persona, in fin.ff.de pœnis.* Exemplum proponitur *l.infans.12.ff. ad l.Corneliam de sicariis. M.I.P. d.reg.1. except.8. M.I.R.d.c.7.except.13.* Huius replicatio est; Nisi minor ætate doli sit capax. *l.impunitas.7.C.de pœnis.l.pupillum.111.ff.de reg.iuris.l.impuberem.23.ff.de furtis.M.I.P. d.except.8.repl.1.& M.I.R.d.except.13.repl.1.* Plane interdum miseratio ætatis ad mitigandam pœnam iudicem perducet. *l.auxilium. 37.§. in delictis.ff. de minorib.25. annis. l.fere in omnib.108.ff. de regul.iuris. M.I.P.d.repl.1.dupl.1. M.I.R. d.except.13. vers. plane interdum.* Quod distinguitur in causa adulterij *d.§. in delictis. vers. sed vt ad legis. item l.36.& l.38.§. fratres.vers.cum alias.ff. ad l.Iul. de adult. Accedit gl.in d.§. in delictis, in verbo Atrocioribus, item in d.l.108.*

VI. Exceptio: Nisi seruus crimen fecerit. reprobatur *l.hos accusare.12.§.si seruus.ff. de accus.l. seruos.in princ.ff. eod.tt. M.I.R. d. cap. except.23.* Plane ex quibusdam legibus seruus reus fieri non potest, quæ enumerantur *d.l.12.§. omnibus.l.aut facta. 16.§.persona, ibi, aliter enim.ff.de pœnis.M.I.R.d.except. 23.in fine.*

VII. Exceptio; Nisi princeps vel Augusta cõmiserit. *l.princeps.30 ff.de legib.de quo supr.c.3. exc.18.*

VIII. Exceptio; Nisi magistratus populi Romani, legatus, præses, vel is qui reipublicæ causa abest, commiserit. *l.hos accusare.12.in princip.ff. de accusat. l.si adulterium.38.§. fin. ff.ad l.Iuliam de adult.* Approbatur insuper & distinguitur *l. si maritus. 15.§.legis Iuliæ.ff.d.tt.*

IX. Exceptio; Nisi crimen propositum non perfecerit, reprobatur *l.diuus Hadrianus.14.& l.in lege.7.ff. ad l. Corneliam de sicariis. l.1.§. diuus Hadrianus.ff.eod.tt.l.propter.14.C. qui accusar.non poss. l.quisquis.5.ibi: eadem enim. C. ad l. Iuliam maiestat. l.si quis. 8.& l.si forte.9. C. ad l. Corneliam de sicar. l. fraudis. 79.ff.de regulis iuris. M.I.P. d.regul. 1. except.10.* His legibus exceptio proposita reprobatur. Contradicere autem istis & approbari videtur *l. aut facta.16 ibi, euentu.ff.de pœnis.* Sed euentum ibi vocat Iurisconsultus casum fortuitum, non consulto factum. *d.l. 16.§. euentus.* Sed & contradicere videtur prædictis *l.1.§.fin.ff. quod quisque iuris, &c.* Sed hoc illius loci est speciale. Plane cogitationis pœnam nemo patitur, *vt dictum supr. hoc cap.in princip.* Plane generali consuetudine exceptio proposita approbatur *M. I. R. d. cap.7. except. 29.* vbi etiam distinguitur.

X. Exceptio; Nisi is qui crimen commisit, mortuus sit. *l.public. 3.& l. defuncto.6. de public.iudiciis.l.2. & l.defunctis.4. C. si reus vel accusator mortuus sit. M.I.P. d. regul. 1.except. 11. M. I. R. d.cap.7.except. 43.* Huius replicatio prima est; Nisi crimen læsæ maiestatis sit commissum. *l.meminisse.6. in princip. & l.post diui 9.C.ad l.Iuliam maiestatis.M.I.R.d.except. 43.replic.1.* vbi etiam distinguitur. Cuius duplicatio est; Nisi non perduellionis reus sit. *l. vlt. ff. ad l.Iuliam maiestat. M.I.R. d.replic.1.dupl.2.* Secunda replicatio est; Nisi & alij eiusdem criminis rei sint. *l.1.& 3. C. si reus vel accusat. mort. fuer. M.I.R.d. except.43.replic.11.* Similia exempla vide *infr. cap. 28.quæst.2.except.12.* Tertia; Nisi sententia vluo reo sit lata, tunc enim, quamuis appellatione pendente mortuus sit, nihilominus iudicium propter id quod interest fisci vel alterius durat. *l.1.C. si pendente appell. mors interuenerit.* Sed & approbatur simul & distinguitur *l.si is.3.C.d.tt.l.vnica.ff.eod. tt.l.Lucius.9.ff.de iure fisci.l. vlt.C. si reus vel accus.mort. fuer.M.I.R d.except.43. repl.6.* Propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi fisci vel alterius nihil interfit sententiam confirmari, tunc enim etiam sententia lata, morte rei finitur iudicium. *d.l.vnica.ibi, quod si appellatori.l.si pœna.20.ff. de pœnis. M.I.R. d.repl.6. dupl.1.* Interest autem fisci propter publicationem bonorum damnati. Secunda: Nisi non specialiter in sententia bona sint ablata, tunc enim, quamuis ipso iure publicatio bonorum pœnam sequeretur, & ob id videretur fisci interesse, non tamen ob id causa appellationis mortuo reo durat. *d.l.3 ibi, nam multum interest.C. si pendente appell. mors, &c. l.C.eod. tt.l.vnica.§. nullius autẽ. ff.eod.tt.* Tertia; Nisi reus sine hærede decesserit, tunc enim, quamuis interfit fisci, propter publicationem bonorum, sententiæ specialiter insertam, tamen nihilominus finitur iudicium. *d.l.vnica, in princ.* Quarta; Nisi non sententia lata sit, sed requirendus annotatus, tunc enim reo intra annum mortuo, causa expirat. *l.1.§.fin.ff. de requirendis reis.l.2.C.si pendente appellat.mors interuen.* Hæc de tertia propositæ exceptionis replicatione. Quarta replicatio est; Nisi reus ante accusatus, accusatorem corrupt, tunc enim nihilominus post mortem eius causa potest retractari. *l. l.eius qui 29.§.plane etsi.ff.de iure fisci.* Plura de exceptione proposita vide *infr.cap.19.*

XI. Exceptio; Nisi reus alium eiusdem criminis socium, qui non accusatur, nominauerit, vel prodiderit, reprobatur *l. accusationis.17.§.nemo tamen.C.de accusationib.M.I R.d.cap.7.except.42.*

XII. Exceptio; Nisi reus conspirationem sociorum, qua ruptis vinculis, & effracto carcere euadere conati sunt, detexerit. *l.in eos.13.in fin.ff. de custodia & exhib.reorum.*

XIII. Exceptio; Nisi accusator mortuus sit, vel ex alia causa impediatur accusationem prosequi. *l.aut priuatim.10.in prin.ff.ad S.C.Turpill.l.vlt.§. idem obseruatur.C.si reus vel accus.mort.fuer.l.libellorum 3.§.fin.ff.de accus. M.I.P. d.reg.1.exc.12. M.I.R. d.cap.7. exc.45.* Huius replicatio est; Nisi alius postea eundem reum de eodem crimine accusare velit. *d.l.3. l.accusatore.13.ff.de public.iudiciis.l.hi tamen.11.§.fin.ff. de accus.M.I.R.d.exc.45.repl.1.* Cuius duplicatio est; Nisi post triginta dies elapsos, alius reum velit repetere. *d.l.3.§.fin.d.tt.M.I.R.d.repl.1.dupl.1.* vbi etiam distinguitur.

XIV. Exceptio; Nisi iudicium cœptum intra tempus statutum nõ sit finitum, tunc enim reus est absoluendus. *l. criminales.3. C. vt intra certum temp. crimin. quæst.terminetur. l.cum Titia.18. ff.de accusationib.* Plura de hac re vide *supr.cap.prox. quæst. 9.reg.1.item M.I.R.d.cap.9.exc.40.* Est autem propositæ exceptionis replicatio eadem quæ superioris proximæ.

XV. Exceptio; Nisi eadem accusatio antea quoque in iudicium fuerit deducta, vel eiusdem criminis nomine actum, approbatur simul & distinguitur *l.si cui.7.§. iisdem. ff. de accusationib. M.I.P. d.regul.1.except.14. M.I.R.d.cap.7.except.41.* Huius replicatio prima est; Nisi absente accusatore, & causa nondum cognita, reus in priore iudicio fuerit absolutus. *l.si accusatoribus.4.C. de accus.* Secunda: Nisi prior accusator præuaricationis fuerit conuictus, & reus per corruptelam accusationis fuerit absolutus. *l. quod & lex.3.§.si tamen. ff.de lib.hom.exhibendo. l.1. C. de aduocatis diuers. iudicum.l.præuaricationis.3. in princ.ff. de præuaricatoribus. l.si quis.11.C.de accus. M.I.P d.except.14.repl.1.M.I.R. d.except.41.replic.2.* Huius duplicatio esse videtur; Nisi reus mortuus sit, hoc enim casu non videtur causa retractanda, verum reprobatur *l. eius qui.29.§. plane etsi.ff. de iure fisci.* Tertia replicatio est; Nisi is qui postea accusare volet, suam iniuriam persequatur, doceatque se ignorasse accusationem ab alio institutam fuisse. *l. si cui. 7.§. iisdem.ff.de accusat. M.I.R. d.except.41. repl.9.* Quarta; Nisi antea ciuiliter, non criminaliter sit actum. *l. vnica. C. quando ciuilis act. criminali præiudic. M.I.R. d. except. 41. replic. 10.* vbi controuertitur. Contradicere videtur *l.interdum.4.ff. de publicis iudiciis.* Sed hæc lex videtur per d.l.vnicam sublata, quanquam glossa aliam adfert huius antinomiæ solutionem. Quinta; Nisi alia lege postea agatur, quam qua actum est prius, reprobatur *l.senatus censuit.14.ff. de accusat. & l. sanctio legum. 41. ff. de pœnis.* Sexta; Nisi alio crimine, ex eodem facto certo, nunc accusetur, quam antea. *l.qui de crimine. 5.§.si tamen.C.d.accus. M.I.P. d.exc.14.replic.2.M.I.R. d.except.41.repl.11.*

XVI. Exceptio; Nisi abolitio criminis interuenerit. *l.si interueniente.12. in fin.ff. ad S. C. Turpill. Leges concordantes vide supr.c.12 quæst.5.exc.16. M.I.P. d.regul.1.except.15.M.I.R.d.c.7.except.35.* Quid autem sit abolitio, & quomodo fiat, dicetur *infr.ca. 17.de tergiuersatione, quæst.2.exc.22.* Huius replicatio est; Nisi alius quam qui abolitionem impetrauit, reum repetere velit. *l. hi tamen.11.§.fin.ff. de accus.& l.libellorum.3 §.fin.ibi, ita vt liceat.ff.d.tt.* Reliquas replicationes vide *supr.cap.12.quæst.5.exc.16. item supr.cap. 7.quæst.2.exc.22.* Harum duplicatio generalis est; Nisi post triginta dies elapsos reũ repetere velit, tunc enim submouetur præscriptione. *dicto versiculo, ita vt liceat.l.1.C.de generali abolitione.* Huius triplicatio prima est; Nisi facultas accusandi non fuerit. *l.aut priuatim.10.§. triginta. & §.fin.ff.ad S.C. Turpill.* Secunda; Nisi post primam abolitionem alia postea abolitio superuenerit. *l.in senatusconsultum.15.§. fin.ff. d.tt.* Tertia; Nisi generali abolitione facta, accusatio de qua quæritur, eo tempore non fuerit in iudicium deducta. *l.2.C.de generali abolitione.* Quarta; Nisi seruus reus sit. *l. Domitianus.16.ff. ad S. C. Turpill.l.2.§. dubitationem.ff.de custodia reorum.*

XVII. Exceptio; Nisi reus absens sit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicentur infr. ca. 15. act.2.reg.2.* Hæc de exceptionibus aduersus causas publicorum iudiciorum, quarum tamen plures vide *M.I.P.d.reg.1.& M.I.R.d.c.7.*

REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM aliarumque similium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aliquot generales propositæ sunt; quæ accusationibus publicis solent opponi, earum autem replicationes aliquot sunt generales, quæ plerisque illis possunt opponi, qua-

quarum prima est: Nisi reus ruptis vinculis & effracto carcere euadere fuerit conatus. *l. in eos. 13. ff. de custod. reorum. M. I. R. d. c. 7. in fine, repl. gener. 1.* Secunda: Nisi reus delatorem corrupit, vel de crimine transegit, approbatur sub conditione *l. vlt. ff. de præuaricatorib. l. 2. in pr. ff. de bonis eorum qui ante sententiam. l. in fisci. 4. & l. eius qui. 29. in pr. ff. de iure fisci. l. transigere. 18. C. de transact. M. I. P. d. reg. 1. in fine, repl. gener. 1. M. I. R. d. cap. 7. in fine, repl. gener. 3.* Huius duplicatio prima est: Nisi reus de vita periclitetur. *d. l. vlt. ff. de præuaricatorib. l. 1. ff. de bon. eorum qui ante sent. M. I. R. d. cap. 7. exc. 36.* vbi etiam distinguitur. *& d. repl. 3 dupl. 1.* Cuius triplicatio prima est: Nisi tanquam latro fuerit accusatus. *l. 2. ff. d. tt.* Altera: Nisi adulterij crimen sit. *d. l. 18. C. de transact. M. I. R. d. dupl. 1. tripl. 1.* Secunda duplicatio est: Nisi reus qui accusatorem corrupit, ante sententiam latam fuerit mortuus; tunc enim hæredi eius corruptela non nocet, nisi crimẽ probetur, *l. eius qui. 29. in pr. ff. de iure fisci.* Tertia: Nisi falsi crimen sit. *l. transigere. 18. C. de transactionibus. M. I. R. d. replic. 3 dupl. 7.* Plures duplicationes vide *M. I. R. d. repl. 3.* Tertia replicatio est: Nisi præscriptiones nõ sint ante abolitionem criminis obiectæ, hæc enim nec postea repetito reo possunt obiici. *l. si quis. 7. in pr. ff. ad S. C. Turpill.* Exemplum proponitur *l. aut priuatim. 10. §. abolitione. ff. d. tt.* Quarta: Nisi populus velit reum condemnari, reprobatur *l. decurionum. 12. C. de pœnis.* Quinta: Nisi reus seipsum interficere voluit. *l. qui rei postulati. 3. §. sic autem hic distinguitur. ff. de bon. eorum qui ante sententiam. M. I. P. d. c. 7. in fine, repl. gener. 4.* Sexta: Nisi reus requirendus sit adnotatus, reprobatur *l. diuus Hadrianus. 6. §. & sic diuus Pius. ff. de custod. reorum.*

DE EO QVOD VENIT IN PVBLICA iudicia, seu de pœnis.

CAP. XIV.

PRimo: Ratio pœnæ est, hominum emendatio. *l. si pœna. 20 ff. de pœnis. Huius etiam loci est l. si à reo. 7. §. id quod vulgo. ibi, nam pœnas. ff. de fideiuss. itẽ l. si ita. 51. §. quod si quis absurde. ff. ad l. Aquiliam. M. I. P. lib. 1. cap. 6. reg. 2.*

II. Differentia pœnæ & fraudis proponitur *l. aliud est fraus. 131. in princ. ff. de verb. sign.*

Differentia pœnæ & mulctæ, *d. l. 131. l. si quæ pœna. 244. ff. d. tt. l. 1. §. calumniatorib. ibi, nam si quidem. ff. ad S. C. Turpill.* Plura de hac re vide *infr. eod. lib. cap. 18. quæst. 1. except. 2.*

III. Diuisio pœnæ in capitalem & non capitalem proponitur *supr. cap. 12. in principio.* & declaratur *l. capitalium. 28. in principio. ff. de pœnis. item M. I. R. lib. 2. cap. 8. q. 2. reg 3.* Alia diuisio habetur *l. si quis. 6. §. fin. cum seqq. ff. d. tt. item M. I. R. d. q. 2. reg. 1.*

IV. SPECIES POENARVM QVÆ sint, & quæ cuiuslibet natura sit atque proprietas.

De pœna capitali. Definitio proponitur *l. rei capitalis. 2. in princ. ff. de pœnis.* Concordant ea quæ habentur *supr. cap. 12. in princ.* Species habentur *l. capitalium. 28. ff. eod. tt.*

De vltimo supplicio, seu pœna qua vita adimitur. Definitur vltimum supplicium *l. vlt. 21. ff. de pœnis.* Species proponuntur *d. l. 28. in pr. & l. aut damnum. 8. §. t. ff. de pœnis.* Effectus habentur *l. qui vlt. 29. ff. eod. tt. M. I. R. d. cap. 8. q. 5. de vlt. supplicio reg. 2. & cap. 11. reg. 27.*

De pœna qua libertas adimitur, proponitur *l. quidam. 17. & l. quod ad statum. 12. ff. d. tt.*

De pœna qua ciuitas amittitur. Eius effectus enumerantur *l. eum qui. 3. ff. de interd. & releg.* Quæ lex, quoad amissionem bonorum attinet, videtur esse sublata *per ea quæ dicentur infr. cap. 19.* Propositæ pœnæ species est: Si quis hostibus dedatur. Cuius exceptio est. Nisi hostes eum non recipiant. *l. vlt. ff. de legationib.* Aliæ species ac propria huius pœnę enumerantur *l. quidam. 17. in fin. ff. de pœnis.*

De pœna quæ corporis coercitionem continet. Eius species proponuntur *l. si quis. 6. §. fin. cum l. sequente. ff. de pœnis.*

De pœna metalli & operis metalli, *l. aut damnum. 8 §. est pœna. §. inter eos. & §. seruos. l. quidam. 17. in princ. l. in metallum. 36. ff. de pœnis. l. cognitionum. 5. in fin. ff. de extraord. cog. l. capitalium. 28. §. diuus Hadrianus. ff. de pœnis. M. I. R. d. q. 5. de pœnis operis alicuius faciendi, reg. 1.* Cætera ad pœnam propositam pertinentia suis locis sunt subiecta.

De pœna calcariæ vel sulfurariæ, *d. l. 8. §. in calcariam.*

De pœna ludi venatorij, *d. l. 8. §. quicunque, & §. seruos.*

De pœna operis publici, *l. 1. C. de pœnis. l. seruus. 34. in princ. & l. aut damnum. 8 §. quisquis. ff. d. tt. M. I. R. d. q. 5. de pœna operis, reg. 2.*

De pœna qua quis curiæ aut alij corpori addicitur. Reprobatur hæc pœnæ species *l. ne quis. 19. C. de pœnis. l. ne quis. 38. C. de decurionibus & filiis eorum.* Plane vt quis negotietur, interdum pœna iniungi potest. *l. moris est. 9. §. sed & damnari. ff. de pœnis.*

De pœna vt de saxo precipitetur. Reprobatur *l. si diuino. 25. in fin. ff. d. tt. M. I. R. d. quæst. 5. d. vlt. supplicio, reg. 5.*

De pœna membri alicuius amputandi. Reprobatur *Nouell. c. 134. §. quia vero, cum seqq. M. I. R. d. q. 5. de pœna corporis mutilandi, reg. 1.*

De pœna faciei deformandæ. Reprobatur *l. si quis. 17. C. de pœnis. M. I. R. d. q. 5. de pœna corporis, reg. 5.*

De pœna quæstionis habendæ. Reprobatur *l. penult. ff. de quæst. M. I. R. d. quæst. 5. de reliquis pœnis, regul. 2.*

De pœna carceris. Reprobatur *l. aut damnum. 8. §. solent præsides. ff. de pœnis. M. I. R. d. quæst. 5. de reliquis pœnis, regul. 3.* Approbatur *M. I. P. lib. 1. cap. 7. q. 1. regul. 2.*

De perpetuis vinculis. Hęc pœna prohibetur *l. mandatis. 35. ff. d. tt. l. incredibile est. 6. C. eod. tt. M. I. R. d. q. 5. de reliquis pœnis, re. 4.* Approbatur *M. I. P. d. q. 1. reg. 3.* Nisi seruus reus sit, hic enim in perpetua vincula damnari potest. *d. l. 6. & l. seruus. 10. C. d. tt.*

DE EXILIO ET RELEGATIONE.

I. Quibus relegandi ius competat, dicetur *infr. cap. 18. q. 1. except. 1.*

II. Officium relegantis proponitur *l. relegatorum. 7. §. his qui relegantur. ff. de interdictis & relegatis. M. I. R. d. q. 5. de exilio, reg. 5.*

III. Euentus relegationis.

Relegatus omnia sua iura retinet. *l. relegati. 4. d. l. 7. §. ad tempus. & l. 1 ff. eod. tt.* Relegatus ciuitatẽ Romanam retinet, & ius testamenti faciendi, *d. l. 7. §. siue ad tempus.* Si relegatus exilio non obtemperauerit, quomodo puniatur, definitur *l. relegati. 4. ff. de pœnis. & l. capitalium. 28. §. in exulib. ff. d. tt. M. I. R. d. loco, reg. 8. Plura vide infr. c. 18. q. 6. reg. 2.*

IV. Diuisio relegationis proponitur *l. exiliũ. 5. & l. relegatorum. 7. ff. de interdictis & relegatis.* De qua nunc ordine tractandum specialiter.

1. De interdictione alicuius loci vel prouinciæ, non assignata insula.

Huius speciei seu regulæ exceptio est: Nisi quis alia prouincia reo interdixerit, quam cui pręest. *d. l. 7. §. interdicere.* Cuius replicatio est: Nisi alia prouincia quam nõ regit, sit vel patria ipsius damnati, vel in ea domicilium habeat. *d. §. interdicere.* Huius duplicatio prima est: Nisi non ea prouincia cui præest, interdixerit, alia interdixerit, hoc enim casu videtur interdictio nullius esse momenti, quamuis prouincia qua interdictũ est, vel patria sit damnati, vel domicilium in ea habeat. Sed reprobatur *d. l. 7. §. dubitatum, in fin.* Secunda: Nisi is qui origini præest, interdicat prouincia in qua domicilium reus habet. *d. §. dubitatum, in fin.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est; Nisi præses Syriæ aut Daciæ, alia etiam quam ea cui præest, prouincia interdicat, hoc enim ei est permissum. *d. l. 7. §. quibusdam.*

Qui alicui interdixit alia pronuncia, quam ea cui præest, etiam ea cui præest interdixisse videtur, *d. l. 7. §. dubitatum.*

Item, cui interdictum est ea prouincia, in qua crimen cõmisit, etiam ea quam incolit, & ex qua originẽ ducit, se debet abstinere. *d. l. 7. §. si quis eã. l. 1. § penult. de officio præfecti vrbi.* Alia huius loci regula proponitur *d. l. 7. §. constitutum.* species quoque propositæ pœnæ proponitur *d. l. 7. §. solet.*

2. De in insulam relegatione, altera scilicet specie exilij.

Species huius pœnæ proponitur *d. l 7. §. est & quoddam.* Est insuper propositæ pœnæ species, deportatio in insulam. *d. l. 7. § hæc est differentia.* Est igitur duplex relegatio: Deportatio scilicet, & Relegatio specialis. Deportatio est, relegatio in insulam in perpetuum facta. Relegatio specialis est, quando scili. quis vel ad tempus, vel in perpetuum ab aliquo loco relegatur, non tamen in certam insulam, aut relegatur quidem in certam insulam, sed ad tempus, non in perpetuũ. Quando ergo differentia in iure proponitur inter deportatos & relegatos, de hac speciali relegatione est intelligenda. De deportatione paulo inferius dicetur, nunc ea quæ ad generalem vel ad specialem relegationem in insulam factam pertinent, persequenda.

In quem locum relegatio facienda, definitur *d. l. 7. §. 1. ibi, cæterum. & §. sicut. M. I. R. d. quæst. 5. de exilio, regul. 9.*

Alia huius loci regula proponitur *d. §. sicut, in fin.*

De deportatione in insulam.

1. Quid sit deportatio, & in quo differat à relegatione, *dictum est paulo superius.*

2. Qui deportandi ius habeant, 3. item qui deportari possint vel nõ, *infra suis locis dicetur.*

4. Hic effectus deportationis sunt proponẽdi. Horum primus est: Quod si deportatus legi deportationis non obtemperat, punitur capite. *de quo supr. de exilio inter Euentus.*

Deportatus ciuitatem amittit. *l. inter pœnas. 6. in prin. ff. de interdictis & releg. l. quidam. 17. in fin. & l. 1. §. constat. ff. de pœnis.* vbi etiam exceptio proponitur talis: Nisi is deportauerit, cui deportandi ius non est. *de quo infr. cap. 18. quæst. 1. except. 2. dicetur. M. I. R. d. q. 5. de deportatione, reg. 2.*

Matrimonium deportatione non soluitur *l. at si. 5. §. quod si ff. de bonis damnatorum. de quo infr. Parte 2, de nuptiis.*

Statua deportati detrahenda. *l. eorum. 24. ff. de pœnis.*

Deportatus manumittere non potest. *l. 2. ff. de interdictis & relegatis.* Hactenus de deportatione, sequuntur nunc aliæ pœnæ species.

De pœnis quibus alicui aliquo actu interdicitur, tractatur *l. moris est. 9. in prin. vsque ad §. sed & damnare. ff. de pœnis.* Huius exceptio est: Nisi tempus administrationis eius qui pœnam indixit, finitum sit, tunc enim pœna quoque finitur. *l. vlt. in prin. ff. d. tt. l. 1. C. de postulando.*

De pœna, ne patriam excedat, vel ne de domo sua procedat, proponitur *l. relegatorum. 7. §. solet præterea. & l. potest. 9. ff. de interdictis & relegatis. M. I. R. d. q. 5. de reliquis pœnis corporalibus, reg. 9.*

De honorum & munerum interdictione, *d. l. 7. §. solet decurionib. vsque ad fin. legis, cum l. seqq.*

V. QVÆ POENA CVIQVE sit irroganda?

Pœna pro varietate circumstantiarũ criminis, vel delicti est iniungenda. *l. moris est. 9. §. istæ fere. l. respiciendum. 11. in prin. & l. aut facta. 16. §. 1. ff. de pœnis l. Pedius. 4. §. penul. ff. de incendio, ruina, M. I. P. lib. 1. cap. 7. q. 2. reg. 1. M. I. R. lib. 1. c. 8. q. 6. reg. 6.*

DE PERSONA DELINQVENTIS REGVLÆ.

De decurionib. puniendis regula prima proponitur *d. §. istæ fere.* Secunda, *l. diuus Hadrianus. 15. ff. de pœnis.* Tertia, *l. inter pœnas. 6. §. fin. ff. de interdictis & relegatis.* Quarta, *l. decurionem. 3. C. de pœnis.* Quinta, *l. decuriones. 16. C. de quæstionib.* Sexta, *l. decuriones. 5. C. ex quib. causis infam. irrog.*

De parentibus decurionum habetur *d. l. 9. §. parentes. ff. de pœnis.*

De liberis decurionum, *d. §. parentes. l. si matrem. 6. C. d. tt. l. decuriones. 5. C. ex quibus causis infam. irrog.* Huius exceptio prima esse videtur; Nisi non filius, sed nepos sit decurionis, vel pronepos. Verum reprobatur *d. §. parentes. l. diuo Marco. 11. C. de quæstionibus.* Secunda; Nisi liberi ante decurionatum fuerint suscepti, reprobatur *d. §. parentes. vers. sed vtrum. l. 2. §. in filiis. ff. de decurionib.* Tertia; Nisi liberi post decurionatũ amissum fuerint suscepti, approbatur *d. §. parentes. vers. plane.* Quarta; Nisi parens decurio esse desierit, reprobatur *d. l. 2.* Quinta; Nisi filius ob delictum aliquod honorem filij decurionis amiserit. *l. vlt. §. fin ff. de pœnis.* Sexta; Nisi populus exclamauerit, filiũ decurionis pœna capitali esse puniẽdum, reprobatur *l. decurionum. 12. C. eod. tt.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *infr. lib. 3. c 24. de decurionibus, quæst. 2. reg. 22.*

De militibus & paganis prima regula proponitur *l. quædam delicta. 14. ff. de pœnis.* Alia item de militibus, *l. desertorem. 2. §. pœnæ. ff. de re militari.* Tertia: Miles non torquebitur, neque ad bestias, neque in furcam damnabitur, nisi ad hostes

stes transfugerit. *d.l.3.§. is qui ad hostem. M.I.R. d.q. 6.reg.7.*

De veteranis & liberis illorum prima regula proponitur *l.1.ff.de veteranis.* Altera, *l.veteranis.3.ff. eod.tt. & l.honor.5.C.de pœnis.*

De famosis & integræ famæ hominibus habetur *l.capitalium.28.§.fin.ff.d.tt.*

De in metallum damnatis, *l.in seruorum.10.§. qui ex causa.ff.de pœnis.*

De pauperibus, *l.1.§.fin.ff.d.tt.l.eos qui.6.§.fin.C. de modo mulctarum. l.quicunq;.4.§. quod si ad C. de seruis fugitiuis. M.I.P.d.q.2.reg.2.excep.2.M.I.R.d.q.6.reg. 10.* vbi etiam distinguitur.

De liberis hominibus honestioribus & humilioribus puniendis prima regula proponitur *l.capitalium.28.§.non omnes.ff.de pœnis.* Secunda, *d.l. 28.§.igni.* Tertia, *l.incredibile.6.C.eod.tt.* Quarta, *l. 11.C.d.tt.*

De seruis prima regula: Seuerius puniuntur quam liberi homines. *d.l.28.§. fin.ff. de pœnis. l aut facta.16.§.persona.ff.d.tt.* Secunda proponitur *l.in seruorum.10.in prin.ff.d.tt.* Tertia, *l.seruus.34 in prin. ff.eod.tt.* Quarta, *l aut damnum.8.§.seruos.ff.d.tt.l. metalli.11.C.eod.tt.* Quinta, de pœna pecuniaria & capitis relegatione, habetur *l.hos accusare. 12.§.fin. ff.de accusationib.M.I.R.d.q.6.reg.11.*

De statulibero proponitur *l. oris est.9.§.fin.ff. de pœnis. l.statuliber.14 ff.de quæstionib.*

De eo cuius conditio est mutata tempore sententiæ ferendæ *l 1.in princ ff de pœnis.*

De iis qui festibus cædi prohibentur, *l.capitalium.28.§. & vt generaliter ff.d.tt.*

De fœminis, *l.aut damnum.8.§. in ministerium. ff.d.tt.*

De muliere carceri non includenda dicetur *infr.cap.prox.de custodiis reorum.*

De iis qui eius roboris & artificij sunt, vt populo exhiberi possint, habetur *l. ad bestias.31. in 11. reg.ff.de pœnis.M.I.R.d.quæst.6.reg.12. & d.lib.1.c.prin. 11.except.29.*

DE PERSONIS EORVM IN QVOS crimen est commissum.

Huius loci regula proponitur *l. aut facta.16.§. persona. & l.capitalium.28.§.omnia.ff. de pœnis. M.I.P. d.q.2.de personis eorum, in quos, reg.1.*

DE CAVSA ET MODO DELICTI seu criminis.

Huius loci regula habetur *l.absentem. 5.§. fi. & l.respiciendum.11.§.delinquunt.ff.d.tt.* Alias huius loci regulas vide *supr.c.13.exc.2.cum aliquot seqq.*

DE RELIQVIS CIRCVMSTANTIIS ET qualitatibus pœnas variantibus, seu de reliquis propositæ quæstionis regulis.

De causa leuiore & grauiore regula prima proponitur *l.aut facta.16.§.qualitate.ff.de pœnis.M.I. P.d.quæst.2.de quantitate & qualitate.reg.1.M.I.R.d.q. 6.reg.29.cum seq.*

II. Regula, *d.l.11.§.1.ff.eod.tt.*

III. Regula, De rei quantitate, *d.l.16.§. quantitas.* Huius etiam exemplum est *l.capitalium.28.§. incendiarij.ff. eod.tt. M.I.P. d.regul.1. M.I.R. d quæst. 6. regul.31.*

IV. Regula; Locus etiam delicti auget vel minuit pœnam. *d.l.16.§.locus. & §.euenit.M.I.P.d.q. 2.de loco in quo crimen est commissum.*

V. Regula: Tempus item pœnam auget vel minuit. *d.l.16.§.tempus.M.I.P.d.q.2.de tempore in quo crimen est commissum.*

VI. Regula; Si reus ante aliquoties in eodem delicto apprehensus sit, & tractatus clementius, augenda est pœna, approbatur exemplo *l.capitalium.28 §.solent quidam ff.eod.tt. M.I.R.d.q.6.reg.13.*

VII. Regula: Si propositum non habuit euentum. *De hoc vide supr.cap.13.except.9.*

VIII. Regula: Si aliquid post crimen commissum eueniat peius, ob id pœna non augenda. *l.omnis hæreditas.180.§.fin ff. de reg iuris. M.I.R.d.q.6. reg.34.* Huius exempla & exceptiones vide *in glossa.*

IX. Regula: Si nimium multis grassantibus exemplo est opus, pœnæ sunt augendæ. *l. aut facta.16.§.fin.ff. de pœnis. M.I.P.d.q.2. de reliquis circumstantiis, reg.2.M.I.R d q.6.reg.38.* Exemplum proponitur *l.1.in prin.ibi puniuntur.ff.de abigeis.*

X. Regula: Si reus diu in reatu fuit, pœna est lenienda, *l.si diutino.25.in prin.ff.de pœnis, l. omnes.23. C.eod.tt.M.I.R.d.q.6 reg 32.*

XI. Regula: Si iudicium ordinarium sit, & pœna certa criminis à legibus statuta, hanc iudex sequetur, non eam quæ sibi videbitur. *l. 1. §. calumniatoribus. ibi, nam vt Pedius ait.ff.ad S. C. Turpill.l. ordine. 15. ibi, cum facti.ff. ad municipalem. l. aliud est fraus.131.§. & mulcta quidem ff.de verbor.sign.M.I.P. d. q.2.reg.2.M.I.R.d.q.6.reg.1.in prin.* Huius exceptio prima est: Nisi crimen sit extraordinarium, approbatur certo modo *l. hodie. 13.ff. de pœnis M.I.R. d.q.6.reg.5.* Secunda; Nisi mulcta seu pœna pecuniaria sit irroganda. *d.l. 131.§. & mulcta quidem. & l.si qua pœna.244 ff.de verb.signif.* Huius replicatio est; Nisi iudex, cui pro suo arbitrio mulctæ dicendæ ius est, modum excedat, approbatur, & quis modus esse debeat, definitur *l.eos qui.6. & l. illustres.4.C. de modo mulctarum.* Cuius replicationis in modo proposito duplicatio est: Nisi pecularus crimen, cõcussionis, furtum, aliudue quod seuerius coerceri conuenit, puniatur. *d.l.6.ibi, nec tamen ad huius.*

XII. Regula: Si idem crimen diuersis legibus & pœnis coerceatur, siquidem alia pœna generali lege, alia speciali sit definita, non vtraque, sed specialis in specie criminis est irroganda. *l.sanctio. 41.ff.de pœnis.l. senatus.14.ff. de accus. M.I.R. lib.1. cap. 8.q.6.reg 3.*

XIII. Regula: Si lex, qua pœna crimini constituitur, obscurior sit, vel quoad verba attinet, vel quoad eius sensum, pœna interpretatione est mollienda. *l.interpretatione.42.ff. de pœnis.M.I.R. d.q.2.de reliquis circumstantiis, reg.1.*

XIV. Regula: Si reus in iudicium vocatus, intra anni spacium non venerit, postea apprehensus seueriori sententiæ subiugetur, *l.2.C. de requirendis reis.* Hactenus regulæ, quibus definitur, qua quisque pœna sit puniendus, sunt enumeratæ. Sed vltra istas regulas, etiam ex persona iudicis interdum istud est æstimandum, nec enim omnis iudex quamlibet pœnam potest irrogare. *de qua re dicetur infr.cap.18.quæst.1.exc.1.* Item pro varietate criminum pœnæ variantur, estque cuilibet crimini sua pœna à legibus constituta. *de quo infr. in speciali iudiciorum publicorum tractatu c.22. & sequentib.* Nunc ad actus adiuncta transeundum.

DE

DE ACTIBVS IVDICIORVM publicorum.

CAP. XV.

ACtus iudiciorum publicorum varij sunt, possuntque non incommode iuxta iudicij personas, hoc est, accusatoris, rei & iudicis, distribui, eoque ordine tractari. Accusatoris ergo actus & officia sunt: Libelli inscriptio, Satisdatio se permansurum vsque ad terminum litis, Custodia, Ne calumnietur, ne præuaricetur, & ne tergiuersetur. *Accedit M.I.P.lib.1.cap.10.in princ. & M.I.R.lib.1 cap.9.in princ.*

I. DE LIBELLI INSCRIPTIONE.

1. Ratio & causa inscriptionis proponitur & approbatur *l.si cui.7. in pr.ff. de accusat. l. qui crimen. 3.in prin. & l. si crimen.10. C. qui accusare non poss. l.in causis.16.cum l seq.C.de accusationib.M.I.P.d.cap.10.q. 1.reg.1.M.I.R..d.cap.9.reg.1.* Huius exceptio prima est: Nisi mulier suam suorumue iniuriam persequens, accusare velit, illa enim onere inscriptionis non grauatur. *l.de crimine.12. C.eod.tt. M.I.R.d. reg.1.except.1.* Altera: Nisi maritus vxorem adulteram accuset. *l.quamuis.30.§. in primis.C. ad l.Iuliam de adulteris. M.I.P.d.cap.10.q.1.reg.1 except.1. M.I.R.d. reg.1.except.2.* vbi cõtrouertitur. Tollitur hæc exceptio *Nouell.c.117.§.si de adulterio.* Tertia: Nisi de abigeatu accusatio instituatur. *l vnica.C. de abigeis. M.I.P.d.reg.1.except.2.* Quarta: Nisi per officiales præsidi crimen nuntietur. *l.7.C.de accusationib. M. I.P.d.reg.1.except.3.*

2. Modus & forma inscriptionis, item quæ designanda & inscribenda sint, definitur *l.libellorum.3.in prin. & §. sed & si aliud.ff de accus. M.I.P.d.q. 1.reg.2. M.I.R.d.cap.9.regul.2.cum seq.* Ad formam quoq; inscriptionis pertinet, libelli subscriptio. *d.l.3.§.item subscribere.*

3. Quando in crimen sit inscribendum?

I. Regula: Antequã acciturreus, inscribendum est. *l.2.§.1. C. de exhibendis reis. l.non prius.7. in princ.C.de calumniatoribus.*

II. Regula: Antequam quæstio habeatur, inscribendum *l.si quis.13. C. de accus. De quo infr. cap. prox.quæst 1.except.3.*

III. Regula: Si reus accusatorem quoque accusare velit, etiam pendente accusatione qua ipse accusatur, inscribere in crimen potest. *l. neganda 19.in fin.C.qui accus.non poss.*

4. Euentus seu pœna.

Si in crimen non sit inscriptum, vel non legitime, rei nomen aboletur *l.libellorum.3.§.quod si ff. de accus.M.I.P.d.q.1.reg.3.* Huius exceptio est: Nisi Accusator emendare inscriptionem sit paratus. approbatur sub conditione *l.accusaturus.35.ff.ad l. Iuliam de adulteriis.* Secretarius quinque libris auri punitur, *l.in causis.16. in fin. C.de accus.* Fideiussor quatenus teneatur, si stipulatio commissa sit, definitur *l.2.C.ad S.C.Turpillianum.*

II. DE CAVTIONE ACCVSATORIS, se permansurum vsque ad terminum litis.

Hæc quoque cautio ab accusatore præstanda. *l.si cui.7. in princ. ff. de accus. & l.qui crimen.3.in princ. C.qui accus.non poss.*

III. Accusator custodiæ similitudinem patietur. *l.accusationis.17.in prin.C.de accusationib. l.2.§. fin.C.de exhibendis reis. M.I.P.d.q.1.reg.4.M.I.R.d.q.9. reg.6.* Hactenus de tribus actibus, seu officiis accusatoris est dictum, reliqui, puta ne calumnietur, præuaricetur, tergiuersetur, &c. tractabuntur *infr.cap.1.inter Euentus.*

DE ACTIBVS ET OFFICIIS circa reum.

I. DE REQVIRENDIS REIS & adnotandis.

I. Causæ ex quibus requirendi adnotandi rei, si absint vel latitent, proponuntur *l 1.ff. de requirendis reis.l.1.C.eod.tt.Nouell.cap.134.§.cæterum si quis eorum.l.absentem.6.in princ.C. de accus.*

2. Modus requirendi absentis quis sit?

Primus est, vt bona eius obsignentur, & nisi venerit, ea fisco addicantur. *l. vlt.ff. de requirẽdis reis. M.I.R.d.c 9.reg.11.* Huius exceptio prima est: Nisi accusator in crimen nondum inscripserit. *l.2.§.1. C.de exhibendis reis.* Secunda: Nisi nõ edictis vel literis ad magistratus missis adnotatio publice innotuit. *l.1.§.præsides.ff.de requirendis reis.* Tertia: Nisi non sit graue crimẽ, quo reus sit annotandus. *d.l. 1.§.si autẽ grauius punitur. & l.1.C.d.tt.* Quarta: Nisi reus redierit, & se purgauerit, vel latis obtulerit. *l.vlt. & l.1.§.fin.ff.d.tt.l 1.C.d.tt. M.I.R. d.reg.11.exc.2.* Huius replicatio est: Nisi post annũ elapsum redierit reus, & se purgare sit paratus. *l.2.C.de requirendis reis.M.I.R.d.exc.2.repl.1.* Cuius duplicatio prima est: Nisi nondum annus elapsus sit ex eo tempore, quo primum vel edicto, vel literis ad magistratus missis adnotatio innotuit, reprobari videtur *d.l.2.* verum approbatur *l.annus.4.in pr. & l.1. §.præsides.ff.eod.tt.* Secunda: Nisi iustas absentiæ causas habuerit, easq; per aliũ proposuerit. *l.inter accusatorem.10. & l.accusatore.13.§.fin.ff.de publ. iudiciis.* Tertia: Nisi post annum elapsum nõ tam bona recuperare, quam se defendere reus velit, hoc enim illi non est denegandũ. *l.annus.4.in fin.ff. de requirendis reis.M.I.R.d.repl.1.dupl.1.* Quinta exceptio est: Nisi reus intra annum fuerit mortuus. *l. 1.§.fin ff.d.tt.l.1.in fin.C.eod.tt.* Sexta: Nisi fiscus intra viginti annos bona annotati nõ annotauerit. *l.2.cum seq.ff.d.tt.* Sane anni isti viginti, ab eo tẽpore quo annotatio innotuit, numerantur. *d.l.4.ff. d tt.* Septima: Nisi pœna indulgentia principis sit remissa. *l. cum indulgentia.10. C. de sententiam passis.* Hæc de primo requirendi rei modo sint dicta.

Alter est, vt si cõpertum sit, in qua prouincia degat, præses eius prouinciæ in qua crimen cõmissum est, scribat alterius prouinciæ in qua degit præsidi, ad apprehendendum & transmittendum reum. *Nou.cap.134.§. cæterum.ibi, at si compertum.*

Tertius requirendi rei modus proponitur *l. 2.C.de iis qui latrones vel alios, &c.* Hactenus de primo circa reum actu.

II. DE REIS APPREHENDENDIS.

De eo iam proposita constitutione tractatum est. *Concordat l.1.§. fin. ff. de receptatorib. M.I.R. lib.1.c.9.reg.12.* vbi etiam distinguitur.

III. DE REIS NON RECIPIENDIS, nec occultandis.

De receptatoribus regula proponitur *d.l.1. & l.1.C.de iis qui latrones vel alios occult.* Alia, *l.2.C.d.tt.*

M.I.P.d.c.10.q.2 reg 2.M.I.R.d.c.9.reg.17. Alia item pœna in receptatores constituitur *l.oues.3.§ fin.ff. de abigeis.* Plane pœnarum de receptatoribus dictis legibus propositarum, exceptio generalis est; Nisi is qui recepit & occultauit, affinis vel cognatus sit rei recepti, approbatur certo modo *l.2.ff.de receptatoribus.*

IV. DE CVSTODIA REORVM.

I. Rei apprehensi custodiendi sunt. *l.2. §.fin. C.de exhib.reis.l.2.in pr.ff. de custodia reorum. M.I.P. d. q.2.reg.3 & M I.R d.c.9.reg.23.* Huius exceptio prima est: Nisi iudicio sisti satisdare paratus sit reus. *l.diuus Pius.3.ff.d.tt.l.sigrauius.16.C.de dignitatib.& d. l.2.§.solet itaque. M.I.R. d.reg.3.exc.1. M.I.P. d. reg.23. except.3.* Replicatio prima est; Nisi post longum tempus satisdatio offeratur.*d.l.2.* Altera: Nisi tam graue scelus est, ob quod in vincula reus coniectus est, vt neque fideiussoribus, neque militibus committi debeat.*d.l.3. M.I.R. d except.3.repl.1. item lib.5.c.10.reg.124.except.1.repl 1.dupl.1.* Secunda exceptio est: Nisi reus pœnam luit, tempusq; sit finitum.*l.rectores.24. C. de pœnis. M.I.R. d. reg.23. exce.1.* Tertia: Nisi reus absolutus sit aut conuictus.*l.de his.5.in princ.C.de custodia reorum.*

2. A quibus rei custodiendi sunt?

De commentariensi eiusq; adiutore proponitur *l.ad commentariensem.4.C.de custodia reorum.*

De custodia tyroni non facile committenda, præcipitur *l.non facile.14.ff.eod.tt.*

3. Qua custodia rei sint custodiendi?

I. Regula: Qua custodia reus sit custodiẽdus, est in arbitrio proconsulis.*l.1.ff.de custodia reorum.*

II. Regula, De carcere. Si graue crimen sit, in carcerem est coniiciendus.*d.l.1.& l.2.C.d.tt.M. I.R.d.c.9.reg.26.* Huius prima exceptio est; Nisi mulier rea sit.*Nou.c.134.§ necessarium autẽ, cum sequentibus. & l.1.C.de officio diuers.iud. M.I.R.d.reg.26. exc.1.* Secunda: Nisi priuatus carcer sit.*l.vnica.C.de priuatis carc.inhib.M.I.R.d.reg.26.except.2.*

III. Regula: Licet incarcerandus sit reus, tamen vindicandus nõ est, nec in vincula publica coniiciendus, nisi de crimine prius cõstet, illud à reo esse cõmissum. *l. si confessus.5.ff. de custodia reorũ l.1.§.interea.C.eod.tt.l.2.in pr.C. de exhibendis reis. M. I.R d c.9.reg.15.* Huius exceptio est in seruo non defenso.*l.2.in prin.ff.de custodia reorum.*

4. De officiis custodum, & reliquo custodiæ iure.

I. Regula, De maribus & fœminis in carcere separandis, proponitur *l.quoniam.3.C. de custod.reorum.M.I.R.d.c.9.reg.27.*

II. Regula, De ingerendo singulis triginta dieb. personarũ numero, delictis, ordine, ætate, habetur *l.de his.5.§.iubemus.C.d.tt.M I.R.d.c.9.re.30.*

III. Regula, De incarceratis inhumanius non tractandis.*l.iudices.10.C.de episcopali audientia.*

IV. Regula, De victu & strato incarceratis dando, *d.l.10.& l.si victum.34.ff.de re iudicata.*

V. Regula, De curando ne sine vinculis custodia agat, item ne ferrum vel venenum inferatur, *l.carceri.9.ff.de custod.reorum.*

VI. Regula: Si custodia euaserit, quis & qua pœna puniendus, definitur *l.ad commentariensem. 4.C.d.tt.M.I.R.d.c.9.reg.31.* Plane qui in vincula conlectum emiserit, lege Iulia maiestatis fit reus *l.cuiusque.4.§.penul.ff. ad l.Iuliam maiest.* Sed & custos qui custodiam deseruit, capite punitur. *l.si quis.38.§.miles.ff.de pœnis.Præterea ad regulam propositam pertinet l.non est facile.14.ff.de custodia reorum. Postremo l.milites.12.ff.eod.tt.*

VII. Regula, De pœna custodiæ erumpentis & effringentis, proponitur *l.in eos.13.ff.eod.tt l.1.in prin.ff de effractor.b.l.si quis.38.§.miles.ff.de pœnis.l.milites.13.§.eius fugam.ibi eum tamen.ff.de re militari.*

VIII. Regula, De morte custod æ, habetur *l. non est facile.14.§.sed si custod.ff.de custodia reorum. M. I.R.d.c.9.reg.33.* De eo, si custos custodiam interfecerit, vel fame necauerit, proponitur *l.1.§.illud etiam.C.d.tt.*

IX. Regula, De custodia non facile à magistratu dimittenda, *l.ne quis 10.ff.d.tt. M.I.R.d.cap.9. reg.34.* Hactenus de reis custodiendis.

V. DE REIS EXHIBENDIS.

Huius loci est *l.neminem.3. C. de exhibendis reis. item l.ad commentariensem.4.ff de custod.reorum.*

In vna causa exhibitus, nõ recipitur reus in alia, approbatur simul & distinguitur *l.2.§.fin.ff.d.tt.*

VI. DE IVRE ET OFFICIIS REI circa bona sua.

In reatu cõstitutus bona sua administrare potest, eiq; recte soluitur. *l. aufertur.46.§. in reatu.ff. de iure fisci.* Huius exceptio prima est. Nisi reus in fuga sit, eiusq; bona adnotata, tũc enim, ne ei soluatur, cauendũ. *l.vlt.in fin.ff.de requirendis reis.* Altera: Nisi repetundarum vel maiestatis reus sit. *l.ex iudiciorum.20.§.adeo vt diui Seuerus.ff. de accusationib. l.quisquis.5.§.emancipatio.C.ad l.Iuliam maiestatis.*

VII. De remittendis reis vide *supr.c.12.q.8.*

VIII. De reo dãnato, quid iuris sit, *vide infr.c.18.*

DE ACTIBVS ET OFFICIIS IVDICIS.

I. DE CVSTODIIS AVDIENDIS & criminibus cognoscendis.

I. Iudex cognituru de criminibus, ante diem palam facere debet, custodias se auditurum. *l. vnus.18.§.cogniturum.ff.de quæst.*

2. Quibus præsentibus custodiæ audiendæ, habetur *l.custodias.12.in prin.ff.de pub.iudiciis.*

3. Quando audiendæ sint?

Etiam feriatis diebus audire potest. *d.l.12.*

Quandocunq; reus defensiones suas opponere volet, audiendus est. *d.l.18.§.cogniturũ, in fin. ff de quæstion.l.annus.4.in fin.ff.de requirendis reis.*

4. Vbi audiendæ?

Non solum pro tribunali, sed etiam de plano custodias audire potest, atq; damnare, *per ea quæ dicta sunt supr.c.12.quæst.8.in fine.*

5. De dilationibus reo ad defendendũ dandis proponitur *d.l.18.§.cogniturum.ff.de quæstionib.*

II. DE SENTENTIA FERENDA.

I. Quando & quibus præsentibus sententia ferenda?

Prima huius loci regula est de sententia non præcipitanda, *l. eos qui.6.§.fin. C.de modo multarũ. l.1.in princ.C.de requirendis reis.* Huius exceptio est: Nisi reus manifesta probatione sit conuictus. *l. cum reis.18.C.de pœnis.* Huius etiam loci est, quod ad rescriptum principis non statim sit damnandus reus, sed per triginta dies sententia inhibenda. *l.si vindicari.20.C.d.tt.*

II. Regula, De absente & indefenso non damnãdo, proponitur *l. absentẽ.5.in pr.ff. de pœnis.l.1. in pr.ff.de requirendis reis. l.inter accusator.10. & l. accusatore.13.§.fin.ff.de publ. iudiciis. l.si quondam.15. C. ad l.Iuliam d adult. M.I.P.lib.1.c.10.q.3.reg.1.M.I.R.d. c.9.reg.41.* Huius exceptio prima est: Nisi reus cõtumax sit. *l.absentem.5.§.aduersus.ff. de pœnis.M.I.P.d. reg.1.exc.1. M.I.R.d.reg.41.except.1.* Cuius replicatio est: Nisi definitiua sententia sit ferenda. *d. §. aduersus.M.I.R.d.exc.1.repl.1.* Huius duplicatio est: Nisi accusator per cõtumaciam absens damnandus sit, in hunc enim grauius constitui potest. *d. §.aduersus.* Secunda exceptio est: Nisi in eos qui spadones fecerint, sententia ferenda sit, nam hi etiam absentes ex l. Cornelia damnari possunt. *l. lege Cornelia.4.§. idem diuus ibi, & qui hoc crimine.ff. ad l.Corneliam de sicariis.* Tertia; Nisi in apparitores perfidos sententia sit ferenda, hi enim absentes quoque damnari possunt. *l. ne diu.21. C. de pœnis.* Quarta: Nisi post litem contestatam sese absentauerit reus, approbatur exemplo *l.adult.14.C. ad l.Iuliam de adulteris.* Hæc de secunda regula, de qua vide plura *infr. lib.prox. c.29. quæst.3. except.10. item M.I.R.lib.2.c.18.reg.5.except.10.*

III. Regula; Quod si plura crimina ex eodem facto nascantur, & à diuersis deferantur, non licet iudici separatim de vno crimine sententiam ferre, priusquam plenissima examinatio super altero quoque crimine fiat. *l. qui de crimine.9. in fin. C.de accus.M.I.R.d.cap.9.reg.45.*

2. Secundum quæ iudici iudicandum sit & sententia ferenda? item de probationibus.

I. Regula: Secundum apertas probationes, & luce clariores, & ipsius rei confessiones reus damnandus. *l.sciant.25.C.de probationib. l.absentem. 5.§.1.ff. de pœnis.l. qui sententiam.16. C.de eod. tt. M.I. P.lib.1.c.1.q.3.reg.4.& M.I.R.d.cap.9.reg.47.*

II. Regula, De indicio eius qui de se tortus ac confessus alium indicat. Huic fides habenda nõ est. *l.accusat.17.§.fin. C. de accusationib.M.I.R.d.q.3. reg.5.M.I.R.d.ca.9.reg.48.* Plura de hac re vide *infr. cap.prox.quæst.2.reg 2.except.3.repl.6.*

III. Regula, De populi acclamatione non attendenda, habetur *l.decurionum.12.C. pœnis. M.I.P. d.q.3.reg.6.M.I.R.d.cap.9.reg.49.*

IV. Regula, De suffragiis decretorum, aut relationibus publicarum personarum non facile credendis, *l.singuli.14.C.de accusationibus.*

V. Regula, De indicio irenarchæ & aliorum, proponitur *l.diuus Hadrian.6.ff.de custodia reorum.*

VI. Regula, De rescripto Imperatoris, habetur *l.si vindicari.20.C.de pœnis.*

VII. Regula, De cõfessione rei & tormentis, quatenus fides habenda sit, vide *infr.c.prox.q.8.*

3. Quæ pœna irroganda, vide *supr.c.prox.q.5.*

DE QVÆSTIONIBVS ET TORMENTIS.

CAP. XVI.

AD actus & officia iudicis pertinent etiam quæstiones & tormenta, de quibus in hoc capite tractandum.

I. CAVSA QVÆSTIONIS HABENDÆ, cum suis exceptionibus.

Causa habendæ quæstionis est, si aliæ probationes euidẽtes desunt. *l.edictũ.8.in pr.l.diuus.Pius. 9.in prin.ibi, sed si aliter. & l.1.§.in causa.ff. de quæst. M. I.R.lib.1.c.10.reg.1.* Contradicit *M.I.P.d.q.3.reg.7.* Huius exceptio prima est; Nisi reus nullis aliis argumentis sit suspectus. *d.l.1.in prin.§.iidem. & §. diuus Seuerus.l.vnius.18.§ in ea causa.l.de minore.10.§. tormenta.& l.vlt.ff.d.quæst.l.primum.3. & l. milites.8. §.oportet. C.d.tt. l.sicut.17. in fin. C. ad l. Corneliam de falsis.M.I.P.d.reg.7.M.I.R. d.regul.1.exc.1.* Quæ autem argumenta sufficiant ad suspicionem mouendam, vel semiplene probandum, vt quæstioni locus esse possit, anxie conantur definire legum Doctores, verum ea res certis regulis definiri ac concludi non potest, sed arbitrio iudicis est relinquenda. *l.testium fides.3.§. quæ argum. ff. de testib.M.I.R.d.exc.1.vers.quæ autem.* vbi de hac re vide copiosius. Plane vnius testis testimonium ad inducendam quæstionem non sufficit. *l. maritus. 20.ff.de quæst.M.I.R.d.c.10.reg 2.* Secunda exceptio: Nisi causa de qua disceptatur, pecuniaria sit, non criminalis publica, tunc enim quæstio habenda non est, sed reprobatur *l.diuus Pius.9.in prin.&* exemplo declaratur *l.vnius.18.§.iudex.ff.de quæst. l.super statu.9.C.d.tt.* Contradicit *M.I.R. d.regul.1.exc. 19.* Tertia: Nisi accusator in crimen nõdum subscripserit. *l.si quis.13.C. de accusationibus.* Quarta: Nisi de seruo in quæstionem dando, nondum præstita sit cautio. *l.certo precio.13.ff.de quæstionib.* Quinta: Nisi semel in ea causa fuerit tortus, reprobatur *l.repeti.16.in prin.& l.vnius.18.§.1.ff.d.tt.M.I.R.d. reg.1.except.11.repl.2.*

II. QVI TORQVENDI, PRO quibus, & aduersus quos?

Non passim cuiuis pro vel contra quẽuis torquendus est. *l.milites.8.§.fin.C.de quæstionib.* Proinde qui, pro quibus, & contra quos torqueri possint, vel nõ possint, sciendũ est. De qua re notandæ sunt regulæ sequentes, itẽ *M.I.R.d.c.10.reg.23.*

I. Regula, De seruis. Hi regulariter possunt torqueri. *l.diuus Pius.9.§.licet itaq.ff.de decurionibus.* Huius exceptio prima est: Nisi se liberũ dicat seruus. *l.si quis.12.ff.d.tt.* Secũda: Nisi statu liber sit, vel seruo in testamento libertas relicta. *l.is cui.19.ff.d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi aliorum quæstionib. oneretur. *d.l.19.* Secunda: Nisi mors testatoris sit vindicanda, reprobatur *l.nec si mors.5.D.d. tt.* Tertia: Nisi de hæreditate vel reb. hæreditariis inter hæredes sit controuersia. *l.cum testament.10. & l.de tormentis.18.C.d.tt.* Quarta: Nisi quæstio adulterij moueatur. *l.edictum.8.§. fin.ff. de quæstionib.* Quinta: Nisi conditio libertatis defecerit. *l.diuus Pius.9 §.fin.ff d.tt.* Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi seruus pro domino suo sit torquendus, *l.pridem.6.de quæstionib. Concordant ea quæ habentur infr exc.prox.repl.5.* Huius replicatio prima: Nisi amplius eius dominus nõ sit, reprobatur *l.seruos.14.C.eod.tt.* Secunda: Nisi vniuersitatis, nõ singulorũ sit seruus, tunc enim pro singulis potest torqueri. *l.in tantum.6.§.vniuersitatis, in fin.ff.de rerũ diuisione.* Quarta exceptio est: Nisi seruus contra dominũ suum torquendus, hoc enim casu torquendus nõ est. *l.1.§.Antonin.& §.si serui.ff.de q.d.l. 6.C.eod.tt.M.I.P.lib.c.10.q.3.reg.8.* Huius replicatio prima est: Nisi dominus serui negetur vel non sit *l.vnius.18.§.sane.& l.1.§.si quis dicatur.ff.d.tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi bonæ fidei possessor sit serui vel liberi hominis. *d.l.1.§.si seruus.* Secunda:

Nisi alij seruum vindicanti satisdedit. *l ex libero.15. §.fin.ff.de quæstion.* Tertia: Nisi dominus serui fuit, tunc enim quamuis dominus esse desierit, nihilominus in caput eius seruus torquendus nõ est. *l.1.§.si seruus.ibi,dummodo in caput.l.vnius 18.§.seruus l.etiam.11.& l.extrario.17.§.fi.ff.d.tt.* Huius triplicatio est; Nisi per damnationẽ eius seruus esse desierit, tunc enim in caput eius potest torqueri. *d.l. 1.§.item Mummio.* Quarta duplicatio est; Nisi seruus hæreditarius sit, hic enim quamuis hæredis nondũ sit, tamen in eius caput torqueri non debet. Cuius triplicatio est, nisi de ipsa hæreditate sit cõtrouersia hoc enim casu in ipsum, qui se dicit hæredem, potest torqueri. *l.2.ff. de quæstionib.l. cum testamentum.10.l.hoc quod placet.13. & l.de tormẽtis.18.C.eod.tt.l.patre.6.§.fin.l.extrario.17.§. de quæst. & l.vnius.18.§.iudex ff.d.tt.* Quinta duplicatio est; Nisi seruus sit filij eius, in quem est torquendus, tunc enim, quamuis eius, in cuius caput torquẽdus est, nõ sit, nihilo magis tamen cõtra eum est torquendus. *l.de minore.10.§.potest.ff.d.tt.l.2.C.d.tt.* Sexta; Nisi seruus sit patris eius in quem est torquendus. *d §.potest.l.pridem.6.C.d.tt.* Septima; Nisi seruus sit pupilli eius, cuius tutor est is, in quem torquẽdus est, approbatur simul & distinguitur. *l.2.C.d.tt.* Octaua; Nisi seruus mariti in caput vxoris torqueatur, reprobatur *l.1. §.seruum mariti.ff.de quæstion.* Hæc de prima replicatione eiusq; duplicationibus sint dicta. Secunda replicatio est; Nisi tẽpore susceptæ cognitionis, seruus eius in quẽ est torquẽdus, nõ fuerit. *l.1. §.si seruus.ff. d.tt.* Tertia; Nisi pro parte tantum eius sit, cõtra quem est torquendus reprobatur *l.constitutione.3.ff. eod.tt.l. hoc quod placet.13.C.eod.tt.* Ex qua distinctio elicitur, qua replicatio proposita approbatur, hæc sc. Nisi in causa alterius domini, contra alterũ quæstio sit habenda, tunc enim de communi seruo quæstio potest haberi. *Cui concordat l.extrario.17. §.de quæstion.in fin.ff.eod.tt.* Alia distinctio, qua replicatio proposita approbatur, est *infr.repl.prox.* Quarta replicatio est; Nisi seruus municipum sit, aut alterius corporis, tunc enim in ciuiũ capita potest torqueri. *l.1 §.serũ municipum.ff.de quæst l.in tantũ.6.§.vniuersitatis.ff de rerũ diuision.* Quinta; Nisi dominus seruũ offerat vltro torquendũ, reprobatur *l.vnius.18.§.seruus nec.ff.d.tt.l.seruos.7.C.d.tt.* Nisi is qui seruum contra dominũ torqueri desiderat, preciũ serui deponat, reprobatur *l.1 §. cum quidam.ff.d.tt.* Septima; Nisi seruo contra dominũ torto aliis probationib.etiam factum, cõtra dominũ, sit probatum, tunc enim probatio non infirmatur ob id, quod seruus contra dominum sit tortus *l.1.§.in cæteris.C.d.tt.M.I.P.d.reg.18.exc.1.* Octaua: Nisi in causa criminis læsæ maiestatis, seruus contra dominum sit torquendus. *l.meminisse. 6.§.fin.& l.vlt.§.pen.C.ad l.Iuliam maiest.l.cõsensu.8.§. seruis scil.C.de repudiis.l.1. in pr.C. de quæstion. M.I.P.d. reg.8.exc.3.* Nona: Nisi crimen adulterij sit. *d.l.1.& d.§.seruis scil.l.extrario.17.in pr.ff. de quæstion. M.I.R.d. reg.8.exc.5.* Huius duplicatio est: Nisi non adulterium, sed stuprum sit commissum. *d.l.17.§.1.* Plura de hac re vide *infr.c.28.de l.Iulia de adult.quæst.9. reg.1.* Decima replicatio: Nisi de incesti crimine quæstio est, reprobatur *l. in incesto.4.ff. de quæstion.* Plane admittitur, si per adulterium incestum sit commissum. *l.si quis.5.ff.d.tt.l.vim passam.39.§.fin.ff. ad l.Iuliam de adult.* Vndecima: Nisi vxor marito, vel contra maritus vxori insidias struxisse, vel occidere voluisse dicatur. *l.si forte.9.C.ad l.Corneliam de sicariis.M.I.P.d.reg.8.except.6.* Duodecima: Nisi fraudati census crimen intentetur. *l.1 in princ.C.de quæstion.& l.1.§.in causa.ff.eod.tt.M.I.P.d.reg.8.exc.4.* Decima tertia: Nisi plagij crimen intentetur. *l. con sensu.8.§.seruis scil.in fin.C.de repud.l.1.in prin.C.de quæstion.* Decima quarta: Nisi de rebus hæreditariis quæratur, hoc enim casu videtur, quod seruus hæredis torqueri possit, *secundum ea quæ dicta sunt paulo supr.except.4.repl.1.dupl.4.* verum reprobatur *l.1.§.diui fratres.§.d.tt.* Decima quinta; Nisi in causa pecuniaria quæstio habeatur, reprobatur *l. 1.§. fin.C.eod.tt.glossa in d.§ fin. & l pridem.6.ibi, vel pecuniariis.C.d.tt.* Contradicere videtur *M.I.R.d.reg.8. excep.2.* Decima sexta: Nisi seruus de se tortus aliquid etiam de domino confiteatur, reprobatur *l.1.§.diuus Antoninus.& §.si serui.ff.d.tt.* Hactenus de quarta propositæ regulæ exceptione, eiusque replicationibus est dictum. Quinta exceptio est; Nisi seruus de se ipso interrogetur, & torqueatur, reprobatur *l.interrogari.15. C. de quæstion.l.cum probatio.7.ff.de probationib. l.1.§. diuus Hadrianus.ff. de quæstion.l.quoties.12.C.eod.tt.* In causis sane liberalibus ij de quorum statu quæritur, de seipsis torquendi non sunt. *l.de minore.10.§.fin.ff.eod.tt.* Sexta exceptio est; Nisi seruus contra patrem, filiũ, maritum vel vxorem domini sui torqueatur. De hisce exceptionib. cum aliis similib. vide *supr.eadem regula,exc.4.replic.1.eiusq; duplic. item infr. regul. prox. exc.3.repl 1.cum sequentib.* Hactenus ergo de seruis, prima scil. regula quæstionis propositæ.

II. Regula, De libero homine. Liber homo regulariter torquendus non est. *l. ex libero.15.ff. de quæst.M.I.R.d.lib.1 cap.10.reg.23.except.1.* Huius exceptio prima esse videtur; Nisi de statu eius dubitetur, quæ tamen reprobatur *l. de minore. 10. §.fin.& l.si quis.12.ff. d.tt.* Secunda est: Nisi ideo manumissus sit, ne torqueatur. *l.1.§.si seruus.ff. eod.tt.* Tertia; Nisi obscuri sint, & in testimonio dicendo vel respondendo suspecti, tunc enim torqueri possunt. *Nouell.c.90.§.corroborantes.in fin. & § si eiusmodi. l.ob carmen. 21.§. si ea rei.ff. de testibus. M.I.P.d.cap.10.q.3.reg.9.M.I.R.d.cap.10.reg.13.& reg. 23.except.2.repl.1.* Quarta: Nisi in propria causa sit torquendus. Harum exceptionum generalis replicatio prima est: Nisi testes facto non interuenerint. *l.vnius.18.§.testes.ff.de quæstion.* Secunda: Nisi testis in testimonio perhibendo nõ vacillet, nec suspectus sit. *d.l.15.in pr.ff.d.tt.* Tertia: Nisi minor sit quatuordecim annis. *d l.15.§.1.& d.l.10.in pr.ff. d.tt.M.I.R.d reg.23 except.3.* Quarta: Nisi mulier sit, reprobatur *l.primum.C.eod.tt.* Quinta: Nisi mulier prægnans sit. *l prægnantis.3.ff. de pœnis. M.I.R d. reg.23.except.5.* Sexta: Nisi is qui torquendus est, de se cofessus sit, hic enim non debet torqueri in alium. *l.repeti.16.ff. de quæst. & l.vltim.§.fin. C. de accusationib.* Septima: Nisi in insulam sit deportatus. *l.diuus Pius.9.§.fin.ff.de quæstionib.* Octaua: Nisi miles vel veteranus sit, aut militis filius, approbatur simul & distinguitur *l.milites.8.in princ.C. d. tt.M.I.R.d.reg.23.except.8.* Nota: Nisi viri sint eminẽtes & clarissimi, horumq; liberi, item, nisi decuriones sint, decurionumve liberi. *l.seueram.10. C.de dignitatibus. l.diuo Marco.11. & l. decuriones. 16. cum l.seq.C.de quæstionibus.M.I.R.d.reg.23. except.10.* Huius duplicatio prima est: Nisi instrumentum quod decurio, cum adhuc tabellio esset, conscripsit, falsum dicatur: tunc enim quæstioni, quamuis decurio, subiacet. *l.si quis.21.C. ad l. Corneliam de falsis.* Secunda: Nisi ob magiam vel similes artes sit accusatus. *l.etsi.7.C.de maleficijs.* Plura de hac re vide *inf. lib. 3. cap.24.quæst.2.regul.16.* Decima replicatio est: Nisi clerici sint vel presbyteri, reprobatur quidem in clericis, approbatur autem in presbyteris, *l.presbyteri.8. C. de episcop. & clericis.M.I.P.d reg.9.except.1.M.I.R.d reg.23.except. 12.cum seq.* Vndecima, Nisi torquendus de domo sit accusatoris. *l. 1. §. quæstionem. ff.de quæstionibus.* Duodecima, Nisi torquendus libertus vel seruus sit eius pro quo est torquendus. *l.pridem.6. C.d.tt.* Decima tertia, Nisi torquendus inimicus sit eius contra quem est torquendus. approbatur certo modo *l.1.§.præterea.ff.eod tt.* Decima quarta, Nisi quis torquendus sit in eum, contra quem inuitus testimonium dicere non cogitur. *l.1.§. si seruus bona.ff.d.tt.& d.l.6.C.eod.tt.*

Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Nisi de crimine læsæ maiestatis agatur. quæ proponitur *l.de minore.10 in pr.ff.d.tt. l.si quis. 3. ibi: eum in huiusmodi.& l.nullus.4.C.ad l. Iuliam maiest. l. decuriones 16.in fin.C.de quæstion.* Hæc de secunda regula.

III. Regula, In crimine læsæ maiestatis non solum testes, sed etiam accusator, reus & instigator sunt torquendi. *d l.3.C.ad l.Iuliam maiest.* De ipsa quoq; rea muliere torquenda proponitur *l. primum.3.C.de quæstion.*

III. QVI QVÆSTIONEM habere & torquere debeant?

Hactenus, ex quibus causis, item qui, pro quibus, & aduersus quos torquendi sint, est dictum. Sequuntur nunc reliqui quæstionis habẽdæ loci.

Quæstionem ergo habere debet ipse iudex, siquidem cum magistratu est; sin autem sine magistratu est, assumere sibi debet loci defensorem. *Nouell.c.90.§.corroborantes, in fin.*

IV. QVIBVS PRÆSENTIbus quæstio habenda?

I. Regula: De præsentia clarissimorum virorum & patronis causarum, proponitur *l.custodias. 12.in pr.ff.de pub.iud.M.I.R.d.cap.10.reg.24.*

II. Regula: De præsentia accusatoris & sociorum, habetur *l.1.in prin.ibi: quod si accusator.C.de custod.reorum.*

V. QVANDO QVÆSTIO habenda est?

I. Regula, Statim exhibito reo, quæstio est habenda. *d.l.1.in prin.*

II. Regula: Etiam feriatis diebus haberi potest *d.l.12.ff.de pub.iudiciis.M I.R.d.cap.10.reg.23.*

VI. QVOMODO QVÆSTIO habenda est, & de officijs torquentis.

I. Regula, quæstionis modum iudicem arbitrari oportet; & tormenta adhibenda sunt, non quanta accusator postulat, sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderant. *l. quæstionis modum.7.& l.de minore.10.§.tormenta.ff.de quæstionib.*

II. Regula: Quæstionem habiturus non debet specialiter interrogare: vtpote, Lucius Titius homicidium fecerit? sed generaliter, quis id fecerit. *d.l.1.§.qui quæstion.M.I. .d.cap.10. regul. 35.* vbi etiam distinguitur.

III. Regula. Si vnius facinoris plures rei sint, à timidiore, iuniore, suspectissimo, & à quo facilime posse verum sciri iudex crediderit, incipienda quæstio est. *d.l.1.§.1.& l.vnius.18.in prin.ff.eod.tt. M.I.R.d.cap.10.reg.38.*

VII. QVOTIES QVÆSTIO habenda est?

Plus quam semel torqueri potest, *per ea quæ dicta sunt sup.quæst.1.except.5.*

VIII. EVENTVS TORturæ.

I. Regula, Vtrum quæstioni fides habenda sit, necne, est in arbitrio ipsius iudicis. *l.1.§.quæstioni ff.de quæstionibus.*

II. Regula, Vnde autem iudex arbitrari possit, definitur *l.de minore.10.§.plurimum.ff.eod.tt.*

III. Regula: Sane regulariter quidem quæstioni & confessioni fides habenda est. *l.edictum.8. ibi.quis & efficacissimas.ff.d.tt.M.I.R.d.c.10.re.39.* Cuius regulæ exceptiones & replicationes sunt ea quæ dicta sunt sup. *eod c.q 3.* item ea quæ dicentur *inf.lib.prox.c.19.& c.20.de testib.& confessis.* Sed & eius exceptio hæc est: Nisi tortus non satis constanter cõfessus sit, nec in eo perseuerauerit. hoc enim casu regulæ proximæ præcedentes maxime locum habere videntur. *M.I.R.d.reg.39 exc.1.* Item: Nisi tortus non simpliciter confessus sit, sed qualitate aliqua adiecta: puta, se defendẽdi sui causa homicidium fecisse. hoc enim casu confessio cũ sua qualitate est accipienda: estq; hæc cõmunis doctorum opinio. *M.I.R.d.re.39.exc.6.* Huius replicatio est; Nisi qualitas confessioni adiecta non sit probabilis, sed à reliquis circumstãtijs & negotij qualitatibus discrepet. *approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superiùs regula prox.M.I.R.d.exc.6. in fin.* Plures exceptiones vide *M.I.R.d.reg.39.*

IV. Regula; Seruis tortis & absolutis, duplum domino ab accusatore est præstandum. *l. omnis.6.C.de calumniatoribus.l vlt.ff .eod.11.& l. patre. 6.ff.de quæstionibus.* Huius exceptio est, Nisi seruus non in sua, sed aliena causa sit tortus, tunc enim non nisi simplum præstatur. *l. si postulauerit.27.§. fin.ff .ad l.Iuliam de adulter.*

DE CALVMNIATORIBVS, PRÆuaricatoribus & tergiuersatione accusatoris.

CAP. XVII.

Hactenus de actibus publicorum iudiciorum, seu officijs accusatoris, rei, & iudicis. Sequuntur nunc euentus & consequentia, quorum alia sunt reo absoluto, alia reo damnato, alia denique reo restituto & à pœna liberato. de quibus singulis ordine dispiciendum.

Euentus itaq; & consequentia reo absoluto proponuntur *l.1.in pr.ff.ad S.C.Turpill.* de quibus hoc capite tractabitur. *Accedit M.I.P.lib.1.c.11.in prin.*

PRIMO, DE CALVMNIA ACcusatorum, eorumq, pœna.

I. GENVS HVIVS IVDICII.

Hoc iudicium publicum non est. *l.palam.43.§. si qua calumniæ.ff.de ritu nuptiarum.*

II. CAVSÆ, EX QVIBVS CALVmniæ pœna irroganda sit.

Prima & principalis est: Si accusator fuerit calumniatus, quæ definitur *d.l.1.§.1.M.I.P.d.cap.11. de pœna calumniator.quæst.1.causa 1 M.I.R.lib.1.c.11.reg.1. cum seq.*

II. Causa: Si non probat accusator quod intendit. reprobatur *d.l.1.§.calumniatorib. & l.qui non probasse.3.C de calumniatorib.M.I.P.d.causa 1.*

III. Causa: Si temere accusauit. & hæc reprobatur *l.1.§ quæri potest.ff.ad S.C. Turpillian. M.I.P.d.quæst.1.causa 2.*

IV. Causa: Si in fraudem alicuius librum, vel testimonium, aliudue quid conquisiuisse, vel conscripsisse, vel in iudicium protulisse dicatur. proponitur *l.ab accusatione.6.§.fin.ff.d.tt.* Hactenus causæ enumeratæ sunt, quarum duæ approbantur, duæ reprobantur. Prima autem & principalis est: Si accusator fuerit calumniatus. cuius exceptiones nunc proponendæ, eiusque definitio penitus cognoscenda est.

I. Exceptio: Nisi per iustum errorem accusauit falso. *l.1.§.calumniatoribus.ff.ad S.C. Turpill. M.I.P.d.quæst.1.except.1.*

II. Exceptio: Nisi inconsulte accusauit. *d.l.1.§.quæri potest.*

III. Exceptio: Nisi alieno nomine & mandato alterius accusauit. reprobatur *l.nostris.8. C.de calumniatoribus.*

IV. Exceptio: Nisi tutor & curator in causa pupilli accusauerit. *l.2.in fin. C.qui accusare non possunt.* Huius replicatio est: Nisi euidens sit calumnia tutoris vel curatoris. *l.2. C.de his quibus vt indignis.*

V. Exceptio: Nisi liberorum mortem vindicauit. *l.generi.14.ff. de publicis iudiciis, & l.2. C.de calumniatoribus.*

VI. Exceptio: Nisi patris mortem vindicauit filius. *l.calumniæ.4.C.eod.tt.*

VII. Exceptio: Nisi hæres testatoris mortem vindicet. *d.l.2.*

VIII. Exceptio: Nisi in priuatis & extraordinarijs criminib. sit calumniatus. *l.qui calumniatores.5.C.d tt.l.si quis.7.§.fin.ff.ad S.C.Turpillian.* Plane hoc casu calumnia extra ordinem punitur. *l.& in priuatis.ff.3.eod tt.*

IX. Exceptio: Nisi abolitio petita sit vel interuenerit. reprobatur *l.fallaciter.9. C.de calumniatorib & l.senatus.15.in prin.ff. de iure fisci. Vide insuper inf.hoc cap.de tergiuersatione,q.2.except.22.repl.4.*

X. Exceptio: Nisi accusator serui, acculati nomine duplum præstiterit. reprobatur *l.vltim.ff.de calumniatoribus.*

XI. Exceptio: Nisi de causa accusationis pronunciatum sit, nulla calumniæ mentione facta. *l.1.C d.tt.l.1.§.calumniatoribus.ibi.quorum alterutram. ff.ad S.C.Turpill.*

XII. Exceptio: Nisi iudex pronunciauerit ita, Calumniatus es: non adiecta pœna. reprobatur *d.§.calumniatoribus.ibi: & quamuis.*

XIII. Exceptio; Nisi iure mariti vel patris adulterij accusationem instituerit. reprobatur *l. is cuius.14.§.fin.& l.pater.30.ff.ad l.Iuliam de adult.*

XIV. Exceptio: Nisi minor 25. annis accusauerit. *l.si maritus. 15.§. lex Iulia. ibi: Jane si iuuenili. ff.d.tt.*

III. QVIBVS POENA CAlumniæ irroganda?

De eo qui mandauit, proponitur *l. non tantum. 24.ff.de iure fisci.*

IV. QVOMODO ET QVANDO irrogetur pœna?

Reo absoluto, iudex incipit de accusatoris consilio quærere, qua mente ductus ad accusationem processerit: & siquidem iustum eius errorem reperit, absoluit eum; si vero in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat. *l.1.§.calumniatorib.ff.ad S.C.Turpill. M.I.R. d.cap.11.reg 3.* Postquam de accusatione proposita iudicatum est, non peculiare iudicium de calumnia instituitur. *l.1.C.de calumniatoribus.*

V. QVO IVRE CALVmnia puniatur?

Lege Rhemnia. *l. 1.§.calumniatoribus.ff.ad S.C. Turpill.M.I.P.d cap.11.de pœna calumniat.quæst.2.*

VI. QVÆ POENA SIT IRroganda, & adfinia eius remedia.

I. Regula: Eadem pœna calumniator puniendus est, qua reus punitus esset, si esset damnatus. *l.vlt.& l.non prius.7.C.de calumniatorib. l. accusationis.17.in prin.ibi.nec impunitam.C.de accusationib.l.si quis.7.in pr.C.ad l.Iuliam de vi publica.M.I.P.d.c.11. de pœna calumniat.quæst.3.reg.1.M.I.R.d.c.11.reg.4.*

II. Regula: Si seruus per calumniam accusatus & tortus est, dupli æstimatio domino serui præstanda. *de quo sup.cap.prox quæst.8.reg 4.*

III. Regula: Si ob accusandum pecuniam accepisse dicatur, in quadruplum actio competit. *de quo ff.de calumniatoribus.*

IV. Regula: In priuatis & extraordinarijs criminibus, calumniosi extra ordinem puniuntur pro qualitate admissi. *l.& in priuatis.3.ff.ad S.C. Turpill.*

SECVNDO, DE PRÆuaricatoribus.

Alterum crimen accusatorum, reo absoluto, est præuaricatio: de qua cum suo iudicio nunc tractandum.

I. Diuisio huius iudicij in publicum & moribus inductum, proponitur *l.præuaricationis.3.ff.de præuaricatoribus.l.palam 43.§.si qua calumniæ.ff.de ritu nuptiarum.*

II. CAVSA HVIVS IVDICII.

Si accusator præuaricatus sit. *l. 1. in prin.ff.ad S.C.Turpill.M.I.P.d.cap.11.de pœna præuaricator.quæst.1.in prin.M.I.R.de c 11.reg.6.* Declaratur hæc causa definitione præuaricationis *d.l.1.§.1.& §.præuaricatorem.l.1.ff.de præuaricatorib.l.athletas.4.§.præuaricator. ff.de his qui notantur infam, l. præuaricatores. 212.ff. de verb.signif M.I.P.d.q.1.in prin.* Propositæ causæ exceptio prima est: Nisi non in publico iudicio, sed in priuato fuerit præuaricatus. *l.1 § 1 autem. ff.de præuaricatorib. M.I.P.d.q.exc.1.* Secunda: Nisi is præuaricatus sit, de cuius calumnia agi prohibetur. reprobatur *l.si is.4.ff.d.tt.* Tertia: Nisi non ipse accusator, sed aduocatus præuaricatus fuerit. *l.1.§.fin.& l.præuaricationis.3.§.quod si aduocato. ff. d.tt.M.I.P.d,q.1.exc,2.M.I.R.d.reg.6.in fine.& lib.2.c.3. quæst.2.reg.5.*

III. Quid

III. QVID VENIAT IN HOC iudicium, seu quæ pœna præuaricationis?

Huius criminis pœna extraordinaria est. *l.2.& l.ab Imperatore.60 ff.eod.tt. M.I.P.d.c.11. de pœna præuaricator.quæst 2.*

IV. EVENTVS HVIVS IVDICII.

I. Regula: Si accusator præuaricationem non probauerit, fit infamis. *l.1.in fin.C.de aduocatis diuers.iud.*

II. Regula: Reus præuaricationis damnatus, fit infamis. *l.si u.q.ff.de præuaricatoribus.*

III. Regula: Præuaricationis conuictus, postea ex lege non accusat. *l.accusator.5.ff.d.tt.*

IV. Regula: Si præuaricatum sit, reus repeti potest, *per ea quæ habentur sup.cap.13.exc.15.repl.2.*

POSTREMO, DE TERGIVERsatione accusatoris.

Tertium crimen accusatorũ est, tergiuersatio: cuius accusatio atq; iudicium nunc tractabitur.

I. GENVS HVIVS IVDICII.

Priuatum est, non publicum. *l.præuaricationis.3. §.fin.ff.de præuaricatoribus.*

II. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

Prima & principalis est: Si accusator sit tergiuersatus. *l.1.in pr.& l.in senatusconsultum.15. in pr.ff. ad S.C.Turpill.M.I.P.d.c.11.de pœna tergiuersator.q.1.in pr.M I.P d.c.11.reg.7.* vbi etiam distinguitur. Hæc causa declaratur *d.l.1.§.1.& §.si quis.l. res quæ.22 §. fin.ff.de iure fisci M.I P.d.quæst.1.in prin.*

II. Causa: Si cum aduersario de compositione criminis locutus est accusator. *l. ab accusatione. 6.in prin.ff.ad S.C.Turpill.& l.qui explicandi.10. C. de accusationib.M.I.R d.c.11.reg 8.*

III. Causa: Si intra præfinitum à præside tempus accusator accusationem non peregerit. *d.l 6.§.destitisse.ff.ad S.C.Turpill.l.1.& 2. C.vt intra certum tempus criminalis quæst.terminetur.*

IV. Causa: Si accusator sit absens. *l. 1. ibi: vel quod est contumacius.C.d.tt.* Sed & vide de hac causa *inf.eod.cap.quæst. 5.* Nunc exceptiones harum causarum ordine sunt proponendæ.

I. Exceptio: Nisi destitit, non destitit in totum accusator. *l destitisse.10.ff.de iudicijs.d.l.6.§. animo.& l.destitisse,13 ff.ad S.C.Turpill.l.in executionib.6. C eod.tt.M.I.P.d.q.1 except.1.*

II. Exceptio: Nisi errore lapsus, postea cognita veritate noluit in improba lite perseuerare. *d.l 10.in fine.ff.de iudicijs. l. senatus. 15. in prin.ff.de iure fisci.l.2.in princip.C.de abolitionibus. M. I. P. d. q.1. except. 2.* Huius replicatio est: Nisi abolitionem non petierit. *approbatur per ea quæ habentur inf. except.8.*

III. Exceptio: Nisi reus mortuus sit. approbatur simul & distinguitur *l.in senatusconsultum.15. §.si propter.ff. ad S.C.Turpill.l.2. C.si reus vel accusator mortuus fuerit.* Huius replicatio est: Nisi tale crimen sit, cuius accusatio aduersus hæredes durat. *d.l.15.& d.l 2.* Altera: Nisi accusator ante mortem rei destiterit, *d.§.si propter.ibi: cæterum.*

IV. Exceptio: Nisi accusator sit mortuus. *l. duo fratres.19.ff.de accusationib.*

V. Exceptio: Nisi pupillus, cuius nomine accusationem instituerat, mortuus sit. *l.diuus Hadrianus.14.ff.ad S.C.Turpill.*

VI. Exceptio: Nisi accusator mandatorem sibi subtractum queratur. *l.res quæ.22.§. fin.ff. de iure fisci.* Huius replicatio est: Nisi initio accusationis mandatoris mentionem nullam fecerit. *l.de eo.23. ff.eod.tt.*

VII. Exceptio: Nisi & alios reos accusator habeat. *l.duo fratres,19.ff.de accusationib.*

VIII. Exceptio: Nisi accusator præscriptione aliqua ab accusatione remoueri possit. approbatur simul & distinguitur *l.1.§.si accusationem, cum seqq.& l.quærebatur.11.ff.ad S.C.Turpill.* Huius replicatio est: Nisi abolitionem non petierit. *de qua inf.dicetur.*

IX. Exceptio: Nisi mulier ab accusatione desistat. *l.mulier.4.in prin.ff. ad S.C.Turpill.* Huius replicatio est: Nisi turpiter pacta sit. *l si fœmina 5. C.eod tt.*

X. Exceptio: Nisi ex iusta causa absit. *l inter accusatorem,10.& l.accusatore.13.§.fin. ff. de publicis iudiciis.*

XI. Exceptio: Nisi ob iudicis occupationes, vel aliam iustam causam, accusationem intra statutum tempus finire non possit. *l.in senatusconsultum.15.ff.ad S.C.Turpill.*

XII. Exceptio: Nisi iudicium priuatum fuerit, non publicum, à quo destitit. *l.1.C.d.tt. l.si quis. 7.§.fin.ff.eod.tt.*

XIII. Exceptio est; Nisi à suspecti tutoris postulatione destitit. *l.1.§.suspecti.ff.d.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi ab extraordinario iudicio destitit. reprobatur *d.l.35.§.an ad eos.ff. ad S.C. Turpill.*

XV. Exceptio: Nisi ab accusatione S. C. Turpill. destitit. *l.1.§.item si dicat.ff.eod.tt.*

XVI. Exceptio: Nisi nunciator fuerit qui destitit, non accusator. reprobatur *l.ab accusatione. 6. §.nunciatores ff.d.tt,t.22.§.fin.ff.de iure fisci.*

XVII. Exceptio: Nisi nondum causa ordinata destitit. approbatur simul & declaratur *l.1.C.d. tt.M.I.P.d.q.1.exc.5.* Exemplum proponitur *l. quæsitum est.5.ff.eod.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi post latam sententiam destitit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur, verum eius replicatio est: Nisi à sententia fuerit prouocatum. *l.1.§.fin.ff.ad §.C.Turpill.*

XIX. Exceptio; Nisi de calumnia eius qui destitit, queri non possit. *l.in senatusconsultum.15.§.eos. ff.d.tt.*

XX. Exceptio; Nisi postea rursus accusare sit paratus, reprobatur *d.l.15 §.si propter, in fin.*

XXI. Exceptio; Nisi permissu Imperatoris destitit. *l.destitisse.13 ff.eod.tt,M.I.P.d.q.1.except.3.*

XXII. Exceptio; Nisi abolitione petita vel interueniente destitit, & de abolitionib. *l.si interueniente. 12.ff.eod.tt,l.2.§. nisi forte. C. vt intra certum tem.crim.quæst.term.M.I.P.d.q.1.except.4.* Declaratur hæc exceptio *l.abolitio.8.cum sequentibus.ff. ad S.C. Turpill. M.I.R.libr.1.cap.7.except.35. in princip.* Replicatio prima est; Nisi crimen læsæ maiestatis, patriæ expugnatæ, peculatus, aut simile in iudicium sit deductum. huic enim abolitio non competit. *l.fallaciter.3.§.fin.C. de abolitionibus.l.nemo.3.C.de episcopali aud.* Præterea ad replicationem propositam pertinet etiam falsi crimẽ.

l.Lucius.

l.Lucius.17 ff.ad S C.Turpill.M.I.R. d.except.35.repl.1. Hæ leges loquuntur de publica abolitione. Videtur ergo, priuata abolitione omne omnino crimen aboleri posse, quod duplicationis loco notandum. Secunda replicatio est: Nisi accusator pecunijs à reo corruptus, vel per deceptionem abolitionem petijt. *l 2.§.fin autem.C. de abolitionib.* Tertia: Nisi fallam causam allegando, abolitionem impetrauit accusator: veluti dicendo, causam esse pecuniariam, cum esset criminalis. *l.vlt.§.fin.ff ad S C.Turpill.* Quarta: Nisi fallaciter & calumniose accusauit. *l. fallaciter.3. in prin. C.de abolitionibus. l.fallaciter.9. C. de calumniatorib.* Quinta: Nisi inuito aduersario abolitionem petierit accusator. *l.imperatores.18 in prin.& §.1.ff. ad S.C.Turpill.* Huius duplicatio est: Nisi reus nullam iniuriam corporalem passus fuerit. *d.l.3.* Cuius triplicatio proponitur ibidem: Nisi non intra triginta dies, postquam reus custodiæ traditus est, sed post triginta dies, abolitio sit petita. Sexta replicatio est: Nisi testes qui torti sunt, abolitioni non consentiant. *d.l.3.§.quod si ingenuorum.* Septima: Nisi seruus reus fuerit. *l.Domitianus.16. ff.ad S. C. Turpill.* Octaua: Nisi non omnium criminum, vel omnium reorum abolitio petita sit. *l.1.§.plura.ff.d.tt.l.vim passam.39.§.duos.ff.ad l. Iuliam de adult.M.I.P.d.except.4.repl.1.* Nona: Nisi causa non cognita, abolitio sit indulta. *l.2.in princ. C.de abolitionibus.* Decima: Nisi absente aduersario abolitio sit petita. *d.l.2.* Vndecima: Nisi non pro tribunali, sed de plano sit impetrata abolitio. *l.1. §.abolitio.ff.eod.tt.M.I.P.d.except.4 repl.2.* Duodecima: Nisi à non competente iudice abolitio sit impetrata. *l.2.in princ.C.de abolitionib.* Quis autem sit iudex competens, declaratur *d.l.1.& l.abolitionem.16.C.ad l.Iuliam de adult.* Hactenus replicationes exceptionis propositæ sunt enumeratæ. reliqua abolitionis iura vide *sup.cap.12.q.5.exc.16.item c.13.exc.16.* Plane harum replicationum duplicatio generalis est: Nisi quis suam suorumue iniuriam persequatur, vel cognatos suos accuset, *l.2. §.fin.C.de abolitionib.l.quamuis.30.in pr.ibi: sed & his personis.C.ad l.Iuliam de adulteriis.* Quæ ergo sint exceptiones aduersus actionem ex S. C. Turpilliano descendentem, de tergiuersatione accusatoris ex ijs quæ hactenus sunt proposita, patet.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane istarum exceptionum replicatio generalis est: Nisi abolitio non sit petita, nec impetrata, tunc enim, quamuis accusator errore lapsum se dicat, vel eum cuius nomine accusationem instituerit, mortuum esse, vel sibi accusanti exceptionem obstare, vel aliam similem exceptionem opposuerit: tamen si abolitionem non petierit & impetrauerit, proposita actione tenetur. *l.1.§.si accusationem.ibi: contrario mouet.& vers.fin. ff.ad S.C.Turpill.l abolitionem.16.§.1. C. ad l. Iuliam de adulter.l.vim passam 39.§.duos.ff.eod.tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi mulier accusans præscriptione remoueri possit. huic enim non est opus petere abolitionem. Secunda: Nisi minor annis accusans destiterit: nam & huic non est opus specialiter petere abolitionem. hæ duæ duplicationes approbantur *d.§.si accusationem.* Tertia: Nisi publica abolitione crimen sit abolitum: tunc enim priuata non videtur esse opus, *ex l.abolitio.8.cum ll. sequentibus.ff.ad S.C.Turpill.* Quarta, Nisi propterea destitit accusator, quia vel mortuus sit, vel ex alia iusta causa impeditus. tunc enim ipso iure crimen aboletur. *l.aut priuatim.10.in prin.ff.d.tt.*

III. ADVERSVS QVOS COMPETAT ex tergiuersatione actio?

De fideiussore accusatoris proponitur *l. 2. C. ad S.C.Turpillianum.*

De eo qui accusatorem submisit, instigauit, instruxit, aut ei mandauit: & de ipso accusatore habetur *l.1.§.incidit in hoc.l.in senatusconsultum. 15. in prin.ff.eod.tt.l.seruus.34.§.fin.ff.de pœnis. l. non tantum.24.ff.de iure fisci.*

IV. APVD QVEM COMPETAT?

Apud præsidem prouinciæ. *l.1.§.suspecti.ibi, item dicat.ff.ad S.C.Turpill.* Apud procuratorem Cæsaris non competit. *l.procurator.3.C.vbi causæ fiscales, &c.*

V. QVID VENIAT IN HANC actionem?

1. Regula: Ex S.C. Turpilliano pœna est quinque librarum auri. *l.præuaricationis.3.§ fin.ff.de præuaricator.*

II. Regula: Punitur item quarta bonorum parte. *l.1 C.vt intra certum temp.crim.quæst. ter.*

III. Regula: Item exilio punitur, si persona sit humilis. *l.2.C.eod.tt.*

IV. Regula: Etiam extra ordinem punitur, & sumptus restituere cogitur. *l qui crimen.3.§.fin.C. qui accusare non poss.*

V. Regula; Interdum grauius puniendus accusator, quam pœna S.C. Turpilliani. *l.absentem.5. §.in accusatorem.ff.de pœnis.*

VI. EVENTVS HVIVS IVDICII.

I. Regula; Damnatus fit infamis. *l.1.in fin.C. ad S.C.Turpill.l.1.in fi.C.vt intra cert.tem. crim.quæst. ter.M.I.R.d.cap.11.reg.9.*

II. Regula: Qui destitit, amplius agere & accusare prohibetur, *per ea quæ dicta sunt sup.c.12.quæst. 5.except.18.*

VII. ADFINE REMEDIVM.

Si ob negocium non faciendum pecuniam accepisse dicatur, in quadruplum aduersus eum actio competit. *de qua ff.de calumniatoribus.*

DE EXECVTIONE SENTENTIÆ reo damnato.

CAP. XVIII.

HActenus euentus publicorum iudiciorum tractati sunt, reo scilicet absoluto: nunc euentus tractandi sunt reo damnato. Inter quos primum locum obtinet sententiæ executio. Sit igitur prima huius capitis quæstio:

I. AN SENTENTIA EXEquenda reo damnato?

Regulariter quidem exequendam eam esse, non dubitatur. *M.I.P.lib.1.cap.12.de executs.sententiæ, quæst.1.in prin.M.I.R d.cap.11.regul.11.* verum eius regulæ exceptiones dispiciendæ sunt.

I. Exceptio; Nisi is damnauit, cui ius damnandi non est. *l.2.§.fi.ff.de pœn. l. si qua pœna, 244. §.at mulctæ, in fi.ff.de verb.sig.M.I.P.d.q.1.exc.1. M.I R.d.reg. 11.exc.1.* Hoc igitur loco sciendum est, quibus ius damnandi & pœnæ irrogandæ competat: quod quamuis supra pro parte sit dictum, *nimirum c. 12. quæst.8.* tamen non omnis pœna à quouis iudice potest irrogari. Hoc ergo hic explicandum est.

De vl-

De vltimo supplicio. Hac pœna magistratui municipali damnandi ius non competit. *l.magistratibus.12.ff.de iurisdictione.*

Ius deportandi quibus competat, definitur *l. 2.§ constat ff.de pœnis.l.inter pœnas.6.§.1. ff. de interdictis & releg.l 1.§.relegandi.ff.de off.præfecti vrbi. M.I.R. d.except.1.vers.ius item deportandi.*

Ius relegandi præsidi prouinciæ competit. Approbatur simul & distinguitur *l.relegatorum.7.§.1. ff.de interd.& releg.at.* Huius exceptio est: Nisi in aliam insulam, quam sub se habet, relegauerit. *d.§. 1.& §.sicut autem.* Porro procuratori Cæsaris ius relegandi non competit. *l.2.C.de pœnis.*

De iure in metallum damnandi. Hoc ius præfecto vrbi competit. *l.aut damnum 8.§.præfecto.ff.de pœnis.* Item præsidi prouinciæ competit. *l.illicitas. 6.§ penult.ff.de off.præsidis.*

De iure confiscandi seu bona publicandi: cui competat, definitur *l. vnica. C.ne sine iussu principis certis iud.li.eat confiscare.M.I.R.d.except.1.vers.ius etiam confiscandi.*

De iure mulctæ dicendæ: quibus competat, definitur *l.2.§.fin.ff de iudicijs.l.aliud est fraus.131.§. fin ff.de verbor.sign f.l.2.cum seq.C.de modo mulctarum. M.I.R.d.exc.1.vers de iure mulctæ.* Quantam autem mulctam indicere possint ij, quibus dicendæ eius ius est, dictum *sup.c.14. de reliquis circumstantijs & qualit.&c.reg.11.except.2.*

De iure verberandi, degradandiue senatores ac decennarios, proponitur *l.1.in pr.C.de priuilegiis scholarum.l.scholarium.3.C.de officio magistri off.*

De iure puniendi in genere. Procurator Cæsaris ius pœnæ constituendæ non habet. *l.curatores.3.in prin.ff.de offic.procur.Cæsar.*

II. Exceptio: Nisi à sententia sit prouocatum. *l.2.§.cum accepimus.ff.de pœnis. l. relegatorum. 7. §. his qui relegantur.ibi: relegatum plane.ff.de interdictis & relegatis.l.non tantum.6.ff de appell. l.addictos. 29. & l.si quis.30.C.eod.tt.l addictos 6.§.fin.C.de episcopali audientia.M.I.P.d.q.1.exc.3.M.I.R.d.reg.11.except.2.* Huius replicatio prima est: Nisi reus crimen vltro sit confessus. *l.2.C.quorum appellationes non recipiuntur. l.si qua pœna.244.in prin.ff de verbor.signif.M.I.P.d.exc. 3.repl.1.M.I.R d except.2.repl. 1.* Cuius duplicatio prima est: Nisi mulcta dicta sit, non pœna capitalis. tunc enim quamuis confessus sit, prouocatio est. *d.l.244 in prin.* Secunda: Nisi tormentis coactus, sit confessus. *d.l.2.C.quorum appell.&c.* Secunda replicatio est: Nisi quis vim fecerit, vnde homo sit interemptus. *l.quoniam.6.in fin.C.ad l.Iuliam de vi pub.* Tertia: Nisi raptus crimen sit, de quo sententia est lata. *l.vnica.§.quibus etsi.C.de raptu virginum.* Quarta: Nisi damnatum statim puniri publice intersit. *l.constitutiones.16.ff.de appell.* Quinta videtur: Nisi alius, non damnatus appellet. sed reprobatur *l.non tantum. 6.ff.de appell.* Plura de exceptione proposita vide *M.I.R.lib.2. cap. 17. reg.1. except.14.*

III. Exceptio; Nisi sententia sit mutata & rescissa. approbatur ipso iure, siquidem iudex appellationis, sententiam mutauit ac rescidit, vel Imperator pœnam remisit: *de quo inf.dicetur.* alioquin si ipse qui sententiam tulit, postea eam mutauit, reprobatur *l.diui fratres.27.in prin.ff.d e pœnis. l.pœnam 15.C.eod.tt. Item concordant ea quæ dicentur inf.c.21.q.2* Huius igitur exceptionis replicatio est: Nisi is qui sententiam tulit, eam mutauerit. hoc enim non licet. Cuius duplicatio est: Nisi legitima subsit causa. approbatur exemplo *l.illicitas 6.§ fin.ff.de off præsidis.*

IV. Exceptio: Nisi damnatus de se mentitus sit, petatq; in integrum restitutionem. *l. diui fratres.27.in prin.ibi: si tamen de se.ff.de pœnis.*

V. Exceptio: Nisi postea alia probationum instrumenta reperiantur. *d.vers.si tamen de se.*

VI. Exceptio: Nisi tempus illud, quod exilio destinatum erat, in carcere vel custodia impleuerit. *l.omnes.23 C.de pœnis.*

VII. Exceptio: Nisi tempus pœnæ finitum sit. *l.fratres.33.ibi: quia temporaria.ff.de pœnis.l.3.in fin. C.de causis ex quibus inf.im.irrog.l.rectores.24. C.de pœnis.l.Imperator.8.ff.de postulando.*

VIII. Exceptio: Nisi in metallum damnatus, operi faciendo inutilis deprehendatur. *l.in metallum.22.ff.de pœnis.*

IX. Exceptio: Nisi mulcta indicta ex facultatibus damnati redigi non possit. *l.illicitas.6 §.fin ff. de off præsidis.M.I.R.d.reg.11.exc.13.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup.c.14.item c.15.de actibus & officijs iudicis, actu 2.*

II. QVANDO SENTENTIA exequenda?

Regulariter statim exequenda est. *l.1.in prin.C. de custodia reorum.* Huius exceptio prima est: Nisi princeps rescripsit reum damnandum: tunc enim pœna per triginta dies est differenda. *l.si vindicari.20.C.de pœnis.M.I.P.d q.1.exc.4.M.I.R.d.reg.11. exc.20.* Secunda: Nisi damnatus, prius res suas velit componere. *l. 2. §. ei vero.C.de exhibendis reis.* Sed hæc lex loquitur de reo nondum damnato. Tertia; Nisi seruo damnato, dominus rationes ab eo fieri dari desideret *l.1.C.de bonis proscriptorum. M.I.R.d.rep 11.except.5.* Quarta: Nisi mulier prægnans damnata sit. *l.prægnantis.3.ff.de pœnis.l.Imperator. 8 ibi: & solitum esse.ff.de statu hominum. M. I. R.d. reg.11.exc.21.* Quinta: Nisi damnatus dicat, se habere quod principi referat *l.si quis.6.in pr.ff. de pœnis.M.I.R.d.reg.11.exc 28.* Sexta: Nisi ex damnato in alios quæstio sit habenda. *l. qui vltimo.29. in fin. ff.de pœnis.* Septima: Nisi clericus damnatus nondum sit degradatus. *Nouell.83.§.illud palam est. M.I. R.d.quæst.1.except.5.*

III. QVÆ ET QVANTA DAmnato pœna sit irroganda?

I. Regula: Si pœna in sententia non sit expressa, legis pœna est irroganda. *l 1 §.calumniatoribus.ibi & quamuis.ff.ad S.C.Turpill.M.I.R.d.cap.11.regul.12.*

II. Regula: Si pœna in sententia non adiecta, alia lege alia pœna statuatur, mitior lex erit sequenda. *l.si præses.32.ff.de pœnis.*

III. Regula: Si sine temporis præfinitione damnatus sit reus, vel in metallum, vel in vincula, &c. decennium præfinitum esse censetur. *l.sine præfinito.23.ff.eod.tt.* Cui contradicere videtur *l.seruus.10.C.eod.tt.*

IV. VBI EXECVTIO SENtentiæ fieri debeat?

Ibi puniendus latro, vbi deliquit. *l. capitalium 28.§.famosos.ff.de pœnis, M.I.R.d.cap.11.reg.18.exc.1.*

V. QVO-

V. QVOMODO FIERI debeat executio?

Si quis ad mortem damnatus est, quomodo interficiendus vel non, definitur *l. aut damnum.* 8. §. 1. *ff. de pœnis.*

VI. EVENTVS ET CONsequentia.

I. Regula, De cadaueribus punitorum sepeliendis *M.I.R. d. cap.* 11. *reg* 30. Quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt. *l. 1. & l. corpora* 3. *ff. de cadauerib. punitorum.* Huius prima exceptio est: Nisi ex causa læsæ maiestatis vel simili damnatus fuerit. *d. l.* 1. §. *nonnunquam.* Secunda: Nisi corpus fuerit exustum. reprobatur *d. l.* 1. §. *fin.* Tertia: Nisi non fuerit petitum neque permissum, *d. l.* 1. §. *hodie. l.* 2. *ff. eod. tt. M.I.R. d. reg.* 30. *except.* 1.

II. Regula, De pœnis damnatorum, qui sententiæ non obtemperant, proponitur *l. capitalium.* 28. §. *in exulibus. l. relegati.* 4. *& l. aut damnum.* 8. §. *inter eos qui, in fin. ff. de pœnis.* Sed & similis pœna proponitur *d. l.* 8. §. *quisquis.*

III. Regula, De relegatis commeatum remeatumque non concedendo sine permissu principis, proponitur *d. l.* 4. *in fin. & l. ad bestias.* 31. §. *fi. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De pœnæ remissione, proponetur *inf. cap.* 21.

DE PVBLICATIONE bonorum.

CAP. XIX.

I. CAVSA PVBLICATIONIS bonorum quæ sit?

REo damnato, regulariter bona eius iure antiquo publicabantur. *l.* 1. *in pr. ff. de bonis damnatorum. l. eum qui.* 3. *in princ. ff. de interdictis & relegat. & l. ademptis.* 5. *C. de sententiam passis. M.I.R. d. c.* 11. *reg.* 32. *in prin.* Hoc ius mutatum est iure nouo. *de quo inf. in fin. capitis dicetur.* Sed & aliæ publicationis bonorum causæ erant olim, *de quibus inf. eod. capite except.* 7. Nunc exceptiones propositæ causæ videamus.

I. Exceptio: Nisi damnatus vitam & ciuitatem retineat. *d. l.* 1. Exemplum proponitur *l. deportatorum.* 8. *C. de pœnis. l. ea sola.* 97. *ff. de reg. iuris. l.* 1. *ff. de interdictis & releg.* Concordant item exemplo proposito ea quæ dicta sunt *sup. cap.* 14. *q.* 4. *de exilio.* Huius exceptionis, quoad relegatos, replicatio est: Nisi relegatis specialiter bona sint ademta. *d. l.* 8. *C. de pœnis.* Cuius duplicatio est: Nisi ad tempus fuerit relegatus. *l. relegatorum.* 7. §. *ad tempus. ff. de interdictis & relegatis. l. relegati.* 4. §. *fin. ff. eod. tt. l. bona.* 39. *in prin. ff. de iure fisci.*

II. Exceptio: Nisi seruus vel filius familias sit damnatus. *l.* 1. *ff. de bon. damnatorũ. l. si filius.* 3. *C. d. tt.*

III. Exceptio: Nisi decurio sit damnatus. *l. quando.* 10. §. *decurioni. C. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi damnatus liberos habeat. *l. cum ratio.* 7 *in prin. ff. de bon. dam. l. si quis.* 9. §. *quod vero. ibi: vt illud quoq; addatur, vtrum filios habeat qui damnatus est. C. d. tt. M.I.R. d. c.* 11. *reg.* 34. *exc.* 1. Huius replicatio prima est: Quod quamuis damnatus liberos habeat, tamen non in solidum bona damnati ad eos pertineant, sed dimidia illorum pars nihilominus publicetur. *d. l.* 7. *ibi: ex ea portiones concessas haberent. & d. l.* 10. *in prin. C. eod. tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi damnatus plures liberos habeat: tunc enim omnia remanent apud liberos, nihil ad fiscum peruenit. *d. l.* 7. §. *si plures. ff. de bonis damnatorum.* Altera: Nisi damnatus decurio sit. tunc enim vniuersa bona ad liberos pertinent. approbatur simul & distinguitur *l. quando.* 10. §. *decurioni. C. d. tt.* Hæc de prima replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Secunda replicatio est: Nisi liberi tempore damnationis nondum fuerint nati. reprobatur *l.* 1. §. *etiam hi. ff. d. tt. d. l.* 10. *in prin. ibi: idem est etiamsi posthumos dereliquerit. & §. decurioni, ibi: etsi ea necdum procreata est. C. eod. tt.* Tertia: Nisi liberi ex iniustis nuptijs sint procreati. *l.* 1. §. *liberis autem. ff. de bonis dam.* Quarta: Nisi adoptiui sint liberi. reprobatur sub conditione *l. cum ratio.* 7. §. *ex bona. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi non omnia bona damnato auferantur, sed pars tantum, *l.* 1. §. *fin. ff. d. tt.* Sexta: Nisi maiestatis crimine sit damnatus. *l. quando.* 10. §. *fin. C. eod. tt. l. quisquis.* 5. *& l. vlt. C. ad l. Iuliam maiest. Nou. c.* 134. §. *fi.* Huius duplicatio est in bonis libertorum, quæ damnatorum liberis conseruantur. *l. eorum.* 9. *ff. ad l. Iuliam maiest.* Septima replicatio est: Nisi mater sit damnata, non pater. *l. de bonis.* 6. *C. eod. tt.*

Ad quos liberos pertineat pars bonorum damnati?

I. Regula, De liberis qui sunt in potestate, & emancipatis, proponitur *l. si deportatus.* 8. *C. de bon. proscript.*

II. Regula, De filijs & filiabus decurionis damnati, habetur *l. quando.* 10. §. *decurioni. C. d. tt.*

III. Regula: De liberis illegitimis, posthumis & adoptiuis, vide *paulo superius repl.* 2. 3. *& 4.*

Quorum bonorum pars ad liberos pertineat?

Huius loci regula proponitur *l. cum ratio.* 7. §. *fin. ff. de bon. damnat. Nou. c.* 134. §. *vt autem non solum. ibi. exceptis iis.*

V. Exceptio: Nisi damnatus ascendentes habeat, vel vxorem. *d. const.* 134. §. *vt autem non solum. & §. præterea.*

VI. Exceptio: Nisi damnatus pœna fuerit liberatus. reprobatur *per ea quæ dicentur inf. capite* 21. *quæst.* 3. *reg.* 2.

VII. Exceptio: Nisi reus non fuerit damnatus: tunc enim, quamuis in reatu decesserit, ipsius bona non publicantur. *l.* 2. *ff. de bonis damnatorum. l.* 2. §. *finali. ff. de bonis eorum qui ante sententiam mortem, & c. l. qui rei.* 3. §. *sic autem. versi. fin. ff. eod. tt. l.* 2. *C. de bonis eorum qui mortem sibi consciu. l. vlt. C. de iure fisci. l. in fraudem.* 45. §. 1. *ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi crimine læsæ maiestatis reus decesserit. *l.* 2. *C. de bon. eor. qui mort sibi consciuerunt. l. ex iudiciorum.* 20. *ff. de accusationibus. l. vlt. ff. ad l. Iuliam maiest.* vbi & huius replicationis distinctio habetur, de qua *sup. capit.* 13. *except.* 10. *repl.* 1. Secunda: Nisi ex l. repetundarum reus fuit. *d. l.* 20. Tertia: Nisi pendẽte appellatione fuerit mortuus reus. *de quo vide sup. cap.* 13 *except.* 10. *repl.* 3. Quarta: Nisi reus, postquam de pœna Imperatori scriptum est, decesserit. reprobatur *l.* 2. §. *si is. ff. de bon. eorum qui ante sen.* Quinta: Nisi reus accusatorem corrupit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. cap.* 13. *in fin. repl. generali* 2. Sexta: Nisi reus sibi ipsi mortem consciscere voluit. approbatur cum distinctione *l. qui rei.* 3. §. *sic autem. ff. de bon. eorum qui ante sent.* Septima: Nisi reus sibi ipsi ante sententiam mortem consciuit. *d. l.* 3. *in prin. l. in fraudem.* 45. §. *eius bona. ff. de iure fisci. M.I.R. lib.* 1. *cap.* 7. *except.* 43. *repl.* 5. *& cap.* 11. *reg.* 32. *in princ.* Huius duplicatio prima est: Nisi non metu criminis, sed ob aliquam aliam causam mortem sibi consciuit. *d. ll. quib. concordant l.* 1. *& 2. C. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt. l. factum.* 12. *C. de accusationibus. M.I.R. reg.* 32. *except.* 1. Altera: Nisi is qui mortem sibi metu criminis consciuit, nondum fuerit accusatus. *l. qui rei.* 3. §. 1. *ff. de bon. eorum qui ante sent. M.I.R. d. reg.* 32 *except.* 2. Huius triplicatio est: Nisi is qui sibi mortem consciuit, in ipso scelere fuerit deprehensus. *d.* §. 1. *M.I.R. d. except.* 2. *repl.* 1. Tertia duplicatio est: Nisi eius criminis reus postulatus fuit, ob quod conuictus bonis tamen non careret. *d. l.* 3. §. *vt autem diuus, cum* §. *seq. M.I.R. d. reg.* 32. *except.* 3. Quarta: Nisi hæres paratus sit defunctũ defendere. *d. l.* 3. §. *fin. M.I.R. d. reg.* 32. *except.* 4. Hæc de septima replicatione sint dicta. Plures vide *sup. c.* 13. *except.* 10. *item in fin. eiusdem capitis replicationes generales.* Hactenus ergo primus publicationis bonorum locus est explicatus, scilicet causa cum suis exceptionibus.

II. ANTECEDENTIA ET ADiuncta publicationis bonorum quæ sint.

I. Regula, De referendo prius Imperatori, proponitur *l. vnica, C. ne sine iussu principis certis iud. liceat confisc.*

II. Regula, De inuentatio bonorum conficiendo, habetur *l. si quis.* 7. *C. de bonis proscript. M.I.R. d. c.* 11. *reg.* 33.

III. QVÆ BONA QVIBVS PVblicanda sint, & distribuenda.

I. Regula, De dimidia bonorum parte liberis relinquenda, dictum est *sup. q.* 1. *except.* 4.

II. Regula, De parte bonorum patrono damnati relinquenda; proponitur *l. cum ratio.* 7. §. *si in libertinum. ff. de bonis damnatorum.*

III. Regula, De rebus vxoris damnati, de dote, antenuptiali & alia vxori facta donatione, habetur *l. si quis* 9. *in princ. C. d. tt. Nouell. c.* 134. §. *præterea, &* §. *vt autem. ibi: sin vero qui. item Nouell. c.* 117. §. *si de adult. ibi: ac si quidem. M.I.P. lib.* 1. *c.* 12. *de public. bonor. M.I.R. d. c.* 11. *regul.* 35. *except.* 17. De iis quæ maritus ex bonis damnatæ consequitur, vide *d.* §. *si de.*

IV. Regula, De dote mulieris damnatæ, proponitur *l. quinq;* 3. *cum duabus sequentibus, ff. de bonis damnatorum.*

V. Regula, De eo, quod damnatus in liberos ante reatum contulit, *l. si quis* 9. §. *si quid etiam, C. de bonis proscriptorum.*

VI. Regula, De iis, quæ post pœnam irrogatam damnatus acquisiuit. Hæc non publicantur. *l. si mandauero* 22. §. *is cuius bona, in fin. ff. mandati.* Huius exceptio est: Nisi deportati bona sint publicata. *l.* 2. *C. de bonis proscrip.*

VII. Regula, De pannicularijs & spoliis, proponitur *l. diuus Hadrian.* 6. *ff. d. tt. M.I.R. d. c.* 11. *reg.* 31.

VIII. Regula, De ære alieno deducendo, *l. non possunt* 11. *ff. de iure fisci.*

IV. EVENTVS PVBLICATIOnis bonorum.

Actiones creditorũ damnati aduersus fiscum competunt. approbatur exemplo *l. & omnes.* 4. *ff. de bonis damnatorum.* Aliud exemplum proponitur *l. si vt proponis.* 5. *C. eod. tt.* Concordant propositæ regulæ *ea quæ habentur inf. lib.* 24. *c.* 19. *q.* 2. *reg.* 2. *M.I.R. d. c.* 11. *reg.* 37. Plane si pars bonorum sit publicata, pro parte tantum fiscus tenetur, pro parte damnatus. *l.* 1. *C. de fideiussorib.*

DE IVRE NOVO, QVO PVBLICATIO bonorum tollitur.

Hactenus de iure antiquo, quo publicatio bonorum approbatur, eiusq; exceptionibus est dictum, idq; plenius descriptum. Illud autem ius alio iure posteriore mutatum ac sublatum est, nimirum *Nouell. c.* 17. §. *oportet autem. M.I.R. lib.* 1. *c.* 11. *reg.* 38. Cuius duæ potissimum sunt exceptiones. Prima: Nisi damnatus neq; liberos, neq; parentes, neque vxorem habeat: tunc enim bona secundum ius antiquum ad fiscum pertinent. *M.I.R. d. reg.* 38. *except.* 3. Altera: Nisi ob maiestatis crimen sit damnatus. Hæ duæ exceptiones approbantur *Nou. c.* 134. §. *pen. ibi: quod si neminem.* De qua re vide *inf. c.* 22. *q.* 6. *reg.* 1. *M.I.R. d. reg.* 38. *except.* 2.

DE INFAMIA. CAP. XX.

INter euentus publicorum iudiciorum reo damnato numeratur & infamia, de qua nunc sequitur.

I. CAVSÆ EX QVIBVS INFAmia notantur.

I. Causa: Si iudicio publico quis sit damnatus, infamia notatur, *l. infamem.* 7. *ff. de publicis iudiciis. l.* 2. §. *qui iudicio, ff. de his qui notantur infamia. M.I.P. lib.* 1. *cap.* 12. *de infamia damnati, q.* 1. *in prin. M.I.R. d. c.* 11. *reg.* 39. *in prin.* Exemplum proponitur *l.* 2. §. *miles ff. d. tt.*

II. Causa: Si ob crimen priuatum fuerit damnatus. reprobatur, sub conditione tamen, *d. l.* 7. *M.I.R. d. reg.* 39. *except.* 4.

III. Causa: Si ob calumniam vel præuaricationem fuerit condemnatus quis, *l.* 1. §. *qui iudicio. ff. de his qui notantur inf.* Huius exceptio prima est: Nisi calumniæ causa nondum fuerit damnatus. *l. athletas.* 4. §. *calumniator, ff. eod. tt.* Altera: Nisi alieno nomine accusauerit is, qui calumniatus dicitur, reprobatur *l. nostris.* 8. *C. de calumniatoribus.*

IV. Causa: Si furti, vi bonorum raptorum, iniuriarũ, de dolo malo & fraude fuerit condemnatus quis vel pactus. *l.* 1. §. *qui furti. ff. de his qui notantur infam. d. l.* 4. §. *fin. cum l. seq. ff. eod. tt. l. infamem.* 7. *ff. de pub. iudiciis. l. decuriones.* 5. *C. quib. ex causis infa. irrog. Instit. de pœna temere litigantium,* §. *ex quibusdam.* Exceptio prima videtur: Nisi furti non manifesti sit actum. Sed reprobatur *l. furti.* 6. *in prin. ff. de his qui not. infam.* Secunda: Nisi ideo fuerit condemnatus, quod res furtiua apud eum ignorantem fuerit reperta. *l. furti* 8. *C. eod. tt.* Tertia: Nisi ob id, quod seruo iniuriam fecerit, fuerit condemnatus. reprobatur *l. iniuriarum* 10. *C. d. tt.* Quarta: Nisi nullo dato precio, precibus impetrauit, ne furti secum ageretur vel iniuriarum. *d. l.* 6. §. *pactusve. ff. de his qui notan. infam. l. non damnatos.* 18. *C. d. tt.* Quinta: Nisi iussu prætoris pactus est, ne ageretur. *d. l.* 6. §. *qui iussu.* Sexta: Nisi iureiurando delato iurauit se non fecisse. *d.* §. *qui iussu. d. l.* 18. *in fin.*

in fin. C.eod.tt. Septima: Nisi in actione quæ ex contractu oritur, pactus sit ne agatur. *l. in actionibus 7.ff.d.tt. Instit.de pœna temere litigantium,§.ex quibusdam,in fin.* Hæc de quarta causa eiusque exceptionibus.

v. Causa: Si in iudicio stellionatus fuerit cõdemnatus.*l.quid ergo.13.§.fin.ff.de his qui notantur infamia.*

vi. Causa: Si expilatæ hæreditatis iudicio sit damnatus.*l.si te.12.C.d.tt.*

vii. Causa: Si ex militari delicto fuerit notatus. reprobatur sub conditione *l.frustra 7. C. de re militari.*

viii. Causa: Si pro socio, tutelæ, mandati, depositi iudicio quis fuerit condemnatus, *l.1.§. qui pro socio, ff. de his qui notan. infam. Institut. de pœna temere litigan. §. ex quibusdam.l.furti.6.§.mandati. ff.de his qui notan.infam.l.fidem.22.C.eod.tt.* Huius exceptio prima est: Nisi non suo, sed alieno nomine conuentus condemnatus sit. *d.l.22. ibi: suo nomine.* Proinde hæres, qui defuncti nomine pro socio, vel tutelæ, aut simili actione conuentus est, & condemnatus, non fit infamis. Interdum tamen etiam suo nomine hæres ex istis actionibus cum defuncto contractis tenetur.*d.l.6. §.illud plane,ff.eod.tt.* Altera exceptio est: Nisi non directa, sed contraria actione sit actum. *l.1.§. qui pro socio.& d.l.6.§.fin.ff.d.tt.Instit.de pœna tem. litig.§. ex quibusdam.*

ix. Causa: Si miles ignominiæ causa sit dimissus.*l.1.in prin.ff.de his qui not.infam.*declaratur & distinguitur *l.2.ff.eod.tt.*

x. Causa; Si miles exauthoratus fuerit.*d.l.2.*

xi. Causa; Si artis ludicræ, pronunciandive, vel quæstus causa in scenam prodierit. *l.1.§.1.l.2.§. fin.ff.d.tt.*Huius exceptio prima est; Nisi propositum non habuerit euentum. *l. qui autem.3.ff. d. tt.* Secunda exceptio in athletis & similibus proponitur *l. athletas. 4.in prin.ff.d.tt.* Tertia; Nisi is qui fecit, minor ætate fuerit. *l.fratres 21. C. de causis ex quibus infam.irrogatur.*

xii. Causa; Si lenocinium fecerit quis, fit infamis.*l.1.§.qui lenocinium,ff.d.tt,l.palam.43. §.lenocinium,cum seqq.ff. de ritu nuptiarum.* Plura de causa proposita vide *inf.c.28.q.2.causa 4.*

xiii. Causa; Si mulier intra annum luctus nuptias iterauerit: vel pater, in cuius est potestate mulier, eam nuptias iterare passus sit: vel quis eam duxerit, eumve qui eam duxit in potestate habeat. *l. 1. §. qui autem, ff. de his qui not. infam. M.I.P. d.q.1. in prin.* vbi mutatur. *M.I.R. d. cap. 11.reg.40.* Ratio proponitur *l.liberorum. 11. §.1. ff. eod. tt. l. decreto. 15. C. de causis ex quib. infam. irrog.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi ignorans quis talem vxorem duxit, vel ducere passus est, aut eam nubere. *l. genero, in prin. l. liberorum. 11. §. notatur,ff.eod.tt.* Cuius replicatio prima est: Nisi ignorantia iuris, non facti sit lapsus. *d.l.§.notatur.* Secunda: Nisi postea cognoscens ratum habuit. reprobatur *l.quid ergo.13.in princ.ff.d.tt.* Secunda exceptio est: Nisi eo tempore quo nubit vel ducit,annus à morte prioris mariti præterierit.Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio videtur esse talis: Nisi ab eo tempore quo primum cognouit maritum mortuum,nondum annus excesserit. Sed reprobatur *d.l.8.in in fin.d.tt.* Tertia exceptio: Nisi princeps permiserit mulieri intra tempus luctus nubere. *l. solet. 10 ff.eod.tt.* Quarta: Nisi non nuptias,sed sponsalia intra tempus luctus contraxerit. *d.l.10.* Quinta; Nisi talis fuerit maritus defunctus, quem lugeri non oportet.reprobatur *l.liberorum.11. §.1.ff. eod.tt.*Declaratur *d.l.11.§.non solent.l.minime.35.ff.de religiosis.* Sexta; Nisi post partum intra lugendi tempus editum nupserit. *d.l.35.* Septima; Nisi iussu patris, in cuius potestate est, vel nupserit, vel duxerit.*d.l.11.§.fin.* Huius replicatio videtur: Nisi postquam patria potestate est liberatus, nuptam retinuit. Sed reprobatur *l.qui iussu.12.ff.eod. tt.* Octaua exceptio est; Nisi defunctus non maritus,sed sponsus fuerit. *l. vxores. 9.ff.eod.tt.* Nona; Nisi non vxor, sed maritus post mortem vxoris superstes intra annum nuptias iterauerit. *d. l. 6.* Decima exceptio est; Nisi ea quæ nuptias iterat, non maritum, sed liberos vel parentes defunctos lugeat.*d.l.11.ff.d.tt.*Plures exceptiones vide *inf.lib. 4.c.5.q.2.reg.1.*

xiv. Causa; Si non parentes vel liberos quis e'uxerit.reprobatur *l.parentes.23.ff.de his qui notan. infam.*

xv. Causa; Si bona sponsalia,binasve nuptias eodem tempore habuerit, vel filium filiamve habere passus sit.*l.1.§.fin.eod.tt.l.2. C. de incestis & inutilibus nupt. M.I.R. d.cap.11.reg.42.* Huius exceptio prima est; Nisi non suo,sed alieno nomine binas nuptias eodem tempore constituerit. *l. quid ergo. 13.§.1.ff. de his qui notantur infamia.* Cuius replicatio est; Nisi filij filiæve suæ nomine,quem quamve in potestate habet,constituat *d.§.1.* Secunda exceptio est: Nisi non eodem tempore constituat.declaratur *d.l.13.§.quod ait.* Tertia; Nisi alteri sponsa, alteri nupta sit, non vtrique nupta,reprobatur *d.l.13.§.item si.* Quarta; Nisi cum altera ei matrimonium esse non possit. reprobatur *d.l. 13.§.cum autem.* Plura de causa proposita vide *inf. c.28.p.2.causa 18.*

xvi. Causa; Si per calumniam ventris nomine in possessionẽ mulier missa est, vel pater eam mitti passus est. *l. notatur. 15. cum ll.seqq.ff. de his qui not.inf.* Huius exceptio est; Nisi mulier in potestate fuerit parentis.*l.debuit.17.in fin.ff.eod.tt.* Plane hoc casu parens, in cuius est potestate, notatur. *l.non alia.19. in fin.ff.eod.tt.* Secunda exceptio est; Nisi errore potius quam dolo se mitti passa est mulier.*l.ea quæ.18.ff.eod.tt.*Tertia; Nisi non fuerit pronunciatum, mulierem calumniæ causa fuisse in possessione.*d.l.19.ff.d tit.*

xvii. Causa; Si alicuius testis testimonium in iudicio fuerit reprobatum.reprobatur *l.Lucius 21. ff.de his qui notan.infamia.*

xviii. Causa; Si cum plus debito nomine tributorum exegisset, in duplum sit condemnatus. reprobatur *l.2.C.de causis ex quib.inf.irrog.*

xix. Causa; Si bonis paternis se abstinuit.reprobatur *l.nemo.7.C.eod.tt.*

xx. Causa; Si bonis cessit. reprobatur *l. qui bonis 11.C.d.tt.*

xxi. Causa; Si pater filios suos in testamento obiurgauit.reprobatur *l.ea quæ,13. C.eod.tt.*

xxii. Causa: Si improbum fœnus exercet. approbatur *l.improbum.20. C.eod.tt. M.I.R.d.cap.11. reg.43.*

xxiii. Cau-

xxiii. Causa: Si mulier corpore palam quæstum facit. approbatur quidem ipso iure, *M.I.R. d.c.11.reg.41.* verum eius exceptio prima est: Nisi non in lupanario, sed alibi corpore quæstum faciat. reprobatur *l. palam. 43. in prin. ff. de ritu nuptiarum.* Secunda: Nisi non cum quovis rem habeat, sed cum delectu quæstum faciat. approbatur *d.l.41.§.1.* Plane hoc casu,quamuis non sit infamis,probrosa tamen censetur.*l.probrum. 41.ff.de ritu nuptiarum.* Tertia: Nisi sine quæstu se prostituerit. reprobatur *d.l. 43. §. rectissime.* Quarta: Nisi ob paupertatem quæstum faciat. reprobatur *d.l 43.§.non est.* Quinta; Nisi non amplius faciat.reprobatur *d.l.43.§. non solum. M.I.R. d.reg.41. except.1.* Plane admittitur exceptio hæc in casu, qui proponitur *l. Imperator. 24. ff. de his qui notant. infam.*

xxiv. Causa: Si ictus fustium sustinuit. reprobatur *l. ictus fustium.22. ff.eod. tt. l. nullam. 14. C. de causis ex quibus infam.irrogatur.* Plane admittitur hæc causa,si causa subsit, vel sententia præcesserit,ex qua infamia irrogari solet. *d.l. 14. & l. fustib. 16.C.eod.tt.*

xxv. Causa: Si in carcerem vel in vincula fuerit coniectus.reprobatur *l.1. C.eod.tt. M.I.P. d.q.1. in princ.*

xxvi. Causa: Si reus annotatus non venerit. *l.in pecuniariis.3.C de requirendis reis.*

xxvii. Causa: Si negotia publica patriæ suæ non defendit. reprobatur *l.neminem. 9. C. de causis ex quibus infamia.*

xxviii. Causa: Si mulcta alicui fuerit irrogata.reprobatur *l.1.C.de modo mulctarum.*

xxix. Causa: Si mulier in adulterio fuerit deprehensa.*l.palam. 42.§. quæ in adulterio,ff de ritu nuptiarum.*

xxx. Causa: Si operas suas locauerit, vt cum bestiis pugnaret.*Vide inf.lib.prox c.4.q.reg.8.*Hactenus causæ, ex quibus infamia irrogatur,sunt enumeratæ: sequuntur nunc harum causarum, præsertim quæ in condemnatione consistunt, exceptiones generales.

EXCEPTIONES EIVS GENERIS causarum,si quis ex causa famosa fuerit condemnatus.

i. Exceptio: Nisi condemnatus non fuerit: tunc enim quamuis homicidium fecerit,furtum, rapinam, &c. tamen infamis non fit. approbatur exemplo *l.athletas.4.§. calumniator. ff. de his qui notan.infam.& l.non alia.19.in princ.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi is qui crimen commisit, pactus sit ne agatur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr.causa 4.* Alia replicatio est in ea, quæ in adulterio deprehensa est. *de quo sup.causa vlt.*

ii. Exceptio: Nisi condemnatus appellauit. approbatur sub conditione *l.furti 6.in prin ff.d.tt.*

iii. Exceptio: Nisi non suo,sed alieno nomine fuerit condemnatus. *d.l.6.§.si quis alieno.vide etiam sup.causa 8.except.1.item causa 3.except.2.*

iv. Exceptio: Nisi seruus liber factus, ex suo delicto noxali actione tanquam hæres domini conuentus & condemnatus sit.*l.seruus.14.ff.d.tt.*

v. Exceptio: Nisi per procuratorem causa defensa est, procuratorque condemnatus. *d.l. 6.§.si quis alieno.ff.eod,tt.l.2.ff.de obsequiis libertorum.*

vi. Exceptio: Nisi arbiter compromissarius condemnauit.*l.quid ergo.13.§.ex compromisso.ff.de his qui notantur infam.*

vii. Exceptio: Nisi non causa cognita, sed extrinsecus Judex quid fuerit elocutus. *d.l.13. §. quantum.l.verbum.17. & l.interlocutio,19. C. de causis ex quibus infam. irrogat. l. ob hæc verba.20.ff. de his qui notan.infam.*

viii. Exceptio: Nisi pœna grauior quam lex statuit,damnato sit imposita. *l.quid ergo.12.§. pœna, ff. d. tt. l. si Possidonium. 4. C.eod.tt. l. 10. §.fin.ff.de pœnis.* Huius replicatio est: Nisi pœna pecuniaria grauior sit irrogata, quam lex statuit. *d.l. 13. §. pœna.*

ix. Exceptio: Nisi mitior pœna irrogata sit, quam lex statuit. *l. etsi.3.C. de causis ex quibus infam. irrog.*

x. Exceptio: Nisi pœna in sententia non fuerit adiecta.reprobatur *l.si te 12. C.eod.tt.*

xi. Exceptio: Nisi tempus pœnæ præstitutum finitum sit.*l.1.& 2. C.de his qui in exilium dati.l. etsi.3.C.de causis ex quib. infamia irrogatur. l. ad tempus. 5.ff.de decurionib.l.falsi.13.§. ordine.ff.ad l.Corneliam de falsi.* Huius replicatio proponitur *l.ad tempus. 6.C. de causis ex quib.infam.irrog.*

xii. Exceptio: Nisi damnatus fuerit restitutus.*de quo vide inf.c.prox.q.3.reg.8.*

xiii. Exceptio: Nisi condictione rei furtiuæ vel simili sit actum.*l.cessat.35.ff. de actionibus & obligationib.*

II. QVI NOTENTVR infamia?

i. Regula: De filiis & cognatis notati, proponitur *l.crimen.26.ff. de pœnis.l.2.§.nullum, ff.de decurionibus.l.sancimus.22.C.de pœnis.*

ii. Regula: Si is eave, qui quæve in alterius potestate est, quid admiserit, ex quo infamia irrogatur,eius iussu vel concessu in cuius potestate est: non is, qui fecit, sed parens, qui iussit aut concessit, infamia notatur. approbatur exemplo eorum, quæ dicta sunt *supr. eod.cap. causa 13. & 15.*

DE POENÆ REMISSIONE. CAP. XXI.

HActenus duo genera euentuum publicorum iudiciorum exposita sunt, reo scilicet absoluto & damnato. Superest ergo tertium genus euentuum, reo scilicet restituto & pœna liberato.

I. CAVSÆ EX QVIBVS POENA remittenda est.

Pœna remittitur variis ex causis; puta, si in metallum damnatus operi faciendo inutilis sit. *l.in metallum.22.ff. de pœnis.* Item,si tempus pœnæ sit finitum. *l. omnes. 23. & l.rectores. 24. C. de pœnis.l. etsi.3.in fin. C.de causis ex quib. infam. irrog. l.fratres.33. ibi: quia temporaria.ff.de pœnis.* Postremo remittitur pœna indulgentia principis: item, si abolitio criminis interuenerit.*de quo dictum sup.cap.2.except. 16.*Hoc autem loco notandum, quod pœna non facile sit remittenda.*l.si operis.14. C.eod.tt. M.I.R. d. c.11.regul.48.*

II. A QVIBVS POENA remittenda est?

Solus Imperator pœnæ remittendæ & libe-

randi ius habet. *l. relegati. 4. §. fin. l. moris est 9. §. istæ ferè, in fin. & l. ad bestias. 31. ff. de pœnis. l. 1. §. fin. ff. de quæstionib. l. diui. 27. in princ. ibi: sed is duntaxat, ff. de pœnis. M. I. P. lib. 1. c. 13. q. 3. reg. 1. except. 6. in fine. M. I. R. d. c. 11. reg. 50.*

III. EVENTVS POENA REmissa & reo liberato.

I. Regula, Senator ordine motus ad originalem patriam non restituitur, nisi specialiter hoc impetrauerit. *l. filij libertorum. 22. §. senator, ff. ad municipalem.*

II. Regula, De bonis publicatis. In hæc non restituitur. *l. 2. C. de sententiam passis & restitutis. & l. in metallum. 4. C. de bonis proscriptorum. M. I. R. d. cap. 11. reg. 57. in princ.* Huius exceptio est; Nisi specialiter in bona quoq; fuerit restitutus. *d. l. 2.*

III. Regula, De actionibus quæ restituto ante damnationem competierunt. Hæ ei non restituuntur, ratione regulæ præcedentis. *l. si ademptis. 5. C. de sententiam passis & rest.* Huius exceptio est: Nisi bona etiam ei fuerint restituta. *l. princeps. 21 ff. de verbor. signif. l. casus eius. 11. C. de sententiam passis & restit.*

IV. Regula, De actionibus quæ aduersus restitutum ante damnationem competierunt. Hæ aduersus eum non restituuntur. *l. si deportatus. 2. & l. 3. ff. eod. tt. l. tutor. 4. C. eod. tt. l. seruus. 29. ff. de actionibus & obligationibus.* Huius exceptio prima est: Nisi in bona quoque fuerit restitutus. *d. l. 4. & l. si deportationis. 12. C. de sententiam pass. & restit.* Cuius replicatio prima esse videtur: Nisi bona restituta relinquere malit, quam creditoribus teneri. Sed reprobatur *l. 2. in fin. ff. d. tt.* Secunda: Nisi non omnia bona recuperauerit, sed aliquid ex iis. approbatur simul & distinguitur *l. si debitor. 3. C. eod. tt.* Si enim partem recepit, pro rata tenetur. Secunda exceptio est; Nisi ob pecuniam fisco debitam bona eius sint occupata; tunc enim ne restitutus quidem in bona creditoribus tenetur. *d. l. 3. in fin.* Tertia; Nisi restitutus locupletior sit factus, hoc enim casu videtur, quamuis in bona non fuerit restitutus, nihilominus eum creditoribus pristinis teneri. Sed reprobatur *l. tutor. 4. C. eod. tt.* Plura de regula proposita vide *inf. lib. 24. c. 19. q. 1. except. 5.*

V. Regula, De dominica potestate. Si seruus restitutus sit, in domini potestatem reuertitur. *l. 1. §. fin. ff. de quæstionib. l. in seruorum. 10. in prin. l. capitalium. 28. §. serui. & l. seruus. 34. in prin. ff. de pœnis. l. seruo. 13. C. eod. tt.* Huius exceptio est; Nisi seruus in metallum damnatus fuit, & ita seruus pœnæ effectus; tunc enim restitutus ad dominum non reuertitur. *l. aut damnum. 8. §. fin. ff. de pœnis. & l. frustra. 8. C. de sententiam passis & restitutis.*

VI. Regula, De patria potestate. Si filius damnatus restitutus sit, non recidit in patriam potestatem. *l. in insulam. 6. C. eod. tt.* Si pater damnatus restitutus sit, patriam potestatem non recipit, nisi specialiter ei fuerit concessa. *l. si pater. 9. C. eod. tt.* Huius exceptio est: Nisi specialiter bona quoq; patri sint restituta. *l. in quæstione. 13. C. d. tt.*

VII. Regula, De iure patronatus. Hoc nec sententia extinguitur. *l. 1. ff. d. tt.*

VIII. Regula, Infamia per restitutionem non tollitur. *l. vlt. C. de generali abolitione. l. generalis. 7. C. de sententiam passis & restitutis. M. I. P. lib. 1. cap. 13. q. 6. reg. 8. M. I. R. d. cap. 11. reg. 58.* Huius exceptio est: Nisi causa cognita, in integrum restitutio aduersus sententiam sit facta. *l. 1. §. pro qua sententia, ff. de postulando. l. 1. & l. in quæstione. 13. §. fin. C. de sententiam passis & restitutis. M. I. P. d. reg. 8. excep. 1.*

IX. Regula, De locis militiæ per pœnam ademptis. Hi non restituuntur. *d. l. 7.*

X. Regula: Ex muliere damnata natus, postea restituta matre, ad libertatem quoque & cognationem restituitur. *de quo in dominica potestate & seruitute dicetur.*

XI. Regula; Restitutus in militiam, medij tẽporis stipendia non accipit. *l. qui excubias. 10 ff. de re militari. l. cum allegatis. 5. C. eod. tt.* Huius exceptio prima est; Nisi specialiter illi fuerint indulta. *d. l. 10.* Altera: Nisi constiterit, desertorem nõ fuisse. *l. ex causa. 15. ff. eod. tt.*

Hactenus de publicis iudiciis in genere est actum: adiuncta, euentus, & consequentia exposita. Sequuntur nunc publicorum iudiciorum species, ac primum de publico iudicio læsæ maiestatis.

DE LEGE IVLIA MAIESTATIS, eiusq; iudicio.

CAP. XXII.

I. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

PRima & principalis, seu generalis huius iudicij causa est, crimen læsæ maiestatis, quod definitur *Instit. de pub. iudiciis, §. publica. l. 1. cum seq. ff. ad l. Iuliam maiestatis. item l. lex 12. tabul. 3. §. 1. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 1. c. 13. crimine 1. reg. 2.*

II. Causa: Si seditionem aut tumultum mouerit quis. *d. l. 1. §. fin. l. 2. C. de seditiosis. Vide insuper inf. cap. prox. q. 1. causa 3. item q. 4 reg. 11.*

III. Causa; Si quis plebem vel rusticanos in patrocinium susceperit. *l. 1. C. d. tt.*

IV. Causa; Si factionem inierint de interficiendis viris illustribus, vel aliis, qui Imperatori militant. *l. quisquis. 5. in prin. C. ad l. Iuliam maiest.*

V. Causa: Si cuius opera factum sit, quo quis contra rempublicam arma ferat vel faciat. *l. 1. vers. quove quis contra. & l. cuiusque. 4. in princip. ff. eod. tit.*

VI. Causa; Si iniussu principis bellum gesserit. *l. lex 12. tab. 3. §. eadem lege. ff. ad l. Iuliam maiest. & l. vnica, C. vti armorum vsus inscio, &c.*

VII. Causa: Si cuius opera factum sit, quo magistratus populi Romani, quive Imperium potestatemve habet, occidatur. *l. 1. ibi: cuiusve opera, ff. ad Iuliam maiest. & l. quisquis. 5. C. eod. tt. M. I. R. d. crim. 1. reg. 4.*

VIII. Causa: Si cuius dolo factum sit, quo obsides iniussu principis interciderint. *d. l. 1. versiculo, quo tenetur.*

IX. Causa: Si hostes populo Romano fecerit, vel ex amicis hostes. *l. cuiusq; 4. versic. vt ve ex amicis, ff. eod. tt.*

X. Causa; Si hostem concitauit. *l. lex 12. tab. 3. ff. eod. tt.*

XI. Causa: Si hostibus populi Romani nuncium literasve miserit, signum dederit, feceritve, quo hostes consilio iuuentur contra rempub. *l. 1. versic. quive hostibus, ff. d. tt.*

XII. Causa: Si cuius dolo malo hostes commeatu, armis, telis, equis, pecunia adiuti sint. hęc causa cũ aliis similibus approbatur *d. l. 4. ff. eod. tt.*

XIII. Causa: Si arma, aurum, vinum, ad hostes vel barbaros transtulerit, vel iis vendiderit. *l. 1. & l. 2. C. quæ res exportari non debeant. l. cotem. 11. in prin. ff. de publicanis. l. 2. C. de commerciis & mercatoribus. l. vnica, C. de litorum & itinerum custod. Nouell. c. 85. M. I. P. lib. 1. cap. 15. crim. 1. q. 1. causa 3. M. I. R. d. crim. 1. reg. 5.*

XIV. Causa; Si barbaros conficiendi naues artem docuerit. *l. vlt. C. de pœnis.*

XV. Causa; Si prouinciam vel ciuitatem hostibus prodidit. *l. maiestatis. 10. ff. ad l. Iuliam maiest.*

XVI. Causa; Si in bello fuerit, vel castra hosti concesserit. *l. lex 12. tab. 3. §. 1. ff. eod. tt.*

XVII. Causa; Si ciuem hosti tradiderit. *d. l. 3. in princ.*

XVIII. Causa; Si hostem fugientẽ susceperit, vel dissimulauerit. *l. Metrodorum. 40. ff. de pœnis.*

XIX. Causa; Si cuius dolo malo factum sit, quo minus hostes in potestatem populi Romani perueniant. *l. cuiusq; 4. ff. ad l. Iuliam maiest.*

XX. Causa; Si ad hostes fugit *l. 2. ff. eod. tt.* Plura de hac re vide *inf. lib. 3. de re militari.*

XXI. Causa; Si Imperium exercitumve populi Romani deseruerit. *d. l. 2. ibi: aut qui exercitum. l. lex 12. tab. 3. ibi: quive Imperium, ff. eod. tt.* Vide insuper de desertoribus *inf. de re militari.*

XXII. Causa; Si Imperatori maledixerit. reprobatur, certa tamen conditione, *l. vnica, C. si quis Imperatori maledixit. M. I. P. d. quæst. 1. causa 4.* Hactenus causas propositi iudicij enumerasse sufficiat. Sequuntur nunc harum exceptiones generales.

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio; Nisi sine dolo sit factum, per temeritatem forte vel dementiam. *l. famosi. 7, hoc tamen, ff. ad l. Iuliam maiest.*

II. Exceptio; Nisi socios criminis prodiderit, & coniurationem detexerit. *l. quisquis. 5. § fin. C. eod. tt. M. I. P. d. q. 1. in fine.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup. c. 13. M. I. P. d. crim. 1. q. 2. reg. 1. M. I. R. d. crim. 1. reg. 10.*

II. QVIBVS COMPETAT hæc accusatio?

De hac re vide *sup. cap. 12. q. 5.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

I. Regula, De iis, qui quid prædictorum curant fieri, licet ipsi non faciant, proponitur *l. lex 12. tab. 3. §. fin. ff. ad l. Iuliam maiest.*

II. Regula, De filiis damnatorum, habetur *l. quisquis. 5. §. filij vero eius. C. eod. tt.*

III. Regula, De iis, qui pro damnato intercesserunt, proponitur *d. l. 5. §. denique.*

IV. Regula, De satellitibus & consciis huius criminis, tractatur *d. l. 5. §. id quod.* De reliquis vide *inf. eod. cap. q. vlt.*

IV. QVID VENIAT IN hoc iudicium.

I. Regula, De morte rei, proponitur *Inst. de publicis iudiciis. §. publica. d. l. 5. in prin. C. ad l. Iuliam maiest. d. l. 3. in prin. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 1. c. 13. crim. 1. reg. 12.*

II. Regula, De memoria rei damnanda, *d. §. publica. l. post diui Marci. 7. in prin. C. d. tt.*

III. Regula, Augetur pœna in persona militis. *l. famosi. 7. §. fin. ff. d. tt.* De reliquis pœnis vide *paulo inf. q. vlt.*

IV. ADIVNCTA seu officium iudicis in hoc iudicio proponitur *d. l. 7. §. hoc tamen, ff. ad l. Iuliam maiest.*

VI. EVENTVS HVIVS IVDICII.

I. Regula, De publicatione bonorum damnati, proponitur *l. quisquis. 5. ibi: bonis eius omnibus fisco nostro addictis, C. eod. tt. l. meminisse. 6. in princ. & l. post diui Marci. 7. C. eod. tt. M. I. R. lib. 1. c. regul. 38. except. 4.*

II. Regula, De filiis damnatorum, habetur *d. l. 5. §. filij vero.*

III. Regula, De filiabus, *d. l. 5. §. ad filias sane. & §. vxores, in fin.*

IV. Regula, Emancipationes & alienationes à reo factæ non valent. *d. l. 5. §. emancipatio. & d. l. 7. §. sic & diuus, C. d. tt.*

V. Regula, De dote & donatione vxori facta, *d. l. 5. §. vxores.*

VI. Regula, De iis, qui pro reo interuenerunt. Hi quoq; notabiles fiunt, *d. l. 5. §. denique iubemus.*

VII. Regula, De præmio delatori præstando, proponitur *d. l. 5. §. sane si quis. M. I. P. d. crim. 1. q. 4.*

DE LEGE IVLIA DE VI PVBLICA ET priuata. CAP. XXIII.

I. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

PRima & generalis causa est; Si quis vim vel armatam, vel sine armis commisit. *Instit. de pub. iudiciis, §. item lex Iulia de vi. & l. hoc iure. 194. in princ. ff. de reg. iur. M. I. P. lib. 1. c. 15. crim. 2. q. 1. causa 1. M. I. R. d. c. 13. crim. 2. reg. 1.*

II. Causa; Si quis arma coëgerit vel gesserit, approbatur simul & distinguitur *l. 1. & l. in eadem. 3. §. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publ. M. I. R. d. crim. 2. regul. 2. & 4.* Hæc causa declaratur definitione telorum, *l. hi qui. 11. §. telorum. & l. armatos. 9. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima est; Nisi in vsum venationis arma coëgerit. Secunda: Nisi itineris vel nauigationis causa arma coëgerit. Hæ duæ exceptiones approbantur *l. 1. ff. d. tt M. I. R. d. reg. 2. except. 2.* Sed & priori exceptioni concordat *l. qui dolo malo. 10. §. exceptus est, ff. eod. tt.* Tertia: Nisi promercij causa arma coegerit. Quarta; Nisi in hæreditate arma inuenerit. Hæ duæ exceptiones approbantur *l. excipiuntur. 2. ff. d. tt.* Quinta; Nisi tutandæ salutis suæ causa gesserit arma. *l. hi qui. 11. §. fin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 2. except. 1.*

III. Causa; Si quis turbæ seditionisve consilium inierit, aut homines in armis habuerit. *l. in eadem. 3. in princ. ff. ad l. Iuliam de vi publ. l. vlt. C. eod. tt.* Declaratur causa proposita *l. armatos. 9. ff. d. tt.*

IV. Causa; Si conuocatis hominibus vim fecerit, quo quis verberetur, pulseturve. *l. qui dolo. 10. §. hac lege, ff. d. tt. & l. 2. ff. ad l. Iuliam de vi priuata. l. si criminis. 4. §. sed quoniam, C. eod. tt.* Exceptio prima est; Nisi homo sit occisus; tunc enim grauiore pœna afficitur is, qui vim fecit. *d. l. 10. de qua re vide inf. eod. cap. q. 4.* Altera; Nisi seruos conuocauerit, non liberos homines. reprobatur *l. nec interest. 3. in prin. ff. d. tt.*

v. Causa: Si possessorem domo, agrove, vel naui sua deiecerit, *d.l.3.§.fin.& l.si quis.5.ff.ad l.Iuliam de vi priuata.*

vi. Causa; Si villas vel ædes expugnauerit, expilauerit, effregerit. *d.l.3.§.eadem lege.& l.hi qui 11. in prin.ff.d.tt.*

vii. Causa; Si vi aliculus bona rapuerit. *d.§. eadem lege.l.nec interest.3.in fin.ff.ad l.Iuliam de vi priuata.*

viii. Causa; Si hominem incluserit, obsederit, vel rapuerit. Hæc causa cum aliis approbatur *l.qui cœtu.5.in prin.cum l.seq.ff.ad l.Iuliam de vi publica. l.si confidis.3.C.eod.tt.*

ix. Causa: Si fœminam vel puerum per vim stuprauerit. *l.in eadem.3.§.præterea,ff.d.tt.d.l.3.C. eod.tt.l.mariti lenocinium.29.§.fin.ff.ad l.Iuliam de adulter.* Plane mutatur hoc ius *l.vnica, C.de raptu virginum.*

x. Causa; Si per vim incendium fecit. *l qui cœtu.5.in prin.ff.ad l.Iuliam de vi publica.*

xi. Causa; Si ex incendio quid rapuerit. *l. in eadem.3.§.item tenetur,ff.d.tt.*

xii. Causa: Si in incendio cum telo fuerit, vel dominum res suas auferre prohibuerit. *d.l.3.§. sed & qui.*

xiii. Causa: Si ex naufragio quid rapuerit, vel nautis vim fecerit. *l.1.§.eadem pœna,ff.ad l.Iuliam de vi priuata.*

xiv. Causa: Si quis reum vinciat, impediatve quo minus intra statutum tempus Romæ adsit. *l.lege Iulia.8.ff.ad l.Iuliam de vi publica.*

xv. Causa; Si quis concursum fecerit, quo minus quis in ius produceretur, aut quæstionem de seruo alterius habuerit. *l.legis Iuliæ.4.ff. ad l. Iuliam de vi priuata.*

xvi. Causa; Si facit quo minus iudicia tuto exerceantur. Hæc causa cum aliis quibusdam approbatur *l.qui dolo malo.10.ff.ad l.Iuliam de vi publica.*

xvii. Causa; Si improbe in alienam litem coierint, vt euentus sententiæ inter eos communicaretur. *l. ex Senatusconsulto. 6.ff. ad l. Iuliam de vi priuata.*

xviii. Causa; Si cum telo dolo malo in concione fuerit, aut vbi iudicium publice exercetur. *d.l.10.*

xix. Causa; Si per vim sibi aliquem obligauerit, vel pecuniam exegerit. *d.l. 10. l. qui cœtu. 5.in prin.ff.eod.tt.*

xx. Causa: Si fecerit quo minus homo sepeliatur, vel quo magis funus diripiatur distrahaturve. *d l.5.in princ.& l.sepulchri. 8.ff. de sepulchro violato.*

xxi. Causa: Si sepulchrum violauit. *d.l.8.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

i. Exceptio: Nisi magistratus vim fecerit, reprobatur *l. qui dolo malo.10. in princ.ff. ad l.Iuliam de vi pub.& l.lege Iulia.7.ff.eod.tt. M.I.P..d.causa 1.except. 1.repl.1.*

ii. Exceptio: Nisi hostibus vim fecerit. Cuius replicatio est: Nisi legatis hostium, aut legatorum comitibus vim fecerit: tunc enim nihilominus tenetur. *d.l.7.& l.vlt.ff.de legationib.*

iii. Exceptio: Nisi is, qui vim fecit, suo iure sit vsus. *l.factum.197.§.non videtur,ff.de reg.iur.*

iv. Exceptio: Nisi creditor rem sibi debitam per vim occupauerit, vel exegerit. reprobatur *l. vlt.ff. ad l. Iuliam de vi priuata.l.in possessionem.5.& l.si quis.7.C.eod.tt.*

v. Exceptio: Nisi cum inter debitorem & creditorem conuenisset, vt non soluto debito liceret creditori propria authoritate rem occupare: creditor vi huius pacti rem occupauerit. *l.creditores.3.de pignorib.*

vi. Exceptio: Nisi vim vi repulerit. *l.1.§. vim vi.ff.de vi & de vi armata.M.I.R.d.crim.2.reg.1.except.1.* Huius replicatio est: Nisi non in continenti, sed ex interuallo vim vi repulerit. *l. quod quidem. 3.§. eum igitur,ff.eod.tt. M.I.R. d.except.1.repl.1.* Exemplum proponitur *l.si quis. 7. C. ad l. Iuliam de vi publica seu priuata.*

vii. Exceptio: Nisi seruus iussu domini vim fecerit, reprobatur *l.seruos.8. ibi: seruos vero, C.eod. tit.*

II. ADVERSVS QVOS COMPETAT HOC IVDICIVM?

i. Regula, De eo qui homines ad vim faciendam commodauit, proponitur *l.vt iue id fieret. 4.ff. ad l.Iuliam de vi pub.*

ii. Regula, De eo, qui homines ad vim faciendam conuocauit, & de conuocatis, habetur *l.2. cum l.seq.ff. ad l.Iuliam de vi priuata.*

iii. Regula, De eo, qui raptam rem seruat & custodit, *l.crimen.9.C.eod.tt.*

iv. Regula, De domino serui delinquentis, & ipso seruo. Non contra dominum, sed contra seruum competit. *l.si criminis.4.in prin.C.d.tt.*

III. APVD QVEM competat?

Apud præsidem prouinciæ. *l.si confidis. 3. cum l. seq.C.d.tt.*

IV. QVID VENIAT IN HOC iudicium, seu de pœna.

i. Regula: Si armata vis arguatur, deportatio ei irrogatur: si vero sine armis, in tertiam partem bonorum suorum publicatio imponitur. *Instit.de publicis iud. §.item lex Iulia de vi.M.I.R.d.crim.2. reg.7.* vbi mutatur. Plane deportatio remittitur creditori, qui vim debitori adhibuit, quamuis armatam, si de debito constet. quam exceptionem colligunt *ex l.si quis. 7. in fin. C. ad l. Iuliam de vi publica & priuata. Cui concordant ea quæ sup. exceptione quarta sunt proposita, quibus vis priuatæ pœna creditori iniungitur.*

ii. Regula: Si quis tumultu per vim facto sit interfectus, vltimo supplicio punitur is, qui tumultum concitauit. *l. quoniam. 6. C.d.tt.* Plura de regula proposita vide *sup.q.1.causa 4.except.1.*

iii. Regula, De aquæ & ignis interdictione, proponitur *l. qui dolo malo. 10. ff. ad l. Iuliam de vi publica.*

iv. Regula: Si quis homines armatos habuerit, etiam centum librarum auri mulcta punitur. *l.vlt.C.ad l.Iuliam de vi pub. seu priuata.*

v. Regula: Serui vltimo supplicio puniuntur, approbatur simul & distinguitur *l.seruos.8.C. eod.tt.*

vi. Regula: Viles & infames personæ, qui sæpius vim fecerunt, pœna constitutionum tenentur. *d.l.8.§.viles.*

vii. Re-

vii. Regula: Si quis legatum hostium pulsauerit, hostibus deditur. *l.vlt.ff.de legationib.*

viii. Regula, De seditiosis, proponitur *l.capitalium.28.§.solent quidam.ff.de pœnis.*

ix. Regula, De grassatoribus, habetur *d.l.28. §.grassatores.*

x. Regula, De latronibus, *d.l.28.§.famosus.*

xi. Regula, Si author quis seditionis ac tumultus fuerit, proponitur *l.si quis. 38.§.authores.ff. de pœnis.* Reliquas huiusmodi regulas vide *supr. quæstione 1. in singulis causis.*

V. EVENTVS HVIVS iudicij.

i. Regula: Damnatus fit infamis. *l.1.in prin.& l.si creditor. 8.ff. ad L.Iuliam de vi priuata. l.seruos.8.§. quod si.C.eod.tt.*

ii. Regula, De pœna iudicis vim non punientis, proponitur *d.l.8.§.fin.* vbi infamia notatur.

iii. Regula, Tertia bonorum parte damnati publicata, transit pro ea portione actio aduersus fiscum, quæ aduersus damnatum competit. *l.2.C. d.tt.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

Primum adfine remedium est, actio ciuilis. *l.si quis.7.in prin. C.eod.tt.* Est autem ciuilis actio, vel interdictum Vnde vi, vel actio Vi bonorum raptorum, vel actio Quod vi metusue causa.

Secundum adfine remedium, sunt constitutiones principum. *l.1.§.fin.ff.ad L.Iuliam de vi priuata.* Sed & alias huiusmodi constitutiones vide *supr. passim præcedentibus insertas: item infr.c.prox.*

DE RAPTV FOEMINARVM.

CAP. XXIV.

RAptus fœminarum, quamuis per vim fiat, & ob id lege Iulia de vi publica coerceatur, *vt ostensum sup.cap.prox.quæst.1.causa 9.* tamen punitur etiam peculiari constitutione, quæ habetur *l.vnica.C.de raptu virginum.* De hoc igitur crimine eiusque iudicio hic specialiter tractandum.

I. CAVSA HVIVS IVDICII quæ sit?

Si quis mulierem per vim rapuerit & stupratuerit, ex dicta constitutione iudicium datur. *d.l.vnica, in prin.Instit.de publicis iudiciis.§.item l.Iulia de vi, in fin.l.qui cœtu.5.§.fin.ff.ad L.Iuliam de vi pub.l.raptores.41.in prin. C. de episcopis & cler. M.I.P. lib.1.cap.15. crim.3.quæst.1.causa 1.M.I.R.d.cap.13 crim 3.reg.1.* Propositæ regulæ exceptio prima: Nisi parentes mulieris patiantur, & crimen remittant, reprobatur *d. l. 5.* Secunda: Nisi quinquennium à commisso crimine præterierit. reprobatur *d.l.5.l.mariti.29.§.fin. ff. ad L.Iuliam de adult. Vide insuper infr. cap.28.quæst.2.except.generali 17.repl.3.* Tertia: Nisi puer raptus sit. reprobatur *d.l.29. M.I.R. d. reg.1. except.6.* Quarta: Nisi ancilla rapta sit. reprobatur *l. vnica, in princ. C. de raptu virginum.* Quinta: Nisi sanctimonialis fœmina rapta sit. reprobatur *d.l. vnica, in princ. & §.fin. l.si quis.5. C. de episcopis & cler.l.raptores.41.C. eod.tt. Nouell.c.123.§ si quis ascetriam. M.I.P. d. q.1.causa 2.* Sexta: Nisi nupta sit, quæ est rapta. reprobatur *l. vnica. §. quæ multo magis. C. de raptu virginum.* Septima: Nisi sponsus sponsam suam rapuerit. reprobatur *d.§. quæ multo magis.* Contradicit *M.I.P. d.q.1. except.1.* Octaua: Nisi volens rapta sit. reprobatur *d.l.vnica.§.pœnas. d.l.41.§.fin C.de episcopis & clericis.* Contradicit *M.I. P.d.q.1 except.2.M.I.R.d.reg.1.except.2.*

II. QVIBVS COMPETIT hæc accusatio?

Etiam extraneis competit. *l.qui cœtu. 5.§.fin.ff. ad L.Iuliam de vi pub.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

De iis qui auxilium præbuerunt, item de consciis & susceptoribus, proponitur *l.vnica.§.pœnas. C.de raptu virg. l. raptores. 41.§.pœnas. C.de episcop.& cler.M.I.P. d.crim.3.q.2.*

IV. APVD QVEM competat?

Sine fori præscriptione competit. *d. l. vnica.§. fin autem post.d.l.41.§.fin autem post.*

V. QVID VENIAT IN HOC iudicium, seu de pœna.

i. Regula, De vltimo supplicio, proponitur & approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. eod.cap.q.1.in pr. M.I.P.d.crim.3.q.3.reg.1.M.I.R. d.crim.3.reg.2.*

ii. Regula, Seruus reus vel minister huius criminis concremandus est. *l. vnica. §.fin. C. de raptu virg.*

iii. Regula: De addictione bonorum damnati vide *infr.quæst.prox.*

iv. Regula: Qui nondum viripotentes virgines corrupit, iure antiquo relegatur vel deportatur. *l.si quis.38.§. qui nondum.ff.de pœnis.*

VI. QVAMDIV COMPETAT?

Etiam post quinquennium datur. *l.qui cœtu.5. §.fin.ff.ad L.Iul. de vi publica. l.mariti.29.§.fin.ff. ad L. Iul.de adult.*

VII. EVENTVS HVIVS iudicij?

i. Regula: Damnati bona mulieri raptæ vindicantur, quæ regula approbatur simul & distinguitur *l.vnica.§. & si quidem, cum sequentib. C.de raptu virginum. l.raptores.41.§.bona. C.de episc. & cler. M.I.R.d.crim.3.reg.3.* Huius exceptio est: Nisi mulier rapta raptori suo nupserit, tunc enim eius bona ei non addicuntur. *Nouell. c.143. & 150. M.I.R. d.regul.3.except.1.*

ii. Regula: Rapta raptori suo nubere non potest. quæ regula cum ex iam dictis constitutionibus constat, tum tractabitur etiam *infr. de nuptiis,lib.4.* Contradicit *M.I.P.d.crim.3.q.4.reg.3.*

iii. Regula, De pœna parentum raptum non vindicantium, proponitur *l.vnica.§.pœnas autem, in fin.C.de raptu virginum. Nouell.const.143.§.illo quoq; specialiter, in fin.& §.qui enim tale stare.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

i. Regula, De lege Iulia de vi publica, proponitur *l.in eadem.3.§.præterea.ff. ad L.Iuliam de vi publica.* Hoc remedium cum aliis similibus tollitur *per d.l.vnicam.§.fin.*

ii. Regula: Adfine quoque remedium propositæ legi vnicæ esse videtur *l.raptores.41.C. de episc.& cler.*

iii. Regula, De iudicio adulterij, proponitur *d.l.vnica.§.quæ multo magis. & l.qui cœtu.5.§.fin.ff.ad L.Iuliam de vi publica.*

iv. Regula, De iure occidendi raptorem, habe-

habetur *d.l.vnica.§.ne igitur. & d.l.41.§.1.C.de episc. & clericis.*

DE LEGE CORNELIA DE SICAriis, & veneficis, eiusq; iudicio.

CAP. XXV.

I. CAVSÆ EX QVIBVS HOC iudicium competat?

I. Causa: Si quis hominem sica vel veneno occiderit. *Instit. de publicis iudiciis. §. item l.Cornelia. & §.eadem lege. l.1. in prin. ff. ad l.Corneliam de sicariis. M.I.P.lib.1. cap.15. crim.4. quæst.1. causa 1. M.I.R. lib.1. cap.13.crim.4.reg.1.* Declaratur causa proposita *Instit.de publicis iudiciis. §.sicarij.*

II. Causa: Si hominis occidendi, vel furti faciendi causa cum telo ambulauerit. *d.l.1.l.is qui.7. C.eod.tt. Instit.de publicis iudiciis. §. item lex Cornelia. M.I.P. d.q. 1. causa 2.* Declaratur definitione teli, *Inst.d.tt. §.telum.l.hi qui.11. §. telorum.ff. ad l.Iuliam de vi publica.l.si caluitur 233.§.telum.ff.de verb.signif.*

III. Causa: Si quis hominis necandi causa venenum confecerit, dederit, vendiderit, habuerit. Hæc causa cum aliis similib. approbatur *l.1.§. præterea. & §.fin. l.eiusdem.3. in prin. ff. ad l.Corneliam de sicariis. M.I.R. d. crim.4.reg.2.* Declaratur causa proposita *d.l.3. §. adiectio. l. qui venenum. 236. ff. de verb.sign.* Concordat item causæ propositæ *l.capitalium.28.§.venenarij.ff.de pœnis.*

IV. Causa: Si mortis causam præbuit. *l. nihil interest.15.ff.ad l.Corneliam de sicariis.M I.P.d.q.1.causa 3. M. I.R. d.crim.4. reg.10.* Huius exempla sunt causæ sequentes.

V. Causa: Si falsa indicia professus sit, profitendaue curauerit, quo quis innocens condemnaretur. *l.eiusdem.3.§. item qui autor, in fin. & l.1. in prin.ff.d.tt.*

VI. Causa: Si falsum testimonium dixit, quo quis publico iudicio reus capitis damnaretur. *d. leg.1.§.præterea. M.I.R.d crim.4.reg.3.*

VII. Causa: Si magistratus vel iudex pecuniam acceperit, quo quis publica lege reus fieret. *d.§.præterea.*

VIII. Causa: Si mulier visceribus vim intulit vel medicamenta adhibuit, quo partum abigeret. *l.si mulierem.8.ff. d.tt. l.diuus Seuerus.4.ff. de extraord.criminib.l. Cicero.39.ff. de pœnis. M.I.P.d.q.1. causa 4.M.I.R.d.crim.4.reg.7.*

IX. Causa: Si vim ac tumultum excitauit, vnde quis interemptus sit. *l. quoniam.6. C. ad l. Iuliam de vi pub.M.I.R.d.crim.4.reg.11. except.3.*

X. Causa: Si autor seditionis fuit. *l.eiusdem.3.§. item qui autor.ff. ad l. Cornel. de sicar. M.I.R. d. crim.4. regul.8.*

XI. Causa: Si naufragium suppressit. *d. § item qui autor.*

XII. Causa: Si cuius familia eo sciente arma sumpserit. *d.l.3.§.item is cuius.*

XIII. Causa: Si homo sine iudice ad bestias sit damnatus. *l.circumcidere.11. §.1. & §.fin. ff. ad l.Corneliam de sicariis.*

XIV. Causa: Si hominem castrauerit. *d.l.3.§. qui hominem.l.lege Cornelia.4.§. idem diuus. & l. is qui. 6.ff.eod. tt.*

XV. Causa: Si filios suos circumciderit. *d.l.11.in princip.*

XVI. Causa: Si thlibias fecerit. *l. hi quoque. 5.ff. eod.tt.*

XVII. Causa: Si partum abiicit, eique alimoniam denegat. *l. necare.4. ff. de agnoscendis liberis.M. I.R d.crim.4.reg.9.*

Hactenus causæ propositi iudicij sunt enumeratæ, quanquam & plures eiusmodi sint: veluti, si incendium quis fecerit; *de quo infr.lib.22.cap.9.in l. Aquilia dicetur.* Item, si mala sacrificia fecerit: *de quo infr.lib.3.de re ecclesiastica.* & ita de aliis. Nunc ergo prædictarum causarum exceptiones generales sunt proponendæ, præsertim primæ causæ.

I. Exceptio: Si non occidendi animo fecerit. *l.1.§. diuus.ff. ad l.Cornel. de sicariis. l.1. & l.eum qui.5. C.eod.tt. M.I.P. d. q.1. except.gener.1. M.I.R. d.crim.4. except.gener.1.* Exempla proponuntur *l.in lege Cornel a.7.ff.d.tt.* Replicatio videtur: Nisi lata culpa sit. quæ tamen reprobatur *d. l.7. M. I.R. d. except.1.replic.1.* Plane si culpa quem occidit, extraordinaria pœna punitur. quod approbatur exemplis *l.eiusdem.3.§.sed hoc solum, cum sequentibus.ff. d.tt.* Aliud exemplum habetur *l.si quis.38. §. qui abortionis.ff.de pœnis.* Aliud *l.lege Cornelia.4.§.1.ff. ad l.Cornel. de sicar.* Item aliud, si imperitia medici homo mortuus sit, *l. illicitas. 6.§. sicuti medico.ff. de off.præsidis.M.I.R. d.except.1.replic.7.* Sane vtrum occidendi animo factum sit, necne, ex re constituendum esse, diuus Hadrianus rescripsit, *l 1.§ diuus Hadrian.ff. ad l.Cornel.de sicariis. Vide M.I.R.d.crim. 4.reg 24.*

II. Exceptio: Nisi seruus iussu domini occiderit. Hæc exceptio accipienda est secundum ea quæ dicta sunt *supr.cap.13.except.4.*

III. Exceptio: Nisi tutandæ salutis suæ causa interfecerit. *l.is qui.2. cum duabus legibus sequentibus.C.eod.tt.l.itaq; si seruum. 4. in prin.cum l.seq.ff.ad l. Aquiliam.M.I.P.d.q.1.except.2.M.I.R. d.crim.4.except. gener.5.*

IV. Exceptio; Nisi latronem ac depopulatorem agrorum occiderit. *l.1. C.quando liceat vnicuiq; sine iudice vindicare se.*

V. Exceptio: Nisi desertorem militiæ occiderit. *l.2.C.eod.tt.*

VI. Exceptio: Nisi transfugam occiderit. *l. eiusdem. 3.§.fin.ff. ad l.Corn. de sicariis. M.I.R. d.crim.4. except.gener.16.*

VII. Exceptio: Nisi furem nocturnum occiderit. *l.itaq; si seruum.4.ff.ad l. Aquiliam. M.I.P. d.q.1. except.3.M.I.R.d.crim.4.except gener.17.* Huius replicatio prima est; Nisi clamore idipsum non testificetur. *d.l.4.M.I.R.d.except.17.repl.3.* Secunda: Nisi furi, quamuis nocturno, parcere sine suo periculo potuit. *l.furem 9.ff. ad l. Cornel.de sicariis. M.I.P. d.except.3.repl.2. M.I.R. d.except.17.repl.2.* Tertia: Nisi furem non noctu, sed interdiu deprehenderit. ipso quidem iure subsistit, *M.I.P. d.except.3.repl. 1. M.I.R.d.except.17.repl.4.* verum eius duplicatio est: Nisi se telo defendat. *d.l.4. & 5.ff. ad l.Aquiliam. l.si pignore.56.§.furem.ff. de furtis.*

VIII. Exceptio: Nisi stuprum sibi vel suis inferentem occiderit. *l.1.§.fin.ff. ad l.Corn. de sicariis. M.I.R. d.crim.4.except.gener.18.*

IX. Exceptio: Nisi adulterum cum filia sua deprehensum occiderit. approbatur simul & distinguitur *l.patri.20. cum l.seq.ff. ad l.Iuliam de adulter. l. Gracchus. 4. in princ. Cod. d.tt. M.I.R. d. crim.4. except.*

except.gener.19. Huius replicatio prima est: Nisi non simul & filiam cum adultero pater interfecerit. *d.l.20. & l.nihil interest.32.in prin.ff.d tt.M.I.R. d.except.19.replic.1.* Cuius duplicatio est: Nisi altero occiso, alter sit vulneratus. *d.leg.32.in princ.* Secunda replicatio est: Nisi non in continenti, sed ex interuallo pater filiam quoque occidat. approbatur simul & distinguitur *l. quod ait lex. 23.§. fin.ff.ad l.Iuliam de adult.* Tertia: Nisi non prius filiam pater occiderit. reprobatur *d. l.32. in prin. ff. eod.tt.* Quarta: Nisi filia in patris occidentis potestate non fuerit. *d.l.20.cum seq.ff.d.tt. M.I.R. d.except.19.repl.2.* Quinta: Nisi non naturalis, sed adoptiuus sit pater. reprobatur *l.nec in ea lege.22.ff. eod.tt.* Sexta: Nisi tempore contracti matrimonij filiam non habuerit in potestate. reprobatur *l.quod ait lex.23.§.sufficit.ff.eod.tt.* Septima: Nisi pater qui occidit, iure patris accusare adulterum non potuit. *l.marito.24.§.fin.ff.eod.tt.* Octaua: Nisi non in ipso opere pater adulterum cum filia deprehenderit. *d.l.23.in prin. M.I.R d.except.19.repl.3.* Nona: Nisi non domi suæ vel generi sui, filiam deprehensam cum adultero occiderit, sed alibi. *d.l.23. §. quare l.nec in ea lege.22.§. ius occidendi. ff. eod. tt. M.I.R. d. except.19.repl.4.* Decima: Nisi in domo sua, in qua non habitat, pater deprehenderit. *d.§. ius occidendi. & d.§. quare, in fin.*

Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Duplicationis loco aduersus iam dictas replicationes notandum, quod quamuis pater in dictis casibus proposita exceptione non defendatur ad pœnam euitandam: tamen mitiorem pœnam, quam alij homicidæ, eirrogandam. *l.Gracchus.4. C. ad l.Iuliam de adulteris. M.I.R. d.except.19.in fin.*

X. Exceptio: Nisi adulterum cum sua vxore deprehensum maritus interfecerit. approbatur simul & distinguitur *l.marito quoq;.24. in princ.ff.d. tt.M.I.R.d.crim.4.except.gener.20.* Huius replicatio prima est: Nisi alibi quam domi suæ deprehensum adulterum, & non in ipso opere, maritus occiderit. *d.l.24. in princ.M.I.R. d.except. 20.repl.3. & 4.* Cuius duplicatio est: Nisi maritus antea occisum de adulterio suspectum habens, tres illi denunciationes miserit: tuncenim, si eum postea, quamuis non domi suæ, nec in ipso actu, sed cum vxore sua colloquentem deprehensum occidit, impunitum est. approbatur certo modo *Nouell. c.117. §.ad hæc vero. M.I.R. d.replic. 4. dupl.1.* Altera replicatio est: Nisi in adulterio à marito deprehensus non sit infamis, nec libertus mariti vel vxoris, nec seruus, &c. *d.l.24. in princ.ibi: eum qui leno.ff. ad l.Iuliam de adulteris. M.I.R. d.except.20. replic.2.* Ratio propositæ replicationis proponitur *l.nec in ea lege. 22.§.fin. ff.d.tt.* Tertia replicatio est: Nisi libertus adulter ius aureorum annulorum impetrauit. reprobatur *l. si is. 42. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi maritus, occiso adultero, vxorem statim dimiserit. *d. leg. 24. §. & præcipitur. ff. d.tt.* Quinta: Nisi maritus filiusfamilias sit, non sui iuris. reprobatur *d.l.24.§.cæterum.* Sexta: Nisi eum occiderit maritus, quem iure mariti adulterij accusare non potest *d.l.24.§.fin.* Septima: Nisi patronum suum maritus occiderit. *l.si adulterium 38. §.pen.ff. ad l. Iuliam de adult.* Hæc de decima exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Sane duplicatio generalis, in fine præcedentis exceptionis proposita, ad iam dictas quoque replicationes pertinet.

XI. Exceptio: Nisi maritus vxorem in adulterio deprehensam occiderit. *d.l.38. §. Imperatores. & l.1. §.fin.ff.ad l. Cornel.de sicariis.* Contradicit *M.I.P. d.q.1.except.7.M.I.R.d.crim. 4.except.gener.21.*

XII. Exceptio: Nisi maleficum occiderit. reprobatur *l.vlt.C.de maleficis.*

XIII. Exceptio: Nisi seruus occisus sit, vel alius infimæ conditionis homo. reprobatur *l.1.§. & qui hominem.ff.d.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi dominus seruum occiderit. reprobatur *Inst.de his qui sunt sui vel alieni iuris.§. in potestate. l.vnica. C.de emendatione seru.*

XV. Exceptio; Nisi magistratus occiderit. approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est; Nisi contra leges occiderit. *l.lege Cornelia. 4.in prin.ff.ad l.Corneliam de sicariis.M.I.P.d.q.1.except. 8.M.I.R.d.crim.4.except.gener.22.*

XVI. Exceptio; Nisi furiosus vel infans occiderit. *l.infans.12.ff.eod.tt.M.I.P.lib.1.cap.6. q.3.except. 2.M.I.R.d.crim.4.except.gener.27.cum seq.*

XVII. Exceptio: Nisi minor 25. annis occiderit. reprobatur *l.si quis.6.C.eod.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi infans occisus sit. reprobatur *l.si quis 8.C.d.tt. M.I.P.d.q.1.except.11.*

XIX. Exceptio: Nisi decurio occiderit. reprobatur *l.diuus Hadrianus.15.ff.de pœnis.*

XX. Exceptio: Nisi in rixa vel in tumultu quis sit occisus. reprobatur *l.vltim.ff. ad l. Cornel.de sicariis.* Hactenus de causis propositi iudicij, earumque exceptionibus est dictum; sequuntur nunc reliquæ eius quæstiones.

II. ADVERSVS QVOS COMpetat hæc accusatio.

I. Regula: Si in rixa atque tumultu quis occisus sit, tam is qui occidit tenetur, *vt patet ex iis quæ dicta sunt exceptione proxima:* quam is qui author fuit tumultus, *vt ostensum superius causa 9. M.I.P.d.c. 15.crimin.4 q.2.reg. M I.R.d.crim.4.reg.11.*

II. Regula: Seruo sine iudice ad bestias dato, tam emptor quam venditor tenetur. *de quo supr. causa 13.*

III. Regula. De eo cuius dolo malo alius hominem occidit, Hic quoque tenetur. *l.is qui.7.C. ad l.Corneliam de sicariis. M.I.P. d.quæst.2.reg.5. M.I.R. d.crimin. 4.regul.12.*

III. QVID VENIAT IN HOC IVdicium, seu de pœna homicidij.

Prima regula proponitur *l.eiusdem legis. 3. §. penult. & l. qui eadem. 16. ff. ad legem Corn. de sicar. l. si quis.8. C. d.tt.l. capitalium.28.§. venenarij.ff.de pœnis. Inst.de pub.iudiciis. §. item l.Cornelia de sicar. M. I. P. d. crim.4.q.3.reg.1.M.I.R.d.crim.4.reg.15.*

Secunda, *l.1. C. de maleficis.*

Tertia, de latronibus puniendis, proponitur *d.l.28.§.famosos.ff.de pœnis.* De reliquis huiusmodi regulis vide *supr.q.1. in singulis causis & exceptionibus.* Nam propter exceptiones propositas non semper eximitur reus damnatione: sed interdum nihilominus damnatur, diminuta tamen pœna; *vt supr.except.9.in fin. item exc.11.*

DE LEGE POMPEIA DE parricidiis. CAP. XXVI.

PRIMO: Causa huius iudicij proponitur *l.1.ff. ad l.Pomp. de parric. M. I. R. lib.1. cap. 13. crim.5. in princ.* Cuius exceptio prima est: Nisi alias personas, præter d.l.1.enumeratas, occiderit quis. tunc enim lege Pompeia non tenebitur, sed lege Cornelia de sicariis. *Institut. de publicis iudiciis*, §.*alia deinde, in fin. l.pœna parricidij 9.§. qui alias personas, ff. ad l. Pompeiam de parricidiis.* Huius replicatio est: Nisi patrem cum consobrino, aut propiorem gradu occiderit: item, nisi nouercam & sponsam occiderit. hæ enim personæ, quamuis d.l.1.non sint enumeratæ, nec verbis legis Pompeiæ comprehendantur, sententia tamen eius continentur. *l. sed sciendum 3. cum l.seq. ff. d.tt.*

II. Exceptio: Nisi inauditum & inobedientem filium pater occiderit. reprobatur *l.2. ff. ad l. Corneliam de sicariis, & l.vnica, in fin. C. de emendatione propinquorum.*

III. Exceptio: Nisi pater filium, quod nouercam adulterauerit, occidit. reprobatur *l.diuus Hadrianus, 5. ff. ad legem Pomp. de parricid.*

IV. Exceptio: Nisi per furorem parentē occidit. *l.pœna parric. 9. §. fin. ff. d.tt. l.congruet. 13. §. fin. & l.diuus Marcus 14. in prin. ff. de offi. præsid.* Huius replicatio prima est: Nisi furor simuletur. *dictis legibus.* Secunda: Nisi medio tempore, quo furor intermiserat, parricidium fecerit. *d.l.14 §. si vero.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod quamuis parricida propter furorem excusetur: ij tamen qui eum custodire debuerunt, sunt puniendi, non quidem pœna legis Pompeiæ, sed mitiore. *d.l.4.§. cum autem.*

V. Exceptio: Nisi temporis præscriptio obstet. reprobatur *l.vlt. ff. ad l. Pomp. de parricid.*

VI. Exceptio: Nisi reus mortuus sit. approbatur sub conditione *l.parricidij. 8. ff. eod. tt.* Plura de hac exceptione vide *sup. cap. 13. except. 10.*

VII. Exceptio: Nisi occisus ad patriam delendam venit, vel ad parentes & liberos interficiendos. *l.minime. 35. in fin. ff. de religiosis.*

II. ADVERSVS QVOS COMPETAT accusatio ex lege Pompeia?

I. Regula, De eo cuius dolo parricidium factum est, proponitur *l.1. ibi: cuius dolo malo. ff. ad l. Pomp. de parric. Institut. de pub. iud. §. alia item. ibi: nec non is.*

II. Regula, De conscio parricidij, quamuis extraneo, *l.vtrum. 6. ff. ad l. Pomp. de parric. Instit. d.§. ibi: vel conscius. l.2. & l.si sciente. 7. ff. d.tt. M.I.R. d.crim. 5. reg. 2.*

III. QVID VENIAT, SEV DE pœna parricidii.

Pœna parricidij proponitur *l.pœna 9. in prin. ff. ad l. Pomp. de parricid. l.vnica. C. de his qui parent. vel lib. occid. Instit. de pub. iud. §. alia deinde*, quibus contradicit *l.1. ff. ad l. Pomp. de parric. M.I.R. d.crim. 5. regul. 3.* Plane propositæ pœnæ exceptio est: Nisi alias personas, quàm quæ parentum liberorumue locum obtinent, occiderit: hoc enim casu non lex Pompeia locum habet, sed legis Corneliæ pœna competit. *de quas. except. 1.* Sed & alia parricidij pœna proponitur *l.2. ff. d.tt.*

DE LEGE FAVIA DE PLAGIARIIS. CAP. XXVII.

I. GENVS HVIVS IVDICII.

PVblicum iudicium est. *l plagii. 13. C. ad l. Fauiam de plag. Inst. de pub. iudiciis §. est & inter.*

II. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

I. Causa: Si liberum hominem vel seruum alienum suppresserit quis, celauerit, vel in vinculis habuerit. *l. non statim. 6. §. fin. ff. ad l. Fauiam de plagiar. l. si ab Æliano. 2. l. si fratrem. 5. & l. eum qui. 9. C. eod. tt. M.I.R d.cap. 13. crim. 6. reg. 1.* Propositæ causæ exceptio prima est: Nisi ignorans bona fide alienum seruum vel liberum hominem possideat. *l. legis Fauiæ. 3. in princ. ff. d.tt. l. quicunque. 4. §. quod si seruus. C. de seruis fugit.* Planè exceptio proposita replicationem recipit in colonis Illyricanis. *l. vnica. ibi: vt sic ignorantiæ locus. & ibi: ignorationis excusatione sublata. C. de Illyricanis colonis.* Secunda exceptio: Nisi suum hominem putans detinuerit. Hæc species est præcedentis, & approbatur *l. præses. 8. & l plagii. 14. C. ad l. Fauiam de plagiar.* Huius replicatio est: Nisi celandi criminis causa, proprietatis quæstionem fecerit. *d.ll. & l. eum qui. 5. ff. d.tt.* Tertia exceptio est: Nisi seruus fugitiuus, vt pasceretur, detentori operas suas locauerit, idq; antea alij quoque fecerit. *l. non statim. 6. §. idem princeps. ff. d.tt.* Quarta: Nisi debiti nomine liberum hominem locet, vel pignori capiat, reprobatur *Nouel. c. 134. §. quoniam verò & hoc. l. ob æs. 12. C. de obligat. & actionibus. M.I.R. d.regul. 1. in fine.* Quinta. Nisi libidinis causa ancillam rapuit. *l. verum est. 40. in fin. ff. de furtis.* Eius replicatio proponitur *l. fullo. 84. §. qui ancillam. ff. eod. tt.* Sexta exceptio: Nisi homo suppressus mortuus sit. reprobatur *l. legis Fauiæ. 3. §. fin. ff. ad l. Fauiam de plagiariis.* Septima: Nisi ciuiliter actum sit. reprobatur *l.1. C. eod. tt.* Hæc de prima ac principali propositæ accusationis causa, eiusque exceptionibus sint dicta.

II. Causa: Si liberum hominem vel seruum alienum quis emerit, vendiderit, donauerit, alioue modo alienauerit. *l.1. & l. lege Fauia. 4. ff. ad l. Fauiam de plag. l. liberum. 15. C. eod. tt. l.2. C. vbi de criminibus agi oportet.*

III. Causa: Si seruum alienum interceperit quis. approbatur certo modo *l. non statim. 6. in prin. ff. ad l. Fauiam de plag.*

IV. Causa: Si seruo alieno persuaserit, vt à domino fugeret. *d.l.6. §. fin. & l.2. C. eod. tt.*

V. Causa: Si dominus seruum suum fugitiuum vendiderit, approbatur simul & distinguitur *l. in fuga. 6. C. d. tt. l.2. §. fin. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima est. Nisi cohæredes vel socij, in diuisione rerum communium, licitationem & adiudicationem serui fugitiui faciant. *dict. leg. 6.* Secunda. Nisi ita dominus fugitiuum vendiderit, vt si fuerit deprehensus, venditio valeat. *d.l.6. §. fin. & d. l. 2. §. fin.* Tertia: Nisi dominus seruum fugitiuum mandauit apprehendendum & vendendum. *d.l.2. §.1. l. quòd sæpe. 35. §. si quis amico. ff. de contrahend. empt.* Quarta. Nisi absentem, non fugitiuum vendiderit. *dict. leg. 2. in princip.* Hactenus causæ earumque exceptiones sunt enumeratæ.

III. AD-

III. ADVERSVS QVOS COMPETAT hæc accusatio?

I. Regula, De socio criminis, proponitur *l. non statim. 6. §. fin. ibi: quiue in earum quæ re socius erit. ff. ad l. Fauiam de plag.*

II. Regula. De eo cui homo contra legem Fauiam alienatus est. Et hic tenetur perinde ac is qui alienauit. *approbatur per ea quæ dicta sunt supr. quæst. prox. causa 2. Concordat d. leg. 6. §. fin. ibi: emerit sciens dolo malo.* Huius exceptio est: Nisi ignorans bona fide comparauerit. *d. §. fin. & l. comparantem. 10. C. eod. tt.*

IV. PER QVOS COMPETAT?

Per procuratorem non competit. *quod innuitur l.2. ibi: legis Fauiæ crimen per te. C. d. tt.* De qua re plura vide *supr. c. 12. quæst. 7.*

V. VBI ET APVD QVEM competat?

I. Regula, Apud præsidem prouinciæ, non procuratorem Cæsaris competit. *l. non valet. 4. & l. si quis. 12. C. eod. tt.*

II. Regula, De domicilio rei conuenti, proponitur *l.2. C. vbi de criminibus agi oporteat.*

VI. QVID VENIAT IN hoc iudicium.

I. Regula: Legis Fauiæ pœna pecuniaria fuit, quæ in vsu esse desiit, & pro ea extraordinaria pœna est introducta. *l. vlt. ff. ad l. Fauiam de plagiar. Instit. de pub. iudiciis. §. est & inter.*

II. Regula, De pœna metalli, proponitur *d.l. vlt. & l. plagiarij. 16. in prin. C. ad l. Fau. de plag.*

III. Regula, Serui & libertini bestiis subliciuntur, ingenui gladio puniuntur. *d.l. 16.*

IV. Regula, De capitis pœna, proponitur *Instit. de publicis iudiciis. §. est & inter. l. quoniam. 7. C. ad l. Fauiam de plag. M.I.P. lib.1. cap. 15. crim. 5. regul. 1. M.I.R. d. crim 6. reg. 2.*

V. Regula, Si creditor debitoris filios detineat pignoris iure, qua pœna sit puniendus, definitur *Nouell. c. 134. §. quoniam vero & hoc.*

VI. Regula, De alio seruo pari cum occultato, vel viginti solidis restituendis, proponitur *l. quicunq; 4. in princ C. de seruis fugitiuis.*

VII. Regula, Si seruum fisci occultauerit, pœna habetur *l. si quis. 7. C. de seruis fugitiuis.*

VIII. Regula, De quadrupli pœna, *l. vnica. §. fin. C. de colonis Illyricanis.*

VII. ADIVNCTA HVIVS IVDICII.

Definiuntur *l. vt legis Fauiæ. 3. C. ad l. Fauiam de plag.* Vt enim legis Fauiæ pœna debeatur, in crimen subscriptio, & accusatio, & sententia necessaria est.

De quæstione habenda proponitur *l. quicunq; 4. §. sane. C. de seruis fugitiuis.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

Primum adfine remedium est, ciuilis in rem actio. *l.1. C. ad l. Fauiam de plagiariis.*

Secundum, accusatio de vi publica & priuata. *d.l.1. in fin.*

Tertium est, furti actio. *l. si quis. 12. C. eod. tt. l. non statim. 6. in prin. ff. d.tt. l.1. in prin. ff. de fugitiuis.*

Quartum est, actio serui corrupti. *l.2. C. ad l. Fauiam de plagiariis.*

DE LEGE IVLIA DE ADVLTERIIS & STVPRO. CAP. XXVIII.

PRIMO: Quo authore iudicium de adulteriis sit introductum, definitur *l 1. ff. ad l. Iuliam de adulteriis.*

II. CAVSÆ HVIVS ACCVSATIONIS, ex quibus competat.

Prima & principalis causa huius iudicij est: Si adulterium vel stuprum sit commissum. *M.I.P. lib.1. cap. 15. crim. 6. q.1. in princip. M.I.R. d. cap. 13. crim. 7. reg. 1. in princ.* Quæ causa declaratur differentia adulterij & stupri, *l. inter liberas. 6. §. lex stuprum. ff. eod. tt. l stuprum. 34. §. fin. ff. eod. tt l. inter stuprum. 101. in prin. ff. de verb. sign. M.I.P. d. quæst. 1, in prin. M.I.R. d. reg. 1. in prin.*

II. Causa: Si mulierem cupidinis, non matrimonij causa detinet. approbatur simul & distinguitur *d.l. 34. in prin.*

III. Causa: Si domum vel agrum adulterio committendo præbuit. *l. qui domum. 8. in prin. ff. ad l. Iuliam de adult.* Declaratur vocabulum Domus, *d.l. 8. §. fin.* Declaratur item vocabulum Materfamilias, *l. mater autem familias. 10. in princ. ff. eod. tt.* Propositæ causæ exceptio prima: Nisi non suam, sed alienam domum præbuerit. reprobatur *l. etsi. 9. in prin. ff. d.tt.* Secunda: Nisi non admissum sit adulterium in ea domo. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi de adulterio in ista domo sit tractatum. *d. l. 9.* Tertia exceptio: Nisi non vir, sed mulier domum præbuerit. reprobatur *d.l. 10. §. 1.*

IV. Causa: Si lenocinium fecerit. *l.2. §. lenocinij. ff. ad l. Iuliam de adult.* Sed & lenocinium prohibetur *Nouell. c. 14. M.I.R. d. crim. 7. reg. 2.* Declaratur causa proposita definitione lenocinij, *l. athletas. 4. §. ait prætor. ff. de his qui notantur infam.* Porro & alia lenocinij pœna proponitur *l. vlt. C. de spectaculis & scenicis. l. si lenones. 12. C. de episc. aud.* Plura de lenocinij crimine vide *sup. cap. 20. causa 12.*

V. Causa: Si maritus de adulterio vxoris, vel contra vxor de adulterio mariti quid acceperit. *l.2. §. lenocinij. l. qui domum. 8. in prin. l. miles. 11. in princ. l. mariti. 29. §. qui quæstum. & l. si quis. 33. §. fin. ff. ad l. Iuliam de adult.* Huius exceptio est: Nisi sine quæstu maritus vxorem patiatur adulterari. *d. §. qui quæstum, in fin. & l.2. §. lenocinij, in fin. ff. eod. tt.*

VI. Causa: Si maritus vxorem patiatur adulterari. reprobatur *per ea quæ iam dicta sunt causa prox. in fin.*

VII. Causa: Si quis pro comperto stupro aliquid acceperit. *l. mariti. 29. §. plectitur. & l. mater autem familias. 10. ff. eod. tt. l. de crimine. 10. & l. serui. 24. §. fin. C. eod. tt.*

VIII. Causa: Si maritus adulterum deprehensum dimisit. approbatur simul & distinguitur *d.l. 29. in prin. ff. d.tt.* Exceptio prima est: Nisi maritus adulterium factum ignorauit, vel non credidit. *d.l. 29.* Secunda: Nisi alius quam maritus adulterum deprehensum dimiserit. *d. l. 29. §. plectitur, in fin.*

IX. Causa: Si cuius ope doloue malo factum sit, vt deprehensus in adulterio pecunia se redimeret. *l. is cuius. 14. in princ. & l. nihil interest. 32. §. fin. ff. d.tt.*

X. Cau-

x. Causa: Si vlt infamandæ vxoris causa adulterum subiecerit, vt ipse deprehēderet *d. l.* 14. §. 1.

xi. Causa: Si is cui tres denunciationes à marito missæ erant, ne cum vxore eius rem haberet: cum vxore eius colloquens deprehensus fuerit. hoc enim ipso in crimen adulterij incidit. *Nouell. c.* 117. §. *ad hæc vero. ibi: ille autem si reuera.* Huius causæ exceptio est: Nisi in templo cum ea confabulatus sit, ac deprehensus, reprobatur *d.* §. *adhæc verò. ibi: quoniam verò.*

xii. Causa: Si maritus vxorem in adulterio deprehensam retinuerit. *l.* 2. §. *lenocinij. ibi: item in eum. &* §. *si publico. l. mariti.* 29. *in prin. ff. d. tt. & l.* 2. *C. eod. tt. M. I. P. d. q.* 1. *causa* 5. Exceptio prima est: Nisi vxor adulterij nondum sit damnata, sed tantum suspecta. *d. l.* 2. *& l. quamuis.* 30. §. *in primis. C. eod. tt. l. constante.* 26. *ff. eod. tt. l. generali.* 34. §. *ream adulterij. ff. de ritu nuptiarum.* Altera exceptio est: Nisi non ob adulterium, sed ob aliud crimē vxor fuerit damnata. *l. vim passam.* 39. §. *mulierem. ff. ad l. Iuliam de adult.* Plane causa proposita iure nouo mutatur ac tollitur, *Nouell. c.* 134. §. *si quando adulterij crimen. ibi: mulier vero.*

xiii. Causa: Si adulterum quem habet in potestate, cum vxore sua deprehensum retinuerit, nec dimiserit. *l. si quis.* 33. §. *si quis. ff. ad l. Iuliam de adulter.*

xiv. Causa: Si vxorem adulteram dimissam reduxerit, *d.* §. *si quis. l. castitati.* 7. *ibi: reduxit. C. eod. tt. M. I. P. d. q.* 1. *causa* 6. Exceptio est: Nisi vxor de adulterio non fuerit damnata. *l. sine metu.* 17. *C. eod. tt. Concordant & ea quæ dicta sunt supr. causa* 12. *except.* 1. Plane causa proposita mutatur ac tollitur *per ea qua dicta sunt sup. d. causa* 12. *in fin.*

xv. Causa: Si quis damnatam adulterij duxerit in vxorem, vel contra mulier adultero nupserit, *l. mariti.* 29. §. *quod ait lex. ff. eod. tt. d l.* 7. *C. eod. tt. M. I. P. d. q.* 1. *causa* 7. Huius exceptio prima est: Nisi non adulterij, sed stupri nomine mulier fuerit damnata, reprobatur *d.* §. *quod ait lex.* Secunda: Nisi ob aliam causam, quam vel adulterij vel stupri, fuerit damnata. *d.* §. *quod ait lex.* Tertia: Nisi non in vxorem duxerit, sed in concubinam. *l.* 1. §. *qui etiam, ff. de concubinis.* Quarta: Nisi de adulterio nondum fuerit conuictus vir vel mulier. *l. miles.* 11. §. *licet mulier, ff. ad l. Iuliam de adulter.* Huius replicatio est: Nisi rea adulterij sit, eiusque vir adhuc viuat. *l. reas.* 26. *ff. de ritu nuptiarum.*

xvi. Causa: Si incesti crimen sit contractum. Hæc causa ipso iure subsistit: *M. I. P. d q.* 1. *causa* 8. *M. I. R. d. crim.* 7. *reg.* 3. declaratur autem definitione incesti. *l. sororis.* 39. *ff. d. tt. item Instit. de nuptiis.* §. *ergo non omnes. M. I. P. d causa* 8. *M. I. R. d. reg.* 3 Exceptio prima est, quod quamuis vir qui incestas nuptias contraxit, puniatur, mulier tamen excusetur, & ab ea pœna excipiatur. *l. si adulterium.* 38. §. 1. §. *fratres denique. ibi: nam & mulieres. &* §. *incestum autem, ff. ad l. Iuliam de adult.* Huius replicatio prima est: Nisi mulier sciens incestas contraxerit nuptias. *d.* §. *incestum autem.* Altera: Nisi non per nuptias, sed per adulterium vel stuprum incestum sit commissum. hoc enim casu etiam mulieres perinde ac mares puniuntur. *d. l.* 38. *in princ. &* §. 1. Secunda exceptio est: Nisi is qui incestas nuptias contraxit, minor fuerit ætate. *d.* §. *incestum autem. &* §. *nonnunquam, cum sequentibus, eadem l.* 38. Huius replicatio est: Nisi non per matrimonium, sed per adulterium vel stuprum incestum sit commissum: tunc enim, quemadmodum non sexus, ita nec ætatis excusatio admittitur. *d.* §. *nonnunquam.* Tertia exceptio est: Nisi antequam reus postulatus sit, diuortium fecerit. *d. leg.* 38. §. *ijdem Imperatores, cum* §. *seq.* Quarta: Nisi morte mulieris matrimonium incestuosum sit solutum. reprobatur *l. fin. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi non per matrimonium incestum sit commissum, sed per simplex stuprum. reprobatur *l. miles.* 11. §. 1. *ff. eod. tt. l. etiamsi.* 56. *ff. de ritu nup.*

xvii. Causa: Si tutor pupillam, vel curator adulteram suam in vxorem duxerit. approbatur simul & distinguitur *l. qui pupillam.* 7. *in princ. ff. ad l. Iuliam de adult.*

xviii. Causa: Si quis duas vxores simul habeat, vel vxor duos maritos, adulterij crimine tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. eum qui duas.* 18. *C. eod. tt. l.* 2. *C. de incestis & inutilib. nuptiis. M. I. P. d. q.* 1. *causa* 9. *M. I. R. d. cri.* 7. *reg.* 5. Huius exceptio prima est: Nisi per errorem & ignorantiam sit factum. *d. l.* 18. *l. penult. item l. miles* 11. §. *mulier, ff. eod. tt. M. I. P. d. causa* 9 *except.* 1 *M. I. R. d. reg.* 5. *except.* 1. Altera exceptio est: Nisi mulier vni desponsata, alteri in matrimonium sit tradita. ob hoc enim adulterij crimen non contrahitur. *d. leg.* 11. §. *quærebatur.*

xix. Causa: Si mares cum maribus coierint. *Institut. de pub. iudiciis.* §. *item lex Iulia de adult. l. cum vir nubit.* 31. *C. ad l. Iuliam de adulter. Nouell. cap.* 141. *M. I. P. d. q.* 1. *causa* 11. *M. I. R. d. crim.* 7. *reg* 6. Hactenus causæ, ex quibus accusatio lege Iulia de adulteriis introducta competat, sunt propositæ: sequuntur nunc istarum causarum exceptiones generales.

i. Exceptio: Nisi inter seruos & cum ancilla stuprum vel adulterium sit commissum. *l. inter liberas.* 6. *in prin. ff. d. tt. l. etsi.* 25. *& l. quæ adulterium.* 29. *C. eod. tt. l. si stuprum.* 25. *ff. de iniuriis.* Contradicit *M. I. P. d. q.* 1. *except. gener.* 1.

ii. Exceptio: Nisi seruus adulterium vel stuprum fecerit, reprobatur *l. seruos quoque.* 5. *in princ. ff. de accusationib. & l. quoniam.* 26. §. *fin. C. ad l. Iuliam de adulter.*

iii. Exceptio: Nisi non in nuptam, sed in virginem vel viduam sit commissum. reprobatur *Instit. de pub. iudiciis.* §. *item lex Iulia de adult. M. I. P. d. q.* 1. *except. gener.* 2. *M. I. R. d. crim.* 7. *reg.* 1. *except.* 1.

iv. Exceptio: Nisi minor annis adulterium vel stuprum commiserit. reprobatur *l. auxilium.* 37. §. *fin. ff. de minori.* 25. *annis. l. si minor annis.* 36. *& l. si adult.* 38 §. *fratres. ibi: cum alias, ff. ad l. Iuliam de adult.*

v. Exceptio: Nisi nondum viripotentes virgines corrupit, reprobatur *l. si quis.* 38. §. *qui nondum, ff. de pœnis.*

vi. Exceptio: Nisi cum meretrice aut alias muliere ignominiosa stuprum sit commissum. *l. si ea.* 23. *C. ad l. Iuliam de adult. & l. quæ adulterium* 29. *C. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 1. *exc.* 3. Contradicit *M. I. P. d. q.* 1. *except. gener.* 3. Huius replicatio prima est: Nisi euitandæ pœnæ causa mulier infamem se præbuerit. *l. mater autem familias.* 10. §. *fin. ff. eod. tt.* Altera: Nisi mulier nupta sit: tunc enim nihilominus iure viri accusatio competit. *l. si vxor.* 13. §. *sed & in ea, ff. eod. tt.*

vii. Exce-

vii. Exceptio: Nisi is qui adulterium commisit, in honore ministerioue publico sit. reprobatur *l. si adulterium.* 38. §. *fin. ff. d. tt.*

viii. Exceptio: Nisi lenocinio mariti adulterium sit commissum. *l. ita nobis* 28. *ibi: & lenocinij. C. d. tt. l. cum mulier.* 47. *in fin. ff. soluto matrimonio. & l. viro atq; vxore.* 39. *ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi accusatus vel accusata inter reos receptus receptaue sit. *l.* 2. §. *qui hoc dicit. &* §. *si publico. item l. si maritus.* 15. §. *præscriptiones. ff. ad l. Iuliam de adulter.* Ratio huius replicationis proposita est *supr. cap.* 12 *quæst.* 5. *exc.* 14. Secunda replicatio est: Nisi accusatus seruus sit, vel seruus esse dicatur. *l. quoniam.* 26. *C. eod. tt.*

ix. Exceptio: Nisi maritus infamandæ vxoris causa adulterum subiecerit. reprobatur *l. is cuius.* 14. §. *si vir. ff. d. tt.*

x. Exceptio: Nisi matrimonium intercesserit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, cum inter maritum & vxorem non possit committi adulterium vel stuprum: sed eius replicatio prima est: Nisi matrimonium non sit legitimum. *quæ constat ex iis quæ dicta sunt supr. causa* 16. *cum duab. seqq.* Secunda: Nisi adulterio, non stupro commisso matrimonium intercesserit. Hæc replicatio species est præcedentis, & approbatur *l. commissum.* 27. *C ad l Iuliam de adult.*

xi. Exceptio: Nisi per vim stuprum vel adulterium sit factum. *l. si vxor.* 13. §. *si quis plane, in fin. & l. vim passam.* 39. *in pr. ff. eod. tt. l fœdissimam.* 20. *C. d. tt.* Plane hoc casu is qui vim intulit, alia lege tenetur, *de qua supr. c.* 23. *est dictum.*

xii. Exceptio: Nisi is eaue, qui quæue adulterium commisit, decesserit; tunc enim extinguitur adulterij crimen, *secundum ea quæ dicta sunt supr. cap.* 13. *exc.* 10. Huius exceptionis, præter alias replicationes d. except. 10. enumeratas, numeratur & hæc: Nisi alter ex iis qui adulterium commiserunt, supersit. hic enim nihilominus accusari potest, morte alterius non obstante. *l. denunciasse.* 17. §. *fin. cum ll. sequentibus. l. miles.* 11. §. *adulterij l. vim passam.* 39. §. *in matrimonio. & l. fin. ff. ad l. Iuliam de adult.*

xiii. Exceptio: Nisi mulier adultera in eodem matrimonio perseuerauerit. *d. l.* 11. §. *volenti. & l. constante.* 26. *ff. d. tt. l. crimen adulterij.* 11. *C. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi maritus de lenocinio sit accusatus & conuictus. *d. ll. & l. si quis.* 33. § *si quis. ibi: quæ autem.* Altera: Nisi in alio, non in eo matrimonio, in quo nunc est mulier, adulterium sit commissum. *l. nuptam mihi.* 5. *ff. eod. tt.*

xiv. Exceptio: Nisi accusatio semel in iudicium deducta fuerit, & reus absolutus, vel accusatio deserta. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. c.* 13. *exc.* 15. *in pr.* Proinde is qui accusationem in iudicium deduxit, & ab ea destitit, postea rursus accusare volens non auditur. *de quo infr. dicetur.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi alius accusationem ab alio desertam repetere velit. *l. constante.* 26. *in fin. ff. ad l. Iuliam de adult.* Secunda; Nisi accusatio aduersus alterum antea fuerit instituta. ex eo enim alter, qui postea accusatur, non defenditur. approbatur simul & distinguitur *l. denunciasse.* 17. §. *quæritur. ibi: expectabit igitur &* §. *fin. cum ll. seqq. ff. d. tt.* Huius duplicatio est; Nisi adulter accusatus absolutus fuerit: tunc enim & mulieri rei iudicatæ exceptio competit, præposita replicatione non obstante. *d.* §. *quæritur. l.* 2. *in pr. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 1. *exc.* 4. *item lib.* 5. *cap.* 12. *reg.* 15. *excep.* 1. Cuius triplicatio prima est; Nisi mulier non sit nupta. tunc enim exceptio rei iudicatæ illi non datur. *l. adulter.* 19. §. *si eo tempore. ff. d. tt.* Secunda videtur; Nisi nupta mulier ab alio accusetur, non ab eodem, sed reprobatur *d. l.* 19. §. *nupta.* Tertia; Nisi per collusionem adulter fuit absolutus. reprobatur *d.* §. *nupta.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est; Nisi ij qui de adulterio accusati fuerunt & absoluti, postea matrimonium contraxerint, & turpiter conuersati fuerint. *Nouell. c.* 134. §. *si quis autem de adulterio. & l. qui adulterij.* 34. *C. ad l. Iuliam de adult.* Quarta replicatio est: Nisi extraneo accusante absoluta sit mulier, posteaque maritus accusare velit. *l. si maritus.* 4 §. *fin. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi prima accusatione vterque simul, & adulter & adultera, fuerit accusatus. *l. si maritus.* 15. §. *fin. ff. d. tt.*

xv. Exceptio: Nisi crimen abolitum sit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. c.* 13. *exc.* 16. *item c.* 17. *de tergiuersatione. q.* 2. *exc.* 22.

xvi. Exceptio: Nisi inter accusatorem & reum conuenerit, ne accusetur. reprobatur *l. de crimine.* 10. *C. d. tt. l. transigere.* 10. *ibi: excepto adulterio. Cod. de transactionibus.*

xvii. Exceptio: Nisi quinquennium à die commissi adulterij præterierit. *l. adulter.* 5. *C. ad l. Iuliam de adult. l. ita nobis.* 28. *ibi: præter quinquennij. C. d. tt. M. I. R. d. crim.* 7. *regul.* 16. Declaratur hæc exceptio *l. mariti.* 29. §. *quinquen. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi accusator accusare non potuit. reprobatur *d. l.* 5. *ibi: quod continuum numeratur. l. quinquennium.* 31. *& l. miles.* 11. §. *adulterij. ff. eod. tt.* Plane admittitur, si propter accusationem præcedentem, contra alterum vel ab altero institutam, accusatio posterior sit dilata. *d. l.* 31. *ff. eod. tt. l. si maritus.* 4. *in princ. ff. d. tt.* Cui distinctioni quodammodo contradicere videtur *l. mariti.* 29. §. *pen. ff. eod. tt. De quo vide gloss.* Porro quamuis in proposita quinquennij præscriptione, dicta replicatio regulariter reprobetur: approbatur tamen in præscriptione sexaginta dierum, item in præscriptione sex mensium. *de qua re infr. dicetur.* Secunda replicatio est; Nisi non, quod adulterium vel stuprum commiserit, accusetur: sed quod domum suam causa stupri præbuerit, vel ob aliam similem causam. reprobatur *d. l.* 29. §. *hoc quinquennium. ff. d. tt.* Tertia; Nisi per vim stuprum vel adulterium quis fecisse dicatur. *d. l.* 29 §. *fin. de quo vide supr. c.* 24. *q.* 1. *exc.* 2. Quarta; Nisi adulterium cum incestu admissum dicatur. *l. vim passam.* 39. §. *præscriptione. ff. d. tt. M. I. R. d. reg.* 16. *ex.* 1. Hactenus exceptiones supra dictarum causarum generales propositæ sunt; sed & plures vide *infr. in quæstionibus sequentibus.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane harum exceptionum replicatio generalis videtur esse talis; Nisi adulter accusatus & damnatus sit. hoc enim casu videntur mulieri adulteræ exceptiones eius in irritum recidisse. Sed reprobatur *l. denunciasse.* 17. §. *fin. ff. ad l. Iuliam de adult. ibi: si condemnatus fuerit. l.* 13. *Cod. eod. tt.*

Plane exceptiones supradictæ, quæ sumuntur non ex ipsa causa accusationis, sed ex aliis circumstantiis, quas præscriptiones proprie appellamus, videntur, exceptis tribus, mutari ac tolli *per l. ita nobis.* 28. C. *d. tt.*

III. QVIBVS ACCVSATIO adulterij competat?

I. Regula, De marito adulteræ, & de iure mariti accusando. In primis marito adulteræ accusatio hæc iure mariti competit. *l. quamuis.* 30. *§. in primis. C. d. tt. M. I. P. d. cap.* 15. *crim.* 6. *q.* 2. *reg.* 1. *M. I. R. d. crim.* 7. *regul.* 10. Huius regulæ exceptiones plures sunt. Prima est: Nisi maritus filiusfamilias sit, vel seruus. In filiofamilias reprobatur *l. inter liberos.* 6. *§. filiusfamilias. & l. filiumfamilias.* 37. *ff. eod. tt.* In seruo autem approbatur *l. serui.* 24. *in princ. C. d. tt.* Secunda: Nisi maritus impudicus sit. *l. si vxor.* 13. *§. iudex. ff. eod. tt. M. I. P. d. reg.* 1. *exc.* 1. *M. I. R. d. reg.* 10. *exc.* 4: Tertia: Nisi lenocinio mariti vxor fuerit adulterata. *de hac tractatum est supr. except. generali* 8. Quarta: Nisi maritus alios reos ex aliis criminib. habeat, reprobatur *l. inter liberos.* 6. *§. fin. ff. d. tt. De qua re vide supr. c.* 12. *q.* 5. *except.* 10. *repl.* 2. Quinta: Nisi vxor vulgaris sit mulier, reprobatur *l.* 13. *§. sed & in ea. ff. d. tt.* Sexta: Nisi ante contractum matrimonium adulteriũ vel stuprum sit commissum. *d. l.* 13. *§. si quis vxorem. & §. fin. l. propter violatam.* 8. *C. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 10. *ex.* 3. Huius replicatio est: Nisi eo tempore, cum ei fuit desponsata, stuprum sit commissum. *d. l.* 8. *& d. l.* 13. *§. diui Seuerus. & §. si minor. ff. d. tt. M. I. R. d. ex.* 3. *repl.* 2. Septima except. est: Nisi in priore matrimonio adulterium sit commissum. *d. l.* 13. *§. fin.* Octaua: Nisi post diuortium factum, stuprum sit commissum. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi vxor sine legitima causa repudium viro miserit. *l. si mulier.* 35. *C. ad L. Iuliã de adult.* Nona: Nisi cum apud hostes esset, vxor adulterium commiserit. reprobatur *l. si vxor.* 13. *§. si quis plane. ff. eod. tt.* Decima: Nisi vxor legitima non sit. approbatur simul & distinguitur *d. l.* 13. *§. sed & si ea. §. si quis vxorem. & §. si minor. l. si eius.* 22. *C. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi non iure mariti, sed iure extranei accusare velit. *d. l.* 13. Vndecima exceptio est: Nisi vxor accusatoris non sit. *constat ex præcedentib.* eiusque replicatio prima est: Nisi concubina eius sit. approbatur certo modo *d. l.* 13. *in prin.* Altera: Nisi sponsa eius sit, & hæc approbatur certo modo *d. l.* 13. *§. diui Seuerus.* Cuius duplicatio est: Nisi ob hoc, quod sponsa alij in matrimonium fuerit tradita, accusationem instituere velit. *l. miles.* 11. *§. quærebatur. ff. d. tt.* Duodecima exceptio est: Nisi intra sexaginta dies maritus accusationem non instituerit. *l. is cuius.* 14. *§. marito. ff. d. tt.* Plane post sexaginta dies etiam accusare potest maritus, non quidem iure mariti, sed extranei: quod primæ replicationis loco notandum. *l. iure mariti.* 6. *C. d. tt. l. miles.* 11. *§. sexaginta, in fin. ff. d. tt.* Secunda replicatio est, quod sexaginta isti dies incipiant currere, non à die commissi adulterij, sed à die facti diuortij. *l. is cuius.* 14. *§. marito. ibi: diuortij. & l. pater.* 30. *ff. d. tt.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod inter sexaginta dies, quib. mariti iure accusatio competit, etiam sexagesimus dies connumeretur. *d. l.* 30. *in fin.* Quarta replicatio est: Nisi maritus intra sexaginta dies accusare non potuit. *d. l. 6. in pr. ibi: vtiles computantur. C. d. tt. d. l.* 11. *§. quidam. ff. d. tt. l. si quondam* 15. *& l. ob commissa.* 21. *C. eod. tt.* Plane dies feriati è sexaginta diebus non eximuntur. *d. l.* 11. *§. sexaginta.* Hæc de duodecima exceptione sint dicta. Decima tertia exceptio est: Nisi maritus negauerit se accusaturum. *l. si maritus.* 15. *§. si negauerit. in fi. ff. d. tt.* Decima quarta: Nisi maritus post institutam accusationem destitit. *l.* 2. *§.* 1. *ff. eod. tt.* Decima quinta: Nisi maritus vxorem retinuerit. *l. crimen.* 11. *C. d. tt.* Decima sexta: Nisi vxorem dimissam maritus reduxit. *l. quæsitum est.* 40. *in fin. ff. d. tt. M. I. R. d. reg.* 10. *except.* 2. Decima septima: Nisi extraneus prior instituerit accusationem, reprobatur *l. si maritus.* 4. *§. si ante. ff. eod. tt. l.* 2. *§. simul. ibi: in tantum. ff. eod. tt.* Reliquas exceptiones vide *infr. regul.* 4.

II. Regula, De sponso adulteræ. Huic quoque accusatio competit. *de quo supr. reg prox. except.* 6. *regul.* 1.

III. Regula, De patre adulteræ. Hic cæteris accusatoribus in accusatione præfertur. Cuius exceptio prima est: Nisi adultera non nupta sit, sed vidua. *l. nec in ea lege.* 22. *§.* 1. *ff. ad L. Iuliam de adult.* Secunda: Nisi maritus accusare velit. hic enim patri præfertur *l.* 2. *§. si simul. ff. d. tt.* Huius replicatio prima, Nisi pater præuenerit maritum: reprobatur *d. l.* 2. Secunda: Nisi maritus infamis sit. Tertia: Nisi maritus magis cum vxore colludat. hæ duæ replicationes proponuntur *l. nisi igitur.* 3. *ff. d. tt.* Quarta: Nisi maritus sit in magistratu. reprobatur *l. si maritus.* 15. *in pr. ff. d. tt.* Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi intra sexaginta dies pater accusationem non instituerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. re.* 1 *ex.* 12. Eius autem replicatio, præter cæteras d. except. 12. propositas, numeratur & hæc: Nisi pater accusare non potuerit: tunc enim sexaginta dierum tempus ei non currit. quæ replicatio cum approbetur *supr. d. ex.* 12. *rep.* 4. tum exemplis etiam declaratur. *l. si maritus.* 4. *in pr. & d. l.* 15. *in pr. ff. d. tt.* Quarta exceptio: Nisi pater negauit se accusaturum. *d. l.* 15. *§. si negauerint.* Reliquas exceptiones vide *infr. reg. prox.*

IV. Regula, De extraneis, præter maritum & patrem. His quoque post maritum & patrem accusatio adulterij competit. *d. l.* 4. *§. extraneis. l. qui cœtu.* 5. *§. fin. ff. ad L. Iuliam de vi publica. M. I. R. d. crim.* 7. *reg.* 12. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi maritus vel pater accusare velit: tunc enim extraneus repellitur. *d. l.* 4. Eius replicatio est: Nisi extraneus præoccupauerit. reprobatur *d. l.* 4. *§. si ante.* Secunda exceptio est: Nisi nõ intra sex menses à die commissi adulterij vel stupri accusationem instituerit. *d. l.* 4. *§. extraneis.* Plane si nupta sit mulier, à die diuortij, non à die commissi criminis sex menses currere incipiunt. quod primæ replicationis loco notandum. *l. mariti.* 29. *§. sex mensium. ff. d. tt.* Secunda replicatio est: Nisi accusator intra illud tempus accusare non potuit: hoc enim tempus, quo accusator vel iure vel facto accusare fuit impeditus, in sex menses non computatur: cum tempus sex mensium vtile, non continuum numeretur. *l. miles.* 11. *§. quidam. d. l.* 4. *§. extraneis. ff. d. tt.* Plura vide *supr. reg.* 1. *exc.* 12. *repl.* 4. Plane intra sexaginta dies diuortij extraneus agere non põt: *vt dicitur l. is cuius.* 14. *§. marito. ibi: nec vlli. ff. eod.*

eod. tt. attamen isti sexaginta dies nihilominus in tempus sex mensium, si neque pater, neque maritus accusauerit, computantur extraneo. quod primæ duplicationis loco notandum. *d. §. extraneis. ibi. quatuor menses extraneis dantur.* Secunda duplicatio est: Nisi quinquennium à tempore commissi adulterij præterierit: tunc enim accusator proposita replicatione non adiuuatur. *l. mariti.* 29. *§. præterea. ff. d. tt.* Plura de hac duplicatione vide *supr. q.* 2. *except. generali* 17. Hæc de secunda propositæ regulæ exceptione sint dicta. Tertia exceptio est: Nisi accusator non sit propinquus vel cognatus adulteræ. *l. quamuis.* 30. *in pr. & §. extraneos. C. eod. tt.* Quarta: Nisi accusator minor sit 25. annis. approbatur simul & distinguitur *l. si maritus.* 15. *§. lex iulia. ff. d. tt.* Plane iam propositæ exceptiones, cum præcedentium regularum exceptionibus, recipiunt quasdam replicationes generales, de quibus dicetur *infr. eod. c. quæst.* 8. *in prin.*

V. Regula: De vxore adulteri. Huic accusatio non datur. *l.* 1 *C. ad L. Iuliam de adult. M. I. P. d. quæst.* 2. *regul.* 2. *M. I. R. d. crim* 7. *regul.* 13. vbi etiam distinguitur.

VI. Regula, De vno ex plurib. extraneis accusare volentib. eligendo, proponitur *l.* 2. *§. si ff. d. tt.*

VII. Regula De duobus accusatoribus, quorum alter adulterum, alter adulteram accusat: an sint admittendi, definitur *l. denunciasse.* 17. *§. quæritur. ff. eod. tt.*

IV. ADVERSVS QVOS COMPETIT accusatio proposita?

I. Regula, De muliere adultera. Hæc perinde ac adulter accusari potest. quod vt per se verum est: ita recipit quasdam exceptiones, quarum prima est: Nisi mulier vim sit passa. *approbatur per ea quæ dicta sunt supr. eod. cap. quæst.* 2. *exceptione generali* 11 Secunda exceptio est: Nisi mulier dolo persuasa, nupserit ei qui aliam habet vxorem. *l. eum. qui.* 8. *C. eod. tt.* Tertia: Nisi incestæ nuptiæ sint contractæ: tunc enim mulier excusatur. approbatur simul & distinguitur *supr. d. quæst.* 2. *causa* 16. *except.* 1.

II. Regula, De internunciis & ministris huius criminis. Hi quoque tenentur. *Nouell. c.* 134 *§. si quando adulter.*

III. Regula, De eo qui adulterium suasit. Et hic tenetur. *l. hæ verba.* 12. *ff. ad L. Iuliam de adult.*

IV. Regula, De eo qui domum præbuit, lenocinium fecit, pecuniam pro comperto stupro accepit, & similibus, vide *supr. eod. cap. quæst.* 2. *inter causas propositæ accusationis.* Item, ne aduersus duos hæc accusatio instituatur, dicetur *infr. quæst. prox. regul* 2.

V. QVANDO ET QVO ORDINE competat accusatio.

I. Regula: Extraneo ius accusandi iuxta sexaginta dies non datur. *l. is cuius.* 14 *§. marito. ibi: nec vlli alij. ff. ad L. Iuliam de adult.* Huius exceptio est: Nisi maritus & pater negauerint se accusaturos. *l. si maritus.* 15. *§ si negauerint ff. d. tt.*

II. Regula: Adulter & adultera simul accusari non possunt. *d. l.* 15. *§. fin. l. nihil interest.* 32. *§. cum alterum. & l. vim passam.* 39 *§. duos. ff. eod. tt. l. reos.* 9. *C. d. tt.* Exceptio prima est: Nisi à diuersis adulter & adultera accusentur: tunc enim simul accusari possunt. *l. denunciasse.* 17. *§. quæritur. ff. d. tt.* Secunda: Nisi non adulterum, sed alium simul cum adultera accusauerit. *d. l.* 32. *§. fin. ff. d. tt.* Tertia: Nisi incesti crimen intentetur. *l. qui pupillum.* 7. *§. fin. & d. l.* 39. *§ incesti. ff. d. tt.*

III. Regula: Liberum est accusatori, vtrum adulterum, an adulteram accusare velit. *d. l.* 15. *§. si in viduitate. & l. nuptam.* 5. *ff. d. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi mulier nupta sit: tunc enim ab adultero incipiendum. *d. l.* 5. *in prin. l. denunciasse.* 17. *§. quæritur. & l. vim passam.* 39. *§. nupta prius. ff. d. tt. l. si dum.* 12. *& l. ita nobis.* 28. *ibi: illam etiam quæ C. eod. tt.* Cuius replicatio prima est: Nisi mulieri, antequam rursus nupserit, denunciatum sit, ne nubat. *l. qui vxori.* 16. *ff. d. tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi non ad iudicem denunciauerit. reprobatur *l. denunciasse.* 17. *in prin. ff. d. tt.* Secunda: Nisi rationem non adiecit, quare denunciauerit. reprobatur *d. l.* 17. *§ quid ergo.* Tertia: Nisi iudicem non demonstrauerit in denunciatione. Et hæc reprobatur *d. §. quid ergo.* Quarta: Nisi cum alio adulterium factum in accusatione dicat, quam in denunciatione dixit. *d. l.* 17. *§. quid tamen.* Quinta: Nisi non per se, sed per alium denunciauerit. reprobatur *d. l.* 17. *§. sed & si.* Sexta: Nisi ad domum tantum denunciatio sit facta. reprobatur *l. vim passam.* 39 *§. nupta prius. ff. d. tt.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi libellos accusatorios, antequam nuberet, dederit. reprobatur *d. l.* 17 *§.* 1. Tertia: Nisi vxor cum seruo adulterium commisisse dicatur. reprobatur *l. seruos.* 5. *ff. de accusat.* Hactenus de prima propositæ regulæ exceptione sit dictum. Secunda exceptio est: Nisi dominus seruum suum cum vxore sua adulterium commisisse dicat. tunc enim ab vxore est incipiendum. *l. si quis.* 33. *in pr. ff. ad L. Iuliam de adult.*

IV. Regula: Durante matrimonio, in quo adulterium commissum dicitur, accusatio proposita non competit, sed diuortio facto. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. quæst.* 2. *exc. generali* 13.

V. Regula, De accusatione eius qui in honore ministerioue publico est, aut reipub. causa abest, differenda, proponitur *l. si maritus.* 15. *§. legis Iuliæ. & l. si adulterium.* 38. *§. fin. ff. d. tt.*

VI. Regula, De accusatione adulterij in pubertatem infantis differenda, habetur *l. si ventris.* 8. *ff. de ventre in possessionem mittendo.* Huius exceptio est: Nisi mulier adultera non negetur ex defuncto prægnans esse, nec infans defuncti filius negetur. *l. miles,* 11. *§. defuncto. ff. ad L. Iuliam de adult.*

VI. QVAMDIV COMPETAT accusatio adulterij?

Hactenus de quæstione, quando & quo ordine accusatio hæc competat, est dictum. Quamdiu autem competat, dictum est *supr. q.* 2. *exc. generali* 17. *item quæst.* 3 *reg.* 1. *except.* 12. *item reg.* 3. *exc.* 3.

VII. QVID VENIAT IN hac accusatione, seu de pœna.

I. Regula: Adulterij pœna capitalis est. *l. quamuis.* 30. *in fin. C. ad L. Iuliam de adult. Instit. de pub. iudicis. §. item lex Iulia de adulteriis. elicitur etiam ex l. transigere,* 18. *Cod. de transactionib. l. castitati.* 7. *vers. si*

quocunq; modo. C. ad L. Iuliam de adulter. M.I.R.d. crim. regul. 18.

II. Regula; Stupri pœna est, publicatio dimidiæ partis bonorum, vel corporis coercitio cum relegatione. *Instit.d.tt.§. item lex Iulia de adulteris, in fin. M.I.R. d.crim.7.reg.*19. Contradicere videtur *l. 1. in fin. ff. de extraordinariis criminibus.*

III. Regula: Mulier adultera, subdita legitimis pœnis, in monasterium datur. *Nouell.c.*134.§. *mulier vero. & §. si quis autem. ibi: & mulierem. M.I.P.d. crim.6.q.3. reg.*4. *M.I.R.d.crim.7.reg.*21.

IV. Regula: Si quis cum ea, quam vxorem habere non potest, stuprum commiserit, in insulam est deportandus. *l. si quis.5. ff. de quæstionibus. l. si adulterium.*38. §.1. *ff. ad L. Iuliam de adult. M.I.R. d. crim.7.regul.*22. De pœna incesti vide item *infr. lib. 4. de nuptiis.*

V. Regula: Si tutor pupillam suam corruperit, deportatur. *l. vnica. C. si quis eam cuius tutor fuerit, &c. M.I.R.d.crim.7.reg.*23.

VI. Regula: Si mulier propriis seru's se iunxerit, capite punitur. *l. vnica. C. de mulieribus qui se propriis ser. iunx. M.I.P. d.q.3. regul.*8. *M.I.R. d.crim.7. regul.*24.

VII. Regula; Si nondum viripotentem virginem quis corrupit, qua pœna puniendus, definitur *l. si quis.*38. §. *qui nondum. ff. de pœnis. M.I.R. d.crim. 7. regul.*26.

VIII. ACTVS ET ADIVNCTA huius iudicij.

I. Regula, De præscriptionibus opponendis; quando sint opponendæ, definitur *l. si maritus.*15. §. *præscriptiones. ff ad L. Iuliam de adulter.* Quæ lex intelligenda videtur de iis præscriptionib. de quibus etiam agitur *l. ita nobis.*28. *Cod. eod. tt. de quo vide supr. eod. cap. q.* 2. *in fin.* Quæ autem præscriptiones opponendæ sint, quæ non, *d.l.*28. *definitur.*

II. Regula, De reconuentionibus ciuilibus non opponendis in accusatione adulterij, proponitur *l. adulterij* 33 *C d.tt.*

III. Regula, De dilationibus non facile dandis, habetur *l. in crimine.*41. *ff. d.tt. M.I.R. d.crim.*7. *regul.*40.

IV. Regula, De probatione adulterij. Quomodo probetur, definitur *Nouell. c.*117. §. *ad hæc vero. ibi: ille autem.*

IX. DE QVÆSTIONIBVS in hoc iudicio.

I. QVI TORQVENDI?

I. Regula, De seruis tam mariti quam vxoris, proponitur *l. in adulterij.*32. *C. d.tt. l. si postulauerit.* 27. §. *haberi. ff. eod. tt. l. consensu.*8. §. *seruis scilicet. C. de repudiis. vide insuper supr. cap.*16. *q.* 2. *reg.*1. *exc.*4. *repl.*9. Huius regulæ exceptio est: Nisi tempore commissi adulterij domi seruus non fuerit. *d.l.*32. Cui contradicere videtur *l. prosperexit.* 12. *ff. qui & à quib. manumissi liberi non fiant.*

II. Regula, De seruis ancillisue parentis eius de quo quæritur, proponitur *d.§. haberi.* Huius exceptio est: Nisi parens naturalis sit, non iustus. *l. non solum.*3. *C. ad l. Iul. de adult.*

III. Regula, De seruis exteris. Hi ex lege Iulia non sunt torquendi. *d. l.* 3. Plane ex rescripto Imperatoris Hadriani etiam exteri serui torquendi sunt. *d.§, haberi. vers. diuus autem Hadrianus.*

IV. Regula, De seruo in quo vsumfructum reus habet, & qui ei bona fide seruit, proponitur *l. si postulauerit.* 27. §. *de eo quoq;. ff. ad L. Iuliam de adult.*

V. Regula, De statulibero, habetur *d.§. de eo quoque.*

2. QVIBVS PRÆSENTIBVS torquendi?

Definitur hæc quæstio *d.l.*27. §. *quæstioni. ff. d.tt.*

3. ANTECEDENTIA.

De cautione æstimationis serui præstanda constituitur *l. non solum.*3. *in fi. C. d.tt. & d.l.*27. *in pr. ff. eod. tt.*

4. EVENTVS QVÆSTIONIS HABendæ, vel habitæ.

I. Regula: Serui eius qui reus est, sed & accusatoris torti publicantur. *d.l.*27. §. *iubet lex, cum seqq.*

II. Regula: Serui torquendi intra duos menses, matrimonio soluto, manumitti vel distrahi prohibentur. *d.l.*3. *ibi: quos intra, & l. vlt. C. d.tt.*

III. Regula, De actione eius, si seruus tortus vel mortuus sit, vel deterior factus. Quibus scilicet ea detur actio, definitur *l. si postulauerit.*27. §.1. *cum sequentib. ff. eod. tt.*

IV. Regula. De eo quod veniat in iam dictam actionem, habetur *d.l.*27. §. *si reus. &* §. *fin.*

V. Regula, De genere dictæ actionis, proponitur *l. quod ex his.*28. *ff. eod. tt.*

X. ADFINIA PROPOSITÆ accusationis remedia.

I. Regula: Si per vim mulier corrupta sit, accusatio competit. *de qua supr. cap.*24. *dictum est.*

II. Regula; Si ancilla vitiata sit, vel seruus corruptus, serui corrupti actio est: item actio legis Aquiliæ. & Iniurarum. *l. inter liberas.6 in pr. ff. ad L. Iuliam de adult.*

III. Regula: De iure occidendi adulterum, dictum *supr cap.*25. *quæst.*1. *except.*9. *cum duab. seq.*

IV. Regula, De retinendo adultero deprehenso, proponitur *l. capite quinto* 25. *ff. ad L. Iuliam de adult.*

DE LEGE CORNELIA DE FALsis, eiusq; officio.

CAP. XXIX.

I. CAVSÆ EX QVIBVS ACCVsatio falsi competat?

PRima & generalis causa est: Si falsum commissum sit. *M.I.P. lib.*1. *c.*15. *crim.*7. *q.*1. *in pr.* quæ causa declaratur definitione falsi, *Nouel. c.*73. *in pr. M.I.R. lib.*1. *cap.*13. *crim.*8. *reg.*2. Falsum autem committitur variis modis: in scriptis & tabulis, in testamento & codicillis, in testimonio, in moneta & numis, in pondere & mensura, in nomine & vitæ conditione, in signis & titulis, in partu. de quibus singulis ordine in sequentibus causis dicetur. *M.I.P. d.q.*1. *causa* 1. *M.I.R. d. reg.*2.

De falso in scriptis & tabulis.

II. Causa: Si in rationibus, tabulis, cereisue, vel alia aliqua re, siue consignatione, falsum fecerit quis, vel vt verum non appareret celauerit, amouerit, deleuerit, inciderit, subiecerit, resignauerit. *l.* 1. §. *qui in rationibus. ff. ad L. Cornel. de falsis. l. Paulus.* 16. §. *Paulus. & l. quid sit falsum.* 23. *ff. eod. tt.*

III. Causa

III. Causa: Si falsum instrumentum recitauit. *l. falsi nominis.*13. §. *ordine. ff. d.tt.*

IV. Causa: Si instrumentum subripuit. de hac hac causa tractatur *d.l.*16. *in prin.*

V. Causa: Si instrumentum apud iudicem protulit, quod probari non possit. *de hac agitur l. diuus Pius* 31. *ff. eod.*

VI. Causa: Si chirographum alienum imitetur. approbatur *l. quid sit.*23. *ff. eod. tt.*

VII. Causa: Si in computatione vel in ratione mentiatur. reprobatur *d.l.*23.

VIII. Causa: Si in instrumenti vel contractus die falsum sit commissum. reprobatur *l. repetita. 3. ff. de fide instrumentorum.* Huius legis casum vide *in glossa.* Contradicit *l. si à debitore.* 28. *ff. ad L. Corneliam de falsis. Cui concord. at l. si creditor.*15. *C. eod. tt.*

IX. Causa: Si scripsit præsentem se recepisse, cum esset absens. *l. qui velut.*13. *C. d.tt.*

X. Causa: Si obreptit præsidi per acta vel per libellum. *l. si quis.*29. *ff. d.tt.*

XI. Causa: Si falsis constitutionibus & rescriptis vsus est. *l. fin. & l. qui nomine.*25. *ff. d.tt. l. maiorem.*4. *C. eod. tt l.*1 *ff. de concussione.*

XII. Causa: Si edicta proposita corrupit. *l. penult. in pr. ff. eod tt.* Ad fine remedium proponitur *l. si quis.* 7. *cum duabus sequentibus. ff. de iurisdictione.*

De testamentis & codicillis.

XIII. Causa: Si testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit, signauerit, aperuerit, recitauerit, mutauerit, subiecerit, amouerit, celauerit, deleuerit, interleuerit, resignauerit. *l.*2. *& l. lege Cornelia.*9 §. *pœna. ff. ad L. Cornel. de falf. Inst. t. de publicis iudiciis.* §. *item lex Cornelia de falsis. M. I. R. d. crim.*8. *reg.*3. Huius causæ exceptio prima est: Nisi viui testamentum aperuit, recitauit, &c. reprobatur *l.*1. §. *is qui peruenit. ff. d.tt. l. si quis.*38. §. *qui viui. ff. de pœnis M.I.R. d. reg.*3. *except.*1. Secunda: Nisi iniustum testamentum vel irritum suppressit, deleuit, &c. *d.l.*38. §. *testamentum.* Concordat simul & distinguit *l. si quis.* 6. *in princip. ff. ad L. Corneliam de falsis.*

XIV. Causa: Si in testamento vel codicillis sibi aliquid adscripsit, pœna falsi committitur, & scriptum nullius est momenti. *l. diuus Claud.*15. *in prin. ff. ad L. Corn. de falf. l. quæ in testamento.* 4. *C. de his qui sibi adscribunt. & l.*1. *ff. de his quæ pro non scriptis habentur M.I.R. d. crim.*8. *regul.*14. Propositæ causæ exceptio prima est: Nisi non sibi, sed alij adscripsit. Quæ exceptio vt ipso iure subsistit: ita suas habet replicationes. quarum prima est: Nisi ei in cuius est potestate, vel ei qui in eiusdem est potestate, adscripserit. *l. de eo.*10. *in prin. & d.l.*15. §.1. *ff. ad L. Corneliam de falf.* Secunda replicatio est: Nisi eiusdem erit, quem in sua potestate habet. *l. filius.*14. *in prin. ff. d.tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi pater filio militi in commilitonis testamento adscripserit. tunc enim, quamuis filius in potestate patris sit, tamen non committitur pœna, cum patri adquiri non possit. *l. si pater.*11. *in prin. ff. d.tt.* Secund: Nisi e filio, qui apud hostes est, pater adscripserit. approbatur sub conditione *l. impuberem.*22. §.1. *ff. eod. tt.* Tertia: Nisi seruo vel filio suo, quem in potestate habet, ita adscripserit, Cũ sui iuris erit. *d.l.*22. §. *si dominus.* Quarta: Nisi seruo, cui mora fit in fideicommissaria libertate, dominus adscripserit. *d.l.*22. §. *item si seruo.* Quinta: Nisi seruo alieno, quem bona fide possidet, adscripserit. *d.§. item si seruo.* Sexta; Nisi seruo sibi cum alio communi adscripserit. reprobatur *l. filius.* 14. *ff. eod. tt.* Septima; Nisi is cui adscripsit, eo tempore quo adscripsit, in eius potestate non fuerit. *l. de eo.*10. §. *fin. ff. d.tt.* Octaua; Nisi seruo suo fideicommissariam libertatem adscripserit. *l. impuberem.*22. §. *si testamentarius. ff. d.tt.* Cuius triplicatio est; Nisi ideo adscripsit, vt magno redimeretur. *d.§. si testamentar.* Hactenus de secunda replicatione cum suis duplicationibus. Tertia replicatio esse videtur; Nisi alius cui adscripsit, postea in eius potestate esse incipiat. sed reprobatur *d.l.*10. §. *fi. ff. eod. tt.* Quarta replicatio est; Nisi pater filio suo adscripserit. Hæc replicatio species est supradictæ secundæ, eiusque duplicatio est; Nisi pater filium, cui adscripsit, in potestate sua non habeat. *l. impuberem.*22. §. *si ei filio, in fin. ff. eod. tt.* Reliquas duplicationes vide *supr. dicta replicatione secunda.* Quinta replicatio est; Nisi filius matri adscripserit. reprobatur sub conditione *l. si pater.*11. *in fin. ff. d.tt.* Sexta; Nisi maritus vxori adscripserit. reprobatur *l. vxori.*18. *in pr. ff. eod. tt.* Hæc de prima propositæ causæ exceptione, eiusque replicationibus sint dicta.

Secunda exceptio est; Nisi sub conditione, quæ in ipsius arbitrio non est, adscripserit. approbatur exemplo *l. diuus Claudius.*15. *ff. eod. tt.*

Tertia videtur esse; Nisi liberti assignationem sibi adscripsit. sed reprobatur *l. impuberem.*22. §. *liberti. ff. d tt.*

Quarta; Nisi ita adscripsit, quod alij restituere rogatus sit, vel sibi adscriptum manumittere. reprobatur *l. filius.*14. §. *fin. ff. d.tt. l. vlt. ff. de his quæ pro non scriptis habentur. l. cum quidam.* 17. *ff. ad L. Corneliam de falsis.*

Quinta; Nisi inutile legatum sibi adscripsit. reprobatur *l. si quis.6. in prin. ff. d.tt.*

Sexta; Nisi quis id, quod sibi etiam sine testamento debetur, sibi adscripserit. hoc enim casu venia imperrari potest à pœna falsi, quanquam à legato repellatur. *approbatur argumento d. legis 6.* §. *fin. ff. d.tt. & l.*1. *C. de his qui sibi adscribunt.*

Septima, Nisi conditionis implendæ causa quid sibi adscripserit. reprobatur *l. impuberem.*22. §. *si testamentarius. ff. ad L. Corneliam de falsis.*

Octaua; Nisi seruo suo fideicommissariam libertatem adscripserit. approbatur sub conditione *d.§. si testamentarius.*

Nona exceptio est; Nisi nihil sibi adscripsit, sed ademit sib. *d.l.*22 §. *fin.* Huius replicatio est; Nisi non sibi, sed alij ademerit, vt ad se perueniat. *approbatur per ea quæ habentur infr. causa* 16.

Decima exceptio; Nisi totum testamentum scripserit. reprobatur *l. diuus Claudius.*15. *in pr. ff. ad L. Corneliam de falf.*

Vndecima; Nisi iussu testatoris adscripserit. reprobatur *l. senatusconsulto.* 3. *& l. quod adhibitus.*5. *C. de his qui sibi adscribunt. l. filius.*14. *ibi: licet iussu patris scripserit. ff. ad L. Cornel. de falf.* Plane admittitur exceptio proposita, si is sibi iussu testatoris adscripserit, qui in eius est potestate; veluti filius vel seruus. *d.l.*14. *ibi: excusatus enim. & d.l.*15. §. *item senatus. cum sequentibus.* Huius distinctionis replicatio est; Nisi testator non subscripserit, se dictasse & recognouisse. *dictis legibus, item l. impuberem.*

berem.22.§.item non. ibi: quoniam vt supra ff.d.tt.l fin. C.de his qui sibi adscribunt. Secundo admittitur exceptio proposita, si quis coactus à testatore adscripserit. *d.l.15.§. quod tametsi, cum sequentibus. & l. senatus.5.ff.ad L.Corneliam de falsis.* Plane distinctionum loco hic possunt poni omnes propositæ causæ exceptiones: nec enim istiusmodi exceptiones videntur locum habere, si iussus testatoris non præcesserit.

Duodecima exceptio est: Nisi testator specialiter subscripserit, se volente & dictante illum sibi adscripsisse. approbatur simul & distinguitur *l.1.§.inter filium.& l diuus Claudius.15.§. plane Constitutionibus.ff.d.tt.l.2. C. de his qui sibi adscribunt. M.I.R. d.regul.14. except.1.* Huius replicatio est: Nisi non specialiter, sed generaliter testator subscripsit: tunc enim propositæ exceptioni locus non est, nisi in filio vel seruo testatoris, *dictis legibus.*

Decimatertia exceptio: Nisi seruus in alieno testamento libertatem sibi adscripserit. reprobatur *l.impuberem.22.§. item non continetur. ff. d.tt.*

Decimaquarta: Nisi ius ignorans sibi adscripserit. reprobatur *d.l.15. in princip. ibi: & ne vel his.* Plane admittitur in fœmina. cui ius ignorare permissum est.*d.l.15.§. matri quoq;,in fin.* Sed & ob ignorantiam venia potest ab Imperatore impetrari.*l.senatusconsulto.3.in fin. & l.5.in fin. C. de his qui sibi adscrib.*

Decimaquinta: Nisi Imperator pœnam remiserit. *d.l.3.cum duab.sequentib.C.d.tt.l diuus Claudius. 15.§ plane,in fin.ff.ad L. Cornel. de fals.*

Decimasexta: Nisi in testamento militari sibi adscripserit. reprobatur *l.1.§. ad testamenta. ff. d.tt.*

Decimaseptima: Nisi in testamento iniusto, rupto vel irrito facto sibi adscripserit. reprobatur sub conditione *l si quis 6.in prin.ff.eod.tt.*

Decimæoctauæ exceptionis loco notandum, quod quamuis id quod quis sibi adscripsit, petere non possit: tamen si id etiam sine testamento ei debebatur, pristina actione petere possit. approbatur simul & distinguitur *d.l.6.§.fin.* Hactenus de causa propositæ accusationis decimaquarta, eiusque exceptionibus est dictum. sequuntur nunc reliquæ eius accusationis causæ.

xv. Causa: Si codicillos ante testamentum factos, in quibus aliquid ei adscriptum est, confirmauit,*l.impuberem 22.§ qui codicillos.ff.d.tt.*

xvi. Causa: Si libertates vel legata in testamento alij à se data ademit. *d. l.22.§. adimendo,l.si quis.6.§.si institutus.ff.eod.tt.* Huius exceptio proponitur *l.senatus.5.ff.d.tt.*

xvii. Causa: Si hæres institutus exhæredationem filij vel alterius sua manu scripsit. *d.§ institutus.*

xviii. Causa: Si se exhæredat in testamento, vel legatum sibi adimit. reprobatur *d.l.22.§.fin.*

De falso in testimonio.

xix. Causa: Si falsum testimonium quis dixit, vel dicendum curauit. *l.1. in princ. & l.lege Cornelia.9.§.pœna legis.ff.ad legem Corneliam de fals. l.qui falsa.16.ff. de testibus. M.I.P. d.quæst.1.causa 5.M.I.R.d. crim.8.regul.17.* Plane clerici ac monachi alia pœna coercentur. *Nouell.c.123.§. reuerendiß. M.I.R.d. reg.17.except.6.*

xx. Causa: Si contraria inter se testimonia dixerint. *l.eos qui.27. in princ. & §. de imprudentia.ff. ad legem Corneliam de fals.d.l.16.ff. de testibus. M.I.R.d. crim.8.reg.18.* Huius exceptio est: Nisi errore, non dolo malo contraria dixerint. *Nouell.c.90.§. si dedita opera.*

xxi. Causa: Si ob dicendum vel non dicendum testimonium pecuniam quis accepit. *l.1.§.1. ff.ad L.Corneliam de fals.l.2.in fin.ff. de concussione. M.I. P.d.crim.8.regul.20.*

xxii. Causa: Si testationes corrupit, vel dicta testium non recte scripsit. hæc causa videtur approbari *per ea quæ proposita sunt supr.causa 19.*

De falso in moneta & numis.

xxiii. Causa: Si falsam monetam cuderit, vel adulterauerit. Hæc causa cum sua pœna approbatur *l.1.& 2.C.de falsa moneta.l.quicunq;.8.cum l.seq. in prin.ff.ad L.Corn.de falsis. M.I.P.d.q.1.causa 8.M.I.R. d.crim.8.reg.23. & 32.* Huius exceptio prima est: Nisi rescriptum de cudenda moneta reus impetrauerit. reprobatur *l.si quis.3. C.de falsa monet.* Secunda: Nisi cœptam monetam non perfecerit. *l. qui falsam.19.in prin.ff.ad L.Corneliam de fals.* Tertia: Nisi ij qui in moneta publica operantur, extrinsecus sibi pecuniam signauerint. *l.sacrilegij.6.§.qui cum.ff. ad L.Iuliam peculatus.*

xxiv. Causa: Si aurum vitiauerit. *l.lege Cornelia 9.in prin.ff.ad l.Cornel.de falsis.* Sane qui huiusmodi quid fecerit, etiam lege Iulia peculatus tenetur. *l.1.in fin.ff.ad L.Iul. pecul.*

xxv. Causa: Si numos stanneos vel plumbeos emerit vel vendiderit.*d.l.9.§.1.*

De falso in pondere & mensura.

xxvi. Causa: Si pondera aut mensuras falsauit, vel iis fraudem fecit, qua pœna teneatur, definitur *l.penult. ff. d.tt. M.I.P. d.q.1. causa 10.* Sed & pœna legis Corneliæ huic crimini definitur *l.annonam.6.§.fin.ff. de extraordinariis criminib.* Est insuper propositi criminis pœna extraordinaria *l.in Dardanarios.37.ff. de pœnis.* Competit denique ex causa proposita actio de dolo malo. *l.arbitrio.18. §.de eo.ff. de dolo malo.*

De falso in nomine & conditione, item in signis & titulis.

xxvii. Causa: Si nomen quis mutat, vel falsum nomen aut cognomen asseuerat.*l falsi nominis.13. in prin. ff. ad L.Corneliam de fals.M.I.R.d.crim.8. reg.25.* Huius exceptio est: Nisi sine dolo malo nomen mutauerit. *l.vnica. C. de mutatione nominis: M.I.R.d.reg.25. except.1.*

xxviii. Causa: Si quis se pro milite gessit, vel illicitis insigniis est vsus.*l.eos qui 27.§.fi.ff.adL.Cornel.de fals.M.I.R.d.crim.8.reg.26.*

xxix. Causa: Si priuatus se pro magistratu gesserit. hoc casu crimen læsæ maiestatis est. *l.lex XII. Tab.3.§.fin.ff. ad L.Iuliam maiest.*

xxx. Causa: Si sigillum adulterinum fecerit, expresserit. *Inst. de pub. iudiciis. §. item lex Cornelia. l. lege Cornelia.30. in prin.ff.ad L.Corneliam de fals.*

xxxi. Causa: Si potentiorum nomina vel titulos prædiis affigit, vel eorum nomina in lite prætendit.*l.vnica. C. de his qui potentiorum nomina,&c.*

xxxii. Causa: Si signa vel titulos rebus alienis imponat, vel nomen suum supra scribat. de hac causa dicetur *infr. lib.23.cap.19.*

xxxiii. Causa: Si partus subiectus esse dicatur.

dicatur. de hac causa cum sua actione dicetur. *inf. lib.4.c.5.q.2.reg.5.*

xxxiv. Causa; Si ad instruendam litem pecuniam acceperit. *l.falsi pœna. 20. ad L. Cornel. de fals.* Sed & alia falsi genera suis subiecimus locis.

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum generales.

i. Exceptio: Nisi sine dolo malo, vel per errorem & ignorantiam fecerit.*l.nec exemplũ.20. C. ad l.Cornel.de fals.M.I.P.d.q.1.in fine.M.I.R.d.crim.8.reg. 3.except.1.* Huius exemplum proponitur *l.vnica,C. de mutatione nominis.* Aliud *l.diuus Pius.31.§.fin.ff.ad l. Cornel.de fals.* Item aliud *l.maiorem 4.C.d.tt.*

ii. Exceptio: Nisi impubes fecerit. *l. impuberem.22.in prin.ff.d.tt.* Exemplum proponitur *l.1.§. impuberes,C.de falsa moneta.*

iii. Exceptio; Nisi non perfecerit.*l.qui falsam. 19.in prin.ff.ad l.Cornel.de fals.*

iv. Exceptio: Nisi codicillis, quos falsos fecit, nolit vti reus. reprobatur *l.si falsos.8.C.eod.tt.*

v. Exceptio; Nisi reus mortuus sit. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup.c.13.exc.in prin.* Huius replicatio prima est: Nisi ad hæredẽ rei aliquid ex crimine peruenit. in id enim superest actio. *l. cum falsi.12.& l.si quis.4.ff.d.tt.* Altera: Nisi partus subiectus dicatur.*l.qui falsam.19 fin.ff.eod.tt.*

vi. Exceptio; Nisi de causa sit transactũ. *l.ipse significas.7.C.d.tt.& l.transigere.18.C.de transact.*

vii. Exceptio; Nisi antea sit actum. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup.c.13.except.13.* Eius replicatio prima est: Nisi antea ciuiliter sit actũ. *d.except.15.repl.4.Concordat l.de fide.in fin. C.ad L. Cornel. de fals.l.vnica,§.fin.C.quando ciuilis actio criminali,&c.* Altera replicatio est: Nisi antea de inofficioso testamento sit actum, nunc de falso agatur. *l. eum qui.14.C.de inofficioso test.*

viii. Exceptio; Nisi is qui falsum testamentũ dicit, ex eo hæreditatem adiit, vel legatum agnouit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ignorans falsum esse testamentum, ex eo legatum agnouit. *l. qui ignorans.3.ff. ad l. Corneliam de fals. l.licet.3. C. eod.tt.& l. post legatum.5.in prin.ff.de his quib.vt indignis.*

ix. Exceptio: Nisi is, qui instrumentũ falsum dicit, id antea agnouit, & ex eo soluit. ipso quidẽ iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ignorans & per errorem soluit.*l.qui agnitis.11.ff.de exceptionib.* Contradicit *l.vlt.§.fin.C.de fide instrum.* Hactenus de prima propositæ accusationis quæstione eiusq; exceptionibus est dictum.

II. QVIBVS FALSI ACCVSAtio competat?

i. Regula, De mulieribus. His quoq; datur hæc actio. *l.2. ibi: idem & in l. Cornelia. ff. de accusationib.* Huius exceptio est: Nisi Mulieris nihil interfuit, vel causa aliena sit.*l.& si ad te.19. C. ad l. Cornel. de fals.*

ii. Regula: Subiecti partus accusatio non cuiuis competit, quemadmodum alia accusatio publica.*l.lege Cornelia.30.§.1.ff.eod.tt.*

iii. Regula: De eo, qui antea egit vel transegit, vide *sup.quæst.prox.except.6.& 7.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

i. Regula: De eo cuius dolo factum est, dictum *sup.in causis.*

ii. Regula, De eo qui cum prohibere posset, non prohibet, proponitur *l.lege Cornelia 9. in prin. ff.ad l. Cornel.de fals.*

iii. Regula: Si falsa moneta facta sit, etiam conscij puniũtur, & ij in quorum ædibus factum est.*de quo sup.causa 23.*

iv. Regula, De eo, qui falsos numos emit vel vendidit, proponitur *d.l.9.§.eadem lege.ff. ad l. Cornel.de falsis.*

IV. APVD QVEM COMpetat?

Apud præsidem prouinciæ regulariter competit.*l. cum suppositi,10. C. eod.tt.* Huius exceptio est: Nisi testis falsum dixit testimonium. hic enim ab eo iudice, apud quem dixit, potest puniri. *l.nullum.12.C.de testib.*

V. QVID VENIAT IN HANC actionem, seu de pœna.

De deportatione & omnium bonorũ publicatione proponitur *l.1.§.fin.ff.ad l.Corn. de fals.Inst. de publ.iud.§.item l.Cornelia de falsis.M.I.R.d.crim.8.regul.3.* in cuius fine mutatur. Exceptio est: Nisi seruus cõmiserit: tunc enim pœna est, vltimum supplicium.*Instit.d.§.,d.l.1.l.quinq;.8.ff.ad l.Cornel.de falsis.* Secunda; Nisi numos aureos raserit, tinxerit, vel finxerit. tunc enim ad bestias datur. *d.l.8.M.I. R.d.reg.31.except.1.* Tertia: Nisi clericus commiserit.*de qua vide sup. q.1. causa 19.in fin.* Quarta; Nisi magnitudo criminis maiorem pœnam exigat. *l. vbi falsi.22.§ fin.C.d.tt.* Sed & alias pœnas speciales, vide *sup.q.1.in singulis causis.*

VI. QVANDO ET QVAMDIV competat?

i. Regula: Viginti annorum præscriptione excluditur.*l.querela.22.C.ad l.Cornel.de fals.* Huius exceptio prima est; Nisi de supposito partu agatur.*l.qui falsum.19.§.fin.ff.d.tt.* Secunda: Nisi de fide scripturæ ciuiliter quæratur. *l.sicut falsi.17. in prin.C.d.tt.*

ii. Regula: Intra biennium finiri debet. *l. vbi falsi.22.§.vltimum,& ibi glossa,C.eod.tt.*

iii. Regula: Suppositi partus accusatio in tempus pubertatis non differtur.*l.1.C.d.tt.*

VII. ADIVNCTA, ET ACT. huius iudicij.

i. Regula, De probatione, cui incumbat. Primũ ei incumbit probatio, qui scriptura nititur: deinde alteri, qui impugnat.*l.fin.& l.vbi falsi.22.C. ad l.Cornel.de falsis.l.penult.C.de probationib.*

ii. Regula, Quibus argumentis veritas vel falsitas inquirenda vel probanda, proponitur *d.l. 22.in princ.M.I.R.d.reg.8.except.37.*

iii. Regula, De officio iudicis in hoc iudicio, habetur *d.l.22.*

VIII. EVENTVS ET CONsequentia.

i. Regula: Si decurio subdatur quæstioni, quatenus desinat esse decurio, definitur *l.si quis. 21.§.sed non statuit,C.ad l.Cornel.de fals.*

ii. Regula, Debitor, qui falsi crimen obiicit, nihilominus ad solutionem est compellendus.*l. 2.C.eod.tt.*

iii. Regula: Is qui falsum dixit testamentum, nec obtinuit, nihil ex eo testamento cõsequi potest. *l. qui falsas.6.C.d.tt.* Huius exceptio proponitur

nitur in eo, qui non ipse testamentum falsum accusauit, sed accusatorem instigauit. *l. Athales.24.ff. eod.tt.*

IV. Regula: Is qui falsum dixerit testamētum, nec obtinuit, nihilominus non iure factū dicere potest. *l. Lucius Titius.47.ff. de petitione hæreditatis.*

V. Regula; Si quis sibi in testamento adscripserit id quod etiam sine testamento petere poterat: licet id ex testamento petere non possit, tamen ad illud persequendū illi pristina superest actio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. eod. cap. causa 14. except. 19.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De fide instrumenti etiam ciuiliter agi potest. *l. falsi quidem.5. l. si docueris.9. l. si lis.11. l. de fide.16. l. penult. & l. vlt. C. ad L. Corn. de fals.*

II. Regula, De actione in factum, proponitur *l. qui nomine.25. ff. d. tt.*

III. Regula, De crimine læsæ maiestatis, si priuatus pro magistratu se gesserit, habetur *l. lex 12. Tab. 3. in fin. ff. ad L. Iuliam maiest.* Item, si falsum in tabulis publicis conscripsit vel recitauit. *l. 2. in fin. ff d. tt.*

IV. Regula, De albo corrupto vide *sup. eod. cap. q. 1. causa 12.*

V. Regula, De actione de dolo, item de condictione indebiti, habetur *l. 18. §. de eo. ff. de dol. mal.*

DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS & cæteris similibus.

CAP. XXX.

I. CAVSÆ HVIVS IVDICII.

PRima causa: Si maleficus sit, magus, ariolus. *l. eorum. 4. cum tribus legibus sequentibus, C. de maleficis. Inst. de pub. iudiciis, § sicarij. M.I.P. lib. 1. cap. 15. crim. 8. causa 3. cum seq M.I.R. lib. 1. cap. 13. crim. 9. reg. 9.*

II. Causa; Si remedia adhibet vel corporibus, vel ne vindemiis imbres noceant aut grandines. reprobatur *d. l. 4.*

III. Causa; Si augur sit. approbatur *per ea quæ proposita sunt causa 1. item l. 2. C. de sacrificiis pagan. M.I.P. d. crim. 8. causa 6.*

IV. Causa; Si Mathematicus sit. *l. artem. 2. & l. etsi. 7. ibi: vel etiam mathematicus, C. de maleficis. l. mathematicos. 10. C. de episcopali audientia.*

V. Causa; Si Geometriam exerceat. reprobatur *d. l. 2. M.I.P. d. crim. 8. causa 7.*

VI. Causa: Si aruspex vel similis alterius domum accesserit, vel quis aruspicem euocauerit. *l. nullus aruspex. 3. C. d. tt. M.I.P. d. crim. 8. causa 16.*

VII. Causa: Si prohibitas artes discit. *l. culpa similis est. 8. C eod. tt.*

VIII. Causa: Si aruspicem aut mathematicū, aut alium similem consuluerit. *l. nemo. 5. C. d. tt.*

II. QVID VENIAT IN HOC IVDIcium, seu de pœna.

De pœna *huius* iudicij, vide *in singulis causis hactenus propositis.*

CONCLVSIO LIBRI primi.

Hactenus de legibus, magistratibus, & iudiciis publicis, tam in genere, quam in specie sit dictum. Quanquam & aliæ præter hactenus propositas publicorum iudiciorū sint species. Nam est lex Iulia repetundarum, lex Iulia annona, lex Iulia peculatus, lex Iulia de ambitu, &c. Sed hæc aliaq; similia partim supra tractata sunt inter iura magistratuum; partim tractabuntur infra, præsertim vbi de obligationibus ex delicto descendentibus agetur. Nunc ad priuata iudicia transeundum.

Finis libri primi.

DE IVDICIIS PRIVATIS.

LIBER II.

DESCRIPTIO IVDICIORVM GENERAlis, necnon partitio sequentium.

CAP. I.

PRIMO, Ratio iudiciorum proponitur *l. nullus. 13. C. de Iudæis & Cœlic.* Idcirco enim iudiciorum vigor iurisq; publici tutela videtur in medio cōstituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat vltionem. *M.I.P. lib. 2. c. 1. in prin.*

II. QVANDO EXERCENDA IVdicia, vel non exercenda?

Diebus feriatis non sunt exercenda. *l. 1. in prin. l. præsides. 4. & l. quid si. 6. ff. de feriis. l. 2. C. d. tt. M.I.P. d. c. 1. q. 3. reg. 1. M.I.R. lib. 2. c. 1. q. 9. reg. 1.* Huius exceptio prima est: Nisi partes consentiant. *d. l. 1. & d. l. 6. M.I.P. d. reg. 1. except. 1. M.I.R. lib. 2. c. 5. reg. 22. except. 25. repl. 3.* Secunda; Nisi res tempore sit peritura, seu actionem dilatio peremptura. *d. l. 1. §. sed excipiuntur. l. solet. 3. ff. eod. tt. M.I.R. lib. 2. cap. 1. q. 9. reg. 1. except. 6. & d. reg. 22. except. 25. repl. 2.* Cuius replicatio est; Nisi lis sit contestata. *d. l. 1. §. fin.* Tertia exceptio est; Nisi morte rei conuenti actio sit peritura. *d. l. in princ.* Quartæ exceptionis loco notandæ sunt aliquot causæ, quæ etiam feriatis diebus peragi possunt; quæ enumerantur. *l. 2. ff. de feriis.* Quinta exceptio est; Nisi liberalis causa sit. *l. solet. 3. §. penult. ff. eod. tt.* Sexta; Nisi quis nundinarum nomine aduersus cōmunem vtilitatem quid accepisse dicatur. *d. l. 3. §. fin.* Septima; Nisi ad militarem disciplinam causa pertineat. *l. penult. ff. de feriis.* Octaua; Nisi custodia sit audienda, & de latronibus quæstio habenda. *l. prouinciarum 9. C. de feriis. l. penult. ff. eod. tt. & l. custodias. 12. ff. de publicis iudiciis.* Nona; Nisi publica causa sit ac fiscalis, item pistoria. *l. publicas. 5. C. de feriis.* Huius replicatio est; Nisi in quindecim paschalibus diebus. In his enim etiam publicæ & fiscales causæ inhibendæ. *l. omnes dies. 7. §. fin. C. d. tt.* Plures exceptiones vide *inf. lib. prox. cap. 33. de actibus ciuitatum, reg. 18.*

Altera propositæ quæstionis regula est. Quod iudicium, antequam aliquid debeatur, accipi nō possit. *l. non quemadmodum. 35. ff. de iudiciis.*

III. QVAM-

III. QVAMDIV EXERCENda iudicia?

I. Regula: Causæ criminales intra biennium debent finiri. *de quo dictum sup. lib. prox. cap. 12. q. 9. regul. 1.*

II. Regula: Ciuiles & pecuniariæ causæ intra triennium debent finiri. *l. properandum. 11. C. de iudiciis. M.I.R. d. c. 1. q. 4. reg. 1.* Contradicit *M.I.P. d. c. 1. q. 4. reg. 2.* Huius exceptio prima est: Nisi causa ad publicas functiones respiciat, vel ad ius fiscale pertineat: hæc enim vlterius produci potest. *d. l. 11.* Secunda; Nisi de naufragio quæratur: tunc enim intra biennium finiri debet. *l. de submersis. 5. § si vero, C. de naufragiis.*

Euentus & pœnæ, si intra triennium lites non finiantur.

Si per actorem steterit, quæ pœna competat, definitur *d. l. 11. §. & siquidem.*

Si per reum, *d. l. 11. §. sin autem reus.*

Si per iudicem, *d. l. 11. §. sin autem vtraq; & d. l. 5.*

Si per patronum causæ, *d. §. sin autem vtraq; vers. illo procul dubio.*

Si per tutorem, curatorem vel eius procuratorem steterit, quæ pœna competat, habetur etiam *ibid.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS IVdicium soluitur vel finitur.

Prima causa est: Si de lite sit transactum. *l. neq; impubes. 22. ff. de in ius vocando. M.I.R. d. lib. 2. cap. 5 reg. 22. except. 43.*

Secunda: Si alter litigatorum alterum adrogauerit, *l. si à me. 11. ff. vbi quis agere vel conueniri debeat.*

Tertia: Si iudices sint mutati. hoc enim casu videtur prius iudicium solui, & aliud substitui. verum hæc causa reprobatur *l. proponebatur. 76 ff. d. tt.*

Quarta: Si is, qui maius Imperium habet, iudicare prohibuit. *l. iudicium. 58. ff. d. tt.*

Quinta: Si Iudex eiusdem Imperij esse cœperit, cuius erat is, qui iudicare iussit. tunc enim soluitur iudicium, *vt ex d. l. 58. consta.* Ratio est; quia par in parem non habet Imperium. *l. [illegible] 3. §. fin. cum l. sequente, ff. de receptis arbitris.*

Sexta causa est; Si actor seruus appareat. *l. non idcirco. 44. § fin. ff. de iudiciis.*

V. ANTECEDENTIA & adiuncta.

I. Regula: Actor ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere. *l. qui in alterius. 42. ff. de reg. iur.*

II. Regula, De iussu prætoris prius impetrando vide *inf. c. 7. de in ius vocando q. 4. reg. 4. cum seqq.* In genere autem reprobatur impetratio actionum *l. 2. C. de iuris formulis & imp. sub.*

III. Regula, De iuris formulis, proponitur *l. 1. C. d. tt.*

IV. DIVISIO iudiciorum seu cognitionum proponitur *l. cognitionum. 5. ff. de extraord. cogn.*

VII. PARTITIO TRACTAtus iudiciorum.

Primum autem dicetur de personis iudiciorum, deinde de re litigiosa seu in iudiciū deducta, tertio de actibus iudiciorum, quarto de euentis & consequentibus, postremo de adfinibus iudiciorum remediis. Personæ iudiciorum sunt: Iudex, assessores, postulantes & aduocati, procuratores & defensores, actores & rei conuenti. Res iudicij est, res ea de qua cōtrouertitur seu litigiosa. Actus iudiciorum sunt: in ius vocare, actionē edere, dilationem dare, excipere, cauere, litem contestari, iurare de calumnia, probare causam, cognoscere ac referre, sentētiam formare ac pronunciare. Euentus & consequentia iudiciorum sunt, appellationes, res iudicata, iudicati actio, exceptio rei iudicatæ, sententiæ executio, in possessionem bonorum missio, venditio bonorum debitoris, sumptuum & expensarum litis restitutio: exceptio, quod quisque iuris in alterum statuit vel impetrauit, vt ipse eodē iure vtatur. Adfinia deniq; iudiciorum remedia sunt: extraordinariæ cognitiones, compromissum & transactio. De quibus omnibus & singulis ordine hoc libro dispiciendum, ac primum de personis iudicij.

DE IVDICE.

CAP. II.

I. DE COMPETENTIA IVdicis, & exceptionibus aduersus iudicem.

SEntentia à non competente iudice dicta, ipso iure non valet. *de quo inf. c. 29. in re iudicata.* Sed & pœna statuitur, si apud non competentem agatur, *l. in criminali. 5. C. de iurisdictione omnium iudicum.* Regulariter autem Iudex competens censetur: quiq; excipiendo eum incompetentem dicit, sine dubio istam suam exceptionem probare tenetur. Sunt autem multiplices & variæ aduersus iudicem exceptiones & ad forum declinandum, quæ sumuntur partim ex persona ipsius iudicis, partim ex persona actoris, partim ex persona rei conuenti, partim ex genere causæ & actionis, partim ex re quæ petitur, partim deniq; ex loco in quo est contractum. *M.I.P. lib. 2. cap. 2. q. 2. in prin.* Primi generis exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi Iudex neque iurisdictioni præsit, neque à principe potestate aliqua præditus sit. *l. qui neque. 81. ff. vbi quis agere vel conueniri debeat.*

II. Exceptio; Nisi inutiliter datus sit Iudex. approbatur simul & declaratur *per ea quæ dicta sunt sup. lib. prox. c. 8. q. 2.*

III. Exceptio; Nisi Iudex surdus, mutus, senatu motus, fœmina aut seruus sit. *l. cum prætor. 12. § non autem, ff. vbi quis agere vel con. & l. 2. ff. de senatoribus. M.I.P. d. q. 2. except. 1.*

IV. Exceptio: Nisi Iudex furiosus sit. *d. l. 12. M.I.P. d. q. 2. except. 2.* Huius replicatio est: Nisi non perpetuo sit furiosus. *d. l. 12. l. cum furiosus. 39. & l. Iudex. 46. ff. de iudiciis.*

V. Exceptio: Nisi Iudex cæcus sit. reprobatur *l. cæcus. 6. ff. vbi quis agere vel conueniri debeat. & l. 1. §. quamuis. ff. de postulando.*

VI. Exceptio: Nisi Iudex minor sit ætate. *l. cum prætor. 12. §. non autem ff. vbi quis agere vel conueniri debeat. M.I.P. d. q. 2. except. 3. M.I.R. lib. 2. c. 2. q. 2. except. 1.* Huius replicatio est: Nisi maior sit decem & octo annis. *l. quidam consulebant. 57. ff. de re iudic. M.I.P. d. except. 3. repl. 1.* vbi mutatur.

VII. Exceptio: Nisi filiusfamilias sit Iudex. repro-

reprobatur *d.l.* 12.§ *fin.& l.quin etiam.*6.*ff. de recep. arb.*

VIII. Exceptio; Nisi Iudex sit vir militaris. reprobatur *l.certi iuris.*15. *C. de iudiciis. & l. magisteria 6 de iurisd. ct.omn.iud.*

IX. Exceptio; Nisi viator siue nuncius Iudex sit datus. approbatur sub conditione *l. vlt. ff. vbi quis agere vel conu.debeat.*

X. Exceptio: Nisi Iudex cognatus sit, maritus, vel domesticus actoris, vel rei conuenti, vel causa ipsius sit Iudicis. *l.qui iurisdictioni.*19.*ff. de iurisd.l. vnica, C.ne quis in sua causa iudicet.l.vlt.*§.*sciant. C. vbi senatores vel clarissimi M.I.P. d.q.*2. *except.* 8. *M.I.R. d. quæst.*2.*except.*2.Contradicit *l.in priuatis.*77.*ff.de iudiciis.de quo vide glossam in d.l.*10.*ff.de iurisdict.*Hactenus de primo genere exceptionum contra iudicem dictum est, earum scilicet, quæ sumuntur ex persona ipsius iudicis; quanquam huc etiam pertinet, si Iudex sit imperitus legum. *de quo vide sup.libro prox.cap.6.quæst.*1.*reg* 21. Sequuntur nunc eæ exceptiones, quæ sumuntur ex persona actoris.

XI. Exceptio; Nisi Imperator vel fiscus agat: tunc enim procurator Cæsaris vel fisci, Iudex competens est, non alius.*l.2.& l.ad fiscum.*5. *C. vbi causæ fiscales.M.I.R.d.q.*2.*except.*30.Huius replicatio est; Nisi de crimine, ex quo pœna fisco vindicatur, non constet.*l.*1.*C.eod tt.*Cuius duplicatio est; Nisi reus ante sententiam mortuus sit; tunc enim, quamuis nondum de crimine conuictus decesserit, causa ad procuratorem Cæsaris pertinet. *d. l.*1.*&* 2.§.*fin.C.vbi causæ fiscales.*Plura de exceptione proposita vide *M.I.R. d.except.*30.

XII. Exceptio: Nisi colonus, inquilinus, vel seruus Cæsaris agat; tunc enim præpositus sacri cubiculi, nō alius, Iudex cōpetens est. *l vlt.C.d.tt.*

XIII. Exceptio; Nisi suarius agat, tunc enim præfectus vrbi Iudex competens est.*l.*2. *C.de suariis.*

XIV. Exceptio; Nisi pater, filius, vxor, vel domesticus iudicis ordinarij, vel ipse Iudex agat. *de hac exceptione dictum est paulo superius except.*10. Hactenus igitur de secundo genere exceptionum, quod sumitur ex persona actoris, sit dictum. Tertium genus sumitur ex persona rei conuenti, cuius generis exceptiones nunc sequuntur.

XV. Exceptio; Nisi reus conuentus non ibi vbi conuenitur, habeat domicilium. *l.*2.*C.de iurisdict.omn. iud.l. actor.*3. *in prin. C. vbi in rem actio exerceri debeat.l. vnica. ibi: vbi autem domicilium, C.vbi de hæreditate agatur. l.si in possessione.* 3. *C. vbi causa status agi oportet.M.I.P.d. quæst.*2. *except.*21.*M.I.R. d.q.*2.*except.*12. Huius replicatio est; Nisi tempore contractus ibi, vbi conuenitur, domicilium habuit; tunc enim nihilominus ibi potest conueniri, licet post contractum, domicilium alio transtulerit.*d.l* 2.

Secunda replicatio est; Nisi ibi vbi conuenitur, reus ciuis sit.*l.incola.*29.*ff.ad municipalem.M.I.R. except.*12.*replic.*6.

Tertia: Nisi res, quæ vindicatur, alibi sit, tunc enim possessor reus etiam ibi vbi res, conueniri potest. *l. vlt. C. vbi in rem actio exerceri debeat.* Plura hac de re vide *in Parte* 3.*lib.* 7.*cap.* 5. *de rei vindicatione.*

Quarta: Nisi actor sit senatorius. reprobatur *l. si in possessione.* 3. *C. vbi causa status agi oporteat.*

Quinta; Nisi reus Romæ deprehēditur. tunc enim ibi potest conueniri, nec reuocandi domū ius habet.*l.nec non.*28.§.*si cum, in fin.ff.ex quib.causis maiores. l. Roma.*33.*ff ad municipalem. M.I.P. d. except.* 21.*repl.M.I.R. d. except.* 12. *repl.*9. Huius duplicatio prima est; Nisi legationis aut testimonij causa sit euocatus, aut causa iudicandi. *l.*2. §. *legatis, ff.de iudiciis. M.I.P. d.repl.*1. *dupl.*1.*M.I.R. d.except.* 12. *repl.*1. *dupl.*1.*& d.repl.*9.*dupl.*2.*&* 3. Cuius triplicationes vide *infr.duplic.proxim.* Sed & propositæ duplicationis exemplum proponitur *Nouell.c.*123. §. *item & si episcopi.* Secunda duplicatio est; Nisi ex causa appellationis Romæ degat, vel ex alia causa necessaria. *d.l.*2. §. *ei quoq;.l.*1. *ff. eum qui appellauerit in prouincia defendi. M.I.P. d.dupl.*1.*M.I.R.d.repl.*9.*dupl.*1. *&* 4. Iam propositarum duplicationum triplicatio prima est; Nisi reus ibi, vbi conuenitur, contraxerit, & ex eo contractu agatur. *d l.*2. §. *autem, ff.de iudiciis. M.I.R.d.rep* 9.*trip.general.*1. Huius quadruplicatio est: Nisi legationis causa absit; tunc enim, quamuis ibi contraxerit, non tamen potest ibi conueniri.*d.*§. *omnes autem M.I.R.d. tripl.*1. *quadrupl.*1. Cuius distinctio est; Nisi tempore legationis contraxerit; tunc enim quadruplicatione proposita non obstante, etiam ibi conueniri potest, vbi contraxit.*d.*§. *omnes autem. l.nō alias.*24. *l.si legationis.*25. *& l.cum furiosus.*39.§. *fin.d.tt. de iudiciis.Nou.c.*123.§.*reuerend.ibi: sed & si de curtis.* Plane proposita distinctio subdistinguitur; Nisi tēpore legationis constituerit se soluturum, quod ante contraxit.*l.si quis.*8.*ff.d.tt.* Plures propositæ triplicationis quadruplicationes vide *inf.replic.proxima.* Secunda propositarum duplicationum triplicatio est: Nisi ex eo contractu conueniatur, quem alibi quam in sua ciuitate vel prouincia contraxerint.*l.*2.§.*item si extra.ff.de iudiciis. Huc etiā pertinet l.insulæ.*9.*ff.d.tt.* Tertia triplicatio est: Nisi tempore legationis se soluturum constituit. *l.cum quæritur.*3.*ff.de legationib.l.contraxisse.*20 *ff. de actionibus & obligationib.* Quarta: Nisi cum vxor à viro legato Romæ diuertisset, ibi quoq; dotē petat. *l.si vxor.* 24.*ff.de iudiciis* Quinta; Nisi legatio vel alia causa, ob quam reus peregrinatur, sit perfecta, nec reus domum proficiscatur.*l.*2.§.*plane si perfecta, ff.eod.tt.* Sexta; Nisi is qui domum reuocat, actionem alibi intendat; tunc enim ibidē in causa reconuentionis est defendendus. approbatur simul & distinguitur *d.l.*2 §.*sed si agant. de quo vide inf.replicatione generali quinta.* Septima; Nisi dubitetur, vtrum reus reuocandi domū ius habeat, nam hæc quæstio ibi, vbi conuenitur, est definienda.*d.l.*2.§.*sed si dubitetur.l.legatos.*5.*ff.de legationib.* Octauæ triplicationis loco notandum, quod is, qui domum reuocandi ius habet, nihilominus alibi possit conueniri ad cautionē iudicio sisti præstandam *d.l.*2. §.*quod si constiterit.* Nona triplicatio est; Nisi ante legationem litem ibi sit contestatus. reprobatur *l.non distinguemus* 32. §. *item si quis Romæ, ff. de receptis arbitris.* Decima; Nisi iudicium sponte suscepe-rit legatus. *d.*§.*item si quis Romæ.* Vndecima; Nisi Romæ adierit hæreditatem hæres; tunc enim actionibus hæreditariis ibi potest conueniri, proposita duplicatione non obstante. Cuius tamen quadruplicatio est; Nisi legatus hæreditatē Romæ adierit. *l. de eo.* 26. *cum duab.sequent.ff. de iudiciis.*

Duode-

Duodecima triplicatio est: Nisi damni infecti nomine agatur.*l.sed & si.*28.§.*ædium, ff.eod.tt.*Decimatertia: Nisi iusiurandum legato offeratur. reprobatur *d.l.*28.§.*ex quib.* Decimaquarta; Nisi in rem agatur, quam legatus secū habet. reprobatur *l.non alias.*24.§.*sed si postuletur, ff.d.tt.*Decimaquinta; Nisi dies actionis est exitura. *d.l.* 28. §. *sed & si dies.*Decimasexta; Nisi legatus eiusq; seruus in legatione deliquerit. eius enim delicti nomine Romæ poterit conueniri.*d.l.*24.§.*ff.eod.tt.* Hactenus de quinta replicatione eiusq; duplicationibus & triplicationibus est dictum. plures huiusmodi triplicationes *vide inf. in replicationib.seqq.*

Sexta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ibi, vbi conuenitur, sit contractum, vel negotium gestum.*l.*2.§.*omnes autem.l.hæres absens.*16.§.*si quis tutelam.l.interdum.*36.§.*fin.& l.argentarium.* 45. *ff.de iudiciis.l.*1.*C.vbi de ratiociniis agi oportet.l.*2.*C. eod. tt.l.neq; fœmina.* 54.§.*fin. ff. de procuratorib. Nou. const.* 68.*M.I.P.d. except.*21. *repl,*2. *M.I.R. lib.*2.*c.*2, *q.*2. *except.*12.*repl.*1. Propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi cum eo contraxit, qui statim alio profecturus est.*d.l.*19.§.*nunquam dicemus, ff. de iudiciis.* Secunda; Nisi non reus, sed eius seruus alibi contraxerit, cuius nomine conuenitur. reprobatur *d.l.*19.§.*apud Labeonem.* Tertia; Nisi quasi contractus alibi sit celebratus, vel delictum cōmissum. reprobatur *l.omnem.* 20. *& l.non alias.* 24.*ff. eod.tt.* Quarta; Nisi instrumentum contractus eo loco, vbi conuenitur, sit conscriptum: domi autem contractus celebratus.*l.exigere.*65.*ff.d.tt.* Quinta duplicatio est; Nisi legatus ibi, vbi cōuenitur, cōtraxerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. replic.*5. *triplic.*1. Hæc de sexta replicatione eiusq; duplicationibus sint dicta.

Septima replicatio est; Nisi reus cōuentus ibi, vbi conuenitur, se soluturum constituit. *l. contraxisse.*20.*ff.de actionib.& oblig. l.hæres.* 19. § *fin.ff. de iudiciis.M.I.P. de except.*21.*rep.*3. *M.I.R.d.except.*12. *repl.* 2. Hactenus de exceptione decimaquinta eiusq; replicationibus sit dictum. Quanquam plures huiusmodi licet colligere ex ils. quæ sequuntur.

XVI. Exceptio: Nisi mulier conueniatur. ea enim, vbi maritus eius forum vel domicilium habeat, est conuenienda. *l mulieres.*9. *C. de incolis. Vide item sup cap.*9.*reg.*34.*item inf.lib.*3.*cap.*35.*quæst.*5. *reg* 5.

XVII. Exceptio: Nisi vidua, pupillus, vel alia debilis persona agat vel conueniatur. Hæ enim personæ extra suam prouinciam in ius vocandæ non sunt.*l.vnica, C.quando Imp.inter pupillos.M.I.P.d. q.*2.*except.*18.*M.I.R.d.q.*2.*except.*9.

XVIII. Exceptio; Nisi ipse Iudex ordinarius, eiusve domestici conueniantur. hoc enim casu Iudex declinari potest.*l.qui iurisdictioni.*10.*ff. de iurisdictione.l.Iulianus.*17.*ff.de iudiciis.l.de ordinario.*4.*C. de off.præfecti prætorior.l.*2. *C.de officio præfecti Aug. M.I.P.q.q.*2.*except.*8. Sane si quis aduersus eum, qui in magistratu est, actionem habeat, differtur actio donec magistratus eius sit finitus, *l.pars literarum.* 48.*ff.de iudiciis.*

XIX. Exceptio: Nisi vir illustris aut clarissimus conueniatur. hic enim ad iurisdictionem Imperatoris vel ab eo delegati pertinet. *l. quoties.* 3.*C.vbi senatores vel clariss.* Huius replicatio prima est; Nisi non illustri, sed clarissima tantum dignitate sit præditus. *l.*1. *C.eod. tt.* Secunda: Nisi causa pecuniaria sit *l.*2.*C.d.t.* Tertia: Nisi de functionibus publicis agatur.*l.vnica, C. in quibus causis milites, &c.*

XX. Exceptio; Nisi certæ professionis vel negotiationis reus sit; hic enim ad iurisdictionem pertinet eius, qui istiusmodi professioni vel negotiationi præest. *l. per iniquum.*7. *C. de iurisd. omn. iudicum.*

XXI. Exceptio; Nisi is, qui conuenitur, decurio sit, curialis vel cohortalis.*l.*1. *C. de curialib. vrbis Romæ.& Nouell.c.*151.

XXII. Exceptio: Nisi reus pari vel maiori dignitate præditus sit, quam Iudex. *l. ille à quo.* 13. §. *tempestiuum.ff. ad S.C.Trebell.l.Labeo.*3.§.*fin.l.cum seq. ff.de receptis arbitris.M.I.P.d.q.*2.*except.*22.*M.I.R.d.q.*2. *except.*13. Huius replicatio est; Nisi se ipsius iurisdictioni subiiciat.*d.l.*13. *& l.est receptum.* 14 *ff.de iurisdictione.M.I.R.de except.* 13.*repl.*1.

XXIII. Exceptio; Nisi fiscus conueniatur: tunc enim apud rationalem seu procuratorem fisci causa terminanda est. *l. ad fiscum.*5. *C. vbi causa fiscales.*

XXIV. Exceptio; Nisi actor rerum priuatarum, vel procurator Cæsaris conueniatur. *l. vniuersi.* 9. *C.eod.tt.*

XXV. Exceptio: Nisi officialis procuratoris Cæsaris conueniatur.*l.nullum.*10.*C.d.tt.*

XXVI. Exceptio; Nisi colonus, inquilinus vel seruus Cæsaris conueniatur. hic enim apud præpositum sacri cubiculi & comitem domorum est conueniendus. *l.vlt. C. d.tt.l. dominicis.* 7. *C. eod.tt.* Plane in criminibus ad præsidem prouinciæ pertinet colonus vel seruus rei priuatæ; quod replicationis loco notandum.*l.cum aliquid.*8. *C.d.tt.* Contradicit *lex vlt.C.eod.tt.*

XXVIII. Exceptio; Nisi cubicularius Imperatoris vel Augustæ conueniatur. *l.cubicularios.* 3. *C. de præpositis sacri cubiculi.*

XXVIII. Exceptio; Nisi silentiarius Imperatoris, vel silentiari vxor conueniatur. *l. ne ad diuersa.* 4.*C.de silentiariis & decurionibus.*

XXIX. Exceptio; Nisi militans in sacris scriniis, eiusve vxor, parens, liberi, seruus vel colonus conueniatur.*l.in sacris.*12.*in prin. C.de proximis sacrorum scriniorum.*

XXX. Exceptio: Nisi agens in rebus conueniatur.*l.ex eo.*4.*C.de agentibus in rebus.*

XXXI. Exceptio; Nisi palatinus conueniatur. *l. viros deuotos.* 12. *C. de palatinis sacrarum largitionum & rerum priuatarum.*

XXXII. Exceptio: Nisi decanus conueniatur: *l.*2.*C.de decanis.*

XXXIII. Exceptio: Nisi reus conuentus ministerianus sit, vel in schola vestis sacræ militet, vel eius mater aut vxor sit. *l. hi qui in* 3. *& l. ante omnia.* 4.*C.de castrensianis & ministerianis.*

XXXIV. Exceptio: Nisi reus conuentus in scholis militauerit, & ad primiceriorum gradum peruenerit. approbatur simul & distinguitur. *l.* 2. *C.de priuilegiis scholarum.*

XXXV. Exceptio: Nisi reus conuentus scriniarius, exceptor, vel alius sit officialis præfecti prætorio. approbatur simul & distinguitur *l.*3.*fin. fin.C.de apparitoribus præfecti prætorio.*

XXXVI. Exceptio: Nisi reus conuentus miles sit.

les sit. tunc enim apud magistrum militum est conueniendus. *l. magisteria. 6. C. de iurisd. omnium iudic. l. 1. C. de exhib. reis. l. de militib. 8. ff. de custodiis reorum. l. qui cum vno. 4. §. reus, ff. de re militari. M. I. R. lib. 2. cap. 2 q. 2. except. 29.* Huius replicatio prima est: Nisi miles sit caligatus. reprobatur *d. l. 8. in fin.* Altera: Nisi ignominia missus sit miles. *d. l. 4. §. ignominia.* Tertia; Nisi duces sint, ducumve apparitores, limitanei, castrorumve præpositi. hi enim non apud magistrum militum conueniuntur, sed apud magistrum officiorum. approbatur simul & distinguitur. *l. viros spectabiles. 8. C. de diuersis officiis.* Quarta; Nisi reus vltra numerũ militet *l. eos qui. 5. C. de apparitoribus magistri militum. l. eos qui. 3. C. de officio magistri militum.* Quinta: Nisi miles sit orientis. hic enim non apud magistrum militum, sed apud præfectum prætorio, vel suum ducem est conueniendus. *l. tam collatores. 18. C. de re militari.* Sexta; Nisi de tributis & criminibus miles conueniatur. tunc enim fori præscriptione vti non potest *per ea quæ habentur sup. lib. prox. cap. 10. de præside prouinciæ, q. 2. reg. 3.* Contradicit *M. I. R. d. except. 29. repl. 1.*

XXXVII. Exceptio: Nisi fabricensis sacræ fabricæ, eiusve vxor aut filius conueniatur. *l. eos qui. 6. C. de fabricensib.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi suarius conueniatur. *l. 2. C. de suariis.*

XXXIX. Exceptio: Nisi primipilus conueniatur. reprobatur *l. 2. C. de primipilo.*

XL. Exceptio: Nisi clericus vel monachus conueniatur. De hac exceptione dicetur *inf. lib. prox. in re Ecclesiastica.*

Hactenus ergo de exceptionibus, ex persona rei conuenti sumptis, sit dictum. de replicationibus harum generalioribus dicetur *infr. eod. cap.* Nunc sequuntur exceptiones ex genere causæ & actionis qua agitur.

XLI. Exceptio: Nisi causa criminalis sit & publica. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. 12. quæst. 8.*

XLII. Exceptio: Nisi interdicto retinendæ aut recuperandæ possessionis agatur. *l. vnica, C. vbi de possessione agi oportet.*

XLIII. Exceptio: Nisi causa pecuniaria sit. ea enim ad latrunculatorem non pertinet. *l. solemus. 61. §. fin. ff. de iudiciis.*

XLIV. Exceptio: Nisi actione in rem agatur. De iudice huius actionis dicetur *inf. lib. 7. c. 5. de rei vendicatione.*

XLV. Exceptio: Nisi causa sit extraordinaria, in qua causa cognita procedendum. Hoc enim casu prætor vel præses Judex competens est, non magistratus municipalis. *l. vbicunq; 105. ff. de regul. iuris.*

XLVI. Exceptio: Nisi quis de cohortali, curiali vel alia conditione conueniatur. approbatur simul & distinguitur. *l. 2. & 2. C. vbi quis de curiali vel cohortali.* Huc etiam pertinet causa: Si ciuis dicatur vel negetur. Cuius causæ Judex competens quis sit, definitur *l. de iure. 37. in prin. ff. ad municipalem.* Hactenus exceptiones sumptæ ex causa & genere actionis propositæ sunt. Plures huiusmodi vide *in singulis actionum speciebus, in quæstione, Vbi & apud quem competat?* Sequuntur nunc exceptiones sumptæ ex re seu quantitate petita.

XLVII. Exceptio: Nisi quantitas petita minor sit, vel excedat iurisdictionem iudicis, apud quem reus est conuentus. *l. extra territorium. 20. ff. de iurisdictione. M. I. R. d. q. 2. except. 39.* Exemplum proponitur *Nouell. c. 15. §. habeant autem. item aliud Nouell. c. 82. §. præbebunt.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non tantum debeatur, quantum petitur. reprobatur *l. cum quædam. 19. §. fin. ff. de iurisdictione.* Plane si actor maiorem quantitatem petat ob hoc, ne apud minorem iudicem necesse habeat litigare, litis damno punitur *d. §. habeant autem.* Secunda replicatio est: Nisi ambo, tam actor quam reus, in eum iudicem consentiant. *l. inter conuenientes. 28. ff. ad municipalem. l. de quare. 74. §. 1. ff. de iudiciis.* Tertia: Nisi actio communis sit plurium personarum, vt omnium personarum petitio excedat quantitatem, singularum vero non excedat. tunc enim non vniuersum, quod in iudicium venit, spectandum videtur, sed pars cuiusq; *l. si idem. 11. §. fin. ff. de iurisdictione.* Quarta: Nisi pluribus actionibus agatur. *d. l. 11. in prin. M. I. R. d. except. 39. replic. 3.* Quinta: Nisi mutuæ sint actiones, vt alter minorem, alter maiorem quantitatem petat. *d. l. 11. §. 1.*

XLVIII. Exceptio: Nisi alibi contractum sit, vel crimen cõmissum. Hæc exceptio, sumpta ex loco contractus, approbatur *per ea quæ diximus sup. eod. c. except. 15. replic. 6. M. I. R. d. q. 2. except. 40.* Hactenus exceptiones propositæ sunt, quæ ad forũ declinandum & iudicem recusandum à reo possunt opponi, sed & ex iisdẽ aduersus fori præscriptiones seu exceptiones actor replicationes sumere potest. sunt tamen propositarũ exceptionum aliquot replicationes generales, quæ omnibus fere istis possunt obiici, de quibus nunc agendum.

I. Replicatio est: Nisi plures sint rei diuersi fori: tunc enim omnes ad vnum iudicem vocari possunt. approbatur in certis casibus. *l. 1. ff. de quib. rebus ad eundem iudicem eatur.* Sed & approbatur alio casu *l. 2. ff. eod. tt. M. I. P. d. q. 2. in fine, repl. gener. 1. M. I. R. d. q. 2. in fine, repl gener. 1.*

II. Replicatio est: Nisi is qui fori præscriptionem opponit, non principaliter conueniatur, sed ad defendendum reum iudicium suscipiat. veluti si venditor emptorem, in rem suam procurator factus, defendat. *l. venditor. 49. in prin. ff. de iudiciis. l. 1. C. vbi in rem actio exerceri debeat. M. I. R. d. q. 2. in fine, replic. gener. 2.*

III. Replicatio est: Nisi reus lite pendente alterius fori esse cœperit. *l. si quis. 7. ff. de iudiciis. l. cũ quadam. 19. in prin. ff. de iurisdictione. l. 30. ff. de iudiciis. M. I. R. d. q. 2. repl gener. 3.*

IV. Replicatio est: Nisi is, qui fori præscriptionem obiicit, reo conuento successerit. *l. hæres. 19. in prin. & l. si is qui. 34. ff. de iudiciis. M. I. R. d. q. 2. in fine, repl. gener. 4.*

V. Replicatio est: Nisi reconueniatur is, qui fori præscriptionem opponit, ab eo cõtra quem actionem proposuit, tunc enim ibi etiam in causa reconuentionis se debet defendere. *l. qui non cogitur. 22. ff. eod. tt. l. cum Papinianus. 14. C. de sententiis. & interloc. Nouell. cap. 123. §. reuerendissimi. item Nouell. cap. 96. §. sancimus igitur. M. I. P. d. quæst. 2. in fine, repl. gener. 3. M. I. R. d. quæst. 2 in fine, repl. gener. 5. & cap. 7. reg. 50.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi reus qui reconuentionem propositurus est, iudicem apud quem conuenitur recuset. *d. §. sancimus. M. I. P. d. repl. 3. dupl. 1.* Altera duplicatio est; Nisi contra pœnalem actionem recõuentio fuerit proposita. *l. 2. §. sed si agant, ff. de iudiciis. M. I. R. d. reg. 50 except. 15.*

VI. Replicatio; Nisi testis apud non competentem iudicem falsum dixit testimonium. hoc enim casu ab eo iudice puniri potest. *l. nullum penitus. 12. C. de testib. M. I. P. d. q. 2. in fine, repl c. gener. 4. M. I. R. d. q 2. in fine, repl gener. 6.*

VII. Replicatio: Nisi Iudex ordinarius absens sit. *Nouell. const. 86. §. in quibus vero.*

VIII. Replicatio; Nisi Iudex ordinarius causam suscipere nolit. *d. cap 86. in prin. vsq; ad §. porro si contingat. M. I. P. d q. 2. in fine, repl. gener. 5. M. I. R. d. q. 2. in fine, repl. gener. 7.*

IX. Replicatio; Nisi Iudex ordinarius causam alij delegauerit. de hac replicatione cum suis duplicationibus vide *sup. libro prox. c. 8. q. 2.* Sed & eius exemplum proponitur *l. tam collatores. 18. §. erit autem, C. de re militari. M. I. R. d. q. 2. in fine, replicat. gener. 8.*

X. Replicatio; Nisi apud præsidem prouinciæ conueniatur. apud hunc enim non est locus fori præscriptioni. *l. 2. §. fin. C. vbi quis decuriali cond. conueniatur. Nouell. c. 8. §. quod vero à nob. & Nouell. c. 68.* Contradicit *M. I. R. d. q. 2. in fine, repl. gener. 10.*

XI. Replicatio; Nisi super functionibus & debitis publicis lis sit. *d. l. 2.*

XII. Replicatio; Nisi reus in alia causa à iudice appellauerit. reprobatur *l. vnica. ff. apud eum à quo appellatur, aliam causam agere compell.* Contradicit *M. I. P. lib. 2 c. 2. q. 2. except. 33.*

XIII. Replicatio; Nisi quæstio cui Iudex non competit, competenti quæstioni incidat: hoc enim casu continentia causarum non est diuidenda *l. quoties. 3. & l. nulli prorsus 10. C. de iudiciis. l. 1. C. de ordine iudic. & l. 1. C. de off. rectoris prou. M. I. P. d. q. 2. in fine, repl gener. 7. M. I. R. d. q. 2. in fin. repl. gener. 11.*

XIV. Replicatio; Nisi reus fori præscriptioni renunciauerit. *l. si quis. 29. C. de pactis. & l. si quis. 39. C. de episc. & cler. M. I. P. d. q 2. in fin. repl. gener. 8. M. I. R. d q. 2. in fin. repl. gener. 14.*

XV. Replicatio; Nisi ante litem contestatam fori præscriptio non fuerit opposita. *l. præscriptiones. 13. C de exceptionib. l. nemo. 4 C. de iurisd. omn. iud. l. sed & si 25. in prin. ff. de iudiciis. M. I. P. d. q. 2. in fine, repl. gener. 11 M. I. R. d. q 2. in fin. repl. gener. 17.*

XVI. Replicatio: Nisi litigatores in non competente iudicem consenserint. *l. 1. ff. d. tt. l. 1. C. de iur. sd. omn. iudic l. cum vendente. 4. C. vbi causa fis. ales. M. I. P. d. loco, repl. gener. 9. M. I. R. d. loco, replic. gener. 18.* Huius duplicatio prima est; Nisi in eum, qui nulli præest iurisdictioni, cõsenserint. *l. priuatorum. 3. C. de iurisd. omn. iud. l. 1. & l. qui neg. 81. ff. de iudiciis. M. I. R d. repl. 18 dupl. 1.* Secunda; Nisi non consentiat Iudex. reprobatur *l. 2 §. conueniri, ff. eod. tt.* Tertia: Nisi error interuenerit. *d. l. 2. in prin. l. si per errorem. 15. ff. de iurisdictione.* Huius triplicatio est; Nisi non in corpore, sed in nomine sit erratum. *l. si in iudiciis.* Quarta duplicatio est: Nisi vi metusve causa consenserit. *l. 2. in princ. ibi. a. si cum restitisset, ff. eod. tt.* Quinta: Nisi priusquam Iudex adiretur, voluntas mutata fuerit. *l. si conuenerit. 18. ff. de iurisdictione. M. I. R. d. repl. 18. dupl. 2.* Contradicit *M. I. P. d. repl. 9. dupl. 4.*

XVI. Replicatio: Nisi reus apud non competentem iudicem edi sibi genus actionis desiderauerit. reprobatur *l. non videtur. 33. ff. de iudiciis. M. I. R. d. q. 2. in fin. repl. gener. 20.* Hactenus de cõpetentia iudicis & fori præscriptionibus, a deoq; de prima huius capitis quæstione sit dictum.

II. DE OFFICIIS IVDICIS, quæ sint?

I. Regula: Proprium iudicis officium est, iudicare. Est autem iudicare munus publicum. *l. quippe. 78. ff. de iudiciis.*

II. Regula; Vbi iudicandum, definitur *l. si locus. 59. ff. eod. tt.*

III. Regula; Quamdiu sedebit Iudex, definitur *Nou. c. 82. §. sedebunt. M. I. R. d. c. 2. q. 3. reg. 1.*

IV. Regula; Ne Iudex secum ducat, cui domestici vel ancellarij nomen imponat. *l. nullus. 8. C. de assessorib.* Reliqua iudicum officia vide *sup. lib. prox. inter iura magistratus: item inf. eod. lib. c. 23. de ordine cognitionum: item c. 24. de rebus dubiis.*

III. De pœnis iudicum, si suum officium non fecerint, vide *sup. lib. prox. c. 7.*

DE ADSESSORIBVS ET MINISTRIS IUDICUM.

CAP. III.

I. QVI, ET QVALES DEBEANT esse adsessores?

PRima regula, De libertis, proponitur *l. 2. in prin. ff. de officio adsessoris.*

II. Regula, De infamibus, habetur *d. l. 2.*

III. Regula, De eo, qui est ex eadem prouincia, in qua adsidendum est. Hic adsessor esse ibi non potest. *l. in consiliariis. 10. C. de adsessoribus.* Contradicit *M. I. R. d. q. 3. reg. 4.* Huius exceptio prima est; Nisi permissu principis vel præsidis in sua prouincia adsederit. *d. l. 10.* Secunda; Nisi eadem prouincia diuisa, in altera ortus, in altera adsideat. *l. si eadem. 3. ff. de officio adsessoris.* Tertia; Nisi in consilio curatoris reipublicæ vir eiusdem ciuitatis adsideat, & publico salario non fruatur. *l. in consilium. 6. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De eo, qui alij quoq; magistratui adsidet, proponitur *l. nemo. 13. §. nec si concessum. C. de adsessor.*

X. Regula, De aduocatis causarum. tractatur *d. l. 13. in princ. & §. nec callidis.* Plura vide *inf. quæst. prox. reg. 4.*

II. OFFICIA ADSESSORVM quæ sint?

Prima regula huius loci proponitur *l. 1. ff. de officio adsessoris.* Omne enim eorum officium in his fere causis constat; in cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis.

II. Regula, De subscriptionibus adsessorum, proponitur *l. 2. C. de adsessoribus.*

III. Regula: Ne absentibus iudicibus adsessores causas audiant, sed iudices ipsi cum adsessoribus cognoscant. *Nouell. const. 60. §. porro & illud, vsq; ad §. fin.* Contradicit *M. I. P. lib. cap. 2. quæst. 3. reg. 4.*

IV. Regula: Ne adsessores in eodem auditorio causis etiam patrocinentur. *l. consiliariis. 5. ff. de officio adsessoris. l. quisquis. 6. in princ. C. de postulando.* Plane in alieno quidem patrocinari ipsis conceditur

ditur.*d.l.5.* Quod mutatum est *l,nemo,13. C.de adsessoribus.*

v. Regula: Vt post depositam administrationem per quinquaginta dies in prouincia morentur,excepturi aduersus se actiones. *l. consiliarios.3. & l.nullus iudicum.8.in fin.C.d.tt.*

III. DE PRÆMIIS ET PRIVILEGIIS ADSESSORVM.

I. Regula,De salario adsessorum,proponitur *l.1.C.de adsessorib.& l.vnica,C.de annona.*

II. Regula, De immunitate adsessorum, habetur *l.non minus.11.C.de adsessoribus.*

IV. DE DOMESTICIS ET ALIIS IVDICVM MINISTRIS.

I. Regula: Quot & quales sint constituendi, definitur *Nou.const.82.§.his qui lites.*

II. Regula, De ministris appellationum, qui esse debeant,tractatur *Nouell.constit.23.§.illo videlicet obseruando.ibi: vtrog; officio subministrante.*

III. Regula, De domesticis iudicum, proponitur *l.domesticus.4.C.de adsessoribus.*

IV. Regula,De domesticis iudicum exhibendis,*l.si post.9.C.eod.tt.*

V. Regula, De epistolarium officio, habetur *l.præcipimus.32.§.in his autem. ibi: & ea quæ gerantur. & §.huic saluberrimæ. ibi: nostri vero libellenses, C. de appellat.*

VI. Regula, De apparitore nõ mutando, proponitur *l.1.C.de sportulis & sumptibus in diuersis iud.*

De executoribus dicetur *inf.eod.lib.c.31. de executione rei iudicatæ.* Sed & de aliis ministris iudicũ dictum *sup.lib.prox.c.11.* Nunc ad reliquas iudicij personas transeundum.

DE POSTVLANTIBVS ET aduocatis. CAP. IV.

PRIMO, DE POSTVLANTIBVS.

PRimo: Quid sit postulare, proponitur *l.1.§.postulare ff. de postulando. M.I.P. lib. 2. cap. 3. in princip.*

II. QVI POSTVLARE NON POSSINT IN IVDICIO?

Non omnibus in iudicio postulare permissum est.cuius ratio proponitur *l.1.in prin.ff.d.tt:M.I.P.d. c.3.q.2.in prin.*

I. Regula, De iis, qui in dignitate aliqua positi sunt.Hi postulare non possunt. *l. quicung;.25.C. de procuratoribus. M.I.R.lib.2.cap.3.q.1 reg.1.* Plane corrigitur regula proposita in clarissimis, *Nouell. c.71.* Ex qua etiam exceptio notanda est: Nisi is, qui postulaturus est, non sit illustris dignitatis. Cuius replicatio est: Nisi ij,qui in dignitate positi sunt,nõ tamen illustri, non pro se,sed pro aliis postulare velint. hoc enim eis iam dicta constitutione non permittitur.Huius duplicatio est: Nisi causarum patronus ad regendæ prouinciæ munus euectus, administrationem deposuit: huic enim licet ad patrocinium causarum reuerti, & pro aliis postulare. *l. si quis. 9. C. de aduocatis diuers. iudicum.*Secunda duplicatio proponitur in honoratis,*l.quisquis.6.§.apud vrbem.C.de postulando.M.I.P. d.q.2.reg.2.*Tertia in decurionibus,*l.2.C.de aduocatis diuers.iud.*

II. Regula,De hæreticis, habetur *l.vlt.C.de postul.M.I.P.d.q.2.reg.2.*

III. Regula, De minoribus septendecim annorum, proponitur *l.1.§.initium, ff. de postulando. M.I.P.d.q.2.reg.3.*vbi corrigitur. *M.I.R. d.q. 1. reg.4.* Huius exceptio videtur: Nisi minor pro se postulet.verum reprobatur *d.§.initium.*Sane admittitur in quibusdam casibus,qui proponuntur *l.in vniuersis.11.C.qui dare tutores.* Sed & admittitur in eo, qui absentem vltro defendit. *l. exigendi. 12. in fin.C.de procuratorib.*

IV. Regula,De surdo,proponitur *d.§.initium. vers.propter casum.M.I.P.d q.2.reg.5.*

V. Regula,De cæco,habetur *d.l. 1.§.casum, ff. de postulando.* Cuius exceptio est: Nisi cæcus pro se postulare velit: hoc enim casu non prohibetur,*d.l.1.§.secundo loco.M.I.P. d.q.2.reg.4.*

VI. Regula,De fœmina,proponitur *d.§.secundo loco.M.I.P.d.q.2.reg.6. M.I.R,d.q.1.reg.5.* Huius exceptio est: Nisi pro se velit postulare: hoc enim casu non prohibetur.*d.§.secundo loco.M.I.P.d.reg.6. except.1.M.I.R.d.reg.3.3.except.1.*Cuius replicatio est: Nisi monastria cõueniatur. *Nouell.c.123.§.si quando.ibi: nulla tamen,M.I.P.d.except.1.repl.1.*

VII. Regula, De turpibus & infamibus personis,tractatur *d.§.secundo loco. M.I.P.d.q.2 reg.7.* Exempla proponuntur *eadem l.1.§.remouet.*Exceptio prima est: Nisi pro se,non pro aliis postulare velint.*d.§.remouet.M.I.P.d.reg.7.except.1.* Secunda: Nisi pro parente,patrono, liberis, fratre, & aliis huiusmodi personis velint postulare. *d.l. 1.§.hoc edicto.* Plane regula proposita mutata est *Instit.de except.§.fin.M.I.P.d.reg.7.except.2.*

VIII. Regula, De eo,qui cũ bestiis pugnauit: vel operas suas, vt cum bestiis pugnaret, locauit. Hic regulariter postulare prohibetur. *d.l. 1.§.remouet. M.I.P. d.q.2.reg.8. M.I.R d.q.1.reg.8. & lib.1. cap.11.reg.44.*Huius exceptio prima est: Nisi cum fera mansuefa pugnauit. *d.l.1.§.bestias.* Secunda: Nisi locauit saltem operas, non depugnauit. reprobatur *ibid.* Tertia: Nisi depugnauit gratis,nõ locauit operas. *d.§.bestias. M.I.R. d.repl. 8.except.1.* Huius replicatio est: Nisi in arena cum bestiis oblauream depugnauit.*d.§.bestias.* Quarta exceptio est: Nisi ob id locauit operas, vt feras venetur, vel depugnet feram, quæ regioni noceat. *d.l.1.§. sed si quis.M.I.R.d.reg.8.except.2.* Quinta: Nisi pro se postulare velit. *d.l. 1.§.igitur.* Sexta: Nisi non sponte,sed necessario fungatur officio. *d.§.his igitur.l.puto autem.6.in prin.ff.eod.tt.*

IX. Regula, De eo cui aduocationibus interdictum est. Hic postulare non potest. *l.1. C.de postulando.*Huius exceptio prima est; Nisi non apud eum,qui prohibuit,sed apud alium postulare velit,qui prohibitus est. approbatur sub conditione.*d.l.6.§.fin.ff.de postulando.* Secunda: Nisi in alia prouincia, quam in qua prohibitus est,postuler. approbatur sub conditione *l.ex ea causa.9.ff.eod tt.* Tertia: Nisi ad tempus postulare prohibito,tempus illud sit finitum.*l. Imperator.8.ff.d.tt.*

X. Regula,De libertis,proponitur *l.2.C.de postulando.*

XI. Regula, De iudice,habetur *l. quisquis.7.in prin.C.eod.tt.*

XII. Regula: Aduocatus fisci contra fiscũ postulare prohibetur.*l.1.C,de aduocatis fisci.* Contradicit

dicit.*M.I.P. d.q.2.reg.9.* Huius exceptio prima videtur esse: Nisi pro aduocatione fisci nullũ perceperit salarium,sed reprobatur *d.l.1.* Secunda: Nisi princeps concesserit.approbatur sub conditione.*l.2.C.eod.tt.*Tertia: Nisi pro se vel filiis suis, parentibus,aut pupillis suis, cõtra fiscum postulare velit.*l.ij qui fisci.10.ff.de postulando.*

XIII. Regula, Decurio contra ciuitatem, cuius est decurio,postulare prohibetur. *l.2. in fin. C. de aduocatis diuers.iud.* Exceptio est: Nisi pro se,filiis, parẽtibus vel pupillis suis velit postulare decurio.*d.l.10.in prin.ff.de postulando.*

XIV. Regula: Ne quis contra eum, pro quo antea postulauit,in eodem iudicio postulet. *l.rem non nouam.12.§.patroni.versic.hocq; subsecuto, C.de iudiciis. M.I.P. d.q.2.reg.10.M.I.R. lib.2 cap.3.q.1.reg.9.* Huius exceptio est; Nisi pro pupillo,cuius tutor factus est,postea postulet,cum antea contra eius patrem postulasset.*l.vlt.ff.de postulando. M.I.P. d.reg. 10.except.1.*Reliquas huiusmodi regulas, vide *inf. de aduocatis & procuratorib.*Plane sunt quædam iam propositarum regularum exceptiones generales,de quibus nunc dicendum.

I. Exceptio:Nisi is qui postulare prohibetur, pro se postulare velit. *l.1.§.secũdo loco,ff.de postulando.M.I.P.d.q.2.in fine except.gener.1.M.I.R.d q 1.in fine, except.gener.1.*Huius replicatio prima est; Nisi minor sit decem & septem annis.Secunda: Nisi surdus sit. Hi enim in totum postulare prohibentur. *d.l.1.in prin. & §.initium.* Tertia: Nisi sit persona illustris. huic enim nec pro se postulare permittitur. *de quo sup. regul.1. M.I.R. d.except.1.replic.1.* Quarta: Nisi sit furiosus.approbatur *ipso iure.*

II. Exceptio; Nisi postulare prohibitus, pro parente, patrono & aliis similibus personis postulare velit. *d.l.1.§.vt initio. & §.fin. M.I.P.d.q.2.in fin.except.gener.2.* Huius replicatio prima est: Nisi a fines esse desierint. *l. cui eorum.3.§.adfinitates,ff. de postulando.*Secunda; Nisi fœmina sit,vel cæcus: hi enim cum secundi ordinis sint non postulantium,pro se quidem postulare permittuntur,pro enumeratis autem superius personis, quemadmodum & pro aliis,postulare non possunt. *l.1.§. secundo loco,ff.d.tt.*Tertia replicatio est: Nisi minor sit septendecim annorũ, surdus aut illustris persona. nam hi cum sint primi ordinis, ne pro se quidem postulare possunt, sed in totum prohibentur.*de qua re dictum paulo superius except.1.*

III. Exceptio: Nisi postulare prohibiti, non sponte sed necessario fungantur officio.*l.puto autem 6.in princ ff.de postul. M.I.P. d.q.2. in fin.except.gener.3.*

IV. Exceptio: Nisi infamis, & ob id postulare prohibitus,in integrum sit restitutus. *l.1.§.deinde addicit.& §.pro quo sententia, ff. d. tt. M.I.P.d.q.2. reg.7.except.3.* Huius replicatio prima est: Nisi non à principe, sed à senatu sit restitutus. reprobatur *d.l.1.§ an autem.*Secunda; Nisi prætor in integrum restituit. approbatur sub conditione *d.§. an autem.*

V. Exceptio: Nisi aduersarius eos postulare permittat.reprobatur *l. quos prohibet. 7. ff. de postulando.l.filiusfamilias.8.§.milites,ff.de procuratorib.*

III. De pœna, si quis postulare prohibitus postulauerit, proponitur *l.1. §. qui aduersus ea. ff. de postulando.* Item alia pœna constituitur. *l. vltim.C.eod.tt. M.I.P. lib.2.cap.3.quæst.1.regul.1.cum seq.*

SECVNDO, DE ADVOCATIS.

I. DEFINITIO aduocatorum proponitur *l.1.§. aduocatos,ff.de extraord.cognitionib.*

II. De laude aduocatorum & genere habetur. *l.aduocati.14.C.de aduocatis diuers.iud.*

III. DE CONSTITVENDIS aduocatis.

1. Quot constituendi?

I. Regula, De aduocatis præfecturæ prætorio, constituitur *l.nemini 11. in prin.C.eod.tt.* Plane qui supra numerum sunt,apud alios iudices causas agere possunt.*d.l.11.§.fin.*

II. Regula,De aduocatis Alexandriæ,proponitur *l.petitionem.13.in prin.C.eod.tt.*

III. Regula, De aduocatis præfecti prætorio per Illyricum,habetur *l.iubemus.17.in prin.C.d.tt.*

IV. Regula, De aduocatis comitis orientis,*l. iubemus.20.in prin.ibi: consortio.C.eod.tt.*

V. Regula,De aduocatis prouinciæ Syriæ secundæ,*l.petitiones.22.in prin.C.d.tt.*

VI. Regula, De aduocatis præfecti prætorio, *l.per hanc legem.24.in prin.C.d.tt.*

2. Quales constituendi aduocati?

I. Regula,De iis qui in studio iuris quinquennium nõ compleuerunt,proponitur *d.l.20.§.nec de cætero,C eod.tt.*

II. Regula,De filiis aduocatorũ cæteris præferendis,habetur *l.nemini.11.§.filios autem. l.petitionem.13.in princ.l petitiones.22.§.& filios. & l. per hanc. 24.in prin.ibi: nisi vel eorum,C.d.tt.*

III. Regula,De cohortalibus,proponitur *l.iubemus.17.C.d.tt.*

IV. Regula,De hæreticis,*l.nemo.14. C.de episcop. aud.*De reliquis huiusmodi regulis vide *sup.membro 1.q.2.*

3. Quæ antecedere debeant aduocatorum constitutionem?

De illis prius examinandis habetur *l.nemini.11. §.1.C.de aduocatis d uers.iud.*

IV. DE ADVOCATO NON HABENTIBVS DANDO.

Huius loci regula proponitur,*l.1.§.ait prætor,ff. de postulando.l.nec quicquam.9.§.aduocatos, ff. de officio proconsulis. Sed & huius loci est l. prouidendum.7. C.de postulando.M.I.P.d.q.3.reg.3.M.I.R.lib.2.c.3.q.2.reg.2.*

V. DE OFFICIIS ADVOCATORVM & DELICTIS.

I. Regula: Ne quid vltra, quam causa poscit, dicant,præcipitur *l.quisquis.6.§.ante omnia, C.eod. tt.M.I.P.d c.3.q.4.reg.1.*

II. Regula: Ne ex industria litem protrahant. *d.l.6.§.nemo.M I.P.d.q.4.reg.2.*

III. Regula; Ne in aliis degat regionibus, neve peregrinetur.*l per hanc legem.24.§.hoc etiam pronunciandum.& l.vlt.C.de aduocatis diuers.iud.*

IV. Regula; Ne prouinciales suscipiant functiones.*l.ne quis.3.C.de aduocatis diuers iud.*

V. Regula: Ne cum cliente suo paciscatur de quota litis.*l.sumptus.53.ff.de pactis.l.si qui.5. C. de postulando.l.1.§.si cui cautum.ff.de extraord. cog. M.I.P.d. q.4.reg.4.M.I.R.d.q.2.reg.4.* Sed & plura de regula proposita,vide *inf.lib.15. c.15. de exceptionibus aduersus pacta & contractus except.19.M.I.P.d.quæst.4.reg.3. M.I.R.d q 2.reg.12.except.2.*

VI. Regula; Ne aliquem cum cliente contractum ineat. *l.quisquis.6 §.præterea, C.de postulando.*

VII. Regula; Ne aspernanter id quod ei à cliente offertur, accipiat. *d.l.6.§.nemo.*

VIII. Regula; Ne cui patrocinium deneget. *l. prouidendum.7.§.si quis vero, C.d.tt.*

IX. Regula; Ne præuaricetur, & pœna, si præuaricetur, proposita est *sup.lib.prox.c.17.*

X. Regula; Ne relicta parte suscepta aduersario patrocinetur. *l.rem non nouam.12.§.patroni.vers. hocq; subsecuto. C.de iudiciis.* De reliquis eius officiis, vide *inf.cap.seq.circa finem.*

VI. DE HONORARIIS ADVOcatorum.

I. Regula, De causa ex qua debeatur. Vtrum ex pacto debeatur honorarium aduocato, definitur. *l.vnica, C.de suffragio, & l.1.§.si cui cautum, ff.de extraord.cognitionib.* Ex qua constat, quod honorarium ex cautione seu stipulatu peti quidē possit. Verum huius regulæ duæ exceptiones in eadem lege proponuntur, quarum prima est; Nisi de quota litis pactio sit facta. *de quo sup. quæst. prox. reg.5.* Altera; Nisi cautio licitam quantitatem egrediatur, quæ exceptio declaratur *d. l.1.§. licita autem.* Tertia exceptio est; Nisi incerta sit pollicitatio salarij. *l.qui mutuam.56.§.salarium, ff.mandati.* Quarta; Nisi sub specie mutui honorarium cautum sit. *l.si sub specie.3.C.de postulando.*

II. Regula; Quantum honorarij nomine à iudice definiendum, cauetur *l.1.§. in honorariis, ff. de extraord.cog.*

III. Regula, Ne honorarium legitimâ quantitatem egrediatur, *l.1.ff.eod.tt.*

IV. Regula, De honorario repetēdo, proponitur *d.l.1.§.diui Seuerus. l.qui operas.38.ff.locati & conducti.*

VII. DE PRIVILEGIIS ADuocatorum.

I. Regula, De aduocatorum immunitate à functionibus publicis, proponitur *l.ne quis.3. & l. sancimus.6.C.de aduocatis diuers.iud.* Aduocati insuper fisci ab omni cohortali, siue cuiuslibet deterioris cōditionis vinculo cū liberis suis sunt immunes. *de qua re dicetur inf.lib.3.c.10. de aduocatis fisci.*

II. Regula: Quicquid filiusfamilias aduocatus ex suo labore acquirit, sibi retinet instar castrensis peculij. *l.fori tui.4. & l.cum aduocatio.8.§.omneq;, C.d.tt.de aduocatis diuers.iud.*

III. Regula, De dignitate aduocatorum, deposito officio, proponitur *l.suggestionē.18. C.eod.tt.*

IV. Regula, De priuilegio aduocatorum, circa liberos. Liberi aduocatorum præ cæteris sunt promouendi. *de quo sup. eod.cap.q.3. membro 2.reg.2. Vide etiam inf.lib.prox.c.10.de aduocatis fisci.*

V. Regula, De priuilegiis aduocatorum quibus competant, proponitur *l.quicquid.5. C.de aduocatis diuers.iud.* Similis regula habetur *l.iisdem priuilegiis.7. C.eod.tt.* Alia *l.post duos.15. in prin.C.d.tt.* Item alia *l.ad similitudinem.16.C.eod.tt.* Alia generalis priuilegiorum regula habetur *l. iubemus.17. §.fin.C.d.tt.* Alia deniq; *l.vlt.C.eod.tt.*

DE PROCVRATORIBVS.

CAP. V.

PRimo: Ratio & vsus procuratorum quis sit, proponitur *l.1.§.penult.ff. de procuratorib. M.I.P. quæst.4.regul.5. M.I.R. d.q.2.reg.9.* vbi etiam distinguitur.

II. DEFINITIO *d.l.1.in prin.* Est enim procurator, qui aliena negotia mandatu domini administrat.

III. DIVISIO habetur *d.l.1.§.1.*

IV. DE CAVSA PROCVRATOris, eiusq; exceptionibus, seu de procuratore constituendo.

Ex proposita definitione constat, causam procuratoris esse mandatum: per mandatum enim procurator constituitur. Cuius causæ seu regulæ exceptiones nunc sunt dispiciendæ.

I. Exceptio; Nisi mandatum non sit. *d.l.1.& l. si quis.3.§.procuratorem, ff.iudicatum solui. M.I.P. lib.2. c.4.quæst.1.except.1.M.I.R. d.cap.3. de procurator.reg.4. except.1.* Huius replicatio prima est; Nisi exceptio hæc ante litem contestatam non fuerit opposita. approbatur exemplo eius, quod dicetur *inf.eod.lib.cap.13.quæst.1.causa 1.except.12.* Cuius duplicatio est; Nisi falsus procurator probetur. *l. licet.24 C.de procuratoribus.* Secunda replicatio est: Nisi non ad agendum, sed ad defendendum procurator interueniat: huic enim mandatum necessarium non est. *l.seruum quoq;.33.§. publice, ff. eod. tt.l.exigendi.12.C.d.tt.M.I.R. d excep.1.repl.1.* Huius duplicatio prima est: Nisi suspectus postulatus sit defendendus. approbatur sub cōditione *l. non solum.39. §. fin.ff.d.tt.* Altera duplicatio est: Nisi defensor satisdare nolit. *d.l.12. & l.qui proprio.46.§. qui alium, ff.de procuratorib. M.I.R. d.repl.1.dupl.2.* de qua re vide paulo inferius duplicatione generali 3. Tertia replicatio est; Nisi filius pro patre agat. *d.l.12. C.de procuratorib. & l.sed & ea 35. in prin.ff.d.tt. M.I.R. d.except.1.repl.4.* Quarta: Nisi parens liberorum causam agat, vel quis alius causam fratris aut affinis, vel libertus causam patroni. Hæc multiplex replicatio approbatur *d.l.35.in princ.M.I.R.d.except. 1.replic. 7.* Quinta; Nisi maritus vxoris causam agat. *l.maritus.21.C de procuratoribus. M.I.R. d. except. 1.repl.5.* Sexta: Nisi is, qui mandatum probare non potest, de rato caueat. *Instit. de satisdat. §.sin autem per procuratorem. l.1. C. de procuratoribus & l. 2. C. de consortibus eiusdem litis. M.I.R. d. except. 1. replicat. 9.* Septima: Nisi dominus id quod sine mandato gestum est, ratum habuerit. *l. licet. 56. ff. de iudiciis.* Ratihabitio namque mandato comparatur. *l. vero procuratori. 12. §. fin. ff. de solutionibus. l. semper.60. & l.hoc iure.194.§. deiecit. ff. de regul. iuris. M.I.R.d.except.1.repl.10.* Hactenus replicationes propositæ exceptionis sunt enumeratæ. Harum autem duplicatio generalis prima est: Nisi dominus litis supradictas personas suo nomine agere nolit. *l.Pomponius.40.§.fin.ff. de procurat.* Secunda: Nisi supradictæ personæ mandatum habeant, tunc enim obtentu istarum replicationum fines mandati excedere non possunt. approbatur exemplo mariti *l.maritus.21.in fin. C.d.tt.* Tertia: Nisi defensor satisdare, iudicatum solui, vel ratam rem haberi, nolit. *l. qui proprio. 46. §. qui alium, ff. eod. tit. Institut. de satisdationibus, §. si vero reus.l.in eo quod plus.120.§.nemo, ff.de regul.iuris.* Plane duplicatio proposita non solum in defensore rei alienæ, sed etiam in eo, qui sine mandato alieno nomine agit, locum habet, *argumento l.si autem.*

7.in princ.ff. de negotiis gestis. Sed & plura de hac re, vide *inf.c.15.iudicatum solui. M.I.R. d.except.1. in fin.* vbi etiam distinguitur. Hæc de prima exceptione eiusq; replicationibus sint dicta.

II. Exceptio: Nisi filiusfamilias procuratorem dederit, reprobatur *l.filiusfam.8.in prin.vsq; ad §.ipse quoq;.ff.de procurator. l.seruum quoq;.33. in princ. ff.eod.t.M.I.P.d.q.1.except.4.*

III. Exceptio; Nisi seruus procuratorem dederit. *d.l.33.in princ.M.I.P.d.quæst.1.except.5.* Huius replicatio est: Nisi seruus de statu suo litiget. *d.l. 33.§.1.*

IV. Exceptio; Nisi mutus vel surdus procuratorem dederit. reprobatur sub conditione *l. mutus.43.in prin.ff.d.ttt.*

V. Exceptio; Nisi pupillus vel minor 25. annis procuratorem dederit. approbatur quidem ipso iure: *M.I.P.d.quæst.1.except.6. M.I.R. d.reg.4.except.8.* eius autem replicatio prima est: Nisi tutoris vel curatoris authoritate interueniente dederit. *l.neq; tutores. 11. C. de procuratoribus. M.I.R. d. except.8. repl.1.* Secunda: Nisi sententia pro minore sit lata; tunc enim aduersario minoris exceptio proposita non datur. *l. non eo minus.14. C. eod. tt.M.I.R.except.8.repl.2. & d.lib.2. c.18.reg.5.except.7. repl.1.*

VI. Exceptio; Nisi non dominus litis, sed alius procuratorem dederit. & hæc exceptio ipso iure approbatur, *M.I.P. d.q.1 except.7. M.I.R. d.reg. 4.except.7.* sed habet suas replicationes, quarum prima est; Nisi tutor vel curator domini procuratorem dederit. *d.l.11. C.de procuratoribus. M.I.P. d. except.7.repl.1.* vbi distinguitur. Huius duplicatio est; Nisi mater pupilli tutrix in testamento data, actorem seu procuratorem dederit. *l.liberto.30.§. quanquam. ff. de negotiis gestis.* Secunda replicatio est; Nisi procurator procuratorem dederit. *d.l.11. & l.nulla dubitatio.23.C.d.tt. M.I.P. d.except.7.repl.1. M.I.R.d.except.7.repl.2.* Cuius duplicatio prima est: Nisi ante litem contestatam procurator alium dederit procuratorem, quæ duplicatio præterquam quod ex iam dictis legibus constat, approbatur etiam *l. quod quis. 8. C. de procuratoribus. l. ab executore.4.§. fin.ff.de appell. l.si procuratorem.8.§.si quis mandauerit, ff.mandati. M.I.P.d.repl.1.dupl.1. M.I.R.d. repl.2.dupl.1.* Secunda duplicatio est; Nisi dominus litis mortuus sit. reprobatur *l. nulla dubitatio. 23 C.de procuratorib.* Tertia replicatio; Nisi actor ciuitatis procuratorem dederit. reprobatur *l.nec ciuitatis.74.ff.eod.tt.M.I.R.d.except.7.repl.3.* Quinta; Nisi defensor absentis rei procuratorem dederit. *l.licet.42 § fin.ff d.tt.*

VII. Exceptio; Nisi infamis procuratorem dederit. reprobatur *Instit.de exceptionibus, §.fin.* Hactenus exceptiones aduersus personam procuratoris, sumptę ex persona dantis procuratorem, propositæ sunt. Huc autem pertinet *l.mutus.43.§. cum quæritur, ff.de procuratorib.* Sequuntur nunc eæ exceptiones, quæ sumuntur ex persona ipsius, qui procurator est datus.

VIII. Exceptio; Nisi filiusfamilias procurator datus sit. reprobatur *l.filiusfamilias.8.§. ipse quoq;.ff. eod.tt.M.I.P.d.q.1.except.9.*

IX. Exceptio; Nisi is, qui de statu suo litigat, procurator datus sit. reprobatur *l.seruum quoq;.33. §.eum vero, in fin ff.d.tt.*

X. Exceptio; Nisi furiosus sit datus procurator. *l.2.in fin.ff.d.tt.*

XI. Exceptio; Nisi mutus vel surdus procurator sit datus. approbatur certo modo *l. mutus.43. in prin.ibi: forsitan & ipsi.ff.eod.tt.*

XII. Exceptio; Nisi minor septemdecim annorū procurator sit datus, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup.c.prox.q.2.reg.3.M.I.R.reg.4.except.11.*

XIII. Exceptio; Nisi infamis procurator sit datus. reprobatur *Instit. de except.§.fin.* Contradicit *M.I.P.d.q.1.except.10.M.I.R.d.reg.4.except.12.*

XIV. Exceptio; Nisi procurator clarissima vel potens persona sit. *l. 1. & l. 2. C. ne liceat potent. patron. Concordant insuper ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. quæst.2.regul.1, item M.I.R lib.5. cap.1. reg.19. except.1. replic.11.*

XV. Exceptio; Nisi fiscus vel respublica procurator constituatur, vel patrocinium præstet. *l. ad fraudem.4.C.ne fiscus vel respub.* Huius replicatio prima videtur esse; Nisi is, qui patrocinium fisci implorat, fisci debitor sit. Sed reprobatur *l.1.& l. abhorret.3. C.eod.tt.* Secunda; Nisi actor vel reus partem debiti vel actionis fisco donauerit. Et hęc reprobatur *l.2.C.eod.tt.*

XVI. Exceptio; Nisi miles procurator constituatur. *l.filiusfamilias.8.§.milites, ff. de procuratoribus.* Huius replicatio prima videtur esse; Nisi aduersarius patiatur militem esse procuratorem. Sed reprobatur *d.l.8.* Secunda est; Nisi exceptio hæc ante litem contestatam non fuerit opposita. *d.l.8. & l.ita demum.13.C.eod.tt.* Tertia; Nisi miles in rem suam procurator sit factus. *d.l. 8. & l. qui stipendia. 9.C.d.tt.* Quarta; Nisi miles causam sibi cum alio communem agat. *d.l.8.* Quinta; Nisi miles causam patris, matris vel vxoris agat. reprobatur *l. militem.7. C.eod.tt.* Sexta; Nisi princeps militem admittendum rescripserit. reprobatur *d.l.7.* Septima; Nisi veteranus sit miles. *l.filiusfamilias.8.§. veterani, ff.de procuratorib.*

XVII. Exceptio; Nisi fœmina procuratrix detur. *l.alienam.18. C. d. tt. Concordant ea quæ dicta sunt sup cap.prox.q.2.reg.6. item l.neq; fœmina.54. in princ. ff.eod.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi mulier in rem suam procuratrix sit facta. *l. quia absente. 4. C. d. tt.* Secunda: Nisi mulier causam parentis agat. approbatur certo modo *l. fœminis. 41. ff. eod.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi absente aduersario procurator datus sit. Quæ exceptio reprobatur *Instit. de iis per quos agere poss.§.penult.*

XIX. Exceptio: Nisi inuitus procurator detur. approbatur simul & declaratur *l.2. in princ. & l.filiusfamilias.8.§.inuitus, ff.de procuratorib. l. inuitus. 17. C.eod.tt.M.I.P.d.quæst.1.except.12, M.I.R.d.regul.4.except.14.*

XX. Exceptio; Nisi is procurator detur, quem causa contingit. reprobatur variis exemplis *l. licet.42. & cui hæreditas, cum seqq.ff.d.tt.*

XXI. Exceptio: Nisi plures procuratores sint dati. *l.si quis.31.§.fin.ff. eod.tt. M.I.P.d.q.1.except.15. M.I.R. d.reg.4.except.17.* Huius replicatio prima est: Nisi simul, non diuersis temporibus sint dati procuratores. reprobatur *l.pluribus, 32. ff. d.tt. M.I.P.d.except.15.repl.2.* Secunda: Nisi non ab vno, sed à pluribus dentur procuratores plures. *d.l.31. §.vnius, ff d.tt.*

XXII. Exceptio; Nisi in familiæ erciscundæ, aut communi diuidundo iudicio plures vnum dederint procuratorem, approbatur simul & distinguitur *l.licet.42.§.si plures,ff. eod.tt.* Hæc de exceptionibus, quæ sumuntur ex persona ipsius procuratoris. Sed & plures, vide *sup. cap.proxim.* Nunc eas videamus, quæ sumuntur ex re & causa cui procurator constituitur.

XXIII. Exceptio; Nisi vnius tantum rei procurator constituatur, reprobatur *l.1.§.1.ff. de procuratorib.M.I.R.d.reg.4.except.18.*

XXIV. Exceptio; Nisi interdicto de exhibendis & ducendis liberis agatur, approbatur simul & distinguitur *l.Pomponius.40.in prin.ff.eod.tt.*

XXV. Exceptio; Nisi in iudicio publico procurator vel accusationi, vel defensioni detur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup.lib.prox.c.12.q.7.reg.1.& 2.*

XXVI. Exceptio; Nisi popularis sit actio, cui procurator interuenit. *l. qui populari.5.ff. de popularib.actionib.* Huius replicatio prima est: Nisi non ad agendum, sed ad defendendum procurator detur.*d.l.5.* Altera: Nisi actor cum publico simul & priuatum cõmodum defendat.*l.licet.42.in prin. & l.non cogendum.45.§.qui ita.ff.de procuratorib.* Hactenus exceptiones ex causa, cui procurator datus est desumptæ, propositæ sunt, de reliquis huiusmodi exceptionibus, vide in singulis causarum & actionum speciebus. Sequuntur nunc reliquæ exceptiones, desumptæ partim ex modo, partim ex tempore quo procurator constituitur, partim deniq; ex consequentibus.

XXVII. Exceptio; Nisi per nuncium vel per epistolam procurator constituatur. reprobatur *l.1.§.1.& §.fin.ff.de procuratorib.*

XXVIII. Exceptio; Nisi in diem, sub conditione, vel in perpetuum procurator datus sit. Et hæc multiplex exceptio reprobatur *l.item 3.cum l.seq.ff. eod.tt.*

XXIX. Exceptio; Nisi eo tempore procurator constituatur, quo adhuc lis nulla est. reprobatur *d.l.3.M.I.P.d.q.1.except.17.*

XXX. Exceptio: Nisi postquam dominus iudicium suo nomine suscepit, procuratorem dederit. reprobatur *l.qui proprio.46. in prin.ff.d.tt.& l.nihil.20.C.eod.tt.*

XXXI. Exceptio; Nisi Iudex ipsum dominum litis ex iusta causa præsentem esse velit. *l. vlt. C. d. tt.M.I.P.d.q.1.except.18.*

XXXII. Exceptio: Si actor dominum potius, quam procuratorem conuenire malit. *l. si actor. 29.ff.d.tt.M.I.P.d.reg.4.except.23.*

XXXIII. Exceptio; Nisi dominus litis, qui mandauit, mortuus sit. reprobatur *l. nulla dubitatio.23.C.eod.tt.M.I.P.d.q.1.except.19. M.I.R. d.regul.4. except.21.repl.1.*

XXXIV. Exceptio; Nisi procurator actoris dominum in reconuentione defendere nolit. *l. mutus.43.§.pœna.ff.d.tt.l.cum qui.3.& l.actionem.5.C.eod. tt.l.vnica,§.sin autem,C.de satisdando.* Huius replicatio est: Nisi procurator aduersarium in possessionem venire patiatur, vel seruum ex causa noxali duci, approbatur simul & distinguitur *l.sed & ea. 35.§.fin.cum l.seq.ff. de procuratorib.* Plura de hac re dicentur *inf.eod.cap.q.6.reg.11.*

XXXV. Exceptio; Nisi procurator fines mandati excedat, approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio prima est: Nisi actio mandata sine alia expediri non possit; tunc enim alia quoque mandata intelligitur. approbatur casu simili *l.2.ff. de iurisdictione.* Item exemplo *l.ad rem nobilem.56.ff. de procuratoribus. & l. ad legatum. 62 ff.eod. tit.* Altera replicatio est: Nisi ad duas res petendas datus, vnam tantum petierit. *l. vltim. §.fin. ff.d.tit.* Tertia: Nisi datus, vt confestim agat, post aliquod tempus agit. *l. qui procuratorem. 57. in prin. ff.d.tt.*

XXXVI. Exceptio; Nisi in causa sit prouocatum: tunc enim finitur procuratoris officium. *l. inuitus.17.ibi: nec eandem,C.eod.tt.*

XXXVIII. Exceptio; Nisi procurator sit mutatus, vel alius constitutus, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. quæst.prox. 5. Cui concordat l.si quis.31.§.fin.ff.d.t. M.I.P. d.q.1. except.21. M.I.R d.reg.4.except.16.*

XXXVIII. Exceptio: sumpta ex verbis quibus procurator constituitur, reprobatur *Inst. de iis per quos agere possumus,§.pen.M.I.P.d.q.1 except.20.*

Hactenus exceptiones contra procuratorem, cum suis replicationibus specialibus sunt enumeratæ. Sunt autem istarum exceptionum aliquot replicationes generales non prætereundæ, quarum prima est; Nisi exceptio procuratoria remissa sit. *l. qui procuratorem. 57. §. fin. ff.de procuratoribus.* Huius duplicatio est: Nisi talis sit persona procuratoris, quam prætor apud se postulare prohibet. *l. quos prohibet. 7. ff. de postulando. de qua re vide sup.cap.prox. quæst.2.in fin.* Secunda replicatio generalis est; Nisi exceptio procuratoria ante litem contestatam non fuerit opposita. *l. ita demum.13.C de procuratorib.l.filiusfamilias. 8. §. milites, ibi: nisi hoc tempore,ff.eod.tt. M.I.P. d.q.1.in fine, replic. gener.1.* Huius duplicatio est: Nisi exceptio falsi procuratoris obiiciatur; hæc enim quandocunque potest opponi. *l. licet. 24. C. eod. tt.M.I.P.d.replic.1.dupl.1.* Tertia replicatio: Nisi in ea causa reus sit, vt etiam absente eo, quasi non defenderetur, iudex sit cognituru: tunc enim quilibet pro eo verba faciens est audiendus, *per ea quæ dicta sunt supr.exc.1.repl.2.*

V. DE MVTANDO PROCVRATORE, seu iudicio in se vel in alium transferendo.

Hactenus de causa procuratoris efficiente, seu de constituendo procuratore est dictum: nunc de mutando eo dicetur. Regulariter autem dominus procuratorem mutare, & iudicium in se vel in alium transferre non potest, nisi causa cognita; *vt inf.except.gener.1.M.I.P.lib.2.c.4.q.2. M.I.R. lib.2.cap.3.de procuratorib.reg.5. in prin.* Vnde causæ mutandi procuratoris exponendæ. Ante litem tamen contestatam etiam sine causa mutari potest. *de quo infr. hac eadem quæstione,except.gener.1.* Sed & dominus, quamuis procuratorem mutare non possit, causæ tamen suæ adesse non prohibetur. *l. Paulus.69.ff.de procuratorib.M.I.P.lib.2.c.3.q.3.reg.13.*

I. CAVSÆ EX QVIBVS PROCVRATOR mutari possit.

Primæ causæ loco notandum, quod ex quibus causis procurator ad defendendum dominum cogi non potest, ex iisdem potest remoueri. *l. post litem.*

litem.17.§.fin.ff.eod.tt. Quæ autem sint huiusmodi causæ, ex quibus procurator ad defendendum dominum cogi non potest. vide *infr.quæst.prox.reg. 10. M.I.R.d.reg.5.exc.12.*

Secunda mutandi procuratoris causa est, ætas ipsius curatoris. quæ cum aliis similibus approbatur *d.l.17.cum sequentib.*

Tertia: Si procurator religiosus sit factus, monachus puta vel clericus *d.l.18.*

Quarta: Si procurator suspectus fiat domino, *d.l.19.*

Quinta: Si procurator in vinculis hostium, prædonumue sit potestate. *d.l.19.*

Sexta: Si procurator iudicio publico priuatoue distringatur. *d.l.20.*

Septima: Si procurator valetudinarius sit. *d.l. 20.& l.procuratorib.22. C.eod.tt.*

Octaua: Si procurator suis rebus ac negotiis impeditus, causæ præesse non possit. *d.l.20.*

Nona: Si procurator in exilio sit missus. *d.l.21.*

Decima: Si latitet. *d.l.21.*

Vndecima: Si inimicus sit factus domino. *dict. l.21.& d.l.22.C.eod.tt.*

Duodecima: Si aduersario affinitate iungatur. *l.22.ff.eod.tt.*

Decimatertia: Si aduersario succedat. *d.l.22.*

Decimaquarta; Si peregrinetur. *l.23.ff.d.tt.*

Decimaquinta causa generalis est, omnes similes complectens, *d.l.23.& d.l.22.C.eod.tt.*

Decimasexta: Si mutari nolit. quæ causa cum suis exceptionibus approbatur *infr.except.6.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. Exceptio est: Nisi causa nondum cognita, dominus litis procuratorem mutet, vel litem in se transferat. *d.l.17.in princ.ff. de procuratoribus.& d. l.22.C.eod.tt.M.I.R.d.reg.5.in prin.& except.2.* Huius replicatio est: Nisi ante litem contestatam mutet: tunc enim etiam sine causæ cognitione potest mutare. *l.ante litem contestatam.16.ff. d.tt. M.I.R. d.reg.5.except.1.* Cuius duplicatio est: Nisi sine mandato quis defensionis absentis susceperit: hic enim etiam ante litem contestatam, causa cognita est remouendus. *l.is cuius.64.ff.eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi non dominus, sed eius hæredes procuratorem mutent. reprobatur *d.l.17.§. non solum.ff.d.tt.*

III. Exceptio: Nisi non dominus, sed procurator postulet se mutari. reprobatur *l.mutari.24. ff.eod.tt.*

IV. Exceptio: Nisi non rei, sed actoris procurator mutetur, reprobatur *l.quæ omnia.25.in pr.ff.d.tt.*

V. Exceptio: Nisi factum negetur. *d.l.25.§.1.*

VI. Exceptio: Nisi procurator mutari nolit. reprobatur *ibid.* Plane admittitur tribus potissimum casibus, quorum primus est: Si in rem suam procurator sit constitutus. *d.l.25.§.fin.* Secundus: Si retentione aliqua vti velit. approbatur sub conditione *d.l.25.§.fin.cum l.seq.* Tertius: Si dominus quædam transferre, quædam relinquere velit. qui casus proponitur simul & distinguitur *l.in causæ.27.in prin.ff. d.tt.*

VII. Exceptio: Nisi procurator in rem suam sit datus. *de quo vide supr.except.prox. casu 1. Concordat l.procuratore.55.ff.eod.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi procurator retentione aliqua vtatur. *de hac exceptione vide paulo superius except.6.casu 2.*

IX. Exceptio: Nisi dominus quædam transferre, quædam relinquere velit. approbatur simul & distinguitur *d.l.27.in prin.ff. de procuratorib.*

X. Exceptio: Nisi procurator recuset causam ob hoc quod mala sit; tunc enim non licet procuratorem alium eligere litigatori. *l. rem non nouam.12.§.hocq; subsecuto.C.de iudiciis.*

II. QVIBVS COMPETAT MVTANDI procuratoris ius?

De hæredibus eius qui dedit procuratorem, item de procuratore, vide *paulo superius exc.2.& 3.*

III. APVD quem competat, seu cuius sit cognitio, definitur *l.quæ omnia.25.§.1.& l.in causæ.27. §.hæc autem.ff. de procuratorib.*

IV. EFFECTVS mutationis procuratoris circa stipulationem Iudicatum solui, proponitur *d.l. 27.§. si ex parte. de qua re dicetur infr. eod. lib. cap.15. quæst.4.except.4.*

De eo quod per priorem procuratorem gestum est, Nihilominus ratum illud manet, *per ea quæ habentur infr. eod.lib. cap.13. q.1. causa 1, except.11. in fin.* Hæc de mutando procuratore: nunc ad officia eius transeundum.

VI. DE POTESTATE ET OFFICIIS procuratorum.

I. Regula: De exequendo mandato & causa peragenda procurator tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. reg.10. M.I.R d.cap.3. de procurator.reg.6.* Sed & alias recipit exceptiones, quarum prima est: Nisi mandatum non susceperit. Secunda: Nisi in causa sit prouocatum. Quæ duæ exceptiones approbantur *l.inuitus.17. C.de procuratoribus. M.I.P. d.cap.4.q.4.regul.1.except.1. M.I.R. d.reg.6.except.1.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr. q.prox. de procuratore mutando: item infr.d.reg.10.*

II. Regula, De bona fide à procuratore præstanda, proponitur *l.idemq;.10. in prin.ff. mandati.*

III. Regula: Cauere de rato tenetur. de qua cautione dicetur *infr.eod.lib.cap.12.quæst.8.item c.13. Rem ratam haberi.*

IV. Regula: Iudicatum solui satisdare tenetur. *de qua cautione item vide infr. cap.15.*

V. Regula, De alienando. Procurator regulariter alienare non potest. *l.procurator. 63.ff. de procuratoribus.& l.procuratorem.16.C.eod.tt.* Huius exceptio prima est: Nisi procuratori specialiter alienatio sit mandata vel permissa. *d.ll.* Secunda: Nisi libera administratio procuratori sit permissa. *l.procurator.58.cum l.seq.ff.d.tt.* Tertia: Nisi dominus precium, quod in rem eius versum est, non restituat. *l.si precium.19. C.eod.tt.* Quarta: Nisi fructus & alias res tempore perituras: hos enim alienare potest. *l.procurator.63. vers. nisi fructus.ff.d. tit.* Plures huiusmodi exceptiones vide *infr. lib.7. causa 1.except.1.*

VI. Regula, De transigendo. Procurator ius transigendi non habet. *l.mandatu generali. 60.ff. d. tt.M.I.P.lib.2.cap.4.q.3.reg.1.*

VII. Regula: Procurator alium procuratorem facere potest. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr.q.4. except.6.repl.2.*

VIII. Regula: Procurator vniuersalis debi-

tum quoque domini exigere poteſt. *l.procurator.* 58.*ff.de procuratoribus.*Huius exceptio eſt: Niſi debitor.quoque procurator vniuerſalis ſit eiuſdem domini:tunc enim ab eo exigere non poteſt,*l.qui duos.*47.*ff.eod.tit.* Cuius replicatio eſt: Niſi nominatim alteri mandatum ſit, vt ab altero exigeret. *d.l.*47.*l.qui proprio.*46.§.*fin.cum l.itaq;*.48.*ff.d.tt.*

IX. Regula, De ratione reddenda,& id quod accepit reſtituēdo, proponitur *d.l.*46.§.*procurator.*

De domino defendendo.

X. Regula: Procurator rei conuenti dominum defendere cogendus eſt. *l.filiusfamilias.*8.§.*procuratorem.ff.de procuratoribus. M.I.P. d.q.*3.*reg.*2. *M.I.R. d.cap.*3.*de procurat.regul.*8. Habet hæc regula ſuas etiam exceptiones, quod approbatur *ibidem.* Prima: Niſi ad agendum, non ad defendendum,ſit datus procurator. reprobatur *l.ſeruum quoque.* 33. §.*ait prætor.ff.eod.tt.* Secunda: Niſi dominus iudicatum ſolui cautionem pro defenſore non præſtiterit.*d.l.*8.§.*procuratorem.* Tertia: Niſi ignorante & inuito procuratore dominus iudicatum ſolui expoſuerit.*d.*§.*procuratorem.* Quarta: Niſi dominus ante litem conteſtatam mortuus ſit. approbatur quidem ipſo iure, quia mandatū morte mandātis extinguitur: verum eius replicatio eſt: Niſi dominus iudicatum ſolui pro procuratore expoſuit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſi defunctus.*15.*in prin. ff.d.tt.* Huius duplicatio eſt: Niſi dominus pro ignorante vel inuito procuratore iudicatum ſolui ſatiſdedit.*d.l,*15.*in prin.*Quinta exceptio eſt: Niſi inimicitiæ capitales inter dominum & procuratorem interuenerint. approbatur cum aliis ſimilibus *d.l.*8.§ *fin. cum ll.ſequentib. l. ſi poſt.*14 *& l.mutus.*43.§.*fin.ff.d.tt.*Sexta: Niſi dignitas procuratori acceſſerit, *d.l.*8. §.*fin.* Septima: Niſi reipublicæ cauſa procurator abſuturus ſit. *d.*§.*fin.*Octaua: Niſi valetudinarius ſit. *l.aut ſi valetudinem.*9 *ff.d.tt.* Nona: Niſi longinquo ſit abſuturus.*d.l.*9.*l.vel ſi.*44.*ff.eod.tt.*Decima: Niſi ſuperueniens hæreditas procuratorem impediat. *l. vel hæreditas.*10.*ff.eod.tt.* Vndecima: Niſi affinitas inter dominum & procuratorem dirempta ſit. approbatur cum aliis ſimilibus *d l.* 43.§.*fin. cum legib. ſequentib.* Duodecima: Niſi bona abſentis poſſideri cœperint.*d.*§ *fin.* Decimatertia: Niſi dominus præſens ſit. *d.l.*10. *cum ſequentib.* Declaratur exceptio propoſita *l.præſens.* 5. *cum duabus ſequentib. ff.eod.tt.* Huius replicatio eſt: Niſi dominus præſens cogi non poſſit. *l.ſi tamen.*11 *ff. d.tit.* Decimaquarta exceptio eſt: Niſi aliam iuſtam cauſam habeat procurator,quæ iudici probatur. *d.l.*10. *l. ſed hæc.*13.*& l.vel ſi.*44.*ff.d.tt.* Hactenus de exceptionibus propoſitæ regulæ in ſpecie eſt dictum.Harum autem exceptionum replicatio generalis prima eſt: Niſi tractu temporis res ſeu actio ſit peritura.*l.ſed etiam.*12.*& l.mutus.*43.§.*& qui non,in fin.ff.d.tt.de procuratorib.* Secunda: Niſi procurator ſatiſdedit, defendendi abſentis gratia. approbatur ſimul & diſtinguitur *d.* §. *& qui non, cum ſequentib. M.I.R.d.reg.*8.*except.*3. Tertia: Niſi cum procurator Iudicatum ſolui ſatiſdare vellet, ei repromittenti creditum ſit. quo caſu idem iuris eſt, quod in ſuperiore replicatione proxima. *d.*§. *& qui non.* Hactenus, an procurator dominum defendere cogatur, excuſſum eſt. Reliquæ quæſtiones,hoc eſt, in quibus cauſis eum defendere cogatur, item vbi, quomodo, & de defenſionis effectu,dicetur *infr.regula proxima.*

XI. Regula: Procurator actoris eum in reconuentione defendere cogendus. *l.ſeruum quoque.*33. §.*ait prætor.ff.de procuratorib.* Declaratur hæc regula definitione defenſionis *l.ſed & eæ.* 35. §. *defendere.ff.eodem tt.* Propoſitæ regulæ exceptio prima eſt: Niſi procurator in rem ſuam ſit datus. *l.ſi quis.* 34.*ff.eod.tt.* Huius replicatio prima eſt: Niſi in fraudem rei conuenti procurator in rem ſuam ſit factus.*d.l.*34. Secunda: Niſi ex cauſa lucratiua & non neceſſaria in rem ſuam procurator ſit factus.*l.ſeruum quoq;*.33.§.*fin.ff.d.tt.* Exemplum proponitur *l.pater.*70.*ff.eod.tt.* Tertia replicatio eſt in perſona patris dotem repetentis: huic enim quāuis ſuo nomine competat dotis actio,tamen quia & filiæ nomine conueniri poteſt, filiam defendere tenetur. *l.non ſolum.*39.§ *ſi de dote.ff.d.tt.l. & ideo.* 3.§.*fin.ff.rerum amotarum.* Hæc de prima propoſitæ regulæ exceptione ſint dicta. Secunda exceptio: Niſi vniuerſitatis nomine procurator agat. reprobatur *l.item eorum.* 6. §. *actor.ff.quod cuiuſcunq; vniuerſitatis nom.* Tertia: Niſi populari actione agatur. *l.mutus,*43. §. *in popularibus.ff.de procuratorib.* Quarta: Niſi non actio,ſed præiudicium,aut interdictum, vel aliud ſimile à procuratore proponatur.reprobatur *l.ſed & eæ.*35.§. *non ſolum.ff.eod.tit.* Quinta: Niſi in alia prouincia actor ſit defendendus. *d.*§.*non ſolum.ibi; cæterum.* Sexta: Niſi ex perſona procuratorio nomine agat, quæ etiam ſine mandato agere poteſt, reprobatur *d.l.* 35. *in princ.* De hiſce perſonis vide *ſupr.eodem cap.quæſt.*4. *exception.*1. Septima: Niſi procurator agere recuſet,vel prohibeatur. *d.l.*35.§ *præter ſatiſdationem.& l.inuitus.*17.*C.eod.tt.* Octaua: Niſi procurator ſatiſdedit iudicatum ſolui. hoc enim caſu videtur cogendus non eſſe,cum ſufficiat ob rem non defenſam ex ſtipulatu actio. verum reprobatur *d.*§. *præter ſatiſdationem. l.non cogendum.*45. §. *Sabinus ait. ff.eod.tt. M.I.R. d.except.*3. Hæc de exceptionibus propoſitæ regulæ vndecimæ ſint dicta. Plane harum replicatio generalis prima hæc eſſe videtur: Niſi ſpecialiter defenſionis quoque mandatum ſuſceperit: tunc enim perinde ac procurator rei conuenti eſt compellendus. *de quo ſupr.regula proxim.eſt dictum.* Altera: Niſi ad communi diuidendo vel ſimile iudicium agendum ſit datus: hic enim ad defendendum quoque datus intelligitur. vnde videtur, quod dictis exceptionibus non adiuuetur. *l.ſi defunctus.*15. §.*fin.ff.de procuratoribus.* Hactenus, an procurator actoris vel rei conuenti ad dominum defendendum ſit cogendus, tractatum eſt: nunc reliqui defenſionis loci diſpiciendi.

In quibus cauſis & rebus dominum defendere cogendus.

I. Regula, De actionibus quæ in hæredem non dantur,proponitur *l.omnium.*37.*in princip. ff. de procuratoribus.*

II. Regula,De interrogationibus,*l.non ſolum.* 39.*in prin ff eod tt.l.ſi ſine.*9.§. *Celſus.verſ.an ergo ff. de interrogatoriis act.*

III. Regula,De reſtitutorio iudicio ſuſcipiendo. *l.qui proprio.*46 §.*item quæritur.ff. de procuratorib.*

IV. Regula, De vna re vel cauſa cæteris omiſſis,habetur *d l.*46.§.1.

Vbi

Vbi de re cogendus.

De alio loco quam in quo procurator actionem intendit, proponitur *l.ſed & eæ.*35. §. *cæterum cogi.ff.d.tt.*

De loco in quo eſt contractum, habetur *l.neq; fœmina.*54.§ *fin.ff.eod.tt.*

Quomodo defendere cogendus, & quæ ſint defenſoris officia.

I. Regula: Boni viri arbitratu defendere debet. *l.ſeruum quoq;.*33. §. *ait prætor.ff. d.tt. & l.omnis.* 77.*cum ſeq.ff. eod.tt.*

II. Regula: Defenſor id facere debet, quod dominus in litem faceret.*l.ſed & eæ.*35.§.*defendere. ff.d.tt.*

III. Regula,Defenſor idonee cauebit. *d.*§.*defendere.*Cauebit autem iudicatum ſolui,interdum ratam rem haberi.de quibus cautionibus dicetur *paulo inferius eod. lib.*

IV. Regula: Præter cautionem vel ſatiſdationem defenſor etiam iudicium ſuſcipiet. *dict.l.*35. §.*præter ſatiſdat. d.*§.*defendere. & l.minor,*51. §. *quoniam.ff.eod.tt.*

V. Regula: Non debet deterior eſſe conditio defenſoris quam domini. *d. l.*35. §. *defendere. & l. minor.*51.§.*quoniam.ff.eod.tt.*

Euentus, ſi reus non defendatur.

I. Regula: Committitur iudicatum ſolui ſtipulationis clauſula. *l.ſi defunctus.*15.§.*committitur.ff. d.tt.* De hac re vide plura *infr.cap.*15.

II. Regula: Si reus non defendatur, actor in bona eius mittitur. *de qua re vide infr.cap.*8.*q.*6.

III. Regula: Procuratori actoris dominum in cauſa reconuentionis non defendenti denegatur actio. *de qua re vide ſupr.quæſt.*4.*except.*34. Hactenus de defendendo reo eſt dictum. Qui autem præter procuratorem teneantur defendere, vide *infr.c.*8.*q.*6. Sed & plura de officiis procuratorum & aliis huiuſmodi leg bus vide *ſupr.c.prox. in iure aduocatorum.* Hactenus igitur de procuratorum officiis ſit dictum.

VII. DE EVENTIS PROCVRATORIS,& procuratorum actionibus.

DE PRIMO EFFECTV, SCILICET acquirendo & retinendo per procuratorem.

Per procuratorem non ſolum acquirimus,ſed etiam retinemus ius noſtrum. *l. per procuratorem.* 72.*ff.de procuratoribus.*

DE SECVNDO EFFECTV, HOC EST, eo quod procurator geſſit.

Id regulariter valet, & ex eo tam domino,quā contra dominum datur actio & exceptio. approbatur per regulam vulgatam: Quod quiſque per alium facit, hoc ipſe feciſſe videtur. *M.I.R. lib.*2. *cap.*3.*de procurator.regul.*9. Huius exemplum proponitur *l.quacunq; ratione.*50.*& l.ſi is.*66 *ff. de procuratoribus.* Plane quod dictum eſt, Ex eo quod procurator geſſit, tam actionem quam exceptionem contra dominum dari: eius exceptio prima eſt: Niſi ignorante domino geſſerit. *l.ignorantis.* 49.*ff.d.tt.* Secunda: Niſi procurator fines mādati exceſſit. *l. ſi procurator.*10. *C. eod.tt. M.I.R. d.reg.*9. *exc.*4.vbi etiam diſtinguitur. Tertia: Niſi fraude vel dolo procurator geſſit. reprobatur *d.l.*10.

DE TERTIO EFFECTV, HOC EST, DE actione mandati quæ datur domino aduerſus procuratorem.

I. Cauſæ ex quibus competit hæc actio.

Prima cauſa: Si procurator quid dolo vel fraude fecit. *d.l.*10.*in fin.C, de procuratoribus.*

Secunda: Si inſtrumentum litis aduerſario prodidit. *l.ſi quis.*38. §. *ſi quis inſtrumentum.ff. de pœnis.*

Tertia: Si per colluſionem procuratoris aduerſarius fuerit abſolutus.*l ſi procuratorem.* 8.§.1.*ff. mandati.*

Quarta: Si procurator litem quam ſuſcepit, exequi nolit. *d.*§.1. *M.I.P. lib.*2. *cap.*4. *quæſt.*4.*reg.*1. *M.I.R.d.cap.*3 *de procurator.reg* 6.

Quinta: Si procurator inſtrumenta cauſæ non reddat.*d.l.*8.*in prin.*

Sexta: Si procurator quid ex ea cauſa accepit, vt reſtituat. *l.qui proprio.* 46 § *procurator.ff.de procuratorib.*De reliquis cauſis vide *ſupr.eod. cap q.*6.

2. Quibus detur hæc actio?

De procuratore qui alium procuratorem dedit,& domino, proponitur *l.ſi procuratorem.* 8. §. *ſi quis mandauerit.ff. mandati.*

3. Quæ detur actio, & quæ ſint adfinia remedia?

Regulariter mandati datur actio. *l.licet.*42.§.*ea obligatio.ff.de procuratorib.*

De pœna metalli & exilio proponitur *l.ſi quis.* 38.§.*ſi quis inſtrumenta.ff. de pœnis.*

De actione de dolo aduerſus aduerſarium,habetur *l.ſi procuratorem.*8.§.1.*ff.mandati.*

De actione depoſiti, *d.l.*8.*in prin.*

DE QVARTO EFFECTV, HOC EST de actione mandati, quæ datur procuratori aduerſus dominum.

I. Cauſæ, ex quibus datur procuratori aduerſus dominum actio.

Prima cauſa: Si procurator impenſas in litē fecit, vel ſoluit, vel ſe obligauit. *l.qui proprio.*46.§.*item contra. & §.litis impendia.ff.de procurat. M.I.P.d.c.* 4.*q.*5. Huius exceptio prima eſt: Niſi procurator quid pœnæ nomine ex ſuo delicto præſtitit. *d.l.* 46.§.*pœnam.* Secunda: Niſi negotio finem non impoſuerit. reprobatur *l.qui mutuam.*56. §. *fin.ff. mandati.* Tertia: Niſi in rem ſuam procurator ſit datus.*l.licet.*42.§.*ea obligatio.ff.de procuratorib.& l.actoris.*30.*ff.eod.tt.* Quarta: Niſi procurator domino litis hæres exiſtat. approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſi quis.*31.*in princ.ff.d.tt.*Quinta: Niſi ei non ſit mandatum. reprobatur *d.l.*31.

Secunda cauſa: Si procuratori non ſoluat dominus ſalarium vel honorarium. *de hac re dictum ſupr.capite proxim. membro* 6.

2. Quæ actio detur,& quæ ſint adfinia remedia?

I. Regula, De actione mandati, proponitur *l.licet,*42.§.*ea obligatio,& l.qui proprio.*46.§.*item contra.ff. de procuratorib.*

II. Regula, De venditi actione & mandati actione priſtina, *d.l.*42.§.*ea obligatio.*

III. Regula, De actione aduerſus condemnatum reum, *l.actoris.*30.*ff.eod.tt.*

IV. Regula, De actione negotiorum geſtorum,*l.ſi quis.*31.*in prin.ff.d tt.*

DE

DE QVINTO EFFECTV.

Ex eo quod gessit procurator, ipse quoque potest conueniri, etiam deposito officio. approbatur exemplo *l.procurator.67.ff.d.tt.M.I.R. d.cap.3.de procurat.regul.*10.

DE ACTORE ET REO, item de re litigiosa.

CAP. VI.

I. DE ACTORE ET REO.

PRima regula: Actor certus ad agendum procedere debet, & ante diligenter omnia explorare. *l.qui in alterius.42. in fin.ff.de reg. iuris.*

II. Regula: Fauorabiliores rei potius quam actores habentur. *l.fauorabiliores.167.l.nemo.168.l. in pari.170. l.cum par.196. & l.in eo.33. ff. de regulis iuris, l.inter pares,38. ibi: in aliis. ff. de re iudicata. l.militis. 36.§.veteranus ff.de militari testamento.l.1.§.fin. cum l. seq.ff.ne quis eum qui in ius, &c. l.si seruum.91.§.sequitur. ff.de verb.oblig.M.I.P.lib.2.cap.5.de actore & reo, reg.1.& cap.17.reg.15.item lib.5.cap.12.reg.4.M.I.R. lib.2.c.16. q.2.reg.30.* vbi etiam distinguitur.

III. Regula: Non debet actori licere, quod reo non permittitur. *l.non debet.41.ff.de reg.iuris. M.I.P. d.cap.5.de actore, reg.2. & d.cap.12.reg.5.*

IV. Regula: Reus in exceptione sua actor est. *l.1.ff. de except. l. in exceptionibus.19. in princ.ff. de probationibus.*

V. Regula: De eo, vter sit actor, vter reus in præiudiciis, definitur *l.generaliter,12.ff.de except.* In causa appellationis actor intelligitur. qui appellat. *l.qui appellat.29 ff. de iudiciis.* In mixtis actionibus vter sit actor, definitur *l.in tribus.13.cum sequ. ff.eod. tit.*

VI. Regula, Ne actor vel reus domum iudicis ingrediatur, proponitur *l.vnica.§.fin.ad L. Iuliam de ambitu.*

VII. Regula: Ne actor vel reus iudicem corrumpat, cauetur *l.1.C.de pœna iudicis qui male iudicauit. l.1.§.sed & constitutionibus.ff. de calumniatoribus. M.I.P. d.loco, reg.3. M.I.R. lib.2.cap.4.regul.3.* Sed & falsi pœna coercetur actor vel reus qui iudicem corrupit, *l.1.§.sed & si quis. & l.qui duob.21.ff. ad L. Corneliam de falsi.* Alia pœna constituitur *Nouell. c.124.§.si quis litigantium.*

II. DE RE LITIGIOSA.

Hactenus de personis iudiciorum actum est. Sequitur de rebus, de quibus in iudiciis litigatur, quas litigiosas vocant.

I. DE RE LITIGIOSA NON alienanda.

Res litigiosa alienari prohibetur, & pœna, si contra fiat, constituitur *l.censemus.4. C.de litigiosis. M.I.P. lib.2.cap.5.de re litigiosa, reg 1. M.I.R. d.cap.4. reg.4.* Ratio huius regulæ proponitur *l.rem de qua.3.ff.eod.tt.* Declaratur definitione rei litigiosæ, *Nouel.c.112.§.1.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi res in iudicium deducta non sit. hoc enim casu, quamuis aliquando de ea lis oriri possit, litigiosa tamen non censetur, & ob id propositæ regulæ locus non est. *d.Nouel.c.112.§.1. M.I.R. d.reg.4. except.1.* Sed eius replicatio prima videtur esse: Nisi emptori ab aliquo denũciatum sit ne emeret. sed reprobatur *l.1.in prin. ff. de litigiosis. & l.1.C.eod.tt.* Secunda: Nisi creditor pignus vendat. reprobatur *d.l.1.& l.2.C. de distract. pignor.* Tertia: Nisi debitor rem alij pignori obligatam vendat. Et hæc reprobatur *Nouel. cap.112.§.ab hac vero.M.I.R.d.except.1.replic.1.* Quarta est: Nisi preces eius rei nomine Imperatori oblatæ sint, & ad eas rescriptum ab Imperatore impetratum. *d.Nouel.const.112.§.1.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi non ei qui alienat, sed alij de re moueatur controuersia. *l.1.§.inter.ff.de litigiosis.* Huius replicatio est: Nisi cum procuratore, tutore, vel curatore eius qui alienauit, lis sit. *d.l.1.§.fin.* Tertia exceptio: Nisi in sacrum dedicauit. reprobatur *l.rem de qua.3.eod tt.* Quarta: Nisi per legatum vel hæreditatem res litigiosa sit alienata. *l.quicunq;.3. & l.censemus.4.§.fin.C.d.tt.* Corrigitur *per Nou.const. 112.§.illud quoque.M.I.R.d.reg.4.exce.8.* Quinta: Nisi per diuisionem inter hæredes factam res litigiosa sit alienata. *d.l.4.§.fin.& d.c.112.§.sed & illud. M.I.R.d.reg.4.except.9.* Sexta: Nisi dotis vel antenuptialis donationis nomine alienatum sit. *d.l.4.§.fin.M.I.R.d.reg.4.except.11.* Septima: Nisi transactionis nomine alienetur. *d.l.4.§.fin. M.I.R.d.reg.4.except.12.* Octaua: Nisi ignorans quis rem litigiosam comparauit. hic enim proposita pœna non tenetur. *d.l.4.§.fin.* Sane vtrum serui comparantis, an domini ignorantia spectanda sit, definitur *l.2.ff.de litigiosis.* Nona: Nisi non reus, sed actor rem vel actionem pendente lite alienauit. reprobatur *d.l.2.* Sed plura de actione nõ alienanda vide *infr.lib.15.c.4.reg.6. exc.2. item li.18.c.7. M.I.R.lib.5.c.1.reg.20.except.1.repl.15.* Decima: Nisi ex necessitate, non ex voluntate alienatio sit facta. *l.& post.12.§.fin.cum l.seq.ff.famil. erciscundæ.*

II. DE RE LITIGIOSA SEquestranda.

1. An res litigiosa sit sequestranda?

Regulariter quidem ad rem sequestrandã reus cogi non debet. *l. vnica. C. de prohibita sequest. pecunia. M.I.P.lib.2.cap.5.de re litigiosa, reg.2. M.I.R.lib.2. cap.4. reg.6.* Declaratur regula proposita definitione sequestrationis, *l.proprie.6. & l.licet.17.in pr. ff.depositi. l.sequester.109.ff. de verb.sign.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi pro re mobili nõ sit satisdatum, & persona suspecta sit. *l.si fideiussor.7.§.fin.ff.qui satisdare cog.l.litibus.19. C.de agricolis & censitis.l.senatusconsulto.16.§.fin.ff. de officio præsidis. M.I.R. d.reg.6.except.1.* Secunda exceptio est: Nisi aduersarius res dissipet & consumat, approbatur exemplo dotis *l.si cum dotem.22.§. sin autem. vers. si vero dotem ita dissipet.ff. soluto matrimonio.* Item alio exemplo approbatur *l.imperatores.21.§.fin.ff. de appell. Accedit M.I.P. d.regul.2.except.1.M.I.R.d.reg.6. except.2. item d.lib. 2. cap.17.reg.32.except.42.* Tertia: Nisi sententia contra reum lata, executio per appellationem fuerit suspensa. *l.ab executione.5. C. quorum appellat.non recipiantur.M.I.P. d.reg.2.except. 2.M.I.R.d.reg.6.except.3. item d.except. 42.* Quarta: Nisi restitutio differatur ob non præstationem actoris. hoc enim casu res restituenda sequestranda est. approbatur exemplo *l.1.§.si frater. ff. de coll.bon.* Quinta: Nisi seruus ad libertatem proclamet: hoc enim casu peculium eius & aliæ res sequestrantur. *l.1.§.super peculio, in fin. C.de adsert. toll.l.si quis.3.§.fin.C.quib.ad libertatem proclam.* Sexta: Nisi metus sit, ne partes veniant ad arma. *l.si oleum.10.ff. de dolo malo.l.si cuius.13.§. sed si inter duos. ff.de vsufructu & quemad. l.in venditione.8.§.fin.ff.de bon.*

bon.auth.iud.possid.M.I.R.d.reg.6.except.7. Septima exceptio videtur: Nisi reus contumaciter absit. Sed reprobatur *per ea quæ habentur infr. lib.eod.c.22. in fine.* Horum exceptionum replicatio generalis prima est: Nisi intra triennium causa possessionis non finiatur. *l.litibus.19.C.de agricolis & censitis. & ibi Bartolus & alij. M.I.R. d.regul.6. replicat.gener.1.* Altera replicatio est: Nisi reus idonee satisdet, se rem euictam cum fructibus restituturum. *d.l.19.* Hactenus de prima quæstione, an scilicet res litigiosa sit sequestranda, est dictum: nunc ad reliquas quæstiones accedamus.

2. Qui'd sequestrandum?

Aliquando res ipsa sequestranda, aliquando precium eius, scilicet si res ipsa sit peritura. *l.litibus.19.§.sin autem reditus. C.de agricolis & cens.*

3. Vbi sequestrandum, definitur *d.l.19.§.sin autem hoc minime.*

4. Euentus.

Aduersus sequestrum actio depositi competit. *l.ei apud quem.5.§.in sequestrum.& l.si in Asia.12.§. cum sequestro.ff. depositi.* De hac actione depositi sequestraria vide *infr. libro 17. cap.7. in actione depositi generali.*

DE IN IVS VOCANDO.

CAP. VII.

HActenus de personis iudiciorum, necnon de rebus litigiosis est dictum. Sequitur tertius iudiciorum locus: hoc est, actus iudiciales. quorum alij quidem litis contestationem præcedunt, alij vero eam sequuntur. Litis contestationem præcedunt: Citatio, citati contumacia & absentia, ob eamq; contingentes actus: Editio libelli, Dilatio, Exceptiones dilatoriæ, & Cautiones. de quibus singulis ordine nunc tractandum, ac primum de citatione, seu de in ius vocando.

I. ACTVS in ius vocandi primus est, & initium actionum instituendarum. *Inst.de pœna temere litigantium.§.omnium.M.I.R.lib.2.cap.5.reg.1.*

II. DEFINITIO proponitur *l.1.ff.de in ius vocando.*

III. VNDE QVIS IN IVS vocandus?

1. Regula: Nullus de domo sua in ius vocandus. *l.plerique.18.cum seq.ff.de in ius vocando.* Huius exceptio est: Nisi aditum ad se præstet, vel ex publico conspiciatur. approbatur *ibidem.* Cuius replicatio est: Nisi vi extrahatur: hoc enim non licet. *l.sed et si.21.ff. eod.tt. & l.nemo.103.ff. de regulis iuris. M.I.R. d.cap.5.reg.7.*

II. Regula, De vinea, balneo, &c. proponitur *l.sed etiam.20.ff de in ius vocando.M.I.R.d.reg.7.exc.6.*

IV. QVI IN IVS VOCANDI vel non, item antecedentia.

1. Regula, De furiosis & infantibus, proponitur *l.quicq;.6.in prin.ff.d.tt.M.I.R. d.cap.5.reg.9.*

II. Regula, De puellis impuberibus alieno iuri subiectis, habetur *l.neq; impuberes.22. in prin. ff. eod.tt.M.I.R.d.reg.9.*

III. Regula, De magistratibus & aliis qui cum imperio sunt, necnon de aliis quibusdam personis, proponetur *infr.lib.15. cap.12.*

IV. Regula, De personis quibus reuerentia debetur, sine iussu prætoris in ius non vocandis, habetur *l.generaliter.13.ff. de in ius vocando.* De quibus sequitur specialiter *infr. in regulis proximis.*

V. Regula, De parentibus & similibus personis sine permissu prætoris in ius non vocandis, *l. quiq;.4.ff. eod. tt. item Inst. de pœna temere litigantium. §.fin.M.I.P. lib.2.cap.6. q.1.reg.1. M.I.R. d.c.5.reg.10.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi fœminini sexus parentes sint. Sed reprobatur *d.l.4.§.parentes.& l.qui in potestate.3.in fin. C.eod.tt.* Secunda: Nisi parentes sint vltra tertium vel quartum gradum. reprobatur *d.§.parentes.* Tertia: Nisi parentes actorem in seruitute susceperint. reprobatur *d.§.parentes.* Quarta: Nisi filius illegitimus sit. reprobatur *d.l.4.§.fin.* Quinta est: Nisi patris adoptiui sint parentes. *l.patris.7.ff.d.tt.* Sexta: Nisi in potestate eius quem in ius vocat, actor sit constitutus. reprobatur *l.adoptiuum.8.in princip.ff.eod.tt.l. qui in potestate.3.in prin.C.eod.tt.* Septima: Nisi adoptiuum patrem, à quo rursus est emancipatus, in ius vocauerit. *elicitur ex d.l.8.* Octaua: Nisi actor in adoptiua familia sit constitutus. reprobatur *d.l.8.§.1.* Nona: Nisi prætor permiserit. *d.l.8.& d. l.3.eod.tt.* Huius replicatio est: Nisi actor in potestate sit eius quem in ius vocat. *d.l.3.*

VI. Regula, De patrono & patrona, proponitur *l.quiq;.4.§.1.ff.de in ius vocando.Inst.it. de pœna tem. litigant.§.fin.& l.2.C. de in ius vocando.M.I.P. d.reg.1.* Declaratur hæc regula *l.adoptiuum.8.§. patronum. ff.eod.tt.* vbi duæ etiam exceptiones proponuntur, quarum prima est: Nisi iudicatum sit, in ius vocatum actoris patronum non esse. Altera: Nisi actor delato iureiurando iurauit, in ius vocatum patronum suum non esse. Tertia exceptio est: Nisi patronus ad iusiurandum libertum vel libertam adegit, ne vxorem ducat, vel ne nubat. *d.l.8.§.fin.* Quarta: Nisi ex causa fideicommissi manumisit. reprobatur *l.is quoq;.9.ff.eod.tt.* Quinta: Nisi ex constitutione Marci Imperatoris ad libertatem peruenerit actor, patrono in manumittendo cessante. reprobatur sub conditione *l.sed si.10.in pr.ff.d.tt.* Sexta: Nisi actrix ob id libera effecta sit, quod contra legem venditionis sit prostituta. approbatur certo modo *d.l.10.* Septima: Nisi patronus capite sit deminutus. reprobatur *d.l.10.§.patronum.* Octaua: Nisi libertus capite sit deminutus. reprobatur *d.§.patronum.* Nona: Nisi libertus ius aureorum annulorum impetrauerit. reprobatur *d.l.10.§.sed & si ius.* Decima: Nisi libertus natalibus sit restitutus. *d.§ sed & si ius. M.I.P. d regul.1.exc.1.* Vndecima: Nisi corporis vel collegij libertus sit. approbatur sub cõditione *d.l.10.§.qui manumittitur.l.in tantum.6.§.vniuersitatis, in fin.ff. de rerum diuisione.M.I.P. d.regul.1.except.2.* Duodecima: Nisi patronus sit deportatus. approbatur simul & distinguitur *d.l.10.* Decimatertia: Nisi patronus non suo, sed alieno nomine in ius vocetur. reprobatur *d.l.10.§.fin.* Decimaquarta: Nisi non ipse patronus, sed tutor vel curator eius vocetur. *d.§.fin.* Decimaquinta: Nisi actor plurium sit libertus. reprobatur *l.communis.23.ff.d.tt.* Decimasexta: Nisi ob rusticitatem patronum eiusue filium sine iussu prætoris in ius vocauit. reprobatur *l.2.C.eod.tt.* De reliquis exceptionibus vide *infr.quæst.prox.*

VII. Regula, De liberis & parentibus patroni sine permissu prætoris in ius non vocandis, proponi-

ponitur *l.quique.4.§.1.ff.de in ius vocando. l.2. C. eod. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi patronus ipse impune in ius possit vocari: hoc enim casu videtur, quod eius liberi quoque possint. verum hæc exceptio reprobatur *l.adoptiuum.* 8. §. *fin. ff. d. tt.* Secunda: Nisi fœminini sexus liberi vel parentes patroni sint. reprobatur *l.sed si.10.§.liberos.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi adoptiui parentes sint. reprobatur sub conditione *d.l.10.§ parentes.* Quarta: Nisi filius patroni in adoptionem alij sit datus, vel in adoptiua familia susceptus nepos sit. reprobatur *d.l.10.§. si filius.* Quinta: Nisi nepos patroni sit adoptiuus. *d.§. sed si filius.* Sexta: Nisi parentes vel liberi patroni sint vltra quintum gradum. reprobatur *dict. leg.* 10. §. *liberos.* Septima: Nisi filius sit libertæ ex patrono conceptus. reprobatur *d.l.10.§. si liberta.* Octaua: Nisi liberi patroni, capitis accusauerunt libertum actorem, vel eum in seruitutem petierunt. *d.l.* 10. §. *si autem liberi.*

VIII. Regula, De vxore patroni, proponitur *l.1.C.eod.tt.*

IX. Regula, De hæredibus patroni etiam extraneis, habetur *l.2.C.eod.tt.*

V. EVENTVS, SEV DE ACTIONE, si quis sine permissu prætoris in ius vocauerit.

I. CAVSÆ ex quibus datur hæc actio, enumeratæ sunt *supr.q.prox.* si scilicet quis parentem, patronum, patroni liberos atque parentes sine permissu prætoris in ius vocauerit. Cuius causæ præter supr. enumeratas exceptiones, sunt & plures generales, quarum prima est: Nisi eum qui in ius vocauit pœniteat, & actionem remittat. *l.quamuis.11.ff.de in ius vocando.* Secunda: Nisi vocatus non veniat. *d.l.11.* Tertia: Nisi volens vocatus sit. *d.l.11.* Quarta: Nisi permissu prætoris in ius vocauerit. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. reg. 5.except.9. concordat l.sed si.10.§. prætor ait. ff. dict.tt.* Quinta: Nisi non suo nomine patronum in ius vocet. *l.quæsitum est.16.ff. eod.tt.* Sexta: Nisi ob rusticitatem in ius vocauit. reprobatur *l.2. C.d.tt.* Septima: Nisi præsidem tantum interpellauit ad cogendum patronum, vt actionem contra se propositam persequatur. *l.libertus.14.ff.eod.tt.* Octaua: Nisi libellum tantum principi vel præsidi dedit aduersus parentem vel patronum. *l. libertus 15 ff.eod.tt.* Reliquas exceptiones vide *supr.in regulis præcedentibus.*

II. QVIBVS HÆC ACTIO competit?

I. Regula, De filiofamilias, proponitur *l.si libertus.12.ff. eod.tt.*

II. Regula, De hæredibus in ius vocati, habetur *l.in eum.24.ff. d.tt.*

III. ADVERSVS QVOS DATVR?

In hæredem non datur. *d.l.24.*

IV. QVID VENIAT IN EAM?

Quinquaginta aureorum pœna venit. *d. l.24. & l.si libertus.12.ff.eod.tt.Instit.de pœna tem.litig.§.fin. l.vlt.ff. de in ius vocando.*

V. QVAMDIV COMPETAT?

Annalis est. *l.in eum.24.in fin.ff.d.tt.*

DE CONTVMACIA IN IVS vocati, & edicto peremptorio.

CAP. VIII.

SI citatus vel in ius vocatus non venerit, peruenitur ad edictum peremptorium. de quo cum suis effectis in hoc capite dicetur.

I. DEFINITIO contumaciæ & edicti peremptorij proponitur. *l.contumacia.53.§.1.ff.de re iudicata.M.I.P.d.cap.6.q.4.reg.1.*

II. RATIO nominis habetur *l.& tertium.70. ff.de iudiciis.*

III. CAVSA HVIVS EDICTI.

Si actor vel reus in ius vocatus non venerit. *Nouel.const.112.§.si vero causam.*

IV. ANTECEDENTIA huius edicti.

De tribus edictis prius proponendis proponitur *l. ad peremptorium. 68. cum duabus sequentibus. ff.de iudiciis.l.edictum.55.ff.eod.tt. M.I.P. d.reg.1.M.I.R. d.cap.5.reg.22.except.23.* Plane quod in d.l.69. de interuallo decem dierum dicitur, mutatum est *per Nouel. constit.112.§. si vero causam.* triginta pro decem constitutis. *M.I.P.d.reg.1. M.I.R. d.reg.22.except.26.* Præterea quod dictum est de tribus edictis proponendis, id intelligendum causa scilicet cognita: nam non semper hoc necessarium est, quod primæ exceptionis loco notandum. *l. nonnunquam.72.ff. de iudiciis. M I R. d.except.23. replic.1.* Altera est: Nisi tres denunciationes fuerint factæ. *l.tres denunciationes.9. C.quomodo & quando iudex.*

V. DE forma edicti peremptorij proponitur *l.in peremptorio.71.ff. de iudiciis.*

VI. EVENTVS HVIVS EDICTI peremptorij & consequentia.

I. Regula: Perimit hoc edictum disceptationem, nec patitur aduersarium amplius tergiuersari. *l.& tertium.70.ff. d.tt.*

II. Regula: Si vocatus non venerit, agetur nihilominus causa. *l.& post.73.in prin.ff d.tt.l.2.§.fin. C.vbi in rem actio exerc.debeat. Nouell.c.53. §. ne igitur latitante. l consentaneum. 8. C. quomodo & quando iudex sent.l.properandum.11.§ sin autem reus.C.de iudiciis. M.I.P. d.q.4.reg.3. M.I.R. d.lib.2. cap.18.reg.5. except. 10.repl.1.* Huius exceptio est: Nisi absit is qui edictum peremptorium impetrauit, præsente eo contra quem est impetratum. *d.l.73.§. quod si, vsq; ad §.fin.ff.de iudic.M.I.P.d.reg.3.except.4.*

III. Regula, De his qui ad defendendum absentem coguntur. In ius vocato non veniente, interdum alius ad defendendum cogitur: primum quidem is pro quo absens iudicatum solui satisdedit, vel quem procuratorem suum constituit. *de quo dictum supr.cap.5.quæst.6.reg.10.* Deinde ad defendendum absentem cogitur eius procurator ad agendum ab eo datus. *de quo supr. d. q.6. reg.11.* Tertio ad defendendum reum cogitur, qui iudicatum solui, defendendi absentis gratia satisdedit. *l.mutus.43.§. & qui non.ff. de procuratoribus.* Huius exceptio videtur esse; Nisi reus, postquam satisdatum pro eo est, soluendo esse desierit. sed reprobatur *l. Titius.76. ff. d.tt.* Plures exceptiones vide *d. l. 43. §. fin. cum duab. sequentibus.*

Quarto,

Quarto, si non defendatur reus, fideiussores, per quos iudicatum solui satisdatum est, actori tenentur. *de quo infr. c. 15.in stipulatione iudicatum solui dicetur.* Hi ergo fideiussores aut ipsi defendere absentem tenentur, aut alium defensorem præstare, nisi ob rem non defensam ex stipulatu velint conueniri. Quomodo autem iam enumeratæ personæ absentem defendere teneantur, & quatenus, vide *sup.cap.5.quæst.6.reg.10.& 11.*

VI. Regula: Contumax litis damno coercetur. *l. contumacia.53.in prin.ff.de re iudicata. Nouell. c. 65.§.fin.* Contradicit *l. properandum.11.§. huiusmodi autem sententia.C. de iudiciis. & l.post.73.in prin.ff.eod. tt.M.I.R.lib.2.cap.5.reg.19.*

V. Regula: Actore latitante, reus est absoluendus, & actor illi in expensas cõdemnandus. *Nou.const.53.in prin.& Nouell.c. 68. §. cæterum si cum ipse.l.properandum.11. §. & siquidem pars.C. de iudiciis. M.I.P. d. q.4.regul.6.M.I.R.cap.5. regul.20.* Contradicere videtur *Nouell.constit.112.§.at vero si lis.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi ex actis iudici de causa constet: tunc enim, si actorem iustam fouere causam apparuerit: reus illi condemnandus est. *d.§.& siquidem pars.ibi: sin autẽ ex gestis.M I.R.lib 2.cap.18.reg.5.except.10 repl.1.* Secunda: Nisi prius contra reum præsentem edictum peremptorium sit impetratum: tunc enim, quamuis absente actore, reus præsens non est absoluendus, sed lis inhibenda. *l. & post 73.§.quod si is, vsq; ad § fin.ff.de iudiciis.*

VI. Regula: Reo contumaciter absente, actor in bona eius mittitur. *l. 2. in prin. ff. quibus ex causis in possessionem eatur.l.consentaneum.8. in fin.C quomodo & quando iudex sentent.profer.l.2.in fin.C.vbi in rem actio exerceri debeat.l.eum qui.3. in fin. C. de procuratoribus.M.I.P.q.4.reg.4.* Plura de regula proposita cum suis exceptionibus & aliis circumstantiis vide *infr.eod.lib. cap.32.*

VII. Regula: In ius vocatus, si non venerit, ex causa mulcta damnabitur. *l. 2.§. si quis. ff. si quis in ius vocatus.*

VIII. Regula: Contumaciter absens condemnatus appellandi ius non habet. *de qua re infr. cap.27.dicetur.*

IX. Regula: Contumaciter absens, postea non est audiendus, nisi sumptus litis, & omne damnum aduersario præstet, *de quo dicetur infr.eod. lib.cap.32.quæst.3.except.5 replic.3.*

X. Regula: Contumax actione ex stipulatu Iudicio sisti, tenetur ad interesse. *de quo infr. c.14. quæst 5.*

XI. Regula, De reo contumace apprehendendo, & in iudicio sistendo, proponitur. *Nou. constit.53.§.si qui vero.M.I R.lib.2.cap.5.regul.21.* Huius exceptio prima est: Nisi iudex cum potestate non sit, nec apud illum litis contestatio facta. *d.§. si qui vero.M.I.P. d. reg. 21.except.1.* Altera nisi in domo sua lateat reus: inde enim extrahi non debet. *l.sed & si.21 ff de in ius vocando.*

VII. EXCEPTIONES ADVERSVS contumaciam, & regulas iam propositas.

I. Exceptio: Nisi pupillus vel minor 25. annis vocatus non venerit. *l.contra pupillum.54.ff.de re iudicata.M.I.R.d.cap.5.reg.22.except. 2.*

II. Exceptio: Nisi vocatus reipublicæ causa adsit. *d. l.54.*

III. Exceptio: Nisi aduersa valetudo in causa fuit. *l.contumacia.53.§ pœnam.& l. quæsium est.60.ff. d.tt.M.I.P.d.q.4.reg.7.except.gener.1.*

IV. Exceptio: Nisi propter aliam causam necessariam non venerit. *d.§.pœnam.& l.cum non.10. C. quomodo & quando iudex.M. I. R. d.reg. 22. except.37.*

V. Exceptio: Nisi ob rusticitatem non venerit. *l.2.§.penult.si quis in ius vocatus non ierit.*

VI. Exceptio: Nisi per actorem steterit, quo minus reus vocatus venerit. *l.1.§ si reus, ff. de eo per quem factum erit.Nouell, c. 53. §. ne igitur latitante.ibi: neque vt ita.*

VII. Exceptio: Nisi per seruum actoris steterit, quo minus in ius vocatus venerit. *l.2.ff.d.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi per alium impeditus sit, quo minus venerit. De hac exceptione vide *infr.cap.14.q.3.except.8. M.I.P. d.q.4.reg.7.*

XI. Exceptio: Nisi ad non competentem iudicem sit vocatus. *l. contumacia.53.§.fin.& l.contra pupillum.54. ff. de re iudicata.M.I.P.d.reg.7.except. gener.5.M.I.R.d.reg.22.except.40.* Huius replicatio est: Nisi idipsum dubium sit, vtrum sit iudex cõpetens, an non. *l.si quis.5.ff.de iudiciis.& l.2. ff.si quis in ius vocatus non ierit, M.I.P. d.except. 5.repl.1.M.I.R. d.except.40.repl 3.*

X. Exceptio: Nisi die feriato adesse iussus sit. *d. l.2.in fin M.I.R. d.reg 22.except. 25.* vbi distinguitur.

XI. Exceptio: Nisi aduersarii nihil interfit. *d.l.2.in fin.*

XII. Exceptio: Nisi postea adsit vocatus, causamque suam defendat. *Hæc exceptio proponitur infr. cap.32.quæst.3.except.5.* Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *d.q. 3. cap. 27.quæst.2. except. 27. cap.29.except.10.replic.1. item cap.14.quæst.5.*

DE ACTIONIBVS ADVERSVS eum, per quem factum est, quo minus vocatus in iudicio se sistat.

CAP. IX.

DVplici modo per alium stat, quo minus in ius vocatus se sistat. Nam aut, ne veniat in iudicium reus, per alium stat: aut si in iudicium venit, per alium vi eximitur. Itaque duplex etiam hinc actio nascitur.

DE PRIMA ACTIONE, SI PER alium stat, quo minus in ius vocatus in iudicium veniat.

I. RATIO huius actionis proponitur, *l.1.in prin.ff.de eo per quem factum erit, quo minus, &c.*

II. CAVSÆ HVIVS actionis.

I. Causa: Si quis dolo fecit, quo minus in iudiciũ vocatus sistat. *l.ex hoc edicto.3. in pr.ff.eod. tt.*

II. Causa: Si quis in iudicium venienti nunciauerit aliquid triste, vnde ei necesse fuit ad iudicium non venire. *l.1.§.dolum.ff.d.tt.*

III. Causa: Si in ius vocatus ab aliquo detineatur. *l.sed actio.3.ff si quis cautionibus.*

De exceptionibus dictarum causarum.

Harum causarum exceptio generalis prima est: Nisi per aduersarium factum sit, quo minus

G reus

reus in iudicium veniat. *l.1.§.si reus.ff.de eo per quem factum erit. l. ex hoc edicto.3.§. sed si stipulator. ff. eod. tt.* Altera: Nisi is qui per alium impeditus est, ex eo habeat exceptionem aduersus aduersarium: tunc enim illi actio proposita deneganda, colligitur *ex d.§.si reus.* Quando autem impedito detur exceptio, dicetur *infr. cap.14. quæst. 5. except. 8.* Tertia: Nisi tam actor quam reus impeditus sit, quo minus veniat. reprobatur *d.l.3.§.& si stipulator.ff.d.tt.*

III. QVIBVS ACTIO PROPOsita competat?

I. Regula: Actori competit, reo impeditò. *d.l. 3.in princip.* Sane hæc regula videtur intelligenda, quando reus ex eo quod impeditus est, exceptione tutus est aduersus actorem. *de qua vide supr. except.2.* Sed & si ipse actor sit imped.tus, ei competit actio. *d.l.3.§. & si stipulator.*

II. Regula, De ipso reo impedito. Huic quoque competit, *l.§.reus ff. d. tt.* Et hanc regulam intellige, si reo non datur exceptio ex eo quod impeditus est. *l.2.§.fin. cum l. seq ff. si quis cautionib.*

III. Regula, De hærede impediti, proponitur. *l.1.§.fin.ff.de eo per quem factum erit.*

IV. ADVERSVS QVOS DETVR?

I. Regula, De hærede eius qui impediuit. Aduersus hunc non datur, nisi quatenus locupletior est factus. *d.§.fin.*

II. Regula, De domino serui detinentis, proponitur *d.l.1.§.serui nomine.*

III. Regula, De eo qui alium rogauit vt detineret, habetur *d.l.1.§.1.*

IV. Regula, De pluribus impedientibus, *d.l.1. §.si plures.*

V. QVID VENIAT IN HANC actionem?

I. Regula, De eo quod actoris interest, proponitur *l. ex hoc edicto.3. in prin.ff.d.tt.l.sed actio.3 ff.si quis cautionibus.* Huius exceptio esse videtur: Nisi in minorem summam fideiussor iudicio sistendi causa sit acceptus. sed reprobatur *d. l.3.§.si à fideiussore.ff. de eo per quem factum erit.* Alia pœna constituitur *M.I.P.q 4.reg. 7.*

II. Regula, Serui nomine noxalis actio in dominum datur. *l.1.§.serui nomine.& d.l.3.ff.eod.tt.*

VI. QVAMDIV COMPETAT?

Annalis est actio. *d.l.1.§.fin.*

VII. QVÆ ACTIO COMPETAT?

In factum actio. *d.l.3.in prin.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De exceptione aduersus actorẽ, proponitur *d.l.1.§.si reus.* Plura vide *infr.c.14. q.5.exc.8.*

II. Regula, De lege Iulia de vi publica, habetur *l.lege Iulia.8.ff. ad l. Iuliam de vi pub. l. legis Iuliæ.4. ff.ad l. Iuliam de vi priuata.*

III. Regula, Si is per quem stetit, quo minus in ius vocatus veniat, soluendo non sit, actio aduersus reum restituitur, *l. ex hoc edicto.3.§. plane ff. de eo per quem factum, &c.*

DE SECVNDA ACTIONE, SI quis in ius vocatum vi exemerit.

I. RATIO huius actionis proponitur, *l.1.in prin.ff.ne quis eum qui in ius vocabitur, &c.*

II. CAVSA HVIVS ACTIONIS cum suis exceptionibus.

Prima est: Si quis in ius vocatum vi exemerit. *d.l.1.*

Altera: Si quis morã fecerit, quo minus quis in iudicium veniret. *l.sed eximendi.4.in prin. ff.d.tt.*

De exceptionibus harum causarum.

Prima exceptio est: Nisi non abduxerit, sed per vim tantum detinuerit. reprobatur *l.1. ff. ne quis eum qui in ius vocabitur, &c.* Secunda: Nisi exemptus in ius vocari non potuit. *l.1.§.fin. cum l. seq.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi ad non competentem iudicem vocatus, vi sit exemptus. *d.l.2.* Quarta: Nisi seruus in ius vocatus vi sit exemptus. *l. quod si 3. ff. eod.tt.* Quinta: Nisi ad pedaneum iudicem vocatus vi sit exemptus. *d.l.3.* Sexta: Nisi eum qui per calumniam in ius vocatus est, vi exemit. reprobatur. *l.sed eximendi.4.§. item si quis.ff.d.tt.* Septima: Nisi sine dolo malo exemit. reprobatur *l.quod si. 3.§ fin.ff.eod.tt.* Plane is quidem qui vi exemit, tenetur, quamuis dolo careat. is vero cuius instinctu alius exemerit, non aliter tenetur, quam si dolo malo id fieri curauerit, *d.l.4.§.fin.eod.tt* Octaua exceptio est: Nisi exemptus nihilominus in ius productus sit, vel ex alia causa etiam non fuit productus. *l.si per alium.5.§.docere.ff. eod.tt.*

III. QVIBVS COMPETIT hæc actio?

De hæredibus proponitur *d.l.5.§.fin.*

IV. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De hæredibus. In hæredes non datur. *d.§.fin.*

I. Regula, De eo cuius dolo & instinctu alius vi exemit. Hic quoque tenetur, approbatur simul & distinguitur *l.sed eximendi.4.§.fin.ff.ne quis eum qui in ius vocab.* Huius exceptio prima est: Nisi sine dolo malo per alium exemit. *d.§.fin.* Altera: Nisi absens fuit is cuius instinctu est exemptus. reprobatur *d.l.5.in prin. ff.d. tt.*

III. Regula de pluribus eximentibus, proponitur *d.l.5.§. hoc iudicium.*

V. QVID VENIAT?

I. Regula: Non id venit quod in veritate est, sed quanti ea res est. *d. l.5. §.in eum.* Sane ad debitum soluendum tenetur qui vi exemit. *l.quoties.3. C.de exact.tributorum.*

II. Regula: In quantum dominus serui nomine teneatur, definitur *l.1.§.1.ff. ne quis eum qui in ius vocabitur.*

VI. QVAMDIV COMPETAT?

Annalis est actio. *l. si per alium.5.§. fin.ff.eod.tt.*

VII. QVÆ ACTIO DETVR?

In factum actio est, *d.l.5.§. in eum. & §. hoc iudicium.*

VIII. EVENTVS HVIVS actionis?

Reus exemptus nihilominus manet obligatus. *d.l.5.§ fin.& l.is qui.6.ff.eod.tt.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, de actione ad exhibendum, proponitur *l.quod si quis 3. in prin. ff.d. tt.*

II. Regula, De lege Iulia Maiestatis, si quis confessum reum & in vincula coniectum exemerit, habetur *l. cuiusque. 4. §. penult. ff. ad l. Iuliam maiest.*

DE EDENDO.

CAP. X.

PRIMO, DE ACTIONE EDENda, aliisque similibus, quæ quis apud iudicem editurus est.

PRIMO: An & quare edenda sit actio, proponitur *l.1.in prin.ff. de edendo.*

II. Quid sit edere, definitur *d. l.1.§.1. & l.si quis.6.§.edi ff.eod.tt.*

III. QVI EDERE TENEANTVR?

Non quemadmodum actor reo, ita contra reus actori instrumenta sua edere tenetur. *l. qui accusare.4 C.de edendo. l.1. & l.vlt. C. eod. tt. l.2.ff.eod. l.nimis graue est.6.C.de testibus.M.I.P.lib.2.cap.7.de instrum.edendis, reg.1.M.I.R.lib.2.cap.6.reg.17.* Plane regulæ propositæ exceptio prima est: Nisi reus negotia actoris gesserit. *l.prætor ait.4.§.1.ff.de edendo.* Secunda: Nisi actor suas rationes & instrumenta amiserit. *l.si quis.6.§. prohibet, in fin. ff. eod. tt. & l.illatæ.4 C. de fide instrum.* Tertia: Nisi fiscus agat, approbatur simul & distinguitur. *l. senatus. 3. ff.de edendo.l.2.§.1. ff. de iure fisci.M. I. R.d.regul.17.except.1.* Huius replicatio prima est: Nisi instrumenta ad causam de qua agitur, non pertinent. *d. l.3.* Altera: Nisi non de numaria, sed de capitali causa agatur. *d.l.2 §. item diui.ff.de iure fisci. M. I. R. d.except.1 repl.1.* Quarta exceptio est: Nisi reus instrumentis apud iudicem vti velit: tunc enim ad edendum tenetur, *secundum ea quæ habentur infr.q. prox.reg.1.* Quinta: Nisi iudici ex causa aliter videatur, *l.1 C.de edendo.*

IV. QVÆ EDENDA.

I. Regula, De omnibus quæ quis apud iudicem editurus est, proponitur, *l. 1.§. edenda.ff.de edendo.M I R.d.cap.6.reg.19.*

II. Regula, De actione edenda, habetur *d.l. 1 in prin.M.I.P.lib.2.cap 7.in prin*

III. Regula, De iis quibus quis in iudicio vsurus non est *d.l.1.§. edenda. M.I.R.d.c. 6.reg.20.*

IV. Regula, De ratione actoris, *l.non est nouũ. 5.C.de edendo.* De hac re vide *infr. eod. cap. membro prox.quæst.2.reg.8.*

V. Regula, de actis publicis, habetur *l.2.C.d.tt.*

VI. Regula, De iis quæ ad causam non pertinent, *l.senatus.3.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.20.cum reg.seq.*

VII. Regula, De tota stipulatione edenda, *l.1. §.penult..ff.de edendo.*

VIII. Regula, De instrumentis rei conuenti, actori non edendis, vide *sup. quæst.prox.*

IX. Regula, De verbis testamenti legato perito non edendis, proponitur *l. 2. ff. de edendo.*

V. QVOMODO EDENDA?

I. Regula: Sine die & consule instrumenta edenda. *l.1.§.edutiones.ff.d tt. M.I.R.d.c.6.reg.15.* Huius exceptio prima est: Nisi dies solutionis sit. *d. l.1 §.diem.* Secunda: Nisi rationes edendæ sint. Hæ enim cum die & consule edendæ. *d.l.1.§.rationes. De hac re vide infr. membro prox.quæst.4.reg.3.*

II. Regula: Etiam sine subscriptione edendis exempla edi possunt, *l.exempla.11.ff.de edendo.*

III. Regula: Qui edere tenetur, copiam describendi facere debet, vel exemplum dare, *per ea quæ dicta sunt sup.quæst.2.*

VI. QVANDO EDENDA ACTIO?

Cum ipsa citatione edenda. *Nouell. const. 53.§. sancimus igitur.*

VII. EVENTVS.

I. Regula: Si actio edita sit, nihilominus emendari vel mutari potest. *l.& ita 3. C. de edendo. Instit.de actionib.§.minus, cum seq. M.I.R.d.c.6.reg.24.* Huius exceptio est: Nisi lis sit contestata; hoc enim casu amplius mutari non potest. *Instit. d. §. ibi: in eodem iudicio. l.in delictis.4.§.si detracta.ff.de noxalibus actionibus.* Plura vide *infr. lib 24.cap.14.* Plures replicationes vide *M.I.R.d.reg.24.*

II. Regula: Si non edatur, eo nomine datur actio ad id quod interest. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. membro prox. in fin.*

III. Regula: Si plus petitum sit, pœna proponitur *l.vnica.C.de plus petitionib. item Inst. de actionibus.§.si quis agens.* De qua re vide *infr. lib.15. cap. 6. regul.9.* Hæc de actione, aliisque quibus quis in iudicio vsurus est, edendis. Plane vbi instrumenta edenda, & quoties, *infr. proxime dicetur, quæst.5. & 6. item infr. eod. lib cap.18.quæst.6.*

POSTREMO, DE RATIOnibus edendis.

I. DE rationibus edendis edictum proponitur *l.prætor ait.4.in prin. & §.1.ff.de edendo.& l.argentarius.10.in prin.ff.eod.tt.* Declaratur *l. si quis.6.§.rationem.ff. eod. tt. item l boues.89.ff.de verb.signif.* Exceptiones vide *infr. quæst.3. & 8.*

II. QVI RATIONES EDERE teneantur?

I. Regula, de argentariis, habetur *d.l.4.in prin. ff.de edendo.*

II. Regula, De numulariis, *l. quædam.§.numularios.ff.eod.tt.*

III. Regula, De aliis præter argentarios & numularios. Alios rationes edere non cogit prætor. *l. argentari.s.10. in prin. ibi: ideo autem.ff. eod. tt.* Hæc regula distinguitur per regulas sequentes.

IV. Regula, De filiofamilias argentario & patre eius, proponitur *d.l.4.§.sed & filiusfamilias.* Ex quo patet, patrem argentarii regulariter ad rationes edendas non teneri, nisi sciente eo filius argentariam exerceat: item, nisi quæstus ex argentaria patri quæratur. Tertia exceptio est: Nisi pater argentario filio succedat, *l. quædam.9.§.nihil interest.ff. eod.tt.*

V. Regula, De seruo argentario & domino eius, proponitur, *d.l.4.§.sed & si seruus.& d. §. nihil interest.*

VI. Regula, De successoribus argentarii. Hi quoque regulariter tenentur. *l.si quis. 6.§.1.ff.d. tt.* Huius exceptio prima videtur esse: Nisi successor non sit eiusdem professionis. reprobatur *l. quædam.9.§.nihil interest.ff.eod.tt.* Secunda: Nisi hæres rationes non possideat, approbatur simul & distinguitur *d.l.9.§.sed nec hæres.* Tertia: Nisi non vniuersalis, sed singularis successor sit. *d.§. sed nec hæres, in fin. & §. is autem.*

VII. Regula, de procuratore, socio, & tutore, habetur *d.l.9.in prin.*

VIII. Regula, de actore qui cogitur edere rationes reo, *l.non est nouum. 5.l. iustum est. 6.l. procurator.7.& l.& quæ.8.C.eod.tt.l.illatæ 4.C. de fide instrumentorum.*

IX. Regula, De pluribus argentariis, vel successori-

cessoribus argentarii, vel pluribus tutoribus, proponitur *l. si quis. 6. §. 1. ff. de edendo.*

III. QVIBVS PETENTIBVS RATIONES edendæ?

Omnibus postulantibus rationes sunt edendæ, approbatur simul & distinguitur *l. quædam 9. §. fin. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi is qui sibi edi postulat, iuramentum calumniæ non præstiterit. *d. §. fin. & l. si quis. 6. §. exigitur. ff. d. tt.* Secunda: Nisi ad eum qui petit, non pertineant. elicitur *ex d. §. fin.* item approbatur *d. l. 6. ex hoc edicto.* Declaratur *d. l. 6. §. pertinere. item d. l. 9. §. fin.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi pater, dominus, vel hæres sit eius ad quem pertinet. *d. l. 9. §. fin.* Secunda: Nisi procurator eius ad quem pertinet, petat. *d. l. 6. §. procuratori.* Tertia exceptio est; Nisi argentarius edi sibi petat. *d. l. 6. §. prohibet.* Huius replicatio est: Nisi causa cognita. nam si causa cognita iudici videbitur, etiam argentario rationes sunt edendæ. *d. l. 6. §. penult.* Quarta exceptio est: Nisi hæres argentarii edi sibi petat. approbatur simul & distinguitur *d. §. penultim.* Quinta: Nisi is cui semel rationes editę sunt, eas iterum sibi edi postulauerit. subsistit quidem ipso iure, verum eius replicationes causa cog ita arbitrio iudicis permittũtur, *d. l. 6. §. prætor, & §. fin. cum l. seq.* Harum replicationum ex arbitrio iudicis pendentiũ, duplicatio hæc esse videbitur: Nisi tertio vel quarto sibi edi postulauerit. sed reprobatur *l. veluti 7. §. hæc vox. ff. d. tt.*

IV. QVÆ EDENDA ET quomodo?

I. Regula, De solutione facta, pignore, mandato, & de pecunia constituta, proponitur *l. si quis. 6. § rationem. ff. de edendo.*

II. Regula, De toto codice edendo, & à capite, *l. argentarius. 10. §. edi autem. ff. d. tt.*

III. Regula, De die & consule adiiciendo, *l. prætor ait. 4. in prin. l. 1. §. diem autem. ibi: rationes autem. & l. si quis. 6. §. si initium. ff. eod. tt.*

V. VBI RATIO EDENDA SIT?

Ibi edere tenetur, vbi argentariam exercuit. *d. l. 4. §. sed ibi quis. ff. de edendo.* Huius exceptio prima est: Nisi instrumentum argentariæ in alia prouincia habeat. reprobatur *d. §. sed ibi quis.* Secunda: Nisi alibi edi postuletur. reprobatur sub conditione *d. l. 4. §. fin. cum l. seq.* Tertia: Nisi in villa aut in horreo instrumenta habeat. *d. l. 6. in prin. ff. eod. tt.*

VI. QVOTIES EDENDA?

Sæpius edere cogendus, *de quare vide supr. q. 3. except. 5.*

VII. ANTECEDENTIA.

I. Regula, De iuramento calumniæ ab actore præstando, proponitur *l. si quis. 6. §. exigitur. ff de edendo.*

II. Regula, de cautione de ratò à procuratore præstanda, habetur *d. l. 6. §. procuratori.*

VIII. EVENTVS, SEV DE actione, si non edatur.

I. Causa huius actionis cum suis exceptionibus.

Causa huius actionis est: Si reus argentarius rationes suas non edat. *l. vbi exigitur. 8. in prin. ff. de edendo.* Huius exceptio prima est: Nisi sine dolo malo non edat. *d. l. 8.* Secunda: Nisi cum reo argentario non sit controuersia. reprobatur *l. argentarius. 10. in prin. ff. eod. tt.* Nisi argentariam facere desierit reus. reprobatur *l. prætor ait. 4. §. is etiam. ff. d. tt.* Quarta: Nisi ob ætatem, rusticitatem vel sexum non edidit, vel ex alia iusta causa. Hæc multiplex exceptio approbatur *l. 1. §. fin. ff. d. tt.* Quinta: Nisi actor exemplum eius quod edi sibi petit, habeat. *l. 2. & l. si quis. 6. §. prohibet. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi edita sit ratio. hæc exceptio vt per se vera est, ita suas recipit replicationes, quarum prima est: Nisi malicioſe edita sit. *d. l. 8. §. 1.* Secunda: Nisi editam rationem actor amiserit. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. quæst. 3. except. 5.* Septima exceptio est: Nisi alia actione reus ad edendã rationẽ cogi possit. *l. quædã. 9. in prin. ff. d. tt.* Reliquas propositę causę exceptiones vide *d. q. 3.*

2. Quibus & aduersus quos competat hæc actio?

De hæredibus proponitur *l. hæc actio. 13. ff. de edendo.*

3. Quid veniat in ea?

I. Regula, De eo quod interest, habetur *l. si quis. 6. §. ex hoc edicto. ff. de edendo.* Quomodo id quod interest, in hac actione sit accipiendum, definitur *l. vbi exigitur. 8. §. is autem. ff. d. tt.*

II. Regula, De causa ob non editas rationes amissa æstimanda, eaque æstimatione præstanda, proponitur *l. argentarius. 10. §. cum autem. ff. eod. tt.*

III. Regula: In quantum dominus serui argentarii nomine teneatur, definitur *l. prætor ait. 4. §. sed & si seruus. ff. d. tt.*

4. Quamdiu competat?

Annalis est actio. *l. hæc actio. 13. ff. eod. tt.*

5. Adfinia remedia.

De actione mandati, tutelæ, & pro socio, proponitur *l. quædam 9. in prin. ff. de edendo.* Hactenus de edendo.

DE DILATIONIBVS, ET exceptionibus dilatoriis.

CAP. XI.

I. AN ET QVATENVS DILATIO danda?

NOn nisi causa cognita dilatio danda est. *l. à procedente. 4. & l. interpriuatos. 6. C. de dilationibus. l. vltim. in fin. ff. de feriis. l. argentarium, 45. in princ. ff. de iudiciis. l. 2. §. fin. C. vt intra certum tempus crim. M. I. P. lib. 2. cap. 8. quæst. 1. M. I. R. lib. 2. cap. 7. reg. 1. cum seq.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS dilatio danda.

Quoniam dilatio non nisi causa cognita danda est, *vt iam dictum*, videamus causas ex quibus dari possit.

I. Causa est: Si reus possessor nominet authorem vel dominum domus, danda est ei dilatio ad denunciandum. *l. 2. C. vbi in rem actio exercenda. Nouell. cap. 68. §. quod si alter. M. I. P. d. cap. 8. quæst. 2. M. I. R. d. cap. 7. reg. 4.*

II. Causa: Si fideiussor vel mandator opponat exceptionem de reo principali prius conueniendo, isq; absit, datur ei dilatio ad eum adducendum, *Nouell. c. 4 §. postulet igitur.*

III. Causa, De dilatione reo ad excipiendum danda,

danda, proponitur *l. 2. C. de dilationibus. Nouell. c. 53. §. sed & illud, cum sequentibus. M. I. P. d. q. 2. causa 2. M. I. R. d. cap. 7. reg. 5.*

IV. Causa: Probationem & instrumentorum adferendorum causa, dilatio est danda. *Nouell. c. 115. §. sed & hoc ibi: dilationes. l. notionem. 99. §. fin. ff. de verb. signif. M. I. P. d. quæst. 2. causa 3. M. I. R. d. cap. 7. reg. 6.* Huius exceptio est: Nisi princeps cognoscat, vel ad appellationem consulemue rescripserit. *l. cum à nobis 5. C. de dilationibus. M. I. P. d. causa 3. except. 1.*

V. Causa: Si instrumenta reipub. apud eos esse dicantur, qui litis causa absunt, *l. interdum. 36. in prin. ff. de iudiciis.*

VI. Causa: Si quidam litis consortum abesse dicantur. reprobatur *l. non idcirco. 44. in prin. ff. eod. tt. & l. 1. C. de consortibus eiusdem litis.*

VII. Causa: Si cognatus vel adfinis litigatoris defunctus esse dicatur, aut similis casus fortuitus interuenerit. *d. l. 36. in prin ff. de iudiciis.*

VIII. Causa, Si actionem vel rescriptum producere velit. reprobatur *l. 2. in prin. C. de dilationibus. M. I. P. d. q. 2. in fine, except. gener. 1.*

IX. Causa, Si disputatio causæ sit concludenda. *Nouell. c. 115. §. sed & hoc.* Hæc actio de causis dilationum, sed & plures vide *infr. lib. 15. cap. 12.*

III. QVANTA DILATIO sit danda?

I. Regula, De probationum dilatione danda, proponitur *l. 1. & l. nec de statu. 7. C. de dilationibus. M. I. P. d. cap. 8. q. 3. reg. 2.*

II. Regula, De dilatione ad denunciandum domino danda, habetur, *Nouell. const. 68. §. quod si alter.*

III. Regula, De dilatione ad concludendam disputationem danda, constituitur *Nouell. constit. 115. §. sed & hoc.*

IV. Regula, De tempore luctus vide *infr. lib. 15. cap. 12.*

V. Regula, Feriæ in tempus dilationum connumerantur. *l. siue pars. 3. §. fin. C. de dilationibus. M. I. R. d. cap. 7. reg. 12.*

IV. QVOTIES DILATIO danda?

Non nisi semel dilatio danda. *l. in pecuniariis. 10. ff. de feriis. l. 1. § fin. C. de dilationibus. M. I. P. d. cap. 8. q. 4. M. I. R. d. cap. 7. reg. 15.* Huius exceptio prima est: Nisi causa sit capitalis. *d. l. 10. M. I. R. d. reg 15. exc. 1.* Secunda: Nisi iusta causa interueniat. *l. oratione 7. ff. de feriis & dilationibus. M. I. R. d. regul. 15. except. 3.* Tertia: Nisi is cui dilatio data est, defunctus sit, tunc enim eius hæredi iterum est danda. *l. 7. §. fin. M. I. R. d. reg. 15. except. 4.*

V. VBI DANDA EST dilatio?

Non nisi pro tribunali petenda & danda est dilatio. *l. à procedente. 4. C. de dilationibus. M. I. P. d. cap. 8. quæst. 5.*

VI. ANTECEDENTIA.

Non nisi causa cognita, dilatio danda est. *de quo vide supr. eod. cap. in prin.*

VII. EVENTVS DATÆ dilationis.

I. Regula, Interim iudicis officium conquiescit. *l. siue pars. 3. in princip. C. de dilationibus. M. I. R. cap. 7. regul. 19.*

II. Regula, Non currit temporis præscriptio. *l. 2. §. in omnibus. ff. de iudiciis.*

DE EXCEPTIONIBVS dilatoriis.

Exceptio dilatoria ante litem contestatam, non post opponenda. *l. si quis. 12. C. de exceptionibus. M. I. P. lib. 2. cap. 9. in prin. M. I. R. d. cap. 7. reg. 22.* Plane ab initio proposita, postea potest probari. *l. exceptionem. 19. C. de probationibus. M. I. P. d. c. 9. in prin. except. 3.* Eius species est exceptio litis pendentiæ. *de qua vide supr. libro proxim. cap. 8. quæst. 2. except. 16. item inf. lib. 24. capite 14.*

SPECIES DILATORIÆ EXCEPTIONIS est, recusatoria iudicis: de qua nunc dicendum.

I. Causæ ex quibus iudex recusari potest, expositæ sunt *sup. eod. lib. cap. 2. quæst. 1. M. I. R. d. c. 7. reg. 25.* Earum autem causarum exceptio prima, Nisi iudex ab Imperatore vel alio sublimi magistratu sit delegatus, reprobatur *l. apertissimi 14. C. de iudiciis. M. I. R. d. reg. 25. except. 10.* Secunda: Nisi antea quoque alium iudicem reus recusauit. *Nouell. c. 53. §. vbi vero.* Tertia: Nisi intra viginti dies à libelli editione iudex non sit recusatus. *d. cap. 53. §. sancimus igitur*, de quo *paulo infr. de litis contestatione.* Quarta: Nisi ante litem contestatam recusetur iudex. reprobatur *l. vlt. C. de sententiis & interlocut. d. l. 14. C. de iudiciis.* Quinta: Nisi ante litem contestatam iudex non sit recusatus. *l. nemo. 4. C. de iurisdictione omnium. Nou. c. 53. sed & illud, cum sequent. ib. d. l. 14. ibi: cum post litem. C. de iudiciis. M. I. R. lib. 2. cap. 2. q. 2. in fine. repl. gener. 19. dupl. 2.* vbi etiam distinguitur. *& d. reg. 25. except. 5.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi causa ob quam iudex recusatur, post litem contestatam acciderit, approbatur casibus similibus procuratorum mutandorum, de quibus vide *supr. eod. lib. cap. 5. quæst. 5. M. I. R. de except. 55. repl. 1.*

2. Quando iudex recusandus?

Definitur per ea quæ iam dicta sunt *exceptione 3. 4. & 5.*

3. Quando iudex recusandus?

De libello recusationis offerendo proponitur *l. apertissimi. 14. ibi: libello recusationis ei porrecto. C. de iudiciis. M. I. P. d. capit. 9. de recusatoria iudicis, quæst. 2 M. I. R. d. capit. 7. regul. 28.* Cui libellus iudice absente possit offerri, definitur *l. cum specialis. 16. C. eod. tt.*

4. Euentus iudice recusato.

Arbiter ad dirimendam litem eligendus. *d. l. 16. & d. l. 14. in princip. §. in eo scilicet. C. eod. tt. M. I. P. d. q. 2. M. I. R. d. c. 7. regul. 30.* Hæc de exceptione dilatoria, quæ iudex recusatur, sint dicta. Plura de hac exceptione & fori præscriptione vide *supra c. 2. quæst. 1. M. I. P. d. cap. 9. de recusatoria iudicis. M. I. R. d. capit. 7. regul. 25. cum quinque seqq.* Sunt insuper & aliæ exceptiones dilatoriæ, ante litem contestatam opponendæ: vt sunt exceptiones procuratoriæ, quæ contra personam procuratoris opponitur: de quibus dictum *supr. cap. 5. quæst. 4.* Item dilatoriæ exceptiones sunt, si actor, reus vel procurator non caueat aut satisdet: de quibus sequitur. Sed & plura de exceptionibus dilatoriis dicentur *infr. in generali exceptionum tractatu, lib. 24.*

DE CAVTIONIBVS ET satisdationibus hinc inde in iudicio præstandis.

CAP. XII.

I. DEFINITIO CAVTIONIS & satisdationis.

DEfinitio cautionis proponitur *l. habere.* 188. *§.fin.ff.de verbor.signif.* Cautum enim intelligitur, siue personis, siue rebus cautum sit. *M. I. R. d.cap.7.reg.35.in prin.* Ex quo colligitur, cautionis vocabulum generale esse, continens sub se tam satisdationem quam pignoris obligationem, quemadmodum & nudam repromissionem. *M.I.R.d.reg.35.in princ.* Plane si cui lex vel pactum cautionem iniungit, is nuda repromissione præstita liberatur. *l sancimus.3. C. de verbor.signif.* Contradicit *M. I. R d.cap.7.reg.36.*

Definitio satisdationis habetur *l. 1.ff. qui satisdare cogantur. & l.stipulationum. 5.§ satisacceptio.ff.de verbor oblig.* Plane interdum satisdatio nudam continet repromissionem, si scilicet aduersarius ea sit contentus. *l. satisdationis. 61.ff. de verborum signif.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS CAuendum, cum suis exceptionibus.

Causæ ex quibus cauendum, proponentur *infr.eod.cap.quæst.8.* Istarum autem exceptio generalis prima est: Nisi is qui cauere tenetur, res immobiles possidet, approbatur simul & distinguitur *l.sciendum est.15.ff.qui satisdare cogantur.M I.R. d.reg.35.except.1.* Secunda: Nisi cautum sit vel satisdatum, vel satisdatio sit oblata, subsistit quidem ipso iure, *M.I.R.d.reg.35.except.2.* verum eius replicatio prima est: Nisi vitiose cautum sit. *l.quoties.6. ff.eod.tt.l.qui satisdare.3.ff.de fideiussorib. M. I. R. d. except.2.repl.1.* Huius exempla vide *infr. replicatione seq.item quæstione 7.regul.2. item cap.15.quæst.1.except. 2.* Secunda replicatio est. Nisi fideiussores, per quos satisdatum, inopes facti sint. *l.si arbitro.* 10.§. *fin ff.qui satisdare cogantur. M. I. R. d. except.2.repl.2.* Tertia replicatio est: Nisi stipulator fideiussori, vel contra fideiussor stipulatori hæres extiterit. *l.de die ponenda,8.§ si fideiussor.ff.d.tt.* Quarta: Nisi seruus inueniatur is per quem satisdatum est. *d.l.§ si seruus.* Quinta: Nisi per mulierem satisdatum sit, *d.l.8.§.1.* Sexta: Nisi per militem satisdatum sit. approbatur simul & distinguitur *d.§.1.* Septima: Nisi per minorem vigintiquinque annis satisdatum sit. Et hæc exceptio ibidem approbatur & distinguitur. *Concordat d.l.8.§.minori.* Octaua: Nisi fideiussor fori præscriptione tutus sit. *l.2. in prin. & l.si fideiussor. 7. ff.qui satisdare cog.* Nona: Nisi fideiussor, per quem satisdatio offertur, non sit idoneus, approbatur *replicationibus præcedentibus, præsertim repl. 1.* & declaratur exemplis *repl.2.cum seqq. M. I. R. d. except. 2. repl.1.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Si creditor fideiussorem probauerit. *l. qui satisdare.3.in fin.ff. de fideiussorib. l. si arbitro.* 10.§. *multoque magis.ff.qui satisdare cogantur. M.I.R. d.replic.1. dupl.1.* Cuius duplicationis triplicatio prima est: Si minor 25. annis vel mulier fideiussorem minus idoneum probauerit. *Quæ duplex triplicatio approbatur d.§.minori.* Altera triplicatio est: Si post exceptionem interpositam fideiussor minus idoneus esse cœperit. *de qua vide supr.repl.2.* Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est: Si ab arbitro fideiussores sint probati. *d.l. si arbitro.10. in prin.* Cuius triplicatio prima est: Si ab arbitro sit appellatum. *Quæ triplicatio approbatur per ea quæ habentur infr.quæst.7.regul.1.* Huius quadruplicatio est. Si quorundam, non omnium ab arbitro probatorum nomine appellatio sit facta. tunc enim in persona eorum, quorum nomine appellatum non est, triplicatio iam dicta non obstat. *d.l.10.§.1.*

III. QVIBVS CAVENDVM vel satisdandum?

De procuratore & seruo absentis proponitur *l, mutus.43.§.si procurator. ff. de procuratoribus.*

IV. PER QVOS SATISdandum?

Fideiussor locuples esse debet, non tantum in facultatibus, sed etiam ex conueniendi facultate. *l 2 in prin.ff.qui satisdare cogantur.M.I.R.d.except. 2.replic.1.& 3.* Plures huiusmodi regulas vide *paulo superius quæst.2.replic.4.cum sequentibus.* Quarum omnium exceptiones vide *d. quæst. 2.repl.9.duplic. 1.cum sequente.*

V. VBI SATISDANDVM?

Regulariter ibi satisdandum, vbi agitur. Cuius exceptio est: Nisi ibi satisdare non possit: tunc enim alio mittendus satisdationis nomine. approbatur simul & distinguitur *l. si fideiuss. 7.§.si necessaria.ff.qui satisdare cogantur.* Huius exempla proponuntur *l. de die. 8.§. tutor, cum sequentib. ff eod.tt.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non necessaria, sed voluntaria sit satisdatio. *d.l. 7.§.si necessaria.* Secunda replicatio est: Nisi hæres, per quem stetit quo minus caueret, & ob id legatarius in possessionem missus sit, satisdare velit, hic enim non est audiendus, alio loco satisdare volens. approbatur simul & distinguitur *d.l.8.§.plane si missio.* Nisi is qui alio satisdationis nomine mitti desierat, de calumnia iurare nolit. *d.l.8.§.iubetur.* Forma huius iuramenti proponitur *d.l.8.§ sic autem* Plane propositæ replicationis duplicationes sunt. Nisi parens vel patronus satisdationis causa remitti desideret, his enim personis iusiurandum remittitur. *d. l. 8. §. sed quibusdam.* Quarta replicatio est: Nisi is qui remitti desiderat, antea loco, in quem remitti petit, satisdare noluit. *d.l.8.§.fin.* Quinta. Nisi iudici non satis iusta remittendi causa videatur *d.§.fin.*

VI. Quo cautionis genere cauendum, vide *infr.eodem cap. quæst. 8. item supr. hoc cap.quæst.1.item infr libro 16. capite 12.*

VII. EVENTVS CAVtionis.

I. Regula, De arbitro ad probandos fideiussores dato. Ab hoc appellari potest. *l. arbitro.9.ff. qui satisdare cogantur.l.2.ff. à quibus appell. non licet. Vide insuper infr.1.cap.40. quæst.1.causa 7.except.21.*

II. Regula, De actione quæ oritur ex cautione. Si non præstetur id de quo cautum est, actio nascitur. Cuius exceptio prima est: Nisi vitiose & inutiliter sit cautum. *l.quoties. 6. ff. qui satisdare cogantur.* Secunda; Nisi minor 25. annis fideiusserit. *l.de die.8.§. minori.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi mulier fideiusserit. *d.§.minori.* Quarta; Nisi falso procuratori sit cautum, subsistit quidem ipso iure, verum eius replicatio est; Nisi dominus postea ratum habuerit, vel causam eidem agendam mandauerit. *l.Iulian.11.ff.qui satisdare cogantur.* Quinta exceptio; Nisi dies in stipulatione non sit adiectus. reprobatur *l.de die.8.in princip.ff.d.tt.* Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *in capitib.sequentibus.*

III. Regula; Si is cui satisdatur, fideiussorem sine causa non acceperit, nec admiserit; iniuriarum actione tenetur, tam principali, quam fideiussori. *l.si vero.5.§.qui pro rei.ff.eod.tt.*

IV. Regula, Si per iusiurandum cautum sit, & ex iusta causa non præstetur, periurium non committitur. *l.vlt.ff.d.tt.*

VIII. QVI, ET DE QVA RE quisque cauere teneatur.

De actore.

Prima cautio actoris, Actor cauebit de lite persequenda. *Nouell.c.112.§.cæterum, vsque ad §.porro.item c.53.§.quia vero compertum.*

Secunda actoris cautio, De lite intra duos menses contestanda. *Nouell.constit.95.in prin, vsque ad §. illud quoque M.I.P. lib.2.cap.9. de except. cautionis præstandæ, reg.1.*

Tertia actoris cautio; De certa pecunia, si non obtinuerit, reo danda. *Nouell. constit.53.§. & quia moris. & §.quia vero compertum.item Nouel.c.112.§. cæterum.M.I.P.d.loco, reg.2.*

Quarta actoris cautio; De sumptibus & expensis litis, si non obtinuerit, reo restituendis. *d. §.cæterum.item Nouell.constit.96.in prin. ibi, ne igitur.*

De actoris procuratore, tutore & curatore.

Hi cauebunt de rato. *Instit.de satisdationibus.§. ipse autem. & §.sin autem per procuratorem.* Plura de hac cautione vide *inf.cap.prox.*

De reo conuento.

Prima rei conuenti cautio, Iudicio sisti, proponitur *Instit.eod.tt.§.quod si proprio.*

Secunda rei conuenti cautio, Quod tempore sententiæ recitandæ in iudicium veniet, habetur *Instit.d.tt.§.si vero aliquis.ibi.alia insuper cautela.*

Tertia cautio, Iudicatum solui, proponitur *Instit.de satisdationibus, in princ.* Plura de hac cautione dicentur *inf.cap.15.*

De rei conuenti procuratore & defensore.

Prima cautio, Iudicatum solui, proponitur *Instit.eod.tt.in prin.ibi, multo magis. & §.si vero in personam.* Hactenus de cautionibus & satisdationibus in genere dictum est. Sequitur nunc de satisdatione Ratam rem haberi, Iudicio sisti, & Iudicatum solui, in specie.

RATAM REM HABERI, ET DE Ratihabitione.

CAP. XIII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS DE RAto cauendum.

PRima causa, Si quis alterius nomine actionem sibi dari postulet. *l.seruum quoque.33.§. ait pratcr.ibi. & ei quo nomine.ff.de procuratoribus. Instit. de satisdationibus §.ipse autem. & §.sin autem per procuratorem.* Huius causæ exceptio prima, Nisi hac vel illa actione agatur, reprobatur *l.non solum.39.§.qui nomine.ff.de procuratoribus.* Secunda: Nisi interdicto, ne ædificanti vis fiat, vtatur. *l.non cogendum.45. §.si procuratori.ff. eod.tt.* Tertia: Nisi status controuersiam alicui faciat procurator. reprobatur *d. l. 39.§.si status.& l.procurator. 8.§. si quis à procuratore. ff.ratam rem haberi.* Quarta: Nisi curatorem alicui petat, reprobatur *l.mutus.43.§.ii qui.ff.de procuratoribus.* Quinta: Nisi suo nomine procurator agat, tunc enim non est opus de rato satisdatione. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est: Nisi procurator domini sui nomine actionem acquisierit: tunc enim, si ea experiri velit, cautio de rato necessaria est, approbatur duobus exemplis *l.non solum. 39.§. sed interdum. ff. de procuratoribus.* Sexta exceptio est: Nisi pater filii nomine iniuriarum agat. *d.l.39.§ si pater.* Septima: Nisi pater de dote agat, reprobatur *d. l. 39. §. si de dote.* Octaua: Nisi actor à tutore datus agat, reprobatur *l.actor.9.ff.ratam rem haberi.* Nona: Nisi actor vniuersitatis agat. *d. l. 9.* Huius replicatio est: Nisi de decreto dubitetur. *l.item eorum. 6.§. actor.ff.quod cuiusque vniuersitatis nomine.* Decima exceptio est: Nisi curator bonis datus agat. *d.l. 9.ff. ratam rem haberi.* Vndecima: Nisi constet procuratori mandatum esse, vel dominus præsens sit. *l. vnica, in prin. C. de satisdando. Inst. de satisdationibus. §. sin autem per procuratorem.l.1.C. de procuratoribus. l. si procuratorem. 65. ff.eod.tt. l.ne satisdatio. 21. ff. ratam rem haberi.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi dominus postea mutata voluntate eum procuratorem esse nolit, reprobatur *d.l.65. & d. l. vnica.§.1.C.de satisdando.* Altera: Nisi mandatum non subsistat: puta, quia minor 25. annis mandauerit. *l.cum minor. 3. in princip.ff. rem ratam haberi.* Duodecima exceptio est: Nisi lis sit contestata, cautione de rato non exacta. *l. Pomponius. 40.§. ratihabitionis.ff.de procuratoribus.* Huius replicatio prima est: Nisi post litem demum contestatam procurator interueniat. *l.2.C. de consortib. eiusdem litis.* Altera: Nisi falsus procurator probetur. *l. licet 24.C.de procuratoribus.* Decimatertia propositæ causæ exceptio est; Nisi non actionem, sed defensionem alterius nomine suscipiat. *l. non cogendum.45. §. si procuratori. ff. de procuratoribus.* Ratio est, quia pro cautione de rato iudicatum solui satisdare tenetur, vt *inf.cap. 15. dicetur.* Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi non in personam, sed in rem agatur, *approbatur l. Pomponius. 40.§.sed & is qui.ff.de procuratoribus.* Secunda: Nisi aduersus in integrum restitutionem defendat. *l. non solum.39. §. est & casus. ff.eod. tt.* Tertia: Nisi in suspecti postulatione defendat. *d.l.39.§. item ait. & l. tutore. 6. ff. ratam rem haberi.* Quarta: Nisi defensor denunciet venditori, vt reum emptorem defendat. *l. qui absentem. 75. ff. de procuratoribus.* Quinta; Nisi compensationem absentis nomine opponat. *l. posteaquam. 21. ff. de compensationibus.* Hæc de prima satisdationis propositæ causa.

II. Causa est; Si quis alterius nomine, sine iudice debitum exegerit, vel solutum acceperit. *l. si commis-*

commissa.13.§.si ff.ratam rem haberi.l.interdum.10.& l.si sine.22.ff.eod.tt.

III. Causa, Si quis alium defendat. Hæc causa regulariter reprobatur, & distinguitur per ea quæ dicta sunt sup.causa I.except.13.

IV. Causa est, Si alterius nomine quid stipuletur. l.non solum.20.ff.ratam rem haberi.& l. Pomponius.40.§.si stipuletur. ff.de procuratorib.

V. Causa vniuersalis est, Quicquid quis absentis nomine gerit, cauere de rato debet. l.interdum.10.cum seq.ff.ratam rem haberi.

II. QVID CAVENDVM, SEV quos ratum habituros cauere debeat?

I. Regula, De eo ad quem ea res pertinet, proponitur l.seruum quoque 33.§.ait prætor.ff. de procuratoribus.l.si sine.22.§.si in stipulatione.& l.procurator.23. ibi, nam in stipulatione.ff.ratam rem haberi.

II. Regula, Si patris vel aui nomine iniuriarum agatur, ob iniuriam filio vel nepoti factam, non solum patrem vel auum, sed & filium ac nepotem, ratum habiturum, cauendum est.d.l.22.§. qui patris.ff.ratam rem haberi.

III. Regula, De cæteris creditoribus, quibus cum domino debetur id quod petitur, proponitur l.non solum.39.§.quæritur.ff.de procuratorib.

IV. Regula, Quid cauere debeat procurator minoris, habetur l.cum minor.3.in princ.ff.ratam rem haberi.

III. EVENTVS PROPOSITÆ SAtisdationis, seu de actione quæ ex proposita cautione competit.

I. CAVSÆ EX QVIBVS ACTIO PROposita competat.

Si dominus id quod gestum est, non habuerit ratum, committitur stipulatio de rato, & actio hæc competit. l.quo enim.12.§.fin.l.amplius non peti.15.in fi.& l.si sine.22.§.quod si debitam.ff. ratam rem haberi.M.I.R.lib.2.cap.7.reg.38.

Huius causæ exceptio prima est: Nisi dominus auxilio communi sit vsus, & à sententia contra procuratorem lata appellauerit. l. cum minor.3.in prin.& §.falsus.ff.ratam rem haberi. Sed & similem exceptionem vide I.excep.II.

Secunda exceptio est: Nisi alius quam dominus egerit, ratumque non habuerit. l.procurator.23 ff.d.tt. Huius replicatio prima est: Nisi is cui dominus rem vendidit, ratum non habuerit.l.si indebitum.16.§.si ff.eod.tt. Altera: Nisi hæres domini ratum non habeat.d.l.22.§.si procuratori. & l. procurator.8 §.si quis.ibi.& si dominus.ff.d.tt. Tertia: Nisi filius vel nepos, ex cuius persona domino competit actio, ratum non habeat, approbatur sub conditione d.l.22.§.fin.Quarta: Nisi ad alium, qui ratum non habeat, ea res pertineat. d.l.22.§.si in stipulatione.

Tertia exceptio est: Nisi quidam ex dominis, non omnes, ratum non habuerint, reprobatur certo modo l.si procurator.18.in pr.ff.ratam rem hab.

Quarta exceptio est: Nisi dominus ratum habuerit. d.l.22.in pr.ibi, quod si dominus. Declaratur exceptio hæc ratihabitionis definitione l. quo enim tutiore.12.§.rem ratam haberi.& l.non tantum.5. ff.d.tt. Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi eo tempore ratum sit habitum, quo agi amplius non potest.l.bonorum.24.in prin.l.pater.25. §.procurator.& l.si is,7 ff.ratam rem haberi. M.I.R.d. cap.7.regul.39.& d.lib.2.cap.3.de procurat.regul.4.except.1.replic.10.duplic.2. Cuius duplicatio est: Nisi defectus, ob quem agi non potest, in persona procuratoris contingat. d.l.24.§.an autem.Secunda replicatio est: Nisi non statim, sed post longũ tempus certior factus ratum habuerit. l. quo enim tutiore.12.§.Iulianus.ff.d.tt.l.ratum autem habere.13.ff. de solution. Tertia: Nisi antea ratum non habuerit, hoc enim casu, quamuis postea ratum rursus habuerit, nihilominus stipulatio commissa est ipso iure: sed ope exceptionis procurator eiusque fideiussores defenduntur. d.l.12.§.quid ergo. & l. 24.§.an autem.vers.sed & illud.ff.eod.tt. Quarta: Nisi dominus minor annis, qui ratum habuit, postea contra id quod gestum est, in integrum sit restitutus, approbatur certo modo & conditione l. cum minor.3.in princip. ff. ratam rem haberi. Quinta: Nisi dominus à stipulatore conuentus compensationem & deductionem apposuerit, l.amplius non peti.15.in fin.ff.d.tt. Hæc de quarta exceptione.

Quinta exceptio est, Nisi contra alium, quam contra stipulatorem, ratum non habeatur, seu alius quam stipulator conueniatur. l.2.ff.ratam rem haberi.Huius replicatio est: Nisi is conueniatur, qui condemnatus aduersus stipulatorem habeat regressum. l.1.& l.si quis.14.ff.eod tt.

Sexta exceptio est: Nisi indebitum procuratori sit solutum, reprobatur l.si indebitum.16.& l.si sine.22.ff.eod.tt.

Septima exceptio est: Nisi pro parte tantum non habuerit ratum dominus: tunc enim non nisi in eam partem, pro qua ratum non habetur, committitur stipulatio.l.cum debitore.17.& l.si procurator.18 ff.ratam rem haberi.

Octaua exceptio est: Nisi aliam rem petat dominus, quàm à procuratore antea, cum de rato caueret, petita est, approbatur quidem ipso iure: verum eius replicatio est: Nisi toto à procuratore petito, dominus partem eius quod antea petitũ est, petat. d.l.21.§.si procurator.ff.eod.tt.

Nona exceptio est: Nisi dominus mutata sententia, ratum postea habuerit. l.quo enim, 12.§.Iulianus.ff.d.tt.Huius exemplum est inf.exc.12.

Decima exceptio est: Nisi is qui de rato cauit, domino ratum non habenti successerit. l.vlt.in princip.ff.eod.tt.

Vndecima exceptio est: Nisi domino rursus petenti, etiamsi verus procurator in priore iudicio interuenisset, vel dominus ipse egisset, aut ratum habuisset, rei iudicatæ exceptio non obstaret. l.procurator.8.in princip. ff. rem ratam haberi. Similis exceptio proponitur paulo superius except.1.

Duodecima exceptio: Nisi dominus à proposita actione destiterit. l.amplius non peti.15.in pr. & l. quo enim.12.§.Iulianus.ff.eod.tt.M.I.R.d.regul.38.except.1.

Decimatertia exceptio: Nisi sine iudice domino pecunia sit soluta. reprobatur d.l.15.§.si vero soluta.

Decimaquarta exceptio: Nisi dominus agens succubuerit, reprobatur l.procurator.8.§.1.ff.d.tt. Admit-

Admittitur, si dominus procuratorem defendere sit paratus. d.§.1. Sed committitur stipulatio in casu proposito, non nisi ad impendia litis. l.si sine. 22.§.cum autem procurator.ff.eod.tt.

Decimaquinta exceptio: Nisi stipulator, domino ratum non habente, sed rursus agente, seruus eius sit pronunciatus. d.l.8.§.si.ff.d.tt.

Decimasexta exceptio: Nisi semel ex stipulatione Ratam rem haberi actum sit, approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est, Nisi ex alia causa agatur, approbatur simul & exemplis declaratur l.si procurator.18.ff.ratam rem haberi.

II. QVIBVS ACTIO PROPOsita competit?

Si is cui cautum est, pluribus hæredibus relictis decesserit, & ab vno hæredum fuerit petitũ, huic soli competit actio. l. inter cohæredes. 44. §.si quis stipulatus.ff.familiæ erciscundæ.

III. ADVERSVS QVOS competit?

Si vnus hæredum promissoris ratum non habuerit, is solus tenebitur. d.§.si quis stipulatus.

IV. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula, De eo quod interest, proponitur l.si commissa.13.in prin.l.si procurator.18.l. in stipulatione. 19.l.procurator.8 §.si quis.& l.2. ff. rem ratam haberi. Huius exceptionem vide inf.reg.7.

II. Regula, De pecunia soluta, habetur l. cum minor.3.§.fin.& l.si sine.22.§.quod si debitam.ff.eod.tt.

III. Regula, De eo quod alterius rei promittendi vel stipulandi interest. Hoc non venit in hanc actionem. l.2.ff.d.tt.

IV. Regula, De sumptibus litis, proponitur d. l.8.§.si quis.vers.& propter impendia. & d. l. 22. §. cum autem.ff.eod.tt.

V. Regula: Si minus petat dominus quam procurator: & si pro parte ratum habeatur, pro parte non: pro hac sola parte committitur stipulatio. l.cum debitore 17.& d.l.18.in prin.ff.rem ratam haberi. Huius exceptio est: Nisi pœnalis sit stipulatio. l. eadem dicemus.4.§.Cato, in fin.ff.de verborum oblig. De qua re vide lib.24.cap.9.except.15.repl.1.dupl.4.

VI. Regula: Si plus petierit dominus quam procurator petierat, in quantum committatur stipulatio, definitur l.procurator.4 ff.rem ratam haberi.

VII. Regula, De eo quod pœnæ nomine præstitit is, cui de rato cautum est. Hoc non venit in actionem propositam. l.vlt.ff.de fideiussoribus.

V. QVANDO DETVR ACTIO?

I. Regula, Si indebitum procuratori solutum sit, statim competit actio, antequam sciatur, vtrũ dominus ratum habeat, necne. l.si indebitum.16.in prin.ff.rem ratam haberi.

II. Regula, De eo cui controuersia status sit. Huic non ante datur hæc actio, quam de libertate eius constiterit. l.procurator.8.§.fin.ff.d.tt.

VI. EVENTVS HVIVS ACTIONIS & non ratihabitionis.

I. Regula, Si procurator domino pecuniam quam accepit restituit, domino ratum non habenti eam pecuniam condicere potest. d.l.8.§.1. ibi, etsi procurator.

II. Regula, Condictio indebiti aduersus procuratorem, propter stipulationem de rato euanescit. l.si sine.22.in prin.ibi, & condictio, & l.vlt.§.fin. ff.d.tt.

IVDICIO SISTI.

Cap. XIV.

I. CAVSÆ EX QVIBVS IVDIcio sisti cauendum.

Reus conuentus eo iudicio sisti cauere tenetur. Instit. de satisdationibus. §.sed hodie. Huius exceptio est: Nisi reus immobilium rerum possessor sit. l.sciendum est.15.in pr.ff. qui satisdare cogantur. Declaratur hæc exceptio ibidem. Plane propositæ exceptionis replicatio prima esse videtur: Nisi agrum vectigalem, vel emphyteuticum possideat, verum reprobatur d.l.15.in prin. Secunda: Nisi nudam habeat proprietatem. reprobatur d. l.15.§.item qui solam. Tertia: Nisi solum vsumfructum habeat. d.l.15.§.eum vero. Quarta: Nisi pignoris iure possideat. d.l.15.§.creditor. Quinta, Nisi ex causa dotis possideat, reprobatur d. l. 15.§.si fundum. Sexta: Nisi actionem tantum personalem habeat ad rem acquirendam. d.§.si fundum. Septima: Nisi tutelæ nomine possideat, vel ab alio res eius tutelæ nomine possideatur, reprobatur d.l.15.§.tutores. Octaua: Nisi rem litigiosam possideat, quæ euinci possit, reprobatur d.l.15.§.si fundum. Nona: Nisi postea possessionem alienauerit, reprobatur d.l.15.§.fin. Decima: Nisi tempore cautionis non possederit. d.§.fin. Vndecimæ replicationis loco notandum, quod quamuis is qui immobilia possidet, satisdare non teneatur: tamen nuda saltem repromissione, vel iuratoria cautione, teneri cauere, elici potest ex d.§.fin. l.multis.8.in princip. ibi: ita videlicet. C. de principibus agentium in rebus.

II. QVI IVDICIO SISTI CAuere teneantur?

De domino serui ex cuius delicto agitur, proponitur l.si seruum.17.ff.de accusationibus.& l.2.§.si absens.ff.si ex noxali causa agatur.

III. QVO CAVTIONIS GENERE iudicio sisti cauendum?

Regulariter quidem satisdandum, vel per fideiussores cauendum, cuius tamen exceptio prima est: Nisi reus conuentus bona immobilia possideat: tunc enim nuda sufficit repromissio, approbatur simul & distinguitur per ea quæ dicta sunt sup.eod.c.q.1. Secunda exceptio est: Nisi vir illustris conueniatur: tunc enim iuratoria cautio sufficit. l.quoties.17.C.de dignitatibus. Tertia: Nisi is qui in sacris scrinijs militat, conueniatur: tunc enim cautio iuratoria sufficit. l.in sacris.12.§.1. C.de prox. sacrorum scrinior. Quarta: Nisi ministerianus Cæsaris conueniatur: hoc enim casu iuratoria sufficit cautio. l.ante omnia.4 §.fin. C.de castrensianis & ministerianis. Quinta: Nisi scholaris conueniatur, l.quoties.3.§.ne tamen.C.de priuilegijs scholarum. Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide inf.lib.16.cap.12.quæst.5.

IV. PER QVOS ET QVALES satisdandum?

I. Regula: Pro rei qualitate satis locuples fideiussor

deiussor dandus est, approbatur simul & distinguitur *l.1.cum duabus sequentib. ff.in ius vocati vt eant vel satis.* Huius exceptio prima est; Nisi filius pro parente, libertus pro patrono, parens pro liberis, maritus pro vxore, vel socer pro nuru fideiusserit. *d.l.1. cum sequentibus.* Altera exceptio est: Nisi quis parentem, patronum, liberosue patroni, vxorem, nurum, &c. in ius vocauerit: tunc enim quali cunq; fideiussor sufficit, quæ multiplex exceptio approbatur *l.2.§.prætor ait.ff. qui satisdare cogantur.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *infr.in regulis sequentib.*

II. Regula, De eo qui est alterius fori, nec facile potest conueniri, proponitur *d. l. 2. in princip.* Plura de hac regula vide *sup.cap.12.q.2.replic.8.item infr.in regulis sequentib.*

III. Regula: Si agens in rebus conueniatur, fideiussorem de eadem schola, non extraneum offerre compellitur. *l.2.in prin.C.de præpositis agentium in rebus.* Item: quem defensor loci æstimauerit. *l.multis.8.in princ.ibi: nullasque C. de principibus agentium in reb.*

IV. Regula: Si ministerianus Cæsaris conueniat actuarium, vel ex sua schola vnum fideiussorem dare potest. *l. ante omnia.4.§. 1.C. de castrensiariis.*

V. Regula: Si scholaris eiusue vxor, mater aut liberi conueniantur, vnus ex eius schola fideiussor dari potest. *l. ante omnia 3.in princip.C.de priuilegiis scholarum.*

VI. Regula: Si clericus conueniatur, œconomus dari potest fideiussor. *de quo infr. libr. 3. cap. 3. reg.14.*

V. EVENTVS, SEV DE Actione quæ ex proposita cautione datur.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS CVM suis exceptionibus.

Si non sistatur in iudicio reus: tunc enim regulariter committitur stipulatio iudicio sisti, & actio proposita competit. *l.eum pro quo.17.in pr.ff.de in ius vocando.M.I.R lib. 2.cap.7.reg.44.*

Huius exceptio prima est: Nisi reus sistatur. approbatur quidem ipso iure, *M.I.R.d.c.7.reg.43.* verum eius replicatio prima est: Nisi non in ea causa, in qua fuit, sistatur, approbatur simul & declaratur *l.si quis.11.ff.si quis cautionibus in iudicio. & l. 1.in prin.ff si ex noxali causa agatur.* Propositæ replicationis exempla vide *in replicationibus sequentibus.* Secunda replicatio: Nisi reum pauperiorem sistat. reprobatur *d.l.11.* Tertia: Nisi reus nouo priuilegio munitus sit. *l. qui autem nouo.12.in princ.ff.si quis cautionibus.* Quarta: Nisi seruus sisti promissus, promissoris esse desierit, vel actio amissa sit. *l.1.§. si desinat. ff.si ex noxali causa agatur.* Quinta: Nisi seruus vel alius sisti permissus, alterius fori esse cœperit. *d. §.si desinat* Sexta: Nisi seruus qui sistitur, alij noxæ deditus sit, reprobatur *d. l. 1. §. fin. cum l. seq.* Septima replicatio est: Nisi seruus sisti promissus, liber factus sistatur. *l. si seruum. 5. ff.eod. tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi non de ipso seruo sit controuersia, nec ex criminalibus causis, sed ciuiliter ex noxali causa, serui nomine agatur. *d. l.5.* Altera: Nisi statu liber sisti promissus sit. *l. sed si.6.ff.eod tt.* Octaua replicatio est: Nisi cum plures sisti promisisset, non omnes sisti erit. *l.vlt. ff. in ius vocati vt eant. l. si seruus. 9. ff. si quis cautionibus.* Nona: Nisi prægnante ancilla sisti promissa, ea sine partu sistatur. reprobatur *l. inter stipulantem.83 §. fin. ff.de verb.obligat.* Decima: Nisi non iusto tempore sistatur. approbatur ipso iure: declaratur autem definitione iusti temporis *l. 1. ff. si quis cautionibus iudicio sisti causa. M.I. R. d. reg. 43. exc. 1.* Plane iusti temporis, intra quod sistendum sit, definitio permittitur arbitrio iudicis, *l. de die. 8.in princ. ff. qui satisdare cogantur.* Propositæ replicationis duplicatio est: Nisi ius actoris ex mora non sit factum deterius: tunc enim, quamuis post tempus se sistat, defenditur per exceptionem *l.& si. 8. ff. si quis cautionibus. Huc pertinet etiam l.sancimus.26. C. de fideiussor.* Hactenus de prima propositæ causæ exceptione, eiusque replicationibus sit dictum.

II. Exceptio est: Nisi promiserit quidem iudicio sisti, sed officio non cauerit, reprobatur *l. eum pro quo 17.ff.de in ius vocando.*

III. Exceptio: Nisi cum satisdare non deberet, satisdederit reus: hoc enim casu videntur fideiussores non obligari, approbatur sub conditione *l.sed etsi.4 §. item quæritur.ff.si quis cautionibus.*

IV. Exceptio: Nisi quis e reum inuenturum, non exhibiturum promiserit. reprobatur *l. si Abarsacoram.13.C. de fideiussoribus.*

V. Exceptio: Nisi seruus sisti se promisit vel stipulatus sit. *l.seruus 9. & l. quoties.13.ff.si quis cautionib.* Contradicit *l.si seruus.4.ff. de diuersis tempor. præscript.*

VI. Exceptio: Nisi et qui agere non potest, iudicio sisti cautum sit. *l. 2. §. 1. ff. qui satisdare cogantur.*

VII. Exceptio: Nisi procuratori, non domino litis iudicio sisti sit cautum. reprobatur *l. si procurator.14.ff.si quis cautionibus.*

VIII. Exceptio: Nisi per alium impeditus sit reus, quo minus se sistat, approbatur simul & distinguitur *l.2.§ fin. cum l.seq.ff.eod. tt.* Huius replicatio prima est; Nisi ipse reus dolo fecit & adfectauit, vt retineretur, vel causam præstitit. *d. l. 2.* Cuius duplicatio est; Nisi alterius dolo, quam rei dolo factum sit, quo magis detineretur. *d. l.2.* Secunda replicatio est; Nisi non à magistratu, sed à priuato reus sit impeditus, quo minus se sistat. *d. l.2.§ fin.* Huius duplicatio prima est; Nisi aduersarius actor reum detinuerit. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup. cap. 9. actione 1. quæst. 2. exc. general. 1.* Secunda: Nisi seruus actoris reum impedierit, quominus se in iudicio sistat, approbatur simul & distinguitur *l. 2 ff de eo per quem factum erit.* Tertia: Nisi socius actoris reum detinuerit. *l.si duo. 5. in pr. ff.si quis cautionibus.*

IX. Exceptio: Nisi reus valetudine, tempestate, vel vi fluminis impeditus, se sistere non potuit. *l.2.§.si quis in ff. d. tt.* Declaratur *d. l.2. §. quod d ximus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum posset reus non incidere in tempestatem, si ante profectus esset, vel per alium locum, id non fecit, approbatur simul & distinguitur *d. l.2. §. si quis tamen.*

X. Exceptio; Nisi locum in quo sisti oportuit, flumen impleuit, vel casus fortuitus eum euertit, aut præsentiam venienti periculosam fecit. *d. l.2.§.si tamen.*

XI. Ex-

XI. Exceptio; Nisi mulier rea grauida facta sit, & ob id sisti non potuit. *d.l.2.§.si non propter.*

XII. Exceptio: Nisi reus furiosus sit factus. *d. §. si non propter.*

XIII. Exceptio, Nisi reus sisti promissus, reipublicæ causa abfuerit. *l.si quis.6.ff.si quis cautionibus.* Huius replicatio est; Nisi seruus reus sistendus fuit, huic enim exceptio proposita non prodest. *l.si quis. 7.ff.eod.tt.*

XIIII. Exceptio: Nisi munere publico priuatoue impeditus, vel ad testimonium desideratus, se sistere non potuit reus. *l.2.§.si quis municipalis.ff.d.tt.*

XV. Exceptio: Nisi promissus capite damnatus sit. *l.sed & si.4.in pr.ff.d.tt.*

XVI. Exceptio: Nisi sisti promissus capitis reus factus sit. reprobatur *d.l.4.§.1.*

XVII. Exceptio; Nisi sisti promissus in vinculis custodiaue militari detineatur, *d.§.1.*

XVIII. Exceptio; Nisi funere domestico impeditus non stitit. *d. l.4.§.præterea.*

XIX. Exceptio; Nisi reus sisti promissus in hostium potestate sit, & ob id non stitit. *d.§.præterea.*

XX. Exceptio: Nisi sisti promissus decesserit, vel ciuitatem amiserit. *l.si decesserit. 4. ff. qui satisdare cogantur. l. sancimus. 16. §. fin. C. de fideiussor.* Huius replicatio prima est; Nisi post diem quo sisti debuit, decesserit. *d.l.4.in fin. & d. l. 36. §. fin.* Cuius duplicatio est; Nisi actio, ob quam sisti debuit reus, morte eius sit extincta. *l.si eum. 10. §. idem dicendum, in fi. ff. si quis cautionib.* Secunda replicatio est: Nisi pro condemnato fideiusserit; tunc enim, quamuis condemnatus decesserit, fideiussor nihilominus manet obligatus. *l.si vero. 5.in pr. ff. qui satisdare cogantur.* Tertia; Nisi dolo promissoris reus mortuus sit. *d.l.10.§.homo.*

XXI. Exceptio; Nisi post tempus elapsum ipse reus sistatur, approbatur certo modo *l. sancimus. 26. de fide. iuss* Huius replicationes vide *sup. q. 3. excep. 1.*

XXII. Exceptio: Nisi fideiussor reum defendere sit paratus. *d.l.26.* Huius replicatio prima est; Nisi contrarium in cautione conuenerit. *d. l. 26.* Altera; Nisi non vsque ad finem defendere sit paratus. *d l.26.* Tertia; Nisi post alterum etiam exhibitoni præstitutum tempus, defendere sit paratus. *d. l.26.* Quarta; Nisi non in solidum defendat. *l.licet.42.§.fin.ff.de procuratorib.* Plures replicationes vide *inf. cap prox. quæst.4 excep. 10. item infr. cap.32.quæst.3.excep.4.*

XXIII. Exceptio, Nisi cum tutor pupilli nomine iudicio sisti promisisset, pupillus adoleuerit, vel mortuus sit, aut hæreditate abstentus. *l. si tutor. 15 ff.si quis cautionibus.*

XXIIII. Exceptio, Nisi cum alio de ipsa re, cuius nomine is qui iudicio sisti promissus est, in ius vocatus erat, agatur. *l.si duo.5.§.item si duo.ff.d.tt.*

XXV. Exceptio, Nisi reus sisti promissus principali actione non teneatur, reprobatur exemplo *l.si eum.10 in pr.ff.eod. tt.* Contradicere videtur *l.10.§.qui iniuriarum.v. nam & defunctus, cum sua glossa.ff.si quis cautionib.item sup.excep.6.*

XXVI. Exceptio; Nisi de causa, ob quam sisti promissus in ius vocatus est, sit transactum. *l.2.in princ.& d.l.10.§.qui iniuriarum. vers. nam defunctus. ff.si quis cautionibus.l.neq; impuberes. 22.ff. de in ius vocando.* Huius replicatio est; Nisi post stipulationem commissam de negotio principali sit transactum; hoc enim casu ipso quidem iure actio ex stipulatu competit, sed eliditur per exceptionem doli, approbatur simul & distinguitur *d. l. 2. in princip.*

XXVII. Exceptio; Nisi causa, ob quam sisti promissus est, sit finita, subsistit quidem ipso iure, verum eius replicatio est, Nisi & alia causa contra eundem reum moueatur, reprobatur *argumento l. 2.§ fi.ff de custodia reorum.* Hæc de exceptionibus aduersus stipulationē Iudicio sisti, sint dicta. Plures vide *inf.cap.32.quæst.3.item lib.15.cap.12.*

De replicationibus præcedentium exceptionum generalioribus.

Plane iam enumeratæ exceptiones recipiunt replicationes generales, quarum prima est; Nisi in cautione iudicio sisti conuenerit, ne exceptio objiciatur, approbatur simul & distinguitur *l. sed etsi. 4.§.quæsitum est.ff.si quis cautionibus.* Huius duplicatio est; Nisi generalis conuentio sit, non certarum exceptionum specialis renunciatio, tunc enim ista conuentio non valet; *vt ex iam d. §. quæsitum est, constat.*

Altera replicatio generalis, Nisi pro seruo vel filiofamilias iudicio sisti promissum sit, reprobatur *l.si quis. 7.ff.d.tt.*

II. QVIBVS DATVR ACTIO EX stipulatu Iudicio sisti?

Regulariter actio hæc, quemadmodum alia quæuis ex stipulatu actio, hæredibus stipulatoris competit, verum huius regulæ exceptio est, Nisi actio principalis, ob quam iudicio sisti cautum est, non transeat ad hæredes, tūc enim actio quoque proposita accessoria, sequens naturam principalis, hæredibus non competit. *l.si eum.10.§.qui iniuriarum.ff.si quis cautionib.*

III. ADVERSVS QVOS DATVR actio proposita?

I. Regula, De hæredibus. Regulariter hæc actio, quemadmodum quæuis actio ex stipulatu, competit aduersus hæredes promissoris, cuius tamen regulæ eadem exceptio est, quæ regulæ præcedentis, scilicet, Nisi actio principalis, ob quam iudicio sisti cautum est, aduersus hæredem non detur, tunc enim nec hæc ex stipulatu iudicio sisti, aduersus hæredem danda. *d.l.10. §. qui iniuriarum. vers. idem dicendum.* Huius replicatio est, Nisi post longum tempus decesserit is qui sisti debuit. *d.l.10. vers. idem Pomponius.* Plura de regula proposita vide *sup.eod.c.q.5 except.20.*

II. Regula, De fideiussoribus. Hi regulariter tenentur. Cuius exceptiones vide sup. *d.quæst.5.*

IV. QVID VENIAT IN hanc actionem?

I. Regula, De eo quod interest, & quanti ea res sit, proponitur *l.2.§.fin.cum l seq.ff. qui satisdare cogantur. l. cum quis.3.ff. si quis in ius vocatus non ierit. M.I.R. lib.2.cap.7.reg.45.* Huius exceptio prima est: Nisi certa quantitas seu pœna in stipulatione sit adiecta, tunc enim non nisi in eam pœnam datur actio. *d.l.2.§.fin.* Secunda. Nisi tempore quo agitur, actoris interesse desierit. reprobatur *l. qui autem, 12.ff.si quis cautionibus.*

II. Regu-

II. Regula, De pœna promissa. Hæc regulariter, si statuta non sit, in solidum debetur. Cuius exceptio prima est: Nisi pro parte stipulationi sit satisfactum: tunc enim pars ex pœna remittitur. *l. si seruus. 9. ff. si quis cautionibus.* Altera: Nisi maior pœna promissa sit, quam legibus est statuta, approbatur simul & distinguitur *l. sed & si quis. 4. §. si. ff. d. tt.*

III. Regula: In causis criminalibus, si iudicio sisti cautum sit, nec sistatur reus, pœna permittitur arbitrio iudicis. *l. si quis. 4. ff. de custodia & exhibitione reorum.*

V. QVANDO COMPETIT actio proposita?

I. Regula: Regulariter quidem statim atque commissa est stipulatio, actio hæc competit, verum eius exceptio est: Nisi intra sex menses post commissam stipulationem fideiussor ipsum reũ exhibere sit paratus. *l. sancimus. 26. C. de fideiuss.*

II. Regula: Si ante diem certum esse cœperit, reum sisti non posse, puta, quia dolo promissoris occisus: non tamen, nisi die veniente, competit actio. *l. si eum. 10. §. 1. ff si quis cautionibus.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

De reo apprehendendo proponitur *Nou. c. 53. §. si qui vero. M. I. R. d. c. 7. reg. 48.* Plura adfinia remedia vide *sup. eod. lib. c. 8 quæst. 6.* Hæc de cautione iudicio sisti, eiusque actione sint dicta.

IVDICATVM SOLVI.

Cap. XV.

I. CAVSA EX QVA IVdicatum solui satisdandum.

REus conuentus satisdare cogitur Iudicatum solui. *Inst. de satisdationib. in prin. & §. si vero aliquis conuenitur.* Huius exceptio prima est: Nisi suo nomine, non per procuratorem reus iudicium suscipiat: tunc enim satisdare Iudicatum solui, nõ compellitur. *Instit. eod. tt. §. sed hodie hæc aliter.* Altera: Nisi reus bona immobilia possideat. approbatur simul & distinguitur *l. sciendum est. 15. §. qui satisdare cogantur.*

II. QVI IVDICATVM SOLVI satisdare teneantur?

I. Regula, De ipso reo, proposita est sup. *reg. prox.*

II. Regula, De procuratore & defensore rei conuenti. Hic iudicatum solui satisdare tenetur. *Instit. de satisdationib. §. 1. & §. si vero in personam. vers. ab eius vero parte. item §. si vero reus. l. si ad defendendum. 10. ff. iudicatum solui. l. qui proprio 46. §. qui alium. ff. de procuratorib. M. I. R. lib. 2. ca. 3. de procurator. reg. 4. exc. 25.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ipse reus pro procuratore satisdederit. *Institut. d. tt. §. si vero aliquis conuenitur. ibi: siquidem præsens procuratorem. d. l. 10. & d. l. 46. in princip.* Secunda: Nisi certum sit, procuratori esse mandatum reprobatur *l. ne satisdatio. 21. in fin. ff ratam rem haberi. l. vnica. §. fi. C. de satisdando.* Tertia: Nisi filius defendat patrem. reprobatur *l. filiusfamilias. 14. ff. qui satisdare cogantur.* Quarta: Nisi defensor locuples sit, aut consularis. Et hæc duplex exceptio reprobatur *l. minor 25. annis. 51. §. fin. cum duab. ll. sequentib. ff. de procuratoribus.* Quinta: Nisi procurator actoris dominum in reconuentione defendere cogatur. reprobatur *l. vnica. § sin autem ei. C. de satisdando. l. si defunctus. 15. §. fin. ff. de procurator.* Sexta: Nisi tutor pupillum, vel curator adultum defendere cogatur. *l. i §. sufficit. ff. de administ. tutorum. l. vlt. §. defensionem. C. eod. tt.* Septima: Nisi dominus seruum noxali iudicio defendat. *de quo vide infr. lib. 23. c. 2. q. 9. reg. 2.* Octaua: Nisi satisdatum sit. *de hac exceptione vide sup. eod. lib. cap. 12. quæst. 2. excep. 2.*

III. QVID, SEV DE QVA re satisdandum?

Definitur *Instit. de satisdationibus. §. 1.*

IV. EVENTVS.

Si satisdatum non sit, res deponenda est, donec satisdetur. *l. si fideiussor. 7. §. fin. ff. qui satisdare cogantur.*

V. DE ACTIONE, SI IVDIcatum solui satisdatum sit.

I. CAVSÆ EX QVIBVS hæc actio competit.

Causa huius actionis triplex proponitur *l. iudicatum solui. 5. ff iudicatum solui.* Prima est de re iudicata: si scilicet id quod iudicatum est; non soluatur. *Instit. de satisdat. in princ.* Altera est de re defendenda: si scilicet reus non defendatur. *l. si defunctus. 15. in princ. ibi. committitur. ff. de procuratoribus.* Tertia causa est de dolo malo: si scilicet reus, eiusue defensor, quid dolo malo in causa commisit: tunc enim actione ex stipulatu Iudicatum solui, tenetur. *M. I. R. lib. 2. c. 7. reg. 49.* Cuius exemplum proponitur *l. si fine. 22. §. si in stipulatione. ff. ratam rem haberi.* Harum causarum exceptiones ordine videamus.

I. Exceptio: Nisi vitiose cautum sit: tunc enim actio proposita deneganda. *l. quoties. 6. ff. qui satisdare cogantur.* Huius exempla sunt *exceptiones infr. sequentes.* Vide item de hac exceptione sup. *eod. lib. cap. 12. q. 2. excep. 2. repl 1.*

II. Exceptio: Nisi alius quam actor, Iudicatum solui sit stipulatus, subsistit quidem ipso iure, verum eius replicatio prima est; Nisi procurator actoris sit stipulatus. Hæc replicatio cum aliis similibus approbatur *l. si quis. 3. §. 1. ff. iudicatum solui.* Cuius duplicatio est: Nisi procuratori mandatum non sit. *d. §. 1.* Huius triplicatio prima est: Nisi vniuersorum bonorum procurator sit: tunc enim non requiritur speciale mandatum. *d. §. 1.* Secunda: Nisi dominus id quod procurator gessit, ratum habuit. *d §. 1.* Tertia: Nisi dominus post interpositam stipulationem, procuratori causam agendam mandauerit. *l. Iulianus ait. 11. ff. qui satisdare cogantur.* Quarta triplicatio est: Nisi is Iudicatum solui stipulatus sit, cui etiam sine mandato agere licet. reprobatur *l. si quis. 3. §. sed si forte. ff. iudicatum solui.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi tutor actoris Iudicatum solui stipulatus sit. *d. l. 3 § 1.* Cuius duplicatio prima est: Nisi tutor qui stipulatus est, tutelam non administret. *d. l. 3. §. sed & quod.* Secunda: Nisi tutor non sit, sed quasi tutor negotia administret. *d. §. sed & quod.* Tertia: Nisi non quasi tutor negotium administret, sed alio animo, vel ex alia causa. *d. §. sed & quod.* Quarta: Nisi certarum rerum tutor sit, & causa, ob quam stipulatio facta est, ad res eius non pertineat. *d. l. 3. §. si tutor.* Tertia replicatio est: Nisi curatori actoris Iudicatum solui satisdatum sit. *d. l. 3. §. 1. & §. sed & curatorem. ff. iudicatum solui.* Hæc de secunda exceptione eiusque distinctionibus sint dicta.

III. Exceptio: Nisi post interpositam satisdationem actor reo hæres extiterit. *l. si prætor. 8. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Nisi iudicium ab vno in alium transferatur. *l. 1. §. fin. ff. quibus modis pignus soluitur.* Huius replicatio prima est: Nisi ex parte actoris, non rei conuenti iudicium transferatur. *l. in causa. 27. §. si ex parte. ff. de procuratoribus.* Secunda: Nisi non à procuratore in dominum, sed contra à domino vel procuratore in procuratorẽ transferatur. *d §. si ex parte. versic. sed & si.* Tertia: Nisi in hæredes promissoris transferatur. *l. 2. §. fin. ff. iudicatum solui.* Cuius duplicatio est: Nisi lite nondum contestata possessor decesserit, & vnus hæredum in solidum possideat: hic enim in solidum condemnandus est, nec tamen Iudicatum solui stipulatio committitur. *d. l. 2. § sed si vnus. vers. in quantum autem.* quemadmodum nec si ad alium quemuis transiret possessio, stipulatio committeretur, exemplo *l. si legati, in fine. ff. de pignorib. l. 38. §. sicut autem. ff. de verb. obli. l. 3. §. si hæres. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat.*

V. Exceptio: Nisi apud alium iudicem causa agatur, quam cuius respectu Iudicatum solui cautum est. *l. si quis 3. in prin. ff. iudicatum solui. M. I. R. lib. 2. capit. 7. reg. 49. except. 1.*

VI. Exceptio: Nisi in priore iudicio reus fuerit absolutus; tunc enim licet ab appellationis iudice fuerit condemnatus, stipulatio tamen nõ committitur. approbatur certo modo *l. cum apud 20 ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 49. except. 2.*

VII. Exceptio: Nisi alia actione agatur, quam cuius respectu satisdatum est. *l. cum quærebatur. 13. §. fin. ff. eod. tt. & l. non à iudice. 64. §. fin. ff. de iudic.*

VIII Exceptio: Nisi semel ex hac stipulatione actum sit, vel stipulatio commissa. *l. iam tamen 5. §. in hac stipulatione. ff. iudicatum solui. l. cum quærebatur. 12. in pr. & l. vlt. in fin. ff. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi aduersus alium postea committatur stipulatio, vel agatur, quam aduersus quem actum est prius. *d. l. vltim.*

IX. Exceptio. Nisi conditio defensoris postea sit mutata. *l. si ante. 7. §. num vt committatur. ff. eod. tt.* Huius exemplum est: Si cum tutor defenderet pupillum, satisdedit, posteaque tutor esse desierit. *l. 2. §. fin. ff. de administ tutorum.*

Exceptiones causæ ob rem non defensam speciales.

Hactenus exceptiones aduersus tres propositæ actionis causas propositæ sunt generales quidem: sequuntur nunc speciales exceptiones aduersus illam causam: Si res non defendatur.

X. Exceptio: Nisi res defendatur: tunc enim non committitur ob rem non defensam clausula. *l. hæc stipulatio. 15. ff. iudicatum solui.* Huius replicatio prima est: Nisi defensor non sit idoneus, nec satisdet. *l. iam tamen. 5. §. nunc videamus. ff. d. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi actor defensorem etiam non idoneum admiserit. *d. §. nunc videamus.* Secunda replicatio est: Nisi conditio personæ defendentis sit mutata, & mandatum procuratoris defendentis à domino reuocatum. *l. si ante. 7. ff. eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi actor sciens conditionem defensoris mutatam, non contradixerit. *d. l. 7. versic. quod siquis sciens.* Secundum hanc distinctionem intelligenda reor verba ibidem sequentia, quæ volunt non committi stipulationem, conditione defensoris mutata. Tertia replicatio est: Nisi vnus tantum ex pluribus fideiussoribus vel hæredibus defendat. reprobatur *d. l. 5. §. 1. & §. si ex fideiussoribus. ff. iudicatum solui. l. licet 42. §. fin ff. de procuratoribus.* Plane verba *d. §.* si ex fideiussoribus, videntur hoc innuere, Vno ex fideiussoribus defendente, clausulam quidem de re iudicata non committi, sed alteram de re defendenda committi: nisi ille vnus vel non satisdederit, vel ab actore sine satisdatione admissus fuerit: quod in extraneo defensore paulo superius dictum est. Quarta replicatio est: Nisi plures simul, quilibet pro sua parte defendere velint. *l. iam tamen. 5. §. si tamen. ff. iudicatum solui. & l. non tamen. 38. ff. de procuratoribus.* Huius duplicatio prima est: Nisi omnes in solidum defendant, non quilibet pro sua parte. *l. licet 42. §. fin. ibi: vel omnes, ff. d tt.* Altera: Nisi pluribus propositis actionibus, in singulas singuli defensionem suscipere sint parati. *l. omnium autem 37. cum seq. ff. d tt.* Quinta replicatio est: Nisi plures vnum procuratorem dederint ad defendendum. reprobatur *per ea quæ iam dicta sunt.* Sexta: Nisi non in solidum defendatur. *l. ex clausula 17. ff. iudicatum solui.* Septima: Nisi defensor non satisdederit. *l. iam tamen. §. 5. nũc videamus. ibi: si modo. ff. eod tt.* Huius duplicatio est: Nisi actor defensorem sine satisdatione admiserit. *d. §. nunc videamus.* Octaua replicatio est: Nisi alibi quam vbi agitur, defendere sit paratus. *d. l. 5. § fin.* Nona: Nisi postquam cum vno ex fideiussoribus ob rem non defensam lis contestata est, defensio à reo suscipiatur. reprobatur *l. si quis. 3. §. fin. cum l. seq. ff. iudicatum solui.* Decima: Nisi postquam ob rem non defensam condemnatus est, defensio à reo suscipiatur, *d. l. 5. in princip. ff. eod. tt.* Vndecima: Nisi postquam vnus fideiussorum suam partem ob rem non defensam soluit, defensio suscipiatur. *l. si ex duob. 14. in princip. ff. eod. tt.* Duodecima: Nisi defensor interrogatus non responderit. *l. si sine 9. §. Celsus versic. an ergo. ff. de interrogationibus in iure faciend.* Hæc de replicationibus exceptionis propositæ. Plures vide *infr. eod. libr. c. 22. quæst. 3. except. 4.*

XI. Exceptio: Nisi adhuc res defendi possit, & lis ex stipulatione nondum sit contestata: tunc enim actio proposita differtur. *l. si quis. 3. §. pen. ff. iudicatum solui. l. cum quærebatur. 13. proinde videndum. ff. eod. tt.*

XII. Exceptio: Nisi iustam non defendendi causam habeat. *l. non cogendum. 45. §. 1. ff. de procuratoribus.* Quæ autem sint huiusmodi causæ iustæ, dictum est *supr. eod. lib. cap. 5. quæst. 6. reg. 10.*

XIII. Exceptio: Nisi reus demens factus sit, reprobatur *d. l. 3. §. si reus. ff. iudicatum solui.*

XIV. Exceptio: Nisi reus inuitus in ius vocari non possit. reprobatur *l. si reus. 12. ff. eod. tt.*

XV. Exceptio, Nisi de re defendenda prætor iudicium accipere non cogat. *l. vir bonus.18. ff. eod. titul.*

XVI. Exceptio, Nisi lis finita sit. *l. 2. l. cum quærebatur.13.§.pen. & l. hæc stipulatio.15.ibi: aut defendi debere desierit.ff.d.tt.* Huius exemplum proponitur *l.si eum.33.versic.si autem adierit.ff. de fideiuss.*

XVII. Exceptio, Nisi res, de qua lis est, interierit. reprobatur *l. si seruus.11.ff.iudicatum solui.*

XVIII. Exceptio, Nisi reus pro quo satisdatum est, soluendo esse desierit, reprobatur *l. Titius. 76. ff. de procuratoribus.*

XIX. Exceptio, Nisi per actorem steterit, quo minus defendatur. approbatur exemplo *l.si eum. 33.in fin.ff.de fideiuss.*

Exceptiones causæ seu clausulæ stipulationis de dolo malo, speciales.

Vltima clausula stipulationis de dolo malo, præter hactenus enumeratas exceptiones generales, recipit & sequentes exceptiones speciales.

XX. Exceptio, Nisi alius quam is qui iudicatum solui satisdedit, dolum commisit. subsistit quidem ipso iure, sed eius replicatio prima est: Nisi hæres eius qui satisdedit, dolum commisit. *l.nouissima.19.in princip.ff. iudicatum solui.* Altera: Nisi in stipulatione ita sit adiectum: Si huius rei dolus malus non aberit, quanti ea res est, dare spondes? *d.l.19.§.sin autem.*

XXI. Exceptio, Nisi non stipulationis tempore, sed postea vel ante dolus sit commissus. *d.l. 19.§.fin.* Huius replicatio est: Nisi tempus in stipulatione sit adiectum. *d.§.fin. & d.l.19. in princip.* Hæc de causis earumque exceptionibus actionis ex stipulatu Iudicatum solui. Sequuntur nunc reliqui eius actionis loci.

II. QVIBVS DATVR HÆC actio?

I. Regula, De domino, procuratore stipulante, proponitur *l. si procurator.28. in pr. ff. de procuratoribus.* Huius exceptio prima est: Nisi procurator agat. reprobatur *d. l. 28. §.1.* Secundæ exceptionis loco notandum, quod domino vtilis, non directa competat actio. *l. in causæ.29.§.fin.ff. eod.tt.*

II. Regula, De hæredibus, proponitur *l. pœnales.32.§.Iulianus.ff.ad l.Falcidiam.*

III. ADVERSVS QVOS datur?

I. Regula, De domino, procuratore vel defensore promittente, habetur *d.l.28. §.per contrarium.ff. de procuratoribus.*

II. Regula, De hæredibus promissoris. Aduersus hos quoque actio proposita competit. *Institut. de satisdationibus. §. si vero aliquis conuenitur. ibi: vt tam ipse quam hæredes eius obligentur. l.nouissima. 19. in princip.ff. iudicatum solui.* Huius exceptio est: Nisi aduersus eos hæredes, qui rem defenderunt, vel soluerunt, aut dolo nihil fecerunt: hi enim non tenentur. *d. l. 32.§. Iulianus. ff. ad l. Falcidiam.*

IV. QVID VENIAT IN hac actione.

I. Regula: In tantum committitur Iudicatum solui stipulatio, in quantum iudex pronunciauit. *l.iudicatum solui.9.ff. iudicatum solui.*

II. Regula: Quilibet fideiussorum non nisi pro parte sua tenetur. *l.ex iudicatum solui.16. ff.d.tt.*

V. QVANDO COMPETAT actio proposita?

Definitur hæc quæstio *l.1. ff. iudicatum solui.*

VI. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula, De cautione ab actore præstanda, proponitur *l.si ex duobus.14.§.quoties.ff.d.tt.*

II. Regula, Fideiussores condemnati, id quod soluerunt, à reo mandati iudicio repetere possunt. *l.iam tamen. 5. in pr. & §. in hac stipulatione. ff.eod.tt.* Huius exceptio est: Nisi fideiussor soluens non exegerit cautionem ab eo cui fuit condemnatus, dominum iri absolutum: vel dominum conuentum non defenderit. *d.l.14.§.quoties.*

III. Regula: Si fideiussor reum non defenderit, mandati iudicio non tenetur. *d. l.5.§.in hac stipulatione.*

VII. ADFINE REMEDIVM.

Adfine remedium est, Iudicati actio. *l. si Stichum.8.§.idem Celsus.ff. de nouationibus.*

DE LITIS CONTESTATIONE, DEque iureiurando ob calumniam dando, & aliis huiusmodi iuramentis.

CAP. XVI.

HActenus de actibus iudiciorum, qui litis contestationem præcedunt. Nunc de litis contestatione, & actibus qui eam sequuntur, nobis tractandum.

DE LITIS CONTEstatione.

I. QVID SIT LITIS CONtestatio?

Litis contestatio est, cum iudex per narrationem negotii, causam audire cœperit. *l. vnica, C. de litis contestatione.*

II. QVANDO LITIS CONtestatio sit facienda, seu lis contestanda?

I. Regula, post viginti dies ab editione libelli, lis contestanda, non prius. *Nouell.cap.53.§.sed & illud, cum seqq. M.I.P. lib. 2. cap.11. de litis contestat. regul. 3.*

II. Regula: Intra duos menses lis contestanda, non vlterius litis contestatio producenda. *Nouell. cap.96. in principio.*

III. CONSEQVENS litis contestationem est iuramentum calumniæ, de quo sequitur.

DE IVRAMENTO CALVmniæ, & aliis huiusmodi iuramentis.

I. AN ET QVANDO IVRAMENtum calumniæ præstandum.

Statim post litis contestationem præstandum. *l.2.in princip. C.de iureiurando propt. calum.dando. & l.rem non nouam.12.§.patroni. C. de iudiciis. M.I.P. d cap.11. de iuram.calum.regul.1. M.I.R.libr.2. cap.8.regul.9. & 13.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi litigator absit. sed reprobatur *d. l. 2. §. sin autem absuerit.* Secunda: Nisi iuramentum ab aduersario remittatur. reprobatur *d. l. 2. §. sed quia veremur.* Contradicit *M. I. P. reg. 1. exc.1.* Tertia: Nisi causæ sint tempore latæ constitutionis pendentes. Et hæc reprobatur *d. l.2.§. sed prædictum.*

II. RATIO ET VSVS IVRAMENTI calumniæ præstandi.

Proponitur *Instit. de pœna temere litigantium. l.2. §. si enim & ipsa. C. de iureiurando. & l.rem non nouam. 12. in prin. C. de iudiciis.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS iuramentum præstandum.

I. Causa: Si probatio ab aduersario exigatur, prius de calumnia iurandum. *l.1. C. de iureiurando.* Huius exceptio est, Nisi semel iuramentum in genere sit præstitum, tunc enim ex proposita causa denuo non est iurandum. *Nouell. cap. 50. §. quia vero.*

II. Causa: Si quis edi sibi rationes ab argentario petierit. *l.si quis.6.§. exigitur.ff. de edendo.*

III. Causa: Si quis aduersario deferat iusiurandum litis decisorium, ipse prius de calumnia tenetur iurare. de qua re vide *infr. eod. libr. cap.21. q.2.except. 9.*

IV. Causa est, Quod omnis actor, omnis item reus de calumnia cogitur iurare. *de quo dictum paulo sup. quæst.1. item infr. quæst. prox.*

IV. QVI IVRARE TENEANtur, item quid seu de qua re iurandum?

I. Regula, De iuramento actoris. Actor quidem iuret, se non calumniandi animo litem mouere, sed quod existimet se bonam causam habere. *Instit. de pœna temere litigantium. §. item actoris. l.2. in prin. ibi: & actor quidem. C. de iureiurando propter calum. dando.* Aliud actoris iuramentum, de non corrumpendis iudicibus aliisue personis, proponitur *Nouell. c. 124. in prin.*

II. Regula, De iuramento rei conuenti. Reus iuret, quod putans se bona instantia vti, ad contradicendum peruenit. *Institut. de pœna tem. litig. in prin. & d.l.2. in prin. versic. reus autem non aliter* Aliud rei conuenti iuramentum, de non corrumpendis iudicibus aliisue personis, proponitur *Nouell. c.124. in prin.*

III. Regula, De tutore & curatore actoris vel rei conuenti, habetur *d. l.2. §. quod obseruari. & d. Nouell. c.124. §. in litibus.*

IV. Regula, De aduocatis vtriusque partis, proponitur *Inst. de pœna temere litig. §. vtriusq;. l. rem non nouam.12.§.patroni. C. de iudiciis. l. 2. in prin. & vers. & postea vtriusq;. C. de iureiurando. M.I.P. d. cap.11. de iuram. calum. reg. 2. M.I.R. d. cap.8. reg.11.*

V. Regula, De iudice, habetur *d.l.12. in prin.*

VI. Regula: Prædictis iuramentis litigator vel patronus non iurat, quod causa vera & iusta sit, sed quod existimet eam veram & iustam esse. *d.l.2.§. & licet.* Differt igitur iusiurandum propositum ab illo de quo dicetur *infr. cap.21.* quod hic de opinione iuratur, ibi de veritate. Contradicit *M. I. P. d. loco, reg. 3.*

V. VBI IVRANDVM?

Regulariter quidem in iudicio est iurandum, verum huius exceptio prima est: Nisi persona quæ iurare tenetur, in dignitate aliqua posita sit: tunc enim domi iurare potest. *l. 2. §. sin autem vel dignitas. C. de iureiurando propter calum.* Secunda: Nisi mulier iurare debeat. *d. §. sin autem. & Nouell. cap. 124. §. si mulier.* Tertia, Nisi litigator ad iudicem accedere non possit. *d. constit. 124. §. quod si.* Quarta: Nisi is qui iuramentum præstare debet, in aliis locis absit. *d.c. 124. §. si partes. l. 2. §. sin autem absfuerit. & §. hoc etiam. C. de iureiurando propter calumniam.*

VI. QVIBVS PRÆSENTIbus iurandum?

Præsente aduersario vel eius procuratore iurandum. *approbatur per ll. supr. quæst. prox. propositas.*

VII. QVOMODO IVRANDVM?

Tactis euangeliis, *approbatur per ll. supr. quæst. 4. allegatas. Nouell. const. 124.*

VIII. QVANDO IVRANDVM?

Statim in litis exordio, lite contestata. *de quare dictum sup. quæst.1.*

IX. EVENTVS ET POEna non iurantis.

I. Regula, Actor iurare nolens cadit causa. *l.2.§. quod si actor. C. de iureiurando propter calumniam. M.I.P. d. loco, reg.7.*

II. Regula, Si reus iurare nolit, pro confesso habetur. *d.l.2.§. sin autem reus. Nouell. const.124.§. illo vtique generaliter. M.I.P. d. reg.7.*

X. ADFINE REMEDIVM.

Veteris calumniæ actio sublata, adfine remedium est huius iuramenti. *Instit. de pœna temere litigantium. §. hæc autem omnia. l.2.§. antiqua itaque. C. de iureiurando propter calumniam.*

DE PROBATIONIBVS.

CAP. XVII.

LIte contestata, & eo in quo lis consistit, seu statu causæ à iudice cognito, iuramentoque calumniæ præstito, sequitur probatio, de qua nunc dicendum.

I. CAVSA EX QVA probandum.

Si aduersarius id quod propositum est negauerit, affirmanti incumbit probatio. *M. I. P. libr. 2. cap.12. regul.1. M.I.R. libr.2. cap.9. regul.4.* Cuius regulæ exceptio prima est, Nisi aduersarius semel confessus sit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. eod. libro, cap. 20.* Secunda, Nisi instrumentum amissum est. reprobatur *l. sicut. 5. & l. apud eos. 13. C. de fide instrumentorum.* Plane admittitur, si is qui in seruitutem petitur, instrumenta emptionis subtracta probauerit. *l. si possessione. 20. C. de probationibus.* Tertia exceptio est: Nisi aduersario iusiurandum deferatur. *l. cum de indebito. 25. §. in omnibus. ff. de probationibus.* Plura de exceptione proposita vide *infr. eod. l.b. cap.21. & 22.* Sed & plures exceptiones vide *supr. quæst.5.*

II. VTRI INCVMBAT probatio?

Prima huius loci regula est, Quod affirmanti, non neganti incumbat probatio. *l.2. ff. de probationibus. M. I. P. d. cap.12. regul.2. M. I. R. d. cap. 9. reg. 5. in princip. & except. 6.* Huius exemplum proponitur *l. eum qui 22. ff. eod. tt.* Aliud *l.1. C. d. tt. l. vlt. C. de solu-*

solutionibus.l. quinquaginta. 12. §. *nam si creditum.ff. de probationibus.l.quoties.* 18. §. *qui dolo.l.patronus.* 6. *l. ante omnia* 23. *l. emptorem.* 4. *l.* 1. *& l. cum de lege.* 17. *ff. eod. tit.* Plura exempla vide *in regulis sequentibus.*

Plane huius regulæ exceptio prima est: Nisi is qui negat, antea confessus fuerit in scriptis vel sine scriptis, quamuis non solenniter, vel per errorem. hoc enim casu postea rursus neganti incumbit probatio. approbatur exemplo. *l.* 2. §. *fin. C. de quadriennii præscriptione. & l. cum precibus.* 18. *C. de probationibus l. cum de indebito.* 25. §. *fin. & l. quidam.* 15. *ff. eod. tt. l. generaliter.* 13. *C. de non numerata pecunia. l. non epistolis.* 13. *& l. non nudis.* 14. *C. de probationibus. M.I.P. d. regul.* 2. *except.* 1. *M. I. R. d. regul.* 5. *except.* 4. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi quis indebitum promiserit, vel cauerit generaliter, non adiecta causa ex qua debeatur; tunc enim, si postea debitum negauerit, non ipsi neganti, sed affirmanti probatio incumbit. *d. l.* 25. §. *fin. ff. d. tt. d. l.* 13. *versicul. eamque causam specialiter promissor edixerit. C. de non numerata pecunia. M. I. P. d. exc.* 1. *repl.* 2. Secunda replicatio est: Nisi non numeratæ pecuniæ exceptio obiiciatur: tunc enim affirmanti incumbit probatio. *l. si ex cautione.* 3. *& l. adseueratio.* 10. *C. d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi argentario cautum sit: huic enim non numeratæ pecuniæ exceptio si obiiciatur, numeratam esse pecuniam probare non tenetur. *Nouell. cap.* 136. §. *insuper de hoc. & §. illo vtique.* Hæc de prima exceptione.

Secunda exceptio est: Nisi quis indebitum condicat: hic enim quamuis id quod solutum est, debitum esse neget, tamen ei probatio incumbit, approbatur simul & distinguitur *l. cum de indebito.* 25. *ff. de probationibus. M.I.P. d exc.* 1. *vers. aliud exemplum. M.I.R. d. exc.* 4. *exemplo* 1. Huius replicatio prima est: Nisi is cui indebitum solutum esse dicitur, solutionem negauerit, fueritq; conuictus: tunc enim eum probare oportet, debitum fuisse id quod accepit. *d. l.* 25. Secunda: Nisi persona quæ soluit, talis sit, quæ facile errare præsumatur *d. l.* 25. § *fin. autem.* Huius duplicatio prima est: Nisi non totum, sed pars dicatur indebita: tunc enim, proposita replicatione non obstante, actori, non reo, incumbit probatio. *d.* §. *fin autem.* Secunda: Nisi ab initio quidem debitum fuisse fateatur actor, dicat autem se per exceptionē tutum esse. *d.* §. *fin autem.* Tertia porpositæ exceptionis replicatio est: Nisi indebitum non quidē solutum, sed cautum vel promissum dicatur: hoc enim casu ex ista cautione agenti incumbit probatio, approbatur & distinguitur *d. l.* 25. §. *fin.*

Tertia exceptio est: Nisi præsumptio sit pro affirmante. *approbatur l.* 24. §. *sed etsi ita, in fine. ff. de fideicommiss. libertatibus. l. licet Imperator.* 76. *ff. de leg.* 1. *& d. l.* 25. §. *fin vero ab initio. ff. de probationibus. l. si pactum.* 9. *ff. eod. tt. M.I.R. d. reg.* 5. *except.* 1. *& d. lib.* 2. *cap.* 10. *reg.* 7. *in prin.* Sed & propositæ exceptionis exempla sunt exceptiones sequentes: *item infr. cap.* 24. *q.* 2. *reg.* 13. *cum seqq.*

Quarta exceptio est: Nisi iure factum esse negetur: tunc enim neganti incumbit probatio. *l. ab ea parte* 5. *& l. in exceptionibus.* 19. §. *sed & si procuratoria. ff. d. tt. M.I.P. d. regul.* 2. *except.* 6. *M.I.R. d. regul.* 5. *except.* 2. Cuius ratio est: Quia iure factum præsumitur. *Instit. de fideiussoribus.* §. *fin.*

Quinta exceptio est: Nisi filius in patris potestate se neget esse: nam & huic neganti incumbit probatio, *l. si filius.* 8. *ff. de probationibus.*

Sexta exceptio: Nisi affirmans probare non possit, reprobatur *l. actor.* 23. *& l.* 2. *C. de probationibus. l.* 1. §. *interrogatoriis. ff. de interrogationibus. M. I. P. d. reg.* 2. *exc.* 3. *M. I. R. d. cap.* 9. *reg.* 14. *exc.* 10. vbi etiam distinguitur. Plane cogi potest aduersarius, vt dicat, vtrum pro hærede, an pro possessore possideat. *l. cogi.* 11. *C. de petit. hæred.* Sed & cogitur reus dicere, vtrum in totum, an pro parte possideat. *de qua re vide inf. capite* 20. *de interrogationibus. quæst.* 6. *exc.* 10. Item actione probata, reus cogitur dicere titulum suæ possessionis, & probare. *l. siue possidetis.* 16. *C. de probationibus.*

Septima exceptio est, Nisi affirmans neganti deferat iusiurandum, tunc enim probationis onere sese exonerat. *de qua re dicitur infr. cap.* 21.

Octaua exceptio est: Nisi falsum dicatur instrumentum. tunc enim æque falsum neganti, ac affirmanti, probatio incumbit, *per ea quæ dicta sunt supr. lib. prox. cap.* 29. *quæst.* 7. *reg.* 1.

II. Regula: Actor tenetur probare suam actionem. *l. verius.* 21. *in fin. ff. de probationib. l.* 2. *& l. frustra.* 8. *C. eod. tt. l.* 2. *C. de commodato. & l. cum te.* 9. *C. de probationib. M.I.R. d. cap.* 9. *reg.* 5. *exc.* 5. Huius exceptio prima est: Nisi de exceptione, non de actione lis sit; tunc enim reo incumbit probatio. *de qua re infr. reg. prox.* Reliquas exceptiones vide *supr. regula proxim.*

III. Regula: Reus tenetur probare suam exceptionem. *l. in exceptionibus.* 19. *& l. quinquaginta.* 12. *ff. de probationibus. M.I.R. d. except.* 5. Plura exempla vide *supr. regul.* 1. Huius exceptio prima est: Nisi præsumptio sit pro excipiente. approbatur exemplo *l. si pactum.* 9. *ff. de probat.* Plura de hac exceptione vide *supr. regul* 1. *except.* 3. Secunda exceptio est: Nisi exceptio sit negatiua: tunc enim eius probatio affirmanti actori incumbit. *l. adseueratio.* 10. *& l. si ex cautione.* 3. *C. de non numerata pecunia. l. ante omnia.* 23. *& l. quoties.* 18. §. *fin. & l. non est necesse.* 11. *ff. de probationib. l.* 1. §. *sed & si ff. de magistratibus conueniendis.* Propositæ exceptionis replicationes vide *supr. regul.* 1. Hæc de tribus propositæ quæstion. regulis sint dicta. plures vide in singulis actionibus: item inter præsumptionum regulas *infr. eod. lib. cap.* 24. *præsertim reg.* 13. *cum sequentibus.*

III. PER QVÆ PRObandum?

I. Regula, De fama. Hæc quoque probat. *l. testium fides.* 3. § *eiusdem ibi: alias veluti. ff. de testibus. M.I.P. d. cap.* 12. *reg.* 3. *M. I. R. lib.* 2. *c.* 11. *in verbo Fama.*

II. Regula, De instrumentis domesticis & priuata annotatione. Hæc non probant proscribente. *l. exemplo perniciosum est.* 7. *C. de probationibus. l. vlt. C. de conueniendis fisci debitoribus. l. verba testamenti.* 6. *C. de testament. l. rationes.* 6. *& l. instrumenta.* 5. *C. de probationibus. M.I R d. cap.* 11. *in verbo Priuata scriptura.* Huius exceptio est: Nisi scriptura domestica aliis argumentis adiuuetur. *d. l.* 5. *& l. Publica.* 26. §. *fin. ff. depositi. M.I.R. in d. verbo Priuata scriptura, exception* 5.

III. Regula, De confessione ab aliquo in epistola, vel alia scriptura, aut alio modo facta.

Hæc

Hæc regulariter probat contra confessum eiusq; hæredes. approbatur quidem ipso iure, *M.I.R. lib.* 2. *cap.* 9. *reg.* 5. *exc.* 4. verum eius exceptio prima est: Nisi contrarium probetur. approbatur exemplo *l. cum de indebito.* 25. *ff. de probat. & l. non epistolis.* 13. *C. eod. tt. M.I.R. d. exc.* 4. *repl.* 5. Huius replicatio prima est: Nisi testator in testamento ex causa depositi, vel alia simili se debere scripserit: adiecerit que, se iurasse, quod velit restituere: tunc enim probatio non admittitur in contrarium. *l. cum quis.* 35. §. *codicillis. ff. de legatis.* 3 *M.I.R. d. repl.* 5. *dupl.* 1. Cuius duplicatio est: Nisi sine iurisiurandi mentione testator se debere scripserit. approbatur certo modo *l. penult.* §. *quisquis. ff. de leg.* 2. Secunda replicatio est: Nisi testator de modo patrimonii sui confessus sit in testamento, vel alio modo. approbatur simul & distinguitur *Nou. c.* 48. scilicet: Nisi sine iuramento affirmauerit: item, Nisi non hæredes defuncti, sed creditores de modo patrimonii controuersiam faciant. Quæ duæ distinctiones duplicationum loco notandæ sunt aduersus propositam replicationem; *ex d. Nou. c.* 48. Tertia replicatio est: Nisi in iudicio confessio sit facta: tunc enim non admittitur probatio in contrarium. approbatur simul & distinguitur *infr. c.* 20. *de confessis.* Secunda exceptio est: Nisi ei qui ex testamento capere non potest, debere se testator scripserit: hoc enim casu præsumitur in fraudem legis facta confessio, & ob id ei non creditur. approbatur exemplo *l. qui testamentum.* 27. *ff de probationibus. l. cum quis.* 35. §. *pen. ff. de leg.* 3. *M.I.R. d. exc.* 4. *repl.* 3. *& d. c.* 11. *in verbo Verba enunciatiua, exc.* 7 *repl.* 1. Tertia exceptio est: Nisi procurator debitoris scripserit, omnia creditoribus esse soluta. Hinc enim non probatur, debitorem procuratori ratione eorum quæ pro eo soluit, nihil debere. *l. inquisitio.* 18. *C. de solutionib.* Quarta exceptio est: Nisi in instrumento vel chirographo; alterius debiti causa confecto, eius debiti, de quo quæritur, fiat mentio: nam hoc debitum per illam commemorationem obiter factam non probatur. *l. vlt. ff. de probationibus. Nou. c.* 119. §. *insuper & hoc. M.I.R in d. verbo Verba enunciatiua.* Cuius exemplum est *l. epistola.* 52. *in prin ff. de pactis.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *infr. cap.* 20.

IV. Regula, De epistolis. Hæ regulariter probant. *l. Publia.* 26. §. *Titius. ff. depositi. & l. imperatores.* 29. *in pr. ff. de probationibus M.I.R. d. c.* 11. *in verbo Epistola.* Huius exceptio prima est: Nisi contrarium probetur. *l. non epistolis.* 13. *C. eod tt.* Secunda: Nisi quis in epistola aliquem sibi cohæredem nuncupauerit. *l. epistola.* 52 *ff. de pactis.* Tertia: Nisi epistola inter alios sit conscripta, non inter eos inter quos agitur. *colligitur ex d. l.* 52.

V. Regula: Interdum ex solutione vel alio actu præsumitur debitum. approbatur exemplo *l. cum de indebito.* 25. §. *sin vero ab initio. ff. de probat.* Aliud exemplum proponitur *l. cum de in rem verso.* 6. *ff. de vsuris. l.* 1. *C. de fideicommissis.* Huius exceptio prima est: Nisi inter alios sit actum. *l.* 1. *C. res inter alios acta.* Cuius replicatio est: Nisi cum hærede eius qui antea soluit, vel simile quid egit, lis sit. *d. l.* 6. *ff. de vsuris.* Altera exceptio est: Nisi contrarium possit probari, ex voluntate vel per errorem, non ex obligatione præstitum vel solutum esse. approbatur exemplo *l. si certis annis.* 28. *C. de pactis. l. creditor.* 7. *C. de vsuris. & l. operis.* 31. *ff. de operis libertorum.*

VI. Regula, De censu & monumentis publicis, proponitur *l. census.* 10. *ff. de probationibus. M.I.R. d. capit.* 11. *in verbo Census.*

VII. Regula, De signis, indiciis, aliisque argumentis. Per hæc quoque potest probari. *l. indicia.* 19. *C. de rei vendicatione. l. etsi.* 3. *C. de fide instrumentorum & iure hastæ. l.* 1. *l. sicut.* 5. *in fin. l. si solennib.* 7. *& l. emancipatione.* 11. *C. de fide instrumentorum & amiss. eorum, & c. l. cum res.* 12. *C. de probationibus. & l. vlt.* §. *Scia. ff. de oblig. & actionibus. M.I.P. libr.* 2. *cap.* 12. *reg.* 4. *M.I.R. d. cap.* 11. *in verbo Indicia.* De instrumentis, testibus, confessione & iureiurando, dicetur *infr. in capitibus sequentibus.*

VIII. Regula: Quæ argumenta cuique rei probandæ sufficiant, non satis potest definiri, sed arbitrio iudicis relinquitur. *l. testium fides.* 3. §. *eiusdem. & l.* 21. §. *si testes, vers. si vero ex his. ff. de testibus. M.I.P. d. cap.* 12. *regul.* 10. *M.I.R. d. cap.* 11. *in fine.* Hactenus de regulis propositæ quæstionis generalioribus dictum est. Sequuntur nunc eiusdem quæstionis regulæ speciales.

De eo, an sit filius, probando.

I. Regula: Non solum affirmatione testium probatur, sed & epistolis ad vxorem missis. *l. imperatores.* 29. *in prin. ff. de probationibus.* Vide item de hac re *M.I.P. d. cap.* 12. *reg.* 11.

II. Regula: Si quis aliquem suum filium confessus sit, ex hoc non efficitur filius, sed admittitur probatio in contrarium. *l. neque professio.* 5. *C. de testamentis. l. non nudis.* 14. *C. de probationibus.*

III. Regula, De affirmatione matris filium eius non esse, proponitur *d. l.* 29. §. *fin. ff. de probationibus. M.I.R. d. cap.* 11. *in verbo Filiatio.*

De subiecto partu probando.

Subiecta non creditur, quam ambo parentes charam filiam habuerunt. *l.* 1. §. *ad quæstionem. ff. de quæstionibus.*

De libertate & ingenuitate probanda.

Prima regula proponitur *l. neque natales.* 10. *C. de probationibus. & l. aui paterni.* 28. *C. de liberali causa.*

Secunda huius loci regula habetur *l. matrem tuam.* 17. *C. de probationibus. & l. multis rationib.* 17. *C. de liberali causa.*

Tertia regula: Solis testibus non probatur ingenuitas. *l.* 1. *C. de testibus. M.I.P. d. c.* 12. *reg.* 12. Plura de libertate & seruitute probanda vide *infr. lib.* 6. *cap.* 10. *in causa liberali.* Item de ingenuitate probanda, *eod. lib.* 6. *cap.* 17.

De origine & familia probanda.

Origo non solum ex nomine, sed etiam ex rebus debet probari. *l. imperatores.* 38. §. *penult. ff. ad municipalem. M.I.R. d. cap.* 11. *in verbo origo.*

De ætate probanda.

I. Regula: Cum de ætate quæritur, & diuersæ professiones proferuntur, iniquum est ei potissimum stare quæ nocet, *l. cum de ætate.* 13. *ff. de probatiniobus.*

II. Regula: Etiam matris & aui professio de ætate filiorum recipitur. *l. etiam* 16. *ff. d. tt.*

III. Regula: Præterea ætas probatur, aut natalis diei scriptura, aut aliis legitimis probationibus. *l.* 2. *in princip. versicul. ætas autem. ff. de excusationib.*

tionib.tutor. Plura vide *M.I.R. d.cap.* 11.*in verbo Ætas ex quibus.*

De solutione probanda.

I. Regula, Si in rationibus creditoris scriptum sit solutum esse, probatur inde solutio. *l.2. §.fin.C.de quadriennii præscript.l.* 2.*C. de discussoribus.l. securitates.*11.*C de susceptoribus.*

II. Regula, Si chirographum debitori sit redditum.*de hac re vide infr.lib.*24.*cap.*21 *causa* 22.

III. Regula, De solutione per scripturam probanda,non per testes,proponitur *l.testium facilitatem.*14.*C. de testibus.*

IV. Regula, Tribus annis continuis solutione probata, etiam præcedentium annorum solutio præsumitur. *l. quicunque* 8.*C.de apochis publicis M.I.R.d.cap.*11.*in verbo Solutione. & lib.*5.*cap.*7.*reg.*27. *except.*15.

V. Regula,Probatur insuper solutio per apocham.de qua regula eiusque exceptionibus vide *infra cap. prox. quæst.*8.

De malæ fidei possessione probanda proponitur *l.non ex eo.*30.*C. de euictionibus.*

De dominio probando.

Prima regula est,Quod etiam citra instrumenta probari dominium potest. *l. proprietatis.*3. *C.de probat.& l. cum super.*10.*C.de rei vend.* Alias leges concordantes vide *supr. eadem quæst reg.*7.

Secunda regula :Si quis rem domino locauerit, non ex eo sequitur, locatorem rei dominum esse. *l.ad probationem.* 23. *C. de locato. M.I.R.d.c.* 11.*in verbo Dominium.*

De liberatione probanda.

Si creditor à defuncto debitum nunquam exegerit præsumitur liberatio debiti facta. *l.Procul.*26 *ff de probationibus.* Plures huiusmodi rationes quibus probatur liberatio, vide *infr. Parte* 7. *in liberationibus. de causis liberationum.*

De matrimonio probando proponitur *l. donationes* 32. *in princip. ff. de donationibus. M.I.P. d. cap.* 12.*regul.*19.

De publico crimine probando habetur *l.sciant cuncti.*25. *C. de probationibus.*

De dolo malo probando proponitur *l.* 1.*§. fin. ff.de dolo mali & metus except.& l.dolus emptoris.*10.*C. de rescindenda venditione. M. I.P. d. cap.* 12.*regul.*13. *M.I.R.d.cap.*11.*in verbo Dolus.* Huius exemplum vide *in l. si procuratorem.*8. *§. dolo. & l. dolus est.* 44.*ff. mandati.* Alia huius loci regula proponitur *l. dolum.*6 *C.de dolo malo.l. & eleganter.* 7.*§. fin. ff. eod.tt.* Item alia habetur *l.interpositas.*13. *§. ad vim. C.de transactionibus.& l.fraudis interpretatio.*79.*ff.de regul. iuris.*

De tacito fideicommisso probando habetur *l. non intelligitur.*3 *§. tacita.ff.de iure fisci.*

De eo, memoriam operis extare, probando proponitur *l.si arbiter.* 28. *de probationib. M. I.R.d.c.* 11.*in verbo memoriam.*

De naufragio probando habetur *l.*3.*C.de naufragiis.*

IV. QVANDO PROBANDUM?

De tempore probationis, seu de dilatione ad probandum concedenda, quanta scilicet danda sit,dictum *supr.eod. lib.cap.*11.*quæst.*3 *reg.* 1. Hic autem alia regula notanda, scilicet : Quod exceptio tunc demum sit probanda, cum primum probata fuerit actio.*l.si quidem.*9.*C.de exc.l.*9. *C.de præscript.longi temp..M.I.R. lib.*2. *c.*9.*reg.*9.Huius exceptio videtur esse : Nisi exceptio dilatoria sit probanda, quæ tamen reprobatur *l. exceptionem,* 19.*C.de probationibus.*

V. EVENTVS.

I. Regula , Si fuerit probatum, quod ab aduersario negatum erat, obtinet is qui probauit, & negans in duplum tenetur. *Nouell. cap.*18.*§.studium vero.M.I.P.d.cap.*12.*regul.*25.*in princip.M.I.R.d.c.* 9.*reg.*12.*in princip.* Huius exceptio prima est: Nisi actor inficianti iusiurandum deferat, isque tunc confiteatur quod antea negauerat.*d.§.studium vero.versic hæc autem dicimus.* Secunda : Nisi is qui inficiatus est, postea se dicat soluisse, hoc enim casu non in duplum condemnandus est, cum simplum soluerit,sed in alterum tantum.*d. §.studium. versic. præterea si cum negasset.* Tertia : Nisi non reus sed actor fuerit exceptionem inficiatus. approbatur certo modo *d.c.*18. *versic.sed etsi reus protulerit literas actoris.* Quartæ exceptionis loco notandum, quod pœna proposita aduersus ipsum inficiantem, non aduersus eum cuius causa agitur vel defenditur, pertineat. *d. capit.* 18.*versicul.si vero causa agitetur per curatores.* Quinta exceptio videtur esse : Nisi actio ipso iure in duplum, triplum vel quadruplum competat. sed reprobatur *d.§. studium vero. vers. si quod vero aliud in condemnatione augmentum.* Sexta exceptio est : Nisi in rem actione agatur , reusque neget vel rem actoris esse, vel se eam possidere : tunc enim negans non in duplum condemnatur , sed rei possessione priuatur. *d. §.studium vero. ver. enimuero illud quod crebro in iudiciis l.vlt.ff.de rei vend.M.I.R.libr.* 2.*cap.* 9. *reg.*13.Septima exceptio est : Nisi id quod probatum est,exceptione elidatur. *l.* 9.*in fine.C. de except. M. I. P.d.reg.* 25.*except.* 2.

II. Regula : Si non fuerit probatum quod actor intendit, reus est absoluendus, *l. qui accusare.* 4.*in fin.C. de edendo.l.siquidem.*9. *in princip. C.de exceptionibus.l.*2. *C. de probationibus. l. negantes.*9.*C. de oblig.& actionibus, M. I. P. d. capit.* 12.*regul.*26. *M.I.R.d. cap.*9.*regul.*14. Quod dictum est de actione probanda , idem intelligi debet de exceptione: vt nisi reus suam probauerit exceptionem, condemnetur: nam reus in exceptione actor est, *vt ostensum supr. cap.*6.*in princip.regul.*4. Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi is cui probatio incumbit , aduersario iusiurandum deferat, isque iurare nolit : tunc enim is cui probatio incumbit, quamuis nihil probare possit,debet obtinere.*de qua re dicetur infr.c.* 21. Secunda exceptio est : Nisi delato iureiurando ,aduersarius illud referat, & is cui probatio incumbit iurauerit, tunc enim æque debet obtinere,*vt infr.d.c.*21.*dicetur.* Tertia, Nisi is cui probatio incumbit,delato sibi à iudice iureiurando iurauerit. *de hac re item dicetur d.c.*21.Quarta, Nisi præsumptio sit pro eo, cui probatio incumbit. quæ exceptio cum aliis quibusdam approbatur *supr.q.*2. *M. I. R. d.reg.*14. *exc.*5. vbi etiam distinguitur. Quinta. Nisi is qui in probatione succubuit, sponte in se onus probandi susceperit, cum alias probare non teneretur.*glossa magna in l.circa eum.* 14.*ff. de probationib.*

VI. AD-

VI. ADFINIA PROBATIONIS REMEDIA.

Primum adfine remedium est, iusiurandum delatum: *vt ex iam dictis constat,& inf.d.cap.*21. *copiosius dicetur.*

Alterum videtur, vt cogatur aduersarius dicere titulum suæ possessionis, & probare, sed reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. eod.cap.quæst.* 2. *reg.* 1.*except.*6.

Tertium videtur, vt teneatur & cogatur reus confiteri,verum etiam reprobatur *l.negantes.*9.*C. de obligat.& actionibus.* Hactenus de probationibus in genere dictum est: nunc de singulis probationum speciebus est dicendum.

DE INSTRVMENTIS.

CAP. XVIII.

I. DEFINITIO INSTRVMENTORUM.

Definiuntur instrumenta *l.*1.*ff.de fide instrum. l. notionem.*99.*§.fin.ff.de verb.signif. M. I. R. d. cap.* 12.*reg.*1. Ex quibus patet,instrumentorum appellatione non tabulas solum,sed & testes continei. Verum de illis quidem tantum in hoc capite dicetur,de hisce vero in capite sequente.

II. FINIS ET VSVS INSTRUMENTORUM.

Fiunt de his scripturæ, vt quod actum est,per eas facilius probari possit, *approbatur iisdem verbis l. in re.* 4.*vers.fiunt enim.ff.de fide instrum.l.contrahitur* 4. *§.fi.ff.de pignoribus.*

III. Collatio instrumentorum & testium proponitur *l.in exercendis.*15.*C.de fide instrument. M. I.R. d.cap.*12.*reg.*3.

IV. DE ORDINANDIS SEV CONFICIENDIS INSTRUMENTIS.

I. Regula: Tabelliones, qui instrumentorum conficiendorum officio præsident, ipsi per se omnibus modis & instrumenti conficiendi mandatum accipiant; & cum absoluitur, interfint. *Nouell.c.*44.*in princ.vsque ad §.illud præterea. l. contractus.*16 *versic.etsi per tabellionem.C.de fide instrum.* Huius exceptio videtur esse : Nisi propter morbum aut aliam similem causam absolutioni instrumenti interesse non possint, sed reprobatur *d.c.*44 *§. neque tabelliones.*

II. Regula, De principio instrumenti, quid præponendum,proponitur *d. Nouell.*44.*§.illud præterea.*

III. Regula,Itidem de principio instrumenti,& nomine Imperatoris præponendo,præcipitur *Nouell.c.*47.*M.I.R.d.cap.*12.*reg.*5.*except.*18.

IV. Regula, De tempore obscuris & obsoletis literis non scribendo, sed vulgaribus, habetur *d. cap.*47.*§.sed & illud.*

V. Regula , De testibus adhibendis. Testes quoque in contractibus celebrandis adhibendi sunt,& in instrumentis denominandi, & ab illis instrumentum subscribendum, *l.vlt.C.si certum petatur.Nouell. c.*73.*§.si quis igitur , & §. oportet autem.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi quantitas, de qua instrumentum conscribitur, quinquaginta libras auri non excedat,*d.l. vlt.* Mutatur hæc quantitas in vnam auri libram, *d.c.*73.*§.porro illud quoque.*Secunda exceptio est:Nisi instrumenta in foro & publice conficiantur, reprobatur *d.c.* 73 *§.sed & si instrumenta.* Tertia: Nisi non in vrbe sed in agro, instrumentum sit confectum, *d. c.* 73. *§.item hæc omnia.* Quarta exceptio est: Nisi testes adhibiti sint, approbatur quidem ipso iure : verum eius replicatio prima est: Nisi pauciores quã tres testes sint adhibiti, *d.l.vlt. C.si certum petatur. item d.c.*73.*§.si quis igitur.* Sane si is qui contrahit, literarum sit ignarus, quinque testes requiruntur, *d.c.*73 *§.oportet,in fi.*Secunda replicatio est:Nisi testes adhibiti non subscripserint, *constat ex sup. dictis in pr.regulæ.*Quinta exceptio est:Nisi quis cõtentus sit ipsius cum quo contrahit chirographo, *d.c.*73.*§.verum enimuero.* Huius replicatio est:Nisi inter contrahentes conuenerit, vt contractus inscriptis celebrarentur:tunc enim supradictis deficientibus deficit contractus, *l.contractus.*16. *C.de fide instrum.*

VI. Regula, De instrumento à partibus subscribendo, proponitur *d.l.*16.*l.scripturas.*11.*in princ. C.qui potiores in pignor.*Huius exceptio est : Nisi literas nesciant, approbatur ipso iure, verum replicatio est: Nisi alius pro eo non subscripserit , *l. libellorum.*3.*§.item subscribere. ff. de accusationibus. & Nouell.cap.*73.*§.oportet autem.*

V. DE EXCEPTIONIBVS CONTRA INSTRUMENTA.

Regulariter quidem instrumenta probant,*l. in exercendis.*15.*C.de fide instrum. M.I.P. d. lib.* 2. *cap.* 13. *reg.*1.*in pr.M.I.P.d.cap.*12 *reg.* 5. Huius autem regulæ exceptiones sunt,quæ sequuntur.

I. Exceptio: Nisi instrumentum non sit solenniter factum, testibus adhibitis,& subscriptionibus subiectis, *l.vlt.§.fi.C.si certum petatur. Concordat ea quæ dicta sunt sup.reg.*5.*M.I.P.d.reg.*1.*exc.*1. *M.I.R.d. reg.*5.*except.*1.Sed & huius replicationes vide *ibid. except.*1.*cum sequentibus.*

II. Exceptio: Nisi imperfectum sit instrumẽtum,vel non absolutum. Hæc exceptio species est præcedentis,& approbatur *l. contractus.* 16. *C. de fide instrum.M.I.P.d.regul.*1.*except.*3 *M.I. R.d.reg.* 5. *except.*7.Huius replicatio est: Nisi in ipso contractu non specialiter conuenerit de instrumento super eo conficiendo: tunc enim, quamuis nullum,nedum imperfectum instrumentum existat, nihilominus tamen valet contractus , *de quo vide inf.lib.*15.*cap.*15.*except.*11. Cuius duplicatio est:Nisi de ipso contractu dubitetur: tunc enim, quod huiusmodi instrumentum nihil probet, dubium non est.

III. Exceptio: Nisi instrumentum ab eodem tabellione non sit absolutum, *d.l.* 16. *C de fide instrument. Nouell.c.*44.*in pr.vsque ad §.illud præterea. M. I.P.d.reg.*1.*except.*4.*M.I.R.d.reg.*5.*except.*12.

IV. Exceptio ,Nisi instrumentum à partibus non sit subscriptum, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup.quæst.prox.reg.*6.

V. Exceptio : Nisi signa instrumenti vitiosa sint, vel adulterina. *Nouell.cap.*73.*§.oportet vero. M. I.P.d.reg.*1.*except.*6.

VI. Exceptio: Nisi instrumentum falsum dicatur, *l.iubemus.* 24.*C.de probationib.& l.*2.*in fi. C. de fide instrum.M.I.R.d.reg.*5.*except.*20. Cuius replicatio prima est: Nisi is qui eo instrumento vtitur, veritatem eius probauit, *d.l.*24.*M.I.R. d. except,* 20. *replic.*1.

plic.1. Cuius duplicatio prima est, Nisi falsum sit pronunciatum instrumentum. Ratio est: quia res iudicata pro veritate habetur. Huius triplicatio est: Nisi inter alios instrumentum falsum sit pronunciatum, *l.2.C.de fide instrumentorum.* Altera duplicatio est: Nisi cum desideretur instrumentum rursus produci, vt falsum dici possit: is qui eo vtitur, illudque antea approbauit, id rursus producere nolit, *l.cum quidam,20. C.d.tt.* Secunda replicatio est: Nisi comparatione literarũ instituta, literæ inter se similes appareant: De hac re tractabitur *inf.eod.cap quæst.7.*

VII. Exceptio: Nisi comparatione literarum instituta, literæ dissimiles inter se reperiantur, approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est: Nisi testes cum instrumento consentiant, *Nouell.c.73.§.1.& § certe si tale.*

VIII. Exceptio: Nisi is qui instrumento vtitur, antea id falsum esse confessus sit, neque eo se vsurum dixerit, *l.si aduersarius, 3. C. de fide instrument. M.I.P.d.reg.1.except.9.M.I.R.d.reg.5.except.22.*

IX. Exceptio, Nisi instrumentum de alio loquatur, quam qui eo vtitur, *l.ad probationem. 21. in princ.C.de probationibus.*

X. Exceptio, Nisi exemplum instrumenti, nõ ipsum instrumentum producatur, *l.2.ff. de fide instrum.M.I.P.d.reg.1.except.10.M.I.R.d.reg.5.except.23.* vbi etiam distinguitur. Huius replicatio prima est: Nisi manu commentariensis sit annotatum, *l.in fraudem 45.§.quoties apud ff.de iure fisci.* Altera: Nisi tutores, instrumentis seu chirographis exustis, ex inuentario probent, *l.chirographis.56.in pr. ff.de administ.tutorum.*

XI. Exceptio: Nisi quid contra voluntatem alterius partis sit adscriptum in instrumento, *l.cum precibus,18.C.de probationibus.*

XII. Exceptio: Nisi error interuenit, & contrarium probetur, *l.illicitas,6.§. veritas. ff. de officio præsidis,l.2.C.de errore calculi.l.si librarius, 92.ff. de regulis iuris.*

XIII. Exceptio, Nisi aliud actum, aliud scriptũ sit, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. except. prox. l. 1.cum quatuor legibus sequentibus, C.plus valere quod agitur, item l.quamuis, 4.cum duabus sequentibus. C. si quis alteri vel sibi sub alterius, l.si ancillam,7.C.de contrahend. empt. l.si cum 17.C.ad S.C.Velleianum.l.cum ea.21.C.de transactionib. M.I.R.d.reg 5.excep. 20.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi id quod in veritate agitur, ipso iure non subsistat. *l.Lucius. 27.ff.depositi.* Cuius duplicatio est: Nisi in fraudem legis aliud actum, aliud scriptum sit. *Quæ duplicatio approbatur exemplo eorum quæ habentur inf.lib. 12.cap 3.except.19.repl.5.dupl.1.* Altera proponitur *l. si alij 19.ff.de vsu & vsufr.leg.*

XIV. Exceptio: Nisi abundans quid in instrumento sit scriptum, reprobatur. *non solent. 94.ff. de regulis iuris, l. verba superflua: 37. C. de donationibus, l.testamentum, 17.C.de testamentis,l.pediculu.33.§. Laleo.ff.de auro legato. M.I.R. lib.5.cap. 15. in verbo Superflua.*

XV. Exceptio, Nisi pugnantia in eodem instrumento inueniantur, *l. vbi pugnantia, 148.ff. de regulis iuris.*

XVI. Exceptio: Nisi diuersæ scripturæ proferantur. *l.scripturæ.14.C.de fide instrumentorum.M.I.P. d.reg.1.except.11.*

XVII. Exceptio, Nisi pecunia non sit soluta, *de hac exceptione vide inf.lib.24.cap.4.item inf.eod. ca. qu. 8.except.3.*

XVIII. Exceptio: Nisi priuata sit scriptura, *Vide sup.cap.prox.q.3.except.12.*

XIX. Exceptio, Nisi plures causæ plurium debitorum in eodem instrumento contineantur, reprobatur *l.eo quod.10.C.si certum petatur.*

VI. DE EXHIBENDIS instrumentis.

1. Vbi exhibenda.

Regulariter apud iudicem, apud quem litigatur, instrumenta producenda: verum ex causa etiam alibi produci & exhiberi possunt, *l.iudices, 17. C.de fide instrum.M.I.P.lib.2.c.13.reg.2.*

2. Quoties exhibenda, definitur *l. cum quidam 20.C.eod.tt.* Plura de exhibendis instrumentis vide sup.*c.10.*

VII. DE COMPARATIONE literarum.

1. An & ex quibus causis comparatio literarum instituenda.

Si falsum dicatur instrumentum, & manus eius qui scripsisse dicitur, esse negetur, aliaque eius probandi argumenta deficiant; tunc ad comparationem literarum confugiendum, *Nouell.ca. 73. §.certe si ad vnum.* vbi causa proposita partim approbatur, *cui accedit M. I. R. d. cap.12.reg. 6.* partim distinguitur. Nam prima eius exceptio est; Nisi alio modo fides instrumento fieri possit: puta testibus præsentibus, vel tabellione qui illud conscripsit, his enim præsentibus, & fidem instrumenti approbantibus, comparatione literarum opus non est, *d.§.certe si ad vnum, in prin. §.si vero neque numerator.in fin.§.si nemo,& §.vt autem omnino.* Secunda exceptio est: Nisi instrumentum actis sit insinuatum. *d.§.certe si ad vnum.*

2. Antecedentia comparationem literarum.

Prima regula, De animaduertendo, an alia ratione fides instrumenti constare possit, proponitur *d.c.75.§.certe si ad vnum.*

Altera regula, De iureiurando ab eo qui instrumentum profert, & ab aduersario, item aliis qui comparationem faciunt præstando, quod nullus peruersitatis sibi sint conscii, nihilque dolo egerint, &c. proponitur *d.§.certe si ad vnum.vers. etsi fidem.§.si nihil aliud. & §.vt autem omnino.l. comparationes.19.in fin.C.de fide instrum.Nouell.cap. 50.§. porro & illud, in fin.*

3. Adiuncta comparantis officia.

Prima regula: Cum summa & exactissima diligentia comparatio procedere debet, *Nouell. cap. 73.§.certe si ad vnum.vers.vt tamen cum summa.*

Altera regula: Ne temere credatur comparationi literarum, proponitur *d.cap.73.§.oportet vero, & §.1.*

4. Cum quibus comparandum instrumentum?

Cum iis quæ publice, non priuatim conscripta sunt, comparatio facienda, *l. comparationes, 19. in princip.C.de fide instrum.* Huius exceptio prima est: Nisi priuata scriptura trium testium subscriptionibus & testimonio sit confirmata, *d.l.19.* Secunda: Nisi in semetipsum chartam conscriptam quis

quis proferat, reprobatur *d.l.19.* Tertia: Nisi ex scriptura ab aduersario prolata comparationem fieri quis desideret. *Nouell.c.50.§.porro & illud.*

5. Quorum comparatio facienda?

Non solum instrumenti, sed & subscriptionũ examinatio & comparatio fieri debet, *Nouell. cap. 73.§.si nemo horum.*

6. Adfinia remedia.

Primum adfine remedium est, testimonium tabellionis, & eorum qui subscripserunt, *de quare dictum sup.ead.quæst.7.memb.1.except.1.*

Alterum: Si instrumentum apud acta insinuatum sit, *d. cap. 73. §. atque his contrahentes.* Hæc de comparatione literarum.

VIII. DE SPECIEBVS INSTRUMENTORUM.

1. Species, De apochis. Apocha regulariter solutionem probat, *l.pecuniæ solutæ. 14.C.de solutionibus.& l.2.C.de apochis pub.* Huius exceptio prima est: Nisi à tribus testibus apocha non sit subscripta, *l.super chirographarijs,17.C.si certum petatur.* Cuius replicationes vide sup. *eod.cap.quæst.4.reg.5.* Secunda exceptio est: Nisi apocham dederit is, cui solui non potest, approbatur simul & distinguitur exemplo serui, *l.vnica. C. de solutionibus & liberationibus deb.ciuit.* Tertia: Nisi debitum non sit solutum: hoc enim casu apocha non liberat, nec solutionem probat, *l.si acceptolatum.19.§.si.ff.de acceptilatione,l.neque scriptura,6.C. de compensationibus. l.si inter,6.C.de solutionibus.l.si obligatum.13.& l.si literarum.23.C.eod. tt.l.ex pluribus,89.ff.eod.tt. M.I.R.l. 2.cap.1.in verbo Numeratio.* Huius replicatio prima est: Nisi id quod non solutum est, at solutum esse scriptum est, sit remissum, *l.interest multum. 21. C. de solutionibus.* Secunda replicatio est: Nisi apocha publicarum functionum gratia sit conscripta, *l. vlt.C.de apochis.l.contractibus,14.§.sed quoniam. C. de non numerata pecunia.* Tertia: Nisi dotem solutam esse conscriptum sit, *d.§.sed quoniam.* Quarta: Nisi intra triginta dies, non soluti debiti exceptio seu querela non sit opposita, *d.l.14.§.super cæteris. M.I.R.lib.5.cap 11.regul.21.repl.6.* Plura de exceptione proposita eiusque replicationibus vide *inf lib. 24. cap.4* Quarta exceptio est: Nisi apocha publica à tabulario non sit subscripta, *l.2.de conueniendis fisci debitoribus.* Hactenus de apochis sit dictum.

II. Species, De antapochis, proponitur *l. plures.18.C.de fide instrumentorum.*

DE TESTIBVS.

CAP. XIX.

PRimo: De vsu testium proponitur *l.1.in prin.ff. de testibus.*

II. DE PRODVCENDIS ET EXAMINANDIS TESTIBUS.

1. AN TESTIS SIT EXAMINANDUS.

Regulariter quidem testem productum examinandum esse non dubitatur, *M.I.R.lib. 2. cap. 13. regul.1.* verum huius regulæ exceptio prima videtur esse: Nisi testis examinari & testimonium dicere nolit. Sed reprobatur ipso iure: admittitur tamen in quibusdam casibus, de quibus dicetur *inf.quæst.3.reg.3.* Secunda exceptio est, Nisi is qui producit testes, antea de eadem re testes produxerit, *de quo vide paulo inf.quæst.5.* Tertia, Nisi superflua testium multitudo producatur, *l. 1. §. fin. ff.de testib.M.I.P.lib.2.cap.14 regul. 13. M.I.R.d.regul.1. except.7.* Quarta: Nisi testis non sit idoneus, approbatur exemplo *l.parentes.5.C.de testibus.* Item alio. *Nouell.c.90.§.insuper si quis, M.I.R.d. reg. 1. except. 2.* Declaratur *per ea quæ proponentur inf. de exceptionibus aduersus testes.* Plane huius replicatio est, Nisi de eo dubitetur, an sit testis idoneus, tunc enim nihilominus est examinandus, & quæstio ad exceptiones reseruanda. *Nouell.cap.90.§.enimuero. & §. insuper.M.I.R.d.except.2.repl.1.*

2. VBI TESTES PRODVCENDI & examinandi?

Regulariter apud ipsum iudicem, vbi causa agitur, testes producendi & examinandi sunt. *l. testium fides.3.§ idem diuus Hadrianus.& §.Caninio. ff. de testib. M.I.P.d.cap.14.reg.1.M.I.R.d.cap.13.reg.3.* Huius exceptio prima est: Nisi testes longe absint: tunc enim ibi, vbi sunt, examinandi sunt, *d. l. 3. §. testes.l.iudices.17.in princ.C.de fide instrum. Nouell. cap. 90.§.porro quoniam. M.I.P.d.reg.1.except. 1. M. I. R. d. reg.3.except.3.* Cuius replicatio prima est, Nisi causa in qua testes examinandi sunt, criminalis sit: tunc enim omnino apud ipsum iudicem sunt examinandi, *d.§.porro quoniam, vers.his omnibus intelligendis M.I.R.d.cap.13.regul.4.except.1.* Altera replicatio est, Nisi consuetudine receptum sit, vt etiam absentes euocentur, *d.l.3.§.fin.ff.de testib.* Hæc de prima exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est, Nisi episcopus testis producatur, *Nouell.cap.123.§.præterea nulli. M.I.P.d. reg.3.except.4.*

2. ANTECEDENTIA.

I. Regula, De impendiis testibus à producẽte præstandis, proponitur *d.l.3.§.Caninio.l. quoniã. 10.C.eod.tt.l.eos qui.9.§.si quis autem. C. de appellationib. M.I.R.d.cap.13.reg.15.*

II. Regula, De vocando aduersario ad productionem & examinationem testium, constituitur *Nouell.cap.90.§.scimus.M.I.R.d.cap.13.reg.12.*

III. Regula, De testibus inuitis cogendis. Si testis testimonium ferre nolit, cogendus est, *d. Nou.c.90.§.præterea. M.I.P. d.c.14.regul.9. M.I. R. d. c.13.reg.17.* Huius exceptio prima est, Nisi parens aduersus filium, vel contra producatur testis, *l. parentes.5. C.de testib.M.I.R.d.reg.17.except.1.* Secunda: Nisi quis testimonium dicere nolit aduersus socerum, generum, vitricum, priuignũ, &c. Hæc multiplex exceptio cum aliis similibus approbatur *l.lege Iulia.4.ff.de testib.M.I.P.d.reg.9.exc.1.& M. I. R.d.exc.1.* Tertia: Nisi aduersus sponsum filiæ, vel sponsæ patrem, testimonium ferre nolit, *l.in legib. 5.ff.eod.tt.M.I.P.d.reg.9.exc.2.* Quarta: Nisi testis senex sit, valetudinarius, miles, cum magistratu absit, vel ei euenire non liceat. *l.inuiti.8.ff.de testib. M. I.R.d.reg.9.except. 4.* Quinta, Nisi testis publicanus sit, absit, vel quid exercitui præbendum conduxerit, *l.inuiti.19.ff.d.tt.M.I.P.d.reg.9.except. 5.* Sexta, Nisi testis pupillus sit. *d.l.19.in fi.M.I.P.d. reg.9. exc.6.* Septima, Nisi testis in magistratu sit, reprobatur *l.ob carmen.21.§.1.ff.eod.tt.M.I.P.d.regul. 9.except.7.* Octaua; Nisi testis mediator fuerit, approbatur

batur quidem ipso iure, *M.I.R.d.regul.17.except.14.* verum eius replicatio est; Nisi aduersarius consentiat mediatorem testem produci. *Nou.c.90.§. præterea quoniam. M.I.R. d.except.14.repl.1.* Nona exceptio est: Nisi testis de domo seu familia aduersarij sit. *l.nimis graue.6.C.de testibus. M.I.P. d.reg.9. except.8.* Contradicit *M.I.R.d.reg.17.except.2.* Decima, Nisi is qui testem producit, sumptus itineris non præstet, approbatur *per ea quæ habentur sup. ead.quæst.regul.1.* Vndecima: Nisi testis per quindecim dies iudicem examinaturum expectauit frustra. *l.si quando.15.§.sed cum minime. C. de testibus. M.I.R. d.reg.17. except.10.* Duodecima, Nisi testis semel testimoninm perhibuerit, hoc enim casu non videtur amplius cogendus, *l. cum apud. 16. C. eod.tt.* Decimatertia; Nisi testis episcopus sit. *l.nec honore.7.C.de episcopis & clericis.M.I.P.d.reg.9.except. 9.* Decimaquarta, Nisi libertus contra patronum testis producatur. *l.libertorum.11.C.de testibus.M.I.P. d.reg.9.except.3.*

IV. Regula; Quomodo testis inuitus cogendus sit, definitur *l.si quando.15.in prin. C.d.tt.M.I.P. d.cap.14.reg.10.M.I.R.d.cap.13.reg.18.*

4. MODVS ET ADIVNCTA TESTIUM examinandorum.

I. Regula, De iureiurando à testibus præstando, proponitur *l.iurisiurandi religione.8.in prin. C. de testibus.M.I.P.d.cap.14.reg 11.*

II. Regula, De torquendis testibus dictum est *sup.lib.prox.cap.16.quæst.2.*

III. Regula, De obseruanda voce testis, item constantia & trepidatione, habetur *l.de minore.10. §.plurimum.ff.de quæst.*

5. QVOTIES TESTES PRODUCI POSSINT?

Hæc quæstio definitur *Nouell.c.90.§. quia vero, vsque ad §.porro.* Alia propositæ quæstionis regula proponitur *l.cum apud.16.C.de testibus. M.I.P.d. cap. 14. reg. 4. exception. 1. & M.I. R. d. cap. 13.reg.1.except.1.*

6. EVENTVS ET CONSEQVENTIA examinis testium.

I. Regula, Si testis ob dicendum testimoniũ quid acceperit, pœna falsi coercetur, *l.1.§.1.ff.ad l. Cornel.de falsi.*

II. Regula, Si testis falsum testimonium præbuerit, pœna falsi coercetur, *per ea quæ dicta sunt sup.lib.prox c.28.q.1.causa 19.*

III. Regula; Si contraria inter se testes dixerint testimonia, falsi pœna coercentur. *d. cap. 29. quæstione 1.causa 20.* Hæc de examine testium sint dicta.

III. DE EXCEPTIONIBVS contra testes.

Regulariter quidem testes probant, vel saltem præsumptionem inducunt, *l.testium fides.3.in prin. ibi.nam si careat.ff.de testibus.l.ob carmen 21.§.sic testes. ff.eod.tt.M.I.P. d.cap.14 reg.23.in princ.M.I.R.d.cap. 13. reg.37.* Verum huius regulæ exceptiones plures sunt nunc proponendæ.

I. Exceptio, Nisi non sit legitimus testium numerus, approbatur exemplo *l. testium facilitatem. 14. C. de testibus.* Item alio *Inst. de fideicommissariis hæred §. & quia prima M.I.P.d.reg.23.except. 1. M.I.R. d.regul.37.except.1.* Sane quis sit legitimus testium numerus, quæri solet; Regulariter igitur duo testes sufficiunt, nisi specialiter amplior numerus à legibus in causa proposita sit constitutus, *l. vbi numerus.12.ff.de testibus. M.I.P.d. except.1. & M.I.R.d. except.1.*

II. Exceptio: Nisi vnicus tantum sit testis. Hæc exceptio species est præcedentis, & approbatur *l.iurisiurandi.8.C.de testib. l. maritus quidam 20. ff.de quæstionib.M.I.P.d.regul.23.except.c.2.M.I.R.d.regul.37.except.2.*

III. Exceptio: Nisi testis fides vacillet. *l.1.in prin.& l.2.ff.de testib.M.I.R.d.reg.37. except.73.*

IV. Exceptio: Nisi testis homo sit notatus & reprehensibilis, humilis & abiectus, *l. testium fides.3. in princip. & §. lege Iulia in fine, ff. de testibus. Nouell cap.90.§.corroborantes. l. eos testes. 4. C de testibus. M.I.P.d.regul.23.except.3.M.I.R.d.reg.37.except.3.cum seq.*

V. Exceptio: Nisi testis ob testimonium dicendum vel non dicendum, pecuniam accepisse conuictus fuerit. *d.l.3.§.lege Iulia. M.I.P.d.reg.23.except.7.M.I.R.d.reg.47.except.7.*

VI. Exceptio: Nisi testis in vinculis sit, vel in custodia publica. *d.§.lege Iulia. M.I.P. d.regul. 23. except.8.*

VII. Exceptio: Nisi testis iudicio publico reus sit. *l.in testimonium.20.ff.de testibus. M.I.P.d.reg.23.except.9. M.I.R.d.reg 37.except.10.*

VIII. Exceptio: Nisi testis publico iudicio damnatus sit. approbatur cum aliis similibus, *d.l.§. lege Iulia M.I.P.d.reg.23.except.10. M.I.R.d.reg.37.except.11.* Exemplum proponitur *l.scio quidem.14.l.repetundarum.15.& l.ex eo.18.ff.eod.tt.* Huius replicatio est; Nisi damnatus in integrum sit restitutus. *elicitur ex d.l.3.§.lege Iulia.ibi, qui eorum.ff.d.tt.*

IX. Exceptio: Nisi testis in publico iudicio calumniæ sit damnatus. *l.quæsitum scio.13.ff.eod.tt.*

X. Exceptio: Nisi testis ob carmen famosum sit damnatus. *l.ob carmen.21.in prin.ff.d.tt.M.I.P.d.regul.23.except.11.*

XI. Exceptio: Nisi testis hæreticus sit. approbatur simul & distinguitur *l.quoniam.12.C.de hæreti is. M.I.P.d.reg 23 except.12. M.I.R.d.regul.37.except. 12.* Huius replicatio est: Nisi hæreticus cõtra hæreticum ferat testimonium, *d.l.12. vers. inter se autem.* Cuius duplicatio proponitur *ib dem, vers. Exceptis scilicet iis quos vel Manichaicus furor. M.I.R.d.except.12 repl.1.* Secunda replicatio est: Nisi in testamento vel in contractu hæreticus testis interueniat. *d l.12.ve s.cæterum si.* Tertia: Nisi pro orthodoxo hæretici s testimonium ferat. *Nouell.c.45.§. enimvero. M. I .P.d.except.12.repl.3.*

XII. Exceptio: Nisi testis pauper sit. *l.testium fides.3 in prin.ff.de testib.M.I.P.d.reg. 23. except.18. M.I. R.d.reg.37.except 16.*

XIII. Exceptio: Nisi testis seruus sit. *Nou.c.90. §.enimvero.M.I.P.d reg.23.except.19.* Huius replicatio est; Nisi alia probatio desit: tunc enim seruus testis admittitur. *l.serui responso.7.ff.de testibus. M.I.P. except.16.repl.1.* Cuius duplicatio est: Nisi pro domino suo, vel contra dominum suum testimonium ferat. *l.seruos. 7.C.eod.tt.l.1.§.Diuus Antoninus, §. Antoninus. & §. si serui, ff. de quæstio. l. Diuus Pius. 9.§.ex quibus. & l. vnius. 18. §. seruo, ff. d.tt. M.I.P. d. replic.1.duplic.1.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi de suo facto seruus testetur. hoc enim casu valet

su valet eius testimonium, quamuis domini causa agatur, *d.l.seruos.7.versic.pro facto autem suo.l.1.§. diuus Hadrianus. ff. de quæstionib. item l.12. & l.15.C.eod. tt.* Cuius exemplum habetur *l.cum probatio.7.ff. de probationibus.*

XIV. Exceptio: Nisi testis se ad bestias, depugnandi gratia locauit, *l.testium fides.3.§.lege Iulia.ff. de testib.M. I. P.d.reg.23.except.20.*

XV. Exceptio; Nisi mulier testis sit, reprobatur *l.ex eo.18.ff.d.tt.& l.qui testamento. 20. §. mulier. ff.qui testamen facere possunt.M. I. P.d.reg.23.except.21.* vbi controuertitur. *M.I.R.d.regul.37.except.17.* Plane admittitur in testamento: de qua re vide *inf.lib. 9.c.7.except.26.*

XVI. Exceptio: Nisi testis mulier palam corpore quæstum faciat, *d.l.3.§.lege Iulia. M.I.P. d. reg. 23.except.22.M.I.R.d.reg.37.except.18.*

XVII. Exceptio; Nisi testis minor sit viginti annis, *d.l.3.§.lege Iulia vers. quiue impubes erit.l. inuiti.19.& l.in testimonium.20.ff.eod.tt.l.ex libero.15.§.1. ff.de quæst. M. I. P. d.reg.23.except. 23. M.I.R.d. reg. 37. except.19.*

XVIII. Exceptio; Nisi domesticus testis sit, & cui imperari potest, vt testis fiat, *l.2.C. de testib. l. idõnei.6.l. testiũ.9.& l.testes.24.ff. eod. tt, M. I. P. d. reg. 23.except.26.M.I.R. d reg.37.except.25.*

XIX. Exceptio; Nisi testis amicus sit eius pro quo testimonium dicit, *l.testium fides.3.in princ.ff. d. tt.M.I.P.d.reg. 23.exception.27. M. I. R. d. reg. 37. except.38.*

XX. Exceptio: Nisi testis inimicus sit eius, contra quem testimonium fert. *Nouell.c.90.§. insuper. d.l.3.in princ.versic.vel an ei inimicus M.I.P.d.reg.23.except.28. M.I.R. d.reg.37.except.39.* Huius replicatio est: Nisi causa cognita iudicialiter videatur, *l.1.§. præterea ff.de quæst.*

XXI. Exceptio, Nisi testis ab eo, contra quem testimonium profert, proditus sit, traditus, vel custoditus, approbatur certo modo *d. l. 1. §. cum quis latrones. l.sicuti.4.C.eod.tt.*

XXII. Exceptio: Nisi testis antea in eundem reum testimonium dixit, *l.produci. 23. ff. de testibus M.I.P.d.reg 23.except 29.M.I. R.d.reg.37.except. 44.*

XXIII. Exceptio: Nisi plures testes ex eadem domo producantur, reprobatur *l.pater & filius.17. ff.eod.tt.M.I.P.d.reg.23.except.30.*

XXIV. Exceptio; Nisi pater contra filium, vel filius contra patrem testis producatur, *l.parentes.5. C.d.tt.M.I.P.d.reg.23.except.31.*

XXV. Exceptio; Nisi seruus contra dominum testimonium perhibeat, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup.except.13.in fi.*

XXVI. Exceptio: Nisi libertus contra patronum testis existat, *l.libertorum.11.C.de testibus. M. I. P. d. reg.23.except.32.*

XXVII. Exceptio: Nisi testis ab eo, eiusue contra quem testimonium perhibet parente, se liberauerit, *l.testium fides.3.§.lege Iulia.ff.de testibus.M.I.P. d.reg.23.except.40.*

XXVIII. Exceptio; Nisi testis in ea causa, in qua testimonium perhibet, patronus vel executor fuerit, *l.vltim.ff.eod.tt.M.I.P. d.reg.23.except.41. M.I. R.d.reg.37.except.45.*

XXIX. Exceptio: Nisi testis negotio non interfuit: vel casu, non rogatus interuenit. *Nouell. cap.90.§.& quamuis, vsque ad §.si eiusmodi.* Cui contradicere videtur *l.ad fidem.11.ff.de testibus. M.I.P. d. regul.23.except.44.*

XXX. Exceptio, Nisi de propria causa quis testimonium perhibeat, *l.nullus.10.ff.eod.tt.M.I.P. d. reg.23.except 45.M.I.R.d.reg.37.except.48.* Quæ autem sit res vel causa propria, definitur *l.1.§.in propria.ff. quando appellandum sit.*

XXXI. Exceptio, Nisi de ingenuitate testimonium feratur, *l.1.C.de testibus.*

XXXII. Exceptio: Nisi de ciuili vel criminali causa testimonium perhibeatur, reprobatur *l.1.§. 1.ff.eodem tt.*

XXXIII. Exceptio: Nisi de solutione quæratur: hæc enim per testes probari non potest, approbatur simul & distinguitur *l.testium facilitatem. 14. C.d.tt. Nouell. cap. 90. §. & quamuis. M.I.P.d.reg.23. exc.47. M.I.R.d.regul.37.except. 100.* Huius replicatio prima est: Nisi sine scriptis debitum sit contractum: tunc enim etiam sine scriptura solutio debiti potest probari, *d.l.14.versic. vt qui in scriptis à se debita retulerint & d.§. & quamuis. M. I. R. d. exception.100.repl.1.* Secunda: Nisi quinque testes sint, per quos solutio probetur, *d. l. 14. vers. nisi quinque testes idonei.* Cuius duplicatio prima habetur ibidem, Nisi scilicet testes non fuerint præsto solutioni celebratæ, *d.§. & quamuis.* Altera duplicatio est: Nisi testes non fuerint rogati, *d. §. & quamuis.* Tertia replicatio est: Nisi tempore latæ constitutionis, solutio sine scriptis sit facta, *d. l. 24.versic.his scilicet qui iam.* Quarta: Nisi solutione per scripturam celebrata, scriptura fortuito casu sit amissa, *d.l.14.vers. si vero facta.* Plura de exceptione proposita vide *sup. cap. 17.quæstion.3. de solutione probanda.*

XXXIV. Exceptio: Nisi absente aduersario testes sint examinati, *Nouell. cap. 90. §. scimus. M.I.P. d.reg.23.except.48.M.I.R.d.reg.37.except.56.* Huius replicatio est; Nisi aduersarius citatus adesse noluerit, *d.§.scimus, vers. si interesse nolit. l. si quando, 15. §.sed cum minime, versic. & altera parte cessante. C. de testibus. M.I.R. d.except.56.repl. 6.* Cuius duplicatio est: Nisi non per contumaciam, sed ex iusta causa aduersarius absit; *d. versic. si interesse nolit. M. I. R. d. repl 6.dupl.1.*

XXXV. Exceptio: Nisi testis examinatus non iurauerit, *l. iurisiurandi religione.8.in princip. & l. testium.14.versic. hique cum sacramenti religione, C. de testibus. M.I.P.d.reg.23.except.49.M.I.R.d.regul.37. except.58.*

XXXVI. Exceptio: Nisi non apud ordinarium, sed compromissarium iudicem testes sint examinati, approbatur simul & distinguitur *l. cum apud. 16.C.de testib.M I.P.d.reg.23.except.51.dist.2.*

XXXVII. Exceptio: Nisi non viua voce, sed in scriptis testimonium ferat testis, *l.testium fides.3.§. idem diuus, & §.Caninio.ff.de testib.M.I.P.d.reg. 23. except.52.M.I.R.d.reg.37.exc.71.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi contraria inter se vel diuersa testes deposuerint, vel variauerint, subsistit quidem ipso iure: *M.I.P. d. reg. 33.except. 53. M. I.R. d. reg. 37. except. 73.* verum eius replicatio est: Nisi non vnus contraria sibi deposuerit, sed plures, tunc enim ei quod credibilius est, standum, *l. ob carmen.21.§.si testes.ff.eod.tt.Nouell.cap. 90.§.si qui plane, l.lege Iunia.24 ff.de manumissis.M.I.P.d.except.53. repl.1.M.I.R.d.except.37.repl.13.*

XXXIX. Ex-

XXXIX. Exceptio: Nisi testis rationem suæ scientiæ non reddiderit, approbatur *teste Accursio l. solam testationem 3. C. de testibus. M. I. P. d reg. 23. except. 56. M. I. R. d. reg. 37. except. 81.* Hæc de exceptionibus aduersus testes sint dicta. Sed & aliæ exceptiones permittuntur arbitrio iudicis, *d. l. 3. §. 1. ff. d. tt. l. quæsitum scio. 13. §. 1. ff. de testib. l. de minore. 10. §. plurimum. ff. de quæstionibus.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane exceptiones hactenus propositæ, quæ quidem sumuntur ex persona testis, eliduntur replicatione generali hac: Nisi is qui contra personam testis excipit, antea eodem teste in alia causa sit vsus: hoc enim casu exceptio illi deneganda, approbatur simul & distinguitur *l. si quis 13. C. de testibus. M. I. P. d. regul. 23. in fine, repl. gener. 1. M. I. R. d. regul. 37. in fine, repl. gener. 1.* Ratio eadem est, quæ edicti prætoris, Quod quisque iuris in alterum statuit, vt ipse eodem iure vtatur. *l. 1. §. 1. ff. quod quisque iuris.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi ostenderit inimicitias inter se & testem postea interuenisse. *d. l. 13.* Secunda duplicatio est: Nisi non aduersus personas, sed aduersus dicta testium excipiatur, *d. l. 13. vers. non adimenda scilicet ei licentia.* Tertia: Nisi testes pecunia vel pollicitatione corrupti doceantur. *d. l. 13 vers. sed & si liquidis.* Hæc de testibus & testimoniis sint dicta.

DE CONFESSIS ET INTERROGATIONIBUS *in iure faciendis.*

CAP. XX.

DE CONFESSIS, ET ACTIONE quæ datur ex confessione.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS, SEV EFFECTUS confessionis.

CONfessus pro iudicato habetur, competitq; aduersus eum ex sua ipsius confessione actio. *l. 1. l. Iulianus, 3. in fin. l. certum. 6. §. si alia. ff. de cõfessis. l. vnica. C. eod. tt. l. 2. § 1. l. si quis. 7. & l. si quis. 8. ff. de interrogationibus in iure faciend. M. I. P. lib. 2. cap. 15. reg. 1. M. I. R. lib. 2. cap. 14. reg 2. in prin.* Propositæ regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi alius quam is qui ex confessione conuenitur, confessus sit, approbatur ipso iure secundum regulam vulgarem, Quod res inter alios acta alis præiudicet, nec alterius conditio per alterum deterior fieri possit. *M. I. R. d. reg. 2. except. 1.* Verum eius replicatio esse videtur: Nisi alius qui confessus est, procurator, tutor, curator vel defensor sit eius qui conuenitur. Sed reprobatur *d. l. 6. §. sed an & ipsos. ff. de confessis.* Exemplum proponitur *l. vlt. in prin. ff. de actionibus & obligationibus. M. I. R. d. except. 1. repl. 1.* Plane hoc casu ipse procurator, tutor, curator vel defensor, qui alium fecisse confessus est, tenetur. *l. si sine. 9. §. Celsus. ff. de interrogationibus in iure faciendis. l. proinde. 25. §. si procurator. ff. ad l. Aquiliam.*

II. Exceptio; Nisi pupillus aut minor ætate confessus sit, *l. certum. 6. §. in pupillo. ff. de confessis. M. I. R. d. reg. 2. except. 2.* Huius replicatio prima est: Nisi tutoris vel curatoris authoritate interueniente confessus sit. *d. §. in pupillo.* Altera replicatio est: Nisi minor sit pubes. Cuius duplicatio est, quod puberi contra suam confessionem per in integrum restitutionem succurratur. *d. leg. 6. §. minorem.*

III. Exceptio: Nisi falsum esse id quod confessus est, doceatur, reprobatur exemplo *l. si is. 4. ff. eod. tt.* Alio *l. de ætate. 11. §. 1. & §. 2. item l. si filius. 12. ff. de interrogat. in iure faciend.* Plane exceptio proposita admittitur in casibus, qui proponuntur in exceptionib. proxime sequentibus. Sed & admittitur in confessione extraiudiciali. *de quo dicetur inf. except. 14.* Eiusque exemplum habetur *l. cum de indebito. 25. §. fi ff. de probationibus.*

IV. Exceptio: Nisi id quod confessus quis est, nec ius nec natura admittat. *l. si is. 14. in prin. & §. fi. l. si seruus. 16. in prin. & l. confessionibus. 13. §. & si eum. & §. fin ff. de interrogationib. in iure faciend.*

V. Exceptio: Nisi eius nomine quod quis confessus est, cum alio actio non sit. *d. l. 13. in princip.* Exemplum huius exceptionis est *inf. except. proxim. & except. 18.* Eius autem replicatio est: Nisi quis seruum hæreditarium, suum esse confessus est: hoc enim casu, quamuis nemo sit cum quo agi possit, puta hæreditate nondum adita, nihilominus tamen confessus tenetur. *l. si ante. 15. in prin. ff. d. tt.*

VI. Exceptio; Nisi id quod quis se fecisse confessus est, factum non sit, nec ab eo qui falso confessus est, nec ab alio, approbatur exemplis *l. vnde Neratius. 23 §. fi. cum l. seq. ff. ad l. Aquiliam. l. si is. 4. vers. si tamen. ff. de confessis.*

VII. Exceptio: Nisi incertum quis confessus sit. *l. certum. 6. in pr. ff. de confessis.* Plane hoc casu, vt certum confiteatur, vrgeri potest. *a. l. 6. §. 1.*

VIII. Exceptio; Nisi per errorem & ignorantiam confessus sit. *l. 2. ff. de confessis. l. de ætate. 11. §. ex causa §. qui iusto. & §. fin. ff. de interrogationibus in iure faciend. l. cum fideicommissum. 7. ff. de confessis. l. cum testamentum. 8. cum l. sequent. C. de iuris & facti ignor. l. non epistolis. 13. C. de probationib. M. I. P. lib. 2. cap. 15. regul. 1. except. 2. M. I. R. d. reg. 2. except. 9.* Huius replicatio prima est; Nisi is qui confessus est, non probet contrarium. *approbatur per ea quæ habentur sup. cap. 17. quæst. 2. reg. 1. except. 1.* Secunda: Nisi in iure, non in facto erratum sit. *l. 2. ff. de confessis.* Tertia: Nisi propter culpam latam vel dolo proximam errauit. *l. de ætate. 11. §. qui iusto. in fin. ff. de interrogat. in iure faciend.* Plura de exceptione proposita vide *infr. except. 18. in fin.*

IX. Exceptio; Nisi de maleficio quis vltrò sit confessus. hoc enim casu non semper ei fides habenda. *l. 1. §. si quis vltro. ff. de quæstionib.*

X. Exceptio: Nisi non interrogatus confessus sit. reprobatur *l. si sine. 9. in prin. ff. de interrogationibus in iure faciend.*

XI. Exceptio. Nisi non legitimè interrogatus sit; puta, ab alio quàm debetur, vel de alia re, vel alio tempore, &c. *De hac re vide infr. eod. cap. de interrogat.*

XII. Exceptio; Nisi hac vel illa actione conuentus, confessus sit. reprobatur *l. certum. 6. §. si alia. ff. de confessis.*

XIII. Exceptio; Nisi absente aduersario confessus sit. *l. vlt. ff. de interrog. in iure faciendis. M. I. R. d. reg. 2. except. 10.* Huius replicatio est, Nisi procurator, tutor, vel curator aduersarij fuerit præsens.

l. certum

l. certum. 6. §. si quis absente. ff. de confessis. M. I. R. d. except. 10. repl. 1.

XIV. Exceptio: Nisi non in iure, sed extra sit confessus, approbatur simul & distinguitur *l. voluit. 4. §. fin. & l. 1. §. fin. & ibi glossa ff. de interrogat. in iure faciend. M. I. R. d. reg. 2. except. 12.* Huius replicatio est: Nisi confessus non probet contrarium. *approbatur per ea quæ dicta sunt supr. eod. lib. cap. 17. quæst. 2. reg. 1. except. 1. M. I. R. d. except. 12. repl. 1.* Est igitur hæc inter confessionem iudicialem & extraiudicialem differentia, quod in confessione iudiciali non admittatur probatio in contrarium. *de quo dictum paulo superius except. 3.* In extraiudiciali autem confessione admittatur; quia non actionem, nec exceptionem, sed præsumptionem tantum parit, & aduersarium probandi onere releuat: *vt ostensum supr. d. c. 17. reg. 1. except. 1.*

XV. Exceptio: Nisi in causa criminali reus confessus nulla alia probatione vrgeatur. *l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæstionibus.*

XVI. Exceptio, Nisi postea re integra confessum cõfessionis pœniteat *l. de ætate. 11. ff. de interrog. in iure. M. I. P. d. reg. 1. exc. 4. M. I. R. d. reg. 2. exc. 21.*

XVII. Exceptio: Nisi confessus factum ex quo agitur, exceptione vtatur. *l. non vtique. 9 ff. de exceptionibus. Concordat infr. except. proxim. Vide item supr. lib. proxim. cap. 16. quæst. 8. reg. 3. except. 1. M. I. R. d. except. 22.*

XVIII. Exceptio: Nisi in principali causa, in qua confessio facta est, actor per exceptionem submoueri potuit: hoc enim casu per eandem exceptionem ex confessione agens potest submoueri. *l. si filius. 12. §. fin. ff. de interrogat. in iure faciend. M. I. R. d. reg. 2. exc. 24.* Exemplum proponitur. *l. confessionibus. 13. § fin. cum l. seq. ff. eod. tt.* Aliud *l. si ante. 15. §. mortuo ff. eod. tt.* Aliud item *l. vlt. ff. de confessis.* Huius replicatio est, Nisi non tam factum, quam ius confessus sit, hoc est se debere. *l. Iulianus ait. 3. & l. qui Stichum. 5. ff. d. tt. M. I. R. d. except. 24. repl. 1.* Cuius duplicatio est: Nisi per errorem facti se debere confessus sit. *l. cum fideicommissum. 7. ff. de confessis. M. I. R d. repl. 1. dupl. 1.* Hæc de exceptionibus propositæ regulæ seu actionis sint dicta. Plures vide *infr. eod. cap. de interrogationib. item supr. eod. lib cap. 17. quæst. 3. reg. 3.*

II. QVOMODO CONFESSVS teneatur.

I. Regula, Quasi ex contractu, pro quo pulsabatur, tenetur, *l. de ætate. 11. §. qui interrogatus. ff. de interrogationib in iure faciend.*

II. Regula: Quasi ex re iudicata tenetur. *l. certum. 6. §. sed si fundum. ff. de confessis.*

III. QVIBVS DETVR ACTIO ex confessione?

Iis qui confessum non interrogauerunt, non datur ex confessione acti. *l. vlt. ff. de interrogationibus.*

IV. ADVERSVS QVOS DETVR actio?

De procuratore & tutore confitente, & ipso domino litis, proponitur *supr. quæst. 1. except. 1.*

V. QVID VENIAT IN HAC actione petendum?

I. Regula, Si respondit se hæredem, nec adiecit pro qua parte, in solidum tenetur. Idem est, si & alio modo obscure confessus est. *de qua re dicetur infr. eod. cap. de interrogationib. quæst. 6.*

II. Regula: Si non restituat, lis æstimabitur. *l. certum. 6. § si alia quacunque. ff. de confessis.*

VI. QVANDO COMPETAT actio?

De tempore ad solutionem ei qui confessus est danda, proponitur *d. §. si alia quacunque. d. l. certum. 6. §. fin. l. si debitori. 21. ff. de iudiciis. l. debitoribus. 31. ff. de re iudicata.*

VII. EVENTVS ACTIONIS PROpositæ & confessionis.

I. Regula: Nullæ partes iudicantis in confitentes sunt. *l. proinde. 25. §. fin. cum l. seq. ff. ad l. Aquiliam. M. I. R. lib. 2. cap. 14. reg. 2. in prin.*

II. Regula: Liberatur verus debitor. approbatur exemplo *l. si quis 8. ff. de interrogationibus. l. qui seruum. 20. in prin. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi causa, in quo confessio facta est, talis sit, vt vno condemnato non liberetur alter. *d. l. 20. in prin.* Cuius replicatio est: Nisi is qui confessus est, defendendi veri debitoris causa confessus sit, tunc enim eo conuento liberatur etiam verus debitor. *d. l. 20. vers. nisi quasi defensor eius.* Secunda exceptio est: Nisi confessus per exceptionem tutus sit. approbatur exemplo *l. confessionibus. 13. §. fin. ff. d. tt.* Tertia: Nisi confessus soluendo non sit. *l. qui ex parte 18. ff. eod. tt.*

III. Regula: Confesso tempus ad soluendum est dandum. *de quo vide supr. quæst. prox.*

VIII. ADFINE PROPOSITÆ actionis remedium.

Ex confessione non solum actio, sed exceptio quoque nascitur. *l. quidam 30. in princip. ff. de donationibus.*

DE INTERROGATIONIBVS in iure faciendis.

I. RATIO interrogationum proponitur *l. 1. §. 1. & l. 2. cum sequentibus ff. de interrogationibus in iure faciendis.*

II. CAVSA EX QVA INTERROgatio facienda.

Si dubitetur de aliquo, & probatio difficilis sit, aduersarius interrogandus est: vt vel confitendo, vel mentiendo sese oneret, & ita is cui probandi onus incumbit, eo releuetur. *dictis ll. l. non alienum est. 10. & l. vbicunque. 21. ff. eod. tt.* Huius exceptiones vide *paulo inferius.*

III. QVID SEV DE QVA RE interrogatio facienda?

I. Regula, De interrogando, an & pro qua parte hæres sit, proponitur *d. l. 2. cum seq. l. 1. in prin. & l. voluit prætor. 4. in prin. ff. de interrogationibus in iure faciend.*

II. Regula huius loci proponitur *l. si sine. 9. §. illud quæritur. ff eod tt.*

III. Regula, De interrogando, an hæreditas ex causa fideicommissi ei sit restituta, habetur *d. l. 9. §. fin.*

IV. Regula: Si de peculio agatur, quid interrogandum, definitur *d. §. fin.*

V. Regula: Si damni infecti nomine agatur, quid interrogandum, habetur *l. non alienum. 10. & l. qui seruum. 20. §. fin. ff. d. tt.*

VI. Regula, Interrogatus an fundum possi-

deat, etiam interrogari debet, quota ex parte possideat. *d. l.* 20. §. *in iure.*

VII. Regula, De ætate, habetur *l. de ætate* 11. *in prin. ff. eod. tt.*

IV. ADFINE REMEDIVM.

Adfine remedium interrogationum, sunt actiones interrogatoriæ nunc subiectæ. *l.* 1. §. *interrogatoriis. ff. de interrogationib. in iure faciend.*

V. Qui interrogare possint: item qui interrogandi, vbi & quando, vide *infr. in exception. prox. sequentibus.*

VI. EVENTVS INTERROGATIONVM.

I. Regula, Si interrogatus non responderit, in solidum tenetur. *l. de ætate.* 11. § *qui tacuit. ff. de interrogationibus in iure faciend. M. I. P. lib.* 2. *cap.* 15. *reg.* 2. *M. I. R. d. cap.* 14. *reg.* 16. Huius exceptio prima est: Nisi non iudex, sed aduersarius interrogauerit, reprobatur *l. si sine.* 9. §. 1. *& d. l.* 11. §. *qui interrogatus. ff. eod. tt.* Secunda, Nisi seruus interrogauerit. *d. l.* 9. §. 1. Tertia, Nisi iudicium non subsistat. Cuius exemplum est, si filius cum patre agat. *l. si filius* 19. *ff. de interrogator. act.* Item, si seruus conueniatur. *d.* § 1. Quarta, Nisi interrogatus non suo, sed alieno nomine agat, vel conueniatur. *d. l.* 9 §. *alius.* Plane qui absentis nomine interrogatus non respondit, pœnam non defendentis subit, *de qua re supr. eod. lib. c.* 5. *quæst.* 6. *regul.* 11. *membro* 1 *reg* 2. Quinta, Nisi non in iure, vel apud iudicem sit interrogatus, sed alibi, approbatur simul & declaratur *l. voluit prætor.* 4. §. *fin. ff. de interrog. in iure faciend. l.* 1. §. *interrogatoriis. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi interrogatus tempus deliberandi petat. *l. qui interrogatur.* 5. *cum l. seq. ff. d. tt.* Septima: Nisi interrogatus, an hæres sit, controuersiam hæreditatis patiatur. *d. l.* 6. §. *interdum. ff. eod. tt.* Octaua, Nisi filius, qui se abstineat hæreditate, an hæres sit interrogatus, tacuerit. *l. si filius.* 12. §. *sin autem. ff. eod. tt.* Nona, Nisi de ætate sit interrogatus. reprobatur. *l. de ætate.* 11. *in princ. ff. eod. tt.* Decima exceptio est; Nisi interrogatus sit de causa, ex qua hæres sit: item per quem hæres sit effectus. reprobatur. *l. si sine.* 9. §. *illud quæritur. ff. eod. tt.* Vndecima, Nisi rei vendicatione conuentus, interrogetur pro qua parte res eius sit. *l. in speciali actione.* 71. *ff. de rei vendicatione.* Duodecima, Nisi rei vendicatione, vel alia simili actione conuentus, interrogetur de titulo suæ possessionis, approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. eod. lib. cap.* 17. *quæst.* 2. *regul.* 1. *except.* 6. Decimatertia exceptio est: Nisi actione de peculio conuentus, interrogatus sit, vtrum in potestate filium vel seruum habeat, necne? *l. si sine.* 9. §. *fin. ff. de interrogationibus in iure faciend.* Decimaquarta: Nisi responderit interrogatus. subsistit quidem ipso iure, *M. I. R d. reg.* 16. *except.* 30. verum eius replicatio prima est: Nisi ad interrogatum non responderit. *l. de ætate.* 11. §. *quod autem. ff. d. tt. M. I. R. d. cap.* 14. *reg.* 17. Huius duplicatio est: Nisi interrogatus, an ex dimidia parte hæres sit, responderit: Hæres sum. *d. l.* 9. §. *qui interrogatus.* Secunda replicatio est: Nisi obscure responderit interrogatus. *d. l.* 11. §. *nihil. M. I. R. d. reg.* 17. Tertia: Nisi se hæredem esse vel possidere responderit, nec adiecit pro qua parte vel hæres sit, vel possideat. *d. l.* 9. §. *qui interrog. & l. qui seruũ.* 20. §. *in iure. ff. eod. tt.* Quarta, Nisi respondens se pro parte hæredem, non adiecerit pro qua parte. approbatur ipso iure, verum eius duplicatio est: Nisi pro dimidia parte sit hæres. *d. l.* 11. §. *si interrogatus. ff. eod. tt.* Quinta replicatio est: Nisi interrogatus negauit, estque mentitus. *d. l.* 11. §. *nihil interest. & §. si cum esset. M. I. R d. cap.* 14. *reg.* 20. Huius duplicatio prima est: Nisi sine dolo malo negauerit. *d. §. si cum & §. qui iusto.* Secunda: Nisi is qui negauit seruum in sua potestate esse, pro parte tantum sit dominus, cæterique domini æque sint mentiti. reprobatur *l. si seruus.* 17 *ff. d. tt.* Plures propositæ replicationis duplicat. vide *sup. eod. c. de confess. q.* 1. Hæc de prima regula eiusque exceptionibus sint dicta.

II. Regula: Si interrogatus obscure, vel non ad interrogatum responderit, æque in solidum tenetur, *per ea quæ dicta sunt supr. reg proxim. except.* 14. *repl.* 1. *cum sequentib. M. I. P. d. cap.* 15. *reg.* 3.

III. Regula: Si interrogatus negauit, estque mentitus, æque in solidũ tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt paulo superius reg.* 1. *except.* 14. *replic.* 5.

IV. Regula, Si interrogatus confessus sit, ex ista cõfessione aduersus eum oritur actio. de qua dictum *supra eod. cap. in prin.* Hactenus de confessis & interrogationibus in iure faciendis.

DE IVREIVRANDO.

CAP. XXI.

I. VSVS IVRISIVRANDI, & similia.

PRima regula: Iureiurando deciduntur controuersiæ. *l.* 1. *ff. de iureiurando.*

II. Regula: Iusiurandum assimilatur transactioni. *l* 2. *ff. eod. tt.*

III. Regula: Iusiurandum confertur rei iudicatæ. *l.* 1. *in prin. ff. quarum rerum actio datur. l.* 2. *& l. qui iurasse.* 26. §. *fin. ff. de iureiurando. M. I. R. libro* 2. *cap.* 15. *reg.* 4.

IV. Regula: Iusiurandum confertur nouatione. *d l.* 26. §. *fin.*

V. Regula: Comparatur & solutioni. *l. iusiurandum.* 27. *ff. eod. tt.*

VI. Regula: Acceptilationi confertur iusiurandum. *l. iusiurandum.* 40. *ff. d. tt.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS iurandum?

Si deficiente probatione iusiurandum delatũ sit, aut iurandum, aut causa cadendum est. *l. iusiurandum.* 34. §. *ait prætor. &* §. *datur. & l. manifestæ.* 38. *ff. de iureiur. l. delata.* 9. *C. eod. tt. M. I. P. lib.* 2. *c.* 16. *reg.* 3 *in prin. M. I. R. d. c.* 15. *reg.* 11. Huius exceptio prima est: Nisi alius, non aduersarius iusiurandum detulerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. cap. prox. quæst.* 1. *except.* 6. Secunda: Nisi iusiurandum deferat, qui ad hoc habilis non sit. *l tutor.* 35. §. 1. *ff. de iureiurando.* Plura exempla vide *infr. c. prox. q.* 1. *except.* 5. *cum sequentibus.* Tertia Nisi parenti vel patrono iusiurandum deferatur. reprobatur *l. quoties.* 14. *ff. d. tt.* Quarta: Nisi is cui iusiurandum defertur, iudicium suscipere cogi non possit. approbatur exemplo *d. l.* 35. §. *fin. ff. eod. tt. l. sed & §.* 28. §. *ex quibus. ff. de iudiciis. l. si patronus.* 16. *ff. de iureiurando. l. in contractibus.* 14. §. *illo videlicet*

delicet semper obseruando. C. de non numerata pecunia. Quinta exceptio est: Nisi pupillo deferatur. *l. iusiurandum.* 34. §. *pupillo. ff. de iureiurando. M. I. P. reg.* 3. *except.* 1. Sexta: Nisi alii quam ei qui gessit, iusiurandum deferatur. *l. Marcellus.* 11. §. *iurare. ff. rerum amotarum. d. l.* 34. §. *procurator. ff. de iureiurando. item l. videamus.* 4. *in prin. versic. graue enim. ff. de in litem iurando. M. I. R. d. reg.* 11. *except.* 1. vbi etiam distinguitur. Septima: Nisi tutori rei conuenti iusiurandum deferatur *per ea quæ dicta sunt supra except. prox.* Eius autem replicatio est: Nisi tutor ipse gesserit, vel cum eo sit gestum: approbatur exemplo *l. cum etiam* 5. *C. de iureiurando.* Octaua exceptio est: Nisi non de omnibus rebus iusiurandum deferatur. reprobatur *l. de rebus amotis.* 14. *ff. rerum amotarum.* Nona: Nisi deferens de calumnia iurare nolit. *l. iusiurandum.* 34. §. *qui iusiurandum. & l. si non fuerit.* 37. *Digest. de iureiurando. l. delata.* 9. *vers. si non per actorem, C. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 11. *except.* 4. Huius replicatio prima est: Nisi parens filio, vel patronus liberto iusiurandum deferat. *d. l.* 34. §. *qui iusiurandum. & l. si patronus.* 16. *ff. eod. tt. l. licet.* 7. *versic. nec deferentes. ff. de obsequiis liberorum.* Altera replicatio est: Nisi is cui iusiurandum delatum est, illud referat. referens enim de calumnia iurare non cogitur. *d. l.* 34 §. *datur autem. vers. sed nec iusiurandum.* Decima exceptio est: Nisi antea quoque iusiurandum delatum fuerit, & rursus reuocatum. *l. si quis.* 11. *in prin. C. de iureiurando. M. I. R. d. reg.* 11. *except.* 2. Vndecima, Nisi is cui iusiurandum delatum est, illud referat. *d. l.* 34. *in prin.* §. *datur. &* §. *fin. ff. d. tt. l. delata.* 9. *& l. generaliter.* 12. §. *sed iuramento. C. eod. tt. M. I. P. d. reg.* 3. *except.* 2. *M. I. R. d. reg.* 11. *except.* 16. Huius replicatio prima est: Nisi referens non iurauerit de calumnia. reprobatur *d. l.* 34. §. *datur. vers. sed nec iusiurandum.* Secunda: Nisi ex conuentione extra iudicium iusiurandum sit delatum. *l. iusiurandum.* 17. *in prin. ff. d. tt.* Tertia, Nisi ex delicto agatur. approbari videtur *l. Marcellus.* 11. §. *fin. cum l. seq. ff. rerum amotarum. l. idem Labeo.* 13. *ff. eod. tt. M. I. P. d. except.* 2. *repl.* 1. Quarta, Nisi tale factum referatur, de quo referens probabiliter dubitat: hoc enim casu per relationem, aduersario non iurante, non erit tutus. *d. l.* 34. §. 1. Quinta: Nisi non tale iusiurandum referatur, quale defertur. subsistit quidem ipso iure, verum eius duplicationes sunt aliquot ex arbitrio iudicis pendentes. *d. l.* 34. §. *non semper.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr. cap. proximo.* Duodecima exceptio est; Nisi is cui iusiurandum delatum est, dubitet, petatque tempus vt certioretur. *d. l.* 34. §. 1. *ff. de iureiurando.*

III. VBI IVRANDVM?

Regulariter apud iudicem iurandum est. *l. generaliter.* 12. §. *omne igitur. C. eod. tt.* Verum huius regulæ exceptio prima est: Nisi is cui iusiurandum delatum est, egregia persona sit, vel valetudinarius. *l. ad personas.* 15. *ff. de iureiurando. Vide insuper supra eod. lib. cap.* 16. *de iuramento calumniæ, q.* 5. Secunda exceptio est, Nisi is qui iurare debet, absit, *l. generaliter.* 12. §. *his de præsentibus. C. d. tt.* Plura vide *supra eod. lib. cap.* 16. *d. q.* 5.

IV. QVANDO IVRANDVM?

Regulariter statim, postquam delatum est, iusiurandum præstari debet, *l. non erit.* 5. §. *fin. & l. remittit.* 6. §. *fin. ff. de iureiurando.* Huius exceptio prima est, Nisi spacium ad deliberandum ex iusta causa petat. approbatur exemplo *l. iusiurandum.* 34. §. 1. *ff. eod. tt. l. qui interrogatur.* 5. *cum l. seq. ff. de interrog. in iure faciend.* Altera exceptio est: Nisi cum iudex iusiurandum detulisset, ab ea sententia sit appellatum, hoc enim casu finis appellationis videtur expectandus, sed reprobatur *l. generaliter.* 12. *C. de iureiurando.*

V. QVA FORMA IVRANDVM.

Vt delatum est, ita quoque iurandum. *l. ait prætor.* 3. §. *fin. cum ll. sequentibus & l. qui per salutem* 33. *ff. de iureiurando. M. I. R. d. cap.* 15. *regul.* 24. *except.* 12. Huius exceptio prima est: Nisi iusiurandum illicitum sit delatum. *l. non erit ratum.* 5. §. *sed si quis. & §. diuus. ff. d. tt.* Secunda: Nisi iusiurandum referatur, hoc enim casu videtur tale iusiurandum præstandum, quale delatum est, non quale est relatum. *de quo vide supr. quæst.* 2. *except.* 11. *replic.* 5.

VI. Qui iurare debeant, & alia, vide *infr. cap. prox. inter exceptiones.*

VII. EVENTVS IVRISiurandi.

I. Regula: Si delato iureiurando iuratum non sit, is cui delatum est, pro confesso habetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infra capite prox. quæst.* 1. *except.* 1.

II. Regula, Si delato vel relato iureiurando iuratum sit, iuranti tam actio quam exceptio ex eo datur. Idem est & si volenti iurare iusiurandum remissum sit: item si is cui delatum est iusiurandum, illud retulit, nec aduersarius iurare voluit. *de qua re dicetur infr. cap. proxim.*

III. Regula: Sed & aduersus iurantem datur ex iureiurando actio. *L. si duo* 13. §. *si quis iurauerit. ff. de iureiurando.*

IV. Regula, Si occasione iurisiurandi præstandi, aliqua oriatur controuersia, in arbitrio iudicantis est *l. iusiurandum.* 34. §. *si de qualitate. &* §. *non semper, in fin. ff. de iureiurando. l. generaliter.* 12. §. *in omnibus. C. eod. tt.*

V. Regula, Si peieratum sit, periurii pœna competit. *l. quod si.* 21. *cum l. seq. ff de dolo malo. M. I. P. d. cap.* 16. *reg.* 9. *M. I. R. d. cap.* 15. *reg.* 19. Huius exceptio prima est: Nisi pupillus peierauit. *l. qui iurasse.* 26. *in princ. ff. de iureiurando.* Secunda, Nisi quis id quod iurato promisit, ex iusta vel necessaria causa non præstet. approbatur exemplo *l. vlt. ff. qui satisdare cogantur.* Alio *l. Imperatores.* 38. *in prin. ff. ad municipalem. Accedit M. I. P. d. reg.* 9. *except.* 7. Tertia exceptio: Nisi in æstimatione iureiurando facta rem minoris æstimauerit, nec adiecerit eo plurisue, hic enim periurium non committi, quia quæ res pluris est, vtique & minoris est *l. cum furti.* 9. *ff. de in litem iurando.* Quæ sit pœna periurii definitur *l. si duo.* 13. §. *fin. ff. de iureiurando.* Alia pœna proponitur *l. vlt. ff. stellionatus.* Item alia *l. C. de iureiurando. Cui concordat l.* 2. *C. ad l. Iuliam maiest.* Plures pœnas vide *M. I. P. d. cap.* 16. *reg.* 14. *cum quatuor seqq.*

DE ACTIONE ET EXceptione iurisiurandi.

CAP. XXII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS actio vel exceptio proposita competit.

PRima causa: Si delato vel relato iureiurando, iuratum sit, iuranti ex eo iureiurando tam actio quam exceptio detur. *l. ait prætor. 7. l. nam postea. 9. §. 1. l. iusiurandum. 34. §. fin. & l. iusiurandum. 40. ff. de iureiurando. l. cum proponas. 6. C. d. tt. Instit. de exceptionibus. §. æque si debitor. & Instit. de actionibus. §. item si quis postulante. M. I. P. d. cap. 16. reg. 19. M. I. R. d. capit. 15. regul. 24.* Huius exceptiones vide *paulo inferius.*

II. Causa: Si delato iureiurando, illud remissum sit, nam & hoc ei cui remissum est, perinde ac si iurasset, tam actio quam exceptio iusiurandi competit. *d. l. 9. §. 1.* Declaratur *l. remittit. 6. in princip. ff. d. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi iusiurandum non fuerit susceptum. *d. l. 6. in fin. l. non erit ratum. 5. §. fin. ff. eod. tt.* Secunda, Nisi pupillus iusiurandum remiserit. *l. iusiurandi. 32. ff. d. tt.* Tertia, Nisi ignoranti vel absenti, non præsenti iusiurandum remissum sit. reprobatur *l. Labeo. 41. ff. eod. tt.*

III. Causa, Si delato iureiurando, deferens non prius iurauerit de calumnia, hoc exigente aduersario. hic enim remittenti similis est. *l. si non 37. ff. de iureiurando.* Cuius causæ exceptiones vide *supr. cap. prox. quæst. 2 except. 9. repl. 1. cum sequente.*

IV. Causa: Si sub iurisiurandi conditione aliquid promissum sit, vel debitum remissum. hoc enim casu iuranti dabitur actio vel exceptio. *l. si quis. 39. ff. eod. tt.*

V. Causa, Si delato vel relato iureiurando, is cui delatum est, iurare recusauit: hoc enim casu ei qui detulit, vel retulit iusiurandũ, iurisiurandi tam actio quam exceptio datur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. cap. prox. quæst. 2. Huc pertinet etiam d. l. 5. §. si neque. ff. tt.* Propositæ causæ exceptio prima est: Nisi is, cui delatum est iusiurandum, suam intentionem satis probauit. *M. I. P. d. cap. 16. reg. 21. except. 1.* Altera exceptio videtur esse talis: Nisi postea iurare sit paratus. sed reprobatur *d. §. si neque.* Reliquas exceptiones vide *infr. item supr. cap. prox. d. quæst. 2.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalioribus.

I. Exceptio: Nisi iuratum non sit: hoc enim casu iurisiurandi actio vel exceptio denegatur. *l. nam postea. 9. in prin. & d. l. 5. §. dato. ff. de iureiurando.* Huius replicationes sunt supradicta causa secunda & tertia.

II. Exceptio: Nisi postea iuratum sit, ab aduersario prius iuratum non esse. *l. quod si iurauit. 29. ff. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi postea delato iureiurando, iuretur contrarium. *l. in duobus. 28. §. fin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 24. except. 13.*

IV. Exceptio, Nisi iusiurandum non fuerit delatum. *l. 3. in prin. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi is qui iusiurandum detulit, inhabilis sit ad deferendum. *l. tutor. 35. §. 1. ff. d. tt.* Huius exempla sunt exceptiones sequentes.

VI. Exceptio: Nisi alius, non is cui iusiurandum obiicitur, detulit. *l. nec filius. 7. C. de iureiurando. l. nam postea. 9. §. fin. cum l. seq. l. ait prætor. 3. §. penult. & l. sed & si. 11. §. fin. cum l. seq. ff. eod. tt. l. sed & si 7. §. si petenti. ff. de Publiciana in rem act. l. vnica, in prin. vers. si tamen. ff. si mulier ventris nomine. M. I. P. d. reg. 21. except. gener. 1. M. I. R. d. reg. 24. except. 4.* Huius replicatio prima est: Nisi tutor vel curator aduersarii detulerit. *l. iusiurandum. 17. §. si tutor. & l. tutor. 35. in princ. ff. de iureiurando.* Secunda: Nisi procurator aduersarii detulit. approbatur simul & distinguitur *d. l. 17. §. fin. cum duabus ll. sequentibus. ff. eod. tt. M. I. P. d. except. gener. 1. replic. 1.* Ex quibus patet, replicationem propositam ipso quidem iure reprobari, admitti vero in tribus casibus: scilicet, si vel vniuersorum bonorum administrationem procurator habeat, vel nominatim illi mandatum sit, vel in rem suam procurator sit datus. Quartus casus reprobatur: scilicet, si de rato caueat. Quintus casus est: Si is qui iurauit, probauerit verum esse quod iurauit. Quæ distinctio approbatur ibidem, his verbis: Cogetur reus docere, liquido se iurasse. De qua re vide *Duarenum Disputat. anniuers. lib. 1. cap. 2.* Tertia replicatio est: Nisi defensor alicuius corporis detulit. approbatur sub conditione *l. iusiurandum, 34. §. defensor. ff. eod. tt. si scilicet super hoc mandatum habuerit.* Quarta: Nisi iudex iusiurandum detulerit. *l. 1. & l. admonendi. 31. §. solent enim. ff. de iureiurando. l. in bonæ fidei. 3. C. eod. tt. M. I. P. de except. 1. repl. 2. M. I. R. d. except. 4. repl. 1.* Plura de hac re vide *infr. eod. lib. cap. 24. reg. 10.* Quinta, Nisi seruus aduersarii iusiurandum detulerit. approbatur sub conditione *l. seruus. 20. cum duabus sequentibus. ff. d. tt. & l. nec seruus. 42. in fin ff. de peculio. l. ei qui seruo. 7. C. quod cum eo qui in alienæ potestate. Inst. de actionib. §. actiones autem.* Huius duplicatio est, Nisi seruus peculii administrationem non habens detulit. *d. l 20. & l. multo magis 24. in fin. ff. eod. tt.* Altera duplicatio est: Nisi non in causa peculiari delatum à seruo sit iusiurandum. hoc enim domino non nocet. *Quæ duplicatio elicitur ex d. l. 20. ibi: si peculii. Accedit glossa in d. l. 20.* Tertia duplicatio est: Nisi seruus in iudicio, non extra detulit iusiurandum. nam quia cum seruis nulla est actio, *l. cum seruis. 107. ff. de reg. iuris*: ideo seruus in iudicio deferendo iusiurandum non præiudicat domino. *l. depositi. 4. §. si filius. in fine. ff. de peculio. Accedit glossa in d. §: si filius. & in l. quidam. 22 ff. de iureiurando.* Sexta replicatio est, Nisi filiusfamilias in causa peculiari detulerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. replic. 5.* Septima: Nisi reus stipulandi aduersario detulit. *l. in duobus reis. 28. in pri. ff. eod. tt.* Octaua, Nisi in populari actione iusiurandum sit delatum. approbatur simul & distinguitur *l. eum qui 30. §. in popularib. ff. eod. tt.* Nona replicatio est in iureiurando quod auctor detulit. hoc enim successori nocet. *l. nam postea. 9. §. fin. vers. eosque qui in locum. ff. eod. tt.*

VII. Exceptio, Nisi pupillus iusiurandum detulerit. *l. iusiurandum. 17. §. pupillus. ff. de iureiurando. l. si ad excludendum. 4. C. eod. tt.* Huius replicatio est, Nisi tutore authore pupillus iusiurandum detulerit. *d. §. pupillus. & l. 1. §. 1. ff. quarum rerum actio non datur.*

VIII. Exceptio, Nisi minor 25. annis iusiurandum detulerit. *l. nam postea. 9. §. si minor. ff. de iureiurando.* Ex qua duæ replicationes constant. prima est: Nisi minor in deferendo captus non sit.

Altera:

Altera: Nisi maior factus intra quadriennium in integrum restitutionem non petierit. *M. I. R. d. reg. 24. except. 1.*

IX Exceptio: Nisi debitor in fraudem creditorum suorum iusiurandum detulerit. *d. l. 9. §. sed & si quis.*

X. Exceptio: Nisi deferens delatum iusiurandum reuocauerit. approbatur simul & distinguitur. *l. si quis. 11. §. si quis autem. C. eod. tt. M. I. R. d. regul. 24 exception. 15.*

XI. Exceptio: Nisi non statim delatum iusiurandum susceptum sit. *l. non erat ratum. 5. §. fin. & l. remittit. 6. §. fin. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 24. except. 14.*

XII. Exceptio, sumpta ex causa in qua, seu ex re de qua iuratur, reprobatur *l. ait prætor. 3. § quacunque, cum sequentibus. ff. de iureiurando. l. in actione. 10. C. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi alius, quam is qui actione vel exceptione iurisiurandi vtitur, iurauit. *d. l. 3 §. penul ff. d. tt. item l. vnica, in prin. vers. si tamen. ff. si mulier ventris nomine. M. I. R. d. reg. 24. except. 3.* Huius replicatio prima est: Nisi seruus eius qui iureiurando vtitur, iurauerit. *l. seruus. 20. l. si seruus. 23. & l. sed & si 25. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi filius eius qui iureiurando vtitur, iurauerit. *l. multo magis. 24. ff. eod. tt. l. 2. in prin. ff. quarum rerum actio non datur. l. vlt. ff. de exceptionibus.* Tertia: Nisi pater eius qui iureiurando vtitur, iurauerit. *l. qui iurasse. 26. §. si pater. ff. de iureiurando.* Quarta: Nisi procurator vel defensor eius qui iureiurando vtitur, iurauit. *l. nam postea 9. § iusiurandum & l. creditore. 42. §. penult. ff. d. tt. l. generaliter 12. §. his de præsentibus. C. eod. tt. M. I. R. d. except. 3. repl. 1.* Quinta, Nisi fideiussore conuento, reus iurauerit. *l. in duobus reis. 28. § 1. & d. l. 42. §. fin. ff d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi in tali causa iusiurandũ interpositum sit, in qua liberato reo nõ liberatur etiam fideiussor. approbatur simul & distinguitur *d. l. 22. in pr.* Sexta replicatio est: Nisi debitore cõuento, fideiussor iurauit. hoc n. iusiurandũ ẽt debitori prodest. *d. l. 28. §. 1. ff. d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi de persona iurantis tantum sit actũ. *l. 1. §. sed si fideiussor. ff. quarũ rerum actio non datur.* Cuius exemplum est: Si de eo iurauerit fideiussor, se nõ fideiussisse. *d. l. 28. §. si ei qui. & d. l. 42. §. si fideiussor. d. l. 1. §. sed si fideiussor. ff. quarũ rerũ actio non datur.* Septima replicatio est, Nisi debitore conuento, fideiussoris defensor iurauit. *d. l. 42. §. penult. ff de iureiurando.* Octaua, Nisi alter ex reis promittendi iurauerit: tunc enim alteri quoq; iusiurandum prodest *d. l. 28. §. ex duobus. ff. d. tt.* Nona, Nisi is qui iureiurando vtitur, successor sit eius qui iurauit. *l. ait prætor. 6. cum seq. ff. eod. tt. l. 1. § si petitor. ff. quarũ rerum actio non datur.* Hæc de exceptione decimatertia, eiusque replicationibus sunt dicta.

XIV. Exceptio, Nisi minor annis, vel mulier iurauerit. reprobatur *l. qui iurasse. 26. in princip. ff. de iureiurando.*

XV. Exceptio, Nisi illicitum iusiurandũ præstitum sit. *l. non erit ratum. 5. §. sed si quis. ff. d. tt.*

XVI. Exceptio: Nisi dolo malo iuratum esse dicatur. reprobatur *l. aduersus. 15. ff. de exceptionibus.* Sane exceptio hæc videtur eadem esse cum sequente.

XVII. Exceptio, Nisi peieratum sit, & contrarium probetur. reprobatur *d. l. 5. §. dato. ff. de iureiurando. l. in duobus reis. 28. §. fin. & l. eum qui. 30. in prin. vers. & potest dici ff. eod. tt. l. quod si. 21. cum sequen. ff. de dolo malo. l. ait prætor. 3. §. vnde Marcellus. vers. quamuis vere prægnans fuerit. ff. de iureiurando. M. I. R. d. reg. 24. except. 10.* Plane admittitur exceptio proposita primo, si cum de vltima voluntate iuratum esset, nondum inspectis verbis testamenti, postea prolato testamento contrarium appareat. *l. vlt. C. d. tt.* Cuius ratio est: Quia nec transactio, cuius speciem continet iusiurandum, nondum cognitis inspectisque verbis testamenti, valet. *gloss. in d. l. vlt. in verbo Lucrum.* Secundo, si non ab aduersario, sed à iudice iureiurando delato, postea noua inueniantur instrumenta. *l. admonendi. 31. ff. de iureiurando.*

XVIII. Exceptio, Nisi etiamsi vere factum esset quod iuratum est, nihilominus tamen obstaret exceptio aliqua. approbatur exemplo. *l. sed & si. 11. §. item si iurauero. l. eum qui. 30. §. si iurauero. & §. fin. l. si duo. 13 §. Marcellus. l. qui iurasse. 26. §. si pater. & l. creditor. 42. in prin. vers. sin vero creditor. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi non de facto, sed de iure sit iuratum: puta, nihil deberi, vel sibi deberi. *d. l. 42. in prin. & d. l. eum qui 30. §. si mulier. Concordant ea quæ dicta sunt supr. cap. 20. q. 1. except. 18. replicatione 1.* Altera: Nisi temporis præscriptio actioni in qua iuratum est, obstet. nam hæc præscriptio iureiurando non obstat. *l. nam postea. 9. §. si is qui. & l. si duo 13. § idem ait ff. de iureiurando.*

XIX. Exceptio, Nisi id quod iuratum est, nec ius, nec natura concedat. approbatur in casu simili *supr. d. cap. 20. quæst. 1. except. 4.* Huius replicatio est, Nisi iurauerit se vsumfructum habere rerum quarum vsusfructus constitui non potest. *l. sed & si 11. §. sed & si rerum. ff. de iureiurando.*

XX. Exceptio: Nisi præstito iureiurando fuerit appellatum, reprobatur *l. generaliter. 12. §. sed iuramento. & §. siue autem. C. d. tt.*

XXI. Exceptio: Nisi possessor iurans rem petitoris non esse, postea possessione amissa, ex eo iureiurando rem repetat. *l. sed & si 11. in pr. ff. eod. tt. l. sed & si 7 §. si petenti, in fin. ff. de Publiciana in rem actione.* Huius replicatio est, Nisi non rem petitoris non esse, sed rem suam esse, possessor iurauit. *d. l. 11. §. 1.*

XXII. Exceptio, Nisi alia actione agatur, quam actum est, cum iusiurandum deferretur. reprobatur *l. in duobus reis. 28. §. exceptio. §. quæ iurauit in fin. & §. colonus. ff. de iureiurando. l. si duo. 13. §. item Iulianus. ff. eod. tt.* Admittitur autem primo, si alia, non eadem quæstio, de qua iuratum est, in iudicium deducatur. *d. l. 28. §. exceptio.* Cuius exemplum proponitur *d. §. item Iulianus. vers. cæterum si contendat.* Secundo admittitur in casu *d. l. 28. §. si quis.* Tertia distinctio proponitur *d. l 28. §. quæ iurauit.* Quarta *d. l. 28. §. igitur si quis.* Quinta *l. si actor 36 ff. d. tt.*

XXIII. Exceptio: Nisi ex alia causa agatur, quam de qua iuratum est. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. except. prox.*

XXIV. Exceptio: Nisi alia res petatur, quam de qua iusiurandum præstitum est. *constat ex iis quæ dicta sunt supr. except. 22.* Huius replicatio est: Nisi ex eadem causa, de qua iuratum est, alia res petatur: tunc enim nihilominus obstat exceptio. approbatur exemplo *l. eum qui. 30. § si libertus. ff. de iureiurando.* Hæc de causis propositæ actionis

& exceptionis, eatumq; exceptionib. ſint dicta.

II. QVIBVS iuriſiurandi actio vel exceptio competat, vide ſupr. except. 13.

III. ADVERSVS quos competat, dictum ſupr. except. 6.

IV. QVID VENIAT IN actione iuriſiurandi?

Prima regula. De eo quod in iudicati vel principalem actionem venit, proponitur l. ſed & ſi 11. §. ſi cum de hæreditate. l. ſi duo. 13. §. ſi quis iurauit. ff. de iureiurando.

Secunda regula: Si in actione quæ inficiando creſcit, iuratum ſit ſibi deberi, in ſimplum non in duplum datur actio. l. eum qui 30. in prin. ff. d. tt.

Tertia huius loci regula habetur d. l. 30. §. ſimul.

Quarta de fructibus & partu proponitur d. l. 11. §. 1. ff. d. tt.

V. QVÆ PRÆSTITO IVreiurando competat actio?

I. Regula, In factum actio datur. l. ſed et ſi. 11. §. proinde ſi cum. ff. de iureiurando. l. actori. 8. C. de iureiurando.

II. Regula, Etiam principalis actio, in qua iuratum eſt, competit. approbatur exemplo l. ſi duo. 13. §. ſi quis iurauerit. ff. eod. tt. item l. eum qui 30. in prin. verſ. cum omiſſa ff. d. tt.

III. Regula, Iuranti rem ſuam eſſe, etiam publiciana competit. l. ſed & ſi. 7. §. ſi petenti. ff. de publ. in rem act.

IV. Regula, Iuranti furtum factum eſſe, non etiam condictio rei furtiuæ competit, l. in duobus. 28. §. item Pomponius ff. de iureiurando.

V. Regula, Iuranti ſe nihil debere, non ſolum exceptio competit, ſed etiam pignoratitia actio, & condictio indebiti ſoluti. l. iuſiurandum. 40. ff. d. tt.

VI. Regula, Iuranti poſſeſſori, rem petitoris non eſſe, exceptio tantum aduerſus petentem, non etiam aduerſus poſſidentem ex iſto iuramento actio datur. l. ſed & ſi. 7. §. ſi petenti. ff. de publ. in rem actione. item l. ſed et ſi poſſeſſori. 11. in prin. ff. de iureiur.

VI. EVENTVS.

I Regula, Damnatus poſt iuſiurandum ex famoſo iudicio, infamis quoque efficitur. l. nam poſtea. 6. §. ſi damnetur. ff. de iureiurando.

II. Regula, Vno ex patronis iuſiurandum deferente, ſi libertus iurauit illum patronum non eſſe, illius portio alteri patrono non accreſcit. l. ſi duo. 13. in prin. ff. d. tt.

DE ORDINE COGNITIONVM, ET officio iudicis, quod eſt poſt concluſam cauſæ diſputationem.

CAP. XXIII.

HActenus de probationib. & iis quæ probationum vicem obtinent, nunc de cognitionum ordine, & iudicio eorum quæ propoſita ſunt, necnon & aliis iudicum officiis dicetur.

I. QVO ORDINE QVODque ſit cognoſcendum?

I. Regula, Prius de poſſeſſione, quam violentiæ crimine eſt cognoſcendum. l. 1. C. de appell.

II. Regula, Prius de poſſeſſione, quam de proprietate, vel alio iure, quod quis in re ſibi vindicat, cognoſcendum. l. ſi de vi. 37. ff. de iudiciis. l. qui cœtu. 5. §. ſi de vi. ff. ad l. Iuliam de vi publ. l. exitus. 35. ff. de acq. poſſeſ. l. ordinarii iuris. 13. C. de rei vend. l. ſi quis. 3. C. finium regundorum. l. incerti. 3. C. de interdictis. l. ſi coloni. 14. C. de agricolis & cenſitis. M. I. P. lib. 2. cap. 17. reg. 1. M. I. R. lib. 2. cap. 16. q. 1. reg. 1.

III. Regula, ſi duæ cauſæ in iudicium deducantur, quarum alteri per alteram futurum eſt præiudicium, maior cauſa ante minorem eſt expedienda. l. per minorem. 54. ff. de iudiciis. l. ſcio. 4. ff. de in integrum reſtit. M. I. P. d. c. 17. reg. 2. Declaratur hæc regula l. rei maioris. 2. ff. de exceptionibus. Exemplum proponitur l. diuus Pius. 5. §. fin. & l. ſi qui libertatem. 7. in prin. ff. de petitione hæred. Quod exemplum videtur mutatum l. vlt. §. ſin autem libertates. C. eod. tt. Nouell 115. §. cæterum ſi hæc obſeruata. verſ. ſane ſi vſu veniat. Alia exempla habentur l. vlt. in prin. C. eod. tt. l. non diſtinguemus. 32. §. ſi is faciat. ff. de receptis arbitris. l. vt debitum. 5. C. de actionibus hæreditariis. l. fundum Titianum. 16. cum ſeq. item l. fundi. 18. ff. de except. l. 1. C. qui accuſ. non poſſunt. Huius exceptio prima eſt: Niſi ciuilis cauſa ſit, & criminalis: hoc enim caſu, quamuis criminalis cauſa maior ſit quã ciuilis, tamen hæc ante illam poteſt exerceri l. vnica. C quando ciuilis actio criminali. Sed & ſimul agitari poſſunt. l. cum ciuili. 3. C. de ordine iud. Plane propoſitæ exceptioni contradicere videtur l. vlt. C. de ordine iudiciorum. De qua re vide M. I. R. lib. 5. cap. 1 reg. 87. excpt. 14. repl. 3. Secunda exceptio eſt: Niſi maior cauſa in iudicium deducta ſit, atque finita: tunc enim minor quoque in illud poteſt deduci. l. ſi poteſt. 13. ff. de exceptionib. Contradicit l. fundum. 16. cum ſeq. ff. eod. tt. Tertia: Niſi tertius de cauſa minore agens, caueat, euicta hæreditate, id quod ei reſtitutum fuerit reddi. l. vlt. C. de petit. hæred. l. ſi teſtamentum. 6. ff. de petit. hæred. l. ſi in fraudem. 9. C. de legatis. Quarta exceptio eſt: Niſi cauſa maior ſeu hæreditaria nondum in iudicium deducta ſit. l. ſi quis libertatem. 7. in prin. verſ. ita demum autem. ff. de petit. hæred. Quinta exceptio eſt: Niſi nullum adminiculum minori cauſæ per maiorem, vel contra maiori per maiorem accedat. d. l. 7. § fin. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſupr. ead. reg. in prin. verſ. rei maioris.

IV. Regula, Prius quæſtio proprietatis, quam plagii, determinanda, l. præſes prouinciæ. 8. C. ad l. Fabiam de plag.

V. Regula: Prius quæſtio generis, quam hæreditatis, determinanda. l. 2. C. de ordine iud.

VI. Regula, Præiudicialis cauſa, quæ cum alia concurrit, prius determinanda eſt. l. 1. cum ſex legibus ſequentibus. C. de ordine cog. l. quoniam. 26. C. ad l. Iuliam de adult. M. I. P. d. cap. 17. reg. 3. M. I. R. d. cap. 16. quæſt. 1. reg. 3.

II. QVÆ SINT OFFICIA iudicis in iudicando & cognoſcendo?

Prima huius loci regula proponitur l. iudices. 9. C. de iudiciis, M. I. P. d. cap. 17. reg. 5. M. I. R. d. cap. 16. quæſt. 2. reg 1.

II. Regula, Quod à litigatoribus vel aduocatis prætermiſſum eſt, iudex debet ſupplere. l. vnica. C. vt quæ deſunt aduocatis. M. I. R. d. q. 2. reg. 5.

III, Regula, Ea quæ ſunt imperii magis quam

quam iuriſdictionis, vt ſunt cauſæ cognitiones, per libellum expedienda non ſunt, l. nec quicquam. 9. §. 1. ff. de officio proconſulis. Sed de hac re dictum quoque ſup. libro prox. c. 9. q. 5.

IV. Regula, De officio ſucceſſoris iudice mortuo, proponitur l. mortuo. 60. ff. de iudiciis.

V. Regula: De qua re cognouerit iudex pronunciare quoque cogendus erit. l. de qua re. 74. in princ. ff. de iudiciis. l. prætor. 13. §. ſi. ff. de vacat. munerum. Concordat item inf. cap. 25. de relationibus, quæſt. 4. in princip.

VI. Regula: Inciuile eſt, niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare vel reſpondere, l. inciuile eſt. 25. ff. de legib.

VII. Regula: Non quidquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubiicitur iuris neceſſitati, l. non quidquid. 40. ff. de iudiciis. Exemplum proponitur in l. 1. C. quomodo & quando iudex ſententiam, &c.

VIII. Regula: Ne iudex conſultationes & ſententias alienas in iudicando ſequatur. l. nemo iudex. 3. C. de ſententiis & interlocut. omnium iud. M. I. P. d. cap. 17. reg. 6. Huius exceptiones vide ſup. lib. prox. cap. 4. in fin.

IX. Regula: Ne iudex iuſſione vel reſcripto principis, pendente lite elicito moueatur, vel id ſequatur, approbatur ſimul & diſtinguitur ſup. lib. prox. cap. 5. except. 2. Reliqua iudicis officia vide inf. in capitibus ſequentibus. Sed & de iis vide ſup. libr. proxim. cap. 7. cum ſequentib. item eod. hoc libr. cap. 2. circa finem.

DE REBVS DVBIIS ET OBSCVRIS.

CAP. XXIV.

QVid in rebus dubiis & obſcuris iudici ſpectandum ſit & ſequendum, diſtinguitur ex re de qua dubitatur, aut enim de iure dubitatur, aut de facto.

I. SI DE IVRE DVBITAtur, regulæ.

Prima huius loci regula eſt: Ne aliter iudicet iudex, quam legibus eſt cautum. Inſt. de officio iudicis, in princip. l. 1. §. ſed & ſi. ff. ad l. Corneliam de falſis. Nouell. cap. 82. §. omnis denique. M. I. P. d. cap. 17. reg. 13. M. I. R. d q. 2. reg. 9.

II. Regula: Vbi lex non diſtinguit, ibi nec iudex diſtinguere debet, argumento l. de precio. 8. ff. de publiciana in rem act. M. I. R. d. q. 2. reg. 10. exc. 1. De regula propoſita vide etiam ſup. libro proxim. cap. 3. except 5. replicatione 1.

III. Regula: Iuris quæſtio in arbitrio iudicis non eſt, l. ordine. 15. in pr. verſ. cum facti. ff. ad municipalem, l. 1. §. 1. verſ. nam vt Papinianus. ff. ad S. C. Turpill. Huius exceptio eſt: Niſi crimen ſit extraordinarium, vel cauſæ cognitio iudicis arbitrio à lege permiſſa, l. hodie. 13. ff. de pœnis.

IV. Regula: Si inter duo iuſta quæratur, vtrum iuſtius? regulæ ſunt obſeruandæ, quæ propoſitæ ſunt ſup. lib. prox. cap. 3.

V. Regula: Si aliud verba, aliud voluntas legis, vel teſtatoris vel contrahentium ſignificent: voluntas potius quam verba ſequenda, l. ſi quis. 3. in fin. C. de liberis præteritis l. cum de lanionis. 18. §. optimum. ff. de inſtructo legato. l. in conuentionibus. 219. ff. de verborum ſignif. l. in ambiguis. 96. ff. de regulis iuris. l. non al. tit. 67. §. Titius. ff. de legatis. 3. Huius exceptio eſt: Niſi voluntas legis, vel teſtatoris, vel contrahentium, ſit dubia: tunc enim verbis potius certis, quam incertæ voluntati eſt ſtandum, l. 1. §. ſed ſi ſicienter. verſic. in eo igitur. ff. de exercitoria actione. d. l. 67. in princ. ff. de legatis. 3.

II. SI DE FACTO DVBItetur, regulæ.

VI. Regula: Facti quæſtio in arbitrio iudicantis eſt, per ea quæ propoſita ſunt ſup. regul. 3. l. eum quem. 79. §. iudicibus. ff. de iudiciis. l. teſtium fides. 3. in prin. vſq; ad §. Caninio. & l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de teſtibus. M. I. R. d. q. 1 reg. 11. Exemplum proponitur l. vlt. §. Seia. ff. de actionibus & obligationibus.

VII. Regula: Non ad vnam probationis ſpeciem, cognitionem ſuam alligare debet iudex: ſed ex ſententia animi ſui exiſtimare, quid aut credat, aut parum probatum ſibi opinetur, d. l. 3. §. eiuſdem, in fin. ff. de teſtibus.

VIII. Regula, Iudex confirmabit motum animi ſui ex argumentis & teſtimoniis, quæ rei aptiora & vero proximiora eſſe compererit, &c. d. l. 21. §. fin. ff. d. tt. Elegans exemplum proponitur l. non omnes. 5. §. à barbaris, ff. de re militari. Aliud l. 1. §. diuus. ff. ad l. Corneliam de ſicariis.

IX. Regula: Ad circumſtantias iudex reſpiciet, & ad efficiendi facultatem, l. famoſi. 7. §. hoc tamen. ad l. Iuliam maieſt.

X. Regula: Deficientibus probationibus, iudex alterutri partium iuſiurandum poteſt deferre. l. in bonæ fidei. 3. & l. generaliter. 12. §. ſed iuramento. verſic. vel ex authoritate. C. de iureiurando. M. I. R. libro 2. cap. 15. regul. 24. except. 4. repl. 1. & cap. 16. q. 2. reg. 12. Plane ſi neque perſona, neque aliud quid in cauſa iudicem moueat, iuſiurandum facile deferendum non eſt: ſed actore ſuam actionem non probante, reus abſoluendus eſt: aut reo ſuam exceptionem non probante, condemnandus, de quo plura vide ſup. cap. 21. & 22.

XI. Regula, Si de ſignificatione alicuius vocis quæratur, quid ſequendum, definitur per ea quæ dicta ſunt ſup. lib prox. cap. 2. item inf. lib. 13. cap. 9. item in regulis ſequentibus.

XII. Regula, Si de voluntate vel ſententia alicuius quæritur, an & quid ſenſerit, quid ſequendum, definitur l. in teſtamentis. 12. ff. de regulis iuris. Huc pertinet l. rapienda. 128. in fin. ff. eod. tt. item l. voluntatis. 7. C. de fideicommiſſ.

XIII. Regula, Si de pariter mortuis quæratur, vter prior deceſſerit, ſiquidem pater & filius pariter mortui dicantur, filius patri creditur ſuperuixiſſe, l qui duos. 10. §. cum bello. & §. fin. ff. de reb. dubiis. M. I. R. d. q. 2. regul. 16. Huius exceptio prima eſt, Niſi patronus defuncti liberti hæreditatem ab inteſtato vindicet, d. l. 10. §. ſi cum filio. Secunda, Niſi fideicommiſſum relictum ſit ſub hac conditione, Si ſine liberis deceſſerit, hoc enim caſu, ſi pariter cum filio mortuus fuerit, pariter creditur ſuperuixiſſe. l. ex facto. 17. §. ſi quis autem. ff. ad S. C. Trebellianum. Ratio eſt. Quod in rebus dubiis id potius accipiendum ſit, quo res de qua agitur, magis valeat, quam pereat, de quo inf. eod. cap. dicetur. Tertia exceptio eſt. Niſi filius impubes fuerit. d. l. 10. § fi. ff. de rebus dubiis.

Si mater & filius ſimul periiſſe dicantur, filium ſuperuixiſſe matri credendum eſt, l. quod de pariter mortuis. 17. cum l. ſeqq. & l. cum pubere.

23. *ff. d. tt.* Huius exceptio est, Nisi filius vel filia impubes sit, tunc enim mater creditur superuixisse, *l. si mulier.* 24. *ff. eod. tt. l. inter socerum.* 26. *ff. de pactis dotalibus.*

Si maritus & vxor simul periisse dicantur, creditur maritus superuixisse, *l. qui duos.* 10. §. *si maritus. ff. de rebus dubiis. M. I. R. libr. 2. cap.* 11. *in verbo Maritus.* Huius exceptio est: Nisi donatio vxori à marito sit facta: hoc enim casu, vt valeat donatio, creditur vxor superuixisse, *l. si inter vxorem,* 9. *& l.* 10 *idem est,* 18. *ff. d. tt. M. I. R. in d. verbo Maritus, except.* 1.

Si cum ei qui nouissimus mortuus esset, substitutio facta esset, ambo simul decesserint: quid iuris, definitur *d. l.* 10. *in pr. ff. d. tt.* Cui contradicit *l. si eius qui,* 34. *ff. ad S. C. Trebell.*

III. SEQVVNTVR REGVlæ communes tam iuris quam facti quæstionibus.

XIV. Regula: Quoties æquitatem desiderii naturalis ratio, aut dubitatio iuris moratur, iustis decretis res temperanda est, *l. in ambiguis,* 85. §. *fin. ff. de reg. iuris.*

XV. Regula: In re dubia potius fauendum reo, quam actori, *per ea quæ habentur sup. eod. lib. cap.* 6. *reg.* 2.

XVI. Regula: In re dubia proniores debemus esse ad liberandum, quam ad obligandum, *l. Arrianus ait,* 46. *ff. de actionibus, & obligat. l. absentem,* 5. *in pr. ff. de pœnis.*

XVII. Regula: In re obscura melius est fauere repetitioni, quam aduentitio lucro, *l. non debet,* 41. *ff. de regul. iuris, M. I. R. lib.* 2 *cap.* 16. *quæstion.* 2. *reg.* 32. Cuius exemplum est *l. at si quis,* 14. §. *sed et si res, in fine, ff. de religiosis, l. quod si possessor,* 17. *in fine, ff. de petit. hæred.*

XVIII. Regula: Quoties in actionibus aut in exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est id accipi, quo res de qua agitur, magis valeat quàm pereat, *l. quoties,* 3. *& l. vbi est.* 22 *ff. de rebus dubiis l. quoties,* 80. *ff. de verborum oblig. l. si quis,* 66. *ff. de iudiciis, l. in contrahenda,* 132 *in fi. ff. de reg. iuris. M. I. R. d. q.* 2 *reg.* 23. *cum seq. item reg.* 37. Exempla vide *inf. lib.* 16. *c. cap.* 7. *reg.* 5. *exc.* 1.

XIX. Regula: In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est, *d. l.* 32. *in prin. M. I. P. lib.* 2. *cap.* 17. *reg.* 14. *& lib.* 5. *c.* 12. *reg* 47.

XX. Regula: Semper in obscuris quod minimum est sequimur, *l. semper,* 9. *ff. de reg. iur. l. semper,* 34. *in fin. ff. eod. tt. l. inter pares,* 38. §. *fin. ff. de re iudicata. M. I. R. d. cap.* 17. *reg.* 16. *& lib.* 5. *cap.* 12. *regul.* 44. *M. I. R. d. q.* 2. *reg* 18.

XXI. Regula: Quoties nihil sine captione inuestigari potest, eligendum quod minimum habeat iniquitatis, *l. quoties* 200. *ff. de reg iuris.*

XXII. Regula: In ambiguis pro libertate respondere melius est, *l. quoties,* 20. *& l. in obscura,* 139. *ff. d. tt. l. cum inter veteres,* 14. *in fin. C. de fideic. libertat. l. inter pares,* 38. *ff. de re iudicata.*

XXIII. Regula: In ambiguis pro doribus respondere melius est, *l. in ambiguis,* 85. *in princip. ff. de regul. iuris. Concordat iisdem verbis l.* 70. *ff. de iure dotium.*

XXIV. Regula: Id quod humanius est, eligendum est, *d. l.* 14. *in fi. C. de fideicommiss. libertat. l. si fuerit,* 11. §. *fi. ff. de reb. dubiis. M. I. P. d. c.* 17. *reg.* 17. *&* 20. *item lib.* 5. *c.* 12. *reg.* 43. *M. I. R. lib.* 2 *c.* 11. *in fine.*

XXV. Regula: Benigniora præferenda sunt, *l. semper,* 55. *l. ea quæ,* 152. *in fin. & l. factum,* 197. *in fi. ff. de reg. iuris, l. non sine ratione,* 5. *C. de bonis quæ liberis, M. I. P. d. reg.* 17. *M. I. R. d. c.* 11. *in fine.*

XXVI. Regula: In obscuris inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet, *l. in obscuris,* 114. *& l. semper,* 34. *ff. de regul. iuris. M. I. P. d. c.* 17. *reg.* 19. *& d. cap.* 12. *reg.* 45. *M. I. R. d. quæst.* 2. *reg.* 19. *cum duabus seq.*

XXVII. Regula, De tempore adiecto, proponitur *l. cum tempus,* 17. *ff. de reg. iuris, l. eum qui,* 41. §. *fi. & l. continuus,* 137. §. *cum ita stipulatus, vers. nã & quod ff. de verborum oblig.*

XXVIII. Regula: Non ordo scripturæ spectandus, sed ex iure interpretatio sumenda, *l.* 5. *cum l. seq. ff. de solutionib. M. I. P. d. cap.* 17. *reg.* 22.

20 XXIX. Regula: Si iudices in ferenda sententia inter se dissentiant, quid iuris, dicetur *inf. c.* 29. *exc.* 4. Reliquæ huiusmodi regulæ speciales suis subiectæ sunt locis, vt regulæ de legibus ambiguis & obscuris interpretandis, propositæ sunt *sup. lib. prox. c.* 2.

DE RELATIONIBVS, ET CAVSA ad superiorem iudicem remittenda.

CAP. XXV.

I. AN CAVSA REFERENDA, & princeps consulendus?

DEfinitur hæc quæstio, & relationes concedunturNou. c. 82. §. *penult. & Nou. c.* 113. §. *cæterum si iudici. Concordant item ea quæ habentur, sup. lib. prox. cap. quæst.* 5. *M. I. R. d. q.* 2. *reg.* 47. Exemplum proponitur *l. verum & dolo,* 11. §. *ex facto, ff. de minorib.* Contradicere videtur atque mutare iam dicta, *Nou. c.* 125. Verum hac antinomia seposita, videamus cum propositæ regulæ exceptiones, tum reliquas relationis ac consultationis circumstantias. Propositæ igitur regulæ exceptio prima est: Nisi re plena instructione insigniat, *l.* 2. §. *sed nec ad nos, C. de relationibus.* Altera: Nisi non de iure, sed de facto dubitatio sit, *l. eum quem,* 79 §. *iudicibus, ff. de iudiciis. l. testium fides* 3 §. *ideoque diuus, ff. de testibus, l. non statim,* 6. *in prin. vers. & ideo, ff. ad l. Fauiam de plagiariis.* Tertia: Nisi in causa sit pronunciatum, tunc enim relatio non admittitur, *l.* 1. *in prin. C. de relationibus, l. iubemus,* 34. *versiculo: dum id partibus, C. de appellation.*

II. AD QVOS REFERENDUM, seu qui consulendi sint?

Princeps consulitur, *vt ex supradictis constat. Approbatur item per ea quæ habentur* sup. *lib. prox. cap.* 2. *quæst.* 5. Sed & præses pronunciæ, *l. eum quem,* 79. *ff. de iudiciis. Definitur item M. I. P. d. cap.* 17. *regul.* 23. *cum sequent.*

III. OFFICIA REFERENTIS, ITEM relationis euentus & consequentia quæ sint?

1. Regula, De libello consultationis formando, proponitur *l. si quando,* 3. *C. de relationibus.*

II. Regula, De exemplo consultationis ante relationem litigatoribus edendo, habetur *l.* 1. §. *fi. & l.* 2. *C. d. tt. M. I. P. d. c.* 17. *reg.* 25.

III. Regula: Ne relatione pendente iudex pronunciet, *l.* 1. *in princ. C. eod. tt. l. iubemus,* 34. *in pr. versic. non prius, C. de appellationibus, M. I. P. d cap.* 17. *regul.* 26.

IV. Regula, De modo respondendi ad relationem, habetur *d. l.* 34 *& Nou. c.* 126. *in pr.*

V. Regula: Relatione facta, & responso ad eã dato, sententiaque exinde lata, appellatio denegatur, *d. l.* 34. *vers. vt tamen dispositio huiusmodi, l. vlt. ff. quando appellandum sit.* Contradicit *l.* 1. §. 1. *ff. de appellationibus. M. I. P. d. c.* 17. *reg.* 27. Nisi quis forte exceptionis loco eam ponat, vt sit exceptio hæc: Nisi literæ consultationis aduersario non fuerint antea exhibitæ, vel falsum contineant. Quod si ita est, prima exceptio hic constituenda. Iuxta quam etiam videtur accipienda *l.* 2. *C. de appellationib.* Secunda exceptio est: Nisi post sententiam latam relatio fiat, *l.* 1. *in princ. vers. aut si tulerit. C. de relationibus.*

IV. ADFINIA REmedia.

I. Regula, De causa ad delegantem à delegato iudice remittenda. Reprobatur hoc remedium *l. placet,* 3 *C. de pedaneis iudicibus, l. de qua,* 74. *in princ. ff. de iudicijs.* Huius exceptio prima est: Nisi delegata ita sit causa, vt remittatur, approbatur exemplo *l. solet etiam,* 6. *in princip. ff. de officio proconsulis.* Altera: Nisi quid sit, quod meri sit imperii: hoc enim remittendum, approbatur exemplo *l. si quid* 11. *ff. d. tt.*

II. Regula, De sententia ferenda appellando, *Nouell* 125.

III. Regula, De alio iudice adiungendo vide *inf. lib. eod. cap.* 27. *q.* 4. *regul.* 6. *except.* 2. *item cap.* 29. *q.* 3. *except.* 4. *in fine.* Hæc de relationibus & consultationibus sint dicta. Plura de hac re vide *inf. cap.* 27. *de appellationibus.*

DE SENTENTIA FORMANDA ET pronuncianda.

CAP. XXVI.

PRima regula: Deliberatione habita, formanda sententia est, & in libellum conferenda, nec præcipitanda, *l.* 2. *in princ. C. de sententiis ex breuiculo recitandis, l. eos qui,* 6. §. *fin. C. de modo mulctarum, l.* 1. *in princ. C. de requirendis reis. M. I. P. d. cap.* 17. *regul.* 29. *M. I. R. lib.* 2. *cap.* 16. *q.* 2. *reg.* 46.

II. Regula, De certa re vel quantitate in sententia exprimenda, proponitur *Instit. de actionib.* §. *curare.*

III. Regula, De eo quod inter partes conuenit pronunciando, proponitur *l. si conuenerit,* 26. *ff. de re iudicata, M. I. R. lib.* 2. *cap.* 16. *q.* 2. *reg.* 40.

IV. Regula, De procuratore, non reo principali, qui abest, condemnando, habetur *l.* 1. *C. de sententiis & interlocutorijs, M. I. R. d. q.* 2. *regul.* 41. *& d. lib.* 2. *cap.* 18. *reg.* 5. *exc.* 28. Huius exceptio est: Nisi illustris persona actione iniuriarum per procuratorem criminaliter agat vel conueniatur, *l. vlt.* §. *penult. C. de iniuriis.* Vide item de regula proposita *inf. c.* 29. *exc.* 19.

V. Regula, Ne sub conditione sententia feratur, *l.* 1. §. *biduum, ff. quando appellandum sit, M. I. P. lib.* 2. *c.* 18. *q.* 2. *exc.* 18.

VI. Regula, Vt victum victori in expensas condemnet. *De hac vide inf. c.* 31. *de sumptibus litis.*

VII. Regula: Etiam actorem, si obnoxius fuerit inuentus, iudex potest condemnare, *l. cum Papinianus,* 14. *C. de sententiis & interlocut.*

VIII. Regula: Tam Latina quam Græca lingua, sententia formari potest, *l. iudices,* 12. *C. d. tt.* 10 Huius exceptio proponitur *l. decreta,* 48. *ff. de re iudicata.*

IX. Regula, Ne ij qui in palatio Imperatoris, sententias ferunt, in personam Imperatoris eas concipiant, *Nouell. c.* 126. *in princip. vsque ad* §. *in omnibus.*

X. Regula, Vt præsentibus litigatoribus sententia pronuncietur, *De hac vide inf. cap.* 29. *exc.* 10.

XI. Regula, De sententia ab ipso iudice recitanda, *l.* 2. *C. de sententiis ex breuiculo recitandis, l. eos qui* 6. §. *fi. C. de modo mulctarum, M. I. P. d. c.* 17. *reg.* 30. *M. I. R. d. q.* 2. *reg.* 49. Huius exceptio est: Nisi præfectus prætorio aut illustris iudex sententiam ferat, *l.* 2. *C. de sententiis ex breuic. recit.*

XII. Regula, De sententia ex breuiculo recitanda, proponitur *l. vltim. C. eod. tt. l.* 2. *vers. scripturasque. C. d. tt. d. l.* 6. §. *fi. vers. scilicet vt scripta, C. de modo mulctarum, l. quoties,* 17. §. *fi. C. de dignitatibus, l. multis,* 8. §. *hoc etiam, C. de principibus agent. in rebus. M. I. P. d. c.* 17. *reg.* 32. *M. I. R. d. q.* 2. *reg.* 50. Huius regulæ exceptio videtur: Nisi per annotationem iudicet, sed reprobatur *Nouell. c.* 82. §. *præbebunt.* Hactenus regulæ formandarum & pronunciandarum sententiarum propositæ sunt. Plures vide *inf. c.* 29. *inter exceptiones.* Nunc effectus & consequentia sententiæ latæ sequuntur.

XIII. Regula: Sententia lata, cessat officium iudicis, *l. iudex,* 55. *ff. de re iudicata, M. I. P. d. c.* 17. *reg.* 34. *M. I. R. d. q.* 2. *reg.* 51.

XIV. Regula: Iudex sententiam latam amplius mutare aut corrigere non potest, *d. l.* 55. *l.* 1. *C. sententiam rescindi non posse, l.* 1. §. *fi. ff. de quæst. l. moris est.* 9. §. *ista fere, in fi. ff. de pœnis, l. ea quæ,* 3. *C. comminationes, & c. l. acta.* 45. §. *de ampliandi. ff. de re iudicata, M. I. R. d. q.* 2. *reg.* 52. Huius exceptio prima est: Nisi verba emendentur, manente sententia, *l. actorum.* 46. *ff. d. tt.* Secunda: Nisi eodem die sententiam velit mutare, reprobatur *l. cum quærebatur,* 62. *ff. eod. tt.* Tertia: Nisi non mutetur sententia, sed declaretur, & ea quæ desunt suppleantur, *l. Paulus,* 42. *ff. d. tt. M. I. R. d. regul.* 52. *exc.* 1. Quarta: Nisi non sententia sit quæ mutatur, sed mandatum aliquod aut iussio, *l. quod iussit,* 14. *ff. de re iudicata.* Quinta: Nisi mulcta indicta, condemnatus non sit soluẽdo, *l. eos qui* 6. §. *fi. C. de modo mulctarum.* Sexta: Nisi illustris iudex sententiam suam velit mutare, *l.* 2. §. *sed nec sit. C. de sententia ex breuiculo recitanda.* Quæ tamen exceptio est controuersa, *vt apparet ex glossa d.* §. *sed nec sit.* Aliam exceptionem vide *M. I. R. lib.* 1. *cap.* 11. *reg.* 48. *exc.* 2. *item d. reg* 5.

XV. Regula, De actis circumducendis, proponitur *l. acta,* 45. *in princip. ff. de re iudicata.*

Plures huiusmodi regulas vide *inf. capitibus sequentibus.*

DE

DE APPELLATIONIBVS.

CAP. XXVII.

HActenus de actibus iudiciorum, tam ante quam post litis contestationem contingentibus, est dictum. Sequitur quartus Iudiciorum locus, de effect s & consequentibus. Lata itaque sententia, finitoque iudicis officio, consequitur Appellatio, Res iudicata, Iudicati actio, Executio rei iudicatæ, &c. de quibus nunc ordine est tractandum.

I. Ratio & vsus appellationum quis sit, definitur *l b.1.in princip.ff.de appellat.M. I. P. libr. 2.cap. 18,quæst.1.*

II. CAVSA EX QVA APPELlatio concedenda, cum suis exceptionibus.

Regulariter quidem, si quis non recte iudicatum esse dicat, appellatio illi concedenda. *Nou.c. 82.M. I.P.d.c.18.q.2.in princ.M.I.R.lib.2.cap.17.reg.1.* Plane huius regulæ exceptiones plures sunt: de quibus ordine dispiciendum, & primum de iis, quæ sumuntur ex persona iudicantis.

I. Exceptio: Nisi princeps in causa iudicauit, & sententiam tulit, *l.1.in prin.ff.à quibus appell.non licet. M.I. R. d.regul.1.except.1.* Huius replicatio est: Nisi princeps non fuit iudex in causa, sed ad consultationem iudicis rescripsit, *l. 2.C. de appellationibus l.1.§.1.ff.eod tt. M.I.R. d.except.1.repl.1.* Cuius duplicatio est: Nisi cum à iudice princeps consuleretur, prius consultationis exemplum litigatoribus exhibitum fit, atque ab iis comprobatum. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup.cap,25.q.3.reg.5. M. I.R.d.repl.1.dupl.1.*

II. Exceptio: Nisi præfectus prætorio iudicauit, *l.vnica.§.his cunabulis.ff.de officio præfecti prætorio.l.à proconsulibus.19.§.1.C.de appell.M.I.R.d. regul. 1. except.2.* Plane hoc casu in vicem appellationis introducta est supplicatio & sententiæ retractatio, de qua *inf. cap. prox. membro 3.* dicetur, *M.I. R.d. except. 2.*

III. Exceptio: Nisi is qui vice præfecti prætorio iudex est, sentẽtiam tulit, reprobatur *l. à proconsulibus.19.in pr.C.de appellationibus.*

IV. Exceptio: Nisi legatus proconsulis pronũciauit, reprobatur *l.2.ff.quis à quo appelletur.*

V. Exceptio: Nisi senatus Romanus pronunciauit, *l.1.§.sciendum.ff.à quibus appell.non licet.*

VI. Exceptio: Nisi iudex consensu litigatorum datus pronunciauit, approbatur *per ea quæ habentur inf.c.40.quæst.1.causa 7.exc,21.M.I.P.d.q.2.exc. 1. M.I.R.d.reg.1.exc.8.* Huius replicatio est: Nisi citra compromissum à præside iudex consensu partiũ sit datus, *l.ex consensu.23.in princ.ff.de appellationibus. M.I.R.d.exc.8.repl.1.& exc.6.* Aliam replicationem vide *d.except. 21.*

VII. Exceptio: Nisi à proceribus sacri palatii sententia sit lata, *l.iubemus.34.§.vt tamen.& l.in offerendis.35.§.fi.C.de appellationibus.*

VIII. Exceptio: Nisi à præfecto Augustali vel simili sit pronunciatum, *Nouell. cap. 23. §. illud etiam.*

IX. Exceptio videtur: Nisi à principe delegatus iudex pronunciauerit. Sed reprobatur *l.16.C. de appellationibus.* Hactenus de exceptionibus ex persona iudicis, qui sententiam protulit, sumptis. Sequuntur nunc exceptiones, ex causa in qua iudicatum est, & ex re de qua est pronunciatum, desumptæ, nec non ex causa ob quam appellatur.

X. Exceptio: Nisi causa in qua pronunciatum est, exigua sit, reprobatur *l.& in maioribus. 20. C. de appellationibus. M.I.P.d.q.2.except. 6. M. I.R. d.regul. 1. except.10.*

XI. Exceptio: Nisi causa sit infra legitimam appellandi quantitatem, approbatur exemplo *Nou.c.23.§.illud etiam.vers.nulla ei post.& vers.& causa sine spe.M.I.R.d.reg.1.excep.11.* Huius replicatio est: Nisi plures species eiusdem causæ coniunctæ, legitimam efficiant quantitatem, *l.si qui separatim. 10.§.1.ff.de appell.M.I.R.d.exc.11.repl.5.*

XII. Exceptio: Nisi officialis à suo iudice ob male gestum officium fuerit condemnatus, *l nulli officialium.3.C.quorum appell.non recip. M.I.P.d. q.2. exc.7.M.I.R.d.reg.1.excep.13.*

XIII. Exceptio: Nisi causa in qua appellatur, criminalis sit, reprobatur *l. addictos supplicio. 29. & l.si quis.30.C.de appellationibus,l. addictos supplicio.6.§. fin.C.de episcopali aud.* Contradicere videtur *l. antepenult.ff.de verbor.signif.M.I.P. d.q.2.exc.8. M.I. R. d. regul.1.exc. 14.* Plane admittitur in quibusdam casibus, de quibus vide sup. *libro proxim.cap.18.quæst. 1.except.2.*

XIV. Exceptio: Nisi ab executione appelletur, approbatur simul & distinguitur *l. ab executione.4.in princ.ff.de appellat.l.quoniam. 21. versic. quæ non contra executionem.C.eod.tt. M.I. P. d. q. 2. exc. 9. M.I.R d.reg.1.exc.17.* Huius replicatio est: Nisi executor male sententiam dicatur interpretari, aut modum excedere, *d. l,4.& l.ab executione.5. C. quorum appell.non recip.*

XV. Exceptio: Nisi res dilationem non recipiat. *l.si res.7.in pr.ff.de appellationib.recipiend. M. I. R. d.regul.1.exc.12.*

XVI. Exceptio: Nisi appelletur, ne testamentum aperiatur, neue hæres in possessionem mittatur, *d.l.7.& l.quisquis.6.C.quorum appell.non recip. M.I.P.d.q.2.except.10.*

XVII. Exceptio, Nisi contra id quod perpetuo edicto decretum est, appelletur, *l.si res.7.§.penul. ff.de appell.recip.M.I.P. d.q.2.exc,11. M.I.R. d.reg. 1.exc. 19.distinct 1.*

XVIII. Exceptio, Nisi ne pignus vendatur, appelletur, *d.l.7.§.fin.*

XIX. Exceptio: Nisi in causa momentaneæ possessionis fuerit appellatum, *l.vnica. C. si de momentanea possess.M.I.P.d.q.2.exc. 13. M.I.R. d. regul. 1. except.20.*

XX. Exceptio: Nisi in causa fisci tributariæ functionis sit appellatum *l. abstinendum. 4. C. quorum appell.non recip.l.& publicarum.8.C.eod.tt. M.I.P. d. q. 2 exc.14.* Huius replicatio est: Nisi bonorum vacantium, aut hæreditatis tanquam indigno auferendæ nomine, fiscus controuersiam faciat. *l.lata sententia.22.C.de appell.*

XXI. Exceptio, Nisi à mulcta ab iudice indicta appelletur, reprobatur *l.& in mulctis. 25. C. d. tt. l. antepenult.ff de verb. signif. M. I. R. d.reg. 1. except. 14. repl.1.* vbi approbatur.

XXII. Exceptio, Nisi victor appellet ob expensas litis, à quibus victus est absolutus, approbatur sub conditione hac, Si victus appellauit, *l. vlt. C.quando prouocare non sit necesse. M. I. R. d. reg. 1. except. 12.*

XXIII. Exceptio, Nisi non à definitiua, sed ab interlocutoria sententia sit appellatum, *l.ante sententiæ tempus.7.C.quorum appell. non recip. l. eos qui. 6. §. super his. C.de appell.M.I.P. d.q.2.exc.16.M.I.R.d.reg. 1.exc.24.* Exemplum proponitur *l.eius qui. 4. ff. de appell. recip. M.I.P.exc.16.in princ.* Huius replicatio prima est; Nisi iudex quæstionem habendam interlocutus sit, ab hac enim interlocutoria potest appellari, *l.2.ff.d.tt.M.I.P. d.except.16.replic.1. M.I.R. d.exc.24.replic.7.* Altera, Nisi interlocutoria, à qua appellatur, vim habeat definitiuæ sententiæ, hæc replicatio passim hodie in vsu est, atque in ore aduocatorum. *Accedit M.I.R.d.exc. 24.repl.6.* vbi etiam declaratur. Tertia; Nisi fideiussores idonei vel non idonei esse pronunciati sint, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup.eod. lib cap. 12. quæst. 7. reg. 1.* Postremo pœna, si ante definitiuam sententiam fuerit appellatum, proponitur *l.2.C. de episcop. audien.* Plane exceptio proposita iure pontificio est sublata. *M.I. P.d.exc. 16.versic. plane iure quidem ciuili. Accedit M.I.R.d.exc.24.versic. plane iure canonico.* Hactenus de secundo genere exceptionum contra appellationes. Sequuntur nunc exceptiones reliquæ.

XXIV. Exceptio: Nisi iureiurando delato, iuratum sit vel non sit, & exinde sententia lata: hoc enim casu denegatur appellatio ei, contra quem est iuratum & pronunciatum, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. eod. lib.cap.22. quæst.1 exc,20.* Huius replicatio est: Nisi deferente iudice in litem sit iuratum, *l. creditor.28.§. 1. ff. de appellationibus.*

XXV. Exceptio: Nisi iudex ita datus sit, ne ab eo appelletur, approbatur simul & distinguitur *l, 1.§.fin.ff.à quib.appell.non licet.M.I.P.d.q.2.exc. 20. M. I.R.d reg.1 exc.28.*

XXVI. Exceptio: Nisi appellans antea professus sit, se non prouocaturum, *d.l. 1. §. si quis. l. cum anteriorib.5.§.fi. C.de temp,& reparat.appell.M.I.P.d. q. 2.exc.21.M.I.R.d.reg.1.exc. 29.*

XXVII. Exceptio: Nisi antea bis fuerit appellatum, *l.vnica.C.ne liceat in vna eademque,&c. Nouel. c.82.§,præbebunt.vers.nisi tertio.M.I.R.d, q. 2. exc. 22. M I.R.d.reg. 1.except.30.*

XXVIII. Exceptio: Nisi appellans antea contumaciter abfuit, & per contumaciam absens condemnatus sit, *l. & post edictum. 73. §.fin.ff.de iudiciis. l. ex consensu. 23.§.fin.ff. de appellat. l. 1. & l. abstinendum.4.in fin.C.quorum appellat. non recipiuntur. l. properandum.11.§. cum autem eremodicium. C. de iudiciis. Nouell.c. 82.§.præbebunt.M.I.P.d.q.2.exc.24. M. I. R. d. regul. 1. except. 35.* Huius replicatio prima est: Nisi appellans non per contumaciam abfuit. *d.l. 73.§.fin.* Secunda: Nisi ideo non adfuit, quod dicat se libellum principi dedisse, & expectare responsum, reprobatur *l.eius qui.5.ff.de appellationibus recipiend.M.I.P.d.except.24.repl.2.* Tertia: Nisi absens statim, postquam pronunciatum est, adsit, *l. diuus Antoninus. 7.in princ.ff. de in integrum restitutionibus.* Plura de exceptione proposita vide *infr. capit. 29.except. 10.replic.1. item sup.eod. lib. cap.8. quæst. 7.*

XXIX. Exceptio: Nisi appellans antea dilationem ad soluendum petiit, vel alio modo sententiæ acquieuit, *l ad solutionem.5.C.de re iudicata,l. tale pactum.40.§.1.ff.de pactis. M.I.P.d.quæst. 2. except. 29. M.I.R.d.reg.1.except.41.*

XXX. Exceptio: Nisi euidens sit debitum, & sufficienter probatum, *l.abstinendum. 4. C. quorum appellat.non recip.M.I.P,d.q.2.exc.19.& 31,M.I.R.d.reg. 1.except.42.*

XXXI. Exceptio: Nisi intra decendium à lata sententia non appellauit. Hæc exceptio tractatur *inf.eod.cap.quæst.5.*

III. QVIBVS COMPETAT ius appellandi?

Regulariter alii, quam ei qui condemnatus est, vel in iudicio egit, ius appellandi non competit, *l.2.§.si alius. versic.quia in aliena causa.ff. quando appellandum sit. l.1.& l.si cuius.5.ff. de appell. recip. M.I.P,lib.2.cap.18.q 3.M.I.R.lib,2.cap,17.regul.2.* Exceptio prima est: Nisi appellantis interfit. *d.l.1. ab executione.4.§. alio condemnato.ff. de appellationibus. l. à sententia, 5.& l.si prolusorio.14.ff.eod. tt.l.2.§.sed si alius.ff.quando appellandum. M.I.P.d.q.3. except. 1. M. I. R.d.regul.2.except.1.* Secunda: Nisi alii qui appellat, mandatum sit, *l.1.versic. vel quibus mandatum est.ff. de appellat. recip.* Huius replicatio est: Nisi à procuratore, non à principali reo, mandatum sit, *d.l.4.§. fin.ff.de appellationibus & l.si actor.10.C.eod. tt.* Tertia exceptio est: Nisi dominus in causa serui appellauerit, *l.serui.15.ff.d.tt.* Quarta: Nisi seruus in causa domini appellauerit, reprobatur *l. creditor. 28. in princ.ff.eod. tt.* Quinta: Nisi pater vel mater in causa filii appellauerit, *l.2.§.si vero qui.ff. quando appellandum sit.l.1.versic.sed & si mater.ff. de appellat. recip.* Sexta: Nisi filius in causa patris appellauerit, *l.ex consensu,23.§.filiumfamilias.ff.de appellat.* Septima: Nisi alio appellante, ratum à domino litis sit habitum *l.1.ver.vel qui negotium.ff.de appell.recip.* Octaua: Nisi cum quis ad supplicium esset damnatus, alius pro eo appellet, *l.non tantum.6.ff.de appellationibus. M. I. R.d.reg.2.exc.4.*

IV. QVI APPELLANDI, seu ad quos?

I. Regula: Gradatim appellandum est, non omisso medio, *l.imperatores.21.in princ.ff. de appellationib. Nouell. c.17.§.scito nanque.M.I.P.d.c.18.q.4. reg.1.M.I.R.d.cap.17.reg.3.* Exemplum proponitur, *l.addictos.29.§.ea conditione. C.de appellat.item Nouell. c.23.§.illud etiam.*

II. Regula: A sententia legati proconsulis proconsul appellari potest, *l.2.ff.quis à quo appelletur.*

III. Regula: A prætore præfectus vrbi appellatur, *l.si apud.17.C.de appellationibus.*

IV. Regula, A præside Bithyniæ, Paphlagoniæ, Lydiæ, &c. præfectus vrbi appellatur. *l. cum appellatio.23.C.d.tt.*

V. Regula: A procuratore Cæsaris appellatus præfectus prætorio, approbatur *iuxta glossam l. cum post.26.C.de appellat.*

VI. Regula: A proconsule, vel Augustali, vel comite Orientis, vel vicario, à quibus antea ad Imperatorem appellabatur, nunc appellatur præfectus prætorio, & quæstor sacri palatii. *l. præcipimus.32.in princip. & l. addictos.29. §. ea conditione. C. de appellat.* Huius exceptio prima est: Nisi

Nisi quantitas non excedat 10. libras auri: tunc enim vnus tantum ex iis potest appellari, *l. in offerendis. 35. in prin. C. eod. tt.* Secunda: Nisi isti duo inter se dissentiant: tunc enim tertius adhibetur, scilicet illustris pro tempore quæstor. *d. l. 35. § sin vero.* Tertia: Nisi negocium excedat 20. libras auri: tunc enim pertinet ad totum auditorium procerum Imperatoris, *d. l. 35. § his videlicet.*

VII. Regula, A delegato appellatur delegans, seu is qui iudicem dedit, *d. l. 32. §. hæc si appellatio. l. 1. in prin. & l. 2. ff. quis à quo appellatur. l. Imperatores. 21. §. iidem. ff. de appellationib. Nouell. c. 82. §. accommodabuntque. & Nouell. 123. §. cæterum si episcopus. M. I. P. d. cap. 18. q. 4. reg. 2. M. I. R. d. cap. 17. reg. 4.* Huius exceptio prima est: Nisi delegatus alii causam sub delegauerit: hoc enim casu non subdelegans, sed prior delegans appellatur, *l 1. §. fin. ff. quis à quo appellat. M. I. P. d. reg. 2. except. 1.* Huius replicatio proponitur, *l. eo casu. 33. C. de appellationibus.* Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi authoritate principis, nominatim iudicem declarantis, quis iudicem dederit. Sed reprobatur *l. 3. ff. quis à quo appelletur.* Tertiam exceptionem vide *infr. reg. 9.*

VIII. Regula: A duce magister officiorum & sacri palatii quæstor appellatur, *l. si quando. 36. C. de appell.*

IX. Regula ab eo cui princeps causam delegauit, siquidem non sit illustris, præfectus prætorio & quæstor sacri palatii appellatur, sin vero illustris sit, cui causa delegata est: vel cum duobus delegata esset, vnus illustris sit, alter non sit, princeps appellatur, *l. præcipimus. 32. §. huic celeberrimæ. C. de appellationibus.*

X. Regula; Ab illustri & magnifico iudice appellatur princeps, *d. l. 32. versic. sane si illustrium.*

XI. Regula: Ex Ægyptiaco tractu, vel Lybia appellatur præfectus Augustalis. *Nouell. c. 23. §. illud etiam. M. I. P. d. q. 4. reg. 6.*

XII. Regula: Ex Asia diœcesi, vel Pontica appellantur viri spectabiles, quibus specialiter princeps commiserit, *d. §. illud etiam. versic. similique modo. M. I. P. d. quæst. 3. reg. 7.*

XIII. Regula: Ex tractu Orientali appellatur comes Orientis. *d. §. illud etiam. M. I. P. d. q. 4. reg. 8.*

XIV. Regula: Ex prouincia Lycaonia prætor Lycaoniæ appellatur, *Nouell. cap. 25. §. secundum legem.*

XV. Regula: Ex prouincia Caria, Cypro, Mysia, Scythia, & Cycladibus insulis quis appelletur, definitur *Nouell. c. 41.*

XVI. Regula: Ab ordine præses appellatur, *l. 1. §. solent. in fi. ff. quando appellandum sit.*

XVII. Regula. Ne à pari par iudex appelletur, proponitur *Nou. c. 23. §. illo videlicet. M. I. P. d. quæst. 4. reg. 11.*

XVIII. Regula, De commutando appellationis iudice, habetur *l. si quis 28. C. de appell. M. I. P. d. q. 4. reg 12.* Huius exceptio est: Nisi minorem iudicem primo appellauerit, quam is est à quo appellat, *l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appellat. de quo vide inf. cap. 29. except. 48. replic. 1.*

V. QVANDO ET QVAMdiu appellandum?

In propria causa biduum, in aliena triduum, iure antiquo datur ad appellandum, *l. eos qui. 6. §. penult. C. de appellationibus. l. 1. §. in propria. ff. quando appell. sit.* vbi & regula proposita declaratur: quo etiam pertinet *l. 2. tota ff. eod. tt. l. qui suspectum. 20. in prin. ff. de appellationibus. & l. intra triduum. 3. ff. de appellat. recip.* Plane quæ iam allegatis legib. dicuntur de biduo & triduo, tolluntur, illudque biduũ ac triduum, sublata distinctione, mutatur in decendium, *Nouell. c. 23. in princ. vsque ad §. adhæc sancimus. M. I. P. d. cap. 18. q. 5. reg. 1. M. I. R. d. cap. 17. reg. 16.* Sed & quæ de tempore, quo biduum aut triduum currere incipiebat, iure antiquo statuta sunt, ad ius nouum decem dierum transferri possunt. *M. I. P. d. regul. 1. versic. plane quæ de tempore. M. I. R. d. regul. 16.* Biduum autem & triduum illud currere incipiebat ex die latæ sententiæ, *l. 1. §. biduum. ff. quando appellandum sit.* Idem in iure nouo de tempore decem dierum statuitur, *d. Nouell. const. 23.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi sub conditione lata sit sententia, hoc enim casu videtur à tempore conditionis existentis, tempus numerandum: verum reprobatur *d. §. biduum. M. I. P. d. reg. 1. except. 1. M. I. R. d. regul. 16. except. 2.* Secunda: Nisi iudex sententiam latam Imperatori transmiserit confirmandam, vel vt locus pœnæ adsignetur: hoc enim casu etiam à rescripto principis tempus currit, *l. 1. in prin. ff. quando appellandum. M. I. P. d. regul. 1. except. 2.* Huius replicatio est; Nisi non necessario sententia principi transmittatur: sed consuletur princeps, exemplo literarum consultationis litigatori edito, *l. illud videamus. 3. ff. quando appellandum.* Tertia exceptio est: Nisi præses ad munus vel honorem nominatum aliquem remisit, ad ordinem confirmandum: hoc enim casu non à die nominationis, vel remissionis, tempus currit, sed à tempore decreti ab ordine interpositi, *l. 1. §. solent. ff. quando appell.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *inf. cap. 29. exc. 48. repl. 2.* Sed & ad quæstionem propositam pertinet, quod ante sententiam appellari non possit, *de quo dictum sup. eod. cap. quæst. 2. except. 22.*

VI. Quot appellationibus sit opus vide *inf. ca. 29. except. 48. replic. 3. & 4.*

VII. FORMA ET MODVS APpellandi quis sit?

I. Regula: Regulariter in scriptis est appellandum. *M. I. P. d. cap. 18. q. 6 reg. 1. M. I. R. d cap. 17. reg. 17.* Cuius exceptio est: Nisi quis ipso die, quo sententia fertur, apud acta, viua voce appellet. *l. 2. & l. à sententia. 5. §. fin. ff. de appell. l. litigatorib. 14. C. eod. tt. M. I. P. d. reg. 1. exc. 1. M. I. R. d. reg 17. exc. 1.*

II. Regula, De libellis appellatoriis concipiendis, proponitur *l. 1. § fin. l. scio quæsitum 3. & l. appellanti. 13. ff. eod. tt.*

III. Regula, De insinuanda appellatione, & libellis appellatoriis dandis. Si libelli appellatorij intra legitimum tempus non sint dati, obstat præscriptio *d. l. 5. §. fin. ff. de appellationib. M. I. R. d. cap. 17. reg. 21.* Huius exceptio prima est, Nisi viua voce apud acta appellauerit, *d. quo sup. ead. quæst. in princ.* Altera: Nisi propter violentiam iudicis dare non fuit ausus, vel propter absentiam eius non potuit, *l. cum quidam. 7. ff. de appellationib. M. I. R. d. reg. 21. except. 1.*

VIII. Causæ ex quibus appellatio sit irrita, proponentur *inf. cap. 29. exc. 48. replic. 5.*

IX. OF-

IX. OFFICIA APPELLANtis, & appellationis euentus & consequentia.

I. Regula, De causa appellationis reddenda, proponitur *l. appellanti. 13. §. fin. ff. de appellationibus. M. I. P. d. c. 18. q. 7. reg. 5. M. I. R. d. cap. 17. reg. 23.* Quæ sint causæ appellationum probabiles, infra dicetur *cap. 29.* An autem per alium reddi possit, definitur *l. 1. cum seq. ff. an per alium causa.*

II. Regula, De causa appellationis mutanda, habetur *l. scio quæsitum. 3. §. fin. ff. d. tt.* Contradicit *M. I. P. d. q. 7. reg. 8.*

III. Regula: Cautio de exercenda prouocatione non necessario præbenda. *l. eos qui. 6. §. fin. C. d. tt.* Quando autem & quamdiu, item quibus & per quos appellatio prosequenda, dicetur *infr. ca. 29. qu. 3. except 51.*

IV. Regula, De apostolis seu libellis dimissoriis à priore iudice ad iudicem appellationis petendis & dandis, proponitur *l. vnica, in prin. ff. de libellis dimissoriis. l. dimissoriæ. 106. ff. de verbor. signif. d. l. 6. § fin. & l. præcipimus. 32. §. in his autem C. de appellationib. M. I. P. d. c. 18. q. 2. except. 28. & q. 7. reg. 2. M. I. R. d. cap. 17. reg. 26.* Si iudex apostolos dare noluit, non id obest appellanti. *l. vnica. §. fin. ff. de libellis dimissoriis. M. I. P. d. except. 28. replic. 1.* Sane si copiam apostolorum denegauerit, eo nomine querela competit, de qua *l. si appellationem 31. C. de appellationibus.*

V. Regula, De libellis refutatoriis transmittendis proponitur *l. eos qui. 6. §. super his. & l. à proconsulibus. 10. in princip. C. eod tt.* De hisce autem libellis concipiendis proponitur *l. ampliorem. 37. §. in refutatoriis. C. d. tt.*

VI. Regula, De opinione iudicis transmittenda, habetur *d. l. 19. in prin. vers. vt appellanti. & d. l. 6. §. super his. C. de appell.*

VII. Regula, De actis edendis & transmittendis, proponitur *l. iudicibus 24. C. d. tt. Nouell. c. 134. §. appellationes. l. ne causas. 15. l. à proconsulib. 19. in prin. & l. præcipimus. 32. §. in his autem. C. de appellationibus l. nemo. 3. versic. ita vt etiam. C. de temp. & reparat. appellat. Nouell. c. 126. §. ad hæc sancimus. l. in fraudem. 45. §. quoties apud. & §. quoties iterum. ff. de iure fisci. M. I. P. d. q 7. reg. 4.*

VIII. Regula, De appellatione à iudice non deneganda, sed recipienda, proponitur *l. Imp. Alexander. 25. ff. de appellationibus. l. eos qui. 6. in princ. C. d. tt. Nouell. c. 82. §. atqui vt omnib. & §. nam si per procuratorem. Nouell. c. 126. §. ad hæc sancimus. item Nouell. c. 134. §. appellationes. M. I. P. d. q. 7. reg. 10. & 11. item lib. 1. cap. 5. q. 4. reg. 1. except. 7. M. I. R. d. c. 17. reg. 29.* Huius exceptio prima est: Nisi post tempus appellationi præstitutum sit appellatum. Secunda: Nisi appellatio legibus sit interdicta. Hæ duæ exceptiones approbantur *d. Nouell. c 126. §. ad hæc sancimus.* Tertia: Nisi à præfecto prætorio appelletur. Hæc exceptio species est præcedentis, & approbatur *Nouell. cap. 82. § atqui vt omnib. vers. præter thronum.* Reliquas huiusmodi exceptiones vide, *supra eod. cap. quæst. 2.*

IX. Regula, De querela deferenda, si appellatio recepta non sit, quamdiu scilicet comperat, habetur *l. si appellationem. 31. C. de appellationib. l. si cuius. 5. § fin. ff. de appellationib. recipiendis.*

X. Regula, De eadem querela, apud quem sit proponenda, definitur *d. l. 5. ff. d. tt. l. à proconsulib. 19. §. quod si victus. C. de appell.*

XI. Regula, De exceptionibus aduersus iam dictam querelam à iudice proponendis, habetur *l. sciendum est. 6. §. eum quoque. ff. de appellat. recipiend.* Quæ autem sint huiusmodi causæ, siue exceptiones, propter quas appellatio potest non recipi, dictum est *paulo superius reg. 8.*

XII. Regula, Quid veniat in supradictam querelam, seu de pœna iudicis non recipientis appellationem, proponitur *l. quoniam. 21. D. de appell. M. I. R. d. c. 17. reg. 30.* Alia huius delicti pœna definitur *Nouell. constit. 126. §. ad hæc sancimus.*

XIII. Regula, De nihil innouando appellatione pendente, & attentatis reuocandis, proponitur *l. vnica. ff. nihil innouari appellat. interposit. Nouell. c. 134. §. ad hæc iubemus. l. si vt proponis. 3. C. quando prouocare non est necess. M. I. P. d. qu. 7. reg. 13. in princip. M. I. R. d. cap. 27. regul. 32.* Huius exceptio prima est; Nisi appellatio non sit recepta. reprobatur *d. leg. vnica. l. sciendum est. 6. in princ. ff. de appellat. recip. l. appellatione. 3. C. de appell. st. M. I. P. d. reg. 13. except. 2. M. I. R. de reg. 32. except. 1.* Plane admittitur in casu præscriptionis temporis, quæ nihilominus currit, *Nouell. ca. 126. §. ad hæc sancimus. vers. quod si quis iudicum.* Secunda exceptio est: Nisi ex pluribus facinoribus condemnatus, propter quædam appellauit, propter quædam non; hoc enim casu eorum propter quæ appellatum non est, nihilominus executio fieri potest. approbatur simul & distinguitur *l. vnica. §. fin. ff. nihil innouari appellation. pend. M. I. P. d. reg. 13. except. 3.* Tertia: Nisi in causa criminali condemnatus non satisdet. hoc enim casu in custodia est retinendus. *l. minime fas est. 12. & l. eos qui. 6. §. super his. C. de appellat.* Quarta; Nisi ab executione fuerit appellatum, resque litigiosa mobilis sit; hoc enim casu res apud sequestrum deponitur. *l. ab executione. 5. C. quorum appellat. non recipiantur. M. I. R. dict. regul. 32. except. 10.* Quinta; Nisi appellans depopulatur agros litigiosos: hoc enim casu fructus sunt sequestrandi, *l. Imperatores. 21. §. fin. ff. de appellat. M. I. P. d. regul. 13. except. 21. M. I. R. d. cap. 17. regul. 42.* Sexta; Nisi iudex alicui detulerit iusiurandum ex officio: hoc enim præstari potest ac debet, appellatione non obstante. *l. 12. in princip. C. de iureiurando.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *infr. c. 29. except. 51.*

XIV. Regula, De non iniuria afficiendo iudice, à quo est appellatum, proponitur *l. illud sciendum, 8. ff. de appellationib. M. I. R. d. c. 17. reg. 37.*

XV. Regula, De ministris appellationum, & officio illorum, vide *supr. eod. li. c. 3. q. 4. reg. 2.*

XVI. Regula: Potest quisin causa appellationis allegare, quod in priore iudicio est prætermissum. *l. eos qui. 6. §. si quid autem. & l. in offerendis. 35. § fin. C. de appellat. l. per hanc. 4. C. de temporib. & reparat. M. I. P. d. quæst. 7. reg. 14. M. I. R. d. cap. 17. regul. 38.* Huius exceptio est; Nisi appellans vel eius aduersarius aliam actionem in causa appellationis velit proponere, vel aliam rem petere. *d. l. 4. ibi. quæ non ad nouum capitulum pertinent. M. I. P. d. reg. 14. except. 1. M. I. R. d. reg. 38. except. 1.*

XVII. Regula: Is quoque, contra quem appellatum est, contra sententiam in causa appellationis excipere potest, & quæ in ea desiderat, pro-

ponere. *l. ampliorem, 37. in princ. C. de appellat. l. vlt. C. quando prouoc. non est necess. M. I. P. d. q. 7. reg. 15. M. I. R. d. c. 17. reg. 39.*

XVIII. Regula, Si appellans obtinuerit, executio facta retractanda, & id quod soluit, ei restituendum, *l. cum ex causa, 11. ff de appell. Nouell. cap. 119. §. aliud in fin. M. I. R. d. c. 17. reg. 44.*

XIX. Regula, De pœna appellantis non obtinentis; proponitur *l. eos qui. 9. §. ne temere. C. de appellat. l. ab executione. 5. §. fin. C. quorum appellationes non recip. M. I. P. d. quæst. 7. reg. 16.* Si item ad munus vel honores nominatus appellauerit, nec obtinuerit, damnum quod interim respublic. sensit, præstare tenetur, *l. 1. ff. si tutor vel curat. creatus appellau. l. Imperatores, 21. §. si magistratus. ff. de appellationibus.*

XX. Regula: Si ad munus vel honorem nominatus appellauerit, interim alius in locum eius creandus. *d. §. si magistratus, & §. in locum.*

XXI. Regula, De officio iudicis, alterutro litigatore absente, proponitur *Nouell. c. 126. §. in omnibus, cum sequentibus. M. I. P. d. quæst. 7. regul. 18. cum sequent.* Hæc de officiis appellantium, necnon de appellationum euentis & consequentibus, sint dicta. Pertinent autem huc etiam, quæ traduntur de prosequenda appellatione, cui scilicet ius prosequendæ appellationis competat. Sed de hac re vide, *infr. c. 29. except. 48. replicat. 5. duplic. 11. & 12.* Nunc ad adfinia appellationis remedia transeundum.

DE ADFINIBVS APPELLATIONVM remediis, deque actionibus & exceptionibus, quæ victo aduersus iudicem vel victorem competunt.

CAP. XXVIII.

PRIMO: Interdum sententia etiam sine appellatione vel ipso iure non valet, vel retractanda est, *de qua re vide infr. cap. prox.*

II. DE IN INTEGRVM RESTITUTIONE aduersus sententiam.

Hoc remedium vice appellationis competit minoribus 25. annis per sententiam læsis, & aliis quibusdam, de quibus dicetur *infr. lib. 25. cap. 1.* Sed & respubl. per sententiam læsa, in integrum restitutionem petere potest, *l. 1. C. de officio eius qui vicem alicuius iudicis obtinet, M. I. P. lib. 2. cap. 18. quæst. 8. regul. 1.* Huius exceptio est: Nisi pro libertate sit pronunciatum, *l. illud sciendum est, 9. ff. de appellationibus.*

III. DE RETRACTANDA SENTENTIA præfecti prætorio.

A sententia præfecti prætorio non appellatur, *vt supr. dictum est:* sed de ea retractanda supplicatur principi, quod remedium retractationis approbatur *l. vnica, C. de sentent. præfecti prætorio. Nouell. c. 82. §. at qui vt omnibus in fin. M. I. R. lib. 2. cap. 17. reg. 64.* Exceptio prima est: Nisi post biennium, quam præfecto prætorio successum est, de retractanda sententia supplicetur, *d. l. vnica.* Altera: Nisi semel ea de re supplicatio sit facta, *l. si quis 4. C. de precib. Imperat. off.*

IV. De actione, Si iudex litem suam fecisse dicatur, vide *sup. lib. prox. ca. 7. q. 6.*

V. DE EXCEPTIONE, QVOD quisq; iuris in alterum statuit vel impetrauit, vt ipse eodem iure vtatur.

Potest & hæc exceptio inter adfinia appellationis remedia numerari: qua iniquitas vel iudicantis vel aduersarij potest coerceri, qui etiam appellationis est finis.

I. CAVSA HVIVS EXCEPTIONIS.

Si magistratus aduersus aliquem ius aliquod statuit, vel quis ius aliquod pro se impetrauit, eo aduersus illum alius vti potest, *l. 1. §. 1. ff. quod quisq; iuris in alter.* Ratio proponitur *eadem l. 1. in princ. M. I. P. d. q. 8, reg. 3. M. I. R. d. cap. 17. reg. 81.* Exceptio prima est; Nisi non ipse iudex, sed adsessor per imprudentiam ius aliter dixit, *l. 2. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi statutum ius non habuit effectum, *l. 1. §. hæc autem, ff. eod. tt. M. I. P. d. reg. 3. except. 1.* Tertia: Nisi iure impetrato non sit vsus is qui impetrauit. reprobatur *l. si quis. 3. §. 1. ff. d. tt.* Quarta: Nisi non postulante aduersario ius sit impetratũ, *d. l. 3. in prin. M. I. R. d. reg. 81. except. 1.* Quinta: Nisi quis actione vel exceptione proposita vsus, iniquum ius impetrauit, *l. illud eleganter. 4. ff. d. tt.* Sexta: Nisi solutum sit: hoc enim casu ratione propositi edicti solutũ repeti non potest, *l. si quis. 3. §. fin. ff. eod. tt.* Septima: Nisi actio, cui exceptio proposita opponitur, eo tempore, quo actor ius iniquum statuit vel impetrauit, nondum fuit acquisita, reprobatur *d. l. 3. §. penult.* Octaua: Nisi non suo, sed alieno nomine impetrauit, approbatur simul & distinguitur *d. l. 3. §. si procurator.*

II. QVIBVS EXCEPTIO PROPOSITA competit?

Etiam alij, quam contra quem ius iniquum statutum vel impetratum est, aduersus impetrantem vel statuentem competit exceptio, *d. l. 3. §. hæc pœna, M. I. R. d. c. 17. reg. 82.*

III. ADVERSVS QVOS DATVR exceptio proposita?

I. Regula: Adsessore iniquum ius statuente, iudici non obstat exceptio, *l. 2. ff. d. tt.*

II. Regula: Procuratore impetrante, ipsi domino exceptio obstat, *d. l. 3 §. si procurator.*

III. Regula: Alieno, non suo nomine impetranti non obstat exceptio, approbatur simul & distinguitur *d. §. si procurator.*

IV. Regula: Filio statuente vel impetrante ius iniquum, patri agenti non obstat exceptio, *d. l. 3. §. si filius.*

V. Regula: Etiam hæredi statuentis vel impetrantis obstat exceptio, *d. l. 3. §. quod autem.*

VI. Regula: Reo principali iniquum ius impetrante, fideiussori quoq; obstat exceptio, *d. l. 3. §. si is pro quo.* Huius exceptio est: Nisi fideiussor non ex eo, quod fideiusserit pro eo qui ius iniquum impetrauit, conueniatur: sed ex alia causa, quæ ad impetrantem non pertinet, *d. §. si is pro quo.*

VII. Regula: Fideiussore inquum ius statuente vel impetrante, non obstat exceptio reo principali, *d. § si is pro quo, versic. sed si tu.*

DE RE IVDICATA.

CAP. XXIX.

PRIMO: Definitio rei iudicatæ proponitur *l. 1. ff. de re iudicata. M. I. R. lib. 2. c. 18. reg. 5. in princ.*

II. DE

II. DE EFFECTV REI iudicatæ.

I. Regula: Res iudicata pro veritate accipitur. *l. res iudicata. 207. ff. de reg. iuris. & l. ingenuum. 25. ff. de statu hominum. M. I. P. lib. 2. cap. 19. reg. 1. in princ. M. I. R. d. reg. 5. in prin.*

II. Regula: Rebus iudicatis standum est, & sententia executioni mandanda: nasciturq; hinc tam actio iudicati, quam rei iudicatæ exceptio. *l. 1. C. de his qui propter metum iudic. non appell. l. si contra. 8. C. de appell. l. si pecuniam. 3. C. de re iudicata. l. quæ licitam. 3. C. vt lite pendente vel post prouocat. d. l. 25. ff. de statu hominum. M. I. P. d. reg. 1. in prin. & M. I. R. d. reg. 5. in princ.*

III. DE EXCEPTIONIBVS contra rem iudicatam.

Plane habet regula proposita plures exceptiones, quæ hic ordine sunt proponendæ; primum quidem ea quæ sumuntur ex persona ipsius iudicis: deinde quæ sumuntur ex persona eius, aduersus quem sententia est lata: tertio de iis dicetur, quæ sumuntur ex ipsa re iudicata, & causa de qua est iudicatum: quarto de iis quæ sumuntur ex causa iudicati, & antecedentibus: quinto de exceptionibus sumptis ex loco & tempore iudicati: postremo de iis quæ sumuntur ex consequentibus iudicatum. Ex persona igitur iudicis sumuntur exceptiones hæc.

I. Exceptio: Nisi à non competente iudice sit iudicatum, *l. vlt. C. si à non compet. iud. l. extra territorium 20. ff. de iurisd. M. I. P. d. reg. 1. except. 1. M. I. R. d. reg. 5. except. 1.* Exemplum proponitur *l. ex consensu 23. §. 1. ff. de appell.* Cui concordat *l. 1. C. de pedaneis iudicibus.* Aliud exemplum habetur *l. 2. C. si à non compet. iud.* Aliud *l. nulli. 10. C. de sentent. & interloc.* Item aliud *l. si vt proponis 6. C. de executione rei iudicatæ.* Sane quando dicatur iudex competens, vel non competens, vide *supr. eod. lib. cap. 2.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi iudex qui reo competens est, actori non est, actorem in aliquo condemnauit: hoc enim casu nihilominus valet sententia *l. cum Papinianus. 14. C. de sentent. & interloc.* Concordant huic ea quæ dicta sunt *supr. d. cap. 2. replic. generali 5. M. I. P. d. except. 1. replic. 1.* Altera replicatio est: Nisi publice ab omnibus iudex competens fuerit existimatus *l. 2. C. d. tt. l. Barbarius Philippus 5. ff. de officio prætoris. M. I. P. d. except. 1, replic. 2.* Plures huiusmodi replicationes vide *sup. d. ca. 2.* Sed & similem exceptionem vide *sup. li. prox. ca. 18. except. 1.*

II. Exceptio: Nisi quidam, non omnes iudicauerint vel pronunciauerint *l. duo ex tribus 39. ff. de re iud. l. sic & tribus 18. ff. de recept. arbit. l. cum magistratus 4. C. quando prouoc. non est necess. l. 2. ff. de decretis ab ordin. fac. M. I. P. d. reg. 1. except. 4. M. I. R. d. reg. 5. except. 6.* Huius replicatio est: Nisi omnes præsentes fuerint, tunc enim, quamuis non omnes consentiant, nihilominus maioris partis consensus valet *d. l. 39. l. Pomponius 36. cum seq. ff. de re iudicata. M. I. P. d. except. 4. repl. 1.*

III. Exceptio: Nisi adsessores absente iudice statuerint vel pronunciauerint *Nouel. c. 60. §. porro & illud, cum sequentib.*

IV. Exceptio: Nisi iudices inter se dissenserint reprobatur *l. inter pares numero 38. ff. de re iudicata. l. lege Iunia 24. ff. de manumissionib. d. l. 36. versic. quia & qui dissentirent. & d. l. 39. ff. de re iudic. M. I. P. d. replic. 1.* Ex quibus constat; ob dissonantiam iudicum non improbari rem iudicatam. Sed & quid hoc casu sequendum sit, legibus iam allegatis definitur. Sciendum igitur est, siquidem dispari numero sint iudices, tunc quod maior pars iudicauit, ratum esse, *d. l. 17. vers. quia ita demum. ff. de recept. arbit. & d. ll. 36 & 39. ff. de re iudicata.* Sin autem pari numero iudices sint vtriusque sententiæ: tunc siquidem causa sit liberalis, pro libertate est respondendum; in aliis autem causis pro reo conuento: quia rei fauorabiliores sunt, quam actores. Item, si in summa dissentiant iudices; id quod minimum est sequendum, *d. l. 38. ff. de re iudicata.* Hæc autem ita se habent, si iudices sint ordinarii, qui dissentiunt. Sin autem sint delegati dissentientes pari numero: tunc id seruabitur, quod iudex delegans ratum habuerit, *l. duo iudices, 28. ff. de re iudicata.* Hæc de primo genere exceptionum, quæ ductæ sunt ex persona iudicantis. Sequitur secundum genus, earum scilicet quæ sumuntur ex persona eius contra quem est iudicatum.

V. Exceptio: Nisi contra fiscum sit iudicatum, *l. vnica, C. de sentent. contra fiscum.*

VI. Exceptio: Nisi contra rempublicam sit iudicatum, hoc enim casu, etsi appellatum non sit, tamen per in integrum restitutionem sententia potest rescindi. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. ca. prox. adfini remed. 2.* Sane si respub. non fuit defensa, ipso iure non valet sententia, *l. 1. C. de iure reipublicæ.*

VII. Exceptio: Nisi contra minorem annis sit iudicatum, *l. acta. 45. §. fin. ff. de re iudicata, l. 1. C. qui legitimam person. standi in iud. &c. l. si præses. 6. C. quomodo & quando iudex, M. I. R. d. regul. 5. except. 7.* Huius replicatio est: Nisi tutore vel curatore authore minor egerit vel conuentus fuerit, *l. 2. C. qui legitimam person. standi. M. I. R. d. except. 7. replic. 3.* Plane hoc casu, quo minor tutore vel curatore autore agens vel conuentus condemnatus est, vel aduersarius eius absolutus; ipso quidem iure valet sententia, verum per in integrum restitutionem potest rescindi, quod duplicationis loco notandum, *de qua re dicetur infr. lib. 25. cap. 1.*

VIII. Exceptio: Nisi contra furiosum sententia sit dicta, *l. furioso, 9. ff. de re iudicata.*

IX. Exceptio: Nisi contra defunctum vel iacentem hæreditatem sententia sit dicta, *l. 2. ff. quæ sententia sine appell. rescind. l. in sententiis, 59. §. fin. ff. de re iudicata. M. I. R. d. reg. 5. except 8.*

X. Exceptio: Nisi contra absentem sententia sit dicta, *l. de vnoquoque 47. in princ. ff. d. tt. l. si prolusorio, 14. §. fin. ff. de appellationibus, l. ea quæ. 7. C. quomodo & quando iudex sent. l. si fiscus, 7. ff. de iure fisci. l. non intelligitur, 3. §. diuus Hadrianus, ff. eod. tt. M. I. P. dict. regul. 1. except. 6. M. I. R. d. reg. 5. except. 10.* Replicatio prima est: Nisi absens vocatus, venire noluit, *l. consentaneum, 8. C. quomodo & quando. d. leg. 47. § qui apud. ff. de re iudicata, & d. l. 14. §. fin. versic. ne aduersus eum. ff. de appellat. M. I. P. d. except. 6. replic. 1. M. I. R. d. exc. 10. replic. 1.* Huius duplicatio prima est: Nisi aduersarius præsens, per dolum sciens falso aliquid allegauerit, *l. si prætor. 75. ff. de iudiciis, M. I. P. dict. replic. 1, duplic. 2. M. I. R. d. replic. 1. duplic. 1.*

Secunda: Nisi absens vocatus adesse non potuit. *d.l.75.in fin.l. cum non voluntatis.* 10. *C. quomodo & quando. l. quæsitum est.* 60. *ff. de re iudicata. M. I. P. d.replic.* 1. *duplic.3.M. I. R. d. replic.* 1. *duplic.* 2. Tertia duplicatio est: Nisi edictum peremptorium non fuit propositum, nec in notitiam absentis peruenerit. *l.* 1. §. *item cum. ff. quæ sentent. sine appellat. rescind. M. I. P. d.replic.* 1. *dupl.* 4. Huius triplicatio est: Nisi alio modo admonitus venire noluit. *l.* 2. *C. quomodo & quando.* Quarta duplicatio est: Nisi feriatis diebus absens vocatus sit. *l. si vt proponis.*4.*C.eod.tt.l.*1.§.1.*ff.de feriis & dilationibus.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Plures huiusmodi duplicationes vide *supr.eod.lib.cap.*8.*quæst.* 7.*item supr.lib.prox.ca.*15.*de sententia ferenda, quæst.* 1. *regul.* 2. *except.* 1. Secunda replicatio est; Nisi is contra quem absentem pronunciatum est, præsens litem cœperit. *l. vltim. C. quomodo & quando.* Tertia; Nisi absens contra quem iudicatum est, non statim, re comperta, eo nomine querelam detulit, sed ratum habuit. *c. abeo iudicato.*3. *C.d. tt.* Quarta; Nisi alius nomine absentis condemnati præsens fuit. *elicitur ex l. si prolusorio.* 14. *vers. nec quoquam nomine eius respondente. ff. de appellation. M. I. P. d.except.*6. *replic.*2. *M. I.R. d. except.* 10. *replic.*13. Huius duplicatio est: Nisi præsenti mandatum non sit, vel inutiliter mandatum, approbatur exemplo *l. quia absente.* 4. *C. de procuratorib.* Quinta replicatio: Nisi pro libertate sententia dicta sit. *l. si dolo.* 24. *ff. de dolo malo.* Sextæ replicationis loco notandum, quod cæteris qui fuerunt præsentes, exceptio proposita non detur. *l. de vnoquoque.* 47. *in princ. ff. de re iudicata.* Plura de exceptione proposita vide *sup.lib.prox.ca.*15. *de actib. & officiis iudicis, qu. de sententia ferenda, reg.* 2. *item M. I. P. d. except.* 6. *& M. I. R. d. except.* 10. Hactenus de decima exceptione sit dictum, nec non de secundo genere exceptionum, quæ desumptæ sunt ex persona eius, contra quem est iudicatum. Sed & huius loci exceptio est: Nisi seruus sit condemnatus. *l. seruus.*6. *C. de iudiciis.* Sequitur tertium genus, quod sumptum est ex re iudicata, & ex causa de qua est iudicatum.

XI. Exceptio: Nisi de alia re iudicatum est, quam de qua iudex est datus. *l.* 1. *& l. si de proprietate.*3. *C. si à non compet. iud. M. I. P. d. reg.*1. *except.* 7. *M. I. R. d. reg.*5. *except.*14.16. *&* 18. Huius replicatio est: Nisi ad condemnandum iudex datus absoluerit. *l. qui damnare.*3. *ff. de re iudicata.* Plura de exceptione proposita vide *infr. exc.*16.

XII. Exceptio: Nisi is qui condemnare non potest, absoluerit. *l. nemo.*37. *ff. de reg. iuris.* Cuius exemplum habetur *l. cum fideicommissum.* 7. *ff. de confessu. M. I. R. d. reg.*5. *except.*17.

XIII. Exceptio: Nisi de alia re, quam petita est, sententia sit lata. *l cum quidam,*17. *C. de fideicommiss. libertatib. l. de qua re.*74. *in princ. ff de iudiciis. M. I. R. d. reg.* 5. *exc.*18. Huius replicatio est in causa appellationis, in qua iudex appellatus, id quod sententiæ, à qua appellatum est, deest, potest etiam contra appellantem supplere, *per ea quæ proposita sunt sup.cap.*27.*q.*9.*reg.*17.

XIV. Exceptio: Nisi de eo sententia lata sit quod post rem in iudicium deductam accidit. hoc enim casu sententia non valet, ratione exceptionis proxime præcedentis. Sed & approbatur *l. non potest.*23. *& l. non quemadmodum.* 35. *ff. de iudiciis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi id quod postea accidit, accessorium sit eius quod in iudicium est deductum. *gloss. in d.l.* 35. *argumento l. ædiles.* 25. §. *item sciendum. versic. cæterum post iudicium. ff. de ædilitio edicto, l. si tertius.*6. §. *officium autem. ff. de aqua pluuia arcenda.* Altera replicatio: Nisi id quod postea accidit, pars sit eius quod in iudicium est deductum. approbatur exemplo *l. si hæreditatem.* 4. *ff. de petit. hæreditatis.* hæres enim petendo rem hæreditariam à possessore, totum ius suum in iudicium deducit, licet possessor vnam tantum rem hæreditariã possideat. *l.* 1. §. 1. *ff. si pars hæreditatis petatur. & l. minimam.* 10. *ff. de petit. hær.* Ideoq; si post litem contestatam aliam quoq; rem possidere cœperit, ea quoq; in condemnationem venire potest. *vt d. l.* 4. *dicitur. Accedit l. item videndum.* 18. §. *si quis cum. & l. si quo tempore.* 41. *in princ. ff. eod. tt.* Aliud exemplum est *l. quæsitum.* 31. *in prin. cum sua gloss. ff. de peculio. & gloss. in d. l. non potest.* Tertia replicatio est in dolo post litem contestatam circa rem litigiosam commisso. nam & hic in condemnationem venire potest. *l.* 1. §. *non tantum præteritus, cum duobus seqq. ff. depositi.* Quarta replicatio: Nisi id quod post litem contestatam accidit, suppleat causam ex qua agitur. approbatur exemplo *l. si rem alienam.* 9. §. *fin. ff. de pignor. actione.*

XV. Exceptio: Nisi de viuentis hæreditate sit iudicatum, *l. nec nos.*4. *C. de postliminio.*

XVI. Exceptio: Nisi terminos ac fines suæ iurisdictionis iudex in ferenda sententia excesserit. *l. extra territorium.*20. *ff. de iurisdictione. l. certa ratione.* 3. *C. quando prouocare non est necesse. Concordant ea quæ dicta sunt supr. lib. prox. cap.*14. *de reliquis circumstantiis, &c. regul.*11. *except.* 2. *M. I. P. regul.*1. *except.* 9. *M. I. R. d. reg.*5. *except.*16. Huius exceptionis replicatio est: Nisi ab initio minor quantitas visa est, & in ferenda demum sententia, maior apparet, *l. ampliorem.*37. §. *sed enim. C. de appellationibus.* Plura de exceptione proposita vide *supr. eod. lib. cap.*2. *except.*47.

XVII. Exceptio: Nisi in certa sit sententia, & summa non expressa. *Inst. de actionib.* §. *curare. M. I. R. d. reg.* 5. *except.* 23. Exemplum proponitur *l. hæc sententia.*4. *C. de sententia quæ sine certa quantitate, &c.* Aliud *l. hæc sentent.* 3. *C. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi summa non expressa in sententia aliunde constet. *d. l.*3. Huius exemplum est *l.* 2. *C. eod. tt.* Concordat replicationi *l. in sententiis.*59. *in prin. & l. ait prætor.* 5. *ff. de re iudicata.* Altera replicatio videtur: Nisi vsurarum condemnatione incerta facta, sortis condemnatio certa sit. sed reprobatur *d. l.*59. §. *qui sortis.*

XVIII. Exceptio: Nisi sententia neque condemnationem, neque absolutionem contineat. *l. præses.* 3. *& l. ex stipulatione.* 7. *C. de sententiis & interloc. M. I. P. d. regul.*1. *except.* 10. *M. I. R. d. regul.* 5. *except.* 27. Plane etiamsi non condemnationis vel absolutionis, sed alio verbo eandem vim habente est vsus, nihilominus valet sententia. quod replicationis loco notandum. *l. in sententiis.* 59. *in princ. ff. de re iudicata. M. I. P. d. exc.*10. *repl.* 1. *M. I. R. d except.*27. *repl.*3.

XIX. Exceptio: Nisi non procurator, sed dominus

minus litis sit condemnatus, *l.*1. *C. de sent. & interloc. M. I. R. d. reg.*5. *except.* 28. *Vide item sup. ca.*26. *reg.*4.

XX. Exceptio: Nisi impossibile quid sententia contineat, *l. Paulus.*3. *ff. quæ senten. sine appell.*

XXI. Exceptio: Nisi contra leges vel constitutiones sit pronunciatum, *l. si expressim.* 19. *ff. de appellat. l.* 1. §. *item cum contra. ff. quæ sententiæ sint appel. l.*2. *& l. certa ratione.* 5. *C. quando prouoc. non est necess. M. I. P. d. regul.* 1. *except.* 11. *M. I. R. d. regul.* 5. *except.* 29. Huius replicatio prima est: Nisi consuetudo vel statutum sit in contrarium. *De qua re vide sup. lib. prox. cap.*4. *de iure non scripto, reg.* 2. *except.*1. *replic.* 1. Altera replicatio est: Nisi iudex leges ac constitutiones existimat ad caussam propositam non pertinere, sed eam esse exceptam, *l. cum prolatis.* 32. *& l. præses prouinciæ.* 27. *ff. de re iudicata. M. I. P. d. except.* 11. *replic.* 1. *M. I. R. d. except.* 29. *repl.*12.

XXII. Exceptio: Nisi sententia nullo iure nitãtur. approbatur exemplo *l. ex stipulatione.* 7. *C. de senten. & interloc. M. I. P. d. reg.*1. *except.*12. *M. I. R. d. reg.*5. *except.*36. Huius replicationes vide *infr. in exceptionib. proximis reprobatis.*

XXIII. Exceptio: Nisi iudex bona debitorum fideiussoribus addixit, vt ipsi creditoribus satisfacerent. reprobatur *l. cum eorum.*5. *C. eod. tt.*

XXIV. Exceptio: Nisi vsuras iudex solui iusserit, donec iudicatum solueretur. approbatur, *l.* 1. §. *nec tamen. ff. de vsuris.* cui contradicit *l.* 1. *C. de sententia quæ sine certa quantitate. & l. in bonæ fidei.* 13. *in fin. C. de vsuris.*

XXV. Exceptio: Nisi iusiurandum iudex præstari iussit, non adiecto in quem finem sit præstandum, *l. cum iudex.*11. *C. de sentent. & interloc.*

XXVI. Exceptio: Nisi sub conditione sententia sit lata, *l.* 1. §. *biduum. vers. sane quidem. ff. quando appellandum, M. I. P. d. reg.* 1. *exc.*18. *M. I. R. d. reg.* 5. *exc.*38.

XXVII. Exceptio: Nisi aduersarius non etiam in sumptus litis sit condemnatus. hoc enim casu & sine appellatione introducta consultatione, sententia potest retractari, *l. omnem honorem.* 10. *in fin. C. quando prouocare non est necesse. M. I. R. d. reg.* 5. *exc.*41.

XXVIII. Exceptio: Nisi factum non sit, quod factum esse iudicatum est, & contrarium possit probari. reprobatur *l. post rem iudicatam.* 56. *ff. de re iudicata. l.* 2. *in fin. C. quando prouoc. non est necesse. l.* 1. §. *item cum contra. vers. quod si de iure. ff. quæ sententiæ sine appellat. resc. l. ingenuum.* 25. *ff. de statu hominum. l. si patronus.* 12. §. *si quis cum. ff. de bonis libert. l. libera.*8. *C. de sent. & interloc. & l.*1. *in princ. ff. quæ sentent. sine appell. resc. M. I. P. d. reg.* 1. *except.* 13. vbi controuertitur. *M. I. R. d. reg.* 5. *except.* 42. Plane admittitur exceptio proposita in certis quibusdam casibus, de quibus vide *infr. except.* 33. *cum seq. item except.* 53. Hactenus de exceptionibus, sumptis ex re iudicata, dictum est. Sequuntur nunc quarti generis exceptiones, sumptæ ex causa iudicati & antecedentibus, nec non ex adiunctis & modo iudicati.

XXIX. Exceptio: Nisi antea diuersum fuerit pronunciatum. *l.*1. *C. quando prouoc. non est necesse. M. I. P. d. reg.* 1 *except.*14. *M. I. R. d. reg.* 5. *except.*43. Huius species est: si Imperator suo rescripto vel sententia controuersiam finierit, nam contra hanc sententiam Imperatoris, non valet sententia iudicis. *Nouell. c.*113. §. *si quæ enim ad nos.* Huius replicatio est: Nisi lite apud iudicem pendente, Imperator in causa rescripsit. *d. c.*113. §. 1.

XXX. Exceptio: Nisi exceptio aliqua fuerit omissa. reprobatur *l.* 2. *C. sententiam rescindi non posse. M. I. R. d. reg.* 5. *except.*44. *& lib.*5, *cap.* 11. *reg.*4. *replic.* 5. Exemplum proponitur *l. eleganter.* 23. §. *si quis post. ff. de condict. indebiti.* Admittitur tamen, primum quidem, si miles per ignorantiam exceptionem omiserit. *l.* 1. *C. de iuris & facti ignorantia.* Deinde admittitur in exceptione falsi instrumenti & testimonij falsi omissa, quæ etiam post rem iudicatam potest opponi, *per ea quæ habentur infr. exc.*37. *cum seq.*

XXXI. Exceptio: Nisi falsus procurator interuenerit. *l.* 1. *C. quib. res iud. non nocet. & l. licet.*24. *C. de procuratorib. M. I. R. d. reg.*5. *exc.*46.

XXXII. Exceptio: Nisi procurator fines mandati excesserit. *l. si procurator.*10. *in princ. C. de procuratoribus.*

XXXIII. Exceptio: Nisi procurator dolo egit in causa agenda vel defendenda. reprobatur *d. l.*10. *in fi.* Plane si procurator, pecunia accepta, se condemnari passus est, domino conuento datur exceptio. *l. si procurator.* 9. *ff. de doli mali & metus exceptione.*

XXXIV. Exceptio: Nisi aduocatus causæ prætaricatus fuerit. *l.* 1. *C. de aduocatis diuersi. iudic.* Plura de hac exceptione vide *supr. li. prox. c.*13. *except.*15. *replic.*2.

XXXV. Exceptio: Nisi error aduocati vel notarij interuenerit. subsistit quidem ipso iure, & approbatur in notariis, *l.* 2. *C. de errore aduoc.* Verum eius replicatio est: Nisi dominus litis præsens fuerit, nec contradixerit. *l.*1. *& l. sententiæ,* 3. *C. de errore aduocatorum.*

XXXVI. Exceptio: Nisi calculi error interuenerit. reprobatur *l.* 2. *C. de re iudicata. l. vnica. versicul. si res iudicatæ. C. de errore calculi.* Plane admittitur exceptio proposita, si ipsi sententiæ calculi error insit. *l.*1. §. 1. *ff. quæ sententiæ sine appell. rescind. M. I. R. d. reg.*5. *except.*33.

XXXVII. Exceptio: Nisi probatio non fuerit sufficiens. *De qua re vide supr. c.*17. *q.*5. *reg.*2.

XXXVIII. Exceptio: Nisi ex falsis instrumentis iudicatum sit. *l.* 1. *l.*2. *& l. vlt. C. si ex falsis instrumentis iudicatum sit. l. qui agnitis.*11. *ff. de except. M. I. P. d. reg.*1. *except.*15. *M. I. R. d. reg.* 5. *except.* 49. Contradicere videtur *l. vltim.* §. *fin. C. de fide instrum.* Huius replicationem vide *infr. except. prox. item M. I. R. d. except.*49.

XXXIX. Exceptio: Nisi ex falso testimonio sit iudicatum. *l. diuus Hadrianus.* 33. *ff. de re iudicata. M. I. P. d. reg.*1. *except.*16. *M. I. R. d. reg.*5. *except.* 50. Replicatio est: Nisi non probetur, iudicem secutum falsi testimonij vel instrumenti fidem, pronunciasse. *l. falsum.*3. *C. si ex falsis instrum. M. I. P. d. except.* 16. *replic.*1.

XL. Exceptio: Nisi iudex secundum rescriptum lite pendente impetratum pronunciauerit. *Nouell. c.*113. §. *atq; hæc dicimus. vers. sed & si quis.*

XLI. Exceptio: Nisi iudex pecunia corruptus sententiam dixit. *l. venales.* 7. *C. quando prouoc. non est necesse. M. I. P. d. regul.*1. *exc.*19. *M. I. R. dict. regul.*5. *exc.*56.

XLII. Exceptio: Nisi iudex per errorem, vel ambitio se sententiam dixit. reprobatur *l. seruo. 65. §. cum prætor. ff. ad S. C. Trebell. l. penult. §. prætor quoque. ff. de iustit. & iure. M. I. P. d. reg. 1. except. 13. M. I. R. d. reg. 5. except. 42.* Quod dicitur per errorem, id distinguitur in exceptionibus præcedentibus, de falso testimonio, de falsis instrumentis, de errore calculi, &c.

XLIII. Exceptio: Nisi nullo actu ex lege habito, vel contra solitum iudiciorum ordinem sit pronunciatum. approbatur exemplo *l. si constat. 12. ff. de appell. l. prolatam. 4. & l. ex stipulatione. 7. C. de sentent. & interloc. M. I. P. d. reg. 1. except. 20. M. I. R. d. reg. 5. except. 61.* Quis autem sit iudiciorum ordo, seu (vt nostri vocant) processus, dictum *supr. in capitibus præcedentibus.* Propositæ exceptionis exemplum est, comminatio iudicis. *quod proponitur l. 1. l. interlocutio. 4. & l. programma. 6. C. comminationes epistolas.* Aliud exemplum est, epistola iudicis. *l. 2. C. d. tt.* Tertium exemplum est, subscriptio ad libellum facta. *l. iudex. C. 5. eod. tt.* Quartum proponitur *l. vlt. C. d. tt.* Quintum habetur *l. 2. C. de iure fisci.* Plane propositæ exceptionis replicationes vide *paulo inf. except. 47.* Sed & eius replicatio est: Nisi extraordinaria causa atq; cognitio sit. approbatur simul & declaratur *per ea quæ habentur infr. ca. 37.* Alia replicatio est: Nisi notorium fuerit crimẽ. *l. 7. C. de accusationib. M. I. P. d. except. 20. repl. 1. Vide item sup. lib. prox. c. 12. q. 10. reg. 2.*

XLIV. Exceptio: Nisi aduocatus eius contra quem iudicatum est, non fuerit præsens. reprobatur *l. velamento. 4. C. de postulando.* Hæc de quarto genere exceptionum aduersus rem iudicatam sint dicta. Sequuntur nunc quinto loco exceptiones ex loco & tempore sententiæ latæ desumptæ.

XLV. Exceptio: Nisi non publice, sed in secreto loco, officio non præsente, sententia sit lata. *l. cum sententiam. 6. C. de sentent. & interloc.*

XLVI. Exceptio: Nisi alibi, quam vbi se cognituru dixit, iudex pronunciauit. *l. si vt proponis. 5. C. quomodo & quando iudex.*

XLVII. Exceptio: Nisi non pro tribunali, sed de plano sententia sit dicta. subsistit quidem ipso iure, *M. I. R. d. reg. 5. except. 72.* verum eius replicatio prima est: Nisi custodia sit damnanda. *l. vnius facinoris. 18. §. fin. ff. de quæstionib.* Secunda: Nisi leuia sint crimina, vel causa de quibus statuitur *l. leuia. 6. ff. de accus. Nouell. c. 17. §. tertio.*

XLVIII. Exceptio: Nisi diebus feriatis sententia sit lata. approbatur simul & distinguitur *l. quid si. 6. & l. 1. §. 1. ff. de feriis. M. I. P. lib. 2. c. 1. q. 3. reg. 1. M. I. R. d. reg. 5. except. 63.*

XLIX. Exceptio: Nisi cum iudex ad tempus datus esset, vel certo tempore litem dirimere iussus, non intra illud tempus pronunciauerit. *l. cum non ex eo die. 6. C. quando prouocare non est necesse. M. I. P. d. lib. 2. cap. 19. regul. 1. except. 21. M. I. R. dict. regul. 25. except. 64.* Replicatio est: Nisi consensu partium, tempus sit prorogatum. approbatur simul & distinguitur *l. 2. §. si & iudex. ff. de iudiciis.* Plura de hac exceptione vide *sup. lib. prox. c. 8. q. 2. except. 14.*

L. Exceptio: Nisi eo tempore, quo successum est ei qui iudicem dedit, iudex pronunciauerit. reprobatur *l. venditor. 49. §. fin. ff. de iudiciis.*

LI. Exceptio: Nisi post sententiam dictam vel appellationem interpositam aliquid statuitur: hoc enim vim rei iudicatæ non habet. *l. post sententiam. 9. C. de sentent. & interlocution. M. I. P. dict. regul. 1. except. 24. Vide insuper supr. eod. lib. cap. 26. regul. 13. & cap. 27. quæst. 9. reg. 13.* Superest vnum genus exceptionum, quod sumitur ex consequentibus iudicatum: cuius generis exceptiones nunc ordine sequuntur.

LII. Exceptio: Nisi à sententia sit appellatum, eaq; ab appellationis iudice rescissa, vel rescindi speretur. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. 27. quæst. 9. regul. 13. M. I. P. d. reg. 1. except. 26. M. I. R. dict. reg. 5. except. 73.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non competens iudex appellatus sit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. si quis in appellatione. ff. de appellat. l. si cuius. 3. §. plane. ff. de appellat. recip.* Secunda: Nisi non iusto tempore sit appellatum. *l. 2. in princ. C. de his quæ propter metum iudicis. M. I. P. d. except. 26. replic. 1. M. I. R. d. except. 73. replic. 1. Vide item sup. cap. 17. reg. 16.* Quod autem sit tempus appellandi competens, vide *sup. d. cap. 27. quæst. 5. item paulo infr. replicatione 5.* Huius autem replicationis duplicatio prima esse videtur: Nisi miles appellauerit. sed reprobatur *l. qui suspectum. 20. §. fin. ff. de appellat.* Secunda est: Nisi sententia ipso iure non valeat. *l. si expressum. 19. ff. de appellation.* Tertia: Nisi non à definitiua sententia, sed ab interlocutoria sit appellatum. reprobatur *l. 1. §. quod in sententiis. ff. quando appellatum. M. I. P. d. replic. 1. duplic. 2.* Quarta: Nisi ad honores vel ad munus vocatus appellauerit: hoc enim casu, quamuis post statutum tempus appellauerit, intra duos tamen menses recipitur. *l. 1. C. de tempor. & reparationibus appellat. M. I. P. d. replic. 1. duplic. 2.* vbi contradicitur. Quinta: Nisi appellans absens fuit, & ne sciuit contra se pronunciatum: hoc enim casu à tempore scientiæ, tempus appellationis computandum. *d. l. 1. & l. 1. §. fin. ff. quando appellat. M. I. P. d. repl. 1. dupl. 3. M. I. R. d. replic. 1. dupl. 1. & d. reg. 16. except. 1.* Huius triplicatio est: Nisi procurator absentis fuerit præsens. *d. §. fin. M. I. P. d. dupl. 3. tripl. 1. M. I. R. d. duplic. 1. tripl. 1. & d. except. 1. replic. 1.* Sexta duplicatio est: Nisi iudicis copia non fuerit appellanti. approbatur simul & distinguitur *d. l. 1. §. dies autem, vsq; ad §. in propria. M. I. P. d. replic. 1. dupl. 4. M. I. R. d. reg. 16. except. 20.* Septima: Nisi metu iudicis non appellauit. reprobatur *l. 1. & l. 2. C. de his qui propter metum iudicii non appellant.* Octaua: Nisi ob vim sibi factam non appellauit. approbatur simul & distinguitur *d. l. 2.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alius appellauit, non ipse qui iudicati actione conuenitur. *l. si qui. 10. in princ. ff. de appellat. M. I. P. d. except. 26. replic. 2. M. I. R. d. except. 73. replic. 1.* Huius duplicatio est: Nisi causa non appellanti, cum eo quia appellauit, communis est. *l. 1. & l. 2. si vnus ex pluribus appellat. d. l. 10. §. sed cum aduersus. ff. de appellation. M. I. P. d. replic. 2. dupl. 1. item repl. 4. dupl. 8. M. I. R. d. replic. 2. duplic. 1.* Cuius triplicatio est: Nisi diuersæ fuerint causæ defensionis. *d. l. 2. & d. l. 10. §. quod est rescriptum.* Plures propositæ replicationis duplicationes vide *sup. cap. 5. quæst. 4. except. 1. replic. 3. cum seqq.* Quarta replicatio est: Nisi in alia causa, & ab alia sententia sit appellatum. *l. cum in vna. 17. in princ. ff. d. tt. M. I. P. d. except. 26. replic. 3.*

Quinta:

Quinta: Nisi appellationem interpositam intra legitimum tempus non inchoauerit appellans, aut appellationem non exercuerit, vel deseruerit. *l. cum anterioribus. 5. §. illud etiam. C. de temporibus & reparationibus. l. si contra. 8. C. de appellat. l. quoniam. 18. C. eod. tt. l. 2. §. fin. C. de temp. & repar. appellat. l. 2. §. fin. C. quando prouocare non est necesse.* Hisce legibus replicatio proposita approbatur. *M. I. P. d. except. 26. replic. 4. M. I. P. d. except. 73. replic. 3.* nunc leges quibus ea declaratur, & tempus appellationis tam inchoandæ, quam exequendæ definitur, enumerandæ sunt. Definitur autem tempus inchoandæ seu introducendæ causæ appellationis. *l. 2. C. de tempor. & repar. appellat.* Definitur item tempus inchoandæ appellationis, & d. l. 2. in quibusdam mutatur, *d. l. 5. in pri. vsque ad §. in his. C. eod. tt.* Denique definitur tempus introducendæ appellationis *Nouell. c. 82. §. cæterum. & l. in offerendis. 35. §. his videlicet. vers. vt tamen. C. de appellat.* Quod autem ibi dicitur de biennio, mutatur *l. cum anteriorib. 5. §. in his autem. C. de temporibus & reparat. appellat.* Hisce legibus, quod sit tempus inchoandæ & introducendæ causæ appellationis, declaratur. Sed & certum tempus est exequendæ & finiendæ causæ appellationis, quod definitur *d. l. 5. §. illud etiam.* Constituitur autem ibi ad exercendum appellationis causam annale tempus, causa cognita biennium. *M. I. P. d. replic. 4. versic. pro declaratione. M. I. R. d. replic. 3.* Regulariter igitur, nisi intra annum causa appellationis ad finem perducatur, obstat appellanti præscriptio: eiusque appellatio, proposita replicatione quinta eliditur. Cuius duplicatio prima est: Nisi ex iusta & ineuitabili causa ad finem perduci non potuit. *M. I. P. d. repl. 4. dupl. 2. M. I. R. d. repl. 3. dupl. 1.* Cuius iterum triplicatio est. Nisi biennium sit elapsum: tunc enim, quamuis ex causa ineuitabili ad finem perduci non potuit: tamen confirmatur sententia, & biennalis præscriptio nocet. Quæ triplicatio cum sua duplicatione approbatur. *d. §. illud etiam. Cui concordat Nouell. c. 50. M. I. R. d. dupl. 1. tripl. 3.* Plane huius triplicationis quadruplicatio prima videtur: Nisi per iudicem steterit, quo minus causa sit finita. sed reprobatur *d. §. illud etiam. C. de temp. & reparation.* Approbari autem videtur *Nouell. c. 119. §. quin & hoc. M. I. R. d. tripl. 3. quadruplic. 3. de quo vide infr. duplic. 8.* Plane si in consistorium principis appellatio sit introducta, proposita quadruplicatio approbatur *l. cum anteriorib. 5. §. si tamen. C. de tempor. & reparat. appellat. Nouell. c. 25. §. ad hæc sancimus. M. I. P. d. repl. 4. dupl. 3. M. I. R. d. quadruplic. 3. in fine.* Secundæ quadruplicationis loco notandum, quod eo casu, quo ex causa ineuitabili appellans intra biennium causam appellationis ad finem perducere non potest, petente eo contra quem appellatum est, intra biennium iudex etiam absente aduersario causam examinabit, & sententiam dictam vel confirmabit, vel infirmabit. *Nouell. c. 50. in princ. vsque ad §. porro & illud. M. I. P. de repl. 4. dupl. 6.* Hæc de prima propositæ replicationis quintæ duplicatione, eiusq; triplicatione, huiusq; quadruplicationibus sint dicta. Sed & propositæ triplicationis quadruplicationes, sunt duplicationes sequentes. Loquitur autem iam dicta duplicatio, eiusq; leges, quando causa appellationis in iudicium deducta, intra legitimum tempus non est finita. Sequitur secunda duplicatio, quæ loquitur de appellationis causa, nondum intra legitimum tempus deducta in iudicium. Est autem talis: Nisi reparatio, seu in integrum restitutio, à principe fuerit petita. Cuius triplicatio prima est: Nisi non intra tres menses, post elapsos fatales dies, reparatio fuerit petita. Hæc triplicatio cum sua duplicatione approbatur *l. 2. §. quod si ita. C. de tempor. & reparation. appell.* Secunda triplicatio est: Nisi ab arbitro appellatio sit facta, non à iudice ordinario, tunc enim reparatio frustra petitur. *d. l. 2. §. quod si arbitro. vers. nulla reparatione.* Plane duplicatio proposita videtur reprobari *l. nemo arbitretur. 3. C. eod. tt. & Nouell. c. 42. §. cæterum. versic. nullum in his.* Hæc de secunda duplicatione. Sequentes duplicationes partim loquuntur de tempore introducendæ vel exercendæ appellationis specialiter: partim communiter tam de introducendæ, quam exercendæ & finiendæ appellationis tempore. Tertia autem duplicatio est: Nisi vnus ex litigatoribus pendente appellatione fuerit defunctus: tunc enim hæredi eius præter statutum tempus, quatuor quoq; menses adduntur. *l. si vnus. 6. C. si pendente appellat. mors interuen. l. præses prouinciæ. 5. C. de appell.* Quarta: Nisi inter partes conuenerit, ne tempora appellationis obseruentur. *l. cum anteriorib. 5. §. fin. C. de temporib. & reparat. appellat. M. I. P. d. repl. 4. dupl. 4. M. I. R. d. repl. 3. dupl. 3.* Quinta: Nisi pendente appellatione in arbitros sit compromissum. *Nouell. c. 93. M. I. P. d. repl. 4. dupl. 5. M. I. R. d. replic. 3. dupl. 5.* Sextæ duplicationis loco notandum, quod non ipso temporis decursu confirmetur sententia, à qua est appellatum: sed iudicem de actis iudicare debere, & ita sententiam dictam vel absente appellatore cõfirmare, vel etiam, si videtur, infirmare. *Nouell. c. 126. §. in omnibus, vsque ad §. ad hæc sancimus. Item Nouell. c. 50. in princ. vsque ad §. porro & illud. M. I. P. d. repl. 4. dupl. 6. M. I. R. d. repl. 3. dupl. 20.* Contradicit *M. I. R. d. reg. 5. except. 2.* Septima duplicatio est: Nisi per iudicem, à quo appellatum est, steterit, quo minus appellatio intra legitimum tempus sit inchoata. reprobatur *d. Nouell. c. 126. §. ad hæc sancimus. vers. quod si quis iudicum.* Octaua: Nisi per iudicem appellatum steterit, quo minus appellatio intra legitimum tempus sit inchoata vel finita. *Nouell. c. 119. §. quin & hoc. M. I. R. d. repl. 3. dupl. 9.* Huius triplicatio est: Nisi intra biennium causa non finiatur: hoc enim casu videtur, non obstante duplicatione proposita, appellans præscriptione submouendus. *d. l. 5. §. illud etiam. versic. nisi ipse appellator. C. de temp. & reparat. appellat.* Quanquam iste §. per præpositum Nouellæ constitutionis §. videtur corrigi ac mutari. Nona duplicatio: Nisi appellans rescriptum contra impetrauerit. reprobatur *l. nemo. 3. C. de temporibus & reparationibus appellat.* Contradicere videtur *l. 2. §. quod si ita. C. dict. tt.* Decima: Nisi alius nomine appellatoris causam appellationis exequatur. approbatur simul & distinguitur. *l. 1. ff. an per alium causæ appellat. reddi poss. l. Lucius. 18. ff. de appell. l. 2. C. de procuratoribus. l. nulli. 3. in fin. C. quorum appell. non recip. l. si actor. 10. C. de appell. M. I. P. d. replic. 4. dupl. 7. M. I. R. d. repli. 3. dupl. 13.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi causa principaliter per alium agi

non possit: tunc enim nec eius appellatio per alium potest exerceri. *d.l.1.ff. an per alium causæ appellationis, &c. M.I.P.d.dupl.7. tripl.1.* Huius exempla sunt causæ criminales. Vndecima duplicatio est: Nisi cum procurator, tutor vel curator appellasset, postea dominus litis ipse causam appellationis exequatur. *l. vlt. §. substitut. & l. negociorum. 24. §. curator. ff. de appellat. l. dominus. 9. & l. si actor. 10. C. eod. tt. l. 2. ff. an per alium causæ appellat. reddi possint.* Duodecima duplicatio est: Nisi exclusis feriis temporis nondum sit finitum. reprobatur *l. 2. C de tempor. & reparationibus appell. l. 1. C. de feriis. M.I.R. d. repl. 3. dupl. 15.* Hæc de quinta replicatione eiusq; duplicationibus sint dicta. Sexta replicatio est: Nisi appellans sine hærede decesserit. *l. vnica, in princ. ff. si pendente appell. mors interuenerit.* Septima replicatio est: Nisi sententia præfecti prætorio per supplicationem sit suspensa. approbatur simul & distinguitur *Nouell, c. 119. §. aliud ad hæc.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *supr. eod. lib. c. 27. q. 2.* nam ex quibus causis appellatio denegatur, ex iisdem exceptio quoque proposita videtur deneganda esse.

LIII. Exceptio: Nisi is contra quem iudicatum est, ob vim sibi factam vel metum appellare non potuit. *l. 2. in fin. C. de his qui propter metum iud. non appell. M.I.P.d.reg.1.exc.28.*

LIV. Exceptio: Nisi iudex qui sententiam tulit, postea seruus sit effectus. reprobatur *l. 2. C. de sententiis & interlocutionibus. l. Barbatus. 3. de officio prætoris.*

LV. Exceptio: Nisi iudex mortuus fuerit. reprobatur *l. vlt. C. de re iudicata.*

LVI. Exceptio est: Nisi tutore pupilli nomine condemnato, pupillus postea sese hæreditate abstinuerit, adoleuerit, vel mortuus fuerit. *l. vlt. ff. si quis cautionib.* Plane exceptio proposita tutori quidem condemnato datur, pupillo autem qui adoleuit, eiusve hæredibus, duobus posterioribus casibus non est danda. *de quo vide infr. cap. prox. q. 3. reg. 1. except. 2.*

LVII. Exceptio: Nisi post sententiam latam noua instrumenta inuenta sint. reprobatur. *l. sub specie. 4. C. de re iudicata. l. cum de hoc. 27. §. fin. ff. de exceptione rei iudicatæ. M.I.P. d. reg. 1. except. 30. M. I. R. d. reg. 5. except. 74.* Plane admittitur in quibusdam casibus, quorum primus est: Si ex iureiurando à iudice delato causa sit decisa. *l. admonendi. 31. ff. de iureiurando. M.I.R. d. except. 74. distinct. 8.* Alter: Si causa publica sit: tunc enim propter exceptionem propositam, causa cognita negotium restituitur. *l. Imperatores. 35. ff. de re iudicata. M.I.R. d. exc. 74. dist. 2.*

LIIX. Exceptio: Nisi iudex ipse qui iudicauit, sententiam postea mutauit. reprobatur *per ea quæ dicta sunt supr. c. 26. reg. 13.*

LIX. Exceptio: Nisi rescriptum contra sententiam sit impetratum. reprobatur *l. impetrata rescripta. 3. C. sentent. rescindi non poss. l. 1. C. vt lite pendente. l. sententiis. 3. in princ. C. de errore aduocatorum. M.I.P. d. regul. 1. except. 31.* Plane rescriptum ante litem inchoatam impetratum, sententia rescindi non potest, *per ea quæ habentur supr. exception. 27.* Plura de exceptione proposita vide *supr. lib. prox. cap. 5. exc. 3.*

LX. Exceptio: Nisi postea pronunciatum sit, iudicatum non esse. *l. 1. in princ. ff. quæ sent. sine appel lat. rescindantur.*

LXI. Exceptio: Nisi condemnatus aliquo modo sit liberatus. *l. si se. 4. §. soluisse. ff. de re iudicata.* Huius replicatio esse videtur: Nisi intra tempus, condemnato ad soluendum statutum, sit liberatus, sed reprobatur. *l. intra dies. 7. ff. de re iudicata.*

LXII. Exceptio: Nisi condemnatus ei cui non damnatus est, satisfacere paratus sit. *d.l. 4. §. ait prætor. ff. d. tt.* vbi magis reprobatur. *Accedit M.I.P. d. reg. 1. except. 32. & lib. 5. c. 9. in fine.*

LXIII. Exceptio: Nisi nouatio facta sit, & ei cui quis condemnatus est, si cautum. approbatur simul & distinguitur *dict. l. 4. §. si ex conuentione. l. 2. C. de executione rei iudicatæ.* Replicatio prima est: Nisi non nouandi animo factum sit. *dict. leg. 2.* Altera: Nisi Iudicatum solui stipulatio interposita sit. per hanc enim non nouatur iudicati actio. *l. si Stichum. 8. §. idem Celsus. ff. de nouationibus.*

LXIV. Exceptio: Nisi actor rem, ad quam restituendam quis ei fuit condemnatus, receperit. *l. 1. C. de re iud.*

LXV. Exceptio: Nisi res petierit, vel ob aliam causam restitui non possit. reprobatur *l. si homo. 8. ff. eod. tt. l. si longius. 7. C. de executione rei iudicatæ. & l. qui restituere iussus. 68 ff. de rei vendicatione.*

LXVI. Exceptio: Nisi condemnatus aduersus eum cui condemnatus est, actionem habeat propositam. *l. 1. §. fin. ff. quæ sententiæ sint appell. rescind.*

LXVII. Exceptio: Nisi in duplum ob euictionem condemnatus, rem euictam cum eo quod interest offerat: vel pluris condemnatus tantum offerat, quantum reuera debetur. *l. fideiussor. 15. ff. de doli mali except. l. 16. §. si pluris. ff. de pignor. & hypoth.*

DE ACTIONE IVDICATI. CAP. XXX.

HActenus exceptiones aduersus rem iudicatam sunt enumeratæ atque descriptæ. Effectus autem rei iudicatæ sunt (vt supra dictum est) actio iudicati, rei iudicatæ exceptio, nec non executio. De exceptione rei iudicatæ vide *infr. lib. 24. c. 14.* De iudicati actione nunc dicetur: postea de executione rei iudicatæ.

I. CAVSA huius actionis est, res iudicata. cuius exceptio generalis est: Nisi sententia nullius sit momenti. *l. si, se. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata.* Huius exceptionis species, seu propositæ causæ exceptiones speciales, vide *supr. cap. proxim.* Aliam exceptionem, sed reprobatam, vide *M.I.R. lib. 2. cap. 19. reg. 1.*

II. QVIBVS IVDICATI actio competit?

I. Regula, De alio quam cui condemnatus est reus. Res inter alios acta aliis non prodest. *l. 2. in princ. C. quibus res iudicata non nocet. M. I. R. d. cap. 19. reg. 4.* Huius exceptio prima est: Nisi actor hæres eius sit, cui reus est condemnatus. *l. miles. 6. §. fin. ff. de re iudicata.* Secunda: Nisi actor cohæres eius sit, cui quis iudicio hæreditario est condemnatus. *l. si hæres. 7. ff. familiæ erciscundæ.* Huius replicatio est: Nisi actor, cum posset antea cum eo qui

eo qui vicit agere, id noluit. *elicitur ex d. l. 7. versic. non enim his personis.* Tertia exceptio est: Nisi actor socius sit eius, qui in communi causa agens obtinuit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. cap. proxim. except 49. replic. 3. duplic. vnica.* Quarta: Nisi tutore obtinente, pupillus agit. *l. 2. in princip. ff. de administ. tutor. l. tutor. 6. ff. quando ex facto tutoris.*

II. Regula: Si procurator obtinuit, domino litis, non procuratori competit iudicati actio. *l. si procurator. 28. in princ. vers. sicut iudicati. & §. 1. ff. de procuratoribus. l. item eorum. 6. §. actor. vers. actor itaque. ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Huius exceptio est: Nisi in rem suam procurator sit datus. *dict. §. actor.*

III. ADVERSVS QVOS IVDICATI actio competit?

I. Regula, De alio quam qui condemnatus est. Alius quam qui condemnatus est, iudicati actione non tenetur, quemadmodum nec iudicati exceptione, *per ea quæ dicta sunt infr. lib. 24. cap. 14. except. 1. in princ. M. I. R. dict. cap. 19. regul. 5.* Huius exceptio prima est: Nisi procuratore condemnato, dominus conueniatur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. reg. prox.* Secunda; Nisi tutore vel curatore condemnato, pupillus vel adultus conueniatur. *l. 2. in princ. ff. de administr. tutor. l. tutori. 7. ff. quando ex facto tutoris. l. 1. C. eod. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 1.* Huius replicatio prima est; Nisi pupillus hæreditate, cuius nomine tutor condemnatus est, se abstinuerit. *d. l. 2. vers. nisi abstineat.* Altera: Nisi tutor qui condemnatus est, non fuerit legitimus: vel non cauerit, rem pupilli saluam fore. *l. si tutor. 4. C. in quibus causis in integrum rest. M. I. R. d. reg. 1. except. 1.* Tertia exceptio est: Nisi defuncto condemnato, hæres eius conueniatur. *l. miles. 6. §. fin. ff. de re iudicata.* Quarta: Nisi condemnatus sese hæreditate abstinuerit: tunc enim actio datur in substitutum, vel cohæredem, ad quem portio condemnati peruenit. approbatur simul & distinguitur *l. ex contractu. 44. ff. de re iudicata.*

II. Regula, De procuratore condemnato. Hic non tenetur. *l. si se. 4 in prin. ff. d. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi procurator sese liti obtulerit. *d. l. 4. & l. Plautius. 61. ff. de procuratoribus.* Secunda: Nisi sine mandato absentis defensionem susceperit. *d. l. 61. & l. si procurator. 28. § fin. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi in rem suam procurator datus sit. *d. l. 61. & d. l. 4. in princ. ff. de re iudicata.* Quarta: Nisi procurator domino litis hæres extiterit. *l. si quis. 31. in princ. ff. de procuratorib.*

III. Regula: Nec tutor vel curator condemnatus, iudicati actione tenetur. *d. l. 4. §. 1. ff. de re iudicata. l. 1. C. quando ex facto tutoris.* Huius exceptio prima est: Nisi post finitam tutelam vel curam nouatio sit facta, & obligatio in tutorem vel curatorem translata. *l. post mortem. 5. in princ. ff. quando ex facto tutoris.* Altera: Nisi pupillus postea sese hæreditate, cuius nomine tutor condemnatus est, abstinuerit, reprobatur *l. 2. in prin. ff. de administ. tutorum.*

IV. Regula: Actor vniuersitatis condemnatus non tenetur actione iudicati. *l. si se. 4. §. 1. ff. de re iudicata.*

IV. QVID VENIAT IN IVDICATI actione?

I. Regula: Rei persecutionem continet. *l. miles. 9. §. fin. ff. d. tt.*

II. Regula: Si plures vna sententia condemnati sunt, quilibet pro virili parte, non in solidum tenetur. *l. Paulus. 43. ff. eod. tt. l. si qui. 10. §. quoties. ff. de appell. l. 1. & l. 2. C. si plures vna sententia.*

III. Regula: Si diuersis summis quis condemnatus est, minima summa debetur. *l. inter pares. 38. §. fin. ff. de re iudicata.*

IV. Regula: In decem aut noxæ dedere condemnatus, in decem tenetur. *l. miles. 6. §. decem. ff. de re iud.*

V. Regula, De vsuris rei iudicatæ, proponitur *l. vlt. ff. de re iudicata. Concordat iisdem verbis l. negociorum gestorum. 24. in princ. ff. de appell. l. tutor. 41. ff. de vsuris. l. 1. & l. 2. C. de vsuris rei iudicatæ.*

VI. Regula, De vsurarum vsuris, ne exigantur, habetur *l. sancimus. 3. in princ. vsque ad §. & cum antiquitas. C. d. tt.*

VII. Regula, De sumptibus & expensis litis, proponetur *infr. cap. prox.*

V. QVANDO COMPETAT iudicati actio?

I. Regula: Condemnato tempus ad soluendum dandum. *l. debitoribus. 31. ff. de re iudicata.* Exceptio prima est: Nisi per contumaciam tempus ad soluendum petatur. *d. l. 31.* Altera: Nisi non satisfet de litis æstimatione præstanda. *Instit. de officio iudicis. §. 1.*

II. Regula: Condemnato quatuor menses dantur ad soluendum. *l. 2. C. de vsuris rei iudicatæ. M. I. P. lib. 2. cap. 20. reg. 4. M. I. R. d. cap. 19. regul. 6.* Huius exceptio prima est: Nisi non condemnatus, sed hæres eius conueniatur, reprobatur *l. tempus. 29. ff. de re iudicata.* Secunda: Nisi non condemnatus, sed fideiussor vel mandator eius conueniatur. reprobatur. *l. sancimus. 3. §. & cum antiquitas. C. de vsuris rei iudicatæ.* Tertia: Nisi iudex aliud tempus, vel maius, vel minus, condemnato constituerit ad soluendum. reprobatur certo modo. *l. si se. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudicata. Vide infr. except. proxim. M. I. R. d. regul. 6. except. 1.* Quarta: Nisi iudici causa cognita aliter videatur. *l. 2. ff. d. tt. M. I. R. d. except. 1.* Plane iudex tempus prorogare potest, arctare vero non nisi causa cognita, *interpret. Accursio in d. l. 2. M. I. R. d. exc. 1.*

VI. QVAMDIV COMPETIT iudicati actio?

Perpetua est actio. *l. miles. 6. §. fin. ff. de re iudicata.*

VII. ADFINIA HVIVS actionis remedia.

I. Regula: Executio rei iudicatæ adfine remedium est. *de qua infr. cap. prox. dicetur.*

II. Regula: Si causa iudicati nouata sit, ex stipulatu competit actio. *leg. 2. C. de executione rei iudicatæ.*

III. Regula: Si iudicatum solui satisfatum est, etiam ex ea stipulatione agi potest. *de qua re vide infr. eod. lib. c. 15.*

IV. Regula: Adfine quoque remedium est, exceptio rei iudicatæ. *de qua infr. lib. 24. c. 14.*

DE

DE EXECVTIONE REI IVDICATÆ, ne. non de sumptibus & expensis litis præstandis: item de sportulis iudicum & ministrorum.

CAP. XXXI.

DE EXECVTIONE REI iudicatæ.

PRIMO: Quid sit executor & executio, definitur *l. executorem.* 8. *C. de executione rei iudicatæ.*

II. CAVSA EX QVA COMPETIT.

Si à lata sententia non sit appellatum, vel appellario sit deserta, executio rei iudicatæ faciendi. *l. si contra.* 8. *C. de appellat. M. I. P. lib.* 2. *cap.* 20. *reg.* 1. *M. I. R. d. cap.* 19. *reg.* 8. Huius exceptiones vide *supr. cap.* 29. *q.* 5.

III. QVIBVS COMPETIT EXECVTIO rei iudicatæ?

I. Regula, De eo qui iudicem dedit, proponitur *l. à diuo Pio.* 15. *in prin. ff. de re iudicata. M. I. P. d. c.* 20. *reg.* 2. *M. I. R. d. c.* 9. *except.* 3.

II. Regula, De alterius loci magistratu, quam vbi sententia dicta est, habetur *d. l.* 15. §. 1. *l. argentarium.* 45. §. *fin. ff. de iudiciis. M. I. R. d c.* 19. *reg.* 10.

III. Regula, De iudicis præfectiano, palatino, vel milite, quem petierit litigator, proponitur *l. ne quis.* 8. *C. de off. rectoris prouinciæ.*

IV. Regula: Quibus competat ius exequendi sententiam arbitri compromissarii, definitur *l. cum ante.* 5. *in princ. vers. quatenus possit. C. de recept. arbitris.*

IV. VBI EXECVTIO FACIENDA?

De hac re vide locum de solutionibus, Vbi soluendum? *lib.* 24. *c.* 9. *except.* 32. Item de legatis & fideicommissis, Vbi præstanda? *lib.* 12.

V. QVANDO EXECVTIO facienda?

I. Regula: Non ante rem iudicatam, sed post eam facienda. *l.* 1. *C. de execut. rei iudic. l. si cum.* 58. *ff. de re iudicata. M. I. P. d. cap.* 20. *regul.* 3. *M. I. R. d. capit.* 19. *regul.* 14.

II. Regula: De tempore dando ad soluendum, vide *supr. cap. prox. q.* 5.

VI. QVOMODO EXECVTIO facienda?

I. Regula, De capiendis pignoribus & distrahendis, proponitur *l. debitoribus.* 31. §. *fin. ff. de re iudicata. l.* 2. *& l. vltim. C. de executione rei iudic. M. I. P. d. cap.* 19. *reg.* 19. Plura de distractione pignorum vide *infr. cap.* 34.

II. Regula: Quæ iure pignoris capienda & distrahenda, item quo ordine, definitur *l. à diuo Pio.* 15. §. *in venditione. ff. de re iudicata. M. I. R. d. cap.* 19. *regul.* 28. Cuius exceptio prima est: Nisi res quæ pignoris iure capiuntur, sint litigiosæ, vel negentur condemnati esse. approbatur certo modo *d. l.* 15. §. *si rerum quæ pignoris.* Secunda: Nisi res alii antea fuerit pignorata. *dict. leg.* 15. §. *quod si res.* Tertia: Nisi pecunia condemnati sit apud argentarios vel alium. reprobatur *d. l.* 15. §. *sed & si pecunia.* Quarta: Nisi pecunia nomine condemnati apud alium deposita sit, vel in arca reclusa, reprobatur *d. l.* 15. §. *fin.* Quinta: Nisi nomen condemnati, pignori capiatur, vel aliud quod in iure subsistit. subsistit quidem ipso iure, *M. I. R. d. c.* 19. *reg.* 13. *exc.* 6. verum eius replicatio est: Nisi nihil aliud sit, quod pignori capi possit. *d. l.* 15. §. *sic quoque & §. in venditione. l. etiam.* 5. *C. de executione rei iudic.* Huius duplicatio est: Nisi nomen non cõfessum sit, sed controuersum. *d. §. sic quoque.* Sexta exceptio est: Nisi stipendia condemnati iure pignoris capiantur, vel retineantur. *l. stipendia.* 4. *C. de executione rei iudicatæ. M. I. R. d. reg.* 28. *except.* 6. Cuius replicatio est: Nisi iudicatum alis rationibus exequi non possit. *d. l.* 4. Septima exceptio: Nisi præmia, quæ cõdemnato ob coronas sacras præstantur, pignoris iure capiantur. reprobatur *l. commodis.* 40. *ff. de re iudicata.* Octaua: Nisi id quod pignoris iure aufertur, ad culturam agri pertineat. *l. pignorum.* 8. *& l. executores.* 7. *C. quæ res pignori oblig. poss. M. I. R. d. c.* 19. *reg.* 28. *except.* 10.

III. Regula, De re pignoris iure capta, creditori non addicenda. Res pignoris iure capta, regulariter creditori addicenda non est. *de qua re vide infr. lib.* 17. *c.* 14. *reg.* 12.

IV. Regula, De cogendo condemnato, manu militari, & alio executionis modo, si res restitui non possit, proponitur *l. qui restituere iussus.* 68. *ff. de rei vendicatione. M. I. R. d. c.* 19. *reg.* 29.

VII. EVENTVS EXECVTIONIS, deque executoribus puniendis.

I. Regula, De appellatione quæ fit ab executione, proponitur *l. ab executione.* 5. *C. quorum appell. non recip.* Sed & de hac re vide *supr. c.* 27. *q.* 2. *exc.* 13.

II. Regula: Si emptori, cui res pignori capta, vendita est, de re vendita moueatur controuersia, vel ei cui res est addicta, an executoris sit cognitio, definitur *l. à diuo Pio.* 15. §. *si post addictum. ff. de re iud.*

III. Regula: Si emptor precium rei pignori captæ atq; distractæ non soluat, an executioris sit cognitio, definitur *d. l.* 15. §. *sed si emptor.*

IV. Regula, De executoribus puniendis ac mutandis, proponitur *l.* 2. *C. de sportulis ac sumptibus.* Hæc de executione rei iudicatæ.

DE SVMPTIBVS ET EXPENSIS litis præstandis.

I. CAVSÆ EX QVIBVS SVMPTVS litis præstandi.

I. Regula: Si alter litigatorum temere ac iniuste litigauerit. *Instit. de pœna temere litigantium.* §. *hæc autem omnia. l. cum quem.* 79. *in prin. ff. de iudiciis. l. properandum.* 11. § *siue autem alterutra. C. eod. tt. l. non ignoret.* 4. *C. de fructib. & litium expensis. M. I. P. d. c.* 20. *reg.* 6. *M. I. R. d. cap.* 19. *regul.* 33. Huius exceptio prima est: Nisi iudex victum victori in expensas litis non condemnauerit. *l. terminato.* 3. *C. d. tt. M. I. R. d. reg.* 33. *except.* 1. Cuius explicatio est: Nisi victus appellauerit; tunc enim victor quoque in causa appellationis potest de hoc queri, quod aduersarius sine sumptibus litis fuerit condemnatus. *l. vlt. C. quando prouocare non est necesse.* Altera exceptio est: Nisi victus vel eius aduersarius priuilegium habeat, ne soluat litis expensas. *l. vlt. C. de fructib. & litium expens.*

II. Regula: Si citatus absens non compareat, posteaque veniat causam acturus: tunc enim non est aliter audiendus, quam sumptibus litis restitutis, *per ea quæ habentur infr. cap. prox. quæst.* 3. *except.* 5. *repl.* 3. *Concordat l. non ignoret.* 4. *C. de fructib. & litium expensis*

expensis. M. I. P. d. cap. 20. *reg.* 7. *M. I. R. d. cap.* 19. *reg.* 35. *Vide item infr. c.* 32. *q.* 6. *except.* 5. *repl.* 3.

II. QVID ET QVANTVM SVMptuum nomine præstandum?

I. Regula: In quantum actor iurauerit, in tantum victus expensarum nomine cõdemnandus. *l. properandum.* 11. §. *siue autem alterutra. C. de iudiciis. Nouell. c.* 53. §. 1. *& Nouell. c* 82. §. *vt autem.*

II. Regula: Etiam pro æstimatione iudicis, in expensas victus condemnandus. *d. l.* 4. *in fin. C. de fructib. & litium expensis. l. sancimus.* 13. *C. de iudiciis. M. I. R. d. c.* 19. *reg.* 36.

DE SPORTVLIS IVDICVM & ministrorum.

Quantum sportularum nomine iudici dandum, definitur *Nouell. c.* 82. §. *porro ne circa.*

De ministris vero, quãtum cuiquam & à quoquam dandum sit, definitur specialiter *l. in sacris scriniis.* 12. §. *modum, vsq; ad fin. C. de prox. sacror. scrin. l.* 2. *C. de præpositis agentium in reb. l. multis.* 8. *C. de principib. agentium in reb. l. ante omnia.* 4. §. 1. *C. de castrensiariis. & l. quoties.* 3. *C. de priuilegiis scholarum.*

DE MISSIONE IN POSSESSIONEM bonorum rei seruandæ causa.

CAP. XXXII.

EXecutionis speciem continet, missio in possessionem bonorum debitoris, rei seruandæ causa, & quæ istam missionem sequuntur: scilicet, vt bonis curator detur, item bonorum venditio. de quibus nunc ordine dicendum, & primum de ipsa missione in possessionem bonorum debitoris, rei seruandæ causa.

I. SPECIES cognatæ huius missionis proponuntur *l. 1. ff. quibus ex causis in possess. eatur.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS sit missio in possessionem rei seruandæ causa.

I. Causa: Si reus conuentus potestatem sui non faciat, nec defendatur, in bona eius fit missio. *l. 2. in princ. ff. quibus ex caus. in possess. eatur. l.* 2. §. *fin. C. vbi in rem actio exerc. M. I. P. d. cap.* 20. *reg.* 12. *M. I. R. d. lib.* 2. *cap.* 20. *reg.* 2. *Vide item supr. c.* 8. *quæst.* 6. *regul.* 6. Declaratur causa proposita, definitione verborum, Potestatem sui non faciat, *d. l.* 2. §. 1. *ff. quibus ex caus. in possess. eatur.* Definiuntur denique illa propositæ causæ verba. Nec defendatur, *l. non videtur.* 52. *ff. de regul. iuris.* Plane causa proposita plurimas recipit exceptiones, quæ proponentur paulo infr. Nunc reliquę causæ missionis proponendæ.

II. Causa: Si reus conuentus minor ætate, tutorem vel curatorem non habeat, vel ab eo non defendatur. *l. si pupillus.* 10. *ff. quibus ex causis, &c. l. si minor.* 5. *ff. de reb. iudicis authorit. possid.* Huius exceptio prima est: Nisi pupillus defendatur. *l. hæc autem.* 5. *in princ. ff. quib. ex causis, &c.* Plura de hac exceptione vide *infr. eod. cap. except.* 4. Altera exceptio est: Nisi non constet, an pupillus defendatur. *d. l.* 5. §. 1.

III. Causa: Si reus conuentus furiosus sit, vel prodigus, aliusue qui curatoris opera iuuatur. *l. Fulcinius.* 7. §. *adeo autem. ff. d. tt. & d. l.* 5. §. *in fin. l. vbi non voce.* 166. *in fin. ff. de reg. iuris.*

IV. Causa: Si debitor sine hærede decesserit. *l. si bona.* 5. *& l. pro debito.* 6. §. *quod si specialiter. C. de bonis auth. iudicis. l.* 1. *in princip. ff. de curatore bonis dando. l. si seruus.* 4. *ff. de rebus iudicis author. possid.* Huius causæ exceptio est: Nisi alius defunctum defendat, *d. l.* 4. §. *fin.*

V. Causa: Si incertum sit, vtrum debitori defuncto extiturus hæres sit, necne. *l. si diu.* 8. *cum l. seq. ff. quib. ex causis in possess. eatur. l. si quis.* 23. *ff. de hæredibus instituendis.* Sane hoc casu adfine remedium missionis est, vt cogatur hæres institutus conditioni parere, & hæreditatem adire, vel eam repudiare. *l.* 1. *in princ. ff. de curatore bonis dando. l. si seruus. ff. de rebus iud. auth. possid. & d. l. si quis.* 23. §. 1. *cum seqq.*

VI. Causa: Si hæres defuncti debitoris quasi suspectus satisdare creditoribus iussus, decreto non obtemperauerit. approbatur simul & distinguitur *l. si creditores.* 15. *ff. de priuilegiis creditorum.*

III. DE EXCEPTIONIBVS ADuersus prædictas causas, præsertim primam.

I. Exceptio: Nisi pupillus vel minor 25. annis, item furiosus & prodigus potestatem sui non faciat; nec defendatur. Hæc multiplex exceptio reprobatur *per ea quæ dicta sunt supr. quæst. prox. causa* 2. *&* 3.

II. Exceptio: Nisi reus debitor ab hostibus captus sit, & ob id copiam sui nõ faciat. reprobatur *l. in possessionem.* 6. §. *fin. ff. quib. ex caus. in possess. eatur.*

III. Exceptio: Nisi in rem agatur: tunc enim non in vniuersa debitoris bona, sed tantum in rem petitam actor est mittendus, *per ea quæ habentur infr. quæst.* 5. *reg.* 2. Cuius replicatio est: Nisi non absit, sed latitet reus. tunc enim in vniuersa eius bona actor mittendus. approbatur cum sua exceptione *l. Fulcinius.* 7. §. *item videamus. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Nisi absens per alium defendatur. *l. neque impuberes.* 22. *in fin. ff. de in ius vocando. l. hæc autem.* 5. *in princ. & §. prætor. ff. quib. ex causis in poss. eatur. l. si seruus.* 4 §. *fin. ff. de rebus auth. iudicis possid. l.* 2. *& l. vlt. C. de procuratorib. M. I. R. lib.* 2. *c.* 5. *reg.* 22. *except.* 39. Huius replicatio prima est: Nisi defensor non satisdet Iudicatũ solui. *d. l.* 5. *l. recte defendi.* 61. *ff. de iudiciis. l. si pupillus.* 17. §. *defendere. ff. de priuilegiis creditorum.* Plura de replicatione proposita vide *supr. eod. lib c.* 5. *quæst except.* 1. *in fin. duplic. generali* 3. *& cap.* 15. *eod. lib.* Secunda replicatio est: Nisi per absentiam rei, actoris causa fiat deterior. *l.* 2. §. *defendi. ff. ex quib. causis in poss. eatur.* Tertia: Nisi defendi desierit absens. *d. l.* 2. §. *fin.* Quarta: Nisi postquam aduersarius in possessionem missus est, defendi absens cœperit. reprobatur *d.* §. *fin. & l. si pupillus.* 17. §. *defendere. ff. de priuilegiis cred.* Plane admittitur in casu, de quo vide *infr. except. prox. replic.* 4. Quinta replicatio est. Nisi extraneus vniuersitatem velit defendere, non actor, vel is qui est ex ea vniuersitate. reprobatur *l.* 1. §. *fin ff. quod cuiusque vniuersitatis.* Sexta: Nisi mulier absentẽ defendat. *l. neque fœmina.* 54. *ff. de procuratoribus.* Plura vide *supr. eod. lib. cap.* 5. *quæst.* 4. *except.* 17. Septima replicatio est: Nisi miles absentem defendat. *dict. l.* 54. Plura vide *d. quæst.* 4. *except.* 16. Octaua: Nisi defensor reipublicæ causa sit abfuturus. *dict. leg.* 54.

Nona:

Nona: Nisi defensor perpetuo morbo laboret. *d.l.*54. Decima: Nisi defensor in magistratu sit. *d.l.*54. Vndecima: Nisi defensor inuitus iudicium pati cogi non possit. *d.l.*54. Duodecima. Nisi minor 25. annis defensionem absentis suscipiat. *l. minor.*51. *in princip. ff. de procuratoribus. l. exigendi.* 12. *in fin. C. eod. tt.* Decimatertia: Nisi defensor reus criminis sit. *l. reum criminis.* 6. *C. eod. tt.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *supr. eod. lib. cap.*5. *except.*12. *item cap.*15. *item infr. except. proxima.*

V. Exceptio: Nisi absens reuersus defensionem sui suscipere sit paratus, & iudicio sisti satisfaciat. *l. si quis* 8. *§. penult. C. de præscript.*30. *vel* 40. *annorum. l. recte defendi.*63. *ff. de iudiciis. Nouell. c.*53. *§. ne igitur latitante. M.I.P.d.cap* 20. *rep.*19. *M.I.R. d. ca.*20. *reg.* 2. *except.* 2. Huius replicatio prima est: Nisi post alterum decretum interpositum reuersus defensionem sui suscipere sit paratus. *M.I. P. d. reg.* 19. *except.* 1. *M. I. R. d. exc.* 2. *repl.* 3. Cuius duplicatio prima est: Nisi totus annus à tempore primi decreti nondum fuerit elapsus. *l.* 2. *§. fin. C. vbi in rem actio. & d. §. penult. vers. intra annum se offerenti.* Altera duplicatio est, quoad proprietatis causam. hæc enim etiam post annum & post alterum decretum reuerso est salua, vt tamen petitoris partes sustineat. *d.l.*2. *§ fin. M.I.R. d. repl.*3. *dupl.*2. Tertia duplicatio est: Nisi non in rem petitam specialem, sed in vniuersa bona immissio sit facta. hoc enim casu perpetua est defensio. *Baptist. à Vill. in litera P. num.* 171. *M.I.R. d. replic.*3. *duplic.*3. Secunda replicatio: Nisi reuersus non caueat vel satisfaciat. *d.l.*8. *& d.l.*63. *ff. de iudiciis. l. si pupillus.* 17. *ff. de priuilegiis credit. Nouell. c.*53. *§. ne igitur latitante.* Contradicere videtur *l. hæc autem.* 5 *§. fin. ff. quibus ex causis in poss. eatur. M.I.R. de except.*2. *repl.* 1. Tertia replicatio est: Nisi absens reuersus, aduersario non soluat impensas litis, & damnum non præstet. *l. sancimus.*13. *C. de iudiciis. d. Nouell. c.*53. *§. ne igitur latitante, in fin. l. non ignoret.*4. *C. de fructibus & litium expensis. M.I.P.d. reg.*19. *except.*2. *M.I.R. d. replic.*1. Quarta replicatio est: Nisi ob contumaciam absente condemnato, executio rei iudicatæ sit facta: tunc enim sententia retractanda non est, nec executio infirmanda. *l. properandum.* 11. *§. fin autem reus. versic. nulla licentia. C. de iudiciis. M I R. d. except.* 2. *repl.* 3. Quinta: Nisi cum ob fraudationem creditoris, debitor latitaret, in bona eius missio facta sit eaq; bona vendita: tunc enim non retractatur missio, *per ea quæ habentur infr. cap.*34.

VI. Exceptio: Nisi is qui copiam non facit, debitor non sit, vel per exceptionem dilatoriam vel peremptoriam se tueri possit: *de quo vide infr. quæst. prox. reg.* 2. *item cap.*34. *except.*12.

Hæc de exceptionibus, quæ competunt aduersus causas missionis in possessionem bonorum, quando scilicet reus non latitat fraudandorum creditorum causa, sed ob aliam aliquam causam abest. Si autem fraudandorum creditorum causa reus latitat, vt non solum aduersarius in bona mittatur, sed & bona vendantur, aliæ sunt exceptiones, *de quibus infr. cap.*34.

IV. QVI IN BONA SINT mittendi?

I. Regula, De aliis creditoribus, quam qui mitti petierint. Hi quoque in possessionem bonorum mittentur. *l. cum vnus.* 12. *in princ. ff. de rebus iudicis author. possid. l. cum apud* 10. *in princ. C. de bonis iudicis authoris possid. M.I.R. d. cap.* 20. *reg.* 4. Exceptio prima est: Nisi is qui mitti postulauerit, creditor non fuerit: tunc enim, quemadmodum nec is qui mitti postulauit, mittendus est in possessionem, *vt infr. dicetur*: ita nec alii, qui non postulauerunt. *d.l.*12. *§. plane.* Secunda: Nisi alii, qui non postulauerint missionem in bona, præsentes quidem non intra biennium, absentes vero non intra quadriennium, credito suo probato, communicari sibi possessionem petierint. *d.l.*10. *§. vt autem non. C. de bon. auth. iud. M.I.R. d. reg.* 4. *except.* 2. Plane venditis bonis, si illi qui in possessionem missi sunt, suum receperunt: ex eo quod superest, etiam aliis creditoribus, quamuis post quadriennium venientibus, soluendum, quod replicationis loco notandum. *d.l.*10. *§. fin autem hi. versic. vt si quis postea.* Tertia exceptio est: Nisi alii creditores non soluant pro sua portione expensas, quas creditores immissi pro immissione consequenda fecerunt. *d. §. vt autem non.*

II. Regula, De creditoribus conditionalibus. Et hi in bona sunt mittendi. *l. in possessionem.* 6. *in princ. ff. quibus ex caus. in possess. eatur.* Huius regulæ exemplum sunt legatarii, quibus sub conditione legatum debetur. nam & hi in possessionem bonorum hæreditariorum mitti solent. de qua missione vide *ff. libro* 36. *tt.* 3. *&* 4. Propositæ regulæ contradicit *l. si qui.* 14. *in fin. ff. d. tt. quibus ex causis. Vide item infr. cap.*34. *q.*1. *except.*12.

V. IN QVÆ BONA CREDITORES sint mittendi, & missi videantur?

I. Regula: Olim in vniuersa bona debitoris fiebat missio, hodie vero tantum in partem, pro quantitate debiti. *Nouel. c.*53. *§. ne igitur latitante. ibi: & actorem. M.I.P. libro* 2. *cap.* 20. *regul.*15. *M.I.R. d. cap.*20. *regul.*5.

II. Regula: Si in rem agatur, in solam rem petitam missio est facienda. *l. Fulcinius.*7. *§. item videamus. ff. quibus ex causis in possess. eatur. M.I.P. d. cap.* 20. *reg.*14.

III. Regula: Si hæreditas petatur, in bona hæreditaria actor mittendus, non propria possessoris bona. *d. l.* 7. *§. pen. & vlt.* Huius exceptio est: Nisi reus dolo malo bona hæreditaria possidere desierit. *d. §. pen.*

IV. Regula: Si vniuersitas non defendatur, vel collegium aliquod, in bona communia, non singulorum propria, actor mittendus. *l.*1. *§. penult. ff. quod cuiusque vniuersit. nomine.*

V. Regula: Si hæreditaria actione agitur, non solum defuncti, sed & hæredis bona possideri ac vendi possunt. *l. paterfamilias.* 12. *§. at cum substitutus. ff. de priuilegiis credit.* Huius exceptio prima est: Nisi hæres sese hæreditate abstinuerit. *d. §. ad eum substitutus. & d.l.*12. *in princ.* Cuius replicatio est: Nisi impuberis heredis bona, qui se abstinuit, ad pupillariter substitutum peruenerint. hoc enim casu videtur, creditores paternos non solum in patris, sed & in impuberis filii defuncti bona esse mittendos, quamuis impubes hæres paterna hæreditate se abstinuerit: cum substitutus hæreditatem impuberis ex testamento paterno sit consecutus. *d.l.* 12. *versic. idem in substituto filio hæredе seruandum non est.* Quanquam in quibusdam exemplaribus particula NON est omissa. Altera exceptio est: Nisi pupillus hæres sit. *l. apud Iulianum.* 3. *in princip. ff. quibus ex causis. l. si non expedierit.* 6. *in princip. ff. de rebus iudicis auth. possid.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *infr. lib.*15. *cap.* 5. *reg.*5.

VI. Regula: De rebus quæ in territorio iudicis immittētis non sunt sitæ. In has res creditor missus non videtur. *l. cum vnus.*12. *§. penult. ff. de reb. iudicis authorit. possid.*

VII. Regula: De rebus alienatis. In has regulariter creditor missus non videtur. approbatur simul & distinguitur *l. in venditione.* 8. *§.*1. *versic. nam si iam. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi minoris alienatio sit facta. verum reprobatur *d. §.*1. Altera exceptio est: Nisi in fraudem creditorum alienatio sit facta. *d. §.* 1. *versic. nisi in fraudem creditor.* de qua re alibi dicetur copiosius: Tertia: Nisi minor ætate debitoris defuncti hæres, postquam ex hæreditate quædam alienasset; se abstinuit hæreditate. reprobatur *l. in integrum.* 22. *& l. si mulier.* 31. *ff. de minoribus* 25. *annis.* Plane quod in d.l.3. dicitur de creditoribus, quibus solutum est, id non simpliciter, sed causa cognita admittendum est, aut non admittendum. *l. si non expedierit.* 6. *§. si pupillus. ff. de rebus author. iud. possid. l. pupillus.* 24. *ff. quæ in fraudem cred.*

VI. ANTECEDENTIA.

Antequam missio fiat, causa summatim est examinanda. *l.*2. *in fine. C. vbi in rem actio. M.I. P. d. c.* 20. *reg.*17.

VII. EVENTVS ET CONSEquentia missionem.

I. Regula: Si missus prohibeatur ingredi in bona, datur in prohibentem actio quanti ea res est. *l. si quis.* 14. *ff. quibus ex causis in possess.* De qua actione vide *infr. lib.*7. *cap.*19.

II. Regula: Bona debitoris, creditoribus non sunt addicenda. *l. pro debito.* 6. *C. de bonis iud. auth. possidend. l. in possessionem.* 8. *C. eod. tt. l. legis Iuliæ.* 4. *C. qui bonis cedere possunt.* Plura de hac re vide *inf. li.*17. *c.*14. *reg.*12.

III. Regula: Creditores ex bonis alendi non sunt. *l. Fulcinius.* 7. *in prin. ff. quibus ex causis in poss. eatur.*

IV. Regula: Debitor pupillus ex bonis alendus est. *l. si pupillus.*17. *in prin. & l. pupillus.*23. *in princ. ff. de priuilegiis creditorum.*

V. Regula, De venditione bonorum debitoris facienda, dicetur *inf. c.*34.

VI. Regula, De fructibus prædiorum à creditoribus vendendis ac locandis, proponitur *l. in venditione.* 8. *§.* 1. *cum sequentibus. ff. de rebus author. iud. possiden. M. I. P. d. cap.* 20. *reg.*18. Exceptio prima est: Nisi debitor ipse vendiderit, vel locauerit. *d. §.*1. Secunda: Nisi cum commodius posset locare, vendidit. reprobatur *d. l.*8. *§. de tempore, in fin.* Tertia: Nisi dolo malo versatus sit in vendendo vel locando. *d. §. de tempore.* Plures huiusmodi exceptiones vide *in regulis seqq.*

VII. Regula, Itidem de locandis & vendendis fructibus: qui locare vel vendere debeant, proponitur *d.l.*8. *§. fin.*

VIII. Regula, Itidem de locandis à creditore fructibus: quamdiu locandi, habetur *d.l.* 8. *de tempore.*

IX. Regula, Itidem de locandis & vendendis fructibus: quid scilicet eueniat, si neq; locentur, neq; vendātur, proponitur *l. prætor ait.* 9. *§. in eum. ff. d. rebus author. iudicis possid.* Huius exceptio prima est: Nisi tantum perceptum sit, quantum, si locatus vel venditus esset, perciperetur. *d. §. in eum.* Altera: Nisi antequam creditor in possessionem venerit, vel postquam ab ea discesserit, fructus non sint venditi vel locati. *d. §. in eum.*

X. Regula, De iure & officio creditorum circa rationes & instrumenta debitoris, proponitur *l. vlt. ff. de reb. auth. iud. poss.*

XI. Regula, De inuentario vniuersorum bonorum conficiendo, *d.l. vlt.* Hæc de euentis & consequentib. missionum sint dicta. Sed & huc pertinent quæ proponentur *inf. cap. prox.*

VIII. ADFINE missionis remedium proponitur *l. vlt. C. de episcopali aud.* Sed & aliud ad fine remedium est, vt curator bonis constituatur. *de qua re alibi dicetur.* Item vt furioso non defenso curator detur. *de quo l. Fulcinius,* 7. *§. adeo autem. ff. quib. ex causis in posseß. eatur.*

DE ACTIONIBVS QVÆ INTER debitorem & creditorem missum, occasione missionis nascuntur.

CAP. XXXIII.

I. DE ACTIONE OB FRUctus & alias res à creditore perceptos.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

SI quos fructus, vel alias res, ex bonis debitoris creditor percepit, ad eos restituendos hac actione cogi potest. *l. prætor ait.* 9. *in princ. & l. creditore.*14. *§.*1. *ff. de rebus auth. iud. possid.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi ex causa pœnali quid sit consecutus. sed reprobatur *d.l.*9. *in prin.* Secunda: Nisi ob nimiam contumaciam possessoris hæreditatis, quis in bona hæreditaria missus sit. hoc enim casu fructus lucratur. *l. Fulcinius.* 7. *§. fin. ff. quibus ex cauß. in posseß. eatur.* Tertia: Nisi actionem tantum non rem ipsam pactus sit creditor. reprobatur *l. creditore.*14. *§. si nondum. ff. de reb. iudicis auth. possid.*

II. QVIBVS COMPETIT hæc actio?

I. Regula, De eo ad quem ea res pertinet, proponitur *l. prætor ait.* 9. *in prin. ff. eod. tt.*

II. Regula, De curatore bonis dato & debitore, habetur *d.l.*9.

III. Regula, De hæredibus, *d.l.*9. *§. penult.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

I. Etiam aduersus hæredes creditoris. *d. §. pen.*

IV. QVID VENIAT IN HAC actione?

I. Regula, De omni quod in negotiorum gestorum actione veniret, si ea agi liceret, proponitur *l. creditore.*14. *§. fin.*

II. Regula, De actionibus præstandis, habetur *d.l.*4. *§. si nondum.*

V. QVAMDIV COMPETAT?

Perpetua est actio. *l. prætor ait. 9. §. penult. ff. de reb. iud. auth. possid.*

VI. QVÆ ACTIO DETVR?

In factum actio. *d. l. 9. in prin. ibi: Iudicium in factum dabo.*

II. DE ACTIONE, SI DOLO creditoris causa possessionis deterior sit facta.

I. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS.

Si causa possessionis deterior sit facta, actio datur aduersus creditorem, qui in eam fuit missus. *l. prætor ait. 9. in princ. versic. siue dolo. ff. de reb. iudicis authoritate possid.* Exemplum huius causæ est: si fructus creditor non locauerit vel vendiderit. *de quo vide sup cap. prox qu. 6. reg. 9.* Huius causæ exceptio est: Nisi non dolo, sed culpa creditoris deterior sit facta. *d. l. 9. §. est & præterea. & l. in venditione. 8. §. de tempore, in fin. ff. eod. tt.*

II. QVIBVS DATVR hæc actio?

1. Regula, De curatore bonis dato & debitore, proponitur *d. l. 9. §. his verbis.*

II. Regula, De hæredibus, habetur *d. l. 9. §. pen. & l. hæredi. 11. eod. tt.*

III. ADVERSVS QVOS DATVR?

Aduersus hæredes creditoris non datur. approbatur simul & distinguitur *d. l. 9. §. fin. cum l. sequent.*

IV. QVID VENIAT IN HAC actione?

I. Regula: Si fructus prædiorum neque locati, neq; venditi sint à creditore, in hoc condemnabitur, quanto minus propter hoc perceptum est. *d. l. 9. § in eum.*

II. Regula: Quanti actoris interest venit. *d. §. in eum, in fin.*

V. QVAMDIV COMPETAT?

Annalis actio est. *d. l. 9. §. fin.*

III. DE ACTIONE OB IMPENSAS à creditore factas.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

Si creditor impensas fecit in res debitoris, in quas fuit missus, potest eas hac actione repetere. *d. l. 9. in princ. vers. siue quod impensæ. §. quod ait prætor. & §. generaliter.* Huius exceptio prima est: Nisi dolo malo creditor impendit. *d. §. quod ait prætor. & §. generaliter.* Secunda: Nisi id quod impendit, non profit reo vel debitori. reprobatur *d. §. quod ait prætor.* Tertia: Nisi cum noxali iudicio conuentus, æstimationem damni dedisset, melius fuisset ipsum seruum noxæ dedere. *d. l. 9. §. his verbis.*

II. QVIBVS DATVR HÆC actio?

Hæredibus datur. *d. l. 9. §. hæ actiones.*

III. ADVERSVS QVOS DATVR?

I. Regula, Aduersus hæredes datur. *d. §. hæ actiones.*

II. Regula: De eo ad quem ea res pertinet, debitore, & curatore bonis dato, proponitur *d. l. 9. §. his verbis.*

IV. QVAMDIV DATVR?

Perpetua est actio. *d. l. 9. §. hæ actiones.*

V. QVÆ ACTIO DATVR?

I. Regula: In factum actio datur. *d. l. 9. in prin.*

II. Regula: Negotiorum gestorum actio non datur. *d. l. 9. §. generaliter.*

DE VENDITIONE BONORVM debitoris.

CAP. XXXIV.

I. CAVSÆ EX QVIBVS BONA sunt vendenda.

PRima causa: Si debitor bonis cessit. *l. legis Iuliæ. 4. v. sed venditionis. C. qui bonis cedere possunt.* Huius exceptio prima est: Nisi debitor pœnitentia ductus, cessionem reuocat. *l. is qui. 3. ff. de cess. bon.* Alias exceptiones vide *inf. lib. 24. c. 18.*

II. Causa: Si debitor latitat. *l. Fulcin. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in posses. eatur. l. satisq; pœnæ. 19. ff. de in ius vocando. l. cum proponas. 9. C. de bonis auth. iud. possid. M. I. R. lib. 2. c. 20. reg. 12.* Declaratur causa proposita definitione verbi Latitare. *d. l. 7. §. quid sit. §. illud sciendum. & §. latitare. ff. quib. ex caus. in posses. eatur. l. eum qui. 20. ff. de priuilegiis creditorum.* Huius causæ exceptiones vide *paulo inferius.*

III. Causa: Si creditor in debitoris absentis, & non defensi, bona sit missus. *l. in posses. 6. §. 1. ff. quibus ex causis in posses. eatur. M. I. R. d. reg. 12.*

De exceptionibus iam dictæ secundæ & tertiæ causæ.

I. Exceptio: Nisi pupillus sit qui latitat, vel non defenditur. *d. §. 1. M. I. R. d. reg. 12. excep. 1.* Huius replicatio est: Nisi pupillus non ex suo, sed ex alieno contractu conueniatur. *l. apud Iulianum. 3. in princip. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio prima est; Nisi cum seruo pupilli contractum sit. hoc enim casu, quamuis non cum ipso pupillo contractum sit, tamen perinde habetur, ac si cum ipso contractum esset: ideoque bona eius non veneunt. *d. l. 3. §. contractum.* Secunda duplicatio est: Nisi cum tutore pupilli contractum sit. *d. §. contractum. vers. ego puto.* Tertia: Nisi legata vel fideicommissa à pupillo petantur. nam & hoc casu perinde est, ac si cum pupillo contractum sit. *d. l. 3. §. fin. cum l. seq.*

II. Exceptio: Nisi furiosus latitet, vel non defendatur. *l. Fulcin. 7. §. adeo autem. ff. quib. ex causis in posses. eatur.* Huius replicatio est: Nisi æs alienum vrgeat, & dilatio damnum sit allatura creditorib. *d. §. adeo autem.*

III. Exceptio: Nisi prodigus vel alius, qui curatorum ope iuuatur, latitare dicatur, vel non defendatur. *d. §. adeo autem.*

IV. Exceptio: Nisi reipublicæ causa debitor absit. *l. in posses. 6. §. 1. ff. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi dolo malo reipublicæ causa absit: tunc enim bona eius vendi possunt. *l. eum qui. 19. ff. de priuilegiis creditorum.*

V. Exceptio: Nisi debitor apud hostes sit. *l. vlt. §. fin. ff. eod. tt. & d. l. 6. §. fin. ff. quibus ex causis in poss.*

VI. Exceptio: Nisi non latitet debitor. *l. Fulcinius. 7. §. si quis bona. & §. cum hoc edictum. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi dolo malo absit: tunc enim, quamuis in publico versetur, tamen pro latitante habetur. *d. l. 6. §. 1. ff. eod. tt.* Altera replicatio est: Nisi ob delictum suum absit: tunc n. quamuis non latitet, si tamen non defendatur, bona eius veneunt. *l. ad cognitionem. 13. ff. d. tt.* Tertiæ replicationis locò notandum: quod etiam nõ latitantis bona possideantur, quamuis non vendantur. *l. 2. §. 1. vers. quid si non latitet. ff. eod. tt.* Quarta repli-

replicatio est: Nisi in alia sit ciuitate, euitandi creditoris gratia; tunc enim, quamuis ibi in publico versetur, pro latitante habetur. *d. l. 7. §. illud sciendum. ff. d. tt.*

VII. Exceptio: Nisi non fraudationis causa latitet. *d. l. 7. §. cum hoc edictum.*

VIII. Exceptio: Nisi fraudationis quidem causa latitet, sed non ob fraudandos creditores. *d. l. 7. § sed & is qui.*

IX. Exceptio: Nisi præter fraudationis causam, ob alias etiam causas latitet. reprobatur *d. §. sed & is qui.*

X. Exceptio, Nisi non propter omnes creditores fraudandos latitet, sed propter quosdam tantum. reprobatur *d. §. sed & is qui. & §. illud sciendum. vers. & posse quem.*

XI. Exceptio: Nisi non diu latitet. *d. l. 7. §. latitare autem.*

XII. Exceptio: Nisi is qui latitat, debitor non sit, vel per exceptionem se tueri possit. *d. l. 7. §. si in diem. l. cum proponas. 9. vers. & eum tuum esse debitorem constet. C. de bonis iud. auth. possid. l. cum vnus. 12. §. plane. ff. de reb. iud. auth. possid.* Exemplum proponitur *l. eo tempore. 50. in prin. ff. de peculio.* Cui contradicit *l. Fulcinius. 7. §. si qui actione. ff. quibus ex caus. in posses. eatur.*

XIII. Exceptio: Nisi debitor præsens iudicium suscipere compelli non possit. *l. non videtur. 3. ff. de iudiciis.*

XIV. Exceptio: Nisi creditor in bona non sit missus, vel missus in possessionem non venerit. *colligitur ex d. l. 7. §. fin. ff. quibus ex causis in posses. eatur.* Huius replicatio est: Nisi possideri non possint. *l. cum vnus. 12. §. fin. cum l. seq. ff. de rebus iud. author. possid.* Hactenus exceptiones aduersus causas venditionis bonorum sunt propositæ. Plures huiusmodi vide *supr. c. 32. q. 3.* Ex quibus enim missio in bona locum non habet, ex iis multo minus venditio locum habere potest.

II. QVÆ bona sint vendenda, vide *supra d. ca. 32. quæst. 5.*

III. QVIBVS VENDENDI ius competat?

I. Regula, Creditorib. regulariter ius vendendi competit. *l. cuius bonis. 9. vers. sicut enim. ff. de curatorib. furioso, & c. M. I. R. d. c. 20. reg. 13.* Huius exceptio est: Nisi petentibus creditoribus, curator bonis vendendis à magistratu sit datus. *d. l. 9.* Cuius replicatio videtur: Nisi curator datus mortuus sit. sed reprobatur *d. l. 9. vers. multoq; magis.*

II. Regula, De eo in cuius fraudem non latitauit debitor. Huic ius vendendi non competit. *l. Fulcin. 7. §. vtrum ergo. & §. illud sciendum, in fin. ff. quibus ex caus. in posses. eatur.*

III. Regula, De curatore bonis dato, proponetur *infr. lib. 5. cap. 9.*

IV. QVIBVS potius bona vendenda, definitur *l. 1. ff. de priuilegiis creditorum. M. I. R. d. cap. 20. regul. 15.*

V. QVANDO VENDENda bona.

Post tempus à legibus statutum. *l. cum apud. 10. §. sin autem. & l. cum proponas. 9. §. fin. C. de bonis auth. iud. possid. M. I. R. d. c. 20. reg. 16.* Sane quod tempus definitum sit ad vendenda bona, dubitatur. *de qua re vide glossam.*

VI. ANTECEDENTIA.

I. Regula, De impetrando prius iure vendendi à iudice, proponitur *d. l. 9. §. fin. l. miles. 6. §. penult. ff. de re iudicata. M. I. R. d. c. 20. reg. 14.* Plane fructus prediorum, creditor qui in possessionem missus est, etiam sine iudice vendere vel locare potest & debet. *de quo vide sup. cap. 32. q. 6. reg. 6. cum seq.* A cuius autem loci iudice ius vendendi sit petendum & impetrandum, definitur *l. 1. cum duab. sequentib. ff. de reb. iud. auth. possid.*

II. Regula, De hastæ solennitate, proponitur *l. 1. & l. 2. C. de fide instrum. & iure hastæ.*

VII. OFFICIA VENDITORIS, item euentus & consequentia venditionum.

I. Regula, De eo quod superfluum est, ex precio redacto, vltra id quod venditori debetur, deponendo, proponitur *l. cum apud. 10. §. sin autem, cum sequentib. C. de bonis auth. iud. possid.*

II. Regula, De attestatione super modo venditionis conscribenda & insinuanda, constituitur *d. §. sin autem. & §. vt autem.*

III. Regula, De iureiurando à venditore præstando, habetur *d. §. vt autem.*

IV. Regula, De eo quod superfluum est ex precio redacto, debitori restituendo, proponitur *l. in fraudem. 45. § si plus. ff. de iure fisci. l. si non expedierit. 6. in prin. ff. de reb. iud. auth. possid.*

V. Regula, De empti actione: quid veniat in ea, seu emptori debeatur; & primum de statua in honorem eius, cuius bona veneunt, in publico posita, tractatur *l. Fulcinius. 13. ff. de priuilegiis cred. item inf. lib. prox. c. 31. reg. 26.* De concubina & liberis naturalib, habetur *l. bonis venditis. 22. ff. d. tt.*

VI. Regula: Bonis venditis, debitori nulla competit actio ad debita persequenda. *l. imperatores. 4. ff. de curatore bonis dando.*

VII. Regula: Debitor venditionem bonorum rescindere non potest. approbatur simul & distinguitur *l. imperatores. 14. ff. de priuilegiis creditorum. M. I. R. d. c. 20. regul. 18.* Huius exceptio prima est: Nisi non iure dicatur facta venditio. *d. l. 14.* Secunda: Nisi minoris venditio facta sit. *l. si minore. 3. C. de iure fisci. l. 2. C. de instr. & iure hastæ. l. si quos. 16. C. de rescind. vend. l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Tertia: Nisi non ab eo, cui vendendi ius fuit, venditum, vel non iusto ordine ad venditionem ventum sit. *l. 1. & 2. C. de fide instr. & iure hastæ. d. l. 16. C. de rescind. vendit. Vide item inf. lib. prox. c. 14. quæst. 6. reg. 1.* Quarta; Nisi rescriptum principis sit de rescindenda venditione. reprobatur *l. imperatores. 14. in fin. ff. de priuilegiis creditor. l. quæcunq;. 5. C. de fide instr. & iure hastæ.* Quinta; Nisi minoris 25. annis bona sint vendita. reprobatur *d. l. 5.* Plane minoris quatuordecim annis, seu pupilli bona vendi non possunt: & venditio facta, ipso iure non valet. *de quo sup. eod. cap. q. 1. excep. 4.* Plures propositæ regulæ exceptiones colligi possunt ex iis quæ dicta sunt in quæstionibus præcedentibus. Vide item *infr. lib. prox. c. 14. q. 6. reg. 1.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Plane dictarum exceptionum replicatio generalis prima est: Nisi debitor, qui vendi ionem rescindi desiderat, id quod debet non offerat

vel soluat approbatur exemplo *l. si minor. 3. C. de iure fisci. l. 1. C. de fide instr. & iure hastæ.* Altera replicatio est: Nisi longissimi temporis præscriptio obstet. *l. 1. C. de præscr. 30. annorum.* Hæc de euentis & consequentibus venditionem bonorum sint dicta. Plura vide *in venditione pignoris lib. 17. c. 15.* Plane huius etiam loci sunt ea quæ habentur de comparatione creditorum, qui scilicet potiores sunt in bonis debitoris: item ea quæ habentur de separationib. Ideoq; de hisce sequitur.

DE PRIVILEGIIS CREDITORVM, seu qui in bonis debitoris potiores habentur.

CAP. XXXV.

VEnditis bonis, sequitur, vt precium ex bonis redactum inter creditores distribuatur. Verum eo non sufficiente, quæritur, vter vtri sit præferendus? de qua re in hoc capite tractabitur.

I. Regula, De fisco. Fiscus creditor regulariter cæteris creditoribus præfertur. *l. auferitur. 46. §. fiscus. ff. de iure fisci. l. si cum pecuniam. 3. C. de priuilegio fisci. l. 1. C. si propter publicas pensitationes. M. I. R. dict. cap. 20. reg. 19.* Huius exceptio prima est. Nisi pœnam fiscus persequatur. *l. in summa. 17. ff. de iure fisci. l. vnica. C. de pœnis fiscalib. l. non possunt, 11. ff. de iure fisci. M. I. R. d. reg. 16. except. 1.* Cuius replicatio est: Nisi creditor per exceptionem possit submoueri. *l. quod placuit. 37. & l. Statius. 48. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi creditor rem suam vindicet. *l. 1. C. de priuilegio fisci.* Tertia: Nisi alij creditori res debitoris pignori sint obligatæ: hoc enim casu fisco præfertur. *l. si pignus. 8. ff. qui potiores in pign. habeantur.* Huius replicatio prima est: Nisi postquã debitor fisco fuit obligatus, res suas alteri obligauit. *l. 2. C. de priuilegio fisci.* Huius duplicatio est: Nisi nouatio tantum prioris debiti & pignoris post fiscum facta sit, non nouum pignus constitutum. *l. vlt. in princ. ff. qui potiores in pign. hab.* Secundæ replicationis loco notandum, quod quamuis alius creditor habeat hypothecam generalem, tamen fiscus præferatur in bonis post suam obligationẽ adquisitis. *l. si is qui. 28. ff. de iure fisci.* Quarta exceptio est: Nisi alij creditori sit solutum, vel a debitore alienatũ; hoc enim casu videtur eius causa, tanquam possessores, fisco potior habenda. sed reprobatur *l. penult. C. de priuileg. fisci.* Plane videtur exceptio proposita admittenda, primum si creditor ignorauit, etiam fisci debitorem esse. Sed hæc distinctio reprobatur *l. deferre. 18. §. fin. ff. de iure fisci.* Secundo admittitur exceptio proposita, si antequam fisci debitor esse cœperit, alienauit, vel in solutum dedit. *l. si quis. 9. §. sed in iis. C. de bonis proscriptorum. l. 1. C. de iure fisci. l. si debitor. 4. C. de priuilegio fisci.* Propositæ distinctionis replicatio proponitur *d. l. 9. §. fin. versic. exceptis duntaxat. C. de bon. proscript.* Porro ex iam dictis constat, si debitor fisci quid alienauit, vel in solutum dedit, ad illud repetendum fisco actionem competere. de qua plura dicentur *infr. lib. proxim. cap. 12.* Quinta exceptio est: Nisi fiscus actione, quam ab alio, iure successionis est consecutus, experiatur. *l. non intelligitur. 3. §. si posteriori. ff. de iure fisci.* De hac re vide plura *infr. lib. prox. in iure fisci.* Hactenus igitur de prima regula.

II. Regula, De eo qui in fisci locum successit. Is quoq; perinde ac fiscus Cæsaris creditoribus præfertur. *l. vlt. C. de priuilegio fisci. l. in fraudem. 45. §. qui pro. ff. de iure fisci.* Plura de hac vide *inf. reg. 17.*

III. Regula, De republica. Respublica quoque post fiscum cæteris creditoribus præfertur. *l. pen. in fin. ff. de priuilegiis creditorum. l. 2. C. de debitoribus ciuitatum.* Huic quodammodo contradicere videtur *l. simile priuilegium. 10. ff. ad municipalem. & l. 2. C. de iure reipub.* Sed & propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi bona debitoris alij pignori sint obligata: tunc enim reipublicæ præfertur. *l. si ignorante. 3. C. de remiss. pign.* Alias exceptiones vide supra *reg. 1.* Quæ enim exceptiones priuilegio fisci possent opponi, eædem reipub. multo magis obstabunt.

III. Regula: Caula dotis potior est, & cæteris creditoribus mulier dotem repetens præfertur. *l. dotis tuæ. 9. C. de iure dotium. M. I. R. d. cap. 20. reg. 20.* Huius exceptio prima est: Nisi mulier hæretica sit. *Nou. c. 109.* Secunda: Nisi nõ mulier ipsa sed hæres eius dotem repetat. *l. vnica. C. de priuilegio dotis. M. I. R. d. reg. 20. exc. 1.* Cuius replicatio est: Nisi hæres filius vel nepos sit mulieris defunctæ. *Nou. c. 91. in princ. ibi: negq; enim. & §. si vero nihil. in fin. M. I. R. d. except. 1. repl. 1.* Tertia exceptio: Nisi & alius creditor, cui mulier præferri cupit, priuilegium habeat. reprobatur *l. 2. §. ad hæc omnia C. qui potiores in pig. Nouell. c. 97. §. his consequens, vsque ad §. quia vero. M. I. R. d. reg. 20. except. 2.* Plane admittitur in exceptionibus proxime sequentibus. Quarta exceptio est: Nisi ad militiam adipiscendam, vel ob similem causam quis marito mutuam dederit pecuniam, conueneritque, vt is potior sit: hic enim mulieri in causa dotis præfertur. *d. Nouell. cap. 97. §. quia vero.* Quinta exceptio est: Nisi fiscus creditor sit: huic enim mulier non præfertur. *l. vtilitas. 3. C. de primipilo. l. satis. 4. C. in quibus causis pignus tacite contrahitur. M. I. R. d. reg. 20. except. 3.* Sexta: Nisi hypothecarij sint creditores: hi enim videntur mulieri præferendi, quia præferuntur & fisco: *vt supra reg. 1. except. 3. est ostensum.* Verum reprobatur *l. assiduis. 12. C. qui potiores in pig. habeantur. & l. cum tibi. 10. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 20. except. 4.* Septima: Nisi ab aliis quoq; dos anterior petatur: hi enim mulieri, dotem posteriori tempore datam persequenti, præferuntur. *d. l. 12. versic. exceptis videlicet. Nouell. c. 91. in princ. vsque ad §. sed & illud.* Huius replicatio est: Nisi res dotales posterioris dotis adhuc apud maritum, eiusue hæredes extent: tunc enim in iis causa posterior præfertur priori. *d. c. 91. versic. his itaque in controuersiam deductis.* Octaua exceptio: Nisi creditoris alterius contractus antiquior sit, quam causa dotis, reprobatur *d. l. 12. C. qui potiores in pig. hab.* Nona: Nisi nuptiæ, quarũ causa dos data est, non sint secutæ. reprobatur *l. 2. §. fin. cum duab. ll. sequentib. ff. de priuilegiis creditorum.* Decima: Nisi maritus seruus apparuit. reprobatur *l. si cum dotem. 22. §. fin. ff. soluto matrimonio. M. I. R. d. reg. 20. except. 5.* Vndecima: Nisi cum seruus existeret maritus, domino suo quid debuit; in hoc enim mulier non præfertur. approbatur simul & distinguitur *d. §. fin.* Duodecima: Nisi cõstante matrimonio dos repetatur. reprobatur *l. vbi adhuc. 29. C. de iure dotium.*

M. I. R. d. reg. 20. except. 6. Decimatertia: Nisi non ipsam dotem, sed dotis augmentum mulier petat. *Nouell. c. 97. §. cæterum si mulier. M. I. R. d. reg. 20. except. 10.* Huius replicatio est: Nisi augmentum dotis in immobilibus constituatur. *d. c. 97. §. si res vtrinq;.* Decimaquarta exceptio est: Nisi non dotem, sed ante nuptias donationem mulier petat. *l. assiduis. 12. §. fin C. qui potiores in pig. M. I. R. d. regul. 20. except. 13.* Huic contradicere videtur *d. l. 29. C. de iure dotiũ.* Decimaquinta: Nisi paraphernalia non dotem mulier petat. reprobatur *d. l. 29. ibi. rebusq; extra dotem constitutis. M. I. R. d. reg. 20. except. 11.* Hactenus exceptiones contra dotis priuilegium propositæ sunt. earum autem replicatio generalis est: Nisi res ipsæ dotales extent, vel res ex rebus dotalibus comparatæ: nam in hisce rebus, prædictis exceptionibus non obstantibus, mulier priuilegium dotis retinet. *l. in rebus dotalib. 30. in princ. C. de iure dotium.* Exemplum habetur *l. si cum dotem. 22. §. fin. ff. soluto matrim.* Aliud *Nou. c. 91. §. his itaque in controuersiam.* Hactenus de priuilegio dotis, quarta regula, sit dictum.

V. Regula: Pupillus tutelæ actione agens, cæteris creditoribus præfertur in bonis tutoris. *l. pro officio. 20. de administr. tutor. Nouell. cap. 118. §. sed si multi. M. I. R. d. cap. 20. regul. 21.* Huius exceptio prima est: Nisi non pupillus, sed eius hæres vel alius agat. *l. ex pluribus. 41. ff. de administr. tutor. l. dabimusq;. 4. versic. ipse autem. ff. de priuileg. cred.* Secunda: Nisi pupillus post pubertatem, rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius secutus, vsuras acceperit, reprobatur *l. qui nominibus. 43. ff. de administr. tutor.* Tertia: Nisi non contra tutorem, sed eum qui pro tutore negotia gessit, agatur. reprobatur *l. vltim. ff. de tutelæ & rationibus distrah. l. 4. §. 1. & l. si negotium. 7. ff. de priuilegiis creditor.* Quarta: Nisi non tutor, sed eius defensor sit condemnatus. reprobatur *l. defensor. 22. ff. de tutelæ & rationibus distrah. action.* Quinta: Nisi subsidiaria actione aduersus magistratum, qui tutorẽ dedit, agatur. *l. 1. §. priuilegium. ff. de magistratib. conueniend.*

VI. Regula: Furiosus, prodigus & cæteri, qui curatores habent, idem priuilegiũ habent in bonis curatoris, quod pupillus in bonis tutoris. *l. dabimusq;. 4. §. fin. cum duabus ll. sequentibus. ff. de priuilegiis creditorum. l. & mulieri. 15. ff. de curatorib. furioso.* Exceptio prima est: Nisi bonis curator datus sit, vel absenti. *l. idem priuilegium. 6. ff. de priuileg. credit.* Altera: Nisi ventri curator sit datus. *l. si ventri. 8. in princ. ff. eod. tt.*

VII. Regula: Qui apud mensam numulariam deposuit, ex hac causa agens, cæteris præfertur creditoribus. *d. l. 8. §. in bonis. l. si hominem. 7. §. quoties, cum l. seq. ff. depositi.* Huius exceptio prima est: Nisi is qui pecuniam deposuit, vsuras à numulariis acceperit. *d. l. 8. §. in bonis. ff. de priuilegiis credit. d. l. 7. §. quoties. ff. depositi.* Secunda: Nisi creditores sint priuilegiati. *d. l. 8. §. in bonis.* Cuius replicatio est: Nisi is qui deposuit, vindicet nummos quos deposuit, quique adhuc extant: hoc enim casu præfertur creditoribus priuilegiatis. *d. §. in bonis. vers. si tamen numi.* Tertia exceptio est: Nisi alij sint depositarij: his enim non præfertur, sed cum illis concurrit. *d. l. 7. §. fin. ff. depositi.* Quarta: Nisi sumptuum causa sit: hæc enim depositariis præferenda. *l. quod priuilegium. 8. in fin. ff. depositi.*

VIII. Regula, De eo qui in funus credidit vel impẽdit. Hic cæteris præfertur. *l. penult. ff. de religios. & sumptibus funerum.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi in alterius, non in eius funus, de cuius bonis agitur, impensum sit. sed reprobatur *l. 2. in princ. ff. de priuileg. cred.* Secunda: Nisi alia quam funeraria actione sumptus repetatur. reprobatur *d. l. 2.*

IX. Regula, De eo qui rem vindicat. Nisi in ea re, si modo extat, potior est, *per ea quæ dicta sunt sup. reg. 4. in fin. item reg. 7. except. 2. M. I. R. d. ca. 20. reg. 24.* Exemplum proponitur *l. si fideicommissorum. 11. in prin. ff. vt in possessionem legat.*

X. Regula: Is qui in rem vendidit, vel alio modo alienauit, si emptor soluendo non sit, vel precium ab eo venditor consequi non possit, potior in ea re habetur. *l. quod quis. 18. vers. vel ob nauem vendi am petat. ff. de priuileg. cred. Nou. ca. 136. §. porro neq;. vers. si tamen contractus.* Plane priuilegiũ d. Nouell. tribuitur argentarijs, & contradicit propositæ regulæ *gloss. in d. l. 18. item Baptist. à Vill. in litera C. nu. 209. & in litera V. n. 13. item Soar. in litera C. n. 324. M. I. R. d. c. 20. reg. 33.*

XI. Regula, De eo qui in rem conseruandã vel reficiendam credidit. Hic potior habebitur. *l. 1. ff. de cessione bonor. l. si ventri. 8. §. 1. ff. de priuileg. creditor. l. creditor. 25. ff. si certum petatur. l. 1 ff. quib ex causis pignus contrah. l. interdum. 5. cum seq. ff. qui potiores in pig. M. I. R. d. ca. 20. reg. 25.* Huius exceptio est: Nisi mulier dotem repetat. hæc enim præfertur ei qui in rẽ conseruandam credidit. *Nou. c. 97. §. his consequens, cum sequentibus.*

XII. Regula, De eo qui in nauem extruendam, instruendam vel emendam credidit. Hic cæteris præfertur creditoribus. *l. qui in nauem. 10. & l. quod quis. 18. ff. de priuilegiis credit.* Plura vide *supr. reg. prox.*

XIII. Regula, De eo qui redemptori nauis, vel ædium reficiendarum causa, domino mandante pecuniam soluit vel ministrauit. Et hic potior habetur. *l. ventri. 8. §. 1 ff. de priuilegiis credit. l. 1. in fin. ff. ex quib. causis pignus contrah.*

XIV. Regula, De eo cuius pecunia res est comparata. Et hic potior erit. *l. idemq;. 7. in prin. ff. qui potiores in pign. l. licet. 7. C. eod. tt. l. sed pecunia. 3. in prin. ff. de reb. eorum qui sub tutela. M. I. R. d. cap. 20. reg. 22.* Huius exceptio prima est: Nisi non nominatim ipsi, cuius pecunia res est comparata, pignori obligata sit. *d. l. 7. l. quamuis, 17. C. de pignoribus & hypothecis. & Nouell. cap. 136. de argentariorum contractibus. §. porro neque.* Plane eo casu, quo res comparata creditori nominatim pignori obligata non est, eius quod credidit, habet vindicationem. quod replicationis loco notandum: quæ in argentarijs quidem approbatur *d. §. porro neque.* Altera exceptio est: Nisi mulier ex causa dotis agat; hæc enim præfertur. *Nouell. c. 97. §. his consequens, cum sequentibus.* Tertia: Nisi res non in totum alicuius pecunia sit comparata: tunc enim cum aliis creditoribus antiquioribus concurrit. *l. idemq;. 7. §. quod si res. ff. qui potiores in pig.* Quarta: Nisi fisco vel Imperatori ob non solutas pensiones, idem debitor teneatur: hoc n. casu videtur is, cuius pecunia res est comparata, postponendus. Sed reprobatur *l. vlt. ff. d. tt.*

XV. Regula, De eo cui res pignori obligata est. Hic in ea re cæteris creditoribus potior est. *l. eos qui. 9. C. qui potiores in pignor. habeant. l. pro debito. 6. §. vnde siquidem. C. de bon. author. iud. possid. M. I. R. d. cap. 20. reg. 27.* Exceptio prima esse videtur: Nisi pignus prætorium sit, non conuentionale. Sed reprobatur *l. cum rempub. 4. C. qui potiores in pignor. hab. M. I. R. d. regul. 27. except. 1.* Secunda exceptio est: Nisi cum hæres rem hæreditariam pignori obligasset, creditor hæreditarius separationem impetrauerit. *l. 1. §. sciendum. ff. de separationibus.* Tertia: Nisi alius damni infecti nomine in possessionem missus sit. *l. his qui pignori. 12. ff. de damno infecto.* Quarta: Nisi alius seruum pignori obligatum, ab hostibus redemit. hic enim præfertur hypothecario creditori. *l. in bello. 12. §. si pignori ff. de captiui.* Quinta: Nisi alius creditor priuilegium habeat. reprobatur iuxta interpretationem Accursij *l. Antiochensium. 21. ff. de priuilegiis credit.* Sexta: Nisi & alij prius ea res pignori fuit obligata. Hæc exceptio cum suis distinctionib. proponetur *infr. lib. 17. c. 17.*

XVI. Regula, De eo qui prius egit, & debitum accepit. Hic cæteris creditoribus postea agentibus præfertur. *l. scimus. 22. §. & si præfatam. ibi; & eis satisfaciant. C. de iure deliberandi. l. inter eos. 19. ff. de re iud.* Exceptio prima est: Nisi ex causa donationis prius agatur, donatore soluendo non existente: tunc enim deducitur æs alienum cæterorum. *d. l. 19.* Cuius replicatio est: Nisi, & alijs ex causa donationis debeatur: tunc enim istorum æs alienum nõ deducitur, sed prius agentis seu occupantis melior est conditio. *d. l. 19. & l. quoties. 98. ff. de regulis iuris.* Altera exceptio est: Nisi & alij superueniãt, antequam prior suum sit consecutus. *l. in iudicati. 61. ff. de re iudicata.* Tertia: Nisi legatarij vel postiores creditores prius egerint, suumque sint consecuti: hoc enim casu potiores creditores illis quod acceperunt, possunt auocare. *l. scimus. 22. §. sin vero creditores. vsq; ad §. in computatione. C. de iure deliberandi.* Plura de regula proposita dicentur *in alienatione in fraudem creditorum facta.*

XVII. Regula, De legatarijs. Hi posteriore loco habentur, & cæteris omnibus postponũtur. *l. creditoribus. 4. in fin. & l. quotie. 6. ff. de separationibus. l. primo gradu. 33. ff. quæ in fraudem creditorum. l. scimus. 22. §. sin vero creditores. C. de iure deliberandi. l. is cui. 5. §. postquam. ff. vt in posses. legatorum.* Exceptio prima est: Nisi libertates relictæ sint: hæ enim peti possunt, quamuis hæreditas non sit soluendo. *d. l. 23.* Altera: Nisi non defuncti qui legauit, sed hæredis à quo legatum est, bona veneant, vel soluendo non sint: hoc enim casu legatarij cum cæteris creditoribus admittuntur. *l. 1. C. de bon. iud. auth. possid. l. si fideicommissorum. 11. §. fin. ff. vt in posses. legat.*

XVIII. Regula, De iis quorum pecunia ad priuilegiatos creditores peruenit. Hi quoque idem habent priuilegium, quod ij quibus succedunt. *l. si ventri. 8. §. eorum ratio. ff. de priuilegiis credit. l. 2. ff. de cessione bonor. l. vltim. C. de priuilegio fisci. l. creditor. 12. §. si simpliciter, in fin. ff. qui potiores in pignore. & l. si generaliter. 6. C. eod. tt.* Exceptio prima est: Nisi non statim, sed post aliquod interuallum pecunia ad creditorem priuilegiarium peruenerit. *d. §. eorum ratio. vers. peruenisse.* Altera: Nisi actio vel priuilegium non cedatur. *l. si cum pecuniam. 3. C. de priuilegio fisci.*

XIX. Regula, De hærede creditoris priuilegiarij. Hic quoq; idem priuilegium habet, quod habuit defunctus. *l. si & iure. 10 ff. qui potiores in pig. M. I. R. d. c. 20. reg. 26.*

XX. Regula, Si plures sint creditores idem vel par priuilegium habentes, concurrunt, nec potiores sunt tempore priores. *l. priuilegia. 16. ff. de priuilegiis creditorum.* Exceptio est: Nisi duo ex causa dotis agant: tunc enim prioris dotis causa potior habetur, *per ea quæ habentur sup. reg. 4. except. 7.*

XXI. Regula, Si nulli sint creditores priuilegiarij, tunc omnes ex æquo pro rata admittuntur. *l. pro debito. 6. in fin. C. de bon. auth. iud. possid. & l. priuilegia. 16. ff. de priuilegiis cred. M. I. R. d. c. 20. reg. 28.*

DE SEPARATIONIBVS.

CAP. XXXVI.

I. CAVSÆ SEPARATIONIS petendæ & impetrandæ.

PRima causa: Si hæres debitoris defuncti soluendo non sit, creditores hæreditarij, contra creditores hæredis, separationem bonorum impetrare possunt. *l. 1. in princ. ff. de separationibus. l. si vxor tua. 7. in fin. C. de bon. auth. iud. possid.* Exceptio prima est: Nisi creditores hæreditarij, hæredis personam qualiter qualiter sint secuti. *d. l. 1. §. quis pig.* Exempla vide *inf. in exceptionib. sequentib.* Huius replicatio prima videtur esse: Nisi cum plures essent creditores hæreditarij, quidam hæredis personam secuti sint, quidam vero separationẽ impetrauerint: hoc enim casu videtur, quod etiam ij qui hæredis personam secuti sunt, ad separationem sint admittendi. verum reprobatur *d. l. 1. §. quæsitum.* Altera replicatio est: Nisi non eligentis mente personã hæredis secuti sint, sed ex necessitate illum in ius vocauerint. *d. §. si quis pig. & l. vlt. ff. d. tt. l. 2. in fin. C. de bon. author. iud. possid.* Secunda exceptio est: Nisi creditor debitum ab hærede nouandi animo sit stipulatus. *l. 1. §. illud sciendum. ff. de separationibus.* Tertia: Nisi ab hærede vsuras acceperit creditor. *d. §. illud sciendum.* Quarta: Nisi creditores ab hærede satis acceperint. *d. §. illud sciendum.* Quinta: Nisi pignus ab hærede creditor acceperit. *d. l. 1. §. si quis pignus.* Sexta: Nisi bona hæreditaria hæredis bona mixta sint. *d. l. 1. §. præterea.* Huius replicatio est: Nisi bona rursus separari possint. *d. §. præterea.* Septima exceptio est: Nisi hæreditas ab hærede vendita sit. *l. 2. ff. de separationib.* Octaua: Nisi intra quinquennium ab adita hæreditate, separatio nõ sit desiderata. *l. 1. §. quod dicitur. ff. d. tt.* Noua: Nisi creditoribus qui separationem petunt, in diẽ vel subconditione debeatur. reprobatur *l. creditorib. 4. ff. eod. tt.* Decima: Nisi ijs qui separationem petunt, ex causa legati debeatur, reprobatur *l. quoties. 6. in princ. ff. d. tt. & l. hæreditariarum. 39. ff. de obligat. & actionibus.* Vndecima: Nisi ei qui separationem petit, debeatur ex causa fideiussionis, qua apud eum defunctus pro hærede fideiusserat. hoc enim casu, cum & hæres principaliter actori sit obligatus, & causa fideiussionis per successionem extincta, videtur separatio deneganda. verum reprobatur *l. debitor.*

bitor. 3. ff. de separationibus. Duodecima exceptio; Nisi adversus fiscum vel municipes separatio petatur. reprobatur *l. 1. §. sciendum, in fin.* Hactenus prima separationis causa cum suis exceptionibus est proposita.

II. Causa; Si defunctus non fuit soluendo, videbatur exemplo causæ præcedentis, creditores hæredis petere posse, vt bona defuncti ab hæredis debitoris sui bonis separentur, sed reprobatur *l. 1. §. ex contrario. ff. de separationibus.* Plane admitti videtur primum, si hæres in fraudem creditorum suorum, hæreditatem damnosam adiit. quæ tamen distinctio reprobatur *d. l. 1. §. quæsitum est.* Secundo admittitur causa proposita, si hæres coactus fuit hæreditatem damnosam adire. *d. l. 1. §. sed si quis suspectam.*

III. Causa: Si libertus libertate damnosam adiit hæreditatem, patronus separationem petere potest. *l. quoties. 6. §. si liberta. ff. d. tt.*

IV. Causa; Si seruus à domino, qui soluendo non est, liber hæresque esse iussus sit: hic enim, vt sua bona à bonis domini separentur, impetrare potest, *l. 1. §. 1. ff. de separationibus.*

V. Causa, Filiofamilias, qui castrense peculium habet, non soluendo existente, creditores castrẽses & cæteri separationem bonorum castrensium & aliorum petere possunt. *d. l. 1. §. si filiusfamilias.* Hactenus de causa separationis sit dictum.

II. QVI ET ADVERSVS QVOS separationem petere possint?

Prima huius loci regula proponitur *l. 1. §. item videamus. ff. de separationibus.*

Altera habetur *d. l. 1. §. secundum hæc.*

III. QVOMODO ET A QVO SEparatio impetranda?

Causa cognita, & decreto prætoris impetratur. *d. l. 1. in princ. & §. de his autem. l. 2. C. de bon. auth. iudicis possid.*

IV. QVANDO & quamdiu peti possit separatio, vide *supr. causa 1. except. 8. & 6.*

V. EVENTVS SEPARATIONIS.

I. Regula: Qui separationem impetrarunt, ex bonis hæredis nihil consequi possunt. *l. 1. §. penult. ff. d. tt. de separationibus.* Exceptio prima est: Nisi errore & iusta ignorantia ducti, separationem petierint. *d. §. penult.* Secunda; Nisi post separationem hæres aliquid ex hæreditate acquisierit: ad illud enim creditores defuncti admittuntur. *l. si creditores. 5. in pr. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi hæredis creditoribus sit solutum: hoc enim casu videtur, creditores defuncti ad id quod ex hæredis bonis superest, admittendos. verum reprobatur *d. l. 5. §. quod si proprii.* Contradicit *l. debitor. 3. §. fin. ff. eod. tt.* Quarta exceptio: Nisi hæreditarii creditores circa separationẽm bonorum sint decepti, vt minus sint consecuti. reprobatur *d. §. quod si proprii. vers. idemq; existimo.* Quinta: Nisi cum debitor fideiussori hæres extitisset, creditor separationem bonorum defuncti fideiussoris petierit. *d. l. 3. §. quid ergo. ff. de separationibus.*

Altera regula: Creditores hæredis ad id quod ex bonis defuncti superest, admittuntur. *l. 1. §. penult. & d. l. 3. §. fin. ff. d. tt.*

DE EXTRAORDINARIIS COGNITIONIBVS.

CAP. XXXVII.

SVperest vltimus iudiciorum locus, de adfinibus illorum remediis, quæ sunt, extraordinariæ cognitiones, compromissum & transactiones. Nam hæc quoque circa lites versantur, & adfiniendas eas, perinde ac iudicia, pertinent.

I. CAVSÆ EX QVIBVS ET DE quibus extra ordinem cognoscitur.

I. Regula: De mercedibus extra ordinem cognoscitur. *l. 1. in prin. ff. de extraord. cognitionibus.* Exceptio prima est: Nisi alii, quam præceptores studiorum liberalium, mercedem petant. *d. l. 1. in pr.* Declaratur *d. l. 1. §. 1. & §. ludi quoque.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi medici mercedem petant. his enim, quamuis professores non sint, extra ordinem ius dicitur. *d. l. 1. §. medicorum.* Cuius duplicatio est: Nisi illegitimis modis medicinam exerceant, veluti per incantamenta, &c. *d. l. 1. §. medicos.* Secunda replicatio est: Nisi obstetrix mercedem petat. nam quamuis & hæc professorum numero non contineatur, tamen ei extra ordinem ius dicitur. *d. l. 1. §. sed & obstetricem.* Tertia: Nisi ludi literarii magistri mercedem petant. nam & his extra ordinem ius dicitur, licet professores non sint. *d. l. 1. §. ludi quoq;.* Quarta: Nisi comites salarium petant. *d. l. 1. §. sed & si comites.* Quinta: Nisi nutrices mercedem petant, approbatur simul & distinguitur *d. l. 1. §. penult.* Sexta: Nisi proxeneta mercedem seu proxeneticum petat. nam hic, quamuis possessor non sit, extra ordinem auditur. *l. vlt. ff. de proxeneti.* Hæc de prima exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi philosophi mercedem petant. *d. l. 1. §. an & philosophis.* Tertia exceptio est: Nisi iuris ciuilis professores mercedem petant. *d. l. 1. §. proinde.* Hæc de prima regula eiusq; exceptionibus sint dicta.

II. Regula: Si causa proponatur aduersus eos, quibus extra ordinem præses mercedem constituit. *de quibus supr. dictum regula proxima:* de ista quoque præses extra ordinem cognoscit, approbari videtur *l. 1. §. sed & comites. ibi; sed & aduersus. ff. de extraord. cognitionibus.*

IV. Regula: Si ei qui extra ordinem aliquid petit, mutua petitio, seu reconuentio opponatur, de ea quoque extra ordinem potest cognosci. *d. l. 1. §. fin.*

IV. Regula huius loci proponitur *l. 2. ff. d. tt.* Plures huiusmodi regulas vide *1. lib. 23. cap. vlt.*

II. QVOMODO EXTRA ORDInem cognoscendum, & quæ cognoscentis officia?

I. Regula; In extraordinariis cognitionibus iudici circumstantiæ negotii probe excutiendæ & explorandæ sunt, & secundum eas decernendum. approbatur exemplo *l. 1. §. in honorariis. ff. de extraordinariis cognitionibus. l. vlt. §. fin. ff. de actionibus & obligat. & l. vlt. ff. de proxenetis.*

II. Regula; Huiusmodi cognitiones extraordinariæ per libellum expediri non possunt. *l. nec quicquam. 9. §. 1. ff. de officio proconsulis.*

III. Regula: In extraordinariis criminibus

iudici licet ferre sententiam quam velit, vel leuiorem, vel durorem, dummodo in vtroq; rationem non excedat. *l. hodie. 13 ff. de pœnis.*

IV. Regula; In extraordinariis iudiciis conceptio formularum non obseruatur. *l. actio. 46. §. negotiorum gestorum.*

DE COMPROMISSIS.

CAP. XXXVIII.

SEcundum iudiciorum adfine remedium est, compromissum, de quo nunc dicendum.

I. SIMILE compromissi & vsus proponitur *l. 1 ff. de receptis arbitris. l. non distinguemus 32. §. illud in prima. ff. eod. tt. & l. rem non nouam, 22. in princip. C. de iudiciis.*

II. DE EXCEPTIONIBVS aduersus compromissum.

Regulariter, si duo pluresve de aliqua controuersia, quæ inter eos est, in aliquem compromiserunt, isto compromisso alter alteri obligatur; & si fides compromisso non præstetur, nascitur hinc actio, de qua dicetur *infr. c. 40. M. I. P. lib. 2. cap. 21. reg. 1. M. I. R. lib. 2. cap. 22. regul. 1.* Huius autem regulæ exceptiones plures sunt, pro varietate circumstantiarum compromissi; puta, personæ compromittentis, & eius in quem compromittitur, rei seu causæ de qua compromittitur, rei compromissæ, modi & consequentium compromissum, de quibus generibus singulis ordine dispiciendum, & primum de iis quæ sumuntur ex persona compromittentis.

I. Exceptio; Nisi seruus compromiserit. *l. non distinguemus. 32. §. si seruus. ff. de recep. arb.* Huius replicatio esse videtur; Nisi pro seruo contra liberum pronuncietur, sed reprobatur *d. §. si seruus.*

II. Exceptio; Nisi pupillus vel minor 25. annis compromiserit. approbatur simul & distinguitur *l. si pupillus. 35. & l. Labeo ait. 3. in princip. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 1. except. 3.*

III. Exceptio; Nisi mulier, alterius nomine compromiserit. *l. non distinguemus. 32. §. si mulier. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio; Nisi quis alieno nomine compromiserit, qui neque mandatum habeat, neque de rato caueat. reprobatur *d. l. 32. §. penult.*

V. Exceptio; Nisi is qui Romæ compromisit, mox Romam in legationem venerit. nam hoc casu parere compromisso non cogitur. *d. l. 32. §. item si quis Romæ.* Replicatio prima est; Nisi in legatione compromiserit. Altera; Nisi ipse legatus adhuc compromisso parere sit paratus. *d. §. item si quis Romæ.* Hæc de exceptionib. sumptis ex persona compromittentis; sequuntur nunc ex persona eius, in quem compromittitur.

VI. Exceptio; Nisi in seruum sit compromissum *l. Pedius. 7. §. in seruum. ff. de receptis arbitris. M. I. P. libr. 2. cap. 21. regul. 1. except. 2.* Cuius replicatio est; Nisi seruus liber factus sit, & compromittentes in eadem voluntate perseuerent. *l. sed si. 9. in princ. ff. d. tt.*

VII. Exceptio; nisi in libertum sit compromissum. reprobatur *d. l. 7. in princip. M. I. P. d. reg. 1. except. 3.*

VIII. Exceptio; Nisi in filiumfamilias sit compromissum, reprobatur *l. sed & 5. ff. d. tt. M. I. P. d. regul. 1. exception. 9.*

IX. Exceptio; Nisi in minorem ætate compromissum sit, *l. sed si. 9. §. 1. & l. cum lege. 41. ff. de recept. arb. M. I. R. d. reg. 1. exc. 8.* Quod autem in d. l. 41. adiicitur de maiore viginti annis, minore tamen annis vigintiquinque, ei concordat *l. licet. 15. ibi. aut si ætas. ff. eod. tt.*

X. Exceptio; Nisi in furiosum, surdum aut mutum sit compromissum. *d. l. 9. §. 1.*

XI. Exceptio; Nisi in mulierem sit compromissum. *l. vlt. C. de recep. arbitris. M. I. P. d. reg. 1. exc. 4.* vbi distinguitur.

XII. Exceptio; Nisi in ignominiosum sit compromissum. reprobatur *l. Pedius ait. 7. in princ. ff. eod. tt. M. I. P. d. reg. 1. except. 1.*

XIII. Exceptio; Nisi in iudicem ordinarium sit compromissum *d. l. 9. §. si quis iudex. M. I. P. d. regul. 1. except. 6.* vbi distinguitur. *M. I. R. d. reg. 1. except. 10.*

XIV. Exceptio; Nisi in duos aut plures numero pares sit compromissum. reprobatur *l. item si vnus. 17. §. principaliter. ff. de recept. arb. M. I. P. d. reg. 1. except. 7.*

XV. Exceptio: Nisi in incertam personam sit compromissum. approbatur exemplo *d. l. 17. §. si in duos. M. I. P. d. reg. 1. except. 8.* Cuius replicatio est: Nisi in vnum incertum ex duobus certis sit compromissum. *d. l. 27. §. sed si ita.*

XVI. Exceptio: Nisi in eum cuius interest, vel ad quem controuersia pertinet, compromittatur. *l. penult. ff. d. tt.*

XVII. Exceptio: Nisi in re patris in filium compromittatur, reprobatur *l. quin etiam. 6. ff. eod. tt. M. I. P. d. reg. 1. exc. 9.* Sequitur tertium exceptionum genus, quod sumitur ex re seu causa, de qua compromissum est.

XVIII. Exceptio: Nisi de publici iudicii, vel famosa causa sit compromissum, *l. non distinguemus. 32. §. Iulianus. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 1. exc. 11.*

XIX. Exceptio: Nisi de causa libertatis vel ingenuitatis sit compromissum. *d. l. 32. §. de liberali causa.*

XX. Exceptio: Nisi de causa populari sit compromissum. *d. l. 32. §. de liberali.*

XXI. Exceptio; Nisi de vnius tantum actionibus & controuersiis sit compromissum, reprobatur *l. Pomponius. 13. §. 1. & l. quid tamen. 21. §. plenum. ff. d. tt.* Nunc quarti generis exceptiones videamus, sumptas ex re compromissa.

XXII. Exceptio: Nisi sententia in compromisso definita sit, quam ferre arbiter debeat. *l. qualem 19. §. 1. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 1. except. 16.*

XXIII. Exceptio: Nisi ita compromissum sit, vt quod Titio placeret, id Seius pronunciet. *l. item si vnus. 17. §. inde Pomponius. C. de recept. arbitris.*

XXIV. Exceptio; Nisi in duos sit compromissum ita, vt si dissentirent, tertium assumerent. approbatur simul & distinguitur *d. l. 17. §. si in duos. M. I. P. d. reg. 1. except. 8.*

XXV. Exceptio; Nisi pœna compromisso non sit inserta. *l. cum ante. 5. §. altera autem. C. de receptis arbitris. Nouell. c. 82. §. quoniam vero. M. I. P. d. regul. 1. except. 13. M. I. R. d. reg. 1. except. 17.* Contradicit *l. diem proferre. 27. §. fin. ff. de receptis arbitris.* Quæ tamen verba per iam dictas constitutiones videntur esse sublata,

sublata, nisi intelligantur de replicationibus sequentib. Est autem propositæ exceptionis replicatio prima: Nisi post latam ab arbitro sententiam litigatores ei subscripserint. *d. l. 5. in pr. & l. ne in arbitris. 4. § fin. C. de recep. arb. M. I. R. d. exc. 17. repl. 1.* Secunda: Nisi pars contra quam arbiter sententiam tulit, intra decem dies contra eam non fuerit protestata. *d. l. 5. §. sin autem. M. I. R. d. exc. 17. repl. 2.* vbi contradicitur. Tertia: Nisi interueniente iureiurando, in arbitrum sit compromissum. *d. §. sin autem. & d. l. 4. C. eod. tt.* Mutatur ac tollitur hæc replicatio *Nou. c. 82. §. quoniam vero, cum sequentibus.* Quarta replicatio est: Nisi arbiter iuramentum præstiterit. approbari quidẽ videtur *d. l. 4. §. sed etsi ipse solus arbiter.* Sed mutatur ista constitutio, & replicatio proposita reprobatur *d. Neu. c. 82. §. quoniam vero.* Hæc de exceptione vicesimaquinta eiusque replicationibus sint dicta. Similem vide *infr. cap. prox. quæst. 1. except 8.*

XXVI. Exceptio: Nisi alter tantum in compromisso pœnam sit stipulatus, alter non sit stipulatus. *l. Pomponius. 13. §. 1. & l. litigatores. 21. §. idem Iulian. ff. de recept. arb.*

XXVII. Exceptio: Nisi sub conditione pœna sit promissa *d. l. 11. §. fin.*

XXVIII. Exceptio: Nisi alia res quam numaria, pœnæ nomine sit promissa. reprobatur *d. l. 11. §. quando ait.*

XXIX. Exceptio: Nisi incerta summa pœnæ nomine sit promissa. reprobatur *l. non autem. 28. ff. d. tt.*

XXX. Exceptio: Nisi minor vel maior pœna promissa sit, quam res de qua est compromissum. reprobatur *l. non distinguemus. 32. in princ. ff. eod. tt.* Quinti generis exceptio sequitur, sumpta ex modo compromittendi.

XXXI. Exceptio: Nisi nudo pacto sit compromissum, nulla stipulatione interueniẽte. Subsistit quidem ipso iure, secundum ea quæ in præcedentibus dicta sunt, de pœnali stipulatione omissa: & cum ex nudo pacto nulla nascatur obligatio vel actio. sed eius replicatio prima est: Nisi non de dando, sed de retinendo aliquo pœnæ nomine conueniat. *l. litigatores. 11. §. interdum. ff. de recept. arb.* Altera: Nisi res apud arbitrum deposita sit eo pacto, vt ei daret qui vicisset, vel non redderet ei qui sentẽtiæ non pareret. *d. l. tt. §. quid ergo.* Supersunt vltimi generis acceptiones contra compromissum, sumptæ ex iis quæ compromissum sequuntur.

XXXII. Exceptio: Nisi alter compromittentium, pendente compromisso decesserit. *l. diem proferre. 27. §. 1. & l. non distinguemus. 32. §. summa. ff. de recept. arb. M. I. P. d. regul. 1. except. 14.* Huius replicatio est: Nisi hæredis vel aliorum etiam in compromisso facta sit mentio: tunc enim vnius morte non soluitur compromissum. *d. §. 1.* Cuius duplicatio est: Nisi ab altera tantum parte hæredis mentio sit facta, non ab vtraque. *l. sed & interpellatur. 49. §. fin. ff. d. tt.*

XXXIII. Exceptio: Nisi is qui cum defuncto compromiserat, hæreditatis controuersiam moueat. *d. l. 32. §. si is faciat. ff. d. tt.*

XXXIV. Exceptio: Nisi is qui compromisit, postea bonis cedat. *l. item si vnus. 17. in princ. ff. de receptis arbitris.*

XXXV. Exceptio: Nisi is qui Romæ compromisit, postea Romam in legationem veniat. *Hæc exceptio tractata est supr. eod. cap. except. 5.*

XXXVI. Exceptio; Nisi alter ex compromittentibus furere cœperit. *l. si compromissum. 47. §. fin. cum il. sequentibus. ff. d. tt.* Cuius replicatio est: Nisi curatorem furiosus habeat. *d. §. fin.*

XXXVII. Exceptio: Nisi pœna cõpromissi alteri sit acceptolata, vel alio modo defecerit. *l. Pomponius. 13. in prin. & l. non distinguemus. 32. §. summa. ff. eod. tt.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi dies compromissi finitus sit sententia nondum dicta. *d. l. 32. §. summa. l. antepenult. ff. eod. tt. M. I. R. d. regul. 1. except. 21.* Huius replicatio prima est: Nisi in compromisso, de die proferenda conuenerit. *l. arbiter. 31. ff. de recept. arbit.* Cuius duplicatio prima est: Nisi litigatores postea diem proferri nolint. *d. l. 33.* Secunda duplicatio est; Nisi arbiter non protulerit diem, sed alter ex litigatoribus in mora fuerit; huic enim ad moram excusandam replicatio proposita non prodest. approbari videtur *d. l. 32. §. dies compromissi. ff. d. tt.* Secunda replicatio est; Nisi finito die compromissi, litigatores denuo compromittant. quæ replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est; Nisi arbiter arbitrium denuo recipere nolit. approbatur simul & distinguitur *l. quid tamen. 21. §. Papinianus. ff. eod. tt.* Tertia replicatio est; Nisi arbiter diem protulerit. subsistit ipso iure, verum eius duplicatio est; Nisi nihil de die proferenda, inter partes conuenerit. *d. l. 32. §. fin. ff. d. tt.* Quarta replicatio est; Nisi certus dies compromissi definitus non sit. *l. sed si. 14. ff. d. tt.*

XXXIX. Exceptio: Nisi alter litigatorum rem in iudicium deduxerit. reprobatur *l. si quis. 30. ff. de recept. arbit.*

XL. Exceptio; Nisi de negocio sit transactum. *d. l. 32. §. item non est. ff. d. tt.*

XLI. Exceptio: Nisi res de qua compromissum est, interierit. approbatur simul & distinguitur *d. §. item non est.* Hæc de exceptionibus aduersus compromissum,

III. EVENTVS COMPROMISSI & consequentia.

I. Regula, De sententia ab arbitro dicenda, proponetur *infr. cap. prox.*

II. Regula; Compromisso tempus præscriptionis interrumpitur. *l. cum ante. 5. §. penult. C. de recept. arb.*

III. Regula; Probationes & attestationes factæ apud iudicem compromissarium, etiam valent apud iudicem ordinarium. *d. l. 5. §. fin.*

IV. Regula, De sententia arbitri exequenda, proponitur *d. l. 5. §. quatenus possit.*

V. Regula: Si per fideiussores fuerit cautum in compromisso, & vel dies compromissi prorogetur, vel fideiussores mortui sint, denuo cauendum est, *l. Labeo ait. 25. §. fin. cum l. seq. ff. de recept. arbitris.* Plures huius loci regulas *vide in duobus capitibus sequentibus.*

DE SENTENTIA AB ARBITRO dicenda.

CAP. XXXIX.

I. CAV-

I. CAVSA EX QVA COGENdus est arbiter dicere sententiam.

SI arbitrium in se recepit, sententiam dicere est cogendus. *l. Labeo ait. 3.§. ait prætor. ff. de recept. arbit.* Ratio proponitur *d. l. 3. §. tametsi. M. I. R. lib. 2. cap. 22. regul. 3.* Declaratur causa proposita definitione verbi Recipere, *l. Pomponius. 13. §. recepisse. ff. eod. tt.* Nunc propositæ regulæ exceptiones videamus.

I. Exceptio: Nisi non receperit arbitrium is in quem est compromissum: hoc enim casu non est cogendus *d. l. 3. §. tametsi. & l. quid tamen. 21. §. si quis ex litigatorib. M. I. R. d. reg. 3. exc. 1.*

II. Exceptio: Nisi non eo animo receperit, vt sententiam diceret. *d. l. 13. §. recepisse, in fin. ff. d. tt.*

III. Exceptio: Nisi in dignitate positus sit is qui arbitrium recepit. reprobatur. *d. l. 3. §. fin. ff. de recept. arbitr.*

IV. Exceptio: Nisi in magistratu positus sit is qui arbitrium recepit. approbatur simul & distinguitur *d. §. fin.*

V. Exceptio: Nisi sacerdos sit, qui arbitrium recepit. approbatur simul & distinguitur *l. non distinguemus. 32. §. sacerdotio. ff. de recep. arb.*

VI. Exceptio: Nisi in arbitrum non sit compromissum. *d. l. 32. §. summa. & l. litigatores. 11. §. 1. ff. eod. tt.*

VII. Exceptio: Nisi compromissum inutile sit, aut ex post facto irritum effectum. *d. §. summa.* Huius species sunt, omnes exceptiones *supr. c. prox.* propositæ. Itaque hic reperendæ.

VIII. Exceptio: Nisi pœna compromisso non sit adiecta, *l. Labeo. 3. §. ait prætor. & d. l. 32. §. 1. ff. d. tt.*

IX. Exceptio: Nisi arbitro alius sit additus, qui arbiter esse non possit. *l. Pedius. 7. §. vnde Iulianus. ff. de recep. arb.* Huius replicatio est: Nisi ita sit compromissum, vt vel alterius sententia valeret. *l. sed si. 8. ff. d. tt.*

X. Exceptio: Nisi arbiter à compromittentibus fuerit infamatus. *l. licet. 15. ff. d. tit.* Plane non simpliciter datur hæc exceptio, sed causa cognita. *l. sed si. 9. §. fin. ff. eod. tt.*

XI. Exceptio: Nisi spreta authoritate arbitri, litigatores ad iudicium vel alium arbitrum ierunt, mox redierunt, vel multo post. *d. l. 9. §. fin. cum ll. seq.*

XII. Exceptio: Nisi inimicitiæ capitales inter arbitrum & litigatores intercesserint. approbatur cum aliis similibus *d. l. 15. ff. d. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi minor sit 25. annis *d. l. 15. & l. cum l. Iulia. 41. ff. eod. tt. M. I. R. d. regul. 3. except. 2.*

XIV. Exceptio: Nisi arbiter valetudinarius esse cœperit. *d. l. 15.*

XV. Exceptio: Nisi arbiter aliquot negotiis occupetur, aut vrgente professione. *d. l. 15.*

XVI. Exceptio: Nisi arbiter iudicium suo nomine habeat. approbatur & distinguitur *l. aut si. 16. ff. de recep. arb.* Replicatio prima est: Nisi dies compromissi possit proferri. *d. l. 16.* Altera: Nisi non consentiat denuo in se compromitti *d. l. 16.*

XVII. Exceptio: Nisi sententiam dixerit arbiter. *l. qualem autem. 19. in princ. ff. d. tt.* Cuius replicatio est: Nisi non omnes controuersias, de quibus est compromissum, sua sententia finierit. *d. l. 19. §. dicere.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr. cap. prox. quæst. 1. causa 7. exc. 6. cum sequentib.*

XVIII. Exceptio: Nisi iusta causa impediat arbitrum sententiam dicere. *d. l. 15. ff. d. tt.*

XIX. Exceptio; Nisi cum in plures compromissum esset, non omnes cogantur. *l. item si vnus. 17. §. item si plures. ff. de recept. arbit.* Huius replicatio prima est; Nisi in duos vel plures alternatiue sit compromissum; puta in Titium aut Seium. *d. l. 17. §. sed si ita,* Altera; Nisi in plures sit compromissum, ita, vt vel vnius sententiæ staretur. *l. non distinguemus. 32. §. cum in plures, & l. sed si. 8. ff. eod. tt.* Tertia videtur, Nisi in alterum compromitti non potuit, sed reprobatur *l. Pedius. 7. §. vnde Iulianus. ff. d. tt.*

XX. Exceptio: Nisi arbiter iuret, sibi de causa nondum liquere: hoc enim casu spacium illi ad pronunciandum dandum. *l. Pomponius ait. 13. §. fin. ff. d. tt.*

XXI. Exceptio: Nisi sordes & turpitudo arbitri manifesta sit. *l. sed si. 9. §. sunt & alii. ff. eod. tt.*

XXII. Exceptio: Nisi feriatis diebus cogatur. *d. l. 13. §. pen. ff. d. tt.* Reliquas propositæ regulæ exceptiones vide *supr. cap. prox.* Nam quæ ibi exceptiones propositæ sunt, hic quoq; repeti possunt, *secundum ea quæ dicta sunt paulo superius except. 7.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Replicationis loco notandum, quod quędam propositarum exceptionum non in totum excusent, sed ad tempus arbitrium differant. quæ replicatio approbatur causa cognita *l. aut si. 16. §. 1. ff. de recept. arb.* Hæc de prima qnæstione eiusq; exceptionibus sint dicta.

II. QVOMODO COGENDVS ARbiter sententiam dicere?

PRima regula: Non nisi causa cognita cogendus. *l. licet. 15. in princ. ff. de recept. arb.*

Secunda huius loci regula proponitur *l. non distinguemus. 31. §. si arbiter. ff. eod. tt.* Reliquas ferendæ sententiæ circumstantias vide *infr. cap. prox. inter except.*

DE ACTIONE ET EXCEPTIONE COMpromissi.

CAP. XL.

I. CAVSÆ EX QVIBVS ACTIO vel exceptio compromissi competit.

PRima & principalis causa huius actionis est: Si compromisso fides non præstetur. *l. ita demum. 31. in pr. ff. de recept. arb. M. I. R. d. cap. 22. regul. 7.* Huius species sunt causæ sequentes, eiusq; exceptiones vide *infr. causa 7.*

II. Causa: Si litigator intra diem compromissi vel loco statuto non adfuerit. *l. 2. C. de recept. arb. & l. diem proferre. 27. §. si quis litigatium. ff. eod. tt.* Exceptio prima est: Nisi post diem compromissi arbiter adesse iusserit. *l. quid tamen. 21. §. si intra. ff. d. tt.* Cuius replicatio est: Nisi de die proferēda in cōpromisso conuenerit. *l. non ex omnib. 39. §. fi. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi alibi arbiter adesse iusserit, quam vbi in eum est compromissum, *d. l. 21. §. si arbit.* Huius explicatio est: Nisi non procul ab eo

ab eo loco, vbi compromissum est, arbiter adesse iusserit. approbatur & distinguitur *d. §. si arbiter.* Tertia exceptio est: Nisi in locum inhonestum adesse iusserit arbiter. *d. l. 21 §. sed & si. M. I. P. lib. 2. c. 6. q. 4. reg. 7. exc. 4. M. I. R. d. lib. 2. c 5. reg. 22. exc. 21.* Huius replicatio esse videtur: Nisi cum alter honeste in eum locum venire non posset, alter posset: is qui sine turpitudine venire posset, non venerit cum alter venisset. sed reprobatur *d. §. sed & si.* Quarta exceptio: Nisi arbiter ipse non venerit, vel ante diem mortuus sit. *l. arbiter. 40. ff. de recept. arb.* Quinta: Nisi valetudine aut alia iusta causa impeditus litigator adesse non potuit. *l. apud Celsum. 4. §. si in arbitrum. ff. de doli mali exc. l. quid tamen. 21. §. si quis ex litigatorib. ff. de recep. arb.* Huius replicatio est: Nisi non sit paratus in eundē compromittere. *d. §. si quis ex litigatorib.* Cuius duplicatio est; Nisi arbiter arbitrium recipere recuset. *d. §. si quis ex litigatorib.* Sexta exceptio est: Nisi qui non venit, per procuratorem defendatur. approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est: Nisi arbiter ipsum quoq; dominum litis adesse velit. *l. non distinguemus. 32. §. si domini. ff. de recep. arbitru.* Septima exceptio: Nisi in cōpromisso conuenerit de die proferenda, & post diem adfuerit, reprobatur *d. l. 32. §. dies. ff. eod. tt.*

III. Causa: Si dolo quid fecit is qui compromisit: veluti si arbitrum vel aduocatum diuersæ partis corrupit. *l. ita demum. 31. §. sed & siquidem. & l. arbitrorum. C. d. tt.*

IV. Causa: Si arbitrum sententiam dicere prohibuit. *l. diem proferre. 27 §. penult. ff. d. tt.*

V. Causa: Si rem de qua compromissum est, in iudicium deduxerit. *l. si quis. 30. in fi. ff. d. tt. M. I. R. lib 2. c. 22. reg. 6.* Exceptio prima est: Nisi de ea re, quam in iudicium deduxit, cōpromissum non sit. *l. quid tamen. 11. § plenum. ff. de recept. arb.* Altera: Nisi non omnes species, de quibus compromissum est, in petitione per errorem sint deductæ: hæ enim postea impune in iudicium possunt deduci. *l. de reb. 43. ff. eod. tt.* Idem est in quantitate, si minus sit petitum, quam reuera debeatur. *l. apud Celsum. 4. §. item quæritur. ff. de doli mali exc.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non errore, sed dolo in petitione species non deduxerit. *d. l. 43.* Tertia exceptio est: Nisi alius vel ab alio, quam qui cōpromisit, petatur. subsistit quidem ipso iure, verum eius replicatio prima est: Nisi cōpromittentis interfit ab alio non peti. approbatur cum sua exceptione *l. si duo rei. 34. in pr. ff. d. tt.* Altera: Nisi hæres eius qui compromisit, petat. *l. quamuis. 37. ff. eod. tt.* Plures exceptiones vide *paulo inferius caus. 7.*

VI. Causæ: Si cum quis alieno nomine compromisisset, dominus id ratum non habuerit. *l. non distinguemus. 32 §. penult ff. d. tt.*

VII. Causa: Si sententiæ arbitri paritum non sit, pœna compromissi committitur. *l. vit. ff. de recep. arb.* Exemplū proponitur *l. inter Statilianum. 44 ff. d. tt. M. I. P. lib. 2. cap. 21. reg. 2. M. I. R. d. c. 23. reg. 7.* Aliud *l. quid tamen 21. §. si arbiter. ff. eod. tt.* Declaratur hæc causa *l. Celsus ait. 23. §. penult. ff. d. tt.* Huius causę exceptiones plures sunt: quarum primum genus earum est, quę sumuntur ex ipsa sententia cui paritum non est, eiusq; qualitate. Eius generis exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio; Nisi sententia non ad solutionem pecuniæ, aut operam præbendam pertineat. *l. non ex omnibus. 39. in princ. ff. de recep. arb.*

II. Exceptio: Nisi iniqua sit sententia, & minus probabilis, reprobatur *l. diem proferre. 27. §. si a. ri. ff. de recep. arb. M. I. P. d. reg. 2. exc. 1. M. I. R. d. regul. 7. except. 1.* Admittitur, si non de lite in aliquem sit compromissum, sed de modo cuiusdam contractus. *l. societatem. 76. cum quatuor sequentibus. ff. pro socio. M. I. R. libro 2. cap. 17. regul. 75. & d. exception. 1. distinction. 2.*

III. Exceptio: Nisi inhonestum quid, vel cōtra leges arbiter iusserit. *l. quid tamen. 21. §. non debent. & §. sed & si in aliquem. ff. de recep. arb. M. I. P. d. except. 1. distinct. 2.*

IV. Exceptio: Nisi incerta sit arbitri sententia *d. l. 21. §. Pomponius.*

V. Exceptio: Nisi diuersæ arbitrorum sint sententiæ approbatur simul & distinguitur *l. diem proferre. 27. §. si plures. ff. de recep. arb. M. I. P. regul. 2. exc. 4. M. I. R. d. reg. 7. exc. 3.* Huius replicatio prima est: Nisi maior pars arbitrorum consentiat. *d. §. si plures. l. item si vnus. 17. §. principaliter. ff. eod. tt. M. I. P. d. exception. 4. replic. 1.* Cuius duplicatio est: Nisi reliqui arbitri non fuerint præsentes: tunc enim maioris partis arbitrio non statur. *d. l. 17. §. fin. cum l. seq.* Altera replicatio est: Nisi arbitri diuersis summis condemnauerint: hoc enim calu, quoniam minor summa maiori inest, & ob id in eam consensisse videntur: Nisi minor summa præstetur, pœna committitur. *d. l. 27. §. si plures. versic. inde quaritur. ff. d. tt. M. I. P. d. except. 4. repl. 2. M. I. R. d. except. 3. repl. 3.*

VI. Exceptio: Nisi de alia re, quam de qua compromissum est sententia sit lata. *l. non distinguemus. 32. §. de officio. ff. de recept. arb. M. I. P. d. except. 6. M. I. R. d regul. 7. except. 2.* Huius exemplum primum proponitur *d. l. 32. §. item si iubeat.* Secundum, *d. l. 32. §. fin. & l. quid tamen. 21. §. si intra. ff. eod. tt.* Tertium, *l. de his rebus. 46. ff. d. tt.* Quartum, *d. l. 21. §. item si arbiter.* Plura vide *infr. in exceptionibus proxime sequentibus.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi cum compromissum sine die factum esset, arbiter diem constituerit: hoc enim casu, quamuis nihil de eo in compromisso cautum sit, non tamen vitiatur sententia, nec propositæ exceptioni locus est. *l. sed si. 14. ff. d. tt.* Secunda replicatio est: Nisi de modo vacuæ possessionis dandæ pronunciauerit. nam & hoc casu valet sententia. *d. l. 32. §. arbitri. ff. eod. tt.* Tertia; Nisi solutioni diem arbiter statuerit. *d. l. 21. §. solutioni. ff. d. tt.* Quarta; Nisi cum per errorem minor quantitas petita esset, arbiter in maiorem quantitatem, quæ reuera deberur, condemnauerit. *l. 4. §. item quæritur, si cum eo. ff. de doli mali exceptione.* Quinta; Nisi litigatores, eorumve hæredes adesse iusserit. *d. l. 32. §. si domini.* Hæc de sexta exceptione.

VII. Exceptio; Nisi arbiter sua sententia compromissum minuat, aut mutet. *l. Labeo ait. 25. §. hæc autem. ff. de recep. arb. M. I. P. d. reg. 2. except. 2. M. I. R. d. reg. 7. except 5.*

VIII. Exceptio; Nisi non definiat negocium arbiter, sed de eo ad iudicem eundum, vel in alium compromittendum dicat, vel alterius arbitrio standum. *l. non distinguemus. 32. §. quæsitum. ff. d. tt.*

IX. Exce-

IX. Exceptio: Nisi dominos per procuratores agere volentes, ipsos adesse iusserit arbiter, vel hæredes eorum. reprobatur *d.l.2.*

X. Exceptio: Nisi arbiter sua sententia quem à ratione tutelæ minoris vigintiquinq; annis absoluerit. *l.Labeo ait.3. in princ.ff.d.tt.*

XI. Exceptio: Nisi non præsentibus partibus sententia dicta sit. approbatur exemplo *eorum quæ dicta sunt supr.c.19.exc.10.in pr.M.I.R.d.reg.7 exc.7.* Eius autem replicatio prima est: Nisi litigator vocatus venire noluit.reprobatur sub conditione *l. diem proferre. 27.§. si quis litigatorum.ff. de recept. arbitris.* Secunda: Nisi interlocutoria dicta sit de cirando litigatore. *l. sed & interpellatur. 49.§. arbiter.ff. eod.tt.* Tertia: Nisi interlocutoria lata sit de die proferenda.*d.l.17.in prin.*

XII. Exceptio: Nisi non præsente tutore vel curatore litigatoris, minoris vel furiosi, sententia dicta sit.*d.l.27.§. coram.l.si compromissum.47. & l. sed & interpellatur.49. in princ.ff.eod.tt.*

XIII. Exceptio: Nisi alius, quam in quem compromissum est, sententiam dixerit.*l. in compromissis. 45. & l. non distinguemus. 32. §. quæsitum. ff.d.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi cùm in plures compromissum esset, vnus tantum pronunciauit, vel non omnes. approbatur simul & distinguitur *l. item si vnus. 17.§.fin. cum l.seq.ff. de recept. arbit. M.I.P.d.reg 2.except 5. M.I.R.d.reg.7.except. 8.* Huius replicatio prima est: Nisi omnes fuerint præsentes. tunc enim maioris partis arbitrio statur: *vt ex iam dictis constat.estq; de hac re dictum supr.exc.5.* Altera replicatio videtur esse: Nisi in alium, qui sententiam non dixit, inutiliter sit compromissum. sed reprobatur *l. Pedius. 7. §.fin.ff. d.tt.* Tertia exceptio est: Nisi ita sit compromissum, vt vel vnius arbitrio stetur. *d.l.31.§. cum in plures. & l. sed si.8.ff.eod.tt.*

XV. Exceptio: Nisi arbiter inimicus alteri litigatorum factus, testationibus ab eo conuentus, nihilominus dixit sententiam. *d. l. 32. §. cum quidam.M.I.R.d.reg.7.except.9.*

XVI. Exceptio: Nisi sordes vel gratia arbitri in ferenda sententia intercessit. *l. arbitrorum.3. C.d.tt.*

XVII. Exceptio: Nisi non intra diem compromissi pronunciatum sit. *l.1.§. fi. C.de recept.arb.* Plura vide *supr.cap.38.except.38.*

XVIII. Exceptio: Nisi cum in compromisso conuenisset, vt arbiter de omnibus controuersiis eadem die pronunciaret, non de omnibus eadem die pronunciauerit.*l.Labeo ait.25.in princ.ff.de recep.arb.*

XIX. Exceptio: Nisi feriatis diebus arbiter sententiam dixit. subsistit quidem ipso iure, verum eius replicatio prima est: Nisi dies compromissi exitura est, nec ea proferri possit. *l.Pomponius. 13.§.arbiter.ff.d.tt.* Altera: Nisi cogente prætore arbiter feriato die pronunciauerit. *l.si feriatis.36.ff.eod.tt.*

XX. Exceptio: Nisi sententia ab arbitro sit mutata. approbatur simul & distinguitur *l. qualem autem.19.§.fin.cum l.seq.ff.eod.tt.* Replicatio est: Nisi non dilatoria, sed definitiua sit sententia. hanc enim mutare non potest. *d.§. fin.* Cuius duplicatio est: Nisi cum de pluribus controuersiis esset compromissum, ita vt de omnibus simul pronunciaretur: de quibusdam, non de omnibus sententia dicta sit. Hæc enim sententia, quamuis definitiua sit, tamen potest mutari. *l. quid tamen.21.in princ.ff.d.tt.*

XXI. Exceptio: Nisi à sententia sit appellatum. reprobatur *l. 1. C. de recept. arbr.l.non distinguemus.32.§. cum quidam.in fin.ff.eod.tt.M.I.P.d.regul.2. except.8.M.I.R.lib.2.cap.17.reg.1.exc.8.* Plane admittitur, si scilicet lege cogente, arbiter sit sumptus. approbatur exemplo *l. cum specialis. 16. in fin. C. de iudiciis.* Alio *l. arbitro. 9.ff. qui satisdare cogantur. M.I.R. d.exc.8. repl.1.* Hactenus exceptiones contra causam propositam, ex sententia cui non paretur, eiusq; circumstantiis & qualitatibus desumptæ, propositæ sunt. Sequuntur reliquæ exceptiones, ex circumstantiis non parendi & antecedentibus sumptæ.

XXII. Exceptio: Nisi compromissum inutile sit aut irritum effectum. causa enim principali non subsistente, nec ea quę sequuntur locum habent. *l. cum principalis. 138. & l.nihil dolo. 171. ff.de regulis iuris.* Huius igitur exceptionis species sunt, exceptiones contra compromissum *sup.c.38.* propositæ, hic repetendæ.

XXIII. Exceptio; Nisi pœna compromissi semel sit commissa. *l.si duo.34.§.fin. & l.diem proferre. 27.§.si quis litigatorum.ff.de recept.arb.*

XXIV. Exceptio; Nisi dolus aduersarii interuenerit. *l.ita demum.31.in princ.ff.d.tt.*

XXV. Exceptio; Nisi per aduersarium steterit, quo minus compromisso vel sententiæ arbitri pareatur. *l. Celsus ait.23.§.idem ait.& §.fin. l.arbiter.40.in fin.item l.ita demum.31.in prin.ff.eod.tt.* Huius replicatio est; Nisi cum per aduersarium stetisset, quo minus acciperet, postea accipere parato non offeratur. *d.§.idem ait. & l.sed si.24.ff. d.tt.*

XXVI. Exceptio; Nisi iusta causa impediatur, quo minus sententiæ pareatur. *d.§.idem ait. & l.traiectitia.22.§.nam & si arbiter.ff.de act. & oblig.*

XXVII. Exceptio: Nisi postea parere sit paratus, qui antea non paruit. *l.quid tamen.21.§.fin. cum l.seq.ff.de recept. arb. l.vlt.ff.eod. tt. & d. l.22.§.nam & si. ibi. adeo.ff. de actionib. & oblig.* Replicatio prima est; Nisi iudicium eo nomine sit acceptum. *d.l.21. §.fin.* Secunda; Nisi interfuit actoris statim solui. *d.§. fin.* Tertia; Nisi intra certum tempus dare iussus, post tempus offerat. *l. Celsus ait. 23. in princip.ff.eod. tt.* Cuius duplicatio est; Nisi post tempus oblatum actor acceperit. *d.l.23.* Quarta replicatio est; Nisi non ipse litigator, qui dare iussus est, dare paratus sit, sed hæres eius, vel alius. reprobatur *l. diem proferre. 27. §.si hæredis.versic. nec vtimur.ff.d.tt.*

XXVIII. Exceptio: Nisi actoris nihil intersit, quod sententiæ non sit paritum. reprobatur *l. cum pœna.38.ff.de recept. arbit.* Reliquas huiusmodi exceptiones vide *supr.in causis præcedentibus.* Hactenus ergo de causis propositæ actionis, earumq; exceptionibus sit dictum.

II. QVIBVS DATVR actio?

Quamuis arbiter fisco pœnam solui iussit, tamen non fisco, sed aduersario ratione stipulationis competit actio. *l. arbiter.42.ff.de recep.arb.*

III. AD-

III. ADVERSVS QVOS DATUR actio?

I. Regula, Quamuis vnus hæredum sententiæ paruerit, alter non paruerit; tamen aduersus vtrunque pœnalis stipulatio committitur, *l. stipulationum.5.§.fin.ff.de verb.oblig.*

II. Regula, Si quis alieno nomine compromisit, siquidem domino mandante, vel ratū habente, aduersus ipsum dominum: alioquin aduersus falsum procuratorem datur actio. *l.32.§.pen.ff.de arbitris.M.I.P.d.c.21.reg.1.*

IV. QVÆ COMPETAT ACTIO, & adfinia remedia.

I. Regula, Non datur ex compromisso iudicati actio, nec rei iudicatæ exceptio, sed tantum pœnę petitio. *l.2.ff.de recept.arb.l.1.C.d.tt.M. I. R.d.c.22.reg. 8.* Exceptio est: Nisi pœna compromisso adiecta non sit. De hac exceptione eiusq; replicationibus vide *sup.c.38.except.25.*

II. Regula, De doli mali exceptione, proponitur *l.ita demum.31.§.fin.ff.de recept.arbitris.*

DE TRANSACTIONIBVS.

CAP. XLI.

TErtium & vltimum iudiciorum adfine remedium sequitur, scilicet transactiones: quarum non minor, quam rerum iudicatarum, authoritas est, *vt paulo inferius dicetur.*

I. PROPRIVM transactionis proponitur *l. 1. ff. de transactionib.*

II. DE EXCEPTIONIBVS ADuersus transactionem.

Regularitei autem transactio perinde ac alia pacta valet, paritq; pacti conuenti exceptionem, interdum & actionem. *l.non minorem.20.& l.fratris 10.C.de transact.M.I.P.lib.2.c.22.reg.1.in prin.M.I.R.li. 2.c.23.reg.1.* Huius exceptiones plures sunt, nunc ordine proponendæ.

I. Exceptio: Nisi alius, quam is cui transactio opponitur, transegerit. *l. Imperatores.3. in princ. ff. de transactionibus. M. I. R. d. reg. 1. except. 1.* Exemplum proponitur *d.l.3.§.debitor. & l.si tibi decem.17. §.penultim.ff.de pactis.* Aliud *l.1.C. de transactionibus.* Aliud *l.vnica. in princ.C.si in communi eademque causa in integr. restit. postuletur.* Item aliud *l. transactione. 26. C. de transactionibus.* Aliud denique *l. de re filiorum.10.ff. eod. tt.* Replicatio prima est: Nisi pater in causa filiorum, quos habet in potestate, transegit. *d. l.10. M.I.R.d.except.1.repl.1.* Secunda: Nisi procurator eius, cui transactio obijcitur, transegerit. subsistit ipso iure, *M. I. R. d. except. 1. repl. 2.* verum eius duplicatio est: Nisi procurator non ad transigendum specialiter sit datus. *l. transactionis placitum.7. C.d.tt.& l.nulli procuratorum.13.ff.eod. tt.M.I.R. d.repl. 2. dupl.1.* Tertia replicatio est: Nisi administrator ciuitatis transegerit. *l. præses prouinciæ.12.C.de transactionibus.M. I. R.d.except.1.repl.4.* Quarta: Nisi transactionem ab alio factam ratam habuit. *l. vnica. C.si in communi eademq; caus. in integ. rest. postuletur.* Quinta: Nisi tutor in causa pupilli, vel curator transegit. *l.interdum.58. §.qui tutelam.ff. de furtis. M. I. R. d. except. 1. repl. 5.* Plura de hac replicatione vide *inf.li.1.c.11.officio 14. de transigendo.* Sexta: Nisi is cui transactio objicitur, successerit ei qui transegit. approbatur exemplo emptoris & venditoris *l. vltim. ff. de transactionibus.* Septima: Nisi hæreditate ex causa fideicommissi restituta, hæres cum debitore hæreditario transegit: hæc enim transactio obest fideicommissario. approbatur & distinguitur *d. l. vlt. versic. idem.*

II. Exceptio: Nisi æger corpore transegerit. reprobatur *l.sanum mēte.27.C.d.tt.* admittitur, si medicus cum ægroto transigat. *l.medicus. 3.ff. de extraordin.cog.*

III. Exceptio: Nisi minor ætate transegerit, *de qua vide inf.li.5.c.11.de transigendo.except.1. M.I.R.d.reg. 1.except.2.*

IV. Exceptio: Nisi metus causa facta sit transactio. *l. interpositas. 13.in prin. C. de transactionib.* Edictum cuius ibi fit mentio, habetur *l. 1. in princ.ff. de eo quod metus causa.M.I.R.d.reg.1.except.15.* Replicatio prima est: Nisi vanus timor fuerit. *d.l.13.& l.vani timoris.144.ff.de reg.iuris.* Secūda: Nisi amicis suis præsentib. transegit. *l.transactionem.35. C. de transactionib.* Plura de exceptione proposita vide *infr. lib. 25 cap.2.*

V. Exceptio; Nisi dolo malo transactio sit facta. *l.1.§.fin.ff. ad S.C. Tertullianum. M. I. R. d. reg.1. except.6.* Exemplum proponitur *l. qui cum tutoribus.9. §. qui per fallaciam.ff. de transactionibus.* Replicatio prima est: Nisi Aquiliana stipulatione interueniente, transactio facta sit: tunc enim, quamuis dolo sit facta, propositæ tamen exceptioni locus non esti *vt ex d. §.per fallaciam, elicitur, de quo dicetur paulo inferius in fine huius secundæ quæstionis.* Secunda replicatio est: Nisi illius qui hac exceptione vtitur, dolo sit factum, non aduersarij. *l.transactione.30.C.de transactionibus.* Tertia: Nisi falso persuasus se aduersarij hęredem futurum, transegerit. *l. cum donationis.35, C. de transactionib.* Quarta: Nisi sobrie & prudenter ex ipso facto, transactum appareat: tunc enim, quamuis non responderit euentus, de dolo exceptio non datur. approbatur exemplo *l. de fideicommisso. 11. C. d. tt.* Quinta; Nisi dolus non probetur. *l. si maior. 22. C.eod.tt.*

VI. Exceptio; Nisi per errorem & ignorantiam facta sit transactio. reprobatur *per ea quæ habentur inf.except.19.* Æquiparatur enim transactio, rei iudicatæ, quæ ob errorem non retractatur; *vt dictum sup.eod.lib.ca.29.except.26.* Item iuriiurando, quo præstito, non amplius quæritur an debeatur, sed an iuratum sit. *de quo supr.c.22.except.17.* Vnde nec calculi erroris occasione, trāsactio bona fide facta potest retractari. *l.vnica.C.de errore calculi.M.I.R.d.reg.1.except. 4.* Plane si dolo aduersarij persuasus, & in errorem inductus transegit, ex hac causa contra transactionem se defendere potest, non quidem erroris, sed supradicta doli mali exceptione. Sed & admittitur exceptio proposita in quibusdam casibus, quos vide *infr. in exceptionib. sequentib.*

VII. Exceptio; Nisi non inspectis cognitisque verbis testamenti, de controuersia, quæ ex testamento pendet, sit transactum. *l.de iis. 6.ff.de transactionib.M.I.R.d.reg.1.except.5.* Plura de hac re vide *inf. except.24.*

VIII. Exceptio; Nisi non transigendi animo

facta sit transactio. approbatur exemplo *l. siquidem 24. C.d.tt.*

IX. Exceptio: Nisi vltra duplum in transigendo sit deceptus, reprobatur *l. Lucius. 78. §. fin. ff. ad S. C. Trebell. M. I. R. d. reg. 1. excep. 7.*

X. Exceptio; Nisi nihil transactionis nomine datum, retentum vel promissum sit. *l. transactio. 38. C. de transactionib. M. I. R. d. reg. 1. except. 8.* Ratio est: quia pactio & stipulatio sine causa facta nullius est momenti. *l. 2. §. circa. ff. de doli mali except.* Exemplum proponitur *l. suus hæres. 3. C. de repud. hæredit.* Replicatio prima est: Nisi aliquid transactionis nomine remissum sit. *l. de fideicomm 11. C. de transactionib.* Altera: Nisi cum transigens aliquid ex transactione accipere posset, sua culpa non accepit, & ita per eum stetit, quo minus acciperet. *l. si de possess one. 9. C. d. tt.*

XI. Exceptio: Nisi Aquiliana stipulatio & acceptilatio transactionem non sit secuta. reprobatur *l. 2 ff. eod. tt.* Quid sit Aquiliana stipulatio & acceptilatio, vide *inst. quib. modis tollitur obligat. §. item per acceptilationem.*

XII. Exceptio; Nisi sine scriptura transactio sit facta. reprobatur *l. cum te. 5. & l. siue apud acta. 28. in prin. C. de transact.*

XIII. Exceptio: Nisi de causa publici iudicij sit transactum. approbatur & distinguitur *l. transigere. 18. C. d. tt. & l. siquidem. 9. in fin. C. de contrah. stipulat. Vide glossam in d. l. 8. M. I. R. d. reg. 1. except. 9.* Sed & plura de hac exceptione vide *sup. lib. prox. cap. 13. in fin. replic. 2.*

XIV. Exceptio: Nisi de seruili vel adscriptitia cõditione sit transactum, reprobatur *l. fin. C. de transactionib.* Adscriptitij dicuntur, qui literis obligatorijs ita addicuntur fundo aut agro colendo, vt inde discedere illis nullo modo liceat. *l. cum scimus. 21. C. de agricolis & censitis.*

XV. Exceptio: Nisi de viuentis hæreditate facta sit transactio. *l. 4. C. de postliminio.* Huius replicationes vide *inf. lib. 9. c. 1. q. 5. causa 6.*

XVI. Exceptio; Nisi nulla lite mota, facta sit transactio. reprobatur *l. 2. C. de transactionib.* Plane si nulla lis sit, nec vlla metuatur, sed ex alia causa rem tratur debitum, non transactio dicitur, sed pactum de re certa & indubitata. *M. I. R. d. reg. 1. except. 14.*

XVII. Exceptio: Nisi post rem iudicatã sit transactum. *l. eleganter. 23. §. si post rem. ff. de condict. indebiti. & l. si causa cognita. 32. C. de transact.* Replicatio prima est: Nisi post sententiam dictam lis nondum sit finita: vt pœna, appellatione interposita: vel si, cum trãsigeretur, appellatio interponi potuit: vel si hoc ipsum incertum est, an iudicatum sit, vel an sententia valeat. *d. §. si post rem. & l. & post rem. 7. in princip. ff. de transact.* Secunda: Nisi condemnato fideiussore, reus transegit, *d. l. 7. § si fideiuss.* Tertia: Nisi Aquiliana stipulatio & acceptilatio transactionem secuta sit. *elicitur ex d. 32. vers. proinde si non. C. d. tt.* Plura de hac replicatione vide *inf. ead. quæst. in fin.*

XVIII. Exceptio: Nisi nocte sit transactum. reprobatur *l. non minorem. 20. in fin. C. d. tt.*

XIX. Exceptio: Nisi de alia re vel causa sit transactum, quam quæ in iudicium deducitur. *l. cum Aquiliana. 5. & l. qui cum tutoribus. 9. §. 1. & §. fin. ff. de transactionibus.* Exemplum proponitur *l. age cum Gemminiano 3. C. d. tt.* Cuius casum finge, vt in glossa: ne contradicat ijs quæ dicta sunt *supr. excep. 5. & 8.* Aliud exemplum habetur *d. l. 9. in princ.* Aliud *d. l. 9. §. fin.* Item aliud *l. sub prætextu. 29. in fin. C. d. tt.* Replicatio est: Nisi generalis transactio facta sit, non de aliqua re certa. *l. non est ferend. 12. ff. de transactionib. l. si cum tibi. 4. C. de iudiciis.* Cuius duplicatio prima est: Nisi generali transactione facta, postea codicilli reperiantur. *d. l. 12.* Secunda: Nisi postea aliæ species reperiantur. reprobatur *d. l. 29. C. de transactionib.* Tertia: Nisi de certa re transactione facta, verba generalia hæc, Nihil amplius peti, sint inserta. *l. si de certa re. 31. C. d. tt. & l. ita quis. 135. §. fin. ff. de verbor. obligat.*

XX. Exceptio: Nisi transigentem statim pœnituerit. reprobatur *l. quamuis. 39. C. de transactionibus.*

XXI. Exceptio: Nisi postea veritas causæ appareat. reprobatur *l. in summa. 65. in princip. ff. de conditione indebiti.* Exemplum proponitur *l. nec intentio. 23. C. de transactionibus.* Aliud *l. sub prætextu. 19. d. tt.* Plane exceptio proposita quibusdam distinctionibus admittitur, quas vide *in exceptionib. seqq.*

XXII. Exceptio; Nisi instrumenta dolo aduersarij fuerint suppressa, *d. l. 19.*

XXIII. Exceptio; Nisi euidens aduersarij calumnia, quæ causam transactioni dedit, detegatur. *l. in summa. 65. §. sin autem. ff. de conditione indeb.* Huius exemplum est *sup. except. prox.*

XXIV. Exceptio: Nisi ex falsis instrumentis trãsactio facta sit. *l. si ex falsis, 42. C. de transactionib.* vbi & quatuor distinctiones proponũtur. Prima esse videtur: Nisi iusiurandum interpositum sit, sed reprobatur. Altera, Nisi ciuiliter falsum reuelatum sit. reprobatur *ibidem.* Tertia est: Nisi de aliis quoq; causis & capitulis transactio facta sit, extra falsum instrumentum. in his enim manet firma transactio. Quarta: Nisi de falsi quoque causa sit transactum, vel ea decisa. quæ duæ distinctiones approbantur *d. l. 42.*

XXV. Exceptio; Nisi per iusiurandum à iudice delatum, negotium transactum sit, posteaque veritas appareat. *l. admonendi. 31. ff. de iureiurando.*

XXVI. Exceptio: Nisi testamentum vel codicilli postea reperiantur, ex quibus veritas causæ constet. *l. de iis. 6. l. Imperatores. 3. §. cum transactio. & l. non est ferendus. 12. §. fin. ff. de transaction. M. I. R. d. reg. 1. except. 16.*

XXVII. Exceptio; Nisi & aduersa pars fidem placitis non præstet. *l. cum proponas. 21. in fin. C. de pactis. & l. siue apud acta. 28. C. de transactionibus. M. I. P. d. reg. 1. except. 4. & lib. 5. cap. 6. reg. 1. except. 13. item cap. 12. reg. 14. M. I. R. d. reg. 1. except. 17.* Exemplum proponitur *l. pupilli. 96. §. cum pupilla. ff. de solutionibus.* Aliud *l. 1. & l. 2. C. si aduersus transact. minor in integr. restit. velit.* Aliud item *l. si instituta. 27. in prin. ff. de inoff. testam.* Plane quod ibi dicitur de accusatione inofficiosi testamenti redintegranda, id in persona quidem actoris, qui transegit, verum est; in hæredis autẽ ipsius persona locum non habet. quod primæ replicationis loco notandum. *l. cum mota. 6. C. de transact. & l. nam & si. 15. §. 1. ff. de inofficioso test.* Secunda replicatio est: Nisi ante sententiam aduersarius transactioni fidem

fidem præstare sit paratus: tunc enim, quamuis antea interpellans fidem prestare noluit, nihilominus postea offerens est audiendus: quoniam propter ruptã fidem nõ ipso iure transactio fit irrita, sed exceptionis ope. *l. si maior. 36. C. de transact. M. I. R. d. except. 17. replic. 3.* Tertia: Nisi ob spẽ futuræ successionis transegerit. hoc enim casu, quamuis ab aduersario hæres non instituatur, & ita fides nõ præstetur, tamen propositæ exceptioni locus non est. *l. si maiores. 25. & l. cum donationis. 33. C. d. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi transactioni adiecta sit conditio hæc: Si me hæredẽ feceris. approbari videtur *d. l. 25. vers. sine conditione.* de qua re vide plura *in glossa d. l. 33. in verbo Adstringitur.* Plane cum conditiones, quæ sunt contra bonos mores, remittantur à iure, *l. conditiones. 9. ff. de cond. instit.* mihi quidem proposita conditio videtur remittenda, vt quamuis non sit impleta, nihilominus valeat transactio. *d. l. 33.* Pactum autem atq; cõditionem de futura successione, contra bonos mores esse, non ambigitur. *l. ex eo. 4. C. de inutilibus stipulationib. l. hæreditas. 5. C. de pactis conuentis tam super dote, &c.* Quartæ replicationis loco notandum, quod ratione propositæ exceptionis, scilicet si actor fidẽ transactioni non præstet, tantum exceptio competat, non etiam actio, ad repetendum id quod à reo transactionis nomine datum est. approbatur & distinguitur *l. cum proponas. 17. C. de transactionib.* Cuius duplicatio prima est: Nisi stipulatio de reddendis iis, quæ transactionis nomine data sunt, vel pœna præstanda, interposita sit, si transactioni fides non præstetur. *d. l. 17. vers. siquidem.* Secunda: Nisi reus transactionis exceptione amplius se tueri non possit, puta iam condemnatus. *l. eleganter. 23. §. si quis post. ff. de conditione indebiti.* Tertia: Nisi tam actor quam reus vltro à transactione recedant, nec reus exceptione transactionis vti velit. *l. si diuersa. 14. & l. vbi pactum. 40. in fin. C. de transactionib.* Exemplum proponitur *l. pupilli. 96. §. cum pupilla. ff. de solutionibus.*

XXVIII. Exceptio: Nisi reus post transactionem nihilominus sit condemnatus. hoc enim casu, si ex causa iudicati agatur, transactionis exceptio in priori iudicio omissa non obstat. *l. eleganter. 23. §. si quis post. ff. de conditione indeb. & l. 2. C. sententiam rescindi non posse.*

XXIX. Exceptio: Nisi reus pœnam ob non seruatam transactionem petierit, & data receperit. *d. §. si quis post, in fin. l. vbi pactum. 40. C. de transactionib. M. I. R. d. reg. 1. except. 10.* Replicatio prima est: Nisi in transactione ita conuenerit, vt fide non præstita liceat rato manente pacto pœnam petere. *l. qui fidem. 16. ff. d. tt. & l. cum proponas. 17. C. eod. tt. M. I. R. d. except. 18. repl. 1.* Altera: Nisi actor præstito iureiurando transactionẽ confirmauit; tunc enim, quamuis pœnam ob non seruatam fidem prestiterit, tamen transactionis etiam exceptione submouetur. *l. si quis. 41. C. de transact. M. I. R. d. except. 18. repl. 2.*

XXX. Exceptio: Nisi causa transactionis non sit secuta. de hac exceptione vide *sup. except. 25. item inf. lib. 15. except. 13.*

XXXI. Exceptio: Nisi res transactionis nomine data, euicta sit. reprobatur *l. si pro fundo. 34. Cod. de transactionib.*

XXXII. Exceptio: Nisi nomẽ transactionis causa datum desierit esse soluendo. reprobatur *l. pupilli. 96. soror. ff. de solutionib.*

XXXIII. Exceptio: Nisi rescriptum principis contra trãsactionem sit impetratum. reprobatur *l. causas. 16. C. de transactionib.*

XXXIV. Exceptio: Nisi vtriusq; consensu à transactione recedatur. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. except. 27. repl. 4. dupl. 3.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis, istarumq; exceptionum adfinia remedia.

Hactenus exceptiones, quę contra transactionem possunt opponi, enumeratæ sunt atque descriptæ. Possunt tamen plures etiam enumerari omnesque exceptiones quæ contra pacta competunt, transactionibus quoque obstant. Plane est replicatio quædam generalis, quæ fere plerisque istis potest opponi. scilicet: Nisi Aquiliana stipulatio & acceptilatio transactioni interuenerit: tunc enim, quamuis dolo malo facta sit transactio, vel post rem iudicatam, vel quo allo simili vitio laboret: tamen pristina actio ex istis causis non potest resuscitari. *l. vt responsum. 15. C. de transactionibus.* Exemplum proponitur *sup. except. 4. replicat. 1. & except. 15. replic. 3.* Sed & concordat replicationi propositæ *l. si superstite. 5. C. de dolo malo.* Ratio est: quia actio ipso iure sublata, per replicationem amplius resuscitari & saluari non potest; & vt Paulus ait, in perpetuum sublata obligatio restitui non potest. *l. qui res suas. 98. §. aream. ff. de solutionibus. & l. si vnus, 27. §. pactus ne peterem. ff. de pactis.* Plane quamuis actio ipso iure sublata, non possit resuscitari, *vt iam dictum est:* tamen eius vice alia datur actio, veluti de dolo, vel in factum. quod primæ duplicationis loco notandum. *d. l. 5. versic. sane si læsa. C. de dolo malo. & l. actione. 4. C. de transactionibus.* Secunda duplicatio est: Nisi aduersarius contra transactionem in integrum sit restitutus: tunc enim actori quoq; pristina sua actio, quamuis ipso iure sublata, restituenda est. *l. 2. C. si aduersus transactionem in integr. restit. postuletur.* Tertia: Nisi vtriusq; consensu à transactione recedatur. *l. vbi pactum. 40. C. de transactionib.* Sunt insuper & aliæ exceptiones contra transactionem, vt supradicta 17. in quibus replicatio proposita locum non habet, quæ hic duplicationum loco possent colligi. Sed ad reliqua transactionum iura nobis transeundum.

III. DE EFFECTV TRANSACTIONIS, & reliquo iure exceptionis transactionis.

I. Regula: Ex transactione non datur actio, sed tantum exceptio. *l. cum proponas. 21. C. de pactis.* Ratio est, quod ex pacto nudo non detur actio. *de qua re vide inf. lib. 15. cap. 15. except. 11.* Exceptio prima est: Nisi stipulatio transactioni interuenerit. *d. l. 21. l. cum proponas. 17. C. de transactionibus. l. scire debuisti. 6. C. de contrahenda stipulat. l. pacto conuento, 15. ff. de transactionibus. & l. promissis. 37. C. eod. tt.* Secunda: Nisi res transactionis nomine data, euicta sit, vel alij obligata. tunc enim, quamuis stipulatio non interuenerit, tamen præscriptis verbis actio datur. *l. si pro fundo. 34. §. ex stipulatione. C. d. tt.* Tertiæ exceptionis loco notandum, quod quamuis nudo pacto facta sit transactio:

tamen ſiquidem reus fidem placitis præſtet, priſtina actio, de qua tranſactum eſt, rurſus aduerſus illum inſtitui poteſt: & ſi tranſactionis exceptionem oppoſuerit, per replicationem ad obſequium placitorum poteſt compelli. *de qua re dictum ſup.excep.25.* Sin autem actor fidem fallat, nec reus exceptione tranſactionis amplius vti poſſit, repetitio datorum illi competit. *de quo ſup.d. excep. 25. replic.4.dupl.* 2. Quarta exceptio eſt: Niſi actor priſtinam actionem inſtituere non poſſit. hoc enim caſu præſcriptis verbis actio illi datur. approbatur exemplo *l.cum muta. 6. C. de tranſactionibus.*

II. Regula, Re euicta, de qua lis fuit, & cuius nomine tranſactio facta eſt, aduerſus eum cum quo tranſactum eſt, euictionis actio denegatur. *l.ſi pro fundo.34.§.fin.C.de tranſactionib.M.I.R. d.c. 23. reg.3.*

III. Regula, Tranſactio alterius, alteri nec prodeſt, nec obeſt. approbatur & diſtinguitur *per ea quæ dicta ſunt ſup.eod.c.excep.1.*

IV. Regula, Tranſactio in alia re vel cauſa facta in alia non obeſt. approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ dicta ſunt ſup.excep.17.*

V. Regula, De tempore opponendæ exceptionis ex tranſactione. Tam ante quam poſt litem conteſtatam poteſt opponi. *l. eleganter.23.§.ſi quis. ff.de conditione indeb.*

DE TRANSACTIONE ALIMENTORUM.

CAP. XLII.

SVpereſt ſpecies tranſactionis, quæ dicitur alimentorum: de qua l.cum hi.8.ff.de tranſactionibus, tractatur. Habet autem hæc ſpecies, proprias ſuas exceptiones, propriosque effectus: de quibus in hoc capite dicendum.

I. EXCEPTIONES CONTRA tranſactionem alimentorum ſpeciales tres.

I. Exceptio: Niſi ſine prætoris authoritate, facta ſit alimentorum tranſactio. *d.l.8.in prin. & l. de alimentis.* 8.*C.eod.tt.M.I.R.d.cap.23.reg.1.excep.20.* Ratio videtur eſſe ea quæ proponitur *Inſtit. de iis qui ſui vel alieni iuris ſunt.* §. *ſed & maior.* Replicatio prima eſt: Niſi de præteritis, non de futuris alimentis tranſactio ſit facta. *d.l.8.in* C. Secunda: Niſi non mortis cauſa, ſed inter viuos alimenta relicta ſint. *d.l.8.§.hæc oratio.ff.d.tt.* Tertia: Niſi non alimentorum nomine, ſed ob aliam aliquam cauſam, annuum quid, vel vſusfructus alicui ſit relictus. *d. l.8.§.ſi in ſingulos.* Quarta: Niſi conditio alimentarij per tranſactionem melior ſit effecta. *d. l.8.§.eam tranſactionem.* Quinta: Niſi neq; dies, neque modus alimentorum in tranſactione ſit permutatus, ſed tantum genus: veluti ſpecies in pecuniam, vel contra pecunia in ſpecies. *d.l.8.§.ſi cui non. & §.fin.* Cuius duplicatio eſt: Niſi iſta permutatione cõditio alimentarij ſit facta deterior. *d.§.ſi cui non.verſ.hæc omnia habent.* Sexta replicatio eſt: Niſi legatarius, à quo alimenta relicta ſunt, cum hærede de ſuo legato tranſegerit. *d. l. 8. §.ſed & ſi certa.* Septima: Niſi apud procuratorem Cæſaris, vel præfectum ærarij, facta ſit alimentorum tranſactio. approbatur in caſu *d. l. 8. §. tranſactiones.* Octaua: Niſi apud eum tranſactum ſit, cui prætor hoc munus delegauit, reprobatur *d. l.8. §. ſed nec mandare.* Nona: Niſi conditionis implendę cauſa, alimenta relicta ſint, reprobatur *d. l. 8.§. hæc oratio.verſic.ſed & ſi.* Decima: Niſi ad certum tempus, non in perpetuum ſint relicta, reprobatur *d. l. 8.§.ſiue igitur.* Vndecima: Niſi certa quantitas poſt mortem hæredi reſtituenda, legata ſit, ita vt ex vſuris legatarius ſeſe aleret. reprobatur *d. l. 8.§.ſi integra.* Duodecima: Niſi non pecunia, ſed ſpecies in alimenta relicta ſit, vel contra. reprobatur *d. l. 8. ſi cui non numus.* Decima tertia: Niſi modicus vſusfructus alimentorũ nomine ſit relictus. reprobatur *d. l. 8. §. in ſingulos.* Decima quarta: Niſi non in cibum, ſed ad habitationem, vel ad veſtitum, annuum quid ſit relictum, reprobatur *d.l.8.§.1.* Decima quinta: Niſi de parte alimentorum tantum ſit tranſactum. reprobatur *d.l.8.§. arbitratu.* Decima ſexta: Niſi is cui alimenta relicta ſint, ingenuus ſit, aut ſatis locuples. reprobatur *d.l.8.§.nihil autem.* Decima ſeptima: Niſi non tranſactum ſit, ſed fundus alimentorum nomine relictus, venditus ſit, vel diuiſus: aut in alimenta pignori obligatus, liberatus ſit. reprobatur *d. l.8. §.ſi vni.* Decima octaua: Niſi cum incertum eſſet, vtrum alimenta deberentur, de eo ſit trãſactum. *d. l. 8.§.ſi cum lis quidem eſſet.* Hæc de prima exceptione, eiusq; replicationibus ſint dicta.

II. Exceptio: Niſi citra cauſæ cognitionem tranſigi prætor permiſerit. *d. l.8.§.ſi præt.ff.de tranſactionib.* Huius eædem ſunt replicationes, quę exceptionis præcedentis.

III. Exceptio: Niſi non de omnibus inquiſierit prætor, de quibus inquirere debet *d.l.8.§.ſi prætor.* Hæc de exceptionibus contra tranſactionem alimentorum ſint dicta. Sequuntur nunc eius effectus.

II. EFFECTVS TRANSACTIONIS alimentorum.

I. Regula, Qui de alimentis tranſegit, neq; de habitatione, neq; veſtiario videtur tranſegiſſe. *d. l.8.§.qui tranſigit.* Contradicere videtur *l. legatis. 6. & l.vlt.ff.de alimentis legatis.*

II. Regula, Hæres, quod alimentario ex cauſa tranſactionis inutilis dedit, repetere poteſt *l.elegante .23.§.item ſi ob.ff.de condict.indebiti.d.l. 8. §.ſane ſi is.ff.de tranſact.*

III. Regula, Si hęres poſt tranſactionem inutilem, ad alimenta præſtanda conuenia ur; id quod tranſactionis nomine dedit, in alimenta poteſt imputare. *l.& poſt rem.7.§.fin.ff.d.tt.* Exceptio prima eſt: Niſi aliquid aliud eidem alimentario ab eodem debeatur: tunc enim in id potius quam in alimenta, datum imputandum eſt. *d. l.8.§.ſi eidem.* Altera: Niſi alimenta debeantur præterita. in ea enim potius, quam in pręſentia vel futura, imputandum. Hactenus de iudiciis, adfinibusq; iudiciorum remediis ſit dictum.

FINIS LIBRI SECVNDI.

DE

DE RELIQVIS QVÆ SVNT IVRIS PVBLICI.

LIBER III.

POſt iura legum, magiſtratuum, iudiciorum tam publicorum quam priuatorum expoſita: ſequuntur nunc reliqua ad ius publicum pertinentia puta iura Eccleſiæ ac religionis, iura Imperatoris & fiſci, iura belli ſeu militiæ: deniq; iura ciuitatum, munerum atq; honorum. De quibus nunc ordine dicendum; & primum de iure Eccleſiæ ac religionis. Vbi primum de perſonis eccleſiaſticis, hoc eſt, de clericis ac monachis, tã in genere, quam in ſpecie tractabitur: deinde de rebus eccleſiæ; tertio de actibus eccleſiaſticis, & de hæreticis: poſtremo de orphanotrophiis, xenodochiis, & ſimilibus collegiis.

DE CLERICIS ET MONACHIS ordinandis.

CAP. I.

I. QVOT CLERICI ORdinandi?

PRima regula: Certus clericorum numerus iudicio epiſcopi ordinandus. *l. in eccleſiis. 11. in fin. C. de epiſcop. & cler. Nouell. cap. 123. §. in omnibus autem, vſque ad §. presbyteri. M.I.P. lib.3.cap.4. quæſt.1. regul.1.*

II. Regula; Certus clericorum numerus ordinatur à lege, *Nou.c.3.§.quapropter ſancimus.l.non plures.4.C.de ſacroſanct.eccleſiis.*

III. Regula; Numerus clericorum ab ædificatore ſtatutus obſeruandus: & ne numerus tranſcendatur, habetur *d.c.3.§.in omnib.& Nouell. c.6.§. ſed neq; effuſas.item Nouell.ca.123. §. in omnib.vſq; ad §. presbyteri.*

II. QVI ET QVALES ordinandi?

I. Regula; De officialibus, proponitur *l.officiales 4.& l.quiſquis.27.C. de epiſcop.& cler.* Contradicere videtur *Nouell.c.123.§.ſequentes igitur.verſ.ſed neq; curiæ.§.curialis.& § ſed neque cohortales. Vide M.I.P.d. ca. 4.q.2.reg.3.*

II. Regula, De curialibus & cohortalibus. Hi clerici eſſe non poſſunt. *l.ſi quis.12.C.de epiſc.& cler. d.Nouell. c. 123.§. ſed neq; cohortales. M. I. P. d. quæſt.2. reg.5.* Exceptio prima videtur eſſe: Niſi bonis ceſſerint. ſed reprobatur *d. l.* 12. Secunda; Niſi curialis illuſtrem dignitatem cõſecutus ſit; tunc enim licet ei per ſubſtitutum curiæ ſeruire, & manere in dignitate. *l. ad ſimilitudinem.* 21.*C. eod.tt.* Tertia: Niſi curialis quindecim annis monaſticam vitam in monaſterio egerit. *Nouell.c.123.§. ſequentes igitur. & §.ſed neq; cohortales.*

III. Regula, De colonis & adſcriptitiis. Hi in clericos ordinari non poſſunt. *l. iubemus. 34. in princ. C. de epiſcop. & clericis. & l. quiſquis. 16.C. eod. tt.M.I.P. d.quæſt.2.reg. 6.* Exceptio prima eſt; Niſi adſcriptitius voluntate domini clericus fiat. *d. l. 34.* Altera; Niſi in eo vico, cui eſt adſcriptus, clericus fiat. approbatur ſimul & diſtinguitur *d.l.16. & Nouell. cap.123.§. adſcriptitios. M. I. P. d.reg. 6. except.1.* Tertia: Niſi cum adſcriptitius per triennium in monaſterio verſatus eſſet, dominus prædij illum non vindicauerit. *d. c.123.§.cæterum ſi quis, vſq; ad §.porro.*

IV. Regula, De ſeruis. Hi quoque clerici ordinari non poſſunt. approbatur ipſo iure, *M. I. P. d. q. 2. regul. 7. in princ.* verum eius exceptio prima eſſe videtur: Niſi dominus conſenſerit, vel ſciuerit, & non contradixerit. ſed reprobatur *d.l.34.§. ſeruos. de epiſcop. & cler.* Mutatur ac tollitur, approbaturq; exceptio propoſita iure nouo. *Nouell. c.123.§.ſi ſeruus.M.I.P.d.reg.7.excep.1.* Sane etiam iure antiquo ſeruus, volente domino, in monachũ poteſt ordinari. *l.ſeruis.35.C.de epiſc.& cler.* Iure autem nouo, etiam inuito domino, ſeruus monachus fieri poteſt *de quo paulo inf.excep. 3.* Altera exceptio eſt: Niſi dominus ſeruum intra annum nõ vindicauerit. *Nouell.cap.123.§.ſi ſeruus. M.I.P.d.reg.7. except.2.* Tertia: Niſi ſeruus monachus fiat. *Nouell. c.5.§.hinc autem nobis, cum ſequentibus. M.I.P. d.reg.7. excep.4.* Huius replicatio eſt: Niſi intra triennium ſeruus, antequam in numerum monachorum referatur, à domino vindicetur. *d.§.hinc autem.& Nouell.c.123.§.cæterum ſi quis, vſque ad § porro.M.I.P.d.except.4.repl.1.*

V. Regula, De peregrinis. Hi non ſunt ordinãdi. *l.in eccleſiis.11.C.de epiſc.& cler.M.I.P.d.q.2.reg.9.M. I.R.li.3.c.2.reg.4.* Exceptio eſt: Niſi alia eccleſia clericis abundet. tunc enim ex ea ad aliam debent tranſferri. *Nouell.c.16.*

VI. Regula, De iis quos patronus monaſterij vel oratorij exhibet. Hi ordinandi. *Nouell.c.123.§. ſi quis oratorium.* Exceptio eſt: Niſi à patrono exhibiti indigni ſint. *Nouell.c.5 8.§.illud quoq; & Nouell.c. 123.§.ſi quis oratorium.*

VII. Regula, De indoctis. Hi nõ ſunt ordinandi. *Nouell.c.123.§.cleric. Nouell.c.6.§.hæc autem.& Nouell.c.5.in prin.M.I.P.d.q.2.reg.10.*

VIII. Regula, De iis qui ſunt culpatæ vitæ. Hi non ſunt ordinandi. *per ea quæ propoſita ſunt ſupr.reg. prox.M.I.P.d.q.2.reg.12.*

IX. Regula, De eo qui alteram duxit vxorem, vel viduam aut concubinam habet, aut vxorem illegitimam. Hic ordinari non poteſt. *Nouell.c.6.§. ſed neq; eum.& Nouell.c.123.§.clericos.M.I.P.d.q.2.reg. 24.M.I.R.lib.3.c.2.reg.6.*

X. Regula, De eo qui liberos naturales habet, aut habuit. Nec hic eſt ordinandus. *d.§.clericos.*

XI. Regula, De hæreticis. Neque hi ordinandi. *d.§.clericos.M.I.P.d.reg.18.*

III. ANTECEDENTIA ordinationem.

I. Regula: Monachi non ordinandi, niſi per triennium in monaſterio fuerint, eorumq; fides probata ſit. *Nouell.c.5.§.hinc autem.& Nouell.c.123. §.cæterum ſi quis.M.I.P.d.c.4.q.7.reg.10.*

II. Regula: Si ordinandus dicatur indignus, ordinatio differenda eſt, & accuſatio perſequenda. *d.cap.123 §. cæterum ſi tempore.& §.cæterum ſi quis contra.*

III. Regula, De nihil dando pro clericatu, vel monachatu, proponitur *Nou. c. 123. §. sed neq; clericum. vsq; ad §. si seruus. & Nouell. c. 56.*

IV. Regula, De consensu parentum non requirendo, proponitur *l. Deo nobis. 42. §. hoc etiam cognitum. C. de episcop. & cleric. & c. 123. §. interdicimus. M. I. P. lib. 3. c 4. q. 7. reg. 6.* Hactenus de clericis & monachis ordinandis sit dictum.

DE OFFICIIS CLERICORVM ET MONACHORVM: item de causis ex quibus clericatus amittitur.

CAP. II.

PRima regula, Vt clericus omne ecclesiasticum ministerium, sibi competens, impleat, proponitur *Nou. c. 123. §. sancimus autem. M. I. P. lib. 3. cap. 5. reg. 1.*

II. Regula, De precibus & scripturis legendis, habetur *Nou. c. 133. §. deinde & si. & §. illud quoq;. M. I. P. d. c. 5. reg. 11.*

III. Regula, De artibus manuarijs à monachis exercendis, tractatur *d. §. illud quoq;.*

IV. Regula, Vt peregrinantes literas habeant testimoniales, proponitur *l. si qua. 22. §. fin. C. de episc. & cleric. M. I. P. d. c. 5. reg. 70. cum seq.*

V. Regula, Vt monachi non separatim, sed in communi loco habitent, comedant ac dormiant, approbatur simul & distinguitur *Nou. c. 5. §. cogitandum. Nouell. c. 123. §. porro in omnibus. & Nouell. c. 133. §. ac descripsimus, vsque ad §. & primum quidem. M. I. P. d. c. 5. reg. 103. M. I. R. lib. 3. c. 2. reg. 40.* Exceptio prima est: Nisi anachoretę vel hesychastæ monachi sint. *d. §. cogitandum. versicul. nisi tamen.* Secunda: Nisi senes sint aut corpore infirmi. *Nouell. c. 123. §. porro.* Tertia: Nisi viri & mulieres sint. His enim non communiter, sed separatim viuendum. *Nou. c. 123. §. in nullo.*

VI. Regula, De iunioribus à seniorib. erudiendis, proponitur *Nou. c. 133. § porro in sacrosancta. & §. enimuero. M. I. P. d. c. 5. reg. 39.* Hactenus clericorum & monachorum officia, quæ in faciendo consistunt, exposita sunt; sequuntur nunc ea quæ in nõ faciendo consistunt.

VII. Regula, Ne secum habeant mulieres, habetur *l. eum qui. 19. C. de episcop. & cler. Nouell. c. 5. §. si quis autem. & Nouell. c. 123. § presbyteris sane. M. I. P. d. cap. 5 reg. 59.* Exceptio prima est: Nisi matrem, filiam, vel sororem suam, clericus secum habeat: aut aliam mulierem, quæ omnem suspicionem effugiat. *d. §. presbyteris sane. M. I. P. d. reg. 59. except. 1.* vbi distinguitur. Secunda: Nisi vxorem suam, quam ante sacerdotium duxit, secum habeat. *d. l. 19. vers. illas autem.* Tertia: Nisi monachis cohabitent monastriæ, reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. reg. 5. except. 3.* Plura de regula proposita vide *inf. reg. prox.*

VIII. Regula, Ne vxores ducant clerici vel monachi: & si duxerint, vt clericatum amittant. *Nouell. c. 5. § si quis autem. Nouell. c. 6. §. si autem & aliquis. Nouell. cap. 22. §. sed & si quis. & Nouell. cap. 123. §. enimuero si is qui, cum sequentibus. M. I. R. d. cap. 5. reg. 61. & lib. 4. cap. 13 except. 30.* Exceptio prima est: Nisi ante ordinationem vxorẽ duxerit: hanc enim postea ordinatus potest retinere, *per ea quæ dicta sunt sup. reg. prox. except. 2. item supr. cap. prox. quæstione 2. reg. 9.* Huius replicatio est: Nisi ante ordinationem secundam duxerit vxorem. *d. reg. 9.* Secunda exceptio est: Nisi cantor aut lector sit. *Nouell. ca. 5. §. si quis autem. & Nouell. c. 22. §. sed & si quis. M. I. P. d. reg. 61. exc. 1. & d. except. 30. repl. 7.* Cuius replicatio prima est: Nisi cantor aut lector secundam aut tertiam ducat vxorem. *Nouell. c. 6. §. si autem & aliquis. vers. quod si & lector. & Nouell. c. 123. §. enimuero, M. I. P. d. except. 1. repl. 2.* Altera replicatio est: Nisi viduam duxerit lector, aut eam quæ à marito suo diuerterit, aut cum qua matrimonium illi esse non potest. *d. §. enimuero. vers. item si lector. M. I. P. d. except. 1. repl. 3.* Tertia: Nisi curialis aut cohortalis, factus prius monachus, postea lector aut cantor, vxorem duxerit. *Nou. c. 123. §. sed neq; cohortales.* Tertia exceptio esse videtur: Nisi episcopus alicui clerico permiserit vxorem ducere. sed reprobatur *Nouell. c. 123. §. enimuero.*

IX. Regula, Ne mulier virorum monasterium ingrediatur, neque vir mulierum, proponitur *Nouell. c. 133. §. non ingredietur.*

X. Regula, De portis monasteriorum custodiendis, ne quis vel egrediatur, vel ingrediatur. *d. cap. 133. §. & primum quidem. M. I. P. lib. 3. cap. 15. reg. 24.*

XI. Regula, Ne clerici vel monachi iudiciis interfint, aliaue ciuilia negocia tractent. *l. placet. 17. & l. repetita. 36. C. de episcopis & cler. Nouell. cap. 123. §. sed neque. M. I. P. lib. 2. ca. 3. qu. 2. reg. 1. & lib. 3. cap. 5. reg. 23. M. I. R. lib. 2. cap. 3. de postulant. reg. 3. item lib. 3. cap. 2. reg. 39.*

XII. Regula: Clerici ne iurent. *l. cum clericis. 25. §. quod si lis. C. d. tt. M. I. P. d. cap. 5. reg. 83.*

XIII. Regula, Ne ludant, vel spectaculis interfint. *Nouell. cap. 123. §. insuper interdicimus. & d. l. 17. in prin. C. de episc. & cler. M. I. P. d. c. 5. reg. 86.*

XIV. Regula; Ne alienas possessiones conducant, neq; domum curent. *d. c. 123. §. sed neq; M. I. P. d. c. 5. reg. 26.* Huius exceptio prima est: Nisi ecclesia possessiones conducat. *d. §. sed neque.* Secunda: Nisi clericus suæ Ecclesiæ possessiones conducat. *d. c. 123. §. sed & ipsis. M. I. P. d. reg. 26. except. 1.* Pœna huius regulæ subijcitur *d. c. §. si quis contra.*

XV. Regula, Ne ad supplicium damnatos, vi eximant. *l. addictos supplicio. 6. C. de episcop. aud.*

XVI. Regula, Ne monachus vel monacha monasterium egrediatur. *Nou. c. 133. §. illud quoq; & Nouell. c. 123. §. porro religiosis.* Exceptio est: Nisi in ecclesiam extra monasterium constitutam eant. *d. c. 133. §. deinde & si.*

XVII. Regula, Ne ex vna ecclesia in aliam transeant. *Nouell. c. 3. §. illo etiam. Nouell. c. 5. §. si vero relinquens. & Nouell. c. 123. §. si monachus. M. I. P. d. cap. 5. reg. 68.*

XVIII. Regula, Ne conditionem suam mutent, neue ad secularem vitam redeant. *d. c. 5. §. si vero relinquens. Nouell. c. 6. §. secundum. Nou. c. 123. §. & generaliter. §. at si quis prædictarum. & §. quod si monachus. M. I. P. d. c. 5. reg. 69.* Exceptio videtur esse: Nisi ij qui defecerant, postea reuertantur. sed reprobatur *Nouell. c. 58.*

XIX. Regula, Ne conuenticula priuata clerici habeant. *l. conuenticula. 15. C. de episc. & cler.*

XX. Regula, Ne vir in mulierum monasterio sepeliatur, vel contra mulier in monasterio virorum. *Nouell. c. 133. §. omnes itaq;.*

XXI. Regula, De officio circa sumptus ecclesiasticos faciendos, habetur *Nouell. c. 3. §. quemadmodum autem.*

DE PRIVILEGIIS CLERICORVM ET monachorum.

CAP. III.

PRima regula, De immunitate clericorum, proponitur *l. 1. cum l. seq. l. presbyteros. 6. l. omnes. 31. §. priuilegiis. & l. generaliter. 40. C. de episcopis & clericis. M. I. P. libr. 3. capit. 6. regul. 2. & libr. 5. capit. 2. regul. 16. M. I. P. libr. 3. capit. 2. regul. 42.* Exceptio prima est: Nisi munera vltro susceperint. approbatur cum distinctione *Nouell. capit. 123. §. porro Dei.* Secunda: Nisi clericus à curiali fortuna sit ordinatus. approbatur simul & distinguitur *d. capit. 123. §. qui vero ante hanc. l. ad similitudinem. 21. C. de episcop. & cleric.* Huius replicatio est; Nisi clericus factus sit episcopus. *Nouell. capit. 123. §. curialis.* Tertia exceptio est: Nisi clerici hæretici sint. *l. 1. C. de hæreticis & Manich.* Quarta; Nisi vagantes sint ac desides. *l. generaliter. 40. §. eos autem. C. de episcop. & cleric. M. I. P. d. capit. 6. in fine, except. gener. 4.* Quinta: Nisi nomine tantum, non re sint clerici. *l. qui sub prætextu. 9. C. de sacrosanctis eccles. l. 1. in princip. C. de collegiatis.* Similem exceptionem vide *infr. eod. lib. cap. 37. regul. 45. except. 1.* Sexta exceptio est: Nisi adscriptitius clericus sit ordinatus. approbatur & distinguitur *l. quisquis. 16. C. de episc. & clericis.*

II. Regula, Si clericis vis & iniuria sit illata, proponitur *l. si quis. 10. C. d. tt. M. I. P. d. capit. 8. regul. 3.*

III. Regula; Clerici, quamuis in parentum potestate constituti, bona adquisita habent quasi castrense peculium. *l. sacrosanctæ. 32. C. de episcop. & cleric. l. cum lege Leonina. 38. C. eod. tt. Nouell. cap. 123. §. presbyteri. Vide item infr. libr. prox. cap. 22. reg. 1. except. 4.*

IV. Regula: Clerico defuncto, ecclesia illi succedit in bonis. approbatur & distinguitur *l. si quis. 20. C. de episc. & cler. Nouell. cap. 131. §. quod si quis. M. I. P. d. cap. 6. regul. 6.* Exceptio prima est; Nisi defunctus testamentum fecerit, & alios hæredes scripserit. *dictis ll. M. I. P. d. reg. 6. except. 1. & d. cap. 6. reg. 5. in princip. M. I. R. libr. 3. cap. 2. regul. 43. in princip.* Plane exceptio hæc in monachis mutata atque sublata est, *vt patebit ex iis quæ dicentur infr. reg. prox.* Secunda exceptio est; Nisi legitimi ab intestato hæredes defuncto existant. *d. §. quod si quis.* Tertia; Nisi clericus fuerit curialis, aut adscripticius, aut libertus; tunc enim curiæ, domino aut patrono, debito portio non aufertur. *d. l. 20. vers. exceptis iis facultatib. & d. c. 123. §. curialis.*

V. Regula; Monachi & monastriæ bona monasterio acquiruntur. *Nouel. c. 5. §. illud quoque & Nouell. c. 123. §. si mulier. M. I. P. d. reg. 6. except. 2. M. I. R. d. cap. 2. reg. 43. except. 1. & reg 44.* Exceptio prima est: Nisi monachus, antequam monasterium fuerit ingressus, bona alienauerit. *d. c. 5. §. illud quoque.* Secunda; Nisi monachus filios habeat. *d. c. 5. §. si vero filius. M. I. P. d. except. 2. repl. 1. M. I. R. d. reg. exc. 1.* Huius replicatio est; Nisi filii legitimam partem acceperint; tunc enim id quod reliquum est, monasterio debetur. *d. §. si vero filios.* Cuius duplicatio est; Nisi monachus totum patrimonium suum filiis in testamento relinquat, vel inter eos diuidat. *Nou. c. 123. §. si mulier.* Tertia exceptio est; Nisi vxor monachi dotem, vel vir antenuptialem donationem petat. hæc enim ad monasteriũ non pertinent. *Nou. c. 5. §. si autem vxorẽ, l. Deo. 42. §. 1. vers. nam & maritis. C. de episc. & cler. & Nou. c. 123. §. quod si constãte.* Huius replicatio est: Nisi vterq;, tam vir, quam mulier, monasterium ingrediatur. approbatur in lucro dotis vel antenuptialis donationis, *d. §. quod si constãte, vers. si vero vtriq;.* Quarta exceptio est; Nisi non vir, sed mulier monasterium ingrediatur. reprobatur *d. c. §. sin autem vxorem, in fin.* Quinta; Nisi ante tempus latæ constitutionis monasterium sit ingressus. *Nouell. c. 73.* Sexta: Nisi relicto monasterio, ad secularem vitam redierit. reprobatur *per regulam sequentem.*

VI. Regula; Clericus vel monachus, qui ad secularem vitam rediit, bona sua perdit, *d. l. 42. §. hoc etiam, in fin. C. de episc. & cler. Nouell. c. 5. §. si quis autem.* Contradicit *M. I. P. d. exc. 2. repl. 4.*

VII. Regula; Clerici non nisi apud episcopũ, aut præfectum prætorio, prout elegerit actor, conueniendi. *l. cum clericis. 25. in pr. & l. omnes. 31. §. in hac autem. C. de episc. & cler. l. decernimus. 13. C. de episc. audientia.* Mutatur *infr. reg. 10.*

VIII. Regula; Ne clerici ac monachi extra prouinciam suam in ius vocentur. *d. l. 31. in pr. C. de episc. & cleric.* Exceptio est; Nisi extra prouinciam suam deprehendantur. *d. l. 31. §. in hac autem.* Cuius replicatio est; Nisi lis in prouincia sit contestata; *Nou. c. 123. §. si quis episcopus.*

IX. Regula, De monachis & monastriis non apud ciuiles iudices, sed apud episcopum loci conueniendis, proponitur *Nou. c. 79. M. I. P. d. c. 6. reg. 10 M. I. R. lib. 3. cap. 2. reg. 46.*

X. Regula, De clericis non apud ciuiles iudices, sed apud ecclesiasticos conueniendis, habetur *Nouell. cap. 83. M. I. P. d. regul. 10. M. I. R. d. regul. 46.* Exceptio prima est; Nisi episcopus seu iudex ecclesiasticus causam dirimere vel nolit, vel non possit. tunc enim venitur ad ciuilem iudicem. *d. c. 83. & Nou. c. 123. §. certe si quis. M. I. P. d. reg. 10. exc. 3.* vbi controuersa apparet. Secunda; Nisi criminalis actio aduersus clericum instituatur; tunc enim apud ciuilem iudicem conueniendus. *d. c. 123. §. at si contra. & Nou. c. 83. vers. si tamen de criminib. conueniantur.* Reprobatur exceptio proposita. *M. I. P. lib. 3. cap. 6. reg. 10. except. 4. M. I. P. d. regul. 10. except. 4. M. I. R. d. reg. 46. except. 4.* Huius replicatio est; Nisi ecclesiasticum crimen sit, *d. c. 83. vers. si vero ecclesiasticum. & d. capit. 123. §. si ecclesiasticum negotium sit.* Tertia exceptio est; Nisi ab episcopo appelletur; tunc enim ciuilis iudex potest appellari. *d. cap. 123. §. si quis contra.* Quarta; Nisi clericus fori præscriptioni renunciauerit. *l. si quis. 39. C. de episc. & cler.* Contradicit *M. I. P. d. reg. 10. except. 7. M. I. R. d. reg. 46. except. 5.*

XI. Regula; Clericus ex administratione quam gessit, apud episcopum est conueniendus. *d. c. 123. §. œconomos.*

XII. Regula; Pro clerico Ecclesia non tenetur. *d. c. 123. §. si vero œconomi. & Nou. c. 120. §. at si quis episcopus. M. I. P. lib. 3. cap. 1. reg. 22.*

XIII. Regula; Ne iudices ad episcopos & clericos acculatos veniant, sed contra isti ad iudices.

l.iubemus.34.§.omnes præterea.C.de episcop. & cler.

XIV. Regula: Clerici in iudicio conuenti, Iudicio sisti per œconomum satisdare possunt. *l. cum clericis.25.§.memorati. & l.omnes.31.§.præterea. C.d.tt.*

XV. Regula: Interdum non per fideiussores clerici satisdare coguntur, sed sola repromissione. *d.§.memorati.§.præterea. vers.in hac autem vrbe. & d.c.123.§.certe si quis pro pecuniaria.*

XVI. Regula, De sumptibus litis præstandis, proponitur *l. cum clericis.25. §.statuimus. C.de episcop. & cler. l. omnes. 31. C.eod.tt.Nouell. cap.123.§. sportularum.*

XVII. Regula, Vt lis clericorum cito finiatur, *Nou.c.79.§.sed etiam accelerari. & Nouell.c.83.*

XVIII. Regula, De officio executoris in clericos, proponitur *d.l.31.§.præterea nullus. & Nouell.c. 123 §.si quando.*

XIX. Regula, De modo exequendi sententiam contra clericos damnatos, habetur *Nouell. c.123.§. si vero accusater.*

XX. Regula, De pœna actoris clerico absoluto, *d.l.31.§.fin.*

XXI. Regula, De habitu monachorum à secularibus non vtendo neq; imitando, proponitur *infr. cap. prox. de officiis episc. reg. 7.* Hactenus de personis ecclesiasticis in genere dictum est: sequitur nunc de iis in specie.

DE EPISCOPIS ORDINANDIS, *eorumque officiis & priuilegiis.*

CAP. IV.

PRima huius loci regula, Qui & quales ordinandi, proponitur *Nou. c.6. §. sancimus igitur, vsque ad §.sed etiam.l.si quenquam.29.§.ita castus.C.de episc. & cler. Nou.c.123. §. damus autem. M.I.P. libr.3.c. 10.q.1.reg.1.cum seq.* Quod autem *in d.§.sancimus igitur,* de Idiotis & laicis dicitur, quodammodo distinguitur *d.c.123.§.damus autem.*

II. Regula, De causa ordinandi, & ne precio ematur episcopatus, habetur *d.l.29.C.de episcop. & cleric. Nouell.c. 6.§.sancimus igitur. & §.& hanc vsque ad §.oportet. & Nou.c.123. §.præ omnibus, cum sequentibus. M.I.P. d.cap.10.quæst.7.reg.10.* Exceptio prima est: Nisi ecclesiæ detur, non ipsi ordinanti. *d. cap. 123.§.si quis tamen.* Secunda: Nisi consuetudinum nomine datum sit. *d.c.123. §.pro consuetudinibus, vsque ad §. post ordinationem.*

III. Regula, De canonibus ab ordinando episcopo legendis, eoq; interrogando, an eos obseruare possit, *Nouell.c.6.§.sed etiam sic.*

IV. Regula, De prædicando apud populum episcopo ordinando, quæ in eo requirantur, proponitur *Nouell.c.6.§.oportet autem.*

V. Regula, De differenda ordinatione, si quis episcoporum ordinandum, tanquam indignum accuset, habetur *d.c. 6. §. si quis autem, cum sequentibus. & Nouell.c.123.§.cæterum si quis.*

VI. Regula, De iuramento ab ordinante præstando, proponitur *d.c.123.§.sequentes.*

VII. Regula, De libello exigendo ab eo qui ordinatur, *d.c. 123.§.exigatur.*

VIII. Regula, De precibus recitandis in ordinatione, *d.§.exigatur.*

IX. Regula, De iuramento ab ordinando præstando, proponitur *d.§.exigatur.*

X. Regula; Euentus, si prædicta non obseruentur in ordinando, *d.c.123.§.si quis contra.*

DE OFFICIIS EPISCOporum.

I. Regula, Ne ab Ecclesia episcopus discedat, proponitur *Nouell. cap. 6. §. & illud etiam, cum sequentibus. Nouell. cap. 67. §.illud quoque. & Nouell. const. 123. §. interdicimus, vsque ad §. quia vero. M.I.P. d.libr.3.cap.8. quæst.8.regul.49.* Exceptio prima est: Nisi Imperator episcopum abire concesserit. *d. cap.6. §.& illud etiam.* Secunda: Nisi non vltra annum abfuerit. *d.§. & illud etiam.* Tertia: Nisi ob causam Ecclesiæ necessariam abfuerit. *d.c.6.§. nemo enim eorum.*

II. Regula, De profectione episcopi licita, habetur *d.cap. 6. non autem aliter. & d.c.123.§.interdicimus.*

III. Regula, De conuentu episcoporum singulis annis celebrando, *d.c.123.§. quia vero. & §.iubemus autem. M.I.P. lib.4.cap.23.q.2.reg.1.*

IV. Regula, De excommunicando, *d. c. 123. §.omnibus.*

V. Regula, Ne propriis aliquem verberent manibus, *d.c.123.§.ac neque propriis.*

VI. Regula, De cura agenda pauperum, & ne mercatores modum excedant, *l. 1. C.de episc.aud.*

VII. Regula, Ne seculares, mimæ & meretrices habitu monachorum vtantur, *l.mimæ.4.C.eod. tt. & Nouell.c.123.§.in vniuersum.*

VIII. Regula, Ne captiui ad suos reuertentes iniuriam aliquam patiantur, *l. Christianos. 11. C.de episcop. aud.*

IX. Regula, De officio episcopi remoti, habetur *l. quicunque. 14. C. de episcop. & clericis. Nouell. cap.123. §. certe si quis.* Reliqua episcoporum officia suis subiecta sunt locis. vt de Mathematicis expellendis, *supr.libro 1.c.vlt. causa 4.* De lenonibus coercendis, *supr.eod.lib.1.c.27.quæst.2.causa.4.* Sed & officia episcoporum circa actus Ecclesiasticos & religionis, puta fidei, baptismatis, precum, &c. proponentur *infr.hoc lib. cap.7.*

DE PRIVILEGIIS EPISCOporum.

I. Regula, De ordine & gradu dignitatis episcopi, proponitur *Nouel. c.131.§. ac propterea. & Nouel.c.10.in princip. M.I.P. libro 3.capite 8.quæst.6.reg.1. cum sequente.*

II. Regula: Filiusfamilias episcopus ordinatus patria potestate liberatur. *Nouell. cap.123.§.post ordinationem.* Plura de hac regula vide *1. libr. prox. cap.21.*

III. Regula: Episcopus ordinatus liberatur à seruili & adscriptitia fortuna. *d. §. post ordinationem.*

IV. Regula: Episcopus à curiali & officiali fortuna liberatur. *d.c.123.§.curialis.* Exceptio est: Nisi curialis, antequam quindecim annis in monasterio fuerit, clericus vel episcopus sit ordinatus. *d.c.121.§.post ordinationem.*

V. Regula, Ne episcopus sine permissu principis in ius perducatur, proponitur *Nouell.c.123. §. præterea nulli. vers. sed neque.*

VI. Regula: Apud quem iudicem episcopus conueniendus, definitur *d. c.123. §. præterea si qui, cum sequentibus.*

VII. Re-

VII. Regula, Ne iudicio sisti, aut iudicatum solui cauere teneantur, constituitur *d.c.123.§. porro quibuscunque.*

VIII. Regula, Sportulas episcopus soluere non cogitur, *d.c.123.§.episcopus.*

IX. Regula, Ne episcopus Ecclesiæ suæ nomine conueniatur, *d.§.episcopus.*

X. Regula, De pœna eius qui per calumniam episcopum accusauit, proponitur *l.si qua.22.in pr. C.de episc. & cler.*

XI. Regula: Episcopus ad dicendum testimonium cogi non potest, *per ea quæ dicta sunt supr. libr.prox.cap.19.memb.2.quæst.3.reg.3.except.13.*

XII. Regula, De compromisso in episcopum, proponitur *l. si qui.7. & l. episcopale iudicium. 8.C.de episcop.aud.*

XIII. Regula, De bonis episcopi ab eo non alienandis, habetur *Nou.c.131.§.interdicimus.* Exceptio prima est: Nisi in pias causas alienauerit. *d.§. interdicimus.* Secunda: Nisi eas res, quas ante episcopatum habuit, alienauerit. *d. §. interdicimus.* Tertia: Nisi res à cognatis suis acquisitas alienet. *d. §. interdicimus.* Plura de regula proposita vide *M.I.P.lib. 3.cap.6.reg.5.except.1.*

XIV. Regula: Mortuo episcopo, Ecclesia illi succedit. *d.c.131.§. quod si quis. & §.interdicimus.* Hactenus de episcopis sit dictum.

DE RELIQVIS PERSONIS *Ecclesiasticis.*

CAP. V.

I. DE PRESBYTERIS, Diaconis & Lectoribus.

PRima regula, De his ordinandis: qui & quales ordinandi, proponitur *Nouel. cap.123. §. presbyterum. M.I.P. lib.3. capit. 4. quæst.2.regul.37. excepr.1.replic.3. & 5. & capit.11. de presbyteris, diaconis & lectorib.*

II. Regula, De testimonio horum, habetur *l. presbyteri.8.C.de episc. & cler.*

II. DE ABBATE.

De abbate ordinando agitur *Nouell. cap. 5. §. ordinatione. & Nouell. constit. c.123.§. iubemus. M.I.P.d.c. 11.de abbate.*

III. DE APOCRIsiariis.

De his proponitur *Nouell. c.133.§.enimuero singula. vsque ad §.certe si quis.*

IV. DE PARABOlanis.

De numero horum & officio tractatur *l. parabolanos.18.C.de episc. & cler.*

V. DE OSTIARIIS.

De horum officio agitur *Nouell. c.133.§. & primum quidem. & §. quod si illi. M. I. P. d. capite 11. de ostiario.*

VI. DE MVLIERIBVS ecclesiasticis.

M.I.P.d.c.11.de mulieribus eccles.

I. Regula: eadem in fœminis, quæ in viris ecclesiasticis, iura obtinent. *Nouel.c.5.§.pen. & §.si autem vxorem. Nouel.c.123. §. iubemus autem, in fin. & §. porro in omnibus, in fin.*

II. Regula, De eo qui pro mulieribus respondeat ordinando, proponitur *Nouell. capit.123. §. mulieribus.*

III. Regula, De apocrisiariis mulierum, habetur *Nouell.c.133.§.enimuero singula.*

IV. Regula, Ne mulieres è monasterio in ius producantur, proponitur *Nouell. capit.134.§. enimuero. & Nouell. cap. 123. §. si quando. versic. nulla tamen.*

V. Regula, De pœna, si quis eam quæ sanctimonialem vitam colit, rapuerit, solicitauerit, aut constuprauerit, tractatur *d.c.123.§. si quis ascetriam.* Plura de hac re vide *supr.lib.1.c.24.*

VI. Regula: Etiam à fœmina sanctimoniali relictum in pias causas valet. *l. generali lege.13. C.de sacrosanctis ecclesiis.*

VII. DE DIACOnissis.

M.I.P. d.cap.11.in fine.

I. Regula, De ordinandis hisce, proponitur *l. nulla.9.C. de episc. & cler. Nouel.c.6.§.quanta igitur. & Nouell.c.123.§.presbyterum.*

II. Regula: Ne diaconissa cum viro habitet: *d.c. 123.§.diaconissam quoque. & Nouell.cap.6. §.quanta. versic. volumus.* Huius exceptio est: Nisi cum eo habitet, ex quo nulla possit suboriri suspicio. *d.vers.volumus.*

III. Regula: De pœna, si diaconissa nupserit, proponitur *d.§. quanta.* Hactenus de personis dictum est: nunc de rebus Ecclesiæ dicendum, primum in genere, deinde in specie.

DE REBVS ECCLESIASTIcis, & priuilegiis earum.

CAP. VI.

I. DE ACQVIRENDIS rebus Ecclesiæ.

PRima causa: Si legatum sit, vel in testamento relictum Ecclesiæ, vel ad pias causas approbatur *l.1. & l.iubemus. 14. §.verum. C.de sacr.Eccl. M.I.R. lib.3.cap.6.reg. 1.* Huius exceptio esse videtur: Nisi mulier Ecclesiastica legauerit, sed reprobatur *l.generali lege.13.C.eod.tt.*

II. Causa, De salariis quæ Ecclesiis præbentur, proponitur *l.priuilegia.12.§.fin.C.d.tt.*

III. Causa est, Donatio, de qua cum aliis similibus *l. iubemus.14.§. verum siue. C. de sacrosanctis Eccles. Nouell. cap.37. in princip. & §. penult.* Huius causæ exceptio est: Nisi donatio actis non sit insinuata. approbatur & distinguitur *l.illud. 16.C. d.tt.*

IV. Causa est, Conductio alienarum possessionum. *de qua Nou.c.123 §.cæterum si Ecclesiis.*

II. DE REDHIBENDIS rebus damnosis.

Si res acquisita Ecclesiæ damnosa est, redhiberi potest. *Nou.cap.7.§.sicut autem. & Nou.c.120.§. enimuero. M.I.P.lib.3.cap.12.reg.10.*

III. DE NON ALIENANdis rebus Ecclesiæ.

Regulariter res Ecclesiæ alienari non possunt. *l.iubemus. 14.C. de sacrosanctis Eccles. Nouell. const. 7. in princip. vsque ad §. vt autem lex. & Nouell.cap. 120.§.1 & § si contra ea. vsque ad §.fin.M.I.P.d.cap.12.reg.11.in prin.M.I.R. lib.3. cap.6.regul.2.in prin.* Exceptio prima est:

ma est; Nisi Imperio res Ecclesiastica sit permutata. *d. c.7. §. vt autem lex. & d. c.120. §.1. vers. nam si cum Imperiali. M.I.P.d reg.11. except.21. M.I.R.d.reg.2. except. 5.* Cuius replicatio est: Nisi res Ecclesiastica Imperio permutata, postea ab Imperio vel Principe ad alium transferatur. *Nouell. c.55.* Plane tollitur hæc replicatio eiusq; constitutio *Nouell. c.119. §. legem.* Secunda exceptio est: Nisi emphyteutico iure res Ecclesiastica ad alium transferatur. approbatur simul & distinguitur *Nouell. c.7. §. emphyteusin autem. & §. dudum autem. & Nou. c.120. §. emphyteuses.* Reprobatur *M.I.P. d.regul.11. except.1. M.I.R. d. reg. 2. except.1.* Replicatio prima est: Nisi in perpetuum, etiam vltra secundum hæredem, concessa sit emphyteusis. *d. §. emphyteuses. & d. c.7. §. aliam vero omnem. M.I.P. d. except.1. dist.2. M.I.R.d. except.1. repl.2. & cap.7. reg.13. except.7.* Eius autem duplicatio est: Nisi emphyteusis alii Ecclesiæ cōcessa sit: hoc enim casu in perpetuum concedi potest. *Nouell. cap.55. §. illud. & Nouell. cap.123. sed & ipsis.* Cuius triplicatio est: Nisi intra biennium emphyteusis reuocetur. *d. cap.120. §. porro si quamlibet.* Plane replicatio proposita eiusq; ius mutatur ac tollitur iure nouo, *Nouell. c.120. §. licentiam.* Secunda replicatio est: Nisi extraneis hæredibus, non filiis aut nepotibus, concessa sit emphyteusis, approbatur simul & distinguitur in viro & vxore, *per ea quæ proposita sunt supr. ead. exceptione, in pr. M.I.R.d.exc.1. repl.3.* Tertia: Nisi emphyteuta biennio continuo non soluerit canonem. hoc enim casu finitur emphyteusis. *d. c.7. § scire autem.* Quarta: Nisi emphyteuta mortuus sit, & duo eius ex ordine hæredes: tunc enim res ad Ecclesiam reuertitur, *per ea quæ dicta sunt supr. ead. except. in princip. & d. cap.7. §. & vt neque in fin.* Cuius duplicatio videtur esse: Nisi tertius ex ordine hæres id paratus sit dare canonis nomine, quod extraneus. sed reprobatur *d. c.7. §. neque illud.* Atque etiā replicatio proposita videtur mutata *per Nou. c.120. §. licentiam.* Quinta replicatio est: Nisi emphyteuta mortuus sit, nullis filiis vel nepotib. relictis: hoc enim casu res redit ad Ecclesiam, *per ea quæ dicta sunt supr. ead. except. in prin.* Hęc de secunda exceptione sint dicta. Tertia exceptio esse videtur: Nisi ædes ruinosæ vel destructæ alienatæ sint. sed reprobatur *d. c.7. §. quod autem dictum. M.I.P.d.reg.11. exc.23.* Quarta exceptio est: Nisi vsusfructus tantum rei Ecclesiasticæ sit alienatus. approbatur & distinguitur *l. iubemus.14. §. sane ne omnis. C. de sacrosanctis Ecclesiis. d. c.7. §. si quis autem. M.I.P. d. regul.11. exc.24.* Quinta: Nisi non immobilis, sed mobilis res sit alienata. Huius enim alienatio valet, cum supradictæ constitutiones, quibus alienatio prohibetur, de rebus tantum immobilibus loquantur. *M.I.P. d.reg.11. exc.25.* Cuius replicatio prima est; Nisi mancipia vel coloni, fundis Ecclesiasticis adscripti, alienentur. nam horum quoq; alienatio supradictis constitutionibus prohibetur. Secunda; Nisi annonæ ciuiles alienentur. nam & hæ tanquam res immobiles alienari prohibentur *dictis constitutionib. supr. ead. reg. in pr. allegatis, præsertim Nou. c.7. §. vult autem. & §. iisdem.* Tertia replicatio est; Nisi sacra vasa, vestis, aut alia donaria ad religionem necessaria alienentur. approbatur simul & distinguitur *l. sancimus. 17. C. de sacrosan. Ecclesiis. d. c.7. §. iisdem pœnis. & Nouell. c.120. §. atque hæc quidem. M.I.P.d.except.25. repl.2.* Sexta exceptio videtur; Nisi rescripto Imperatoris alienatio sit confirmata. sed reprobatur *d. cap.7. §. quia vero. M.I.P.d.reg.11. exc.32.* Septima; Nisi ob debitum res Ecclesiastica alienetur. approbatur simul & distinguitur *Nouell. cap.46. Nouel. cap.54. §. quia igitur. Nouell. c.67. §. quoniam vero. & Nouell. c.120. §. sed & hoc, cum sequentibus. M.I.P. d. regul.11. except.7.* Octaua; Nisi pignori obligetur res Ecclesiastica; hæc enim alienationis species subsistit. *Nouell. constit. 120. §. quod si vsueniat. & §. sed & hoc.* Controuertitur *M.I.P. d. regul. 11. except.3. M.I.R. d. reg.2. exc.3.* Nona; Nisi Ecclesiæ aut alii venerabili domui res sit permutata. *Nouell. capit. 54. §. & per quandam. & Nouell. cap. 120. §. hoc quoque. M.I.P. d.regul. 11. except. 12. M.I.R. d.regul.2. except.1.* Decima; Nisi res Ecclesiastica locata sit. *d. cap.120. §. locationes. M.I.P.d. regul. 11. except.2. M.I.R. d.regul.1. except. 2.* Vndecima; Nisi res alienata inutilis sit, & multis præstationibus publicis grauata, *d. c.120. §. porro si quæ. M.I.P. d. regul.11. except.26.* Duodecima exceptio est; Nisi in redemptionem captiuorū alienetur. Hæc exceptio specialis certarum domuum approbatur & distinguitur *d. c. 120. §. sacrosanctis. & Nouell. cap.65. in princip. M.I.P.d. regul.11. except.* 8. Decima tertia; Nisi legatum Ecclesiæ sit relictum, quod longe ab ista Ecclesia abest, approbatur simul & distinguitur *Nou. c.131. §. si legatum. M.I.P. d. regul. 11. except.17.* Decima quarta exceptio specialis proponitur in Ecclesia Hierosolymorum, *Nou. c.120. §. hæc quoque.*

De replicationibus præcedentium exceptionum generalioribus.

Hactenus exceptiones alienationis rerum Ecclesiasticarum prohibitæ propositæ sunt, quarum aliquot sunt replicationes generales nunc ordine proponendæ. Prima est; Nisi non solenni decreto & iuramento præcedente, facta sit alienatio. *Nouell. cap. 67. §. quoniam vero. Nouell. cap. 120. §. verum enimuero. & §. & quidem. M.I.P.d. regul. 11. except.36. item replic. gener.1.* Secunda; Nisi dispensationibus Ecclesiarum, parentibusue illorum, aut liberis, cognatis, aut adfinibus, alienatio sit facta. *Nouell. capit. 120. §. œconomicis. & §. atque œconomis. & Nouell. capit.7. §. his solis. M.I.P. d. regul. 11. in fine, replic. gener. 6.* Tertia: Nisi ipsum monasterium alienetur. *d. cap.7. §. quia vero. & d. capit. 120. §. quia vero cognouimus, M.I.P. d.regul. 11. in fine, repl. gener. 7.* Quarta: Nisi res quæ ab Imperatore ad Ecclesiam peruenit, alienetur. *d. cap. 120. §. quæ vero. M.I.P. d.regul. 11. in fine, replicat. gener. 8.*

DE EVENTIS ET POENIS ALIENationis rerum Ecclesiasticarum.

Qui sint euentus & pœnæ alienationis, patet ex constitutionibus supr. allegatis, præsertim reg. 1. in prin. *M.I.P. lib.3. cap.12. reg.12. cum seq.* Sed & describuntur ea copiosius *Nouell. c.7. §. quia vero Leonis.* Hactenus de rebus Ecclesiasticis in genere dictum est: nunc de quibusdam rebus tam corporalibus quam incorporalibus & priuilegiis in specie est dicendum.

¶ I. DE

¶ I. DE MONASTERIO AC oratorio ædificando.

I. ANTECEDENTIA ÆDIFICationem monasterii vel oratorii.

1. Regula, De loco consecrando, proponitur *Nouell. c.5. §. illud gitur. Nouell. c.67. §. 1. Nouell. const. 123. §. illud igitur. & Nouell. c.131. §. præterea si quis. M.I.P. lib.3. cap.15. reg.7.*

11. Regula, De deliberatione cum episcopo loci habenda, & sufficientibus sumptibus ordinandis, tractatur *Nouell. c. 67. §. deinde. M.I.P. lib.3. cap.15. reg.5.*

2. QVOMODO ÆDIFICANdum monasterium, seu qua forma?

Definitur hæc quæstio *Nou. c.133. §. & primum quidem. M.I.P. d.c.15. reg.12.*

3. QVANDO ÆDIFICandum?

Definitur *Nouell. c.131. §. si quis venerabile.*

4. De cœpto opere finiendo proponitur *d. c. 131. §. certe qui semel.*

II. DE TEMPLIS.

De his claudendis proponitur *l.1. in pr. C. de sacrificiis paganorum. M.I.P. d.cap.15. reg.24.*

III. DE ORNAMENTIS Templorum.

De his seruandis habetur *l. sicut.3. C. d. tt.*

IV. DE RELIQVIIS Apostolorum & Martyrum.

De his non distrahendis proponitur *l. nemo. 3. C. de sacrosanctis Ecclesiis. M.I.P. d.cap.15. reg.46.*

Ne reliquiæ martyrū ad loca profana transferantur, cauetur *l. decernimus.26. C. de episc. & cler. M.I.P. d.cap.15. reg.50.*

V. DE SEPVLCHRIS Apostolorum & Martyrum.

Ne alius in iis sepeliatur, præcipitur *l.2. C. de sacrosanctis Eccles.*

VI. DE CRVCIBVS.

Vbi hæ reponendæ, & quis illarum vsus, proponitur *Nouell. c.123. §. omnibus autem.*

VII. DE SIGNO crucis.

De eo humi non pingendo neque sculpendo, præcipitur *l. vnica. C. nemini licere signum sal.*

VIII. DE PRIVILEgiis Ecclesiæ.

1. Regula, Confirmantur priuilegia Ecclesiæ *l. priuilegia.12. in pr. & l. decernimus. 15. C. de sacrosanctis Eccles. l. si venerabilis. 13. l. si qua.22. §.1. l. omnes. 31. §. priuilegiis. & l. omnia.33. C. de episc. & cler. Nouell. cap. 131. §. omnia. M.I.P. d.cap.15. reg.29.*

11. Regula, De immunitate Ecclesiæ, proponitur *l. placet.5. C. de sacrosanctis Eccles. d. l. 31. §. nullis eas. C. de episc. & cleric. Nou. c.131. §. adhæc sancimus. M.I.P. d.c.15. reg 24. M.I.R. lib.3. c.1. reg.2.* Exceptio prima est: Nisi munus sit sternendæ viæ, aut extruendorum pontium. *d. §. adhæc sancimus. & l. ad instructiones.7. C. de sacrosanct. Eccles.* Secunda: Nisi munus sit naue transuehendarum publicarum specierum vel personarum. *l. iubemus.10. C. d. tt. & l.2. C. de nauibus non excusandis.* Tertia: Nisi exercitus Imperatoris sit transportandus, vel eius impedimenta. *l. neminem. 11. C. de sacrosan. Eccles. M.I.P. d.regul.24. except.1. M.I.R.d. regul.2. except. 1.* Quarta: Nisi canonica illatio exigatur. *l. placet. 5. versicul. præter canonicum. C. d. tt. & Nouel. cap.37. in princip.* Quinta; Nisi Ecclesia res alienas pro suis muneri subtrahere conetur: hoc enim casu priuilegio immunitatis non adiuuatur. approbatur interprete Accursio *l. sacrosancta. 8. C. de sacrosanct. Eccles. & l. vltim. in fin. C. de annonis & tributis.*

111. Regula: Ecclesiæ res immunes sunt à lucratiuorum descriptione. *l. sancimus. 18. C. de sacrosanct. Eccles. M.I.P. d.capit.15. regul. 25.* De hac lucratiuorum descriptione dicitur *l. vnica. C. de imponenda lucratiua descript. & Nouell. capit.131. §. quod si res.*

IV. Regula, De longissimi temporis præscriptione, proponitur *l. vt inter. 19. C. de sacros. Eccles. & Nouell. cap. 10.* Plane quod ibi dicitur de centum annorū præscriptione, mutatur in præscriptionem quadraginta annorum, *Nouell. c.111. & Nouell. c.131. M.I.P. libr.3. cap.2. reg.19. M.I.R. lib.3. cap.6. reg.2. except.15. lib.5. cap.4. except.3. item d. reg.4. in fine, dupl.2.*

V. Regula: Ne in ecclesia tumultus vel seditio concitetur, neue sacra ministeria conturbentur, præcipitur *l. denunciamus. 4. C. de iis qui ad eccles. confugiunt. l. si quis. 10. C. de episcop. & cler. & Nouell. c.123. §. si quis cum.*

VI. Regula, De iis qui ad ecclesias confugiunt, ne inde extrahantur, habetur *l.1. & l. præsenti. 5. C. de iis qui ad eccles. confug. M.I.P. d.cap.1. reg.26. M.I.R. d. cap. 1. reg.4.* Huius exceptio prima est: Nisi serui, vel liberti, aut adscriptitii, à dominis vel patronis ad ecclesias confugerint. *d. l. 5. vers. sane si seruus aut colonus. l. si seruus. 3. C. eod. tt. M.I.P. d.reg. 26. except.3.* Secunda: Nisi Iudæus ad ecclesiam confugerit. *l.1. C. d. tt. M.I.R. d.regul.4. except.9.* Tertia; Nisi homicida, adulter, raptor virginis, vel alius similis ad ecclesiam confugerit. *Nouel. cap.17. §. cæterum. & Nouell. cap.37. §. qui ad Carthag. M.I.P. d. regul.26. except.2. M.I.R. d. regul. 4. except. 2. & 4.* Quarta: Nisi exactio tributorum publicorum in ecclesia fiat. *d. c.17. §. ipsas vero.* Quinta; Nisi quis conqueratur, se in tributorum exactione læsum. *Nouell. c.128. §. nulli autem.* Plures exceptiones vide *M.I.P. d.reg. 26. & M.I.R. d.reg.4.*

VII. Regula: Actiones aduersus ecclesiā competentes, contra œconomum Ecclesiæ instituendæ sunt. *l. omnes.31. §. hoc nihilominus. C. de episc. & cler.* Aduersus episcopum non dantur. *Nou. c.123. §. episcop.* Contradicit. *M.I.P. d.cap.1. reg.23.*

VIII. Regula: Ex contractibus vel delictis clericorum, Ecclesia conueniri non potest, *per ea quæ dicta sunt supr. cap.3. reg.12.*

DE ACTIBVS ECCLESIASTICIS & religionis.

CAP. VII.

HActenus de personis & rebus ecclesiasticis dictum est: nunc de actibus ecclesiasticis dicendum, & hæreticorum pœnis.

I. DE

I. DE FIDE.

I, Regula, Ne de fide publice disputetur, proponitur *l.nemo.3.C.de summa Trinit.&c. M.I.P. li. 4. cap.1.quæst.3.reg.2.*

II. Regula, De Trinitate & aliis fidei articulis credendis, præcipitur *l.1.l.2.§. Nicænæ, cum sequentibus, & l. inter claras. 4. C. de summa trinitate & fide, M.I.P.lib.4.cap.1.q. 1.reg.7.*

III. Regula, De quatuor conciliis sequendis, habetur *d.l.4.§.suscipimus. Nouel.cap.131. in princ. & l. quoniam.23. C. de episc. & cler. M.I.P. d.quæst.1. regul. 3.*

II. DE SACRIFICIIS, MISSA, sacris mysteriis, supplicationibus & orationibus.

I. Regula: Sacrificia paganorum prohibentur *l.1. §. volumus. l. 2. & l. nemo. 7. C. de sacrificiis paganorum. & l. ex Senatusconsulto. 13. ff. ad l. Corn. de sicar.*

II. Regula, Ne in priuatis ædibus sacra mysteria fiant, proponitur *Nouell. cap.57. & Nouell.c. 131.§. si quis domi.M.I.P.lib. 4.cap.2.quæst.3. reg.1.M.I. R.lib.3.cap.1.reg 6.*

III. Regula, De supplicationibus publicis peragendis agitur *d.c.123.§.omnibus autem.*

IV. Regula, De precibus viua voce proferendis, *Nouell.c.123.§.adhæc iubemus.*

III. DE BAPTISMATE.

I. Regula, De oblatione in baptismate viua voce facienda, proponitur *d. §. adhæc iubemus. M.I. P.lib.4.cap.3.de baptismate,reg.38.*

II. Regula, De non rebaptizando, habetur *l. 1.l.2. & l.3. C. ne sacrum baptisma iteretur. M. I.P.d.cap.3. de baptismate,regul.60. M.I.R.libr.3.cap.7. regul.15.*

IV. DE SACRORVM LIbrorum lectione.

Vtrum in Hebraica solum, an & in alia lingua sint legendi, definitur *Nouel.c.146. M.I.P. lib.4.cap. 1.q. 3.reg.5.cum seqq.*

V. DE SEPVLTVRA MORtuorum.

Qui sepelire seu sumptus funeris facere teneantur, *vide infr.lib.20.cap.7.*

1. QVI SEPELIENDI?

De vltimo supplicio adfectis habetur *sup. lib. 3. c.18.quæst.6.reg.1.*

2. QVÆ CVM DEFVNCTO sepelienda?

I. Regula, De ornamentis cum corporibus non condendis, proponitur. *l. at si quis. 14. §.non autem oportet.ff. de religiosis.*

II. Regula, De partu mulieris prægnantis defunctę excidendo, præcipitur *l.2.ff.de mortuo inferendo.*

VBI SEPELIENDVM?

Ne in ciuitate sepeliatur, constituitur *l. prætor ait. 3. §. diuus. ff. de sepulchro violato. l. mortuorum. 12. C. de religiosis. M. I. R. d. cap.7. regul.42.* Huc item videtur pertinere ius sepulchrorum: verum de hoc *infr.lib. 8. cap.13. de loco religioso, & cap. 14.cum duob.seqq.*

4. EVENTVS SEPVLturæ.

I. Regula, De sumptibus funeris à prætore decernendis, *l.12.§.fin. cum l.seq. & l.14.in princ.cum seqq.vsque ad §.si cur.item infr.lib.2.cap.7.q.5.in princip. & quæst.8.*

II. Regula, De actione aduersus eos, qui cum sepelire vel funerare deberent, id non fecerint. *d. l.14.§.si cui.& l.12.§.funus.ff.eod.tt.*

IV. Regula, De prohibente te funerari, *d.l.14. §. diuus autem. De qua re vide item infr.lib.8.cap.10.*

IV. Regula, De ornamentis sepulchri, proponitur *l.statuas.7.C.de religiosis.*

V. Regula, Ne cadauera detineantur vel vexentur, cauetur *l. ne corpora. 38. & l. diui fratres. 39. ff. d. tt. l. prætor ait. 3. §. non perpetuæ.ff.de sepulchro violato.* Plura de hac re dicentur *in actione sepulchri violati.*

VI. Regula, De corporibus vel ossibus non transferendis, habetur *l.nemo.14.C.de religiosis. M.I. P.lib. 4. cap.9.quæst.4.reg.6.* Cuius exceptio prima est: Nisi non perpetuæ sepulturæ corpus traditum sit, *l.si necdum.10.C.d.tt. & d.l.3.§.non perpetuæ. ff.de sepulchro violato. M.I.P. d. reg.6. exc.2.* Secunda: Nisi in arcula tantum, non sub terra conditum sit corpus. *d.l.39. ff. de religiosis.* Tertia: Nisi dominus cadauer in loco suo ab alio sepultũ eruat, ac transferat, reprobatur *l. ossa. 8. in princ.ff. eod. tt.* Quarta: Nisi princeps seu Pontifex permisit. *d.l. 8.* Quinta: Nisi vi fluminis sepultura contingatur, vel alia iusta transferendi causa sit. *l.1.§. de religiosis.* Sexta: Nisi in itinere defunctus sit, *l. prætor ait. 3. §. diuus tamen. ff. de sepulchro violato. M. I. P.d. regul. 9. except. 3.* Plures exceptiones vide *M.I. P.d.regul.6.*

5. DE MODO SEPVLTVRÆ, ET adiunctis, seu eius solennitate, & expensis.

De hac re proponitur *Nouel.c.59.* Sacra forma, cuius ibi fit mentio, habetur *Nouel. c.43.* Plura de sepultura vide *M.I.P.d.c.9.*

DE HÆRETICIS.

CAP. VIII.

PRIMO: Definitio hæreticorum proponitur *l.2.§.fin. C. de hæreticis. & Nouel.c.109.§.hæreticis autem.M.I.P.lib.1.cap.17.q.3.causa 1.*

II. SPECIES enumerantur *d.§. hæreticos autem. item l.Arriani.5.C.de hæreticis.*

III. POENÆ AC IVRA hæreticorum.

I. Regula, De hæresi non exercenda, eaque punienda, proponitur *l.2.in pr.C.d.tt.M.I.P. d.c.17. q.1.reg.1.M.I.R.lib.1.cap.13.crimine 11.reg.1.*

II. Regula, Ne hæreticis locus detur, in quo conueniant, sed arceantur & exterminentur: deque prædiis in quibus conueniunt, agitur *l. 2. in princip. & §. fin. C. de summa trinitate. l.cuncti. 3. C. de hæreticis.Nouell.cap.37.§.nulla. Nouell.cap.132. & Nouell.cap.131.§. item si quis.l.omnia,5. C.de sacrificiis paganorum.*

III. Regula, De prædiis in quibus ecclesiæ vel oratoria constituta sunt, hæreticis non alienandis, cauetur *l.si qui.9. C. de hæreticis, & Nouell.c. 131.§.at si orthodoxus.*

IV. Re-

IV. Regula, De hæreticis nihil ex rebus immobilibus ecclesiasticis alienando, proponitur *d.c. 131.§.porrò iubemus.*

V. Regula, Ne hæretici habeant seruos Christianos *l.vnica.C.ne Christianum mancipium, & l. Deo 42.§.his ita dispositis,C.de episc. & cler.*

VI. Regula: Rescriptum ab hæreticis impetratum non valet. *l.2.§.sciant.C. de summa Trinitate, & l.Ariani.5.§.fin. C de hæreticis.*

VII. Regula: Hæretici priuilegia quæ habuerunt, amittunt, approbatur exemplo *l.1. C. de hæreticis.* Alio *Nouell.c.109.item Nouell c.45. in prin.*

VIII. Regula: Hæretici curiali fortuna non liberantur, *d.c.45.& l.curiales,7. C.de hæreticis.*

IX. Regula: Hæretici non succedunt parentibus vel cognatis defunctis, & de successione qua hæreticis succeditur; proponitur *l. cognouimus.11.in princ.C.de hæreticis. Nouell.const.115.§. enimuero,cum sequentibus. Nouell. c.118.§. hæc autem omnia, & Nouell.c.144 §.1.*

X. Regula: In testamento hæreticis relictum non valet, *l. Manichæos.4. vers. ipsos quoque volumus, & l.Arriani. 5. versic.siue de donationibus. C.de hæreticis. d. Nouell.c.144.§.1.& l.hi qui.3. C. de apostatis.* Huius exceptio videtur esse: Nisi miles in testamento suo aliquid hæreticis reliquerit, sed probatur *l. vlt.C.de hæreticis.*

XI. Regula: Hæretici testamenta facere non possunt, nec legare aut donare *Nouell.c. 144. §.1.*

XII. Regula, De vi non inferenda hæreticis, proponitur *l.Christianis,6.C.de sacrificiis paganorum. & l.nullus,13.C.de Iudæis,M.I.P.d.cap.17.q. 8.regul. 11.* vbi contradicitur.

XIII. Regula proponitur *Nouell. c.37. §. 1.* Hactenus de hæreticis in genere sit dictum. Plures autem huiusmodi sunt regulæ, quas suis subiecimus locis, vt de testimoniis illorum habetur *supr. lib. proxim.c.19.q.3.except.11.* & ita de similibus. Nũc de quibusdam hæreticorum speciebus specialia quædam proponenda restant.

¶ I. DE MANICHÆIS.

I. Regula, De Manichæorum pœnis, habetur *l.Manichæos,4.C.de hæreticis.M.I.P.lib.1.c.18. q.3.*

II. Regula, De Manichæis vrbibus expellendis, & vltimo supplicio adficiendis, proponitur *l.Arriani.5.vers.& qui ad imam, C.d.tt. M.I.P. q. 3.*

II. DE NESTORIANIS.

De his constituitur *l.damnato, 6.C.eod.tt.*

III. DE EVTYCHIANISTIS & Apollinaristis.

De his tractatur *l.quicunque,8. C. de hæreticis.*

IV. DE APOSTATIS.

I. Regula: Apostatæ bona publicantur. *l.1.C. de apostatis.*

II. Regula: Apostatæ testamentum facere non possunt. *l.hi qui.3. & l.apostatarum. 4. C.dict.tt.* Huius exceptio est: Nisi à morte apostatæ, qui testamentum fecit, illud intra quinquennium non sit impugnatum. *l.2.C.eod.tt.*

III. Regula: apostatæ non succedunt aliis, nec relicta capiunt, nec testimonium perhibere possunt, atq; excommunicantur. *d.l.3. C. de apostatis.* Huius exceptio videtur esse: Nisi pœnitentiam egerint, sed reprobatur *d.l.3.*

IV Regula: Accusatio aduersus apostatas perpetua est, nec finitur illorum morte, nec alienandi ius habent. *l. apostatarum.4. C.de apostatis.*

V. Regula; De pœna eius qui aliquem fecerit apostatam, proponitur *l.eum quicunq;.5. C. d.tt.*

VI. Regula: Apostatæ omnium hæreticorum pœnis tenentur, & relegantur, *l.eos qui 6.C.dict.tt.* Plura de apostatis vide *M.I.P.d.c. 18. hæresi 4.*

V. DE IVDÆIS.

I. Regula: Iudæorum vniuersitati relictum capi non potest. *l.1.C.de Iudæis.*

II. Regula, De pœnis Iudæorum prohibentium, ne ex iis aliqui fiant Christiani, proponitur *l.2.C.d.tt.*

III. Regula: Ne Iudæorum synagoga pro hospitio sit. *l.in synagogam,3. C.de Iudæis.*

IV. Regula, Iudæi à curialibus muneribus immunes non sunt. *l.iussio.4.& l. quicunq;.9.C.eod. De quo etiam vide supr.eod.cap.reg.7. & 8.*

V. Regula: Ne Iudæi & Christiani inuicem matrimonia contrahant, prohibetur *l. ne quis. 5. C.de Iudæis.*

VI. Regula: Iudæorum leges matrimoniales tolluntur *l.nemo.6.C.d.tt.*

VII. Regula: Vt Iudæi Romanis vtantur legibus, præcipitur *l.Iudæi,7.C.eod.tt.*

VIII. Regula, De precio rerum venalium Iudæis ab extero non statuendo, proponitur *l. nemo.8.C.d.tt.*

IX. Regula, Vt citra cõtemptum Christianæ legis, Iudæi ritus suos seruent, *l. Iudæos. 10. C.de Iudæis.M.I.P.d,c.18.hæresi 1.reg.2.*

X. Regula: Ne die sabbathi ac reliquis festis Iudæi molestentur, vel alios molestent. *l. die sabbatho.12.C.eod.tt.M.I.P.d.hæresi 1.reg.3.*

XI. Regula: De vi non inferenda Iudæis, *l.nullus,13.C.eo.tt. & l.Christianis.6.C.de sacrificiis paganorum.M.I.P.d. hæresi 1.reg.4.*

XII. Regula: Ne Iudæi vim inferant Christianis *d.l.13.*

XIII. Regula: Apud quem Iudæi conueniendi, definitur *l.si qua.14.C de Iudæis.*

XIV. Regula: Ne Iudæi Christianos circumcidant. *l.Iudæi.15.C.d.tt.M.I.P.d.hæresi 1.reg.5.*

XV. Regula, De tributis à Iudæis exigendis & inferendis, constituitur *l.Iudæorum.16. C.d.tt.*

XVI. Regula: Ne Iudæi ad dignitates & honores admittantur. *l.hæc valitura.17.C. de Iudæis. M. I.P.d.hæresi 1.reg.6.De quo vide plura supr.eod. cap. q.3. reg.7.*

XVII. Regula: Ne Iudæi nouas extruant synagogas. *d.l.17.M.I.P.d. hæresi 1.reg.7.*

XVIII. Regula: Ne Iudæus habeat mancipium Christianum. *l.vnica. C.ne Christianum mancipium. M.I.P.d.hæresi 1.reg.10.* Plura de Iudæis vide *M. I. P. d.hæresi 1.*

VI. DE COELICOLIS.

Horum hæresis damnatur *leg.cœlicolarum 11.C. de Iudæis.*

VII. DE PAGANIS.

Horum superstitio prohibetur *l.vlt.C. de sacrificiis paganorum.M.I.P.d.c.18. hæresi 2.*

IIX. DE SAMARITANIS.

I. Regula, Samaritani nõ succedunt aliis, neq; relicta capiunt, neque aliis relinquere possunt.

*Nouell.c.*144.§.1.Huius expositio est: Nisi rustici sint Samaritani.*d.*§.1.*vers.excipimus.*

II. Regula: Samaritanis denegantur militiæ, dignitates & honores,aduocationis munus atq; pædagogia.*d.c.*144.§.*præterea.*

III. Regula: Samaritani baptizati, & ad suum errorem reuersi,proscribuntur&relegantur. *d.Nouell c.*144 §.*sed & si qui.*

IV. Regula,De Samaritanis baptizandis,proponitur *d. c.*144.§.*perpulchrum.*

V. Regula: Samaritanus mancipium Christianum habere non potest.*d.Nouell.c.*144.§.*porrò.*

VI. Regula: Samaritanus seruus Christianæ religionis factus,liber fit.*d. Nouell.c.*144. § *penult.*

IX. DE ANTIHIMO, SEVERO, Petro,& Zoara hæreticis.

De his tractatur *Nouell.cap.*42.*M.I.P. dict.cap.*18. *in fine.*

DE ORPHANOTROPHIIS, XENODOCHIIS, & similibus collegiis. CAP. IX.

HActenus de hæreticis tam in genere, quàm in specie, necnõ de tribus iuris Ecclesiastici partibus seu membris est dictum. Superest vltimum membrum,de orphanotrophiis,Xenodochiis,& similibus collegiis. Quanquam enim de iis in superioribus quoq; dictum est, iuraq; rerũ Ecclesiæ ac monasteriorum de propositis quoq; collegiis accipiantur,tanquam de specie: *de quo vide infr.eo. c.q.*2.*reg.*1. tamen quædam horum iura specialia restant proponenda. Proinde, quemadmodum in superioribus, primum de personis horum collegiorum dicemus, deinde de rebus.

I. DE ORPHANOTROPHO, ptochotropho, & aliis huiusmodi personis.

I. Regula: Tutorum ac curatorum vicem sustinet, orphanosq; defendere sine satisdatione tenetur, resq; eorum vindicare, *l. orphanotrophos.* 30.*in princ.C.de episcop.& cleric.& Nouell.c.*131.§.*sane orphanotrophi.*

II. Regula, De rebus orphanorum orphanotropho tradendis,ab eoq; custodiendis, proponitur *dictis ll.*

III. Regula, De officio orphanotrophi in rebus orphanorum alienandis,habetur *d.l.* 30.§. 1.*versic.vt si quos.*

IV. Regula: Orphanotrophus rationes reddere iure antiquo non tenebatur. *dict.l.* 30.*§.fin.* Quod mutatur *d.c.*131.§.*res verò,in fin. & Nouell. constit.*123.§.*œconomos.*

V. Regula, Orphanotrophus, ptochotrophus, nosocomus, & similes, res suas, post tale officium adquisitas,alienare non possunt. *d. Nouell.c.*131.*interdicimus.vers.atq; omnia.*

II. DE REBVS ET PRIVILEGIIS orphanotrophiorum, ptochotrophiorum,&c.

I. Regula:Eadem habent priuilegia, quæ Ecclesiæ.*Nouell.c.*131.§. *penult.l. omnia.* 33. *in fin. C. de episc.& clericis.*

II. Regula, Confirmantur horum collegiorum priuilegia *d.l.*33.

III. Regula:Donatio his facta non eget insinuatione. approbatur simul & distinguitur *l. illud quod,*16, *C.de sacros. eccles.*

IV. Regula, Res his collegiis ex causis lucratiuis adquisitæ, à lucratiuorum inscriptionibus sunt immunes.*l.sancimus.*18. *C.de sacrosanctis Eccles.* Reliqua orphanotrophiorum,xenodochiorum, prochotrophiorum, &c. iura vide, vt dixi, in superioribus capitibus de rebus Ecclesiasticis.

DE IVRE IMPERATORIS & Fisci. CAP. X.

HActenus de iure Ecclesiastico, eiusq; partibus ac membris est dictum. Sequitur nunc de iure Imperatoris & fisci; de quo, vt in præcedẽtibus,primum dicemus de personis seu ministris Imperatoris& fisci,deinde de rebus tam adquirendis,quàm alienandis, atq; priuilegiis.

DE PERSONIS, SEV MINISTRIS Imperatoris & fisci.

I. Regula, De hisce sine satisdatione non ordinandis,proponitur *l.priuatæ.*14.*C.de murilegulis.*

II. Regula, De officio eorum qui sunt in domo seu aula Imperatoris in genere, præcipitur *l. vnica.C.de conduct.& procuratorib.*

I. DE PROCVRATORE CÆSARIS vel rationalis.

I. Regula:Acta à procuratoreCæsaris perinde habentur,ac si ab ipso Cæsare acta essent.*l.*1.*in prin.& §.fin.ff.de officio procurat.Cæsaris.*Huius exceptio prima est; Nisi procurator nomine Cæsaris damnosam adierit hæreditatem.*l.*2.*ff.d.tt.* Secunda:Nisi rem Cæsaris tanquam suam tradiderit,*l.*1.§.1.*ff.eod.tt.* Tertia:Nisi rem Cæsaris alienauerit.*d.l.* 1.§. *denique,* Plures huiusmodi exceptiones vide *infr.in regulis proximis.*

II. Regula, Procurator Cæsaris pœnæ constituendæ ius non habet.*l.curatores.* 3. *in prin. ff. de officio procurat.Cæsaris.*Plura de hac re vide *supr.lib.* 1.*c.*18.*except.*1.

III. Regula: Procurator Cæsaris ius prohibendi non habet,ne in prædia Cæsaris qui accedat.*d.l.*3.§.1.

IV. Regula: Procurator Cæsaris quod prohibuit,eius remittendi ius non habet.*d.*§.1.

V. Regula:Fundi templorum ad curam procuratoris Cæsaris pertinent.*l.vniuersi,*4.*C. de fundis rei priuatæ.*

VI. Regula, Fisco agente, procurator Cæsaris vel fisci iudex competens est, *per ea quæ dicta sunt supr.lib,prox.cap.*2.*except.*11.

VII. Regula: Procurator Cæsaris non debet cognoscere absente fisci aduocato.*l vltim.C de aduocatis fisci.* Plures huiusmodi regulas vide *paulo infr.persona.*3.

II. DE COMITE ATQVE PALATINIS sacrarum & priuatarum largitionum.

I. Regula,De officio horum, proponitur *l.vnica. C.de offic.comitis sacrarum largitionum.*

II. Regula,Itidem de officio, habetur *l.*1. *C. de officio comitis rerum priuatarum.*

III. Regula,Itidem de officio,proponitur *l.*2. *C.d.tt.*

IV. Regula, De iurisdictione comitis rerum priuatarum defendenda,habetur *l.si quis.*3. *C.d.tt.*

V. Regula, De immunitate horum, *l.*1.*C.de palatinis sacrar.larg.& rerum priuatarum.* Plura vide *infr.eod.lib.c.*37.*reg.*24.

VI. Regula, De priuilegio quodam palatinorum,proponitur *l.prisco.*3.*C.d.tt.*

VII. Regula, De reuerentia palatinis à iudicibus etiam maioribus præstanda, & vt nihil illis cum iudicibus sit commune, habetur *l. nihil.* 4.*C.d.tt.*

VIII. Regula:Princeps palatinorum effectus ad aliam dignitatem adspirare non potest, *l. quidam.*5.*& l.scriniis.*7.*C.de palatinis sacr.larg.*

IX. Regula, De numero palatinorum & scriniariorum, proponitur *d.l.*7.

X. Regula:Palatini transmissi per prouincias, anno elapso cingulo liberantur.*l.placuit.* 8. *C. d.tt.*

XI. Regula,De illis sine principis authoritate non alienandis,habetur *l.non aliter* 9.*C. eod.tt.*

XII. Regula: Idem tempus agendi præstituitur officiis sacrarum largitionum, quod definitum est proximis sacrorum scriniorum, *l. ad similitudinem.*11.*C.de palatinis sacrarum larg.*Sanctio,cuius ibi fit mentio,habetur*l pro biennio.*6.*C.de prox. sacror. scrinior.*

XIII. Regula,Palatini ne quid à priuatis Cæsaris emant,proponitur *l. vltimi. C.de rescind.vend.* Hactenus de comite atque palatinis sacrarum & priuatarum largitionum sit dictum. Plura de iisdem proposita sunt suis locis *supr. lib.*1.*inter magistratuum iura.*

III. DE ADVOCATO FISCI.

I. Regula; Fisci aduocatus contra fiscum patrocinium præstare non potest, *per ea quæ habentur supr.lib.prox.c.*4.*q.*2.*reg.*12.

II. Regula:Fisci aduocatus commoda fiscalia ne occultet.*l.fisci.*3.*C.de aduocatis fisci.*

III. Regula: Ne fisci nomine priuatos calumniis vexet.*d.l.*3.*& l.*1. *C.de lucris aduocatorum.*

IV. Regula: Quot & qui ordinandi in aduocatos fisci, definitur *l. iubemus.*20. *in princip.l.petitiones* 22.*in princ.& l.binos.*10.*C.de aduocatis diuersorum iudicum.*

V. Regula:Biennio finitur aduocati fisci officium.*l.sancimus.*12.*C.d.tt.*

VI. Regula,De salario aduocati fisci, proponitur *l.restituendæ.*23.*in prin.C.d.tt.* Quando salarium soluendum,definitur *l. per hanc.* 24. §. *sexcenti.C.d.tt.* Quibus soluendum,habetur *l. petitiones.*22.§.*vt autem.l.iubemur.*20 §.*fin. & l.post duos.* 15. *in fin.C.d.tt.*

VII. Regula, De priuilegiis aduocatorum fisci:quorum primum est, quod liberentur à cohortis & curiæ nexibus, cum aliis quibusdam, proponitur *l.cum aduocatio.*8.*C.de aduocatis diuersorum iud.* Planè quod ibi de completo anno dicitur,id mutatum est *per ea quæ proposita sunt paulo supr.reg* 5.*Cui concordat l.aduocatos.*19.*C.eod.tt.*

IX. Regula; A cæteris quoque muneribus sunt immunes.*d.l.*20.§ *vt autem.& d.l.l.*22.§.*vt autem.C.d.tt.*

IX. Regula; Vbi aduocatus fisci conueniendus,definitur *dictis paragraphis Vt autem.*

X. Regula; Aduocatus fisci comitiuam dignitatem sortitur.*l.laudabile.* 21. *in prin. C.de aduocatis diuersorum iud.* Huius exceptio est; Nisi aduocationis officium sit finitum, quod olim anno, hodie biennio finitur.*d.l.*21.*& l.cum aduocatio.*8. *vers. cum comitia consistoriana.C.eod.tt.*

XI. Regula, Finito officio,aduocatus fisci exconsularis moderatoris prouinciæ dignitate decoratur.*l.petitionem.*13.§.*egredientem. C. de aduocatis diuersorum iudicum.*

XII. Regula; Aduocatus fisci, deposito officio,non nisi pro se &certis personis patrocinium potest præstare. approbatur simul & declaratur *d.*§.*egredientem.l.iubemus.*20.§.*adhæc, & l.petitiones.* 22.§.*ad hoc.C.d.tt.*

XIII. Regula; Ædes aduocatorum fisci à metatorum onere sunt immunes. *d.*§. *adhæc. & d.* §. *ad hoc.*

XIV. Regula;Circa sportulas quoque aduocati fisci priuilegium habent.*dictis ll.*Plura vide *infr. reg.*18.

XV. Regula; Alia aduocatorum fisci iura proponuntur *l.laudabile.*21.§.*& si quis. C.d.tt.*

XVI. Regula; Alia huiusmodi priuilegia habentur *l.restituendæ.*23.§.*sacras insuper. C.eod.tt.*

XVII. Regula,De liberis aduocatorum fisci, constituitur *l.petitionem.*13.§.*fin. & d.l.* 21. §. *postquam.C.de aduocat.diuers.iud.*

XIIX. Regula, De priuilegio aduocatorum fisci circa sumptus litis,proponitur *l.per hanc.*24. §.*fin.C. eod. tt.*

XIX. Regula generalis, qua priuilegia aduocatorum fisci confirmantur in genere, habetur *l.sancimus.*12.*in fin.d.l.*13.§.*fin.d.l.*21.§.*fin.d.l.*23. §.*fi. d.l.*24. §.*fi.C.d.tt.*Hæc de aduocatis fisci,sint dicta.

IV. DE EXACTORIBVS ET SVSCEptoribus tributorum & censuum fisci.

I. Regula, De ordinandis ac defendendis susceptoribus; à quibus ordinandi ac defendendi, proponitur *l præcepit.*3.§.*illud. C. de canone largitionalium titul.*

II. Regula, Itidem de ordinandis iis, habetur *l.exactores.*7.*C.de susceptorib. præpositis.*

III. Regula, Qui ordinandi vel non, definitur *l.neminem.*8.*C.d.tt.*

IV. Regula, Quot ordinandi, *l.duos.*13. *C d.tt.*

V. Regula, Itidem de ordinandis susceptoribus,proponitur *l.humiliorib.*14.*C.d.tt.*

VI. Regula, Exactorum officium annale est. *l.neminem.*8.§.*fin. C.de susceptorib.*

VII. Regula,Rationem finito officio reddere coguntur.*d.l.*8.§.*integro igitur.*

VIII. Regula,Susceptores cum arcę ratiociniis nihil habent commune.*d.l.*13.§.*scire autem.*

IX. Regula, Exactores cum possessoribus nihil habebunt commune.*l.missi.*7.§.1.*C. de exactoribus tributorum.*

X. Regula, Quorum ope & intra quantum tempus exigendum, definitur *d.l.*7. *& l. optionib.* 11.*C. de erogat. milit. annonæ.*

XI. Regula, De officio exactionis alij non delegando,proponitur *d.l.*7. *vers.iudices itaq;.*

XII. Regula, Vt exactores ab aliis administrationibus interim abstineant, proponitur simul & distinguitur *l.sancimus. C.de executoribus & exact.*

XIII. Regula,Ne exactionem panis efflagitent, præcipitur *l.*1.*C.de excoct.militaris annonæ.*

XIV. Regula, De scriptura susceptionis &

erogationis conficienda *l.excellentia tua.9. C.de erogatione milit.annonæ.& l.iubemus.16. C.eod.tt.*

XV. Regula: Ne priuatarum rerum executionem simul suscipiat. *Nouell.c.128.§.hoc quoq;*

XVI. Regula: Ne facile delegationes debitorum suscipiant. *d. Nouell.c.128.§.sed & si quis.*

XVII. Regula: Ne nominatores susceptorum quidquam ex eorum substantia emant, cauetur *l.2 in fin.C.de susceptoribus.* Hæc de exactoribus & susceptoribus rerum fisci, Plura horum officia & pœnas vide *infr.c.5.*

V. DE PROCVRATORIBVS metallorum.

De his regula proponitur *l.cum procuratores.4. C.de metallariis.*

VI. DE METALLARIIS, SEV IIS qui metallis fodiendis addicti sunt.

De his proponitur *l.vlt. C.d.tt.*

VII. DE MONETARIIS.

I. Regula: Monetarij vitæ conditionem mutare nequeũt. *l.1.C.de murilegulis.* Huius exceptio est; Nisi beneficio principali fuerint absoluti. approbatur & distinguitur *l.si quis 13.C.eod.tt.*

II. Regula, De matrimoniis horum & vxoribus, habetur *l.ediciminus.7.C.d.tt.*

VIII. DE BAPHEIS, HOC EST TINctoribus pannorum Cæsaris.

I. Regula: Vt abstineant suffragiis, præcipitur *l.2.C.de murileg.*

II. Regula, De tingendo, proponitur *l. vellera. 3.C.de vestibus holobaris.*

IX. DE GYNÆCIARIIS, HOC EST, iis, qui pannos Imperiales texunt.

I. Regula: Vt suffragiis abstineant, cauetur *l. 2.C. de murilegulis.*

II. Regula, De matrimoniis horum & vxoribus, tractatur, *l.ingenuæ.3.C.d.tt.*

III. Regula, De eo qui aliquem ex gynæceis occultat, habetur *l.qui aliquem.5 C.d.tt.*

IV. Regula, De his à sua conditione liberandis, proponitur *l.si quis. 3 C.eod.tt.*

X. DE BASTAGIARIIS.

I. Regula proponitur *l.quod ad præsens.4. C. de murilegulis.*

II. Regula, De militia ab illis non deferenda, *l.aternam.8.C.d.tt.*

XI. DE MVRILEGVLIS.

I. Regula, De conditione vitæ ab illis non deferenda, & de illorum bonis, proponitur *l. murilegulis.11.C.de murilegulis.*

II. Regula, De illis à vitæ conditione liberandis, *l.si quis 13.C.eod.tt.*

III. Regula, De murilegulorum nepotibus ex filia. Hi maternam conditionem sequuntur. *l. hi qui.12.C. eod.tt.*

XII. DE CONCHILEGVLIS.

Liberi horum eiusdem sunt conditionis. *l.vltim C.eod.tt.*

XIII DE FABRICENSIBVS.

I. Regula, De hisce ordinandis seu recipiendis, proponitur *l.si quis.4. C.de fabricensib.*

II. Regula: Fabricenses cum liberis suis isti conditioni sunt addicti. *l.iure prouisum est.5. C. eod. tot. titul.*

III. Regula: Stigmata brachiis fabricensium infligenda. *l.stigmata.3.C.d.tt.*

IV. Regula, De fabricensibus non occultandis, habetur *d.l.3.*

V. Regula; Delictum ab vno fabricensium commissum, ad omnes pertinet. *d.l.5. C.eod.tt.*

VI. Regula: Fabricenses aliena prædia conducere, vel aliena negotia administrare prohibentur, *l.vlt.in princip. C.d.tt.*

VII. Regula, De dignitate primiceriorum fabricæ, proponitur *l.2.C.de fabricensib.*

VIII. Regula, De iudice fabricensium competente, habetur *l.eos qui.6.C.d.tt.*

XIV. DE PISTORIBVS.

De his proponitur *l.vnica.C.de pistoribus.*

XV. DE SVARIIS.

I. Regula, De immunitate horum, tractatur *l.1. C.de suariis.*

II. Regula, De iudice eorum competente, *l.2. C.eod.tt.*

XVI. DE COLONIS ET MANCIpiis Imperatoris & fisci.

I. Regula: Res alienas gerere non possunt, sed rebus tantum Imperatoris vel fisci sunt addicti. *l.2.C.de agricolis & mancipiis dominicis.*

II. Regula: Ab honoribus arcendi sunt, & à muneribus sunt immunes. *l.1.& l.dominicos.5. C. eod.tt.*

III. Regula, De illis ab extraneis officiis reuocandis, proponitur *l.seruis.3. C.eod.tt.*

IV. Regula; Liberi quoq; eorum eiusdem conditionis sunt. *d.l.3. & l.ex ingenuo.4. C.eod.tt.*

V. Regula: De agro priuati patrimonij Cæsaris illi vendendo, proponitur *l.vlt. C. d.tt.*

DE NVNCIATIONE AC DELATIONE ad fiscum. CAP. XI.

HActenus de personis seu familia Imperatoris & fisci dictum est. Plura autem de iis vide *supr.lib.1.c.11.* Nunc de rebus Imperatoris & fisci, partim in genere, partim in specie, nobis est dicendum: & primum de illis adquirendis. Adquiruntur autem fisco res per nunciationem & delationem, per actiones, per tributorum indictionem, exactionem, vectigalia, & commissa, de quibus singulis ordine dispiciendum, & primum de nunciatione ac delatione ad fiscum: vbi etiam causæ actionum fiscalium variæ proponuntur.

I. CAVSÆ EX QVIBVS NVNciatio ad fiscum facienda est, & fisco adquiritur.

I. Causa: Si ei qui capere non potest, quid à defuncto relictum sit, hoc enim fisco adquiritur. approbatur cum aliis *l.1. in prin.ff. de iure fisci. & l. vnica.C.de his qui se deferũt.M.I.R.li.3.c.10.reg.5.* Huius exceptio est: Nisi cum testator in priore testamento vni hæredum præceptiones dedisset, & eius fidei tacitè commisisset; postea alio testamento facto, nullas præceptiones hæredi dederit. Cuius replicatio est; Nisi non probetur, testatoris voluntatem in tacito fideicommisso esse mutatam. quæ exceptio cum sua replicatione approbatur *l. Statius Florus 48.in prin. ff. de iure fisci.* Plura de causa proposita vide *infr. eod.cap.q.5.reg.1. item lib.12 c.3. except.19.*

II. Causa: Si mors defuncti ab eius hęredibus non vindicetur; hoc enim casu hæreditas illis tanquam

tanquam indignis aufertur, & ad fiscum transfertur, *d.l.1.in prin.ff de iure fisci.M.I.R.d.c.10.reg.6.*

III. Causa: Si maritus mortem vxoris necatæ non vindicauerit. hoc enim casu dotem perdit, eaque adquiritur fisco. *l.cum mortem.27. ff. de iure fisci.*

IV. Causa: Si hæres hæreditate sit indignus. *d.l.1.in prin.ff.de iure fisci.M.I.R.d.c.10.reg.8.Vide item inf.lib.12.c.12.*

V. Causa: Si princeps hæres sit institutus. *d. l.1.*

VI. Causa: Si testamentum vel codicilli subrepti dicantur. *d.l.1.* Hanc causam adquirendi fisco alibi non legi, nisi quis intelligat de eo quod habetur *l.1.& l.2.§.fin.ff.si quis aliquem testari prohibuerint.*

VII. Causa: Si quis thesaurum inuenerit. *l.1.in prin ff.de iure fisci.* De hac causa vide *inf.lib.7.c.1.causa 4.except.2.Huc etiam pertinet l.non intelligitur. 3.§. penult.ff.d.tt.quam intellige secundum ea quæ habentur d.except.2.*

VIII. Causa: Si res fisci minoris vendita sit. *d. l.1. in prin.*

IX. Causa: Si fiscus præuaricatione sit victus. *d.l.1.in princip.*

X. Causa: Si reus capitalis criminis sibi mortem consciuerit. *d.l.1.in prin.* De hac causa dictum *sup.lib.1.c.19.q.1.except.7.*

XI. Causa: Si post mortem aliquis reus criminis fiat. *d.l.1.in prin.* Hæc causa videtur intelligenda secundum ea quæ habentur *supr.lib.1.c.13.except. 10.* Plane cum superiore proxima sublata est *per ea quæ dicta sunt sup.d.c.19.in fi.*

XII. Causa: Si domus destructa non reparetur, fisco adquiritur. *d.l.1.in prin.* Plura vide *infr. eo. lib.c.31.de operib.& ædificiis priuatis.reg.6.*

XIII. Causa: Si accusator destitit, pœnam debet fisco *d.l.1.in prin.Vide etiam sup.lib.c.17.in fin.*

XIV. Causa: Si res litigiosa venierit. nam & hoc casu duplum fisco adquiritur. *d.l.1. in prin. De quo vide supr.lib.prox.c.6.q.2.*

XV. Causa: Ex contractu etiam priuato fisco debetur pœna. *d.l.1. in prin.*

XVI. Causa: Si res in commissum incidit. *d.l.1. De quo etiam supr.c.15.de commissis.*

XVII. Causa: Si in fraudem ciuilium munerum quis bona sua alienauit, ea fisco vindicantur. *l.ordine decurionum.15.§.penult.ff.ad municipalem.*

XVIII. Causa: Si quis sine hærede decesserit. *l.1.& l.vacantia.4.C.de bonis vacantibus.M.I.R. d.cap. 10.reg.9.* Exceptio prima est: Nisi bona vacantia soluendo non sint. *l.1.§. an bona.ff.de iure fisci.* Secunda: Nisi intra quadriennium bona vacantia fisco non sint vindicata. *d. l.1.§. diuus. & l.1.C.de quadriennij præscript.* A quo autem tempore curat præscriptio quadriennii, definitur *l. intra quatuor.10.§. quadr ennij.ff. de diuersis tempor. præscript.* Huius replicatio est; Nisi intra quadriennium causa semel sit mota, approbatur sub conditione *d.l.10.in princ.* Tertia exceptio est; Nisi princeps bona vacantia possessori cõcesserit. *d.l.1.C. de quadriennii præscript.* Quarta; Nisi res ei qui sine hærede decessit, & alij cuidam ab Imperatore sit donata. in hac enim re socius succedit. *l. vnica. C.si liberalitatis Imperialis socius.M.I.R.libr.3. cap.10. reg. 9.except.2.& lib.4.cap.5.reg.23.except.9.repl.1.* Quinta. Nisi præfectiarius sine hærede decesserit. *l. cornicularij.3.§.huic sanctioni. C.de apparitoribus præfecti prætorio.*

XIX. Causa, Si lites fisco donentur, reprobatur *l.res quæ 22.§ lites.ff.de iure fisci. Huic concordant ea quæ habentur de alienatione iudicij mutandi causa facta, item supr.libro proxim. capite 6. de re litigiosa non alienanda.*

XX. Causa, Si is qui prouinciæ præest, quid in ea comparauit, eius æstimatio fisco debetur. *l.aufertur.46.§.quod à præside. ff.de iure fisci.* Plura de hac causa vide *supr.lib.1.c.7.reg.4.cum sequentib.*

XXI. Causa; Si miles in ea prouincia, in qua militat, prædium comparauerit, id fisco vindicatur. *l.milites.9.in prin.ff. de re militari. De qua re vide infr.c.21.reg.36.*

XXII. Causa, Obsidum & captiuorum bona fisco vindicantur. *l. diuus Commodus.31. ff. de iure fisci.* Huius exceptio est; Nisi accepto vsu togæ Romanæ, vt ciues Romani egerint. *l. sed si. 32.ff.d.tt.*

XXIII. Causa, Bona eorum qui in aliam ciuitatem iussu principis transferuntur, seu in colonias deducuntur, fisco vindicantur. *l. certa forma. 4.C. de iure fisci.*

XXIV. Causa, Si nauis expulsa fuerat ad littus, vel naufragium factum erat, fisco iure antiquo adquirebatur. *l.9.ff.ad l. Rhodiam de iactu. M. I. R.d.cap.10.regul 10.* Tollitur *l. 1. C. de naufragiis. Cui concordat constitutio Friderici.§.naufragia. M.I.R. dict. reg.10.in fin.item const.t. Carolin pull. iudiciorum art. 219.in princ.*

XXV. Causa, De adquisitione metallica, proponitur *l.1.& l.2.C.de metallariis.* Similis adquisitio habetur *l.per annos.5.C.d.tt.*

XXVI. Causa, De decimis fisco è saxis præstandis, *l.cuncti.3. C.d tt.*

XXVII. Causa, Si mulcta alicui sit indicta. approbatur simul & distinguitur *l.mulctarum.5.C. de modo mulctar.M.I.P.lib.5.cap.1.reg.1. M. I. R. d.cap. 10.regul.12.* Hæc de causis, ex quibus nunciatio fit ad fiscum. Sed & adquiritur fisco ex censibus & tributis, de quibus infr. dicetur. Nunc reliqui nunciationis & delationis ad fiscum loci persequendi.

II. QVIBVS DELATIO AD fiscum competat?

I. Regula, De mulieribus. Hæ deferre nõpossunt. *l.deferre.18.in prin.ff. de iure fisci.* Exceptio est, Nisi seipsas deferant *l. ait diuus Traianus.16.ff.d.tt.*

II. Regula, De pupillis. Hi quoq; deferre non possunt, nisi seipsos deferant. *d.l.16.*

III. Regula, De viris clarissimis, proponitur *d. l.18.ff.de iure fisci.*

IV. Regula, De damnatis iudicio publico. Hi quoque deferre prohibẽtur. *d.l.18.§.1.* Huius exceptio est: Nisi delatio ante damnationem cœpta sit. *d.§.1.*

V. Reg. De veteranis, habetur *d.l.18 §.veterani.*

VI. Regula, De militibus. *d.§.veterani.*

VII. Regula, Ne seruus dominum deferens audiatur, *l.2.§.Imperator.ff.de iure fisci.& l.seruum.6. C.de delatoribus.*

VIII. Regula: Ne libertus patronum deferens audiatur, præcipitur *d.§.Imperator.*

IX. Regula: Ne tutor, vel curator, vel Procurator, deferens eum cuius tutor vel procurator

tor fuit, audiatur. *d.l.*18. §. *item eos, cum seqq. ff. de iure fisci.*

x. Regula, *Ne* venditor emptorem de re vendita deferens audiatur. *d.l.* 18. Plura vide *sup. libr.* 1. *c.*12. *quæst.*5.

De exceptionibus præcedentium exceptionum generalioribus.

Prima exceptio: Nisi is qui deferre non potest, seipsum deferat. approbatur exemplo fœminæ & pupilli, *l. ait diuus Hadrianus.* 16. *ff. de iure fisci.*

Altera, Nisi is qui deferre non potest, causam sibi cum fisco communem deferat. *l. deferre.* 18. §. *sed communem. ff. d. tt.* Plura de huiusmodi exceptionibus vide *supr. lib* 1. *c.* 12. *q.* 5. *in fin.*

III. PER QVOS ET CVM QVIbus delatio competat?

Non nisi cum fisci aduocato permittenda est delatio *l. omnes iudices.* 5. *C. de delatoribus.*

IV. QVAMDIV COMPETAT delatio & nunciatio?

Intra viginti tantum annos competit. *l. quamcunq;* 3. *ff. de requirendis reis. & l. in omnibus.* 13. *in prin. ff. de diuers. tempor. præscriptionibus.* Exceptio prima est, Nisi nondum viginti anni excesserint ex eo tempore, quo ad fiscum pertinere potuit. *l.* 1. §. *præscriptio. ff. de iure fisci.* Secunda; Nisi causa ante vicesimum annum mota, vltra vicesimum annũ tracta sit. *d.l.* 1. §. *penult.* Tertia: Nisi causa ante vicesimum annum ab alio nunciata fuerit, quamuis deserta. *d.l.* 1. §. *fin.* Plane interdum breuius tempus competit, quando scilicet minora tempora custodiri specialiter constitutum est. *d. l.* 13. *in princ. ff. de diuers. tempor. præscript.* Cuius exemplum est in bonis vacantibus nunciandis. *De quo supr. eod. c. q.* 1. *causa.* 18 *exept.* 2.

V. EVENTVS DELATIONIS.

1. Regula: Qui seipsum defert, profitendo, sibi, quod capere non possit, esse relictum, dimidiam partem præmij nomine accipit. *l. edicto.* 13. *in prin. & l. senatus.* 15. §. *senatus. ff. de iure fisci. l. vnica* §. *quod si ab vxore. C. de his qui se deferunt.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi is qui se defert, ex turpi causa capere non possit reprobatur *d.l.* 13. §. *nihil. ff. de iure fisci.* Plane admittitur in casu, de quo vide *inf. except.* 12. Secunda: Nisi id quod defert, antea sit ab alio delatum, vel non lateat. *d.l.* 13. *in princip. &* §. *id autem.* Cuius replicatio est: Nisi nondum aperto testamento, is cuius fidei cõmissum erat, detulerit, *d l.* 13. §. *cum ante.* Tertia exceptio est; Nisi non is cui relictum est, sed hæres eius deferat. Cuius replicatio est; Nisi defunctus, cum se deferre vellet, morte præuentus se deferre non potuit. approbatur cum sua exceptione *d.l.* 13. § *hæredes, cum sequentib.* Quarta exceptio est; Nisi non ei qui se defert, sed seruo eius sit relictum. *d.l.* 13 §. *ad eos.* Quinta; Nisi is qui se defert, ab eo quod ei relictum est, tanquam indignus sit remotus. *d.l.* 13. §. *eos qui. & l. post legatum.* 5. §. *fin. ff. de his quæ vt indignis.* Sexta: Nisi is eave, qui quæve deferre non potest, se deferat. reprobatur *l ait diuus Traianus.* 16. *ff. de iure fisci.* Septima; Nisi eius, cuius fidei tacite commissum est, bona sint publicata. reprobatur *l. Arrianus.* 42. *in princip. ff. de iure fisci.* Octauæ exceptionis loco notãdum, quod is qui se defert, non totius assis, sed dodrantis semissem ferat, habita ratione legis Falcidiæ *l. cum tacitum.* 49. *ff. de iure fisci.* Hæc de prima regula.

11. Regula: Qui alium defert, tertiam eius quod defert partem, præmij loco consequitur. *l. vnica. C. de his qui se deferunt. l. edicto.* 13. §. *extat. ff. de iure fisci. M.I.R. lib.* 1. *c.* 12. *reg.* 58. vbi etiam distinguitur. *& lib.* 3. *c.* 10. *reg.* 15. Huius exceptio prima est: Nisi ante apertas testamenti tabulas detulerit, cum is cui relictum erat, post apertas tabulas seipsum defert. *d.l.* 13. §. *cum ante.* Secunda: Nisi magis suæ causæ, quam fisci gratia detulerit. *l. delator.* 44. *l. fiscus.* 38. § *fin. & l. bona.* 39. §. *eum qui. ff. de iure fisci.*

111. Regula: De euentis & pœna delatoris contumacis, proponitur *l.* 2. §. *senatus. l. senatus.* 15. §. *diuus & §. quod si tribus. & l. Arrianus.* 42. §. *quia autem. ff. de iure fisci.* Huius exceptiones vide *infr. reg. proxim.*

IV. Regula, De pœna delatoris non probantis nec obtinentis, habetur *l. omnes iudices. in fin. C. de delatorib.* Exceptio prima est: Nisi suam magis quam fisci causam delator egerit. *l. deferre.* 18. § *sed communem. l. fiscus.* 38. § *fin. & l. delator.* 44. *ff. de iure fisci.* Secunda: Nisi sui magis defendendi, quam deferendi animo quid dixerit. *l. nulla.* 3. *C. de delatoribus.* Tertia: Nisi reipublicæ causam defendat. *l. ex varia.* 4. *C. d. tt. & l.* 2. *in prin. ff. de iure fisci.* Quarta, Nisi officij necessitate tractus causam detulerit. *l.* 2. *C. de delatorib.* Quinta: Nisi non præmij consequẽdi, sed aduersarij vlciscendi gratia detulerit. approbatur *legib. sup. excep.* 3. *propositis.* Sexta: Nisi quis seipsum per errorem detulerit. approbatur & distinguitur *inf. reg.* 10. Hactenus, an puniendus sit delator non probans, dictum est. nunc quis puniendus, dicendum: vbi sciendum, quod non solum delator, sed eius quoque mandator puniatur. *l. non tantum.* 24. *ff. de iure fisci. l.* 2. §. *diuus Pius ff. eod. tt.* Qua autem pœna puniendus sit debitor non probans, definitur *l. lege Cornel.* 9. §. *fin. ff. ad l. Cornel. de fals. l. senatus.* 15. §. 1. *&* §. *fin. ff. de iure fisci.*

v. Regula; Delatus non cogitur dicere titulum suæ possessionis. *l. extat.* 25. *ff. de iure fisci.*

vi. Regula, Delator cogitur ad finem persequi suam delationem, nec potest desistere. *l. res quæ.* 22 §. *sicut. ff. de iure fisci. De quo vide supr.* 1. *c.* 17. *de tergiuersatione, q.* 2 *reg.* 1.

vii. Regula: Delator cum delato transigere non potest. *l. Arrianus.* 42. §. *quia autem. ff. de iure fisci.*

viii. Regula; Si delatus delatorem vel iudicem corrupit, punitur. *l. Imperatores.* 34 *ff. d. tt.*

ix. Regula; Si delatus delatorem corrupit, vel cum eo pactus est, pro confesso habetur. approbatur & distinguitur *per ea quæ habentur sup. lib.* 1. *c* 13. *in fin. replicatione generali* 2.

x. Regula, Si quis seipsum per errorem detulit, hoc ei non nocet, neque præiudicat. *l. edicto.* 13. § *fin. & l.* 2. *ff. de iure fisci.* Exceptio est: Nisi talis persona seipsam per errorem detulerit, quæ iuris ignorantia non excusatur. *d. l.* 2. §. *fin.*

Hæc de nunciatione & delatione ad fiscum sint dicta.

DE ACTIONIBVS FISCI.

CAP. XII.

PRimo: Caulæ ex quibus fisco competit actio, expositæ sunt *sup. c. prox. in prin.*

II. QVÆ FISCO COMpetat actio?

In rem actio competit. approbatur exemplo *l. Imperator.* 43. *ff. de iure fisci.* Quibus competant actiones fisci, vide *inf. c.* 14. *q.* 1.

III. ADVERSVS QVOS fisco competat actio?

1. Regula, De debitore fisci, & eo qui debitum nomine fisci exegit, proponitur *l.* 2. *C. de conueniend. fisci deb.*

11. Regula, De susceptoribus eorumq; nominatoribus, habetur *l.* 2. *& l. exactores.* 7. *in fin. C. de susceptoribus. l. quoniam.* 3. *C. de conueniendis fisci debit. l. super creandis.* 9. *C. de iure fisci. & Nouell. c.* 128. §. *hoc quoque.*

111. Regula, De collega susceptoris vel exactoris, *l. quoniam.* 3. *C. de conueniend. fisci deb.*

IV. Regula, De debitoribus debitorum fisci. Aduersus nos quoq; fisco competit actio. *l. si debitum* 3. *C. quando fiscus vel priuatus.* Huius exceptio prima est, Nisi debitum negent. *d. l.* 3. Cuius replicatio est: Nisi dilatoria tantum exceptione, debitorum debitores se defendant, hoc enim casu nihilominus ad solutionẽ possunt vrgeri, dummodo certus sit dies. *l.* 1. *C. de condictione ex lege.* Secunda exceptio est: Nisi fisci debitor sit soluendo. *l. non prius.* 4. *C. quando fiscus vel priuatus. & l. non intelligitur.* 3. §. *mutata. ff. de iure fisci.* Tertia: Nisi debitor secundus qui conuenitur, pecunia fiscali non sit factus *d.* §. *multa.* Quarta: Nisi non ex contractu debitor fisci teneatur, sed ex delicto, vel alia causa. *d.* §. *multa.*

v. Regula, De emptoribus & possessoribus bonorum debitoris fisci. Hi quoq; fisco tenentur. *de quo inf. eod. c. q.* 8.

vi. Regula, De eo qui debitorem fiscalem vi exemit. Hic in solidum tenetur. *l. quoties,* 3. *C. de exactoribus tributor.*

IV. QVID VENIAT IN actiones fisci?

1. Regula, De rationibus & instrumentis, hereditate fisco delata, proponitur *l. senatus.* 15. §. *senatus. & l. in fraudem.* 45. §. *ex his bonis. ff. de iure fisci.*

11. Regula, De vsuris fiscalibus, proponitur *infr. lib.* 5. *c.* 7.

111. Regula: Etiam fisco agenti compensatio potest opponi. approbatur & distinguitur *l. aufertur.* 46. §. *vt debitorib. ff. de iure fisci.*

IV. Regula: Vtrum in solidum, an pro parte teneatur hæres, cuius tacite fidei commissum est, definitur *l. Statius Florus.* 48. *in princ. ff. de iure fisci.*

v. Regula, Deducto ære alieno, bona ad fiscum deferuntur. *l. non possunt.* 11. *ff. de iure fisci.*

V. QVANDO ET QVANDIV competant actiones fisci?

i. Regula, De temporis præscriptione hisce opponenda, habetur *l. iustas.* 6. *C. de iure fisci.* Quæ autem sint tempora actionum fiscalium, dictum *supr. c. proxim. q.* 4.

11. Regula; Si priuatus simul & fiscus eandem petat hæreditatem, priuati actio differenda est. *l. apud Iulianum.* 35. *ff. de iure fisci.*

VI. ADIVNCTA HARVM actionum.

1. Regula, *Ne* bona rei conuenti ante sententiam inquietentur, sed defensio illi concedatur, proponitur *l. defensionis.* 7. *C. de iure fisci.*

11. Regula; De probationibus fisci & apochis publicis vide *supr. lib. prox. c.* 17. *cum sequentibus item infr. c.* 14. *q.* 4. *reg.* 5.

VII. EVENTVS ACTIOnum fiscalium.

1. Regula, De dilatione debitori petenti ad soluendum danda, proponitur *l. in fraudem.* 45. §. *fiscalib. ff. de iure fisci.*

11. Regula, De cedenda actione soluenti aduersus cæteros, habetur *l. cum possessor.* 5. *in princ. ff. de censibus.*

111. Regula; Hæres qui fisco tributa soluit, actionem habet aduersus fideicommissarium & legatarium, cui prædia sunt relicta & restituta. *d.l.* 5. §. *qui non.*

IV. Regula; Bonis & hæreditatibus ad fiscum delatis, nihilominus ea quæ in testamento relicta sunt valent. *l. non intelligitur.* 3. §. *cum ex causa. & l. dicitur.* 14. *ff. de iure fisci.* Plures huius loci regulas vide *inf. c.* 14. *de exigendis & suscipiendis tributis.*

VIII. DE ACTIONE QVÆ competit fisco ad id quod debitor ex bonis suis alienauit, repetendum.

Est hæc species actionis fiscalis hic tractanda: quanquam de ea dictum quoq; sit *sup. lib. proxim. cap.* 35. *reg.* 1.

1. CAVSA EX QVA DATVR hæc in rem actio.

Quia fisco omnia debitoris sui bona tacitè pignori sunt obligata, *vt ostẽdum supr. d. regula* 1. si quid ex iis debitor alienauit persequendi ius fisco competit, *per ea quæ dicta sunt sup. d. regula* 1. Exceptio prima esse videtur: Nisi non per donationem, sed alio modo alienauit. sed reprobatur *l. in fraudem.* 45. *in prin. ff. de iure fisci.* Secunda: Nisi non alienauit; sed cum adquirere posset, non adquisiuit. reprobatur *d. l.* 45. *in princip.* Planè admittitur in casu, qui proponitur *l. cum quidam.* 26 *ff. dict. tt.* Tertia exceptio est: Nisi debitor ita mancipium emerit, vt manumittat: hoc enim casu manumissus seruus non reuocatur. *d.l.* 45. §. *à debitore. ff. de iure fisci.* Quarta; Nisi debitor fisci vel eius hæredes sint soluendo. *l. Moschis.* 47. *in princip. ff. eod. tt. & l.* 1. *C. de conueniendis fisci debitoribus.* Quinta, Nisi antequam fisci debitor esse cœperit, alienauit. *approbatur per ea quæ dicta sunt supr. lib. proxim. cap.* 35. *reg.* 1. *exceptione* 4. *distinctione* 2. Sexta; Nisi creditori in solutum sit datum. reprobatur *dict. except.* 4. Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide *d. reg.* 1.

2. QVID VENIAT IN HANC actionem?

1. Regula; Si is cui alienatum est, particeps fraudis fuit, in duplum tenetur. *l. aufertur.* 46. §. 1. *ff. de iure fisci. l. defensionis.* 7. *C. eod tt.* Interdum in

quadruplum fraudis particeps tenetur, *vt l. qui contractibus.8.C.d.tt.d.l.46.§.fin.ff.de iure fisci.*

II. Regula: Si plures in fraudem fisci susceperint, in quantũ singuli teneãtur, definitur *d. §. fin.*

III. Regula, De vsuris. Creditor, à quo fiscus id quod ei solutum est repetit, in vsuras non tenetur. *l.pecunia.5.C. de priuilegio fisci. & l.denique.19. ff. de iure fisci.*

3. EVENTVS PROPOSITÆ actionis.

Si id quod creditori solutũ est, à fisco repetatur, creditori salua manet actio aduersus debitorem eiusq; hæredes. *l. deferre. 18. §.fin.ff.de iure fisci.* Item aduersus fideiussores actio vtilis illi datur *l.sed reuocata.20.ff.eod.tt.* Item pignus manet obligatum. *l.Titius.21.ff.d.tt.*

IX. DE ACTIONE FIscali ex locato.

1. CAVSAS ex quibus hæc actio detur, vide *infr.c.17.quæst.3.*

2. QVID VENIAT IN HAC actione?

I. Regula: Id venit pensionis nomine, de quo conuenit, licet conductor pluris locauerit. *l. Moschis.47.§ fin.ff.de iure fisci.*

II. Regula, Si conductor aliquid ex fundo fiscali transtulerit, vel arbores cæciderit, in quadruplum cõuenitur. *l.in fraudem.45.§.pen.ff.eod.tt.*

III. Regula: Finito tempore conductionis, conductor vel eius fideiussor sequentis temporis nomine non tenetur. *l.nõ intelligitur.3.§. cum quinquennium. ff.de iure fisci.*

3. ADVERSVS QVOS DATVR?

De eo cui locatio facta est, & eo cui is alienauit. Si posterior non sit idoneus, prior tenetur. *l.quicunque.3.C.de fundis rei priuatæ. l. Moschis. 47. §. fin. versic. vt tamen suo periculo.* Plura de actione proposita vide *infr.c.17.* Hæc de actionibus fisci tam in genere, quam in specie, sint dicta. Sed & alias species vide infr. in sequentibus.

DE CENSIBVS ET TRIBVTIS indicendis. CAP. XIII.

NVnc de censibus & tributis dicendum, cum ad res fisco adquirendas spectent. Primum autem de illis indicendis dicetur: deinde de illis exigendis & suscipiendis: postremo de iis transmittendis & transuehendis.

I. QVIBVS INDICVNTVR census vel tributa, quæque sint profitenda?

I. Regula, De personis. Census partim imponitur personis, qui capitatio appellatur: partim rebus. Census qui personis imponitur, definitur *l.cum antea.10.C.de agricolis & censitis.* A qua regula seu capitatione excipiuntur primum ciues, *l.vnica. C.de capitatione ciuium censibus eximenda. & l.1.in princ. C.ne rusticani ad vllum obsequium.* Secundo coloni Thracenses, *l. vnica. C. de colonis Thracensibus.* Tertio minores & maiores ætate, *l.ætatem.3. in prin.ff. de censib.M.I.R. d.cap.10.reg.17. & 131.* Plura de regula proposita vide *infr. cap. 34. cum seqq.*

II. Regula, De rebus. Rebus quoq; census atque tributa indicuntur. *l.2.C.de annonis & tributis. M.I.R.d.c.10.reg. 17.* Exceptio prima esse videtur: Nisi lacus sint, portus vel salinæ. Sed reprobatur *l.forma censuali. 4. §. lacus.ff.de censib.* Secunda, Nisi prædia deserta sint, vel sterilia, reprobatur quidem, sed ita, vt sterilium prædiorum onera fertilibus imponantur, & alterum alteri compensetur, steriliaq; fertilium possessoribus saluo canone adiiciantur, *l.omne territorium.4. C.de censibus & censitoribus.l.2.& l.hæredes scripti.4.cum quinq; legibus sequentibus.C. de omni agro deserto.l.fundos.10. C.de fundis patrimonialibus.* Ex quibus constat, ob prædia sterilia non minui census atq; tributa fisco, sed vel cum qui sterilia habet, ea debere cum fertilibus, quæ habet, compensare; vel si fertilia non habet, alij qui fertilia habet sterilia quoque danda, vt ille sterilia cum fertilibus compenset, & pro rata portione censum præstet. Plane excipitur à proposita regula Ecclesia, *Nouell.c 120. §.ad hæc iubemus.* Si vero nemo sit qui fertilia ea conditione suscipere velit, vt onus sterilium quoque agnoscat, præscribitur aliud remedium *l.1 & l. quisquis.6.in fin. C.de omni agro deserto.* nimirum vt sub triennij immunitate agri steriles suscipientibus addicantur: quo casu ad satisdandum tenentur. *l.quicunq;3.C.d.tt.* Pertinet insuper onus sterilium agrorum ad eos, qui seruos ex desertis agris beneficio Imperatoris perceperũt. *l.quisquis.3.C. de agricolis & censitis.* Porro aliud circa steriles agros beneficium, quo fiscus indemnis seruetur, præstatur, vt scilicet fundos patrimoniales desertos, priuato iure possidere liceat. *l.quincunque.7.in princ.C.de omni agro deserto.l.si qui.5 & l.vniuersi.9.C. de fundis patrimonialibus.* Postremo aliorum quoque fundorum, non patrimonialium, sed priuatorum, desertorum tamen, dominium conceditur occupanti: ita tamen, vt prior dominus intra biennium, restitutis impensis, illud repetere possit, si propria authoritate nouus possessor prædium occupauit. *l.qui agros.8. & l.rura.14 C.de omni agro deserto.* Plane si à peræquatore illud accepit, tunc veteri domino non nisi sex menses ad illud repetendum conceduntur. *l.apud eum.7. C.de censibus & censitoribus. & l.locorum. 11.C. de omni agro deserto.* Hactenus de secunda propositæ regulæ exceptione reprobata, necnon de transferendis prædiis desertis & sterilibus sit dictum. Plura vide *infr.cap.prox.quæst.3.regul. 10. & 11. item quæst. 6. regul.1.* Tertia exceptio est: Nisi prædia sint eorum qui excusantur à muneribus. reprobatur *l.1.C.de indictionibus.l.1.C. de immunitate nemini concedenda, & l.omnes.4.C.de annonis & tributis.* Plura vide *infr.except.proxim.item inf.eod.lib. c.38. excep.9.* Quarta exceptio est: Nisi bona sint eius qui in dignitate positus est. reprobatur *l.obsistere. 9.C. de annonis & tribut. l. actores.4.C.de exactorib. & l. de iis clericis.3.C.de episcop. & cler.* Quinta: Nisi Imperatoris vel ecclesiæ bona sint. reprobatur certa conditione *l.vl im. C. de exactoribus tribut.* Sexta: Nisi prædia Italica sint. *d.l.3. vers.duntaxat prouinciales.C.de episcop & cler.* Septima, Nisi prædia earum ciuitatum & prouinciarum sint, quæ sunt iuris Italici. *l. fin.ff. de censibus.* Quæ autem ciuitates & prouinciæ iuris Italici sint, enumerantur *l.1.ff de censibus.l.fin.l.iuris. 7. & l colonia.6. ff. eod.tt.l.vnica, C.de priuilegis vrbis Constantinopolitanæ:*

Octaua

Octaua exceptio est: Nisi princeps alicui rei, personæ, ciuitati, vel collegio, speciale immunitatis tributorum priuilegium concesserit: eius enim bona ab indictione tributorum sunt libera. *constat exemplis ciuitatum supr. in legibus exceptionis proximæ propositis. M.I.R. d.regul.17. except.1.* Huius replicatio prima est: Nisi per subreptionem rescriptum principis sit impetratum. *l. in fraudem.6.C. de annonis & tributis.* Altera: Nisi persona, cui à principe priuilegium concessum est, decesserit, vel rem alienauerit. *l.ætatem.3.§. rebus.ff. de censib.* Cuius duplicatio prima est: Nisi non personæ, sed rei data sit immunitas, *d. §. rebus M.I.R. d. except.1.replic.1.duplic.1.* Altera: Nisi ciuitati immunitas sit concessa. *l.forma censuali.7.§. quanquam.ff. eod.tt.* Nona exceptio est: Nisi officinæ siue tabernæ sint vrbis Constantinopolitanæ. approbatur simul & distinguitur *Nouell.cap. 43.* Hactenus de prima huius capitis quæstione, quibus scilicet tributa indicenda, vel quæ profitenda sint. Sequuntur nunc reliqua indictionis iura.

II. VBI INDICENDA, VEL profitenda sint?

De loco vbi prædium, cui indicitur, situm est, & de loco vbi dominus domicilium habet, proponitur *d.l.4.§.si vero quis ff.de censibus. M.I.R.d. cap. 10.reg.18.*

III. CVIVS AVTHORITATE indicendum?

Sine principis authoritate indictio census vel tributi non valet. *l.vnica.C.de superindicto. M.I.R.d. cap.10.regul.19.*

IV. QVID ET QVANTVM indicendum?

De hac quæstione vide *infr.cap.prox. quæst.3.*

V. OFFICIA INDICENTIS, ET indicendi modus quis sit?

I. Regula proponitur *l.forma censuali.4.in prin. ff.de censibus.*

II. Regula, De officio profitentis seruos, habetur *d.l.4.§. in seruis.*

III. Regula, De prædiis desertis à peræquatore alij assignandis, & de euentis assignationis, proponitur *supr.eod.c.q.1.reg.2.except.2.*

VI. EVENTVS ET CONSEquentia indictionis.

I. Regula huius loci proponitur *Nouell. c.128.*

II. Regula, *l.susceptores.10.C.de susceptorib.*

III. Regula, *l.1.C.de apochis publicis.*

IV. Regula, *l.2.ff.de censibus.*

V. Regula, Si quis non omnia fuerit professus, proponitur *l.forma.4.§.si quis inquilinum.ff.eod. tit.* Huius etiam loci est, si quid in fraudem census collator egerit. *l.2.& l.si peræquatore. 3.C.de censibus & censitoribus.*

VI. Regula, De iis quæ post censum editum adquisita sunt profitendis, habetur *dict l.4.§. quæ post.*

VII. Regula: Si quis in indicendo grauatum se queratur, quid iuris sit, definitur *l. 1. & l. qui grauatos.5.C.de censibus.*

VIII. Regula, De pœna peræquatoris non recte indicentis, proponitur *l.peræquatores. 6. C.eod. tt. & 7.C.de discussoribus.*

IX. Regula: Si quis emendationem census non recte petierit, nullum ex eo sentit præiudicium. *l.forma.4. §. fin ff.de censib.*

X. Regula: De tributis non grauate soluendis adhortatio proponitur *Nouell.c.8. §. ex quo autem.* Plures propositæ quæstionis regulas vide *infr.cap. proxim.* Hactenus ergo de indicendis censibus atq; tributis sit dictum; nunc de iisdem exigendis ac suscipiendis dicendum.

DE CENSIBVS ET TRIBVTIS EXIgendis, suscipiendis ac transmittendis. CAP. XIV.

I. QVIBVS EXIGENDI AC suscipiendi ius competat?

PRima Regula, De præsidibus prouinciarum, proponitur *l.in fiscalibus.6. C. de exactoribus tributor.l.2.C.de canone larg.titulorum. l.1. C. de collatione fundorum fisc. l.1. C. de executoribus & exactor.l.1. C.de officio præfecti Augustalis. & Nouell.c.134.§.ad hæc iubemus.*

II. Regula, De iudicibus ordinariis horumque officiis, constituitur *l.1.C.de collatione fundorum fiscalium.l.missi.7.C.de exactoribus trib. & l.vlt.C.de collatione fund.patrimonialium.*

III. Regula, De palatinis, habetur *l.2. C.de canone largition.titulorum. & l.1.C.de executoribus & exactoribus.*

IV. Regula, De apparitoribus & militibus *d.l. 1.& d l.7.C.de exactorib. tributorum.*

V. Regula, De exactoribus nominandis à collatoribus, proponitur *Nouell.cap.128.§. quin & in hoc.*

VI. Regula, De canonicario mittendo ad exigendum, habetur *d.§.quin & in hoc.*

II. A QVIBVS TRIBVta exigenda?

I. Regula, De alio quam qui debet, proponitur *l.hac definitione.12.& l.vlt. C.de omni agro deserto. Nouell. c.128.§.item nemo.M.I.R.d.c.10.reg.26.*

II. Regula, De dominis prædiorum & colonis eorum, habetur *l.hi penes.4.& l.colonos.15. C. de agricolis & censitis.* Huius exceptio est: Nisi colonus proprium habeat prædium: pro eo enim ipse, non dominus, conueniendus. *d.l.4.& Nouell. c.128.§.item nemo.*

III. Regula, De possessore fundi & eius authore, seu authoris hæredibus, proponitur *l.1.C. de annonis & tributis.M.I.R.d.cap.10.reg.21.cum seqq. Vide insuper infr.q.prox.reg.11.*

III. QVID ET QVANTVM tributorum nomine exigendum?

I. Regula: Pro quantitate patrimonii quisque tenetur. *l.2. C.de immunitate nemini concedenda.*

II. Regula: De rebus de quibus tributa sunt soluenda, propositum est *supr.c.prox.quæst.1.*

III. Regula, De æstimatione specierum, habetur *l.speciebus 8 C.de cohortalibus.*

IV. Regula, De modis atq; ponderibus, proponitur *l.modios.9.& l.vlt. C.de susceptoribus, præpositis. Nouell.c.128.§.eos verò.*

V. Regula, De auro ponderando, *l.1. C.de ponderatoribus.*

VI. Regula, Si pro argento aurum inferatur, proponitur *l.vnica.C.de argenti precio.*

VII. Re-

VII. Regula, De auro coronario, *l. vnica. C. de auro coronario.*

VIII. Regula: Quot solidi pro vna libra soluendi, definitur *l. quotiescunq;. 4. C. de susceptorib.*

IX. Regula, Si de qualitate solidorum sit contentio, cuius arbitrio standum, definitur *l. 2. C. de ponderatoribus.*

X. Regula: Meliorato fundo & aucto, augetur quoq; eius tributũ. *l. 2. C. de alluuionibus.* Exceptio prima est, Nisi latens sit incrementum, vt per alluuionem, non per inundationem. *l. ea quæ. 3. in prin. C. d. tt.* Altera; Nisi diligentia & sumptibus possessoris, prædia sint meliorata & aucta. *d. l. 3. §. similiter. & l. 2. C. de fundis rei priuatæ.*

XI. Regula, De releuandis tributis ob deterioationem prædiorum, proponitur *l. forma censuali. 4. §. illam enim æquitatem, cum seqq. ff. de censib. & l. 2. C. de alluuionibus. M. I. R. d. c. 10. reg. 32.*

XII. Regula, Præteriti temporis vectigal, annonas vel tributum nouus possessor soluere cogitur. *l. Imperatores. 7. ff. de publicanis. l. cum possessor. 5. §. fin. ff. de censibus l. 1. C. de annonis & tributis. & l. prædiis. 36. ff. de iure fisci.* Huius exceptio est; Nisi prædia deserta, vel quod prior possessor non soluat, ad alium à peræquatore sint translata, hoc enim casu nouus possessor, antea cti temporis tributa vel annonas soluere non cogitur. *l. locorum. 11. §. fin. C. de omni agro deserto. l. apud eum. 7. in princ. C. de censib. l. 2. in fin. C. de fundis rei priuatæ. & Nouell. c. 128. §. si quando.*

XIII. Regula, De præteriti quoq; anni tributis à nouis susceptoribus suscipiendis, proponitur *l. susceptores. 3. C. de susceptorib.*

XIV. Propositæ quæstionis regula proponitur *l. id ab vnaquaq;. 11. C. de annonis & tributis.*

XV. Regula habetur *l. vnica. C. de collatione donatorum.*

XVI. Regula, De ære æstimando, *l. vnica. C. de collatione æris.*

XVII. Regula proponitur *l. modios. 9. versic. & submotis. C. de susceptorib.*

XVIII. Regula, De prædiis desertis & sterilibus releuandis, constituitur *l. si quis. 15. C. de omni agro deserto.*

XIX. Huius loci regula proponitur *Nouell. cap. 128. §. iubemus.*

IV. QVOMODO EXIGENDVM, & de exactorum, nec non susceptorum officiis.

I. Regula; De nunciando prouinciis ante tempus, vt se ad soluendũ præparet. *l. 2. C. de indictionib.*

II. Regula, De nominibus debitorum, exactoribus à tabulariis sub actorum testificatione mõstrandis, proponitur *l. 1. C. de exactorib. tributorum. & l. 2. C. de numerariis.*

III. Regula, De edendis rationibus publicis collatori, vt sciat quid & à qua possessione soluendum, *Nouell. c. 128. §. atque huiusmodi. & l. iustum. 6. C. de edendo.*

IV. Regula, De mandato executionis exhibendo, habetur *d. c. 128. § qui vero.*

V. Regula, De cogendis subditis ad soluendum, præcipitur *Nouell. c. 8. §. proinde cum ita.* Plura de hac re vide *infr. quæst. 6.*

VI. Regula, De apochis soluentibus dandis, constituitur *Nouell. c. 128. §. insuper definimus. Nouell. c. 17. §. compelles etiam. & l. 1. §. sed & aurum. C. de apochis publ.*

VII. Regula: Exacta statim ad thesaurarios prouinciæ referet, ac cõsignabit. *l. 1. C. de canone largitionalium titulorum. l. diu. 6. C. de susceptorib. l. vnica, in fin. C. de officio comitis sacrar. largit. & l. vnica. C. de auri publici persecutor.*

VIII. Regula: Exactor nunciabit quid exactũ sit, quidq; sit perlatum. *l. apparitores. 5. C. de exactoribus tributor.*

IX. Regula: Singulis annis exactor vel susceptor rationem reddet. *l. neminem. 8. §. integro. C. de susceptoribus. l. siue ex. 3. C. de executoribus.* Plura huiusmodi officia vide *supr. c. 10. persona 5. & cap. prox. quæst. 6. item infra in sequentibus.*

V. QVANDO ET QVAMDIV soluenda & exigenda tributa?

Prima huius quæstionis regula proponitur *Nouell. c. 128. §. porrò.*

Altera: Intra anni metas exigendum & soluendum. *l. missi. 7. in prin. C. de exactorib. trib.*

Tertia regula: Etiam particulatim solutio fieri potest: & exactor id quod offertur, quandocunque intra annum cogitur suscipere. *l. placuit. 4. C. de collatione fundorum patrimonialium.*

VI. EVENTVS EXACTIONIS.

I. Regula, De pœna non soluentis, & exigendi modo. Si non soluatur annona, vel tributum, pignora capiuntur & distrahuntur: quibus distractis, emptio rescindi non potest. *l. cum possessor. 5. §. fin. ff. de censib. l. 1. & l. 2. C. de capiendis & distrah. pignorib.* Exceptio prima videtur esse: Nisi cautionem de soluendo offerat debitor. sed reprobatur *d. l. 5. §. fin.* Secunda: Nisi possessor dicat, authorem suum de tributo præteriti temporis esse soluendo. sed & hæc reprobatur *d. §. fin.* Tertia: Nisi debitor, cuius pignus fuit, precium empti pignoris offerat. reprobatur *l. 1. C. si propter publicas pensitationes.* Quarta: Nisi antiquior creditor ius pignoris in re distracta prætendat. reprobatur *d. l. 1.* De qua re vide plura *supr. lib. prox. c. 35. reg. 1.* Quinta: Nisi venditio non solenniter, & præsidis authoritate non præcedente, facta sit. *l. 2. C. d. tt.* Plura vide *supr. libr. prox. cap. 34. quæst. 7. regul. 7. except. 3.* Sexta: Nisi minoris bonis venditis, curator eius non fuerit præsens. *l. si quis. 3. C. d. tt.* Sed & plura vide *d. quæst. 7. regul. 7. item infr. li. 17. cap. 15. in venditione pignorum.* Item aliud remediũ, si non soluantur debita fiscalia, est quod transfertur prædium ad alium. *l. locorum. 11. & l. omniũ. 13. C. de omni agro deserto. l. 2. §. fin. C. de fundis rei priuatæ. l. obsistere. 9. C. de annonis & tributis, l. 2. l. missi. 7. in fin. & l. si diuina. 8. C. de exactorib. tributorum.* Plura de remedio proposito vide *supr. cap. prox. quæst. 1. regul. 2. excipt. 1.* Alterum item remedium coercendæ contumaciæ debitorum, est custodia militaris, *l. 2. C. de exactoribus tributorum.* Postremò aliud datur *Nouell. cap. 134. §. item si in prouinciis. & Nouell. cap. 17. §. ferent autem.* Hactenus de prima regula, seu de contumacia non soluentis coercenda.

II. Regula, Si exactor illicitè exactionem faciat, potest ei resisti, *l. contra, 5. C. de executoribus & exactorib.*

III. Re-

III. Regula. Si plus debito exactum sit, proponitur *l. vnica. C. de superexactorib. l. modios. 9. & l. vl. C. de susceptorib. M. I. P. lib. 5. c. 1. reg. 4.*

IV. Regula, Si minus debito exactum sit, vel remissum, habetur *l. omnes. 3. C. de annonis & tributis. l. præcepit. 3. §. illud. vers. prouident. bus. C. de canone larg. titulor.* Alia huius delicti pœna constituitur *l. præcipimus. 4. C. d. tt.*

V. Regula, Si negligens in exigendo fuerit exactor, pœna proponitur *l. iudices. 10. C. de annonis & tributis.*

VI. Regula: Si exactor vel susceptor oblatum non statim suscipiat, punitur *l. 1. & l. vlt. C. de susceptorib.* Cuius exceptio videtur esse: Nisi non solidum quod debetur, offeratur, verum reprobatur *l. placuit, 4. C. de collatione fundorum patrimonialium.*

VII. Regula: Si exactor aliquid retinuerit, vel in suos vsus conuerterit, in duplum tenetur. *l. missi. 7. §. quod si ad nos. C. de exactoribus tributorum. l. 1. cum duabus legib. sequentibus. C. de his quæ ex publica collatione illata sunt, &c. Vide insuper infr. c. 16. regula 4. & 11.* Hactenus de indicendis, exigendis ac suscipiendis censibus atque tributis est dictum. sequitur nunc de illis transmittendis ac transuehendis.

DE TRIBVTIS TRANSmittendis.

I. QVO SEV AD QVEM locum transmittenda tributa?

PRima regula: Ex locis qui limitibus propiores sunt, ad limites annona transmittenda. *l. pro locis. 5. C. de annona. & l. sicut. 4. C. de erogatione milit. annonæ.*

II. Regula, Ne longius possessores tributa conferre ac transmittere cogantur, proponitur *l. nemo. 7. & l. mediterraneæ. 8. C. de annonis. l. 2. C. de priuilegiis domus Augustæ.*

III. Regula: Ad comites ærarij est deferendum. *l. vlt. in fin. C. de susceptorib.*

II. QVIBVS TRANSVEHENDA locanda tributa, & qua mercede?

De hac re proponitur *l. cum nauarchorum. 4. C. de nauiculariis.*

III. QVÆ QVORVMQVE NAues, publicæ rei transuehendæ teneantur?

I. Regula: Omnes omnino naues huic muneri tenentur. *l. 1. & l. 2. C. de nauibus non excusandis. l. iubemus. 10. C. de sacrosanct. eccles. l. vnica. C. de nauiciis Tyberinis.*

II. Regula, De prædiis nauiculariorum, proponitur *infr. cap. vlt.*

III. Ex quo tempore transuehenda, definitur *l. 3. in fine. C. de naufragijs.*

V. INTRA QVANTVM TEMpus tributa transuehenda?

Intra anni spacium. *l. 2. & l. iudices. 6. C. de nauicularijs.*

VI. DE RELIQVO NAVICVlariorum iure.

I. Regula, De priuata sarcina oneri publico nõ imponenda, proponitur *l. vnica. C. ne quid oneri pub.*

II. Regula, De specie transportanda, à nauicularijs non alienanda, nec vsurpanda, habetur *l. 2. & l. qui fiscales. 5. C. de nauicularijs. l. 3. cum sequente. C. quæ res vendi.*

III. Regula, De nauicularijs non inquietandis, constituitur *l. 1 l. ab his. 3. C. d. tt. l. vnica. C. de littorum & itinerum custodia.*

IV. Regula, De confessione nautarum faciendа, de qualitate specierum susceptarum, habetur *l. 1. C. de canone frumentario.* Plura de iure nauiculariorum vide *infr. c. vlt.*

DE VECTIGALIBVS ET commissis. CAP. XV.

DEfinitio & species vectigalis proponitur *l. inter publica. 17. §. fin ff. de ver. sign.*

DE CONSTITVTIONE vectigalis.

I. CAVSA EX QVA CONSTItuenda vectigalia.

Nõ temere constituenda, sed publica necessitate vrgente. *l. 1. C. vectigalia noua institui non posse.*

II. A QVIBVS ET QVORVM AVthoritate constituenda?

Sine Imperatoris authoritate, nec constitui, nec reformari, nec mutari possunt. *l. vectigalia. 10. in princ. ff. de publicanis, vectig. & commissis. l. 2. & l. non solent. 3. C. vectigalia noua institui non posse. M. I. P. lib. 5. cap. 1. reg. 5.*

III. De quibus rebus vectigal soluendum? *l. 16. §. species. ff. de publicanis.*

IV. EVENTVS CONSTITVTOrum vectigalium.

I. Regula: Si illicite constituta sunt vectigalia, pœna constituitur *l. vnica. §. is qui. ff. ad l. Iuliam de ambitu. M. I. R. lib. 3. c. 10. reg. 20.* Alia pœna habetur *l. vlt. ff. ad l. Iuliam de vi pub.*

II. Regula: Vectigalia ritè constituta præstanda sunt, nec facilè abroganda. *l. vectigalia. 10. C. de vectigalib. & commissis.*

III. Regula: Vectigalis constituti duæ partes fisco, tertia ciuitati debetur. *l. vlt. C. d. tt.*

IV. Regula: In vectigalibus consuetudo spectatur. *l. si publicanus. 4. §. fin. ff. de publicanis. M. I. R. d. cap. 10. reg. 31.*

V. Regula: Rescripta contra vectigalia non valent. *l. quidquid. 12. C. de vectigalib.*

DE LOCANDIS ET CONDVcendis vectigalibus.

I. QVI LOCARE POSSINT?

Etiam ciuitas vectigalia sua locandi licentiam habet. *l. vlt. C. de vectigalib. & commissis.*

II. QVIBVS LOCANDA?

I. Regula, De eo qui licitatione vincit, proponitur *l. penes illum. 4. C. de vectigalib. & commissis.* Cuius exceptio est: Nisi is qui licitatione vincit, non caueat, nec satisdet. *l. locatio. 6. in princ. ff. de publicanis.* De reliquis exceptionibus vide *infr. reguláis sequentes.* Porro hoc loco notandum, quod licitatio præsente præfecto prætorio fit facienda. *l. vlt. in fin. C. vectigalia noua, &c.*

II. Regula, De iis qui reliqua nondum soluerunt, habetur *d. l. 9. §. reliquatores. ff. de publican.*

III. RE-

III. Regula, De debitoribus fisci & reipublicæ, constituitur *d.l.9.§.debitores.*

IV. Regula, De inuito ad conducendum non cogendo, *d.l.9.§.1.& l.non intelligitur.3.§.diuus etiã Hadrianus.ff.de iure fisci.* Huius exceptio est: Nisi prior conductor maximos fructus ex vectigalibus sit consecutus, nec alius sit qui conducere velit. hoc enim casu, finito tempore, ad reconducenda ea est compellendus. *l.cotem.11.§.fin.ff.de publicanis.* De reliquis propositæ quæstionis regulis vide *inf. cap.17.*

III. QVANDO ET QVANDIV locanda?

I. Regula: Finito conductionis tempore rursus locanda sunt. *l.penes illum.4.§.fin.C.de vectigalib. & l.locatio.9.§.1.ff. de publ.*

II. Regula: Non minus triennio sunt locanda, *d.l.4.C.de vectigalib.*

IV. EVENTVS CONDVCTIONIS.

I. Regula: Si vectigalia duobus locata sint, altero minus idoneo constituto, alter eius quoque portionem in se tranferri petere potest. *d.l.9.§.socij.ff.de publicanis.*

II. Regula: Si conductor vectigalis, publicanus, eiusve familia, amplius quàm debetur exegerit, vimq; intulerit, in duplum actio datur. *de qua infr.lib.23.cap.6.*

III. Regula: Si conductor non soluat pensionem, potest à conductione repelli, vel ad vsuras ex mora soluendas cogi. *l.vectigalia.10.§.fin.ff. de publicanis.*

DE COMMISSIS, ET SI NON soluantur vectigalia.

I. CAVSÆ EX QVIBVS COMpetit actio de commissis.

I. Causa: Si quis illicitas merces vendiderit vel vexerit, res incidit in commissum. *l.cotem.11.§.dominus.ff.de publicanis.* Quæ autem sint illicitæ merces, definitur *tum alibi, tum l.2.C.quæ res exportari non debeant. Vide item supr. lib. 1.cap. 22. quæst.1. causa 12.cum sequente.*

II. Causa: Si non salinarius sal vendiderit. *l.si quis.11.C.de vectigalib.*

III. Causa: Si quis præter redẽptorem, cotem ex insula Creta exemerit. approbatur & distinguitur *l.Cæsar.15.ff.de publicanis.*

IV. Causa: Si vectigal non sit solutum. tunc enim res vectigalis in commissum incidit, & fisco, & ciuitatis, cui vectigal debetur, adquiritur. *l.cõmissa.14 ff.de publicanis.M.I.R.d.c.10.reg.35.* Hæc causa distinguitur *sequentib.exceptionib.*

I. Exceptio: Nisi minor ætate non soluerit, vel non professus sit. *l.Imperatores.7.§.fin. & l. interdum.16.§.diuus quoq; ff. de publicanis.*

II. Exceptio: Nisi miles non sit professus, vel non soluerit. *l omnibus.3. C. de vectigalibus & commissis.* Plane, quamuis milites in commissum non incidant, si non soluant vectigal, attamen nihilominus soluere tenentur. *d.l.3.& l.ex præstatione.7.C.eod.tt.*

III. Exceptio: Nisi fiscus non soluat. *l.locatio.9.§.fiscus.ff. de publicanis.*

IV. Exceptio: Nisi negociatores principis non soluant. reprobatur *l.1.C.de commerciis & mercatoribus.*

V. Exceptio: Nisi quis rescripto à soluendis vectigalibus immunitatem fuerit consecutus. reprobatur *l.omnium rerum.6.C.de vectigalibus.* Sed approbatur & distinguitur *supr. 13. quæst.1. reg.2. except.3.*

VI. Exceptio: Nisi nauicularius rem suam in suos vsus transferens, non soluat vectigal. *d.l.6.*

VII. Exceptio, Nisi res à fisco emptas quis trãsuehat, reprobatur *l.locatio.9.§.fin.ff.de publicanis.*

VIII. Exceptio: Nisi legati gentium quid ex solo Romano ad propria deferant. *l.à legatis.8.C. de vectigalibus.*

IX. Exceptio: Nisi præsides in suos vsus res aduehant. approbatur & distinguitur *l.si publicanus.4.§.1.ff.de publicanis.*

X. Exceptio: Nisi res exercitui paratæ transuehantur. *l.locatio.9.§.res exercitui.ff.eod.tt.*

XI. Exceptio: Nisi proprij vsus gratia quid transuehatur. *l.vniuersi.5.C.de vectigalibus. M.I.R. de reg.35.except.4.* Declaratur *l.in lege censoria.203.ff.de verb.signific.*

XII. Exceptio: Nisi ad fiscum quid transuehatur. *d.l.5.*

XIII. Exceptio: Nisi quid exercendi ruris gratia transuehatur *d.l.5.*

XIV. Exceptio: Nisi eæ res transuehantur, quarum vectigal nunquam præstitum est. approbatur & distinguitur *l.locatio.9.§.earum. ff. de publicanis.*

XV. Exceptio: Nisi mancipia veterana transuehantur. approbatur & declaratur *l.interdum.16. §.quoties quis.ff.de publicanis.* Quod autem ibi dicitur de vsualibus mancipiis, id videtur mutatum *per ea quæ habentur supr. except.11.*

XVI. Exceptio: Nisi serui qui sunt in fuga, transuehantur. *d.l.16.§.serui.*

XVII. Exceptio: Nisi per ignorantiam non soluerit. reprobatur *d.l.16.§.licet.* Plane admittitur, si is qui ignorasse se dicit, duplum vectigal soluere est paratus: hoc enim casu rem ipsam recipit, & ita propter ignorantiam mitius punitur. *d.l.16.§.diui quoq; fratres.*

XVIII. Exceptio: Nisi publicanus non instruxit transgredientem. reprobatur *d.l.16.§.diui quoq; Marcus & Commodus.*

XIX. Exceptio: Nisi publicanus decepit profiteri volentem, & in errorem induxit. *dict.§.diui quoque Marcus.*

XX. Exceptio: Nisi propter necessitatem aduersæ tempestatis, onus expositum fuerit, *d.l.16. §.si propter.ff.de publicanis.*

XXI. Exceptio: Nisi concedente publicano non soluerit vectigal, *d.l.16.§.si quis professus.*

XXII. Exceptio: Nisi quinquennium à commisso facto præterierit, *l.2.C.de vectigalib.*

XXIII. Exceptio: Nisi res quæ in commissum incidit, perierit, *d.l.2.*

XXIV. Exceptio: Nisi seruus qui in commissum incidit, manumissus sit, *l.1.C.d.tt.*

XXV. Exceptio: Nisi vectigal solutum sit, subsistit quidem ipso iure, *M.I.R. d.reg.35.except.6.* verum eius replicatio est: Nisi solidum non sit solutum. Declaratur definitione solidi vectigalis, quod est octaua, *l.ex præstatione. 7. & l.à legatis. 8. C.de vectigalibus.* Plures replicationes vide *M.I.R. d.except.6.*

II. AD-

II. ADVERSVS QVOS COMPETAT hæc actio?

I. Regula: In rem actio est: ideoque quilibet possessor rei commissæ hac actione tenetur. *l.Imperatores.7.& l.commissa.14 ff.de publicanis.*

II. Regula, De hærede eius qui non est professus. Hic quoque tenetur. *d.l.14.l.fraudati.8.& l.cotem.11.§.illicitarum.ff.eod.tt.*

III. QVID ET QVANTVM VENIAT in hanc actionem?

I. Regula: Ipsa res, cuius nomine vectigal fuit soluendum, in hanc venit actionem. *l.commissa. 14.ff.de publicanis.*

II. Regula: Si ob delictum socii res cõmunis incidit in commissum, pars tantum socii delinquentis in hanc venit actionem. *l.fraudati.8.in fin. ff.d.tt.*

III. Regula: Interdum non res ipsa, sed eius æstimatio debetur. *l.interdum.16.in prin.ff.eod.tt.*

IV. Regula: Seruis commissis, peculium in commissum non venit. *d.l.16.§.idem.*

IV. QVANDO COMPETIT hæc actio?

Intra quinquennium competit. *l.2.C.de vectigalibus.*

V. QVÆ ACTIO COMPETAT?

In rem actio. *l.Imperatores.7.ff. de publicanis.*

VI. EVENTVS.

Dominus rem commissam emere potest. *l.cotem.11.§.eam rem.ff.de publicanis.*

DE ADMINISTRATIONE ET ALIENAtione rerum fiscalium.

CAP. XVI.

HActenus de rebus fisci adquirendis dictum est: nunc de illis administrandis & alienandis dicendum est.

DE ADMINISTRATIONE RErum fiscalium?

I. Regula, De bonis fisco delatis non occupandis, nisi literis principis ostensis, proponitur *l.prohibitum est.5.C.de iure fisci.*

II. Regula, De bonis fisco delatis, à priuatis petitis non concedendis, habetur *l.1.& l.2.C.de petitionibus bonorum sublatis.*

III. Regula, De rebus fisco delatis incorporandis, præcipitur *l.si quando 3.& l.vacantia.5.C.de bonis vacantibus.*

IV. Regula, De rebus fisci non vsurpandis, nec ad alios vsus transferendis, habetur *l.vlt. C. de conditis in publicis horreis .l. frumenta.5.C.de suscep toribus.l.vsus aquæ 5.C.de fundo rei priuatæ. & l.si quis 9. C.de murilegulis.*

V. Regula, De pecore alieno in pascua principis non mittendo, *l.1. C.de fundis & saltibus rei Tamiacæ.*

VI. Regula, De ædibus principis à priuatis nõ inhabitandis, *l.vnica.C.de palatiis & domib.dominicis.*

VII. Regula, De frumentis fisci curandis, ne corrumpantur. *l.2.C.de conditis in publicis horreis.*

VIII. Regula, De frumentis fisci expendendis & erogandis. *l.1.C.d.tt.*

IX. Regula, De aqua ad irrogandos agros fisci reparanda, proponitur *l. vsus aquæ.5.C.de fundis rei priuatæ.*

X. Regula, De equis principis subtractis, *l.vnica.C.de grege dominico.*

XI. Regula, De pecunia fisci non danda mutuo *l.1.& l.2.C.de his qui ex publicis, & c.l.1. C.de his quæ ex publica collatione illata sunt.*

DE VENDITIONE ET ALIEnatione rerum fiscalium.

QVIBVS VENDENDA.

De re quæ incidit in commissum. Hanc dominus emere non prohibetur. *l. cotem.11.§.eam rem. ff. de publicanis.*

II. QVÆ VENDENDA vel non?

I. Regula, De rebus controuersis, proponitur *l.res quæ.22.in prin.ff. de iure fisci.*

II. Regula, De re alii pignori obligata, *d.l.22.§.1.*

III. Regula, De re fisco cum alio communi, *l.vnica.C.de venditione rerum fiscalium.*

IV. Regula, de actoribus bonorum non vendendis, *l.bonorum.8.l. ne procuratores.30.& l. auferatur.46.§.actores.ff. de iure fisci.*

V. Regula, De prædiis tamiacis, proponitur *l.2. C.de prædiis tamiacis.*

III. QVANTI VENDENDA?

Non quanti ea fiscus emit, sed quanti nunc æstimatur. *l. non intelligitur.3.§. diui fratres.ff. de iure fisci.*

IV. Officium vendentis proponitur. *d.§. diui fratres.*

V. EVENTVS VENDITIONIS, aliusque alienationis, & consequentia.

I. Regula: Res fiscalis alienata, regulariter ad eum pertinet, cui alienata est, nec ei à fisco vel Imperatore potest auocari. *l.1. & l.2. C. ne fiscus rem quam vendidit euincat. l.fundi.4. & l. hi quibus.7. C. de fundis patrimonialibus. l.si curator.5.§.fin.ff. de iure fisci. l.1.C.de fundu rei priuatæ. l.eos qui.4. cum l.seq. C.de diuersis prædiis vrbanis. & l.prædia. 5. C.de locatione prædiorum ciuilium.* Exceptio prima est: Nisi nondum solutum sit precium. *l.si curator.5.§.fin.ff.de iure fisci.* Cuius replicatio prima est: Nisi non vendita sit res fiscalis, sed donata. *l. hi quibus.6. C.de fundis patrimonialibus.* Altera: Nisi iure emphyteutico res sit concessa. *l.possessores.12.C.d.tt.* Secunda exceptio est: Nisi fundus in tractu Orientis positus, alienatus sit. *l.nulli.13 C.eod.tt.* Tertia: Nisi melior conditio postea offeratur. *l. Lucius.21.§.fin. ff. ad municipalem.l.1.C.de vendendis rebus ciuitatis. & l.si tempora. 4. C.de fide instrumentorum & iure hastæ.* Huius replicatio prima est: Nisi non fisci, sed ciuitatis res vendita sit. *d.ll.* Secunda: Nisi non fisci, sed patrimonialis principis, sit vendita. *l. prædia.5. in prin. versicul. sed nec locabitur. C. de locatione prædiorum ciuilium. & l. quicunque. 3. C. de fundis patrimonialibus,* Tertia: Nisi tempus adiectioni præstitum, finitum sit. *l. si tempora. 4. C. de fide instrumentorum & iure hastæ. & l. 2. C. de vendendis rebus ciuit.* Quarta: Nisi prior emptor id quod ab alio adiectum est, soluere sit paratus. *l. congruit. 4. cum l. sequenti §. penultimo. C. de locatione prædiorum ciuitatum.* Hæc de tertia propositæ regulæ exceptione. Quarta exceptio est: Nisi ad tempus, non in perpetuum sit facta alienatio. *dicta l.quinta.§.sane si quis.*

O II. Regu-

II. Regula: Is cui res fiscalis vel patrimonialis alienata est, eius alii rursus alienandæ potestatem habet. *l. his quibus. 6. in fin. C. de fundis patrimonialibus.* Plane regula hæc exceptionem recipit in feudis.

III. Regula: Is cui serui fiscales alienati sunt, illos manumittere potest. *l. possessores. 12. in fin. C. de fundis patrimonialibus.*

IV. Regula: Quiquid à fisco, vel Imperatore comparauit, eius nomine ab alio conueniri non potest: sed datur actio in autorem intra quadriennium. *l. 2. cum seq. C. de quadriennii præscript. Instit. de vsucapionibus. § edicto D. Marci.*

V. Regula: Si prior possessor licitatione victus sit, fructus medii temporis cuius sint, definitur *l. vltim. in prin. ff. de iur. fisci.*

VI. Regula, De tributo præteriti temporis ab emptore agnoscendo proponitur *l. prædiis. 36. ff. de iure fisci. de quo vide supr. 14. quæst. 3. reg. 12.*

VII. Regula de iure creditorum, quibus res à fisco alienata, pignori obligata est, habetur *l. res quæ. 22. §. 1. ff. de iure fisci.*

VIII. Regula: Actio quæ competebat aduersus eum, cuius bona à fisco vendita sunt, competit aduersus bonorum emptorem. *l. eum qui. 41. ff. de iure fisci. l. nec vllam. 13. §. item si quis. ff. de petitione hæreditatis.* Cuius exceptio est: Nisi fisco vendenti actio competebat aduersus eum, cuius bona vendita. hæc enim actio aduersus emptorem danda non est. *l. si quis. 9. C. de fide instrum. & iure hastæ.* Huius replicatio est: Nisi præteriti temporis tributum fisco debeatur. *l. prædiis. 36. ff. de iure fisci.*

DE LOCATIONE ET IVRE EMPHYTEUTICO rerum fiscalium.

CAP. XVII.

I. QVIBVS LOCANDA PRÆDIA fiscalia?

PRima Regula, De minoribus annis, proponitur *l. in fraudem. 45. § fin. ff. de iure fisci.*

II. Regula, De veteribus & nouis conductoribus, vtris potius locanda? vide *supr. cap. prox. quæst. 5. except. 3. replic. 4.*

III. Regula, De palatinis habetur *l. vnica. C. quibus ad conductionem prædiorum fiscalium accedere non licet.*

II. QVANTI LOCANDA?

I. Regula, De pensione in pascuis saltibusque rei priuatæ non amplianda, proponitur *l. 1. C. de pascuis publicis.*

II. Regula: Ob meliorationes emphyteutę pensio seu canon augeri non debet. *l. 2. C. de fundis rei priuatæ. & l. si quis 16. C. de omni agro deserto.*

III. EVENTVS ET IVRA CONDUCTORIS & emphyteutæ.

I. Regula: Periculo locantium officiorum prædia colonis traduntur. *l. 1. C. de locatione prædiorum ciuilium. & l. quicunque 7. in fin. C. de fundis patrimonialibus.*

II. Regula, De cautione à conductore vel emphyteutico præstanda, proponitur *d. l. 1. & d. l. 7.*

III. Regula: Conductor nihil ex fundo fiscali potest transferre. *l. in fraudem. 45. §. conductor. ff. de iure fisci.*

IV. Regula, Emphyteuta ius suum alii potest donare. *l. 1. C. de fundis patrimonialibus.*

V. Regula, De vsu aquæ, proponitur *l. 1. C. de mancipiis & colonis patrimonialibus.*

VI. Regula, Emphyteuta vel emptor fundorum fiscalium non potest expellere colonos fisci. *l. cognouimus. 3. C. d. tt.*

VII. Regula, Emphyteuta non soluens pensionem, cadit emphyteusi. *l. 2. §. si quis autem. C. de fundis rei priuatæ. & l. fundi 4. in fin. C. de fundis patrimonialibus.* Exceptio prima est: Nisi emphyteuta sit minor ætate. *l. 2. C. d. tt.* Secunda videtur esse: Nisi possessor dempto canone fundum comparauit, sed reprobatur *l. nemo. 7. C. de fundis rei priuatæ. l. si quis. 5. C. de diuersis prædiis vrbanis. l. 1. cum duab. legibus sequentibus. C. sine censu vel reliquis.* Plane admittitur, si princeps dictum pactum confirmauerit. *l. ius emphyteutici. 11. C. de fundis patrimonialibus.* Tertia exceptio est: Nisi princeps emphyteutæ prædium patrimoniale donauerit, vel pensionem remiserit. *l. prædia 5. §. sane quia. C. de locatione prædiorum ciuilium.* Quarta videtur: Nisi emphyteuta causetur sterilitatem prædii, sed reprobatur *l. quicunque. 3. in princip. C. de fundis patrimonialibus.*

VIII. Regula, Finito locationis tempore, conductor inuitus in conductione retineri non potest. approbatur & distinguitur *per ea quæ habentur supr. cap. 15 de locandis vectigalibus quæst. 2. reg. 4.* Sed & plura de locatione rerum fiscalium vide *supr. d. c. 15. & cap. 12. in fin.*

IV. Adfine locationis remedium est, additio fundorum desertorum: quod cum aliis quibusdam proponitur *sup. cap. 13. q. 1. reg. 2. except. 2.*

DE PRIVILEGIIS FISCI ET VEstitu Cæsaris.

CAP. XVIII.

I. AN FISCO PRIVILEGIA competant.

VAria sunt fisci priuilegia, quæ proponentur *paulo inferius quæst. 4.* Ista autem priuilegia regulariter quidem fisco competunt: verum exceptio prima est: Nisi fiscus eius cui successit, causam persequatur. approbatur & distinguitur *l. non intelligitur. 3. § si posteriori. & l. fiscus 6. ff. de iure fisci. l. 2. C. de fiscalibus vsuris.*

II. QVIBVS COMPETANT fisci priuilegia?

I. Regula, De Imperatore & Augusta, proponitur *d. l. 6. §. fin. ff. de iure fisci. & l. bene. 3. C. de quadriennii præscriptione.*

II. Regula, De Ciuitatibus. His fisci priuilegia non competunt. *l. simile. 10. & l. Lucius. 21. §. fin. ff. ad municipalem. M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 1.*

III. Regula, De eo qui fisco successit, vel fisco soluit id quod alius debebat. Hic idem in bonis debitoris priuilegium habet, quod habebat fiscus, *per ea quæ dicta sunt supr. lib. prox. cap. 35. reg. 2.*

III. ADVERSVS QVOS COMPEtant priuilegia fisci.

De hæredibus debitoris fisci proponitur *l. eum qui 33. ff. de iure fisci.*

IV. QVÆ

IV. QVÆ SINT FISCI PRIuilegia?

Primum fisci priuilegium est, Quod habeat ius pignoris in bonis debitoris sui, aliisque præferatur creditorib. *de quo sup. lib. prox. cap. 35. reg. 1. dictum est.*

Secundum, Quod fisco maiores debeantur iure antiquo vsuræ, quam hominibus priuatis, *de quo vide inf. lib. 15. c. 7.*

Tertium, Quod contra fiscum sententia lata, intra triennium etiã sine appellatione possit retractari. *l. vnica. C. de sententiis contra fiscum.*

Quartum, Quod is qui à fisco quid comparauit, eius nomine ab alio conueniri non possit, sed detur actio aduersus fiscum intra quadriennium. *l. 2. cum l. seq. C. de quadr. præscrip. item Inst. de vsucap. §. edicto D. Marci.*

Quintum, De instrumentis & actis contra fiscum non edendis, proponitur *l. in fraudem. 45. §. rerum instrumentum. ff. de iure fisci.*

Sextum, De non respondendo contra fiscum, reprobatur *l. non puto. 10. ff. d. tt.*

Septimũ, Quod fiscus euictionis nomine non in duplum, sed in simplum tenetur. *l. si curator. ff. in prin. ff. d. tt.*

Octauum, Quod fisco agente, reus cogatur edere instrumenta. *l. 2. §. 1. ff. d. tt.*

Sunt & plura huiusmodi priuilegia fisci passim suis locis inserta: quorũ exceptio generalis proposita est *sup. quæst. 1.*

V. DE VESTITV CÆSAris & fisci?

Prima huius loci regula proponitur. *l. lotas. 10. 6. de murilegulis.*

Secunda, De vestitu Cæsaris à priuatis non imitando, habetur *l. 1. 2. 3. 4. & 5. C. de vestibus holobaris.*

Tertia, De vestitu Cęsaris in priuatorum officinis non conficiendo, nec ei à priuatis donando proponitur *l. vnica. C. nulli licere in frenis.*

DE MAGISTRATV MIlitari.

CAP. XIX.

HActenus de iure Imperatoris & fisci dictum est: nunc de re seu iure militari dicetur, primum quidem de personis militaribus, deinde de rebus. Inter personas autẽ militares locum primũ obtinent magistratus militares: vt sunt, magistri militum, magistri officiorum, duces, &c. de quibus in hoc capite dicendum.

I. DE OFFICIIS MAGISTRAtus militaris atque ducum.

Prima huius loci regula, proponitur *l. officium. 12. in prin. ff. de re militari.*

Secunda, *d. l. 12. §. 1.*

Tertia, *d. l. 12. § officium.*

Quarta, *l. vlt. C. de officio militarium, &c.*

Quinta, De militibus à numeris & locis ad alios non transferendis, habetur *l. milites. 4. C. de officio magistri militum.*

Sexta, De militibus ad custodiam alicuius non deputandis sine permissu principis, proponitur *l. vlt. vers. omnifariam. C. de erogatione militaris annonæ.*

Septima, De commeatu dando. Parcissime cõmeatus dandus est. *l. officium. 12. §. de re militari. & l. 1. C. de commeatu.*

Octaua, Ne vltra triginta militibus commeatus simul detur, *l. iubemus. 16. §. non danda. §. super & §. sin vero saluberrimam. C. de erogatione militaris annonæ.*

Nona, De militibus in priuatos vsus non vsurpandis proponitur *Nouell. c. 116.*

II. DE IVRISDICTIONE MAGIstratus militaris.

Pagani seu priuati ad iurisdictionem magistratus militaris non pertinent *l. 1. & l. 2. C. de officio militarium iudicum. l. 1. C. de officio magistri militum. l. militaribus. 42. C. de decurionibus. & Nouell. cap. 145.*

III. DE PRIVILEGIIS MAGIstratus militaris.

I. Regula, Ne illis lauacra præstentur, proponitur *l. vnica. C. ne rei militaris comitib. &c.*

II. Regula, Non possunt post completam militiam agentes in reb. fieri, *l. nemo. 3. C. de officio militarium iudicum.*

III. Regula, Filij officialium militarium illis in militia succedunt. *l. 1. & l. 2. C. de filiis officialium militarium.*

IV. DE MAGISTRO MIlitum.

I. Regula, Milites eius iurisdictioni sunt subiecti, estq; iudex competens, *per ea quæ habentur supr. lib. prox. c. 2. excep. 36.*

II. Regula, Ius verberandi degradandiq; senatores non habet. *l. 1. C. de priuilegiis scholarum.*

III. Regula, De magistro militum per Armeniã & cæteras gentes, proponitur *l. cum propitia. 5. C. de officio magistri militum.*

V. DE APPARITORIBVS MAgistri militum.

I. Regula, De horum dignitate, proponitur. *l. numerarios. 4. C. de apparitoribus magistrorum militum.*

II. Regula, De horum immunitate, *d. l. 4. § ita videlicet. & l. 1. C. d. tt.*

III. Regula, Magister militũ horum iudex competens est. *l. 2. C. de officio magistri militum.*

IV. Regula, Qui & quales ordinandi vel non, definitur *l. probari. 3. C. de apparitorib. magistrorum militum.*

VI. DE MAGISTRO OFFIciorum.

I. Regula, Ius habet verberandi degradandiue senatores. *l. 1. vers. ea namq; C. de priuileg. scholarum. & l. scholarium. 3. C. de officio magistri officiorum.*

II. Regula, De relatione ad Imperatorem quot annis facienda, de numero militum, & castrorum cura, proponitur *l. curæ. 4. C. d. tt.*

III. Regula, De quadrimenstruis scholarium breuib. conscribendis & deponendis, *l. iubemus. 5. §. fin. C. d. tt.*

DE MILITIBVS.

CAP. XX.

I. QVI ET QVALES MILITES sint recipiendi?

PRima regula, De seruis non recipiendis, proponitur *l. ab omni. 11. ff. de re militari. & l 2. C. de tyronibus.* Exceptio est: Nisi sciente domino militent. hoc enim casu non solum recipiuntur, sed & ingenui efficiuntur. *l. super seruis. 6. & l. si quis. 7. C. qui militare possunt.*

II. Regula, De iis qui status controuersiam patiuntur, habetur *l. qui status. 8. ff. de re militari.*

III. Regula, De libero homine bona fide seruiente, *d. l. 8.*

IV. Regula, De redempris ab hostibus, *d. l. 8.*

V. Regula, De colonis & saltuensibus, *l. cura. 3. C. qui militare possunt.*

VI. Regula, De curialibus & cohortalibus, *l. omnes. 4. C. d. tt.*

VII. Regula, De eo qui aliam sustinet militiam alterius generis, seu de binis militiis eidē interdictis, proponitur *l. his quidem. 5 C. eod. tt.* Concordantes leges vide *sup. lib. 1. c. 7. reg. 17.*

VIII. Regula, De negotiatoribus. Ne militent, præcipitur *l. vnica. C negociatores ne militent.*

IX. Regula, De eo qui cum vno testiculo natus est. Is iure militabit. *l. qui cum vno. 4. in principio. ff. de re militari.*

X. Regula, De eo qui ad bestias datus est, habetur *d. l. 4. §. 1.*

XI. Regula, De in insulam deportato, *d. l. 4. §. in insulam.*

XII. Regula, De ad tempus relegato, *d. l. 4. §. temporarium.*

XIII. Regula, De damnato iudicio publico, *d. l. 4. §. adulterij.*

XIV. Regula, De reo criminis capitalis, *d. l. 4. §. reus. & l. qui metu. 16. ff d. tt.*

XV. Regula, De eo qui litis causa militiam appetit, proponitur *l. qui militare possunt.* Huius exceptio prima est: Nisi non eo animo, vt aduersario se preciosiorem reddat, militiam appetat. *l. qui cū vno. 4. §. non omnis. ff. de re militari.* Secunda: Nisi de lite sit transactum *d. §. non omnis.* Tertia: Nisi lis sit finita. *d. §. non omnis.*

XVI. Regula, De eo qui in fraudem ciuilium munerum, militiam appetit, constituitur *l. 2. C. qui militare possunt.*

XVII. Regula, De censibus obnoxio, *l. 1. C. de tyronibus.*

XVIII. Regula, De tyrone vago, *d. l. 1.*

XIX. Regula, De veterano, *d. l. 1. & l. vltima. C. de veteranis.*

II. QVORVM AVTORITATE milites recipiendi?

Non nisi authoritate principis *l. neminem. 17. C. de re militari.* Concordantes leges vide *sup. lib. 1. c. 11. quæst. 4.*

III. DE MILITVM PRIuilegiis.

Prima regula, circa expensas litis, proponitur *l. tam collatores. 18. §. vt aiunt, cum seqq. C. de re milit.*

II. Regula, De immunitate militum, proponetur *infr. eod. lib. c. 37. reg. 34.*

III. Regula, De iudice militum competente dictum est *sup. lib. prox. c. 2. quæst. 1. excep. 36.*

IV. Regula, Ne milites de eadem re ad diuersos iudices protrahantur, proponitur *d. l. 18. §. quoniam vero. C. de re militari.*

V. Regula, Si vniuersitas militum conueniatur duo primates & syndicus ab iis rei constituendi. *d. l. 18. §. vt autem. vers. in his.*

VI. Regula, Quorum sumptib. militibus proficiscendum, vel in alieno loco immorādum, definitur *d. l. 18. §. sin vero etiam.*

VII. Regula, De pœnis militum dictum est *supr. lib. prox. c. 14. de militib.*

IV. DE MISSIONIBVS MIlitum.

I. Regula, De diuisione missionum proponitur *l. milites. 13. §. missionum. ff. de re militari. l. 2. §. ignominiæ. ff. de his qui notantur infamia.*

II. Regula, De causaria missione. Hac missi non læduntur existimatione. *l. causaria. 8. Cod. de re militari.*

III. Regula, Causaria missione missis instauratio non solet concedi, *l. semel. 6. C. d. tt.*

IV. Regula, De ignominiosa missione, proponitur *d. l. 13. §. ignominiosa. & l. milites 3. in fin. Cod. de re militari.* Quod autē ibi dicitur de sine ignominia missis, nihilominus de ignominia missis intelligendis, illi quodammodo contradicere videtur *l. 2. §. ignominiæ causa. vers. ignominiosa ff. de his qui notantur infamia.*

V. Regula, De effectu ignominiosæ missionis habetur *l. 1. ff. d. tt. & d. l. 3. C. d. tt.*

V. DE VETERANIS.

I. Regula, Veterani rei rusticæ operam dare nō debent. *l. super. 4. in fin. C. de mancip. & colon. patrimonialibus.*

II. Regula, De horum dignitate, habetur *l. veteranis 3. ff. de veteranis.*

III. Regula, De iis iniuria non afficiendis, *l. 2. C. eod. tt.*

IV. Regula, De horum immunitate proponetur *infr. de causis excusationum & immunitatum, reg. 35.*

V. Regula, De pœnis eorum dictum *sup. lib. 1. c. 14. q. 5. de veteranis.*

VI. Regula, De iudice veteranorum competēte, habetur *l. vlt. C. de veteranis.*

VII. Regula, De veteranis latrocinantib. *l. veterani. 3. C. d. tt.*

VI. DE TYRONIBVS.

Vt posteriore loco ponantur, constituitur *l. tyrones. 3. C. de tyronibus.* Plura vide *sup. lib. 1. c. 7. quæst. 1. regul. 19.*

VII. DE MILITIBVS LIMItaneis.

I. Regula, De castellis horum à nemine alio detinendis, proponitur *l. 2. C. de fundis limitrophis.*

II. Regula, De prædiis ex quibus militibus limitaneis frumenta conferuntur, ab isto munere non subducendis, *l. 1. C. d. tt.*

III. Regula, De agris qui militibus limitaneis sint assignati, immunitate donandis, & non alienandis, habetur *l. agros. 3. C. eod. tt. & l. omnes. 8. C. de fundis patrimonialibus.*

VIII. DE

VIII. DE MILITIBVS CAPTIuis reuersis.

Hi regulariter pristinum ius suum per captiuitatem amissum recipiunt. *l. desertorem. 3. §. is qui ab hostibus. & l. non omnes. 5. à barbaris. & §. qui ab hostibus. ff. de re militari.* Cuius exceptio prima est: Nisi reuersus antea ad hostes transfugerit. *d. §. ab hostibus. & l. postliminium. 19. §. transfugæ. ff. de captiuis.* Altera: Nisi reuersus eius temporis, quo apud hostes fuit, stipendia petat. *l. 1. C. de re militari.* Plura de hac re dicentur *infr. lib. 25. cap. 17. de iure postliminij.* Nunc ad officia & edicta militum transeundum.

DE OFFICIIS ET DELICTIS militum.

CAP. XXI.

PRima regula, De definitione delicti militaris, proponitur *l. omne delictum. 6. in princip. ff. de re militari.*

II. Regula, De diuisione delictorum militum, habetur *l. 2. ff. d. tt.*

III. Regula, Si quis munus militiæ detrectauerit, proponitur *l. qui cum vno. 4. §. qui post. ff. d. tt.*

IV. Regula, Si quis filium suum militiæ subtraxerit, *d. l. 4. §. qui filium.*

V. Regula, Si quis metu hostium languorem simulauit, *d. l. 6. §. exploratores, in fin. ff. d. tt.*

VI. Regula, Si miles se dederit, cui non licet, *l. 2. in fin. ff. d. tt.*

VII. Regula, Si miles contumax sit, & præsidi non obtemperat, pœna desertoris tenetur, & capite punitur, *l. desertorem. 3. §. si præsidis. & d. l. 6. §. contumax. ff. de re militari.* Huius exceptio videtur esse: Nisi miles contumax rem prospere gesserit. sed reprobatur *d. l. 3. §. in bello. ff. d. tt.*

VIII. Regula, Si non reuereatur suum ducem vel præsidem, proponitur *l. milites. 13. §. irreuerens miles. ff. d. tt.*

IX. Regula, Si petulans fuit, aduersum præpositum, vel manus illi intulit, capite punitur. *d. §. irreuerens. & d. l. 6. §. 1. ff. d. tt.*

X. Regula, Si cum posset, præpositum suum nō protexit, aut deseruit, proponitur *d. l. 6. §. fin. & d. l. 3. §. fin ff. d. tt.*

XI. Regula, Si seditionem militum concitauit, *d. l. 3. §. qui seditionem. & l. vlt. §. fin. ff. eod.*

XII. Regula, Si legio in aliquod flagitium conspiret, vel deficiat, definitur *d. §. qui seditionem.*

XIII. Regula, Desertores capite puniuntur. *l. non omnes. 5. §. desertor. & l. qui excubias. 10. in princip. ff. de re militari.* Declaratur definitione desertoris *l. desertorem. 3. §. desertor. ff. dicto tt. & l. 1. §. desertor habebitur. C. de desertoribus.* Exceptio prima est: Nisi quis ex carcere fugerit. hic enim desertoris loco non habetur. *l. milites. 13. §. eius fugam. ff. de re militari.* Secunda: Nisi desertor à patre sit oblatus. *d. l. 13. §. desertorem. & l. qui cum vno. 4. §. qui filium. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi desertor vltro fuerit reuersus. *l. non omnes. 5. in prin. ff. d. tt.* Plane hoc casu deportandus est. *d. l. 5. §. qui in desertione. & dicta l. 13. §. fin. ff. d. tt.* Quarta exceptio est: Nisi desertor postea in aliam militiam nomen dederit. *d. l. 4. §. qui post. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi plures simul deseruerint, *l. desertorem. 3. §. si plures. & dicta l. 5. in prin. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi desertor tyro fuerit. *d. §. si plures.* Septima: Nisi in pace, non in bello deseruit militiam. *d. l. 5. §. qui in pace.* Octaua: Nisi alibi quam in vrbe, desertor deprehendatur. hoc enim casu restitui potest, nisi secundo deseruerit. *d. l. 5. §. desertor.* Nona: Nisi desertioni aliud quoque crimen sit adiunctum: hoc enim casu simplex pœna non sufficit. *d. l. 5. in principio. & §. qui desertioni.* Postremo propositæ regulæ aliæ exceptiones cum iam enumeratis proponuntur *d. l. 5. in princ. ff. de re militari.*

XIV. Regula; Itidem de pœna desertorum, habetur *l. desertorem. 3. §. qui micitiæ. ff. d. tt.*

XV. Regula, De alia desertorum pœna, proponitur *l. defunctorum. 4. C. eod. tt.*

XVI. Regula, Itidem de desertoribus, constituitur *l. 2. C. de desertorib. & l. 2. C. quando liceat vnicuique sine iudice, &c.*

XVII. Regula, De pœna eorum qui desertores recipiunt & occultant, *l. 1. in principio. C. de desertoribus.*

XVIII. Regula, De vagantibus & emansoribus, *l. qui cum vno. 4. §. edictum. ff. de re militari.* Emansor definitur *l. desertorem. 3. §. emansor. ff. eod. tt.* Pœna autem vagantium & emansorum est arbitraria. *l. tribuni. 11. & l. nemo. 13. §. finali. C. de re militari.* Propositæ regulæ exceptiones breuiter cumulantur *d. l. 4. §. fin.*

XIX. Regula, Si in exploratione emanet, aut à fossa recedit, *l. desertorem. 3. §. is qui. ff. de re militari.*

XX. Regula, Si stationis munus reliquit, *d. l. 3. §. qui stationis.*

XXI. Regula, Si relictis castris ad deprædationem & latrocinium se conferat, *l. qui relictis. 3. C. de desertoribus.*

XXII. Regula, Si sine commeatu abfit, *l. si quis. 3. C. de commeatu.*

XXIII. Regula, Si ad diem commeatus non adsit, *l. desertorem. 3. § si ad diem. & l. qui commeatus. 14. ff. de re militari.* Alia huius delicti pœna constituitur *l. 2. C. de commeatu.*

XXIV. Regula, De transfugis proponitur *l. proditores. 7. ff. de re militari.* Alia horum pœna proponitur *l. eiusdem legis. 3. §. fin. ff. ad l. Corneliam de sicariis. M. I. R. lib. 3. cap. 10. regul. 43.* Alia item pœna habetur *l. si quis. 38. §. 1. ff. de pœnis. & l. desertorem. 3. §. is qui. ff. de re militari.* Exceptio prima est: Nisi casu, non data opera ad hostes peruenerit. *d. §. is qui. & l. non omnes. 5. §. qui captus, in fin. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 43. except. 1.* Altera: Nisi transfuga multos latrones deprehenderit, & transfugas demonstrauerit. *d. l. 5. §. fin.*

XXV. Regula, De proditoribus. Hi capite puniuntur. *l. omne delictum. 6. §. exploratores. & l. proditores. 7. ff. de re militari. l. si quis. 38. §. 1. ff. de pœnis. M. I. R. d. c. 10. reg. 44.*

XXVI. Regula, Si captus, cum posset, non reddiit, pro transfuga habetur. *d. l. 5. §. qui captus. ff. de re militari.*

XXVII. Regula: Si in acie prior fugam capessit, capite punitur *d. l. 6. §. qui in acie. ff. d. tt.*

XXVIII. Regula: Si agmen excesserit, pœna proponitur *l. desertorem 3. §. in bello ff. d. tt.*

XXIX. Regula: Si vallum transcendat, per murum castra ingrediatur, aut fossam transiliat,

pœna constituitur *dicto §. in bello. M.I.R. d. cap. 10. regul. 45.*

xxx. Regula, Si quis causam deprædationis hostium dederit, vel prædam cũ illis diuiserit, *l. si quis. 9. C. de re militari.*

xxxi. Regula, Si se vulnerauerit vel occidit, *l. omne delictum. 6. §. qui vulnerauit. ff. d. tt. & l. si quis 38. §. fin. ff. de pœnis.*

xxxii. Regula, Si miles artem ludicram exercuerit, vel in seruitutem se venire passus est, capite punitur. *l. quædam delicta. 14. ff. d. tt.*

xxxiii. Regula, Si commilitonem vulnerauit, pœna constituitur *d. l. 6. §. si quis commilitonem. ff. de re militari.*

xxxiv. Regula, Est insuper militum delictum segnities atque desidia. *d. l. 9. in prin.*

xxxv. Regula, Ne sibi aliisue operas præstet, vel laboret, vel possessionem conducat, sed suam militiam curet, *l. nemo miles. 15. l. 13. & l. 16. C. de re militari. Nou. c. 16. l. milites. 31. & l. vltim. C. de locato & conducto.* Plane pœna in d. lege vltim. constituta iis, qui facultates suas militibus conducere permittunt, locum non habet, si ignorantes militem esse, eas elocauerint. *l. si ignorans. 50. ff. locati & conducti.*

xxxvi. Regula, Prædia in prouinciis, in quibus militant, comparare non possunt. *l. milites. 9. & l. milites. 13. in prin. ip. ff. de re militari.* Cuius exceptio prima est: Nisi non agrum, sed domum comparauerint. *d. l. 13.* Secunda: Nisi in alia, quã in qua militant, prouincia prædium comparauerint *d. l. 13.* Tertia exceptio esse videtur: Nisi non suo, sed alieno nomine comparauerint, sed reprobatur *d. l. 13.* Quarta: Nisi fiscus bona militis paterna distrahat. *d. l. 9. ff. eod tt. & l. qui officij. 62. ff. de contrahenda emptione.* Quinta: Nisi stipendiis impletis comparauerint. *d. l. 9.* Sexta: Nisi impletis stipendiis, vel missione facta, prædium emptum, fisco nondum sit vindicatum: hoc enim casu emptio confirmatur. *d. l. 9. & d. l. 13. §. 1 ff. de re militari.* Cuius replicatio est: Nisi ignominiosa sit missio. *d. l. 13. § illud.* Septima: Nisi per successionem lucratiuam adquisierit. *d. l. 13. §. fin. ff. d. tt.*

xxxvii. Regula, De officio militis missi ad principem, proponitur *l. nemo. 19. §. si vero. C. de re militari.*

xxxiii. Regula, Si miles arma amisit, vel alienauit. *l. desertorem 3. §. miles. & l. qui commeatus. 14. §. arma. ff. d. tt.*

xxxix. Regula, Si arma aliena subtraxit, *d. l. 3. §. quo aliena.*

xl. Regula, De non conspurcandis fluminib. nec in iis lauando, proponitur *l. cum supra. 12. C. de re militari.*

xli. Regula, De familia militum: ad eos quatenus admittenda, definitur *l. quicunque. 10. C. dicto tt.*

xlii. Regula, Ne sumptibus lædant collatores, *l. tam collatores. 18. §. quibus viris. C. eod. tt. l. cœnaticorum. 3. C. de erogatione militaris annonæ. & Nouell. cap. 129.*

xliii. Regula, De paleis conuectandis, proponitur *l. 2. C. d. tt.*

xliv. Regula, De animalibus militum à pratis & pascuis publicis simul & priuatis arcendis, *l. 2. C. de pascuis publicis.*

xlv. Regula, De transitu militum, proponitur *Nouell. cap. 129.* Hactenus de officiis & delictis militaribus sit dictum. Plura huiusmodi officia atq; delicta vide *infra capite proximo, item supr. lib. 1. cap. 21.*

DE REBVS MILITARIBVS.
CAP. XXII.

CVm de personis militarib. hactenus dictum sit: nunc de rebus militaribus nobis est dicendum. Sunt autem res militares: annona militaris, vestis militaris, hospitia & arma.

I. DE ANNONA MILITARI.

Prima huius loci regula proponitur *l. 1. C. de erogatione militaris annonæ.*

ii. Regula, *l. sicut fieri. 4. versicul. sed in veteranis. C. eod. tt.*

iii. Regula, *l. actuarij. 5. C. eod. tt.*

iv. Regula, *lege fortissimi. 6. & lege nulli. 7. C. eodem tt.*

v. Regula: De fœno præstando, habetur *l. prouincialium. C. d. tt.*

vi. Regula: De paleis conuectandis, *l. 2. C. d. tt.*

vii. Regula, De vino præstando, *l. iubemus. 10. C. eod. tt.*

viii. Regula proponitur *l. septem diebus. 12. C. d. tt. M.I.R. lib. 3. c. 10. reg. 46.*

ix. Regula, *l. repetita. 13. C. d. tt.*

x. Regula, *l. his scholaribus. 14. C. d. tt.*

xi. Regula, *l. annonas. 15. C. d. tt.*

xii. Regula, De iuramento ab erogatore præstando constituitur *l. iubemus. 16. C. d. tt.*

xiii. Regula, Vt erogator manu sua annonam eroget militibus, *d. l. 16. versiculo secundum præsentem.*

xiv. Regula, De pactione inter erogatorem & militem habetur *d. l. 16. versicul. hoc videlicet obseruando.*

xv. Regula, De controuersia occasione iam dictæ pactionis orta, *d. l. 16. §. si qua tamen.*

xvi. Regula, De pecunia absentibus militibus danda, proponitur *d. l. 16. §. super his, cum seqq.* Cuius exceptio prima est: Nisi vltra viginti milites per commeatum absint: his enim qui vltra absunt, non è publico sed à tribuno pecunia præstanda. *d. §. super his.* Altera: Nisi ad custodiam alicuius milites absentes sint deputati: tunc enim ab iis quibus deputati sunt, pecunia præstanda. *l. cum sæpe. 17. in prin. C. d. tt.*

xvii. Regula, De instrumento erogationis cõficiendo, & testimonio perhibendo, dictum *sup. eod. lib. c. 10. persona 4. reg. 14.*

xviii. Regula, Intra quantum temporis annona eroganda, definitur *d. l. 16. §. hoc videlicet.*

xix. Regula, Mortuis militib. pecunia debita, illorum vxoribus atq; liberis debetur *d. l. 16. §. fin. & l. his scholaribus. 14. in fin. C. d. tt.*

xx. Regula proponitur *Nouell. c. 1[illegible]* Hæc de annona militari eroganda potissimũ sint dicta. De eadem autem indicenda, exigenda ac suscipienda, necnon transportanda, vide *sup. eod. lib. c. 13. & 14.*

II. DE VESTE MILITARI.

i. Regula, Quando canonem vestium militariũ tradi

tradi oporteat, definitur *l. 1. C. de veste militari.*

ii. Regula: A quibus & quantum conferendum vestis militaris nomine, habetur *l. 2. C. d. tt.*

iii. Regula: Quantum quibusque militaris vestis nomine soluendum, proponitur *l. fortissimis. 3. cum i. sequent. C. d. tt.*

III. DE HOSPITIIS militum.

i. Regula: Regulariter omnium domus ad milites hospitio excipiendos tenentur. Cuius exceptio prima est: Nisi domus sint fabricensiũ. *l. fabricensium. 4. C. de metatis.* Secunda: Nisi domus sit archiatri sacri palatii vel vrbis Romæ, magistrorum literarum, vel picturæ professorum. *l. archiatros. 8. C. d. tt.* Tertia: Nisi illustrium vel clarissimorum, horumque hæredum domus sit. *l. hac lege 12. C. de metatis.* Huius replicatio prima est: Nisi vltra tres, duas vel vnam domum, ab hospitii onere velint habere excusatas, *d. l. 10.* Secunda: Nisi honorarias dignitates sine actu habeant. *d. l. 10. §. fin. & l. omnes. 9. §. cæteri vero. C. eod. tt.* Tertia: Nisi is qui in dignitate positus est, metatum sibi in alienis domibus vindicauerit. hoc enim casu priuilegium domus suæ amittit. *d. l. 9. §. scituris.* Hęc de tertia exceptione. Quarta est: Nisi domus sit alicuius ex decem post patricerium tribunis. *l. decem. 11. C. de metatis.* Quinta: Nisi domus sit prepositi sacri cubicularii. *l. 2. §. domus quoque. C. de præpositis sacri cub.* Sexta: Nisi domus sit decurionis vel silentiarii. *l. decurionibus. 3 §. domus. C. de silentiariis & decurionibus.* Septima: Nisi domus sit eius qui in sacris scriniis militat. *l. in sacris. 9. in fin. C. de prox. sacror. scrin.* Octaua: Nisi domus sit grãmaticorum, oratorum, medicorum vel philosophorum. *l. vlt. §. vlt. ff. de muneribus.* Reliquas exceptiones vide *infr. in regulis sequentibus.*

ii. Regula, De aliis prædiis, excepta domo. Hæc ab hospitio sunt immunia. *l. deuotum. 5. C. de metatis.*

iii. Regula, De parte domus hospiti concedenda, proponitur *l. 2. C. d. tt. Nouell. cap. 129. §. penult.*

iv. Regula, De ergasteriis mercimonio deputatis. Hæc ab hospitio libera sunt. approbatur & distinguitur *d. l. 2. §. ergasteria vero.*

v. Regula, Quibus competat ius metatorum, seu qui hospitio excipiendi. Hi quorum ædes ab hoc onere sunt immunes, tentatum sibi in alienis ædibus vindicare non possunt. *l. omnes. 9. §. deinde. C. de metatis.*

vi. Regula, De non delenda manu, qua hospitaturi nomen ostio est inscriptum, habetur *l. 1. C. d. tt.*

vii. Regula, proponitur *l. deuotissimos. 7. C. d. tot. tt.*

viii. Regula, Vt miles nihil ad se suumque animal alendum à domino domus exigat, nec diu in hospitio commoretur, *l. deuotum. 5. §. solam sane. & l. 6. C. d. tt. l. vnica. C. de salgamo hospitib. non præstando. M.I.R. d. reg 46.*

ix. Regula, Ne miles balneum à domino ædium postulet, habetur *d. l. 6. & l. vnica. C. ne rei militaris comitilus.*

x. Regula, De præmio hospitii, *l. omnes. 9. C. de metatis.*

IV. DE ARMIS.

De armis transportandis proponitur *l. nullus. 7. §. quoties. C. de fabricensibus.* De his plura vide *supr. cap. prox. reg. 38. cum sequente.* Hactenus ergo de personis & rebus militaribus. De actibus militaribus dictum *supr. inter officia ducum & militum.*

DE IVRE CIVITATVM, AC primum de magistratu municipali.
CAP. XXIII.

IVre militari exposito, de iure ciuitatum nobis dicendum est. Vbi vt in præcedentibus, de personis ciuitatum primum dicetur, deinde de rebus, postremo de ciuitatum actibus, muneribus & honorib. In personis autem ciuitatum primum locum obtinet magistratus municipalis.

I. DE MAGISTRATV MVnicipali in genere.

i. Regula: Vnius hominis vicem sustinet, *l. magistratus. 25. ff. ad municipalem.*

ii. Regula, De cogendo ad magistratum suscipiendum, proponitur *l. si magistratum. 18. & l. Cyrenensium. 20. C. de decurionib.*

iii. Regula: Quæ imperii magis quam iurisdictionis sunt, magistratibus municipalibus non permittuntur. *l. ea quæ. 26. ff. ad municipalem.*

iv. Regula, De iure puniendi seruos, habetur *l. magistratibus. 12. ff. de iurisdictione.*

v. Regula, De exigenda pecunia legatorum, *l. Imperatores. 38. §. Imperatores. ff. ad municipalem.*

vi. Regula, De cautione præstanda, *d. l. 38. §. finali.*

vii. Regula, De actis conficiendis, *l. 2. §. de magistratibus municipalibus.*

viii. Regula: De actione quæ aduersus magistratum competit, vide *infr. c. 39. Sed & huc pertinet l. in honorariis. 34. §. fin. ff. de actionibus & obligationibus.* Hæc de magistratu municipali sint dicta in genere. Plures eiusmodi regulas vide *inf. cap. prox.* Nunc de speciebus magistratus municipalis dicendum: veluti de defensoribus ciuitatum, de duumuiris, de decurionibus, &c. Sed & alias huius species vide *supr. libr. 1.*

II. DE DEFENSORIBVS ciuitatum.

I. DE CREANDIS ILLIS.

i. Qui creandi?

i. Regula, Defensores ciuitatum non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis personis creari debent. *l. 2. C. de defensoribus ciuit.*

ii. Regula, De orthodoxæ fidei viris, proponitur *l. iubemus. 17. C. de episcopali audientia. & l. defensores. 8. C. de defensoribus ciuitatum.*

iii. Regula, De ordine seruando & inuito cogendo, constituitur *Nou. c. 15. §. interea igitur. §. at si ciuitatis. §. cæterum si qua. & §. assumet vero.*

vi. Regula, De eo qui per biennium defensor fuit deponendo, & alio subrogando, habetur *d. §. assumet. §. iusiurandum. & §. præterea vt ii.*

v. Regula, De homine bona opinione eligendo, proponitur *d. cap. 15. §. interea igitur. & d. §. assumet.*

2. A quibus & quorum authoritate creandi defensores?

Definitur *l. iubemus. 16. in fin. C. de episcopali audientia. l. defensores. 8. C. de defensoribus ciuitatum. & Nouell. cap. 15. §. interea igitur, in fin. §. iusiurandum. & §. ac si ciuitatis.*

3. Adiuncta creationis.

De iureiurando ab eo qui defensor creatur præstando, proponitur *d. §. iusiurandum, d. §. ac si ciuitatis. & §. assumet. d. l. 17. C. de episcopali aud.* Hæc de defensore creando sint dicta.

II. DE DEFENSORE REMOuendo, & officio deponendo.

1. Causa, ex qua officium deponendum.

Si biennio fuerit defensor, remouetur, *per ea quæ habentur supr. quæst. 2. reg. 4.*

2. Quorum authoritate defensor remouendus, definitur *l. vlt. C. de defensoribus ciuitatum.* Quæ tamen corrigi videtur *per Nouell. cap. 15. §. iusiurandum. versic. non habente.*

III. DE IVRE ATQVE OFFICIIS defensoris ciuitatum.

I. Regula, De causis quæ ad officium defensoris pertinent, proponitur *l. 1. C. de defensorib. ciuitatum.* Quod autem ibi de quinquaginta solidorum summa dicitur, id mutatum est in trecentos aureos. *Nouell. cap. 15. §. dicantque ius. & §. cognoscent. l. vtili ratione. 3. C. d. tt.*

II. Regula: Defensor in sua ciuitate præsidis prouinciæ locum obtinet. *d. c. 15. §. deinde. & §. nulla facultate.* Declaratur *M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 52.*

III. Regula, De infirmioribus defendendis, habetur *l. in defensorib. 4. C. de defensorib.* Quod autē in princ. legis dicitur, de tempore administrationis quinquennii spacio metiendo, mutatur in biennium *per ea quæ habentur supr. quæst. 2. reg. 4.*

IV. Regula, Itidem de defensorum officio, proponitur *l. defensores. 5. C. d. tt.*

V. Regula, De officio eorum circa latrocinia & alia crimina, constituitur *l. per omnes. 6. l. 7. & l. 8. §. fin. C. d. tt. de defensoribus ciuitatum. item Nouell. cap. 15. §. cognoscent.*

VI. Regula, De officio eorum circa mensuras ac pondera, *l. iubemus. 9. in princ. C. eod. tt.*

VII. Regula: Ne defensorum vicarii constituantur, præcipitur *Nouell. cap. 15. §. nulla facultate. & §. ac si ciuitatis.*

VIII. Regula, De actis apud defensores constituendis. *d. c. 15. §. item vt apud. & d. l. 9. §. illud. C. de defensoribus ciuitatum.*

IX. Regula, De exigendis tributis, *d. c. 15. §. si qui etiam. & §. deinde.*

X. Regula, De appellationibus à defensore ad præsidem faciendis, *Nouell. c. 15. §. enimuero.*

XI. Regula, Si defensor à cohortalibus iniuria sit affectus, proponitur *d. c. 15. §. si quid vero.*

XII. Regula, De sportulis & annonis defensorum, *d. c. 15. §. fient autem.*

XIII. Regula, De domo constituenda, in quam actorum monumenta reponantur, *d. c. 15. §. conficiat.*

XIV. Regula, De ministris defensorum, habetur *d. c. 15. §. habent autem. & §. deinde vt ciuitatum.*

III. DE DVVMVIRIS.

I. Regula, De illis creandis. Qui creandi? De eo qui non est decurio, *l. honores. 7. §. is qui non. ff. de decurionibus.*

II. Regula: Ex contractu magistratus municipalis actio datur in duumuiros. *l. in honorariis. 34. §. fin. ff. de actionibus & obligationibus.*

III. Regula: Extra territorium suæ ciuitatis duumuir potestatem non habet. *l. duumuirum. 53. C. de decurionibus.*

DE DECVRIONIBVS ET CVrialibus.

CAP. XXIV.

TErtia species magistratus municipalis, sunt decuriones & curiales: de quibus in hoc & sequenti capite tractabitur.

I. ETYMOLOGIA seu ratio nominis habetur *l. pupillus. 239. §. decuriones. ff. de verborum significatione. M. I. R. lib. 5. cap. 14. in verbo Decuriones.*

II. DE IVRE ET OFFICIIS decurionum.

I. Regula, De non recedendo à ciuitate sua, proponitur *l. 1. ff. de decurion. l. omnes. 50. l. duumuirũ. 53. & l. si quis. 55. C. eod. tt. l. vnica. C. si curialis relicta ciuitate. item l. vnica. C. de priuileg. corporat. vrbis Romæ.* Huius exceptio prima est: Nisi ob publicam necessitatem à ciuitate recedat. *l. curiales. 25. C. de decurionibus.* Cuius replicatio est: Nisi non impetrata licentia recesserit. *l. si quis. 16. C. eod. tt.* Secunda exceptio videtur: Nisi religionis ergo ciuitatem deserat, vita solitaria assumpta, sed reprobatur *l. quidam. 26. C. d. tt.* Tertia: Nisi aduocatione fungatur qui recedit, reprobatur, teste Accursio, l. Alexandrinis 56. C. de decurionibus.

II. Regula: Ne relicta curia militent, constituitur *l. qui derelicta. 17. l. quamuis 51. & l. si quis. 55. C. eod. tt.*

III. Regula, De decurione curiæ suæ vindicando, habetur *l. generali lege. 54. C. d. tt.*

IV. Regula; De domibus curialium reparandis vel ædificandis, proponitur *l. singularum. 8. C. de ædificiis priuatis.*

V. Regula, Curialis neque procurator, neque conductor alienarum rerum, neq; fideiussor aut mandator conductoris esse potest. *l. curialis. 30. C. de locato & conducto. & l. si quis. 34. C. de decurionibus.* Huius exceptio prima est: Nisi in conductionem curialis successerit. *l. decurio. 4. ff. d. tt.* Altera videtur: Nisi per alium prædia publica colat. sed reprobatur *l. 2. §. 1. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinentium. M. I. P. lib. 5. cap. 12. reg. 61.*

VI. Exceptio, Decurio vectigalia exercere non potest. *l. spurii. 6. §. decurio. ff. de decurionibus.*

VII. Regula, Decurio tabellio esse non potest. *l. vniuersos. 15 C. d. tt.*

VIII. Regula, Per substitutum curiales functiones implere non potest. *l. nullus. 60. C. d. tt.*

IX. Regula: Actionibus publicis vti debent. *l. procuratores. 30. C. eod. tt.*

X. Regula, De pœna decurionis publicam pecuniam decoquentis, vel fraudulenter, in adscriptionibus illicitis versantis, proponitur *l. quilibet. 40. C. eod. tt.*

XI. Regula, De prediis decurionũ sine decreto non alienandis, *l. 1. C. de prædiis decurionũ. & l. ordine*

dine. 15. §. in fraudem. ff. ad municipalem. Huius exceptio prima est; Nisi non vendiderit, sed donauerit, vel alio modo alienauerit: tunc enim etiam sine decreto valet alienatio. *l. curiales. 3. C. de prædiis decurionum.* Plane iam dicta constitutio tollitur, propositaq; exceptio reprobatur *Nouell. c. 38. §. perfecerunt.* Secunda exceptio est: Nisi ante vel propter nuptias donauerit. *d. §. perfecerunt. versic. merito autem. & Nouell. c. 87. §. & quanquam.* Tertia: Nisi ex causa dotis alienauerit. *d. §. & quanquam.* Quarta videtur: Nisi mortis causa donauerit, sed reprobatur *d. §. quanquam.*

XII. Regula: Rebus curialis ex causa lucratiua ad alium translatis, quatuor siliquæ curiæ debentur, *per ea quæ sequuntur.* Declaratur autem regula hæc *l. vnica. §. lucratiuas. C. de imponenda lucratiuis descriptione.* Exceptio prima est: Nisi non ad extraneos, sed ad liberos vel parentes curialis, res eius sint translatæ. *d. l. vnica, in princ.* Cuius replicatio esse videtur: Nisi liberi vel parentes, ad quos peruenit, non sint curiæ addicti. verum reprobatur *d. l. vnica. vers. etsi curiales non sint, & versic. nec interest.* Secunda exceptio est: Nisi curialis sit, ad quem res alterius curialis peruenerit. *d. l. vnica. vers. nisi forte is.* Tertia: Nisi ad Ecclesiam, vel alium venerabilem locum, res curialis peruenerit. *l. sancimus. 18. C. de sacrosanctis Ecclesiis.* Quarta: Nisi res quæ ad alium transit, mobilis sit, non soli. *l. vnica. in prin. C. de imponenda lucrat. descript.* Quinta; Nisi causa dotis, vel antenuptialis donationis, res curialis ad alium sit translata, *d. l. vnica. §. lucratiuas.* Sexta videtur: Nisi res ab eo, cui ex causa lucratiua est alienata, alii rursus ex non lucratiua causa alienata sit, sed reprobatur *d. l. vnica. §. res vero.* Septima: Nisi ex non lucratiua causa, curialis rem suam ad alium transtulerit, approbatur & distinguitur *d. l. vnica. §. fin.*

XIII. Regula; Defuncto decurione, quarta bonorum eius pars ad curiã pertinet. *l. 1. C. quando & quibus quarta pars. &c.* Cuius exceptio prima est: Nisi is qui decurioni succedit, decurio quoque existat. *d. l. 1. & l. 2. in princ. §. ad filiorum. & §. fin. C. d. tt.* Plane exceptio hæc mutari ac tolli videtur *Nouell. c. 38. §. post hæc. de quo paulo infr. dicetur.* Secunda exceptio est; Nisi filia curiali nupta, decurioni successerit. *l. 2. §. ad filiorum. C. quando & quibus quarta pars, &c.* Huius replicatio est: Nisi præter filiam defuncti quæ curiali nupsit, & alii sint defuncti hæredes non curiales. *l. si quis. 3. §. ad hoc sancimus. C. d. tt.* Tertia exceptio est; Nisi mater vel auia curiali nupta, defuncto decurioni successerit. *l. 2. §. fin. C. eod. tt.* Quarta: Nisi defunctus sponte sese curiæ addixerit. approbatur simul & distinguitur *l. eos qui. 4. C. de his qui sponte pub. mun. subeunt.* Quinta: Nisi de causa sit transactum, *l. 2. §. in omnibus. C. quando & quibus quarta pars, &c.* Hactenus de eo, an quarta pars bonorũ decurionis defuncti ad curiam pertineat, excussum est; nunc quomodo pertineat, seu diuidenda sint bona defuncti, & quarta separanda, dicẽdum. quæ quidem quæstio definitur *l. 2. in princ. vsque ad §. ad filiorum. C. quando & quibus quarta, &c.* Sed quæ ibi de quarta bonorum parte defuncti decurionis, curiæ debita, dicuntur, mutata sunt, & pro quarta parte dodrans est constituta, *Nouell. c. 38. §. quoniam vero, cum sequentibus.* Cuius iuris noui exceptio prima est: Nisi defunctus liberos reliquerit. *d. §. quoniam vero, & §. enimuero, cum sequentibus.* Huius replicatio prima est; Nisi fœmellæ tantum, non masculi liberi defuncto decurioni successerint curialibus non nuptæ; hoc enim casu, proposita exceptione non obstante, dodrans nihilominus curiæ debetur. *d. §. enimuero. versicul. aut si hoc voluerit. Nouell. cap. 101. §. at vero si quis decedat.* Secunda: Nisi liberi qui defuncto decurioni hæredes existunt, illegitimi sint. subsistit quidem ipso iure, verum eius duplicatio est; Nisi liberi illegitimi hæredes existentes, curiæ sese obtulerint, vel à defuncto hæredes scripti sint, *d. cap. 38 §. si cui vero.* Tertia replicatio est; Nisi ex ancilla nati sint liberi. approbatur simul & sub prædicta conditione distinguitur, *d. §. si cui vero.* Hæc de prima noui iuris exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi hæres defuncti decurionis, curiæ sese obtulerit. *Nouell. cap. 101. in princip.* Hæc de successione curiæ in bona defuncti decurionis.

XIV. Regula; Ne decurio moriturus liberis suis curialibus, vel filiabus suis, quæ curialibus nupserint, minus quarta bonorum suorum parte relinquat, constituitur *l. si quis. 3. in pr. C. quando & quibus quarta pars, &c.* Quod tamen hodie mutatum est in dodrantem, *Nouell. cap. 38. §. si neque masculi, cum seqq.*

XV. Regula, De immunitate curialium, proponitur *l. curiales. 21. C. de decurionib.* de qua re plura habentur *infr. cap. 37. reg. 15.*

VI. Regula, De decurionibus non torquendis, nec corporalibus pœnis subiciendis, habetur *l. vlt. ff. de decurionib. l. omnes. 33. l. quinque 57. & l. eum qui 58. C. eod. tt. l. 1. C. de decurialib. vrbis Romæ:* Plura vide *supr. libro 2. cap. 16. quæst. 2. reg. 2. ex. ept. 3. repl. 9.*

XVII. Regula, De decurionibus pauperibus alendis. *l. decurionib. 8. ff. de decurionib.*

XVIII. Regula, De decurione ordine moto, ac restituto, proponitur *l. 2. in prin. ff. eod. tt.* De quo plura vide *supr. lib. 1. c. 6. quæst. 1. reg. 2. except. 1.*

XIX. Regula, De curialibus qui continuam dignitatem sunt adepti, *l. curiales 47. C. de decurionibus.*

XX. Regula, De dignitate primi curiæ, *l. Alexandrinis. 56. in fin. C. d. tt.*

XXI. Regula, De filiis decurionum. Hi curiæ muneribus obnoxii sunt. *l. si quis 55. in fin. & l. in successione. 48. C. de decurionib. l. quicunque. 7. in princ. C. de princip. agentium in reb. Plures leges concordantes vide supr. reg. 13.* Exceptio prima est: Nisi quis sponte curiæ sese obtulerit: huius enim liberi curiæ non sunt obnoxii. *l. qui conditioni. 3. & lib. 4. C. de his qui sponte publica, &c.* Cuius replicatio est; Nisi pater filium naturalem curiæ offerat: hoc enim casu tam is qui sponte oblatus est, quam eius liberi curiæ sunt obnoxii. *d. l. 4. §. fin.* Secunda exceptio videtur: Nisi mater filii alterius sit originis vel conditionis, & nisi contrarium rescriptum impetrauerit, sed reprobatur *l. exemplo. 36. C. de decurionib. & Nou. c. 38. §. ad hæc quoniam, cum sequentib.* Similẽ exceptionẽ, sed approbatã vide, *infr. exc. 7.* Tertia; Nisi filii decurionum aduocati

aduocati sint, reprobatur *l. in filiis. 35. C. de decurionibus.* Quarta: Nisi patres ex stirpe curiali magistri sint. reprobatur *d. l. 35.* Quinta: Nisi pater vel auus miles fuerit. reprobatur *l. priuilegio. 27. C. eod. tt.* Sexta: Nisi non pater, sed auus maternus curialis fuerit. approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est in curiis Antiochenis. *l. eos indulserunt. 22. & l. si ille. 62. C. 8. de decurionib.* Cuius duplicatio prima proponitur in certis personis. *l. neque Dorotheum. 61. C. d. tt.* Altera est: Nisi nepoti ex filia, nulla de curiali conditione controuersia sit mota: hoc enim casu nec eius liberis controuersia est mouenda. *d. l. 62. C. d. tt.* Septima exceptio est: Nisi matrem filius habeat inquilinam domus Cæsaris. *l. nati. 29. C. de decurionibus.* Octaua: Nisi filius in dignitate positus sit, vel pater eius à decurio natu liberatus. *De hac re vide infr. eod. lib. c. 37. quæst. 1. reg 13.* Sed & plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *infr. cap. 35. quæst. 5. cum capitibus sequentib.*

XXII. Regula, De priuilegiis filiorum decurionis. Non torquentur, nec aliis plebeiorũ pœnis subiiciuntur, *per ea quæ habentur supr. li. 1. cap. 14. de liberis decurionum. item cap. 16. quæst. 2. regula 2. except. 3. replic. 9.* Exceptio prima esse videtur: Nisi pater eorum, ignominia notatus fuerit, sed reprobatur *l. 2. §. in auo. & §. nullum. ff. de decurionibus.* Secunda: Nisi pater ordine motus fuerit, vel relegatus. *d. §. in auo.* Cuius replicatio prima est: Nisi post conceptionem filii, pater ordine motus sit, vel relegatus. *d. §. in auo.* Altera: Nisi ad tempus ordine motus sit pater. *d. l. 2. §. si ad tempus.* Tertia exceptio videtur: Nisi filius, antequam pater decurio fieret, conceptus & natus sit, sed reprobatur *d. l. 2. §. in filiis.* Quarta: Nisi & conceptionis & natiuitatis filii tempore pater decurio non fuerit, medio tempore fuerit. reprobatur *d. l. §. præterea.* Quinta: Nisi non naturalis, sed adoptiuus sit filius. reprobatur *l. cum adoptiuum. 4. C. de decurionib.* Sexta: Nisi in seruitute natus sit filius. *l. ex libera. 6. C. de legit. liberis.* Septima: Nisi non sit legitimus decurionis filius. *elicitur ex d. l. 6.*

XXIII. Regula, De ordine & albo decurionum, proponitur *l. 1. & l. 2. ff. de albo scribendo.* Huius exceptio est: Nisi is qui ordine præcessit ordine motus sit, vel relegatus, partim approbatur, partim reprobatur hæc exceptio *l. 2. §. restitutus ff. de decurionibus.* Sed & aliæ duæ regulæ de ordine decurionum habentur *l. spurii. 6. §. fin. ff. de decurionibus. & l. in albo. 9. C. eod. tt.*

XXIV. Regula, De actione quæ ex administratione decurionatus competit, proponetur *infr. eod. lib. cap. 39.*

XXV. Regula, De decretis ab ordine decurionum factis. Hæc regulariter rata sunt, & committens aduersus ea punitur. *l. quod semel. 5. ff. de decretis ab ordine faciend. M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 55.* Exceptio prima est: Nisi publice vtile sit, decretum rescindi. *d. l. 5.* Secunda: Nisi munus vel salarium alicui è publico decreuerint. *l. ambitiosa. 4. ff. d. tt. & l. vnica. C. de præbendo salario.* Huius replicatio prima est: Nisi ob liberalem artem vel medicinam alicui à decurionum ordine salarium fuerit constitutum. *d. l. 4. & l. 1. C. de decretis decurionum.* Altera: Nisi decurioni pauperi alimenta decreuerint, *l. decurionib. 8. ff. de decurionib.* Tertia exceptio est: Nisi debitorem reipublicæ liberauerint. *d. l. 4. in princip. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Quarta: Nisi immunitatem alicui decreuerint. *l. 1. C. de decretis decurionum.* Quinta: Nisi medicos elegerint vel ordinauerint. reprobatur *l. 1. ff. de decret. ab ordin. faciend.* Sexta: Nisi ambitiosa sint decreta. approbatur & declaratur *d. l. 4. ff. d. tt. & l. 2. C. de decretis decurionum.* Septima: Nisi non legitimò decurionum numero coacto decretum sit. *l. 2. ff. de decretis ab ord. faciend. M. I. R. d. reg. 55. excep. 2.* Legitimus autem numerus est, maior pars decurionum, seu duæ tertiæ. *l. quod maior. 19. ff. ad municipalem, l. lege municipali. 3. ff. de decretis ab ordine. l. nominationum. 45. C. de decurionibus. & l. nulli. 3. cum seq. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. M. I. R. d. except. 2.* Octaua exceptio videtur: Nisi pater vel filius eius, cuius gratia decernitur, suffragium tulerit, aut aliquis eorum qui in patris vel filii sunt potestate. sed reprobatur *l. illud notandum. 5. cum l. sequenti in principio. ff. eod. tt.* Nona: Nisi minor viginti quinque annis decreuerit. *l. spurij. 6. §. 1. ff. de decurionibus. & l. ad rempublicam. 8. ff. de muneribus & honoribus.* Decima: Nisi per ignorantiam aduersus decretum sit factum. *l. municipali. 6. ff. de decretis ab ord. faciend.* Hactenus de iure & officiis decurionum.

III. CAVSÆ AMITTENDI decurionatus.

I. Causa est, Infamia. *l. infamia. 8. C. de decurionibus.*

II. Causa, Cæcitas, reprobatur *d. l. 8.*

III. Causa Senectus, de qua cum aliis similibus vide *infr. eod. lib. cap. 37. quæst. 1. causa. 4. cum seqq.*

IV. Causa: Si decurio censuale ministerium, seu officium notariatus assumpsit. *l. 2. C. de tabulariis.*

V. Causa: Si decurio ad tempus relegatus sit, decurionatum amittit. *l. 2. in prin. ff. de decurionibus.* Cuius exceptio est: Nisi tempus pœnæ sit finitum. reprobatur certo modo *d. l. 2 in princ. l. generaliter. 3. in princ. & l. ad tempus. 5. in fin. ff. eod. tt.*

VI. Causa: Si decurio ad tempus ordine motus sit. Huius causæ eadem exceptio est, quæ superioris. Cuius replicatio est: Nisi ob crimen quod ignominiam importat, ad tempus ordine sit motus. *d. l. 3. ff. de decurionibus.*

Postremo inter causas amittendi decurionatus possunt numerari excusationes ab eodem: *de quibus vide infr. cap. 37.*

DE NOMINANDIS ET CREANDIS decurionibus.

CAP. XXV.

I. QVI CREANDI DECURIONES.

PRima regula, De seruo, proponitur *l. 2. C. si seruus aut libertus ad decurionatum adspirauerit.*

II. Regula, De eo qui ex seruo patre natus est, *l. Seuerus. 9. in princ. ff. de decurionibus.*

III. Regula, De liberto, habetur *l. 2. C. si seruus aut libertus, &c. & l. vnica. C. ad legem Viscelliam.*

IV. Regula, De nauiculariis, *d. l. 9. in fin. ff. de decurionibus.*

V. Reg. De fabricensibus, *l. fabricenses. 32. C. d. tt.*

VI. Regula, De surdo & muto, *l. honores. 7. §. 1. ff. d. tt.*

VII. Regu-

VII. Regula, De pauperibus, *l. ad subeunda. 46. C. d. tt.*

VIII. Regula, De filiofamilias, *l. filios. 5. C. eod. tt.*

IX. Regula, De expertibus litterarum, *l. expertes. 6. C. d. tt.*

X. Regula, de minoribus ætate *l. spurii. §. 1. & l. non tantum. 11. ff. d. tt. l. ad rem. 8. & ff. de muneribus & honoribus & l. si pater. 8. C. quæ res in provocatione non est necesse. M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 55.*

XI. Regula, De maioribus ætate, proponitur *inf. c. 37. reg. 4.*

XII. Regula, De spuriis, habetur *l. generaliter. 3. §. spurios. & l. spurii. 6. in pr. ff. de decurionibus.*

XIII. Regula, De iis qui flagellis cęduntur, *l. eos qui 12. ff. d. tt.*

XIV. Regula: De eo qui ad tempus relegatus vel ordine motus fuit, vide *sup. cap. prox. q. 3. causa 5. & 6. item l. imperatores. 13. ff. d. tt.*

XV. Regula, De eo qui in relegatione natus est, *d. l. 13. §. penult.*

XVI. Regula, De eo cuius pater damnatus vel notatus fuit, proponitur *l. nullum. ff. d. tt.*

XVII. Regula, De eo qui à publica accusatione sine abolitione destitit, *l. spurii. 6. §. quiiudicii. ff. d. tt.*

XVIII. Regula, De hæreticis, *l. generaliter. 3. §. fi. ff. d. tt. & l. omnes. 49. C. eod. tt. item Nouell. c. 45. in pr.* Plures propositæ quæstionis regulas vide *sup. lib. 1. c. 6. q. 1. item inf. c. 37.* Sed & de liberis decurionum *sup. cap. prox. q. 2. reg. 21.*

II. CAVSÆ ET MODI CREANDORUM decurionum.

I. Regula, Si pœnæ nomine decurio quis creetur, proponitur *l. ne quis. 38. C. de decurionibus.*

II. Regula, De sola albi præscriptione, habetur *l. Herennius. 10. ff. eod. tt.*

III. Regula, De modo legitimo creandi decuriones, *l. 2. C. de decurionibus.*

III. De tempore nominandi & creandi decuriones constituitur *l. 11. C. de magist. municip.*

IV. EVENTVS ET CONSEQVENTIA nominationem & creationem.

I. Regula, De excusatione à nominato per appellationem opponenda proponitur *l. 2. C. de decurionibus.*

II. Regula: Creatione facta, non amplius auditur creatus, dicens se non recte creatum, *l. Imperatores. 13 §. fi ff. eod. tt.* Plura de proposita, necnon de præcedentibus quæstionibus decurionatus vide *infra in loco generali de muneribus & honoribus cap. 34.*

DE LEGATIS ET LEGATIONIBVS.

CAP. XXVI.

INter personas ciuitatum habentur & legati, de quibus cum illorum officio nunc dicetur.

I. ANTECEDENTIA legationem.

De consultando, & decernenda legatione proponitur *l. quoties. 6. & l. si quod. 5. C. de legationib.*

II. QVOT ET QVIBVS INIVNgenda legatio?

I. Regula, Ne plures quam ternos mittant, proponitur *l. sciendum est. 4. §. fi. ff. d. tt.*

II. Regula, Vt ordo in legationibus iniungẽdis seruetur, & de eo qui legatione functus est, per biennium excusando, habetur *l. Paulus. 8. in pr. ff. d. tt. l. legato. 12. ff. de vacat. & excus. muner. & l. 2. C. de honor. non contin.* Huius exceptio prima videtur esse: Nisi eadem causa, in qua legatus fuit, tractetur. sed reprobatur *d. l. 2.* Altera: Nisi breuis legatio fuit, qua functus est, non longinqua, *l. transmarina. 3. C. de legationibus.* Plura de regula proposita vide *inf. c. 37. q. 1. reg. 9.*

III. Regula, De debitore fisci. Is legatione fungi potest. *l. sciendum est. 4. §. debitores. ff. de legationibus.*

IV. Regula. De debitoribus reipub. Hi legati esse non possunt, *d. l. 4. in pr.*

V. Regula, De iis quibus ius postulandi non est. Nec hi legati esse possunt. *d. l. 4. in pr.*

VI. Regula, De missis in arenam. Et isti legati esse prohibentur. *d. l. 4. in pr.*

VII. Regula, De eo qui plures legationes suscepit, habetur *l. eundem. 16. ff. de legationibus.*

III. DE EXCVSATIONIBVS A legationis munere.

Prima causa excusationis: Si is qui legandus est, amicum eius ad quem legatio est mittenda, accusat. *l. sciendum est. 4. §. si accusatio. ff. d. tt.*

Altera esse videtur, Si mittendus patrem in legatione habeat, verum reprobatur *l. filio. 6. ff. d. tt.* Plura de causis excusationum vide *inf. cap. 37.*

IV. DE OFFICIIS LEGATI.

I. Regula, Ne deserat legationem, neque cesset, præcipitur *l. 1, l. 2. §. 1. & §. cessatio. ff. de legationibus, & l. 2. in fi. C. eod. tt.*

II. Regula, Neque alienis, neque propriis negotiis se interponere debet, *l. Paulus. 8. § fin. & l. ius qui. 15. ff. eod. tt.* Cuius exceptio prima est: Nisi cum amico suo prætore gratis consilium participauerit, *d. §. fi.* Secunda: Nisi damnum & iniuriam, quam legationis tempore passus est, persequatur, *l. Paulus. 9. & l. legatas. 10. ff. eod. tt.* Tertia nisi pupilli sui causam agat vel defendat, *l. si absenti. 11. §. qui legationis. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi domum emerit *l. legatus. 12. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi per alium negotium peragat, *l. 2. in pr. ff. d. tt.*

III. Regula, Legatus per alium legationem implere non potest, *l. sciendum est. 4 § legati. ff. de legationibus.* Exceptio prima est: Nisi per filium suũ legationem gratuitam susceperit, *l. si absenti. 11. in pr. ff. eod. tt.*

IV. Regula: Legatus etiam contra rempublicam quid a principe postulare potest per alium, *l. 2. in pr. ff. de legationibus.*

V. DE IVRE ET PRIVILEGIIS legatorum.

I. Regula, De sumptib. quos fecit legato restituendis, proponitur *l. 2. §. fi. ff. d. tt. l. 2. C. eod. tt. & l. sicut. 7. §. 1. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis.*

II. Regula, De sumptib. legato datis ab eius hæredibus non restituendis, *l. legatus. 10. §. fin. ff. de legationibus.*

III. Re-

III. Regula, Legatus tempore legationis conueniri non potest, sed domum reuocandi ius habet, approbatur & distinguitur *per ea quæ habentur sup. lib. 2. c. 2. quæst. 1. exc. 15. replicatione 5. dupl. 1.*

IV. Regula: Sancti habentur legati: & quid iuris sit, si quis legatum hostium puliauerit, definitur *l. vlt. ff. de legationibus. & l. lege Iulia. 7. in fin. ff. ad l. Iuliam de vi pub.* Hæc de legatis & legationibus sint dicta.

DE ACTORE VNIVERSITATIS VEL syndico: item de curatore reipublicæ.

CAP. XXVII.

I. DE ACTORE DANDO VEL eligendo.

REgulariter actor vniuersitatis vtiliter & recte datus præsumitur, *M.I.R. lib. 3. cap. 10. reg. 56.* cuius exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, Nisi non à legitimo decurionum ordine datus sit. Hæc exceptio tractatur *l. nulli. 3. cum seq. ff. quod cuiuscunque vniuers.*

II. Exceptio, Nisi pater vel filius actoris suffragium quoque dederit, vel aliquis eorum qui in patris vel filii sunt potestate. reprobatur *l. illud. 5. cum seq. in pr. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis.*

III. Exceptio, Nisi non ordo decurionum, sed alius actorem dederit, *d. l. 3. ff. eod. tt.* Cuius replicatio prima est; Nisi is dederit, cui ab ordine id erat permissum, *l. item eorum. 6. §. si decuriones. ff. d. tt.* Altera: Nisi lex actorem dederit, *d. l. 3.*

IV. Exceptio: Nisi filiusfamilias actor sit datus, reprobatur *d. l. 6. §. fi.*

V. Exceptio: Nisi non ad actionem vel defensionem exercendam actor constituatur, sed ad aliud negocium, reprobatur *l. vlt. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis nomine.*

VI. Exceptio: Nisi generaliter datus sit actor, vt quæcunque incidisset controuersia, per eum expediretur, *d. l. 6. §. sed si ita. ff. d. tt.*

VII. Exceptio, Nisi actor postea agere prohibitus sit, *d. l. 6. §. quod si actor.*

II. De actore mutando proponitur *d. l. 6. §. penult.* Quæ autem sint causæ mutandi procuratoris, vide *sup. lib. prox. c. 5. q. 5.*

III. OFFICIA ET IVRA actoris.

I. Regula, Procuratoris partibus fungitur, actio iudicati ei non datur, item ei constitui potest, *l. item eorum. 6. §. actor itaque. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis.*

II. Regula, Quod communiter agi fieri oportet, per actorem agi fieri debet, *l. 1. §. quib. ff. d. tt. M. I. P. lib. 2. cap. 4. q. 1. exc. 7. repl. 2.*

III. Regula, Non est singulorum, sed vniuersitatis procurator, *leg. 2. ff. d. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 57.*

IV. Regula: Si actori cautum sit, administratori rerum ciuitatis competit actio. *l. vlt. §. fin. ff. d. tt.* Plura de actore ciuitatis vide *sup. lib. proxim. cap. 5.*

IV. DE CVRATORE reipublicæ.

I. Regula: Ex stipulatione actoris curatori vtilis competit actio, *d. l. vlt. §. fi.*

II. Regula, De rebus & agris ciuitatis ab eo vindicandis, proponitur *l. vlt. §. 2. ff. de administratione rerum ciuitatis.*

III. Regula, De exigenda pecunia ad annonam destinata, *d. l. vlt. §. 5.*

IV. Regula, De exigenda cautione fideicommissi nomine, *l. 2. C. d. tt.* De actione quæ datur aduersus curatorem reipublicæ ex ipsius administratione, dicetur *inf. eod. lib. c. 39.*

DE COLLEGIIS ET CORPORIBVS, NEC non aliis quibusdam personarum speciebus.

CAP. XXVIII.

I. DE CONSTITVENDO collegio.

1. Causæ ex quibus & propter quas collegia constitui possunt.

PRima regula: Non ex qualibet causa collegia constitui permittitur, *l. 1. in pr. ff. quod cuiuscunq; vniuersitatis. l. 1. in pr. & l. collegia. 3. in pr. ff. de collegiis & corporibus. M. I. P. lib. 5. cap. 1. reg. 11.*

II. Regula, De causa religionis, proponitur *l. 1. §. 1. ff. de collegiis. & l. 2. ff. de extraord. crimin. M. I. P. d. c. 1. regul. 12.*

2. Cuius authoritate collegia constituenda?

Definitur *d. l. 3. §. 1. ff. de collegiis.*

3. Inter quot & quas personas collegium constitui possit?

I. Regula, Inter tres personas constitui potest, *l. Neratius. 85. ff. de verborum significatione.*

II. Regula, De seruis, proponitur *l. collegia. 3. §. fin. ff. de collegiis.*

III. Regula, De eo qui est in alio quoque collegio, *l. 1. §. fi. ff. d. tt.*

II. DE COLLEGIO DISSOLVENDO vel immutando.

I. Regula, An personis mutatis, mutetur quoque collegium vel vniuersitas, definitur *l. sicut. 7. §. in decurionibus. ff. quod cuiuscunque vniuersitatis nom. M. I. R. lib. 3. cap. 10. reg. 59.*

II. Regula, De pecunia communi diuidenda, dissoluta vniuersitate, vel si vnus ab ea recesserit, proponitur *l. collegia. 3. in pr. & l. 1. §. fi. ff. de collegiis.*

III. IVRA COLLEGII ET VNIuersitatis.

I. Regula: Proprium horum est, habere res communes, arcam communem, & actorem vel syndicum. *l. 1. §. quibus. ff. quod cuiuscunque vniuers.*

II. Regula: Sodales sunt, qui eiusdem sunt collegii, & pactionem quam velint facere possunt, approbatur simul & distinguitur *l. sodales. 4. ff. de collegiis.*

III. Regula, Quod vniuersitati debetur, non singulis debetur, nec quod illa debet, singuli debere dicuntur. *l. sicut. 7. §. si quid. ff. quod cuiuscunque vniuers. nom. M. I. P. d. cap. 1. reg. 14. M. I. R. d. cap. 10. reg. 61.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vniuersitas ad vnum reciderit, *d. l. 7. §. fi.*

IV. Regula, Si vniuersitas non defendatur, id quod commune est, possidetur & venit, *l. 1. §. quod si nemo. ff. d. tt.* Sin autem nihil sit, in quod mittatur actor, per actiones debitorum ciui-

ciuitatis actori satisfaciendum est, *l. ciuitates. 8. ff. eod. tt.*

V. Regula huius loci proponitur *l. municipes. 14. ff. ad municipalem.*

Plura de quæstione proposita vide *inf. cap. 32. de reliquis reb. ciuitatum, reg. 7. cum seqq. & c. 33.*

IV. DE PRIVILEGIIS COLLEGIOrum, quibus competant?

I. Regula, De eo qui solo nomine collegiatus est, proponitur *sup. eod. lib. c. 3. reg. 1. except. 5.*

II. Regula, De iis qui supra numerum additi sunt, *l. vnica. §. quod autem. C. de collegiatis.*

DE ALIIS QVIBVSDAM PERsonarum speciebus.

I. DE MAGISTRIS ARTIVM LIBEralium, doctoribus & professoribus.

I. Regula, Vt abstineant ab ostentatione vulgari, & priuata institutione. *l. vnica. C. de studiis lib. vrbis Romæ & Constantinopol.*

II. Regula, De numero professorum, proponitur *d. l. vnica.*

III. Regula, De qualitate professorum, *l. magistros. 7. C. de professorib.*

IV. Regula, De mercede & salariis illis constituendis, *l. medicos. 6. in fin. C. d. tt. & l. 1. in princ. cum sequentibus. ff. de extraordin. cognit. M. I. P. d. cap. 1. regul. 16.*

V. Regula, De immunitate professorum, *d. l. 6. De qua re plura vide inf. c. 37.*

VI. Regula, De professoribus remouendis, si non se vtiles studentibus præbeant, proponitur *l. 2. C. de professorib.*

II. DE PHILOSOPHIS.

I. Regula, De mercenaria opera ab illis spernenda, proponitur *l. 1. §. an & philosophi. ff. de extraordinar. cognit.*

II. Regula, De patriæ functionibus ac muneribus ab illis subeundis, *l. reddatur. 8. de professoribus. l. professio. 6. C. de muneribus patrimonialibus. & l. in honoribus. 8. §. philosophis. ff. de vacatione munerum.* Contradicit *l. vltim. in princ. C. de professorib. & med.*

III. DE MEDICIS.

I. Regula, De hisce constituendis, proponitur *l. 1. ff. de decretis ab ord. faciend.*

II. Regula, Medicis extra ordinem de suo salario ius dicitur, *l. 1. §. medicorum. ff. de extraord. cog.*

III. Regula, De speciebus medicorum, proponitur *d. l. 1. §. medicos.*

IV. Regula, De medico in defuncti locum subrogando, & de ordine medicorum, *l. si quis. 10. C. de professoribus.*

V. Regula, De immunitate eorum, *l. medicos. 6. C. eod. tt.*

VI. Regula, De salario ei ab ægrotante dato vel promisso, *l. archiatri. 9. C. eod. tt. & l. medicus. 3. ff. de extraord. cognit.*

VII. Regula, Ne pauperibus quoque mederi grauentur, præcipitur *d. l. 9. C. de professorib.*

VIII. Regula, De medicis reprobandis, habetur *l. vt gradatim. 11. §. reprobari. ff. de munerib.*

IV. De iuris studiosis proponitur *l. diuus. 4. ff. de extraord. cog. & l. 1. ff. de officio adsessorum.*

V. DE ARGENTARIIS.

I. Regula, Argentarij opera virilis est, ideoq; fœminæ ab eo sunt remotæ. *l. fœminæ. 12. ff. de edendo.*

II. Regula, Seruus potest esse argentarius. *l. prætor ait. 4. §. sed & si seruus. ff. d. tt.*

III. Regula, De priuilegiis argentariorum, proponitur *Nouell. c. 136.*

VI. DE MERCATORIBVS.

I. Regula, Qui esse debeant mercatores, vel non. De nobilib. & diuitibus proponitur *l. nobiliores. 3. C. de commerciis & mercatoribus.*

II. Regula, Quot debeant esse, & à quibus ordinandi, definitur *l. cessante. 5. C. d. tt.*

III. Regula, Ne vetita loca accedant negociandi causa, præcipitur *l. mercatores. 4. C. d. tt.*

IV. Regula, Ne arma vel quid simile ad hostes & barbaros transferant, de quo cum similib. vide *inf. lib. 23. c. 19.*

V. Regula, Vt secundum actionis formulam merces vendant, *Nouell. c. 122.*

VII. DE ARTIFICIBVS ET mercatoriis.

Vt secundum auctionis formulam operas locent, vel merces vendant, constituitur *d. Nou. 122.*

VIII. DE MENDICANTIBVS.

De illis inspiciendis, & validis ad labores cogendis, proponitur *l. vnica. C. de mendicantibus validis.*

DE POLLICITATIONIBVS ET LEgatis ciuitati relictis.

CAP. XXIX.

HActenus de personis ciuitatis actũ est. Sequitur nunc de rebus: & primum de iis adquirendis, postea de iis alienandis, postremo de quibusdam huiusmodi rerum specieb. Adquiruntur autem ciuitati res cum aliis modis, tũ etiam pollicitationibus & legatis: de quib. duabus causis in hoc capite coniunctim tractandum.

I. DEFINITIO pollicitationis & differentia à pacto proponitur *l. pactum 3. in princip. ff. de pollicitationibus.*

II. AN EX POLLICITATIONE reipublicæ competat actio?

Ex pollicitatione ciuitati datur actio. *d. l. 3. l. si quis. 14. & l. de pollicitationibus. 8. §. quod si. ff. d. tt. M. I. P. lib. 4. cap. 10. reg. 1. in prin. M. I. R. lib. 3. ca. 10. reg. 82.* Exceptio prima est: Nisi non ob honorem alicuius, vel sine causa promiserit. *l. 1. §. 1. & §. deniq; ff. de pollicitationibus. l. hoc iure. 19. ff. de donationibus.* Huius replicatio prima est: Nisi opus promissum cœptum sit: tunc enim, quamuis sine causa promissum sit, est perficiendum. *d. l. 1. §. item si sine. d. l. 3. in princ. & l. toties. 6. §. 1. ff. eod. tt.* Altera: Nisi ob casum qui reipubl. contigit, promiserit. *l. propter incendium. 4. & l. ob casum. 7. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi causa ob quam promisit, non sit secuta, vel conditio non extitit. subsistit quidem ipso iure: verum eius replicatio prima est: Nisi opus cœptum sit. *l. si quis. 11. ff. eod. tt. & l. æstimationem. 16. §. 1. ff. de munerib. & honoribus.* Secunda: Nisi causa ob quam promisit, iniusta fuit: hoc enim casu, quamuis secuta non sit, nihilominus tenetur. *l. in priuatis. 12. §. fin. ff. de pollicitationibus.* Tertia: Nisi causa vel conditio promisso vel legato adiecta, reipublicæ damnosa sit. *l. Imperatores. 13. §. item rescripserunt. ff. dict. tt.* Tertia exceptio esse

videtur: Nisi is qui promisit, postea relegatus sit. sed reprobatur *l. de pollicitationibus. 8. ff. d. tt.* Quarta: Nisi fœmina pollicita sit. reprobatur *l. toties. 6. §. non tantum. ff. d. tt.* Quinta: Nisi in epistola tantum scripserit, se opus facturum, vel munus editurum. reprobatur *l. Charidemo. 5. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi pollicentem statim pœniteat. reprobatur *l. pactum. 3. §. fin. ff. eod. tt.* Septima: Nisi à magistratu municipali opus promissum sit acceptolatum. reprobatur *l. lex Iulia. 7. §. illud quoque. ff. ad l. Iuliam repetund.* Octaua: Nisi opus promissum factum sit, atque adsignatum. approbatur quidem ipso iure: verum eius replicatio prima esse videtur: Nisi postea casu damnum acceperit. sed reprobatur *l. 1. §. fin. ff. de pollicitationibus.* Altera: Nisi non omnis pecunia promissa, in opus sit consumpta: vel non rite opus factum sit. reprobatur *l. vnica. C. de ratiociniis operum publ.* Nona exceptio videtur: Nisi is qui promisit, inops factus sit. sed reprobatur *l. ex pollicitatione. 9. in fin. ff. de pollicitation.* Hactenus, an ex pollicitatione actio ciuitati competat, discussum est.

III. ADVERSVS QVOS COMPETAT ex pollicitatione actio?

De hæredibus pollicentis proponitur *l. 2. §. fin. & l. si quis. 14. in princ. ff. de pollicitationib. M. I. P. d. cap. 10. reg. 2.* Plane hæres, siquidem extraneus sit, quintam hæreditatis partem; sin autem ex liberis sit defuncti, decimam partem dando liberatur. *d. l. 9. & d. l. 14. cum seq. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi ob honorem, vel aliam iustam causam sit promissum: tunc enim hæres insolidum tenetur. *d. l. 9. versi. hæredem quidem eius. & l. toties. 6. in prin. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi cum ob honorem promisisset, antequam honorem adeptus sit cœpto opere decesserit. *d. l. 14. §. sed si quis. & l. si quis 11. ff. eod. tt.*

IV. QVID VENIAT IN HANC actionem?

I. Regula, Non pecuniam inferre, sed opus promissum extruere cogitur. *l. Imperatores. 13. ff. de pollicitationibus.*

II. Regula, De vsuris. Hæ regulariter non præstantur. *l. liberalitatis. 16. in princip. ff. de vsuris.* Huius regulæ exceptio est: Nisi mora in soluendo facta sit. *l. 1. in princ. ff. de pollicitationib. l. si legatum. 5. in princ. ff. de operib. publicis. & l. cum quidam 17. § fin. ff. de vsuris.*

III. Regula, Si is qui opus promisit, pauper sit factus, quintam partem sui patrimonij dando liberatur. *l. ex pollicitatione. 9. §. fin. ff. de pollicitationibus.*

IV. Regula, Hæres quoq; eius qui promisit, quintam hæreditatis partem dando liberatur, *per ea quæ dicta sunt sup. quæst. prox.*

V. EVENTVS.

I. Regula, Ad certam speciem ciuitati relictum, in alios vsus conuerti non potest. *l. 1. & l. legatam. 4. ff. de administr. rerum ad ciuit.* Cuius exceptio prima est: Nisi princeps in alios vsus conuerti permiserit. *d. l. 4.* Secunda: Nisi interuentu legis Falcidiæ, pecunia ad opus, cuius gratia legata est, non sufficiat. *d. 4. in princ.* Tertia: Nisi in venationes vel spectacula legatum relictum sit, *d. l. 4. §. fin.* Quarta: Nisi non specialiter ad certam speciem pecunia sit legata. *l. decuriones. 5. §. fin. ff. d. tt.* Quinta: Nisi pecunia in nouum opus legata, satis eiusmodi operum ciuitas habeat, nec sit vnde vetera refici possint. *l. pecuniam. 7. in prin. ff. de oper. publicis.*

II. Regula, De forma operi in pollicitatione data seruanda, proponitur *l. Septitia. 10. ff. de pollicitationibus.* Plura de hac re vide *inf. lib. 8. cap. 13. quæst. 2. causa 2.*

10 *DE ALIENATIONE ET LOCATIONE rerum ciuitatis: necnon de actionibus, aduersus ciuitatem competentibus.*

CAP. XXX.

HActenus de rebus ciuitati adquirendis: nũc de iis alienandis dicetur.

I. DE ALIENATIONE.

Alienatio rei ciuitatis regulariter valet, nec potest reuocari. *l. si quæ. 3. C. de vendendis reb. ciuitatis.* Exceptio prima est: Nisi non omnium, ad quos ea res pertinet, consensu alienatio sit facta. *d. l. 3. vers. non aliter. & l. 2. C. de prædiis decurionum sine decreto non alienand.* Altera esse videtur: Nisi melior conditio postea adferatur. sed reprobatur *l. Lucius. 21. §. fin. ff. ad municipalem.*

II. DE LOCATIONE VEL AD tempus, vel in perpetuum.

I. ANTECEDENTIA LOCATIONEM.

I. Regula huius loci est *l. loca. 3. C. de locatione prædiorum ciuilium.*

II. Regula, De consensu omnium, & satisdatione conductoris, proponitur *l. 2. in fin. C. de prædiis decurionum.*

II. QVIBVS LOCANDA?

Decurionibus non locanda. *de qua re vide sup. eod. lib. c. 24. q. 2. reg. 5.*

III. EVENTVS LOCATIONIS.

I. Regula, Agri publici in perpetuum locati reuocari non possunt. *l. cotem. 11. §. 1. ff. de publicanis. l. 1. §. 1. ff. si ager vectigalis. & l. 2. C. de locatione prædiorum ciuilium.*

II. Regula, Qui fundum à municipib. in perpetuum vel ad tempus habet conductum, illum per in rem actionem petere potest. *l. 1. §. fin. cum duab. ll. sequentib. ff. si ager vectigalis.*

III. Regula, De locati actione, quid veniat in eam. De eo, quantum præstat posterior conductor, proponitur *l. 2. ff. de administrat. rerum ad ciuit.* Plura de locatione rerum ac vectigalium ciuitatis vide *sup. c. 15.*

III. DE ACTIONIBVS AD uersus ciuitatem.

I. An aduersus ciuitatem detur actio, definitur *l. sicut. 7. in prin. & l. si tibi. 9. ff. quod cuiuscunq; vniuersitatis nom. M. I. R. lib. 3. c. 10. reg. 83.*

II. CAVSA EX QVA DATVR ACTIO aduersus ciuitatem.

Ex facto maioris partis ciuium datur. *l. aliud est. 120. §. 1. ff. de reg. iuris.* Contradicit *M. I. P. lib. 5. c. 1. reg. 26.* Ex facto item sui magistratus tenetur. *l. in honorariis. 34. §. fin. ff. de actionib. & obligation. & l. municipes. 14. ff. ad municipalem. M. I. R. d. c. 10. reg. 84.*

III. Ad-

III. ADVERSVS QVOS DATVR actio?

In duumuiros. *d. l. 34. §. fin.*

In magistratum qui contraxit, deposito officio non datur actio. Cuius exceptio est: Nisi id quod respublica debeat, nouandi animo stipulanti promiserit. approbatur & distinguitur *l. curatores. 3. §. in eum. ff. de administr. rer. ad ciuit. pertinent.*

IV. QVAMDIV COMPETIT?

Etiam post annum datur. *l. in honorariis. 34. § fin. ff. de actionib. & obligat.* Hactenus de rebus ciuitatum tam adquirendis, quam alienandis, necnon de actionibus aduersus ciuitatem competentibus, sit dictum: nunc de rebus ciuitatum in specie tractandum.

DE OPERIBVS CIVITATVM PVblicis & priuatis.

CAP. XXXI.

PRima regula, De opere publico sine permissu principis non faciendo, proponitur *l. opus nouum. 3. & l. de operibus. 6. ff. de operibus publ. l. nemo. 12. C. eod. tt.* Cuius exceptio prima est: Nisi horrea vel stabula extruantur. *d. l. 12.* Secunda: Nisi quis priuato sumptu publicum opus extruere velit. *l. intra vrbem. 4. C. d. tt. & l. opus nouum. 3. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi illud opus, quod quis priuato sumptu extruere molitur, ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam seditionis præbeat, vel circa theatrum sit aut amphitheatrum. *d. l. 3. in princ.* Tertia exceptio est: Nisi quis vetus opus reficere velit: hoc enim licet etiam sine principis authoritate. *d. l. 4. C. de operibus pub. vers. ea tamen.*

II. Regula, De nouis operib. non extruendis, antequam vetera sint refecta, vel cœpta perfecta. *l. vlt. C. d. tt.*

III. Regula, De operibus publicis à præside prouinciæ curandis, constituitur *Nouell. cap. 17. §. sed & rerum.* Cui quodammodo contradicere videtur *l. vnica. in princ. & §. fin. Cod. de ration. operum pub.*

IV. Regula, De operibus priuatis publici operis causa diruendis, proponitur *l. si quando. 8. & ædificia. 13. C. de operib. publ.*

V. Regula, De operibus publicis sine cautione non locandis, *l. vltim. §. Imperatores. ff. de administr. rerum ad, &c.*

VI. Regula, De periculo eorum ad quos cura vel extructio publicorum operum pertinet, *l. omnes, 7. C. de operib. pub.*

VII. Regula, De fideiussore conductoris operis publici extruendi, *l. 2. §. conductore. ff. de administrat. rer. ad ciuitat.*

VIII. Regula, De inscriptione nominis in opus publicum, *l. 2. in princip. ff. de operibus public.* Cuius exceptio prima est: Nisi is cuius nomen operi inscribitur, sumptus ad illud opus extruendum non suppeditauerit. approbatur & distinguitur *l. opus nouum. 3. §. fin. cum l. seq. ff. d. tt. l. si qui. 9. C. eod. tt.* Secunda: Nisi suis sumptibus non nouum opus extruxerit, sed adornauerit, vel vetus refecerit. reprobatur *l. pecuniam. 7. §. si quis. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi non tantum eius, cuius nomen inscribitur, sed etiam publicis sumptibus opus sit factum. reprobatur, certo tamen modo, *d. l. 7. §. fin.*

IX. Regula, De nomine inscripto non eradendo, *d. l. 7. §. si quis. & l. 2. §. fin. ff. eod. tt.*

X. Regula, Quibus sumptibus opera reparanda, definitur *l. quia. 18 C. de operib. pub.*

XI. Regula, De operib. publicis priuatim non vsurpandis, *l. prætoria. 3. l. qui sine. 19. & l. basilicam. 20. C. d. tt.* Exceptio prima proponitur in turrib. muri, *l. turres. 17. C. d. tt.* Altera in operibus ciuitati inutilibus, alicui rescripto principis concessis, *l. si aliquando. 14. C. d. tt.*

XII. Regula, De controuersiis operum extruendorum vel reficiendorum occasione incidentibus; ad quem pertineant, definitur *l. 2. §. 1. ff. dict. tt.*

XIII. Regula, De impensa operis publici, *l. 2. C. eod. tt.* Hactenus de operib. publicis in genere dictum est: nunc de quibusdam illorum speciebus specialiter agendum.

XIV. Regula, De basilica, proponitur *l. basilicam. 20. C. de operib. publ.*

XV. Regula, De prætoriis. Definitio horum habetur *Nouell. c. 24. in prin.* Item proponitur de iis *l. nulli. 14. C. de offi io rectoris prouinciæ.*

DE MVRIS ET PORTIS CIuitatum.

XVI. Regula, Muri sancti sunt. *l. 1. §. 1. & l. sanctum 8. §. fin. ff. de rerum diuisione. Institut. dict. tt. §. sancta quoque.*

XVII. Regula, Ne quis muros violet vel transcendat, *l. vlt. ff. d. tt. & l. qui perforauerit. 11. ff. ad l. Iuliã peculatus. M. I. R. lib. 3. c. 10. reg. 87.*

XVIII. Regula, Ne muri sine permissu principis reficiantur, vel aliquid illis iungatur, vel supponatur. *l. sanctum. 8. §. fin. & l. sacra loca. 9. §. pen. ff. de rerum diuisione.*

XIX. Regula, De muris extruendis & reparandis, proponitur *l. omnes. 11. C. de operib. pub.*

XX. Regula, De sumptib. ad muros faciendos, vel reparandos: vnde sumendi, definitur *d. l. 11. & l. in splendidissimæ. 10. C. d. tt. l. restaurationi. 3. C. de diuersis prædiis vrbanis. l. vlt. C. de vendendis reb. ciuitatum. & l. turres. 17. C. de operib. publ.*

XXI. Regula, Ne muri habitentur. *l. neque. 3. ff. ne quid in loco sacro fiat.*

DE STATVIS ET IMAGINIBVS.

XXII. Regula, Vbi ponendæ, definitur *l. in priuatis. 12. in princ. ff. de pollicitationib.*

XXIII. Regula, Cuius expensis statua ponenda *l. in nostræ. 3. & l. vlt. C. de statuis & imaginib.*

XXIV. Regula, De statua sine permissu principis non ponenda, *l. 1. C. d. tt. & l. 2. ff. de loco publico fruendo.*

XXV. Regula, Vt Iudex in erigenda Imperatoris statua prælens sit, definitur *l. 2. C. de statuis & imaginibus.*

XXVI. Regula, De statua deponenda, habetur *l. si quando, 15. C. de operib. publ.*

XXVII. Regula, De statua à priuato non vindicanda, *l. statuas. 41. ff. de adquir. rer. dom. l. Fulcinius. 13. ff. de priuilegiis creditorum. l. penult. ff. de exceptionib. & l. iu qui. 11. §. 1. ff. quod vi aut clam.*

DE AQVÆDVCTIBVS ET FONtibus.

XXVIII. Regula, De extruendis aquæductibus

bus & arboribus ab vtraque parte serendis, proponitur *l.1.§.fin.l.omnis seruitus.6.§.super his.& l.decernimus.10.§.hoc etiam.C.de aquæductib.*

XXIX. Regula, De aquæductibus repurgandis, *l.1.C.d.tt.*

XXX. Regula, De pecunia ad aquæ ductus reparandos destinata, *l.ad reparationem.7.& l.hac lege.8. C.d.tt.*

XXXI. Regula, De fonte publico, qui priuatus factus est, reipublicæ rursus restituendo, *l.diligenter.9.C.eod.tt.*

XXXII. Regula, De iure aquariorum, *l.decernimus.10.§.vniuersos.& l.omnis.6.§.fin.C.d.tt.*

XXXIII. Regula, De fistulis aquam ducentibus, *d.§.fin.*

XXXIV. Regula, De non vtendo aqua, nec deriuando ex aquæductibus in vsus priuatos, constituitur *l.2.& d.l.10.C.d.tt.* Exceptio prima est: Nisi ius aquæ ab Imperatore impetrauerit, Cuius replicatio prima est: Nisi is qui rescriptũ impetrauit, illud non præfecto vrbi intimauit, sed alij. *l.si quis.5.& l. diuinam.11.C.de aquæduct.* Secunda: Nisi non ex castellis, sed vel ex matricibus, vel ab ipso aquæductu trahere velit. *l.eos qui.3.C.d.tt.* Tertia: Nisi ius aquæ ex aquæductu sacri palatij Hadriani per rescriptum sit impetratum. *l. omnis.6.in princ.C.d.tt.* Quarta: Nisi fisco non soluat pecuniam pro aqua. *l.ad reparationem.7.in fin.C.d.tt.* Altera exceptio est: Nisi quis longo vsu ius aquæ adquisierit. *l. vsum.4.Cod. de aquæductib.* Huius replicationes quoq; sunt supradicta tertia & quarta exceptionis proxime præcedentis.

DE OPERIBVS PRIVATIS.

Hactenus de operibus ciuitatis publicis tam in genere, quam in specie, dictum est. nunc de priuatis operibus atq; ædificiis dicendum.

I. Regula, Si quis iuxta publicas ædes ædificare velit, spacium quindecim pedũ relinquere debet. *l.si cui.9.C.de ædificiis priuatis.M.I.R.lib.3.cap.10. reg.96.*

II. Regula, De spacio decem pedum inter mœniana relinquendo, præcipitur *l.mœniana.11. C.eod.tt.*

III. Regula, De centum pedum spacio propter prospectum in mare relinquendo, habetur *Nou. c.63.& Nouell.c.165.*

IV. Regula, De balneo extruendo, proponitur *l.1.C.eod.tt.*

V. Regula, De ædificiis negotiandi causa non destruendis, nec ornamentis detrahendis, *l.2.& l.nemine.7.C.d.tt.l.senatus.52.ff.de contrahenda emptione.& l.vlt.ff. de damno infecto.* Huius exceptio prima est: Nisi ex vna domo in aliam velit materiam transferre. *d.l.2.& l.si quis.6.§.si quis autem.C.de ædificiis priuatis.* Cuius replicatio prima est: Nisi ita transferre velit, vt totũ ædificium deponat. *d.l.2.* Altera: Nisi rus transferre velit. *d.l.6.* Huius duplicatio est: Nisi ex vna villa in aliam transferat, non ex ciuitate in villam. *d.l.6.in fin.* Altera exceptio proponitur *l. Marcellus.45.ff.de donationib. inter virum & vxorem.* Tertia exceptio est: Nisi in opus publicum transferat. *l. vlt. in fin. ff. de damno infecto.* Plura de regula proposita vide *inf.lib.12.c.5. except.65.*

VI. Regula, De domibus dirutis reparandis, proponitur *l. præses.7.ff.de officio præsidis.l. singularum.8.§.possessores.C. de ædificiis priuatis.l. si secundum.4.C.de iure reipublicæ.& l.ad curatoris.46.ff. de damno infecto.M.I.R.d.cap.10.reg.99.* Huius exceptio est: Nisi quis secundum loci consuetudinem, collapsis ædificiis, hortum ibi extruat. *l.an in totum.3.C. de ædificiis priuatis.*

VII. Regula, De pensione præstanda ex ædibus in solo reipublicæ ædificatis, habetur *l.1.C. de diuersis prædiis vrbanis.*

VIII. Regula, De diruendis ædificiis, quæ in loco publico contra ornatum & commodum ciuitatis sunt extructa, proponitur *l.præscr.5.l. ædificia.13.& l.quicunq; locus.16.C.de operib.publ.*

DE RE FRVMENTARIA SEV ANNONA, & reliquis rebus ciuitatum, necnon priuilegiis earum.

CAP. XXXII.

I. DE RE FRVMENTARIA.

PRima regula, De frumentaria pecunia in alios vsus non conuertenda, proponitur *l.2.§.quod de frumentaria.& §.si autem.ff. de administr.rerum ad ciuit.pert.l.2.de frumento vrbis Constant.*

II. Regula, De permutatione frumenti prohibita, & ne alia species pro alia detur, *l.vltim.C.de canone frumentario vrbis Romæ.& l.1.C.de frumento vrbis Constantinop.*

III. Regula, De pecunia frumentaria restituenda, non compensanda, *l.2.§.ad frumenti.ff. de administr.rer.ad ciuit.pertin.*

IV. Regula, De pecunia frumentaria sine mora soluenda, *d.l.2.§.frumentariæ.*

V. Regula, De vsuris propter moram soluendis, non vsurarum vsuris, *d.l.2.§.indemnitas.*

VI. Regula, De frumento vendendo. Quanti vendendum, non est penes arbitrium ordinis ciuitatis. *l. Imperatores.3.ff. ad l.Iuliam de annona,& l.1. C.de frumento Alexandrino.*

VII. Regula, Ne decuriones vilius frumẽta sua vendere cogantur, habetur *d.l.3.l.non debere.8.ff. ad municipalem.& l.decuriones.5.ff.de administr.rer.ad ciuit.pertin.*

VIII. Regula, De annonis ciuilibus distribuendis, habetur *l.1.& l.2.C.de annonis ciuilib.l.2.C.de frumento Alexand.*

IX. Regula, Si frumentum emptori ablatum sit quid iuris, definitur *l.2.§.grani.ff. de administr.rer.ad ciuitates pertinen.*

X. Regula, De publica accusatione, si quis contra annonam fecerit.

I. Causæ ex quibus competat hæc accusatio.

I. Causa: Si quis contra annonam fecerit, societatemue coierit, quo annona carior fiat, hæc accusatio datur. *l.2.in princ.ff. ad l.Iuliam de annona M.I.R.lib.3.c.10 reg.106.*

II. Causa: Si quis nauem aut nautam retinuerit. proponitur *d.l.2.*

III. Causa: Si quis dardanarius sit, aut coempras merces supprimat. *l. annonam.6. ff.de extraordin.crim.*

IV. Causa: Si stateris aut mensuris adulterinis annonam onerat. *d.l.6.§.onerant.*

2. Quibus accusatio proposita competit?

De mulieribus proponitur *l.Imperatores.3.§.fin. ff.ad l.Iuliam de annona.*

De seruo dominum accusante, *l.1.ff.d.tt.*

3. Quid veniat in accusatione proposita?

De pœna viginti aureorum proponitur *l.2.ff. ad l.Iuliam de annona.*

De alijs pœnis habetur *l.annonam.6.ff.de extraordin.criminib.* Hæc de decima regula, eiusq; accusationis circumstantiis sint dicta.

¶ XI. Regula, De canone frumentario non remittendo, præcipitur *l.2.C.de canone frumentario.*

II. DE RELIQVIS REBVS CIUITATUM.

I. Regula, De agris ciuitatum, quod quidam vectigales sint, quidam non, proponitur & declaratur *l.1.ff.si ager vectigalis.*

De numismate.

Ratio numismatis & origo habetur *l.1.in prin. ff.de contrahenda emptione.*

II. Regula, De veteribus numismatibus accipiendis, constituitur *l.1.Cod. de veteris numismatis potest.*

III. Regula, Minuta æstimatione numismatis, minuitur quoq; æstimatio specierum. *l.2.C.d.tt.*

IV. Regula, De æquanda æstimatione solidorum, *l.vniuersos.3.C.d.tt.*

V. Regula, De pecunia reipub. fœneranda, *l.si bene.33.& l.Caius Seius.11.ff.de vsuris.*

VI. Regula, De pecunia ciuitatis collocanda in suos vsus & administranda, *Nouell.ca.128.§.ac cum de vrbibus.*

¶ VII. Regula, De vestitu & ornatu ciuium, proponitur *l.vnica.C.nulli licere in frenis, &c. M.I.P. P.lib.5.c.1.reg.27.*

¶ VIII. Regula, De armis à priuatis ciuibus non conficiendis, nec emendis, *Nouell.c.85.M.I.R. lib.1.c.13.crim.2.reg.5.*

De priuilegiis ciuitatum.

IX. Regula: Respublica vt pupilla extra ordinem iuuatur. *l.rempublicam.3.C.de iure reipub.*

X. Regula; Ciuitas, quod sibi adquirit, retinet *l.2.C.de diuersis prædijs vrbanis.*

XI. Regula: Respublica omnibus aliis chirographarijs creditoribus præfertur, & bona debitoris à quocunque potest vindicare, approbatur & distinguitur *per ea quæ habentur supr. lib. prox. cap.35 reg.3.*

XII. Regula, De priuilegijs Nicæensium ciuitatis, proponitur *l.vlt.C.de diuersis prædijs vrban.*

XIII. Regula: De ciuitatibus, quæ sunt iuris Italici, vide *supr.cap.13.quæst.1.reg.2.except.7.* Sed & plura ciuitatis iura atque priuilegia vide *supr. cap. 28.membro 3.item inf.cap.prox.*

DE ACTIBVS CIVITATVM.

CAP. XXXIII.

CVm hactenus de personis & rebus ciuitatũ tam corporalibus, quam incorporalib. seu iure ac priuilegijs sit dictum: superest vt de actionibus ciuium, seu actib. ciuilibus dicamus. Eiusmodi autem sunt, consultationes de publica vtilitate, munera & honores, nũdinæ, ludi ac spectacula, cõuentus & publicæ ciuiũ lætitiæ, feriæ, &c.

I. Regula, De consultatione ciuium, proponitur *l.si quod.5.& l.6.C.de legationibus.*

De nundinis.

II. Regula: Nundinarum vsus non vtendo decem annis amittitur. *l.1.ff.de nundinis.*

III. Regula, De agricolis ad nundinas proficiscentibus, proponitur *l.2.ff.d.tt.*

IV. Regula: Tempore nundinarum, ad eas cõcurrentes non possunt ibi ex ante gesto conueniri. *l.vnica C.de nundinis.*

De ludis & spectaculis.

V. Regula, Spectacula permittuntur volentib. *l.1.C.de spectaculis.*

VI. Regula, De seruientes sacris ludis nullo adficiuntur supplicio. *l.2.C.d.tt.*

VII. Regula, De equis ad ludos deputatis, in priuatum commodum non vtendis. *l.quisquis.3.C. eod.tt.*

VIII. Regula, De ludis ex ciuitatibus in oppida non transferendis, *l.nemo.5.C.d.tt.*

IX. Regula, In loco in quo principis imagines consecrantur, non debent fieri spectacula, nec histriones vel viles picturæ introduci. *l.si quæ. 4.C.dict.tt.*

X. Regula, De pecunia in spectacula deputata, habetur *l.vnica.C.de expensis pub.ludor.*

XI. Regula, De maiuma specie ludi sic dicta, proponitur *l.vnica.C.de maiuma.*

XII. Regula, De spectaculo gladiatorum, *l. vnica.C.de gladiatorib.*

¶ XIII. Regula, De venatione ferarum, proponitur *l.vnica.C.de venatione ferarum.* Plura de venatione vide *inf.lib.7.c.1.causa 2.*

¶ XIV. Regula, De festis conuentib. & publicis ciuium lætitiis, habetur *l.vt profanos.4.C.de sacrificiis paganorum.*

De feriis ciuium.

XV. Regula, Quibus diebus feriandum. De die Dominico, seu solis, proponitur *l.2.in princ.cum l. sequente.l.omnes dies.7.§.& dies solis.& l.dies festos 10. C.de feriis.*

XVI. Regula, De feriis propter res fœliciter gestas institutis, proponitur *l.1.C.d.tt.*

XVII. Regula: Aliæ insuper feriæ enumerantur *dict.l.7.C.d.tt.* Similis enumeratio habetur *l.2.C.eod.tt.M.I.P.lib.4.cap.8.M.I.R.lib.3.c.10. reg.123.*

XVIII. Regula, Pœna, si non sit feriatum, constituitur *d.l.10.§.fin.C.d.tt.M.I.P.d.cap.8.reg.19.* Id etiam quod diebus feriatis gestum est, censetur esse nullius momenti. *l.2.in fin.C.d.tt.* Huius exceptio prima est: Nisi non Imperator, sed iudex ferias condiderit. *l.à nullo.4.C.d.tt.* Secunda: Nisi res tempore sit peritura. *l.omnes.3.C.de feriis.M.I. P.d.reg.19.except.1.* Tertia: Nisi diebus feriatis rei rusticæ operam dederit. *d.l.3.* Quarta: Nisi in diebus feriatis emancipauerit quis, vel manumiserit. *l.2.in pri.& l.actus omnes.8.C.d.tt.* Quinta: Nisi diebus feriatis voluptatib. indulgeatur, reprobatur *l.dies festos.10.C.d.tt.* Sexta: Nisi spectaculis & ludis diebus feriatis operam dederit. reprobatur *d.l.10.§.sed nec huius.* Septima: Nisi pacta vel transactiones fiant in diebus feriatis. *d.l.10.§.pacta* Octaua: Nisi debita exigantur. reprobatur *d.l.10. in pr.& l.omnes dies.7.§.fin.C.d.tt.* Plura vide *sup.li.*

*prox.cap.*1. *quæst.*2. Hæc de ferijs: de quibus vide item *M.I.P.d.c.*8. *& M.I.R.lib.*2.*cap.*1,*quæst.* 9.*reg.* 2. *& lib.*3.*cap.*10.*reg.*123. Superſunt autem ex actibus ciuilibus munera & honores, de quib. nunc tractabitur.

DE MVNERIBVS ET HONORIBVS in genere.

CAP. XXXIV.

I. DEFINITIO MVNERIS ET honoris.

MVneris definitio, ſeu potius ſignificatorum diſtinctio, proponitur *l.munus*,18.*ff.de verborum ſignificat.*

Honoris definitio *l.honor.* 14.*ff. de mune. & hon.*

Honoris genus. Honos muneris appellatione non continetur. *l. cui muneris*,12.*ff.d.tt.*

II. DIVISIONES MVNERIS.

Prima diuiſio in publicum & priuatum proponitur *d.l.*14.§.*de munerib.& honorib.*

Altera diuiſio in patrimoniale, perſonale & mixtum, habetur *l. munerum ciuilium.*18.*in prin.l.*1.*in prin.& l.reſcripto.*6.§ *ſciendum.ff.dict.tt.M.I.R.dict.ca.* 10.*reg.*124.

III. SPECIES MVNERIS.

DE PVBLICO MVNERE.

1. Definitio publici muneris proponitur *l. honor.*14.§.1.*ff.de munerib.& l.pupillus.* 239.§.*munus. ff. de verbor.ſignific.*

2. Species habentur *l. munerũ.*18.§. *hæc omnia & l. cura* 4. *in prin.ff.de munerib.& l.quippe* 78.*ff de iudiciis. Inſt. de excuſ.tutor.in prin.*

DE PATRIMONIALIBVS MVneribus.

1. Definitio patrimonialium munerum habetur *d.l.*18.§.*patrimoniorum. & l.*1.§.*illud tenendum. ff. de munerib.M.I.R d.reg.*24.

2. Diuiſio proponitur *l.reſcripto*,6.§.*fin.& d.l.*18. §.*patrimoniorum.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.*124.

3. Species enumerantur *l.* 1.*in princ.l.& qui originem.*3.§. *decaprotos. &* §. *munus.l. honor.* 14. §. *viarum. & d. l.* 18.§.*patrimoniorum. &* §. *patrimoniorum autem.ff.dict.tt.l.non videtur.*4.*l. nec proteaſtaſiæ.* 8. *& l.vlt.C.d.tt.*

DE PERSONALIBVS MVNERIBVS.

1. Definitio huius ſpeciei, & differentia à præcedenti, proponitur *l.*1.§.*illud tenendum.& d.l.*18. §. 1.*ff.d.tt:*

2. Species enumerantur *locis iam citatis.*

DE MIXTIS MVNERIBVS.

Definitio & ſpecies mixtorũ munerum proponuntur *d.l.*18.§.*mixta.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.*124. *in fin.*

DE MVNERIBVS ET HONORIBVS iniungendis, & nominatione facienda.

CAP. XXXV.

I. AD CVIVS CVRAM SPECTET munerum iniunctio?

AD præſidis curam pertinet.*l.& qui.*3.§.*præſes, ff.de munerib.& honorib.*

II. QVANDO NOMINATIO faciendа?

Ante tres menſes, quam adminiſtratio ſuſcipienda eſt.*l.*1.*C.de magiſtratib.municipalib.*

III. QVOMODO INIVNGENDA munera, & quæ ſint iniungentis officia?

1. Regula, De decurionib.conuocandis & nominatione facta, ſtatim nominato ſignificanda, proponitur *l.*2.*C.de decurionib.*

II. Regula: Quæ conſideranda in iniungendo munere vel honore, præſcribuntur *l. honor*, 14. §. *de honorib.ff.de munerib.*

IV. QVÆ MVNERA SINT INiungenda, vel non?

I. Regula, De operarum præbitione habetur *l.vnica.C.ne operæ à collatorib.exigantur.*

II. Regula, De ſtatua principi ponenda, *l.toties.* 6.§.*fin.ff.de pollicitationib.*

III. Regula, De actu reipublicæ gerendo, *l.*1.*& l.*2,*C.ne quis liber inuitus, &c.*

IV. Regula, De functione glebæ, follis, & ſeptẽ ſolidorum ſublata, *l.*2.*C.de prætorib.*

V. QVIBVS MVNERA SINT iniungenda?

1. Regula, De municipibus. Hi cum liberis ſuis regulariter onerib. ſui municipij ſuſtinendis ſunt obligati. *l.munus.*18.*in fin.ff.de verbor.ſignif. M.I.R. d. c.*10.*reg.*129. Plura vide *inf.c.prox.*

II. Regula, De incolis, proponitur *l.priuilegio.* 5.*& l.ſi in patria.*6.*C.de incolis.M.I.R.d.ca.*10.*reg.*128. Definitur incola *l. pupillus.*239.§.*incola. ff. de verbor. ſignific.& l.ciues.*7.*C.de incolis.M.I.R.d.reg.*128. Propoſitæ regulæ exceptio prima eſſe videtur: Niſi in pluribus locis domicilium habeat. ſed reprobatur *l. Labeo.*5.*l.adſumptio.*6.§.*viris.& l. eius qui* 27. §. *Celſus.ff.ad municipalem. M. I. R.dict.regul.* 128.*except.* 2. Plane admittitur, ſi alibi, vbi etiam domicilium habet, plus verſatur, magisq; ſe ibi pro incola gerit. hoc enim caſu, quamuis in alio quoque loco domicilium habeat, vbi interdum quoque verſatur: tamen ibi ratione incolatus ad onera compelli non poteſt. quæ diſtinctio approbari videtur *dict.leg.*27.§.1. Secunda exceptio eſt: Niſi ſenator alibi quam in vrbe cõmoretur. hoc enim caſu nihilominus in vrbe, non alibi, incola cenſetur. *l.filij libertorum.* 22. §. *penult. ff. ad municipalem. & l. ſenatores.*8.*C.de incolis.* Tertia: Niſi nihil vbi moratur poſſideat. reprobatur *l. municeps.* 23.§.*fin ff.ad municipalem.* Quarta: Niſi incola ſit relegatus. reprobatur *d.l.* 27. *ff.d.tt.* Quinta: Niſi incola domicilium tranſtulerit. *l.* 1. *C. de incolis.& l.nihil eſt.*31.*ff. ad municipalem. M.I.R. dict. regul.*128.*except.*3. Cuius replicatio prima eſt: Niſi poſtquam ad honores vel munera nominatus eſt, domicilium vellit transferre.*dict.leg.*31. *& l. incola.* 34. *ff.eod. tt.* Altera: Niſi non re, ſed nuda conteſtatione iuri incolatus renunciauerit. *l. domicilium.* 20.*ff. d. tt.* Tertia: Niſi temporaria ſit tranſmutatio. *l.* 165. *in fine.ff. de regul. iuris.* Sexta exceptio eſt: Niſi non in ipſa ciuitate, ſed in agro aut eius territorio domicilium habeat, *l. eſt verum.* 3. *C. de incolis.* Cui contradicere videtur *l.pupillus.* 239.§. *incola.ff.de verbor.ſignific.* Septima: Niſi non in perpetuum, ſed ad tempus quis in aliqua ciuitate domicilium habere deſtinauit. approbatur & diſtinguitur *l.*2.*C.de incolis. M.I.R.dict. regul.* 128. *except.*1. Octaua: Niſi filius familias alibi quam pater domicilium habeat. reprobatur *l.pla-*

l.placet. 3. *cum l.ſequente. ff. ad mnnicipalem.* Nona: Niſi incola ab vrbe Roma originem habeat. reprobatur *l. & qui.* 3. *in princ.ff. de muneribus & honoribus.* Decima: Niſi domum tantum in aliqua ciuitate habeat, in qua non habitet. *l. libertus.* 17.§. *ſola. ff. ad municipalem. & l. cum neque.* 4. *C. de incolis.* Vndecima: Niſi libertus domicilium habeat in alia ciuitate, quam patronus ſuus: hoc enim caſu, cum patroni domicilium ſequatur, *vt inf.reg.*4. *dicetur*, videtur illum ſuæ ciuitatis muneribus non adſtringi, ſed reprobatur *l.filii.*22.§ *municipes. & l.de iure.*37.§.*libertos.ff. ad municipalem.* Hæc de incolis ſint dicta.

III. Regula, De liberis incolæ. Hi non tenentur. *l. adſumptio.* 6.§. *filius. & l.libertus.* 17. §. *patris.ff.ad municipalem.*

IV. Regula, De libertis incolæ, libertorumq; liberis. Hi muneribus tenentur eius ciuitatis, in qua patronus domicilium habet. *d. l.* 6.§.*fin.l. filii.* 22. *in princ. ff. ad municipalem. & l. vnica.* §.*fin. C. ad l.Viſcelliam.*

V. Regula, De vxore incolæ. Hæc domicilium mariti ſequitur. *l.Imperatores.* 38.§.*item reſcripſerunt. ff. ad municipalem. & l. vnica. C. de mulieribus in quo loco munera, &c.* Huius exceptio prima videtur eſſe: Niſi matrimonium morte mariti vel ex alia cauſa ſit ſolutum, ſed reprobatur *d.l.* 22.§.1. *ff. ad municipalem.* Secunda eſt: Niſi mulier ad aliud tranſierit matrimonium: hoc enim caſu prioris mariti domicilium ſimul & dignitatem mutat. *d.* §.1. *& l.mulieres.*9. *C.de incolis.* Tertia: Niſi matrimonium ſit illegitimum. *l.de iure.* 37.§.*fin.ff. ad municipalem.* Quarta: Niſi nuptiæ nondum ſint ſecutæ, ſed ſponſalia tantum celebrata, *l.ea qua.*32.*ff.d.tt.*

VI. Regula, De eo qui poſſeſſiones aliquas in aliquo loco habet. Hic ob id muneribus ciuilibus non eſt adſtrictus. *l.libertus.*17.§.*ſola ratio.& §. ſola domus. ff. d. tt. l. cum neque.* 4. *C. de incolis. M. I.R. lib.*3.*cap.*10.*reg.*131. Huius exceptio eſt: Niſi munera ſint patrimoniorum. approbatur & diſtinguitur *l.reſcripto.* 6. §. *fin. & l. munerum.*18. §. *patrimoniorum. ff. de muneribus & honoribus. l. vnica, in fin. C. de mulieribus in quo loco munera, &c.M.I.R. d. reg.*131.*except.* 1.

VII. Regula, De eo qui fœnus in aliquo loco exercet. Hic muneribus patrimonialibus eſt ibi adſtrictus. *l.filii.* 22.§.*fin. ff.ad municipalem. & l munerum.* 18. §. *patrimoniorum autem. ff. de muneribus.* Hactenus de iis quibus munera ſint iniungenda, dictum eſt: quanquam etiam plura de hac re dicentur *infr. cap.prox.*

VI. EVENTVS INIVNCTI MVneris & honoris.

1. Regula, De inuito ad munus vel honorem ſuſcipiendum cogendo, proponitur *l.ſi quis.*9.*ff. de muneribus. & l.prætor.* 13. §. *qui autem. ff. de vacatione & excuſat. muner.* Huius exceptio eſt: Niſi is qui ad munus vel honorem deſtinatus eſt, iuſtam habeat excuſationem. *d.* §. *qui autem.* Sunt inſuper & plures propoſitæ regulæ exceptiones, partim ex perſona eius, cui munus iniunctum eſt, ſumptæ: cuius generis aliquot propoſitæ ſunt *ſupr.quæſt.proxim.* & proponentur *infr. cap.*37. partim ex ſpecie & qualitate muneris iniuncti: cuius generis exceptiones colligere licet ex regulis *ſupr. quæſt.* 4. partim etiam ex aliis circumſtantiis ſupra propoſitis.

II. Regula, De cautione rempublicam ſaluam fore, à nominato præſtanda, proponitur *l. Impp.* 38.§.*fin.ff. ad municipalem.* Cuius exceptio prima eſt: Niſi coactus munus ſuſceperit. *d.* §. *fin.* Altera: Niſi ex inquiſitione ſit electus. *l.vltim.* §. *item reſcripſerunt. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit. pertin.*

III. Regula, Ne filius pro patre cauere teneatur, cauetur *l. æſtimationem.* 16. §. *inuitus. ff. de muneribus. & l. curatores.* 3. §. *filium.ff. de adminiſtratione rerum ad ciuit.*

IV. Regula: Cuius ſumptibus munera ſubſtituenda? De ſumptibus filio nominato à patre præſtandis, dicetur *infr.c.*39.*q.*3.*reg.*1.

V. Regula, De ſumptibus ab omnibus collegiis præſtandis, conſtituitur *l. vnica. C. ſumptus iniuncti muneris ad omnes, &c.*

VI. Regula: Ad hanc etiam quæſtionem pertinet *l. Imperator.*9.§. *item reſcripſerunt.ff. de adminiſt. rerum ad ciuit.item l.*2,*C.de legationib.*

VII. Regula, De excuſationibus dicetur *inf.c.*37.

VIII. Regula, De actione quæ ex mala muneris adminiſtratione naſcitur. *de hac vide infr. c.*39.

DE MVNICIPIBVS.

CAP. XXXVI.

PRIMO: Etymologia municipum proponitur *l.munus.*18.*in fin.ff. de verb. ſignif.*

II. DEFINITIO habetur *l.* 1. *ff. ad municipalem.* Alia definitio proponitur *l. municipes.* 228. *ff. de verbor.ſignificatione.*

III. QVI, ET EX QVIBVS cauſis municipes fiant.

I. Regula: Tres cauſæ, ex quibus municipes fiant, proponuntur *l.* 1. *in princ. ff. ad municipalem. & l. ciues.*7. *C. de incolis.* municipem enim aut natiuitas facit, aut manumiſſio, aut adoptio. *M. I.R.d.cap.*10.*reg.*129.*in princ.*

II. Regula, De natiuitate, habetur *d. l.*1.§. *qui ex duobus. M. I. R. d.reg.* 129. *in princ.* Cuius exceptio prima eſt; Niſi quis ex diuerſarum ciuitatum parentibus natus ſit. hic enim patris, non matris, conditionem ſequitur, *d.*§.*qui ex duob. l. filios.*3. *C.de municipibus. & l.nullus.*44. *C.de decurionib.* Huius replicatio eſt; Niſi ciuitas ſpeciale habeat priuilegium, vt filii matris conditionem ſequantur. *d. l.*1.§. *qui ex duobus.ff. ad municipalem.* Simile priuilegium habuit ciuitas Antiochena; *de quo dictum ſupr.c.*24.*q.*2.*reg.*21.*except.* 6. Secunda replicatio videtur: Niſi quis ſpeciale reſcriptum impetrauerit, vt matris potius quam patris originem ſequatur, ſed reprobatur *l.exemplo.*36.*C.de decurionib.* Tertia eſt; Niſi filius ſit vulgo quæſitus, hic enim non patris, ſed matris originem ſequitur. *l.*1.*in fin. & l. eius qui.* 9. *ff. ad municipalem.* Secunda exceptio eſt; Niſi mulier maritum alterius ciuitatis incolam habeat; hæc enim non ſequitur originem ſuam. *l. Impp.* 38. §. *item reſcripſerunt. ff. dict.tt.* Tertia; Niſi non in ciuitate, ſed in vico nutus ſit, reprobatur *l. qui ex vico.* 30 *ff.d.tt.* Quarta; Niſi duos auos paternos, vnum naturalem, alterum adoptiuum, in diuerſis locis habitantes

habuerit. reprobatur *l. libertus*, 17. §. *in adoptiua. ff. ad municipalem.*

III. Regula, De manumissione. Libertus eiusq; liberi intelliguntur eius municipii esse, cuius est patronus. *l. adsumptio. 6. §. fin. l. filii. 22. in prin. & § municipes. l. municeps 23. §. denique. l. eius qui. 27. in princ. & l. de iure. 37. §. libertos. ff. ad municipalem.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi alibi habeat domicilium libertus, sed reprobatur *dict. §. municipes. & §. libertos.* Secunda est: Nisi non directo, sed per fideicommissum libertas data vel relicta sit: hoc enim casu manumissus non sequitur originem eius qui libertatem reliquit, sed eius à quo est relicta. *dict. l. 17. §. ex causa. ff. d. tt. & l. 2. C. de municipibus.* Tertia: Nisi à pluribus fuerit manumissus. reprobatur *l. si quis. 7. ff. ad municipalem.* Quarta: Nisi patronus duarum ciuitatum sit municeps. reprobatur *leg. eius qui. 27. ff. dict. tt.*

IV. Regula, De adoptione. Filius quoque ad optiuus eiusq; liberi adoptantis parentis originem sequuntur. *l. ordine. 15. §. fin. & l. libertus. 17. §. in adoptiua. ff. d. tt.* Cuius exceptio est: Nisi filius rursus ab adoptiuo patre fuerit emancipatus. *l. sed & si. 16. ff. d. tt.*

V. Regula, De adsumptione & confessione originis. Hæc causa reprobatur *l. adsumptio. 6. in princ. & d. l. 17. ff. d. tt.*

VI. Regula, De nominis similitudine. Et hæc reprobatur *l. vltim. §. penultim. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 10. regul. 132.*

DE CAVSIS EXCVSATIONVM & immunitatum.

CAP. XXXVII.

PRima regula, De diuisione harum causarum, proponitur *l. prætor. 13. §. duo genera. ff. de vacatione & excus. mun.*

II. Regula, De fœminis. Hæ à muneribus & honoribus excusantur. *l. & qui originem. 3. §. corporalia. ff. de muneribus. & l. fœminæ. 2. in princ. ff. de reg. iuris.* Huius exceptio prima est: Nisi munera sint patrimoniorum. *l. patrimoniorum 9. C. de muneribus patrimon. & l. vnica. C. de mulieribus, in quo loco, &c.* Altera: Nisi munus sit personale, cuius talis sexus est capax. *d. l. vnica. & l. de personalibus. 5. C. de his qui numero liberorum.*

III. Regula, De minoribus ætate. Hi à muneribus & honoribus excusantur. *l. ad rempublicam. 8. ff. de muneribus. l. 2. in princip. ff. de vacat. & excusat. munerum. & l. 2. §. fin. ff. de reg. iuris. M. I. R. d. cap. 10. reg. 138.* Huius exceptio prima est eadem quæ regulæ superioris proximæ. *l. rescripto. 6. §. sciendum. ff. de muneribus.* Altera: Nisi decaprotiæ munus sit. *l. & qui. 3. §. decaprotos. ff. eod. tt.* Plura de regula proposita vide *supr. lib. 1. c. 6. quæst. 1. reg. 22. item supr. eod. hoc lib. cap. 25. reg. 10.*

IV. Regula, De maioribus ætate, seu senectute. Hæc regulariter excusat. *l. maiores. 3. & l. semper. 5. ff. de iure immunitatis. l. & qui. 3. §. quamuis. & §. cura. ff. de muneribus. l. 2. §. quem ita. ff. de vacat. & excusat. munerum. l. non tantum. 11. ff. de decurionib. & l. si vltra. 10. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 138.* Huius exceptio prima est: Nisi septuagesimum annum nondum impleuerit. *d. l. 3. ff. de iure immunitatis. & l. 1. §. 1. ff. de vacat. & excusat. munerum.* Cuius replicatio est: Nisi decurio nominetur, hic enim quinquaginta annorum ætate excusatur. *l. 2. §. fin. & d. l. 11. ff. de decurionibus. l. vlt. C. qui ætate se excusant.* Secunda exceptio est: Nisi patrimoniorum munera sint: ab his enim senes non excusantur. *l. rescripto. 6. §. sciendum. ff. de muneribus. & l. neque. 5. C. de muneribus patrimon.* Tertia: Nisi in senectute locuples factus sit, nec antea vllo publico munere sit functus, *l. semper. 5. §. 1. ff. de iure immunitatis.* Quarta: Nisi non facile viri muneribus sufficientes inueniantur. *d. §. 1.* Quinta: Nisi lex municipalis diuersum statuat. *d. l. 5. §. legem quoque. & l. non tantum. 11. in fin. ff. de decurionibus.* Sexta: Nisi honores sint, aut munera honoribus cohærentia. *l. 2. §. numerus. ff. de vacat. & excus. munerum.* Cuius replicatio est: Nisi honor sit decurionatus. *per ea quæ dicta sunt supr. except. 1. repl. 1.* Septima exceptio est; Nisi is qui priuilegio ætatis se excusare potuit, sponte munus suscepit. *l. 2. §. fin. ff. de decurionib. & l. cum decurionatus. 3. C. eod. tt.* Octaua; Nisi ad ordinationem aliquam senex requiratur. *l. decurio. 41. C. d. tt.*

V. Regula, De valetudinariis. Hi quoq; excusantur à muneribus personalib. *l. 2. §. quem ita. ff. de vacatione & excusat. munerum. l. munerum. 18. §. camelelæsia. ff. de munerib. l. prætor. 13. ff. de vacationib. & excus. l. quibusdam. 6. in prin. ff. de iure immunitatis. & l. 2. C. qui morbo se excusant.* Exceptio prima est; Nisi munera sine corpore impleri possint. *l. 2. §. corporis ff. de vacat. munerũ.* Altera: Nisi podagra tantum laboret. *l. à muneribus. 13. C. de decurionibus.* Cuius replicatio est; Nisi ita quis podagra laboret, vt rebus suis superesse non possit. *l. podagræ. 3. C. qui morbo se excusant.*

VI. Regula, De cæcis, proponitur *l. 1. C. d. tt. M. I. P. libr. 5. cap. 1. reg. 31.*

VII. Regula, De surdo & muto, *l. honores. 7. §. 1. ff. de decurionibus. & l. 2. §. minus. ff. de vacat. & excusat. muner.*

VIII. Regula, De numero liberorum. Quinque liberorum parens à muneribus excusatur. *l. vnica. C. de sumptuum recuperatione. l. de personalib. 3. & l. eos qui. 6. C. de his qui numero liberorum. l. & qui. 3. §. quamuis. & §. cura. l. cura. 4. ff. de munerib. M. I. R. d. c. 10. reg. 133.* Exceptio prima est; Nisi patrimoniorum sint munera. *l. rescripto. 6. §. sciendum. ff. d. tt. & l. neque. 5. C. de munerib. patrimoniorum. l. 2. §. quæ patrimoniorum. ff. de vacation. muner.* Secunda; Nisi nominatus non appellauerit, & excusationem intra legitimũ tempus nõ proposuerit. *l. 1. § 1. ff. d. tt.* Tertia; Nisi pauciores filios quam quinq; habeat, *d. l. 1 § fi.* Cuius replicatio proponitur in munere legationis, à quo tres liberi excusant. *l. 1. C. de legationib.* Quarta exceptio est; Nisi liberi quidam mortui sint, hi enim in numerum non computãtur. *l. 2. §. qui ad munera. ff. de vacatio. & excusat. mun. M. I. R. d. reg. 133. except. 1.* Huius replicatio est; Nisi filius bello sit amissus. *l. vlt. in princ. ff. d. tt.* Quinta exceptio est; Nisi liberi post susceptum munus nati sint. *d. §. qui ad munera.* Sexta; Nisi filius apud hostes sit. *l. 2. C. de his qui numero liberorum.* Septima; Nisi filiũ non habeat in potestate, reprobatur *l. 2. §. incolumes. ff. de excus. & vacat. muner.* Octaua; Nisi filiũ habeat adoptiuũ. *d. l. 2. §. adoptiui.* Nona; Nisi non filii, sed nepotes sint, reprobatur *l. nepotes 3. C. de his qui numero liberor.* Plane admittitur, patre nepotum viuente,

uente. *d. l. 3.* Decima: Nisi honores, non munera deferantur, vel munera honoribus cohærentia: hoc enim casu quinque liberorum numerus non excusat. *l. 1. C. d. tt. l. 2. §. numerus. & l. in honoribus. 8. in princ. ff. de vacatione & excus. muner. M. I. R. d. reg. 133. exc. 2.* Huius replicatio proponitur in honore sacerdotii, *d. l. 8.* Plane exceptionum huius regulæ replicatio generalis est: Nisi quis duodecim liberos habeat. hic enim tam à muneribus, quam ab honoribus excusatur, propositis exceptionibus non obstantibus. *l. si quis. 24. C de decurionib. & l. semper. 5. §. demonstratur. ff. de iure immunitatis. M. I. R. d. except. 2. repl. 1.*

IX. Regula, De ordine in muneribus & honoribus iniungendis seruando, deq; eo qui munere vel honore functus est excusando, proponitur *l. quis tam. 52. C. de decurionib. l. 2. & l. 3. §. sane. C. de munerib. & honorib non contin. l. & qui. §. præses. ff. de munerib. & honorib. l. cum te. 3. & l vltra. 4. C. quemadmodum ciuilia munera. l. vnica. C. de potioribus ad munera. l. sciendum est. 4. §. ordine ff. de legationib. & l. 2. C. de apochis publ.* Exceptio prima est: Nisi in alia, non in eadem ciuitate ad honores vel munera nominetur: tunc enim, quamuis in vna honores gesserit, alii tamen proposita præscriptio non obstat. *l libertus. 17. §. præscriptio. ff. ad municipalem.* Secunda: Nisi ad alios, non eosdem quos gessit, honores vel munera vocetur: hoc enim casu non quinquennii, vt in iisdem, sed triennii vacatio datur. *l. 2. C. de honorib. & munerib.* Tertia: Nisi alius, non is qui excusatione vtitur, antea honores gesserit. *l. 1. in princ. & l. interualla. 3. C eod. tt. l. filio. 6. ff. de legationib.* Quarta: Nisi non suo, sed alieno nomine priores honores gesserit, *l. vicarius. 13 & l. filius. 7 ff. d. tt.* Quinta: Nisi non per se, sed per alium antea honore sit functus, reprobatur *d. l. 7.* Sexta: Nisi alii qui munera vel honores gerant, nulli sint, vel sint inepti, *l. vt gradatim. 11 §. 1. & § quoties. l. rescripto. 6. & l. honor. 14. §. fin. ff. de muneribus. l. sciendum. 4. §. ordine. ff. de legationibus. Huc etiam videtur pertinere l. honores. 7. in princ. ff. de decurionib.* Septima: Nisi necessitas postulet ordinem negligi. *l. æstimationem. 16. §. fin. ff. de muneribus* Huius exemplum est *exceptio superior proxima.* Octaua: Nisi is qui antea munus administrauit, illud rursus sponte suscipiat. *l. diuus Seuerus. 18. ff. ad municipalem.* Huius replicatio est in honoribus continuandis, *d. l. 18. l. honor. 14. §. gerendorum, in fin. ff. de muneribus. l. 1. in fin. C. de castrensiario. l. nemo. 5. & l. nemo. 6. C. de adsessorib. l. vnica. C. ad legem Iuliam de ambitu.* Cuius duplicatio prima est: Nisi prouinciæ sacerdotium repetatur. *l. sponte 17. ff. de muneribus.* Secunda duplicatio est in consiliariis iudicum, *l. liceat. 12. C. de adsessoribus.* Tertia est in officio principis agentium in rebus. hic enim iteratio non prohibetur. *l. ex agentibus. 4. in princ. C. de principibus agentium in rebus.* Hæc de nona regula sint dicta. de qua plura vide *supr. lib. 1. c. 6. q. 1. reg. 19.*

X. Regula, De eo qui alio honore vel munere fungitur: ne duplici munere grauetur, proponitur *l. vlt. §. fin. ff. de vacat. munerum.* Cuius exemplum est *l. ab his. 10. §. fin. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi duabus ciuitatibus obligatus, ab vtraque ad munera vel honores vocetur, sed reprobatur *l. libertus. 17. §. præscriptio. ff. ad municipalem.* Secunda exceptio est: Nisi munus sustinenti honor deferatur. *l. honorem. 10. ff. de muneribus.* Tertia: Nisi decurioni honor deferatur. *l. à decurionatu. 5. ff. de vacat. munerum.* Quarta: Nisi in vno munere constitutus, aliud quoque sponte susceperit. *l. 1. § fin. ff. de operib. publ.* Cuius replicatio est: Nisi quis duplici honore simul fungi velit: hoc enim casu non admittitur, *per ea quæ habentur supr. lib. 1. c. 6. reg. 17.*

XI. Regula: Ne duo ex eadem familia ad idem munus vocentur, constituitur *l. si hi. 3. C. de filiisfamiliarum. & l. 1. in prin. C. de munerib. non contin.* Cuius exceptio est: Nisi filius emancipatus cum patre ad idem munus vocetur. *d. l. 3.*

XII. Regula, De eo qui est alterius ciuitatis, habetur *l. 1. Cod. quemadmodum ciuilia munera.* De qua re plura vide *supr. cap. proxim. item cap. 35. quæst. 5. reg. 2.*

XIII. Regula, De eo qui in dignitate positus est, & liberis eius. Hic à muneribus est immunis. approbatur & distinguitur *l. municeps. 23. in prin ff. ad municipalem. l. vlt. C. de excus. munerum. & l. neminem. 64. §. fin. C. de decurionib.* Exceptio prima est: Nisi non sit maxima dignitas. *Notel. c. 38 §. post hæc. vers. non aliter. & l. curialib. 66. de decurionib.* Secunda: Nisi dignitas solo honorario titulo sit collata. *d. vers. non aliter. & Notell. c. 69.* Tertia: Nisi suffragio dignitatem adquisierit. *l. vniuersi. 4. C. de legationib.* Quarta: Nisi non munus, sed honor deferatur. hoc enim casu dignitas non excusat. *l. municeps. 23. in princ. ff. ad municipalem.* Quinta: Nisi portus, aquæductus, vel munerũ extruendorum vel reficiendorum munus deferatur, *l. ad portus. 6. C. de operib. publ.* Hactenus de iis qui in dignitate positi sunt, in genere dictum est: nunc de singulis dignitatũ speciebus in sequentib. regulis dicetur.

XIV. Regula, De senatoribus horumque liberis. Hi à muneribus sunt immunes. *l. filii libertorum. 82. §. senatores. & l. municeps. 23. in princ. ff. ad municipalem. l. præcipimus. 14. & l. nemo. 5. C. de dignitatibus.* Huius exceptio prima esse videtur; Nisi patrimoniorum sint munera, sed reprobatur *l. senatorum. 4. & l. quoniam. 7. C. d. tt.* Altera exceptio est; Nisi honor deferatur: ab hoc enim senatoria dignitas non excusat. *leg. municeps. 23. ff. ad municipalem.*

XV. Regula, De decurionibus & curialibus. Hi extraordinariis muneribus & sordidis non grauantur. *l. curiales. 21. C. de decurionibus. l. humilioribus. 14. C. de susceptoribus. l. 2. & l. 3. C. de scientiariis.* Exceptio prima est; Nisi munera sint curialia & ordinaria, *dict. leg. 21.* Altera; Nisi exigendi tributi munus sit. *l. libertus. 17. §. exigendi. ff. ad municipalem.*

XVI. Regula, De iis qui in sacris scriniis militant. Hi sunt immunes. *l. iubemus. 4. & l. in sacris 9. C. de proximis sacrorum scriniorum, l. 1. & l. 2. C. de priuilegiis eorum qui in sacro palat. militant.*

XVII. Regula, De magistriis & proximis scriniorum. Hisce immunitas tribuitur. *l. vnica. C. de magist. sacrorum scriniorum.*

XVIII. Regula, De comitibus. Hi quoq; sunt immunes. *l. legato. 12. §. fin. ff. de vacat. munerum.* Huius exceptio est; Nisi curialibus muneribus sint obnoxii: ab his enim propter adeptam dignitatem non liberantur, *l. neminem. 64. C. de decurionib.* Cuius replicatio est; Nisi comites, quæstores vel

vel magistri officiorũ ante iam propositam constitutionem in administratione & dignitate illa fuerint; ad hos enim d. constitutio, tanquam ad præterita, non porrigitur. *l. diuæ memoriæ. 65. C. d. tt.* Plura de regula proposita vide *infr. reg. 30.*

XIX. Regula, De quæstore, *d. ll. 64. & 65.*

XX. Regula, De magistro officiorum, *d. ll.*

XXI. Regula, De immunitate cubiculariorum principis, habetur *l. 2. C. de præpositis sacri cubiculi. Vid. insuper infr. reg. 30.*

XXII. Regula, De silentiariorum immunitate, *l. 2. & l. C. de silentiariis.*

XXIII. Regula, De præpositis laborum, *l. vnica. C. de præpositis laborum.*

XXIV. Regula, De palatinis horumq; liberis, proponitur *l. 1. l. ab officiis. 6. l. palatinos. 10. l. inter alias. 13. & l. iubemus. 14. C. de palatinis. l. 1. l. 2. & l. 3. C. de priuilegiis eorum qui in sacr.*

XXV. Regula, De agentibus in rebus, habetur *l. 2. §. fin. C. d. tt.*

XXVI. Regula, De cornicularis præfecturæ, *l. 1. & l. 3. C. de apparit. præfect. prætor.*

XXVII. Regula, De primiscriniis & numerariis præfecti prætorio, *d. l. 3.*

XXIIX. Regula, De apparitoribus magistrorum militum, *l. 1. C. de apparitorib. magist. milit.*

XXIX. Regula, De procuratore Cæsaris, *l. 1. C. de excus. munerum.*

XXX. Regula, De protonotariis, notariis, & referendariis principis, necnon de aliis quibusdam, proponitur *l. eos qui. 11. & l. maximarum. 12. C. dict. tt.*

XXXI. Regula, De chartulariis largitionalium titulorum, *l. præcepit. 3. in prin. C. de canone largitionalium tt.*

XXXII. Regula, De protectoribus & præpositis, *l. 2. C. de excusationibus munerum.*

XXXIII. Regula, De sacerdotibus & clericis. Hi quoque immunitatem habent, approbatur & distinguitur *per ea quæ habentur sup. eod. lib. c. 3. reg. 1. & l. prætor. 13. ff. de vacat. munerum.*

XXXIV. Regula, De militibus. Hi quoq; immunes sunt. *l. & qui. 3. §. 1. ff. de munerib. l. ab his. 10. §. angariarum. ff. de vacat. munerum. & l. 2. C. de re militari.* Huius exceptio prima est: Nisi in fraudem munerum nomen militiæ quis dedit. *l. cura. 4. §. fin. ff. de muneribus.* Secunda: Nisi miles vltra formam commeatus absit. *l. 2. §. fin. ff. ad municipalem.* Tertia: Nisi dimissus sit, reprobatur *l. 2. C. de his qui non impletis stipendiis.* Admittitur in ignominiosa missione, *l. 2. C. d. tt.*

XXXV. Regula, De veteranis. Hi quoque immunitatem habent. *l. 1. C. de veteranis. l. veteranos. 5. in prin. ff. eod. tt. l. à muneribus. 7. ff. de vacat. muner. & l. veteranis. 9. C. quando prouocare non est necesse.* Exceptio prima est: Nisi patrimoniorum munera ab illis exigantur. *d. l. 7. l. 2. & l. viæ. 4. ff. de veteranis.* Secunda: Nisi viæ sternendæ munus sit. *d. l. 4.* Tertia: Nisi quis veteranorum sponte munus susceperit, reprobatur *l. 2. ff. de veteranis.* Quarta: Nisi veteranus passus sit se in ordinem legi. *l. vlt. in fin. ff. d. tt.* Quinta: Nisi non in legione vel vexillatione, sed in cohorte veterani militauerint, vel ignominiosè dimissi sint. *l. veteranis. 3. C. de his qui non impletis stip.*

XXXVI. Regula, De liberis veteranorum, habetur *l. in honoribus. 8. §. vacationum. ff. de vacatione munerum.*

XXXVII. Regula, De eo qui reipublicæ causa abest, proponitur *inf. lib. 3. c. 6. de excus. tutorum.*

XXXIIX. Regula, De procuratoribus eorum qui reipublicæ causa absunt, *l. procuratores. 5. C. de excus. munerum.*

XXXIX. Regula, De legatis. Hi quoque immunes sunt. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur sup. eod. lib. cap. 25. quæst. 2. regul. 2. except. 2.*

XL. Regula, De nauicularis, annonariis, proponitur *l. semper. 5. §. negociatores. ff. de iure immunitatis.* Cuius exceptio prima est: Nisi nauicularius redierit. *d. §. negotiatores. & l. his qui. 3. ff. de vacat. munerum.* Huius replicatio est: Nisi magnam partem patrimonii sui rei annonariæ contulerit: tunc enim in quinquennium vacationem habet. *l. nauicularii. 5. ff. de muneribus.* Cuius duplicatio est: Nisi postea locupletior factus, nihilominus in priore quantitate nauiculariam exerceat. *l. semper. 5. §. negotiatio. ff. de iure immunitatis.* Secunda exceptio est: Nisi tantum agendi causa quis in nauibus operetur. *l. 1. in prin. ff. de iure immunitatis.* Tertia: Nisi naues minores sint quinquaginta millium modiorum. approbatur & distinguitur *l. his cui. 3. ff. de vacat. munerum.* Quarta: Nisi senatores sint nauicularii. *d. l. 3. in fin.* Quinta: Nisi non habeant naues marinas annonarias. *d. l. 5. §. diuus. ff. de iure immunitatis.* Sexta: Nisi nauicularius nauem non habeat. *d. l. 5. §. licet.* Septima: Nisi in fraudem ciuilium munerum quis nauiculariam exerceat. *d. l. 5. §. diuus.* Octaua: Nisi nauicularius honorem decurionatus agnouerit, *d. l. 5. §. fin.* Plura de hac exceptione vide *inf. capite prox. except. 1.*

XLI. Regula, De liberis ac libertis nauiculariorum, proponitur *d. l. 5. §. immunitati. ff. de iure immunitatis.*

XLII. Regula, De negociatoribus annonariis. Hi perinde ac nauicularii sunt immunes. *d. l. 5. §. negotiatores.* Huius exceptio prima est: Nisi ex negotiatione sit reuersus: tunc enim desinit immunitas, *per ea quæ habentur sup. reg. 40. except. 1.* Cuius replicatio est: Nisi magnam patrimonii partem in annonariam contulerit: tunc enim quinquennalem immunitatem habet. *d. except. 1.* Huius duplicatio est: Nisi postea locupletior factus, non tamen maiorem patrimonii partem in negociationem conferat. *d. l. 5. §. negotiatio. ff. de iure immunitatis.* Secunda exceptio esse videtur: Nisi negotiator non ad munera, sed honores nominetur. sed reprobatur *l. eos qui. 9. §. fin. ff. de vacat. munerum.*

XLIIII. Regula, De negociatoribus, vestiariis, linteonibus, purpurariis & similibus Imperatori deseruientibus, habetur *l. negociatores. 7. C. de excus. munerum.*

XLIV. Regula, De eo qui tres tutelas gerit. Hic immunis non est. *l. tutelæ. 3. C. d. tt.*

XLV. Regula, De artificum immunitate, proponitur *l. 1. C. de excus. artificum l. semper. 5. §. quibusdam. & l. quibusdam. 6. ff. de iure immunitatis.* Cuius exceptio prima est: Nisi quis eorum artificium non exerceat. *l. qui sub prætextu. 9. C. de sacrosanc. ecclesiis. & l. 1. in princ. C. de collegiatis.* Altera: Nisi artifi-

artifices locupletes sint, & facultates suas augeant. *d. l. 5. §. quibusdam. ff. de iure immunitatis.*

XLVI. Regula, De medicis, constituitur *dict. l. 6. ff. de iure immunitatis. l. 1. l. medicos. 6. & l. vlt. C. de professoribus & medicis.* Huius exceptio est: Nisi specialiter illis ab ordine decurionum immunitas sit adempta, vel non concessa. *l. nec intra. 5. C. d. tt.*

XLVII. Regula, De venatoribus. Hi immunes non sunt. *l. venatoribus. 6. C. de excus. munerum.* Contradicit *l. quibusdam. 6. vers. in eodem numero. ff. de iure immunitatis.*

XLVIII. Regula, De colonis prædiorum Cæsaris ac fisci, habetur *l. semper. 5. §. coloni. ff. de iure immunitatis. l. 1. & l. dominicos. 5. C. de agricolis & mancipiis dominicis. l. Impp. 38. §. 1. ff. ad municipalem.* Cuius exceptio est: Nisi in fraudem ciuilium munerum colonis se miscuerit. *l. 1. §. qui in fraudem. ff. de vacat. munerum.*

XLIX. Regula, De conductoribus vectigalium fisci, *l. semper. 5. §. conductores. ff. de iure immunitatis.* Exceptio prima videtur esse: Nisi conductor sponte munus suscipiat. verum reprobatur sub conditione *d. §. conductores.* Secunda est: Nisi conductores non præsentes negocium exerceant. *l. in honoribus, 8. §. ff. de vacat. munerum.* Tertia: Nisi non fisco, sed à conductoribus fisci vectigalia conduxerint. *l. vnica. C. quibus muneribus excusantur, &c.*

L. Regula, De mensoribus frumenti. Hi quoque immunitatem habent. *l. quibusdam. 6. in princ. ff. de iure immunitatis.* Huius exceptio est: Nisi mensores non in vrbe sint, sed in prouinciis. *l. ab his. 10. 60. ff. de vacat. munerum.*

LI. Regula, De professoribus, horumq; vxoribus & liberis ac rebus. Hi quoq; immunes sunt. *l. medicos. 6. & l. vlt. C. de professorib. l. ab his. 10. §. angariarum. ff. de vacat. muner.* Cuius exceptio esse videtur; Nisi non in patria, sed alibi profiteantur. verum reprobatur *l. eos qui. 9. ff. d. tt.* Plures exceptiones vide *infr. in regul. sequentib.*

LII. Regula, De legum doctoribus. proponitur *dict. leg. 6. C. de professoribus. M. I. R. lib. 3. cap. 20. reg. 137.*

LIII. Regula, De grammaticis ac oratoribus, *d. l. 6. & vlt. C. eod. tt. l. maximarum. 12. §. circa Rhetores. C. de excus. muner.*

LIV. Regula, De philosophis. habetur *supr. c. 28. persona. 3. reg. 2.*

LV. Regula, De poetis, *l. poetæ. 3. C. de professorib.*

LVI. Regula, De calculatoribus, *l. oratione. 4. C. dict. tit.*

LVII. Regula, De ludimagistris, *l. vt gradatim. 11. §. fin. ff. de muneribus & honoribus. & l. 2. §. fin. ff. de vacation. munerum.*

LVIII. Regula; De Hydraulis, *l. Hydraulæ. 4. C. de excus. munerum.*

LIX. Regula, De athletis, *l. vnica. C. de athletis.*

LX. Regula, De studiosis literarum, proponitur *l. 1. & l. 2. C. qui ætate se excusant.*

LXI. Regula, De liberis, *l. vnica. C. de libertinis. & l. liberius. 17. ff. ad municipalem.*

LXII. Regula, De eo qui litis causa abest, *l. in honoribus. 8. §. fin. ff. de vacat. munerum.*

LXIII. Regula; De infamibus, *l. nec infames. 12. & l. omnes. 49. C. de decurionibus. l. vnica. C. de infamibus. l. & qui. 3. §. si in metallum. ff. de munerib. & Noueil. c. 45. in princ.*

LXIV. Regula, De captiuis. Hi à muneribus sunt immunes. Cum enim per captiuitatẽ amittant commoda, etiam ab oneribus liberantur, quæ commoda sequuntur. Huius exceptio est: Nisi postliminio sint reuersi. *l. libertus. 17. §. postliminio. ff. ad municipalem.*

LXV. Regula, De eo qui pro munere vel honore pecuniam offert, proponitur *l. æstimationem. 16. in prin. ff. de munerib. & l. illud. 9. C. de excus. muner.*

LXVI. Regula, De eo cui honoribus ac muneribus pœnæ causa est interdictum, *l. relegatorum. §. solet, cum l. seq. ff. de interdictis & relegat.*

LXVII. Regula, De eo qui, ne honoribus fungeretur, opus promisit, *l. as priuatis. 12. §. fin. ff. de pollicitationibus.*

LXVIII. Regula, De eo qui maioribus honoribus functus est, *l. 2. C. quemadmodum ciuilia munera.*

LIX. Regula: Incola alterius loci non excusatur à muneribus suæ originis, & contra. *l. incola. 29. ff. ad municipalem. l. & qui. 3. ff. de muneribus. l. 1. & l. si quis. 5. C. de municip.*

LXX. Regula, De pauperibus, & ne quis vltra bona sua oneretur, *l. cura. 4. §. inopes. & l. rescripto. 6. ff. de munerib. l. 2. §. fin. ff. de vacation. munerum. l. vltra modum. 4. C. quemadmodum ciuilia munera indicantur. l. cum facultates. 4. C. de his qui numero liberorum. & Institut. de excus. tutorum. §. sed & propter. M. I. R. d. cap. 10. reg. 134.* Huius exceptio prima est: Nisi non patrimoniorum, sed personalia munera indicantur. *d. §. inopes. M. I. R. d. reg. 134. except. 2.* Cui tamen contradicere videtur *l. eos qui. 6. §. fin. C. de his qui numero liberorum.* Secunda: Nisi post excusationem propositam facultates eius auctæ sint. *l. ab his. 10. §. auctis. ff. de vacation. muner. & l. cura. 4. §. 1. ff. de munerib. M. I. R. d. reg. 134. except. 1.* Tertia: Nisi in fraudem munerum bona alienauerit. *l. ordine. 15. §. in fraudem. ff. ad municipalem.* Quarta: Nisi libertus pauper ad munus nominatus, locupletem habeat patronum. reprobatur *l. & qui. 3. §. liberti. ff. de munerib.* Quinta: Nisi satisfacere muneri vel honori possit. ipso quidem iure subsistit; verum eius replicatio est: Nisi dote non computata, amplius satisfacere non possit, *l. Lucius. 21. §. idem respondit. ff. ad municipalem.*

LXXI. Regula: Si propter inimicitias quis ad munera sit creatus. *l. vnica. C. si propter inimicitias.*

LXXII. Regula: Si pœnæ nomine quis muneribus vel honoribus sit addictus. *l. ne quis. 38. C. de decurionibus.*

LXXIII. Regula: Si pater non consentit in nominationem filii, ex eo non excusatur filius. *l. & qui. 3. §. quod pater. & §. si filius. item l. honor. 14. §. plebeii. ff. de munerib.*

LXXIV. Regula: Si quis origini renunciauit, per hoc non excusatur. *l. originem. 4. C. de municipibus.* Plura vide *supr. reg. 69. item supr. cap. prox. quæst. 3. reg. 5.*

LXXV. Regula, De eo qui sententia præsidis, vel arbitratu iudicis à munere vel honore est absolutus, proponitur *l. à muneribus. 13. l. nemo. 14. & l. vlt. §. fin. C. de decurionib.*

LXXVI. Regula: Si rescripto immunitas sit impetrata, non valet. *l. quotiescunq; 37. l. vacuatis. 19. l. nullus.*

l.nullus.28. l.si quis.16. l. omnes.43. & l.vlt. C.de decurionibus. Cuius rescripti exemplum extat *l. neque.61. & l. Docticii. 63. C.eod.tt.* Vide item *sup.eod.lib.cap.13. q.1.reg.2.except.8.*

LXXVII. Regula, De eo qui ad domum Cæsaris vel alterius confugit. Hic non excusatur. *l.curiales.39. & l.ex omnib.31. C.de decurionib.*

LXXVIII. Regula: Etsi necessitas non exigat, nihilo magis tamen quis ab oneribus curialibus liberatur. *l. in filiis. 35. vers. quæ & si. C.de decurionibus.*

LXXIX. Regula, De præscriptione vide *infr. lib.15.cap.13.except.1.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM CAUSARUM GENERALIBUS, & reliquis excusationum & immunitatum locis.

CAP. XXXVIII.

I. DE EXCEPTIONIBVS.

HActenus causæ excusationum & immunitatum à muneribus ciuilibus & honoribus enumeratæ sunt. Plures vide *supr.c.36.quæst.3.c.35. quæst 5. reg.2. item cap. 25. quæst.1.* Plane præter exceptiones, singulis causis hactenus enumeratis subiectas, sunt & aliæ quædam generaliores, quibus prædictæ causæ eliduntur, in hoc capite proponendæ.

I. Exceptio: Nisi is cui exceptio competit, promisit se munera susceptur um. *Instit. de excus. tutorum. §. item si propter.* Cuius replicatio est: Nisi per errorem promiserit, *l. libertus. 17. §. error.ff. ad municipalem.*

II. Exceptio; Nisi excusatione non opposita, sponte munera suscepit. *l. semper. 5. §.fin.ff.de iure immunitatis. l.prætor. 13. §. si post causam.ff.de vacatione munerum. & l. 1. C. de his qui sponte publica munera sub. M. I.R. lib.1. cap.3. de principum placitis, reg. 5.except.6. & lib.3. c.10.post reg.139. except.4.* Huius replicatio prima est: Nisi excusationis causa post susceptum munus contigit. *d.§ si post causam.* Cui tamen contradicere videtur *infr. exceptio 6.* Plane huius replicationis duplicatio est: Nisi cum iudex se ex eo, quod post susceptam causam contigisset, excusare vellet, id sine captione alterius litigatoris fieri non possit; tunc enim excusatio illi est deneganda. *d. §. si post causam. & l. de qua re. 74.ff.de iudiciis.* Secunda replicatio est: Nisi sub conditione seruandæ immunitatis munus susceperit. *d.l.1.in fin.C.de his qui sponte. & l.2. in princip.ff. de iure immunitatis. M.I.R.d.except.4.replic.1.* Tertia: Nisi partem tantum honoris vel muneris agnouerit, & ad aliud munus quam susceperit vocetur. *d.l.1.l.2.ff. de veteranis. l. cura.4.in princ. versic. nec si per vim.ff. de muneribus. l.2. & l.3.C.de his qui sponte. M.I.R. d. except. 4. replic.2.* Quarta: Nisi conditio, sub qua munus vel honorem quis suscepit, defecerit: nec fides ei præstetur, *l.2.ff.de iure immunitatis.* Quinta; Nisi per errorem susceperit. *De quo vide supr.except.1.*

III. Exceptio: Nisi ad munera nominatus non appellauit. *l.1.in princ.ff. de vacat. munerum. l. 1. §. si quis tutor. C. quando appellandum. l. non videtur.4. C.de munerib.patrimonialib.l.si ad scribatum. 4. l.hi qui.7. & l.ciues. 11. C. de appellationib. item l.Impp.13. §.fin ff. de decurionibus, M.I.P. lib. 5. cap. 1. reg. 32.* Replicatio prima est; Nisi non solenniter sit nominatus ad munera. *l. nominationes.27. C. de appellationib. M.I.P. d.reg. 32. except. 1. repl. 1.* Secunda: Nisi minor 25. annis ad munera sit nominatus. *l.si pater.8.C.quando prouocare non est necesse. M.I. P. d. except. 1. replic. 2.* Tertia; Nisi veteranus ad munera sit nominatus, *l. veteranis. 9. in fin. C.eod. tt.* Sed & plures replicationes vide *supr. lib. prox. cap.19.*

IV. Exceptio; Nisi ad munera nominatus appellationem intra legitimum tempus non interposuit, vel non est prosecutus, *l.1. in princ ff. de vacat. munerum.*

V. Exceptio; Nisi penuria sit eorum qui honores vel munera sustinent, *l.vt gradatim.11.§.quoties.ff.de muneribus. Vide etiam supr. cap.prox. reg.9. except.6.*

VI. Exceptio; Nisi nominatus sit ad honores vel munera, antequam priuilegium competere cœpit. *l. semper. 5. §. hoc circa. ff. de iure immunitatis. & l.prætor. 13. §. si post causam.ff. de vacat. munerum.*

VII. Exceptio; Nisi ab alio, quam à principe, vacatio sit concessa. *l.vnica. C. de his qui à princ. lib.1. C.de operib. publicis. & l. vacuatis.19. C. de decurionibus. M.I.R. d.cap.10. reg.136. except 1.* Huius replicatio est; Nisi liberalium studiorum antistites & medici, decreto decurionum immunitatem impetrauerint. *l.C.de decretis decurionum.*

VIII. Exceptio; Nisi is cui propter militiam aliquam immunitas concessa est, militare desierit. reprobatur *l. eam legem. 14. C. de excusatione munerum.*

IX. Exceptio; Nisi is qui excusationem & immunitatem habet, ad patrimonii munus sit nominatus; hoc enim casu non excusatur. *l. rescripto. 6. §. quæ munera. & l.munerum.18.§.patrimoniorũ ff. de muneribus. l.2. §. quæ patrimoniorum, l. à muneribus.7. l.ab his.10. & l. sunt.11 ff. de vacat. munerum. l.2. l.qui immunitatem 3. l.neque.5. l.etiam.7. & l.quantum. 10. C. de munerib. patrimonialibus, M.I.R.d.reg.136. except. 1.* Replicatio prima est: Nisi alicui specialiter etiam patrimoniorum munerum immunitas sit concessa, *per ea quæ habentur supr. eod. lib. cap.13. q.1. regul. 2. except. 8.* Secunda; Nisi prædia sint ipsius principis. *l.priuatæ rei.10. & l.euidenter.15. C. de excus. munerum. l.2. C. de collatione fundorum patrimonialium l.1. & vlt. C. de priuilegio domus Augustæ.* Huius duplicatio prima est; Nisi in perpetuum prædia principis alii sint locata, reprobatur *d. ct. l.10. & d. l. 15.* Secunda; Nisi publicæ species sint transuehendæ. *l. 2. C. de priuilegiis domus Augustæ. & l. omnia. C. de collatione fundorum fiscalium.* Tertia: Nisi viæ publicæ instruendæ sint, vel pontes, stratarumq; opera. *l. absit. 4. C. de priuilegiis domus Augustæ. & l.1. C. de collation. fund. patrimonialium.* Quarta: Nisi tyronibus precia sint soluenda. *l. pro tyronibus.3. C. de priuilegiis domus Augustæ.* Porro quoniam interdum possessores rerum patrimonialium principis ad munera tenentur, *vt ex iam propositis duplicationibus constat:* in quantum quisque teneatur, definitur *l. omnes.3. C. de collatione fundorum patrimon.* Hæc de secunda propositæ exceptionis replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Plures eiusmodi replicationes colligere licet ex regulis *supr. cap. proxim.* propositis. Ex quibusdam enim istarum, non personis solum, sed &

sed & rebus illarum immunitas datur: *vt regula 14. item supr. cap.28. de aliis quibusdam personarum speciebus, membro 1. reg.5.*

X. Exceptio, Nisi comparandi frumenti aliarumque specierum munus iniungatur. *l.vnica. C. vt nemini liceat in emption. specier. l.1. & l.3. C. de quibus muneribus nemini liceat.*

XI. Exceptio: Nisi vectigalia soluenda sint. *l.2. in fin. ff. de veteranis.*

XII. Exceptio: Nisi tributa sint soluenda. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. c.13. quæst.1. regula 2. except.3.*

XIII. Exceptio: Nisi viæ publicæ instruendæ sint, vel pontes, vel opera publica extruenda. *l. absit. 4. C. de priuilegiis domus Augustæ. l. ad Portus. 6. C. de operib. pub. & l. sunt munera.11. ff. de vacat. mun.* Contradicere videtur *l. cui muneris. 12. in fin. C. de munerib.*

XIV. Exceptio: Nisi solicitudo discussionis iugorũ iniungatur. *l. per singulas. 3. C. de discussorib.*

XV. Exceptio: Nisi honos iniungatur; tunc enim excusatio à muneribus data non prodest, nec quoad honorem, nec quoad munera honori cohærentia. *l.cui muneris.12. ff. de mun. l.2. §. numerus. & l.in honoribus.8. ff. de vacation. munerum.*

XVI. Exceptio: Nisi munus à legibus iniungatur, non à magistratibus. *l.vnica. C. de vacatione publici muneris. & d.l.8. ff. de vacat. munerum.*

XVII. Exceptio; Nisi species publicæ sint transuehendæ; vel angariarum munus sit. *l.1 & 2. C. de quibus muneribus nemini liceat se excusar. l. munerum.18. §. penult. ff. de muneribus. l. sunt munera.11. ff. de vacatione munerum. l. neminem.11. C. de sacros. Eccles. & l.nullus.21. C. de cursu pub.*

XVIII. Exceptio: Nisi in transitu Imperatoris opus sit muneribus. *l.2. C. de quibus muneribus. & d.l.11. de sacrosanctis Eccles.*

XIX. Exceptio: Nisi muri construendi sint. *l. vlt. C. de quibus munerib.*

II. QVIBVS EXCVSATIO & immunitas competit?

I. Regula, De liberis eius qui immunitatem habet. His regulariter non competit immunitas. *l. & qui 3. §. quamuis. ff. de muneribus. l. casus. 4. C. qui morbo se excusant. & l. semper. 5. §. immunit. ff. de iure immunitatis.* Huius exceptio est: Nisi specialiter liberis quoq; immunitas sit concessa. *l.medicos.6. & l.vlt. §.fin. C. de professoribus & medicis.*

II. Regula, Si vacatio liberis posterisq; concessa sit, in perpetuum succedentibus datur. *l.immunitates.4. ff. de iure immunitatis. M.I.R. lib. 1. cap.3. de principum placitis, reg.6. except.2.* Exceptio prima est: Nisi eius familiæ non sint. *l. vacatio.13. ff. de muneribus.* Altera, Nisi ex fœminis cognati sint. *l.1. §. fin. ff. de iure immunitatis. M.I.R. d.reg. 6. except. 2. repl.4.*

III. Regula, Hæredibus non competit, *d. §. fin. & l.sordidorum.13. C. de excus. munerum. M.I.R. d. reg.6.* vbi etiam distinguitur.

IV. Regula, De socio eius cui munerum vacatio est data, proponitur *l. interualla.3 in prin. C. de honoribus & muner.*

V. Regula, De cognatis eius qui immunis est. His immunitas non competit, *l. & qui 3. §. 1. ff. de muneribus.*

III. QVIBVS MVNERIBVS excusatio competit?

Hæc quæstio definitur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox.*

IV. APVD QVEM EXCVSATIO sit proponenda?

Definitur *l. de iure. 37. ff. ad municipalem. l. vnica. in fin. C. de vacat. pub. munerum. l. 2. & l. generali lege. §4. C. de decurionibus.*

V. QVOMODO EXCVSATIO sit proponenda?

Per appellationem proponenda est. *l.1. §. si quis tutor. ff. quando appell. l. 1. in prin. ff. de vacatione munerum. l.vnica, in fin. C. de vacat. pub. munerum. & l.2. C. de decurionibus.*

VI. QVAMDIV vacatio competat, definitur *l.2. C. de honoribus & muneribus.*

VII. EVENTVS EXCUSATIONIS.

I. Regula, De nihil innouando appellatione pendente proponitur *l. reus. 7. §. cum contra. ff. de muneribus. & l.si vt proponis. 3. C. quando prouocare non est necesse.*

II. Regula, De alio in locum eius qui appellauit interim adsumendo, *l.Impp. 21. §. si magistratus. & §. in locum. ff. de appellationibus.*

III. Regula, De expensis soluendis nominato absoluto, *d.§. magistratus, in fin. l.3. in fin. ff. si tutor creatus appellauerit. l.2. in fine. C. de decurionibus. & l.vnica C. de sumptuum recuperat.*

IV. Regula, De damno præstando ab eo qui nominatus iniuste appellarit, *d.§. magist. & d.l.1.*

V. Regula. Mortuo appellante, finitur appellationis causa. *l.si pater 4. C. si pendente appellat. mors interuenerit.* Cuius exceptio est: Nisi periculum aliquod vel damnum contigerit occasione appellationis. *l. 2. ff. si tutor vel curator vel magistratus creatus appell. & l. vnica. §. fin. ff. si pendent. appell.*

DE ACTIONE QVÆ EX MALA muneris administratione competit.

CAP. XXXIX.

I. CAVSÆ EX QVIBVS hæc actio datur.

PRima causa: Si dolo vel culpa eius qui munus vel honorem gerit, quid commissum sit in ipsa administratione. *l.magist. 6. ff. de admin. rerum ad ciuitates pertinentium.* Huius exceptiones vide *M.I.R. lib.3. cap. 10. reg.142.*

II. Causa: Si nomina reipub. deteriora sint facta. *l.vlt. §. penult. ff. d. tt.* Cuius exceptio prima est: Nisi antequam curator fieret, nomen desiit esse soluendo. *d.§. penult.* Altera nisi postea casu fortuito soluendo esse desierit. *l.2. §. si eo ff. eod. tt.*

II. ADVERSVS QVOS datur actio?

I. Regula, De patre nominati. Hic regulariter filii sui nomine tenetur. *l.2. ff. ad municipalem. & l. filiusfamilias. 7. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinentium.* Tenetur insuper pater filio sumptus ad munus vel honorem præstare. *l. sponte 17. ff. de mun.* Propositæ regulæ, tam de facto filii præstando, quam

quam de sumptibus ministrandis, exceptio prima est: Nisi pater in creationem filii non consenserit. *l. si filius famil.* 4. C. *ne filius pro patre. l. & qui.* 3. §. *quod pater. & §. penult. ff. de munerib. l.* 5. *in fin. C. de decurionibus. & l. sine periculo.* 4. C. *de filiisfamilias & quemadmodum.* Huius replicatio prima est: Nisi pater creationi prælens non contradixit. *l.* 1. *in fine. C. d. tt. l.* 2. §. 1 *ff. ad municipalem. & l. honores.* 7. §. *finali. ff. de decurionibus.* Altera: Nisi pater nominato filio appellauit. *l.* 2. C. *de filiisfamilias & quemadmodum.* Contradicit *l. spurii.* 6. §. *pater. ff. de decurionibus.* Secunda exceptio est: Nisi filius emancipatus sit, non in potestate patris: *l.* 1. C. *de filiisfamilias & quemadmodum.* Cuius replicatio est: Nisi pater filium propterea emanciparauerit, ne pro eo caueret. *l. vlt.* §. *antepenult. ff. ad municipalem.* Tertia exceptio est: Nisi filius infans sit. *l. Lucius.* 21. §. *penult. ff. ad municipalem. & l.* 1. §. *fin. C. de honoribus & muneribus.* Quarta: Nisi filius sit adoptiuus. reprobatur *d. l.* 21. §. *idem respondit. ff. ad municipalem.* Quinta: Nisi priuignus sit. *l. & qui.* 3. §. *vitricus. ff. de muneribus.* Sexta, Nisi filius ob id teneatur, quod tutores vel curatores dari non curauerit, vel non idoneos. *l* 2. §. *sed si filius ff. ad municipalem.* Septima: Nisi prius pater quam filius conueniatur. *l. libertus.* 17. §. *filium ff. ad municipalem. & l. in fin. C. de decurionib.* Octaua: Nisi id ex quo agitur, post mortem patris gestum sit. *d. l.* 21. §. *idem respondit. ff. ad municipalem. d. l.* 3. §. *fin. & l. etsi.* 15. *ff. de munerib.* Huius replicatio prima est: Nisi pater in vltima voluntate sua cauit de sumptibus, etiam post insecutis. *d. l.* 3. §. *fin.* Altera: Nisi pater promisit de proprio patrimonio sumptus *l. vnica. C. de periculo succeff.* Hæc de patre nominati.

II. Regula, De patris hæredibus. Hi quoque tenentur. *l.* 5. *C. de decurionibus.* Cuius exceptio prima est: Nisi pater, antequam filius honorem gesserit, decesserit. *l. vnica. C. si post creationem.* Alias exceptiones vide *supra regula proxima.* Sunt enim eædem vtriusque regulæ exceptiones.

III. Regula, De hæredibus nominati: Hi quoque proposita actione tenentur. *l. vlt.* §. 1. *ff. de administ. rerum, & c. l. Imp.* 38. §. *Impp. ff. ad municipalem. & l cum te.* 14. *C. quo quisque ordine conueniatur.* Huius exceptio est: Nisi ex eo quod post mortem nominati contigit, agatur. *l.* 1. §. *finali. C. dicto tot. tit. & l.* 1. *in principio. ff. de operibus publicis.* Altera: Nisi pœnæ persecutio fiat: hæc enim non datur aduersus hæredes. *l. vltim.* §. *item rescripserunt. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinentium.*

IV. Regula. De nominatore. Aduersus hunc quoque ex dolo vel culpa nominati datur actio. *l. honor* 14. §. *plebeii ff. de muneribus. & l. sine periculo.* 4. *in fin. C. de filiisfamilias & quemadmodum.* Exceptio prima est: Nisi nominatus nondum sit conuentus. *l. quid ergo.* 13. *in prin. ff ad municipalem. & l. cum te.* 4. *C. quo quisque ordine conueniatur.* Secunda: Nisi hæres nominati nondum sit conuentus. *d. l.* 4. Tertia: Nisi fideiussor nominati nondum sit cõuentus. *l.* 2. *C. d. tt. & l. quid ergo.* 13. *ff. ad municipalem.* Quarta: Nisi collega nominati nondum sit conuentus. *de quo vide infr. reg.* 6. *except.* 3. Quinta: Nisi nominatus non ex suo facto teneatur, sed ex eo quẽ ipse nominauit. *l.* 2. *C. de periculo nominatorũ.* Sexta: Nisi nominatus ex collegę sui facto teneatur. reprobatur *d. l.* 13. *in fin. ff. ad municipalem.* Septima: Nisi pœna petatur. *l. libertus.* 17. §. *fin. ff. d. tt.* Octaua: Nisi nominatus tempore creationis fuit idoneus. *l.* 2. §. *si eo tempore. ff. de administ. rerum ad ciuit.* Nona: Nisi nominatus finito administrationis officio fuit soluendo. *l. ordine.* 15. §. *in eum. ff. ad municipalem. & l.* 1. *C. de periculo nominator.*

V. Regula, De fideiussoribus. Aduersus hos quoque datur actio. *l. vltim.* §. *Imperatores. ff. ad municipalem. & l.* 2. *C. quo quisque ordine conueniatur.* Exceptio prima est: Nisi is pro quo fideiussum est, non ex suo, sed eius quem nominauerat, facto conueniatur. *l. libertus.* 17. §. *nominati. ff. ad municipalem.* Secunda: Nisi pœna petatur. *d. l.* 17. §. *fin. & l. vnica. C. de periculo eorum.* Tertia: Nisi is pro quo fideiussum est, teneatur ob id, quod minoribus tutores dari non curauerit, vel non recte. *l.* 2. §. *sed si filius. ff. ad municipalem.* Quarta: Nisi reus principalis sit soluendo. *l. curatores.* 3. §. *fin. ff. de administr. rerum ad ciuit. pertinentium.*

VI. Regula: Collega quoque sui collegæ factum tenetur præstare. *l. vlt.* §. *item rescripserunt. ff. d. tt. l. Imperator.* 11. *ff. ad municipalẽ. & l.* 1. *C. quo quisq; ordine.* Exceptio prima est: Nisi is qui gessit, vel eius fideiussor, honore deposito, fuerit soluendo. *d. l.* 11. *& l. ex persona.* 4. *C. de probationib.* Secunda: Nisi is qui gessit, eiusue hæredes, vel fideiussor nondum fuerit conuentus. *d. l.* 11. *ff. ad municipalem. l. quid ergo.* 13. *ff. eod. tt. l. curatores.* 3. *ff. de administ. rerũ ad ciuitat. pertinent. l.* 1. *& l.* 2. *in fin. C. quo quisq; ordine conueniatur.* Tertia: Nisi nominator eius qui gessit, nondum sit conuentus. *d. l.* 11. §. *fin. cũ l. seq. d. l.* 13. *d. l.* 2. *l. si ita.* 3. *& l.* 4. *C. eod. tt.* Cuius replicatio est: Nisi pro indiuiso munus sit iniunctũ, nõ separatis portionibus. hoc n. casu collega ante nominatorẽ est conueniendus. *d. l.* 2. *& d l.* 3. Quarta exceptio esse videtur: Nisi collega, qui ex facto collegæ conuenitur, nihil gesserit, nec consenserit se creari, & in patris fuerit potestate, cum illi munus iniungeretur, sed reprobatur *l. Lucius.* 21. *in pr. ff. ad municipalem.* Quinta: Nisi collegæ inuicem partiti fuerint operas, & inter eos conuenerit, vt alter alterius factũ præstet. reprobatur. *l.* 2. §. *ius reipub. & l.* 3 *ff. de administ. rer. ad ciuit. pertinent.*

VII. Regula, De eo qui in munus vel in honorem succedit. Hic factum sui antecessoris præstare non tenetur, *l. prouidendum* 23. *C. de decurionib.* Cuius exceptio prima est: Nisi successor probauerit nomen, quod fecit antecessor: tunc enim si postea id nomen non sit idoneum, successoris periculũ est, non antecessoris. *l. Titio.* 36. *ff. ad municipalem.* Altera: Nisi non respublica, sed is qui cum antecessore tanquam cum publica persona contraxit, agat: huic enim aduersus successorem etiam tanquam publicam personam competit actio. *l. in honorariis.* 34. §. *finali. ff. de actionibus & obligationibus.*

VIII. Regula, De vxore nominati, proponitur *l. vxorem.* 11. *C. de decurionibus.*

IX. Regula. De fratre socio, *l. licet.* 7. *C. eod. tt.*

X. Regula, De eo qui cum posset publico nomine agere, non egit. *l.* 1. *in fi. C. de peric. nominator. l. curatores.* 3. §. *prædium. ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertinentium.*

XI. Regula, De eo qui ei, ex cuius administratione competit actio, bonorum suorum administrationem mandauit, habetur *l. creditor.* 60. §. *fin. ff. mandati.* Hactenus aduersus quos ex mala administratione detur actio, sit dictum.

III. QVID ET QVANTVM veniat in actione?

I. Regula, De vsuris. Vsuræ non debentur hac actione. *l. constitutionibus.* 24. *& l. Lucius.* 21. §. *Paulus. ff. ad municipalem. l. vnica. C. de his qui ex officio quod, &c.* Huius exceptio est: Nisi non ex culpa conueniatur, sed ex dolo: vel quia pecuniam publicam penes se retinuerit, vel in suos vsus conuerterit, *l. cum quidam.* 17. §. *penult. ff. de vsuris. l. vlt. in pr. & §. fin. ff. de administ. rerum ad ciuitates.*

II. Regula: Curatores, si in bonis distrahendis negligenter se gesserint, in simplum: si per fraudẽ in duplũ tenẽtur, *d. l. vlt.* §. *itẽ rescripserunt.*

III. Regula: Pater filii nomine in solidum tenetur, approbatur & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr quæst. prox. reg.* 1.

IV. EVENTVS ACTIONIS propositæ?

Condemnato nomine sui collegæ, actio aduersus collegam eiusque hæredes est præstanda. *l.* 2. § *ius reipub. ff. de administrat. rerum ad ciuitat. pertinent.* Plane nominator eius nomine quem nominauit condemnatus, actionem aduersus eius collegam non habet: quod exceptionis loco notandum. *l. & ei* 12. *ff. ad municipalem.*

DE CVRSV PVBLICO, ET MVNERE nauicularios.

CAP. XL.

HActenus de muneribus & honoribus in genere actum est. sequuntur nunc muneris duæ species: vna cursus publici, altera nauicularioruṁ. Vide item *M. I. R. lib.* 3. *cap.* 1. *reg.* 145.

I. AD CVIVS CVRAM ET OFFICIUM pertineat munus cursus publici?

Ad agentes in rebus pertinet. *l.* 2. *& l. agentes.* 4. *C. de curiosis & stationariis.*

II. QVIBVS exhibitio cursus publici sit committenda, definitur *l. publici.* 14. *& l. cursum.* 22. §. *fi. C. de cursu publico.*

III. QVI TENEANTVR AD onus cursus publici?

Omnes sine discrimine. *l. nullus.* 21. *C. d. tt.*

IV. AD QVID PRÆSENTANDUM teneantur?

Ad pabula & pecuniam, non ad ipsos equos nec paraueredos. *l. comperimus.* 19. *C. d. tt.*

V. DE vsu cursus publici in quibusdam locis tollendo proponitur *l. cursum.* 22. *C. eod. tt.*

VI. DE PERSONIS CVRSUS publici.

I. Regula, de mulione euectioni deputato nõ subtrahendo, præcipitur *l. nemo* 17. *C. de curs. publ.*

II. Regula, de stabulariis & equorum curatoribus non spoliandis, *l. non patimur.* 13. *C. eod. tt.*

VII. DE EQVIS ET REBVS cursus publici.

I. Regula, De equis cursus publici flagello tantum agitandis, proponitur *l.* 1. *C. d. tt.*

II. Regula, De equis ad alios vsus non vsurpandis, *l.* 2. *in prin. & l. grauissimæ.* 10. *C. d. tt.*

III. Regula, De stabulis equorum, habetur *l. in omnibus.* 7. *C. eod. tt.*

IV. Regula, De pabulis equorum, *l. animalia.* 18. *C. eod. tt.*

V. Regula, De ornatu equestri, sella, frenis & auerta, *l. quoniam.* 12. *C. de cursu publ.*

VI. Regula, De curribus reparandis, *l. in omnibus.* 7. *C. d. tt.*

VIII. QVIBVS COMPETAT IVS vtendi cursus publici?

I. Regula huius loci, De præsidibus & rationalibus, habetur *l.* 2. *C. d. tt.*

II. Regula, De senatu, *l. euictionum.* 6. *C. de cursu publico.*

III. Regula, De eo cui iudex concesserit, *l. iudicibus.* 9. *C. eod. tt. & l.* 2. *C. de cohortalibus.*

IV. Regula, De priuatis, *l. grauissimæ.* 10. *& l. nullus.* 11. *C de cursu publicô.*

V. Regula, De legatis gentium, *l. euectionum.* 6. *& l. his tantummodo.* 16. *C. eod. tt.*

VI. Regula, De ducibus, cohortalibus & apparitoribus constituitur *l. iudicibus.* 9. *& l. nemo.* 20. *C. eod. tt.*

IX. ANTECEDENTIA CVRSUM publicum.

De serie euectionis inspicienda, & à iudice cognoscenda, proponitur *l. euectiones.* 3. *C. de cursu publico.*

X. QVOT vtendum curribus & equis à singulis, definitur *l. parhippum.* 4. *l. si quis.* 15. *& l. vltima. C. eod. tt.*

X. DE VIA CVRSVS publici.

Si quis per aliud iter vsus fuerit cursu publico, proponitur *l. si quis* 5. *C. de cursu publico.*

XII. DE denis curribus singulis ex vtraque parte dimittendis, habetur *l. vt agendi* 8. *C. d. tt.*

XIII. EVENTVS, si quis formam ac tempus euectionis non obseruauerit, proponitur *l. euectiones.* 3. *C. d. tt.* Hactenus de cursu publico.

DE MVNERE NAVICULARIO.

I. Regula: Prædia nauicularioruṁ huic muneri sunt obnoxia: & si fuerint alienata, cum suo onere ad emptorem vel alium successorẽ transeunt, *l.* 2. *C. de prædiis & omnibus rebus nauicul.* Cuius exceptio prima esse videtur. Nisi domus nauicularii empta sit. sed reprobatur, certo tamen modo, *iam d. l.* 2. Secunda exceptio: Nisi Imperator rem nauicularian emerit. reprobatur *l.* 1. *C. eod. tt.* Tertia: Nisi inter emptorem & venditorem conuenerit, vt venditor onus in se recipiat. reprobatur *l. hi qui* 3. *C. d. tt.* Huc etiam pertinet *l. vlt. C. de naufragiis.*

II. Regula: Pro vno nauiculario omnes alii pro rata tenentur. *l. vlt. C. de naufragiis.* Reliqua de munere nauicularioṁ vide *supr. eod. lib. cap.* 14. *de tributis transmittendis* Hactenus igitur de muneribus & honoribus, necnon de vniuerso iure publico sit dictum.

PARTIS PRIMÆ DE IVRE PVBLICO FINIS.

METHODI IVRIS CIVILIS
PARS SECVNDA:

DE IVRE QVOD IN PERSONIS HABEmus, cum suis causis & actionibus.

DE IVRE INTER MARITVM ET VXOREM, item inter parentes & liberos.

LIBER QVARTVS.

Dispositis iis quæ publici sunt iuris, sequũtur nunc iura priuata disponenda, primũ quidem ea quæ in personis, deinde quæ in rebus consistunt. Inter ea vero quæ in personis cõsistũt, primũ locũ obtinet matrimoniũ seu ius inter maritũ & vxorẽ. Quod iuxta ordinem quatuor temporum proponemus, matrimonii scilicet contrahendi, contracti, dissoluendi & dissoluti. quibus iura concubinatus subiiciemus. Iura autem dotis & antenuptialis donationis, quia varia & multiplicia sunt, separatim proponentur. Quæ deinceps ea quæ de parentibus & liberis in iure continentur, non inconcinne consequuntur.

DE SPONSALIBVS.

CAP. I.

PRIMO, Definitio sponsaliorum proponitur *l.1.ff. de sponsalibus. M.I.P. lib. 4.capite 11.quæstion.1.M.I.R. lib.3.c. 8. reg.1.*

II. RATIO nominis *l.2. cum lege sequente.ff.eod.tt.M.I.P. d. quæstione 1. & M.I.R. d. reg.1.*

III. DE CAVSA SPONSAliorum, eiusque exceptionibus.

Consensu sponsalia contrahuntur. *l. sponsalia sicut.11.ff.de sponsalibus. M.I.P. d. cap. 11.quæst.4 reg.1. M.I.R.d.c.8.reg.5.* Huius regulæ, nec non sponsaliorum exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, Nisi sponsalia contrahantur inter eos easque, qui quæue nuptias contrahere prohibentur. *l.si quis tutor. 61.§. quamuis.ff. de ritu nuptiarum. l tutor.15. & l.oratio.16.ff. de sponsalib. M.I P. d.reg.1.exc.1.M.I.R. d.reg.5.except.1.* Sane qui quæue inter se nuptias contrahere prohibeantur, dicetur *infr. in seqnentib. capitib.* Propositæ exceptionis replicatio prima est in impuberibus. Quæ proponitur *l.quæsitum.9. & l.in sponsalib.contrahendis.14.ff.de sponsalibus. M.I.P. d.except.1. repl.1. M.I.R.d.except.1.repl.1.* Cuius duplicatio est, Nisi minores sint septem annis. *d.l. 14. vers. sinon sint minores.ff.de sponsalib.M.I.P.d.repl.1.dupl.1.* vbi distinguitur. *M.I. R.d.repl.1.dupl.2.* Altera est in eo, qui sponsalia contrahit cum ea, quæ ex ea prouincia, quam administrat, est oriunda. quæ habetur *l. si quis officium.38.in prin.ff.de ritu nuptiarum. & l. vnic. in fin.C.si rector prouinciæ, &c.*

II. Exceptio, Nisi furiosus furiosaue sponsalia contrahat. approbatur simul & distinguitur *l.furor.3.ff.de sponsalibus.*

III. Exceptio, Nisi inter absentes sponsalia contrahantur, reprobatur *l.sufficit.4.ff. de sponsalib. & l.vlt.ff.eod.tt.*

IV. Exceptio, Nisi nudo consensu, sine stipulatione vel arris sponsalia contrahantur. reprobatur *l.sufficit.4.ff.de sponsalibus.* Plane sola deductione in domum viri sponsalia facta non videntur. *l.quæsitum.ff.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi sine scriptura sponsalia contrahantur. reprobatur *l.in sponsalibus. 7.in prin.ff. de sponsalibus.*

V. Exceptio, Nisi non consentiant ii qui despondentur, & ii quorum consensus in nuptiis requiritur. *d.l.7. l. hæc ita. 5. l.si puellæ.6.in fin.l. sponsalia.11.in fin. & l. filiofamilias.13.ff. eod. tt.M.I.P.d. reg 1.except.2.* vbi distinguitur. Huius replicatio prima est: Nisi non euidenter dissentiat. *d.l.7.in fin.& l. sed ea quæ. 12. in prin.ff.eod. tt. M.I.P. d. except. 2.replic.1.* Altera: Nisi dignum & honestum sponsum pater filiæ deligat. hoc enim casu filiæ consensus necessarius non est. *d.l.12.* Reliquas replicationes vide *infr.cap.4.except.6.*

VII. Exceptio, Nisi sponsalibus renuncietur. *l.1.C.de sponsalibus.& l.2.in fin.C. de repudiis. M.I.P. d. reg.1 except.5.M.I.R.d.reg.5.except.6.* Modis renunciandi sponsalibus proponitur *l. 2.§.in sponsalibus. ff.de diuortiis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tutor sponsæ sine eius consensu renunciauerit. *l.si puellæ.6 ff. de sponsalibus. l. 4. C. eod. tt.* Secunda: Nisi pater sponsæ sine eius consensu renunciauerit. approbatur simul & distinguitur *l.in potestate.10.ff. de sponsalibus.* Cuius duplicatio est, Nisi filia sit in potestate patris renunciantis. *d.l.10.* Tertia replicatio est: Nisi impubes sponsalib. renunciauerit. *M.I.P.d.exc.5. repl.1.* Cuius duplicatio est: Nisi tutor impuberis consentiat. *d.l.6.vers.nisi forte.ff.de sponsalib.M.I.P.d. repl. 1.dupl.1.* Quarta: Nisi nunciũ non sit remissum.

l.2.§.in

l.2.§.in sponsalib.ff.de diuortiis.& l.dotis fructus.7.§.fin. ff. de iure dotium. Plures replicationes vide *M.I.R. d.exc.6.*

VIII. Exceptio: Nisi furor alterutrius interueniat. reprobatur *l.furor.8.in fin.ff.de sponsalibus. M.I.P.d.reg.1.except.10.in fine.*

IX. Exceptio: Nisi sponsus vltra biennium nuptias differat. *l.2.C.de sponsalibus.* Huius replicatio prima est: Nisi sponsus peregre absit. *d.l.2.* Cuius duplicatio est: Nisi per triennium absit. *l.2.C.de repudiis.M.I.P.d.reg.1. except.6.M.I.R. d. reg.5. except.10.* Altera replicatio est, Nisi iusta & necessaria causa subsit, quo magis sponsus nuptias differat. *l.sæpe.17.ff.de sponsalibus.*

X. Exceptio: Nisi sponsus sponsaue religionis habitum adsumat. *l.Deo nobis.42.in pr. C.de episc.& cleric. & Nouell.c. 123.§.porro legitimis.M.I.P.d.reg. 1.except.11.* vbi etiam distinguitur. Hæc de exceptionibus aduersus sponsalia, necnon de causis quibus sponsalia dissoluuntur.

IV. EVENTVS, SI SPONsalia fuerint dissoluta.

I. Regula, De arra. Si nuptiæ non sequantur quod arræ nomine datum est, restitui debet. *l.arris.3.C. de sponsalibus M.I.R. d.cap.8.reg.6.* Cuius exceptio est: Nisi sponsus sponsaue sponsalibus renunciauit. *d.l.3.* Huius exceptionis eædem sunt replicationes, quæ sunt sequentis regulæ except. Quod approbatur *l.mulier.5.§ quæ omnia.C.d.tt. & l.si legibus.15.in fine.C.de episcopali audientia.*

II. Regula, De condictione dupli. Si sponsa in causa fuit, quo minus nuptiæ sequantur, duplum eius quod arræ nomine accepit, & restituere cogetur. approbatur simul & distinguitur *l.Mulier.5. C.de sponsalibus.* Huius regulæ distinctio, seu exceptio prima est: Nisi sponsa minor fuerit viginti quinque annis, cum arras accepit. *d. l. 5. vers. in simplum.* Cuius replicatio est: Nisi veniam ætatis impetrauerit. *d.l.5. in prin.ibi: vel post impetratam.* Secunda exceptio est, Nisi matrimonium inter sponsum & sponsam legibus sit interdictum. *d.l.5. vers. quæ ita custodiri.* Huius exemplum est, Si is qui prouinciam administrat, eiusue filius, nepos, cognatus, cum aliqua eiusdem prouinciæ sponsalia contraxerit. quod proponitur *l.vnica.C.si rector prouinciæ vel ad eum pertinentes, &c. Concordat huic exemplo l.si quis officium.38. in prin.ff.de ritu nuptiarum.* Tertia propositæ regulæ exceptio, Nisi ob aliam iustam caussam sponsa sponsalibus renunciauerit. *d.l.5.* Quæ autem sint iustæ causæ renunciandi sponsalibus, præter iam *in d.l.5. vers.* enumeratas vide *supr.quæst.proxima, inter exceptiones.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi sponsa ante acceptas arras sciuerit illam causam, ob quam postea nuptias detrectat. *d. l.5. vers. siquidem probatum fuerit.* Concordat propositæ exceptioni eiusq; replicationi *l.si legib. 15. C. de episcopali audientia.* Quarta exceptio est, Nisi sponsus sponsaue religionis habitum assumat, & ob id sponsalib. renunciet. Hæc exceptio species est exceptionis præcedentis, & approbatur specialiter *per ea quæ proposita sunt supr. quæst. prox. except. 10.* Quinta exceptio est, Nisi mors alterutrius interuenerit. *l.arris.3, C.de sponsalib.* Hęc de exceptionib. propositę regulę seu cõdictionis dupli. Nunc aduersus quos hæc actio competat, quodq; sit eius adfine remedium, videndum est. Non solum autem aduersus sponsam, sed & aduersum eius parentes, qui arram acceperunt, hæc dupli condictio datur. *l.mulier.5.§.patrem vero. C.de sponsalib.* Adfine autem propositæ condictionis remedium, est actio ex stipulatu de eo quod inter cõtrahentes conuenit præstando, si alterutra pars sponsalibus renunciet. quod approbatur *d. l. 5.§. penult.* Huius actionis seu adfinis remedii exceptio est, Nisi id quod pœnæ nomine præstandũ conuenit, quadrupli pœnam excedat. *d.§.penult.*

De condictione dotis nuptiis non secutis.

III. Regula, Nuptiis non secutis, dos repetitur. ipso quidem iure subsistit, tanquam causa dati non secuta, eiusque exemplum proponitur *l.si tutor vel curator.7.in fine.C. de interdicto matrimonio.M.I R.d.cap.8. reg. 7.* verum exceptio prima est, Nisi nunciũ remissum nõ sit; *l.dotis fructus.7.§. fin.ff.de iure dotium.* Secunda, Nisi inutiliter nunciũ sit remissum. approbatur simul & distinguitur exemplo. *l. in potestate.10.ff. de sponsal.* Tertia: Nisi reus non sit soluendo, sintq; & alii eius creditores. Hæc exceptio reprobatur; quia mulier priuilegio dotis cæteris præfertur creditoribus, quod approbatur etiam in actione proposita *l. si sponsa. 74.ff.de iure dotium. & l.2.§.fin.cum ll. sequentib.ff. de priuilegiis creditorum.* Quarta, nisi per actricem ster, quo minus nuptiæ sequãtur. reprobatur *per ea quæ dicta sunt supr. reg.prox.in fin.* Cõcordat *l. videamus. 38.in prin.ibi: etsi per.ff.de vsuris & fructib.* Quinta exceptio est, Nisi dolo eius qui dotem repetit, iniustum matrimonium sit contractum. *l.falsus tutor.11.§.fin ff.quod falso tutore authore.*

Quibus dotis condictio vel vindicatio competit?

IV. Regula, Nuptiis non secutis, regulariter ipsi mulieri condictio dotis competit, non alii. Cuius exceptio est, Nisi alius pro muliere dotem dederit, tunc enim is qui dedit, dotem repetet, non mulier. approbatur simul & distinguitur *l.si mulier ita.59.§.fin.ff.de iure dotiũ. & l.si ego.9. in prin. ff.eod.tt.* Huius replicatio est, Nisi alius mulieri donaturus pro ea dotem dederit. tunc enim mulieri eiusue domino datur condictio *d.§.fin. & l.licet.43.§.quoties.ff.eod.tt.*

Quid veniat in condictione dotis?

V. Regula: Vtrum res, an æstimatio condici debeat, definitur *l.in reb.dotalib. 17.§.fin.ff. de iure dotium.*

VI. Regula, De fructibus etiam restituendis, proponitur *l.videamus.38. in prin.ff. de vsuris & fructibus.*

Quæ actio ad dotem repetendam nuptiis non secutis competat?

VII. Regula, Condictio & vindicatio dotis competit diuerso respectu. *l.dotis fructus, 7.§. si res ibi: proinde.ff.de iure dotium. & l.si ego Seiæ.9.in prin.ff. d.tt.*

VIII. Regula, interdum de dote actio est. Qui casus proponitur *l. denique Cinna. 6. cum lege seq.ff.de ritu nuptiarum.*

IX. Regula, Depositi quoq; actio in casu cõpetit, qui proponitur *l. Lucius Titius. 27.ff. depositi.* Postremo, secutis nuptiis, soluto matrimonio ad dotem repetendam ex stipulatu actio compe-

cit: *de qua dicetur infr.* Nunc ad reliquos effectus sponsalitorum dissolutorum transeamus.

x. Regula, De eo quod ante nuptias donatum est, nuptiis non secutis repetendo, proponitur *l.cum veterum.15. C. de donationib. ante nuptias.* Cuius exceptio prima est: Nisi donator sponsalib.renunciauit. *d.l.15.* Secunda: Nisi osculo interueniente, mors alterutrius nuptias impedierit, hoc enim casu nõ nisi pro dimidia parte donatum repeti potest. *l.si à sponso.16.C.d.tt.* Cuius replicatio est: Nisi sponsa donatũ repetat: huic enim proposita exceptio non obstat. *d. l.16.§. fin.* Plura de regula proposita vide *eod,lib.c.20. q.4. reg.3.except.2.* Hactenus de sponsalibus, eorumq; dissolutorum euentis est dictum.

DE NVPTIIS.

CAP. II.

PRIMO, definiuntur nuptiæ *Instit. de patria potestate.§.1.& l.1.ff.de ritu nuptiar.M.I.P. lib. 4.cap. 12.q.1.M.I. R.lib.3.cap.8.reg.10.*

II. PROPRIVM nuptiarum contrahendarum proponitur *l. semper.42. in prin. ff. d.tt.Concordat iisdem verbis l.semper. 157. ff.de reg.iuris.*

III. EVENTVS ET POENÆ iniustarum nuptiarum.

I. Regula: Liberi ex iniustis nuptiis procreati, spurlis similes sunt. *Inst.de nuptiis.§.si aduersus ea. & l.si quis.9.C.de incest. nuptiis. M.I.P. d.c.12. quæst.6. reg.10.M.I.R.d.c.8.reg 17.* Exemplum proponitur *l.Paulus respondit.11. ff. de statu hominum.* Propositæ regulæ exceptio est: Nisi per ignorantiam iniustæ nuptiæ sint contractæ, eæque longo tempore durauerint. *l.diuus Marcus.58.de ritu nuptiar.M.I.P. d.reg.10.except.1. M.I.R. d.reg.17. except.1.*

II. Regula: Iniustis nuptiis existentibus, nec dos nec donatio propter nuptias intelligitur. *Inst.de nuptiis.§.si aduersus ea. l. incestæ.52. & l.à diuo Pio.59.ff.de ritu nupt.M.I.R. d.cap.8.reg.18.*

III. Regula: Id quod dotis vel donationis nomine datum est, fisco vendicatur. *l.qui contra.4. & l.si quis.6.vers.dos si qua.C. de incestis nuptiis. M.I.R. d.cap.8.reg.19.* Exceptio prima est, Nisi per errorem & ignorantiam iniustas contraxerit nuptias. *d.l.4.M.I.R.d.reg.19.except.1.* Cuius exemplũ proponitur *Nouell.c.22.§.si vero cum quis. & l. à diuo Pio. 58.ff.de ritu nupt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi crassus error sit, & supina ignorantia. *d.l.4.* Altera: Nisi errore comperto, nihilominus in eo matrimonio perseuerauerit. *d. l. 4.vers. quos tamen.* Secunda exceptio est: Nisi minor viginti-quinque annis iniustas contraxerit nuptias. *d.l.4.* Sed & eadem huius quæ superioris exceptionis replicatio est, talis scilicet: Nisi maior ætate factus, in iniusto matrimonio permanserit. *d. l. 4.* Tertia, oppositę regulę exceptio est: Nisi tutor pupillam, vel curator adultã suã in vxorẽ duxerit, vel filio suo desponderit: hoc n. casu nõ fiscus, sed puella dotẽ repetit. *l.si tutor vel curator.7.in fin. C.de interdicto matrimonio inter pupillã.* Quarta: Nisi is qui prouinciæ præest, aliquam ex ea prouincia in vxorem duxerit: hæc n. mulier eiusue hæres dotis repetitionẽ saluã habet. *l. præfectus.64.in fin.ff. de ritu nuptiarum.* Quinta: Nisi filia inuito patre nuptias iterauerit: hoc enim casu pater dotem repetere potest. *l.si vt proponis.7. C.de nuptiis.* Sexta, Nisi nuptiæ postea conualescant. approbatur exemplo *l.29.in prin.ff. de iure dotium.*

IV. Regula, Quid & quantum ex iniusto matrimonio dotis nomine fisco vindicandum, definitur *l.dote. 62.ff.de ritu nuptiarum.*

V. Regula, Iniustis nuptiis contractis, quod vir vxori, vel vxor viro in testamento vel sine testamento reliquerit vel donauerit, fisco vindicatur, approbatur simul & distinguitur *supr. lib. 12. cap.3.except. 20.*

VI. Regula, De pœna incestarum nuptiarum proponitur *l.si quis.C.de incestis nuptiis:* Qua constituitur, quod mortuo eo qui incestum commisit, ascendentibus, descendentibus, & ex latere fratre, sorore, patruo & amita nõ extantib. fiscus ei succedat. Quæ pœna mutatur *Nouell. c. 12.in pr. vsque ad §.at cum inter.* vbi etiam viuentis bona publicantur & addicũtur fisco. Cui cõcordat *Nouell. c.154.M.I.P.dicta quæst.6.regul.11.M.I.R. d.c.8.reg.20.*

VII. Regula, Ei qui incestas contrahit nuptias, libera testandi facultas aufertur, *l.si quis 6. C. de incestis nupt.* Sed & alias incesti pœnas vide *supr. lib.1.cap.28.quæst.2. caus.16.*

VIII. Regula, De pœna, si tutor pupillam suam in vxorem duxerit, dicetur *infr.cap.prox.*

IX. Regula, Si quis duas vxores duxerit, quid iuris, dicetur itidem *infr. c. prox.*

X. Regula, Si mulier intra annum vel quinquennium nuptias iterauerit, vide *infr.c.4.* Sed & secundarum nuptiarum euentus, vide *infr.c.4.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS NVptias, ex personis nuptias contrahentium desumptis.

CAP. III.

HactenUs euentus iniustarũ nuptiarũ propositi sunt: nũc quæ sint iniustæ nuptiæ videndũ. Regulariter a. nuptiæ iustæ censentur, cuius regulę exceptiones plures sunt, partim ex personis nuptias contrahentium, partim ex aliis circumstantiis desumptæ, quæ sequuntur.

I. Exceptio, Nisi ii nuptias inuicem contraxerint, qui parentum liberorumue locum inter se obtinent. *Inst.de nuptiis.§. ergo non omnes.l. nuptiæ 53. & l.vlt.ff.de ritu nupt.M.I.P. lib. 4.cap.13. except.1. M.I.R.d.cap.8.reg.21.except.1. l. nemini liceat 17. C. de nupt.* Replicatio prima esse videtur: Nisi per adoptionem parentum liberorumue loco inuicẽ esse cœperint. sed reprobatur *d. §. ergo non omnes. Instit.de nuptiis. & l.quin etiam.55. in prin. ff. de ritu nupt.M.I.P.d.except.1.repl. 1. M.I.R. d. except. 1. repl. 1.* Plane admittitur, si rursus emancipatus duxerit. *d.l.55.§.patris.M.I.P.d.repl.1.dist.1.M.I.R d.repl.1. distin. 1.* Secunda replicatio esse videtur, Nisi vulgo quęsitam filiam quis in vxorem duxerit, sed reprobatur *l.adoptiuus.14.§ vnde nec vulgo.ff. de ritu nupt.* Tertia, Nisi dubitetur, an pater sit eius quam ducturus est. reprobatur *d.l.14.§.seruiles.in fin.* Quarta, Nisi seruilis cognatio sit, reprobatur *d. §. seruiles. Concordat Inst.de nuptiis. item l. libertinus. 8 ff. de ritu nupt.* Quinta replicatio esse videtur, Nisi ex iniustis nuptiis parentum liberorumue inter se obtineant. verum & hæc reprobatur *l. & nihil interest.54. de ritu nupt.*

II. Exceptio: Nisi ii qui ex transuerso gradu cognationis iunguntur, nuptias inuicem contraxerint. *Inst.de nuptiis.§. inter eas quoque l. vlt. ff. de ritu nuptiar. & l.nemini liceat.17.C.de nuptiis. M. I. P. d.except.1.in prin. & M.I.R. d.except.1. in prin.* Huius exceptionis exemplum primum est in fratre & sorore, *quod iam allegatis ll. proponitur.* Secundum in fratris & sororis filia, nepte, pronepte, proponitur *Instit.de nuptiis.§.fratris, l.sororis. 39. in prin. ff. de ritu nupt. l.nemini liceat.17.C.de nuptiis. & l. nefandissimum.2. C.si nuptiæ ex rescripto petantur.* Tertium exemplum in amita & matertera, item in amita magna & matertera magna, habetur *Inst. de nuptiis. §. item amitam. l. per adoptionem. 17. §. amitam.ff.de ritu nuptiar. & l.nemini liceat.17.C.de nuptiis.* Propositæ exceptionis replicatio prima esse videtur: Nisi per adoptionem sint cognati, sed reprobatur in primo exemplo, *Inst. de nuptiis.§. sed si qua per.* item in tertio, *d.l.17.§.fin. ff. de ritu nupt. & Instit. d.§. item amitam.M.I.P.d.repl.1.M.I.R. d.repl.1.* Plane admittitur primum in secundo exemplo, *Inst.de nuptiis.§.eius vero.& l.si qua mihi.12.§. adoptiuæ.ff.de ritu nuptiarum.* Deinde in sorore patris adoptiui, *d.§.adoptiuæ.* Tertio admittitur, si adoptio fuerit per emancipationem dissoluta. *Instit. de nuptiis. §. sed si qua.l.per adoptionem. 17. in prin. & l.quin etiam.55.§.patris.ff.de ritu nuptiar. M.I.P.d.repl. 1.dist.1.M.I.R.d.repl.1.dist.3.* Quarto, si naturalis fuerit emancipatus, *d.l.17. item Inst.d.§.sed si qua.* Hæc de prima replicatione reprobata cum suis distinctionibus. Secunda replicatio; Nisi ex iniusto matrimonio vel coitu cognatio descendat, reprobatur *l.& nihil interest,54.ff.de ritu nupt.* Tertia: Nisi seruilis cognatio sit, reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. except. prox. repl. 4.* Quarta replicatio est: Nisi duorum fratrum vel sororum liberi nuptias contraxerint. *Instit. de nuptiis.§.duorum. l. celebrandis.19.C.de nuptiis.l.2. C. de instit. vel substit. sub condit.& l.si nepotem.3 ff.de ritu nuptiarum.* Contradicit *M.I.P.d.exc.1.repl.2.*

III. Exceptio; Nisi inter adfines nuptiæ contrahantur, *Inst.de nuptiis.§. adfinitatis. M.I.P. d.c.13. except.2.M.I.R.d.reg. 21.except. 2.* Sed & huius exceptionis species sunt exceptiones proxime sequẽtes. Replicatio autem generalis videtur esse talis; Nisi seruilis adfinitas sit. Sed reprobatur *l. adoptiuus.14.§.idem tamen.ff.de ritu nuptiar.*

IV. Exceptio: Nisi quis priuignam suam in vxorem duxerit, *Inst.de nuptiis.§.adfinitatis. & l.nemini liceat.17.in fin. C.de nuptiis.* Huius replicatio prima videtur esse; Nisi vxoris non filia, sed neptis sit, vel proneptis, sed reprobatur *l. adoptiuus.14.§.priuigna. & l. Aristo. 40.ff. de ritu nuptiar.* Altera: Nisi filia post vxorem repudiatam nata sit, reprobatur *l.si qua mihi.12.§.si vxor.ff.d.tt.Inst. de nuptiis.§.si vxor.*

V. Exceptio; Nisi quis nurum suam in vxorem duxerit, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. except. prox.in prin. M.I.P.d.c.13.except.3.* Replicatio prima esse videtur: Nisi non filii, sed nepotis vel pronepotis vxor sit. sed reprobatur *l. adoptiuus. 14.§. nurus.ff.de ritu nuptiar.* Secunda; Nisi non vxor, sed sponsa filii fuerit, reprobatur *Inst.de nuptiis. §. si vxor.in fine.& l.si qua mihi.12.§.sed & per.ff.de ritu nupt.* Tertia; Nisi nõ filii, sed priuigni vxor fuit, reprobatur *l.vxorem.15.ff.de ritu nupt.* Quarta; Nisi non naturalis, sed adoptiui filii vxor fuit. Et hæc reprobatur *l.adoptiuus.14.in pr.ff.de ritu nupt.*

VI. Exceptio: Nisi quis socrum suam in vxorem duxerit. *Instit.de nuptiis.§.socrum quoque.l.nemini liceat.17.in fin.C. de nuptiis.* Huius replicatio prima esse videtur; Nisi non vxoris quondam mater, sed auia vel proauia sit, sed reprobatur *l.adoptiuus.14.§.itaq; ff.de ritu nupt.* Altera: Nisi non mater, sed nouerca fuerit vxoris quondam meæ. Et hæc reprobatur *l.vxorem.15.in fi.ff.de ritu nuptiar.*

VII. Exceptio, Nisi quis nouercam suam in vxorem duxerit, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.except.prox.in pr.M.I.R.d.reg.21.except.3.* Replicatio prima videtur esse: Nisi non patris, sed auí vel proaui quondam vxor fuerit, sed reprobatur *l.adoptiuus.14.§. nunc videamus. ff. de ritu nuptiar.* Secunda; Nisi non patris naturalis, sed adoptiui vxor fuerit, reprobatur *d.§.videamus.& ead.l. in pr.* Plane admittitur, si posterior maritus à priore fuerit adoptatus, postquam prius matrimonium fuit solutum, & posterius contractum, *l.si qua mihi.12.in pr.ff.d.tt.* Tertia replicatio esse videtur; Nisi non vxor, sed sponsa patris fuerit, sed reprobatur *d.l 12.§.1.Instit.de nuptiis.§.si vxor, in fine.* Quarta; Nisi non vxor, sed concubina patris fuerit, reprobatur *l.liberi.4.C.de nuptiis.*

VIII. Exceptio, Nisi fratris vxorem quis duxerit, *l.fratris.5.C.de incestis nuptiis.& l. vlt. C. eod. tt. M.I.P.d.c.13.exc.4.M.I.R.d.reg.21.exc.4.* Huius replicatio videtur esse; Nisi cum fratre non coierit, verum reprobatur *l.licet quidam.8.C.d.tt.*

IX. Exceptio: Nisi quis vxoris quondam suæ sororem in vxorem duxerit, *l.fratris. 5. C. de incestis nuptiis.M.I.P.d.c.13.exc.5.*

X. Exceptio: Nisi nouercæ vel vitrici filiam in vxorem duxerit, vel filio nupserit, reprobatur *Institut.de nuptiis.§.mariti.& l.generali.34.§. inter. ff. de ritu nuptiar.*

XI. Exceptio: Nisi priuignæ filiam in vxorem duxerit, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup.exceptione 4.replicat.1.* Hactenus ergo de adfinibus & cognatis sit dictum.

XII. Exceptio: Nisi tutor pupillam, vel curator adultam suam in vxorem duxerit, *l. si tutor vel curator.7.C.de interdicto matrimonio l. libertum. 65. in princip. & l. non est matrimonium.67.in prin. ff. de ritu nupt.* Ratio proponitur *inf. except.19.* Replicatio prima est; Nisi pupilla quondam sua vicesimum-quintum annum excesserit, *d.l.67.* Secunda; Nisi pater pupillæ tutori eam desponsauerit, vel testamento destinauerit, *d.l.67.& l.tutor vel curator.36. ff.eod.tt.* Tertia; Nisi mater pupillam tutori nuptũ collocauerit, reprobatur *l.quanquam. 63. in pr. ff. de ritu nupti.* Quarta est, Nisi curatori rationes tutelæ tutor reddiderit, *d.l.63.§.fi.* Quinta; Nisi ventri bonisque curator sit datus, reprobatur *l. non solum. 68.§.& siquidem.ff.de ritu nuptiarum.* Sexta; Nisi exiguo tempore tutor vel curator fuerit, reprobatur *d.§.& siquidem.* Septima, Nisi tutor bene tutelam administrauerit, reprobatur *d.l.68.§.fi.* Octaua, Nisi rescriptum Imperatoris impetrauerit, vt liceat, *l.si tutor vel curator.7.ibi, nullo diuino impetrato beneficio.C.de interdicto matrimonio.* Nona, Nisi tutor honoris causa sit datus, reprobatur *l.si quis tutor. 61. §. quid ergo. ff. de ritu nuptiarum.* Decima, Nisi tutor cesset in tutela administranda, reprobatur *dicta l.61.§.quin autem ille.* Vndecima, Nisi

tutor nominatus exculatione ab tutela opposita pupillam duxerit, *d.l.16.§.quid ergo si cum.* Duodecima; Nisi pupilla tutori non sit nupta, sed tantũ desponsa, reprobatur *d l. 61. §. quamuis.* Decimatertia: Nisi non tutor, sed alius pupillam post pubertatem in vxorem duxerit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit; verum distinguitur exceptionibus sequentibus. Decimaquarta; Nisi non pupillam, sed pupillæ matrem vel hæredem tutor vxorem duxerit. De hac quoque re dicetur *inf. except. 22. cum seq.*

XIII. Exceptio: Nisi inter filium tutoris & pupillam nuptiæ contrahantur, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. except. prox. in prin. Quibus concordat l. si patris 6. C. de interdicto matrimonio.* Replicatio prima est: Nisi pupilla vicesimumquintum annum excesserit, *d.l.6. Concordat sup. except. prox. replicat.* 1. Cuius duplicatio est; Nisi ratio tutelæ vel curæ nondum fuerit reddita, *d.l.6.* Secunda replicatio est; Nisi tutelæ vel curæ ratio reddita sit, *d.l.6.* Cuius duplicatio est; Nisi puella vicesimum sextum annum nondum excesserit, *d. l. 6.* Tertia replicatio est; Nisi pater puellæ matrimonio consenserit, *d.l.6.§.sane.* Quarta: Nisi non filius, sed nepos tutoris puellam duxerit, reprobatur *l. senatusconsulto. 60. ff. de ritu nuptiarum.* Quinta; Nisi nõ naturalis, sed adoptiuus fuerit filius, approbatur, sub hac conditione; Si fuerit emancipatus, *l. si quis tutor. 61. §. penult. ff. d. tt.* Sexta; Nisi filius tutoris alii in adoptionem fuerit datus, reprobatur *d. §. penult.* Septima; Nisi filius in potestate tutoris non sit, sed sit sui iuris. reprobatur *l. non est matrimonium. 67. ibi, nec interest. ff. de ritu nuptiar.* Octaua, Nisi post mortem tutoris filius eius pupillam vxorem duxerit, reprobatur *l. non solum. 68. in prin. ff. de ritu nuptiar.* Nona, Nisi filius hæres non existat, reprobatur *d.l. 68.* Decima, Nisi cum auus neptis ex vno filio tutelam gessisset, eam nepoti ex altero filio nuptum collocauerit, *d. l. 68. §. de vno.* Vndecima, Nisi post contractas demum nuptias tutor maritum eiusque patrem adoptauerit, *d.l. 68. §. sed videamus.* Duodecima, Nisi ob rusticitatem & imperitiam nuptiæ sint contractæ, reprobatur *l. 1. C. de interdicto matrim. inter, &c.* Decimatertia replicatio est; Nisi post contractum matrimonium socer nurui curator sit datus *l. cum proponas. 3. C. d. tt.* Decimaquarta, Nisi filius in seruitute sit susceptus, reprobatur *l. libertinum. 4. C. d. tt.* Decimæquintæ replicationis loco notanda est exceptio sequens proxima.

XIV. Exceptio, Nisi inter pupillum & filiam tutoris nuptiæ sint contractæ, reprobatur *l. libertum. 65. §. fi. ff. de ritu nuptiar. & l. curatorem. 5. C. de interdicto matrim.*

XV. Exceptio: Nisi inter eum ad quem periculum tutelæ pertinet, & pupillam nuptiæ sint contractæ, *l. si quis tutor. 61. in princip. ff. de ritu nuptiar.* Huius exceptionis species vide *sup. except. 12. replic. 9. cum sequentib.* Eius autem replicatio est, Nisi non suo, sed alterius nomine periculum tutelæ ad eũ pertineat *d.l. 61. §. 1.* Huius duplicatio prima est, Nisi honoris causa tutor datus sit, *d.l. 61. §. quid ergo.* Secunda, Nisi hæres tutoris sit, hic enim quamuis non suo, sed defuncti nomine periculo tutelæ sit obstrictus; nihilominus tamẽ pupillam ducere prohibetur, de quo paulo inferius except. 19. Tertia duplicatio est in patre tutoris, *de quo vide inf. exc. 17.*

XVI. Exceptio: Nisi inter eum qui pupillam hæreditate paterna abstinuit, & pupillam nuptiæ contrahantur, *l. non solum. 68. §. fi. ff. de ritu nupt.*

XVII. Exceptio: Nisi inter patrem tutoris & pupillam nuptiæ sint contractæ, approbatur certa conditione *d.l. 68. §. sed & si filiusfam.* Huius exceptionis ratio est *supradicta except. 15.* Eius autem replicatio est, Nisi filius tutor in patris potestate non sit, *d. §. sed & si filiusfam.*

XVIII. Exceptio: Nisi inter fratrem tutoris, qui est in eiusdem potestate, & pupillam nuptiæ sint contractæ, *d. §. sed & si filiusfam.*

XIX. Exceptio, Nisi inter hæredem tutoris, & pupillam nuptiæ contrahantur, *l. libertum. 65. §. senatusconsulti. ff. de ritu nuptiarum. & l. si quis. 61. §. fi. ff. d. tt.*

XX. Exceptio, Nisi inter libertum tutoris & pupillam nuptiæ sint contractæ, *l. non est matrim. 67. §. fi. & l. libertum. 37. ff. de ritu nupt.*

XXI. Exceptio, Nisi inter eum qui pro tutore vel curatore negotia pupillæ gerit, eiusue filium & pupillam nuptiæ sint contractæ, reprobatur *l. vlt. C. de interdicto matr.*

XXII. Exceptio: Nisi inter tutorem & matrem pupillæ nuptiæ sint contractæ, reprobatur *l. 2. C. de interdicto matrim.*

XXIII. Exceptio, Nisi inter tutorem eiusue filium & puellam pupillæ hæ edem nuptiæ sint contractæ, reprobatur *l. non solum. 68. §. si pupillæ. ff. de ritu nupt.*

XXIV. Exceptio, Nisi is qui officium aliquod in aliqua prouincia administrat, aliquam ex ea prouincia in vxorem ducat, *l. si quis officium. 38. in princ. ff. de ritu nupt. l. præfectus. 64. ff. eod. tt. l. vnica. C. si rector prouinciæ. l. vnica. C. si quacunque præditus potestate.* Huius replicatio prima est, Nisi ante susceptum officium puella illi fuerit desponsata, *l. si quis officium 38. §. veterum. ff. de ritu nuptiarum.* Secunda nisi in patria sua administrat, *l. eos qui. 66. in principio. ff. eod. tt.* Tertia, Nisi deposito officio puella nuptiis consentiat, *d.l. 66. §. idem respondit. Concordat l. etsi. 6. C. de nuptiis.* Quarta, Nisi is qui officium in prouincia administrat, non sibi, sed liberis suis matrimonium contrahat. Hæc replicatio approbatur quidem in filiabus, *l. si quis officium. 38. §. fi. ff. de ritu nuptiar.* Reprobatur autem in filio *l. qui in prouincia. 57. ff. eod. tt.*

XXV. Exceptio, Nisi inter senatorem & libertinam matrimonium sit contractum. Hæc exceptio cum aliis quibusdam approbatur *l. lege Iulia. 44. in pr. ff. de ritu nupt. l. lege Papia. 23. ff. eod. tt. & l. humilem. 7. §. fin. C. de incestis nuptiis.* Replicatio prima est. Nisi senator dignitatem suam amiserit. *l. si quis 37. ff. de ritu nupt.* Secunda, Nisi senatori beneficio Imperatoris sit permissum, libertinam habere vxorem, *l. si senatori. 31. ff. d. tt.* Tertia; Nisi ignorans libertinam duxerit. Hæc replicatio quamuis videatur approbari *d. l. 44. in verbis. Sciens dolo malo habeto.* tamen reuera reprobatur, *vt patet ex l. à diuo Pio. 59. ff. de ritu nupt.* Quarta replicatio est, Nisi antequam ad senatoriam dignitatem peruenerit, libertinam vxorem duxerit, *l. vlt. C. de nuptiis.*

Mutatio iuris.

Hactenus propositæ exceptionis replicationes sunt

sunt enumeratæ; quæ replicationes hodie sunt superuacuæ, cum ipsa exceptio nouo iure sit sublata ac reprobata, *nimirum Nouell. cap. 78. §. cæterum si quis.*

XXVI. Exceptio: Nisi inter senatoris filium, nepotem vel pronepotem, & libertam matrimonium sit contractum, *l. lege Iulia. 44. in prin. ff. de ritu nupt.* Huius eædem erunt replicationes, necnon mutatio, quæ exceptionis proxime præcedentis.

XXVII. Exceptio: Nisi senatoris filia, neptis, proneptisue libertino nupserit, approbatur *d. l. 44. in prin. l. semper. 42. & l. oratione. 16. in pr. ff. eod. tt.* Replicatio prima videtur esse: Nisi libertinus ingenuo se dederit adrogandum, sed reprobatur *l. sciendum. 32. ff. de ritu nupt.* Secunda, Nisi pater senator senatoriam dignitatem amiserit, reprobatur *l. generali mandato. 34. §. fin. ff. d. tt. & l. filiam senatoris. 9. ff. de senatorib.* Tertia replicatio est: Nisi senatoris filia sit infamis. *l. senatoris filia. 47. ff. de ritu nuptiar.* Quarta, Nisi post contractum matrimonium mulieris parens senator sit effectus, *l. vlt. §. simili modo C. de nuptiis.* Porro videtur proposita quoque exceptio mutata *per ea quæ proposita sunt sup. d. exc. 15. in fine.*

XXVIII. Exceptio: Nisi senator vel senatoris filius nepotue duxerit eam; quæ ipsa, cuiusue pater materue artem ludicram facit, feceritue, *l. lege Iulia. 44. ff. de ritu nupt.* Huius replicatio prima est, Nisi non pater materue mulieris, sed auus vel auia eius artem ludicram exercuerit, *d. l. 44. §. non autem.* Secunda: Nisi puella in potestate patris non sit, reprobatur *d §. non autem.* Tertia: Nisi ex iniusto matrimonio nata sit puella. Hæc replicatio quoad patrem approbatur, quoad matrem reprobatur *d. §. non autem.* Quarta: Nisi non naturalis, sed adoptiuus pater artem ludicram exercuerit, reprobatur *d. l. 44. §. item nihil refert.* Quinta, Nisi antequam pater puellam adoptaret, artem ludicram fecerit; item, nisi eam rursus emãcipauerit. Hæc duplex replicatio approbatur *d. l. 44. §. sed an & ita.* Sexta: Nisi post contractum matrimonium pater materue mulieris artem ludicram exercere cœperit, *d. l. 44. §. si postea.* Huius duplicatio est, Nisi non pater mulieris, sed ipsa mulier exercere cœperit. *d. §. si postea.*

XXIX. Exceptio; Nisi senatoris filia, neptis proneptisue el nupserit, qui ipse, cuiusue pater materue artem ludicram facit, feceritue, *d. l. 44. in prin. ibi, neue senatoris. & l. semper. 42. §. si senatoris. ff. eod. tt.*

XXX. Exceptio: Nisi senator damnatam iudicio publico duxerit. *l. palam. 43. §. senatus. ff. de ritu nuptiar.* Huius replicatio prima est: Nisi is cui accusandi ius non est, accusauerit, *d. §. senatus.* Altera, Nisi calumniæ aut præuaricationis nomine fuerit damnata, *d. l. 43. §. si qua.*

XXXI. Exceptio: Nisi senator deprehensam in adulterio duxerit, *d. l. 43. §. quæ in adulterio.* Huius replicatio prima videtur esse: Nisi post deprehensionem sit absoluta, quæ tamen reprobatur *d. §. quæ in adulterio.* Secunda: Nisi non maritus, sed alius eam in adulterio deprehenderit, reprobatur *d. l. 43. §. fi.* Tertia: Nisi non in domo mariti vel patris sit deprehensa. Et hæc reprobatur *d. §. fi.*

XXXII. Exceptio: Nisi senator humilem abiectamque fœminam duxerit, approbatur simul & declaratur *l. humilem. 7. C. de incestis nuptiis.* Plane reprobatur iure nouo, *Nouell. constit. 117. §. illo indubitanter.*

XXXIII. Exceptio: Nisi senator scenicam vel scenicæ filiam duxerit vxorem. *l. humilem. 7. in fin. C. de incestis nuptiis.* Huius replicatio est: Nisi scenica mulier isti vitæ conditioni renunciauerit. *l. imperialis. 23. C. de nuptiis.*

XXXIV. Exceptio: Nisi maioris ordinis vir eam duxerit vxorem, quam minoris ordinis homo ducere prohibitus est, *l. obseruandum. 49. & l. lege Iulia. 44. ff. de ritu nupt.*

XXXV. Exceptio: Nisi inter liberos & seruos matrimonium sit contractum, *l. cum ancillis. 3. C. de incestis nuptiis. l. si ignorans. 3. C. soluto matrim. & Nouell. ca. 22. §. si vero cum quis. M. I. P. d. c. 13. except. 8. M. I. R. d. reg. 21. except. 23.* Cuius replicatio prima est: Nisi sciente & consentiente domino, ancilla eius libero nupserit, *d. c. 22. §. hæc autem.* Huius duplicatio est, Nisi is qui ancillam ducit, sciat eam ancillam esse, *elicitur ex d. §. hæc autem.* Altera replicatio est, Nisi dominus seruum vel ancillam pro derelicto habuerit, *d. §. hæc autem. vers. ac multo magis.* Tertia: Nisi dominus ancillam suam duxerit, eamque postea manumiserit. *Nouell. c. 78. §. vnde & si cui.*

XXXVI. Exceptio: Nisi inter liberos & adscriptitios matrimonium sit contractum. *Nou. c. 22. §. neque item alieno. & l. vlt. C. de agricolis & censitis.*

XXXVII. Exceptio: Nisi inter ingenuos & libertinos nuptiæ sint contractæ, reprobatur *l. lege Papia. 23. ff. de ritu nuptiar.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi inter patronam eiusue liberos, patroniue coniugem & libertum nuptiæ sint contractæ, *l. libertum qui. 3. C. de nuptiis. M. I. P. d. c. 13. except. 9. in fine.* Quod dictum est de coniuge patroni, ei concordat *l. quanquam. 63. §. mulier. ff. de ritu nuptiar.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi patrona admodum ignobilis sit, *l. si patrona. 13 ff de ritu nupt.* Altera, Nisi non libertus patronam, sed patronus libertam ducat. *l. vxorem. C. de nuptiis. M. I. P. d. exc. 9. in pr.*

XXXIX. Exceptio: Nisi inter Christianum & Iudæum nuptiæ sint contractæ, *l. ne quis. 5. C. de Iudæis. M. I. P. d. c. 13. exc. 11. M. I. R. d. reg. 21. exc. 17.*

XL. Exceptio, Nisi adultera adultero suo nupserit. *l. Claudius Seleucus. 13. ff. de his quæ vt indignis auferuntur. M. I. P. d. c. 13. except. 12. M. I. R. d. reg. 21. except. 5.* Huius replicatio est: Nisi de adulterio non sit damnatus adulter, *l. quæsitum. 40. in pr. ff. ad l. Iul. de adulteriis. & l. miles qui. 11. §. licet. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi de adulterio accusatus, & absolutus, postea cum muliere, propter quam accusatus erat, matrimonium contrahat. *Nou. const. 134. §. si quis autem de adulterio.*

XLI. Exceptio, Nisi mulier rapta raptori suo nupserit, *l. vnica. §. & siue non nuptæ. C. de raptu virginum. Nouell. constit. 143. §. illo quoque. item Nouell. cap. 150. M. I. P. d. cap. 13.* in cuius fine mutatur. *M. I. R. d. reg. 21. exc. 6.*

XLII. Exceptio: Nisi quis concubinam suam in vxorem duxerit, reprobatur *l. diui Constantini. 5. C. de naturalibus liberis. M. I. P. d. c. 13. exc. 14.*

XLIII. Exceptio: Nisi quis adulterii damnatam vel ream in vxorem duxerit, approbatur

per ea

per ea quæ dicta sunt sup. lib. 1. c. 28. q. 2. causa 14. & 15.

XLIV. Exceptio: Nisi quis duas vxores ducat, vel vna duob. nubat, *l. 2. C. de incestis nuptiis. Instit. de nuptiis. §. adfinitatis, & §. socrum. Vide item sup. lib. 1. cap. 20. causa 15. item cap. 28. quæst. 2. causa 18. M. I. P. d. cap. 13. exc. 17. & M. I. R. d. reg. 21. exc. 7.*

XLV. Exceptio: Nisi quis alumnam suam in vxorem duxerit, reprobatur *l. si quis alumnam. 26. C. de nuptiis.*

XLVI. Exceptio: Nisi quis eam, quam à sacro suscepit baptismate, in vxorem ducat, *d. l. 26. in fi. M. I. P. d. cap. 13. except. 18. M. I. R. d. reg. 21. except. 1. replic. 3.*

XLVII. Exceptio: Nisi vel masculus sit impubes, vel puella nondum viripotens. *Inst. de nuptiis, in prin. M. I. P. d. cap. 13. except. 27. M. I. R. d. rep. 21. except. 10.* Quando autem masculi dicantur puberes, vel puellæ viripotentes, definitur *Instit. quibus modis tutela finitur. §. 1.* Contradicit *M. I. R. d. exc. 27. vers. declaratur. & M. I. R. d. except. 10. vers. declaratur.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi postea legitimam ætatem impleuerit, *l. minorem. 4. ff. de ritu nuptiar. M. I. P. d. except. 27. repl. 5. M. I. R. d. exc. 10. replic. 4.* Secundæ replicationis loco notandum, quod quamuis nuptiæ ante pubertatem contrahi non possint, sponsaliatamen possint, *per ea quæ habentur sup. cap. 1. q. 3. exc. 1. repl. 1.*

XLVIII. Exceptio: Nisi filiusfamilias nuptias contrahat, reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. except. prox. in pr.*

XLIX. Exceptio: Nisi maior quinquaginta annis nuptias contrahat, reprobatur *l. sancimus. 26. C. de nuptiis. & l. si maior quinquagenaria. 12. in fin. C. de legitimis hæredibus.*

L. Exceptio; Nisi furiosus furiosaue nuptias contraxerit, *l. oratione. 16. §. fin. ff. de ritu nuptiar. & l. patre furioso. 8. ibi, nam furiosus licet vxorem ducere non possit, matrimonium tamen retinere potest. ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt. M. I. P. d. cap. 13. except. 28. M. I. R. d. reg. 21. except. 11.*

LI. Exceptio: Nisi mulier spadoni nupserit, approbatur simul & distinguitur *l. si serua. 39. §. fin. ff. de iure dotium. M. I. P. d. cap. 13. except. 36. d. reg. 21. except. 20.*

LII. Exceptio: Nisi serui publicis operibus deputati, externis mulieribus se iunxerint. *l. vlt. C. de seruis fugitiuis.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS NVPTIAS, quæ ex aliis circumstantiis, quam ex personis contrahentium, sunt desumptæ.

CAP. IV.

HActenus exceptiones nuptiarum, ex personis nuptias contrahentium desumptæ, propositæ sunt: sequuntur nunc reliquæ exceptiones, ex aliis circumstantiis desumptæ, nec non istarum exceptionum omniũ replicationes quædam generales.

I. Exceptio: Nisi consensus parentum, in quorum sunt potestate qui nuptias contrahunt, non præcesserit, *l. 2. ff. de ritu nuptiarum. Instit. de nuptiis, in prin. l. nec filium. 12. C. de nuptiis. l. in coniunctione. 20. in princip. C. d. tt. & l. Paulus respondit. 11. ff. de statu hominum. M. I. P. lib. 4. cap. 14. except. 2. M. I. R. d. reg. 21. except. 26.* Huius replicatio prima est: Nisi is eaue, qui quæue nuptias contrahit, non sit in potestate parentis, *l. filius. 25. ff. de ritu nuptiar. M. I. R. d. except. 26. replic. 1.* Cuius duplicatio est: Nisi fi ia sui iuris existens, minor sit viginti quinque annis. *l. viduæ. 18. C. de nuptiis. & l. in coniunctione. 20. C. eod. tt. M. I. R. d. replic. 1. duplic. 1.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi parens, cuius consensus requiritur, sit furiosus. *Instit. de nuptiis. §. vnde quæsitum. l. si furiosi. 25. C. de nuptiis. Concordat item iisdem verbis etiam l. penult. C. de episcopali audientia.* Huius duplicatio est: Nisi non pater, sed auus, in cuius potestate sunt, sit furiosus: tunc enim patris consensus est necessarius, *l. si nepos. 9. in princip. ff. de ritu nuptiar.* Tertia replicatio est: Nisi auus consenserit: tunc enim patris consensu opus esse non videtur, verum reprobatur *l. oratione. 16. §. nepote. ff. de ritu nuptiarum.* Plane admittitur primum in nepte nubente, *vt ex iam dicto §. constat.* Deinde, si inter nepotem ex vno & neptem ex alio, filio in aui potestate existentes, nuptiæ contrahantur, *l. si nepotem. 3. ff. d. tt.* Tertio admittitur patre furente, *vt patet ex iis quæ proposita sunt supra replicatione proxima, in fine.* Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi pater absit, vel ab hostibus captus sit, *l. si nepos. 9. in fin. & l. si ita. 10. ff. de ritu nuptiar. l. in bello. 12. §. medio. ff. de captiuis.* Huius duplicatio prima est: Nisi per triennũ nondum abfuerit, *d. l. 10.* Eius autem triplicatio est: Nisi matrimonium contractum sit cum eo eaue, cuius conditionem certum sit patrem reuersum non repudiaturum, *l. si filius. 11. ff. de ritu nupt.* Altera duplicatio est: Nisi certum sit, vbi pater sit, & quod adhuc viuat, quæ duplicatio, excepta captiuitatis causa, *ex d. l. 10.* constat. Quinta replicatio est: Nisi non primæ, sed secundæ nuptiæ contrahantur, reprobatur *l. nuptiæ. 18. ff. de ritu nuptiar. & l. si vt proponis. 7. C. de nuptiis.* Sexta: Nisi pater filium filiamue elocare nolit, *l. qui liberos. 19. ff. de ritu nupt.* Septima: Nisi pater filiæ mandauit, vt maritum sibi eligeret, reprobatur *l. generali. 34. in prin. ff. de ritu nuptiar.* Octaua: Nisi filiusfamilias miles matrimonium contraxerit, reprobatur *l. filiusfamilias. 35. ff. eod. tt.* Nona: Nisi pater sciens non contraxit. *l. si vt proponis, pater. 5. C. de nuptiis.* Decima: Nisi pater filiam exposuit, reprobatur *l. patrem. 16. C. de nuptiis.* Hactenus de consensu parentis.

II. Exceptio: Nisi sine consensu matris & propinquorum nuptiæ sint contractæ, reprobatur *l. in copulandis. 8. C. de nuptiis.* Plane admittitur, si mulier sui iuris minor 25. annis constituta, nubat, *quod approbatur l. viduæ. 18. & l. in coniunctione. 20 C. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi sine consensu iudicis vel præsidis nuptiæ sint contractæ. Et hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur; admittitur tamen in casu, si inter eos qui puellam elocare debent, non conueniat: *vt patet ex d. l. 18. & l. 20. Quibus concordat l. 1. C. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi sine consensu tutoris vel curatoris nuptiæ contrahantur, reprobatur *l. sciendum est, ad officium. 20. ff. de ritu nuptiar. & l. in copulandis. 8. C. de nuptiis.*

V. Exceptio; Nisi liberta quæ nubit, antea ab inuito patrono, cui nupta fuit: diuerterit. *l. quod ait lex. 11. in princip. ff. de diuortiis. l. 1. C. de incestis nuptiis &*

ptiis. & Nouell. constit. 22. §. iucundum quoque. Huius replicatio prima est: Nisi patronus vxorem libertatem amplius habere noluit, *d. l. 11. §. ait lex. ff. de diuortiis. & l. matrimonii. 51. in princip. ff. de ritu nuptiar.* Secunda: Nisi patronus cum liberta rerum amotarum, vel alia simili actione, vel accusatione adulterii experiri velit. *d. §. ait lex. vers. proinde cum patronus.* Tertia: Nisi patronus sibi aliam desponderit, vel concubinam sibi adhibuerit, *d. versic. proinde cum patronus.* Quarta: Nisi non expresse dissensit vel contradixit patronus: reprobatur *l. in eo iure. 45. §. deinde. ff. de ritu nuptiar.* Quinta: Nisi non patrono, sed patroni filio fuit nupta, reprobatur *l. filio patroni. 48. in princip. ff. de ritu nuptiar.* Plane admittitur, si mortuo patrono liberta filio marito non fuit adsignata. *d. l. 48. §. fin.* Sexta: Nisi patronus ab hostibus captus sit, reprobatur *l. in eo. 45. §. si ab hostibus. ff. de ritu nuptiar.* Septima: Nisi patronus seruus sit effectus, *d. §. si ab hostibus. vers. certe.* Huius replicationis duplicatio potest esse superior replicatio proxima reprobata. Octaua replicatio est: Nisi filiusfamilias ancillam peculiarem manumiserit, eamque in vxorem duxerit. Hæc replicatio videtur approbari *l. matrimonii. 51. §. si autem. ff. de ritu nuptiar.* Huius duplicatio est: Nisi filiusfamilias miles ancillam castrensis peculii manumiserit, & in vxorem duxerit, *l. in eo. 45. §. plane. ff. eod. tt.* Nona replicatio est: Nisi non ei qui manumisit, sed patri eius sit nupta, ipso quidem iure subsistit: verum eius duplicatio est: Nisi filiusfamilias sit is qui manumisit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. replic. prox.* Decima replicatio est: Nisi non in solidum sit patronus maritus, reprobatur *l. illud. 46. ff. de ritu nuptiarum.* Vndecima: Nisi ex causa fideicommissi manumisit patronus, *l. proxime. 50. ff. de ritu nuptiar. & l. patrono. 10. de diuortiis.* Duodecima: Nisi ita emit patronus ancillam, vt manumitteret, reprobatur *l. in eo. 45. in prin. ff. de ritu nuptiar.* Decima tertia: Nisi iurauit se patronum esse. *d. l. 45.* Decima quarta: Nisi patronus non suis numis ancillam comparauit, *d. l. 45.* Decima quinta: Nisi non nupta fuit patrono, sed desponsata tantum, *d. l. 45. §. hoc caput.* Decima sexta: Nisi liberta sit ignominiosa, *l. filio. 48. §. ignominiosa. ff. de ritu nuptiar.* Decima septima: Nisi non vxor, sed concubina patroni liberta fuit, approbatur simul & distinguitur *l. 1. in prin. ff. de concubinis.* Hæc de quinta exceptione, eiusque replicationibus sint dicta.

VI. Exceptio: Nisi mas vel fœmina in matrimonium non consentiat, *l. neque. 14. C. de nuptiis. l. in copulandis. 8. in fine. & l. in coniunctione. 20. ibi: & ipsius quoque. C. eod. tt. l. mulier. 5. §. fin. C. de sponsalibus. l. 2. ff. de ritu nuptiar. M. I. P. d. cap. 14 except. 3. M. I. R. d. reg. 21. except. 27.* Huius replicatio prima videtur esse: Nisi in patris sit potestate, sed reprobatur *l. non cogitur. 21. ff. de ritu nuptiar. & l. nec filium. 12. C. de nuptiis. M. I. P. d. except. 3. replic. 2.* Secunda; Nisi patronus libertam suam inuitam ducat, reprobatur, sed sub conditione, *l. inuitam. 28. cum lege sequente. ff. de ritu nuptiar.* Tertia; Nisi coactus malit matrimonium suscipere, quam cogentem offendere, *l. si patre. 22. ff. de ritu nuptiar.* Quarta: Nisi coitus intercesserit, reprobatur *l. cum fuerit. 15. in fin ff. de cõdit. & demonstrat. & l. cum hic status. 32. §. si mulier. ff. de donat. inter virum & vxor.* Quinta: Nisi alter alterius consuetudine fruatur. Tunc enim præsumitur consensus, & ob id matrimonium quoque. *l. in libera. 24. ff. de ritu nuptiar.* Mutatur hoc ius *Nouell. cap. 74. §. quoniam autem.* Qua constitutione dum voluit consulere mulieribus ingemiscentibus Iustinianus, contra eas constituit. Cum enim ex supradicta l. 24. præsumeretur consensus ex consuetudine, ita vt viro consensum neganti incumberet probatio: Imperat. Iustinianus hanc præsumptionem sustulit, & mulieri consensum affirmanti probandi onus imposuit, dum ait; si mulier ostendere poterit modis legitimis, quia secundum hanc figuram vir eam acceperit domi, vt eam vxorem legitimam haberet, item dum ait; Si vxor ostensa fuerit. Et hæc quidem de nuptiis præteritis. In futurum autem constituit, ne matrimonium sit, nisi scriptura interueniente, dum ait: Si quid autem post hæc fiat, non tamen ex conscripta procedat copulatione, erunt naturales, &c. Hoc tamen postea rursus mutat; de qua re dicetur *paulo inferius except. 13. in fine.* Sublata igitur est per constitutionem Imperat. Iustiniani proposita replicatio quinta. Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup. cap. 1. quæst. 3. except. 6.*

VII. Exceptio; Nisi coitus non intercesserit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. except. proxim. replic. 4. Concordat l. denique Cuma. 6. cum lege sequenta. ff. de ritu nuptiar. M. I. P. d. cap. 14. except. 8. M. I. R. d. reg. 21. except. 48.*

VIII. Exceptio; Nisi inter absentes matrimonium sit contractum, reprobatur *l. mulierem. 5. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 2. exc. 50.*

IX. Exceptio; Nisi solennitas nuptiarum non interuenerit. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur, eiusque replicatio in militibus proponitur *l. à caligato. 21. C. de nuptiis.* Iure autem nouo reprobatur *l. si donationum. 22. C. eod. tt. M. I. P. d. cap. 14. exc. 9. M. I. R. d. reg. 21. except. 52.*

X. Exceptio; Nisi mulier in domum mariti deducta non sit, *l. mulierem. 5 ff. de ritu nuptiar. M. I. P. lib. 4. capit. 12. quæstion. 9. reg. 7.* Mutatur ac reprobatur *l. si donationum. 22. C. de nuptiis. M. I. R. d. except. 52.*

XI. Exceptio; Nisi nuptiæ sint simulatæ, *l. simulatæ. 30. ff. de ritu nupt. & l. neque. 13. in prin. C. de nupt. M. I. P. d. cap. 14. except. 3. repl. 3. M. I. R. d. reg. 21. except. 27. repl. 1.*

XII. Exceptio, Nisi nulla dos interuenerit, reprobatur *l. iubemus. 11. in princ. C. de repudiis. & l. cum multæ. 20. §. quare enim. C. de donationib. ante nupt. M. I. P. d. cap. 14. except. 11.* Plane admittitur exceptio proposita in maioribus dignitatibus, *Nouell. cap. 47. § in maioribus.*

XIII. Exceptio, Nisi nulla scriptura interueniente contractum sit matrimonium, reprobatur *l. si vicinis. 9. C. de nuptiis l. neque. 13. & l. si donationum. 22. C. eod. tt. l. iubemus. 11. in prin. C. de repudiis. & Nouell. constit. 22. §. matrimonium. M. I. P. d. cap. 14. except. 10. M. I. R. d. reg. 21. except. 49.* Plane admittitur primum, si senator mulierem scenicam, quæ pœnitentiam egit, eiusue filiam ducat, *l. imperialiũ. 23. §. itaque cum iustum, ibi, dum tamen dotalibus, item §. sin vero ante, ibi, vt tamẽ omnimodo. C. de nuptiis.* Secũdo admittitur iure antiquo inter impares honestate

ſtate perſonas: quæ tamen diſtinctio iure antiquo introducta reprobatur *d.l.23.§.imo etiam illud.* Tertio admittitur, ſi ſenator vel alius libertinam vxorem ducat. *Nouell.conſtit.78.§.cæterum ſi quis libertinam.* Quarto, ſi quis ex ancilla ſua habens liberos, eam manumittere & in vxorem ducere velit, *d. conſt.78.§.vn.de eſt.* Quinto, ſi ii qui amplis dignitatibus vſque ad illuſtres præditi ſunt, nuptias contrahant, *de quo inf.ead.exc.in fine.*

Mutatio iuris.

Hæc quæ hactenus propoſita ſunt, antiquo obtinebant iure: quod ius antiquum mutatur ac tollitur, propoſitaque exceptio approbatur *Nou. cap.74.§.illud quoque, vſque ad §.quoniam autem. & §. penult.* Plane exceptio propoſita, iure nouo approbata, recipit tres replicationes: primam quoad viles & abiectos, ſecundam quoad agricolas, tertiam quoad milites, quæ approbatur *d.Nouell. conſtit.74.§.quiſquis autem.*

Alia iuris mutatio.

Hactenus de conſtitutione Imperatoris Iuſtiniani, qua propoſitam exceptionem approbauit, ſimul & diſtinxit. Illam autem poſtea rurſus mutauit, propoſitamque exceptionem reprobauit, veteri iure reſtituto, *Nouell.c.117.§.ex quo vero.* Cũ autem ſupra quatuor caſus enumerati ſint, quibus propoſita exceptio admittitur & approbatur: ex *d.§.ex quo vero*, quintus conſtat, ſi ſcilicet ii qui amplis dignitatibus vſque ad illuſtres præditi ſunt, nuptias contrahant: his enim ſcriptura & dotali inſtrumento eſt opus. Cuius diſtinctio prima eſt: Niſi antequam ad illam dignitatem peruenerit aliquis eorum, vxorem duxerit, *d.§.ex quo vero.* Altera: Niſi Barbari ſint. *d.§.ex quo vero.verſ.exquiſitam vero.* Hæc de decimatertia exceptione.

XIV. Exceptio: Niſi pater ſponſi ſponſæue inſtrumento nuptiali non ſubſcripſerit, reprobatur *l.2.C.de nuptiis.*

REPLICATIONES PRÆCEDENTIUM EXCEPTIONUM GENERALES.

Hactenus exceptiones aduerſus nuptias ſexaginta quatuor propoſitæ ſunt: hoc quidem Capite quatuordecim, Capite autem præcedente quinquaginta. Harum omnium, quæ quidem approbantur, replicationes aliquot ſunt generales, vel ſaltem eſſe videntur, hic ad finem ſubijciendæ.

I. Replicatio: Niſi per errorem, imperitiam & ruſticitatem iniuſtæ nuptiæ ſint contractæ, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. qui contra. 4. ibi: exceptis tamfœminis.C.de inceſtis nuptiis. M.I.P.lib. 4. cap.15.replic.1. M.I.R.lib.3.c.8.reg.17.excep.1.* Huius duplicatio prima eſt: Niſi errore comperto, nihilominus in iniuſtis nuptiis perſeuerauerit, *d.l. 4.in fine.* Altera: Niſi tutor vel tutoris filius pupillam duxerit, *l.1.C.de interd.matrim.*

II. Replicatio: Niſi longiſſimi temporis præſcriptione matrimonium iniuſtum ſit confirmatum, approbatur, certo tamen modo, in exemplo *l.diuus Marcus.38.ff.de ritu nuptiar. Concordat Nouell.cap.139.* ex qua tamen conſtat, replicationem propoſitam reprobari potius quam approbari, dum ait Imperator: Neque id à nobis in exemplum aliis ſancitum intelligatur, &c. Priuilegium itaque perſonale eſt replicatio propoſita, ad alios caſus non producendum.

III. Replicatio: Niſi iniuſtæ nuptiæ reſcripto principis ſint confirmatæ, reprobatur *l.1.& l.2.C. ſi nuptiæ ex reſcripto.l.vlt.C.de inceſtis nuptiis.* Contradicit in Papa. *M.I.P.d.c.15.repl.7.M.I.R.d.reg.21.in fine, repl.gener.1.* Plane admittitur primum in tutore, tutoriſque filio pupillam ducente: *de quo dictum ſup.cap.prox.exc.12.repl.8.* item in exemplo *l. diuus Marcus.58.ff.de ritu nuptiar.* Tertio admittitur in alio caſu, *Nouell.c.139.* Quarto item in alio caſu, *Nouell.c.154.§.ſed quia &.*

DE SECVNDIS NVPTIIS.

CAP. V.

HActenus de nuptiis in genere dictum eſt: nunc ſpecialiter de ſecundis nuptiis eſt agendum.

I. AN NVPTIÆ IVRE iterentur?

Regulariter quidem nuptias iterare licere, dubium non eſt, *M.I.P.lib.4.cap.21.quæſt.2.reg.1. M.I.R.lib.3.cap.6.reg.61.* Eius tamen regulæ exceptio prima hæc eſſe videtur: Niſi coniunx ſuperſtes prohibitus ſit à defuncto, ne nuptias iteret, atque in eam rem legatum perceperit. Hæc exceptio tractatur *inf.lib.14.cap.3.condit.2.* Altera exceptio eſt: Niſi mulier ſuperſtes filiorum tutelam gerat, hoc caſu nuptiæ quidem non fiunt irritæ, at vero aliis pœnis mulier ſubiicitur: *de qua re dicetur inf. lib.5.de tutelis.* Tertia: Niſi mulier intra annum luctus nupſerit, nec hoc quidem caſu nuptiæ reprobantur: ſed mulier aliis pœnis afficitur, *de quibus vide inf.quæſt.prox.reg.1.* Quarta: Niſi mulier poſt diuortium intra quinquennium nupſerit. Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur *infrà quæſt.prox.reg.2.*

II. QVANDO NVPTIÆ ITERandæ ſint?

I. Regula; Diſſoluto matrimonio, mulier intra annum nuptias iterare non poteſt. Si contra faciat, fit infamis, aliiſque pœnis afficitur, *l. 1. & l.2.C.de ſecundis nuptiis. Nouell.ca.22.§.ſi igitur lex prioribus.* Mutatur *M.I.P.d.cap.21.quæſt.3.reg.1. M.I.R. d.cap.8.reg 62.& lib.1.cap.11.reg.40.* Huius regulæ exceptio prima eſſe videtur: Niſi cum interabſentes contractum eſſet matrimonium, antequã cum vxore coierit, maritus deceſſerit, ſed reprobatur *l.denique.6.ff.de ritu nuptiar.* Secunda eſt: Niſi reſcripto Imperatoris mulieri intra tempus luctus nubere ſit permiſſum, *l.ſi qua 4.C.ad S.C.Tertull.& Nouell.cap.22.§.ſane quæ inter.* Qua non ſolum exceptio propoſita approbatur, ſed & eius replicatio, quæ eſt: Niſi mulier filios filiaſue ex priore matrimonio habens, dimidiam ſuorum bonorum partem illis non donauerit. Tertia exceptio videtur eſſe: Niſi prius matrimonium non morte, ſed diuortio ſit ſolutum, ſed reprobatur *Nouell.cap.22.§.ſi vero etiam.& §.etſi mulier. Nouell. cap.117.§.quin etſi iuſta.* Quarta eſt: Niſi non mulier, ſed vir ſoluto matrimonio nuptias iteret: huic enim annus iterandi nuptias non eſt præfinitus, *d.§.quin etſi iuſta.verſic.quod nobis.& Nou. cap. 22.§.ſi vero etiam, ibi: quod non obſeruandum. M.I.R. d.reg.62.except.2.* Quinta: Niſi intra annum non nupſerit

nupſerit mulier, ſed pepererit. reprobatur *Nouel. cap.39.§.alterum vero, vſque ad finem conſtit.M.I.R.d. reg 62.in prin.* Hactenus de prima regula, eiusq; exceptionibus ſit dictum. Plura de hac re vide *ſup.lib.1.cap.20.cauſa 13.*

II. Regula: Si mulier diuerterit, intra quinquennium nuptias iterare non poteſt. *l. conſenſu licita.8.§. hæc niſi vir. C.de repudiis. Nouell.c.22.§.ſi vero altera.& §.etſi mulier.* Mutatur quinquennium in tempus perpetuum *M.I.P. d. cap.21.quæſt.3.reg.2.* Huius exceptio prima eſt: Niſi iuſte diuerterit mulier. *l.ſi conſtante.9.C.de repudiis.& l.conſenſu. 8.§. hæc niſi vir, in fine C. eod.tt.* Altera: Niſi non mulier, ſed vir repudium miſerit, ipſo quidem iure ſubſiſtit, verum eius replicatio eſt: Niſi iuſte repudium miſerit. *Nouell.c.117.§.illud vtique.*

III. Regula: Si de mariti abſentis vita dubitatur, mulier poſt quinquennium iure quidem antiquo poterat iterare nuptias, iure autẽ nouo non poteſt. *de qua re vide ſup.cap.8.q.2.reg.3.except.5.*

III. EVENTVS SECVNDARUM NUPTIARUM.

I. Regula, De bonis quæ à priore coniuge veniunt, proponetur *infr.cap.prox.*

II. Regula, De bonis quæ à liberis prioris matrimonii veniunt. Hæc bona coniux ſuperſtes nuptias iterans alienare non poteſt, ſed tenetur ea liberis prioris matrimonii poſt mortem ſuam reſtituere. *l.fœminæ.3.§.illud etiam.C.de ſecundis nuptiis. M.I.R.lib.3.c.8.reg 66.* Huius exceptio prima eſt: Niſi nulli ex priore matrimonio ſuperſint liberi: tunc enim mater pleno proprietatis iure ea obtinebit. *d.§.illud etiam.verſ.quod ſi nullam.M.I.R.d.reg.66.except.1.* Secunda: Niſi non ab inteſtato, ſed ex teſtamento vel alia vltima filii voluntate perceperit, reprobatur quidem *d.§.illud etiam.* verum iure nouo approbatur *Nouell.ca. 22.§.ſi itaq; filius.* Cuius replicatio eſt: Niſi res ſint ex antenuptiali donatione, qua ſe mater ob ſecundas indignã fecerat, hæ.n. neq; ex teſtamento nuptias iteranti debentur, *per ea quæ habentur infr.except.prox.replic.1.* Tertia exceptio eſt: Niſi res ad filium defunctum, non à patre ipſius, ſed aliunde peruenerint. *d.§. ſi itaq; ibi: quod ſi filius. M.I.R. d.reg.66.except.2.* Huius replicatio prima eſt: Niſi res in hæreditate filii exiſtentes, ex ante nuptias donatione ad filium peruenerint. Hæ.n. res quamuis magis à matre (quæ ſe antenuptiali donatione ob ſecundas nuptias indignam fecit, *ex Nouell.c.2.§.antenuptiali.*) quam à patre ad filium peruenerint: tamen in iis regulæ propoſitæ eſt locus. *d.§. ſi itaq; verſ. atq; hæc dicimus.& verſ.ſed & illud.* Altera replicatio eſt: Niſi filii prioris matrimonii aduerſus fratrem defunctum fuerint ingrati. *d.§.ſi itaque.verſ.cæterum hæc.in fin.ibi.obtineat igitur & hoc, &c.* Plura de regula propoſita dicentur in Senatuſconſulto Tertulliano *lib.10.cap.4.*

III. Regula, De bonis quæ nuptias iterans à ſecundo coniuge adquiſiuit. Hæc ſecundi matrimonij liberi habẽt præcipua. *l.cum aliis.4.C.de ſecundis nuptiis. Nouell.cap 22.§.ſed neque illud, vſq; ad §.quæ vero dotium M.I.R.d.c.8.reg.67.* Huius exceptio prima eſſe videtur: Niſi tertiæ nuptiæ non ſint inſecutæ. verum hæc exceptio reprobatur *paſſim in §.iam allegato.M.I.R.d.reg.67.except.1.* vbi contradicitur. Secunda: Niſi non mulier, ſed vir nuptias iterauerit. Et hæc reprobatur *d.§.ſed neq; illud.verſ.ex ipſa.* Tertia eſt: Niſi nõ ex dotis vel antenuptialis donationis cauſa, ſed ex cauſa legati, vel alia ſimili à coniuge acquiſierit. *d.§. ſed neque illud.verſic.reliqua certe.* Quarta videtur eſſe: Niſi non morte, ſed diuortio matrimonium ſit diſſolutum, ſed reprobatur *d.§.ſed neq;.verſ.quæ vero pro.*

IV. Regula, De bonis propriis, quæ coniunx ſuperſtes & nuptias iterans præter prædicta bona habet: item de donatione ante nuptias viri, & dote mulieris. Hæc bona cui velit parens poteſt relinquere, eoq; mortuo advtriuſque matrimonij liberos ex æquo pertinent. *l.cũ aliis. d.§. ad maternas.C.de ſecundis nupt.l.ſi liberis.18. C. de aonat.ante nuptias.Nouell.conſtit. 22.§.ſed neq; illud.ibi, propria quidem eius.& l. 2. in prin. C. de mortis cauſa donat.M.I.R.d.c.8.reg.68.*

V. Regula, De alienando ſecundo coniugi. Qui quæve nuptias iterat, poſteriori coniugi antenuptialis donationis vel dotis nomine, vel alio modo, quantum velit, poteſt alienare. *M.I.R.d.c. 8.reg.69.* Cuius exceptio prima eſt: Niſi mulier intra tẽpus luctus nuptias iterauerit, tunc enim nõ niſi tertiam bonorum ſuorum partem illi poteſt alienare. *l.1.in prin.C.de ſecundis nuptiis. M.I.R.d. reg.69.except.1.* Secunda: Niſi ex priore matrimonio ſuperſint liberi, tunc enim parens, qui quęve nuptias iterat, ſecundo cõiugi alienare amplius non poteſt, quam vni ex filiis prioris matrimonii relinquit. *l. hæc ed.ctali lege. 6.in princ. vſq; ad §.his illud.C.de ſecund.nupt.& Nouell.conſt.22.§.commodiſſime.M.I.R.d.reg.69.except.2.*

VI. Regula: Si quid amplius quam in ſuperiore exceptione proxima ſtatutum eſt, coniugi ſecundo relictum ſit, id liberis relinquentis debetur. *d.l.6. M.I.R. d.exceptione. 2.* Cuius exceptio prima eſt: Niſi ingrati ſint liberi. *l.vltim.C. de ſecũdis nuptiis.& Nouell. conſtitut.22.§. commodiſſimè.ibi, hoc autem.* Secunda: Niſi poſterioris matrimonij ſint liberi. reprobatur *l.quoniam.9.in principio. C.de ſecundis nuptiis.* Quæ tamen conſtitutio mutatur, exceptioque propoſita nouo iure approbatur. *Nouell.conſtitut.22.§.commodiſſime. verſicul.nam vt & filij.* Tertia exceptio eſt; Niſi computatione ad tempus mortis ipſius parentis collata, nihil amplius vitrico vel nouercæ quam filio relictum reperiatur. *d.c.22.§.quoniam verò.* Quarta: Niſi mortis cauſa donatio aut dos cõſtante matrimonio rurſus demiouatur. reprobatur *d.c.22.§. quæ vero. Leges concordantes vide inſr. eodem libro, capite 20.quæſt.4.reg.4.*

VII. Regula, Mater ad ſecundas veniens nuptias, liberorum tutelam gerere amplius nõ poteſt. *de qua re dicetur infr.lib.proxim.cap.4.quæſt.2.except.21.replicat.1.* Plane pater nuptias iterans, non ideo minus negotia liberorum poteſt adminiſtrare. *l.generaliter.5.§.negotia. C.de ſecundis nuptiis.*

VII. Regula: Mater nuptias iterans amittit educationem liberorum. *Nou.c.22.§.porro & illud.*

IX. Regula: Si intra annum luctus mulier nuptias iterauerit, fit infamis, aliiſque pœnas incurrit. *de quibus vide ſup.quæſt.prox.reg.1.* Reliqui ſecundarum nuptiarum effectus ſuis annotati ſunt locis.

DE BONIS, QVÆ CONIVNX superstes, & nuptias iterans, à priore coniuge adquisiuit.

CAP. VI.

I. CAVSA, EX QVA DOMINIVM bonorum à priore coniuge adquisitorum ad liberos prioris matrimonij pertineat?

SI coniunx superstes nuptias iterauerit, dominium bonorum à priore coniuge adquisitorum amittit, vsufructu tantum retento, transitq; illud ad liberos prioris matrimonij. Proinde coniunx superstes ea nec alienare, nec obligare amplius alteri potest. *l. fœminæ. 3. in prin. C. de secundis nuptiis. l. generaliter. 5. in prin. vsq; ad §. negotia. & l. hac edictali. 6. §. his illud. C. eod. tt. l. 2. ibi, quorũ omnium. C. de indicta viduitate. & Nou. c. 22. §. si vero subsistit proles. M. I. R. lib. 3. c. 8. reg. 64.* Huius exceptio prima est: Nisi parens superstes non iterauerit nuptias. *d. l. 6. §. fin. & l. si quis. 8. §. illud etiã. C. eod. tt. Nou. cõst. 22. §. soluto ergo. M. I. R. d. reg. 64. excep. 1.* Cuius replicatio prima est: Nisi parẽs superstes in dote vel antenuptiali donatione, quã lucratus est, maiorem partẽ vindicet, quam vnus filiorum in ea habeat. *d. §. soluto ergo. vers. sed etiã. & Nou. constit. 127. §. quia vero.* Secunda: Nisi parens superstes tãdem etiam mortuus sit, supradictis rebus non alienatis: tunc enim dominium illarum rerum ad liberos communes pertinet. *l. generaliter. 5. § fin. C. de secundis nuptiis. l. hac edictali. 6. §. fin. & l. si quis. 8. §. illud etiam. C. eod. tt. Nou. c. 22. §. si tamen cum filios. ibi, visus est nanque. M. I. R. d. except. 1. repl. 1.* Huius duplicatio prima est: Nisi parens superstes testamento facto alios instituerit hæredes, vel res illas alij legauerit. *d. §. illud etiam. vers. cæterum sancimus. & Nouell. c. 22. §. soluto vero. ibi, sed etsi moriantur.* Plane quod de hæredum institutione dicitur, illud mutatur ac tollitur *d. c. 22. §. si tamen cum filios.* Secunda duplicatio videtur esse: Nec filij defuncto parenti hæredes non existant. sed reprobatur. *dict. §. si tamen. vers. quæratione. & §. & hæres. l. hac edictali. 6. §. fin. C. de secundis nuptiis. l. si quis. 8. §. illud etiam. C. eod. tt.* Plane admittitur in casu, qui proponitur *d. l. 8. §. talem vero.* Tertia duplicatio est: Nisi filij aduersus parentem fuerint ingrati. *Nouell. c. 22. §. & hæres.* Quarta videtur esse: Nisi ex alia, quam ex dotis vel ante nuptias donationis causa, parens à coniuge suo sit lucratus. sed reprobatur *d. c. 22. §. & ideo legem nostrã.* Hæc de secunda replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Tertia replicatio est: Nisi repudio misso, non morte solutum sit matrimonium. *l. consensu 8. §. si vero filio. C. de repudiis. & l. vltim. § filiis autem. C. eod. tt.*

Mutatio iuris.

Hactenus proposita exceptio approbata est, simul & distincta. Plane mutatur ac reprobatur iure nouo *Nou. c. 98.* Quæ constitutio iterũ videtur corrigi atq; mutari *Nou. c. 127. tanquam posteriorẽ. § quia vero.* Hæc de prima exceptione sint dicta.

Secunda propositæ regulæ exceptio videtur esse: Nisi non morte, sed diuortio vel alio modo solutum sit prius matrimonium. sed reprobatur *l. quoniam. 9. § fin. C. de secundis nuptiis. l. consensu. 8. §. si verò filio. C. de repudiis. l. vlt. §. filiis autem. C. d. tt. Nouell. c. 98. §. & ex diuerso. ibi, & hoc valere.* Tertia est: Nisi reb. à superstite alienatis, liberi prioris matrimonij illi hæredes extiterint: vel cum possent, existere nolint. *d. l. 8. §. si vero filio. versiculo, si tamen non ipsos. M. I. R. d. reg. 64. exc. 2.* Quarta videtur esse: Nisi non defunctus defunctave, sed pro eo eave alius dotem donationemve, quam superstes lucratus est, dederit. sed reprobatur *l. generaliter. 5. in prin. ibi, nec interest. C. de secundis nuptiis. Nouell. cap. 22. § si vero subsit proles. ibi, neq; differentiam.* Quinta: Nisi dos, quam maritus superstes lucratus est, ex rebus ante nuptias ab ipso donatis à defuncta sit data. reprobatur *d. vers. nec interest, in fine.* Sexta: Nisi superstes constante matrimonio dotem defunctæ restituerit. reprobatur *Nouell. c. 22. § porro autem dotes. ibi, etsi ad secundas.* Septima: Nisi non vxor, sed maritus superuixerit, isq; nuptias iterauerit. reprobatur *l. generaliter. 5. in prin. C de secundis nuptiis. Nouell c. 2. §. quoniam vero contra. item Nou. c. 22. § si vero subsit proles. ibi, eaq; pœna. M. I. R. d. reg. 64. except. 3.* Octaua exceptio est: Nisi nulli ex priore matrimonio supersint filij: vel qui supererant, mortui sint. *l. fœminæ. 3 § fin. C. de secundis nuptiis. Nouell. cap. 2. § hoc autem quod. Nouell. cap. 22. § si igitur ex prioribus. § quod si mulier. & §. quoniam vero alienationes. M. I. R. d. reg. 64. except. 13.* Huius replicatio prima est; Nisi ex filiis mortuis supersint nepotes. *l. si quis. 8. in prin. C. de secundis nuptiis. & Nouell. c. 22. § quoniam vero alienat. ibi, sed iam dudum. M. I. R. d. except. 13. repl. 1.* Altera: Nisi pactum de dote vel antenuptiali donatione restituenda in casum non existentium filiorum factum sit. *Nouell. c 2. §. hoc autem quod. ibi, si vero præmoriantur. & §. prospeximus, in fine.* Nona exceptio est: Nisi vno ex filiis mortuo, parens superstes illi pro parte successerit; tunc enim pro ea parte recipit dominium, & conualescit alienatio ab eo facta. *Nou. c. 22. §. quoniam vero. ibi, si filios non habeat. & Nou. c. 2. §. hoc autem quod, in fine. M. I. R. d. reg. 64. except. 4.* Decima videtur esse: Nisi liberi prioris matrimonij parentis præmortui hæredes non existant. sed reprobatur *l generaliter. 5. § in his autem. C. de secund. nuptiis. Nouell. c. 22. §. ac ne de illis. Concordant item ea quæ proposita sunt sup. excep. 1. repl. 2. dupl. 2. M. I. R. d. reg. 64. excep. 17.* Vndecima exceptio est: Nisi filij prioris matrimonij aduersus parentẽ superstitem fuerint ingrati. *d. §. ac ne de illis. vers. vt tamen vbiq;. Concordant ea quæ proposita sunt supr. d. repl. 2. dupl. 3.* Duodecima: Nisi liberi prioris matrimonij in potestate sint parentis nuptias iterantis. reprobatur *Nouell. c. 22. § si vero subsit proles. ibi, siquidem & eo casu.* Decima tertia: Nisi parens, ante qua secundas iniret nuptias, res prædictas alienauit. reprobatur *Nouell. cap. 2. §. hoc autem quod. & Nou. cap. 22. § quoniam vero alienationes. ibi, vnde etsi hoc casu.* Decima quarta: Nisi rebus alienatis, vindicanti obstet triginta annorum præscriptio. approbatur simul & distinguitur *Nouell. cap. 22 § si vero subsit proles, in fine.* Decima quinta: Nisi res mobiles sint à priore coniuge adquisitæ. reprobatur *per ea quæ proponentur inf. quæst. 4. reg. 1.* Hactenus igitur, an dominium bonorum, à priore coniuge ad liberos prioris matrimonij propter secundas nuptias pertineat, definitum est; nunc ad quos liberos pertineat, dicendum.

II. AD

II. AD QVOS LIBEROS BONA à priore coniuge superstitis adquisita pertineant?

I. Regula, De eo solo quem parens superstes elegerit, proponitur *l. fœminæ. 3. in princip. ibi, vel ad quemlibet. C. de secundis nuptiis. l. generaliter. 5. §. negotia. l. in quibus. 7. in fine. C. eod. tt. item l. consensu. 8. §. si verò filio. ibi, patre videlicet. C. de repudiis.* Plane mutatur ac tollitur regula proposita *Nouell. c. 2. §. prospeximus. & Nouell. c. 22. §. peruenient.*

II. Regula: Si vnus ex filiis prioris matrimonij mortuus sit, filiis ex se relictis, portio eius nõ fratrib. accrescet, sed filiis eius debetur. *l. in quibus. 7. C. de secundis nuptiis. l. si quis. 8. in prin. C. eod. tt. l. quæcunq; res. 4. §. eo videlicet obseruãdo. C. de bonis quæ liberis. Nouell. c. 22. §. quoniam vero alienat. ibi, vt si ex pluribus. & §. ac ne de illis. ibi, idq; ex æquo.* Huius exceptio est: Nisi filij vel nepotes patris sui hæredes non existant. *d. c. 22. §. si vero ex filiis.*

III. Regula, De liberis ingratis, proponitur *sup. q. prox. except. 11.*

III. QVID ET QVANTVM AD liberos prioris matrimonij pertineat?

I. Regula, De omni re quam superstes coniunx à defuncto ex quacunq; causa est lucratus, proponitur *l. fœminæ. 3. in princ. C. de secundis nuptiis.* Exemplum habetur *l. iubemus. 11. §. si vero sine culpa. C. de repudiis.* Huius regulæ exceptio est, quoad vsumfructum earum rerum, quas superstes à defuncto adquisiuit, hunc enim sibi retinet, quamuis nuptias iterauerit: *vt ex supradictis patet.* Cuius replicatio prima est: Nisi mulier intra tempus luctus nuptias iterauerit. *de quo vide supr. cap. prox. quæst. 2. reg. 1.* Altera: Nisi defunctus superstiti bonorum vsumfructum reliquerit. *l. vnica. C. si secundo nupserit mulier.* Quæ tamen lex mutatur, & replicatio proposita reprobatur. *Nouell. c. 22. §. itẽ si rerum.* Tertia replicatio videtur esse: Nisi defunctus noluerit superstitem, si nuptias iterauerit, vsumfructum habere. sed reprobatur *d. §. item si rerum. vers. etsi plus millies.*

II. Regula: Vno ex filiis defuncto, filiis ex se relictis, illi filij non nisi patris sui portionem adquirunt. *de quare vide sup. q. prox. reg. 2.*

III. EVENTVS PROPOSITÆ adquisitionis.

I. Regula, De cautione à superstite præstanda, res post mortem suam prioris matrimonij filiis restitutum iri, proponitur *l. hac edictali. 6. §. his illud. C. de secundis nuptiis. Nou. c. 2. §. aliud vero. vsq; ad §. illud quoq; item Nouell c. 22. §. quoniam vero paulo antea. vsq; ad §. ex hoc alius. M. I. R. lib. 3. c. 8. reg. 65.* Hæc de prima regula.

II. Regula: Res superstitis pro istis rebus, quarum vsumfructum habet, tacite pignori sunt obligatæ prioris matrimonij liberis. *l. hac edictali. 6. §. omnib. C. de secundis nupt. & l. si quis. §. in illo. C. eod. tt.* Plura de hac re vide *infr. eod. lib. c. 22. q. 4. reg. 1.*

DE IVRE INTER MARITVM ET vxorem, constante matrimonio.

CAP. VII.

HActenus de iure matrimonij contrahendi, eiusque effectibus dictum est. nunc de iure matrimonij contracti dicetur.

I. Regula, De matrimonio probando, proponitur *sup. lib. eod. c. 4. excep. 6. repl. 5. item except. 13. itẽ infr. eod. lib. c. 24. q. 3. causa 5. M. I. P. lib. 4. cap. 17. quæst. 3. reg. 1. cum sequent. M. I. R. libro 2. capite 11. in verbo Matrimonium.*

II. Regula, De iure dotis & antenuptialis donationis, proponitur *inf. eod. lib.*

III. Regula, De paraphernis, hoc est, iis quæ mulier extra dotem in domum mariti intulit. Quid iuris in hisce maritus habeat, & quæ actio horum nomine competat matrimonio soluto, definitur *l. si ego. 9. §. dotis autẽ. vsq; ad finem legis. ff. de iure dotium.* Ex qua patet, maritum regulariter in bonis paraphernis dominium non habere, nec quidquam aliud iuris, præterquam vt custodiam eorum præstet, *Cui concordat l. hac lege. 8. C. de pactis conuent. tam super dote. l. si mulier. 11. C. eod. tt. item l. de hu. 17. C. de donat. inter virum & vxor. M. I. R. lib. 3. c. 8. reg. 25.*

IV. Regula: Donatio inter virum & vxorem regulariter prohibita est, *de qua re vide infr. lib. 14. c. 20. & 21.*

V. Regula proponitur *l. aduersus. 4. C. de crimine expilatæ hæreditatis. & l. 1. ibi, quia societas. ff. rerum amotarum.*

VI. Regula: Onera matrimonij ad maritum eiusq; patrem pertinent. *l. si is. 56. §. post mortem. ff. de iure dotium. & l. quamuis. 75. in fin. ff. eod. tt.*

VII. Regula, De alenda vxore à marito, eiusq; valetudine curanda, proponitur *l. si cum dotem. 22. §. si autem in sæuiß. ff. soluto matrimonio. M. I. R. dict. cap. 8. reg. 38.*

VIII. Regula: Maritus fortuitis casibus vxoris particeps esse debet: & contra vxor mariti. *d. l. 22. §. si maritus. ibi. quid enim.*

IX. Regula, de non verberanda vxore, proponitur *Nouell. c. 117. § si quis vero vxorem. M. I. R. d. cap. 8. reg. 31.*

X. Regula, De iudicio de moribus inter virum & vxorem sublato, habetur *l. vltima. §. finali. C de repudiis.*

XI. Regula: Furti actio inter maritum & vxorem non competit, sed pro ea actio rerum amotarum. *de qua inf. lib. 23. c. 5. tractabitur.*

XII. Regula, De vxore petenda ab alio detenta proponitur *l. 2. ff. de liberis exhibendis. Concordat l. si inuita. 11. C. de nuptiis. item l. si ad instar. 3. C. de liberis exhibendis, M. I. P. lib. 4. cap. 17. in fine. M. I. R. d. cap. 8. reg. 22.* Ad fine huius remedium proponitur *l. diuus Hadrianus. 8. ff. de diuortiis.*

XIII. Regula, De dignitate aliisque priuilegiis, quæ mulieri ex viro accedunt, *dictum sup. lib. 1. c. 9. reg. 34. item lib 2. c. 2. q. 1. except. 16.*

XIV. Regula, De lugendo maritum defunctum ab vxore, dictum *sup. c. 5. q. 2. reg. 1.*

XV. Regula, De funeris impensa mortua vxore à marito soluenda, proponitur *l. si filiafamilias. 6. ff. solut. matrim.* Hæc de iure matrimonii cõtracti atq; constantis; nunc iura matrimonij dissoluendi exponenda.

DE SOLVTIONE MATRIMONII.

CAP. VIII.

PRimo: Causæ ex quibus matrimonium soluitur, enumerantur *l.1.ff.de diuortiis*. Dirimitur enim matrimoniũ diuortio, morte, captiuitate, vel alia contingente seruitute. de quibus singulis ordine hoc capite dicetur.

I. Causa: Prima ac præcipua causa, ex qua soluitur matrimonium, est mors alterutrius, vel viri vel vxoris. *d.l.1.& Nou.cap.22.§.quod autem super. M.I.P.lib.4.c.18.causa 1.*

II. Causa est Captiuitas alterutrius, *d.l.1.d.Nouel.c.22.§.sed & captiuitas.item Nou.c.117.§.prædictis. ibi, vel aliquanto.l.in bello 12 §.medio tempore, in fine.ff. de captiuis.* Huius exceptio prima est: Nisi certum sit captiuam adhuc viuere *d.§.sed & captiuitas.l.vxores.6.ff.de diuortiis.* Altera: Nisi cum incertum sit, vtrum captiuus viuat, an mortuus sit, quinquennium non excesserit. *d.l.6.§.sin autem item.d.§ sed & captiuitas.ibi si vero incertum.* Plura de causa proposita vide *inf.eod.c.q.2.except.4.*

III. Causa est, Seruitus alterutri contingens. *l.1.ff.de diuortiis.& Nou.c.22.§.quod si iudicis. M.I P.d.cap.18.causa 10.* Contradicit *M.I.R.lib.3.cap.8.reg.49.except.vltim.*

IV. Causa videtur esse, Deportatio, vel aquæ & ignis interdictio alterutrius. sed reprobatur *l.1.C.de repudiis.l.at si.5.ff.de bonis damnatorum.& Nou.cap.22.§.deportatio.* Contradicit *M.I.P.d.capit.18.causa 11.*

V. Causa videtur esse, Pœna metalli. verum reprobatur *Nou.c.22.§.illud etiam.*

VI. Causa est, Diuortium. *l.1.ff.de diuortiis.& l.neq;.14.C.de nuptiis. M.I.P.d.cap.18.causa 7. M.I.R.d.cap.t.8.reg.47.* Huius causæ etymologia proponitur *l.2.in princip.ff.de diuortiis.l.inter diuortium.191.in fine ff.de verborum signific.* Sed & differentia inter diuortium & repudium proponitur *d.l.191.& l.inter stuprum.101.§.diuortium.ff.eod.tt.M.I.P.d.causa 7.versi.diuortium autem.* Causas ex quibus diuerti licet, & effectus si illicite diuertatur coniunx, vide *paulo inferius quæstione prox.reg.3.cum sequẽtibus.* Plane causæ seu regulæ propositæ exceptio prima est: Nisi furiosus vel furiosa diuerterit. *l.Iulianus.4.ff.de diuortiis.& l.si cum dotem.22.§.si maritus.ff.soluto matrimonio.* Secunda: Nisi furioso furiosæve repudium mittatur. reprobatur *d.l.4.* Tertia: Nisi nõ ipse maritus vel vxor, sed eius pater materve repudium miserit. *l.dissentientis.5.C.de repudiis.l.filiæ.4.C.eod.tt.& Nouell.c.22.§.præterea autem.in fine.* Huius replicatio prima est: Nisi magna & iusta causa interuenerit. *d.l.5.* Secunda: Nisi pater furiosi furiosæve repudium miserit. *l.si cum dotem.22.§.item pater.ff.soluto matrimonio.& l.Iulianus.4.ibi patrem tamen.ff.de diuortiis.* Quarta exceptio est: Nisi parẽs, in cuius est potestate, repudio non consentit. *Nouell.cap.22.§.præterea autem.* Quinta: Nisi non misso repudio diuerterit. *l.consensu.8.in princip.C.de repudiis.* Declaratur hæc exceptio *l.2.§.in repudiis.ff.de diuortiis.* Sexta exceptio videtur: Nisi libellus repudij marito traditus vel cognitus non sit. sed reprobatur *l.licet.6.C.d.tt.* Septima: Nisi non præsenti, sed absenti renuncietur. reprobatur *l.2.in fine.ff.de diuort.* Octaua: Nisi non septem testibus interuenientibus renunciatum sit. *l.nullum.9.ff.d.tt.*

VII. Causa: De diutina mariti absentia, & reliquis huiusmodi causis vide *inf.q.prox.reg.3.*

II. EVENTVS SOLVTI MAtrimonij, & pœnæ iniusti diuortij.

Superest vltimum matrimonij tempus, scilicet matrimonij dissoluti: cuius euentus hic exponendi.

I. Regula: Soluto matrimonio dos repetitur, & antenuptialis donatio. *de quo inf.eod.libro.c.14.cum sequentibus.*

II. Regula: An & quando soluto matrimonio nuptiæ sint iterandæ, *dictum sup.c.5.*

III. Regula: Regulariter, qui quæve diuortium facit, & repudium mittit, amittit dotem & antenuptialem donationem, aliasque sustinet pœnas: de quibus dicetur partim *reg.prox.* partim etiam *inf.cap.15.* Huius autem regulæ exceptiones plures sunt, quarum aliæ sumuntur ex causa ob quam repudium misit, aliæ ex aliis circumstantiis. Ex causa vero ex qua, & ob quam repudium mittitur, exceptiones desumptæ sunt hæ.

I. Exceptio: Nisi ob religiosam vitam cœlibatum affectans repudium miserit. *Nouell.cap.22.§.dissoluuntur.vsq; ad §.per causam l.vitricus.60.in fine.ff.de donation.inter virum & vxorem.Nouell.c.117.§.prædictis.item Nouell.cap.123.§.quod si constante M.I.P.d.c.18.causa 6.M.I.R.d.c.8.reg.43.*

II. Exceptio: Nisi viris à natura attributa maritus perficere nequeat, & ob id repudium sit missum. *l.in causis.10.C.de repudiis.l.vitricus.60.cũ ll.sequentibus. ff.de donationibus inter virum & vxorem. Nouell.constitut.22.§.per causam. item Nouell.cap.117.§.prædictis.M.I.P.d.cap.18 causa.13.M.I.R.d.cap.8.regula 48.*

III. Exceptio: Nisi ob senectutem vel malam valetudinem alterius repudium mittatur. *l.vitricus.60.cum legibus sequentibus. ff.de donat.inter virum & vxorem.* Plane iure nouo exceptio proposita cum aliis quæ sequuntur, reprobatur *Nou.const.117.§ omnes igitur.M.I.P.d c.18.causa 15.*

IV. Exceptio: Nisi ob furorem alteri contingentem repudium missum sit. reprobatur *l.patre furioso.8.§.nam furiosus.ff.de his qui sui vel alieni iuris sunt.l.oratione.16.§.final.ff.de ritu nupt.l.si cum dotem.22.§.si maritus.ff.solut.matrimonio.* Cuius verbis postremis, quamuis exceptio proposita in vehemẽti & nimio furore approbetur: tamen & hoc casu per ius nouum reprobatur *ex iis quæ dicta sunt sup.exceptione proxima, in fine.* Concordat item *l.Iulianus.4.ff.de diuortiis.M.I.P.d.cap.18.causa 14.M.I.R.d.ca.8.regul.46.*

V. Exceptio: Nisi maritus vel vxor diu absit, vt de vita eius dubitetur. *l.vxor.7.C.de repudiis.& l.vel senectutem.61.ibi, aut militiam.ff.de donat.inter virum & vxorem.M.I.P.d.cap.18.causa 12.M.I.R.d.cap.8.reg.45.* Huius replicatio prima est: Nisi certum sit, absentem adhuc viuere. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup.eod.c.causa 2.* Cuius duplicatio est: Nisi per decem annos absens, sæpius per literas vel per nũcium ab vxore interpellatus, ei vel renunciauerit matrimonium, vel nihil omnino renunciauerit. approbatur simul & distinguitur *Nou.c.22.§.nouimus autem.* Sed & reprobatur duplicatio iure nouo, *Nou.c.117.§.cæterum & id quod.* Secunda replicatio est: Nisi decennium à tempore absentiæ non excesserit: *approbatur iure nouo d.§.nouimus autem.*

Mutatio iuris.

Plane iure nouissimo exceptio proposita reprobatur, sub hac tamen conditione: Nisi mulier audiens de morte mariti absentis, percõtata fuerit illud vel per se, vel per alios, ex tribuno militũ vel primoribus, sub quibus maritus militauerit, illisq; præstito iureiurando id affirmauerint. tunc enim post annum licet mulieri iterare nuptias: alias non. *quæ mutatio proponitur Nouell.c.117.§.cæterum & id.vsq; ad §.prædictis.*

VI. Exceptio: Nisi ob graue crimen alterutrius, alter repudium miserit. *l.consensu.8.in prin.cum sequentibus.C.de repudiis.l.iubemus.11.§.inter culpas.C.eod.tt.Nou.c.22.§.maiores, vsq; ad §.si vero altera.& §.has itaq;.* Concordat item, sed & reprobãtur quædam dictarum causarum seu exceptionum, *Nou.constit.117.§ quoniam vero, cum sequẽtibus.& § si quocunq;.vsq; ad §.quia vero & ex consensu.M.I.P.d.c.18.causa 3.& 5.M.I.R.d.c.8.reg.38.*

VII. Exceptio: Nisi maritus vxorem flagellis vel fustibus verberauerit. *l.cõsensu.8.§.si qua igitur.ibi, si se verberibus.C.de repudiis.* Mutatur ac tollitur hæc exceptio *Nou.c.117.§.si quis vero vxorem.M.I.R.d.c.8.reg.51.*

VIII. Exceptio: Nisi indotata sit vxor. reprobatur *l.iubemus.11.§.si quis aut.C.de repudiis.& Nou.c.22.§ sic itaq; ibi, vt non ob hoc.* Hactenus exceptiones propositæ regulæ, quæ desumptæ sunt ex causis missi repudii. Sed & plures huiusmodi causas vide *supr.quæst prox.* Sequuntur nunc reliquæ ex aliis desumptæ circumstantiis.

IX. Exceptio: Nisi vtriusque consensu matrimonium sit dissolutum. *Nouell.c.22.§.dissoluuntur.* Plane mutatur ac tollitur hæc exceptio iure nouo *Nou.c.117.§ quia vero & ex consensu.& Nou.c.134.§ ex quo.ibi, aut matrimonia.*

X. Exceptio: Nisi pœnituerit diuertentem repudij, & matrimonium fuerit redintegratum. *l.si pœnituit.7.ff.de diuortiis.l.diuortium.3.ff.eodem tt.l.quicquid.48.de regulis iuris.Nou.cap.134.certe si qui.l.plerique.13.ff.de ritu nuptiar.M.I.P.lib.4.c.20.reg.2.except.1.* Possunt item iam propositæ leges referri ad ea quæ habentur *infr.d.exceptione 29.replicatione 2.duplic.3.*

XI. Exceptio: Nisi sine instrumentis dotalibus matrimonium sit contractum. reprobatur *Nou.c.22.§.matrimonium.ibi, vt autem.* De qua re vide etiam *sup.c.4.except.13.*

XII. Exceptio: Nisi alius pro repudiante dotem vel donationem ante nuptias acceperit vel dederit, sibique reddi sit stipulatus, & sine eius voluntate repudium sit missum. approbatur exemplo patris & filij filiæve *Nou.cap.22.§ præterea autem.& l.si filia.5 ff.de diuortiis.* Plura de hac exceptione vide *infr.eod.lib.c.15.except.1.replic.2.item except.3.repl.1.*

XIII. Exceptio: Nisi matrimonium legibus fuit prohibitum. hoc enim casu is, qui repudium mittit, supradictis pœnis non tenetur: *vt patet ex iis quæ dicta sunt sup.lib.eod.c.3.& 4.* eiusq; exemplum proponitur *l.si ignorans.3.C.solut.matrim.* Cui concordat *l.si cum dotem.22.§.finali.ff.eod.tt.M.I.P.d.cap.18.causa 1.*

XIV. Exceptio: Nisi inutiliter repudium sit missum, vt non soluatur matrimonium. Hæc exceptio ipso iure subsistit, eiusque species propositæ sunt *supr.quæst.proxima causa 6.* Hactenus igitur de regula proposita tertia, eiusque exceptionibus sit dictum.

IV. REGVLA, De tertia parte vltra sponsalitiam largitatem repudiatæ danda, proponitur *Nou.c.117.§.si autem & vir.* Cuius sunt eædem exceptiones, quæ proxime præcedentis.

V. Regula: Si mulier sit indotata, illegitime repudians maritus, vel vxor, vel causam repudij dans quarta bonorum parte punitur. *l.iubemus.11.§.si quis autem.C.de repudiis.Nou.c.22.§.sic itaq;.* Concordat item *Nou.c.74.§.quoniam autem.ibi, & illa siquidem in dotata.*

VI. Regula: Sine causa repudium mittens, in monasterium detruditur: & quid iuris de bonis eius, definitur *Nouell.cap.117.§.quia vero quadam.& Nouell.cap.134.§.ex quo vero, vsque ad §.si quis autem.* Huius regulæ exceptiones eædem sunt, quæ superioris reg.3.

VII. Regula: Eadem est pœna tam viri, quam mulieris, sine causa repudium mittentis. *Nouell.c.127.§.quia vero.M.I.P.lib.4.c.16.reg.12.*

VIII. Regula: Apud quem liberi eius matrimonij, quod diuortio solutum est, ali & educari debeant, vide *inf.eod.lib.c.21.q.5.reg.10.except.8.*

DE CONCVBINIS.

CAP. IX.

COntrarium matrimonij est concubinatus, de quo, antequam reliqua matrimonij iura persequamur, hic nobis agendum est.

I. AN CONCVBINATVS sit licitus?

Regulariter in iure permittitur, *nimirũ l.in concubinatu.3.in fine.ff.de concubinis.M.I.P.lib.4.cap.22.in princ.M.I.R.lib.3.c.8.reg.76.* vbi controuertitur. Huius exceptio prima est: Nisi ea concubina habeatur, in quam stuprum committitur. *l.1.§.cum Atilicino.ff.d.tt.*

II. Exceptio: Nisi quis ingenuam & honestæ vitæ mulierem in concubinatu habeat. *d.l.3.ff.de concubinis.* Huius replicatio est: Nisi contestatio facta sit, quod eam pro concubina habere velit. *d.l.3.* De qua re vide plura *inf.quæst.prox.*

III. Exceptio; Nisi adulterij damnatam concubinam habeat. reprobatur *l.1.§.qui etiam.ff.de concubinis.*

IV. Exceptio: Nisi concubina minor sit duodecim annis. *d.l.1.§.finali.*

V. Exceptio: Nisi quis libertam alienam, quæ ab inuito patrono diuertit, concubinam habeat. *l.quod ait lex.11.§.1.ibi, Iulianus quidem.ff.de nuptiis.l.1.in princip.ff.de concubinis.* Plane extra casum propositum libertam alienam concubinam habere licet, *ex l.in concubinatu.3.in principio.ff.de concubinis.* Sed & propositæ exceptionis replicationes vide *sup.c.4.except.5.*

VI. Exceptio: Nisi sororis filiam quis concubinam habeat. *l.etiamsi.56.ff.de ritu nupt.*

VII. Exceptio: Nisi quis eam habeat concubinam, quæ antea parentis vel filij sui concubina fuit. *l.1.§.penult.ff.de concubinis.*

VIII. Exceptio: Nisi is qui vxorem habet, concubinam adiunxerit. *l.vnica.C.de concubinis.& l.vltim.§.fin.C.communia de manumiß.*

IX. Exceptio: Nisi ex ea prouincia, quam administrat, concubinam quis habeat. reprobatur *l.vlt.ff.de concubinis.*

II. CAVSA EX QVA CONCVbinatus constituitur.

Sola animi destinatione concubinatus constituitur. *l.concubinam ex sola.4.ff.de concubinis.* Huius exceptio est: Nisi quis honestæ vitæ & ingenuam mulierem in concubinatu habere velit. *l.in concubinatu.3.ff eod.tt.l.in liberæ.24.ff.de ritu nuptiar.*

III. CAVSA EX QVA CONCVbinatus dissoluitur.

De furore. Furor interueniens concubinatum non soluit. *l.2.ff.de concubinis.*

IV. EVENTVS CONcubinatus.

I. Regula: Concubina matris familias honestatem non habet. *l.probrum.41.ff.de ritu nuptiarum.*

II. Regula: Is qui concubinam haber, ei vltra semiunciam bonorum suorum relinquere non potest. *l.2.C.de naturalibus liberis. & Nouell. cap 89. §.ne igitur perpetuo, in fine.* Huius exceptio est: Nisi ex concubina liberos quoque habeat. tunc enim plus illi cum filiis potest relinquere. sed ab intestato quædam portio ad filios naturales, eiusq; matrem peruenit. *de qua re vide infrà eod.libro, c.24. reg.1.cum sequente.*

Hactenus iura matrimonij contrahendi, contracti, dissoluendi & dissoluti proposita sunt. Inter hæc autem dotis quoque & antenuptialis donationis ius connumeratur. quod quia multiplex est & copiosum, peculiariter est proponendum. Primum igitur de iure dotium dicetur, deinde de iure antenuptialis donationis.

DE PACTIS DOTALIBVS in genere. CAP. X.

I. AN EX PACTO DOTALI NAscatur actio vel exceptio?

Regulariter pactum dotale vtile est, & ex eo tam actio nascitur, quam exceptio. *l. vnica. §. illud etiam generaliter.C.de rei vxoriæ actione. Concordat l.1.C.de pactis super dote.M.I.R.lib.3.cap.9. reg.4.* Cuius exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi cum alius pro muliere dotem daret, pactum cum alterutro tantum sit factum. *l.post nuptias.28.ff.de iure dotium.l.cum à socero.7.C.de iure dotium.& l.cum dos.7.ff.de pactis dotalibus.* Replicatio prima est: Nisi in ipsa dotis datione alius qui dotem dat, pactum sine muliere fecit. *d.l.7.l. ob res.20.§. si extraneus.ff. eod. tt. & l. quoties.29.in prin.ff.soluto matrimonio.* Secunda: Nisi is eave, qui quæve pactum sine altero fecit, eo vtatur, vel aduersus eum eamve ex eo pacto agatur excipiaturve. huic enim soli prodest vel obest pactum. *d.l.7.ff.de pactis dotalibus.l.si conuenit.6.C.de pactis super dote.* Tertia: Nisi filia pacta sit sine patre, quo pacto pater vtatur. tunc enim patri istud pactum proderit. *d.l.7.* Quarta: Nisi filia paciscente, pater vna cum filia agat. nam hoc casu patri quoque pactum filiæ nocet. *d.l.7.* Quinta: Nisi ante nuptias alius pro muliere dotem dederit, & ante nuptias pactum, quamuis ex interuallo, fecerit. *l.quoties.29.§.plane si ante.ff.soluto matrim.* Sexta replicatio videtur esse: Nisi pater filiam, sine qua paciscitur in sua habeat potestate. sed reprobatur *d.l.29.ibi, quamuis in potestate.*

II. Exceptio: Nisi is eave, qui quæve in patris est potestate, sine eius consensu pactum fecerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi pater furiosus sit, vel apud hostes. *l. quoties.8.ff.de pactis dotalibus.*

III. Exceptio: Nisi pactum ad ius pertineat. *l.si pater.12.§.ex pactis.ff de pactis dotalibus.*

IV. Exceptio: Nisi pactum de non reddenda dote factum sit. De hac exceptione cum aliis similibus vide *infr.in repetitione dotis, c.14.*

V. Exceptio: Nisi conuenit ne de moribus agatur, vel plus vel minus exigatur. cum aliis quibusdam approbatur *l. illud.5. ff. de pactis dotalibus.* Plane hodie iudicium de moribus sublatum est, *vt ostensum supr.c.7.*

VI. Exceptio: Nisi conuenit, ne ob res donatas vel amotas agatur. *d.l.5.* Huius replicatio est: Nisi post diuortium istiusmodi pactio facta sit. *l. ob res 20.in prin.ff.eod.tt.*

VII. Exceptio: Nisi conuenit, ne ob impensas necessarias agatur. *l. illud. 5. in fin. ff. de pactis dotalibus.* Huius replicatio est: Nisi post diuortium ita conuenit. *d.l.20.in prin.ff.eod.tt.* De proposita exceptione vide item *infr.c.13.q.1. except.11.*

VIII. Exceptio: Nisi conuenit, ne repudio sine causa vel ex causa iusta misso, pœna legibus statuta locum habeat. *l. consensu.8.§.fin.C.de repudiis.l.vnica.§.penult.C.de rei vxoriæ actione.* Hactenus exceptiones ex speciebus pactorum desumptæ propositæ sunt. Sunt & plures huiusmodi suis insertæ locis.

IX. Exceptio: Nisi non ante nuptias, sed constante matrimonio post nuptias contractus pactum factum sit. reprobatur *l.1.in prin.ff de pactis dotalibus.l.cum maritus.29.in prin.ff.eod.tt.*

X. Exceptio: Nisi pacto in tempus diuortij collato, diuortium secutum non sit. *l.pacta.3.ff. de pactis dotalibus.*

XI. Exceptio: Nisi pœna pacto adiecta petita sit: tunc enim ad ipsam rem pacto contētam agi vel excipi non potest, *l si pater.12 §.si mulier.ff.d.tt.*

II. QVIBVS ET ADVERSVS quos ex pacto dotali actio vel exceptio detur?

I. Regula, De hæredibus paciscentis. His regulariter ex pacto competit actio & exceptio. Exemplum proponitur *l.quod de reddenda.25. ff. de pactis dotalibus.* Huius regulæ exceptio est: Nisi pactum sit personale. approbatur exemplo *l. ob res. 20.§.si conuenerit.ff.d.tt.*

II. Regula: Pactum patris nec prodest nec obest filiæ: & contra, filiæ pactum non obest patri. approbatur simul & distinguitur *l. cum dos. 7. ff. d. tt. de qua re vide sup.q.prox.except.1.*

III. Regula, De eo qui pacto non interfuit. Huic nec prodest nec obest pactum. *l.1. in fine.ff. de pactis dotalibus.*

III. QVANDO EX PACTO dotali detur actio?

Si conuenit ne constante matrimonio viuo patre dos petatur, mortuo eo, quamuis nō soluto matrimonio, dos peti potest. *l.ob res.20. ibi, sed si conuenerit.ff.de pactis dotalibus.*

IV. QVÆ EX PACTO nascatur actio?

Vtilis condictio hinc nascitur. *l.1. in fine.C.de pactis super dote.l.inter socerum.26.§.conuenit.ff. de pactis dotalibus.* Hæc de pactis dotalibus in genere sint dicta: specialiter de iis tractabitur in sequentibus. Nunc de actionibus, quæ dotis nomine competunt, dicendum. primum quidem de iis, quæ marito eiusque hæredibus dantur: hinc de iis, quæ mulieri eiusque hæredibus, eiq; qui dotem dedit, competunt.

DE PETITIONE DOTIS. CAP. XI.

Marito ob triplicem causam dotis nomine datur actio. prima est, vt dos promissa soluatur: altera, vt euictio dotis præstetur, tertia, vt impensæ in res dotales factæ restituātur. de quibus singulis ordine dispiciendum, & primum de petitione dotis, vt dos promissa præstetur.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS cum suis exceptionibus.

Causa huius actionis est. Si dos constituta vel promissa sit: tunc enim vt detur vel soluatur, maritus agere potest. *M.I.R.lib.3. c.9. reg.4.* cuius exceptiones plures sunt hic ordine enumerandæ.

I. Exceptio: Nisi alius, non mulier dotem constituerit vel promiserit. reprobatur *l. promittendo. 41.in prin.ff.de iure dotium.*

II. Exceptio: Nisi muliere filio tutoris sui iuste nupta, tutor mulieris mariti pater dotem cōstituerit. reprobatur *l. cum post. 69. §. nuptiis. ff.de iure dotium.*

III. Exceptio: Nisi minor vigintiquinq; annis dotem constituerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi curator minoris consenserit. *l.mulier.28. C.de iure dotium.* Huius duplicatio est: Nisi curator in constituenda dote modum excesserit. *l.siue.61.in prin.ff.eod.tt.*

IV. Exceptio: Nisi serua dotem constituerit. *l. Proculus.67.ff.de iure dotium.*

V. Exceptio: Nisi seruo dos sit constituta vel promissa. reprobatur *l.quemadmodum.46.in prin. ff. de iure dotium.*

VI. Exceptio: Nisi eo tempore, quo dos ab alio promittebatur, mulier stipulatori nubere noluit. reprobatur *l.si sponsalibus.58.in prin.ff.de iure dotium.* Plura de hac exceptione vide *infr.eod. cap. except.17.*

VII. Exceptio: Nisi pro serua nuptura ignorans promiserit. *l.si mulier.59.§.fin. ff.d.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi pro incerta persona dos sit promissa. reprobatur *l.à Titio.108.ff. de verb. obligat. &c.*

IX. Exceptio: Nisi certa species vel quantitas in dotis promissione non sit expressa. *l.1.C.de dotis promissione.M.I.R.d.reg.4.except.1.* Huius replicatio est: Nisi ita promissum sit, Quodcunq; arbitratus fuerit. *l.si cum ea.3.C.eod.tt.l.cum post.69.§.gener. ff.de iure dotium.* Vbi ait Iurisconsultus: Arbitrio quoq; detracto stipulationē valere, placuit. Hæc verba cum sequentibus propositæ exceptioni contradicunt potius quam eam distinguunt.

X. Exceptio: Nisi plus quàm licet, curator puellæ dotis nomine promiserit. approbatur *l. siue.61.in prin.ff.de iure dotium.* Quantum autem dotis nomine promittere debeat curator, definitur *l. quæro.60. & l.cum post.69.§.nuptiis.ff. d. tt. l. de creationibus.20.C.de episcopali audien. M. I. R. lib.3. c.11.reg.12.*

XI. Exceptio: Nisi vniuersa bona doti sint data. reprobatur *l.nulla leg.4. C.de iure dotium. M. I. R. d.reg.4.excep.7.* Plane admittitur, si pater materve plures filias habens, pro vna in dotem det dotem immodicam: tunc enim reliquis eo nomine datur actio. *quæ approbatur l. vnica. C. de inoff. dotibus. M.I.R.lib.4.c.11.reg.33. & 36.* Sed & admittitur, si curator adultæ facultates omnes doti dederit. *de quo sup.except.prox.dictum est.*

XII. Exceptio: Nisi nomine in dotem dato, nec delegatio nec litis contestatio subsecuta sit. reprobatur *l.2.C.de obligat. & action.*

XIII. Exceptio: Nisi minor sit donatio ante nuptias, quam dos. *De hac re dicetur infr c.17.reg.24.*

XIV. Exceptio: Nisi quis putans se mulieri debere, pro ea dotem per errorem promiserit. reprobatur *l.cum fundo.78.§.fin.ff.de iur.dot. & l.quemadmodum.46.§.fin.ff.eod.tt.*

XV. Exceptio: Nisi mortis causa dos sit promissa, vel in tēpus mortis. *l.Iulianus.20.ff.de iur.dot. & l.si pater.76.in fin.ff.eod.tt.* Huius replicatio est: Nisi alius quam mulier mortis suæ causa dotem promisisset. *d.l.76.* Cuius duplicatio est: Nisi cum alius mortis causa dotem pro muliere promisisset, is conualuerit. *d.l.76.*

XVI. Exceptio: Nisi dos ita promissa sit, Cum commodissimum erit. hoc enim casu videbatur, quod promissor ad soluendum vrgeri non posset, semper hac ratione se defendens, sibi non esse commodum, verum exceptio hæc reprobatur *l.auus.79.§.fin.ff.d.tt.*

XVII. Exceptio: Nisi quod filius familias mariti debet, ei in dotem promissum sit *l. si pater. 44. §.quæ delitorem.ff.de iur.dot.*

XVIII. Exceptio: Nisi quis hærediratem fideicommissariam, quam mulieri debebat, pro ea dotis nomine marito promiserit. *l. si mulier.59.§. ex asse.ff. de iur.dot.*

XIX. Exceptio: Nisi nulla stipulatio in dotis constitutione interuenerit. reprobatur *l. ad exactionem.6.C.de dot.promiss. & l.vnica.§.1.C.de rei vxoriæ actione.M.I.R.lib.3.c.9.reg.11.*

XX. Exceptio: Nisi inutilis stipulatio dotis constitutioni interuenerit. reprobatur *d. l. vnica. vers.eodemq; modo.*

XXI. Exceptio: Nisi dolus intercesserit in dotis constitutione. *l.iure.6.§.fin.ff.de iure dot.*

XXII. Exceptio: Nisi dotis adiectio in stipulatione non sit facta. reprobatur *l.quia autem.23.ff. de iure dotium.*

XXIII. Exceptio: Nisi scriptura non interuenerit. reprobatur *l.ad exactionē.6.C.de dot.promiss. & l.vnica.§.& nemo putet.C.de rei vxor.act.*

XXIV. Exceptio: Nisi post diuortium mulier sciente viro prædia dotalia diu possederit. *l.cum post.69.in princ.ff.de iur.dot.*

XXV. Exceptio: Nisi is qui pro muliere dotem promisit, postea eidem mulieri rem istam legauerit, & ex testamento etiam agatur. *l. huiusmodi.81.*

di.81.§.cum pater.ff.de leg.1.M.I.R.d.cap. 9.reg. 4.except.4.

XXVI. Exceptio: Nisi debitore dotis nomine delegato, delegans postea debitum exegerit. reprobatur *l.si debitor.80.ff.de iur.dot.*

XXVII. Exceptio: Nisi nuptiæ non sint secutæ.*l.stipulationem.21.cum lege sequente. ff. de iur. dot. l.promittendo. 41.in prin ff. d.tt.l.item quia.4. §. huius rei.ff de pactu.*

XXVIII. Exceptio: Nisi ante secutas nuptias sponsalibus sit renunciatum.*l.stipulationem. 21.in fin.cum lege sequente.ff.de iur.dot.* Huius replicatio est; Nisi dote ante sponsalia constituta, mulier nubere noluit,non autem sponsalibus factis renunciauit:tunc enim,si postea voluntate mutata nupserit,nihilominus dos debetur.*l.si sponsalibus. 58.in prin ff.eod.tt.*

XXIX. Exceptio; Nisi aliæ nuptiæ interuenerint.*d.l.58.in princ.ibi, nisi aliæ nuptiæ mediæ intercesserint.& l.dotis.68.in fin.ff. eod.tt.*

XXX. Exceptio: Nisi matrimonium,propter quod dos promissa est,iure consistere non possit. *l.dotis.3.ff.de iur. dot.item Inst. de nuptiis. §. si aduersus ea.* Exemplum proponitur *l. si serua. 39. §. fin.ff.de iure dotium.*Huius replicatio est; Nisi matrimonium ex post facto conualescat. quæ approbatur duobus exemplis *l.dotis.68.ff.de iur. dot.*

XXXI. Exceptio; Nisi matrimonium sit solutum. reprobatur *Nouell.cap.22.§.porro autem dotes,in fine.l.si socer.* 44. §. *Lucius. ff. sol. matrim.* Ex quo constat, exceptionem propositam admitti, si maritus ei à quo petit, dotem sit restituturus, *iuxta l.dolo facit.8.in princip. ff.de doli mali except.l. in condemnatione.133.§.fin.ff.de reg.iur. & l. quod.25. ff.de pact.dotal.* Sed & eius exemplum proponitur in eo,cuius culpa matrimonium solutum est, *l.Bebius. 30.ff.d.tt.*

XXXII. Exceptio: Nisi pater,qui pro filia dotem promisit,ante nuptias eam emancipauerit, vel mortuus sit.reprobatur *l.si pater. 44. in prin. ff. de iure dot.*

XXXIII. Exceptio:Nisi mulier ingrata sit ei,qui dotem pro ea promisit,reprobatur *l. cum post.69. §.patrona.ff.de iure dot.*

XXXIV. Exceptio:Nisi conuenit, ne ab inuito dos exigeretur.*l.vlt.§.fin.ff. de pact.dotal.*

XXXV. Exceptio: Nisi cum conuenisset,ne viuo patre, neve constante matrimonio dos petatur, matrimonium viuo patre sit solutum. *l. cum pater. 11.& l.ob res.20.in fin.ff.eod.tt.*

XXXVI. Exceptio; Nisi conuenerit ne dos petatur. *l.si pater.12.§.ex pactis.ibi,cæterum. ff.de pact. dotal.*Huius replicatio prima est:Nisi cum alius pro muliere dotem promisisset,ei sine consensu mulieris pactum de non petendo factum sit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. c.10.q.1.except. 1.* Altera: Nisi vix vxori donandi causa pactum de non petendo fecerit. approbatur *infr.lib.14.c.20.except.29.repl. exemplo 7.*

XXXVII. Exceptio: Nisi dos marito soluta sit. Huius replicatio prima est; Nisi maritus vxori donandi animo,constante matrimonio, dotem restituerit.*l.vnica, C.si dos constante matrim. Nouell. cap.22.§.porro autem dotes.*Cuius duplicatio prima est;Nisi in alimenta vxori dotem constante matrimonio restituerit. *l.mutuo. 73.§. manente. ff. de iur.dot.* Secunda:Nisi vt emat prædia, restituit. *d.§.manente.*Tertia:Nisi vt patrem exulantem vel egentem vxor alat,ei dos à marito sit restituta. *d. §.manente & l.quamuis.20.ff.solut.matrim.* Quarta: Nisi vt liberos ex alio coniugio, fratres, sorores, parentes,aut virum sustineat,vel ab hostibus redimat,dos illi à marito sit restituta. *d. §. manente. & d.l.20.* Quinta: Nisi vt æs alienum soluatur, maritus vxori dotem restituerit. *d.l.20.& vltim. ff.de iur.dot.*Hæc de duplicationib. propositæ replicationis sint dicta. Sed & plures licet videre *inf.lib.14.cap.20.* Quæ enim ibi exceptiones propositæ sunt, hic quoq; duplicationum loco possunt repeti. Alterapropositæ exceptionis replicatio est:Nisi dos in solutum data euicta sit. *De hac re vide inf.c.prox.* Tertia: Nisi non solidum sit solutum.approbatur *l.si voluntate.4.C.de dot. promiss. l.si pater.12.§.si fundo.ff.de dotis pactis dotalibus.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi dos marito legata, vxori sit soluta.*Vide inf.lib.14.cap.6.quæst.1.except.11.*

XXXIX. Exceptio: Nisi antenuptialis donatio actis non sit insinuata.*Nou.c.127.§. illud quoq; & Nou.cap.119.§.1.*Hactenus de causa petitionis dotis, eiusque exceptionibus dictum. Sequuntur nunc reliqui huius actionis loci.

II. QVIBVS PETITIO dotis competit?

Prima Regula, De muliere, pro qua dos est promissa.Huic quoq; dotis petitio cõpetit. *l. tali stipulatione.48 §.fin ff.de iure dotium.* Plane regula proposita in actione quidẽ ex testamento locum habet,in actione vero ex stipulatu locũ non habet:quod exceptionis loco notandum. *l. si pater marito.5.C.de dotis promiss.M.I.R..lib.3.cap.9.reg.5.*

Secunda Regula,De patre mariti filiifamilias. Huic quoque videtur actio danda,*ex l. si is.56.§. ibi.ff.de iure dotium.*

Tertia Regula,De domino serui dotem stipulantis,proponitur *l.quemadmodum.46.in prin. ff. de iure dotium.*

III. ADVERSVS QVOS datur actio?

Prima regula, De fideiussore, proponitur *l.cũ dotis.55.ff.de iure dotium.*

Secunda regula, De debitore dotis nomine inutiliter delegato, & vxore delegante, proponitur *l.si mulier.59.§.ex asse.ff.d.tt.*

IV. QVID ET QVANTVM veniat in hac actione?

I. Regula, De vsuris. Hæ regulariter non debentur.Cuius exceptio prima est:Nisi mora in soluenda dote sit facta. approbatur simul & declaratur *l.vlt.§.præterea,vsque ad finem legis. C. de iure dotium.*Huius replicatio est; Nisi biennium ex tempore matrimonij nondum præterierit. tunc enim nec ex mora debentur vsuræ, *vt ex iam d. §. præterea patet.*Sed&alias replicationes vide *inf.except.prox.*Altera exceptio est: Nisi vsuræ promissæ sint.*l.2.C.de dotis promiss.* Ratio huius exceptionis proponitur *l.si quis.21.§.si vxor. ff. de donat. inter vir.& vxor.* Replicatio prima est:Nisi mulier vel eius pater ipsam suis sumptib. exhibuerit. *l. cum post.69.§.in domum.ff.de iure dotiũ.l.pater. 17.in prin. ff.de dolo mali except.l.in insulam. 42.§.vsuras. ff.soluto matrim.*

matrimonio. Secunda: Nisi maritus vxori vsuras remiserit.reprobatur *l.si quis.21.§.si vxor.ff.de dona. inter virum & vxor.* Admittitur, si maritus vxori dotem eiusque vsuras in alimenta eius remiserit. *d.§.si vxor.versic.plane si.* Tertia: Nisi vir per vitam suam vsuras non petierit, & vxori dotem relegauerit.*l.vir.54.ff.d.tt.*

II. Regula,De fructibus. Hi quoque debentur,*l.dotis.7.in principio. ff. de iure dotium, & lege vltima.§.præterea.Codic.de iure dotium.*Huius exceptio prima videtur esse; Nisi maritus vxorem fructus capere permiserit.sed reprobatur *l.pro oneribus.20 C.de iure dotium.* Plane admittitur, si in alimenta vxorem fructus capere permisit.*l.2. C. de pactis super dote.*Secunda exceptio est, Quod impensæ à muliere factæ ex fructibus deducantur. *l.fructus.7 in prin.ff.solut.matrim.*

III. Regula;In quantum facere potest, reus hac actione tenetur.*l.rei iudicatæ.15. § fin.cum legibus sequentib.ff.solut.matrimonio.M.I.R.d.cap.9.reg.8.* Huius exceptio prima est; Nisi non vxor neque socer,sed extraneus dotem promiserit.*l.si de dote. 84.ff.de iure dot.*Cuius replicatio est;Nisi extraneus tanquam ex causa dotis debitor mulieris dotem promiserit.*l.si prior.32.ff.soluto matrim.* Altera exceptio est:Nisi mulier vel socer inescandi mariti causa ampliorem dotem promiserit. *d.l.84. M.I.R. d.reg.8.except.1.*

IV. Regula:Si quis dotem promiserit, quantum arbitratus sit, ad boni viri arbitrium redigitur.*l.si cum ea.3.C.de dotis promiss.*

V. Regula; Si illud aut illud doti promissum sit,in arbitrio promissoris est, quid debeatur. *l. quemadmodum.46.§.si debitori.ff.de iure dotiũ.*Huius exceptio est: Nisi marito, qui illud aut illud debet,doti promissum sit quod debet. *l. si marito.9. ff.d. fundo dotali.*

VI. Regula: Si pater pro filia dotem promisit,vtrum ex suis,an ex filiæ bonis dotem debeat, definitur *l.si pater 7.C.de dotis promiss.*

VII. Regula, De fundo in dotem dato,& re pro fundo, muliere per in integrum restitutionem restituta,proponitur *l.Titia.62. ff de iure dot.*

VIII. Regula: Si curator adultæ plus quam facultates mulieris ferunt,doti promiserit, quid & quantum debeatur,definitur *l.quæro.60.& l.sive.61.ff.de iure dotium.*

IX. Regula,De re minoris,& eius precio,proponitur *d l.61.§.1.*

X. Regula: Ne maior dos petatur, quam est antenuptialis donatio,definitur *Nou.c.97.in prin. vsq; ad §.sed & aliud.M.I.R.d.c.9.reg.6.*

XI. Regula:Omnibus bonis in dotem datis, id duntaxat debetur, quod deducto ære alieno superest.*l.mulier.72.in prin.ff.de iure dot.*

V. QVANDO COMPETAT actio?

I. Regula: Statim secutis nuptiis competit actio.*l.vlt.§.fin.C.de iure dot.* Huius exceptio prima est. Nisi aliter conuenerit.*l.si pater.12. §. ex pactis. ibi,& donec nupta sit.ff.de pactis dotal.*

II. Regula:Si ita conuenit, Cum commodissimum erit, dotem præstari; quando debeatur, definitur *l.auus.79 §.fin.ff.de iure dot.*

III. Regula: Si intra annũ dotem dari stipulatus sit;vtrum à die stipulationis,an nuptiarum, annus currere incipiat,definitur *l.tali,48. in prin. ff.de iure dot.M.I.R.d.reg.10.*

IV. Regula: Etiam soluto matrimonio dos peti potest.*de quo dictum sup.q.1.except.30.*

VI. QVÆ ACTIO COMPETAT, quæq; eius adfinia sint remedia?

I. Regula: Ex stipulatu actio competit, siue stipulatio interuenerit, siue non interuenerit.*l.vnica §.1. C. de rei vxoriæ act.M.I.R.d.c.9.reg.11.*

II. Regula; Ex empto actio datur, si res æstimata in dotem data sit. *l.cum dotem.10.C.de iure dotium.*

III. Regula:Hypothecaria quoq;actio competit,suntq; res mulieris pro dote obligatæ.*l.vnica.§.& vt plenius.C.de rei vxoriæ act.*

IV. Regula:Exceptio quoq;adfine remedium est actionis propositę,quemadmodum&aliarum actionum. *l.si pater.44. §. quæ debitorem.ff.de iure dotium.* Hæc de dotis petitione, prima mariti actione.

DE ACTIONE MARITI DOTE euicta. CAP. XII.

SEcunda mariti actio,quam dotis nomine habet,est si dos sit euicta. de qua nunc dicendũ.

I. CAVSA HVIVS actionis.

Si dos euicta sit,marito eius nomine datur actio.*l quoties.16 ff.de iure dotium.l.mater 34.ff.dict.tt. & l.qui res.98. n prin.ff.de solutionibus & liberationibus M.I.R.d. ap.9.reg.14.* Exceptio prima est: Nisi res inæstimata in dotem data sit. approbatur simul & distinguitur *l.1.C.de iure dotium.l.si à matre. 13.C.eod.tt.M.I.R.d.regul.14.exceptione.1.* Huius replicatio prima est: Nisi cautio de euictione præstanda intercesserit.*d.l.1.*Secunda:Nisi dolus dotem dantis intercesserit. *d.l.1.& l.cum post.69 §. cum res,in fine.ff.de iure dotium. M.I.R. d. except.1.replicat.2.* Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi res in dotem æstimatas,soluto matrimonio reddi conuenit,*d.§.cum res.*

II. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

Contra socerum, mulierem, vel hæredes eorum datur.*l.1.in principio.C.de iure dotium.& l.mater. 34.in fine.ff.eod.tt.*

III. QVÆ EX EVICTIONE detur actio?

Ex stipulatu, ex empto, de dolo,vel in factum actio competit,pro varietate circumstantiarum. *l.1.C.de iure dotium.*Hæc de euictionis actione sint dicta. Superest adhuc vna actio & exceptio marito dotis nomine competens, ob impensas scilicet in res dotales factas.

DE ACTIONE ET EXCEPTIONE impensarum nomine in res dotales à marito factarum. CAP. XIII.

I. CAV-

I. CAVSA EX QVA ACTIO vel exceptio hæc competat.

SI maritus in res dotales impensas fecit, tam per actionem eas repetere, quam per exceptionem deducere & retinere potest. *M.I.R. lib.3. cap 9 reg.15.* Quo ad retentionem, approbatur *Instit. de actionib. §. item si de dote. ibi, ibi propter retentionē.* Quo ad actionem, *l quod dicitur. 5. §. si dos tota. ff. de impensis in rebus dotalib. factis.* Exempla vide *infra except. prox.* Sunt enim aliquot propositæ regulæ exceptiones, quæ sumuntur ex causa, ex qua impensum est, ex re in quam impensum est, & ex aliis huiusmodi circumstantiis, ordine hic proponendæ:

I. Exceptio: Nisi impensæ non fuerint necessariæ. adprobatur simul & declaratur *l. 1. in prin. & l. in totum 4. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. l. impensæ. 79. ff. de verb. signific.* Alia necessariarum, sed & non necessariarum impensarum definitio proponitur *l. impensæ. 14. ff. eod. tt.* Aliæ item necessariarum impēsarum species enumerantur *l. 1. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. d. tt.* Similes species proponuntur *l. fructus. 7. §. fin. ff. solut. matrim.* Hactenus definitiones & species impensarum necessariarum propositæ sunt. Non necessariæ impensæ duplices sunt, vtiles & voluptariæ, *vt patet ex iis quæ proposita sunt sup. ead. except. in princ.* Harum definitiones & species proponuntur *l. quod dicitur. 5. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. & l. impensæ. 14. ff. eod. tt.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi impensæ vtiles sint: hæ enim quamuis per retentionem ipso iure dotem non minuant, tamen per actionem peti possunt. *l. voluptariæ. 7. in fin. ff. eod. tt. l. vlt. in princ. ff. de fundo dotali. l. fructus. 7. §. si vir in fundo. ff. soluto matrimonio.* Declaratur replicatio proposita definitione & speciebus vtilium impensarum, *legibus paulo ante propositis.* Sed & duplicationis loco notandum, quod vtiles impēsæ per actionem peti quidem possint, per retentionē autem ipso iure dotem non minuant: *vt dictum paulo superius eadem replicatione, in fin.* Cuius triplicatio est: Nisi voluntate mulieris factæ sint: tunc enim etiam ex dote possunt deduci. *l. vtiliū. 8. ff. de impensis in rebus dotalib. factis.* Secunda propositæ exceptionis replicatio esse videtur: Nisi voluntate mulieris impēsæ non necessariæ factæ sint, sed reprobatur *l. in voluptariis. 11. in prin. ff. eod. tt.* Tertia est: Nisi res, in quas impensæ nō necessariæ factæ sunt, promercales sint. *l. quod si. 10. ff. d. tt.* Quarta nisi mulier nō patiatur maritum res tollere, in quas impensæ non necessariæ factæ sint. *l. & pro. 9. ff. d. tt. & l. vnica. §. sed nec ob, in fin. C. de rei vxoriæ action.* Cuius duplicatio est: Nisi res nō recipiat separationem. *d. l. 9. vers. cæterum si. & d. §. sed nec ob id.* Hæc de prima exceptione eiusque replicationibus sint dicta.

II. Exceptio: Nisi non ad perpetuam vtilitatem rei, sed ad eam quæ præsentis tēporis est, sit impēsum. *l. vel si vites. 3. §. nos generaliter. ff. de imp. in reb. dotalib. factis.* Huius species est *infr. except. prox.*

III. Exceptio: Nisi fructuum quærendorum causa, vel in agrum colendum impendit. *l. vltima. ff. de impensis in rebus dotalibus factis.* Declaratur hæc exceptio. *l. fructus. 7. §. impendi. & §. si vir in fundo. ff. soluto matrimonio.* Replicatio prima est: Nisi nouum ædificium extruxit, vel vetus collapsum restituit. *d. l. 7. §. fin.* Altera: nisi cum in sementem impendisset, messis non responderit. *l. si fundus. 8. §. fin. ff. soluto matrimonio.*

IV. Exceptio: Nisi in tutelam & conseruationem rerum dotalium impendit. *l. quod dicitur. 15. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. & l. si id. 28. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

V. Exceptio: Nisi stipendij vel tributi nomine ob fundū dotalem impensum sit vel solutum. *l. neq; 13. ff. de impen. in rebus dotalibus. M.I.R. lib. 3. c. 9. reg. 15. except. 1.*

VI. Exceptio: Nisi in aliam, quam dotalem rē sit impensum. *l. 1. §. in necessariis. ff. d. tt. & l. quod dicitur. 5. §. num in pecunia. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi ex dote sit expensum in necessarias mulieris, vel eius qui dotis repetitionem habet, causas, *l. sed & si. 21. ff. solut. matr.* Secunda: Nisi in pueros ex ancillis dotalibus natos sit impensum. *l. si id quod. 28. §. 1. ff. de donat. inter vir. & vx.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod quāuis id quod à marito in alias res quam dotales impensum est, ex dote deducere, vel dotis repetitioni per exceptionem opponere non possit: tamen illud per actionem petere non prohibeatur, *exemplo eius quod sup. except. 1. replic. 1. de vtilibus impensis dictum est.*

VII. Exceptio: Nisi maritus donandi causa impenderit, vel impensas remiserit, reprobatur *l. in voluptariis. 11. §. fin. ff. de impen. in reb. dotal. factis.*

VIII. Exceptio: Nisi res in quam impensum est, perierit. reprobatur *l. in totum. 4. in fin. ff. de impensis in reb. dotal. factis.*

IX. Exceptio: Nisi mulier marito malit relinquere rem, in quam impensum est, quam impensas præstare. reprobatur exemplo *l. cum in fundo. 78. §. si fundus. ibi, nec audiri ff. de iure dotium.*

X. Exceptio: Nisi modicæ sint impensæ. *l. omnino. 12. ff. de impen. in reb. dotal. factis. & l. quod dicitur. 15. ibi, quam quæuis modica. item ibi, ex genere & magnitudine impendiorum, ff. eod. tt.*

XI. Exceptio: Nisi conuenerit, ne ob impensas ageretur. reprobatur *l. illud. 5. §. fin. ff. de pact. dotal. Vide etiam sup. c. 10. q. 1. except. 7.*

XII. Exceptio: Nisi dote soluta impensarum ratio habita non sit. reprobatur *l quod dicitur. 5. §. si dos tota. ff. de impen. in reb. dotal. factis.*

XIII. Exceptio: Nisi matrimonium iure non subsistat reprobatur exemplo *l. si cum dotem. 22. §. fin. cum lege sequente. ff. solut. mat.* Hæc de exceptionibus aduersus causam propositam.

II. QVID ET QVANTVM VEniat in actionem vel exceptionem propositam?

1. Regula: Dos, non corpus dotis deminuitur ob impensas. *l. quod dicitur. 5. in prin. ff. de impen. in rebus dotalibus factis. & l. si is qui. 56. §. quod dicitur. ff. de iure dotium.* Exceptio prima est: Nisi pecunia in dotem sit data, non corpus aliquod, vt fundus. *d. l. 5. vers. vbi ergo.* Altera nisi corpus æstimatum in dotem datum sit. *d. l. 5. vers. proinde si.*

II. Regula: Impensis investimenta seruorum factis, ipsa vestimenta, si supersunt, erunt restituenda. *l. in his rebus. 66. §. seruis. ff. solut. matr.*

III. QVÆ

III. QVÆ ACTIO VEL EXCEptio impensarum nomine competat?

I. Regula: Impensæ ipso iure dotem minuunt, & ex dote deducuntur. *l. illud. 5. §. fin. ff. de pact. dotal. l. si is qui. 56. §. quod dicitur. ff. de iur. dot. l. 1. §. est & illud. ibi, impensæ autē. ff. de dot. releg. 8. item Instit. de actionib. § item si de dote. ibi, propter retentionem. M.I.R. d. reg. 15.* Huius exceptiones vide *sup. q. 1.* Sed & tollitur hæc regula *per ea quæ habentur infr. cap. prox.*

II. Regula: Per exceptionem maritus impensas potest consequi, si dos à se repetatur. *l. quod dicitur. 5. in prin. ibi, manebit igitur. ff. de impen. in reb. dotal. factis. l. & si. 23. ff. solut. matr. M.I.R. d reg. 15.* Mutatur hæc regula *l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de rei vxoriæ actione.* Sed & plura de hac re vide *infr. c. 17. reg. 25. in fin.*

III. Regula, De actione & condictione impensarum, proponitur *d. l. 5. §. si dos tota. & l. vnica. §. sed nec impensas. C. de rei vxoriæ actione.*

IV. Regula: Deficiente actione & exceptione, deductio operis permittitur. *d. §. sed nec ob impensas. ibi, quod si voluptariæ.*

IV. EVENTVS ACTIONIS & exceptionis propositæ?

Solutis impensis, vtrum dos videatur creuisse, an vero ex integro data, definitur *d. l. 5. §. sed si impensis. ff. de impensis dotalibus. & l. si is qui. 56. §. quid ergo. ff. de iure dotium.*

DE REPETITIONE DOTIS.

CAP. XIV.

HActenus actiones & exceptiones maritò dotis nomine competentes, propositæ sunt: quanquā plures huiusmodi proponentur *inf. c. 19* Nunc istæ actiones proponendæ sunt, quæ ex parte mulieris dotis nomine competunt: inter quas præcipuum locum obtinet dotis repetitio, de qua in hoc & inf. proxime sequentibus capitibus tractabitur.

I. GENVS ET SIMILE huius actionis?

I. Regula: Ex stipulatu actio datur, quamuis stipulatio nulla vel inutilis interuenerit *l vnica. §. 1. & §. vt plenius, vsque ad §. sed etsi. C. de rei vxoriæ actione.*

II. Regula: Bonæ fidei actio est. *d. §. sed etsi. Concordat Inst. de actionib. §. fuerat antea. M.I.R. d. cap. 9. reg 16.*

III. Regula: Actio ex stipulatu de dote, rei vxoriæ actionis naturam habet: *vt ex iam propositis constat.* Quæ autem rei vxoriæ actionis natura fuerit, infra in suis locis dicetur.

II. ADVERSVS QVOS COMpetat actio proposita?

I. Regula, De eo cui dos tradita est, & marito. Regulariter aduersus maritum datur, quamuis alij dos data sit. *l. si cum dotem. 22. §. transgrediamur. ff. soluto matrimonio. l. etiamsi. 19. ff. de iure dotium. & l. si mulier. 59. in prin. ff. d. tt. M.I.R. d. cap. 9. reg. 17.* Huius exceptio est: Nisi parti, in cuius potestate maritus est, dos sit data. *d. §. transgrediamur. ibi, sed si filiusfamil. l. si socero. 10. C. soluto matr. M.I.R. d. reg. 17. except. 1.* Plura de regula proposita vide *infr. c. prox. except. 11.*

II. Regula, De filiofamilias marito, eiusq; patre, proponitur *d. § transgrediamur. ibi, sed si filiusfamilias. l. si filiofamilias. 25. in princ. & l. si filiofamilias. 53. ff. eod. tt. item l. si socero. 10. C. soluto matrimonio.*

III. Regula, De hæredibus mariti, vel eius qui dotis actione tenetur. Hi quoq; eadē tenentur actione. *l. dotis. 9. C. soluto matrimonio.* Exceptio prima hæc esse videtur: Nisi dos alij sit legata. hoc enim casu legatarius, non hæres, videtur cōueniendus esse, verum reprobatur *l. 1. §. per contrariū. ff. de dote relegata.* Plane admittitur, si hæres nō soluendo existens, cautionem de indemnitate à legatario præstanda exigere supersederit. *l. pater dotē. 7. §. sed si lex. & §. fin. d. tt.* Secunda exceptio esse videtur: Nisi vnus ex hæredibus dotem præcipuam habeat: hoc enim casu is solus teneri videtur, non etiā cæteri eius cohæredes. verum reprobatur: de indemnitate tamen is hæres cęteris cohæredib. eo nomine tenetur cauere, *l. vnica. §. cautione videlicet. C. de rei vxoriæ actione.* Tertia est: Nisi ab vno ex hæredib. mulieri pro dote compensandi animo defunctus legauerit, & mulier dotē malit quam legatū: tunc enim dotis actione is solus tenetur, à quo legatū relictum est, non cæteri. *l. cū ab vno. 55. ff. de legat. 2.* Quarta: Nisi pater mulieris, in cuius potestate illa est, marito hæres existat. ipso quidem iure subsistit, verum, eius replicatio est: Nisi mulier à patris potestate sit liberata. *l. si socer. 44. in prin. ff. soluto matrimonio.*

IV. Regula, De legatario, cui dos legata vel prælegata est. *De hoc vide sup. reg. prox. ex. ept. 1. & 2.*

V. Regula, De fide ussoribus. Hi quoq; dotis actione tenentur. *l. cum dotis. 55. ff. de iure dotiū.* Huius exceptio est. Nisi ab inuito detur. *l. cum lege sequente. C. ne fideiussores vel mandatores dotium dentur. M.I.R. d. c. 9. reg. 18.*

VI. Regula, De fisco mariti bonis publicatis, proponitur *l. si marito. 31. in princ. ff. solut. matr. & l. 2. C. eod. tt. M.I.R. cap. 9. reg. 19.* Aliam regulam vide *M.I.P. lib. 4. c. 20. reg. 8.*

III. QVANDO ET QVANdiu detur actio?

I. Regula: Constante matrimonio dos repeti non potest. *l. filiæ. 7. C. solut. matrim. l. dotis quidē. 5. C. de collationib. item l. doce ancillam. 9. C. de rei vindicatione. M.I.R. d. c. 9. reg. 21.* Huius exceptio prima est: Nisi maritus ad inopiam redigatur. *l. si constante. 24. in prin. ff. soluto matr. M.I.P. d. c. 20. reg. 10. M.I.R. d. reg. 21. except. 1.* Cuius replicatio videtur esse: Nisi non personali actione de dote agatur, sed hypothecaria aduersus possessores rerum mariti. Sed reprobatur *l. vbi. 29. C. de iure dotium. M.I.R. d. except. 1. repl. 3.* Secunda exceptio est: Nisi marito deportato, vel alias damnato, bona eius sint publicata. *l. 1. C. de repudiis. M.I.R. d. reg. 21. except. 3.* Tertia: Nisi filiofamilias vel seruo dos promissa vel data sit, domino vel patre ignorante aut inuito. *l. quemadmodum. 46. §. traditione. ff. de iure dotium.* Quarta: Nisi seruo dotali voluntate mulieris manumisso, mulier ea quæ ad maritum occasione libertatis peruenium, petat. *l. hæc actio. 65. ff. soluto matrim.* Cum enim in proxima præcedente lege 46. dictum esset, mulierem posse ea, quæ ad maritum occasione libertatis peruenerunt, petere: subiicitur *d. l. 65.* his verbis: Hæc actio etiam constante matrimonio mulieri competit.

II. Regula,

II. Regula: Soluto matrimonio, post annum datur hæc actio. *l. vnica. §. exact. o. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. d cap. 9. regul. 22.* Huius exceptio prima est: Nisi res soli sit, quæ repetitur; tunc enim statim soluto matrimonio competit actio. *dict. §. exactio. M. I. R. d. reg. 22. except.* 1. Secunda: Nisi de alio tempore conuenerit. approbatur simul & distinguitur *l. de die. 14. cum duabus legibus sequentibus. ff. de pactis dotalibus.* Huius replicatio prima est: Nisi de longiore tempore, quam legibus statutum est, conuenerit. *d. l. 16. l. Attilicinus. 17. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi post diuortium factum de longiori tempore conuenerit. *l. licet. 18. ff. d. tt.* Secunda: Nisi non ipsa mulier, sed pater eius pro ea dotem dederit, & longius tempus pactus fuerit, *l. aliud. 19. ff. d. tt.* Tertia: Nisi cum antea de breuiori tempore pactum factum esset, postea de tempore legibus statuto conuenerit. *l. si vnus. 27. §. quod & in specie dotis ff. de pactis.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est: Nisi non in continenti, sed ex interuallo conuenerit. *l. iuris gentium. 7. §. quinimo ibi, sed hoc sic accipiendum. ff de pactis.* Tertia exceptio est: Nisi mulieris periculo res sit. reprobatur *l. si constante. 24. §. siue autem. ff. solut. matrim.*

III. Regula: Defuncto eo, aduersus quem competebat actio, non nisi adita eius hæreditate actio datur. *d. l. 24. §. 1. ff. d. tt.*

IV. Regula: Etiam dotis actioni obstat longi temporis præscriptio; quæ à quo tempore currere incipiat, definitur *l. in rebus. 30. §. omnis. C. de iure dotium. l. cum notissimi. 7. §. illud. ibi, vnde euenit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. item l. licet. 43. §. fin. ff. de iure dotium.*

IV. ADIVNCTA ET EVENTUS propositæ actionis.

I. Regula, De cautione indemnitatis ab actore præstanda, proponitur *l. cum mulier. 55. ff. soluto matrimonio.* Similis cautio habetur *l. si filiofamilias. 25. §. fin. ff. eod.* Item aliam videre licet. *l. fructus. 7. §. interdum. ff. soluto matrimonio.*

II. Regula, De cautione à reo præstanda, proponitur *l. si filiusfamilias. 25. §. maritum. ff soluto matrimonio.*

III. Regula, Itidem de cautione rei conuenti, habetur *d. l. 25. §. si qui dotalium.*

IV. Regula, De alia huiusmodi cautione, tractatur *d. l. 25. §. fin.*

V. Regula, De alia rei conuenti cautione, proponitur *l. si constante. 24. §. si vir voluntate. ibi, quod si negocium. ff. eod. tt.*

VI. Regula, De iudicati actione: cui detur, definitur *l. si marito. 31. §. si voluntate. ff. sol. mat.*

V. ADFINIA PROPOSITÆ actionis remedia.

I. Regula, De rei vxoriæ actione, proponitur *l. vnica. in prin. C. de rei vxoriæ actione. item Instit. de actionibus. §. fuerat antea.*

II. Regula, De actione hypothecaria, & priuilegio dotis. Mariti bona mulieris tacite pro dote sunt obligata, & in iis cæteris creditoribus præfertur. *l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxoriæ actione. Instit. dict. §. fuerat. vers. sed & tacitam. M. I. P. lib. 4. c. 20. reg. 8. & II. M. I. R. lib. 3. cap. 9. reg. 24.* Huius exceptio prima est: Nisi mulier iuri hypothecarum renunciauerit. *l. iubemus. 21. C. ad S. C. Velleianum.* Cuius replicatio prima est; Nisi in alio contractu vel in alia re renunciauerit. *d. l. 21. versic. ita tamen.* Altera videtur esse: Nisi constante matrimonio renunciauerit. sed reprobatur *l. etiam. 11. C. d. tt.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Plures vide *sup. lib. 2. c. 35. reg. 4.*

III. Regula, De vindicatione & condictione dotis, nuptiis non secutis, dictum est *sup. c. 1. quæst. 4. reg. 3. cum sequentibus.*

IV. Regula, De actione præscriptis verbis, nulla stipulatione interposita, proponitur *l. auia. 6. C. de iure dot.* Plane actio hæc in casu proposito hodie transmutata est in actionem ex stipulatu, *ex l. vnic. §. 1. C. de rei vxoriæ actione.*

V. Regula, De rei vindicatione, etiam nuptiis secutis, proponitur *l. in rebus. 30. C. de iure dotium.*

VI. Regula, De actione de peculio, & de in rem verso, vide *supr. q. 2. reg 2.*

VII. Regula, De condictione indebiti, si res filiofamilias vel seruo dotis nomine promissa vel tradita sit, domino vel patre ignorante aut inuito, proponitur *l. quemadmodum. 46. §. traditione. C. de iure dotium.* Simile remedium est: Si pro re dotis nomine data, postea alia res detur, tunc enim prior repeti potest condictione sine causa. *l. quæ fundum. 50. ff. de iure dotium.*

VIII. Regula, Si pater ignorans filium diuertisse, pro ea dotem numerauerit, habetur *l. si pater. 41. ff. soluto matrimonio.*

IX. Regula, De negociorum gestorum actione, proponitur *l. diuortio. 34. in princ. ff. de negotiis gestis.*

X. Regula, De addictione bonorũ mariti pro dote, habetur *l. vnica. C. ne pro dote mulieri bona mariti addicantur.*

XI. Regula, De possessione dotis propria authoritate non occupanda, *l. dotis. 9. C. soluto matrimonio.*

XII. Regula, De sequestratione, proponitur *l. si cum. 22. §. si verò dotem. ff. soluto matrimonio. M. I. R. d. c. 9. reg. 27.*

XIII. Regula, De exceptione, *l. vbi. 29. in prin. C. de iure dotium.* Hæc de quinque quæstionibus seu locis actionis de dote ex stipulatu. Causæ autem, ex quibus ista actio competit, vel non cõpetit: quibus item ea competit, nec non quid quantumque in eam veniat petendum, tractabitur in sequentib. tribus capitibus.

DE CAVSA, EX QVA DOTIS ACTIO seu repetitio competit, eiusq; exceptionibus.

CAP. XV.

REgulariter si dos data sit, & matrimonium solutum: dotis repetitio competit. *l. vnica. §. illo proculdubio. C. de rei vxoriæ actione. & l. vlt. C. soluto matrimonio. M. I. P. lib. 4. cap. 20. reg. 7. M. I. R. libr. 3. cap. 9. reg. 29.* Cuius exceptiones plures sunt, partim ex causa soluti matrimonij desumptæ, partim ex antecedentibus, partim ex consequentibus, partim ex aliis circumstantiis, in hoc capite proponendæ.

I. Exceptio: Nisi iniustum fuerit matrimonium. approbatur *per ea quæ habentur supr. cap. 2. q. 3. reg. 2. & 3.*

II. Exce-

II. Exceptio: Nisi culpa vxoris matrimonium sit dissolutum. *l. consensu. 8. §. virum. C. de repudiis. M. I. P. d reg 7. except. 1. M. I. R. d reg. 29. except. 1.* Huius species est *inf. except. prox* Sed & species seu exemplum eius proponitur *l. miles. 11. §. fin. ff. ad legem Iuliam de adulteriis.* Item plures species vide *sup. cap. 8 quæst. 2. reg. 3. except. 6.* Plane replicatio prima est: Nisi vtriusque culpa intercesserit. *l. viro. 39 ff. soluto matrimon.* Exemplum proponitur *l. cum mulier. 47 ff eodem tt.* Secunda replicatio est: Nisi alius pro muliere dotem dederit. *Nouell. cap. 22. §. præterea autem & aliud. l. si filia. 5 ff. de diuort.* Cuius duplicatio est: Nisi alij qui dotem dedit, non competat dotis actio, sed mulieri. *l. si dotem. 24. C. de iure dotium.* Tertia replicatio est: Nisi cum maritus eiusdem pater mulierem de crimine, ob quod soluitur matrimonium, accusare instituisset, ab accusatione destiterit. *l. miles. 11. §. socer. ff. ad leg. Iul. de adulteriis.*

III. Exceptio: Nisi mulier marito repudium miserit, vel diuerterit. Hæc exceptio species est præcedentis, approbaturque *l consensu. 8. §. hæc nisi vir. C. de repudiis. l. quod ait lex. 11. in princ. ibi: denique scribit. ff. de diuortijs. item Nouell. cap. 117. §. quia verò quædam.* Huius replicatio prima est: Nisi post repudium sponsalia inter eosdem rursus sint contracta. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. capit. 8. quæst. 2. except* 10. Verum eius duplicatio est: Nisi pater absentis mariti eius nomine sponsalia contraxerit. *l. Lucius. 38. ff. soluto matrimonio.* Hæc de prima replicatione. Plures vide *sup. cap. 8. quæst. 2. regul. 3.* Quæ enim ibi exceptiones propositæ sunt, hic replicationum loco repeti possunt. Sed & alias replicationes vide *paulo superius except. proxim.*

IV. Exceptio: Nisi alio casu matrimonium solutum sit, quam in quem stipulatio de reddenda dote facta est. *l. inter socerum. 26. §. fin. ff. de pactis dotalibus. l. cum pater. 79. §. pater, in fin. ff. de leg. 2.* Cuius replicatio prima est: Nisi cum in mortem alterutrius stipulatio facta esset, in fundum stipulatoris ab altero repudium sit missum. *l. dubium. 3. C. de repudijs. l. filiæ meæ. 59. ff. soluto matrimonio. Nouell. cap. 22. §. præterea autem & aliud. Item leges concordantes vide sup. cap. 8. quæst. 2. regul. 3 except. 11. vide item paulo superius except. 1. replicat. 2.* Secundæ replicationis loco notandum, quod quamuis stipulatori actio sit deneganda, alio casu matrimonio soluto, quam in quem stipulatio facta est: tamen ipsi mulieri actio danda sit, non marito ad retinendam dotem exceptio. *l. si cum. 22 in princ. ff. soluto matrimonio.* Tertia replicatio est: Nisi non in certum casum, sed generaliter soluto matrimonio dotem reddi sit stipulatus. *l. cum quærebatur. 240. ff. de verbor. signific. & l. si quis. 56. ff soluto matrim.* Quarta: Nisi solutum matrimonium postea redintegratum sit: & tunc eo, in quem stipulatio facta est, casu rursus solutum. reprobatur *l. inter socerum. 26. §. fin. ff. de pactis dotalibus.*

V. Exceptio: Nisi cum ita, Si morte mulieris solutum esset matrimonium, stipulatio facta esset, maritus & vxor simul perierint, vt ignoretur vter alteri superuixerit. reprobatur *l. qui duos. 10. §. si maritus. ff. de rebus dubijs.* Plura vide *sup. lib. 2. c. 24. reg. 13.*

VI. Exceptio: Nisi conditio stipulationis dotalis defecerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infra de legatis.* Sed & propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cum ita esset facta dotis stipulatio, Si mulier intra biennium moreretur: illa mortua quidem sit post biennium à tempore stipulationis numerandum, sed intra biennium à tempore celebratarum nuptiarum. de qua replicatione ex facto consultus respondi, eam admittendam *ex l. si talu. 48. in princ. ff. de iure dotium.*

VII. Exceptio: Nisi nulla vel inutilis stipulatio aut pactum de reddenda dote antecesserit. reprobatur *l. vnic. §. 1. & §. illo proculdubio. C. de rei vxoriæ actione. l. auia. 6. C. de iure dotium. M. I. R. dict. reg. 29. except. 5.* Quod autem ibi ait Imperator, matris pactum actionem præscriptis verbis constituere: illud hodie mutatum est *ex d. l. vnica §. 1. & d. §. illo proculdubio.* Actio enim ex stipulatu datur, siue stipulatio interuenerit, siue non, *M. I. R. d. except. 5. versic. quod autem.* Plane si alius quam pater dotem pro muliere dederit, nisi nominatim sibi eam reddi pactus sit, ipsi denegabitur actio, sed mulieri dabitur. *de quo dicetur inf. cap prox.* Idq; notandum loco primæ aduersus exceptionem propositam replicationis. Altera replicatio est; Nisi non dotis nomine, sed ex causa donationis datum sit: tunc enim nisi specialiter de eo reddendo, si matrimonium solutum esset, pactum sit factum, repetitio cessat. *l. si mater. 12. C. de donationibus ante nuptias.*

VIII. Exceptio: Nisi alij dotem reddi sit stipulatus. *l. si genero. 26. C. de iure dotium. l. cum patrem. 19. C. eod. tt.* Huius replicatio prima est; Nisi alter, cui pactum factum est, sibi quoque reddi sit stipulatus. *dict. leg. 19. vers. si vero.* Cuius ibidem proponitur duplicatio talis; Nisi alter, qui sibi quoque stipulatus est, ab eo qui dotem dedit hæres institutus & dotem petere prohibitus sit. Sed & propositæ replicationi concordat *l. pactum. 4. C. de pactis super dote.* Plura vide *inf. cap. prox. regul. 1. except. 3.* Secunda replicatio est; Nisi stipulatoris interfit alteri reddi. *l. vt inter. 3. C. de inutilibus stipulationibus.* Tertia; Nisi hæredi suo reddi sit stipulatus. *l. si ita. 9. ff. de pactis dotalibus.* Quarta; Nisi filio, quem habet in potestate, sit stipulatus. *dict. leg. 9.* Huius duplicatio videtur esse; Nisi filio in eum casum reddi sit stipulatus, quo in eius potestate futurus non est, vt puta post mortem suam. sed reprobatur *l. pater. 23. ff. de pactis dotalibus.* Quinta replicatio est; Nisi auus nepotibus suis reddi sit stipulatus. *l. pater. 7. C. de pactis super dote. & l. Caius. 45 ff. soluto matrim.* Sexta; Nisi alteri, cui stipulatio facta est, dos sit soluta; tunc enim eam per exceptionem retinere potest quamuis per actionem petere non potuisset. *l. inter socerum. 26. §. filia. ff. de pactis dotalibus.* Septima; Nisi ita pactus sit, vt dotem cui velit relinquere, sibi permittatur. *l. secundum. 4. C. de contrahenda stipulatione.* Octaua, Nisi ipse qui stipulatus est, ex ea stipulatione agat. reprobatur *l. si genero. 26. C. de iure dotium.* Plane iure nouo replicatio proposita approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. except. proxim. in princ.* Sed & plura de exceptione proposita vide *inf. lib. 15. c. 15. except. 26.*

IX. Exceptio: Nisi nõ reddi sibi sit stipulatus: sed

sed ita, se sequi, vel ad se pertinere, reprobatur *l. etiamsi.* 8. *C. de iure dotium.*

x. Exceptio: Nisi sine scriptura facta sit dotis stipulatio. reprobatur *l. vnica.* §. 1. *item* §. *& nemo putet. C. de rei vxoriæ actione. & l. cum citra fidem.* 15. *C. de iure dotium.*

xi. Exceptio: Nisi muto, surdo, vel cæco dos constituta vel data sit. reprobatur *l. mutus.* 73. *in princ. ff. de iure dotium.*

xii. Exceptio: Nisi alij quam marito dos data sit. reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. quæst. 2. regul. 1. & l. si nuptura.* 14. *in princip. ff. de fundo dotali.*

xiii. Exceptio: Nisi non mulier, sed alius eius nomine dotem dederit. reprobatur *d. l.* 14. §. 1. *ff. de fundo dotali.*

xiv. Exceptio: Nisi aliena res dotis nomine data sit. reprobatur *l. si alienam.* 11. *ff. soluto matrimonio.* Plane admittitur primum, si cum fundum alienum maritus vxori deberet, eundem vxor marito dotis nomine promiserit. *l. si nuptura.* 14. §. *penult. ff. de fundo dotali.* Cui tamen contradicit *l. si sponsalibus.* 58. §. *si mulier. ff. de iure dotium.* Deinde admittitur, si fundus alienus æstimatus in dotem datus sit: & non fundus, sed eius æstimatio repetatur. *l. Mæuia.* 49. §. *fin. ff. soluto matrimonio.* Tertio, si res aliena in dotem data euicta sit. *dict.* §. *fin. Cui concordat l. mater.* 34. *ibi; & eo minorem. ff. de iure dotium.* Propositæ exceptionis in casu proposito replicatio prima est: Nisi dolo vel culpa mariti dos sit euicta, *d.* §. *fin.* Altera replicatio: Nisi aliud ab euincente marito pro re euicta traditum sit: hoc enim condici potest. approbatur exemplo *l. cum in fundo.* 78. §. *si fundus. ff. de iure dotium.* Quarto admittitur exceptio proposita, si res aliena in dotem data sit ab ea, cum qua matrimonium esse non potest. approbatur exemplo ancillæ *l. Proculus.* 67. *ff. de iure dotium.* Qua exceptio proposita in casu proposito approbatur, simul & duæ eius replicationes. quarum prima est: Nisi res à marito sit vsucapta ante matrimonium. Altera: Nisi pecunia aliena in dotem ab ancilla accepta rem aliquam bona fide emerit. Tertia in casu proposito replicatio est: Nisi serua seruo nupserit, & quasi dotem dederit, posteaquam ambo ad libertatem, peculio non adempto, perueniant. *l. si serua.* 59. *in prin. ff. de iure dotium.* Hæc de quarta distinctione, eiusque replicationibus sint dicta. Quinto admittitur exceptio proposita, si vxor res à marito sibi donatas ei in dotem dederit: nam hoc casu res quidem alienæ sunt, vtpote de donatione non subsistente: sed mulier eas, soluto matrimonio, repetere non potest. quæ distinctio approbatur simul & distinguitur *l. 1. C. de donat. ante nupt.* Huius exceptionis in casu proposito replicatio prima est: Nisi ante nuptias à marito vxori donatum sit. *d. l. 1. l. cum sponsus.* 12. *in princ. ff. de Public. in rem act.* Secunda: Nisi maritus donationem in vita non reuocauit. *l. si quis.* 59. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Sed & alias recipit replicationes exceptio proposita in casu proposito, tot scilicet, quot casibus donatio inter virum & vxorem valet. *de quibus vide inf. lib.* 14. *cap.* 20. Hactenus de 14. exceptione.

xv. Exceptio: Nisi vsusfructus domino proprietatis in dotem sit datus. *l. cum in fundo.* 78. *in princ. ff. de iure dotium. l. vsufructu.* 57. *ibi. vt si cum haberet. ff. solut. matrimon.* Huius replicatio prima est: Nisi non morte mulieris, sed diuortio solutum sit matrimonium. *d. l.* 78. *vers. diuortio autem.* Altera: Nisi non vxor, sed pater eius vsumfructum habens, eum genero, eidemq; proprietario in dotem dederit: tunc enim etiam morte vxoris soluto matrimonio pater repetitionem dotis habet. *d. l.* 78. §. *plane si pater.* Vide item plura de exceptione proposita *inf. except.* 17.

xvi. Exceptio; Nisi vsusfructus in dotem datus, non vtendo sit amissus. approbatur simul & distinguitur *d. l.* 78 §. *quod si mulier.* Cuius replicatio prima est; Nisi non penes vxorem, sed penes alium sit fundi proprietas. *d.* §. *quod si mulier. vers. quod si vxor.* Altera: Nisi penes maritum proprietas quoque sit: tunc enim non vtendo vsumfructum amittere nequit. *d. l.* 78. *in princ. ibi: nec est quod non vtendo.* Plura de exceptione proposita vide *inf. except.* 22.

xvii. Exceptio; Nisi vsufructu in dotem dato, morte mulieris solutum sit matrimonium: tunc enim non repetitur vsusfructus dotalis, nisi marito quoque mortuo. *dict. leg.* 78. §. *si autem vsumfructum.*

xviii. Exceptio: Nisi vsufructu in dotem dato, proprietatem quoque maritus sit nactus. *l. si socrus.* 18. *C. de iure dotium.* Huius replicatio est: Nisi vxor fundi sui vsumfructum in dotem dederit, posteaq; eiusdem fundi proprietatem sine vsusfructus æstimatione vendiderit: tunc enim soluto matrimonio precium vsusfructus peti potest. approbatur simul & distinguitur *l. cum in fundo.* 78. §. *si vxor. ff. de iure dotium.* Vide plura de exceptione proposita *sup. except.* 14.

xix. Exceptio: Nisi matrimonium, propter quod dos data est, ipso iure non subsistat. *Instit. de nuptijs.* §. *si aduersus ea. in fin. Concordant ea quæ habentur sup. cap.* 1. *qu.* 4. *reg.* 3. *except.* 5. Huius replicatio est: Nisi ex post facto matrimonium conualescat. approbatur exemplo *l. si serua.* 39. *in prin. ff. de iure dotium.* Plures replicationes vide *sup. ca.* 2. *q.* 3. *reg.* 3. *except.* 1. *cum seqq.*

xx. Exceptio: Nisi in danda dote dolus intercesserit. *l. iure.* 6. §. *fin. ff. de iure dotium.*

xxi. Exceptio: Nisi in dotis datione Dotis vocabulum non sit adiectum. reprobatur *l. quia autem.* 23. *ff. de iure dotium.*

xxii. Exceptio: Nisi dos marito non sit numerata, nihilq; dotis nomine acceptum. *l. 1. C. de dote cauta non numerata. l. in dotibus.* 3. *C. eod. tt. M. I. R. lib.* 3. *cap.* 9. *regul.* 29. *except.* 6. Cuius replicatio prima est: Nisi querela non numeratæ dotis intra legitimum tempus non sit proposita. *dict. leg.* 3. *vers. ita tamen. M. I. R. d. except.* 6. *repl.* 1. Plane quod sit tempus proponendæ querelæ legitimum, definitur; scilicet annus à tempore soluti matrimonij. *d. l.* 3. Quod tamen tempus mutatur *Nouell. ca.* 100. Huius replicationis duplicatio prima est. Nisi maritus eiusue hæres minor fuerit viginti quinque annis. approbatur, certo tamen modo, *d. c.* 100. §. *enimuero.* Secunda est; Nisi matrimonij tempore latæ cõstitutionis sit contractũ. *d. c.* 100. §. *pen.* Hæc de tempore querelæ de non numerata dote proponendæ. Modus quoque querelæ istius proponendæ proponitur *d. cap.* 100. §. *loquimur autem.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est: Nisi per maritum steterit, quo minus dotem acceperit. approbatur simul & distinguitur exemplo *l. si extraneus.* 33. *in princ. ff. de iure dotium.* Aliud exemplum proponitur *l. vir.* 49. *ff. de iure dotium.* Sunt item propositæ replicationis species seu exempla *inf. replicat.* 3. & 4 Propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi mulier eiusue pater dotem promiserit. hoc enim casu imputari marito non debet, cur non exegerit. *d. l.* 33. *vers. sed quid si.* Secunda est: Nisi alius donandi animo pro muliere dotem promiserit. nam nec hoc casu imputari marito debet, cur non exegerit. *dict. leg.* 33. *vers. si tamen donauit. item: recte itaque.* Tertia: Nisi vxor hæres extiterit ei qui dotem promisit. *l. promittendo.* 41. §. *fin. ff. de iure dotium. l. in his rebus.* 66. §. *fin. ff. soluto matrimonio.* Quarta: Nisi is qui dotem promisit, mulieri hæres extiterit. *l. nupta.* 30. *ff. soluto matrimonio.* Quinta: Nisi maritus dotem exigere non potuit. *l. Mæuia.* 49. *in princ. ff. soluto matrimonio. l. promittendo.* 41. §. *si à debitore. ff. de iure dotium.* Sexta: Nisi non maritus, sed eius seruus dotem sibi sit stipulatus. tunc enim, quamuis debitor dotis soluendo esse desierit, periculum ad maritum non pertinet. *l. quemadmodum.* 46. *ff. de iure dotium.* Septima est: Nisi ita conuenerit, ne nomen eius qui dotem promisit, mariti periculo sit, sed mulieris. *l. Pomponius.* 6. *ff. de pactis dotalibus.* Hæc de secunda replicatione, eiusque duplicationibus sint dicta. Tertia replicatio est: Nisi maritus sciens dotem stipulatus sit ab eo, qui soluendo non est, vel alio modo nomen eius sit secutus. *l. promittendo.* 41. § *si à debitore. ibi: quod si iam tunc. l. cum dotem.* 71 & *l. dotem à patre.* 35. *ff. de iure dotium.* Huius duplicatio prima est: Nisi tempore stipulationis soluendo debitor existens, postea soluendo esse desierit, antequam maritus dotem exigere potuit. *dict.* §. *si à debitore.* Secunda: Nisi maritus donandi animo eum, qui soluendo non est, in dotem susceperit. approbatur simul & distinguitur *l. cum vir.* 53. *ff. de iure dotium.* Quarta replicatio est: Nisi maritus debitori dotis acceptotulerit. *l. vir.* 40. *ff. de iure dotium.* Huius duplicatio prima est: Nisi iussu mulieris maritus debitori dotis acceptotulerit. *l. debitor.* 36. *cum duabus legibus seqq. ff. de iure dotium.* Secunda: Nisi propter egestatem soceri maritus ei dotem acceptotulerit. reprobatur *l. in his rebus.* 66. §. *si vir. ff. sol. matrimon.* Quinta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi marito dotis constituendæ causa, id quod mulieri debebat, sit acceptolatum. hoc enim casu quasi nihil in dotem acceperit, se defendere non poterit. *l. promittendo.* 41. §. *acceptilatione. ff. de iure dotium. & l. si pater.* 44. §. *quæ debitorem. ff. eod. tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi per remissionem debiti prior obligatio non sit extincta. cuius triplicatio est: Nisi per exceptionem extingui possit: tunc enim quamuis ipso iure maneat prior obligatio, tamen nihilominus de dote actio est. *l. si res.* 12. §. *fin. ff. de iure dotium.* Secunda duplicatio est: Nisi aliud quam debetur, dotis nomine constituatur. reprobatur *l. si ei.* 25. *ff. de iure dotium.* Tertia: Nisi res aliena debeatur, eiusque debiti acceptilatio facta sit dotis constituendæ causa. *l. si nupturæ.* 14. §. *si fundum. ff. de fundo dotali.* Contradicit *l. si sponsalibus.* 58. §. *si mulier. ff. de iure dotium.* Sexta replicatio est: Nisi legatum vel hæreditas dotis constituendæ causa sit repudiata. *l. si nuptura* 14. §. *fin. ff. de fundo dotali.* Septima: Nisi dotis constituendæ causa marito sit legatum relictum. *l. tali stipulatione.* 48. §. *socer. ff. de iure dotium.* Octaua: Nisi maritus mulieri hæres extiterit. *l. quæ dotis.* 33. *ff. solut. matrimon.* Nonæ replicationis loco videtur dicendum, si maritus dotem promissam non numeratam soluerit, eam repeti non posse: & ita ob dotem non numeratam exceptionem tantum, non etiam actionem dari. verum replicatio hæc reprobatur *l. maritus.* 52. *ff. solut. matrimon.* Decima replicatio est: Nisi post dotalia instrumenta confecta maritus scripserit, se dotem accepisse. *l. in contractibus.* 14. §. *sed quoniam. C. de non numerata pecunia. M. I. R. dict. except.* 16. *repli.* 3. Vndecima; Nisi maritus donandi animo vxori dotem constituerit, vel rem vxori donauerit, eamque statim in dotem constituerit, vel receperit. *l.* 2. *C. de dote cauta non numerata. & l. si quis.* 59. *ff. de donat. inter vir. & vxorem.* Cuius duplicatio est, Nisi donatio inter maritum & vxorem sit inutilis. quæ duplicatio ex iam dictis constat, estque regulariter donatio ista inutilis, nisi in certis quibusdã casibus, *de quibus vide inf. lib.* 14. *cap.* 10. Duodecima replicatio est; Nisi soluto matrimonio maritus vxori stipulanti certam quantitatem dotis nomine promiserit. *l. si diuortio.* 21. *ff. de verbor. obligat.* Hæc de 22. exceptione, eiusque replicationibus sint dicta.

xxiii. Exceptio: Nisi res in dotem data perierit. approbatur simul & distinguitur *l. plerunque.* 10. *in princ. ff. de iure dotium l. si res.* 12. §. *si mulier. ibi: caterum. ff. eod tt. M. I. R. dict. reg.* 29. *except.* 10. Huius replicatio prima est, Nisi res æstimata in dotem data sit. *dict. leg.* 10. *l. cum dotem.* 10. *in fin. C. de iure dotium item l. vnica.* § *sed & nouissimi C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. dict. except.* 10. *replicat.* 1. Cuius duplicatio prima est; Nisi ante nuptias res æstimata perierit. *l. plerunque.* 10 §. *si ante matrimonium. ff. de iure dotium.* Secunda; Nisi post moram à muliere in soluenda dote factam res perierit; tunc enim, quamuis æstimata fuerit, nihilominus mulieris damnum est. *l. si rem.* 14. *ff. de iure dotium.* Huius triplicatio est; Nisi non per mulierem steterit, quo minus soluat. *l. quod si.* 15. *ff. eod. tt.* Tertia duplicatio est; Nisi res donationis causa sit æstimata. *l. si res.* 22. *in princ. ff. eod. tt.* Quarta; Nisi mulier dicat, se circumuentam in æstimatione. reprobatur *dict. leg.* 12. § *si mulier.* Quinta; Nisi ipsam rem aut eius æstimationem mulier alternatiue sit stipulata, ita vt in arbitrio mariti sit, vtrum velit præstare. reprobatur *l. plerunque.* 10 §. *fin. ff. eod. tt.* Sexta; Nisi vsu mulieris res æstimata perierit, vel deterior facta sit. reprobatur *l. æstimatæ.* 51. *ff. soluto matrimonio.* Septima est; Nisi rebus æstimatis in dotem datis, postea conuenerit ne essent æstimatæ. *l. cum maritus* 29. *in princip. ff. de pactis dotalibus.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est; Nisi res quæ pondere, numero, vel mensura constant, in dotem datæ sint. *l. res.* 42. *ff. de iure dotium. M. I. R. d. except.* 10. *replic.* 2. Huius duplicatio est; Nisi pro pecunia

cunia in dotem promissa postea mancipia vel quid aliud detur. quæ reprobari videtur *l. si mulier. 21. ff. de pactis dotalibus.* Tertia replicatio est: Nisi dolo vel culpa mariti res dotalis perierit. *l. in his rebus. 66. in princ. ff. soluto matrimonio. M. I. R. d. except. 10. replic. 3.* Exemplum proponitur *l. cum in fundo. 78. §. quod si mulier. ibi: quod si vxor. ff. de iure dotium.* Aliud *l. si fundum. 16. ff. de fundo dotali. Concordat item l. etiam. 18. §. quanquam. ff. solut. matrimon.* Huius duplicatio prima esse videtur: Nisi ita conuenit, ne maritus culpam præster. sed reprobatur *l. Pomponius. 6. ff. de pact. dotalibus.* Secunda est: Nisi non ipsi marito, sed eius filio vel seruo dos tradita sit: tunc enim culpam præstare non compellitur. *l. quemadmodum. 46. §. 1. ff. de iure dotium.* Tertia: Nisi per mulierem stetit, quo minus dotem receperit. *l. si mora. 9. ff. solut. matrim.* Hæc de tertia replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Quarta replicatio: Nisi post moram à marito in reddenda dote factam res perierit. *l. si filiofamilias. 25. §. si post. ff. solut matrimon.* Huius duplicatio est: Nisi post mortem maritus rem obtulit, eamque vxor accipere noluit. quæ duplicatio approbatur *l. semel. 26. ff. soluto matrimon.* Quinta replicatio est: Nisi postquam maritus in exigenda & petenda re dotali moram fecisset, ea interierit, ipso iure approbatur. cuius duplicatio est: Nisi res apud maritum quoque peritura erat. *l. si is. 56. in prin. ff. de iure dotium.* Sextæ replicationis loco notandum, quod maritus ad præstandas actiones, quas rei dotalis nomine habet, teneatur quæ replicatio approbatur *l. etiam. 18. §. fin. ff. soluto matrimonio.*

XXIV. Exceptio: Nisi res dotalis ab alio vsucapta sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est: Nisi maritus, cum posset, vsucaplonem non interpellauit. *l. si fundum. 16. ff. de fundo dotali.*

XXV. Exceptio: Nisi seruus dotalis manumissus sit. *l. quod si vir. 62. cum lege sequente. ff. soluto matrimonio. & l. si constante. 24. §. si vir voluntate. ff. eod. tt.* Huius replicatio est, Quod quamuis non ad ipsum seruum manumissum restituendum maritus teneatur: tamen ad ea, quæ occasione libertatis ad se peruenerunt, restituenda sit obligatus. *d. §. quod si vir. vers. quod si negotium. Concordat l. si vero. 64. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi vxor donandi causa permiserit marito seruum dotalem manumittere: tunc enim nec ea, quæ ad se peruenerunt, maritus cogitur restituere, *per ea quæ dicta sunt sup. ead. except. in princ.* Secunda, Nisi operæ liberti ad maritum peruenerint: harum enim nomine mulieri non tenetur. *dict. leg. 64. vers. plane.* Tertia videtur esse, Nisi post manumissionem liberto sit impositum. sed reprobatur *dict. leg. 64. vers. sed etsi.* Quarta est: Nisi non tanquam ad patronum, sed alio iure ad maritum peruenerit. *dict. leg. 64. vers. item quicquid.* Exemplum proponitur *ibidem.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi inuita vxore maritus seruum dotalem manumisit. *l. dotalem 61. ff. soluto matrimon.* Quinta duplicatio est: Nisi ad maritum non peruenerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio prima est: Nisi exigere possit. *dict. leg. 64. §. dabit autem. ff. solut. matrim.* Secunda: Nisi maritus dolo fecerit, quo minus ad se peruenerit. *dict. leg. 64. §. adijcitur.* Huius triplicationis quadruplicatio prima est: Nisi maritus filium exhæredauerit, vt ad eum bona liberti pertineant. *dict. leg. 46. §. si filium.* Secunda: Nisi maritus in testamento liberti sibi aliquid adscripsit, & ob id amisit quod alias ad eum erat peruenturum. *l. filius. 14. §. maritus ff. ad legem Cornel. de falsis.* Tertia triplicatio videtur esse: Nisi ad socerum eiusue hæredes peruenerit. sed reprobatur *l. si vero 64. §. de viro. ff. solut. matrimon.* Hæc de quinta duplicatione. Sexta duplicatio est: Nisi non ad maritum, sed eius patrem, patrisue successores peruenerit. *dict. §. de viro.* Septimæ duplicationis loco notandum, quod in arbitrio mariti sit, vtrum velit res, quæ ad se peruenerunt, præstare, an earum æstimationem. *d. l. 64. §. fin.* Plures propositæ regulæ duplicationes vide *inf. cap. 8. reg. 6.*

XXVI. Exceptio, Nisi seruus dotalis in fuga sit. Hoc casu maritus ad cauendum tenetur. *de quo dictum sup. cap. prox. q. 4. reg. 3.*

XXVII. Exceptio: Nisi pactum de retinenda & non reddenda dote factum sit. *l. vnica. §. illo proculdubio. ibi: nisi ex quibusdam pactionibus. C. de res vxoriæ actione. l. si constante. 19. §. pactus videlicet. C. de donat. ante nupt. l. si socrus. 18. C. de iure dot. M. I. P. lib. 4. cap. 20. reg. 6. except. 2. M. I. R. dict. reg. 29. except. 7.* Huius replicatio prima est: Nisi morte mariti solutum sit matrimonium. *l. 2. ff. de pact. dotal. l. vt autem. 16. in fin. ff. eod. tt. l. quamuis. 3. C. de pactis super dote. item l. 1. in princ. ff. de dote relegata.* Secunda; Nisi culpa mariti matrimonium sit dissolutum, isque repudium miserit; approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 8. quæst. 2. regul. 3. M. I. R. dict. except. 7. replicat. 1.* Eiusque exemplum proponitur *l. Bebius. 30. ff. de pact. dotal.* Idem concordat *l. consensu. 8. §. virum etiam, in fin. C. de repudijs. Sed & alias leges concordantes vide inf. eod. cap. in fin. replicat. generali 1.* Sed & eius duplicatio est; Nisi iuste repudiauerit, & matrimonium iure subsistere non potuerit. approbatur exemplo *l. miles. 11. §. fin. ff. ad leg. Iuliam de adulterijs.* Tertia replicatio est; Nisi maritus vxoris mortem non defendit. *l. ei qui. 20. ff. de his quæ vt indignis.* Quarta; Nisi postea in contrarium conuenerit vt reddatur. ipso quidem iure subsistit; verum eius duplicatio, *teste Accursio*, proponitur *l. si liberis. 27. ff. de pact. dotal.* Quinta replicatio est; Nisi nulli liberi ex matrimonio supersint, reprobatur *l. si pater. 12. in princ. ff. de pact. dotalibus.* Sexta; Nisi cum pactum de retinenda dote factum esset sub hac conditione, Si liberi supersint; liberi qui supersunt, ante pactum sint nati; nulli postea reprobatur *l. si inter. 24. ff. de pactis dotalib.* Septima est; Nisi cum pactum de retinenda dote factum esset sub conditione superstitum liberorum, vxor vna cum liberis perierit, vt ignoretur vter vtri superuixerit. *l. inter socerum. 25. in princ. ff. de pactis dotalibus.* Octaua; Nisi maritus dotem, quam ex pacto retinere potuit, restituerit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit; verum eius duplicatio est; Nisi per errorem restituerit. *d. l. 26. §. 1.* Nona replicatio est; Nisi maritus vxorem eiusue hæredes non tantum ex antenuptiali donatione velit lucrari, quantum ille lucratur ex dote. *De hac re dicetur inf. cap. 17. reg. 24.*

Decima,

Decima: Nisi pacto sub conditione existentium liberorum facto, nulli filij vel filiæ ex eo matrimonio nati persint, ipso quidem iure subsistit; verum eius duplicatio est: Nisi supersint nepotes. *l. si dotali. 43. ff. soluto matrim.* Plura de proposita conditione vide *inf. lib. 14. ca. 3. condit. 3.* Sed & plures replicationes vide *inf. hoc cap. in fin.*

XXVIII. Exceptio: Nisi pacto de reddenda dote sub certa conditione facto, conditio pacti defecerit. *l. inter socerum. 26. §. cum inter. ff. de pactis dotalibus.* Huius replicatio prima est: Nisi culpa mariti matrimonium sit solutum. *l. Bebius. 30. ff. eod. tt.* Altera: Nisi causa potius quam conditio sit demonstrata in stipulatione. approbatur exemplo *l. si mulier. 25. C. de iure dotium.* Plures propositæ exceptiones replicationis vide *sup. except. proxim.* quæ enim ibi propositæ sunt, & huc pertinent.

XXIX. Exceptio: Nisi matrimonium rursus inter eaidem personas sit redintegratum. *l. si mulier. 19. ff. soluto matrimon. l. si mulier. 13. ff. de iure dotium. l. dotem. 30. l. quod si. 31. l. diuus. 40. item l. cum post. 69. §. vsuras. ff. dict. tt. Concordat denique l. plerique. 33. ff. de ritu nupt.* Replicatio prima esse videtur: Nisi cum alio aliaue medio tempore nuptiæ intercesserint. Quæ quamuis videatur approbari *dict. leg. 33.* tamen reprobatur *l. post diuortium. 64. ff. de iure dotium. & l. penult. §. vxor. ff. soluto matrim.* Secunda replicatio est: Nisi alij quam mulieris dotis repetitio competat. *l. stipulatio. 63. ff. de iure dotium. l. in insulam. 42. §. fin. ff. soluto matrim. l. si vt proponis. 7. C. de nupt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi is, cui competit dotis actio, in secundas nuptias consenserit. *dict. leg. 63. ibi: denuo igitur consciente, &c. l. cum maritus. 29. §. Titius. ff. de pact. dotal.* Secunda: Nisi dos alij promissa, à muliere sit profecta, quæ duplicatio approbatur *d. l. 63.* Tertia, Nisi exiguum tempus inter prius & posterius matrimonium intercesserit: tunc enim idem matrimonium videtur, & per consequens nec extraneo actio dotis danda est, *l. plerique. 33. ff. de ritu nupt.* Leges concordantes vide *sup. c. 8. quæst. 2. reg. 3. except 10.*

XXX. Exceptio: Nisi mulier dotem repetens alij nupserit. reprobatur *l. nupta. 30. in princ. ff. soluto matrimonio.*

XXXI. Exceptio: Nisi liberta patrono nupta diuortio facto dotem repetat. reprobatur *l. liberta. 35. ff. soluto matrimonio.*

XXXII. Exceptio: Nisi maritus literis ad vxorem missis, declarauit prædium dotis non fore, eique mulier consensit. *l. dotale. 15. ff. de fundo dotali.*

XXXIII. Exceptio: Nisi maritus vxori compensandi animo legatum reliquerit. approbatur simul & distinguitur *l. vnica. §. sciendum. C. de rei vxor. act. l. cum pater. 79. §. qui dotale. ff. de legat. 2. M. I. R. d. reg. 29. except. 9.* Huius replicatio prima est: Nisi non compensandi animo vxori maritus legauerit. quæ *ex iam d. §. sciendum*, constat: sicut etiam illud, quod replicatio proposita præsumatur, nisi contrarium specialiter in legato sit expressum. Secunda replicatio est: Nisi mulier legatum repudiauerit. *l. cum ab vno. 55. ff. d. tt.* Tertia: Nisi mulier legatum capere non possit. *l. qui dotem. 64. ff. soluto matrimonio.*

XXXIV. Exceptio: Nisi mulier mariti hæres existat, ipso quidem iure, quo confusione tollitur obligatio simul & actio, approbatur: verum eius inter alias replicationes & hæc est: Nisi defunctus vltra dodrantem bonorum legauerit: tunc enim mulier hæres non solum quartam hereditatis partem retinet, sed etiam dotem suam ex bonis deducit. *l. vnica. §. igitur & in sequenti. C. de rei vxoriæ actione.*

XXXV. Exceptio: Nisi pater mulieris marito hæres existat. reprobatur *l. si socer. 44. in princ. ff. soluto matrimonio.*

XXXVI. Exceptio, Nisi mulier marito dotem legauerit. *l. Seia cum nuberet. 11. ff. de dote relegata. l. cum quis. 35. §. nuptura. ff. de leg. 3. l. si stipulatio. 2. in fin. C. de iure dotium. & l. cum patrem. 19. C. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi alius dotem sibi reddi stipulatus est: tunc enim legatum mulieris in præiudicium alterius marito non prodest. *l. cum maritus. 29. §. fin. ff. de pactis dotalibus.* Cuius duplicatio est: Nisi animo donandi mortis causa, vel procuratorio nomine mulier alium dotem stipulari passa fuerit. Iuxta hanc duplicationem Accursius putat leges in principio huius exceptionis propositas intelligendas contrarietatis vitandæ causa: quod si verum est, istis legibus duplicatio proposita approbatur.

XXXVII. Exceptio: Nisi maritus in res dotales, vel ex dote in res mulieris expenderit, nec eas mulier restituat. *De hac exceptione dictum sup. cap. 15.*

XXXIIII. Exceptio, Nisi nouatio facta sit, & mulieri alius pro dote delegatus. approbatur ipso iure, quo nouatione tollitur obligatio simul & actio, sed eius replicatio est; Nisi delegatus non sit soluendo. *l. si cum 22. §. si mulier. ff. solut. matrim.*

XXXIX. Exceptio; Nisi dos soluta vel reddita sit. ipso quidem iure subsistit, eiusque exemplum proponitur *l. si marito. 31. §. cum patri. ff. sol. matrim. M. I. R. dict. reg. 29. exc. 13.* Huius prima replicatio est; Nisi mulieri sine consensu patris eius dos sit soluta. approbatur simul & distinguitur *l. non solum. 3. ff. soluto matr. & l. si cum. 22. §. 1. ff. d. tt. M. I. R. d. except. 13. replic. 1.* Cuius duplicatio prima est; Nisi pecunia filiæ soluta ad patrem peruenerit. *dict. leg. 3.* Secunda; Nisi pater furiosus sit. *l. si filia. 65. ff. de solutionibus. & l. si cum 22. §. si soluto. ff. solut. matrimon.* Tertia, Nisi pater ab hostibus captus sit. *d. §. si soluto.* Quarta, Nisi pater ibi, vbi dos petenda est, esse non possit. *dict. leg. 22. §. si patri.* Quinta; Nisi filia de suo dotem dederit. *l. si filiafamilias. 24. ff. de iur. dot.* Sexta, Nisi filiæ non peruituræ, & ex iustis causis dos sit soluta. *l. si cum 22. §. 1. ff. solut. matrimon. & l. quamuis. 20. in fin. ff. dict. tt.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est, Nisi patri sine consensu filiæ dos sit soluta. *l. qui hominem. 34. §. si gener. ff. de solutionibus. l. post nuptias. 28. in fin ff. de iur. dot.* Huius duplicatio prima est; Nisi filia solutionem patri factam ratam habuerit. *dict. leg. 3.* Secunda; Nisi pater dotem receptam alij pro filia in dotem dederit. *l. si eum pater. 4 ff. soluto matrimon.* Tertia; Nisi filia ex causa legati vel alia simili tantum à patre acceperit quanta dos est patri soluta. *l. si cum. 22. §. si pater. l. dotem. 37. ff. eod. tt. item l. Titia. 35. §. qui inuita.*

uita.ff.de leg. 2. Quarta: Nisi filia iustam contradicendi causam non habeat. *l.dotem.* 37. *ff. solut. matrim.* Plura de replicatione proposita vide *inf. cap. prox. reg.* 9. *except.* 20. Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi non solidum sit solutum. approbatur exemplo *l.pater.* 7. § *sed si lex. ff. de dote prælegata.* Quarta; Nisi res deterior reddatur, reprobatur *inf. cap.* 17. *reg.* 20.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aduersus causam actionis ex stipulatu de dote propositæ sint, cum suis replicationibus. Sed illarum aliquot sunt replicationes generales hic proponendæ.

I. Replicatio generalis: Nisi culpa mariti matrimonium sit dissolutum. *Nouell. cap.* 117. §. *quia vero quædam. ibi: si autem & vir. l. consensu.* 8. §. *sin vero causam & §. virum etiam, in fin. C. de repudijs.* Sed & duplicationes propositæ replicationis vide *sup. c.* 8. *reg.* 3.

II. Replicatio: Nisi maritus vxorem occiderit. *l. si ab hostib.* 10. §. *fin. ff. solut. matrim.*

III. Replicatio: Nisi vir mortem vxoris non defenderit. *l. ei qui.* 20. *ff. de his quæ vt indignis.* Sed & alias huiusmodi replicationes vide *sup. except.* 26.

QVIBVS DOTIS ACTIO seu repetitio competit.

CAP. XVI.

PRima regula: Repetitio dotis regulariter nulli alij competit, quam mulieri, eiusque defunctæ hæredibus. *M.I.R. lib.* 3. *cap.* 9. *reg.* 30. Cuius exceptio prima esse videtur: Nisi alius pro muliere dotem dederit: huic enim soluto matrimonio dotis repetitio videtur danda, non mulieri, sed reprobatur, nisi in certis casibus, *inf. reg. prox.* Secunda exceptio: Nisi mulier alij dotem reddi pacta sit. reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. except.* 7. Tertia est: Nisi alius voluntate mulieris, vel eius qui dotem dedit, dotem sibi reddi sit stipulatus: huic enim actio danda est, non mulieri, nec eius hæredibus. *l.* 2. *C. de iur. dot. Concordant ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. except.* 7. *repl.* 1. Huius replicatio prima est: Nisi mulier quæ dotem dedit, postea nolit stipulatori dotem solui. *l. mulier.* 72. §. *fin. ff. d. tt. & d. l.* 2. *ibi: nisi liquido probatum fuerit, &c.* Plura de hac replicatione vide *sup. cap. prox. except.* 35. *repl.* 1. Secunda replicatio est: Nisi maritus alij stipulanti promittere nolit. *l.* 2. *in princ. ff. solut. matrimon.* Tertia: Nisi filia sine patris voluntate, in cuius est potestate, quique dotem pro ea dedit, dotem alium stipulari fecerit: vel contra pater sine voluntate filiæ. *dict. leg.* 2. Quarta: Nisi ei qui alium tanquam hæredem suum dotem stipulari voluit, postea nati sint liberi. *l. tale pactum.* 40. § *fin. ff. de pactis.* Hæc de tertia exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Quarta exceptio: Nisi mulier minor sit vigintiquinque annis. reprobatur *leg. mulier.* 28. *Cod. de iur. dot.* Quinta: Nisi mulier sine consensu patris dotem profectitiam repetat. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. proxim exc.* 38. *repl.* 1.

II. Regula, De eo qui dotem pro muliere dedit, eiusque hæredibus. Huic regulariter repetitio dotis non datur, sed mulieri eiusque hæredibus. *l. cum quidam.* 13. *in princ. C. d. tt. & l. vnica.* §. *accedit. C. de rei vxoriæ actione. M.I.R. dict. reg.* 30. *except.* 2. Huius exceptio prima est: Nisi is qui dotem pro muliere dedit, eam sibi specialiter reddi sit stipulatus vel pactus. *d. ll. Concordat l. ex morte.* 9. §. *fin. C. de pactis super dote. l. licet.* 45. §. *quoties. ibi: plane secutis. ff. de iure dotium. l. quoties.* 29. §. *ff. soluto matrimon. item l. auia.* 6. *C. de iur. dot. M.I.R. d. except.* 2. *distinct.* 1. Cuius prima replicatio est: Nisi conditio stipulationis defecerit. *l. si cum.* 22. *in princ. ff. sol. matrimon.* Secunda: Nisi sine consensu mulieris sibi reddi sit stipulatus. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. cap.* 10. *quæst.* 1. *except.* 1. Secunda exceptio est; Nisi cum extraneus pro muliere dotem dedisset, nuptiæ non sint secutæ. *l. licet.* 43. §. *quoties. ff. de iur. dot. Sed & leges concordantes vide sup. cap.* 1. *quæst.* 4. *reg.* 4. Tertia exceptio; Nisi dominus proprietatis vlumfructum pro muliere in dotem dederit. reprobatur *l. si vsufructus.* 66. *ff. de iur. dot. l. vsufructu.* 57. *ff. solut. matrimon. & l. cum in fundo.* 78. §. *ipsius autem. ff. de iur. dot.* Quarta; Nisi mulier ingrata fuerit aduersus eum, qui pro ea dotem dedit. reprobatur *l. si dotem.* 24. *in fine. C. eodem tt.* Quinta; Nisi pater pro filia, quam in potestate habet, dotem dederit. huic enim soluto matrimonio etiam sine stipulatione dotis actio seu repetitio datur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur inf. reg.* 8.

III. Regula, De eo qui sibi dotem reddi stipulatus est, vide *sup. reg. proxim. except.* 1. *item reg.* 1. *except.* 3.

IV. Regula, De eo cui dotem reddi pactus est is qui dotem dedit, vide *sup. cap. prox. except.* 7.

V. Regula; De hæredibus eius cui dotis actio competit. His quoque eadem competit actio, *l. vnica.* §. *maneat. C. de rei vxoriæ actione. l. auia.* 6. *C. de iur. dot. item l. si post.* 27. *ff. sol. matrimon.* Huius exceptio prima est, Nisi pater profectitiæ dotis nomine actionem habens decesserit; tunc enim actio ista non eius hæredibus, sed filiæ, pro qua dos data est, competit. *l. vnica.* §. *videamus. &* §. *& hoc ex rei. C. de rei vxoriæ actione. l. si marito.* 31. §. *si voluntate. ff. sol. matrim. M.I.R. d except.* 2. *dist.* 2. *repl.* 4. Cuius replicatio est, Nisi pater per fideicommissum iusserit hæredes dotem stipulari, ipso quidem iure subsistit; verum eius duplicationes tres proponuntur *inf. reg. prox.* Secunda exceptio est; Nisi cum mulier pro se dotem dans, eam alij reddi pacta esset, is antequam sibi redderetur decesserit; hoc enim casu non eius hæredibus, sed mulieri dos reddenda. *l. in his.* 66. §. *filia familias ff. solut. mat.* Tertia; Nisi defunctus dotem alij reddi pactus vel stipulatus sit. hoc enim casu, siquidem in persona alterius stipulatio inutilis sit, nec ipsi stipulanti datur actio, tantum abest, vt hæredi sit danda; sin vero vtilis sit in persona alterius, ipsi, non hæredibus stipulatoris actio datur, *exemplo l. cuius.* 45. *ff. solut. mat. & l. pater.* 7. *C. de pactis super dote. De qua re vide item sup. cap. prox. except.* 8.

VI. Regula, De eo cui dotis actio per legatum vel fideicommissum relicta est. Huic quoque dotis actio cedenda & danda est, *vt patet ex ijs quæ habentur inf. lib.* 14. *cap.* 8. *de actione legata.* Huius autem exceptio prima est; Nisi cum pater dote filiæ

filiæ relicta, iussisset vt frater eam stipularetur, tam pater quam frater in elocanda filia & sorore illud fideicommissum non obseruauerint. *l. vxorem.* 30. §. *testamento. ff. de leg.* 3. Secunda; Nisi eum pater dote filiæ relicta, iussisset hæredem dotem stipulari, non morte filiæ, sed diuortio solutum sit matrimonium. *l. cum pater.* 79. §. *pater. ff. de legat.* 2. Tertia: Nisi cum quis in testamento iussus esset nubente muliere dotem stipulari, matrimonio morte mulieris soluto, non prius matrimonium, sed posterius mulieris morte sit solutum. *d.* §. *pater. vers. cæterum si. Concordat l. inter socerum.* 26. §. *fin. ff. de pactis dotalib.*

VII. Regula, De fisco, bonis eius, cui actio competebat, publicatis. Huic dotis actio in casu proposito competit. *d. l.* 26. §. *fin. ibi, quod si mulier. ff. de pactis dotalibus.* Huius exceptio prima est: Nisi pro parte tantum bona sint publicata, tunc enim pro parte alteri superest dotis actio. *l. si constante.* 24. §. *fin. ff. sol. matrim.* Altera: Nisi non morte filiæ, sed diuortio matrimonium sit solutum, tunc enim mulieri dotis actio competit. *l. in insulam.* 42. *in prin. ff. sol. matrim.*

De dote profectitia.

VIII. Regula: Patri repetitio dotis, quam pro filia dedit, competit, etiamsi eam sibi reddi stipulatus non sit, diciturque ea dos profectitia. *l. iure.* 6. *in princ. ff. de iur. dot. l. profectitia.* 5. *in princip. ff. eod tt. l.* 2. §. 1. *ff. soluto matrimon. l. vnica.* §. *accedit. in fin. C. de rei vxor. act. & l. dos.* 4. *C. solut. matrimon. M.I.R. dict. reg.* 30. *except.* 2. *dist.* 2. *& dict. cap.* 9. *reg.* 32. Plane huius regulæ exceptiones plures sunt, ordine nunc proponendæ.

I. Exceptio: Nisi pater filius familias sit, hoc enim casu non ipsi, sed auo, in cuius potestate pater est, actio datur. *l. profectitia.* 5. §. *si filius familias mutuat. ff. de iur. dot.* Huius replicatio est: Nisi cum filius familias dotem promisisset, sui iuris factus eam dederit. *dict. leg.* 5. §. *si filius famil. dotem.*

II. Exceptio: Nisi pater sit adoptiuus, reprobatur *d. l.* 5. §. *adoptiuum.*

III. Exceptio: Nisi alius quam pater dotem dederit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur, *M.I.R. d. reg.* 32. *except.* 1. verum eius replicatio prima est: Nisi procurator patris dederit, vel alius iussu patris, quæ replicatio approbatur *l. profectitia.* 5 *in princip. ff. de iur. dot.* Secunda: Nisi alius patris nomine dederit, paterque ratum habuerit, *dict. leg.* 3. Tertia: Nisi alius dederit patri donaturus. *dict leg.* 5. §. 1. Quarta: Nisi patre furioso vel prodigo existente, curator eius dederit. *d. l.* 5. §. *sed et si.* Quinta; Nisi patre captiuo, prætor vel præses ex bonis eius filiæ dotem decreuerit. *d. l.* 5. §. *sed et si.* Sexta: Nisi auus dotem dederit. *l. dotem.* 6. *ff. de collat. bonor.* Contradicit *l. auus.* 79. *in prin. ff. de iur. dot.* Quæ tamen de stricto iure intelligenda est, prior de æquitate. *M.I.R. d. cap.* 9. *reg.* 31. Septima replicatio est; Nisi alius tanquam fideiussor patris soluerit. *l. profectitia.* 5. §. *si pater non ibi, sed si pater. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Nisi pater furiosus sit, tunc enim curatori eius datur actio, approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. cap. prox. exc.* 38. *repl.* 1. *dupl.* 2.

V. Exceptio: Nisi filia, pro qua dotem dedit pater, sui iuris sit, non in potestate patris, reprobatur *l. profectitia.* 5. §. *si pater. ff. de iur. dot.*

VI. Exceptio; Nisi non suam, sed alienam rem parens pro filia in dotem dederit, reprobatur *l. iure.* 6. §. *si pater. ff. d. tt. & l. pater.* 81. *ff. eod. tt.*

VII. Exceptio. Nisi pater res antea filiæ à se donatas in dotem pro ea dederit *l. si res.* 51. *ff. d. tt.*

VIII. Exceptio: Nisi non vt parens, sed tanquam debitor filiæ pro ea dotem dederit. *l. profectitia.* 5. §. *si pater pro filia, in fin. ff. eod. tt.*

IX. Exceptio: Nisi parens hæres existens ei qui dotem promiserat, pro filia dotem soluerit, approbatur simul & distinguitur *d. l.* 5. §. *fin.*

X. Exceptio: Nisi pater curator filiæ suæ existens, pro ea dotem dederit, reprobatur *d. l.* 5. §. *Papinianus.*

XI. Exceptio; Nisi in hoc patri ab alio pecunia donata sit, vt eam pro filia in dotem daret. *d. l.* 5. §. *si quis. &* §. *hoc in matre.* Huius replicatio est; Nisi cum alij pecuniam pater deberet, iussus ab eo istam pecuniam pro filia in dotem dare, suo, non creditoris nomine istam pecuniam in dotem dederit. *l. cum vxor.* 82. *ff. eod. tt.*

XII. Exceptio: Nisi pater tanquam fideiussor eius qui dotem promiserat, eam soluit. *l. profectitia.* 5. §. *si pater non. ff. d. tt. de iure dotium.*

XIII. Exceptio; Nisi pater nihil dotis nomine de suo dedit, ipso quidem iure subsistit, *secundum ea quæ dicta sunt supr. cap. proxim. except.* 21. *in princip.* huius autem replicatio videtur esse; Nisi hæreditatem vel legatum dotis constituendæ causa repudiauit, sed reprobatur *l.* 5. §. *si pater repud. ff. eod. tt.*

XIV. Exceptio; Nisi pater dotem sibi reddi pactus non sit, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. ead. reg. in princip. M.I.R. lib.* 3. *cap.* 9. *reg.* 30. *exc.* 2. *dist.* 2. *repl.* 2.

XV. Exceptio; Nisi alij dotem reddi stipulatio sit facta, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. eod. cap. reg.* 1. *except.* 3.

XVI. Exceptio; Nisi cum in mortem filiæ pater dotem reddi stipulatus esset, non morte filiæ, sed diuortio matrimonium sit solutum, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est; Nisi in fraudem patris ab alterutro coniugum repudium sit missum. *l. si filia.* 5. *ff. de diuortiis. Leges concordantes vide supr. cap. proxim. except.* 3. *replicat.* 1. Secunda replicatio est; Nisi filia ab hostibus capta decesserit. *l. si ab hostibus.* 10. *in princ. ff. soluto matrim.* Plures huiusmodi replicationes vide *supr. cap. prox. except.* 3.

XVII. Exceptio; Nisi pater deportatus sit, vel publico iudicio damnatus. *l. in insulam.* 42. *in princ. ff. soluto matrim.*

XVIII. Exceptio; Nisi pater mortuus sit, tunc enim nõ eius hæredibus profectitiæ dotis actio competit, sed filiæ, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. reg.* 5. *exc.* 1.

XIX. Exceptio; Nisi filia patri dotem repetenti non consentiat. *l. vnica.* §. *& hoc ex rei. C. de rei vxoriæ actione. l.* 2. *in fin. C. soluto matrimon. l. filiæ.* 7. *C. dict. tt. l.* 2. §. *denique pater. ff. d. tt. l. Titia.* 34. *ff. eod. tt. item l. post dotem.* 40. *ff eod. tt. M.I.R. d. dist.* 2. *replic.* 5. Replicatio prima est; Nisi filia mortua sit, tunc enim hæredum consensus non requiritur, *quæ ex iam d. l.* 40. *constat.* Secunda: Nisi filia sit in pote-

ste patris, reprobatur *supr. dict. leg.* 34. Tertia: Nisi filia antea alium dotem stipulari sine patre iusserit, approbatur sub conditione *l.* 2. §. *quod si in datris. ibi, sed vtrum vt agat. ff. soluto matrim.* Quarta; Nisi filia non contradicat. *dict. leg.* 2. §. *voluntatem.* Huius duplicatio est: Nisi filia sit absens, & ignoret quid agatur. *dict. leg.* 2. §. *fin.* Cuius triplicatio prima est: Nisi pater caueat de rato. *dict.* §. *fin.* Altera: Nisi absens sciat quid agatur. *dict.* §. *fin.* Eius autem quadruplicatio est: Nisi ideo absit filia, ne præsens patri consentire cogatur. *l. si cum* 22. §. *necnon illud. ff. soluto matrim.* Quinta replicatio est; Nisi filia sit furiosa. *dict. l.* 2. § *penult. & dict. leg.* 22. §. *item pater furiosæ. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi filia patri contradicendi causam iustam non habeat. *dict. leg.* 22. §. *quod si is pater. Concordat. l. dotem.* 27. *ff. d. tt.* Septima; Nisi consenserit filia, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est; Nisi postea voluntatem rursus mutauerit. *dict. leg.* 22. §. *eo autem tempore.* Altera: Nisi tam turpis pater sit, vt metus sit, ne dotem receptam consumat. *d. l.* 22. §. *necnon illud.* Octaua replicatio est: Nisi pater in danda dote specialiter sibi reddi stipulatus vel pactus sit, *l. quoties.* 29. *in prin ff. soluto matrimon. M. I. R. d. repl.* 5. *dupl.* 1. Cuius duplicatio prima est; Nisi non in continenti, sed ex interuallo illam stipulationem interposuerit, approbatur *d. l.* 29. *in prin.* Huius triplicationes vide *supr. c.* 10. *quæst.* 1. *exc.* 1. *repl.* 1. Altera duplicatio est: Nisi nudo pacto conuenerit sine stipulatione. *l. auia.* 6. *in fine. C. de iure dotiũ.* Nona replicatio est: Nisi filia sine consensu patris nuptias cum eodem redintegrauerit. *l. si vt proponis* 7. *C. de nuptiis.* Hæc de decima nona exceptione, eiusq; replicationib. sint dicta.

xx. Exceptio; Nisi tam turpis persona patris sit, vt verendum sit, ne dotem receptam consumat. *l. si cum* 22. §. *nec non illud. ff. soluto matrim.* Hactenus quib. dotis actio ex stipulatu competat, sit dictum. Superest vna adhuc huius actionis quæstio, quid scilicet in ea veniat petendum?

QVID VENIAT IN REPETITIONE DOTIS?

CAP. XVII.

PRima regula, De eo quod rei dotali accessit vel decessit. Hoc regulariter ad mulierem spectat. *l. plerumq;* 10. §. *si prædiis. ff. de iure dotium. & l. quamuis.* 75. *ibi, huic enim. ff. eod. tt.* Huius exceptio est; Nisi res æstimata in dotem data sit, tunc enim tam accessio quam deminutio mariti est. *l. vnica.* §. *sed & nouissimi. ibi, æstimatarum enim. C. de rei vxoriæ actione. & l. cum dotem.* 10. *in fin. C. de iure dotium.* Propositæ regulæ species & exceptiones proponuntur in sequentibus.

II. Regula, De fructibus rei dotalis. Hi regulariter in actionem propositam nõ veniunt. *l. dotis.* 7. *in princ. ff. de iure dotium. l. vlt.* §. *fin. ff. soluto matrim. l. cum dotem.* 10. *C. de iure dotium. item l. vnica.* §. *fœtus autem. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. lib.* 3. *cap.* 9. *reg.* 23. Exceptio prima est; Nisi ante nuptias fructus sint percepti. *l. dotis.* 7. §. 1. *ff. de iure dotium. l. si seruo.* 47. *ff. d. tt. l. videamus.* 18 *ante matrimon. ff. de vsuris & fructibus. l. si ante.* 6. *ff. soluto matrim. item l. fructus.* 7. §. *item si messes, in fin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 33. *except.* 1. Huius replicatio est; Nisi aliud inter virum & vxorem ante nuptias conuenerit. *dict. l.* 7. §. 1. Secunda exceptio est: Nisi ante dotem datam fructus sint percepti. *l. de diuisione.* 5. *ff. soluto matrim. M. I. R. d. except.* 1. Tertia: Nisi post solutum matrimonium fructus sint percepti. *l. si marito.* 31. §. *fin. ff. soluto matrimon. & l. vnica.* §. *sin autem supersederit. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. d. regul.* 33. *except.* 2. Huius replicatio prima est, quod maritus ob donationes & res amotas compensationem inducere possit. *l. fructus.* 7. §. *ob donationes ff. soluto matrimon.* Secunda est, quod ob impensas à se factas maritus ex fructibus retinere possit. *dict. l.* 7. *in princ.* Declaratur hæc replicatio *d. l.* 7. §. *impendi.* Tertia; Nisi percepti sint eo tempore fructus, quo per mulierem stetit, quo minus dos ei redderetur, reprobatur *l. vlt.* §. *fin. ff. de fundo dotali. l. si mora.* 9. *in fin. ff. soluto matrimon.* Quarta est; Nisi eo anno, quo matrimonium soluitur, fructus percipiantur, hi enim pro parte ad maritum pertinent, suntque inter maritum & vxorem diuidendi. *l. vnica.* §. *sed & nouissimi. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. d. except.* 2. *replic.* 2. Plane hoc loco sciendum est, à quo tempore annus iam dictus sit numerandus. Est autem numerandus ex die datæ dotis, aut si dos ante nuptias data sit, ex die nuptiarum, non ex die soluti matrimonij. *l. de diuisione.* 5. *cum leg. sequente. ff. soluto matrimon. l. fructus.* 7. §. *Papinianus, cum sequentibus. ff. eod. tt. item l. si alienam.* 11. *ff. eod. tt.* Quinta replicatio est; Nisi res æstimata in dotem data sit. *l. vnica.* §. *sed & nouissimi. C. de rei vxoriæ actione.* Hæc de tertia exceptione, eiusque replicationibus dicta sint. Quarta exceptio est; Nisi eo anno, quo soluitur matrimonium, fructus quamuis constante matrimonio sint percepti, hi enim inter virum & vxorem sunt diuidendi. *de quo dictum supr. replic. prox.* 4. Quinta; Nisi fructus tempore soluti matrimonij nondum sint percepti, tunc enim dotem augent, reprobatur *l. vltim. in princ. ff. de fundo dotali. l. fructus.* 7. §. *si vir. & §. interdum ff. soluto matrimon.* Sexta; Nisi in dote danda aliud conuenerit, reprobatur *l. si conuenerit.* 4. *ff. de pactis dotalibus.* Ex qua constat, exceptionem propositam ipso quidem iure reprobari, admitti autem primum, si maior dos sit constituta, ita vt vsuras fructuum maritus lucraretur, deinde, si simul etiam conuenerit, vt mulier se suosque aleret sine sumptibus mariti. Tertio admittitur, si de parte fructuum reddenda conuenit, nõ de vniuersis fructibus, quæ distinctio approbatur exemplo *l. si inter.* 31. *& l. quæris.* 28. *ff. dict. tt.* Propositæ exceptionis in casu proposito tertio replicatio est; Nisi constante matrimonio de parte fructuum reddenda pactum sit factum, tunc enim tanquam donatio inter virum & vxorem non valet. *dict. leg.* 28. Cuius duplicationes vide *infr. lib.* 14. *c.* 20. Septima exceptio est; Nisi vsusfructus in dotem datus sit. Et hæc reprobatur *l. dotis fructus.* 7. §. *si vsusfructus. ff. de iure dotium.* Octaua: Nisi partus sit ancillæ dotalis, approbatur *infr. reg. prox.* Diuersum est in fœtu pecorum, *de quo infr. reg.* 4. Nona exceptio est; Nisi arbores sint perceptæ. approbatur simul & distinguitur *l. fructus.* 7. §. *si fundum. ff. soluto matrim. l. vir.* 8. *ff. de fundo dotali.* Decima; Nisi matrimonium ipso iure non subsistat. ipso quidem iure valet, quia nec dos intelligitur hoc casu, verum eius replicatio prima est: Nisi

Nisi fructus bona fide sint consumpti. Altera: Nisi impensarum compensationem maritus opponat, quæ duæ replicationes approbantur *l. in insulam.* 42. §. *fructus. ff. soluto matr.* Hæc de fructib.

III. Regula, De partu ancillæ dotalis. Hic in actionem dotis ex stipulatu venit. *l. cum post.* 69. § *fin ff. de iure dotium. l. vnica.* §. *cumq; ex stipulatu, ibi, itaque partus. C. de rei vxoriæ actione. item l. plerunque.* 10 §. *si serui dotium. M. I. R. lib.* 3. *cap.* 9. *reg.* 34. Huius exceptio prima est: Nisi ancilla æstimata in dotem data sit. *l. in his.* 66. §. *mancipia. ff. soluto matrimon. & l. si mancipia.* 18. *ff. de iure dotium. M. I. R. dict. reg.* 34. *except.* 1. Cuius prima replicatio est; Nisi post æstimationem conuenerit, vt ipsa ancilla, non æstimatio restituatur. *l.* 1. *C. soluto matrim.* Secunda; Nisi pecunia in dotem data, postea pro ea mancipia data sint, hac conditione, vt periculum eorum ad mulierem pertineret. *l. si mulier.* 21. *ff. de pactis dotalibus.* Secunda exceptio est; Nisi ancilla aliena, quam maritus vxori ex stipulatu debebat, ei ab vxore in dotem sit data. *l. si sponsalibus.* 58. §. *si mulier. ff. de iure dotium.* Tertia; Nisi conuenerit, vt partus mariti vel in totum, vel pro parte maneat, quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi constante matrimonio donationis causa ita conuenerit. *l. cum post.* 69. §. *fin ff. de iure dotium.* Duplicationes huius replicationis vide *infr. lib.* 14. *c.* 20.

IV. Regula, De fœtu pecorum dotalium. Fœtus in repetitione dotis regulariter non venit. *l. plerunque.* 10. §. *si serui ff. de iure dotium. & l. vnica.* §. *cumque ex stipulatu. ibi, fœtus. C. de rei vxoriæ act.* Huius exceptio prima est; Nisi capita quædam pecorum interierint, hæc enim ex fœtu sunt supplenda. *dict.* §. *si serui.* Secunda; Nisi eo anno, quo matrimonium soluitur, fœtus sit editus, tunc enim pro parte ad mulierem pertinet. *leg. fructus.* 7. §. *non solum. ff. soluto matrim.* Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide *supr. regul.* 2. Quæ enim eius regulæ tanquam generis sunt exceptiones, ad hanc quoq; regulam tanquam eius speciem pertinent.

V. Regula, De vsufructu, qui rei in dotem datæ accessit. Hic quoque in repetitione dotis venit. *l. proprietati.* 4. *ff. de iure dotium.*

VI. Regula, De iis quæ per seruum dotalem sunt adquisita. Hęc in repetitione dotis veniunt. *l. vnica.* §. *cumque ex stipulatu. ibi, itaque partus. C. de rei vxoriæ act. l. aditio.* 45. *in princip. ff. de adquir. hær. l. si marito.* 31. § *fin. ff. soluto matrimon. & l. si seruo.* 4. *ff. de iure dotium.* Huius exceptio prima est; Nisi seruus dotalis quid ex operis suis adquisierit, hoc enim apud virum remanet. *dict. leg.* 45. *Cui concordat d. vers. itaque partus.* Secunda: Nisi ex re ipsius mariti seruus adquisierit. *d. vers. itaque partus.* Tertia: Nisi is qui seruo aliquid donauit, vel in testamento reliquit, illud ad maritum voluerit pertinere, *elicitur ex l. si legato.* 65. *ff. de iure dotium.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *supr. cap.* 15. *except.* 25 *repl.* 1.

VII. Regula, De commodo lapidicinarum. Hoc in repetitione dotis non venit, approbatur simul & distinguitur *l. si fundus.* 8. *in princip. ff. soluto matr. l. fructus.* 7. § *si vir. ff. eod. tt.*

VIII. Regula, De thesauro in fundo dotali inuento. Hic pro dimidia parte in dotis repetitione venit. *l. fructus.* 7. §. *si fundum, in fin. ff. soluto matrimon.*

IX. Regula, De vsuris. Hæ perinde ac fructus in dotis repetitione regulariter non veniunt, quæ regula cum ipso iure subsistat, *M. I. R. d. cap.* 9. *reg.* 35. recipit exceptiones aliquot, quarum prima est: Nisi mulier non mariti, sed propriis aut patris sui sumptibus se aluerit, approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. cap.* 11. *quæst.* 4. *reg.* 1. *except.* 2. *repl.* 1. *Concordat l. in insulam.* 42. §. *vsuras ff. soluto matrim.* Secunda: Nisi mulier eiusve pater vsuras dotis reddi stipulatus sit. *d.* §. *vsuras.* Huius prima replicatio est: Nisi cum vsuras post diuortium esset stipulatus, diuortio facto matrimonium sit redintegratum. *l. cum post.* 69. §. *vsuras. ff. de iure dotium.* Altera: Nisi donandi animo maritus vxori dotis vsuras promiserit, cuius duplicatio est: Nisi in alimenta vxoris dotis vsuras maritus promiserit, approbatur simul & distinguitur *l. si id.* 28. §. *fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Tertia exceptio est: Nisi cum exhibitio mulieris ad patrem ex pacto pertineret, is marito dotis vsuras præstiterit, mandauerit que, vt is eam ex vsuris illis aleret, tunc enim si quid superest, pater repetere potest actione mandati, approbatur simul & distinguitur *l. creditor.* 60. §. *si inter. ff. mandati.* Quarta: Nisi mulier id, quod sibi sub vsuris debetur, in dotem dederit, tunc enim vsuræ, quarum dies ante nuptias cessit, sine dubio dotl computantur. Sequentis autem temporis, cõstante matrimonio, vsuræ nõ debentur, quod replicationis loco notandum. *l. si mulier.* 77. *ff. de iure dotium.* Cuius duplicatio est: Nisi specialiter contrarium conuenerit. *l. cum post.* 69. §. *mulier. ff. eod. tt.* Quinta exceptio est: Nisi maritus in dote reddenda moram fecerit. *l. vnica.* §. *sin autem supersederit. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. d. reg.* 35. *except.* 1.

X. Regula, De re dotali, eiusque æstimatione, verum debeatur? Regulariter autem ipsa res in dotem data in actionem propositam venit, non eius æstimatio. *l. si consentiente.* 14. *C. de donationibus ante nuptias. M. I. R. dict. cap.* 9. *reg.* 39. Huius exceptio prima est; Nisi res æstimatæ in dotem sint datæ. *l. quoties.* 5. *C. de iure dotium. & l. cum dotem.* 10. *C. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 38. *except.* 1. Cuius replicatio prima est: Nisi nihilominus cõuenit, vt res ipsæ, quæ extarent, quamuis æstimatæ restituerentur. *l.* 1. *C. soluto matrimon. l. si inter.* 21. *C. de iure dotium.* Huius duplicatio prima est; Nisi ipsæ res non extent. *dict. leg.* 21. *Cui concordat l. plerunque.* 10. § *fin. ff. de iure dotium.* Secunda; Nisi res ipsæ à viro venditæ sint, reprobatur *l. æstimatis.* 50. *ff. soluto matrimon. & l. vltim. in princip. ff. de pactis dotalibus.* Tertia; Nisi conuenerit, vt aut res aut æstimatio præstetur. *l. plerumque.* 10. §. *fin. ff. de iure dotium.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi ita conuenerit, vt mulieris sit electio. *dict.* §. *fin.* Quarta duplicatio; Nisi deterior facta reddatur, reprobatur *l. plane.* 11. *ff. d. tt.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est; Nisi donationis causa de æstimatione præstanda conuenerit. *l. si res.* 12. *in princ. ff. de iure dotium. l. quod autem.* 7. §. *si maritus ff. de donat. inter vir. & vxor.* Tertia; Nisi minoris æstimatio sit facta. *l. si res.* 12. §. *si mulier. ff. de iure dotium.* Quarta; Nisi nuptiæ non sint secutæ. *l. in rebus.* 17. *in fine. ff. de iure dotium.* Hæc de prima exce-

exceptione, eiusque replicationibus. Secunda exceptio est: Nisi res dotalis dolo vel culpa mariti perierit, tunc enim æstimationem eius debet, approbatur *per ea quæ dicta sunt paulo superius replic. 1. item supr. c. 15. except. 23. repl. 3. item l. plerunque. 10. § fi. ff. de iure dotium.* Tertia: Nisi res dotalis voluntate mulieris sit vendita, tunc enim precium eius dotis iudicio præstandum. *leg. si ex. 32 ff. de iure dotium.* Hæc de decima regula.

XI. Regula: Quanta æstimatio præstanda? Regulariter tanta æstimatio præstanda est, quãta ab initio est constituta, *per ea quæ dicta sunt supr. regul proxim. excep. 1.* Huius exceptio prima est: Nisi mulier dicat minoris æstimationem factam, tunc enim ad iustam æstimationem præstandam maritus tenetur. *l. si res. 12. §. si mulier. ff. de iure dotium. & l. si circumscripta. 6. C. soluto matrimon.* Cuius replicatio prima est: Nisi maritus seruum restituere malit. *d. ct. §. si mulier.* Secunda: Nisi res in dotem data perierit. *dict. §. si mulier. & dict. l. 6.* Huius duplicatio prima est: Nisi mulier emptorem habuit, *d. § si mulier.* Secunda: Nisi dolo mariti res minoris sit æstimata. *d. §. si mulier. vers. Scæuola.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi maritus se in æstimatione grauatum conqueratur. *dict. leg. 6.* Tertia: Nisi maritus donationis causa æstimationem auxerit, vel mulier deminuerit. *l. quod autem. 7. §. si maritus ff. de don. inter vir. & vxor.* Quarta: Nisi maritus rem postea pluris vel minoris vendiderit, ipso quidem iure reprobatur, admittitur tamen primum in casu, si ita conuenerit, vt quanti veniret, tantum pro ea præstaretur. *l. si pater. 12. §. penult. & vltim. cum lege sequente. ff. de pactis dotalibus.* Secundo, si cum conuenisset, vt eodem, quo æstimata esset, precio, matrimonio soluto, res restitueretur, postea voluntate mulieris rem pluris maritus vendiderit. *l. vltim. in princip. ff. de pactis dotalibus.*

XII. Regula, De re ex dotali pecunia comparata. Hæc in repetitione dotis venit. *l. res. 54. ff. de iure dotium.* Contradicit *leg. ex pecunia. 12. C. eod. tot. tit.*

XIII. Regula, De eo quod maritus de suo donationis causa doti adiecit, proponitur *l. 2. C. de dote caut. & l. etiam. 8. in fin. C. de iure dotium.*

XIV. Regula: Si acceptilatione dos sit constituta, soluto matrimonio obligatio pristina est restituenda, approbatur simul & distinguitur *l. licet. 43. §. secundum quæ. ff. de iure dotium.* Huius exceptio prima est: Nisi obligatio pura fuerit. *d. §. secundum quæ.* Secunda: Nisi conuenerit, vt alia res quam debetur, pro ea in dotem sit. *l. si ei. 25. cum duabus legibus sequentibus. ff. eod. tt.* Sane si id quod filius familias debet, doti detur, quid soluto matrimonio veniat restituendum, definitur *l. nuptura. 57. ff. de iure dotium.*

XV. Regula: Si actio de peculio dotis constituenda causa acceptolata est vel delegata, cuius temporis peculium in repetitione dotis sit spectandum, definitur *l. si pater. 44. §. fin. ff. d. tt. l. quod si 45. & l. nuptura. 57. ff. d. tt.*

XVI. Regula, De dote permutata. Permutatio quoque dotis permissa est, & ob id alia res repetitur quam doti data est. *l. si ei. 25. cum duabus legibus sequentibus. ff. de iure dotium. l. si mulier. 21. ff. de pactis dotalibus. M. I. R. lib. 3. c. 9. reg. 37.* Huius exceptio est: Nisi permutatio mulieri non profit. *d. l. 21. & d. l. 26. ff de iure dotium.*

XVII. Regula, De eo quod plus stipulata est mulier, quam in dotem dedit, proponitur *l. si diuortio. 21. ff. de verb. obliget.* Huius exceptio est: Nisi per errorem maritus plus promiserit. *l. in his reb. 66. §. mulier. ff. soluto matrim.*

XVIII. Regula, De eo quod facere potest. Maritus dotis nomine non nisi in id, quod facere potest, vxori tenetur. *l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxoriæ actione. l. maritum. 12. ff. soluto matrimon. M. I. R. d. cap. 29. regul. 39.* Huius exceptio prima est: Nisi maritus dolo fecerit, quo minus facere possit. *d. §. cum autem. l. etiam. 18. §. licet. ff. soluto matrimon.* Cuius replicatio est: Nisi non propter vxorem, sed propter alium maritus dolo fecit, quo minus sit soluendo, approbatur simul & distinguitur *d. l. 18. §. quanquam.* Secunda exceptio est: Nisi dolo mariti res dotalis interierit. *dict. §. licet.* Tertia: Nisi tempore sententiæ ferendæ facere possit, tunc enim, quamuis antea facere non potuerit, nihilominus in solidum est condemnandus. *l. rei. 15. in princip. ff. soluto matrimon. l. si filiofamilias. 53. §. intelligitur. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi post rem iudicatam rursus facere posse cœperit. *l. vnica. § cum autem in ex. in fin. C. de rei vxoriæ actione. l. nec maritus. 8. C. soluto matrimon.* Quinta: Nisi in solidum sit condemnatus maritus, reprobatur *l. ex diuerso. 17. §. fin. ff. solut. matrimon.* Sexta: Nisi inter maritum & vxorem contra conuenerit, vt in solidum conueniatur, reprobatur *l. alia. 14. §. eleganter. ff. soluto matrimon.* Septima: Nisi vxore postea alij nubente, maritus ei dotem promiserit, & exinde à posteriore marito conueniatur, reprobatur *l. si prior. 32. ff. soluto matrimon.* Octaua: Nisi bonis mulieris publicatis, fiscus dotem repetat, reprobatur *l. si maritus. 36. ff. soluto matrimon.* Nona: Nisi alius quam maritus dotis nomine conueniatur, approbatur primum exemplo hæredis. *l. maritum. 12. cum lege sequente. ff. soluto matrim. l. nec maritus. 8. C. d. tt.* Secundo exemplo fideiussoris, *l. except. 7. in princ. ff. de exceptionib.* Huius replicatio prima est: Nisi hæres sit filius communis marito & vxori. *l. etiam 18. in princip. ff. soluto matrimon.* Secunda: Nisi pater mariti conueniatur. *l. socero. 15. §. fin. cum lege sequente. ff. dict. tt. l. si filiofamilias. 53. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi defensor mariti conueniatur. *l. alia. 14. in princip. ff d. tt.* Decima exceptio est: Nisi reus sit soluendo, tunc enim in solidum condemnandus, ipso quidem iure subsistit, verum eius prima replicatio est; Nisi defensor mariti non soluendo existentis conueniatur. *d. l. 14. in princip.* Secunda: Nisi pater mariti non soluendo existentis conueniatur. *l. si filiofamilias. 53. ff. soluto matrimon.* Tertia; Nisi deducto ære alieno facere amplius non possit, reprobatur *l. maritus 54. ff. d. tt. & d. l. 53. in fin.* Vndecima exceptio est; Nisi maritus per actionem vel exceptionem aliquid adquirere, vel ex dote retinere possit, quo adquisito vel retento facere possit. *l. si maritus. 43 ff. soluto matrim. l. facere. 28. ff. eod. tt.* Hæc de 18. regula.

XIX. Regula, De in litem iurando, proponitur *l. si filiofamilias. 25. §. maritum. ff. soluto matrim.*

XX. Regula, De damno præstando, si res deterior

terior sit facta. Regulariter quidem maritus damnum præstare non tenetur. *l. plane. 11. ff. de iure dotium.* Excipiuntur certi casus, de quibus vide *supr. c. 15. except. 23. item infr. cap. prox. in princ.*

XXI. Regula, De seruitute prædio dotali debita amissa redintegranda, proponitur *l. si maritus. 7. ff. de fundo dot ali.*

XXII. Regula. Vsufructu in dotem dato, quid fit repetendum, vide *sup. c. 15. except. 14. cum sequentibus, item c. 16. reg. 2. except. 3.*

XXIII. Regula: In quantum pater mariti teneatur, vide *supr. c. 14. q. 2, reg. 2.*

XXIV. Regula, De lucranda parte dotis. Si pactum factum sit de lucrãda parte antenuptialis doationis, tantam etiam partem maritus lucrabitur ex dote, non maiorem, nec etiam minorem, & contra. *l. ex morte. 9. C. de pactis super dote. l. leg. 10. C. eod. tt. l. cum multa. 20. §. si igitur dote. ibi, ita tamẽ vt Leonina. C. de donationib. ante nuptias. item Nouell. ca. 22. §. quod autem superest.* vbi ait Imperator; Non quidem prohibendis quantitate inæqualibus dotibus, sed inæqualibus pactis. Hæc mutantur ac tolluntur, quoad inæqualitatem dotis & antenuptialis donationis, *Nouell. c. 97. in prin. vsque ad §. sed & aliud. M. I. R. lib. 3. c. 9. reg. 10.*

XXV. Regula; De compensationibus & retentionibus. Maritus dotis actione conuentus compensare ac retinere ex dote potest id, quod sibi ab vxore debetur, & ob id non in solidum, sed in id quod debiti quantitatem excedit, dotis iudicio est condemnandus. *l. rei iudicatæ. 15. §. 1. ff soluto matrim. l. si constante. 24. §. si vxor. l. si filiofamilias. 25. in prin. l. facere. 28. l. in insulam. 42. §. fructus, ibi, sumptus vero. & l. in his rebus. 66. §. seruis. ff. eod. tt. item l. 1. C. rerum amotarum. & l. Titia. 48. ff. de solutionibus.* Exceptio prima est, quod debitum mulieris prius in vsuras dotis, si debet eas maritus; sit computandum, deinde, si quid superest, in sortem. *dict. leg. 48.* Idem est in fructibus dotis, quos maritus debet. *l. in insulam. 42. §. fructus, in fi. ff. soluto matrimon.* Secunda exceptio est: Nisi hæres mariti conuentus ob mores mulieris compensationem inducere velit. *l. rei iudicatæ. 15. §. 1. ff. soluto matrimon.* Tertia: Nisi vxor res viri illo non prohibente commodauerit, ob hanc enim causam retentio non habet locum. *l. si constante. 24. §. si vxor. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi sub conditione mulieris nomine maritus se obligauit, ob hanc enim causam pendente conditione compensatio est inhibenda. *l. facere. 28. ff. soluto matrimon.* Quinta: Nisi maritus debitum petens exceptione posset submoueri, tunc enim nec compensatio locum habet, approbatur exemplo *l. in insulam. 42. §. vsuras. ff. soluto matrim. l. Seia. 66. §. fin. ff. de donat. inter virum & vxorem. & l. mortis. 53. §. res in dotem. ff. eod. tt.*

Mutatio iuris.

Hactenus Iura antiqua, quibus regula proposita approbatur simul & distinguitur, sunt enumerata. Hæc autem iure nouo mutata sunt, & regula proposita reprobata, *l. vnica. §. taceat. C. de rei vxoriæ actione.*

XXVI. Regula, De peculio serui dotalis. Hoc quoq; in dotis actione venit. *l. vlt. ff. soluto matr.*

XXVII. Regula, De eo quod euictionis actione maritus ab vxore consecutus est. Hoc quoq; in repetitione dotis venit. *l. quoties. 16. & l. non solum. 52. ff. de iure dotium.*

XXVIII. Regula, Si res communis in dotem data sit, eaq; postea marito vel socio in solidum adiudicata, quid in repetitione dotis veniat, definitur *l. cum in fundo. 78. §. si fundus. ff. d. tt.*

XXIX. Regula, De eo quod maritus ex dote expendit in res mulieris. Hoc doti decedit, nec in actione dotis venit, approbatur exemplo *l. sed & si 22. ff. soluto matr. & l. quæris. 28. ibi, eoque modo. ff. de pactis dotalibus.*

XXX. Regula; Si cum maritus mulieri illud aut illud, vtrum vellet, deberet, mulier id quod debet ei in dotem dederit, in arbitrio mariti est, quid doti esse velit, approbatur simul & distinguitur *l. si marito. 9. ff. de fundo dotali.*

XXXI. Regula, De eo quod marito ex causa dotis non est numeratum. Hoc in dotis repetitione non venit, approbatur exemplo *l. si marito. 31. §. 1. ff. soluto matr.* Plura vide *supr. c. 15. reg. 22.*

DE RELIQVIS ACTIONIBVS, QVÆ mulieri dotis nomine competunt, item de alienatione fundi dotalis à marito facta.

CAP. XVIII.

HActenus de repetitione dotis in quatuor capitib. est actum. Sunt autem præter illam & aliæ causæ actionesq;, quibus vxor dotis nomine aduersus maritum vel alios experiri potest, de quibus nunc nobis dicendum est.

I. CAVSÆ HARVM actionum.

I. Causa: Si maritus rem dotalem deteriorem fecerit, approbatur exemplo *l. fructus. 7. §. si fundum. ibi, si minus. ff. soluto matrim.* Plane regulariter, si res dotalis deterior facta sit, maritus illud non præstat, nisi dolo vel culpa eius deterior sit facta, vel in aliis quibusdam casibus. *de qua re vide supr. cap. 15. except. 23.*

II. Causa: Si maritus seruitutem prædio dotali debitam culpa sua amiserit. *l. si maritus. 7. ff. de fundo dotal.*

III. Causa: Si impensas necessarias in res dotales non impendit maritus. *l. & in totum. 4. ff. de impensis in reb. dotal.* Huius exceptio prima est: Nisi res dotalis, in quam non fecit expensas, postea sine culpa mariti perierit. *d. l. 4. in fin.* Secunda: Nisi per mulierem stet, quo minus rem dotalem recipiat. *l. si mora. 9 ff. soluto matrim.*

IV. Causa: Si maritus in seruos dotales sæuus fuit. *l. si constante. 24. §. si maritus. ff. soluto matrim.*

V. Causa: Si maritus rem dotalem alienauit. De hac causa dicetur *infr. eod. cap.*

VI. Causa: Si maritus dolo vel culpa in re dotali fuerit versatus. Hæc causa generalis est, præcedentes quoq; causas sub se comprehendens, approbaturq; *l. in rebus. 17. in prin. ff. de iure dotium. l. si filiofamilias. 25. §. maritum. l. in his rebus. 66. in princ. & l. vlt. ff. soluto matrimon.* Huius causæ seu regulæ, quo ad culpam, exceptio prima est: Nisi talis sit culpa, qualem etiam in suis rebus maritus exhiber. *d. l. 17.* Cuius replicatio est: Nisi in seruos dotales maritus sæuus fucrit, tunc enim, quamuis in suos quoq; sæuus soleat esse, ob id nõ excusabitur. *l. si constante. 24. §. si maritus. ff. soluto matr.*

Secun-

Secunda exceptio est: Nisi non ipse maritus, sed seruus eius aut filius dotem stipulatus sit, vel traditam acceperit. *l. quemadmodũ. 46. ff. de iure dotium.* Tertia: Nisi ita inter maritũ & vxorem conuenerit, ne culpam in dote præstet, reprobatur *l. Pomponius. 6. ff. de pactis dotal.* Quarta: Nisi postquã per mulierem stetit, quo minus dotem recipiat, culpa mariti quid in ea acciderit. *l. si mora. 9. ff. soluto matrim.* Quinta: Nisi quæratur, an maritus facere possit? ibi enim, quamuis culpa sua facere posse desierit, tamen ob culpam hoc casu nõ tenetur. *l. etiam 18. § 1. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi non mariti, sed patris eius culpa sit factum, reprobatur *l. mulier. 72. §. pen. ff. de iure dotium.*

II. ADVERSVS QVOS ACTIONES propositæ dantur?

De patre mariti proponitur *d. §. penult. Vide item supr. cap. 4. quæst. 2.*

III. QVID VENIAT IN HAS actiones?

I. Regula, De eo quod mulieris interest, habetur *leg. & in totum. 4. in pr. ff. de impensis dotalib.*

II. Regula: Maritus vltra quam facere potest, non tenetur. *de qua re vide supr. c. prox. reg. 18.*

IV. AD FINE REMEDIVM.

Si maritus, cuius culpa seruitus prædio dotali debita fuerit amissa, soluendo non sit, etiam contra vicinum datur actio. *l. si maritus. 7. ff. de fundo dotali.*

V. DE ALIENATIONE FVNdi dotalis à marito facta.

Alienatio fundi dotalis à marito facta regulariter inutilis est, competitq; mulieri ad eum persequendum rei vendicatio. *Inst. quibus alienare non licet, in prin. Concordat l. cum vir. 42. ff. de vsucapionib. M. I. P. lib. 4. cap. 20. reg. 12.* vbi distinguitur. *M. I. R. lib. 3. cap. 9. reg. 47.* Habet etiam proposita regula suas exceptiones hic ordine proponendas.

I. Exceptio videtur: Nisi is qui dominiũ mariti posteà nactus est, rem dotalem alienauerit, sed reprobatur *l. 2. ff. de fundo dotali.*

II. Exceptio: Nisi non maritus, sed sponsus alienauerit, reprobatur *l. lex Iulia. 4. ff. eod. tt. & l. non sine. 5. §. penult. C. de bonis quæ liberis.*

III. Exceptio; Nisi non rusticum, sed vrbanum prædium dotale sit, quod alienatur, reprobatur *l. dotale. 13. in prin. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi prædium alienatum non sit principaliter doti datum, sed per seruum dotalem adquisitum, reprobatur *l. fundus. 3. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi non prædium dotale, sed seruitutem prædio dotali debitam maritus alienauerit, vel amiserit, reprobatur *l. Iulianus. 5. cum duabus ll. seq. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio: Nisi non totum, sed partem prædij maritus alienauerit, reprobatur *l. dotale. 13. §. 1. ff eod. tt.*

VII. Exceptio: Nisi cum illam aut illam rem maritus deberet, id quod deberet ei in dotem datum sit, alteramq; rem ex iis quas debebat alienauerit, approbatur simul & distinguitur *l. si marito. 9. cum lege sequente. ff. de fundo dotali.*

VIII. Exceptio: Nisi fundus æstimatus in dotem datus alienatus sit. *l. interest. 6. C. de vsufructu. M. I. R. d. reg. 47. except. 6.* Huius replicatio est; Nisi ita in dote constituenda conuenerit, vt vel rem vel æstimationem eius, vtrum mulier vellet, maritus restitueret. *l. quod si 11. ff. de fundo dotali. & l. 1. C. d. tt.*

IX. Exceptio: Nisi vxor alienationi consensit, reprobatur *Instit. quib. alienare licet, in princip. & l. vnic. § & cum lex Iulia. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. d. reg. 47. except. 1.* Plane admittitur, si mulier elapso biennio in eodem consensu perseuerauerit, quæ distinctio approbatur simul & distinguitur *Nouell. c. 61. §. neque qui per fraudem. & §. & multo amplius M. I. R. d. except 1. d. st. 1.*

X. Exceptio: Nisi socer alienationi consenserit, reprobatur *l. etiam. 12. ff de fundo dotali.*

XI. Exceptio: Nisi hypothecę sit obligata res, non vendita, reprobatur *l. vnica. §. & cum lex Iulia, C. de rei vxoriæ actione.*

XII. Exceptio: Nisi seruos dotales maritus manumisit, *l. etsi. 3. C. de iure dotium. l. seruum. 21. ff. de manumissionibus.* Huius replicatio est: Nisi maritus soluendo non sit *d. l. 21.* Plura de hac replicatione vide *infr. lib. 6. cap. 5 except. 6.* Sed & plura de exceptione proposita vide *eod. lib. 6. cap. 6. except. 11. repl. 18.*

XIII. Exceptio; Nisi per vniuersitatem res dotalis ad alium transierit. *l. 1. §. fin. ff. de fundo dotali.*

XIV. Exceptio; Nisi necessaria, non voluntaria sit alienatio, approbatur exemplo *d. l. 1. in princip.*

XV. Exceptio; Nisi soluto matrimonio alienatio sit facta, reprobatur *l. etiam. 12. ff. d. tt.*

XVI. Exceptio; Nisi vxori de dote actio non competat, nec sit competitura. *l. fundus. 3. ff. d. tt.*

XVII. Exceptio; Nisi post alienationem factam dos mariti lucro cesserit. *l. fundum. 17. ff. de fundo dotali. l. cum vir. 42. ff. de vsucapionib.*

XVIII. Exceptio; Nisi dominium rei alienatæ non fuerit penes maritum, tunc enim alia ratione alienatio non valet, & ob id lege Iulia non prohibetur. *l. dotale. 13. §. dotale. ff. de fundo dotali.*

XIX. Exceptio; Nisi vxor mariti hæres existat, approbatur simul & distinguitur *d. l. 13. § fin.*

XX. Exceptio; Nisi vxor legatum in testamento mariti sibi relictum agnouerit. *l. cum pater. 79. §. qui dotale. ff. de leg. 2.* Hactenus, vtrum alienatio rei dotalis valeat necne, excussum est. Nunc sciendum est, dote alienata non solum mulieri, sed eius quoque hæredi dari actionem. *l. dotale. 13. §. hæredi. ff. de fundo dotali.* Postremo, quæ dote alienata competat actio, definitur *l. in rebus. 30. in princ. C. de iure dotium.*

DE RELIQVO IVRE DOTIS.

CAP. XIX.

HActenus de actionibus & exceptionibus, quæ tam marito quam vxori dotis nomine inuicem competunt, actum est, nunc reliqua dotis iura sunt exponenda.

I. Regula: Dos in bonis & dominio mariti est, approbatur simul & distinguitur *l. dotis. 7. § si res, cum lege sequente. ff. de iure dotium. & l. dote ancillã. 9. C. de rei vendicat. M. I. R. d. cap. 8. reg. 50.* Exceptio prima est; Nisi re in dotem data, nuptiæ non sint secutæ. *d. l. 7.* Huius replicatio est, Nisi non euidenter

denter id actum sit, vt tunc demum res sponsi fiant, si secutæ fuerint nuptiæ. *d. l. 8. ff. de iure dot.* Plura de exceptione proposita vide *supr. c. 1 quæst. 4. reg. 7.* Secũda exceptio: Nisi cum quis pro muliere res in dotem dedisset, ita vt secutis nuptiis dotis efficiantur, is ante secutas nuptias decesserit, reprobatur *l. si ego. 9. §. si res. ff. d. tt.* Tertia: Nisi mulier res dotales in vsu suo habeat, reprobatur *l. cum post. 69. §. pen. ff. d. tt.* Quarta: Nisi quæratur de modo substantiæ mariti ad munera municipalia vocati; tunc enim dos in eius bonis non computatur. *l. Lucius. 21. §. idem respondit, constante. ff. ad municipalem.* Quintæ exceptionis loco notandum, quod quamuis dominium dotis sit penes maritum; tamen mulierem quoad quid etiam censeri dominam; scilicet quoad actionem de euictione dotis. *de quo l. quamuis. 75. ff. de iure dotium.* item quoad vindicationem dotis solut. matr. *de quo l. in rebus. 30. in prin. C. d. tt.* Hæc de prima regula, eiusque exceptionibus sint dicta.

II. Regula: Re in dotem data, mulier eam vindicare amplius à marito non potest cõstante matrimonio, *de quo dictum supr. cap. 12. quæst. 3. reg. 1.* Sed nec ante matrimonium poterit eam vindicare, *de quo dictum supr. c. 1. quæst. 4. reg 3. except. 1.*

III. Regula: Debitore dotis nomine delegato, deleganti aduersus illum denegatur actio. *l. si debitor. 80. ff. de iure dotium. & l. si debitor. 83. ff. eod. tt.* Huius exceptio est: Nisi nuptiæ non sint secutæ. *l. non enim. 37. ff. eod. tt.*

IV. Regula: Rem in dotem acceptam maritus alienare non potest. *de qua re dictum supr. cap. prox. quæst. 5.*

V. Regula: Rem in dotem datam mulier, vel is qui dedit, alienare non potest. *l. res. 17. l. rem. 22. & l. si prædium. 23. C. eod. tt. M. I. R. d. c. 9. reg. 52.*

VI. Regula, De cauendo dotis seruandæ causa. Maritus vxori dotis seruandæ causa satisdare non tenetur, *l. 1. & l. 2. C. ne fideiuss. vel mandat. dotiũ dentur.* Huius exceptio prima est: Nisi maritus sponte fideiussorem dederit, hic enim tenetur, quæ exceptio videtur approbari *l. cum dotis. 55. ff. de iure dotium.* Secunda: Nisi soluto matrimonio fideiussor pro dote soluenda exigatur. *l. si cõstante. 24. §. quoties. ff. soluto matr.* Tertiæ exceptionis loco notandum, quod mariti bona pro dote tacite sint obligata. *de qua re dictũ supr. lib. 2. c. 35. reg. 4.*

VII. Regula: Maritus prædio dotali seruitutes imponere non potest, nec debitas amittere. *l. Iulianus. 5. ff. de fundo dotali.*

VIII. Regula, De actionibus rei dotalis nomine excipiendis, aliisque oneribus sustinendis. Maritus actiones dotis nomine excipere nõ tenetur, nec creditorib. mulieris satisfacere. *l. mulier. 72. in prin. ff. de iure dotium. l. licet. 27. C. d. tt.* Huius exceptio est: Nisi onus sit reale, quod rei in dotem datæ cohæret, vel actio in rem dotalem, *l. vlt. C. sine censu vel reliquis.*

IX. Regula, De actionibus dotis nomine instituendis. Hæ actiones vxori, non marito competunt, approbatur exemplo *l. quãuis. 75. ff. de iure dotium. & l. 2. C. de fundo dotali.* Huius exceptio est: Nisi res dotalis marito sit subrepta, vel vi erepta. Huius enim nomine marito competit actio *l. de his. 11. C. de iure dotium. l. 50. in fin. ff. de furtis.*

X. Regula: Seruus dotalis hæres institutus, vtrum mariti, an vxoris iussu hæreditatem adire vel repudiare debeat, definitur *l. seruus. 58. ff. soluto matrimon.*

XI. Regula, De genere dotis. Dos donatio est *l. cum multæ. 20. § ideo enim. C. de donat. ante nuptias.*

XII. Regula: Dotis causa semper & vbique præcipua est. *l. 1. ff. soluto matr. & l. 2. ff. de iure dotium.*

XIII. Regula: Dos matrimonij onerib. deseruit. *l. dotem. 16. in pr. ibi, dos autem. ff. de castr. peculio.*

XIV. Regula: de dote & antenuptiali donatione liberis prioris matrimonij seruanda, dictum *supr. c. 5. quæst. 3. item cap. 6.*

XV. Regula, De dotando. Qui dotare teneãtur. Parentes tenentur dotare liberos, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr. cap. 21. quæst. 5. reg. 12.*

DE DONATIONE ANTE VEL propter nuptias.

CAP. XX.

HActenus de dote dictum est, consequens igitur est, vt de antenuptiali quoque donatione dicamus.

I. DEFINITIO NOMINIS.

Non ante, sed propter nuptias donatio est appellanda. *Instit. de donat. §. est & aliud. l. cum multæ. 20. C. de donat. ante nuptias.*

II. GENVS.

Non est simplex donatio, sed specialis. *d. l. 20. & Nouell c. 119. in princ.*

III. SIMILE.

Antenuptialis donatio doti similis est; paribusque passib. ambulant tam dos quam donatio propter nuptias, eademq; vtriusque pacta sunt. *d. l. 20. vers. si igitur. Nouell. c. 22. §. eaque pœna, in fir.*

IV. EVENTVS ET IVRA REI ante nuptias donatæ.

I. Regula, De re donata à marito non alienanda proponitur *l. si ante. 8. C. de donation. ante nuptias. & Nou. c. 61.* Exceptio prima est: Nisi mulier alienationi cõsenserit, & per bienniũ in eodem cõsensu perseuerauerit. *d. c. 61. vers. neq; qui per fraudem.* Huius replicatio est: Nisi nullæ aliæ mariti res supersint, ex quibus mulieri satisfieri possit. *d. c. 61. vers. enimuero.* Alterius exceptionis loco notandum, quod is qui rem antenuptialis donationis à marito comparauit, de euictione in alias mariti res agere possit. *d. c 61, vers. non tamen.*

II. Regula: Mulier ob res ante vel propter nuptias sibi donatas creditoribus mariti non tenetur. *l. de rebus. 13. C. de. donat. ante nuptias.*

De petitione & exceptione rei ante nuptias donatæ, quæ competit vxori.

III. Regula: Ex donatione ante vel propter nuptias mulieri ad rem persequendam competit actio, item ad eandem retinendã exceptio. *Nou. cap. 61. vers. neq; enim alienum. M. I. P. lib. 4. c. 20. reg. 4. M. I. R. d. cap. 9. reg. 62.* Huius exceptio prima est: Nisi minor vigintiquinq; annis propter nuptias donauerit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi curatore consentiente donauerit. *l. mulier. 28. in fin. C. de iure dotium.* Secunda exceptio est; Nisi nuptiæ, ob quas donatum est,

non sint secutæ. *l.2. C.de donat.ante nuptias.l.ea quæ. 5.C.eod.tt.M.I.R.d.reg.62.except.2.* Huius replicatio prima est; Nisi sponsus id quod donauerat, per vim rursus abstulerit. *l.si filiæ.10.C.eod.tt.* Secunda; Nisi sponsus eiusve parentes nuptias fieri nolint. *l.cum veterum.15.C.d.tt.* Tertia: Nisi osculum interuenerit, approbatur pro parte *l. si à spõso.16.C.d.tt.* Quarta; Nisi ob mortem sponsi nuptiæ non sint secutæ. *l.si tibi.11.d.tt.* Hæc replicatio mutatur ac tollitur *d.l.16.M.I.R.d.except.2.repl.* 1. Quinta; Nisi simplex donatio sit, non propter nuptias facta, ipso iure subsistit. *de quo vide infr.lib. 14.de donationibus, cap.14.quæst.1.except.36.replic.1.* Tertia exceptio est; Nisi constante matrimonio facta sit donatio, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt infr.lib.14.c.20.except.2.repl.* 2. Sed & eius replicatio est; Nisi in donatione sit adiectum, quod propter nuptias donetur. *l.cum multæ.20.§.si igitur dote.C.de donat. ante nupt. & l.si constante.19.C.eod tt. Institut. de donat. §. est & illud.* Quarta; Nisi donatio actis insinuata non sit, approbatur iure generali, *de quo infr.lib.14.c.14.exc.* 30. vbi etiam eius replicationes sunt propositæ. Sed & propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi minoribus ætate fœminis facta sit ante nuptias donatio. *l. minorib.17. C. de donat. ante nuptias.& l.sancimus.34.§.insuper.C.de donat.* Secunda; Nisi postea vel constante matrimonio sit insinuata. *l.cum multæ.20.§.similique modo. C. de donat. ante nuptias.* Hæc de iure antiquo. Iure enim nouo exceptio proposita in antenuptiali quidem donatione tollitur ac reprobatur *Nouell.cap.119.* §.1.& *Nouell.cap.127.§.illud quoque.* Quinta exceptio est; Nisi rescriptum principis donationem infirmauerit, reprobatur *l.cum te.9.C.de donationibus ante nuptias.* Sexta; Nisi mulier dotem nullam dederit. *Nou.c.2.§.illud quoque. Concordat de verbo fere ad verbum Nouell.c.91.§.sed & illud. M.I.R.d.reg.62. except.4.* Huius replicatio est; Nisi per maritum vel eius patrem, non per vxorem iteterit, quo minus dotem dederit. *d.c.91.§.illud quoque.* Septima exceptio; Nisi vir in causa dotis à muliere deceptus sit. *l.pollicitatione.3.C de donat.ante nuptias.* Octaua; Nisi culpa mulieris matrimonium sit dissolutum, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr.c.8.quæst.2.reg.3. M.I.R.d.reg.62. except.3.repl.2.dupl.1.*

Quid veniat in petitione antenuptialis donationis?

IV. Regula, De augmento & decremento antenuptialis donationis. Antenuptiali donatione facta, illud etiam quo donatio ista est aucta vel deminuta, in propositam venit actionem, ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio esse videtur; Nisi cõstante matrimonio augmentum vel deminutio sit facta, sed reprobatur *l.si constante.19.C.de donat.ante nuptias.& l.cum multæ.20.§.fi. C.eod.tt.Nouell.cap.22.§.quæ vero dotium.* Plane admittitur primum, si liberis ex priore matrimonio existentibus in illorum præiudicium deminutio dotis vel antenuptialis donationis fiat, *quæ distinctio iam d l.19.simul & d §. quæ vero dotium, approbatur.* Secunda distinctio, qua exceptio proposita admittitur, est; Si vir vel mulier, vniuersali fideicommisso grauatus vel grauata, in fraudem fideicommissarij augmentum faciat. *Nouell.cap. 39.§.cæterum in omnibus.* Tertia: Si non ex æquo tam dos quam donatio propter nuptias augeatur, *Nouell. cap.97.§.sed & aliud.* Plura de hac distinctione vide *supr.reg prox.exc.7.item.c.17.reg.24.*

V. Regula: Non plus actione proposita peti potest, quam dos est, *per ea quæ dicta sunt supr. d.except.7.item d.reg.24.*

Quando petitio antenuptialis donationis competat?

VI. Regula: Cõstante matrimonio, regulariter mulier rem propter nuptias donatam petere non potest, sed soluto demum matrimonio, ipso quidẽ iure subsistit, verum eius exceptio est: Nisi maritus ad inopiam vergat. *l. vbi.29.C. de iure dotium. Nou.c.97.§.sed & illud.ibi, si vero sub potestate.*

De repetitione rei ante vel propter nuptias donatæ, quæ marito competit.

VII. Regula: Si nuptiæ propter quas donatum est, non sint secutæ, repetitio eius quod donatum est, marito competit. *de quo dictum supr.reg. 3.exc.2.item supr.cap.1.quæst.4.reg.10.* Sed etsi secutæ sint nuptiæ, posteaque matrimonium rursus sit solutum, marito eadem repetitio datur, quæ regula cum per se subsistat, *M.I.P.d.cap.20.reg.13. M.I.R.d.cap.9.reg.62.exc 3. & reg.65.* recipit exceptionem hanc: Nisi culpa mariti matrimonium sit dissolutum. *l.consensu.8.§.si vero cautam. §. virum etiam & §.si vero filio. C. de repudiis. Nouell. cap.117.§. quia vero quædam. vers. si autem & vir. M.I.P. d.reg.13. except.2. M.I.R. d. except.3. replic.1.* Cuius replicationes vide *supr.cap.8.quæst.2.reg.3.* Sed & plures propositæ regulæ exceptionis vide *supr. cap.15.* Quæ enim aduersus dotis repetitionem competunt exceptiones, easdem etiam aduersus repetitionem donatæ rei competere par est, *secundum id quod dictum supr.quæst.3.*

Quibus repetitio rei propter nuptias donatæ competat?

VIII. Regula: De marito & eo qui pro marito donauit. Regulariter marito, non ei qui pro eo donauit, repetitio competit, approbatur simul & distinguitur *l.cum quidam.31.§.similique modo.C.de iure dotium.* Huius exceptiones duæ *ex iam d.§.similique modo,* constant, hę nimirum; Nisi cum donatio summam legitimam excederet, actis insinuata non sit. Quæ tamen iure nouo est mutata *per Nouell. c.119. & Nouell. cap.127.§.illud quoque.* Item, Nisi donator sibi reddi sit stipulatus. Vide insuper *supr.cap.16.reg.2.*

IX. Regula: Hæredi quoq; repetitio proposita competit. *l.si cum 7.C.de donation.ante nupt.*

Quid quantumque veniat in repetitionem propositam?

X. Regula, De parte antenuptialis donationis à muliere lucranda. *De hac re vide supr.c.17.reg.24.*

Hæc de antenuptiali donatione, ad quam etiam plura ex iure dotium produci possunt. Siquidem (*vt supr.quæst.3.dictum est*) eadem vtriusque est natura, paribusque passibus ambulant. Hactenus ergo de iure dotis & antenuptialis donationis, necnon de vniuerso in maritum & vxorem iure est expositum.

***

ALTE-

ALTERA PARS LIBRI, DE IVRE INTER PARentes & liberos.

DE PATRIA POTESTATE.

CAP. XXI.

I. QVO IVRE PATRIA POtestas subsistat?

IVs patriæ potestatis ciuium Romanorum proprium est, moribusque introductum. *Inst. de patria potestate.§. ius autem. l.item.3.ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt. & l.patre furioso.8.§.1.ff.eod.tt.M. I.R.lib.3.cap.11.reg.2.*

II. Causæ, ex quibus patria potestas adquiritur & amittitur, proponentur *infr.cap.25. cum sequentibus.*

III. QVIBVS COMPETAT patria potestas?

I. Regula, De fœminis. Fœminæ potestatem in liberos non habent. *Instit.de hæred.qualitate & differ.§.cæteri.item Instit.de adopt.§.fœminæ.*

II. Regula, De patre qui est in potestate, & eo in cuius est potestate. Pater qui est in potestate alterius, liberos suos in potestate sua non habet, sed is in cuius est potestate pater. *Instit.de patria potestate.§.qui igitur.l.nam ciuium.4.in fin.ff.de his qui sui.l.si maritus.7.C.de patria potestate.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi filius familias miles filium habeat, sed reprobatur *d.l.7.* Secunda est: Nisi pater sui iuris sit, tunc enim in eius, non in sui potestate filij eius sunt. *Instit.quibus modis ius patriæ potest.soluitur.§ penult.* Huius replicatio est: Nisi filius patre adhuc in potestate existente sit conceptus *d.§.penult.* Cuius duplicatio est: Nisi is in cuius potestate pater est, sit mortuus, tunc enim sui iuris factus, incipit filios suos, quamuis antea conceptos, in sua potestate habere, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. c.29.q.4.reg.1.exc.1.* Tertia exceptio est: Nisi de honorib. patris quæratur, hoc enim casu, quamuis ipse in potestate sit, tamen creditur liberos suos in potestate sua habere. *l.2.ff. de munerib. & honorib.l.filiusfamilias.9.ff.de his qui sui.l.2.ff. de minoribus vigintiquinque annis.* Quarta: Nisi mater sit in alterius potestate, hoc enim casu liberi eius non in eius, in qua ipsa est potestate sunt, sed in potestate patris sui. *Inst.de patria potest.§.fin.* Quinta: Nisi pater alij in adoptionẽ sit datus, tunc enim filij manent nihilominus in potestate eius qui patrem in adoptionem dedit, nec transeunt in potestatem eius, in cuius potestate pater eorum est. *Inst. quib. modis ius patriæ potestatis soluitur.§.pen. l.arrogato.40.in pr.ibi, quod non similiter.ff. de adoptionibus.* Huius replicatio prima est: Nisi pater sui iuris constitutus, sese alij adrogandum dederit, tunc enim filij eius in adrogatoris potestatem cum eo transeunt. *d.l.40.in princ.l.2.§.fin.& l.si paterfamilias.15.in princ.ff.eod.tt.Instit.de adoptionibus.§. penult.* Altera: Nisi filij patris in adoptionem dati, post adoptionem sint concepti. *Inst. quibus modis ius patriæ potestatis soluatur.§.penult. l.ex adoptiuo.27. ff.de adoptionibus.*

III. Regula, De libertis. His quoque patria potestas competit. *l.libertos.8.C.de patria potestate.*

IV. Regula, De furioso. Hic quoq; filios habet in potestate. *l.patre.8.ff.de his qui sui.*

IV. IN QVOS PATRIA POtestas competat?

I. Regula, De liberis ex iustis nuptiis procreatis, proponitur *Instit. de patria potestate, in princip.l. item.3.ff. de his qui sui.* Huius exceptio prima est: Nisi non ex iustis nuptiis liberi sint procreati. *d l. 3.Inst.de nuptiis.§.si aduersus ea.M.I.R.d.reg.3.except.1.* Sed & replicationem propositæ exceptionis vide *supr.c.2.quæst.3.reg.1.* Item alias propositæ regulæ exceptiones vide *infr.vbi de causis & modis quibus patria potestas soluitur, agetur.*

II. Regula, De liberis adoptiuis, proponitur *Inst.de adopt.in pr.& l.2.in prin.ff.eod.tt.* Huius exceptiones proponentur *in cap. 8.quæst.2. item quæst. 3.regul.1.*

III. Regula, De liberis eius qui in nostra est potestate. Hi quoque simul cum patre in nostra sunt potestate, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr.q.prox.reg.2.*

V. QVÆ SINT PATRIÆ POtestatis, aliaque inter parentes & liberos iura.

I. Regula: Patria potestas inæstimabilis est. *l. filiusfam.111.§.secundum vulgarem.ff.de leg.1.*

II. Regula; Liberi parentib. reuerentiam & obsequium debent. *l.liberto.9.ff. de obsequiis liberorum.l.nullum.10.& l.1.§.1.ff.eod.tt.l.si filius.& l.congruentius.4.C.de patria potestate.M.I.P. lib. 5.c.2.reg.1. M.I.R.d.cap.11.reg.1.* Huius exceptio videbatur esse talis: Nisi filius miles sit, sed reprobatur *l.1, in pr. & §.fin.ff.de obsequiis à liberis.*

III. Regula, De parentibus sine permissu prætoris in ius non vocandis, dictum *supr. lib.2.c. 7.quæst. 4.reg.5.*

IV. Regula: Actiones & acceptiones famosæ, item aliæ quædam liberis aduersus parentes dandæ non sunt, approbatur, simul & huiusmodi actiones & exceptiones enumerantur *l.parens 5.cum duabus ll. sequentibus ff. de obsequiis à liberis & libertis, & c.M.I.R.d.c.11.reg.19.* Exceptio prima est: Nisi non aduersus ipsos parentes agatur, vel excipiatur, sed aduersus fideiussores, vel interuentores eorũ. *d.l.7.* Cuius replicatio est, nisi aduersus procuratorem parentis vel patroni agatur. *l. 2.ff.d.tt.* Secunda exceptio videtur esse: Nisi parens non suo, sed alieno nomine agat, vel conueniatur, sed reprobatur *d.l.7.vers.etsi forte ipsi.*

V. Regula: Actio filio aduersus parentem, in cuius est potestate, non datur, approbatur simul & distinguitur *supr.lib.15.cap.2.exc.5.* Sed & eius exceptio est: Nisi filius sit emancipatus, cuius replicatio est: Nisi actio sit famosa, vel alia similis. *de qua re dictum supr.reg.prox.*

VI. Regula: Nec patri aduersus filium datur actio, quæ regula itidem approbatur & distinguitur *d. exc.5.* Sed & huius exceptio est: Nisi filius sit sui iuris, vel nõ in potestate parentis eius qui actionem sibi dari desiderat. *l. congruentius.4. C.de patria potest.* Item alia exceptio est: Nisi filius sit inobediens, quem pater cogere non possit. *l.si filius.3.C. dicto tot.tt. & l.2.ff. ad legem Corneliam de sicariis.*

VII. Regula; Pater filium castigandi ius habet

bet *d.l.3.* Huius exceptio est: Nisi modum in castigando excesserit. *l. diuus Hadrianus. 5. ff. ad l. Pompeiam de parricid. & l. vnica. C. de emendat. propinq.*

VIII. Regula: Pater filium vendendi, vel alio modo alienandi ius non habet. *l. libertati. 19. C. de patria potest. l. 1. C. de liberali causa. l. si filium. 37. C. eod. tt. l. 1. C. de patrib. qui filios suos distraxerunt. M. I. R. d. cap. 11. reg. 5.* Huius exceptio est: Nisi propter nimiam paupertatem victus causa parens filium vendiderit. *l. 2. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 5. except. 1.*

IX. Regula: Pater ius abdicandi, vel negandi filium suum esse, non habet. *l. abdicatio. C. de patria potest. & l. nec filium. 9. C. eod. tt.*

X. Regula: Parens tenetur alere & educare liberos. *l. si patrem. 4. & l. si competenti. 3. C. de alendis liberis. l. cum non. 8. §. ipsum autem. C. de bonis quæ liberis. M. I. P. d. cap. 2. reg. 3. M. I. R. d. cap. 11. reg. 7.* Huius exceptio prima est: Nisi filius seipsum possit alere *d. §. ipsum autem. l. si quis. 5. § sed etsi filius. ff. de agnoscendis liberis. M. I. R. d. regul. 7. except. 1.* Secunda: Nisi facultates parentis non sufficiant ad alendum filium. *d. §. sed etsi filius. & §. idem iudex.* Plane hoc casu ab alis parentibus locupletibus filius alendus, *de quo infr. except. 8.* Tertia exceptio est. Nisi filius patrem detulerit. *d. l. 5. §. Trebatio denique.* Quarta; Nisi filius negetur. *d. l. 5 §. si vel parens.* Huius replicatio prima est; Nisi muliere denunciante se prægnantem esse, vir id non negauerit. *l. 1. §. idem Iulianus. ff. de agnosc. liberis.* Secunda; Nisi cum mulier denunciasset, se ex aliquo prægnantem, is omiserit ea quæ ex senatusconsulto (de liberis agnoscendis) eum obseruare oportuit. *d. l. 1. §. ex his apparet.* Tertia; Nisi iudex pronunciauerit ædum *d. l. 5. §. meminiss. ff. d. tt.* Quinta exceptio; Nisi matrimonium, ex quo filius filiaue nata est, fuerit iniustum. *d. l. 5. §. idem rescripsit. l. si neget. 7. ff. d. tt. M. I. P. d. reg. 3. except. 1.* vbi contradicitur *M. I. R. d. reg. 7. except. 2.* vbi controuertitur. Huius replicatio prima est; Nisi eo tempore, dum lis de matrimonio pendet. *d. l. 7.* Secundæ replicationis loco notandum, quod mater etiam iniustos liberos alere compellatur. *l. si quis. 5. §. idem in liberis. ff. de agnoscendis liberis. M. I. R. d. except. 2. replic. 1.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod filij legitimi mortuo patre fratribus naturalibus alimenta præstare teneantur. *Nouell. ca. 89. §. si vero oportet. M. I. R. d. except. 2. repl. 2.* Sexta exceptio; Nisi mater prægnans omiserit ea quæ eam ex senatusconsulto de agnoscendis liberis facere oportuit, reprobatur *l. 1. §. idem per contrarium. & §. ex his apparet. ff. de agnosc. liberis.* De senatusconsulto, cuius hic fit mentio, vide *infr. c. 27.* Septima exceptio; Nisi filius sit sui iuris, reprobatur *l. si quis. 5. in pr. ff. de agnosc. liberis.* Octaua: Nisi alius parens sit quã pater, à quo alimenta petuntur, reprobatur *d. l. 5. §. vtrum, in fin. §. item diuus. & §. si mater. M. I. R. d. reg. 7. exc. 14.* Plane admittitur in auo materno, patre superstite & non egente, *l. nõ quemadm. 8. ff. de agnosc. liberis.* Porro diuortio facto, vtrum apud patrem, an matrem, filij sint alendi & educandi, permittitur arbitrio iudicis. *l. vnica. C. diuortio facto apud quem.* Quod corrigitur quodammodo *Nou. c. 117. §. sed & illud. cum seqq. M. I. P. lib. 4. c. 20. reg. 3. & lib. 5. cap. 2. reg. 4.* Postremo si parens filium alere nolit, remedium monstratur *l. si quis. 5. §. si quis. ff. de agnoscendis liberis.*

XI. Regula: Alia quoq; onera filiorum, præter alimenta, parens cogitur sustinere. *d. l. 5. §. non tantum.* Huius regulæ species est *infr. reg. prox.*

XII. Regula: Parens filiam dotare tenetur, & filio ante nuptias præbere donationem. *l. si pater. 7. §. vtramque igitur. ibi, neque enim leges. C. de dotis promissione. l. qui liberos. 19. ff. de ritu nuptiar. M. I. R. lib. 3. cap. 11. reg. 11.* Huius exceptio prima esse videtur; Nisi parens sit furiosus. verum reprobatur, ita vt à curatore patris dos constituatur, *l. si furiosi. 25. §. hu it aque. C. de nuptiis.* Secunda; Nisi mater, non pater sit, hæc enim ad dotandam filiam non tenetur, approbatur simul & distinguitur *l. mater. 14. C. de iure dotium. M. I. R. d. reg. 11. except. 1.* Tertia; Nisi parens semel dotem dederit, quæ exceptio ipso iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi filia nuptias iterauerit, paterque ex priore matrimonio dotem receperit, approbatur simul & distinguitur *Nouell. c. 97. §. præterea quia, vsque ad §. sed & illud.* Aliam replicationem vide *M. I. R. d. reg. 11. except. 2.*

XIII. Regula: Liberi parentes inopes alere coguntur. *l. 1. C. de alend. liberis & parentib. l. cum non solum. 8. §. ipsum autem in fin. C. de bonis quæ liberis. l. filia. 5. C. de patria potestate. M. I. R. d. cap. 11. reg. 16.* Huius exceptio prima est; Nisi filius inops sit. *l. 2. C. de alendis liberis.* Secunda; Nisi parens egenus non sit. *d. §. ipsum autem, in fine.* Tertia; Nisi impubes sit filius, reprobatur *l. si quis. 5. §. etsi impubes. ff. de agnoscendis liberis.* Quarta; Nisi parens negetur. *d. l. 5 §. si vel parens.* Quinta; Nisi filius miles sit, reprobatur *d. l. 5. §. à milite.* Sexta; Nisi filius in potestate patris non sit, reprobatur. *d. l. 5.* Septima; Nisi non pater, sed auus, vel mater, auusve maternus alendus sit, reprobatur *d. l. 5. §. 1. M. I. R. d. reg. 16. except. 1.* Octauæ exceptionis loco notandum, quod actio proposita aduersus hæredem filii non detur, *d. l. 5. §. item rescriptum.*

XIV. Regula: Filius patris debitum soluere non cogitur. *d. l. 5. §. parens. Concordat l. 2. & l. patris nomine. 3. C. ne filius pro patre.*

XV. Regula, De lugendis parentibus. Liberi parentes defunctos, & contra, lugere tenentur. *l. parentes. 23. ff. de his qui notantur infamia.* Huius exceptio prima videbatur; Nisi filius à patre defuncto sit exhæredatus, vel alias eius hæres non existat, sed reprobatur *l. vlt. ff. eod. tt.* Secunda; Nisi corpus defuncti non compareat. Et hæc reprobatur *d. l. vlt.*

XVI. Regula: Liberi parentum hæredes existunt, & contra parentes liberorum hæredes. *de quo infr. in Parte 4. lib. 10. dicetur.*

DE ADQVISITIONE, QVÆ CONtingit parentibus per liberos.

CAP. XXII.

PRimo: Adquirebatur insuper iure antiquo parentibus per liberos. *Instit. per quas personas cuique adquiritur. §. 1. l. cum oportet. 6. C. de bonis quæ liberis. l. 1. in prin. C. de castrensi peculio. Institut. per quas personas nobis obligatio adquiritur. in pr. l. 2. C. de patria potest. M. I. R. d. cap. 11. reg. 20.* Huius exceptio prima est; Nisi filius occasione militiæ quid adquisierit, approbatur *infr. cap. prox.* Secunda est; Nisi filio quid ab Imperatore vel Augusta sit donatũ. *l. cum multa. 7. C. de bonis quæ liberis.* Tertia; Nisi filius adsessor

adsessor aliquid ex suo officio adquisierit. *l. velut. 7. C. de adsessoribus. M. I. R. d. reg. 20. except. 1.* Quarta: Nisi filius clericus ex suo clericatu quid adquisierit. *l. sacrosanctæ. 32. C. de episc. & clericis. M. I. R. d. reg. 20. exc. 2. Vide item supr. lib. prox. cap. 3. reg. 3.* Quinta: Nisi filius aduocatus occasione suæ professionis quid adquisierit. *l. fori. 4. C. de aduocatis diuers. iud. & l. cum aduocatio. 8. §. omneq; quod C. eod. tit. M. I. R. d. reg. 20. exc. 3.* Sexta: Nisi palatinus filius quid adquisierit. *l. vnica. C. de castrensi omnium pal. peculij.* Septima: Nisi filius scriniarius sit, vel exceptor, vel in alio huiusmodi officio constitutus. *l. ius. 6. C. de castrensi peculio.* Octaua: Nisi filius silentiarius quid adquisierit. *l. iubemus. 5. in pr. C. de silentiariis.* Nona: Nisi ex fratris successione, cui vna cum patre successit filius, adquisiuerit. *Nou. c. 118. §. si cum ascendentib. ibi, nullum in hoc casu.* Decima: Nisi ex matris successione filius adquisierit, approbatur, certo tamẽ modo, *l. 1. in pr. C. de bonis maternis.* Huius replicatio est, quoad vsumfructũ rerum maternarum, hic enim ad patrem pertinet. *d. l. 1.* Plura vide *infr. ead. reg. in mutatione iuris.* Vndecima exceptio est: Nisi filius ab auo vel proauo materno adquisierit. *l. 2. C. d. tt.* Huius replicatio eadem est quæ superioris proximæ, *vt patet ex d. l. 2.* Duodecima exceptio est: Nisi filius ab vxore sua, vel filia à marito suo adquisierit. *l. 1. C. de bonis quæ liberis. M. I. R. d. reg. 20. exc. 6.* Huius replicatio prima est: Nisi cum pater pro filia dotem dedisset, soluto matrimonio filia dotẽ receperit, vel cum pater pro filio ante nuptias donationẽ dedisset, soluto matrimonio filius rem donatam receperit. *l. 2. C. d. tt.* Secundæ replicationis loco notandum, quod parens vsumfructum dictarũ rerum habeat. *d. l. 2. l. quæcunque. 4. in pr. C. de bonis quæ liberis.* Tertia: Nisi non ab vxore, sed à sponsa, vel non à marito, sed à sponso adquisierit, reprobatur *l. non sine. 5. C. d. tt. M. I. R. d. exc. 6. repl. 1.* Decima tertia exceptio est: Nisi cum filius famil. sub conditione stipulatus esset pendente conditione fuerit emancipatus, sed reprobatur *l. quæ legata. 18. in fin. ff. de reg. iuris.* Plane admittitur in legatis conditionalibus, *de quare alibi.* Decima quarta est: Nisi filius sit putatiuus, non verus. *l. per eum. 50. in pr. ff. de adquir. possess. l. iusto. 44. in pr. ff. de vsucap.* Sane exceptio proposita non incommode referri etiam potest ad ea quæ habentur *infr. lib. 7. c. 2. reg. 6.* vbi decimæ exceptionis loco est annotata. Aliam exceptionem vide *M. I. R. d. reg. 20. exc. 7. & 8.*

Mutatio iuris.

Hactenus ius antiquũ, quo parentib. per liberos adquirebatur dominiũ, cum suis exceptionib. expositum est. Iure autem nouo illud mutatur, vt non amplius dominium rerũ, sed vsusfructus tantũ parentib. per liberos adquiratur, præterquam quod ex reb. parẽtum adquirunt. *l. cum oportet. 6. in pr. C. de bonis quæ liberis. Instit. per quas personas cuique adquiritur. §. 1. M. I. R. d. reg. 20. vers. mutatio iuris. & d. c. 11. reg. 21.* Huius iuris noui, quoad vsumfructum etiam, exceptio prima est: Nisi castrense vel quasi castrense peculium sit, quod filius adquisiuit. *d. l. 6. vers. exc. Nou. c. 22. §. quoniã vero semel, in fin. M. I. R. d. reg. 21. exc. 10.* De exceptione castrensis peculij dictũ quoq; *supr. exc. 1.* dicetur que *infr. cap. prox.* Exceptionis quasi castrensis peculij species propositæ sunt *supr. exc. 2. cum sequentibus, vsque ad exc. 9. M. I. R. d. except. 10.* Secunda noui iuris exceptio est: Nisi quid ea conditione filio relictum sit, ne vsufructus eius ad patrem pertineat. *Nouell. cap 117 in prin. M. I. R. d. reg. 21. exc. 12.* Tertia exceptio videtur esse; Nisi pater nuptias iterauerit, sed reprobatur *l. vlt. C. de bonis maternis. Nouell. c. 22. § quoniam vero semel.* Quarta exceptio est: Nisi filius sui iuris sit, non in potestate patris. *l. si viua. 3. C. de bonis maternis. M. I. R. d. reg. 21. except. 1.* Quinta: Nisi filius inuito patre alicuius adierit hæreditatem, *l. cum non. 8. §. 1. C. de bonis quæ liberis.* Sexta: Nisi ex successione fratris, cui vna cum patre successit filius, adquisierit. *Nouell. c. 118. §. si cum ascendentib. ibi, nullum in hoc casu. M. I. R. d. reg. 21. except. 11.* Septima: Nisi seruus filio ita sit adquisitus, vt statim eum manumittat. *l. cum non solum. 8. C. de bonis quæ liberis.* Hæ sunt exceptiones iuris noui, quo vsusfructus rerum per filium adquisitarum parenti vindicatur. Quod autem ad dominium attinet istarum rerum parenti eodem iure denegatum, eius exceptio prima hæc est: Nisi ex re patris filius adquisierit, tunc enim plenum dominium parenti adquiritur. *Instit. per quas personas cuique adquir. §. 1. ibi. sancitum etenim. l. 6. in princ. vers. non ex eius substantia. C. de bonis quæ liberis. M. I. R. d. cap. 11. reg. 20. in fine. except. 1.* vbi etiam distinguitur. Secunda: Nisi pater hæreditatem filio delatam filio recusante adierit. *l. cum non. 8. §. 1. C. de bonis quæ liberis.*

II. QVIBVS PER LIBEROS adquiritur?

De patre naturali & adoptiuo proponitur *l. cum in adoptiuis. 10. 5. § si vero pater. C. de adoptionib.*

III. QVID PER LIBEROS PArentibus adquiratur?

Iure quidem antiquo plenum dominium parentibus adquirebatur, iure autem nouo vsusfructus tantum adquiritur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. quæst. 1.*

IV. EVENTVS ADQVISITI vsusfructus.

I. Regula: Nec cautio nec ratio à parentibus eius vsusfructus nomine est exigenda. *l. cum oportet. 6. §. non autem. C. de bonis quæ liberis. l. cum non. 8. § hoc proculdubio. C. d. tt.* Huius exceptio est; Nisi parens bonorum maternorum vel materni generis vsufructum habeat, pro his enim bona eius pignori sunt obligata. *l. si quis. 8. § fin. C. de secundis nuptiis. l. vlt. §. exceptis videlicet. C. qui potiores in pignore. l. hac edictali. 6. § omnibus. C. de secundis nuptiis. Nouell. cap. 22. §. insuper quod de lucris. ibi, quin etsi quid. Concordat denique l. cum oportet. 6. §. fin. C. de bonis quæ liberis.*

II. Regula: Parens in rebus, quarum vsumfructum habet custodiendis diligentiam debet præstare, quæ regula cum aliis quibusdam approbatur *l. 1. §. 1. C. de bonis maternis.*

III. Regula: Parens actiones inferre & excipere debet earum rerum nomine, quarũ habet vsumfructum. *d. §. 1. l. cum non. 8. §. vbi autem voluntas. & §. vbi autem puerilis. C. de bonis quæ liberis.*

IV. Regula, De mancipiis à patre alendis, & curando ne causa proprietatis fiat deterior, proponitur *d. l. 8. § hoc proculdubio.*

v. Regula: Parentes in rebus, quarum habent vsumfructum, omnia debent agere & gubernare, tanquam dominium eis fuisset adquisitum. *l. 1. §. 1. ibi, atque ita. C. de bonis maternis. l. cum oportet. 6. §. non autem. C. d. bonis quæ liberis.* Huius exceptio est: Nisi quoad alienationem. *d. §. non autem. de quæ re infr. reg. prox.*

vi. Regula, Alienatio vel obligatio rei, cuius parens habens vsumfructum, ab eo facta nullius est momenti. *l. 2. l. quæcunq; 4. in pr. ibi, easdem res. & §. parentib. l. cum oportet. 6. §. autem. ibi, sed tantummodo. C. de bonis quæ liberis. Nou. c. 22. §. insuper quod de lucris.* Huius exceptio prima est: Nisi triginta annorum præscriptio vindicanti obstet, ex eo tempore numeranda, quo filius sui iuris est effectus. *d. §. parentib. vers. nisi forte. & d. §. insuper quod de, in fin.* Cuius replicatio est: Nisi triginta annorum præscriptioni etiam illud tempus sit cõnumeratum, quo filius in patris potestate fuit, vel minoris ætatis. Quæ replicatio constat *ex legibus iam propositis*, secundum quam etiam intelligenda est *l. 1. in fin. C. de bonis maternis.* Secunda exceptio est: Nisi res ex fructibus rerum, quarum vsumfructum habet, redactas alienauerit, non principales. *l. cum oportet. 6. §. etsi quid ex vsu. C. de bonis quæ liberis.* Tertia: Nisi pater non suo, sed filij nomine alienauerit. *l. cum non. 8. §. sed pater. C. de bonis quæ liberis:* Quarta: Nisi res perituras, vel aliis rebus damnosas, pater vendiderit, preciumque in rem filij verterit, *d. l. 8. §. non autem.*

vii. Regula, De ære alieno hæreditario soluendo, proponitur *l. cum non. 8. §. sin autem æs, vsque ad §. hoc proculdubio. C. de bonis quæ liberis.*

viii. Regula: Patre vsumfructum remittente, eius hæredes illum vindicare non possunt *l. cum oportet. 6. §. sin autem. C. de bonis quæ liberis.*

ix. Regula: Filius res, quarum parens vsumfructum habet, alienare non potest, nec testari, *l. cum non. 8. §. filiis. C. d tt. l. si filius. 3. in prin. C. de patria potestate. M. I. R. d. cap. 11. reg. 22.*

x. Regula: Parente defuncto, bona, in quib. vsumfructum habuit, præcipua computantur filio in familiæ erciscundo iudicio. *l. 2. §. fin. C. de bonis maternis.*

xi. Regula: Mortuo filio, bona, in quib. parens vsumfructum habet, non ad parentem iure peculij, quemadmodum in castrensi peculio iuris est, *vt infr. dicitur*, sed ad hæredes filij iure hæreditario transeunt. *l. quod scitis. 3. C. de bonis quæ liberis. l quæcunque. 4. §. eo videlicet obseruando. & l. cum oportet. 6. §. sub hac tamen. & §. cum autem, in fin. C. eod. tt. M. I. R. lib. 4. c. 6. reg. 1. except. 3.*

DE CASTRENSI ET QVASI CASTRENSI PECULIO.

CAP. XXIII.

QVoniam supra *cap. prox. q. 1. exc. 1. cum sequentib. item ibid. exc. 1. iuris noui* dictum est, ea quæ castrensis & quasi castrensis peculij essent, parentibus per liberos non adquiri, etiam quoad vsumfructum, nunc de definitione & iure castrensis peculij nobis latius est agendum. Quod autem de castrensi peculio dicetur, de quasi castrensi peculio quoque erit intelligendum.

I. DEFINITIO CASTRENSIS PECULIJ.

Castrense peculium dicitur, quod filiusfamilias occasione militiæ adquirit. *l. castrense. 11. ff. de castrensi peculio. & l. 1. C. eod. tt.* Huius regulæ seu definitionis exceptio prima est: Nisi etiam sine militia idem erat adquisiturus, & non occasione militiæ adquisierit, *d. l. 11.* Exemplum proponitur *d. l. 1. §. penult.* Aliud *l. pater. 15. in pr. ff. de castrensi peculio.* Item aliud *l. si militi. 6. ff. de castrensi peculio.* Cuius replicatio prima videtur esse: Nisi is qui filiofamilias donauit, expresserit, vt in castrensi peculio haberet, sed reprobatur *l. si forte. 8. ff. eod. tt.* Secunda est: Nisi res sit quasi castrensis peculij, ea enim quamuis etiam sine militia sit adquisita, tamen castrensi peculio comparatur, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæst. 1. exc. 2. cum sequentibus.* Secunda propositæ definitionis exceptio est: Nisi filiusfamilias miles ab eo hæres institutus sit, cui etiam sine occasione militiæ notus & amicus fuit, tunc enim hæreditas ista castrensi peculio non connumeratur. *elicitur ex contrario sensu l. 1. §. in quibus sunt etiam. C. de castrensi peculio. Concordat l. de hæreditate. 19. in pr. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi à commilitone suo in ipso commilitio sit hæres institutus. *d. l. 19. & l. cum allegas. 4. C. eod. tt.* Cuius duplicatio est; Nisi testator in alia prouincia militet, quam in qua hæres institutus. *l. dotem. 16. §. fin. ff. eod. tt.* Secunda replicatio est: Nisi seruus castrensis peculij, non ipse filiusfamilias à noto hæres sit institutus. *l. de hæredit. 19. §. 1. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi ab vxore sua filius hæres sit institutus. *l. diuus Hadrianus. 13. ff. de castrensi peculio. l. dotem. 16. in prin. ff. eod. tt.* Tertia exceptio est: Nisi vxor marito militanti dotem dederit vel promiserit. *d. l. 16. in princip.* Quarta: Nisi in militiam eunti prædia sint donata, *l. 1. §. fin. C. de castrensi peculio. & l. si filiusfamilias, 4. C. famil. erciscundæ.* Huius replicatio prima est: Nisi in castris per occasionem militiæ adquisierit. *d. l. 4.* Secunda: Nisi in hæreditate, quæ castrensis peculij est, prædia sint *l. 1. ibi, in quibus sunt etiam. C. de castrensi peculio.* Tertia: Nisi pecunia quæ est castrensis peculij, prædia sint comparata. *d. l. 1. §. fin.* Quinta exceptio: Nisi cum is qui sui iuris erat, occasione militiæ quid adquisiuisset, postea se adrogandum dederit, reprobatur *l. miles. 4. §. si pater. ff. d tt.* Sexta: Nisi antequam in militiam proficisceretur filius, ei fuerit donatum, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ad res militares comparandas pecunia illi sit data, eaque pecunia res militares comparatæ. *l, si mulier. 3. ff. d. tt.*

II. QVÆ SINT IVRA CASTRENSIS PECULIJ.

i. Regula: Pater in rebus castrensis peculij nihil iuris habet. *l. ex nota. 10. ff. de castrensi peculio. l. errat. 3. in fin. C. eod. tt. Concordant item ea quæ dicta sunt supr. cap. prox. quæst. 1. de iure nouo, except. 1.*

ii. Regula: Pater rem castrensis peculii filio inuito auferre non potest, nec alienare. *l. pater. 12. ff. de castrensi peculio. Instit. quibus non est permissum facere testam. §. ex hoc intelligere.* Huius exceptio est: Nisi cum pater rem peculij castrensis alienasset, postea filio defuncto ad patrem peculium pertinere cœperit. *l. qui res suas. 98. §. rem autem. ff. de solutionibus.* Cuius replicatio est: Nisi eo tempore, quo dies alienationis cedit, filius adhuc viuat. *l. ex castrensi. 18. in prin. ff. de castrensi peculio.*

iii. Re-

iii. Regula, Filius hæreditatem castrensis peculij etiam citra iussum patris adire potest. *l. miles filiusfamilias. 5. ff. de castren. peculio. l. de hæreditate. 19. §. 1. ff. d. tt.*

iv. Regula, Filiusfamilias rem castrensis peculij etiam sine consensu patris alienare potest. *l. 2. C. de castrensi peculio.*

v. Regula, Actionem rerum castrensium filius etiam inuito patre habet. *l. miles. §. 1. ff. eod. tt.*

vi. Regula, Filius quatenus est in peculio castrensi, tenetur creditoribus etiam non castrensibus *l. si castrense. 7. ff. d. tt.*

vii. Regula, Pater castrensibus creditoribus non tenetur. *l. ex castrensi. 18. §. si quando. ff. de castrensi peculio.*

viii. Regula, Pater actionem castrensis peculij mouere non potest, nisi satisfecerit filium rem ratam habiturum. *d. §. si quando.*

ix. Regula, Vsufructu rei castrensis peculij extincto, plenam proprietatem filius habebit. *l. pater. 15. §. fin. ff. de castrensi peculio.*

x. Regula, Filio, non patri, per seruum qui est castrensis peculij, adquiritur. *d. l. 15. §. si seruus.*

xi. Regula, In castrensi peculio inter patrem & filium qui in eius est potestate, obligatio simul & actio consistit. *d. l. 15. §. 1.* Plura de regula proposita vide *inf. lib. 15. cap. 3. exc. 5.*

xii. Regula, Pater rem castrensis peculij vsufructu & cæteris seruitutibus liberare potest: item seruitutes illis potest adquirere, imponere autem non potest. *l. ex castrensi. 18. §. seruos. ff. de castrensi peculio.*

Reliqua castrensis peculij iura suis subiecta sunt locis. Sed & huc pertinet successio in peculium castrense filio mortuo: de qua sequitur.

III. DE SVCCESSIONE IN CASTRENSE PECULIUM FILIO MORTUO.

I. QVIBVS ISTA SVCCESSIO competat?

i. Regula: Testamento facto, peculium illud ad hæredem scriptum pertinet: quia licet filiofamilias de castrensi peculio testari, *per ea quæ habentur inf. l. 9. c. 6. exc. 2.* Sed & huius regulæ exceptiones tot sunt, quot aduersus testamenta exceptiones.

ii. Regula: Intestato mortuo filio, peculium castrense ad patrem pertinet, *per ea quæ proponentur paulo inferius reg. 4.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi scriptis hæredibus deliberantibus pater decesserit, posteaq; illi hæreditatem ex testamento repudiauerint. sed reprobatur *l. proponebatur. 9. ff. de castrensi peculio.* Secunda: Nisi filius liberis vel parentibus proximioribus relictis decesserit. per hos enim parens, in cuius potestate filius defunctus fuit, excluditur. approbatur in bonis maternis & nuptialibus, quorum parens vsumfructũ tantum habuit, *l. quod scitis. 3. C. de bonis quæ liberis.*

II. QVID VENIAT IN SVCCESSIONE castrensis peculij?

iii. Regula, De eo quod seruus castrensis peculij ante aditam hæreditatem adquisiuit vel stipulatus est, proponitur *l. in eo. 33. ff. de adquir. rer. dom. l. filiusfamilias. 14. ff. de castrensi peculio.* Exceptio est: Nisi seruus castrensis peculij cum alio sit communis: tunc enim socio in solidum adquiritur. *l. si seruus. 18. in prin. ff. de stipulat. seruorum.*

III. QVOMODO SVCCESSIO competat?

iv. Regula: Patri, mortuo filio, peculium castrense non tanquam hæreditas obuenit, sed tanquam peculium filij. approbatur simul & distinguitur *l. 2. ff. de castr. pecul. l. 1. & l. proponebatur. 9. §. diuebam. ff. eod. tt. l. intelligis. 5. C. eod. tt.* Huius exceptio est: Nisi pater à filio hæres scriptus, hæreditatem adierit, *d. l. 2.*

IV. EVENTVS SVCCESSIONIS.

v. Regula, Pater, si sine testamento defuncto filio successit in peculium, actionibus aduersus filium competentibus tenetur tanquam actione de peculio: & ideo post annum à morte filij præscriptione vtetur. sin autem hæres à filio scriptus ex testamento hæreditatem adierit, præscriptione iam dicta non vtetur. *l. pater. 17. in prin. ff. de castrensi peculio.* Huius exceptio est: Nisi pater omissa causa testamenti, castrense peculium possedit, approbatur simul & distinguitur *d. l. 17. §. pater.* Hactenus, quæ sint iura patriæ potestatis, expositum est. Plura huiusmodi iura videi *inf. c. 28. q. 3.*

DE NATVRALIBVS LIBERIS.

CAP. XXIV.

EA quæ hactenus dicta sunt de patria potestate, exceptionem recipiunt in liberis natural. Ideoq; de his nobis hic tractandum est. Naturales autem liberi dupliciter dicuntur: primum ij quos ex iustis nuptijs procreauimus, non adoptauimus. In hac significatione sumitur *Instit. de adopt. in princ.* De his nihil in hoc Capite dicetur. Alio modo naturales liberi dicuntur, quos procreauimus quidem, sed non ex iustis nuptijs: qui alias dicuntur illegitimi. De his in hoc Capite agetur.

I. ORIGO NATVRALIVM LIBERORVM PROPONITVR

Nouell. cap. 89. §. ac natura. & §. sed & illud. vers. neque enim initio. Nouell. cap. 74. §. liceat igitur. versic. neque enim à principio.

II. DEFINITIO AC SPECIES naturalium liberorum.

i. Regula, Naturales liberi (*vt paulo superius dictum est*) hic dicuntur, qui non ex iustis nuptijs sunt procreati. Quæ definitio proponitur *Instit. de nuptiis. §. si aduersus ea. Nou. cap. 89. §. legitimi certe. M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 6. M. I. R. lib. 5. cap. 11. reg. 23.* Huius definitionis exemplum est, Si nuptiæ sine patris consensu sint contractæ. ex istis enim nuptijs progenitus iustus filius non dicetur, sed naturalis. *l. respondit. 11. ff. de statu hominum.* Aliud, Si cum seruo nuptiæ sint contractæ, & ex eo coitu liberi nati. *l. si ignorans. 3. C. soluto matrim.*

ii. Regula: Naturales & illegitimi liberi non dicuntur, qui ex iustis nuptijs sunt procreati. *Quæ regula constat ex supradictis.* Eius autem videntur aliquot esse exceptiones, quarum prima est: Nisi ex eo matrimonio, quod sine instrumentis dotalibus contractum est, sint nati. reprobatur *Nouell. c. 117. §. sed & hoc.* Secunda videtur esse: Nisi matrimonium, ex quo liberi nati sunt, postea per diuortium sit solutum. sed reprobatur *d. c. 117. §. sed & illud. M. I. P. lib. 4. cap. 20. reg. 3.* Tertia: Nisi pater liberos suos legitimos esse nollit. reprobatur *Nou. cap. 74. §. quoniam autem, cum sequentibus.* Quarta:

Nisi partus sit monstrosus aut prodigiosus. approbatur simul & distinguitur *l. non sunt. 14. ff. de statu hominum.* Contradicit *l. quaeret aliquis 135. ff. de verbor. signific.*

III. CAVSÆ SEV MODI, quibus naturales efficiuntur legitimi.

I. Causa, Si filius naturalis offeratur curiæ, legitimus efficitur; vel filia naturalis nupta decurioni, similiter legitimatur. *Nouell. cap. 89. §. primus itaque. § si qui is igitur. & §. atque hæc similiter. Instit. de nuptijs §. fin. l. si quis. 3. in princ. & §. fin. C. de naturalib. liberis. M. I. R. lib. 3. cap. 11. reg. 27.* Exceptio prima est: Nisi alterutrius, quam ex qua oriundus est, ciuitatis curiæ filius sit oblatus. *l. si quis. 3. in prin. C de naturalibus liberis Nouell. 89. §. igitur si quis* Cuius replicatio est: Nisi ex vrbe Roma aut Byzanto originem ducat, tunc enim cuiuslibet ciuitatis, dummodo metropolis sit, curiæ filium offerre potest. *d. §. igitur si quis, in fin. d. l. 3. in prin. ibi: quod si alterutram. C. de naturalib. liberis.* Secunda exceptio: Nisi filius curiæ oblatus ex ancilla sit natus. reprobatur *Nouell. cap. 89. §. certe tantam. & §. insuper etsi.* Tertia: Nisi filius curiæ offertur, à curiali fortuna sit liber. *Nouell. constit. 89. §. si quis igitur. ibi: nisi tam ampla forte.* Quarta: Nisi filius in testamento curiæ oblatus, illam conditionem recuset. *d. §. si quis igitur. ibi: deindeque is scripturam amplectatur.* Huius replicatio prima est: Nisi cum filius voluntatem patris recusasset, postea inueniatur aliquid ex bonis patris possidere. *l. si quis. 3. §. & quod de. C. d. naturalib. liberis. l. quoniam. 4. C. eod. tt. item Nouell. cap. 89. §. enimuero si cum.* Secunda: Nisi filius semel voluntatem patris agnouerit. *d. cap. 89. §. simulatque.* Quinta propositæ causæ exceptio est: Nisi naturalis curiæ oblatus fratres habeat legitimos. *Nouell. cap. 89. §. siue etiam defuncto patre. & §. certe tantam in fin. M. I. R. d. reg. 27. except. 1.* Huius replicatio est: Nisi non ipse filius seipsum offerat, sed à patre offeratur: tunc enim, quamuis pater alios quoque filios legitimos habeat, tamen oblatio valet. *d. §. siue etiam defuncto. §. si quis igitur naturalium. & §. illud autem. l. communium. 6. § fin. C. de naturalibus liberis. M. I. R. d. except. 1. replic. 1.* Sexta exceptio est: Nisi de alterius hæreditate, quam eius qui filium obtulit, quæstio sit: tunc enim curiæ oblatus pro legitimo in ista hæreditate non habetur. *d. l. 9. in princ. C. de naturalibus liber. Nouell. cap. 89. §. cum autem.* Hæc de prima causa.

II. Causa legitimationis filiorum est, subsequens matrimonium. *l. diui. 5. l. iubemus. 7. §. nihilominus. & l. cum quis. 10. C. de natural. liberis. Instit. de nupt. §. fin. Nou. c. 89. §. reliquum est. M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 7. M. I. R. d cap. 11. reg. 25.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi matrimonium inter patrem & matrem filij naturalis iure non subsistat. *Instit. de nupt. §. fin. ibi: cuius matrimonium minime legibus interdictum fuerat. l. cum quis. 10. in prin. C. de naturalib. liberis. Nouell. c. 89. §. reliquum. ibi: si quis igitur. M. I. R. d. reg. 25. except. 1.* Proinde liberi ex adulterio nati per subsequens matrimonium legitimari non possunt: quia inter adulterum & adulteram matrimonium non subsistit, *vt sup. c. 3. exc. 40. est osteſum.* approbaturq; species proposita etiam *Nou. c. 18. §. consideremus. ibi: sicut enim quis legitimæ vxori. item Nouell cap. 89. §. enimuero. ibi. quemadmodum enim si quis. M. I. P. d. reg. 7. except. 1. M. I. R. d. reg. 25. except. 2.* Secunda exceptio est: Nisi nuptialia instrumenta non sint conscripta. *Et hæc exceptio constat ex iis quæ sup. proposita sunt, item ex ijs quæ proponentur inf. in sequentibus. Concordat item Nouell. cap. 78. § cæterum si quis. M. I. R. d. reg. 25. except. 3.* Tertia: Nisi post contractum matrimonium nulli nascantur liberi, vel nati decesserint, reprobatur *l. nuper. 11. C. de naturalibus liberis. Nouell. cap 89. §. reliquum est. ibi. & Nouell. cap. 12. §. ac cum inter. ibi. siue etiam postea.* Quarta exceptio videtur esse: Nisi post contractum matrimonium alij nascantur filij legitimi. sed reprobatur *l. cum quis. 10. C. de naturalib. liberis. & Nouell. cap. 89. §. reliquum est. ibi nam cum ea ipsa.* Quinta: Nisi ex alio matrimonio & ex alia vxore supersint liberi legitimi. reprobatur *Nouell. cap. 12. §. ac cum inter.* Sexta: Nisi liberi naturales ante constitutionem supradictam sint nati, reprobatur *Nouell. constit. 19.* Septima: Nisi post Imperatoris Zenonis constitutionem, cõcubinam quis habuerit, & ex ea liberos procreauerit, exindeque illam in vxorem duxerit. *l. diui. 5. §. fin. C. de natural. liberis.* Plane exceptio hæc mutata ac sublata est. *Nouell. constit. 89. §. ac cum tres.* Octaua exceptio videtur esse: Nisi filij naturales ex ancilla sint nati, sed reprobatur *Nouell. cap. 18. §. porro autem.* Hæc de secunda causa.

III. Causa legitimationis est, rescriptum principis. *Nouell. c. 74. in prin. vsque ad §. & nos non latuit. M. I. R. lib. 3. cap. 11. reg. 26.* item rescriptum Papæ. *M. I. P. d. cap. 2. reg. 8.* Exemplum proponitur *l. diuus Marcus. 58. ff. de ritu nuptiarum.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi pater qui rescriptum impetrat, legitimos habeat liberos. *d. c. 74. §. liceat igitur §. sit igitur licentia. versiculo; in his qui legitimos non habent filios. item §. si vero solummodo. versiculo; omnino enim suis existentibus. d. cap. 89. §. sed & illud. vers. si quis igitur non legitimos. item versic. non subsistentib. videlicet (vt diximus) legitimis, item d. c. 89. §. in vniuersum, in fin.* Secunda: Nisi per subsequens matrimonium pater filios legitimare possit, nulla legitima causa impediente. *eliditur ex d. Nou. c. 74. §. sit igitur licentia. ibi: si ex veritate. Concordat d. c. 89. §. sed & illud. vers. vxorem autem vel omnino. M. I. R. d. reg. 26. exc. 10. dist. 1.* Tertia: Nisi filius naturalis rescriptum petens, non ostenderit patris testamentum, quod eius petitioni suffragetur *d. Nouell. c. 74. §. si vero solummodo. ibi; supplicantibus tamen. & d. c. 89. §. esto igitur patri. vers. sane si naturalium.* Quarta: Nisi filij naturales ex ancilla sint nati. *d. c. 89. §. sed & illud. vers. modo ex libera procreati sint.*

IV. Causa legitimationis est, adoptio; si scilicet liberi naturales à patre suo naturali adrogentur. *l. iubemus. 6. C. de naturalibus liberis.* Mutatur ac tollitur hæc constitutio, reprobaturq; causa proposita *l. legem. 7. C. eod. tt. Nouell. c. 89. §. ac cum tres. ibi. quomodo & constitutionem & §. modum vero. item Nouell. c. 74. §. & nos non latuit.*

V. Causa legitimationis est, Si pater in instrumento publico, vel apud acta confiteatur illum esse, non adiecto, naturalem. *Nou. c. 118. §. adhæc vero & illud. M. I. R. d. cap. 11. reg. 31.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Hactenus causæ ex quibus liberi naturales efficiuntur legitimi, expositæ sunt. Harum autem exceptio generalis prima est: Nisi liberi naturales legitimi esse nolint. *Nouell. c. 89. §. in vniuersum.* Altera: Nisi ex prohibito coitu filius sit natus. *De hac exceptione vide inf. eod. cap. in fine. M. I. P. d. reg. 8. exc. 1. M. I. R. d. reg. 26. except 22.*

IV. PROPRIA IVRA NATURALIUM LIBERORUM.

I. Regula, De hæreditate ex testamento, legatis & donationibus. Pater naturalibus liberis non nisi vnciam bonorum suorum relinquere vel donare potest. *l. 2. C. de natural. liberis. Nou. c. 89. § discretis. vers. ne igitur perpetuo. M. I. R. d. cap. 11. reg. 33.* Huius exceptio prima est: Nisi filius naturalis sit legitimatus. *Nouell. cap. 89. § vnde his à nobis. M. I. R. d. cap. 11. reg. 23. & d. reg. 33. except. 1.* Cuius species vide *sup. in causis legitimationis.* Plane huius exceptionis replicatio est: Nisi pater filio naturali plus relinquat, quam vni filio legitimo. *l. communium 9. §. fin. C. de naturalib. liberis.* Secunda exceptio est; Nisi legitimi filij nulli supersint, nec mater relinquentis. *l. humanitatis. 8. C. de naturalib. liberis. M. I. R. d. reg. 33. except. 2.* Huius prima replicatio est; Nisi vltra semissem bonorum filio naturali pater relinquat. *d. l. 8. quæ tamen mutatur Nouell. cap. 89. § cæterum si legitimos Cui concordat l. iubemus, 6. in prin. C. de naturalib. liberis.* Secunda propositæ exceptionis replicatio videtur esse: Nisi ascendentes relinquentis supersint, verum reprobatur *d. §. cæterum si legitimos.* Tertia propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi non in vltima voluntate reliquerit, sed inter viuos pater filio naturali donauerit, aut pro filia in dotem dederit, sed reprobatur *l. humanitatis. 8. §. quam & in legatis. C. de naturalib. liberis. M. I. R. d. reg. 33. except. 9.* Quarta est: Nisi non pater, sed auus nepoti naturali relinquat. *l. cuidam. 12. C. d. tt. Nouell. c. 89. §. quod enim ad spurios.* Cuius replicatio est: Nisi auus habeat alios liberos legitimos. *d. l. 12.* Quinta exceptio est; Nisi non filio naturali, sed nepoti ex eo auus relinquat. approbatur simul & distinguitur *d. l. 12. M. I. R. d. reg. 33. exc. 3.* Hactenus exceptiones propositæ regulæ sunt enumeratæ, quarum replicationes aliquot sunt generales, nimirum; Nisi ex incesto & nefario coitu filij sint nati. item; Nisi ex senatore & liberta sint nati. *de quibus vide inf. eod. c. in fin.*

II. Regula, De hæreditate parentis ab intestato. Hęc liberis naturalibus regulariter quidem non debetur. *Inst. de nupt. §. si aduersus ea. M. I. R. d. cap. 11. reg. 35.* Verum eius exceptio prima est; Nisi filius sit legitimatus. *Instit. de hæredit. quæ ab intestato. §. quib. connumerari. Concordant ea quæ dicta sunt sup. reg. prox. except. 1. Sed & concordat Nouell. c. 89. §. reliquum. item ea quæ dicta sunt sup. q. prox. M. I. R. d. reg. 35. except. 1.* Secunda exceptio est; Nisi pater legitimis liberis non existentibus decesserit. *l. iubemus. 6. ibi: ab intestato quoq; C. de naturalib. liberis. Nouell. c. 18. §. consideremus. & Nouell. c. 89. §. enimuero si quis. M. I. R. d. reg. 35. except. 5.* Cuius replicatio prima est; Nisi pater vxore legitima relicta decesserit. *d. §. consideremus.* Secunda; Nisi non ex concubina, sed ex alia muliere, non vxore sint nati. *d. §. enimvero. vers. solis enim huiusmodi item d. §. consideremus. ibi: talibus enim solis hæc sancimus.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod filij naturales vltra sextantem ab intestato hæreditatis petere non possint. *d. §. enimuero. vers. paternæ substantiæ sextantem. & d. § consideremus. ibi. Damus eis & intestato parentibus morientibus duas habere vncias paternæ substantiæ. M. I. R. d. except. 5.* Huius duplicatio est; Nisi filiæ curiæ se offerant, patre decurione existente. tunc enim illis debetur dodrans. *Nouell. cap. 38 §. si cui vero. ibi: si vero & ipse.* Quarta replicatio est; Nisi defunctus pater plures concubinas habuerit, non vnam tolum. *d. § enimuero si quis vers. atque hæc quidem si vni. & d. §. consideremus. ibi; & hæc dicimus, si vni concubinæ cohabitauerit.* Quinta replicatio videtur esse; Nisi non filij, sed filiæ sint naturales. sed reprobatur *d. §. enimuero, vers. non constituimus autem inter filios & d. §. consideremus. ibi non autem distinguimus de filiis.* Sexta est; Nisi ex nefario & incesto coitu filij sint nati. *De hac re vide inf. eod. cap. in fin.* Hæc de secunda exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Tertia propositæ regulæ exceptio videtur esse; Nisi non de patris, sed aui hæreditate agatur. sed reprobatur *l. cuidam. 12. §. fin. C. de naturalibus liberis. M. I. R. d. reg 35 except. 2.* Quarta exceptio; Nisi non de patris, sed de matris hæreditate agatur, approbatur & distinguitur *inf lib. 10. cap. 2. de S. C. Orphitiano, except. 4.*

III. Regula, De hæreditate cognatorum. Hæc hæreditas liberis naturalibus non competit. *per ea quæ dicta sunt sup. quæstione proxima, causa 1. exception 6 Concordat cuidam. 12. §. fin. C. d. tt. M. I. R. lib. 3. c 11. reg. 36.*

IV. Regula; De hæreditate naturalium liberorum; quis in eam succedat, proponetur *inf. in loco hæreditatum in Parte 4.*

V. Regula, De alendis liberis naturalibus. Parens quidem eos alere non tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 21. quæst. 5. reg. 10. except. 5.* Sed mortuo patre hæredes eius eis alimenta debent. *Nou. cap. 89. §. si vero oportet. Vide sup. cap. 21. q. 5. reg. 10. except. 5.*

VI. Regula, De gratitudine filiorum naturalium & reuerentia erga parentes, proponitur *d. c. 89. §. certe in quibus.*

VII. Regula, Liberi naturales matris, non patris conditionem sequuntur. *l. cum legitimæ. 19 ff. de statu hominum. M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 11.* Vide item *inf. lib. vlt. cap. vlt. in verbo Vulgo quæsitus.*

De exceptione præcedentium regularum generali.

Hactenus propria naturalium liberorum proposita sunt. Verum eorum omnium, quæ hucusque vel in regulis, vel exceptionibus pro liberis naturalibus statuta sunt, exceptio generalis hæc est; Nisi ex nefario, aut incesto, prohibitoque coitu filius sit natus. *Nouell. cap. 89 §. postremo. M. I. R. d. cap. 11. reg. 25. except. 22. & reg. 36. except. 1.* Altera exceptio est; Nisi ex senatore & liberta sint nati. Quæ exceptio approbatur *l. 1. C. de naturalib. liberis.* Sed abrogatur *d. §. postremo. versic. proinde tamen si.* Hæc de naturalibus liberis, nec non de iure inter patentes & liberos quod sit; nunc de causis huius iuris, seu patriæ potestatis tam adquirendæ quam amittendæ dicetur.

DE CAVSIS PATRIÆ POTESTATIS adquirendæ; nec non de actionibus alijsque remediis quibus quis filius alicuius dicitur, vel negatur.

CAP. XXV.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS QVIS filius probatur, vel saltem est agnoscendus pro filio.

PRima regula: Si quis ex vxore alicuius natus sit, filius eius præsumitur *l. filium. 6. in prin. ff. de his qui sui vel alieni iuris. & l. nam cuium. 4. in fin. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 2. cap. 11. in verbo Filiatio.* Huius regulæ exceptio prima videtur esse: Nisi septimo mense natus sit. sed reprobatur *l. septimo. 12. ff. de statu hominum.* Secunda est: Nisi post decimum mensem à morte vel coitu patris editus sit partus. *l. 3. §. fin. ff de suis & legit. hæredit. Nouell. 39. §. alterum vero illud. vers. siquidem mulier. M. I. R. in d. verbo Filiatio, exc.* 4. Tertia: Nisi maritus diu absfuerit, vel ex alia causa cum vxore non coierit. *l. filium. 6. ff. de his qui sui. M. I. R in d. verbo Filiatio, except.* 1. Huius replicatio est; Nisi ablens prægnante vxore reuersus, omiserit ea quæ senatusconsulto continentur. *l. 1. §. si quis longo. ff. de agnoscendis liberis.* Quarta exceptio est: Nisi mulier prægnans, facto diuortio, non denunciauerit marito se ex eo prægnantem esse, vel alia quæ senatusconsulto continentur, omiserit. *l. 1. §. sed si maritus. ff. de agnoscendis liberis. & l. 1. §. de inspiciendo. ibi: si cui ventrem. ff. de inspiciendo ventre.* Huius replicatio prima est; Nisi probari possit filium esse. *l. 1. §. idem per contrarium. §. ex his apparet. §. si mulier, in fin. & §. eleganter, in fin. ff. de agnoscendis liberis.* Secunda: Nisi ob imperitiam & rusticitatem mulier omiserit. *l. 1. § fin. & l. 2 ff. de inspiciendo ventre.* Plura de exceptione proposita vide *inf. cap. 27. quæst. 1. exception. 2.* Quinta exceptio est: Nisi iudex pronunciauerit, matrem ex illo viro qui pater dicitur, prægnantem non esse *l. si vero. 3. in princ. ff. de agnoscendis liberis. & l. 1. §. pari modo. ff. de liberis exhibendis.* Sexta: Nisi mater professa sit, se ex eo qui pater dicitur, prægnantem non esse. reprobatur in casu *l. imperatores 29. §. mulier. ff. de probationibus.* Septima: Nisi delato iureiurando iuratum sit, matrem ex eo qui pater dicitur, prægnantem non esse. reprobatur *l. ait prætor. 3. §. pen. ff. de iureiurando.* Octaua: Nisi in captiuitate filius conceptus & natus sit. ipso quidem iure approbatur *per id quod dictum sup. cap. 24. quæst. 2 reg. 1. exemplo 2.* verum eius replicatio est: Nisi parentes cum filio postliminio sint reuersi. approbatur simul & distinguitur *l. diui. 26. ff. de captiuis.*

II. Regula: Si iudex matrem ex aliquo prægnantem esse pronunciauerit, natus filius eius habetur, quamuis reuera filius eius non sit. *l. 1. §. fin. cum legibus sequentibus. ff. de agnoscendis liberis.*

III. Regula: Si iudex ali aliquem debere pronunciauerit, non fit præiudicium ei an sit filius. *l. si iudex. 10. ff. de his qui sui. l. si quis. 5. §. meminisse. & l. si neget. 7. ff. de agnoscendis liberis.*

IV. Regula: Si delato iureiurando mater iurauerit, se ex aliquo esse prægnantem, partui non prodest. *l. ait prætor. 3. §. penult. ff. de iureiurando.*

V. Regula: Si vir confessus sit, mulierem ex se prægnantem: vel cum ei denunciaretur, non negauerit: partus filius eius præsumitur. *l. 1. §. Iulianus. ff. de agnoscendis liberis. Concordat inf. reg. prox.* Huius exceptio est: Nisi contrarium probetur, filium non esse. *d. §. Iulianus. & §. idem Iulianus. l. 14. C. de probationib.* Replicatio est: Nisi in iudicio vir confessus sit, matrem ex se prægnantem, vel filium suum esse. *d. §. Iulianus.* De qua re plura vide *sup. lib. 2. cap. 17.*

VI. Regula; Si denunciante vxore maritus custodes non miserit, vel alia quæ senatusconsulto continentur, omiserit, agnoscere partum cogetur. *l. 1. §. pœna. & §. ex his apparet, in fin. ff. de agnoscendis liberis.* Huius exceptio prima est: Nisi contrarium probetur, filium eius non esse. *d. l. 1. §. Iulianus. Alias leges concordantes vide sup. reg. prox.* Secunda; Nisi marito nihil à muliere sit denunciatum. *d. l. 1. §. illud.*

VII. Regula; Si denunciante muliere vir custodes miserit, ob hoc partum agnoscere non cogitur. *l. 1. §. quemadmodum. ff. de agnoscendis liberis.* Plures huiusmodi regulas, quibus quis filius alicuius probatur, vide *sup. lib. 2. cap. 17. quæst. 3. reg. 5. de eo an sit filius probando.* Plures huiusmodi regulas *vide M. I. R. in d. verbo Filiatio, cum seqq.*

II. QVÆ ACTIO, QVODQVE remedium competat, si quis filius alicuius dicatur, vel negetur?

I. Regula; Qua actione liberi petantur, definitur *l. 1. §. 1. ff. de rei vendicat. M. I. R. lib. 3. c. 11. reg. 38.*

II. Regula; Interdicto de liberis exhibendis & ducendis filius peti potest. *l. 1. §. post editum ff. de inspiciendo ventre.* De hoc interdicto dicetur *inf. cap. prox.*

III. Regula; Si maritus mulierem ex se prægnantem dicat, mulier à prætore euocanda est, venterq; inspiciendus ac custodiendus. *l. 1. in prin. vsq; ad §. de inspiciendo. ff. de inspiciendo ventre.*

IV. Regula; Si mulier se ex aliquo prægnantem dicat, competit senatusconsultum Plautianum de partu agnoscendo. de quo *inf. c. 27.* Competunt & alia remedia, de quibus vide *inf. c. 27. in fine.*

V. Regula; Si partus subiectus esse dicatur, itidem senatusconsultum Plautianum locum habet. *l. 1. in prin. ff. de agnoscendis liberis.* Sed & competit hoc casu accusatio ex lege Cornelia de falsis. quæ accusatio an competat mortua muliere, definitur *l. qui falsam. 19. § fi. ff. ad l. Cornel. de falsis.* Quibus ea competat, definitur *l. lege Cornelia. 30. in fin. ff. eod. tt.* Apud quem competat, definitur *l. cum suppositi. 10. C. eod. tt.* Quando competat, definitur *l. 1. C. d. tt.* Quamdiu competat, definitur *d. l. 19. §. fin.* Hæc de remediis, si filius quis dicatur, vel negetur, quæ scilicet ea sint, dicta sunt. Sed & alia vide *inf. cap. prox. quæst. vlt. item inf. cap. 27. quæst. vlt.* De quibusdam autem huiusmodi remedijs nunc copiosius est dicendum.

DE INTERDICTO DE LIBERIS exhibendis & ducendis.

CAP. XXVI.

I. VERBA HORVM INterdictorum.

PRioris interdicti de liberis exhibendis verba proponuntur *l. 1. in princ. ff. de liberis exhibendis.* Posterioris de liberis ducendis, *l. deinde. 3. in principio. ff. eod. ti.*

II. Differentia & cognatio interdictum proponitur *d. l. 3. §. 1.*

III. CAVSA EX QVA HÆC interdicta competunt.

Si quis aliquem filium suum & in potestate sua esset dicit, eumq; sibi exhiberi & duci petat, hæc interdicta competunt, *per ea quæ iam sunt proposita. Concordat l. 1. cum sequenti. C. de liberis exhibend. M. I. R. d. c. 11. reg. 39.* Exceptio prima est: Nisi ex iusta causa filius ab aliquo detineatur. reprobatur *l. 1. §. in hoc. ff de liberis exhibendis.* Secunda: Nisi mater filium detineat. *d. §. in hoc. & l. deinde. 3. §. etiamsi. ff. eod. tt. M. I. R. d. regul. 36. except. 1.* Tertia; Nisi filia à marito suo detineatur *l. 1. § finali. ff. de liberis exhibendis.* Quarta; Nisi filius volens apud aliquem sit. *l. si filius. 5. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi patri interdicenti patria potestas in filio negetur. *d. l. 5. & l. 1. in fine. C. de liberis exhibendis.* Quinta exceptio est: Nisi filius in potestate interdicentis sit. *l. 1. §. 1. ff. d. tt.* Sexta: Nisi pronunciatum sit, filium in potestate interdicentis non esse. *d. l. 1. §. pari modo.* Septima: Nisi filius qui petitur, apud reum conuentum non sit. ipso quidem iure subsistit; verum eius replicatio est; Nisi dolo eius apud eum esse desierit. *d. l. 1. in pr.* Octaua; Nisi filius qui in potestatem vindicatur, à nemine detineatur. *l. deind. 3. § hoc autem ff. de liberis exhiben.* Huius replicatio est; Nisi certum quidem sit, reũ actoris filium esse; dubitetur autem de eo, an sit in potestate eius. *l. si eum. 4. ff. eod. tt. & l. 1. eod. tt.* Nona exceptio est; Nisi is qui filius & in potestate esse dicitur, adhuc sit impubes. hoc enim casu interdictum propositum in tempus pubertatis est differendum. approbatur simul & distinguitur *l. deinde. 3. §. Iulianus, vsque ad §. etiamsi. ff. de liberis exhibend.*

IV. ADIVNCTA HORVM interdictorum.

Apud quem interim is eaue, qui quæue petitur, morari debeat, definitur *d. l. 3. §. fin. & §. si vero vtraq; ff. de liberis exhibendis.*

V. Adfine remedium est notio prætoris. quod approbatur *d. l. 3. §. hoc autem, ibi; cæterum cessat.*

DE ACTIONE EX SENATVSCONSVLto Plautiano ad agnoscendos liberos.

CAP. XXVII.

I. CAVSA EX QVA DAtur hæc actio.

SI mulier se ex aliquo prægnantem dicat, eiq; renunciauerit, potest agi vt is partum agnoscat. *l. 1. in pr. & §. pœna. ff. de agnoscendis liberis.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi mulier, dum est prægnans, non denunciauerit viro se ex eo prægnantem esse; vel alia quæ senatusconsulto Plautiano continentur, omiserit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. c. 15. q. 1. reg. 1. exc.* 3. Secunda; Nisi non intra triginta dies à tempore diuortij mulier viro denunciauerit. *l. 1. §. 1. ff. de agnoscendis liberis.* Huius replicatio prima esse videtur; Nisi intra triginta dies etiam feriati dies interuenerint. sed reprobatur *d. l. 1. §. dies.* Secũda est; Nisi iusta sit, ob quam intra statutum tempus nõ denunciauerit. *d. l. 1. §. si mulier.* Tertia; Nisi partus intra triginta dies sit editus. *d. l. 1. § eleganter.* Tertia exceptio; Nisi denunciauerit tantum se ex viro prægnantem esse, non etiam vt custodes mittat. reprobatur *l. 1. §. denunciare. ff de liberis agnoscendis.* Quarta; Nisi mulier custodes à marito missos nõ admiserit. *l. 1. §. sed si maritus ff de liberis agnoscendis.* Quinta; Nisi maritus vxori denuncianti renunciauerit, eam ex se prægnantem non esse. *l. 1. § debebit igitur. ff. de liberis agnoscen.* Huius replicatio est; Nisi postea contrarium sit pronunciatum, mulierem scilicet ex eo, cui denunciatum fuit, prægnãtem esse. *d. l. 1. §. finali. cum lege sequente.* Sexta exceptio est; Nisi partus in potestatem eius, ex quo mulier prægnans dicitur, recasurus non sit. *l. si vero. 3. § fin. ff. de agnoscend. liberis.* Huius species sunt exceptiones proxime sequentes. Septima exceptio est; Nisi is ex quo mulier se prægnantem dicit mortuus sit. approbatur simul & distinguitur *d. l. 3. §. illud.* Huius replicatio prima est; Nisi alius supersit, in cuius potestatem partus sit recasurus. *d. §. illud. & §. 1. ibi. quid ergo.* Secunda, Nisi is qui hęreditatem petit, defuncti filius negetur. reprobatur alio remedio ostenso, *d. vers. quid ergo.* Vide plura de hac specie *inf. eod. c q prox.* Tertia; Nisi viuo adhuc patre iudicium de partu agnoscendo cœptum sit. Et hæc reprobatur *d. §. illud. vers. & adeo hoc verum est.* Octaua exceptio est; Nisi non post diuortium partus editus sit, sed adhuc constante matrimonio. reprobatur *l. si vero. 3. §. 1. ff. de agnoscend. liberis.* Nona: Nisi dubitetur, vtrum in matrimonio, an postea partus sit editus. reprobatur *d. §. 1. vers. quod si hoc ipsum.* Decima; Nisi dubitetur, an sit vxor eius cui denunciatur, reprobatur *d. §. 1.*

II. ADFINIA PROPOSITÆ actionis remedia.

I. Regula; Si hæreditas petatur, & inde actor filius defuncti esse negetur, aliud competit remedium. *de quo paulo superius, except. 7. repl. 2.*

II. Regula; Si mulier ex defuncto se prægnantem dicat, proposita quidem actio locum non habet. *de quo dictum sup. d. except. 7.* Sed edictum de ventre inspiciendo locum habet, quod proponitur *l. 1 §. de inspiciendo. ff. de inspiciendo ventre.* Plura de hoc edicto dicentur *inf. in Parte 4. in loco hæreditatis ab intestato.*

DE ADOPTIONIBVS.

CAP. XXVIII.

INter causas adquirendæ patriæ potestatis numeratur & adoptio. Ideoque de ea hic nobis erit agendum.

I. DIVISIO ET SPECIES adoptionis.

Diuiditur in adrogationem, & adoptionem specialem, *Inst. de adoptionib. §. 1. Concordat l. 1. cum lege seq. ff. eod. tt.*

II. AN SIT VTILIS adoptio?

Regulariter quidem, adoptio vtilis est, & per eam patria potestas adquiritur, *secundum ea quæ dicta sunt sup. c. 21. quæst. 4. reg. 2.* habetque alios item effectus, de quibus *inf. q. prox.* dicetur. sed huius regulæ plures sunt exceptiones hic enumerãdæ.

I. Ex-

I. Exceptio : Nisi is qui adoptat, generare non possit. reprobatur *l.2.§.illud.ff. de adoptionibus. Concordat ijsdem verbis Instit.eod.tt.§.sed & illud.item l. adrogato.40.§.fin ff.eod.tt.* Plane admittitur in castrato, *vt constat ex d §. illud.*

II. Exceptio: Nisi is qui adrogat, eius ætatis sit, vt liberos generare possit. *l.si paterfamilias.15.§. in adrogationibus ff.de adoptionibus & l. nec ei.17. §. & primum quidem ibi: tertio cuius ff.eod.tt.*

III. Exceptio : Nisi is qui adoptat, vxorem non habeat. reprobatur *l.& qui.30.ff.d.tt.*

IV. Exceptio : Nisi is qui adoptat, alios liberos habeat. *l. nec ei. 17. §. præterea.ff.de adoptionib.l. cum eum.3.C.de adoptionibus & l si paterfamilias.15.§. fin.ff.de adoptionibus.*

V. Exceptio : Nisi fœmina sit quæ adoptat. approbatur simul & distinguitur *Inst. de adoptionibus.§.fœminæ.l.mulierem.5.C.eod.tt.*

VI. Exceptio : Nisi cæcus adoptet. reprobatur *l.etiam.9.ff.de adoptionibus.*

VII. Exceptio : Nisi absens absentem adoptet. *l.neque.24. & l.post mortem.25.§.fin.ff. d.tt.l.vlt. §.fin.C.eod.tt.*

VIII. Exceptio : Nisi tutor pupillum, vel curator eum cuius curam gerit, adoptet. *l.nec ei.17.in prin.ff.de adoptionibus.* Huius replicatio prima est; Nisi pupillus tutori cognatus sit, vel alia sanctissima adfectione tutor ductus illum adoptet. *d.l. 17.§.ijs duntaxat.* Cuius duplicationes hæ sunt: Nisi tutor non sit ditior pupillo: Nisi vitæ turpis sit: Nisi eius sit ætatis, vt generare filios possit. Hæ tres duplicationes approbantur *d.l.17. §. primum.* Secunda replicatio est: Nisi pupillus sit priuignus tutoris adrogantis. *l.nonnunquam.32.§. fin. ff.eod.tt.* Huius replicationis eædem videntur esse duplicationes, quæ superioris.

IX. Exceptio : Nisi pauperior ditiorem adoptet. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. except. prox.replic.1.duplic.1.* Huius autem exceptionis replicatio proponitur *l.nec ei.17.§.penult.ff.de adopt.*

X. Exceptio : Nisi minor maiorem natu vel æqualem adoptet. *Instit.de adoptionib.§.minorem. l.si paterfamilias.15.§.fin.cum lege sequente. item l.adrogato.40.§ non tantum.ff.eod.tt.*

XI. Exceptio: Nisi quis plures velit adrogare. approbatur simul & distinguitur *l.si paterfamilias. 15.§.fin ff.de adoptionibus.* Sed & plura de hac re vide *sup.except.4.*

XII. Exceptio: Nisi libertum alienum quis adoptet. *d.l.15 §.fin.* Cuius replicatio est: Nisi quis filium suum in seruitute quæsitum adoptet. *l. in seruitute.46.ff.eod.tt.*

XIII. Exceptio ; Nisi infans adoptetur. reprobatur *l.etiam.42.ff.de adoptionibus.*

XIV. Exceptio: Nisi cæcus adoptetur. reprobatur *l etiam cæcus.9.ff.d.tt.*

XV. Exceptio: Nisi quis filium suum naturalem adoptet. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup.cap. 24 quæst.3.causa.4.*

XVI. Exceptio: Nisi quis filium suum in seruitute sibi quæsitum adoptet. reprobatur *l.in seruitute.46 ff.de adoptionibus.*

XVII. Exceptio : Nisi quis eum quem antea emancipauit, vel alij in adoptionem dedit, adoptet. *l. adoptare. 37. & l. qui liberatus. 12.ff. eod.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi fœmina sit adoptata. reprobatur *l.nam & 21.ff.de adoptionibus.*

XIX. Exceptio: Nisi filiam libertæ suæ patronus adoptet. reprobatur *l.in adoptionem. 9. C.de adoptionibus.*

XX. Exceptio: Nisi is qui in adoptionem dat, loqui non possit. reprobatur sub conditione *l.si pater.29.ff. de adoptionibus.*

XXI. Exceptio: Nisi pater filium suum alij det in adoptionem: hoc enim casu ius patriæ potestatis adoptanti per adoptionem non adquiritur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponentur inf.quæst.prox.reg.1.*

XXII. Exceptio, Nisi non apud competentem magistratum adoptio fiat. approbatur, simul & declaratur, qui sit competens adoptioni magistratus, *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.1.* ibi enim dictum est: Eum qui sui iuris est, apud Imperatorem esse adrogandum: eum autem qui alterius sit iuris, adoptandum esse apud magistratum. Concordat quoad Imperatorem *l.adrogationes. 6. C.de adoptionib.item l.in adoptionem.9.in fin. C. eod.tt.* Concordat quoad magistratum *l. 1.C.eod.tt. l.2.§. fin.cum lege sequente.ff.de officio proconsulis. item l. adoptio.4. C.de adoptionibus. Huius etiam loci est l. emancipari.36 §.etiam.ff.de adoptionibus.*

XXII. Exceptio: Nisi filiusfamilias in magistratu constitutus apud semetipsum alij in adoptionem detur, ipso quidem iure subsistit, verum replicationem recipit in consule & præside filiofamilias, *l.si consul.3.ff.de adoptionib.* Sed & replicationem recipit in prætore *l.2.ff.de officio prætoris.*

XXIV. Exceptio: Nisi quis magistratus apud semetipsum filium suum alteri in adoptionem dederit. reprobatur *l.magistratum.4 ff. de adoptionibus.*

XXV. Exceptio : Nisi quis magistratus apud semetipsum adoptet. *reprobatur in præside. 2.ff.de officio præsidis.*

XXVI. Exceptio ; Nisi non in filij, sed nepotis locum quis adoptet. reprobatur *l. adoptiones. 43.ff.de adoptionibus. Institut. de adoptionibus. §. licet autem.*

XXVII. Exceptio : Nisi is qui filium non habet, in locum nepotis adoptet. reprobatur *Instit. d.§.licet.l.adoptare.37.in prin.ff.eod.tt.*

XXVIII. Exceptio; Nisi nepotem suum in locum filij adoptet. reprobatur *Inst.d.tt.§. minorem. vers.& tam filium.*

XXIX. Exceptio ; Nisi nepotem ex vno filio, quasi ex altero filio natum adoptet. reprobatur *l. si paterfamilias.15.§.1.ff.de adoptionibus.*

XXX. Exceptio : Nisi nulla iusta adrogandi causa subsit. *l.cum eum.3.C.de adoptionibus.& l.nec ei. 17.§.1.ff eod.tt.*

XXXI. Exceptio: Nisi is qui filium suum alij dat in adoptionem, eum non prius emancipauerit, vel manumiserit. reprobatur *l.vlt.C.de adoptionibus.*

XXXII. Exceptio : Nisi impubes, qui est sui iuris, sine causæ cognitione fit adrogatus. *Inst. de adoptionibus.§.cum autem.l.2.in prin.C. eod.tt.*

XXXIII. Exceptio ; Nisi is qui adoptatur, non consentiat adoptioni. *l. in adoptionibus.5. & l.neque. 24. ff. d. tt.l.inuiti.11.ff. de his qui sui.l. veteres. 11. in fine. C. de adoptionibus. item Institut. quibus modis*

bus modis ius patriæ potestat.soluitur.§.sed etsi pater.

XXXIV. Exceptio; Nisi curatoris authoritas non interuenerit. *l.quod.8.ff.de adoptionibus.*

XXXV. Exceptio: Nisi sine consensu filij in locum nepotis fiat adoptio. *Inst.de adoptionib. §.sed si quis.l.cum nepos.6.item l.si quis.11.ff.eod.tt.*

XXXVI. Exceptio: Nisi sine consensu filij nepos ex eo alij in adoptionem detur. reprobatur *Inst.de adoptionib.§.sed si quis.*

XXXVII. Exceptio: Nisi ij quorum adgnatus fit per adoptionem is qui adoptatur, non consentiant. reprobatur *l.cum adoptio.7.ff.de adoptionib.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hactenus exceptiones contra adoptionem sunt enumeratę, quarum replicatio generalis est: Nisi adoptio non iure facta, à principe sit confirmata, *l.adoptio.38.cum l.seq.ff.de adoptionib.*

III. EVENTVS ADOPTIONIS.

I. Regula, Adoptatus redigitur in potestatem adoptantis. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap.21.quæst.4.reg.2.* Huius exceptio prima est: Nisi pater naturalis filium, quem habet in sua potestate, alij in adoptionem dederit. hoc enim casu patria potestas non transit in adoptantem, approbatur simul & distinguitur *Institut. de adopt. §. sed hodie.& l.cum in adoptiuis.10.C.d.tt.* Cuius replicatio prima est: Nisi quis non in patris potestate, sed sui iuris constitutus adrogetur. *d.l.10.§.hæc autem omnis sanctio.* Secunda: Nisi non extraneo, sed auo filius detur in adoptionem. *d. l.10. vers. si vero pater.Instit.de adopt.§.sed hodie.item Instit. quibus modis ius patriæ potest.soluitur.§.sed etsi pater.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sint dicta. Alias exceptiones vide *sup.quæst.prox.*

II. Regula, Omnia quæ adrogati fuerunt, ad adrogatorem transeunt. *l.si paterfamilias.15.in pr. ff. de adoptionibus.* Huius regulæ eædem sunt exceptiones, quæ proxime præcedentis.

III. Regula, Onera quoque adoptati transferuntur in adoptantem, *l.onera.45.ff.de adoptionib.*

IV. Regula, Dignitas per adoptionem non minuitur, sed augetur. *l.per adoptionem.35.ff.d.tt.*

V. Regula: Patria & ius originis per adoptionem non mutatur. *l.in adoptionem.7.C.de adoptionibus.*

VI. Regula: Seruus à domino adoptatus liber fit. *Inst.de adoptionibus.§.fin.*

VII. Regula: Filius adoptiuus assimilatur naturali. *Inst.d.tt.§.in plurimis.*

VIII. Regula: Filius adoptiuus quorum fiat cognatus, definitur *l.qui in adoptionem.23 ff. de adoptionib.* Pertinet item ad propositam quæstionem *l.quem.26.ff.eod.tt.item l.si is.44.ff.eod.tt.*

IX. Regula: In locum nepotis adoptatus mortuo auo adoptante in filij potestatem recidit, & ob id auo suus hæres non fit. *l.si quis.10.ff. de adopt.* Huius exceptio est: Nisi filius non consentiat in adoptionem nepotis. *d.l.10.& l.si quis.11.ff.eod.tt.*

X. Regula: De cautione ab adrogatore impuberis præstanda, & de bonis adrogati intra pubertatem defuncti hæredibus eius legitimis restituendis, proponitur *Instit. de adoptionibus. §. cum autem.l.nec ei.17.§.fin.cum ll.seqq.ff.de adoptionib. l. 2. §.& super patrimonio.C.eod.tt.*

XI. Regula: Extraneo, non auo paterno, vel materno, in adoptionem datus, à patre adoptiuo exhæredari vel præteriri in testamento potest. *l. cum in adoptiuis.10.§.sed nec arti culum.C.de adoptionibus.* Huius exceptio est: Nisi impubes, qui erat sui iuris, ab aliquo sit adrogatus. Huic.n. quarta bonorum pars debetur. *Inst de adoptionib.§.sed etsi decedens.l.si adrogator.22.in princ.ff eod.tt.l.vl.ff. si quid in fraudem patroni.l.2.C.de adoptionibus.*

XII. Regula; Pater adoptiuus adoptiuum filium alij in adoptionem dare, vel emancipare potest. *Inst.de adoptionib.§.in plurimis.l.adoptatum.8.C.de adoptionib.* Huius exceptio prima est: Nisi filius non auo, sed extraneo in adoptionem sit datus. *d.§.in plurimis.de qua re vide sup.reg.7.item reg.1. exc.1.* Altera exceptio est: Nisi impubes qui erat sui iuris, adrogatus sit, & rursus emancipetur. *Instit. de adoptionib.§.item non aliter.* Plane si sine causa adrogator impuberem emancipauerit, quartam bonorum suorum partem ei cogitur relinquere. *Inst.d.tt.§.sed etsi decedens.M.I.R.lib.3.c.11.reg.41.*

XIII. Regula, Substitutio impuberi adrogato facta, vel fideicommissum ab eo relictum non valet. approbatur simul & distinguitur *l. si adrogator.22.§.sed an impuberi.ff.de adoptionibus.*

XIV. Regula: Si ita filius in adoptionem datus sit, vt post aliquod tempus patri rursus in adoptionem detur; ex hoc pacto non nascitur actio, *l.quæsitum.34.ff.de adoptionibus.*

DE EMANCIPATIONIBVS, ALIISque causis ex quibus patria potestas amittitur.

CAP. XXIX.

PRimo; Ad emancipandos se liberi parentes cogere non possunt. *Instit. quib.modis ius patriæ potest.soluit.§.fin.l.non potest.31.ff.de adoptionib. l.nec auus.4.C.de emancipat.* Huius exceptio est; Nisi impubes adrogatus, pubes factus emancipari petat. *l.nonnunquam.32.ff.de adoptionibus.l.& si pubes. 33. ff. eodem tt.*

II. AN EMANCIPATIO sit vtilis?

Regulariter quidem emancipatio vtilis est, habetq; effectus, de quibus *inf.q prox.* dicetur; item *M.I.R.d.c.11.reg.42.* verum eius regulæ sunt aliquot exceptiones hic proponendæ.

I. Exceptio, Nisi non solenniter emancipatio sit facta. *l.non nudo.3.C.de emancipationib.* Declaratur simul ac quodam modo mutatur exceptio proposita *Institut. quibus modis ius patriæ potest. soluitur.§.præterea.l.cum inspeximus. 6.C.de emancipationibus.l iubemus.5.C.eod tm tt.*

II. Exceptio; Nisi non apud competentem iudicem vel magistratum emancipatio sit facta. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. except.prox.* Competens autem magistratus est prætor, *ex l.1. ibi: nec sane.C.de offic.prætorum.* Item competens magistratus sunt duumuiri etiã alienigenis, si scilicet hoc illis lex municipij tribuat, *ex l.1.C.de cman.ip.*

III. Exceptio; Nisi quis magistratus competens apud semetipsum emancipetur. ipso quidem iure subsistit; verum recipit replicationem in consule & præside, *l.si consul.3. ff. de adoptionibus, item in prætore.l.2.ff.de officio prætoris.*

IV. Exceptio: Nisi quis magistratus competens apud semetipsum liberos suos emancipauerit. ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est in eo magistratu, apud quem est legis actio *l. magistratum. 4. ff. de adoptionibus.* Exemplum proponitur *l. 2. ff. de officio præsidis.*

V. Exceptio: Nisi non pro tribunali, sed in itinere pater filium suum emancipauerit. reprobatur, *l. emancipari, 36. in prin. ff. de adopt.*

VI. Exceptio: Nisi absens emancipetur: ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est: Nisi rescripto principis emancipatio fiat. *l. iubemus. 5. C. de emancipationibus.*

VII. Exceptio: Nisi emancipatus emancipationi non consentiat. *d. l. 5. in fin.* Huius replicatio est: Nisi infans sit emancipatus. *d. l. 5. in fine.*

VIII. Exceptio: Nisi scriptura emancipationi non interuenerit, reprobatur *l. 2. C. de emancipationib.*

IX. Exceptio: Nisi filius emancipetur, retento in potestate nepote: vel contra, retento in potestate filio, emancipetur nepos. reprobatur *Inst. quibus modis ius patr. potest. soluitur. §. admonendi. Concordat ijsdem verbis l. liberum. 28. ff. de adoptionibus.*

X. Exceptio: Nisi emancipatus postea rursus sit adoptatus. approbatur in filio naturali emancipato: reprobatur vero in filio adoptiuo, *per ea quæ dicta sunt sup. c. prox. quæst. 2. except. 17.*

XI. Exceptio: Nisi filius aduersus parentem emancipantem fuerit ingratus. *l. vnica. C. de ingratis liberis.*

XII. Exceptio: Nisi in diem, vel sub conditione emancipatio sit facta. *l. actus legitimi. 77. ff. de regulis iuris.* Alias exceptiones vide *M. I. R. d. reg. 42. & M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 13.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Exceptionum iam enumeratarum replicatio generalis prima est: Nisi parens qui emancipauit, post mortem emancipati dicat eum non iure emancipatum: hoc enim casu non est audiendus. *l. post mortem. 25. in pr. ff. de adoptionib.* Secunda replicatio generalis videtur esse: Nisi quinquennium à morte emancipati excesserit, sed reprobatur *l. quod est constitutum. 5. C. de statu defunctorum.*

III. EVENTVS EMANCIPATIONIS.

I. Regula, De præmio emancipationis. Præmium emancipationis olim erat tertia pars bonorum filij, hodie vero est dimidia pars vsusfructus. *Inst. per quas personas cuiq; adquir. §. hoc quoque. l. cum oportet. 6. §. cum autem Constantiana. C. de bonis quæ liberis, item l. 2. in fine. C. eod. tt.* Exceptio prima est: Nisi sint bona Castrensis, vel quasi castrensis peculij. *d. §. cum autem Constantiniana. vers. exceptis & in hoc casu.* Secunda: Nisi in ipsa emancipatione propositi præmij nulla mentio sit facta. reprobatur *d. § cum autem Constantiniana. vers. hoc obtinente. Concordat l. cum inspeximus. 6. §. & legitima. C. de emancipat. liberor.* Tertia: Nisi pater huic præmio renunciauerit. *d. vers. hoc obtinente.*

II. Regula, De eo quod parens filio emancipato libertatis causa imposuit. Hoc peti non potest. *l. nullum. 10. ff. de obsequiis à liberis.*

III. Regula, Finita patris adoptiui potestate, nullum ex pristino iure retinetur vestigium. *l. in omni. 13. ff. de adoptionib. l. sed & nepos. 14. ff. eod. tt. l. quin etiam. 55. §. patris. ff. de ritu nuptiar.*

IV. Regula: Eadem iura competunt parenti in bonis filij emancipati, quæ patrono in bonis liberti. *Inst. quibus modis ius patriæ potest. soluitur. §. præterea. ibi: & tunc ex edicto.* Huius exceptio est: Nisi filius emancipatus bona alienauerit: horum enim vsusfructus pro dimidia parte non debetur, *l. 2. ff. si à parente quis manumissus fuerit.* Plura de hac re vide *inf. lib. 6. c. 22.*

V. Regula, Parens impuberis emancipati tutelam nanciscitur. *Inst. d. tt. §. & præterea. Vide item inf. lib. prox. cap. 3. reg. 3.*

IV. RELIQVÆ CAVSÆ, ex quibus patria potestas soluitur.

I. Regula, De morte parentis, in cuius est potestate filius. Mortuo parente, filius liberatur patria potestate, fitq; sui iuris, approbatur simul & distinguitur *Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluitur, in prin.* Huius regulæ exceptio est: Nisi mortuo auo, in cuius potestate nepotes erant, pater illorũ adhuc viuat. tunc n. in eius recidunt potestatẽ. *Inst. d. tt. l. nepotes. 5. ff. de his qui sui.* Cuius replicatio prima est: Nisi pater superstes tempore mortis aui in eius potestate non fuerit. *Inst. d. tt. in pr. & d. l. 5.* Huius duplicatio est: Nisi pater superstes ob dignitatem patria potestate sit liberatus. *Nou. c. 81. §. sed & illud insuper.* Secunda replicatio videtur: Nisi filius superstes, vel nepos non naturalis sit, sed adoptiuus. sed reprobatur *d. l. 5. in fin.* Tertia: Nisi postquam auus filium emancipasset, vel alij in adoptionem dedisset, eum rursus adoptauerit. hoc enim casu quamuis mortis tempore in aui potestate sit, nepotes tamẽ ex eo in eius potestatem non recidunt. *l. si pater. 41. ff. de adopt.* Quarta: Nisi nepos quasi ex filio contra filij consensum sit adoptatus. *l. si quis. 11. ff. de adoptionibus.*

II. Regula, De capitis diminutione patris. Per hanc quoque patria potestas amittitur. *l. si quæ pœna. 7. ff. de his qui sui iuris. Inst. quibus modis ius patriæ potest. soluitur. §. cum autem. & §. pœnæ.* Huius exceptio prima est; Nisi relegatus tantum pater sit, non deportatus. *Inst. d. tt. §. relegati.* Secunda; Nisi pater à pœna rursus fuerit liberatus & restitutus. *Inst. d. tt. §. pari ratione.*

III. Regula, De captiuitate patris. Per hanc quoque patria potestas tollitur. approbatur simul & distinguitur *Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluitur. §. si ab hostib.* Plura de hac re vide *inf. lib. 25. cap. 16. quæst. 2. & 3.*

IV. Regula, De furore patris. Hic patriam potestatem non tollit. *l. patre. 8. ff. de his qui sui.*

V. Regula, De capitis deminutione filij. Per hanc patria potestas tollitur. *Institut. quibus modis ius patriæ potestatis tollitur. §. pari ratione.* Huius exceptio prima est; Nisi capite diminutus in pristinum statum sit restitutus. *d. §. pari ratione.* Secũda; Nisi relegatus tantum sit filius. *Institut. d. tt. §. relegati.*

VI. Regula, De captiuitate filij. Per hanc quoq; patria potestas tollitur. Cuius regulæ exceptio est; Nisi filius postliminio fuerit reuersus. quæ exceptio approbatur *Institut. d. tt. §. si ab hostib. in fine.* Plura

Plura de hac re vide *inf. lib. 25. cap. 17. quæst. 6. reg. 12.*

VII. Regula: De dignitate filij. Per hanc patria potestas non soluitur. *Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluitur. §. filius familias. M. I. R. li. 3. c. 11. reg. 45.* Huius exceptio prima est: Nisi patriciatus dignitas sit. *Inst. d. §. filius familias. l. sancimus. 5. C. de consulibus. Nou. cap. 81. in prin.* Secunda: Nisi filius consul sit. Tertia: Nisi filius consularibus codicillis ab Imperatore honoratus sit. Quarta: Nisi filius præfectus prætorio sit. Quinta: Nisi filius præfectus vrbi sit. Sexta: Nisi filius magister militum sit. Hæ quinque exceptiones approbantur *d. ca. 81. §. nunc vero, cum sequentibus.* Septima exceptio est: Nisi talis sit dignitas, quæ à curiali fortuna liberet. *d. cap. 81. §. sane in genere.* Octaua: Nisi episcopalis dignitas sit. *d. cap. 81. §. palam vero est. & Nouell. cap. 123. §. post ordinationem, in fine. M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 14. M. I. R. d. reg. 45. except. 1.*

VIII. Regula, De militia filij. Militia filium patria potestate non liberat. *Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluitur. § filius famil. l. errat. 3. C. de castrensi peculio. M. I. R. d. c. 11. reg. 46.*

IX. Regula, Si pater passus sit res filij per tutores administrari, patriam potestatem amittit. *l. 1. C. de patria potestate.*

X. Regula, Si pater filium suum alij dedit in adoptionem, ipse ius patrię potestatis amittit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. quæst. 3. reg. 1. except. 1.*

XI. Regula: Si pater filium vel filiam infantem exposuit, ex hac causa patriam potestatem non amittit. *l. patrem. 16. C. de nuptiis.* Contradicit *M. I. P. d. cap. 2. reg. 15. M. I. R. d. cap. 11. reg. 49.* Hactenus de iure inter parentes & liberos. Sequitur nunc de iure inter tutorem & pupillum, curatorem & adultum, vel alium qui est sub cura.

Finis Libri Quarti.

DE TVTELA ET CVRA.
LIBER QVINTVS.

DE TVTELA ET CVRA, TVTORIBVS & curatoribus in genere.

CAP. I.

PRIMO: Definitio tutelæ & tutorum proponitur *Institit. de tutelis. §. est autem. & l. 1. in princip. ff. de tutelis.*

II. QVO IVRE ET RATIONE tutela sit introducta?

Iure ciuili permissa est *vt ex iam propositis definitionibus constat.* Sed & naturali iuri conueniens est, quod approbatur *Inst. de Atiliano tutore. §. penult.*

III. GENVS TVTELÆ & curæ quod sit.

I. Regula: Tutela publicum munus est, non priuatum. *Inst. de excus. tutor. in pr. ibi: nam & tutelam.* Cui contradicit *l. 15. §. qui accepit. ff. de excusationib.*

II. Regula: Reipublicæ munus non est, sed ciuile. *l. 6. §. Vlpianus quoq; ff. de excusationibus.*

III. Regula: Virile officium est, nec hæreditarium. *l. tutela. 16. ff. de tutelis. & l. fœminæ. 18. ff. eod. tt.*

IV. DIFFERENTIÆ TVTORVM & curatorum, item cognatio.

I. Regula: Regulariter quidem quod de tutorib. dicitur, idem de curatorib. quoq; est intelligendum. *l. qui neq;. 8. §. 1. ff. de reb. minorum l. 13. in pr. ibi: in paucis enim. ff. de accusationib. l. si in emptione. 34. §. fin. ff. de contrah. empt.* Plane sunt huius regulę aliquot exceptiones, & inter tutores curatoresque differentiæ, quæ infra suis locis proponentur.

II. Regula, De differentia inter curatorem bonorum, ventris, adulti, furiosi & prodigi, proponitur *l. inter. 47. ff. de administr. tutor.*

V. DIVISIO, ET CAVSÆ tutelæ efficientes.

Diuiduntur tutores ex causa efficiente in testamentarios, legitimos & datiuos: quia aut testamento, aut legibus, aut à magistratu dantur, de quibus singulis speciebus dicetur *inf. in capitibus sequentibus.* Sed & curæ variæ species sunt, quæ enumerantur *inf. cap. 4. quæst. 2. except. 34.* Tractantur autem in generali tractatu præter curam bonorum & ventris: quarum illa quidem tractatur *inf. eod. lib. cap. 9.* hæc vero alibi.

VI. Causæ tutelæ corrumpentes nihil aliud sunt, quam modi quibus finitur tutela: vt sunt excusationes à tutela, postulatio & remotio suspecti, &c. de quibus dicetur *l. c. 6. cum sequentibus.*

VII. Finis & officia tutorum & curatorum, proponentur *inf. c. 10.*

VIII. EFFECTVS TVTELÆ & administrationis tutorum.

I. Regula; Tutor domini loco est. *l. tutor. 26. ff. de administr. tutor. l. interdum. 58. §. qui tutelam. ff. de furtis.* Cuius exceptio est; Nisi tutor quid non bona fide gesserit. *l. qui fundum. 7. §. si tutor. ff. pro emptore.*

II. Regula: Gestum à tutore vel curatore in rebus eius, cuius tutelam vel curam gerit, ratum est habendum. *l. cum plures. 11 §. 1. ff. de administ. tutor. l. pignus. 11. ff. de curator. furioso.* Huius exceptio prima est; Nisi mala fide à tutore sint gesta. *d. §. 1. Concordant ea quæ dicta sunt supra, reg. prox. except. 1.* Secunda exceptio; Nisi tutor soluendo non sit. reprobatur *d. §. 1.* Tertia, Nisi tutor rem pupilli saluam fore cautionem non præstiterit. approbatur exemplo *l. si tutor. 4. C. in quibus causis in integr. rest. necess. non est.* Quarta; Nisi tutor non recte sit datus. item; Nisi tutor tanquam suspectus à tutela sit remotus, &c. De hisce & alijs huiusmodi exceptionib. dicetur *inf.* Sed & plura de regula proposita vide *inf. c. 17. quæst. 2. reg. 1.*

III. Regula; Agnoscere nomina quæ tutor fecit, pupillus cogitur. *l. cum quæreretur. 15. ff. de administ. tutor.* Huius exceptio est; Nisi nomen male contractum sit, vel soluendo esse desierit. *d. l. 15. l. tutores. 24. in fine. C. de administ. tutor. Nou. cap. 25. §. quia vero grauate, in fine. item l. si tutor. 14. ff. de administr. tutor.* Cuius replicatio prima est; Nisi post finitam tutelam nomẽ desierit esse soluendo. *l. cum*

post.42.in prin.& l.Titium.46.§.Lucius ff.eod.tt. Secunda: Nisi pupillus pubes factus tutori petenti non etiam idonea nomina, quæ contraxit tutor, cedere velit.*l cum quæreretur.15.& l.tutor qui. 6.§.si tutor.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi pupillus pubes factus, eum cum quo tutor contraxit, procuratorem suum fecerit.reprobatur *l.Lucius 45.in prin.ff.de administ.tutor.* Plures huiusmodi explicationes vide *inf.cap.13.officio 2.reg.2.*

IV. Regula: Ex eo quod tutor gessit, actio pupillo datur.*l.2.ff.quando ex facto tutoris. l.2. & l.si hi.4.C.eod.tt.* Exemplum in actione iudicati vide *sup.lib.2.c.30.q.2.reg.1.exc 4.* Huic regulæ videtur quodammodo contradicere *l. vlt. C. eod.tt.item l. solutum. 11.§ per liberam.ff.de pignoratitia actione.*

V. Regula: Ex eo quod tutor gessit, finita tutela, actio in pupillum datur. *l. cum quædam.26.§. inuenimus.C.de administr.tutor l.si in rem.3.C.quando ex facto tutoris.M.I.R.lib.3.c.12.reg.1.* Exemplum huius regulæ in actione iudicati vide *sup.lib.2.c.30 q. 3.reg.1.* Aliud proponitur *l.vlt.ff.quando ex facto tutoris.item l.si non subscripsisti.15.C.de administ.tut.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi tutor, suo non pupilli nomine contraxerit.*l.post mortem.5.§. fin.ff.quando ex facto tut. l. tutores.38.§.aduersus.ff de administ tutor.* Secunda; Nisi ex dolo tutoris agatur.*l.neque.158 ff.de reg.iuris.l.etsi.4.ff quando ex facto tutor.* Huius replicatio est; Nisi pupillus ex dolo tutoris locupletior sit factus; in tantum enim tenetur,*l.dolus.3.ff.d.tt.& l.sed &.15.ff.de dolo malo.* Cuius duplicatio est, Quod non nisi in id quo locupletior factus est pupillus ex dolo tutoris conueniatur.*d.l.3.* Cuius triplicatio est; Nisi rem pupilli à tutore seruare possit; tunc enim quanti actor in litem iurauerit, pupillus tenetur.*l.1 ff.eod. tt.* Tertia propositæ regulæ exceptio est; Nisi ex culpa tutoris agatur, quæ approbatur exemplo *l.liberto.30.§.tutoris.ff negociorum gestorum.* Huius eadem est replicatio, quæ superioris proxime præcedentis, scilicet, Nisi pupillus ex dolo tutoris locupletior sit factus, *vt apparet ex verbis d.l.1. hisce, Ob dolum malum.&c.*

VI. Regula; Tutor ex eo quod in causis pupillaribus gessit, nullum patitur præiudicium circa res suas.*l.cum quædam.26.§.fin.C.de administr. tutor.M.I.R.d.cap 12.reg.2.*

VII. Reg. Tutoris & curatoris bona pupillo & adulto tacite pignori sunt obligata. *l.pro officio. 20.C.de administrat.tutor.Nouell.c.18.§.sed si multi, in fine.* Plura de regula proposita vide *sup. lib.2.c.35. reg.5 M.I.R.d.cap.12.reg.51.*

VIII. Regula; Quamuis bona tutoris & curatoris tacite pignori pupillo sint obligata, tamen nihilominus ea potest alienare & de ijs testari.*l.vnica.C.rem alienam gerentibus.& l. de successione.17.C.de administr tutor.*

IX. Regula, Tutores vectigalia conducere nõ possunt.*l.vnica.C.ne tutor vel cur.vectigal.conducat.*

X. Regula, Nascitur item ex tutela tutelæ actio tam directa quam contraria. de qua cum affinibus remedijs vide *inf.c.17.cum sequentib.*

DE TESTAMENTARIA TVTELA.
CAP. II.

NVnc de causis tutorum efficientibus dicendum. Dantur autem tutores (*vt & supra dictum est*) vel testamento, vel legibus, vel à magistratu. Proinde hic de testamentaria tutela dicendum, postea de cæteris.

I. AN TESTAMENTO tutor vtiliter sit datus?

Regulariter testamento tutor dari potest, & datus tutor efficitur.*Inst.de tutelis.§.permissum.l.1.in prin.ff.de testamentaria tutela.M.I.R.d.c.11.reg.3.* Huius regulæ exceptiones plures sunt, sumptæ partim ex persona eius cui tutor in testamento datur, partim ex persona tutoris testamento dati, partim ex alijs huiusmodi circumstantijs. Primi generis exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi ei tutor testamento datus sit, qui in potestate testatoris non est. *d.§.permissum.& d.l.1.l.Quintus.37.§.1.ff.de regulis iuris.* Huius replicatio prima est, Nisi posthumo, qui natus in potestate testatoris futurus esset, tutor in testamento datus sit. huic enim quamuis natus non sit, & ob id in potestate testatoris non existat, tutor tamen testamento dari potest.*d.§.1. Concordat Inst.de tutelis.§.cum autem.* Secunda, Nisi cum ei, qui in potestate testatoris non est, tutor in testamento datus esset, prætor dationem confirmauerit.*Inst.d.tt.§.fin.* De hac confirmatione vide *inf. q.6.* Tertia, Nisi mater, vel auia, filio vel nepoti testamento tutorem dederit, reprobatur *l.2.ff.de confirmando tutore.* Plane admittitur primum, si tutor à matre datus à prætore vel præside confirmetur. *d.l.2.l.1.ff.eod.tt.l.mater.4.C.de testa. tutela.& l.1.C.de confirmando tutore.* Secundo si filius à matre institutus sit hæres.*l.pater.4.in pr.ff.de testamentaria tut. l.mater 4.C.d.tt.* Plura de hac distinctione vide *inf. repl.5.* Quarta replicatio Nisi patronus liberto tutorem testamento dederit, reprobatur *l.qui tutelam.28 § fin.ff.eod.tt.& l.1.C.d.tt.* Admittitur sub eadem conditione, sub qua & præcedens, hac scilicet, Nisi à prætore fuerit confirmatus. *d.§.fin.* De qua re vide plura *inf.cod.c.q.5.* Quinta replicatio est, Nisi is cui tutor testamento datus est, simul etiam à testatore hæres sit institutus. tunc enim quamuis in potestate testatoris non sit, nihilominus datio valet. *l.si patronus.4.ff. de confirmando tutore. l. Nesemius. 33.§. similis est. ff. de excusationibus. Nouell. const. 117.§. si imperfecta. Concordat item sup. repl. 3. distinct. 2.* Sexta, Nisi filio naturali pater tutorem dederit. reprobatur *l.naturali.7.in prin.ff.de confirmando tutore.* Plane admittitur, si pater filio naturali aliquid testamento reliquerit.*l.vlt. C.d.tt Nouell.c.89.§.quia vero.* Huius distinctionis duplicatio est, Nisi tutor datus non confirmetur. *d.l.vlt.& d.§ quia vero.* Hæc de prima exceptione.

II. Exceptio: Nisi nepoti tutor datus sit testamento, qui post mortem auiretestatoris in patris sui potestatem sit recasurus.*Inst.d.tut.§.itaq; si filius.* Huius replicatio prima est, Nisi filius viuo patre testatore mortuus sit, vel emancipatus, vt nepotes ex eo non possint post mortem auiin potestatem eius recidere.*l.1.§ fin.ff.de test.tutela. Inst. de tutelis.§.permissum.l.si hæreditas.10.§.qui filium.ff.d.tt. de test.tut.* Secunda, Nisi miles nepoti in potestatem recasuro dederit tutorem. reprobatur *l.2.ff.d. tt.& l.cum filiusfamilias. 28. ff. d.tt.item l.miles.41.§. mulier in fine.ff.de militari testam.*

III. Ex-

III. Exceptio: Nisi filio exhæredato vel præterito tutor in testamento sit datus. reprobatur *l.pater 4.in pr.ff. de testamentaria tutela. l. si hæreditas. 10.§.qui filium, in fine.ff.eod.tt.* Plane si ob exhæredationem vel præteritionem filij testamentum impugnetur, tutor datus confirmandus est à prætore. *l.iure nostro.26.§.finali, cum lege sequente. ff. eodem tt.*

IV. Exceptio: Nisi incertæ personæ tutor datus sit.*l tutor.23.ff.de testamentaria tutela.*

V. Exceptio: Nisi non impuberi tutor, sed adulto vel furioso curator testamento sit datus. *Inst.de curatoribus.§.dantur.& l.tutelæ. 7.in fine. C. de testamentaria tutela.* Huius replicatio prima est, Quod curator in testamento datus à magistratu sit confirmandus, & ita datio valeat. *d.§.dantur.l. 1.§.fin.ff.de confirmando tutore. l. 2.in fine.ff. eod.tt.l.si furioso.16 ff.de curatorib.furiosor.l.cum furiosus.7.§.etsi quidem parens. C. de curatore furiosi. l. de creationibus. 20.§.1.C.de episcopali audientia.* Secunda: Nisi testator curatori aliquid in testamento legauerit, isq; legatum illud agnouerit: tunc enim ad curam suscipiendam est compellendus. *l. auia.11.in princ. ff.de confirmando tutore.*

VI. Exceptio: Nisi is qui in magistratu positus est, tutor detur. reprobatur *l.tutor.20.ff.de testamentaria tutela.*

VII. Exceptio: Nisi incertus tutor detur.*Inst. de legatis.§.tutor autem.l.tutor.20.ff. de testamentaria tutela.l.duo.30.eod.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi filiusfamilias tutor sit datus.reprobatur *Institut. qui testamento tutores dari possunt.*

IX. Exceptio: Nisi seruus tutor sit datus. approbatur simul & distinguitur *Instit. d.tt. §.seruus.* Replicatio prima est: Nisi sub hac conditione, Cum liber erit, tutor sit datus.*d.§.seruus.l.si hæreditas.10.§.seruus.ff. de testamentaria tutela.* Huius duplicatio est: Nisi proprius testatoris seruus ita tutor datus sit, Si liber erit. *Inst. d.§.seruus.* Secunda replicatio est: Nisi seruus postea liber fiat: hoc.n. casu, quamuis pure datus sit, tutor efficitur.*d.l.10. §.seruus.* Tertia: Nisi proprius testatoris seruus, non alienus, tutor sit datus, *Inst.qui test.tutores dari poss.* Huius duplicatio prima hæc est: Nisi testator seruum liberum putans tutorem dederit. *Inst. d. tt.in prin.l.si quis.22.ff. de testamen.tutela.* Secunda: Nisi seruus proprius sit sub hac conditione, Si liber erit, tutor sit datus. *Inst.qui testa. tutor. dari possunt.§.seruus, in fin.* Tertia: Nisi seruo fideicommissaria libertas sit relicta: hoc.n.casu antequam ex fideicommisso manumittatur, non fit tutor. *l. qui tutelam.28.§.verbis.ff.de testamen.tutela.* Hæc de tertia replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Quartę replicationis loco notãdum, quod si seruus alienus in testamento tutor datus sit, fideicommissaria libertas illi censeatur relicta: qua præstita tutor efficitur.*l.si hæreditas.10.§.si.ff. de test. tutel.l.etsi.9. C. de fideicommiss. libertatib.l.si pupillorum.5.C.de test.tutel.* Huius duplicatio prima est: Nisi euidens sit contraria voluntas defuncti. *d.§. fin.& d.l.9.* Secunda: Nisi defunctus seruum liberum putans tutorem dederit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.replic.prox.dupl.1.*

X. Exceptio; Nisi furiosus tutor sit datus. reprobatur *l.si hæreditas.10.§.si furiosus.ff. de testam. tutela.Inst.qui testamento tutores dari possunt.§.furiosus. 11.ff.de tutelis.*

XI. Exceptio: Nisi minor vigintiquinque annis tutor testamento sit datus. reprobatur sub conditione *iam d.§.furiosus.l.quæro.32.§.fin.ff.d.tt.* Plura de hac re vide *inf.cap.4.q.2.except.32.replic.4.* Plane exceptio proposita in legitimis & datiuis tutoribus locum habet. de qua re vide *inf.c.4.q.2. except.20.*

XII. Exceptio: Nisi fœmina vel mater pupillorum testamento tutrix sit data.*l.iure nostro.26.in princ.ff.eod tt.*

XIII. Exceptio: Nisi ipse hæres tutor testamento sit datus. reprobatur *l.tutores.7.ff.d.tt.*

XIV. Exceptio; Nisi is tutor datus sit, cum quo non est testamenti factio.*l.test.21.ff.eod.tt.*

XV. Exceptio; Nisi alterius ciuitatis ciuis tutor sit datus. reprobatur *l. quæro.32. in prin.ff.d.tt.* Hactenus exceptiones sumptæ ex persona dati tutoris, nec non eius cui tutor testamento datus est, propositæ sunt. Sequuntur nunc aliæ ex alijs circumstantijs desumptæ.

XVI. Exceptio: Nisi non personæ, sed rei vel causæ tutor testamento sit datus.*Inst.qui test. tutores dari poss.§.certæ.l.certarum.12.cum duabus ll.seqq.ff.de testam.tutela.M.I.R.lib.3.cap.12.reg.9.* Huius replicatio est: Nisi rei Italicæ, vel Africanæ, vel simili tutor detur.*l.si tamen.15.ff d.tt.l pupillo.27. in prin.ff. dt tutoribus & curatorib.* Plura de exceptione proposita vide *inf.c.4.q.2.except.40.*

XVII. Exceptio: Nisi non in testamento iusto sed iniusto, vel codicillis aut epistola tutor sit datus.*l.2.C.de confirmando tutore.M.I.R.d.c.3.except.1.* Huius replicatio prima est, Quod tutor in testamento iniusto vel epistola datus, decreto iudicis sit confirmandus.*d.l.2.l.qui à patre.3.ff.de confirmando tutore.l.iure.26.§.fi.cum lege sequente. ff. de testamentaria tutela.l.1.ibi: aut in codicillis.ff.de confir.tutore.M.I.R.d.except.1.replicat.2.* Secunda replicatio est: Nisi in codicillis testamento confirmatis tutor sit datus.*l.testam.3.ff.de testamentaria tutela.M.I.R.d.except. 1.repl.1.*

XVIII. Exceptio: Nisi non iure datus testamento tutor sit.*d.l.3.M.I.R.d.reg. 3.except.2.* Hæc exceptio generalis recipit replicationes aliquot, quas vide *inf.post 28.exceptionem.*

XIX. Exceptio: Nisi ex certo tempore, vel ad certum tempus tutor testamento sit datus. reprobatur *Inst.qui test.tutor.dari poss.§ ad certum. l.tutor.8. §.tutorem.ff.de testam.tutela.l.tutores.7. in fin.ff.eod.tt.* Plane admittitur in tutela datiua: *de qua re vide inf. cap.4 quæst.2.except.41.*

XX. Exceptio: Nisi sub conditione tutor datus sit. reprobatur *legibus supra exc.prox.propositis.* Plura vide *inf.d.except.41.*

XXI. Exceptio: Nisi sub conditione, Si volet, tutor datus sit. reprobatur *l.tutor.23.in fin.ff.d.tt.*

XXII. Exceptio: Nisi ante hæredis institutionem tutor sit datus. reprobatur *Inst.qui testam. tutor.dari possunt.§.ad certum.*

XXIII. Exceptio: Nisi conditio dationis defecerit, vel nondum sit impleta.*l.tutor.8.in pr.ff.de test.tutel.* Huius replicatio prima est: Nisi cum sub pluribus conditionib. disiunctim vel diuerso tẽpore adscriptis, tutor datus esset, vna sit impleta; hoc enim casu etiam cæteris deficientibus tutor

erit. *approbatur per ea quæ proposita sunt inf. lib. 14. ca. 1. cond. 3. except. 11. repl. 1.* Elus autem duplicatio est: Nisi non nouissima conditio sit impleta. *l. tutor. 8. §. tutoris. ff. de test. tutela.* Plura de hac re vide *d. repl. 1. dupl. 2.* Secunda replicatio; Nisi cum mortis testatoris tempore conditio defecisset, post aliquod tempus sit impleta, reprobatur exemplo *l. tutoribus. 33. ff. d. tt.*

XXIV. Exceptio: Nisi tutor postea tutor esse ceperit sit, vel alius tutor à testatore sit datus *l. tutor. 8. in prin. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est; Nisi ratio, ob quam alios tutores testator dedit, in tutoribus prius datis cesset. *l. vlt. ff. d. tt.* Secunda: Nisi prætor tutores prohibitos confirmauerit. reprobatur *l. vtilitatem. 10. in fin. ff. de confirmando tutore.* Tertia: Nisi non euidenter constet, testatorem prius datos tutores reprobasse. tunc enim, quamuis postea alij sint, nihilominus & priores tutores manent. *l. 2. C. de testam. tutela.*

XXV. Exceptio: Nisi testamentum, in quo tutor datus est, ruptum sit, vel irritum factum. ipso quidem iure subsistit, verum tutor datus decreto prætoris est confirmandus. *l. iure. 26. §. fin. cum lege sequente. ff. d. tt. l. si pater. 31. ff. eod. tt.*

XXVI. Exceptio; Nisi nemo ex testamento hæreditatem adierit. Hæc exceptio species est exceptionis præcedentis, approbaturque *l. si nemo. 9. ff. de test. tutela. & l. si hæreditas. 10. in prin. ff. eod. tt. M. I. R. d. cap. 12. reg. 6.*

XXVII. Exceptio, Nisi Græcis verbis tutor datus sit. reprobatur *l. tutores. 8. C. d. tt.*

XXVIII. Exceptio: Nisi quis seipsum sua manu tutorem scripserit. *l. ex sententia. 29. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi euidens sit voluntas testatoris volentis illum tutorem esse. *d. l. 29.* Secunda: Nisi idoneus adprobetur à prætore: tunc enim decreto est confirmandus. *l. vxori. 18. ff. ad l. Cornel. de falsis.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus propositę regulæ exceptiones enumeratæ sunt. Sed & plures huiusmodi vide *inf. c. 4.* Plane iam enumeratarum exceptionum prima replicatio generalis est, quod tutor testamento inutiliter datus, à iudice sit confirmandus; quo facto, datio tutoris conualescit. *de qua re vide inf. q. 6.* Secunda: Nisi tutor testamento inutiliter datus, negocijs pupillaribus se immiscuerit. approbatur *per ea quæ habentur inf. c. 19. q. 1. exc. 1. repl. 1. M. I. R. d. c. 12. reg. 3. except. 2. repl. 1.* Tertia: Nisi in testamento militari inutiliter tutor sit datus. reprobatur *l. impuberi. 39. ff. de administr. tutor.*

II. QVI EX TESTAMENTO tutores sint?

I. Regula; Si plures diuersis temporibus tutores dati sint, nouissima scriptura dati tutores erunt. *l. si hæreditas. 10. §. 1. ff. de test. tutela. Concordant ea quæ proposita sunt sup. quæst. prox. except. 24.* Sed & distinguitur exceptio proposita *ibidem.*

II. Regula; Si Titio dato tutore, duo sint eiusdem nominis Titij, vt non appareat de quo senserit testator, vter tutor sit, definitur *l. duo 30. ff. d. tt.*

III. Regula, De ijs qui satis offerunt, & ijs qui non satis offerunt, vide *inf. c. 13. officio 1. reg. 2. exc. 1.*

III. QVORVM TVTORES sint testamento dati?

I. Regula; Si filijs tutores dati sunt, etiam posthumis dati esse videntur. *Instit. qui testamento tutores dari possunt. §. si quis filiabus. l. si quis. 5. ff. de test. tutela.*

II. Regula: Si filijs tutores dati sunt, etiam filiabus dati esse videntur *l. si quis ita. 16. in prin. ff. d. tt. l. Seruius. 122. ff. de verb. significat.*

III. Regula; Si filiis tutores dati sunt, nepotib. dati esse non videntur. *Inst. qui testam. tutor. dari possunt. §. quod si. l. quid si. 6. ff. de test. tutela.*

IV. Regula, Si posteris tutores dati sint, tam filijs posthumis quam cæteris liberis dati videbuntur. *d. l. 6. in fine. Concordat iisdem verbis Inst. d. §. quod si, in fine.*

V. Regula, Si quis filio tutorem dederit, plures filios habens omnibus dedisse videtur. *l. si quis ita. 16. §. 1. ff. de test. tutela.*

VI. Regula, Si quis filiis tutorem dederit, quosdam filios apud hostes habens, etiam his tutor datus videtur *d. l. 16. §. si quis liberis.*

VII. Regula, Si quis filijs tutorem dederit, et quem ignorat filium suum esse, vel putat decessisse, tutor datus non videtur. *d. l. 16. §. si quis cum.*

VIII. Regula, Si posthumis tutor datus sit, hique viuo testatore sint nati; nihilominus ipsis tutor vtiliter datus est. *d. l. 16. §. fin.*

IV. QVANDO TVTORES efficiantur?

Non nisi conditione, sub qua dati sunt, existente tutores efficiuntur, *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. 1. exc. 33.* Hulus exceptio proponitur *l. actuia. 75. §. pater. ff. de condit. & demonst.*

V. EVENTVS TVTELÆ testamentariæ.

I. Regula; Tutor in testamento datus, à testatore, non ab hærede proficiscitur. *l. tutores. 7. ff. de testam. tutela.*

II. Regula; Seruus tutor testamento datus liber efficitur, *per ea quæ dicta sunt sup. quæst. 1. exc. 9. repl. 3. & 4. Concordat l. quæro. 32. §. fin. ff. d. tt.*

III. Regula; Tutores testamento dati satisdare non coguntur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur inf. c. 10. q. 1. exc. 1.*

VI. DE CONFIRMANDO TVtore testamentario.

I. Regula; Si tutor testamento inutiliter datus est, vel ius testamenti pendet à iudice vel prætore est confirmandus. *l. 1. ff. de confirm. tut. & l. qui tutelam. 28. §. fin. cum l. seq. ff. de test. tut.* Species inutilis dationis & causæ propositæ præter in d. l. 1. propositas, vide *sup. quæst. 1.* Exceptio prima est; Nisi tutor testamento inutiliter datus, pupillo futurus sit inutilis, idq; testator ignorauit. *l. in confirmando. 8. cum legibus sequentibus. ff. de confir. tutore.* Secunda; Nisi facultates tutoris inutiliter dati, sint diminutæ. *d. l. 1.* Tertia, Nisi morum tutoris dati improbitas emerserit, quam testator ignorauit. *d. l. 1.* Quarta; Nisi inter testatorem & tutorem inimicitiæ exarserint. *d. l. 1.* Quinta; Nisi tutor inutiliter datus cum fisco contractum damnosum inierit. *d. l. 1.* Sexta, Nisi testator voluntatem suam de tutore mutauerit. *d. l. 1. & l. scire oportet. 21.*

§. sed etsi quis. de tutoribus datis. Septima: Nisi magistratus alios dederit tutores. *l. si vt proponis. 3. C. d. confirmat. tutore.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *supr. quæst. 1.* nam eius etiam exceptio est. *d. quæst. 1. exc. 24. item except. 12. item infr. cap. 13. offic. 1. reg. 2. except. 2.*

II. Regula: A quo tutor inutiliter datus confirmandus? A Consule. *l. 1. ibi, tunc & quod deficit. ff. de confirm. tutore.* Item à Prætore & Proconsule. *l. 2. ff. eod. tt.*

III. Regula: Quomodo tutor inutiliter datus, est confirmandus? Inquisitio prius facienda est à iudice, an tutor aptus sit & idoneus. *l. tutores. 5. §. denique. ff. d. tt. l. 1. §. etsi quidem, in fin. ff. d. tt. M. I. R. d. c. 12. reg. 5.* Exceptio prima est; Nisi pater pupilli tutorem dederit. *d. §. etsi quidem. l. si filio. 6. ff. eod. tt. Inst. de tutelis. §. fin. M. I. R. d. reg. 5.* Huius replicatio prima est: Nisi causa tutoris à patre dati mutata sit. *l. pater. 4. ff. de testament. tutela. l. in confirmando. 8. cum duabus legibus seqq. ff. de confirm. tutore.* Secunda: Nisi filio naturali, cui nihil relictum est, à patre tutor sit datus. *l. naturali. 7. in pr. ff. d. tt.* Sed & plures replicationes vide *supr. reg. 1.* Secunda propositæ regulæ exceptio esse videtur: Nisi mater liberis suis tutores dederit, sed reprobatur *l. pater. 4. ff. de test. tutela. l. 2. ff. de confirm. tutore. l. credendum. 5. §. fin. ff. qui petant tutores. M. I. R. d. reg. 5.* Tertia: Nisi senator tutor datus sit, reprobatur *l. in dando. 18. ff. de tutoribus.*

IV. Regula: Quæ in confirmando tutore inquirenda & præstanda, definitur *l. naturali. 7. §. si quæratur. ff. de confirman. tutore.* Sed & de moribus dati inquirendum. *l. scire oportet. 21. §. cum reliquis. ff. de tutoribus.*

DE LEGITIMA TVTELA. CAP. III.

I. QVO IVRE SVBSISTAT legitima tutela?

SVbsistit lege XII. Tabularum. *Inst. de legitima agnatorum tutela, in princip. Concordat Institut. de legitima patronorum tutela, in princip. l. 1. in princip. ff. de legitimis tutoribus. l. tutela. 3. in princ. & l. legitimos. 5. in princ. ff. eod. tt.*

II. Ratio legitimæ tutelæ proponitur *l. 1. in princ. ff. de legitimis tutoribus.*

III. AN ET QVIBVS LEGITIma tutela competat?

I. Regula, De adgnatis. Adgnatis pupilli legitima tutela competit. *l. 2. C. de legitima tutela. l. 1. in pr. ff. de legit. tutorib. l. intestato. 6. in princ. ff. d. tt. Inst. de legit. adgnat. tutela, in princip.* Declaratur regula proposita. *Inst. d. tt. §. 1. & l. sunt autem. 7. ff. de legitimis tutorib.* Exceptiones propositæ regulæ vide *infr. ead. quæstione inter exceptiones generales.*

II. Regula, De cognatis. His legitima pupilli tutela non defertur. *l. 1. C. de legitima tutela. M. I. R. libr. 3. cap. 12. reg. 12.* Declaratur hæc regula cognatorum definitione *Inst. de legit. adgnat. tutela. §. at qui per fœmini.* Exceptio est: Nisi hi sint cognati, quibus cum adgnatis hæreditas pupilli defertur. *l. meminimus. 15. §. quas autem personas. C. de legitimis hæredibus.* Mutatur regula proposita, ac reprobatur iure nouo *Nouell. c. 118. §. enimuero.*

III. Regula, De parentibus. Hi quoque ad tutelam liberorum suorum vocantur. *Inst. de legit. parentum tutela. l. tutela. 3. §. fin. ff. de legitimis tutorib. item Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluitur. §. & præterea.* Huius exceptio prima est: Nisi filius ab aliquo hæres sit institutus sub hac conditione, Si patris potestate fuerit solutus. *l. scire oportet. 21. §. 1. ff. de tutoribus datis.* Secunda: Nisi pater iterauerit nuptias, reprobatur *l. generaliter. 5. §. negotia. C. de secundis nuptiis.* Plane admittitur in matre. *de qua re vide infr. cap. prox. quæst. 2. exc. 21. replic. 1. duplic. 1. cum sequentibus.*

IV. Regula, De fratribus pupilli à parente defuncto emancipati. Hi quoque ad tutelam vocantur. *l. quo defuncto. 4. ff. de legitimis tutoribus. Inst. de fiduciaria tutela.*

V. Regula, De patrono pupilli. Hic quoque ad pupilli tutelam vocatur. *Inst. de legit. patron. tutela. l. 1. in princ. ff. de legitimis tutoribus.* Huius exceptio prima: Nisi patronus non sponte, sed iure compulsus manumisit, reprobatur *l. tutela. 3. in pr. ff. d. tt. l. 1. §. pen. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi seruus ex Rubriano senatusconsulto peruenerit ad libertatem. *d. l. 5. §. 1.* Tertia; Nisi sint plures patroni, reprobatur *d. l. 3. §. si duo.*

VI. Regula, De liberis patroni. His quoque tutela liberti defertur, *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. reg. prox. in pr. Concordat Inst. de fiduciaria tutel. §. at qui patrono.* Eius exceptio prima est: Nisi parens patronus supersit, hic enim illis præfertur, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est; Nisi sit Orcinus libertus. *l. tutela. 3. §. 1. ff. de legitimis tutoribus.* Altera: Nisi patronus sit apud hostes, reprobatur *l. 1. §. si apud. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi & alij supersint eiusdem liberti patroni. Hi enim liberis defuncti patroni præferuntur. *l. tutel. 3. §. si duo. ff. de legitimis tutoribus.* Tertia: Nisi ex altero patrono supersit filius, tunc enim nepos ex altero patrono non admittitur ad tutelam liberti. *d. l. 3. §. proindesi.* Quarta: Nisi filius patroni à tutela remotus sit, vel excusatus, tunc enim nepos ex eo ad tutelam non admittitur. *d. l. 3. §. quæri.*

De exceptionibus præcedentium regularum generalioribus.

Propositæ regulæ de legitimis tutorib. recipiunt aliquot exceptiones hic enumerandas.

I. Exceptio: Nisi parens pupilli testamento facto, & tutore in eo dato, decesserit, tunc enim tutor testamentarius præfertur legitimis. *Inst. de legitima adgnat. tutela, in princ. l. intestato. 6. in princ. ff. de legitimis tutorib. l. si quis. 11. in princ. ibi, sciendum est. ff. de test. tutel. Nou. c. 118. §. hæc autem. in fin.* Huius replicatio prima est: Nisi testamento facto tutores non sint dati, tunc enim quamuis testamentũ factum sit, nihilominus legitimæ tutelæ est locus. *d. l. 6. Concordat Inst. de legit. adgnat. tutela. §. quod autem.* Secunda: Nisi tutor testamento datus decesserit. *d. § quod autem. d. l. 6. §. idem dicemus si tutor. item l. si quis. 11. §. quod si tutor. ff. de test. tutela.* Huius duplicatio est; Nisi pluribus tutoribus testamento datis, vnus, nõ omnes decesserint, tunc enim ad eos qui supersunt, non ad legitimum tutela pertinet *d. l. 11. § fin.* Tertia replicat. videtur esse; Nisi tutore sub cõditione vel ex die dato, conditio nondum extiterit, vel dies nondum venerit, sed reprobatur

batur *d.l.11.in pr.* Quarta: Nisi testamentarius tutor excusatus sit, vel remotus, reprobatur *d.l.11.* §.1. Quinta: Nisi, cum duobus impuberibus fratribus tutor testamento datus esset, alter suæ ætatis sit factus, hoc enim casu ei tanquã legitimo tutori videtur tutela fratris impuberis demandanda. Verum reprobatur *l. si tutores.3. C. de testamentaria tutela.* Plura de hac re vide *infr.cap.8, causa 6.* Hæc de prima exceptione.

II. Exceptio: Nisi fœmina pupilla sit, huic enim non adgnati, sed alij tutores iure antiquo dabantur. Quod ius antiquum mutatur, & exceptio proposita reprobatur. *l.constitutione.3.C.de legitima tutela.*

III. Exceptio: Nisi fœmina cognata sit, vel patrona. *Nouell.cap.118.* §. *hæc autem.l.tutela.3.* §. *si duo.ff.de legit.tutoribus. Inst. de legit.patron. tutela.* §. *fi.* Plura de exceptione proposita, eiusque replicationibus vide *infr.cap.prox.quæst.2. except.21.*

IV. Exceptio; Nisi is cui à lege tutela defertur, minor sit viginti quinque annis. *Nouell.ca.118.* §. *hæc autem. Instit.de fiduciaria tutela.* §. *fin.* Plura de hac exceptione vide *infr. cap. prox. except. 20. item except.31.repl.4.*

V. Exceptio; Nisi ij, quibus à lege defertur tutela, capite sint deminuti. *l.legitimos 5.* §. *fin.ff.de legitimis tutorib.l.2. C.de legitima tutela. Inst. de legitima adgnat.tutela.* §. *fin.* Declaratur exceptio proposita *Inst.de capitis deminutione.* Replicatio prima est; Nisi non adgnatis, sed cognatis deferatur legitima tutela, his enim capitis deminutio non obest *d.* §. *fin.* Huius duplicatio est; Nisi maxima vel media capitis deminutio sit. *Inst.de capitis deminutione.* § *quod autem.* Altera replicatio est; Nisi emancipati tantum sint adgnati, hæc enim capitis deminutionis species non impedit tutelam. *l.frater.4.C.de legitima tutela. l.ne lucrum.5. C. de curatore furiosi. Inst.quibus mod.tutela finitur.* §. *simili modo. l.filiusfamilias.11.ff.de tutelæ actione.*

VI. Exceptio: Nisi is cui legitima tutela defertur, inhabilis sit. *l. sæpe.13.ff. de curatorib. furioso.* Exemplum proponitur *l.agnato.10.* §. *fin.ff. de legitimis tutoribus.* Huius exceptionis in exemplo proposito replicatio est; Nisi non in totum surdus sit. *l.minus.11.ff.eod.tt.*

VII. Exceptio; Nisi is cui legitima tutela defertur, defuncto pupillo hæres non sit extiturus. *l.Quintus.73. in princ. ff. de regul. iur. Instit.de legitima patronorum tutela.* §. *penult.& vlt.l.1.in prin.ff.de legitimis tutoribus.* Huius replicatio prima est; Nisi fœmina intercedat. *d.l.73. Insti. d.* §. *vlt. Item concordat d.l.1.* §.1 *&* § *fin.* Secunda; Nisi is qui manumittere debebat, latitauit, hic enim quoad hæreditatem liberti attinet; patronus non habetur, tutelæ tamen onus sustinet. *d.l.1.* §. *penult.*

VIII. Exceptio; Nisi plures sint eiusdem gradus, quib. tutela defertur, reprobatur *l si plures.9. ff.de legit.tutorib.l.si reliquero 8. ff. eod.tt. Inst.de capitis deminutione.* §. *fin. Nouell.c.118.* §. *sed si multi.*

IX. Exceptio; Nisi remotioris gradus adgnatus sit, quem alius gradu præcedit. *l. si plures. 9. ff. de legitimis tutorib. Instit.de capit.deminut.* §. *fin.* Huius replicatio prima est; Nisi proximior adgnatus apud hostes sit, reprobatur *l.1.* §. *si apud hostes. ff.de legit.tutor.* Secunda; Nisi proximior mortuus sit, vel capite deminutus. *l. tutela. 3.* §. *penul.ff.de legitimis tutor.b.* Huius duplicatio est; Nisi proximior apud hostes sit. *approbatur supr.repl.prox.* Tertia; Nisi proximior sit excusatus vel remotus à tutela, reprobatur *d.l.3.* §. *quæri potest.* Quarta; Nisi proximior fœmina sit. *l. adgnato. 10. ff. de legit. tutorib.*

X. Exceptio; Nisi legitimus tutor rem pupillo saluam fore cauere nolit. *l.si impuberi.13.* §. *quamuis, in fin.ff.de tutorib.datis.* Hactenus de duabus tutelæ speciebus dictum est, de testamentaria videlicet & legitima tutela, superest tertia species, quando scilicet tutor à magistratu datur.

DE DANDO TVTORE ET CVRATORE à magistratu, item de adiungendo & substituenda curatore.

CAP. IV.

PRimo: Quo iure à magistratu tutores dentur, definitur *Instit.de Attiliano tutore.*

II. AN TVTOR A MAGISTRATU vtiliter sit datus?

Regulariter quidem tutorem à magistratu dandum, datumque regulariter vtiliter datum, præsumi dubium non est, verum huius regulæ exceptiones plures sunt, sumptæ partim ex persona dantis tutorem, partim ex persona dati tutoris, partim ex persona eius cui tutor à magistratu datus est, partim deniq; ex aliis huiusmodi circumstantiis, de quib. ordine dispiciendum, & primum de his exceptionibus, quæ sumuntur ex persona dantis tutorem.

I. Exceptio; Nisi à nõ competente magistratu tutor vel curator sit datus. *l.muto. 6.* §. *tutoris.ff. de tutelis.l.propter.23. in fin.ff.de excusat.tutor.* Pro declaratione huius exceptionis sciendum est, qui sint vel non sint competentes magistratus tutoribus dandis? Definitur autem hoc *Inst. de Attiliano tutore.l.Titius.45.* §. *Romæ.ff.de excusat.tutorum.* Enumerantur item & alij, quib. tutores dandi ius est, *l.1.ff.de tutorib.datis.* De magistratibus municipalibus etiam proponitur *l.ius dandi.3.ff.de tutoribus datis.l.quod dicis.6. C. qui dare tutores, &c. l. 2.* §. *si mater.ff.ad S.C.Tertullianum.* Præterea magistratus competens curatorib. dandis definitur *Inst.de curatorib.* §. *dantur.M.I.R.lib.2.c.12.reg.7.* Porro illustribus atq; clarissimis qui tutores vel curatores dare possint & debeant, definitur *l.1. C.de tutorib. vel curatorib.illustrium.l cum furiosus.7.* §. *sin autem testament. ibi, sed si quidem nobilis. C. de curatore furioso.* Postremo furiosis qui curatores dare possint & debeant, definitur *Inst.de curatorib.* §. *furiosi.d.l.7.* §. *sin autem testam.C.de curatore furiosi. Concordat ad verbum l.de creationib. 20.* § *sin autem testam. C. de episcopali audientia.* Hæc pro declaratione primæ exceptionis sint dicta, sed & eius species sunt exceptiones proxime sequentes. Plane propositę exceptionis replicatio prima est; Nisi absit magistratus competens, tunc enim decuriones dare tutores possunt. *l.vbi.19.in pr.ff.de tutorib.datis.* Secunda; Nisi à cõpetente magistratu alij sit mandatũ. *Inst.de Attiliano tutore.* §. *sed hoc iure. ibi, vel magistratus iussu præsidum. l.Lucius.45.* §. *cum in testamẽto. ff.de administr.tutor.* Huius duplicatio est; Nisi ei sit mandatum, qui iurisdictionem nullam habet. *l.nec mandante.8.in prin.ff.de tutoribus datis.*

II. Ex-

II. Exceptio. Nisi à magistratu alterius loci, quam vnde pupillus originem ducit, tutor sit datus, approbatur simul & distinguitur *l.vnica.C.vbi petantur tutores.l.1.* §. *fin.ff.de tutorib.datis. M.I.R. d. reg.7.* Huius replicatio prima est; Nisi eo loco, à cuius magistratu tutor datus est, pupilli sint facultates. *d.l.vnica.* Secunda; Nisi pupillus ibi domicilium habeat. *l.1.* §. *fin.ff.de tutorib.datis.*

III. Exceptio; Nisi is magistratus, cuius successor venit, tutorem dederit, ipso quidem iure subsistit, verũ eius replicatio est; Nisi ignorauerit successorẽ venisse. *l.si forte.17.ff.de officio præsid.*

IV. Exceptio; Nisi tutor à se ipso sit datus. *l. prætor.4.ff.de tutorib.datis. l.prætor.4.ff.de officio prætoris. l.præses.3.ff.de officio præsidis.*

V. Exceptio; Nisi à pari vel eiusdem ordinis magistratu tutor datus sit, reprobatur *l. vbi.19.ff. de tutoribus datis. l.decreto.4.ff.qui petant tutores.*

VI. Exceptio; Nisi à furioso datus sit tutor. *l. nec mandante.8.* §.*1.ff.de tutorib.datis.* Hactenus primi generis exceptiones propositæ sunt, eæ nimirum, quę sumuntur ex persona eius qui dedit tutorem. Sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex persona dati tutoris.

VII. Exceptio; Nisi tutor superioris vel inferioris ordinis sit, quam pupillus, reprobatur *l.& qui.22.ff.de tutorib.datis.l.15.* §. *scire.ff. de excusationib. tutorum.* Plane admittitur, si senator ei qui in nulla dignitate positus est, tutor detur. *d.* §. *scire.*

VIII. Exceptio: Nisi ingenuus libertino tutor sit datus, reprobatur *l.pupillo.27.* §. *fin.ff. de tutorib.datis.* Plura de hac re vide *infr. c.6.q.1. causa 9.*

IX. Exceptio; Nisi filius parenti curator sit datus, reprobatur *l.his qui.12.in prin.ff.de tutoribus datis.l.1.* §. *fin. ff. de curatore furioso.l.2. & l.furiosæ.49. ff.eod.tt.*

X. Exceptio; Nisi maritus vxori curator sit datus. *l.2.C.qui dare tutores. l.virum.14.ff. de curatore furioso. Instit.de excusationibus tutorum.l.amplissimi. C. de excusat.tutorum.*

XI. Exceptio; Nisi sponsus sponsæ tutor vel curator sit datus. *l.1* § *fin.ff.de excusat.tutor.*

XII. Exceptio; Nisi socer nurui curator sit datus. *l.licet.17.C.de excusat. tutor. l.cum proponas.3. in fin. C.de interdicto matr.inter, &c.*

XIII. Exceptio; Nisi tutor datus debitor vel creditor sit pupilli. Hæc exceptio iure antiquo reprobatur. *l,neque.7.C.de excusationib. tutorum.* sed mutatur hoc ius, approbatur que exceptio proposita *Nou.c.72.in pr. vsq; ad* §. *quia vero grauate. M.I.R.d.c.12.reg.17.* Cuius replicatio est; Nisi matres filiorum tutrices vel curatrices sint datæ, his etenim proposita exceptio non obstat. *Nou cap 94. in principio, vsque ad* §. *quia vero. M.I.R d. regula 7 exceptione 3.*

XIV. Exceptio; Nisi is tutor sit datus, qui nõ est suppositus iurisdictioni ipsius dantis, & exterus est. *l.neque 5.C.qui dare tutores.l. in locum. 3. C. qui petant tutores.l.ius dandi.3. in fin.ff.de tutor.datis.l.1.* §. *dicendum igitur, ibi, qui ex eodem loco sint.ff.de excus.tutorum.l.3.* §. *consequens.&* §. *fin.ff.eod.tt.* Huius replicatio est; Nisi eo loco vbi pupillus est, idonei tutores nõ inueniantur, tunc enim aliunde possunt peti. *l.diuus Marcus.24.ff.de tutorib.datis. Concordat ad verbum l.1.* §. *si quando. ff. de magistr. conueniendis, item l.etiam.10.ff.de tutelis.*

XV. Exceptio; Nisi seruus tutor vel curator sit datus. *l.in seruili.7.C.qui tutores.*

XVI. Exceptio; Nisi seruus vel mutus tutor datus sit. *l.1.* §. *fin.ff. de tutelis, & l. compluria.17.ff. eod.tt.*

XVII. Exceptio; Nisi furiosus tutor sit datus. *d.l.17.* Huius replicatio est; Nisi furiosus sanæ mentis sit factus. *l.furiosus.11.ff.eod.tt. Concordant ea quæ proposita sunt supr.c.2.quæst.1.exc.10.*

XVIII. Exceptio; Nisi cæcus tutor sit datus. *l. luminibus.3.C.qui dare tutores.*

XIX. Exceptio; Nisi spado tutor sit datus, reprobatur *l.15.in princ.ff.de excusat.tutor. Vide item infra cap.6.quæst.1.causa 49.*

XX. Exceptio; Nisi minor viginti quinque annis tutor vel curator sit datus. *l. nemo 5. C. de legitima tutela. Inst.de excusationibus tutorum* §. *item maior. Plures leges concordantes vide supr.cap.proxim.except. 4.* Plane propositæ exceptionis replicatio videtur esse in testamentariis tutoribus. *de qua re vide supr. cap.2.except.11.*

XXI. Exceptio; Nisi fœmina tutrix vel curatrix sit danda. *l.vlt.ff.de tutelis.l.tutela.16.ff.eod.tt. l.scire.21.in princ.ff.de tutoribus datis.l.1. C. quando mulier tutelæ offic.M.I.R.d. cap.12.reg.15.* Huius replicatio est; Nisi mater vel auia liberorum suorum tutelam gerat. *Nouell.cap.118.* §. *hæc autem dicimus.M.I.R. d.reg.15.except.1.* Cuius duplicatio prima est: Nisi mater vel auia secundis nuptiis non renunciauerit *d.* §. *hæc autem dicimus. l.2.C. quando mulier tutelæ officio fungatur.l.si pater.3.C.tod.tt. M.I.R.d.exc.1. repl.1.* Secunda; Nisi non præstito iuramento mater secundis nuptiis renunciauerit, approbatur quidem iure antiquo, *vt ex iam propositis constati* mutatur autem & reprobatur iure nouo *Nouell. cap.94.* §. *quia vero.* Tertia duplicatio est; Nisi mater ad secundas venerit nuptias. *d.* §. *quia vero vers. simulatq;. Nouell.c.22.* §. *ad hæc. vsq; ad* §. *placet l. 2. ibi, nam si malunt. &* §. *fin.C.quando mulier tutel.offic. fun. M.I.R d.except.1.repl.3.* Quarta; Nisi mulier Senatusconsulto Velleiano renunciauerit. *l.si pater.3.ibi, & renuncier.C.d.tt.Nouell.c.118.* §. *hæc autem dicimus M.I.R.d.except.1.repl.2.* Quinta; Nisi testamentarij sint tutores. *d.* §. *hæc autem dicimus, in fine. l.2.* §. *his illud.C.quando mulier tutelæ offic. fung. l.si pater.3.* §. *fin.C.eod.tt.* Sexta; Nisi legitimi supersint tutores. *d.* §. *his illud. & d.* §. *fin.* Mutatur & reprobatur duplicatio hæc *Nouell. cap.118.* §. *hæc autem dicimus.ibi, hæc enim si obseruauerint.* Septima duplicatio; Nisi mater tutrix esse noluit. *d.l. 2.* §. *fin. & Nouel.cap.117.* § *si imperfecta, in fin.* Hæc de vicesima prima exceptione.

XXII. Exceptio; Nisi miles tutor vel curator datus sit. *l.militiæ.4.C.qui dare tutores. Inst.de excusat. tutor.* §. *idem & in milite.* Plane iure antiquo miles tutor dari poterat volens, inuitus autem excusationem habebat. *de qua re vide infr. cap. 6. quæst. 1. causa 40.*

XXIII. Exceptio; Nisi is qui in legatione est, tutor sit datus. *l.scire oportet.21.* §. *eos qui.ff. de tutoribus datis.*

XXIV. Exceptio; Nisi tutor datus à parẽte pupilli tutor esse prohibitus sit. *d.l.21.* §. *sed et si quis.l. vnica.C.si contra mariti voluntatem. Concordant ea quæ proposita sunt supr.c.2.quæst.6.reg.1.exc.6.*

XXV. Exceptio; Nisi is qui seipsum ingessit, tutor

tutor datus sit. *l.scire oportet.* 21.§. *fin ff. de tutoribus datis.* Huius replicatio est in matre & auia pupilli, *vt constat ex iis quæ dicta sunt supr.except.21.repl.*1.

XXVI. Exceptio: Nisi is tutor datus sit, ad quē periculum ex altero tutore pertinet, reprobatur *l.Romanius.28.ff.d.tt.*

XXVII. Exceptio: Nisi curialis illustri pupillo tutor sit datus. *l.2.C.de tutoribus illustrium.*

XXVIII. Exceptio: Nisi absens tutor sit datus, reprobatur *l.illud.5. cum lege sequente. ff. de tutoribus datis.*

XXIX. Exceptio: Nisi cum pupillus à matre hæres scriptus esset sub hac conditione, Si patris potestate fuerit solutus, emancipato pater tutor sit datus. *l.scire oportet.21.§.1.ff.de tutorib.datis.*

XXX. Exceptio: Nisi plures tutores sint dati, reprobatur *l.simul. 23.ff. de tutorib. datis.l.1.§.etsi regendis.C.de tutorib.illustrium.* Hactenus exceptiones secundi generis propositæ sunt, desumptæ ex persona dati tutoris & curatoris. Sequitur tertium genus, earum scil. quæ sumuntur ex persona eius, cui tutor vel curator datus est.

XXXI. Exceptio: Nisi puberi tutor detur. *l. Seia.26.ff.de tutorib.datis.* Plane curator puberibus recte datur, quod replicationis loco notandum. *Inst.de curatorib.in princ.*

XXXII. Exceptio: Nisi impuberi curator sit datus. *l.qui habent.3.in prin.ff.de tutelis.l.curator.11.ff. de tutorib.datis.M.I.R.d.ca.12.reg.*19. Huius replicatio prima esse videtur: Nisi pupillus sit furiosus, mutus vel surdus, sed in furioso reprobatur *d.l.3. in princ.* reprobatur item in surdo *l. muto. 6. in pr. & §.surdo.ff.eod.tt.* Secunda replicatio est: Nisi tutor impuberis non sit idoneus. *Inst. de curatoribus. §.interdum.l.solet.13.ff.de tutelis.l.10.§.penul.ff. de excusat.l.pietatis.6.ibi, quod si nihil. C. de suspectis tutorib.* Tertia: Nisi tutor furiosus sit factus. *d.§. penult. l. idem Vlpianus.12.in princ.ff.eod.tt.de excusat.* Quarta; Nisi minor vigintiquinque annis tutor datus sit. *l.10.§.si libertus.ff.de excusat.* Quinta; Nisi tutor solus administrationi non sufficiat. *l. propter. 3. C. in quibus causis tutorem habenti. l. testamento.* 11. *C. de excusat.tutor.* Sexta; Nisi tutor pupillo datus prouocauerit, approbatur *l. cum vna.* 17. §. *fin. ff. de appellationibus.* Septima: Nisi tutor datus ad tempus se excuset. *Institut. de curatoribus. §. penult.l.10. §.qui primipilum.ff. de excusationib. Inst. de excusationibus.§ item qui reipubl.* Octaua: Nisi inter tutorem & pupillum lis sit, ad eam enim litem pupillo curator est dandus. *Inst. de author. tut. §.fin.l.2.C. de in litem dando tutore.l.siue.6.C. eod. tt.item l.qui habent.* 3. §. *si pupillus.ff. de tutelis.* Huius duplicatio prima est: Nisi alius quam pupillus curatorem in litem petierit. *d.§.si pupillus. & d. l. 3.§. denique.* Plane pupillus petere nolens, cogitur à prætore, *quod approbatur ibidem.* Plura de hac re vide *infr. cap.prox.quæst.2.reg.*2. Secunda duplicatio est: Nisi absens curator in litem datus sit. *d. l. 3. §. denique.* Tertia; Nisi absenti vel infanti curator in litem sit datus. *d. §. denique.* Plane hoc casu actor est constituendus. *de qua re vide infr. except. prox. in fin. dupl.general.3.* Quarta duplicatio: Nisi non debito loco vel tempore curator in litem sit datus, reprobatur *d.l.3.§.penult.* Quinta; Nisi alij quoque tutores sint, quam is cum quo pupillo lis est. *l.si plures.24.ff.de testament.tutela. & l.1.C.de in litem dando tutore.* Sexta: Nisi alius in litem curator sit datus. *l.cum semel.5.ff.de tutelis.* Septima: Nisi in diuersas lites idem curator sit datus, reprobatur *d.l.5.l.qui habent.3.§.fin.ff.d.tt.l. quod dicitur.* 4. *in pr. & §.fin.& ff.eod.tt.* Octaua: Nisi vnus in plurium locum curator datus sit, vel contra, reprobatur *d.l.4.§.fin.* Nona: Nisi tutor pupillo status cōtrouersiam moueat. *l.idem fiet.* 27.§. *fin.ff.de testam.tutela.* Hæc de octaua replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta: Nona replicatio est: Nisi ventri curator detur. *l.ventri.20.in pr.ff.de tutorib.datis.* Decima: Nisi ad augmenta curator detur. *l. quoties,8.§ fin.ff.de administr.tut.*

Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Hactenus propositæ exceptionis, qua dicitur curatorem impuberi dari non posse, replicationes enumeratę sunt, quarum duplicatio generalis hæc est: Nisi actus solennitatem iuris desideret, & authoritas ei quod gerit pupillus, sit adhibenda. Ad hoc enim non curator, sed tutor dandus. *l.curatorem.19.ff.de author.tutor.l.cum in vna.*17. §.*fin.ff.de appellationib.l.siue.5.in fin.C. de in litem dando tutore.* Plures duplicationes vide *infr.exc.prox.in fin.* Hæc de exceptione trigesima secunda.

XXXIII. Exceptio: Nisi tutorem habenti, tutor datus sit. *l.tutor.*10.*ff. de tutoribus datis. Instit. de curatoribus.§.interdum. l.idem fiet.* 27.*in princ. ff. de testament.tutela.l.cum iure.*9.*C.qui petant tutores. l si sororis.*9.*C.qui dare tutores.l.*1.§.*quod tamen.C. de tutoribus illustrium. Instit.de Attiliano tutore, in princ. M. I. R.lib.3.c.12.reg.*18. Huius replicatio prima est: Nisi tutor alius appellauerit. *l. 2.ff. de tutoribus datis.l. cum in vna.*17.§ *fin.ff.de appellat.* Secunda: Nisi dies aut conditio, sub qua alius tutor datus est, adhuc pendeat. *Instit. de Attiliano tutor.* §. 1. *& l.si quis.* 11. *in princ.C.de testamentaria tutela.* Tertia: Nisi tutore alio testamento dato, hæreditas ex testamento non sit adita. *Instit. de Attiliano tutore.* §. 1. *l.si hæreditas.30.in princ.ff.de testament.tutela.* Quarta: Nisi alius tutor reipubl. causa absit. *l. in omnem.15.cum lege sequente.ff.de tutoribus datis.* Quinta: Nisi alius tutor ad hostes peruenerit. *Instit. de Attiliano tutore.§.ab hostibus.l.si quis.*15. *ff. de tutelis.* Sexta: Nisi alius tutor sese excusauerit, vel remotus sit, vel decesserit, vel denique sit relegatus. *l.licet.4. C. in in quibus causis tutorem habent. l. in locum.* 3. *C. qui petant tutores.l.2. in fin. C. de suspectis tutoribus.l.præses.3. in fin.& l.pietatis.6.§.1. C. eod. tt. l. cum furiosus.* 7. §. *penult.C.de curatore furiosi. l.nec ille.* 10. *ff. de tutoribus datis.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi post tempus constitutum sese excusauerit. *l.13.§. consequens, in fin.ff.de excusationibus.* Septima replicatio est: Nisi alius tutor pupillo status controuersiam moueat. *l.idem fiet.*27.§. *fin.ff.de testam. tutela.* Octaua: Nisi res pupilli in diuersis prouinciis sint sitæ. *l.propter.25.fi.§.ff. de excusationib.l.2.C. de excusatione tutorum.l.pupillo.* 27. *in princip. ff. de tutoribus datis.* Nona: Nisi testator pupillo duos diuersis temporibus tutores dederit. *l. 2. de testamentaria tutela. l.ex sententia,* 29. *ff. eod.tt.* Decima: Nisi curator detur tutorem habenti. Hæc replicatio admittitur in quibusdam casib. quos enumerauimus *supr.exceptione proxima.* Vndecima replicatio est: Nisi curator detur curatorem habenti. *l.ventri.* 20. *in fin. ff. de tutoribus datis.* Huius dupli-

duplicatio est: Nisi simpliciter, non causa cognita curator detur curatorem habenti. *l. curatorem.* 10. *C. qui dare tutores.*

Duplicationes præcedentium replicationum generales.

Iam enumeratarum replicationū duplicatio prima hæc videtur esse; Nisi pupillus plures habeat tutores, tunc enim vno ex iis defuncto, remoto, relegato, vel reipubl. causa absente, nō videtur alius in locū eius substituendus, verum reprobatur *l.2.C.quib.casib.tutorem habenti.l.ex sententia.*19.*ff.de testam.tutela.* Secūda duplicatio generalis est; Nisi causa, ob quam tutor substitutus vel adiunctus est, sit finita. *approbatur per ea quā habentur infr.c.8.caus.*18. Tertia; Nisi alius tutor in suis negotiis absens sit, vel ob aliam aliquam causam tutelam gerere non possit, quæ excusationē non meretur, tūc enim nec tutor neq; curator debet substitui, sed actor periculo tutoris dari, *l.curatorem.10.in fin C.qui dare tutores.Inst. de curatorib.§.fin. l.solet.13.in fin.ff.de tutel. l.vnica. C. de actore à tutore.l. decreto.23.ff. de administr. tutor.* vbi & aliæ causæ actoris constituendi proponuntur, absentia scil. & infantia pupilli, quibus duobus casibus curator ad litem pupillo constitui non potest. *de qua re dictum supr. exc.prox.repl.8.dupl.2.& 3.*

XXXIV. Exceptio: Nisi maiori vigintiquinque annis curator datus sit, ipso quidem iure subsistit. *M.I.R. d. cap.* 12.*reg.*21. verum eius replicatio prima est; Nisi ei qui rebus suis superesse non potest, curator detur. *l.his qui.* 12.*in prin.ff.de tutor.datis l.2 ff.de curatoribus furioso. Inst.de curatorib.§.sed & mente.* Sed & propositæ replicationis pecies sunt replicationes sequentes. Secunda autem replicatio est: Nisi furioso curator sit datus. *Inst. de curatorib.§.furiosi.l. nec mandante.*8 §.*fin. ff. de tutorib.datis.l.1.C. de curatore furiosi. M.I.R. d.reg.*21. *except.*1. Huius duplicatio prima est; Nisi furiosus in patris sui sit potestate. *l. cum furiosus. 7. in princ. C.d.tt.* Secunda; Nisi sine causæ cognitione curator furioso vel simili sit datus. *l.obseruare.5.ff.de curatorib.furioso.* Tertia: Nisi furiosus sanæ mentis sit factus, approbatur *l.* 1.§.*penult.ff. d.tt. M.I.R. d. except.*1.*repl.*1. Hæc de secunda replicatione. Tertia replicatio est; Nisi muto, vel surdo, vel ei qui perpetuo morbo laborat, curator sit datus. *Inst. de curatorib.* §. *sed & mente. l. nec mandante.*8. §.*fin.ff. de tutor.datis.* Plane si impubes sit mutus vel surdus, non curator, sed tutor illi dandus. *quod approbatur per ea quæ dicta sunt supr. exc.*32.*repl.*1. Quarta; Nisi prodigo curator sit datus. *l. 2. ff. de curatoribus furioso.l.his qui.*12.§.*fin.ff.de curatorib. datis l.*1. *C. de curator.furiosi. Inst de curatorib.* §. *furiosi. M.I.R. d. exc.*1. Huius duplicatio prima est: Nisi magistratus illū non iudicet esse prodigum, nec ei bonis interdicat, ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est: Nisi pater in testamento filio tanquam prodigo curatorem dederit. *l.si furioso.*16.§. *his cōsequens.ff.de curatorib.furioso.* Altera duplicatio est: Nisi prodigus ad meliorem mentem redierit. *l.*1. §.*penult.ff.eod.tt.M.I.R.d.repl.*1. Tertia: Nisi fœmina sit prodiga, reprobatur *l.& mulieri.*15.*in prin.ff. de curator.furioso.* Quinta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ventri curator sit datus. *l. ventri,*20.*in princ.ff.de tutorib.datis. & l. bonorum.*8.*ff. de curator.furioso.* Sexta: Nisi bonis absentis vel debitoris curator detur. *de qua re vide infr.* Hæc de trigesima quarta exceptione.

XXXV. Exceptio: Nisi ei qui in patris est potestate, tutor vel curator sit datus. *l. cum furiosus. 7.in princ. C. de curatore furiosi. concordat Instit. de tutelis, in princ.* Huius replicatio prima est, quoad eas res, quæ ita iis qui in potestate parentum sunt, relinquuntur, ne parens in iis vsumfructum, aut aliam communionem habeat. *Nouell. constit.*117. §. *si imperfecta.* Secunda: Nisi pater in hostium sit potestate, reprobatur. *l. muto.* 6. §. *ei cuius.ff de tutelis.*

XXXVI. Exceptio: Nisi ei cuius pater apud hostes est, tutor vel curator sit datus, approbatur *per ea quæ iam sunt proposita repliç.*2.

XXXVII. Exceptio: Nisi seruo tutor vel curator sit datus, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi de statu suo litiget. *l.ei qui.*17.*ff.de tutoribus datis.& l.*1.*C.qui dare tutores.* Secunda: Nisi cum seruo libertas simul & hæreditas per fideicommissum relicta esset, institutus hæreditatem adire nolit. *l.si impuberi.*13.*in princ.ff.de tutorib.datis.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi absenti tutor datus sit, reprobatur *l.illud.5.in fin.ff.de tutorib.datis.*

XXXIX. Exceptio: Nisi ignoranti & inuito curator sit datus, reprobatur *l.neonon.6.ff.de tutoribus datis.* Plane admittitur in adultis minoribus vigintiquinque annis, quæ distinctio approbatur sub conditione *Inst.de curatoribus.* §.*item inuiti. M.I.R.d.cap* 12.*reg.*20. vbi etiam distinguitur.

XL. Exceptio: Nisi non personæ, sed rei vel causæ tutor datus sit, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.cap.2.quæst* 1.*except.*16. Huius replicatio prima est: Nisi rei Italicæ, Africanæ vel simili tutor detur. *approbatur d.except.*16. Secunda: Nisi ad adeundam hæreditatem tutor sit datus. *l. impuberi,9.ff.de tutorib.datis. l.si impuberi.* 13. *in princ. ff.eod.tt.l.cum in vna.*17.*in fin.ff.de appellationib.* Tertia: Nisi non tutor, sed curator sit datus. *Instit.de curatoribus.§.item inuiti.& l.non tantum.* 7. *ff. de tutoribus datis.* Huius species est curator bonis datus. *de quo vide infra eod.lib.cap.vlt.* Hactenus tertij generis exceptiones enumeratæ sunt, desumptæ ex persona eius cui tutor vel curator est datus, sequuntur reliquæ exceptiones ex aliis huiusmodi circumstantiis desumptæ.

XLI. Exceptio: Nisi ex tempore vel sub conditione tutor sit datus. *l.actus legitimi.*77.*ff. de reg. iuris.l.muto.6.§.sub conditione ff.de tutelis. M.I.R.d.cap.* 12.*reg* 8 Huius replicatio prima est: Nisi sub hac conditione, Si satisfecerint, tutores sint dati, *d.* §.*sub conditione.* Secunda: Nisi dies aut conditio tacite insit, non expresse. *d,l.*77.§.*nonnunquam tamen.* Tertia: Nisi in testamento tutor ex die vel sub conditione sit datus, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.c.2.quæst.1.except.*19.

XLII. Exceptio: Nisi die feriato tutor datus sit, reprobatur *l. nec mandante.* 8.§. *penultim. ff.de tutoribus datis. M.I.R. lib.2.cap.*1. *quæst.*9.*regul.*2. *except.*5.

XLIII. Exceptio: Nisi sine inquisitione & causæ cognitione tutor vel curator sit datus, *l.obseruare.6.ff.de curatorib.furioso.* Plura de hac re vide *supr.cap.2.quæst.6.reg.*3.

XLIV. Exceptio: Nisi petitio tutoris ab eo à quo

quo debet, non sit facta. *De hacre dicetur infr. cap. prox. quæst. 2. Sed & approbatur l. quod dicis. 6. C. qui dare tutores.*

XLV. Exceptio: Nisi in petitione tutoris sit erratum. *l. tutor. 10. ff. de tutoribus datis.* Hactenus exceptiones aduersus dationem tutoris & curatoris sunt propositæ.

III. EVENTVS ET CONSEquentia tutoris dationem.

I. Regula. De nunciando absenti quod tutor sit datus, proponitur *l. vlt. ff. de tutorib. datis. & l. 13. §. qui autem supr. ff. de excusat. tutor.*

II. Regula: De excusationibus opponendis, de cautione exigenda & similibus dicetur in sequentibus.

DE TVTORE ET CVRATOre petendo.

CAP. V.

ANtequam locum hunc de causis tutelæ & curæ efficientibus concludamus, pauca etiam de petendo tutore & curatore nobis sunt dicenda. Est enim petitio hæc causa, sine qua non constituitur tutor vel curator.

I. CAVSÆ EX QVIBVS PETITIO tutorum & curatorum competit.

Si cui omnino nullus tutor est, vel est quidē, sed ex die aut sub conditione datus, aut reipublicæ causa abest, &c. De hisce atque huiusmodi aliis causis vide *supr. cap. prox. exc. 32. & exc. 33.*

II. QVIBVS PETITIO TVTOrum & curatorum competit?

I. Regula, De ipso minore cui curator est dandus. Hic sibi ipsi petet *l. 2. §. curatores. ff. qui petant tutores. & l. matris. 6. in fin. C. eod. tt.* Huius exceptio est: Nisi impubes sit. *l. 2. ff. de tutelis.* Cuius replicatio est: Nisi cum inter pupillum & tutorem lis esset, in eam litem curator sit petendus. *l. qui habent. 3. §. si pupillus. ff. eod. tt.*

II. Regula, De alio quā minore. Alij petitio curatoris non cōpetit. *l. 2. §. fin. ff. qui petant tutores.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi minor adhuc impubes sit, tunc enim alij, puta cognati, adfines, amici, &c. ad petitionē admittuntur. *d. l. 2. in prin. l. nepotib. 10. C. qui petant tutores. l. sancimus. 28. §. ne autem tales. C. de admin. tut.* Cuius replicatio prima est: Nisi fœmina petat tutorem. reprobatur exemplo matris, *vt ostensum est supr. ead. exc. in prin.* item exemplo amitæ, reprobatur *l. amita. 5. C. qui petant tutores.* Secunda replicatio est: Nisi extraneus tutorem pupillo petat, hoc est, nec cognatus, nec adfinis, nec amicus parentum pupilli, nec pupilli educator, approbatur simul & distinguitur *l. 2. §. siquidem. ff. qui petant tutores. & l. qui habent. 3. §. si pupillus, ff. de tutelis.* Huius duplicatio prima est: Nisi quis aduersus pupillum litem habēs, admoneat eos qui tutorē petere possunt, nec illi petere velint, vel alij non sint qui petere possint, tunc enim admittuntur ad petitionem ij qui litem habent. *d. §. siquidem. & d. §. si pupillus. l. si filius. 4. C. qui pet. tutor. l. sancimus. 28. §. ne autem. C. de administ. tutor. M. I. R. lib. 3. c. 12. reg. 24.* Plures de duplicatione proposita vide *supr. exc. prox.* Sed & plures propositæ replicationis duplicationes vide paulo inferius *in replicatione generali*, vbi proponuntur alij, qui non solum possunt, sed etiam debent pupillis tutores petere. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi alterius intersit minorem curatorem habere, nec sint qui petant. *d. §. ne autem. l. 1. C. qui petant tutores. l. admone. 7. C. d. tt.* Tertia exceptio est; Nisi furioso curator sit petendus, tunc enim alij, puta filius & similes, ad petitionē admittuntur. *l. si pater. 3. C. de curat. furiosi.* Quartæ exceptionis loco notandum, quod per pubertatē pupilli finita tutela, tutor teneatur admonere adolescentem, vt sibi curatorem petat. *l. ita autem. 4. §. si tutor. ff. de administr. tutor.*

Replicatio propositarum exceptionum generalis.

Iam enumeratis exceptionibus regulariter obstat replicatio hæc: Nisi cui petitio tutorum competit, petere nolit, hoc enim casu ad petendum inuitus cogi non potest. *l. 2. in pr. ibi, & hi quidem ex electione. ff. qui petant tutores.* Cuius duplicatio prima est: Nisi mater pupillo tutorem non petat. *d. l. 2. §. sunt autem quidam.* De qua re dicentur plura *infr. quæst. 5.* Secunda duplicatio est: Nisi libertus sit patris pupilli. *d. §. sunt autem quidam. & §. liberti autem. l. 2. C. qui petant tutores.* Tertia: Nisi cum quis inutiliter tutor datus esset, & negotiis pupillaribus se immiscuisset, postea errore comperto, à tutela se abstineat. *l. tutores. 38. §. qui se negotiis. ff. de administr. tutor.* Quarta duplicatio videtur: Nisi tutor datus sese excuset, hic enim videtur teneri ad alium tutorem petendum. Sed reprobatur *l. qui qualitercunq; 3. ff. qui petant tutores.*

Triplicatio præcedentium duplicationum generalis.

Postremo sciendum est, iam dictas duplicationes approbatas, in tutore quidem petendo locum habere, non autem, si curator puberi sit petendus, tum quia prędictæ leges omnes in tutore tantum loquuntur, tum quia pubes sibi ipsi curatorem petere possit, *vt ostensum supr. reg. prox.* tum deniq; quia illud expresse cauetur de matre *l. 1. ff. qui pet. tutor. de quo infr. quæst. 5. reg. 3.*

II. Apud quem petitio tutorum & curatorum competat, definitur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæ. 2. except. 1.*

IV. QVANDO PETITIO PROposita competat?

Omni die competit. *l. nec mandante. 8. §. dari. ff. de tutoribus datis.*

V. EVENTVS PETITIOnis tutorum.

I. Regula: Si quis ius petendi tutoris non habens, tutorem petierit, periculum ex eo quod gestum erit, sustinet, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. quæst. 2. reg. in princ.*

II. Regula: Si libertus ius petendi habens, tutorem pupillo non petierit, punitur. *l. 2. §. sunt autem. & §. liberti. ff. qui petant tutores.*

III. Regula: Si mater filio tutorem nō petierit, hæreditate eius priuatur. *d. §. sunt autem. & §. quæ autem. Instl. de S. C. Tertylliano. §. penult. l. 2. §. si mater. ff. ad S. C. Tertyll. M. I. R. d. cap. 12. reg. 23.* Exceptio prima est: Nisi filius impubes tutores habeat. *l. cum iure. 9. C. qui petāt tutores.* Huius replicatio prima est: Nisi tutores quos pupillus habuit, excusati sint, vel remoti, vel mortui. *approbatur per ea quæ*

quæ proposita sunt paulo superius ead. reg. in princ. l. 2. §. non solum autem. ibi, igitur si fortè. & §. idoneos, in fine. ff. ad S. C. Tertyllianum. Cuius duplicatio prima est: Nisi non omnes excusati vel remoti sunt. *l. credendum est. 5. §. 1. ff. qui petant tutores. l. 2. §. quid ergo si non fuerint, ff. ad S. C. Tertyllian.* Huius triplicatio est: Nisi reliqui administrationi tutelæ non sufficiant. *d. l. 5. §. 1. & d. §. quid ergo.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi non rectē tutores testamento sint dati. *l. credendum. 5. in princ. ff. qui petant tutores.* Tertia: Nisi decretum sit, vt alius tutor adiungatur. *d. l. 5. §. sed si suspecto.* Quarta: Nisi tutor qui est, latitet vel suspectus sit, reprobatur *l. 2. §. sed quod diximus, ff. ad S. C. Tertyll. l. credendum. 5. §. quæ autem, ff. qui petant tutores.* Quinta: Nisi mater non compellat tutorem, vt se tutelæ misceat. *l. 2. §. quid si non. ff. ad S. C. Tertyllian.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Secunda exceptio est: Nisi mater filio tutores petierit. ipso quidem iure subsistit: *M. I. R. dict. reg. 23 except. 1.* verum eius replicatio prima est: Nisi eos petierit, qui se excusare possunt. *dict. leg. 2. §. non solum.* Cuius duplicatio prima est: Nisi non data opera petierit. *d §. non solum.* Altera, Nisi tutor excusatione omissa, tutelam susceperit. *d. §. non solum.* Secunda replicatio est, Nisi minus habiles minusq; idoneos tutores petierit. *d. §. non solum. & l. 2. §. sunt autem. ibi, nec solum si non. ff. qui petant tutores.* Huius duplicatio prima esse videtur, Nisi prætor tutorem petitum probauerit. quæ tamen *per d. §. non solum*, reprobatur. Secunda, Nisi facultatibus idonei sint, quamuis non moribus. *d. l. 2. §. idoneos. ff. ad S. C. Tertyll. & l. credendum 5. §. quæ autem. ibi, satisq; est eam. ff. qui petant tutores.* Tertia replicatio est, Nisi mater admonita & compulsa petiit. *l. 2. §. quid ergo si petiit. ff. ad S. C. Tertyllianum.* Quarta, Nisi à non competente iudice petiit. *d. l. 2 §. si mater.* Plura de hac re vide *infr. c. prox. quæst. 2. exceptio. 1.* Quinta replicatio, Nisi non confestim, nec intra annum petierit. *d. l. 2. §. confestim. M. I. R dict. except. 1. replic. 1.* Hæc de secunda exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Tertia exceptio est, Nisi mater ex iustis causis impedita, petere non potuerit. approbatur simul & distinguitur *dict. §. confestim.* Eiusq; species sunt exceptiones proxime sequentes. Quarta exceptio est: Nisi mater prætoris copiam non habuerit. *d. §. confestim.* Cuius replicatio est, Nisi alterius magistratus, qui tutores dare possit, copiam habeat *l. 2. §. si mater. ff. ad S. C. Tertyll.* Quinta exceptio est, Nisi mater casu fortuito sit impedita. approbatur exemplo *l. cum à matribus. 8. C. qui petant tut.* Sexta, Nisi pater pupilli tutorem ei peri prohibuerit, *l. 2. § pen. ff. ad S. C. Tertyll.* Plane eius replicatio est, Nisi ipsa ex voluntate patris tutelam non legitime administret. *d. l. 2. §. quid si pater. ff. ad S. C. Tertyll.* Septima exceptio est, Nisi mater filiorum tutelam gerat, ipso quidem iure subsistit, *M. I. R. d. reg. 23. except. 2.* verum eius replicatio prima est, Nisi non legitime tutelam administret. *d. §. quid si pater.* Altera: Nisi mater nuptias iteraueritt. *l. omnem. 6 C. ad S. C. Tertyll. M. I. R. d. except. 2. replic. 1.* Octaua exceptio est: Nisi mater absens, ab aliis in petitione tutoris sit præuenta. *l. 2. §. quod si pater. ibi, sed si fortè. ff. ad S. C. Tertyllianum.* Nona: Nisi morte filij impuberis præuenta non petiit. *d. l. 2. §. confestim, in fine. M. I. R. d. reg. 23. except. 3.* Decima: Nisi non tutorem, sed curatorem non petierit. *l. 1. ff. qui petant tutores l. matris. 6. C. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi impuberi curatorem non petierit. *d. l. 1. Concordat l. 2. §. si mater. vers. quid si curatores. ff. ad S. C. Tertyllianum.* Secunda: Nisi furioso non petierit curatorem. *d. §. si mater. vers. quid si furioso.* Vndecima exceptio est, Nisi penitus egenus filiis, & qui non sunt soluendo, non petiit tutores. *d. §. si mater. versic. quod si penitus. d. l. 2. § tractari, in fine. & §. penult.* Duodecima, Nisi non filiis, sed filiabus, vel nepotibus tutores non petiit, reprobatur. *d. §. si mater, vers. filiis autem.* Decima tertia: Nisi posthumo, vel bonis eius qui in vtero est, non petiit tutores, reprobatur *dict. §. si mater. vers. quid si cum.* Decima quarta, Nisi impubes filius apud hostes sit, reprobatur *d vers. quid si cum.* Decima quinta: Nisi furioso non petierit, reprobatur *d. §. si mater. vers. quid si furioso.* Decima sexta, Nisi non legitimis, sed naturalibus filiis tutores non petierit. reprobatur *l. mater. 9. C. qui petant tutores vel curat.* Decima septima: Nisi iuris ignorantia lapsa, non petiit. reprobatur *d. l. 9.* Decima octaua: Nisi mater non petens sit minor viginti quinque annis. *l. 2. C. si aduersus delictum suum.* Decima nona: Nisi ob id nō petierit tutores, quod pupillo amplum legatum relictum erat sub hac conditione. Si tutores non habuerit. *l. 2. §. tractari. ff. ad S. C. Tertyll.* Vicesima: Nisi filius pubes decesserit. *l. matres, 3. C. ad S. C. Tertyllianum.* Vicesima septima: Nisi mater filio impuberi defuncto, non ab intestato, sed ex pupillari substitutione succedat. reprobatur *l. omnem. 6. C. d. tt.* Vicesima secunda exceptio est, Nisi mater fideicōmissum à filio sibi relictum petat, non filij hæreditatem. hoc enim casu exceptio non petiti tutoris ei non obstat. *l. credendum. 5. §. hæc autem. ff qui petant tutores.* Hæc de petendo tutore & curatore, nec non de aliis tutelæ & curæ causis efficientibus sint dicta. Sequuntur nunc causæ tutelæ & curæ corrumpentes, seu eæ ex quibus tutela & cura finitur. Inter quas numeratur excusatio à tutela, item suspecti remotio, *quod approbatur Instit. quib mod. finitur. §. fin.*

DE EXCVSATIONIBVS TVtorum vel curatorum.

CAP. VI.

PRimum igitur de excusationibus tutorum dicetur, hinc de postulatione & remotione suspecti, postremo de reliquis huiusmodi causis tutelæ & curæ corrumpentibus.

I. CAVSÆ EX QVIBVS excusatio competit.

I. Causa est, numerus liberorum. *Quæ approbatur Instit. de excus. tut. in pr. nc. l. 2. §. remittit. ff. de excus. tut. item l. 1. C. qui numero liberorum.* Exceptio prima: Nisi liberi non sint in potestate. reprobatur *Instit. d. tt. in princ. Concordat d. §. remittit.* Secunda exceptio est: Nisi liberi non sint legitimi. *d. §. remittit.* Tertia: Nisi adoptiui sint liberi. *Instit. de excus. tutor. in pr. nc.* Quarta, Nisi liberi sint alij in adoptionem dati. reprobatur *Instit. d. loco.* Quinta, Nisi non filij, sed filiæ vel nepotes sint. reprobatur sub conditione *Instit. dict. tt. §. item nepotes.*

Concordat l.2.§.non solum.ff.de excuſ.tut. Plane admittitur primum, ſi nepotes non ex filio, ſed filia ſint nati: deinde, ſi pater nepotum adhuc viuat, tertio admittitur in eo, quod duo, tres, vel quatuor nepotes ex vno filio pro vno computantur. *quæ omnia ex iam propoſitis conſtant.* Sed & ſecundæ diſtinctioni concordat *l.2. in fin.C.qui numero liberorum.* Sexta exceptio eſt: Niſi liberi mortui ſint: hi enim ad excuſationem non proſunt. *Inſt. de excuſ.tut.§.filij autem.l.2.§.remittit. ibi, oportet autem.ff.dict.tt.& l.2. in princ. C.qui numero liberorum.* Huius replicatio prima eſt: Niſi poſt excuſationem propoſitam ſint mortui. *d §. remittit.* Secunda, Niſi in bello liberi ſint amiſſi *Inſtit. d. tt.§. ſed ſi in bello.* Cuius duplicatio eſt: Niſi extra aciem liberi ſint amiſſi. *d. §.ſed in bello. Concordat l. bello 8.ff.de excuſat.* Septima propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi liberi tempore creationis nondum fuerint nati.*l.2.§.remittit. ibi, qui autem. & §. munerum.ff.de excuſat.* Octaua, Niſi pater filio tutor vel curator detur.*l.amiciſſimos.36.§ fin.ff. de excuſat.* Nona, Niſi non tutor, ſed curator furioſo vel muto ſit datus. reprobatur *l. Titio. 45. §.ſi à prætore.ff.de excuſ.*

II. Cauſa, De triplici tutela. Triplex quoque tutela excuſationem præſtat ab aliis. *Inſt. de excuſ.tutorum.§.item tria.l 2.§.fin.ff.de excuſat.item l. vnica.C.qui numero tutelarum.* Exceptio prima eſt: Niſi quaſdam ex tribus tutelis adſectauerit. *elicitur ex Inſtit.d.§.item tria. Concordat l.15. §.quandoq; ff de excuſat.* Secunda exceptio eſt: Niſi parens liberorum ſuorum tutelam gerat. reprobatur *d. l.15.§.item Vlpianus.* Tertia, Niſi libertus patroni liberis tutor ſit datus. *l. 14. §.fin.ff.de excuſat.tutor.* Quarta: Niſi non tres tutelas, ſed curas gerat. reprobatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. ead.cauſ.in pr.* Quinta: Niſi inter tres curas connumeretur etiam cura reipublicæ.*l.15.§.ratio inatio. ff. de excuſationibus.* Sexta, Niſi periculo tantum alterius tutelæ ſit obnoxius, vel tutor tantum honorarius *d.l. 15. §.ciuitatis.* Plane exceptionis huius replicationem vide *inf except.13.replic.5.* Septima exceptio eſt: Niſi eiuſdem pupilli diuerſa bona adminiſtret.*l.iuriſperitos.30.§.cum oriundus.ff.de excuſat.* Octaua, Niſi plurium tutelam gerat, quibus vnum idemq; patrimonium eſt.*l.tria onera.3. ff.de excuſ.tutor.Inſtit.dict.tt.§.item tria onera. & l.ſi iu.31.§.fin.ff.d.tt.* Huius replicatio eſt, Niſi inter pupillos patrimonium diuidatur. tunc enim habetur pro duabus vel pluribus tutelis. *dict.§.fin.* Nona exceptio: Niſi vna tutela per appellationem ſit ſuſpenſa. reprobatur *l.diximus.4.in prin.ff. de excuſ.* Decima, Niſi pupilli vnius vel alterius tutelæ pubertati proximi ſint.*l.non tantum.17.in princ.ff.de excuſat.* Vndecima, Niſi vna aut altera tutela ſit finita. *l.vnica. § finito. C. qui numero tut. Inſtit.de excuſ.tut. §.item tria onera.ibi, quamdiu adminiſtrantur.l 2.§ fin.ff.d.tt.* Huius replicatio prima, Niſi nondum tutelæ finitæ ratio reddita ſit. reprobatur *dict.l.vnica, §.finito.* Altera: Niſi vna ex tribus finita, duæ aliæ offerantur. tunc enim non niſi ad vnam cogi poteſt. approbatur & declaratur *per ea quæ habentur inf.except.13.repl.1.* Duodecima exceptio eſt: Niſi pupillum hæreditate paterna tutor abſtinuerit. tunc enim eius tutela habetur pro finita.*l ſi is.31.§.& eum qui.ff. de excuſat.* Decimatertia, Niſi numerus tutelarum ternarius non ſit perfectus. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſup.ead.cauſ.in prin.* Eius autem replicatio prima eſt: Niſi duas tutelas habenti, poſtea aliæ duæ offerantur. tunc enim priore poſtea allata admiſſa, alteram poſteriore loco oblatam ſuſcipere non cogitur.*l.ſi duas.6.in princ. ff. de excuſ.& l.ſi is 31.in princ.vſque ad § & eum.ff. d. tt.* Secunda: Niſi vna vel duæ tutelæ, quas habet ſolas, ita diffuſæ & negocioſæ ſint, vt vix illis ſufficiat. *d.l.31.§.fin.* Tertia Niſi vnius tutelæ plures habeat pupillos. reprobatur *d.§.fin.* Quarta: Niſi vna tutela patrimoniaha beat in diuerſis prouinciis ſita. reprobatur *per ea quæ dicta ſunt ſup. except.7.* Quinta, Niſi cum ad tutelam vocatus, haberet tantum vnam aut alteram tutelam, vel nullam, pater eius vel filius, aut frater qui in eiuſdem eſt poteſtate, habeat reliquas, ita vt illis computatis ſuppleatur ternarius tutelarum numerus. *l. tria onera.5.ff.de excuſat. l. diximus.4. §.ſi pater.ff.dict.tt.* Huius duplicatio prima eſt: Niſi filius vel frater non ſint in eiuſdem poteſtate. *d. §.ſi pater.* Altera, Niſi filius ſine voluntate patris tutelam ſuſceperit.*dict.leg.5.* Sexta replicatio eſt, Niſi is qui vnam ſaltem aut alteram tutelam habet, aliarum quoque pericu'um ſuſtineat. ipſo quidem iure reprobatur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. except.6.* Admittitur tamen in patre & filiis, *vt iam replic.prox. eſt oſtenſum.* Hæc de ſecunda cauſa.

III. Cauſa eſt, ſenectus, *quæ approbatur Inſtitut.de excuſat.§.item maior.l.2.in princ ff.d. tt. l. vnica. C.qui ætate ſe excuſant.* Huius exceptio eſt, Niſi minor ſit ſeptuaginta annis. *quæ ex iam propoſitis conſtat.*

IV. Cauſa; Si minor ſit vigintiquinque annis is cui tutela defertur.*l.non ſolum.10. §.ſi libertus.ff. de excuſat.* Plane hodie minor vigintiquinq; annis etiam ſine excuſatione inutiliter tutor datur. *de qua re vide ſup.c.4.q.2 except.20.*

V. Cauſa: Si tutor datus, aduerſa valetudine laboret. *Inſtit.de excuſationib. §. item propter. l.vnica. C.qui morbo ſe excuſant.& l.10.§.fin. cum duabus legibus ſequentib. ff. de excuſat.* Huius cauſæ exceptio prima eſt; Niſi talis ſit valetudo, in qua ſuis rebus ſupereſſe poſſit.*dict. §.fin.* Secunda; Niſi ante aduerſam valetudinem ſit datus. reprobatur *l. & non tantum.11.ff.de excuſationibus.Concordat l.poſt ſuſceptam.40.in princ.ff.eod.tt.* Tertia, Niſi aduerſa valetudo non ſit pepetua, ſed temporaria. *d.l.10. §.penult.& l.idem Vlpianus.12.ff.eod.tt.* Huius exemplum eſt, ſi tutor furioſus ſit factus: qui furor intermittit.*quod proponitur in legibus ſupr.cap.4.q. 2.except.32.replic.3.annotatis.* Quarta exceptio: Niſi ob oculum tantum amiſſum quis velit excuſari.*l.frater.9.C.de excuſat.tutor.*

VI. Cauſa: Si literas neſciat. *Inſt. de excuſ.tut. §. ſimiliter.* Huius exceptio eſt: Niſi expers negociorum non ſit.*l.6.§.fin.ff.eod. tt.*

VII. Cauſa: Si humilis vel ruſticus ſit. approbatur certo modo *d.l.6.§.penult.*

VIII. Cauſa: Si pauper ſit.*Inſt.de excuſ.§. ſed & propter.l paupertas.7.ff.d. tt. item l.poſt ſuſceptam. 40. in fin.ff.eod.tt.*

IX. Cauſa: Si ingenuus libertino tutor detur. *l.1.§ ducendum.ff.de excuſ.tutor.l.pupillo.27.§.fin. ff. de tutoribus datis.* Huius exceptio prima eſt: Niſi ſeſe non excuſauerit.*ex legibus iam propoſitis conſtat.* Secunda: Niſi non intra legitimum tempus excuſationem propoſuerit.*l.excuſationis.3.C.de excuſ. tut.* Plura de hac & præcedente exceptione vide *infr inter exceptiones generales, ead.quæſt.* Tertia exceptio eſt: Niſi pupillus libertus ius aureorum annulorum habeat.*l.cum ex. 44.in princ. ff. de excuſat.* Quarta: Niſi ex liberto ingenuus factus ſit, impetrato iure annulorum. reprobatur *d.l.44.*

X. Cauſa, Si ſenator ei qui in nulla dignitate poſitus eſt, tutor datus ſit. *De hac cauſa vide ſupr.c.4. q.2.except.7.in fin.*

XI. Cauſa: Si tutor datus debitor vel creditor ſit pupilli. *De hac cauſa dictum ſup. cap. 4. quæſt.2. except.13.*

XII. Cauſa: Si quis tutelam alicuius geſſit, à cura eius excuſatur. *Inſtit.de excuſ. tut. §. qui tutelã. l.curator.20. C.excuſ. tutor.* Exceptio prima eſt: Niſi intra legitimum tempus excuſatio non fuerit propoſita.*d.l.20.* A quo die autem incipiat currere tempus legitimum, definitur *l. Caius 16. ff.de excuſ.tut.* Secunda exceptio videtur eſſe: Niſi teſtator tutorem in teſtamẽto datum, eundem & curatorem eſſe voluerit. ſed reprobatur *d. l.16. & Inſtit.d.§.qui tutelam.* Tertia eſt: Niſi libertus liberorum patroni ſui tutelam geſſerit. hic enim à cura eorum ob hoc non excuſatur.*l.libertos. 5. C. de excuſ.tut.* Plura de hac exceptione vide *ſup. eod. c.inter except ones generales.*

XIII. Cauſa: Si tutor datus, alia ratione eiuſdem tutelæ periculo ſit obnoxius. reprobatur *l. penult.ff.de tutorib. datis.*

XIV. Cauſa: Si litem cum pupillo vel adulto habet. reprobatur *Inſtit.de excuſ. tutor.§. item propter litem.& l propter.21. in prin.ff.eod.tt.* Plane admittitur cauſa propoſita, primum quidem, ſi de omnibus bonis, aut maxima bonorum parte inter nominatum & pupillum controuerſia ſit, *quæ diſtinctio ex iam propoſitis conſtat.* Deinde admittitur, ſi de hæreditate controuerſia ſit. *Inſtit. dict.§. item propter, in verbo, Vel hæreditate. Cui concordat l.ſi pupillum.20.ff.de excuſationib.item l.ſi vt.16. C. eod.tt.* Tertiò admittitur, ſi ſtatus controuerſia ſit. *l. 6. §.amplius.ff.d.tt.* Hæc de iure quo cauſa propoſita reprobatur, ſint dicta. Plane iure nouo cauſa propoſita videtur approbari: cum nec debitor, nec creditor pupilli, etiam volens ei tutor dari poſſit, *ſecundum ea quæ propoſita ſunt ſup. cap. 4. q.2.except.13.*

XV. Cauſa: Si aduerſus matrem pupilli actionem habeat. reprobatur *l.inuſitatum.19. C.de excuſat.tutor.*

XVI. Cauſa: Si tutor datus, inimicitias capitales cum patre pupillorum exercuit. *Inſtit. de excuſ.tutor.§. inimicitiæ.Concordat l.6.§.dat remiſſionem. ff.d.tt.M.I.R. lib.3.cap.12. reg. 26.* Exceptio prima eſt: Niſi inimicitiæ non fuerint capitales. *quæ conſtat ex Inſtit.d.§.inimicitiæ. ibi, ſi capitales fuerunt. item ex d.§. dat remiſſionem.* Secunda: Niſi inimicitiæ fuerint reconciliatæ. *d. §. inimicitiæ.* Tertia: Niſi in teſtamento tutor datus ſit. *d. §. dat remiſſionem.* Huius replicatio prima eſt; Niſi poſt teſtamẽtum factum inimicitiæ interuenerint. *d. §. dat remiſſonem.* Secunda; Niſi ob inimicitias in teſtamento tutor datus ſit.*d.§.dat remiſſionem. De qua re vide inſr.cauſa prox.*

XVII. Cauſa; Si propter inimicitias tutor datus ſit.*dict.§.dat remiſſion. Inſtit de excuſ.tut. §. item ſi propter.*

XVIII. Cauſa; Si propterea tutor nominatus eſt, vt metu creationis, pecunia data, ſe redimat. *l.ſeueriter.14.C.de excuſ.tutor.*

XIX. Cauſa, Si patri pupillorum ignotus fuit. reprobatur *Inſtit.de excuſ.tut.§.non eſſe.& l.15. §.qui dixerit.ff.eod.tt.*

XX. Cauſa; Si controuerſiam ſtatus à patre pupillorum paſſus eſt. *Inſt.de excuſ.tutor.*

XXI. Cauſa; Si res cum pupillo communes habet. reprobatur *l.quod res.21.C.de excuſ.tut.*

XXII. Cauſa; Si pupilli nomine actiones aduerſus cognatos ſuos ſint mouendæ. *l. humanitatis.23.C.d.tt.*

XXIII. Cauſa, Si pupilli bona in alio loco ſita ſint, quam in quo tutor datus domicilium habet, ab illorum adminiſtratione excuſatur. *l. non ſolum.10.§.& qui in teſtamento.ff.de excuſat.l.illud. 19.l. propter.21.§.pen.& vlt.l.vlt.§.vlt ff.d.tt.l.2 C.de excuſ. tut. l.teſtamento.11. C.eod. tt. l.idem Vlpianus.12 §.fin. ff.de excuſ.& l.tutores.38.§.patruus.ff.de adminiſtr.tut.* Vide item plura de cauſa propoſita *ſup.c.4.q.2.except.14.item infr.c.13.offic.17.*

XXIV. Cauſa; Si pupillus nil niſi nudam rerum proprietatem habeat, vſufructu penes aliũ ſubſiſtente. reprobatur *l.tutores.18.in fin. C. de extruſ.tutor.*

XXV. Cauſa, Si poteſtatem aliquam habeat tutor nominatus, vel in dignitate ac magiſtratu poſitus eſt. *Inſt.de excuſat.§. & qui poteſtatem. l.6.§. Vlpianus quoque.ff. eod.tt.* Exceptio prima eſt; Niſi ædilis ſit. hic enim non eſt excuſatus. *l. non tantum.17.§.is qui.ff.eod.tt.* Secunda; Niſi antequam magiſtratum iniret, tutor datus ſit.*d.§.is qui.l. propter.23.in prin.ff.d.tt.Inſt.de excuſ.tutor.§. & qui poteſtatem.ibi, ſed ſuſceptam.* Huius replicatio eſt: Niſi cum quis tutor eſſet pupilli in nulla dignitate poſiti, poſtea ſenator ſit factus.*l.15.§. ſcire oportet. ibi, ſi autem quis.ff.d.tt.* Tertia exceptio eſt: Niſi ad tutelam vocetur eius, qui in dignitate aliqua poſitus eſt.*d.§.ſcire oportet.* Quarta: Niſi magiſtratus municipalis ſit.*l.propter.23.in princ. ff. d. tt.* Diuerſum conſtituitur in magiſtratibus ciuitatum, *l.6. §.Vlpianus quoq; in fin.ff.d.tt.*

XXVI. Cauſa: Si res principis vel fiſci adminiſtret.*l.adminiſtrantes.41. in princip. ff. de excuſat. item Inſtitut.dict.tt.§.item diuus.* Huius ſpecies ſequuntur.

XXVII. Cauſa, De eo cui princeps curam alicuius rei iniunxit, proponitur *l. geometer. 22. ff. de ex uſat.*

XXVIII. Cauſa, De præfectis annonæ & vigilum, *l.adminiſtrantes.41.in princ.ff.d.tt.*

XXIX. Cauſa, De exactoribus tributorum, *l. exactores.10.C.de excuſ.tut.*

XXX. Cauſa, De colono patrimoniali, *l. vlt.C. qui dare tutores.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi non patrimonialis colonus ſit, ſed conductor rerum fiſcalium.*l.coloni 8. C.de excuſ.tut.*

XXXI. Cauſa, De ſilentiariis, habetur *l.vlt. C.de excuſat.tutor.Concordat l. 5.§.ad hæc. C.de ſilentiariis.*

XXXII. Cauſa, De conductoribus vectigalium, reprobatur *l.15.§. qui vectigalia.ff. de excuſationib.*

XXXIII. Causa, De mensoribus frumentariis, approbatur *l. mensores. 26. ff. de excus. tutor.*

XXXIV. Causa, De eo qui immunitatem habet ciuilium & publicorum munerum, reprobatur *l. 15 §. qui accipit. ff. de excusationibus. Concordat l. non tantum. 17. §. non omnia. ff. eod. tt.* Contradicit *d. l. 17. §. eos qui.*

XXXV. Causa, De inquilinis castrorum, approbatur *d. l. 17. §. fin.*

XXXVI. Causa, De nauicularijs, approbatur *l. excusationem. 24. ff. de excusat. tutor.* Prima propositæ causæ exceptio est, Quod in minoribus sui corporis officiis obligentur, *d. l. 24.* Vide plura *inf. inter except. generales.* Secunda: Nisi domini nauium, non ipsi nauicularij excusatione vti velint. *l. non tantum. 17. §. penult. ff. d. tt.*

XXXVII. Causa, De librariis & calculatoribus reprobatur *l. 15. §. neque librarios. ff. de excusationibus.*

XXXVIII. Causa, De eo, qui reipublicæ causa abest; approbatur *Institut. de excusat. tutor. §. item qui reipubl.* Exceptio prima est: Nisi tutor datus sit, antequam reipubl. causa cœperit, reprobatur *dict. §. item qui. & l. 1. C. si tutor reipubl. causa.* Secunda: Nisi reipubl. causa abesse desierit. *l. 1. C. in quibus casibus tutorem habenti. l. cum ex oratione. 44. in princip. ibi, exemplo eo quo placuit. ff. de excusat. tutor. l. 1. C. de profess. & medicis.* Huius replicatio est: Nisi annus, ex quo reipubl. causa abesse desiit, nondum excesserit. *dict. leg. 44. l. 2. C. si tutor reipubl. causa. l. non solum. 10. in prin. ff. de excusat.* Declaratur hæc replicatio *l. tempus. 4. ff. de vacat. & excusat. munerum. & l. non solum. 10 §. 1 ff. de excusat. tutor.* Propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi reuersus non ad nouam tutelã vocetur, sed pristinam recipiat: tunc enim anni vacationem non habet. *inst. de excus. tutor. §. item qui reipublicæ. ibi. nam nec anni. Concordat d. l. 10. in prin. ff. de excusat. tutor.* Huius triplicatio est: Nisi ita in testamento tutor scriptus sit: Titius tutor esto, cum reipubl. causa abierit, tutor ne esto: cum redierit, tutor esto. Hoc enim casu reuersus ad nouam tutelam redire videtur. approbatur & distinguitur *l. Titius. 45. in princ. vsq; ad §. si à prætore. ff. de excusationibus.* Secunda duplicatio videtur esse: Nisi non compleuerit cõsuetum tempus militiæ in publicis necessitatibus, sed reprobatur *d. l. 10. in princ.* Tertia exceptio est: Nisi non coactus reipubl. causa absit, sed volens. *l. qui libera. 14. ff. de legationibus.*

XXXIX. Causa, De comitibus eorum qui reipubl causa absunt, approbatur *l. administrationes. 41. §. eorum. ff. de excusationib.*

XL. Causa, De militibus, iure antiquo approbatur *l. sed & 8. in princ. ff. de excusat.* Exceptio prima est: Nisi filio militis miles tutor sit datus. *dict. leg. 8.* Huius replicatio prima est: Nisi adhuc militent, vel annus à tempore missionis nondum excesserit. tunc enim & militum filiis tutores dati excusantur. *d. l. 8. l. non solum. 10. in princ. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi non filio, sed nepoti militis, miles tutor sit datus. *dict. leg. 8.* Tertia: Nisi tribunus in cohortibus prætoris permilitauerit. *l. si tribunus. 9 ff. de excusat.* Quarta replicatio proponitur & reprobatur *l. sed & 8. §. quæsitum est. in fine. ff. de excus.* Plures replicationes vide *infr. causa prox. except. 1.* Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi milites ignominiose sint dimissi. *d. l. 8. §. qui vero. & § qui autem. ff. de excusat.* Huius replicatio est: Nisi vrbica tutela militi ignominiose dimisso deferatur. *d. l. 8. §. sed ignominia missi.* Tertia exceptio est: Nisi amplius non militent. *dict. l. 8. §. qui olim.* Huius replicatio prima est: Nisi veteranus sit, vel militiæ tempus consuetum impleuerit. approbatur *infr. causa prox.* Secunda: Nisi vicesimum militiæ annum excesserit. *dict. leg. 8. §. quandoque. & l. 1. C. de excus. veteranorum.* Tertia replicatio est, Quod quamuis amplius non militent, & ob id perpetuam excusationem non habeant, tamen ad tempus excusentur. approbatur simul & declaratur *d. §. quandoq;.* Sed & distinguitur hoc modo: Nisi infra quinq; annos dimissus fuerit. Quæ distinctio seu duplicatio approbatur *d. §. quandoq;.* Plane hic quoque, tanquam is qui reipubl. causa abfuit, annum habet. *l. nõ solum. 10. §. annus. ff. d. tt.* Quarta replicatio est: Nisi in cohortibus vrbanis militauerint. *d. l. 8. §. plane si quis.* Huius duplicatio est: Nisi inter nocturnos custodes militauerint. *d. l. 8. §. qui autem.*

Duplicationes iam enumeratarum replicationum generales.

Planè iam dictarum replicationum duplicatio prima est: Nisi filio militis tutor vel curator detur is, qui olim fuit miles. *dict. l. 8. §. iam verò & militi.* Plura de hac duplicatione vide *supr. except. 1.* Secunda duplicatio est: Nisi non honeste militia sint dimissi. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. except. 2.*

Mutatio iuris.

Hæc de iure antiquo sunt dicta. Plane iure nouo milies nec si velit, tutor dari potest. *de qua re vide sup. c. 4. except. 22.*

XLI. Causa, De veteranis. Hi quoq; excusantur. approbatur ipso iure: verum eius exceptio prima est: Nisi filiorum militis tutor sit datus veteranus. *l. sed & 8. §. si autem veteranus. ff. de excus.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi filius sit eius, qui inter nocturnos custodes militauit. verum reprobatur *d. §. si autem.* Secunda: Nisi vnam tutelam vel curam veteranus habeat *l. 2. C. de excusat. veteranorum.* Huius duplicatio est: Nisi tutela vel cura quam habuit, sit finita, tunc enim ad aliam vocari potest, dummodo filij militis. *l. sed & 8. §. quæsitum. ff. de excus. tut.* Plura de exceptione proposita vide *sup. causa prox. except. 1.* Secunda exceptio est: Nisi non honeste militia sit dimissus veteranus. *De hac etiam exceptione vide sup. causa proxim. except. 2.*

XLII. Causa, De primipilariis. Hi quoque à tutelis excusantur. approbatur & distinguitur *d. l. 8. § fin.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi primipilarij filio tutor detur *dict. §. fin.* Cuius replicatio est: Nisi pater mortuus sit, non exercens primipilum. *dict. §. fin.* Secunda exceptio est: Nisi primipilum expleuit, seu primipilarius esse desiit. tunc enim non excusatur. Cuius replicatio est; Nisi postea tursus in militares necessitates sit assumptus. *l. non solum. 10. §. qui primipilum. ff. dict. tt.*

XLIII. Causa, De Grammaticis, Rhetoribus, Medicis & Sophistis. approbatur *Instit. de excusat. tutor.*

§. item Romæ. Concordat l. 6. §. Grammatici. ff. eod. tt. Exceptio prima est: Nisi alibi quam in patria sua dictas artes exerceat. tunc enim vacationem non habet. *Instit. d. §. item Romæ. d. l. 6. §. amplius & illud. Concordant item ea quæ habentur infr. causa prox. in prin.* Huius replicatio prima est: Nisi excellens sit in disciplinis. *d. §. amplius.* Secunda: Nisi exterus Romæ dictas artes exerceat. *d. §. amplius. ibi, Romæ.* Secunda exceptio est: Nisi extra numerum prædictas artes doceat vel exerceat. *Instit. d. §. item Romæ. Concordat d. l. 6. §. Grammatici.* Huius replicatio est: Nisi excellentes sint disciplinis. *dict. l. 6. §. amplius. ibi, valde tamen.* Tertia exceptio est: Nisi negligentes fuerint. *dict. l. 6. §. Grammatici.*

XLIV. Causa, De Philosophis. Hi quoque à tutela & cura sunt immunes. *l. 6. §. & quidem philosophos. & §. de philosophis. ff. de excusat.* Huius exceptio prima est: Nisi extra patriam suam philosophiam profiteantur. approbatur simul & distinguitur. *per ea quæ proposita sunt sup. causa prox. except. 1.* Secunda videtur esse: Nisi extra numerum philosophiam profiteantur. sed reprobatur *d. §. de philosophis.*

XLV. Causa. De Legum Doctoribus & Iurisperitis. Hi regulariter quidem non excusantur. Cuius exceptio prima est: Nisi Romæ doceant. quæ exceptio cum sua regula approbatur *l. 6. §. legum. ff. de excusationib.* Secunda: Nisi principi adsideant. *l. iurisperitos. 30. in prin. ff. d. tt.*

XLVI. Causa, De Geometris, reprobatur *l. Geometræ. 22. ff. de excusat.*

XLVII. Causa, De Iudæis, reprobatur *l. 15. §. iam autem. ff. d. tt.*

XLVIII. Causa, De athletis, approbatur sub conditione *l. 6. §. Vlpianus. ff. de excusat.*

XLIX. Causa, De spadone, reprobatur *l. 15. in princ. ff. de excusat. Concordat. l. 1. C. eod. tt.*

L. Causa: Si libertus sit senatoris, eiusq; negocia gerat, excusatur à tutela, ipso quidem iure subsistit: verum eius exceptio prima est; Nisi ius annulorum impetrauerit. *l. cum ex oratione. 44. §. fin. ff. de excusat.* Secunda; Nisi non senatoris, sed vxoris eius libertus sit. *l. 15. §. liberti ff. d. tit.* Tertia; Nisi plures quam vnus senatoris libertus hac excusatione vtatur. *l. ne senatorum. 13. C. de excusat. tut.* Quarta; Nisi tutelam filiorum patroni gerat. ob hoc enim ab aliorum tutelis non excusatur. *l. libertus. 43. ff. d. tt.*

LI. Causa, Si tutor in exilium datus sit. *l. plane. 29. ff. de excus.* Huius exceptio est; Nisi ad tempus, non in perpetuum exulare iussus sit. *l. tut. 18. §. fin. ff. eod. tt.*

LII. Causa, Si pater pro filiofamilias tutore nominato, cauere nolit. reprobatur *l. 15. §. fin. ff. de excusat.*

LIII. Causa, Si semel fuerit absolutus vel excusatus. ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est; Nisi ad aliam tutelam vocetur, quam à qua fuit excusatus. *dict. leg. 15. §. qui absolutus.* Secunda; Nisi duobus pupillis tutor datus, ab vnius tutela se excusauerit, tunc enim ab alterius tutela ob id non habetur excusatus. *l. duobus. 25. ff. de testamentaria tutela.* vbi ait Iurisconsultus; Cum res separatæ sint. Ex his verbis colligi potest propositæ exceptionis replicatio hæc; Nisi pupilli habeant commune patrimonium. Tertia exceptio est, Nisi causa ob quam antea fuit absolutus & excusatus, nunc cesset. approbatur exemplis *l. cum ex oratione. 44. in princ. ff. de excusationibus tutor.* Quarta; Nisi sub conditione sit absolutus, quæ conditio nulla est vel deficit. *l. qui testamento. 37. ff. eod. tt.* Quinta; Nisi post tempus statutum se excusauerit, & absolutus sit. *l. 13. §. consequens. ff. eod. tt.* Sexta; Nisi falsis allegationibus vtus, excusatus sit & absolutus. *Institut. de excusat. tutor. §. fin. Concordat leg. 1. cum duabus legibus sequentibus. C. si tutor vel curator falsis allegation.*

LIV. Causa; Si inutiliter tutor datus est, excusatur, licet intra tempora excusationis causam non proposuerit. *de qua re vide inf. q 4.*

LV. Causa, Si tutor testamentum in quo datus est, falsum dixerit. reprobatur *l. post legatum. 5. §. ei qui tutor. ff. de his quæ vt indignis.*

LVI. Causa, De collegiis pistorum approbatur *l. vlt. in princ. ff. de excus. tutor.* Huius exceptio est; Nisi non intra numerum sint. *d. l. vlt.*

LVII. Causa, De Ilienſibus, approbatur *l. non tantum. 17. §. Ilienſibus. ff. eod. tt.*

LVIII. Causa, De clericis & monachis, approbatur *l. 40. C. de episcopis & clericis. M. I. P. libro 5. cap. 2. regul. 16.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causæ excusationum sunt enumeratæ, de quibus cum aliis similibus vide quoque *sup. lib. 3. c. 34.* Plane sunt quædam exceptiones generales aduersus istas causas competentes, hic enumerandæ.

I. Exceptio generalis: Nisi libertus liberi patroni tutor sit datus. *l. libertos. 5. C. de excus. tutorum.* Huius replicatio prima est: Nisi libertus ne suis quidem negociis superesse possit. *l. Titius. 45. §. fin. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi tales sint liberi patroni, qui iura patronatus sperare non possunt. *l. libertus 14. ff. de tutoribus datis.* Tertia: Nisi parens pupillorum libertum ex causa fideicõmissi manumisit. *l. nequaquam. 24. ff. de excusat. tutor.* Quarta: Nisi non liberis, sed libertis patroni tutor sit datus. *l. iurisperitos. 30. §. fin. ff. de excus. tutor.* Quinta: Nisi non patroni, sed patronæ liberis tutor datus sit libertus. reprobatur *l. libertum. 14. in princ. ff. de excus. tutor.* Sexta: Nisi non filiis, sed nepotibus patroni libertus tutor sit datus. reprobatur *d. l. 14.* Septima: Nisi libertus ius annulorum impetrauerit. reprobatur *dict. leg. 14.* Octaua: Nisi propria pecunia emptus & manumissus sit libertus. *d. l. 14. §. qui propria.* Nona: Nisi plures sint liberti eiusdem patroni. tunc enim vnus tantum liberis tutor dabitur, & reliqui excusabuntur. *d. l. 14. §. fin.* Hæc de prima exceptione generali.

II. Exceptio: Nisi liberis eius qui eiusdem corporis vel collegij aut ordinis est, tutor sit datus. *l. administrantes. 41. §. fin. ff. de excusationibus. l. non tantum. 17. §. Ilienſibus. & §. fin. ff. eod. tt. l. excusationem. 24. C. de excusat. tutorum. Sed & concordant ea quæ proposita sunt sup. caus. 40. except. 1. itẽ caus. 41. except. 1.* Propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi quibusdam hoc specialiter sit tributum. *dict. l. 41. §. fin.* Secunda: Nisi filij collegarum vltra centesimum miliarium ab eo loco habitẽt,

in quo tutor datus domicilium habet. *l.plane.* 42. *ff.de excusat. tutor.* Tertia: Nisi vrbici pistores sint. *l.vltim. in princ.ff. dict. tit.* Plures huiusmodi replicationes vide *supr. causa* 40. *excep.* 1. *item caus.* 41 *except.* 1.

III. Exceptio: Nisi pater liberis suis tutor petatur. *l.amicissimos.* 36. §. *fin.ff.de excus.tutor.*

IV. Exceptio: Nisi frater fratri tutor sit datus. reprobatur *l.iurisperitos.* 30. §. *penul.ff.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi antea tutorem se fore promisit. *Instit.d.tt.* §. *item si propter. Concordat l.*15. §. 1. *ff.d.tit.*

VI. Exceptio: Nisi antea aliam tutelam gesserit. reprobatur *l.voluntariæ.* 12. *C.de excus tut.*

VII. Exceptio: Nisi se sua manu in testamento tutorem scripserit. *l.ex sententiæ.* 29. *in fin.ff.de testamentaria tutela. Concordat l.vxori.* 18. *in fine. ff. ad leg.Cornel.de falsis.*

VIII. Exceptio: Nisi legatum sibi à patre pupillorum in testamento relictum, tutor testamẽto datus accepit. *l.post legatum.* 5. §. *amittere. ibi, sed si consecutus. ff. de his quæ vt indignis.*

IX. Exceptio: Nisi tutor nominatus non prouocauit. reprobatur *per ea quæ proponuntur inf. q.* 5.

X. Exceptio: Nisi tutor datus excusationem intra legitimum tempus non proposuit. *l.* 13. §. *multa verò. &* §. *consequens.ff.de excus. tutor. l. excusationis.* 3. *C.de excus.tutor. l.testamen.* 11. *& l.curator.* 20. *C.eod.tt. l.si is.* 31. *in princ. ibi, sed cum non sit. ff. eod. tt. l.pupillo* 27. *in fine.ff.de tutorib. datis.* Quod autem sit tempus proponẽdæ excusationis legitimum, definitur *paulo inferius quæst.* 4. Plane huius exceptionis replicatio est: Nisi inutiliter tutor sit datus. tunc enim etiam sine excusatione opposita, datus tutor est absoluendus. *l.* 13. § *hæc de his. &* §. *fin.ff.de excusationib. l.Seiæ.* 26. *ff.de tutorib.datis. l.* 1. *C. de confirm.tutore.* Cuius duplicatio prima est: Nisi tutor inutiliter datus, à iudice fuerit confirmatus. *d.l.* 1. *& d.l.* 13. §. *hæc de his. ibi, si neq; confirmentur.* Secunda est: Nisi tutor inutiliter datus, administrationi se immiscuit. *d.l.* 13. §. *fin.* Plures propositæ replicationis species, nec non & duplicationes vide *sup.c.* 3. *&* 4. Sed & plures replicationes vide *infr. q.* 4. *reg.* 1.

XI. Exceptio: Nisi causa excusationis postpetitam vel susceptam tutelam acciderit. *l. tutor.* 28. *in princ ff.de excusationibus. l. si quis.* 7. *ff.de iudiciis, l. non tantum.* 17. §. *vacare.ff.de excusationibus. l. Titius.* 45. *in princ.ff.eod.tt.* Huius replicatio prima est in eo qui post susceptam tutelam reipublicæ causa abesse cœpit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. causa* 38. *except.* 1. Secunda in eo, qui cum pupillo priuato tutor datus esset, postea ipse senator sit factus. *l.* 15. §. *scire oportet. ibi, si autem quis. ff. de excus.tut.* Tertia in eo, qui post susceptam tutelam domicilium alio transtulit. *l.idem Vlpianus.* 12. §. *fin.ff.eodem tt.* Quarta; Nisi cum quis in testamento tutor datus esset hoc modo: Titius tutor esto, cum reipubl. causa abierit, tutor ne esto; cum redierit, tutor esto. reipublicæ causa abesse cœperit, posteaque aliquas excusationes nactus reuersus fuerit, tunc enim tanquam à noua tutela excusatur. approbatur simul & distinguitur *l.Titius.* 45. *in princ. vsq; ad §. si à prætore. ff.de excusationib.* Plures huiusmodi replicationes colligere licet ex causis supradictis.

XII. Exceptio: Nisi aliquas excusationis causas, quibus vsus est, non probauit. reprobatur *l. propter.* 21. §. *qui se vult.ff.de excusat. Concordat iisdem verbis Inst eod.tt.* §. *qui autem vult.*

XIII. Exceptio: Nisi pluribus excusationis causis propositis, iudex tutorem datum, ratione eius causæ quæ nulla est, absoluerit sub conditione hac, Si illa causa vera esset; hoc enim casu nec sententia, nec reliquæ causæ illi prosunt. *l. qui testamento.* 37. *ff.de excusationibus.* Huius replicatio est; Nisi sententiæ adquieuerit, & nihil gesserit, putans se iuste esse absolutum. *d.l.* 37. §. *item quæro.*

XIV. Exceptio, Nisi causa excusationum imperfecta sit. ipso quidem iure subsistit, eiusque replicatio videtur esse talis: Nisi plures sint causæ excusationis. tunc enim quamuis imperfectæ sint, tamen ipsa multitudo videtur excusationem mereri. verum reprobatur *l.* 15. §. *qui iura. ff.de excus. & l.vnica.* §. *fin. C. qui numero tutelarum.* Hactenus causæ excusationum cum suis exceptionibus tam generalibus quam specialibus sunt propositæ.

II. QVIBVS EXCVSATIO A TVtela vel cura competit?

Huius loci regula proponitur *sup.caus.* 2. *except.* 13. *replic.* 5.

III. A QVA TVTELA EXCVsatio competat?

Huius loci regula proponitur *d.except.* 13. *repl.* 1. Alia *l.duobus.* 25. *ff.de testamen. tutel.* Sed & alia regula proponitur *sup.causa* 53. *except.* 1.

IV. QVANDO ET QVAMDIV competit excusatio?

I. Regula: Intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognouerit se tutorem vel curatorem datum, se excusare debet. *Instit.de excusationibus tutor.* §. *qui autem excusare. l. scire oportet.* 13. §. *multa verò, vsque ad finem legis.ff. eod.tit.* Ex quo constat, regulariter quidem ad excusationem quinquaginta dies continuos dari: sed & constat prima eius regulæ exceptio hæc: Nisi tutor datus, vltra centum miliaria ab eo loco, vbi tutor datus est, absit: tunc enim interdum maius tempus datur. Secunda videtur esse; Nisi non à magistratu, sed vel ex testamento, vel à legibus tutor detur. sed reprobatur *dict. leg.* 13. §. *hoc autem conuenit.* Tertia quoque exceptio videtur sumenda ex genere vel causa excusationis. Sed & hæc reprobatur *dict. leg.* 13. *ibi, obseruabunt hoc temporis spacium omnes.* Quarta est; Nisi intra constitutum tempus iudicem adierit, & excusationem proposuerit. tunc enim, quamuis intra tempus nondum eam probauerit, tamen postea est audiendus. *dict. leg.* 13. §. *sufficit. l. quinquaginta.* 38. *ff. eod.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi adierit saltem iudicem, non autem excusationem intra tempus proposuerit. *dict.* §. *sufficit. &* §. *scire autem.* Secunda est: Nisi intra quatuor menses continuos ex die nominationis negotium non peregerit. *dict. l.* 38. Huius duplicatio est; Nisi per aduersarium steterit, quo minus intra tempus negocium peregerit. *l.si cum* 39. *ff. eod.tt.* Quinta exceptio est; Nisi valetudine vel inundatione maris, aut alia simili causa sit impeditus, quo minus intra statutum tempus sese excusauerit. *l.* 13. §. *sufficit. ibi, si enim.ff.de excus.* Sexta: Nisi dies feriati interuenerint. reprobatur *d.l.* 13. §. *quinquaginta. Concordant ea quæ proposita sunt sup. ead. reg. in prin.* Septima; Nisi tutor inutiliter datus sit. approbatur *per ea quæ proposita sunt paulo superius quæst.* 1. *in fine except. generali* 10.

II. Regula: A quo die tempus excusationis proponendæ currere incipiat? Regulariter quidem incipit currere ex eo tempore, quo primum cognouit se tutorem datum. *l scire oportet.* 13. §. *quinquaginta. ff. de excusationib. tutorum. Concordant ea quæ proposita sunt d.reg. prox. in prin. item l.quinquaginta.* 6. *C.de excus.tut.* Huius exceptio prima est: Nisi cum in testamento tutor simul & curator datus esset, finita tutela, à cura se velit excusare. tunc enim non ex eo tempore, quo se curatorem testamento datum cognouit, tempus currere incipit, sed à tempore interpositi de cura decreti. *l.Caius.* 16. *ff.de excusationib.* Secunda; Nisi ex die vel sub conditione tutor in testamento sit datus. tunc enim non nisi die vel conditione existente, tempus currere incipit. *l.Titius.* 45. *in prin. vsq; ad* §. *si à prætore. ff.de excusationibus.* Tertia: Nisi tutore dato in testamento, hæreditas nondum sit adita. *d.l.* 45. *vers. nam neo antequam.* Quarta: Nisi contra in causa à iudice sit pronunciatum. *l.quinquaginta.* 6. *C.de excus.tutor.*

III. Regula: Excusationis negocium intra quatuor menses continuos peragi debet. *l. quinquaginta.* 38. *ff. de excusationibus.* Distinguitur *l. si cum.* 39. *ff.eod.tt.*

V. QVOMODO PROPOnenda excusatio?

I. Regula: Non opus habet appellatione tutor nominatus ad excusationem proponendam, sed accedere debet iudicem à quo tutor datus est, & excusationem apud eum proponere. *l. scire oportet.* 13. *in principio.ff. de excusationibus. Institut. eod.tt.* §. *qui autem excusare. l. tutores.* 18. *in princ. C.eod. tt. l.* 1. §. *si quis tutor.ff.quando appelland.sit.* Huius regulæ exceptio est: Nisi excusatio proposita, per sententiam sit infirmata. tunc enim opus est appellatione. *d.leg.* 13. *vers. aduersus. denique. & d.* §. *si quis tutor.*

II. Regula: Per libellos se excusare non potest. *l.* 25. *ff. de excus.tutor.* Contradicit *l.scire oportet.* 13. §. *oportet. ff.eod.tt.*

VI. VBI ET APVD QVEM excusatio proponenda?

I. Regula: Apud tribunal proponenda. approbatur *d.* §. *oportet.*

II. Regula: Proponenda est excusatio apud eum qui tutorem dedit, *vt ex supradictis constat.* Quibus autem tutoris dandi ius competat, vide *supr.c.* 4. *q.* 2. *except.* 1.

VII. EVENTVS EXCVSAtionis propositæ.

I. Regula: Si lite pendente pubes factus sit pupillus, nihilominus lis persequenda est. *l.quanquam.* 15. *C.de excus.tutor.*

II. Regula: Victus licentiam prouocandi habet. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. q.* 5. *reg.* 1. *except.* 1.

III. Regula: De exceptione rei iudicatæ, quæ absoluto competit, dictum *sup.q.* 1. *causa.* 53.

IV. Regula: Qui à tutela se excusauit, legatum & aliud quod in testamento ei relictum est, amittit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.* 12. *c.* 9. *causa* 16. Hactenus de excusat. tutorum & curatorum.

DE POSTVLATIONE ET remotione suspecti tutoris.

CAP. VII.

I. QVO IVRE SVSPECTI POstulatio sit introducta?

Lege XII. tabul. est introducta. *quod approbatur Institut. de suspectis tutor. in princ. & l.* 1. *in prin. ff.eod.tt.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS SVSPEcti postulatio competit, & tutor remouendus est.

I. Causa: Si suspectus tutor sit, & non ex fide tutelam gerat. *Institut de suspectis tutoribus.* §. *suspectus. l.si creditores.* 15. *sed suspectus. ff. de priuilegiis creditorum. & l.actus.* 18. *in fin.ff.de administr. tut. M.I.R. lib.* 3. *cap.* 12. *reg.* 28. Huius causæ species sunt causæ sequentes.

II. Causa: Si tutor dolum in tutela admisit, vel in tutela est grassatus: item si sordidè vel perniciosè cum pupillo egit, vel aliquid intercepit. *l. tutor.* 3. §. *nunc videamus.ff.de suspectis tutorib.*

III. Causa: Si data pecunia tutelam redemerit. *Instit. de suspectis tutorib.* §. *si quis tutor, in fin. & l. tutor.* 3. §. *tutor qui, in fin.ff. eod.tt.*

IV. Causa: Si tutor inuentarium non conscripserit, vel pecuniam neq; ad prædiorum comparationem contulerit, neq; deposuerit. *d l.* 3. §. *tutores. l. veteris.* 13. §. *fin. C. arbitr. tutelæ.*

V. Causa: Si tutor inconsiderate vel dolo pupillum abstinuit hæreditate. *l.tutor.* 3. §. *penult. ff.de suspectis tut.*

VI. Causa: Si tutor tutelam non administrat. *l.* 2. *cum l.sequent. C.de suspectis tut. l.quoniam.* 4. §. *fin. ff.eod.tt.*

VII. Causa: Si tutor copiam sui non faciat, nec compareat. *l. impuberibus.* 7. §. *fin. ff.de suspectis tutor.*

VIII. Causa: Si per tutorem stet, quo minus pupillo alimenta decernantur. *Inst.de suspectis tutoribus.* §. *si quis tutor. l.tutor.* 3. §. *tutor qui. ff. dict. tt. l. impuberibus.* 7. §. *præterea. ff.eod.tt. l. si absens.* 6. *ff. vbi pupillus educari.*

IX. Causa, Si tutor res alienari prohibitas, sine decreto distraxerit. *l. tutor.* 3. §. *Seuerus.ff.de suspect.tutor. M.I.R. dict. cap.* 12. *reg.* 27. vbi etiam distinguitur.

X. Causa: Si tutor cum contutore suo administrationem non communicet. *l.actus.* §. *ff. de administr.tutorum.*

XI. Causa; Si tutor pauper sit. reprobatur *Instit. de suspectis tut.* §. *fin. l.suspectum.* 8. *ff. d.tt.l. in postulandis.* 5. *C.eod.tt.* Plane hoc casu interdum tutori curator adiungitur, qui facultatibus idoneus sit. *l.pietatis.* 6. *C.eod.tt.*

XII. Causa: Si tutor malis sit moribus, qui illum suspectum reddere possint. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. causa prox.*

XIII. Causa: Si tutor pupillo vel eius parentibus inimicus sit. *l. tutor. 3. § si tutor. ff. de suspect. tutoribus.*

XIV. Causa: Si tutor pupillum in iudicio defendere nolit. approbatur *per ea quæ habentur inf. c. 11. offic. 3. reg. 1.*

XV. Causa: Si tutor rem pupilli saluam fore non satisdedit. *l. 2. C. de tutore qui non satisdedit. l. si impuberi. 13. §. quamuis. ff. de tutorib. datis.*

XVI. Causa: Hoc loco sciendum, quod & aliæ causæ sint tutores tanquam suspectos postulandi ac remouendi, ex arbitrio iudicis pendentes. *l. tutores. 5. §. si tutor. ff de suspectis tutorib.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Habent causæ iam enumeratæ suas etiam exceptiones, partim ex persona tutoris. partim etiam ex causa, tempore & consequentibus facti, quo se suspectum fecit, desumptas: quæ ordine hic sunt proponendæ.

I. Exceptio: Nisi tutor testamentarius sit, vel alterius generis. reprobatur *Instit. de suspectis tutorib. §. ostendimus. Concordat iisdem prope verbis l. 1. §. ostendimus. ff. eod. tt. item l. etiam. 4. C. eod. tt.*

II. Exceptio: Nisi patronus liberti tutor sit. reprobatur *Instit. d. §. ostendimus. item d. l. 1. §. ostendimus.* Plane in patrono remouendo iudex non debet esse facilis, sed curatorem ei adiungi melius est, *ex l. si tutor. 9. ff. de suspectis tutorib.*

III. Exceptio: Nisi libertus filiorum patroni tutelam gerat. reprobatur *l. 1. C. de suspectis tutorib.*

IV. Exceptio: Nisi tutor cognatus sit, vel affinis pupilli. *l. si tutor. 9. ff. de suspectis tutoribus.* Plane hæc consilij potius quàm legis vim obtinere videntur, cum id quod de patrono dicitur, repugnet iis quæ proposita sunt *sup. ex. eq. t. 2.* & contradicit *M. I. R. d. reg. 28. except. 1.*

V. Exceptio, Nisi tutor diues sit. reprobatur *Inst. de suspectis tutoribus § suspectus autem.*

VI. Exceptio: Nisi tutor satis offerat vel dedit, rem pupilli saluam fore. reprobatur *l. suspectus. 5. cum lege sequente. ff. de suspectis tutoribus. Concordat Institut. dict. tt. §. nouissime. M. I. R. d. reg. 28. except. 2.*

VII. Exceptio: Nisi suspectus non tutor neque curator sit minoris: sed furiosi, prodigi, ventris, vel bonorum, reprobatur *l. tutor. 3. §. non tantum. ff. de suspectis tutorib.*

VIII. Exceptio, Nisi non dolo, sed culpa factũ sit. reprobatur *l. impuberib. 7. §. 1. ff. d. tt. Concordant ea quæ habentur inf. q. 6. reg. vlt.*

IX. Exceptio; Nisi antequam tutor esset, fecerit. *d. l. 3. §. quod si quid.*

X. Exceptio; Nisi cum tutor deliquisset, posteaidem curator sit factus. *d. l. 3. §. quæri.* Huius replicatio est, Nisi contutorem vel concuratorem non habeat. *d. l. 3. item erit quærendum.*

XI. Exceptio; Nisi cum tutor deliquisset, tutor esse desierit, posteaque rursus eiusdem tutor factus sit. approbatur sub conditione *d. §. item erit quærendum.* Huius replicatio est, Nisi postea solus tutor sit. *d. §. item erit quærendum.*

XII. Exceptio; Nisi cum quis ita tutor datus esset, Quoad in Italia esset; deliquerit, posteaque Italia excesserit, reuersusque tutelam receperit. reprobatur *d. l. 3. §. quod si quis.*

XIII. Exceptio, Nisi antequam reipublicæ causa abesse cœperit, admiserit. hoc enim casu videtur, quod postea reuersus ex eo suspectus postulari non possit. *d. l. 3. § si quis ab.*

XIV. Exceptio: Nisi cum curator ventris bonorumque esset, admisit, postea tutor sit factus. approbatur sub conditione *d. l. 3. §. si curator.*

XV. Exceptio: Nisi tutor pendente lite decesserit. *Inst. de suspectis tutorib. §. si quis autem.*

XVI. Exceptio: Nisi tutela finita sit. *l. post finitam ff. eod. tt & l. 1. C. eod. tt.*

III. QVIBVS SVSPECTI postulatio competit?

Regulariter cuiuis accusare volenti competit. *Institut. de suspectis tutoribus. §. consequens. Concordat ijsdem verbis l. 1. §. consequens. ff. eod. tt. item l. pietatis. 6. §. fin. C. dict. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi mulier sit, quæ accusare velit. quæ exceptio cum ipso iure subsistat, recipit replicationem hanc: Nisi pietatis necessitudine ducta, ad accusandum procedat. approbatur simul & declaratur *Instit dict. §. consequens. Concordat ijsdem verbis d. l. 1. §. consequens. ff. eod. tt. & d. l. 6. §. fin. ibi, vtriusq; sexus.* Secunda exceptio est: Nisi minor annis accusare velit. *Instit. de suspectis tutoribus. §. impuberes. l. impuberibus. 7. in princ. ff. eod. tt. l. pietatis. 6. §. fin. C. eod tt.* Huius replicatio est: Nisi pubes sit minor. approbatur *dict. leg. 7.* sub hac tamen conditione, Si consilio necessariorum pubes accuset. Tertia exceptio est: Nisi tutor contutorem suum accuset. reprobatur *l. tutor. 3. in prin. ff. de suspectis tutor.* Quarta: Nisi libertus patronum suum suspectum facere velit. *d. l. 3. §. 1.*

IV. VBI ET APVD QVEM postulatio suspecti competit?

I. Regula huius loci proponitur *Inst. de suspectis tutoribus. §. 1. Concordat l. 1. §. damus. ff. eod. tt. item l. 1. §. solent. ff. de officio præfecti vrbi.*

II. Regula, De eo cui mandata est iurisdictio, proponitur *d. § damus.*

III. Regula: Pro tribunali, non de plano competit. *l. 1. §. suspecti. ff. ad S. C. Turpill.*

V. QVANDO COMPETAT?

Etiam antequam tutelam gerere cœperit, potest competere. *Inst. de suspectis tutorib. §. suspectus.*

VI. ADIVNCTA ET EVENTVS postulationis suspecti.

I. Regula: Reo interdicitur administratio, quoad cognitio finiatur. *Inst. de suspectis tutorib. §. si quis. Concordat l. eum quem. 7. C. eod. tt.*

II. Regula: Etiam ex seruis minoris de fraude tutoris vel curatoris potest inquiri *l. vlt. ff. de suspectis tutorib.*

III. Regula: Tutor condemnatus, tutor esse desinit. *Instit. quibus modis tutela finitur. §. fin.* Eius exceptio vel tutor esse: Nisi tutor à tutela non sit remotus, sed tantum gerere tutelam prohibitus. quæ reprobatur *l. quoniam. 4. §. si prætor. ff. de suspectis tutorib.*

IV. Regula: Suspectus remotus sit infamis. approbatur simul & distinguitur *Instit. de suspectis tutoribus. §. suspectus. Concordat l. vlt. C. eod. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi non ex dolo, sed ex culpa remotus sit. *quæ ex iam dictis constat. Concor-*

dat. l. tutor. 3. §. fin. ff. eod. tt. item l. 2. C. de tutore qui non satisdedit. Secunda: Nisi non remotus sit, sed alius ei adiunctus. *dict. §. fin.* Tertia: Nisi iudex in suo decreto causam remotionis non inseruerit. *l. quoniam. 4. in prin. ff. de suspectis tutoribus.* Quarta: Nisi patronus à tutela sui liberti sit remotus. *Instit. de suspectis tut. §. ostendimus, in fin.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De remouendo sine postulatione, si crimen apertum sit, proponitur *l. tutor. 3. §. præterea. ff. de suspectis tutor.*

II. Regula, De remittendo tutorem ad præsidem puniendum, habetur *l. 1. §. fin. cum lege sequente. ff. de suspectis tutoribus. Concordat Instit. eod. tt. §. sed si quis. & §. libertus l. tutor. 3. §. tutor qui. ff. eod. tt. item l. 1. §. solent. ff. de officio præfecti vrbi.*

III. Regula, De actione tutelæ, proponitur *d. l. 3. §. quæri potest, cum sequentibus. & l. 1. C. de suspectis tutoribus.*

IV. Regula, De curatore adiungendo. *l. si tutor. 9. ff. d. tt. & l. pietatis. 6. §. quod si nihil. C. eod. tt.*

V. Regula, De expilatæ hæreditatis & furti actione, *l. tutor. 3. §. quod si quid. ff. d. tt.*

VI. Regula: Si quis omissa suspecti postulatione, sibi decerni tutelam postulet, non est audiendus. *l. si non. 8. C. de suspectis tutor.*

VII. Regula: Si tutor non compareat, nec copiam sui faciat: pupillus in possessionem bonorum eius mittitur, *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. 2. causa. 8.*

DE CAVSIS SEV MODIS, QVIBVS TVTELA & CVRA FINITVR.

CAP. VIII.

PRæter excusationem tutoris, & remotionem suspecti hactenus tractatas, sunt & plures aliæ causæ seu modi quibus tutela finitur, consistentes partim in persona pupilli, vel eius qui sub cura agit, partim in persona tutoris seu curatoris, partim denique in causa propter quam, item in tempore ad quod, & conditione sub qua tutor est datus. de quibus singulis nunc ordine dispiciendum: & primum de iis quæ consistunt in persona pupilli vel adulti, qui in tutela vel cura est.

I. Causa, De pubertate pupilli, proponitur *Institut. quibus mod. tutela finitur, in princ. l. indecoram. 1. C. quando tutores esse desinant. l. si impuberi. 13. §. penult. ff. de tutor. datis. l. à tutoribus. 32. §. 1. ff. de administrat. tutor. M. I. P. l. b. 5 cap. 2. regul. 17. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 32.* Huius exceptio esse videtur: Nisi curator impuberi sit datus: tunc enim cura pubertate pupilli finiri non videtur, cum etiam puberes curatores habeant. Sed reprobatur *l. curatorem. 25. ff. de tutoribus datis. l. 2. in fin. C. in quibus casibus tutorem habenti. & l. 1. C. quando tutores esse desinant.*

II. Causa, De capitis deminutione pupilli adulti, proponitur *Instit. quibus modis tutela finitur. §. simili modo. Concordat l. 2. ff. de legitimis tutorib.* Huius causæ species sunt causæ proxime sequentes.

III. Causa: Si impubes adrogatus vel deportatus sit, aut in seruitutem redactus, vel ad hostes peruenerit. *Instit. quibus modis tutela finitur. §. item finitur. l. si adrogati. 14. in prin. ff. de tutelis.*

IV. Causa, De morte pupilli, proponitur *Inst. quibus modis tutela finitur. §. simili modo. & l. nisi. 4. in prin. ff. de tutelæ actione.*

V. Causa: Si pupillus tutorem amplius habere nolit. reprobatur *l. 2. C. quando tutores esse desinant.*

VI. Causa: Si cum duobus fratribus tutor datus esset, alter ex iis pubes sit factus. tunc enim pupillus in legitimam fratris tutelam recidit. *l. si tutor. 9. §. 1. ff. de tutelæ actione.* Huius causæ exceptio est: Nisi in testamento quis duobus fratribus impuberibus tutor datus sit. *d. § 1. Cui concordat l. si tutores 3. C. de testament. tutela.* Plane causa proposita hodie mutata est: quoniam alter fratrum, quamuis pubes factus sit, tamen quamdiu est minor vigintiquinq; annis, impuberis fratris tutor esse non potest, *secundum ea quæ proposita sunt sup. c. 4. q. 2. except. 20.*

VII. Causa: Si impubes furere cœperit. reprobatur *l. qui habent. 3. in prin. ff. de tutelis.*

VIII. Causa; Si furiosus vel prodigus, cui curator datus est, ad mentem redierit, *l. 1. ibi, & tamdiu erunt ambo. ff. de curatoribus furioso. M. I. R. d. c. 12. reg. 31.* Huius causæ exceptio in furioso hæc est: Nisi furor per interualla redire soleat. *l. cum aliis. 6 C. de curatore furiosi.*

IX. Causa, De capitis deminutione tutoris vel curatoris, proponitur *Instit. quibus modis tutela finitur. §. simili.* Huius exceptio est: Nisi minima sit capitis deminutio. *d. §. simili l. 7. in prin. ff. de capite minutis.* Huius replicatio est: Nisi legitima sit tutela. *Instit. d. §. simili. ibi, legitima autem. & d. l. 7. in princ.* Plura de hac replicatione vide *sup. c. 3. q. 3. except. gener. 5.*

X. Causa: De exilio tutoris vide *sup. cap. 6. q. 1. causa. 51.*

XI. Causa: Si tutor ad hostes peruenerit. *l. si adrogati. 14. ibi, aliis quoque modis. ff. de tutelis.* Huius causæ exceptio est: Nisi non captus ab hostibus sit, sed volens ad eos peruenerit. *l. si quis. 15. ff. eod. tt.*

XII. Causa: Si tutor vel curator furiosus, surdus, mutus, vel talis sit factus, vt suis ipsius rebus superesse non possit. *l. compluria. 17. ff. de tutelis. l. post susceptam. 40. in prin. ff. de excus.*

XIII. Causa: Si tutor mortuus sit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. causa 4.* Concordat in curatore bonis dato. *l. cuius bonis. 9. in fin. ff. de curatoribus furioso.*

XIV. Causa: Si tutor tanquam suspectus remotus sit. *Instit. quibus modis tutela finitur. §. fin l. si adrogati. 14. §. penult. ff. de tutelis. Vide item sup. cap. prox. q. 6. reg. 3.*

XV. Causa: Si mater, quæ filiorum tutelam gerit, nuptias iterauerit. *De hac causa vide supr. c. 4. q. 2. except. 21. repl. 1. dupl. 3.*

XVI. Causa: Si tutori curator sit adiunctus. reprobatur *l. cum ob augmentum. 5. C. quibus causis tutorem habenti.*

XVII. Causa: Si tutor datus excusatus sit. *Inst. quibus modis tutelæ finitur. §. fin.* Eius autem exceptio est: Nisi ad tempus tantum fuerit excusatus. *l. nec ille. 16. ff. de tutorib. datis. Concordant ea quæ proposita sunt sup. c. 6. q. 1. causa 38. except. 2.*

XVIII. Causa: Si causa ob quam, vel tempus ad quod tutor datus est, sit finitum; vel conditio, ad quam

ad quam datus est, extiterit. *Institut. quibus modis tutela finitur. §. penult. & §. item finitur. l. si adrogati. 14. §. sed et si. & §. fin. ff. de tutelis. l. si tutor. 9. in prin. & §. si testamento, ff. de tutelæ actione. Institut. de author. tutor. §. fin. l. 1. C. in quibus causis tutorem habenti.* Huius causæ exceptio est: Nisi cum in locum eius qui reipublicæ causa aberat, datus esset tutor, is in cuius locum datus est, mortuus sit. *l. quæsitum. 12. ff. de tutelis.*

XIX. Causa: Si minor bene res suas gerat. reprobatur *l. 1. §. fin. ff. d. tt.*

XX. Causa: Si minor vxorem & liberos nactus sit. reprobatur *l. nec per liberos. 2. ff. de minoribus 25. annis.*

DE CVRATORE BONORVM.

CAP. IX.

HActenus causis tutelæ & curæ tam efficientibus, quam corrumpentibus pertractatis, dicendum nunc erat de effectibus tutelæ & curæ, tutorumq; & curatorum officiis. Sed cum sint variæ curatorum species, scilicet curator furiosi, prodigi, ventris & bonorum: deq; curatore furiosi & prodigi partim in præcedenti, partim in sequenti generali tractatu agatur, de curatore vero ventris alio loco commodiore dicendum sit: de curatore bonorum, antequam reliqua persequamur, hic tractandum nobis est, & primum quidem de causis ex quibus bonis curator dandus.

I. CAVSÆ EX QVIBVS curator bonis est dandus.

I. Causa: Si incertum est hæres extiturus necne, & si hæres institutus de adeunda hæreditate deliberat, bonis curator datur. approbatur *l. dum deliberant. 3. ff. de curator. furioso. l. idem priuilegium. 6. ff. de priuilegiis creditor. l. si diu. 8. ff. quibus ex causis in possess. eatur.* Huius exemplum est: Si hæres sub conditione, cui etiamsi velit, parere non potest, institutus sit. nam tunc pendente conditione curator bonis constituendus. *l. 1. ff. de curatore bonis dandis. & dict. leg. 8. ibi, vel conditio. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 56.*

II. Causa: Si quis ab hostibus captus sit, bonis eius curator constituitur. *l. muto. 6. §. fin. ff. de tutelis. l. in possessionem. 6. §. fin. ff. quibus ex causis in poss. eatur. item l. item priuilegium. 6. ff. de priuilegiis creditorum.*

III. Causa: Si quis absens sit. *d. l. 6. ff. de priuilegiis creditorum.*

IV. Causa: Si bona alicuius clari viri vel fœminæ sint vendenda. *l. curator. ff. de curatorib. furioso.*

V. Causa: Si creditore in bona debitoris misso, actiones perituræ sint. *l. creditore, 14. in prin. ff. de rebus iud. auth. possid.*

II. QVI DANDI CVRATORES BONORVM?

I. Regula, De inuito. Inuitus curator bonis dari non potest. approbatur simul & distinguitur *l. 2. §. quæritur. ff. de curatore bonis dando.*

II. Regula, De eo qui creditor non est: an bonis debitoris curator dari possit? Dicitur quod possit, *iam d. §. quæritur.*

III. Regula, De hærede curatoris defuncti, proponitur *l. cuius bonis. 9. in fin. ff. de curator. furioso.*

III. A QVIBVS CVRATOR bonis dandus?

I. Regula, De prætore & præside prouinciæ cum consensu creditorum, proponitur *l. 2. in prin. ff. de curatore bonis dando.*

II. Regula, De creditoribus priuato consilio curatorem eligentibus, habetur *l. si debitor. 5. ff. d. tt. M. I. R. d. c. 12. reg. 58.*

IV. DE IVRE ET OFFICIIS curatoris bonis dati?

I. Regula: Actiones curatoribus & in curatores competunt. *l. 2. in princ. ibi, eisq; actiones & in eos vtiles competunt. ff. de curatore bonis dando. l. si plures. 3 ff. eod. tt. M. I. R. d cap. 12. reg. 60.* Hisce legibus regula proposita approbatur, simul & prima eius exceptio reprobatur, quæ talis est: Nisi cum plures sint curatores, vnus eorum in solidum agat vel conueniatur. Secunda: Nisi is ex curatoribus conueniatur, ad quem nihil peruenit, quique nihil tetigit. reprobatur *dict. l. 2. §. si tres.* Tertia: Nisi inuitus curator sit datus. *d. §. si tres. Cui concordat d. l. 2. §. quæritur.* Plura de regula proposita vide *infr. reg 3.*

II. Regula: De cautione de rato & iudicatum soluiab eo, quem curator ad agendum vel defendendum mittit, præstanda, proponitur *l. 2. in prin. ibi, & siquidem. ff. de curatore bonis dando.*

III. Regula: Curator ad distrahenda bona datus, creditoribus ad id quod sibi debetur, ex pretio redacto soluendum tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. si mandauero. 22. §. si curator. ff. mandati.* Huius regulæ exceptio est: Nisi alij creditores agant, quam à quibus cura mandata est curatori, *d. §. si curator. l. si debitor. 5. ff. de curatore bonis dando.*

IV. Regula; Curator bonis datus, æs alienum soluere tenetur. *l. 1. in fin. ff. de curatore bonis dando.*

V. Regula; Acta, facta gestaque per curatorem rata habenda. *l. 2. in princ. ibi, quæq; eum. ff. de curatore bonis dando.*

VI. Regula; Si causa possessionis dolo vel culpa curatoris deterior sit facta, perinde tenetur ac creditor *l. prætor ait. 9. §. est præterea, in fin. ff. de rebus iud. auth. possid.*

DE OFFICIIS TVTORVM ET CVRATORVM, & primum de satisdatione rem pupilli saluam fore, nec non de inuentario faciendo.

CAP. X.

OFficia tutorum alia sunt ante tutelam, alia in tutela, alia denique post tutelam finitam. Ante tutelam officium tutoris est, satisdare rem pupilli saluam fore, & inuentarium conscribere, de quibus sequitur.

I. AN TVTOR VEL CVRATOR satisdare teneatur?

Regulariter quidem tutor & curator ad satisdationem propositam præstandam tenetur. quæ regula approbatur simul & distinguitur *Instit. de satisdat. tutorum. M. I. R. d. cap. 12. reg. 34.* Exceptio prima est; Nisi tutores testamento sint dati. *Inst. d. tt. in prin. l. testamento. 17. in prin. ff. de testam. tutela. M. I. R. d. reg 34. except. 2.* Huius replicatio prima est; Nisi

Nisi tutor vel curator inutiliter testamento sit datus. *l. tutores. 5. in princip. ff. de confirmando tutore.* Cuius prima duplicatio est: Nisi tutor vel curator ex inquisitione sit confirmatus. *l. 2. ff. eod. tt. item approbatur hæc duplicatio per ea quæ proponentur infr. except. prox.* Secunda duplicatio est: Nisi à patre in testamento tutor vel curator inutiliter sit datus. tunc enim etiam sine inquisitione tutor vel curator confirmandus est, nec satisdat rem pupilli saluam fore. *l. qui à patre. 3. & l. vlt. in fin. ff. de confirmando tutore.* Plane curator furioso in testamento patris datus, quamuis non ad satisdandum, ad iurandum tamen rem furiosi saluam fore tenetur. quod triplicationis loco notandum. *l. cum furiosus. 7. §. & siquidem. C. de curatore furiosi. Concordat ijsdem verbis l. de creationibus 20. in prin. C. de episcopali audientia.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est, Nisi pluribus tutoribus testamento datis, alter alteri satisdationem offerat, vt vel satisdet, vel sibi soli satisdatione acceptarem gerere permittat, hoc enim casu alter, quamuis testamento tutor datus sit, satisdare tenetur, vel alteri administrationem rerũ cedere, *Instit de satisdat. tut. §. sed si ex testamento.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi ex inquisitione tutores sint dati. *l. bonorum. 8. ff. de curatoribus furioso. l. impuberi. 13. §. fin. ff. de tutoribus datis. item Instit. de satisdat. tutor. in princ. ibi, item ex inquisitione.* Huius replicatio est: Nisi furioso curator non idoneus facultatibus detur. *l. cum furiosus. 7. §. sin vero non. ibi, sin autem non talis. C. de curatore furiosi. Concordat ijsdem verbis l. de creationibus. 20 §. sin autem non talis. C. de episcopali audientia.* Tertia exceptio est: Nisi patronus eiusve liberi, liberto tutores sint dati. approbatur simul & distinguitur *l. legitimos. 5. in princ. ff. de legitimis tutoribus. l. si impuberi, 13. §. quamuis. ff. de tutoribus datis.* Huius replicatio prima est: Nisi causa cognita iudici aliter videatur. *dict. leg. 6.* Secunda: Nisi patroni persona vulgaris sit, & minus honesta. *dict. leg. 5.* Tertia: Nisi patronus libertate priuare libertum voluit, non adeundo hæreditatem. *l. si impuberi 13. §. quamuis. ff. de tutoribus datis.* Quarta exceptio videtur esse: Nisi non tutor neq; curator adulto sit datus, sed furioso, prodigo, vel aliis. Sed reprobatur *l. non quæsi. 4. §. fin. ff. rem pupilli saluam fore.* Quinta, Nisi non personæ, sed rei vel certæ speciei curator sit datus. reprobatur *l. etsi. 8 ff. d. tt.*

II. QVIBVS SATISDANDVM?

I. Regula, De ipso pupillo, proponitur *l. seruum. 6. ff. rem pupilli sal. fore. & l. t. §. exigere. ff. de magistratibus conueniendis.* Cuius exceptio prima est: Nisi pupillus absit. Altera: Nisi pupillus fari non possit. *quæ duæ exceptiones legibus iam allegatis approbantur, item per ea quæ proponuntur infr. reg. prox.*

II. Regula, De seruo pupilli, proponitur *l. 2. cum lege sequente 3. & l. 4. in princ. ff. rem pupilli. l. 1. §. exigere. ff. de magistrat. conueniendis.* Exceptio est: Nisi pupillus præsens sit, & fari possit. *quæ ex iam propositis constat.*

III. Regula, De seruo publico, habetur *dict. §. exigere. & l. 2. in fin. ff. rem pupilli sal.*

IV. Regula, De ipso magistratu, *d. §. exigere.*

V. Regula, De eo quem prætor dat vt ei caueatur, *l. aut. 3. ff. rem pupilli saluam fore. & l. non quæsi. 4. in prin. ff. eod. tt.*

VI. Regula, De filio furiosi. *l. si filius. 5. ff. d. tt.*

III. QVOMODO CAVENDVM?

I. Regula, Datis fideiussoribus cauendum. *l. non quæsi. 4. §. 1. ff. rem pupilli sal fore.*

II. Regula, De iureiurando præstando, proponitur *Nouell. c. 72. §. penult. Concordant ea quæ proposita sunt sup. quæst. 1. replic. 1. duplic. 2. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 36.*

IV. QVID, SEV DE QVA re cauendum?

I. Regula, Rem pupillo saluam fore cauendum, *vt ex prædictis constat.*

II. Regula, Se defensionem pupilli vel adulti sine vlla dilatione suscepturum cauebit. *l. vlt. §. penult. C. de administrat. tutor.*

III. Regula; Mater filiorum tutelam suscipiens, cauere tenetur nuptias se non iteraturam. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. c. 4. quæst. 2. except. 21. repl. 1. dupl. 1. & 2.*

V. VBI SATISDANDVM?

Si tutor ibi vbi datus est, satisdare non possit, in municipium mittendus est, vt ibi satisdet. *l. de die. 8. §. tutor. ff. qui satisdare cogantur.*

VI. EVENTVS SATISDATIONIS?

I. Regula; Si tutor vel curator satisdare nolit, pignoribus captis cogitur, *Instit. de satisdat. tutorum. §. penult.* Plane hoc casu etiam à tutela & cura remouetur, *vt dictum sup. c. 7. q. 2. causa 15.*

II. Regula, Si satisdatum est, datur hinc actio, *de qua vide infr. c. 21.*

DE INVENTARIO CONSCRIBENDO.

I. ALTERVM tutoris officium ante tutelam quidem est, vt conscribat inuentarium rerum minoris. *l. tutores. 24. C. de administrat. tutorum. l. tutor qui. 6. in princ. ibi, nihil itaq; ff. de administr. tutor. l. veteris. 13. §. illo procul. C. arbitrium tutelæ. l. cum furiosus. 7. §. & si quidem, in fin. & §. sin vero. C. de curatore furiosi. Concordat insuper ijsdem verbis l. de creationibus. 20. in prin. ibi, & inuentario. item §. fin. C. de episcopali aud. item Nouell. const. 92. §. fin. M. I. R. d. c. 12. reg. 37.* Plane huius regulæ exceptio est; nisi testator tutori in testamento dato necessitatem inuentarij conficiendi remiserit. *d. l. 13. §. illo proculdubio. M. I. R. d. reg 37. except. 1.* vbi etiam distinguitur.

II. APVD QVEM INVENTARIUM conscribendum?

Sub præsentia publicarum personarum conscribendum. *l. tutores, 24. in prin. C. de administr. tut. Nouell. c. 94. §. fin. M. I. R. d. c. 12. reg. 18 in prin.*

III. QVARVM RERVM INVENTARIUM conscribendum?

De iis rebus quæ post inuentarium cõfectum adquiruntur, proponitur *l. cum furiosus. 7. §. tali. C. de curatore furiosi.*

IV. QVANDO INVENTARIVM conscribendum?

Mox quàm fuerit ordinatus tutor, antequam aliquid aliud in tutela gerat. *l. tutores. 24. in princ. C. de administr. tutor. l. tutor qui. 6. in princ. ibi, nihil itaque. ff. de administr. tutor.* Huius exceptio est; nisi aliud

aliud quid in hæreditate gerendum sit, quod dilationem nec modicam expectare possit, hoc enim prius expediri potest. *d. vers. nihil itaq;*.

V. EVENTVS INVENTARII conscribendi?

I. Regula, Si inuentarium conscriptum à tutore non sit, tenetur pupillo in id quod interest. approbatur simul & distinguitur *l. tutor qui. 6. in prin. ff. de administr. tutor.*

II. Regula: Si inuentarium à tutore conscriptum non sit, vinculis publicis continetur, & pro suspecto habetur. approbatur simul & distinguitur *l. tutor quoque. 3. §. tutores. ff. de suspectis tutor. M. I. R. d. reg. 38. in fine.* Ei quod dicitur de suspecto, concordat *l. veteris. 13. §. illo proculdubio. ibi, scituris. C. arbitrium tutelæ.*

III. Regula: Tutor qui non conscripsit inuentarium, fit infamis. *d. vers. scituris, in fin.*

DE OFFICIIS TVTORVM IN TVTELA.

CAP. XI.

HActenus de officiis tutorum, quæ ante tutelam requiruntur, actum est: nunc de iis dicendum, quæ in ipsa tutela præstare debet.

I. DE GERENDA ET ADMINISTRANDA TUTELA.

I. Regula: Huius igitur loci primum ac generale officium est, gerere & administrare tutelam. *l. 1. ff. de administrat. tutor. & l. si tibi. 6. C. de testam. tutela.* Huius exceptio prima est, Nisi excusationem habeat. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi eam intra tempus statutum non proposuerit. *d. l. 1.* Plura de hac re vide *supr. c. 6.* Altera exceptio est, Nisi tutor non sit, qui cessat in tutela gerenda, vel inutiliter tutor est datus. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. fin. ff. de eo qui pro tutore. l. 1. C. de testamen. tutela.* Cuius replicatio prima est: Nisi aliquid in tutela gesserit. tunc enim si postea cessauerit, tenebitur, quamuis tutor non sit. *d. §. fin. d. tutores. 38. §. qui se negociis. ff. de administ. tutor.* Huius duplicatio prima est: Nisi alius gesturus non fuerit. *d. §. fin. l. si pupilli. 6. §. fin. ff. negociorum gestor.* Cuius triplicatio est: Nisi errore cognito quod tutor non sit, non certiorauit cognatos pupilli vt tutorem ei peterent. *l. 1. §. fin. ff. de eo qui pro tutore.* Secunda propositæ replicationis duplicatio esse videtur, Nisi modicum aliquod gesserit vel attigerit. Sed reprobatur *l. ita autem. 4. §. 1. ff. de administ. tutor.* Tertia: Nisi id gerendum sit, quod iure gerere non potest, puta exigere debitum pupillare. *l. si pupilli. 5. §. fin. ff. negociorum gestorum. & l. tutori. 20. in fine. C. eod. tt.* Quarta: Nisi alius postea vtiliter tutor sit datus. *d. l. 38. §. 1.* Altera propositæ exceptionis replicatio est, Nisi is qui tutor inutiliter datus est, alij tutelam gerendam mandauerit *dict. §. 1.* Plura de exceptione proposita vide *infr. c. 17. q. 1. except. 1. & 2.*

II. Regula: Qui ex tutoribus gerere & administrare tutelam debeat? Regularitet quidem, si plures sunt tutores, omnes ad tutelam gerẽdam & administrandam tenentur, nec vnus solus cæteris inuitis gerere potest. *l. si plures. 3. §. penult. ff. de administ. tutor.* Huius exceptio prima est, Nisi vnus alteri satis offerat, vt vel ille satisdet, & solus administret, vel sibi satisdanti soli permittat administrationem. *Instit. de satisdat. tutor. §. sed si ex testamento. l. testamento. 17. in prin. ff. de testam. tutela. l. datiuus. 7. ff. rem pupilli saluam fore. & l. non omnium. 4. C. de tutore qui non satisdedit.* Cuius replicatio prima est: Nisi omnes sati dare sint parati. *l. testamento. 17. ff. de testam. tutela.* Huius duplicatio est, Nisi alter alteri idoneor sit, vel idoneores offerat fideiussores. *l. quod st. 18. ff. eod. tt.* Secunda replicatio est: Nisi is qui satisdare paratus est, suspecta vel turpis sit persona. *d. l. 17. §. non omnimodo.* Tertia; Nisi is cui optio satisdandi vel accipiẽdi offertur, honestus sit & bonæ existimationis. *d. §. non omnimodo.* Quarta est; Nisi alius quam tutor tutoribus optionem prædictam offerat. *l. si nemo. 19. in prin. ff. de testam. tutela.* Quinta; Nisi nõ testamentarij, sed datiui tutores sint. reprobatur *d. l. 19. §. hoc edictum. Concordat Inst. de satisdat. tutor. §. sed si ex testamen.* Sexta; Nisi legitimi sint tutores. reprobatur *l. legitimos. 5. §. in legitimis. ff. de legitimis tutorib.* Septima; Nisi patrono tutori offeratur optio. *d. §. in legitimis, in fin.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est; Nisi testator in testamento vni tutelam decreuerit. *l. si plures. 3. §. 1. ff. de administr. tutor. Instit. de satisdat. tutor. § quod si nemo.* Huius replicatio prima est; Nisi pater minus perpenso consilio vni tutelam decreuerit. *d. l. §. quamuis autem.* Secunda; Nisi mores tutoris à testatore electi in peius sint mutati. *d. §. quamuis autem.* Tertia; Nisi cum tutor contemplatione facultatum à testatore electus esset, postea is in paupertatem recciderit. *d. §. quamuis autem.* Quarta; Nisi non tutores, sed curatores testamento sint dati, & vnus ex iis electus. reprobatur *d. l. 3. §. quod in tutoribus.* Quinta: Nisi tutor electus solus gerere tutelam nolit. *d. l. 3. §. si non erit.* Hæc de secunda exceptiona. Plures propositæ exceptionis replicationes vide *infr. cap. 2. quæst. 2. & 6.* Tertia propositæ regulæ exceptio est; Nisi tutores ipsi inter se vnum elegerint, qui tutelam administret. *d. l. 3. §. apparet igitur. ff. de administr. tutor. Concordat Instit. de satisdat. tutor. §. quod si non fuerit. item Nouell. c. 118. §. sed si multi.* Huius replicatio esse videtur: Nisi legitimi sint tutores, vel ex inquisitione dati. Sed reprobatur *d. §. sed si multi. l. legitimos. 5. §. in legitimis. ff. de legitimis tutoribus. l. si nemo. 19. §. hoc edictum. ff. de testamen. tutela Instit. de satisdat. tutor. §. idem & in plur. bus.* Quarta exceptio est: Nisi prætor vel iudex vni tutelam decreuerit. *Institut. de satisdat. tutor. §. sin autem ipsi tutores. Concordat l. si plures. 3. §. si non erit. ibi, aut si non coibunt. ff. de administrat. tutor.* Huius replicatio prima est: Nisi tutores in decretum prætoris non consentiant. *dict. leg. 3. §. penult.* Secunda: Nisi legitimi sint tutores. reprobatur *l. legitimos. 5. §. in legitimis. ff. de legitimis tutoribus.* Quinta exceptio est: Nisi res per plures expediri non possit. tunc enim vnus tantum gerere potest. *l. si plures. 3. §. apparet. ff. de administrat. tutor. l. decreto. 23. §. fin. ff. eod. tt. Concordant ea quæ habentur inf. c. 15. q. 2. reg. 1. except. 11.*

III. Regula, De administratione inter plures tutores diuidenda, proponitur *l. si plures. 3. §. fin. ff. de administr. tutor.*

IV. Regula: Eandẽ tutores tenentur præstare diligen-

diligentiam in rebus pupilli, quam bonus paterfamilias præstat in suis rebus, *l. à tutorib. 32. in prin. ff. de administr. tutor. l. generaliter. 9. ff. eod. tt. & l. 1. in prin. ff. de tutelæ actione.* Huius exceptio videtur esse: Nisi pro tutore negocia gerat. Sed reprobatur *l. qui pro. 4. ff. de eo qui pro tutore.* Hæc de primo tutorum officio, quod generale est, & sequentia sub se tanquam species complectitur.

II. DE AGENDO NOMINE pupilli, & conueniendis pupilli debitoribus.

I. Regula: Tutori nomine pupilli competit actio, eamque instituere debet, aut pupillo agenti suam accommodare authoritatem, *l. 1. §. fin. ff. de administr. tutor. l. 21. ff. eod. tt. l. clarum. 4. C. de author. præstanda. l. Lucius. 45. §. fin. ff. de administrat. tutor. l. interdum. 58. §. qui tutelam. in fin. ff. de furtis. l. debitoribus. 18. C. de administr. tutor. l. pupillorum. 21. C. eod. tt. l. 2. C. arbitrium tutelæ, M. I. R. lib. 5. cap. 1. reg. 19. except. 2.* Ex his constat, regulariter quidem actionem pupilli tutori competere: Cuius exceptio prima esse videtur: Nisi vnus ex pluribus, non omnes tutores agant. verum reprobatur *l. decreto. 23. §. fin. ff. de administr. tutor. M. I. R. d. except. 2. repl. 1.* Plura de hac exceptione vide *infr. cap. 15. quæst. 2. reg. 1. except. 11.* Secunda exceptio est: Nisi diuisa inter tutores tutela, vnus actionem intendat, quæ ad alterum pertinet. *l. si plures. 3. §. fin. ff. eod. tt. l. 2. C. si ex pluribus tutorib. l. si duo. 50. ff. de administrat. tutor. & l. Titium. 46. §. tutores. ff. d. tt.* Tertia, Nisi tutor de rato non caueat. reprobatur *l. tutores. 13. C. de administ. tutor.* Admittitur, si dubitetur an tutor sit, vel tutor duret, vel an gestus illi sit commissus. *l. vulgo. 22. ff. eod. tt.* Quarta exceptio est: Nisi tutor non sit, vel inutiliter tutor sit datus *l. 2. C. de eo qui pro tutore. Concordant ea quæ proposita sunt supra officio prox. reg. 1. except. 2. repli. 1. dupl. 3.* Quinta, Nisi tutor qui agit, non satisdederit rem pupilli saluam fore. *l. consilio. 7. §. cum dementis. ff. de curatorib. furioso.* Plura de hac exceptione vide *infr. cap. 15. quæst. 2. reg. 1. except. 17.* Sexta exceptio est: Nisi exceptio ipsi pupillo obstet. tunc enim eadem debet obstare tutori agenti. ipso iure subsistit, eiusque species est exceptio compensationis. in hac autem specie videtur replicandum hoc modo: Nisi diuisa inter tutores tutela, eius debiti compensatio obiiciatur, quod ad alium, non ad tutorem agentem pertineat. verum reprobatur *l. inter tutores. 35 ff. de administr. tutor.* Septima exceptio est: Nisi aduersus contutorem tutor agere velit. *l. cum plures. 11. in prin. ff. de administrat. tutor. l. actus. 18. & l. sine. 31. §. fin. ff. eod. tt. l. 2. C. de administr. tutor.* Plane tutor contutorem suum tanquam suspectum postulare potest & debet, quod primæ replicationis loco notandum. *d. l. 18. ff. de administr. tutor. l. tutor. 3 in prin. ff. de suspectis tutorib. l. quoties. 8. §. constat, in fine. ff. de administr. tutor.* Secunda replicatio est, Nisi aduersus tutoris hæredem agat, *l. 2. in fin. C. de tutore qui non satisdedit. Concordat l. tutores 38 §. tutor qui. ff. de administr. tutor.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr. cap. 18. quæst. 6. reg. 1.*

II. Regula, Tutore non agente, periculum, si debitor desierit esse soluendo, vel tempore liberatus sit, ad tutorem pertinet. approbatur *per ea proposita sunt supr. reg. prox. in prin. Concordat d. §. tutor. qui. l. si tutor. 14. ff. de administr. tutor. item l. amissi. 52. §. 1. ff. de fideiussoribus. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 42.* Huius exceptio prima est, Nisi antequam tutor agere potuit, soluendo esse desierit debitor. *d. §. quod si diuisam.* Secunda: Nisi nomen quod soluendo esse desiit, ad alterius tutoris partem vel regionem pertineat. *l. 2. C. si ex pluribus tutoribus.* Tertia, Nisi chirographa perdita sint. reprobatur *l. chirographis 56. in prin. ff. de administr. tutor.* Quarta, Nisi sine dolo vel culpa non exegerit. *d. l. 56. Concordat l. 2. C. arbitrium tutelæ.* Quinta, Nisi post finitam tutelam nomen soluendo esse desierit. *l. tutores qui. 38. in prin. & §. tutores. item l. cum post. 42. in prin. ff. de administr. tutor.* Sexta, Nisi pupillus maiores vsuras, quas ex omnibus non idoneis percepit, non restituat neque compenset. *l. Caius. 11. in fin. ff. de vsuris.* Huius replicatio est: Nisi tutor non sua opera vel industria maiores vsuras adquisierit, sed aliunde debeantur. *d. l. 11. in prin. l. tutores. 38. §. periculo. ff. de administr. tutor.* Septima exceptio est, Nisi finita tutela, curator qui succedit, nomen agnouit. *l. si probatum. 19. Dig. ff. de tutelæ actione. l. qui nominib. 43. in pr. Dig. de administ. tutor.* Huius replicatio est, Nisi curator nomina quidẽ suscepit, sed vt non idonea. *l. tutor. 34 Dig. eod. tt.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *supr. c. 1. q. 8. reg. 3. except. 1. repl. 1 cum sequentibus.*

III. Regula: Si tutor in actione instituta succubuit, ipsius periculum est, non pupilli. *l. non est. 6. C. de administrat. tutor. l. qui solidum. 80 §. etiam. Digest. de leg. 2. item l. quoties. §. denique Imperat. Digest. de administr. tutorum.*

III. DE EXCIPIENDIS ACTIONIBUS aduersus pupillum competentibus, & pupillo defendendo.

I. Regula, Tutoris officium est, defendere pupillum, & iudicium eius nomine suscipere. *l. tutoris. 29. Digest. de administr. tut. & l. sanximus. 28. in pr. C. de administ. tutor. M. I. P. lib. 5. c. 2. reg. 18.* Exceptio prima est, Nisi tutela sit finita. *l. tutor. 27. in pr. ff. de administr. tutor. M. I. P. d. reg. 18 exc. 1.* Huius replicatio est, Nisi durante tutela vel cura lis cœpta sit *l. ita autem. 4 §. post completum. Digest. eod. tt. l. negociorum. 24. §. fin. & l. tutor. 27. Digest. de appellationib. l. 1. C. vt causæ post pubertatem.* Cuius duplicatio prima est, Nisi ratio tutelæ reddita sit. *d. l. 27. l. vnica. §. fin. ff. si pendente appellat. mors interuenerit.* Huius triplicatio est, Nisi morte tutoris finiatur tutela. *d. §. fin.* Secunda duplicatio est, Nisi sententia in causa lata sit, & res iudicata. *l. tutores. 38. §. tutores. ff. de administr. tutor.* Tertia, Nisi adulti ipsi suam causam persequi velint. *l. creditor. 28. §. fin. Dig. de appellat.* Hæc de prima exceptione, eiusque replicatione & duplicationib. sint dicta. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi tutor ipsi pupillo, vel curator ipsi adulto agenti vel excipienti author fieri malit. approbatur simul & distinguitur *l. 1 §. sufficit, cum sequentibus. Dig. de administ. tutor.* Huius replicatio prima est, Nisi pupillus minor sit septem annis. *d. §. sufficit.* Secunda, Nisi is cuius tutor vel curator est, absit. *d. §. sufficit.* Tertia exceptio est, Nisi causa ad partem tutelæ, quam vnus tutorum administrat, non pertineat, sed ad partem alterius. *l. 2. C. si ex pluribus tutoribus vnus.* Hæc de prima regula.

II. Regula: Etiam ab vno tutorum pupillus defendi potest, *l.1.C.d.tt.*

III. Regula: tutores non sunt cogendi cauere, vt cæteri defensores. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.2.cap.15.quæst.2.except.6.*

IV. Regula: Pœna non defendentis tutoris vel curatoris proponitur *l.sancimus.28. in prin. ibi: etsi hoc.C.de administr.tutor.*

V. Regula: Si tutor nomine pupilli conuentus, succubuit: ipsius damnum est, quod ad litis expensas attinet. approbatur *supr. officio prox.reg.3.*

IV. DE SOLVTIONE A tutore facienda.

I. Regula: Soluere creditoribus pupilli tutor debet. *l.si tutoris.23. C. de administrat. tutor. l.qui solidum.80.§.etiam, in fin.ff. de leg.2.item l. quoties.8. §.sicut ff.de administr. tutorum.* Huius exceptio est: Nisi debitum sit incertum. *d.§. sicut.ibi: nec vtique necesse habet.*

II. Regula, Videndum tutori, ne debitum soluat. *l.tutor 12.§. in soluendis. & l.sine 31.§.Lucius.ff. de administr.tutor.* Plura de officio proposita vide *infr.officio prox.*

V. DE EROGANDO ET alienando nomine pupilli vel adulti.

I. Regula, In quas causas tutor pupilli nomine erogare debeat, definitur *l. cum plures.11.§. cum tutor.ff.de administratione tutorum.& l.1.§.si pupillis.ff. de tutelæ actione.*

II. Regula, De sumptibus in matrẽ pupilli erogandis, proponitur *l. 1.§. præterea. ff. de tutelæ actione.& l.tutor. 12.§. in soluendis.ff. de administr. tut.*

III. Regula, De sumptibus in sororem pupilli erogandis, proponitur *d.§. in soluendis. Concordat l.qui filium.4.ff.vbi pupillus educari.* De dote sorori non danda habetur *l.cum plures 11.§. cum tutor. ff.de administr.tutor.*

IV. Regula, De mercede præceptoribus pupilli eiusue sororis constituenda & præstanda, proponitur *d.§. cum tutor. & d.l.4.*

V. Regula, Dotem quoque & impendia ad nuptias tutor pupillæ dare debet. *l. curator. 51. ff. de administr.tutor.& l.si curatores.9. C.eod.tt. M.I.R. lib.3.cap.9.reg.57.*

VI. Regula, De sumptib. litis præstandis. Regulariter quidem ad litis sumptus suppeditandos tutor pupillo tenetur. verum eius regulæ exceptio proponitur *l.Imperator.17.ff. de tutel. action.*

VII. Regula, De sumptibus in alimenta pupilli erogandis dicetur *infr. cap. prox. quæst.2.*

VIII. Regula, Quantum erogandũ. Secundum dignitatem facultatesq; pupilli sumptus faciendi. Quæ regula approbatur exemplo *l. tutor.* Huius exceptio proponitur *l. cum plures. 11.§. nimium ff.eod.tt.*

IX. Regula, De quantitate sumptuum à prætore vel iudice definienda, proponitur *l.2. & l.3.ff. vbi pupillus educari.*

X. Regula, Tutor ex facultatibus pupilli ius donandi non habet. *l. tutor.21.ff.de administr.tutor. l.Lucius.45.§ fin.ff.eod.tt.l.non omni.16.C.eod.tt. item l.1.§.1.ff. de tutelæ actione. M.I.R. lib.3.cap.12.reg.43.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi matri vel sorori pupilli alimenta donauerit, *Quæ ex iã dictis legibus constat. Concordant ea quæ proposita sunt paulo superius reg.2.& 3.* Secunda: Nisi ex magna pupilli vel furiosi vtilitate donetur. *l. vlt. ff.de curatoribus furioso.* Plane iam dictarum exceptionum replicatio generalis est: Nisi decretum iudicis non præcesserit. *d l.vlt.& d.l.1.§.1.*

XI. Regula, De rebus tempore perituris distrahendis, proponitur *l.tutor.6.§. si tutor.ff.de administr. tutorum.*

XII. Regula, De rebus minorum sine decreto non alienandis vide *infr. cap.14.*

VI. DE CREDENDIS PECVniis pupillaribus.

I. Regula: Tutor iure antiquo credere pecuniam pupillarem tenetur: & nisi fœnerauerit, ipse in vsuras eius pecuniæ tenetur. *l. si tutor.14.ff. de administrat.tutor.l.tutores.24.C. de administr. tutor. l.qui negociationem. 57. §. pupillo.ff.eod.tt. M.I.R.lib.1. cap.13.crim.1.reg.2.except.12.* Huius exceptio prima est: Nisi credere pecuniam non potuit, nemine existente cui tuto credatur. *l cum plures.11.§.fin.ff.de administr.tutor.* Cuius replicatio est: Nisi arguatur eo tempore tutor suam pecuniam credidisse. *l.tutor.12.§.1.ff.eod.tt.* Secunda exceptio est: Nisi ad sortem vel vsuras restituendas tutor non sit idoneus. tunc enim extra ordinem coercebitur *l.ob fœnus.48.ff.d.tt.* Tertia: Nisi pecunia pupillaris ex vsuris fuerit redacta. hoc enim casu videtur, quia vsurarum vsuræ non præstantur: nec eius pecuniæ, quamuis eam tutor non fœnerauerit, à tutore præstandas esse. verum reprobatur *l. qui negociationem.57.§. ex duobus. ff. de administr. tutor.* Quarta: Nisi tutor suam pecuniam in rem pupilli verterit. hoc enim casu compensatio fit vsurarum. *l.quid ergo.3.§ plane.ff.de contraria tutelæ actione.* Quinta: Nisi ad prædiorum comparationem pecuniam deponat. approbatur *per ea quæ habentur infr.officio proxim.reg.1.* Huius replicatio est: Nisi tanta pecunia corradi non possit, vt inde prædia comparari possint. *l. ita autem.4.in prin.ff.de administr. tutor.*

Mutatio iuris.

Hactenus regula proposita approbata simul & distincta est. Plane iure nouo mutatur ac tollitur. *Nouell.cap.72.§. quia vero grauate.* Qua constitutione regula proposita reprobatur, sub hac tamen conditione: Nisi pupillus aliunde se alere non possit.

II. Regula: Nominum periculum, quæ tutor fecit, ad ipsum pertinet. *d. §. quia vero grauate. versi vero ipse. Concordant ea quæ proposita sunt supr. cap.1.quæst.8.reg.3.except.1.*

VII. DE PRÆDIIS COMPArandis, & pecunia ad prædiorum comparationem deponenda.

I. Regula: Pecunia pupillari prædia quoque emenda sunt. *l. tutores.24. C. de administrat. tutor.* Pœna, si prædia illa pecunia non comparauerit, proponitur *l.tutor.3.§. tutores. ff. de suspectis tutoribus.* Pœna item arbitraria constituitur *l.nisi.4.C.de administr. tutor. l.ob fœnus.48.ff.eod.tt.* Sed & alia pœna est, quod in vsuras eius pecuniæ, quam in prædiorum comparationẽ non collocat tutor, teneatur. *l.tutor.6.§.si post.ff.d.tt.* Propositę regulæ exceptio

exceptio prima est: Nisi per tutorem non steterit, quo minus prædia comparentur. *d. §. si post.* Secunda, Nisi tanta summa corradi non possit, vt inde prædia comparari possint. *l. ita autem.4.in prin.ff.de administr.tutor.* Quantas autem vsuras præstabit tutor, qui pecunia pupillari prædia non comparauerit, vel eam ad comparationem prædiorum non disposuerit, definitur *l.tutor qui 6 §.si deponi.ff.de administr.tutor.*

Mutatio iuris.

Plane regula proposita iure nouo mutatur, necessitasque prædiorum comparandorum ad meram facultatem transfertur, *Nouell. cap. 72. §. quia vero grauate. versi integrum præterea.* Plura de regula proposita vide *infr. cap. 18. q. 5. reg.4. specie.3.*

II. Regula: Periculum emptionis prædiorum ad tutorem respicit. *d. §. quia vero grauate. ibi: vt tamen sciat.*

VIII. DE INSTITVTIOne pupilli.

I. Regula: Vt pupillus instituatur, etiam sumptus faciendi. *l. cum plures 11. §. cum tutor. ff. de administrat. tutor.*

II. Regula: Prætoris est decernere sumptus ad institutionem pupilli. *l.ius alimentorum.3.§. penult.ff.vbi pupillus educari.*

III. Regula: Quantum pro institutione pupilli sumptuum nomine decernendum, definitur *d § penult.*

IX. DE TVENDO CORPOre & salute pupilli: item moribus.

I. Regula, De tuendo corpore & salute pupilli, & eius qui est sub cura, proponitur *l.consilio. 7.in prin.ff. de curatorib.furioso.*

II. Regula, De moribus pupilli curandis, *l. cum plures.11. §. cum tutor.ff. de administr.tutor.*

III. De reficiendis ædibus pupilli proponitur *l.lex. §.nec domum, in fin. C. de administr.tutor.*

XI. DE ADEVNDA, VEL REpudianda hæreditate.

I. Regula, Si in adeunda vel repudianda hæreditate tutor pupillo autor factus non sit, tutelę actione tenetur. approbatur *per ea quæ habentur infr. cap.15.q.1.except.3.repl.3.*

II. Regula: Si tutor male abstinuit pupillum hæreditate delata, tutelæ iudicio tenetur. *l. cum tutor.18.ff. de tutelæ actione. l. eum qui 4. C. arbitrium tutelæ.*

III. Regula, Pertinet item ad officium tutoris, vt eum à quo fideicommissaria hæreditas pupillo relicta est, adire hæreditatem cõpellat. Cuius exceptio est: Nisi cũ alius rerum Italicarum, alius prouincialium tutor datus esset: hæreditas fideicommissaria in Italia sit sita. hoc enim casu rerum prouincialium tutor non est onerandus officio proposito. Cuius exceptionis replicatio est: Nisi is qui hæreditatẽ rest tuere rogatus est, in prouincia domiciliũ habeat, hoc n. casu quamuis hæreditas in Italia sita sit, tamen prouincialis tutor ad rogatum cogendum tenetur: & nisi coegerit, eo nomine tutelæ iudicio potest conueniri. *l.tutores.38.§ hæres.ff de administrat. tutorum.*

XII. DE STIPVLANDO nomine pupilli.

Tutor pupilli nomine stipulari & potest & debet. *l.quoties.8.in prin.ff. de administr.tutor.*

XIII. DE NOVANDO.

Tutor quoque actionem pupilli potest nouare. *l.tutor.21.ff. de administr. tutor.*

XIV. DE TRANSIgendo.

Regulariter tutor pupilli nomine transigere potest. Quæ regula approbatur. exemplo *l.interdum.58.§.qui tutelam ff. de furtis.item l.præses.12.C.de transactionibus.M.I.R.lib.2.cap.23.reg.1.except.1.repl.5.* Huius regulæ exceptio prima hæc est: Nisi minor sine tutore transigat. reprobatur *l. non solum. 4.C de prædiis minorum.* Secunda: Nisi mala fide trãsigat de re certa & indubitata. *l. Lucius.45.§.fi.ff. de administr.tutor. Concordat d.l.12.C.de transa. M.I.R. d.repl.5.duplic.3.*

XV. De actore tutoris periculo constituendo proponitur *supr.cap.4.quæst.2. except. 33.in fin.dupl. general.3.*

XVI. Omnia negocia, quæ inita sunt à tutoribus, ad curatores succedentes pertinent. *l. à tutorib.32.§.1.ff.de administr.tutor.* Huius exceptio prima est: Nisi res alterius prouinciæ sint, quam in qua curator substitutus domicilium habet. *l. tutores.38.§.patruus.ff. de administr. tutor.* Secunda: Nisi lis à tutore cœpta sit, nec pubere pupillo facto finita. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. officio 3.reg.1.except.1.repl.1.*

XVII. DE REBVS QVÆ SVNT alterius loci, quam in quo tutor domicilium habet.

Hæ res ad officium tutoris non pertinent, *per ea quæ proposita sunt supr.c.6.causa 23.* Huius exceptio est: Nisi tutor forte in iis locis, vbi res sunt, agens illis rebus curatorem nõ petierit. tunc enim tutelæ iudicio tenetur. *l. tutores. 38. §.rerum.ff.de administ.tutor.* Plura de regula proposita vide *infr. cap.18.quæst.3.reg.2.except.1.*

DE PVPILLO ALENDO ET educando.

CAP. XII.

AD tutoris quoque curam & officium pertinet, vt pupillus alatur & educetur. de quo in hoc capite agendum.

I. VBI PVPILLVS ALENDVS & educandus est?

I. Regula: De hoc prætor vel præses decernet: & apud quem prætor pupillum educari volet, apud eum etiam inuitum est educandus. *l.1.ff.vbi pupillus educari.l.si disceptetur.5.ff eod.tt, l.1.& l.2.C.d. tt.M.I.R.lib.3.cap.12 reg.46.*

II. Regula, Apud matrem suam pupilli sunt educandi. approbatur simul & distinguitur *l.1. in prin.C.vbi pupilli educentur. Concordat Nouell.cap.22. §.porro & illud.*

III. Regula, De cognatis & adfinib. pupilli, apponitur *l.1.§.quamuis autem.ff. vbi pupillus educari.*

IV. Regula, De iis qui pudicitiæ impuberis possunt insidiari, habetur *l.si disceptetur.5.in fin.ff. d. tt.*

V. Regula: Apud eum non facile educandus pupillus, qui proximus eius hæres futurus est. Quæ regula approbari videtur *l.1.in prin.*

ibi: & nonnunquam, cum sequentibus. ff. vbi pupillus educari. Concordare videtur *l.2. in fin. C. eod. tt.* Excipitur mater, *de quare supr. reg. 2.*

II. QVANTIS SVMPTIBVS pupillus alendus & educandus?

I. Regula: Hæc quæstio definienda est decreto prætoris vel præsidis, causa cognita. approbatur, simul & quod sit prætoris in decernendo officium ostenditur *l. ius alimentorum. 3. ff. vbi pupillus educari. & l.2. §.1. ff. eod. tt.* Regulariter ergo alimentorum nomine non minus nec amplius sumendum est, quam prætor statuit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi vltra vires facultatum est, quod est decretum. *d. l.2. §. hoc amplius.* Secũda, Nisi postea facultates pupilli auctæ sint deminutæ. *l. qui filium. 3. §. fin. ff. vbi pupillus educari.*

II. Regula, De eo quod tutor expendit sine decreto prætoris. Redigitur illud ad arbitrium iudicis vel boni viri. *l.2. §. si vero. ff. vbi pupillus educari. l.2. C. de alimentis pupillo præstandis.*

III. Regula, De eo quantum pater pupilli decreuerit, Hoc erit præstandũ & reputandum. *l.2. §. fin. ff. vbi pupillus educari.* Huius exceptio prima est, Nisi pater vltra vires facultatum pupilli alimenta statuerit. *d. §. fin.* Secunda, Nisi pater nihil certi definierit, sed arbitrio certæ personæ permiserit. tunc enim non quantum persona illa statuerit, sed arbitrio boni viri est imputandum. *l. Titium. 46. §. quantum. ff. de administr. tutor.*

III. EVENTVS, SI PVPILlis alimenta non præstentur.

I. Regula, Si tutor alimenta pupillo non præstet, præses est adeundus. *l. 1. C. de alimentis pupillo præst.*

II. Regula, Si tutor alimenta pupillo non præstet, remouendus est à tutela, vel alius ei est adiungendus. *l. si absens. 6. ff. vbi pupillus educari. Concordant ea quæ proposita sunt supr. cap. 7. q. 2. causa 8.* Huius exceptio est, Nisi pupillus egenus sit. *l. ius alimentorum 3. §. fin. ff. d. tt.*

DE OFFICIIS TVTORIS IN SVA causa aduersus pupillum: vel contra, in causa pupilli aduersus tutorem competente: item de officiis eius contra contutorem.

CAP. XIII.

PRima regula: Quod aduersus alios tutor præstare debet, id quoque aduersus se præstabit. *l. quoties. 8. §. & generaliter. ff. de administr. tutor.*

II. Regula: Soluere debet tutor, quod patri pupilli debuit. *l. ita autẽ. 3. §. debitor. ff. de administr. tutor. l. quoties. 8. §. nequaquam, vsq; ad §. sicut. ff. eod. tt. l. si tutor. 5. ff. de tutelæ actione. l. tutor. 69. in princip. ff. de fideiussoribus. l. nisi eam. 4. C. de administrat. tutor.*

III. Regula: Tutor quod sibi à patre pupillorum debebatur, sibi soluere & potest & debet. *l. quoties. 8. §. sicut. ff. de administr. tutor. l. creditorem. 8. C. qui dare tutores. item l. fistulas. 78. §. 1. ff. de contrah. emptione.* Huius exceptio est: Nisi tutor cum cæteris creditorib. pupillarib. pactũ fecerit de non petendo, vel debiti parte remittenda: nã ratione huius pacti nec sibi soluere debet. *l. cum hæreditas. 58. ff. de administr. tutor. l. cum in eo. 44. ff. de pactis.*

IV. Regula proponitur *l. quoties. §. non tantum. ff. de administr. tutor.*

V. Regula, Actiones tutori contra pupillum ne deposito quidem officio delegari possunt. *Nouell. cap. 72. §. quod si quis.* Sublata est igitur per istam constitutionem *l. non fit. 12. ff. de rebus eorum qui sub tutela.*

VI. Regula, Tutor non potest quid à pupillo emere, vel alio modo cum eo contrahere. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. capite 15. quæst. 2. reg. 1. except. 5.* Hactenus de officiis tutoris circa seipsum; sequuntur nunc officia tutoris contra contutorem.

VII. Regula, Tutori aduersus contutorem tutelæ actio, vel qua alia similis, qua pupillo ille obligatus est, denegatur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. 11. offic. 2 reg. 1. except. 7.*

VIII. Regula, Tutor à contutore satisdationem rem pupilli saluam fore petere non potest. *l. datiuus. 7. ff. rem pupilli saluam fore.* Huius exceptio proponitur *supr. cap. 11. reg. 2. except. 1.*

IX. Regula, Tutor contutorem suspectum facere & potest & debet: alioquin factum eius præstat. *l. etiam. 13. ff. de administr. tutor. & l. tutores. 38. §. tutor qui. ff. eod. tt. l. 2. ff. de magistr. conueniendis.* Huius exceptio prima est: Nisi tutor qui suspectum facere debuit, fuerit in exilio. *l. plane 29. ff. de excusationib. tutor.* Secunda, Nisi contutor rationes reddere vetitus sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est, Nisi quid ex tutela apud contutorẽ resederit, vel dolo admissum sit. eius enim nomine tutor, qui contutorem suspectum facere debuit, nihilominus tenetur. *l. qui plures 40. ff. de administr. tutor.* Plura de reg. proposita vide *infr. cap. 18. quæst. 3. reg. 2. except. 1.*

DE REBVS MINORVM SINE decreto non alienandis.

CAP. XIV.

INter officia tutorum & curatorum numeratur & hoc, Ne res minorum sine decreto prætoris alienent. de quo nunc agendum. Sit autem huius loci prima propositio hæc.

I. ALIENATIO rei pupillaris, vel eius qui est sub cura, sine decreto facta, inutilis est, resque alienata potest vindicari. *l. 1. in prin. vsque ad §. si defunctus. ff. de rebus eorum qui sub tutela. M.I.R. d. cap. 12. reg. 45.* Habet hæc regula plures exceptiones nunc ordine proponendas.

I. Exceptio, Nisi parentes pupilli alienationẽ permiserunt. *d. l. 1. C. quando decreto opus non est. item l. prædium. 3. C. eod. tt. M.I.R. d. reg. 41. except. 15.* Huius replicatio prima est, Nisi contra formam in testamento datam sit alienatum. *l. tutelam. 7. C. de administr. tutor.* Secunda: Nisi testamentum, in quo alienatio permissa est, irritum sit. reprobatur *l. vlt. ff. de rebus minorum.*

II. Exceptio, Nisi parens pupilli, dum vixit, venale prædium habuit, reprobatur *l. 1. §. si defunctus. ff. de rebus minorum.*

III. Exceptio, Nisi decretum à magistratu sit interpositum, vt liceat alienare. *d. l. 1. in pr. M.I.R. d. reg. 45. except. 1.* Huius replicatio prima est, Nisi sine causæ cognitione prætor alienari permiserit, vel non omnibus quæ illũ decẽt peractis.

l. si prædia. 11. ff. de reb. minorum. l. minorum. 6. de prædiis minorum. item l. si minores. 18. C. eod. tt. M.I.R. d. except. 1. repl. 1. Declaratur replicatio proposita officiis prætoris in decernendo expositis *l. magis puto. §. non passim, vsque ad §. illud quæri. ff. de rebus minorum.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi obreptum sit prætori. *l. 1. in princip. ff. d. tt. l. magis puto. 5. §. penult. ff. d. tt. & l. etsi. 5. C. de prædiis minorum.* Tertia: Nisi nullo ære alieno vrgente, prætor decreuerit. *d. l. 5. §. si æs alienum. ff. de rebus minorum. & l. ob æs. 12. C. eod. tt.* Huius duplicatio proponitur *infr. repl. 5.* Quarta replicatio est: Nisi non solenniter apud acta decretum sit interpositum. *l. minorum. 6. C. d. tt.* Quinta: Nisi prætor donari decreto suo permiserit. *l. si quando. 3. §. fin. C. si maior factus venditionem.* Huius duplicatio est: Nisi propter nuptias donari permiserit. *d. § fin. ibi: excepta propter nuptias donation* Sexta replicatio est: Nisi prætor vrbanus prouincialem possessionem alienandam decreuerit. ipso quidem iure subsistit. *M.I.R. d. exceptione 1 replicat. 3.* verum eius duplicatio est: Nisi tutela in vrbe agatur, tutoresque rerum Italicarum etiam prouincialium rerum administrationem sustineant. *l. magis puto. 5. §. illud quæri. ff. de rebus minorum.* Septima replicatio est: Nisi prætor post decretum non curauerit, vt pecunia creditoribus soluatur. *d. l. 5. §. ne tamen.* Octaua: Nisi vili precio res sit distracta. *l. si quidẽ. 11. C. de prædiis minorum.* Nona: Nisi cum prætor vendere permisisset, tutor obligauerit, vel contra. *l. si pupillorum. 7. §. si prætor. ff. de rebus minorum.* Hulus duplicatio est: Nisi prætor vtrumque alternatiuè permiserit, vendere vel obligare. *d. §. si prætor.* Decima replicatio est: Nisi decreto interposito, tutor sibi emerit rem minoris. *l. quamuis. 9. ff. d. tt.* Vndecima replicatio est: Nisi non tutor, sed is qui pro tutore negocia gerit, rem minoris vendat. *l. qui neque. 8. in princip. ff. d. tt. l. cum repudiante. 4. C. de curatore furiosi. Vide item infr. cap. prox. q. 2. reg. 1. except. 15.* Hæc de tertia exceptione, eiusque replicatione sint dicta. Plures huiusmodi replicationes vide *infr. cap. 15. quæst. 2. reg. 1.*

III. Exceptio: Nisi princeps alienationi consensit. *l. 2. C. quando decreto opus non est. l. 2. in fin. ff. de rebus minorum.*

V. Exceptio: Nisi iussu magistratus res minoris pignori capiatur & distrahatur, vel alius in possessionem mittatur. *l. sed si. 3. §. 1. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi parens tutor rem pupilli vendat. reprobatur *l. si pupillorum. 7. §. si pater. ff. d. tt. l. cum emancipatis. 3. C. de prædiis minorum. M.I.R. d. reg. 45. except. 2.*

VII. Exceptio: Nisi non tutor vel curator minoris, sed furiosi vel prodigi res vendat. reprobatur *l. qui neque. 8. §. sed si curator. ff. eod. tt. l. si prædia. 11. ff. eod. tt. item l. 2. C. de curatore furiosi.*

VIII. Exceptio: Nisi creditor rem pupilli pignoris iure acceptam vendat. *l. 1. in prin. ff. de reb. minorum. l. si pupillorum. 7. §. si pupillus. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi ratione ætatis contra istam venditionem in integrum restitutio petatur. *l. 1. C. de prædiis minorum.* Secunda: Nisi non creditor, sed tutor rem pupilli pignori nexam vendat. *l. 2. C. d. tt.* Tertia: Nisi dolo facta sit pignoris venditio. *d. l. 2.*

IX. Exceptio: Nisi minor qui veniam ætatis impetrauit, res suas alienauit. reprobatur *l. eos qui. 3. C. de his qui veniam ætatis.*

X. Exceptio: Nisi minor qui res suas vendit, iuramento præstito se maiorem dicat. *l. si alterius. 3. in fin. C. si minor se maiorem.*

XI. Exceptio: Nisi non dominium, sed ius aliquod, puta emphyteuticum, vel vsusfructus alienetur. reprobatur *l. sed si. 3. §. si ius, cum sequentib. vsque ad l. 5. §. 1. ff. de rebus minorum.*

XII. Exceptio: Nisi vectigale vel quod simile prædium alienetur. reprobatur *l. etiam. 13. C. de prædiis minorum.*

XIII. Exceptio: Nisi fundus alienus, qui pupilli non est, venditus sit. *l. magis puto. 5. §. si pupillo. ff. de rebus minorum. M.I.R. d. reg. 43. except. 6.* Huius replicatio prima est: Nisi impetratum sit, vt pupillo eiusue patri fundum alienum iure dominii possidere liceat. *d. § si pupillo.* Secunda: Nisi fundus alienus à pupillo bona fide sit possessus. *l. 5. §. 1. M.I.R. d. except. 6. replic. 1.*

XIV. Exceptio: Nisi prædium pupillo cum alio commune sit alienatum. reprobatur *l. qui neque. 8. §. an obligari. ff. de rebus minorum. l. inter. 17. C. eodem tt.*

XV. Exceptio: Nisi fundus alienatus sterilis sit, vel saxosus, aut pestilens. reprobatur *l. si fundus. 13 in prin. ff. d. tt.*

XVI. Exceptio: Nisi domus pupilli vendatur. reprobatur *l. lex. 22. §. nec domũ. C. de admin. tut.*

XVII. Exceptio: Nisi res mobilis pupilli vendatur. reprobatur *d. l. 22. in pr. M.I.R. d. reg. 45. except. 4.*

XVIII. Exceptio: Nisi vestes detritæ, vel animalia superuacua vendantur. *d. l. 22. & l. & fine. C. quando decreto opus non est.*

XIX. Exceptio: Nisi res tempore perituras distraxerint. *l. tutor. 6. §. si tutor. ff. de administr. tut. M.I.R. d. except. 4.*

XX. Exceptio: Nisi fructus vendantur. *l. sancimus. 28. § fin. C. d. tt.*

XXI. Exceptio: sumpta ex genere alienationis, quo res pupillaris est alienata. reprobatur *l. non solum. 4. C. de prædiis minorum. M.I.R. d. reg. 45. except. 10.* Admittitur in quibusdam specieb. quæ proponũtur in exceptionib. proxime sequentib.

XXIII. Exceptio: Nisi cum socio pupilli prouocante, res communis cum illo diuisa sit, & sic per diuisionem alienata. *l. 1. in pr. & l. qui neque. 8. §. fi. ff. d. tt. l. inter. 17. in fine. C. de prædiis minorum.* Huius replicatio prima est: Nisi res pro diuiso, non pro indiuiso sit communis. *l. magis puto. 5. §. fin. ff. d. tt.* Secunda: Nisi alius proprietatem, alius vsumfructum in eadem re habeat *l. sed te si. 6. ff. d. tt.* Tertia: Nisi inter duos pupillos res communis sit, interque eos diuisio sit facta. *l. si pupillorum. 7. in prin. ff. d. tt. M.I.R. d. except. 10. & lib. 5. cap. 8. reg. 12. except. 5.* Cuius duplicatio est: Nisi æqualiter diuiserint. *l. Lucius. 38. ff. familiæ erciscundæ.*

XXIII. Exceptio, Nisi permutatum sit, vel transactum. reprobatur *l. non solum. 4. C. de prædiis minorum M.I.R. d. reg. 45. except. 9.*

XXIV. Exceptio, Nisi prædium minoris insolutum sit datum. *l. magis puto. 5. §. si pupillus. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi non ex contractu hæreditario, sed pupillari res soluatur. *d. §. si pupillus.* Secunda, Nisi aliud quam quod soluit, debuit. *lege si minor. 15. Codice de prædiis minorum.*

Tertia: Nisi fundus ipsius pupilli ab eo hærede instituto legatus soluatur. *l. magis puto. 5. §. si fundus. ff. eodem tit.*

XXV. Exceptio, Nisi ex causa iudicati prædium restituatur. *l. sed si. 3. §. item quæri potest, in fin. ff. eod. t. & l. 1. C. d. tt.*

XXVI. Exceptio, Nisi cum tutor fundum pupillarem peteret, litis æstimationem pro eo accepit. *d. §. item quæri.*

XXVII. Exceptio, Nisi ex causa damni infecti, vel legatorum seruandorum, aut alia simili causa quis in possessionem rerum pupillarium missus sit. *l. sed si. 3. §. 1. ff. de rebus minorum.*

XXVIII. Exceptio, Nisi rem alii obligatam, alii obligauerit, vt eam à priore creditor eluat. *l. si pupillorum, 7. §. fin. ff. d. tt.* Huius replicatio est, Nisi tutor ius alterius in se transferat. reprobatur quidem *l. non sit. 12. eod. tt.* approbatur vero *per ea quæ habentur supr. prox. reg. 5.*

XXIX. Exceptio, Nisi in emptione prædii conuenerit, vt res empta venditori pignori sit obligata, donec precium à pupillo soluatur. reprobatur *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. eod. tt.*

XXX. Exceptio, Nisi propter nuptias res minoris donata, vel in dotem data sit, reprobatur *l. prædia. 8. C. de prædiis minor.* Admittitur sub conditione generali, scilicet, Si decretum prætoris interuenerit. *l. si quando. 3. §. fin. ibi: excepta. C. si maior factus venditionem.*

XXXI. Exceptio, Nisi ob æs alienum alienatio prædii pupillaris sit facta. *l. ob æs. 12. & l. si minores. 18. C. de prædiis minorum. l. magis puto. 5. §. si æs alienum. ff. eod. tt. l. 3. in prin. C. si aduersus fisum.* Huius replicatio: Nisi sine decreti interpositione ob æs alienum venditio sit facta. *d. l. 5. §. non passim. & l. 1. in prin. ibi: quod si forte ff. eod. tt.*

XXXII. Exceptio, Nisi tutor seruum pupillarem vel pupillus manumisit. reprobatur *l. vlt. in prin. ff. de curatoribus furiosor.*

XXXIII. Exceptio, Nisi legatum repudiauit. reprobatur *l. magis puto. 5. §. fundum. ff. de rebus minorum. M. I. R. d. reg. 45. except. 7.*

XXXIV. Exceptio: Nisi pupillus eiusue tutor actionem pupillo competentem remiserit. reprobatur exemplo *l. si ad. 7. C. d. tt. M. I. R. d. except. 7.*

XXXV. Exceptio: Nisi seruitutem prædio pupillari imposuit vel remisit. reprobatur *l. sed si. 3. §. penult. ff. eod. tt.*

XXXVI. Exceptio, Nisi vsumfructum pupillarem non vtendo amiserit. reprobatur *d. l. 3. §. si ius. ibi: an ergo nec hic.*

XXXVII. Exceptio, Nisi minor maior factus, alienationem rei suæ ratam habuerit. *l. 2. C. si maior factus, vendit., M. I. R. d. reg. 45. except. 13.* Huius replicatio est: Nisi errore lapsus, alienationem ratam habuerit. *l. 1. C. d. tt.*

XXXVIII. Exceptio, Nisi minor maior factus, per quinque annos alienationē non impugnarit. *l. si quando. 3. C. si maior factus vendit. M. I. R. d. reg. 45. except. 15.* Huius replicatio prima est: Nisi res minoris titulo lucratiuo sit alienata. approbatur simul & distinguitur *d. l. 3. M. I. R. d. exc. 15. replic. 1.* Cuius duplicatio prima est: Nisi propter nuptias res minoris sit donata. *d. l. 3.* Altera, Nisi post cōpletā minoris ætatē decē anni inter præsentes, vel viginti inter absentes excesserint. *d. l. 3. & l. quoniam. 4. C. si quis ignorans rem minoris. M. I. R. d. reg. 45. except. 4. replic. 1. duplic. 2.* Altera replicatio est, Nisi non à minore nec eius tutore, sed ab alio res pupillaris sit vendita. *l. 1. C. si quis ignorans rem minoris.* Tertia, Nisi non vt pupillaris, sed alterius res vendita sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi re bona fide empta, decem vel viginti anni post completam legitimam ætatem excesserint. *d. l. 1.*

XXXIX. Exceptio, Nisi res minoris alienata, vsucapta sit. Hæc exceptio præcedente exceptione antiquior est. approbaturque *l. possessiones. 3. C. si quis ignorans rem minoris. Concordat l. 2. ibi: vel si bona. C. si maior factus.* Ait Imperator *in d. l. 3.* Nisi statutum temporis spacium intercessit. Plane statutum temporis spacium inter præsentes quidem est decennium, inter absentes vero vicennium. Hodie autem iure nouo illud tempus in alienatione rerū minoris coarctatum est in quinquennium, *vt ex superiore proxima exceptione constat.* Sed & hodie casus qui ab ista exceptione excipiuntur, ad propositam exceptionem pertinent: *vt ostensum supr. d. exceptione proxima, replicatione 1. item replicatione 3. duplicat. 1.* Huius autē exceptionis replicatio prima est: Nisi is qui rem minoris comparauit, malæ fidei sit possessor. *l. 1. in prin. C. si quis ignorans. Concordat d. l. 2. ibi: si bona fide possessor fuisset.* Plura de replicatione proposita, sed & plures propositæ exceptionis replicationes vide *infr. in Parte tertia de vsucapione.*

XL. Exceptio, Nisi minor pecunia vel re, quam ex alienatione suæ rei accepit, locupletior factus, eam non restituat. *l. si fundus. 13. §. quanquam. ff. de rebus minorum. l. si pupillorum. 7. §. si obligauerit. ff. eod. tt. l. si consilio. 7. §. 1. ibi; quod si precio. ff. de curatoribus furiosorum. l. non solum. 4. in fin. C. de prædiis minorum. l. vtere. 14. & l. si prædium. 16. C. eod. tt. item l. 1. in fine. C. si maior factus venditionem. &c.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi minor re vel pecunia accepta locupletior factus non sit. *l. prædiorum. 10. C. de prædiis minorum.*

XLI. Exceptio, Nisi meliorato prædio, minor sumptus meliorationem non restituat. *l. si prædium. 16. in fine. C. eod. tt.*

XLII. Exceptio, Nisi tutelæ vel alia actione minor æstimationem prædii sit consecutus. *l. illicite. 10. ff. eod. tt.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr. c. 11. offic. 5. de erogando nomine pupilli.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones sunt enumeratæ, quarum replicatio generalis prima est: Nisi magnum ex alienatione damnum minor sentiat. tunc enim in integrū restitutionem petere potest. *l. si res. 49. ff. de minoribus vigintiquinq; annis. l. 1. 2. & 11. C. de prædiis minorum.* Secunda: Nisi pupillus sine tutoris authoritate rem suam distraxerit. approbatur *per ea quæ proponentur infr. cap. prox.* vbi etiam plures huiusmodi replicationes generales videre licet.

II. QVÆ EX INVTILI ALIENATIONE RERUM MINORIS COMPETAT ACTIO?

Actio tam in personam quam in rem, seu rei vendicationem minori competit. *l. magis puto. 5. §. penult.*

ff. de rebus minorum. l. cum emancipatis. 3. C. eod. tt. l. possessiones. 3. C. si quis ignorans rem minoris item l. 2. C. eod. tt. Competit etiam in integrum restitutio, *de qua re vide paulo superius replic. generali 1.*

III. QVID VENIAT IN hac actione?

Etiam fructus veniunt. *d. l. 2.*

IV. EVENTVS HVIVS actionis.

1. Regula, De restituendo ab actore quatenus locupletior est factus, *De hac re dictum sup. exc. 40.*

II. Regula, De actione euictionis contra tutorem, eiusque res, proponitur *l. et si is. 9. C. de prædiis minor.*

DE AVTHORITATE EI QVOD GERIT pupillus, à tutore accommodanda.

CAP. XV.

INter officia tutoria numeratur & hoc, vt ei quod gerit pupillus, author fiat: quo non facto, vel non recte facto, tutelæ actione tenetur, & nihil valet quod actum est, de qua re hoc loco est dicendum: & primum quidem de eo, si tutor pupillo author factus non sit: deinde de eo, si author sit factus.

I. SI TVTOR EI QVOD A PVPILLO GESTVM EST, AUTHOR FACTUS NON SIT, QUID IURIS?

1. Regula: Si tutor pupillo author factus non sit, id quod à pupillo gestum est, nullius est momenti, approbatur exemplo *l. 2. C. de author. præstāda. Leges concordantes vide passim in contractibus, & aliis negociis de pupillo.* Huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, Sumpta ex genere contractus, quem celebrauit pupillus: & alio quod gerit pupillus, quo quid alienat, reprobatur *l. obligari. 9. in princ. ff. de author. tutor.*

II. Exceptio: Nisi manumittat pupillus, reprobatur *d. l. 9. §. ex hoc.* Plura de hac re vide *inf. lib. prox. cap. 5. except. 4.*

III. Exceptio: Nisi adquirat sibi pupillus, conditionemque suam faciat meliorem. *Inst. de authoritate tutor. in pr. l. obligari 8. in pr. ff. d. tt. Inst. quib. alienare licet. §. at ex contrario. l. pupillus. 11. ff. de adquir. rer. dom. item l. 1. C. de author. præstanda.* Huius replicatio prima est: Nisi credat pupillus, nam hoc casu ne ad certi quidem conditionem adquirendam valet, quod agitur, *l. obligari. 9. in pr. ff. de author. tutor. l. non omnis. 19. §. pupillus. ff. si certum petatur.* Secunda: Nisi creditori suo soluat pupillus, nam nec hoc casu ad exceptionem adquirendam solutio valet, *d. l. 9. §. pupillus. l. quod si. 14. §. fin. ff. de solutionib. Inst. quibus alienare licet. §. fin.* Huius duplicatio est: Nisi nummi à pupillo in solutum dati, à creditore bona fide sint consumpti, *d. §. pupillus. & d. §. fin. & l. non omnis. 19. §. si pupillus. ff. si certum petatur.* Tertia replicatio est: Nisi pupillus hæreditatem adierit, vel ex fideicommisso susceperit. *Inst. de author. tutor. §. neque tamen. l. obligari. 9. §. pupillus, & l. si ad 11. ff. eod. tt item l. cum furiosus. 7. §. sin verò perpetuò. C. de curatore furiosi.* Hæc de tertia exceptione.

IIII. Exceptio: Nisi minor vigintiquinque annis in criminali causa accuset, vel conueniatur, reprobatur *l. clarum. 4. C. de authoritate præst.*

V. Exceptio: Nisi pupillus suæ ætatis factus ratum habuerit id quod actum est. *l. pupillus. 5. §. item ipse, ibi: sanè si suæ. ff. de author. & consensu tutor.*

VI. Exceptio: Nisi locupletior factus sit pupillus ex eo quod gessit. *d. l. 5 §. naturaliter. & §. pupillus.*

VII. Exceptio: Nisi res à pupillo comparata, vsucapta sit vel præscripta. reprobatur *l. eum qui. 3. C. de author. præstanda.* Hæc de prima regula.

¶ II. Regula: Si tutor pupillo author factus non sit, tutelæ actione tenetur. *l. si tutor. 17. in fin. & l. si ad 11. in fin. ff. de author. tutor.* Huius exceptio est: Nisi ob valetudinem, absentiam, vel aliam similem causam tutor author fieri non potuit. *l. tutor. 10. ff. d. tt.*

III. Regula: Tutor vt author fiat, cogi non potest. *l. si tutor. 17. ff. de author. tut.*

II. SI TVTOR EI QVOD GESSIT PUPILLUS, AUTHOR FACTUS SIT, QUID IURIS?

1. Regula: Gestum à pupillo ratum est, ipso quidem iure approbatur: declaratur etiam *l. etiam. 3. in fin. ff. de author. præstanda. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 47.* Verùm eius exceptio prima est: Nisi pupillus tutore authore rem suam sine decreto prætoris alienauerit. *l. et si. 9. C. de prædiis minorum.* Plura de exceptione proposita, eiusque replicationibus vide *supr. c. proxim.* Secunda exceptio est: Nisi tutore autore pupillus manumiserit, apud consilium causa non probata. *l. obligari. 9. §. 1. ff. de auth. tutor.* Tertia: Nisi tutore authore donet pupillus, approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. 1. ff. de tutelæ actione. & l. ab adgnato. 12. ff. de curatoribus furioso.* Plura de hac exceptione vide *supr. cap. 11. offic. 5. reg. 10.* Quarta exceptio: Nisi pupillus tutore authore debitorem suum alii delegauerit, reprobatur, *l. potest. 18. in princ. ff. de author. tutor.* Quinta: Nisi inter tutorem & pupillum gestum sit, *l. pupillus. 5. ff. de authorit. tut. l. potest. 18. ff. eod. tt. l. si in emptione. 34. §. fin. ff. de contrahen. emption. item Instit. de author. tutor. §. fin. M. I. R. d. reg. 47. except. 1.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi cum plures essent tutores, pupillus altero tutore autore cum altero contraxerit, *l. pupillus. 5. in princip. & §. item ipse. ff. de author. tutor.* Cuius duplicatio prima est; Nisi cum pater & filius eiusdem tutores essent, alter eius quod cum altero eorum gestum est, author sit factus, *l. quod dicimus. 7. §. fin. ff. d. tt.* Secunda; Nisi vnius authoritas ad id quod agitur non sufficiat, *d. l. 5. in princip. ff. de author. tutor.* De qua re vide plura *inf. except. 11.* Tertia; Nisi mala fide alter alteri author sit factus, *l. 5. §. item ipse. versic. sed si mala. ff. de author. tutor.* Secunda replicatio est, Nisi non principaliter, sed per se consequentias tutoris negocium geratur, *d. l. 7. in princip.* Exemplum proponitur *l. 1. in princ. ff. eod. tt.* Cuius duplicationes vide *inf. in exceptionibus sequentibus.* Tertia replicatio est; Nisi inter tutorem, cui administratio decreta non est, & pupillum gestum sit, *l. tutores. 6. ff. de author. tutor.* Quarta; Nisi pupillus ex eo contractu locupletior sit factus, *l. pupillus. 5. §. 1. ff. de author. tutor. Concordant ea quæ habentur* sup. *quæstione proxima, regula prima except. 6.* Quinta, Nisi palam & bona fide tutor cum pupillo contrahat, *l. cum ipse. 5. C. de contra-*

contrahen.empt.l.non existimo.53.in fin.ff. de administr. tutor.& l.pupillus.5.§.sed si per.ibi,sane si quidem.ff. de author.tutor.M.I.R.d.reg.47.except.1. replic.1. Sexta, Nisi inter creditorem pupilli & tutorem geratur: approbatur exemplo d.l.5.§.penult.ff.de author.tutor. Concordat aliud exemplum l.non fit. 12. ff. de rebus minorum. Quod tamen mutatur sup.cap.13. reg.5. Septima replicatio est: Nisi rebus pupilli quæ vendi possunt, per tutorem venditis, & emptore precium non soluente, tutor precium rationibus pupilli intulerit, sibique rem venditam retinuerit. Hæc replicatio species est supradictæ quintæ replicationis, & approbatur l tutor.55.ff.de administr. tutor. Octaua: Nisi tutor id quod sibi à pupillo debetur, sibi soluat, approbatur per ea quæ habentur sup.cap.13.reg.3. Hæc de quinta exceptione. Sexta exceptio est: Nisi per interpositam personam tutori adquiratur ex eo quod à pupillo geritur, l.pupillus.5.§.sed si per.ff.d.authorit.tutor. l. quod dicimus. 7.in princ.ff.eod.tt. Huius replicatio est: Nisi tutor palam sibi emat, alia persona verecunde instrumento inserta. d.§.sed si per. Septima exceptio est: Nisi inter pupillum & tutoris filium vel seruum geratur, l. quod dicimus. 7. in princ. ff. de author.tutor.l.pupillus.5.§.fin.item l.1.§.& cum quidam ff.eod.tt. Cuius replicatio prima est: Nisi pupillus ex eo contractu locupletior sit factus, d. §. & cum quidam. De qua dictum sup.except. 5. repl. 4. Altera replicatio est: Nisi seruus, cum quo pupillus gessit, tutori cum alio communis sit, l. si seruus. 12. ff. eod.tt. Octaua exceptio est: Nisi inter pupillum & tutoris patrem gestum sit, l.quod dicimus.7.§.fin. ff.de author.tutor. Nona: Nisi id agatur à pupillo, quo tutorem liberaturus est, l.si quid.22.ff.de autho. tutor. Huius replicatio est: Nisi testamentum, in quo tutor datus est, inofficiosum vel falsum dicatur, ad hanc enim causam tutor testamento datus author fieri potest, l. iure nostro.26.§.fin. cum lege sequente.in princ.ff.de testam. tutela. Decima exceptio est: Nisi inter tutoris vxorem & pupillum geratur, reprobatur l.cum ipse.5. C.de contrah.empt. Vndecima: Nisi vnus tantum tutorum author sit factus, reprobatur l. veterem.5.C.de author. præstanda. l.si plures.3.in princ.ff. de administr. tutor. l. decreto. 23.§.fin.ff.eod.tt.l.consilio.7.§.fin.ff.de curatoribus furioso.item l.1.C.si ex pluribus tutoribus. Plane admittitur primum, si id à pupillo agatur, per quod tutela soluitur, tunc enim vnius authoritas non sufficit, l.veterem.5.§.sed hæc omnia.C.de author.præst. Secundo, si diuersarum rerum vel partium tutores sint, tunc enim alter in ea re vel parte quæ ad alterum pertinet, eo ignorante author fieri non potest, d.l. 5. ibi, vbi non diuisa est administratio. Tertio admittitur, si alter tutor præsens sit, & geri prohibeat, l. consilio.7.§.fi.ff. de curatoribus furioso. Quarto, si ita tutores dati sint, vt neuter sine altero aliquid gerat. l Titium.46.in prin.ff.de administr tutor. Hæc de vndecima exceptione. Duodecima exceptio est: Nisi is tutor, cui administratio tutelæ concessa non est, author sit factus l. etsi. 4.ff. de author. tutor. Decimatertia: Nisi eo qui à tutela remotus est, authore sit gestum, d.l.4. Decimaquarta: Nisi is qui inutiliter tutor datus est, author sit factus. l. Titium.46.§.à matre.ff.de administr.at.tutor.l.2.C.de eo qui pro tutore. Huius species vide sup. capit. 2. 3. & 4. Decimaquinta exceptio est: Nisi falso tutore authore gestum sit. l. qui neque.8.in princ.ff. de rebus minorum. Huius replicatio est: Nisi & verus tutor simul author sit factus, l. 1. §. sed Pomponius. ff.quod falso tutore. Decimasexta exceptio est: Nisi non tutor, sed is qui pro tutore negocia gerit, author sit factus, l.2.ff.de eo qui pro tutore. Decimaseptima: Nisi tutor qui non satisdedit rem pupilli saluam fore author factus est, l. consilio. 7. §. 1. & §.cum dementis.ff.de curatoribus furioso.l.1. C. de tutore qui non satisdedit.l. in dubium.3.item l.tutor.5.C.eod.tt. Huius replicatio est. Nisi pupillus ex eo quod gestum est locupletior factus sit, l.consilio. 7. §. 1. in fin.& §. cum dementis.ff.de curatoribus furioso. Decimaoctaua exceptio: Nisi tutor qui author factus est, cæcus sit, reprobatur l.etiam.16.ff.de author. tutor. Decimanona, Nisi furiosus tutor fuit, qui author factus est, l.1.§.1.ff. quod falso tutore. Vicesima, Nisi aliarum rerum vel partium tutor author sit factus, d.§.1. Concordat l. veterum. 5. ibi: vbi non diuisa. C.de author.præst. Vicesimaprima: Nisi curator impuberi ad ea quæ solennitatem iuris desiderant, author sit factus, l.curatorem. 19. ff. de authorit. tutorum. Vicesimasecunda, Nisi cum duo ab eodem pupillo stipulatentur, alteri reorum stipulandi alter tutor, non vterque autor sit factus, reprobatur sub conditione, l.quod dicimus.7. §.si duo.ff.d.tt. Quando vnius tutoris authoritas non sufficiat, dictum sup.except.11. Sed & potest intelligi de exceptionibus ex persona tutoris desumptis, hactenus propositis. Vicesimatertia exceptio, Nisi pupillus, cui tutor author fit, mutus sit vel taceat, reprobatur l.impuberes.13.ff.de author. l.muto.6.in pr.ff.de tutelis. Vicesimaquarta, Nisi tutor non interrogatus author fiat, reprobatur l. etiam.3.ff.de author.tutor. Vicesimaquinta, Nisi tutor absens per epistolam, non præsens author fiat. Instit.de author.tutor.§.tutor.Concordat iisdem verbis l.obligari 9.§.tutor.ff.eod. tt. Vicesimasexta, Nisi non statim, sed ex interuallo author fiat tutor. Instit. d. §.tutor.item d.l.9. §.tutor. M.I.R. d. reg. 47. except.3. Vicesimaseptima; Nisi tutor perperam vel per vim coactus, author fiat, l.1.§.fin. cum lege sequente.ff.de author. tutor.& l.si tutor.17.ff.eod. tt. Vicesimaoctaua, Nisi tutor præsens quidem fuerit, sed tacuerit, d.§.fin. Vicesimanona, Nisi tutor præsens ignorauerit quid sit actum, l.non multum.14.ff. de author.tutor. Tricesima exceptio est, Nisi tutor sub conditione author sit factus, l.etsi.8.ff.d.tt. Tricesimaprima, Nisi mala fide gestum sit. l.pupillus.5. §. item ipse.ff.de author.tutor. Concordant ea quæ habentur sup.cap.1.quæst.8.reg.2. except. 1. Tricesimasecunda, Nisi tutor instrumento contractus non subscripserit, nec illud signauerit, reprobatur l. inter. 20. ff.de author. tutor. Tricesimatertia, Nisi is qui cum pupillo contrahit, tutoris authoritatem non exaudiat, reprobatur l. obligari. 9. §. fin. ff. de author. tutor. Tricesimaquarta, Nisi duobus actibus vna authoritas interponatur, reprobatur l. accipientis, 15.ff.eod.tt.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones sunt enumeratæ, quarum replicatio generalis prima est, Nisi pupillus illud, in quo locupletior factus est, non restituat, quæ approbatur per ea quæ proposita sunt sup.except.5.replic.4.item except.17.replic. 1. Aliarum replicationum loco hic possunt repeti exceptiones, quæ propositæ sunt sup. quæst. prox. reg.1. Hæc ergo de prima propositæ quæstionis regula, eiusque exceptionibus sint dicta.

II. Regula: si tutor perperam authoritatem suam interposuerit, tutelæ iudicio tenetur. approbatur exemplo l.1.§.1.ff.de tutelæ actione.l.si ad.1. ff.de author.tutorum.item l.chirographis.56.§.fin.ff. de administr. tutor.

III. Regula: Si cum quis tutor non esset, tutorem se esse responderit, eoque responso in aliquam captionem minorem induxerit: in factum actione tenetur, l.vlt.ff.quod falso tutore authore. Hæ sunt actiones & exceptiones, quæ pupillo ex eo quod tutore authore perperam gestum est, competunt. Sequuntur nunc actiones, quæ ei qui cũ pupillo contraxit, contra authoritatem interpositam competunt.

IV. Regula: Ei qui cum pupillo falso tutore authore contraxit, vel aliquid aliud gessit, in integrum restitutio competit, approbatur edicto prætoris, quod mutilatum proponitur l.1. §. 1. & §.fin.ff.quod falso tut. auth. Ratio huius edicti proponitur d.l.1.in pr. Exemplum habetur l.si cum. 10. ff.eod.tt. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi actor sciuit falsum tutorem esse. d.l.1.§.1.& §.fi. Cuius replicatio prima est: Nisi actor, cum ei indicaretur bona fide, non crediderit, l.2.ff.quod falso tutore authore. Secunda: Nisi is qui sciuit, minor sit vigintiquinque annis, l.plane.3.& l.minori.5.ff.d.tt. Huius duplicatio: Nisi tutor vel curator quoque minoris sciuerit, reprobatur l.pupill.6 ff.eod.tt. Tertia replicatio est: Nisi sciens compulsus sit ad gerendum cum pupillo, l.interdum.4.ff.d tt. Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi verus tutor fuit, quo authore gestum est, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi tutor author fieri non potuit, l.1 §. verbis. ff. quod falso tutore authore. Tertia exceptio est: Nisi verus tutor simul cum falso tutore author factus sit. d.§.verbis. Quarta exceptio videtur esse: Nisi plures falsi tutores quam vnus interuenerint. Sed reprobatur d.l.1.§ item hoc. Quinta: Nisi non tutor, pro tutore negocia gesserit, reprobatur d.l. 1. §.idem Pomponius. Sexta: Nisi prætor id quod à non tutore gestum est, approbauerit, d. §. idem Pomponius. Hæc de in integrum restitutione.

De in factum actione aduersus falsum tutorem.

V. Regula: Sed & ei qui falso tutore authore cum pupillo quid gessit, in ipsum falsum tutorem datur actio, l.nouissime.7.in prin. ff. quod falso tutore authore.& l.falsus.11.in prin.ff.eod.tt. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi sine dolo malo falsus tutor author sit factus, l.nouissime.7.in prin. ibi, dolo malo.& §.1.ff.quod falso tutore authore. l. falsus. 11. in prin.ff.eod.tt. Huius exceptionis exemplum est inf. except.prox. Altera exceptio est, Nisi pater filiam suam minorem duodecim annis nuptum collocauerit, d.l.11.§.Iulianus. Tertia, Nisi filiæ familias vel ancillæ tanquam pupillæ suæ autor sit factus, reprobatur d.l.11.§.sed etsi quis. Quarta, Nisi interrogatus tantum, se tutorem esse responderit, l. ex eo.12.ff.eod.tt. Quinta: Nisi actor sciuit tutorem nõ esse, approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt sup.reg.prox.except.1. Sexta; Nisi falsus tutor iuris sit alieni, reprobatur l.falsus.11.in princ. ff.d.tt. Septima, Nisi cum alio eiusdem delicti nomine actum sit. l.nouissime.7.§.fin.ff quod falso tutore authore. Huius replicatio est, Nisi ab eo cum quo actum est, nihil sit solutum, vel non totum, d. §.fi. Cui concordat l.& ideo.8 ff.eod.tt.

VI. Regula, Quibus competat actio proposita? Hæredibus datur, l. huius. 9. §. has in factum. ff. quod falso tutore authore.

Aduersus quos actio proposita competat?

VII. Regula, De hæredibus falsi tutoris & eius qui falsum tutorem adhibuit, proponitur d.§. has in factum. vbi ait Iurisconsultus. Has in factum actiones. Quarum vna directa est, in ipsum falsum tutorem competens, de qua nunc agitur, altera vtilis est in ipsum qui falsum tutorem adhibuit, de qua inf.reg.9.dicetur.

VIII. Regula, Si is qui in alterius potestate est admisit, siquidem sit filiusfamilias, in ipsum datur actio, l.falsus.11.in princip.ff.d.tt. Sin autem seruus sit, in dominum noxalis actio datur, l. huius, 9. §.fin.ff.d.tt.

IX. Regula, Aduersus eum quoque qui dolo malo falsum tutorem adhibuit, vtilis actio datur. d.l.9.in pr.

Quid veniat in actione proposita?

X. Regula, Quanti ea res est, datur actio, approbatur l.nouissime.7 in prin.ff. quod falso tutore authore. Declaratur d.l 7.§.quod ait.

XI. Regula, De sumptibus, proponitur d.l.7. §.Pomponius.

Quamdiu competit?

XII. Regula, Annalis est actio. l.huius. 9. §.fin. ff.quod falso tutore authore. Hactenus igitur de tutorum authoritate interposita & non interposita, sit dictum.

DE OFFICIIS TVTORVM POST *finitam tutelam.*

CAP. XVI.

SVpra in principio capitis decimi dictum est, officia tutorum & curatorum esse triplicia, alia ante susceptam tutelam, alia in tutela, alia denique post finitam tutelam. De prioribus duobus generibus hactenus est dictum: quanquam alia etiam ad ea pertinentia proponentur inf.in sequentibus actionibus. Postremi generis officia post finitam tutelam competentia in hoc Capite sunt proponenda.

I. Regula; Primum igitur officium tutoris post finitam tutelam est, cœptam litem perficere, quæ regula approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt sup.cap.11.offic.3.reg.1.exceptione 1.repl.1.

II. Regula: Pupillum puberem factum tutor admonebit, vt sibi curatorem petat, l.ita autem.4. §.si tutor.ff.de administrat.tutor. Huius regulæ exceptio est; Nisi per excusationem finita sit tutela. l.qui qualitercunque 3.ff.qui petant tutores.

III. Regula; Tutela vel cura finita, tutor vel curator actus sui rationem reddere tenetur. Inst. de Atiliano tutore.§.fin. l. 1. §. officio. ff. de tutelæ actione. M. I. R. lib.3. cap.12. reg.54. Hactenus de tutorum & curatorum officiis omnis generis sit dictum

ctum quanquam & alia huiusmodi officia proponentur in causis actionum sequentium. Nam nunc dicendum de actionibus ex tutela & cura competentibus, si præter officium tutor vel curator aliquid egit aut omisit: nec non de contraria tutelæ actione, qua tutor pupillum sibi obligatum habet.

DE ACTIONE TVTELÆ, ET PRIMVM de causis huius actionis, earumque exceptionibus.

CAP. XVII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS HÆC actio competit.

PRima causa: Si tutor non fecit suum officium hac actione tenetur, *l. 1. in prin. C. de tutelæ actione l. tutelæ, 7. in prin. C. de testam. tutela. M. I. R. d. cap. 12. reg.* 48. Hæc causa generalis est, continens omne id quod contra officia hactenus exposita factum erit. Proinde ista quoque hic sunt repetenda cum suis exceptionibus. Nam istorum officiorum exceptiones causam quoque propositam distinguunt. Quanquam & aliæ huiusmodi exceptiones proponentur paulo inferius. Sed & propositæ causæ species sunt causæ proxime sequentes.

II. Causa: Si cessatio tutela administranda, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. 11. offic. 1.*

III. Causa: Si dolo vel culpa tutoris minor aliquid amisit, vel non acquisiuit, *l. quidquid, 7. C. arbitrium tutelæ, l. & si extrinsecus. 4. C. quando ex facto tutoris, & 6. & l. vltim. ff. de administrat. tutor. M. I. R. d. reg.* 48. Cuius exemplum est *l. 2. C. de his quibus vt indignis.*

IV. Causa: Si tutor contra voluntatem testatoris fecerit, reprobatur *l. ita autem, 4. §. Papinian. ibi vsque adeo, ff. de admin strat. tutor.*

V. Causa: Si tutor male contraxit, vel prædia non idonea comparauit, *l. tutor. 6. §. competit. ff. d. tt. & l. Titium. 56 §. finali. ff. d. tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi sine dolo vel lata culpa tutor fecerit, *d. §. competit.*

VI. Causa: Si nomen pupillare, tutore agere cessante, desiit esse soluendo, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur sup. c. 11. offic. 2. reg. 2.*

VII. Causa: Si condemnato pupillo tutor non appellauit, vel solennia appellationis non impleuit, *l. si bonam. 11. C. de administr. tutor.*

VIII. Causa: Si tutor pecuniam pupillarem in suos vsus conuerterit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur inf. cap. proxim. quæst. 5. reg. 4. specie 1.*

IX. Causa: Si tutor rem ex bonis pupilli abstulit, *l. 1. §. in tutela. ff. de tutelæ act one.*

X. Causa: Si tutor rem vindicans tanquam suã, quam pater pupilli vendidit, pupillum euictionis nomine conueniri fecerit. Hæc causa videtur approbari *l. 2. C. de in litem dando tutore.* Alias propositæ actionis causas vide (vt d xi) *sup. de officiis tutorum. vide item inf. c. prox. quæst. 5. reg. 4.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Plane quamuis ex prædictis aliisque similibus causis regulariter tutelæ actio competit: tamen eius regulæ plures & variæ solent esse exceptiones desumptæ partim ex persona tutoris facientis vel non facientis, partim ex causa & modo facti, partim ex re, ex tempore, ex antecedentibus & consequentibus: de quibus nunc ordine dispiciendum, & primum de iis quæ sumptæ sunt ex persona facientis vel non facientis tutoris.

I. Exceptio: Nisi tutor inutiliter datus sit, *l. scire oportet. 3 §. diui Seuerus. ff. de excusat. tutor. l. hæredes. 8. in princip. ff. de fideiussoribus tutorum. l. 1. C. de testamentaria tutela. item l. neque. 5. C. qui dare tutores.* Huius replicatio prima est: Nisi inutiliter tutor datus, sponte administrationi se miscuerit, *l. mater. 4. in fine. C. de testamentaria tutela. l. 1. in fine. C. eod. tt. l. tutores. 38. §. qui se negociis. & §. curatores. ff. de administratione tutor.* Cuius duplicatio est: Nisi alius postea in locum eius à prætore sit datus, *l. tutores. 38. §. 1. ff. de administratione tutor.* Secunda replicatio videtur esse: Nisi in testamento militari curator inutiliter sit datus, sed reprobatur *l. impuberi. 39. ff. de administrat. tutor. l. quod dicitur. 28. item l. miles. 41. §. mulier, in fine. ff. de militari testamento.* Plura de exceptione proposita vide *sup. ca. 11. officio 1. reg. 1. exc. 2. item inf. except. prox.*

II. Exceptio: Nisi tutor non sit qui gessit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi tanquam tutor negocia gesserit, *l. 1. in princip. ff. de eo qui pro tutore.* Declaratur hæc exceptio *d. l. 1. §. 1.* Duplicatio prima videtur esse: Nisi seruus tanquam tutor negotia pupilli gesserit, sed reprobatur *d. §. 1.* Secunda, Nisi mulier pro tutore negocia gesserit, reprobatur *l. 1. C. eod. tt. Nouell. cap. 155.* Tertia, Nisi post finitam tutelam pro tutore gesserit, reprobatur *l. 1. §. cum eo. ff. de eo qui pro tutore.* Quarta, Nisi prius pro tutore, deinde quasi tutor gesserit, reprobatur *d. §. cum eo.* Quinta: Nisi puberis negocia tanquam tutor gesserit. *d. l. 1. §. si quis.* Sexta, Nisi eius qui nondum natus est, negocia tanquam tutor gesserit, *d. §. si quis.* De hac re plura vide *inf. cap. proxim. quæst. 9. reg. 1. exc. 2.* Septima, Nisi nõ quasi tutor, sed quasi curator impuberis negocia gesserit, *d. l. 1. §. si curator imp.* Octaua, Nisi à prætore cõpulsus gesserit, reprobatur *d. l. 1. §. si quis tamen.* Nona: Nisi nihil gesserit, approbatur simul & distinguitur *d. l. 1. §. in protutelæ.* Decima duplicatio est, Nisi non quasi tutor, sed tutoris mandatu gesserit, *l. qui pupillæ. 4. C. de negotiorum gestorum actione.* Hæc de prima replicatione sint dicta. Plura de protutelæ actione vide *inf. in sequentibus quæstionib.* Altera replicatio est, Nisi hæres sit tutoris, qui cessauit vel gessit, *l. si tutorem. 59. ff. de administr. tutor. l. 1. in prin. ff. de fideiussoribus tutor l. cum ostendimus. 4. in princip. ff eodem tot. tit. l. tutor. 27. §. substituti. ff. de appellationibus. item l. vnica. §. tutor quoque ff. si pendente appellatione.*

III. Exceptio, Nisi quis tutorem se nesciens, pro tutore negocia pupilli gesserit, reprobatur *l. quæro. 3. ff. de eo qui pro tutore.*

IV. Exceptio, Nisi patronus liberti sui tutelam gesserit, reprobatur *l. patronus. 8. ff. de tutelis.*

V. Exceptio, Nisi mater filii vel filiæ suæ tutelam gesserit, reprobatur *Nouell. cap. 22. §. ad hæc. in fi. & Nouell. cap. 155.*

VI. Exceptio, Nisi sine dolo malo tutoris sit factum. Huius replicatio est, Nisi culpa tutoris sit factum. *l. 1. in pr. ff. de tutelæ actione. l. quidquid. 7. C. arbitrium tutelæ. Concordant item ea quæ dicta sunt sup. cap. 11. officio 1. reg. 4.* Cuius duplicatio hæc esse videtur: Nisi non lata, sed leui tutoris culpa acciderit, verum reprobatur *in legibus iam dictis*: approbatur in casu *l. tutor. 6. §. competit. ibi: quid ergo. ff. de administrat. tutor.*

VII. Exceptio: Nisi casu, non culpa tutoris acciderit, *l. tutoribus. 4. C. de periculo tutorum. l. sine hæredes. 51 §. 1. ff. de administr. tutor. item l. si res. 49. ff. de administr. tutor.* Exemplum proponitur *l. creditor. 102. in prin. ff. de solutionibus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi culpa casum præcesserit, approbatur exemplo *l. si res. 3. C. de periculo tutorum.*

VIII. Exceptio: Nisi ignorans se tutorem datum cessauerit, constat *ex iis quæ proponuntur inf. except. 12. replic. 1. duplic. 1.*

IX. Exceptio: Nisi tutor expectans contutores suos, cesset, reprobatur *l. tutor, 6. §. si tutor. ff. de administrat. tutor.*

X. Exceptio: Nisi probabili errore ductus, putans se à tutela excusatum, cessauerit, approbatur exemplo *l. qui testamento. 37. §. fi. ff. de ex. usat.*

XI. Exceptio: Nisi antequam tutelam gerere tutor cœperit, damnum in rebus pupillaribus acciderit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi postquam tutor datus est, id que resciuerit, acciderit, *l. qui iussus. 16. ff. de administr. tutor. l. ita autem. 4. §. fin. cum lege sequente. & l. 1. §. 1. ff. d. tt. l. tutor. 19. C. eod. tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi antequam sciret se tutorem datum, acciderit, quæ duplicatio præterquam quod ex iam dictis constat, approbatur etiam *l. ersi. 8. in fin. C. de administr. tutor. & l. si tutor. 5. C. de periculo tutor.* vbi ait Imp. Idque liquidis probationibus ostenderit. Huic contradicit *l. hoc autem. 5. ff. de administr. tutor.* Secunda duplicatio est: Nisi pendente conditione, sub qua testamento tutor datus est, acciderit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. c. 2. quæst. 4 reg. 1.* Tertia: Nisi cum testamento inutiliter tutor datus esset, antequam à prætore confirmatus sit, damnum acciderit, *l. qui negociationem. 57. §. testamento. ff. de administr. tutor. l. 2. C. de confirmando tutore.* Quarta: Nisi excusatione opposita, appellatione eius pendente, acciderit, reprobatur *l. tutor. 19. ff. de administrat. tutor. l. tutores. 38. §. tutor. ff. eod. tt. item l. quanquam. 15. in fin. C. de excusationibus tutorum.*

XII. Exceptio: Nisi antequam posthumus, cui tutor datus est, natus sit, gesserit, reprobatur *l. cũ pater. 28. ff. de negociis gestis.* Plane admittitur, si posthumus natus non sit, nec nasci amplius speretur, tunc enim non tutelæ, sed negociorum gestorum actio est, *vt ex iam dictis constat.* Sed plura de hac re vide *inf. cap. prox. q. 9. reg. 1. exc. 2.*

XIII. Exceptio: Nisi post finitam tutelam acciderit, *l. temporis. 6. C. de periculo tutorum. l. tutor. 11. C. arbitrium tutelæ.* Exemplum est, si nomen post finitam tutelam desinat esse soluendo, *de quo vide sup. cap. 11. officio 2. reg. 2. except. 5.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi finita tutela, tutor in eadem administratione perseuerauerit, *d. l. 11. l. si tutor. 13. ff. de tutelæ actione. l. tutorem. 36. ff. de administr tutor. item l. 1. §. cum eo. ibi. quare si quis. ff. de eo qui pro tutore.* Plane huius replicationis duplicatio est: Nisi ea quæ post finitam tutelam tutor gesserit, cum iis quæ in tutela gesta sunt, non sint connexa, nec iis cohæreant, de his enim non tutelæ actio competit, sed negociorum gestorum, *quæ duplicatio ex supradictis constat. Concordat l. si post. 14. ff. de tutelæ actione.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cœpta in tutela post finitam tutelam ab eodem tutore sint perficienda, tunc enim si cessauerit, quamuis finita tutela, tutelæ actione tenebitur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. 11. officio 3. reg. 1. except. 1. repl. 1.* Tertia: Nisi finita tutela, tutor non admonuerit puberem factum, vt sibi curatorem petat, *l. ita autem. 4. § si tutor. ff. de administrat. tutor.* Quarta: Nisi impuberi curator sit datus, hoc enim casu videtur, quamuis finita sit tutela, nihilominus ad eum tanquam curatorem periculum pertinere, reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. 8. causa 1. except. 1.*

XIV. Exceptio: Nisi in iis rebus, quæ postquam datus tutor est, pupilli patrimonio accesserunt, damnum aliquod contigerit, reprobatur *l. quoties. 8. §. fin. ff. de administr. tutor. l. cum furiosus. 7. §. tali itaque. C. de curatore furiosi. Instit. de excusat. tutor. §. datus autem.* Plane videtur admitti, si iis rebus quæ postea accedunt, peculiaris curator sit constitutus, quæ tamen distinctio reprobatur *d. l. 8. § fin. Cui concordat l. cum ob. 5. in princ. C. in quibus causis tutorem habenti.*

XV. Exceptio: Nisi certorum bonorum tutore vel curatore dato, in aliis rebus quam quarum tutor aut curator datus est, damnum contigerit, *l. quoties. 8. § constitut. ff. de administrat. tutor. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. 4. quæst. 2. except. 40. replic. 1. cum sequentibus, item inf. cap. prox. quæst. 3. reg. 2. except. 1. replic. 9.*

XVI. Exceptio: Nisi circa res in alia prouincia, quam in qua tutor domicilium habet, sitas, damnum aliquod contigerit, approbatur *per ea quæ habentur sup. cap. 6. quæst. 1. causa 23.* Sed & distinguitur *per ea quæ habentur inf. d. replic. 9.*

XVII. Exceptio: Nisi non in rebus, sed corpore & salute pupilli vel adolescentis damnum aliquod acciderit, reprobatur *l. consilio. 7. in prin. ff. de curatoribus furioso.*

XVIII. Exceptio: Nisi non in rebus, sed moribus pupilli damnum contigerit, reprobatur *l. cum plures. 11. §. cum tutor. ff. de administr. tutor.*

XIX. Exceptio: Nisi pater qui testamento tutores dedit, adiecit se velle eos rationibus reddendis esse solutos, reprobatur *l. ita autem. 4. §. Iulianus. ff. de administrat. tutorum. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 48. except. 3.*

XX. Exceptio: Nisi pater qui tutores dedit, consilio matris tutelã geri voluerit, eoq; nomine tutores liberauit, reprobatur *d. l. 4. §. Papinianus.*

XXI. Exceptio: Nisi absente tutore contigerit, reprobatur *l. curatorem. 10. C. qui dare tutores.*

XXII. Exceptio: Nisi tutor in nulla re pupillo author sit factus, reprobatur *l. qui tutor. 17 ff. de administr. tutor.*

XXIII. Exceptio: Nisi tutor alium in locum suum substituerit, reprobatur *l. curator. 12. C. qui dare tutor.*

XXIV. Exceptio: Nisi stipulatio rẽ pupilli saluã fore, nouandæ tutelę actionis animo fuerit interposita, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi pupillus nouãdi animo sit stipulatus,

latus, quæ replicatio cum etiam ipso iure subsistat, recipit duplicationem hanc: Nisi pupillus maior ætate factus, satisdationem rem pupilli saluam fore, ratam habuerit, *l. si pupillus. 9. in prin. ff. de nouationibus.*

XXV. Exceptio: Nisi posthumus, cui tutor datus est, natus non sit, *l. posthumo, 24. ff. de tutelæ actione. Concordant ea quæ proposita sunt sup. except. 13. item. inf. cap. prox. quæst. 9. reg. 1. exc. 2.*

XXVI. Exceptio: Nisi eo nomine actum sit, *l. si non 15. C. de administrat. tutor.* Huius replicatio prima est: Nisi cum alio actum sit, *l. qui tutor. 17. §. fin ff. d. tt. l. tutores. 38. §. adolescens. ff. eod. tt. l. conuento. 23. ff. de tutelæ actione.* Cuius duplicatio est: Nisi alter conuentus solidum, quod petitur, præstiterit, *l. si ex, 15. ff. d. tt. l. si minoris. 24. in fin. ff. de administr. tutor.* Secunda replicatio est: Nisi culpa curatorum tutor conuentus minoris fuerit condemnatus, approbatur simul & distinguitur *d. l. 24. Concordat l. alterius, 20. §. non idcirco. ff. de tutelæ actione.* Huius duplicatio est: Nisi alius eo nomine conuentus & condemnatus soluit, *d. §. idcirco, De qua re vide item sup. repl. prox. dupl. 1.* Tertia replicatio est: Nisi de alia re agatur, quam de qua actum est prius, *l. Lucius. 45. § tutelæ ff. de administr. tut.* Quarta: Nisi impubes egerit, *l. nisi 4. § si adhuc. ff. de tutelæ actione.*

XXVII. Exceptio: Nisi transactum sit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi cum alio transactum sit, *l. si ex. 15. in princip. ff. de tutelæ actione.*

XXVIII. Exceptio: Nisi tutelæ actio remissa sit, *l. ita autem. 4. §. Iulianus in fin. ff. de administr. tutor. l. tutores. 38. §. ab eo ff. eod. tt. item l. qui plures, 40. in fin. ff. eod. tt.*

XXIX. Exceptio: Nisi minor tutori vel curatori conuento vel condemnato, non cedat actionem, quam habet eius causæ nomine aduersus alium, *l. 1. §. non tantum. ff. de tutelæ actione. l. si minoris, 24 ibi, & idcirco. ff. de administrat. tutor. l. tutores. 38. §. periculo. ff. eod. tt. l. alterius. 20. §. fin. ff. de tutelæ actione. l. 2. in prin. ibi: cessione videlicet, & §. fin. C. de diuidenda tutela. M. I. R. d. reg. 48. except. 2. l. 2. C. de contrario iudicio tutelæ.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex dolo communi tutor conuentus soluit, *l. 1. §. nunc tractemus, ibi: plane si ex dolo. ff. de tutelæ actione. M. I. R. d. except. 2. repl. 1.* Altera: Nisi ex eo quod non administrarunt tutores, conueniantur, *l. si plures. 37. in fine. ff. de administr. tutor.* Tertia: Nisi tutor qui factum contutoris præstat, actionem sibi aduersus magistratum, qui tutorem dedit, dari petat, *l. 1. ff. de magistratibus conueniendis.* Sed & plura de except. proposita vide *inf. cap. prox. quæst. 8.*

DE RELIQVO TVTELÆ Actionis iure.

CAP. XVIII.

HActenus causæ tutelæ actionis cum suis exceptionibus expositæ sunt. Sed & plures huiusmodi exceptiones licet videre sup. *sub vnoquoque officii genere. item inf. hoc cap. quæst. 3. reg. 2. exc. 2. cum sequentibus.* Nunc reliqui propositæ actionis loci excutiendi sunt.

II. QVIBVS TVTELÆ actio competit?

I. Regula, De minoribus ætate. His actio proposita non datur, *l. de his, 12. C. de administrat. tutor:* Cuius exceptio est: Nisi pupillus hæres extiterit ei, cuius tutelam tutor suus gesserat, hoc enim casu aduersus eum tutelæ actionem ex causa hæreditaria habebit, *l. si pupillus. 7. in prin. ff. de tutelæ actione.* Plures huiusmodi exceptiones vide *inf. cap. 6. reg. 1.*

II. Regula, De hæredibus pupilli. His quoque datur actio proposita, *l. 1. §. hanc actionem, & l. 7. in prin. ff. de tutelæ actione. l. tutelæ. 12. C. arbitrium tutelæ, l. 2. C. communia de successionibus. l. 12. C. de administrat. tut.*

III. ADVERSVS QVOS TVTELÆ actio competit?

I. Regula, De hæredibus tutoris. Aduersus hos quoque proposita actio competit, *l. 1. §. hanc actionem. ff. de tutelæ actione. l. tutelæ. 13. C. arbitrium tutelæ. item l. aduersus. 3. cum l. seq. C. de hæredibus tutorum.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi tutor nihil in tutela gesserit, sed reprobatur *l. 2. C. d. tt.* Secunda except o est: Nisi hæres tutoris ob negligentiam propriam conueniatur, *l. 1. C. d. tt. l. cum estendimus. 4. in prin. ibi, negligentia plane. ff. de fideiussoribus tutorum. & l. non similiter. 4. ff. de magistr. conueniendis.* Huius replicatio prima est: Nisi lata negligentia sit *d. l. 1.* Secunda: Nisi in eo quod defunctus tutor cœpit, perficiendo negligens hæres fuit, *d. l. 1. Concordat l. 1. in prin. ff. de fideiussoribus tutor. l. tutor. 27. ff. de appellationibus. item l. vnica. §. tutor quoque. ff. si pendente appellat.* Cuius duplicatio prima est: Nisi hæres non sit legitimæ ætatis, *l. 1. in prin. ibi, si legitimæ ætatis. ff. de fideiussoribus tutor. l. liberto. 30. §. tutoris. ff. negociorum gestorum.* Altera: Nisi hæres fœmina sit, *d. l. 1. in prin. ibi, & masculus sit. ff. de fideiussorib. tutor.* Tertia replicatio est: Nisi dolo malo hæres negligens fuerit, *l. 1. ibi, neque ex damno pupilli. C. de hæredibus tutorum.* Quarta: Nisi hæres in restituenda tutela negligens fuerit, *l. tutor. 6. §. pecuniæ quæ in arca. ff. de administrat. tutor.* Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi hæres ex proprio facto conueniatur, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ea quæ defuncto tutore cœpta sunt, hæres fuerit executus: vel res pupillares à defuncto perceptas non restituat, approbatur *per ea quæ proposita sunt, sup. cap. prox except. 2. replic. 2.* Plane ex propria negligentia circa res pupillares hæres non tenetur, *de qua re dictum sup. except. prox.* Quarta exceptio: Nisi ex dolo defuncti hæres conueniatur, reprobatur *l. hæredes. 8. §. Paulus. ff. de fideiussorib. tutorum.* Quinta: Nisi hæres ignoret vbi sint instrumenta, de quibus restituendis conuenitur, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi instrumentis dolo tutoris amissis, lis cum defuncto tutore eo nomine sit contestata, *d. §. Paulus.* Sexta exceptio est: Nisi tutor inutiliter sit datus, *d. l. 8. in prin.* Septima: Nisi nomine contutoris alterius tutoris hæres conueniatur, contutore finita tutela soluendo existente, *l. tutores. 38. §. tutoribus. ff. de administr. tutor.*

II. Regula, De pluribus tutoribus. Quilibet horum non nisi pro parte virili tenetur, *l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tutelæ actione. l. si plures. 37. in prin. ff. de administr. tutor. l. cum interdictæ, 6. ibi: quod autem.*

C. arbitrium

C. arbitrium tutelæ. l. vltim. §. nec quisquam. ff. rem pupilli saluam fore. M. I. R. libro 3. cap. 12. reg. 48. except. 1. Contradicere videtur *l. 2. in prin. C. de diuidenda tutela. l. à tutoribus. 32. §. hæredibus. ff. de administratione tutor. item l. si duo. 50. in prin. ff. eod. tt.* Est autem propositæ regulæ exceptio prima: Nisi alter tutorũ non sit soluendo. tunc enim alter in solidum tenetur, vel pro ea parte quæ ab altero seruari non potest. *quæ præterquam quod ex iam dictis constat, approbatur etiam d. l. 37. l. tres tutores. 54. § 1. ff. eod. tt. l. si plures. 12. §. nec quisquam. ff. rem pupilli saluam fore.* Ratio est, quod tutorum alter alterum male administrantem suspectum facere debeat, interdũ etiam ab eo satis petere: quod quia neglexit, eius factum tenetur præstare. *de qua re dictum supr. capit. 13. reg. 9.* Replicatio huius exceptionis prima: Nisi contutoris bona ab eo tempore, quo in testamento vel ex inquisitione datus est, non fuerint deminuta. reprobatur *l. tres tutores. 54. §. quod autem. ff. de administr. tutor.* Secunda: Nisi contutor idoneus subito facultatibus lapsus sit. *l. etiam. 13. in fi. ff. d. tt.* Tertia: Nisi ex eo quod cõtutor post finitam tutelã gessit, agatur. *l. diui. 30. ff. eod. tt. Concordat simul & distinguit l. si tutor. 13. ff. de tutelæ actione.* Quarta: Nisi post finitã tutelã contutor desierit esse soluendo, antea idoneus existens. *l. 1. C. de diuidenda tutela. l. tutores. 38. §. tutoribus. ff. de administr. tutor. l. Æmilius. 52. ff. eod. tt. item l. vltima, in fin. C in quibus casibus tutorem habenti.* Quinta: Nisi inutiliter tutores vel curatores sint dati. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr. capite proxim. exceptione. 1.* Sexta: Nisi contutor, cuius nomine alter tutor conuenitur, fuerit liberatus. *l. si pupillus 44. ff. de administratione tutorũ.* Septima: Nisi altero tutorum in testamento, altero à magistratu dato, eius nomine qui à magistratu datus est, nõ prius magistratus qui eum dedit conueniatur. *l. Lucius. 45. §. cum in testament. ff. d. tt.* Octaua: Nisi tutor contutorẽ, cuius nomine conuenitur, suspectum fecerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi tardius suspectũ fecerit, vel præuaricatus sit. *d. §. cum in testamento. & l. 2. ibi: nisi per dolum. C. de diuidenda tutela.* Nona replicatio est: Nisi tutela inter tutores fuerit diuisa. tunc enim alter ex alterius facto non tenetur. *l. 2. C. de periculo tutorum. l. si duo. 50. ff. de administ. tutor. l. tres tutores. 54. §. plane si. ff. eod. tt. l. 2. C. de diuidenda tutela. item l. Lucius. 45. §. cum in testament. in fin. ff. de administratione tutorum.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi nec à magistratu, nec à testatore inter tutores diuisa sit tutela, sed illi inuicem eam diuiserint. *d. l. 2. versic. si vero ipsi. l. duo. 5. ff. de magistratibus conueniendis.* Cuius triplicatio est: Nisi non tutores fuerint, sed administratores reipublicæ. *l. Lucius. 45. §. 1. ff. de administratione tutorum.* Secunda duplicatio est: Nisi cum contutor desineret esse soluendo, vel male administraret, tutor qui alteram partẽ administrauit, eũ suspectum nõ fecit: vel suspectum quidem fecit, sed tardius, aut in ipsa postulatione suspecti præuaricatus est. *l. 2. ibi: nisi per dolum. C. de diuidenda tutela. l. quoties. 8. §. constat, in fine. ff. de administratione tutorum.* Tertia: Nisi tutore simpliciter dato, alius postea curator ad augmenta datus sit. hoc enim casu nihilominus inter eos communicatur periculum. *d. l. 8. §. finali.* Quarta: Nisi cum tutor vnius partis, alterius partis tutorem instruere posset, vel promouere pupilli vtilitatem, id non fecit. *l. tutores. 38. §. hæres institutus. & §. rerum. ff. de administratione. l. Titium. 46. §. tutores. ff. eodem tt.* Hæc de nona replicatione, eiusque duplicationibus sint dicta. Decima replicatio, Nisi tutor ob cessationem ne suo quidem nomine teneatur. tunc enim nec ex contutoris facto potest conueniri. ipso iure subsistit, eiusque species sunt exceptiones proxime sequentes, item eæ quæ propositæ sunt *supr. cap. prox.* Vndecima: Nisi non eodem tempore tutelam vel curam gesserint, aut alter impuberis tutor, alter puberis curator fuerit. hoc enim casu periculum non communicatur. *l. 1. C. de administratione tutorum.* Cuius duplicatio est, Nisi tutores post finitam tutelam desierint esse soluendo, curatore tutelæ actione agere cessante, hoc n. casu periculum ad curatorẽ spectat. *l. tutores. 38. §. adolescens. & l. Æmilius. 52. in fin. ff. de administratione tutor.* Hactenus igitur de prima exceptione, eiusque replicationibus sit dictum. sed & de ea vide plura *supr. cap. 13. reg. 9.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi quidam tutorum nihil gesserint, & honorarii fuerint tutores, tunc enim ii qui gesserunt, in solidum conueniũtur, alis per exceptionẽ nõ gestę rei se defendentibus. *l. etsi. 8. in princip. C. de administratione tutorũ. l. non quæsi. 4. §. illud. ibi: sed enim ff. rem pupilli saluã fore. l. 2. in prin. C. si tutor non gesserit. item l. licet. 3. C. de diuidenda tutela. M. I. R. lib. 3. cap. 12. regul. 48. exceptione 1. replicatione 1.* Huius replicatio prima est, Nisi cæteri qui gesserunt, non sint soluendo. tunc enim is qui non gessit, proposita exceptione non defenditur, sed in solidum tenetur. *l. 1. C. si tutor non gesserit. l. tutores. 38. §. in eũ. ff. de administratione tutor. l. si plures. 3. §. si parens. ibi: nec quisquam. ff. eodem tt. Nouell. constitut. 118. §. sed si multi, in fine. l. cum interdictæ. 6. C. arbitrium tutelæ. item l. non quæsi. 4. §. illud. ff. rem pupilli saluam fore.* Cuius duplicatio, Nisi is qui non gessit, eum qui gessit, suspectum facere non [illegible]tuit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. C. [illegible] tutor non gesserit.* Secunda replicatio est Nisi non gerentis lata culpa sit. *l. 2. in fine. C. eodem tt.* Tertia: Nisi omnes tutores simul non gesserunt, tunc enim omnes simul sunt conueniendi. *l. si plures. 37. ff. de administratione tutorum.* Quarta: Nisi de eo agatur quod nemo gessit. de eo n. omnes æqualiter tenentur. *l. tutores. 38. §. in eum. ff. de administr. tutor l. tres tutores. 54. §. inde in eo. ff de administratione tutorum.* Quinta: Nisi ipsi tutores inter sese tutelam diuiserint, & ita vnus suam partem non gessit reprobatur *l. licet. 3. C. de diuidenda tutela.* Sexta: Nisi alter quædam gesserit, hoc enim casu æqualiter cum cæteris tenetur quamuis pleraque non gesserit. *l. duo. 5. in fine. ff. de magistratibus conueniendis. l. ita autem. 4. §. geßisse. ff. de administratione tutorum.* Huius duplicatio proponitur in eo, qui cum quædam gessisset, & reipub. causa cœpit abesse. *quæ approbatur l. 1. C si tutor reip.* Septima replicatio: Nisi is qui non gessisse dicitur, a ii tutelam gerendam mandauit. *l. tres tutores. 54. in pr. ff. de administr. tutor. l. ita autem. 4. §. geßisse. ibi: quod si quis. ff. eod. tt.* Octaua: Nisi ab eo qui gessit, alter qui non gessit, satisdationem exegit. *d. l. 54. in pr.* Nona: Nisi is qui proposita exceptione vtitur, à cęteris tutorib. rationes exigere iussus

sit.l.iure.26.§.honoris.ff.de testamentaria tutela. Hæc de secunda exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Tertia propositæ regulæ exceptio videtur esse: Nisi vnus tutorum noticiæ gratia sit datus. verum reprobatur *l. quæro.* 32.§.1.*ff. de testamen.tutela.l.*1.*C.de periculo tutorum.* Quarta exceptio est: Nisi vnus ad litem tutor vel curator sit datus: hic enim partem non facit. *l. ad protegendam.*3.*C.de in litem dando.* Quinta: Nisi vnus tutorum excusatus fuerit vel remotus. hic enim partem non facit.*l.si tutor.*22.*C.de excusat. tutor. l. decreto* 10. *ff. de suspectis tutorib.* Sexta: Nisi tutela inter tutores fuerit diuisa. tunc enim non pro virili parte tenentur, nec alter alterius factum præstat, sed quilibet pro sua quam administrauit parte conuenitur, *per ea quæ proposita sunt supr.except.*1.*replic.*9. Hactenus de secunda regula, eiusque exceptionibus sit dictum.

III. Regula, De patre tutoris & ipso filio tutore. Pater regulariter filii sui nomine tenetur. quæ regula ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio est: Nisi postquam emancipatus est filius, tutelam gesserit, vel dolo quid fecerit. *l.filius.* 6.*ff.de tutelæ actione.* Plane in quantum pater filii nomine teneatur, vide *infr.quæst.*5.*reg.*9. Sed & filius ipse suo nomine tenetur.*l.nisi.*4.§ 1.*ff. de tutelæ actione.l.si filiusfamilias.*11.*ff.eod.tt.* In quantum autem teneatur filius, vide *d.quæst.*5.*reg.*10.

IV. Regula, De domino serui pro tutore negocia pupilli gerentis. Hic quoque tenetur. *l.*1.§. *proinde etsi ff.de eo qui pro tutore.*

V. Regula, De fideiussore tutoris. Hic quoq; tutelæ actione tenetur.*l.cum ostendimus.* 4.§. *fin.ff. de fideiussoribus tutor.* Huius exceptio prima: Nisi stipulatione non interueniente, fideiussorint. reprobatur *d.*§ *fin.* Secunda: Nisi prius tutor ipse non sit conuentus. reprobatur quidem iure antiquo *l.*1.*C.de fideiussor. tutor.* Iure autem nouo approbatur.*Nouell.cap.*4.*in prin.vsque ad* §.*quod autem.* Tertia exceptio est: Nisi cum tutore actum sit, & ab eo solutum. *d.l.*5. *& l.*2.*C. eod.tt.* Quarta: Nisi mulier pro tutore fideiusserit.*l.*1.*C.si mater indemnitatem promisit.* Quinta: Nisi ex eo agatur, quod tutor finita tutela præter officium gessit. *l. Lucius.* 45.§.*Paulus.ff.de administr.tutor.* Sexta: Nisi ex eo agatur, quod tutor extra suam partem vel regionem administrauit.*l.si duo.*50.*ff. eod. tt.* Septima: Nisi pluribus fideiussoribus existentibus, vnus ex iis in solidum conueniatur, reprobatur *l.si plures.*12.*ff. rem pupilli saluam fore.* Plane videtur admitti, si non pupillus, sed eius hæres agat. verum distinctio hæc reprobatur *l.à tutoribus.*32.§.*hæredibus. ff.de administr.tutor.* Sed admittitur exceptio proposita, si adulto facto pupillo, fideiussores nouauerint contractum *l.si fideiussores.*7.*ff. de fideiussorib. tutor.* Octaua exceptio est: Nisi aduersus ipsum tutorem agi non potuit. tunc enim sine dubio nec aduersus eius fideiussorem actio danda, cuius species in præcedentib. ꝓpositæ. Plura de regula proposita vide *infr.q.*5.*reg.*12.*itē infr.c.*20.

VI. Regula, De nominatore tutoris. Hic quoque actione tutelæ tenetur. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi non prius tutor ipse, eiusque fideiussor & collega sit conuentus *l. aduersus* 4. *C. de magistratibus conueniendis.* Altera: Nisi alius, non is qui conuenitur, nominauerit tutorem. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi alius rei conuenti mandatu nominauerit. *l.* 2.*ff.de fideiussor.tutor.* Tertia exceptio est: Nisi mater tutorem nominauerit.*l.ob tutorem* 3. *C.si mater indem.promisit.*

VII. Regula, De magistratu qui tutorem dedit. Hic quoque tenetur actione, quæ dicitur subsidiaria.

VIII. Regula, De eo qui tutores idoneos esse affirmauit. Hic quoque tanquam fideiussor tenetur.*l.cum ostendimus.*4.§.*fin.ff.de fideiuss.tutor.*

IX. Regula, De eo qui suscepta administratione tutori indemnitatem promisit. Hic tutelæ actione non tenetur. *l. tutorem.*9. *C.arbitriū tutelæ.* Plane ipsi tutori aduersus eū qui indemnitatem promisit, datur actio: *de quo dicetur infr. q.* 8.*reg.*2.

X. Regula, De fisco ad quem bona tutoris peruenerunt. Aduersus hunc quoque tutelæ actio competit.*l.si tutor.*9.§.*penult.ff.de tutelæ actione. & l.*2.*C.ad l. Iuliam de vi publica.* Hactenus aduersus quos tutelæ actio competat, sit dictum.

IV. APVD QVEM TVTELÆ actio competit?

Si plures tutores, vel vnius tutoris plures hæredes, diuersi fori conueniantur, apud eundem iudicem omnes sunt conueniendi. *l. omnes.* 5. *C. arbitrium tutelæ.*

V. QVID VENIAT IN TVtelæ actione?

I. Regula, De eo quod interest. Hoc in actione proposita petendum. *l. tutor. 6. in princip. ibi: si quis igitur.ff. de administr.tutor.l.eum qui.*4.*ibi: nec ad rem facit.C.arbitrium tutelæ. item l tutelæ.* 17. *cum lege sequente.ff. locati.*

II. Regula, De eo quanti in litem iuratur. Hoc quoque in actione proposita venit. *d. l. 6.in prin. & l.*1.*C.de in litem iurando.item infr. lib.*15.*cap.*9. *q.*1.*reg.*1.*exception.*1.*replic.*1.*M.I.R lib.*3.*cap.*12 *reg.*50. vbi etiam distinguitur. Huius exceptio prima est: Nisi actor in litem iurare nolit.*l.*2.*C.d.tt.* Secunda: Nisi reus sine dolo malo non restituat. *d.l.*2. Huius replicatio prima est: Nisi tutor ipse, non hæres eius conueniatur. tunc enim ob culpam etiam eius iuratur in litem. *l.alio iure.* 4. *C. eod. tt.* Secunda: Nisi lite cum tutore contestata, aduersus hæredem agatur. tunc enim, quamuis ob culpam, etiam aduersus hæredem iuratur in litem. *d.l.*4.*l. vlt.*§. *Paulus respondit. ff. de fideiussoribus tutorum.M.I.R. d.reg.*50.*except.*1. Tertia: Nisi ex dolo defuncti tutoris agatur. tunc enim quamuis hæres conuentus nihil dolo fecerit, videtur tamen aduersus eum in litem iurandum. sed reprobatur *l.vlt.C.de in litem iurando.M.I.R.d.except.*1.*replic.*1. Plane admittitur, si lis cum defuncto tutore sit contestata. nam cum hoc casu ex culpa tutoris aduersus hæredem eius iuretur in litem, *vt dictum supr.replic.prox.* multo magis ex dolo defuncti iurabitur. Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio: Nisi inter partes in contrarium sit actum. reprobatur *l.summa.*3. *C. de in litem iurando.*

III. Regula, De eo quod tutor non percepit. De eo restituendo non tenetur. Quæ regula cū per se subsistat, recipit exceptionē hanc: Nisi fructus bona fide ex fundo percipi potuerunt. tunc enim præstandi à tutore, quamuis eos non perce-

perceperit.*l.sine hærede.*31.§.*Modestinus. ff. de administrat.tutor.* Secunda exceptio est: Nisi contutor rei conuenti, qui soluendo esse desiit, percepit. *de hac re dictum supr.quæst.*3.*reg.* 2.

De vsuris.

IV. Regula. Etiam vsuræ in tutelæ actionem veniunt.*l.*2.*in prin.C.de vsuris pupillarib.l.vsuræ.*3.4.*ff. de vsuris.* Huius species prima est: Si pecuniam pupillarem in suos vsus conuerterit. *Quæ proponitur & approbatur l.tutor.* 6.§. *pecuniæ. ff. de administr. tutor.Concordat l.*1.*C.de vsuris pupillarib.* Huius speciei exceptio prima est: Nisi non euidenter probetur, pecuniam in tutoris vsum versam. *d.* §. *pecuniæ.* Secunda: Nisi vsuras nomine pupilli perceptas tutor in vsus suos conuerterit. reprobatur *l.tutor.*6.§.*si vsuras.ff.de administr. tut. l. qui negociationem.*57.§.*ex duob. &* §.*fin. ff d. tt.* Tertia: Nisi tutor pecuniā pupillarē suo nomine fœnerauit. *l. Lucius.*45.§.*tutorē.ff.d.tt. & l. cū quæreretur.*15.*ff.d.tt.* Quarta: Nisi tutor contra & de suo in vsus pupillares conuerterit.*l qui ergo* 3.§.*plane.ff. de contraria tutelæ act.* Quinta: Nisi cū tutor pecunia pupillari suo nomine rē sibi emisset, pupillus malit rē emptā sibi restitui. *l.si curator.* 3. *C. arbitriū tutelæ.* Hæc de prima propositæ regulæ specie. Secunda species est: Si tutor pecuniā pupillarē nō fœnerauit.*l.qui negociationē.*57.§. *pupillo.ff.de administr.tutorum.l.si tutor.*14.*ff.eod.tt.* Huius speciei exceptio est: Nisi idoneis nominibus credi non potuit. *l. pecuniam* 3.*C. de vsuris pupillaribus.* Plane species proposita mutata est *Nouell.c.*72.§.*quia vero grauate.* de qua re vide *supr.cap.*11.*officio* 6.*reg.*1.*in fine.* Tertia species est: Nisi tutor pecuniam pupillarem ad prædiorum comparationem non deposuit, vel deposita pecunia pupillo prædia nō comparauerit.*l.tutor.* 6. §. *si post.&* §. *si deponi.ff. de administratione tutorum.* Huius speciei exceptio est: Nisi per tutorem non stet, quo minus prædia comparet.*d.* §.*si post, in fine.l.si pecuniam.*3 *C. de vsuris pupillaribus.* Plane & hæc species mutata est. *de qua re vide supr.capit.*11.*officio* 7.*regul.*1.*in fine.* Quarta species est: Si tutor pecuniam pupillarem penes se esse falso neget. *l. tutor.* 6. §.*idem solent. ff. de administratione tutorum.* Quinta species est. Si tutor debitor patris pupilli à se ipso debitum non exegerit.*d.l.*6.§. *vertisse. item l. quoties.* 8. §. *sed si sub.ff.d.tt. De qua re vide infra.*

Exceptiones propositarum specierum generales.

Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi tutor in res pupillares de suo sumptus fecerit.*l.quid ergo.*3. §.*plane.ff. de contraria tutelæ actione.* Secunda videtur esse: Nisi circa vsuras nomine pupilli perceptas, sit admissum. sed reprobatur *per ea quæ proposita sunt paulo superius specie* 1. *exceptio.* 2. Tertia: Nisi non tutelæ, sed pro tutelæ actione agatur. reprobatur *l.*1.§.*in pro tutelæ.ff. de eo qui pro tutore.*

V. Regula: Qui teneantur ad vsuras ex proposita actione?

1. De contutore. Contutor quoque alterius tutoris nomine conuentus, in vsuras eius nomine tenetur.*l.tutor.*6.§.*penu.ff. de administr. tutor. & l.* 2.*C.de vsuris pupillaribus.*

2. De fideiussore tutoris proponitur *l. etiam.* 5.*ff. de fideiussoribus tutor.*

3. De hærede tutoris. Hic quoque ad vsuras præstandas tenetur.*l.cum ostendimus.* 4. §. *vsuras.ff. de fideiussoribus tutorum.* Plura de hærede tutoris vide *infr.reg.*8.

VI. Regula: Quantas vsuras tutelæ actione conuentus præstare teneatur? Regulariter quidem vsuræ præstantur, secundū morem & consuetudinem regionis leuiores. *l. tutor.* 6 §. *quæ sint autem, in fine.ff. de administr.tutor.* Huius exceptio prima est: Nisi ob id agatur, quod quis pecuniam pupillarem in vsus suos conuertisse dicatur, tunc enim legitimæ seu pupillares vsuræ maiores debentur.*d.l.*6.§ *pecuniæ.& §.quæ sint autem. & l.qui sine.*37.*ibi: quoniam & vbi.ff.negociorum gestorum.* Cuius replicatio prima est: Nisi tutor pecuniam à contutoribus suis mutuam acceperit. *l. non existimo.*53.*ff. de administratione tutor.* Secunda: Nisi tutor non clam, sed palam & bona fide pecuniam pupillarem in suos vsus conuertat. *d. l.* 53. De qua re plura vide *supr.capit.*15. *quæst.*2. *reg.*1.*except.*5.*replic.*5. Tertia: Nisi testator permiserit tutori pecuniam pupillarem in causam mutui habere.*l.Titium.*46.§ *præfectus.ff.de administratione tutorum.* Quarta: Nisi tutor pecuniam pupillarem suo nomine fœnerauit. tunc enim nō in maiores vsuras tenetur, quam percepit, non in pupillares. *l.Lucius.*45.§.*tutorem. ff. eod.tt.l.tutor.* 6.§. *si tutor.ff. eod.tt.* Quinta: Nisi tutela finita sit. eius enim temporis, quod post finitam tutelam currit, leuiores vsuræ præstandæ videntur. verum reprobatur *l Lucius.*45.§.*quæsitum.ff.de administrat.tutorū.* Sexta. Nisi cū tutor debitor patris pupilli esset, sibi ipsi nō soluit.*l.tutor.*5.§.*vertisse.ff.de administ.tutor.l.qui sine.*37.§. *sed quas vsuras.ff. negociorum gestor.* Sane si sub vsuras grauioribus, quam sint pupillares, tutor patri pupillorum fuit obligatus, ēt ad istas nō pupillares vsuras tenetur.*l. quoties.*8.§. *sed si sub.ff.de administr.tutor.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi tutor pecuniam pupillarem non fœnerauit, & ob eam causam conueniatur. Hæc exceptio videtur reprobari *l. tutor.* 6.§ *pecuniæ.ff.de administr.tutor.* Tertia: Nisi tutor debitor patris pupilli pecuniam sibi non soluit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. exc.* 1.*repl.*6. Quarta est: Nisi tutor pecuniam pupillarem ad prædiorū comparationē non deposuit. *l.tutor.*6.§.*si deponi.ff.de administr.tut.* Plane exceptio proposita hodie mutata est, *vt ostensum paulo superius reg.*4.*specie* 3. Quinta: Nisi tutor falso neget pupillarē pecuniā penes se esse. *d.* §. *si deponi. & d. l.*6 §.*quæ sint.* Sexta: Nisi à debitoribus pupillaribus maiores vsuras tutor percepit.*d.*§.*quæ sint.ibi: item si à debitoribus legitimas exigit.* Huius replicatio prima est: Nisi testator sub minoribus vsuris pecuniam pupillarem tutori permiserit. tunc enim quamuis ille maioribus vsuris eam suo nomine fœnerauit, tamen eæ tantum debentur, quas testator voluit.*l.Titium.* 46. §. *præfectus. ff. de administratione tutorum.* Altera replicatio est: Nisi pupillus cæterorum nominum minus idoneorum periculum non suscipiat.*l. tutor.*6. §.*si tutor.ff d.tt.* Tertia: Nisi tutor pecuniam sibi cum pupillo communem proprio nomine fœnerauerit. *l. Titium.*46.§.*altero.ff. de administrat.tutor.*

VII. Regula, à quo tempore vsuræ in actione pro-

ne proposita currere incipiant? Post duos menses, ab eo tempore quo pecuniam pupillarē accepit, vel exigere potuit, cōnumerandos, vsuræ currere incipiunt. *d. l. 6. §. vsuræ. ff. d. tt.* Plane sex mensium spacium datur. *l. si tutor. 14. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vsuræ ob id exigantur, quod tutor pecuniā pupillarē in suos vsus cōuerterit, tūc n. statim currere incipiūt. *d. §. vsuræ.*

VIII. Regula: Ad quod tempus vsuræ currant? Etiam post finitam tutelam in diem, quo tutela restituitur, currunt. *l. tutor. 6. §. fin. ff. de administr. tutor. l. Lucius. 45. §. quæsitum. ff. eod. tt. item l. 1. §. fin ff. de vsuris.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non per tutorem, sed per aduersarium ster, quo minus tutelam restituat. *d. §. fin. l. tutor. 27. §. tutor, cum lege sequente. ff. de administr. tutor. item l. pupillus. 4. C. de vsuris pupillarib.* Cuius replicatio est: Nisi tutor oblatam pecuniam non deponat. *d. l. 27. §. fin. ff. de administr. tutor.* Secunda exceptio videtur esse: Nisi mortuo testatore, hæres eius in restituenda tutela negligens sit: hoc enim casu, quia negligentia tutoris hæredi non imputatur, *per ea quæ dicta sunt sup. q 3. reg. 1. exc. 2.* videtur nec vsuras aduersus eum currere. verum ratione hac non obstante, exceptio proposita, reprobatur *l. tutor. 6. §. pecuniæ quæ in arca. ff. de administr. tutor.* Hactenus de vsuris, an & quatenus in tutelæ actione veniant, sit dictum.

IX. Regula: Si pater tutoris actione proposita conueniatur, non nisi de peculio tenetur. *l. si filiusfamilias. 11. cum lege sequente. ff. de tutelæ actione. l. tutorem. 36. §. fin. ff de administr. tutor. M. I. R. d. cap. 12. regul. 49.* Huius exceptio est: Nisi pater tutelam agnouerit. tunc enim in solidum tenetur. *l. si filiusfamilias. 7. ff. de tutelis.* vbi ait Iurisconsultus: Siue gerenti filio consensit. Huic videtur contradicere *l. Lucius. 20. ff. de administratione tutorum. M. I. R. d. reg. 49.*

X. Regula: Si filiusfamilias emancipatus, tutelæ actione conueniatur: de eo quod ante emancipationem gessit, in id quod facere potest: de eo autem quod post emancipationem gessit, in solidum tenetur. *l. tutorem. 36. §. inde descendit quæstio. ff. de administrat. tut. l. nisi finita. 4. §. 1. ff. de tutelæ actione. l. si filiusfamilias. 11. ff. eod. tt.*

XI. Regula: In quantum teneatur hæres tutoris, vide *supr. quæst. 3. reg. 1.*

XII. Regula: Fideiussor tutoris in tantum tenetur, in quantum ipse tutor. *l. sine hærede. 31. in prin. ff. de administrat. tut. & l. etiam. 3. ff. de fideiuss. tutor.* Fideiussor etiam easdem reputationes habet, quas tutor: nec vlterius quam tutor ipse conueniri potest. *l. si cum, 5. & l. 6. ff. de fideiuss. tutor.* Plane vnius tutoris pluribus fideiussoribus existentib. quilibet in solidum tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur supr. quæstion. 3 regul. 5. exceptione 7.*

XIII. Regula, Si tutor pecunia pupillari suo nomine quid comparauerit, in arbitrio pupilli est, vtrum pecuniam, an rem emptam petere velit. *l. si curator. 3. C. arbitrium tutelæ.* Huius regulæ exceptio est: Nisi tutor pecunia sibi cum pupillo communi negociatus sit, vel emerit suo tantum nomine. *l. Titium. 46. §. altero. ff. de administr. tutor.*

XIV. Regula: Tutor qui pecunia pupillari negociatus est, ad compendium seu incrementum præstandum tenetur, nec vsuras pecuniæ præstando liberatur. *l. qui negociationem. 57. in prin. ff. de administr. tut.* Huius regulæ exceptio proponitur. *l. Titium. 46. §. altero. ff. eo. tt.*

XV. Regula: Quod si seruus pupilli vel actoris percepit, minuit propositæ actionis condemnationem. *l. tutores. 38. §. fin. ff. de administr. tut. & l. sine hærede. 31. §. item respondit. ff. eod. tt.*

XVI. Regula, De compensationibus & reputationibus, proponitur *l. 2. in prin. ff. vbi pupillus educari.* Plura de hac re vide *infr. cap. 22. quæst. 2. causa 1. item quæst. 7.*

VI. QVANDO ET QVAMDIV tutelæ actio competit?

I. Regula: Non nisi post finitam tutelam, tutelæ actio competit. *l. nisi finita. 4. in prin. ff. de tutelæ actione. l. 1. §. finali. & l. cum tutor. 18. in fine. ff. eod. tt. Concordant item ea quæ proposita sunt supr. capite 11. officio. 2. regul. 1. exception. 7.* Exceptio prima est: Nisi cum eo qui pro tutore negocia gessit, agatur. *l. 1. §. cum eo. ff. de eo qui pro tutore. & l. cum curatore. 25. ff de administr. tutor.* Secunda: Nisi cum duorum impuberum fratrum quis tutelam gereret, vnus adoleuerit. hic enim tutelæ agere poterit, quamuis fratris tutela nondum sit finita. *l. tutores. 38. §. penult. ff. de administr. tutor.* Tertia: Nisi tutela ad alium tutorem sit translata. tunc, n. cum priore tutore nihilominus tutelæ agi potest, quamuis impubes adhuc sit sub tutela. *l. si tutor. 9. in prin. §. si duobus. §. si testamento. & §. penult. ff. de tutelæ actione. l. à tutela. 4. ff. de contraria tutelæ.* Huius replicatio esse videtur: Nisi is qui tutor esse desiit, rursus eiusdem tutor fieri possit, verum reprobatur *l. si pupillus. 7. §. fin. cum lege sequente. ff. de actione tutelæ. l. si tutor 9. in pr. & §. si testam. ibi: in qua autem. ff. eod. tt.* Quarta propositæ regulæ exceptio esse videtur: Nisi tutori tanquam suspecto curator sit adiunctus. sed reprobatur *d. l. 9. §. si tutori.* Quinta est: Nisi alia quam tutelæ actio contra tutorē competat. *d. l. 9. §. finali. cum lege sequente.* Cuius replicatio est: Nisi sit actio ex stipulatu rem pupilli saluam fore. approbatur *per ea quæ habentur infr. capit. 20. quæstion. 5.* Sexta exceptio est, Nisi non ex tutela, sed ex cura gesta agatur. Hæc species est præcedentis, & approbatur *l. cum curatore. 25. ff. de administration. tutor. l. nisi finita. 4. §. fin. ff. de tutelæ actione. item l. si adhuc. 16. §. finali ff. eod. tt.* Contradicit *l. rationes. 14. C. de administrat. tutorum.* Septima exceptio est: Nisi extra iudicium vnus tutorum ab altero cuius factum tenetur præstare, rationes exigat. *l. si plures. 3. §. si parens. ibi: assidue igitur. ff. de administr. tutorum.* Octaua exceptio est: Nisi pupillus hæres existat ei, cuius tutelam tutor antea gesserat. hoc enim casu, etiam sua tutela non finita, aduersus eum tutelæ actionem habet. *l. si pupillus. 7. in prin. ff. de tutelæ actione.* Nona exceptio est, Nisi tutor in hostium potestatem peruenerit. Quæ exceptio approbatur *per ea quæ habentur infr. c. 20. quæst. 5. except. 3.* Hæc de prima regula.

II. Regula: Si tutor pecunias pupillares in diem crediderit, vsque in diem pecuniæ creditæ actio tutelæ differenda. approbatur simul & distinguitur *l. si tutela 7. ff. de administr. tut.*

III. Regula, Tutelæ actio perpetua est, *l. tutores. 8. C. arbitrium tutelæ.*

VII. AD-

VII. ADFINIA, SEV DE probationibus in actione proposita.

I Regula, Vtri incumbat probatio, si quæratur vtrū tutor sciuerit, an ignorauerit, se tutorem datum, definitur *l. hoc autem. 5. ff. de administr. tutor.* Cui contradicit *l. si tutor. 5. ibi: idque liquidis. C. de periculo tutor.*

II. Regula, Per quæ probandum. De interrogatione seruorum pupilli proponitur *l. ad instruendam. 33. ff. de administr. tutor. & l. 1. §. de seruis quoque. ff. de tutelæ actione.*

III. Regula. De quantitate patrimonii pupillaris probanda. Non probatur assertione testatoris. *l. 1. C. arbitrium tutelæ.*

IV. Regula, De confessione ipsius tutoris, circa quantitatem patrimonii pupilli, proponitur *l. veteris. 13. in prin. C. arbitrium tutelæ.*

V. Regula: Si tutor res pupillares in suos vsus conuertisse dicatur, quomodo probandum vel non probandum, definitur *l. tutor. 9. §. pecuniæ. ff. de administr. tutor. item l. si defunctus. 10. C. arbitrium tutelæ.*

VIII. EVENTVS PROPOSITÆ actionis.

I. Regula, De actione condemnato aduersus contutorem vel alium præstanda, proponitur *l. 1. §. nunc tractemus. ibi: & si forte. ff. de tutelæ actione. l. alterius. 20. in prin. ff. eod. tt. & l. 2. C. de contrario iudicio tutelæ.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex dolo communi tutor sit condemnatus. *d. l. 1. §. plane si ex dolo.* Secunda: Nisi tutor cui actio præstanda est, solidum soluerit. reprobatur *l. cum pupillus. 21. ff. de tutelæ actione.* Tertiæ exceptionis loco notandum, quod tutori cui cessa est, vel vtilis actio data aduersus contutorem, priuilegium pupilli in bonis contutoris non competat. *l. ex pluribus. 41. ff. de administr. tutor.* Quartæ, quod si non antequam solueretur, soluens à pupillo sibi cedi petierit actionem aduersus contutorem. postea pupillum eo nomine conuenire non possit. *l. 1. C. de contrario iudicio tutelæ. l. Modestinus. 76. ff. de solution.* Plura de regula proposita vide *infr. cap. prox. except. 30.*

II. Regula, De actione ex cautione, qua alter tutorum alteri indemnitatem promisit. Hæc actio stipulatori aduersus promissorem regulariter competit: verum eius exceptio est; Nisi finita tutela, promissor soluendo sit. tunc enim quia factum eius stipulator præstare compelli non potest, *secundum ea quæ dicta sunt supr. quæstion. 3. reg. 2. except. 1. replic. 4.* euanescit cautio, eiusque actio. *l. tutores. 38. §. curatores. ff. de administr. tutor.* Huius replicatio est: Nisi qui indemnitatem promisit, tutor non fuerit, nec quia à pupillo potuerit conueniri. *l. 2. C. si mater indem. promisit.* vbi ait Imper. Non aduersus matrem suam neque auum, sed contra vos congredi malunt. Hæc ita ponuntur quasi in arbitrio sit pupilli, vtrum aduersus matrem, an aduersus tutorem agere velit: cum tamen aduersus matrem, eiusque successores, cum tutrix non fuerit, pupillo etiam volenti non detur actio *ex l. tutorem. 9. C. arbitrium tutelæ.*

III. Regula, De solutione à tutore condemnato facienda, proponitur *l. frustra. 5. C. de administ. tutorum.*

IV. Regula, Si pupillus contra tutores habeat tutelæ actionem, quod ab hæreditate paterna male sit abstentus: non ideo magis creditoribus hæreditariis tenetur. *l. eum qui 4. C. arbitrium tutelæ.*

IX. ADFINIA TVTELÆ actionis remedia.

I. Regula, Regulariter ex causis *supr. cap. prox. in principio* propositis, tutelæ actio, & non alia competit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi incertum sit, vtrum quis tutor, an quasi tutor pro tutore negocia minoris administrauerit. tunc enim pro tutelæ actio est. *l. 1. in princip. ff. de eo qui pro tutore. l. mater 4. in fin. C. de testament. tutela.* Sane pro tutelæ actionis iura inter actionis tutelæ iura sunt proposita.

II. Exceptio, Nisi posthumo tutor datus, non nato posthumo negocia gesserit. tunc enim non tutelæ, sed negociorum gestorum actio est. *l. si nemo. 19 §. fin. ff. de testam. tutela. Concordat l. 1. §. si quis quasi. ibi: simili modo. ff. de eo qui pro tutore. l. cum pater. 28. ff. negociorum gestorum. l. si posthumo. 24. ff. de tutelæ actione.* Huius replicatio est: Nisi posthumus natus fuerit. tunc enim de eo quoque quod ante posthumum natum gestum est, tutelæ, non negociorum gestorum datur actio. *d. l. 19. §. fin. Concordat d. l. 28. ibi: quod si natus.* Cuius duplicatio est: Nisi tutor, priusquam quidquam gesserit, fuerit remotus. tunc enim negociorum gestorum actio ob cessationem datur. *d. l. 19. §. fin.*

III. Exceptio: Nisi ex eo quod post finitam tutelam gestum est, agatur. tunc enim non tutelæ, sed negociorum gestorum datur actio. *l. 1. §. si quis quasi. ff. de eo qui pro tutore. l. si tutor. 13. cum lege sequente. ff. de tutelæ actione.* Huius replicatio est: Nisi id quod post finitam tutelam gestum est, cum eo quod ante gestum est, cohæreat. *l. [illegible] 36. in prin. ff de administr. tutor.*

IV. Exceptio: Nisi non tutela, [illegible] cuius sit gesta. tunc enim non tutelæ, [illegible] ciorum gestorum actio est. *l. nisi finita [illegible] tutelæ actione. l. ita autem. 4. §. posti [illegible] ministr. tutor.*

V. Exceptio, Nisi is qui inutiliter [illegible] est, sponte res pupilli administrauerit. [illegible] casu negociorum gestorum actio d[illegible] *C. de testament. tutel.* Sed & pro tutelæ actio [illegible] si quasi tutor gesserit. *quod approbatur per ea quæ proposita sunt supr. except. 1.*

VI. Exceptio, Nisi tutor, qui inutiliter testamento datus est, fideicommissum ex testamento perceperit, posteaque tutelam administrare nolit, hoc enim casu ex fideicommisso tenetur. *l. auia. 11. in prin. ff. de confirmando tutore.*

VII. Exceptio: Nisi de eo agatur, quod tutor patri pupilli debuit. de eo enim non solum tutelæ actio est, sed & pristina actio potest institui. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. c. 13. reg. 2.*

VIII. Exceptio: Nisi ex eo, quod tutor res pupillares intercepisse dicatur, agatur. tunc enim & tutelæ actio competit, & actio quæ vocatur ration bus distrahendis. item furti actio. *c. 1. §. in tutela. ff. de tutelæ actione.*

IX. Exceptio: Nisi tutor suspectus dicatur. tunc enim suspecti quoque postulatio est, *de qua dictum supra cap. 7.*

x. Exceptio: Nisi tutor soluendo non sit. tunc enim datur actio subsidiaria aduersus magistratum. *de qua dicetur infr. cap. 21.*

XI. Exceptio: Nisi rem pupilli saluam fore cautum sit. tunc enim actio quoque ex stipulatu competit. *de qua infr. cap. 20. dicetur.*

XII. Exceptio: Nisi libertus tutelam filii patroni gesserit. Nam hic extra ordinem quoque punitur. *l. si liberti. 10. C. de administr. tut. l. nisi eam. C. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi tutor bonis hæreditariis administratis & venditis, pupillum postea hæreditate abstinuerit. tunc enim etiam creditoribus hæreditariis negociorum gestorum actione tenetur. *l. cum tutor. 18. ff. de tutelæ actione.*

XIV. Exceptio: Nisi res pupillares inutiliter à tutore, vel quasi tutore sunt alienatæ. tunc enim illarum quoque vindicatio datur pupillo. approbatur *per ea quæ habentur supr. cap. 14. & 15.*

XV. Exceptio: Nisi ex eo agatur, quod tutor pecunia pupillari sibi aliquid comparauerit. tunc enim etiam ad rem emptam pupillo competit actio. *l. si curator. 3. C. arbitrium tutelæ.*

XVI. Exceptio: Nisi euidens dolus in rebus pupillaribus fuerit admissus. tunc enim etiam extra ordinem tutor punitur. *l. in eos. 9. ff. de tutelis.*

XVII. Exceptio: Nisi tutor ad damnum sarciendum non sit idoneus, tunc enim extra ordinem coercetur. *l. ob fœnus. 48. ff de administr. tutor.*

XVIII. Exceptio. Nisi tutor tutelam administrare nolit. tunc enim etiam extra ordinem cogitur. *l. 1. in princip. ff. de administr. tut.* Hæc de prima regula.

¶ II. Regula: Bona tutoris pupillo tacite pignori sunt obligata, in iisque cæteris creditoribus tutoris præfertur. *de qua re dictum supr. cap. 1. q. 8. reg. 7. supr. lib. 2. cap 35. reg. 5.*

DE RATIONIBVS DISTRAHENDIS actione.

CAP. XIX.

HActenus de tutelæ actione in duobus capitibus actum est: sequuntur nunc aliquot eius adfinia remedia pertractanda, & primũ quidẽ actio quæ vocatur Rationibus distrahendis.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

Si tutor rem ex bonis pupilli abstulit, eius nomine actione proposita tenetur. *l. 2. in prin. ff. de tutelæ actione.* Huius causæ exceptio prima: Nisi non legitimus, sed alterius generis tutor rem pupilli abstulit. reprobatur. *l. 1. §. de rationib. ff. d. tt.* Secunda: Nisi non iure tutor datus fuit. *elicitur ex d. §. de rationibus. vers. qui iure tutores sunt.* Tertia: Nisi eo nomine sit actum. *l. 1. §. in tutela ff. de tutelæ act.* Huius replicatio prima est: Nisi furti actione actum sit. per hanc enim actio proposita non tollitur. *d. §. in tutela. & d. l. 2. §. vtraque autem.* Cuius duplicatio est: Nisi non furti, sed condictione furtiua sit actum. *d. §. vtraque autem.* Altera replicatio: Nisi cum alio actum sit. reprobatur *l. tres tutores. 54. §. sed si ipsi tutores. ff. de administr. tutor.*

II. QVIBVS DATVR actio proposita?

Hæredibus pupilli datur. *l. 1. §. hanc actionem. ff. de tutelæ actione.*

III. ADVERSVS QVOS datur?

Aduersus hæredes tutoris non datur. *d. §. hanc actionem. & l. sed non. 10. ibi: quamuis enim. ff. eod. tt.* Plane quia dies huius actionis etiam durante tutela cedit, *vt infr. quæst. 5. reg. 1. dicetur,* tutelæ actione ab hærede tutoris potest peti id, quod in actionem propositam venit: quia tutor sibi soluere debuit, *vt ex dicta l. 10. constat.*

IV. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Duplum eius quod ablatum est, venit. *l. tres tutores. 54. §. sed si ipsi tutores. ff. de administ. tutor.*

II. Regula: Quid duplicetur, vtrum verum rei precium, an & interesse, definitur *l. 1. §. considerandum. ff. de tutelæ actione.*

III. Regula: Res ablata in duplo continetur. *l. 2. §. fin. ff. d. tt.*

V. QVANDO ET QVAMDIV actio proposita competit?

I. Regula: Non nisi finita tutela competit. *l. 1. § fin. ff. de tutelæ actione.* Plane dies huius actionis etiam durante tutela cedit, sed non nisi post finitam tutelam venit, *l. si tutor. 9. §. fin. cum lege seq. ff. d. tt.*

II. Regula: Perpetua est actio. *d. l. 1. §. hanc actionem.*

VI. ADFINIA HVIVS actionis remedia.

I. Regula, De tutelæ actione, proponitur *l. 1. §. in tutela. ff. de tutelæ actione.*

II. Regula, De furti actione & condictione furtiua, habetur *l. 2. in princip. ff. d. tt. Concordat d. §. in tutela. ibi: hunc tutorem tamen.*

DE ACTIONE EX STIPVLATVRE pupilli saluam fore.

CAP. XX.

I. CAVSA HVIVS actionis.

SI res pupillo salua non sit, nec detur vel fiat, quod ex tutela dari fieri oportet, actioni propositæ est locus. *l. cum rem. 11. ff. rem pupilli saluam.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi inutiliter sit cautum. Hanc exceptionem cum suis replicationibus vide *sup. eod. lib. cap. 10.* Secunda exceptio Nisi nõ in rebus pupilli, sed in omnibus aliquid acciderit. reprobatur *l. cum pupillus. 9. ff. d. tt.* Tertia: Nisi eo nomine actum sit. *l. si pupillus. 9. in prin. ff. de nouationib.* Quarta: Nisi non tutor fuerit, qui tutelam gessit. Cuius replicatio est: Nisi pro tutore negotia gesserit. *l. non quasi. 4. §. illud. ff. rem pupilli saluam fore.* Quinta exceptio est: Nisi tutelæ actione agi non possit. *d. l. 4. §. generaliter. Concordat l. cum pupillus. 9. in fin ff. eod. tt.* Hæc exceptio generalis comprehendit sub se exceptiones omnes supra *cap. 17. & 18.* propositas, quę huc quoque possunt referri.

II. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

Etiam alio rem pupilli vel furiosi saluam fore stipulante, ipsi pupillo vel furioso, cuius gratia stipulatio fit, vtilis actio datur. Quæ regula appro-

approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 10. quæst. 2. reg. 1. cum regulis seqq.*

III. ADVERSVS QVOS datur actio proposita?

I. Regula, De eo tutore qui tutelam non gessit, Hic regulariter non tenetur, *l. non quasi. 4. §. illud. & §. si quis curator. ff. rem pupilli saluam fore.* Plura vide *sup. cap. 18. quæst. 2. reg. 2. exc. 2.*

II. Regula, De fideiussoribus, proponitur *d. §. illud. sciendum.* De reliquis propositæ quæstionis regulis vide *sup. q. 3.*

IV. QVID VENIAT IN ACTIONE proposita?

I. Regula: Quod in tutelæ actionem venit, idem quoque in actionem propositam venire dicendum est, *l. cum pupillus. 9. in fine. ff. rem pupilli saluam fore.*

II. Regula: De fructibus & vsuris, proponitur *l. si poste aquam. 10. ff. eod. tt.*

III. Regula; Quilibet fideiussorum in solidum tenetur: nec beneficium diuidendæ actionis habet. *l. si plures. 12. ff. d. tt.*

V. QVANDO ACTIO PROposita competit?

Regulariter non nisi finita tutela competit, approbatur simul & distinguitur *l. non quasi. 4. §. hanc stipulationem. ff. rem pupilli. Concordat l. 1. ff. eod. tt. ibi: l. si adhuc. 16. ff. de tutelæ actione.* Huius regula: exceptio prima est, Nisi non tutor sed curator proposita actione conueniatur, *d. §. hanc stipulationem. & §. si quis curator.* Secunda: Nisi pro tutore negocia gesserit, qui proposita actione conueniatur, *d. §. hanc stipulationem. & l. si pupillus. 7. §. si tutor, cum l. seq. ff. de tutelæ actione.* De qua re vide sup. c. 18. *quæst. 6. reg 1. except. 3.* Sed & plures exceptiones vide *d. reg. 1.* Tertia: Nisi tutor ab hostibus captus sit, *d. l. 4. §. si tutor. 7. §. si tutor, cum l. seq. ff. de tutelæ actione.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup. cap. 18. q. 6. reg. 11.*

VI. EVENTVS HVIVS actionis.

De actione condemnato præstanda proponitur *l. si plures. 12. in pr. ibi ita vt ei qui conueniretur. ff. rem pupilli saluam fore.* Plura de regula proposita vide *sup. c. 17. exc. 30.*

DE ACTIONE SVBSIDIARIA ADuersus magistratum.

CAP. XXI.

PRimo; Quo authore introducta sit hæc actio, definitur *l. in magistratus. 5. C. de magistratibus conueniendis.*

II. CAVSÆ HVIVS actionis.

I. Causa, Si magistratus tutorem vel curatorem non dedit, datur aduersus eum actio proposita. *l. 1. §. magistratib. ff. de magistratibus conueniendis.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi magistratus non fuerit admonitus, *d. §. magistratib.* Secunda; Nisi in successores suos tutelam distulerint, reprobatur *d. l. 1. §. sciendum.*

II. Causa; Si magistratus tutorem vel curatorem minus idoneum dedit. *l. si tu. 3. C. de magistratib. conueniend. l. tutores. 5. in fi. ff. de confirmando tut. item l. in magistratus. 3. C. de magistr. conueniend. M. I. R. lib. 3. cap. 11. reg 53.*

III. Causa; Si magistratus à tutore dato non satis exegit. *Instit. de satisd. tut. §. sciendum. l. 1. §. si magistratus. ff. de magistr. conueniendis.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi tutor tempore finitæ tutelæ soluendo fuerit, *d. §. si magistratus, ibi, sed etsi satis.* Secunda; Nisi tutorem in testamento inutiliter datum prætor magistratus iusserit confirmare, reprobatur *l. tutores. 5. in pr. ff. de confirmando tut.*

IV. Causa; Si magistratus satis quidem exegit à tutore dato, sed non idoneo cautum est. *Instit. de satisd. tut. §. sciendum autem. Inst. de Attiliano tutore. §. nos autem, in fi. l. si tu. 3. C de magistr. conueniendis. l. vlt. C. d. tt. item l. 1. §. fin. C. de tutorib. illustrium pers.* Plures huiusmodi casus vide *inf. except. generali 2. repl. 1. cum sequentib.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Plane recipiunt causæ iam enumeratæ aliquot exceptiones quæ sequuntur.

I. Exceptio; Nisi prætor vel præses, al'usue fuerit magistratus, cui tutores dandi iussus est. *Inst. de satisdat. tutor. §. fin. l. 1. §. neque prætor ff. de magistratib. conueniendis.*

II. Exceptio, Nisi ipse magistratus non dederit tutores, nec nominauerit, sed prætor vel præses, *l. 1. §. si præses ff. de magistr. conueniend.* Huius replicatio prima est; Nisi et qui tutorem dedit, de facultatibus tutoris falsa renunciauerit magistratus, *d. §. si præses.* Secunda; Nisi de nominib. ab alio præsidi indicatis, magistratus præsidem petentẽ male instruxerit. *d. l. 1. §. si præses.* Tertia; Nisi is qui tutores dedit, magistratus ab iis satis exigere iussit. *d. l. 1. §. plane si præses, & §. si curatores.* Quarta: Nisi magistratus suggesserit vel nominauerit tutores dandos, *d. §. si curatores.* Quinta: Nisi electus sit ad æstimandas tutoris satisdationes, *d. l. 1. §. diuus. l. cum sit. 6. C. de magistr. conueniendis.*

III. Exceptio: Nisi iussu prætoris magistratus tutores dederit & confirmauerit, reprobatur *l. 1. §. si curatores. ff. de magistr. conueniend. l. tutores. 5. in pr. ff. de confirmando tutore.*

IV. Exceptio: Nisi magistratus non fuerit admonitus, vt tutores daret, *l. 1. §. magistratib. ff. de magistr. conueniendis.*

V. Exceptio: Nisi tutor vel eius fideiussor sit soluendo, *l. aduersus. 4. C. d. tt. Concordat l. 1. 3. & 5. C. d. tt. M. I. R. d. reg. 53. exc. 1.*

VI. Exceptio: Nisi contutor eius, ex cuius facto agitur, sit soluendo, *l. aduersus. 4. ibi: nec non collegarum. C. de magistr. conueniendis. l. 2 ff. d. tt. M. I. R. d. except. 1.* Huius replicatio prima est; Nisi contutor tutorem suspectum fecerit, vel satis ab eo exegerit: aut cum vellet, non potuerit, tunc enim prius magistratus quam contutor conueniendus *l. 1. §. vsque adeo. ff. de tutelæ action. l. Lucius. 45. §. cum testamento. ff. de administr. tut.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup. c. 18. quæst 3. reg. 2. except. 5. replic. 1. cum seq.*

VII. Exceptio: Nisi tutor tempore finitæ tutelæ fuerit soluendo, tunc enim quamuis postea soluendo esse desierit, ad periculum magistratus non pertinet, *l. Aemilius. 52. ff. de administratione tutorum l. tutores. 5. in fine. ff. de confirmando tutore.*

& l.1.§.si magistratus.ff.de magistr.conueniendis.

VII I. Exceptio: Nisi magistratus omnia quæ ad se pertinebant; fecerit, tunc enim, quamuis tutor postea soluendo esse desierit, extra periculum est magistratus, *d.l.1.§.si magistratus.& l. quod ad hæredem.6.§.si vero cauit.ff.eod.tt.*

IX. Exceptio: Nisi pupillo sit satisfactum, approbatur *per ea quæ proponuntur inf.reg.prox.*

III. QVIBVS ACTIO PROposita competat?

I. Regula, De tutore qui pro contutore soluit. Huic regulariter aduersus magistratum actio nõ datur, *l.2.ff.de magistr.conueniend.* Cuius exceptio est: Nisi tutori nulla culpa imputari possit, quod à collega non sit satis acceptum, *l.quod si.3.C.eod.tt.*

II. Regula, De hæredibus pupilli, proponitur *l.1.§.non tantum.ff.de magistr.conueniendis.*

IV. ADVERSVS QVOS datur?

I. Regula, De hæredibus magistratus. Aduersus hos etiam datur. *Inst.de satisd.tut.* §. *subsidiaria. ibi: quæ quidem.* Huius regulæ exceptio est: Nisi nihil dolo neque lata culpa defuncti factum sit: sed tantum culpa leui. *l.non similiter.4.ff. de magistratibus conueniend. l.quod ad hæredem.6.ff.eodem tt. item l. 2.C.eodem tt.*

II. Regula, De patre magistratus. Hic de peculio tenetur, *l.1.§.si.ff.de magistr.conueniendis.*

III. Regula, De fideiussore magistratus. Hic proposita actione non tenetur, *l.1.in pr.ff.d.tt.*

IV. Regula, De nominatoribus magistratus. Nec hi proposita actione tenentur, *d.l.1. in pr.*

V. Regula, De ordine in quo est magistratus, qui tutorem dedit. Hic quoque regulariter proposita actione non tenetur, *d.l. 1. in princip,* Huius exceptio est: Nisi ordo in se periculum receperit, approbatur certo modo *d.l.1.in prin.* vbi ait Iurisconsultus: Dici debet, teneri eos qui præsentes fuerunt. Ergo nec hoc casu in ordinem vniuersum dabitur actio, sed in præsentes tantum; quod replicationis loco notandum.

VI. Regula, De collega eius qui tutorem dedit. Aduersus hunc quoque actio competit, approbatur simul & distinguitur *d.l.1.§.si inter.* Plura vide *inf.quæst.prox.*

VII. Regula, De prætore, præside, & aliis superioribus magistratibus, qui instructione magistratus municipalis tutores dant. Hi proposita actione non tenentur, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.q.2.except.generali* I.

VIII. Regula, De scriba, cuius vitio non omnes pupilli facultates sunt descriptæ. Hic quoque tenetur, *l.vlt.C.de magistr.conueniendis.*

V. QVID VENIAT IN ACTIOne proposita?

I. Regula: Singuli magistratus non nisi pro parte virili tenentur, *l.si tu.3.C.eod.tt. l. in magistratus.7.in fi.ff.eod.tt.* Cuius exceptio prima est: Nisi dolo vel lata culpa vtriusque collegæ factum sit, *d. l.7.* Secunda: Nisi vnus alterum solum tutores dare, vel satis exigere permiserit, tunc enim in eum qui solus gessit, in solidum competit actio, *l.1.§.si inter.ff.de magistratibus conueniendis.* Tertia: Nisi vnus non sit soluendo, tunc enim in alterum in solidum competit actio, *d.§.si inter.d.l.7.in fine.& d.l. 3.ibi; & vtrique soluendo estis.item l. magistratus.8.ff.de magistratibus conueniendis.*

II. Regula: Pater magistratus non nisi de peculio tenetur, *l.1.§.finali.ff.d.tt.*

VI. ADIVNCTA, SEV DE probationibus.

Vtri incumbat probatio, si quæratur vtrum fideiussores eo tempore quo accipiebantur, idonei fuerint nec ne? definitur *l.1.§.magistratus.ibi: probatio autem.ff.de magistratib.conueniendis.*

DE CONTRARIA TVTELÆ actione.

CAP. XXII.

HActenus actiones quæ minori, cuius tutela vel cura gesta est, ratione tutelæ vel curæ competunt, propositæ sunt atque descriptæ: nũc restat actio quæ ei qui tutelam vel curam gessit, contra minorem competit, quæ dicitur contraria tutelæ actio.

I. Ratio huius actionis proponitur *l. 1. in pr. ff. de contraria tutelæ actione.*

II. CAVSA PROPOSITÆ actionis.

I. Causa: Si in rem pupilli tutor aliquid impendit, hac actione consequitur. *Inst.de obligat.quæ quasi ex contr. §. tutores. ibi; non tantum. & l. 2. in prin. ff.vbi pupillus educ.* Huius exceptio prima videtur esse: Nisi decretum prætoris de impendendo nõ præcesserit, sed reprobatur *l.sumpt.3.C.de administr. tut.l.2.C.de alimentis pupillo præstand.* Plane admittitur in donationibus pupilli nomine factis, *de qua re vide sup.c.11.offic.5.reg.10.in fi.* Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi in ipsum tutorem, non res pupilli sit impensum, *l.à tutoribus.32.§.fin. ff. de administr.tut.* Tertia: Nisi pupillo pro contutore soluerit, *l.1.C.de contrario iudicio tutelæ.* Sed plura de exceptione proposita eiusque replicationib. vide *sup.c.17.exc.30.* Quarta exceptio videtur esse; Nisi tutor id soluerit vel impenderit, quod ad officiũ contutoris pertinebat, sed reprobatur *l.Titiũ.46. §.fin.ff.de administr.tut.* Quinta est: Nisi indebitum tutor impenderit vel soluerit, *l. sine hærede. 31. §. Lucius Titius.ff de administ.tut.l.tutor.12.§.in soluendis. ff.d.tt.* Plane quæ sint debitæ causæ, in quas tutori nomine pupilli sit impendendum, definitur *sup. c.11. offic. 5.* Sexta exceptio est: Nisi plus æquo impenderit. *De hac exceptione vide inf.q.5.* Septima: Nisi non bona fide impenderit, *l.quid ergo.3 §. penul. ff. de contraria tutelæ actione.* Octaua: Nisi non expediat pupillo id, in quod impensum est, *d.l. 3. in pr. ibi, sic tamen.* Huius replicatio est: Nisi euentum aduersum habuerit id quod gestum est. *d.l.3.§.sufficit.* Nona exceptio: Nisi non tutor, sed is qui pro tutore negocia gerit, impenderit, reprobatur *l. 1. §. hæc actio.ff.de contraria tutelæ action. & l.vlt. ff. de eo qui pro tutore.* Decima: Nisi non tutor, sed curator gesserit & impenderit, reprobatur *d.§.hæc actio. & l.ait prætor. 3. §. furiosi. ff. negociorum gestorum.* Vndecima: Nisi non tutor, sed hæres tutoris impenderit, reprobatur, *l.hæredem. 5. ff. de contraria tutelæ actione.* Duodecima: Nisi ante vel post tutelam, nõ in ipsa tutela sit impensũ, reprobatur *l. quid ergo.3.§.3*

licio.ff.d.tt. Decimatertia: Nisi tutelę actio pupillus non agat, reprobatur *l.1.§.fin.ff.de contr. tutelæ act.l.si pater.3.§.fin.C.d.tt.* Decimaquarta: Nisi de rationibus distrahendis actione agat, reprobatur *l.2.ff.d.tt.* Decimaquinta: Nisi tutor tanquam suspectus sit remotus, reprobatur *l. decima.4.ff.d.tt.* Decimasexta: Nisi cum tutelæ iudicio ageretur, iudex replicationem oppositam reprobauit, *l.1. §. præterea. ff. d. tt.* Hæc de prima propositæ actionis causa, eiusque exceptionibus sint dicta.

II. Causa: Si tutor se pro pupillo obligauit, agere proposita actione potest, vt liberetur, *l.si tutor.6.ff.d.tt.Instit.de obligat.quæ quasi ex contr.§.tutores, ibi non tantum.*

III. Causa: Si pater pupilli tutori aliquid debuit, illud actione proposita persequi potest, *l.1.§. an in hoc.ff.de contraria tutelæ actione.& l.2.ibi, cum aut compens.C.de in litem dando tutor.*

IV. Causa: Si certum salarium tutori constitutum sit, hac actione persequi potest, *l. à tutoribus. 32.§.fi.ff.de administr.tut.*

V. Causa: Si liberari velit actione tutelæ, actione proposita consequi non potest, *l.quid ergo.3.§. contrarium. ff. de contraria tutelæ actione.* Hactenus causæ propositæ actionis enumeratæ sunt: quarũ exceptiones generales vide *sup.caus.1.*

III. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De hæredibus tutoris. His quoque datur actio proposita, *l.quid ergo.3.§.fi ff. de contraria tutelæ actione.*

II. Regula, De fideiussoribus tutoris, proponitur *l.si cum.5.ff.de fideiussorib.tutor.*

IV. ADVERSVS QVOS competit?

De hæredibus pupilli proponitur *l. quid ergo. 3. §.fi.ff.de contraria tutelæ actione.*

V. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula, De eo quod plus æquo impendit. Hoc non venit, *l.2.§.1.ibi, nec enim permittendum. ff. vbi pupillus educari.* Plura de regula proposita vide *sup.quæst.2. caus.1.except.5.item d.offic.5.*

II. Regula, De eo quod amplius quam est in facultatibus pupilli; impensum est. Hoc quoque venit in actione proposita, approbatur simul & distinguitur *l.quid ergo.3.in princ.ff. de contraria tutelæ actione.* Exceptio est: Nisi non expediat pupillo plus esse impensum, *d.l.3. in pr.* Cuius replicatio esse videtur: Nisi vel prætor vel pater pupilli tantum decreuerit, sed reprobatur *l.2.§.pen. & vlt. ff. vbi pupillus educari.*

III. Regula, De vsuris. Hæ quoque in actione proposita veniunt, approbatur simul & declaratur *l.quid ergo.3.§.contrarium.ibi: consequitur.ff.de contraria tutelæ actione.* Huius exceptio prima est: Nisi tutor contra pupillo tutelæ actione teneatur, tunc enim compensantur vsuræ, *d.l.3.§ plane si forte.* Secunda: Nisi tutela finita sit, tunc enim videtur, quod non amplius currant vsuræ. verum reprobatur *d.l. 3.§.vsuras.* Tertia exceptio est: Nisi fuerit in substantia pupilli vnde impenderetur, vt tutor de suo impendere non habuerit necesse, vel vnde tutor sibi soluere potuit, *d. §. vsuras.* Huius replicatio: Nisi in alium vsum pecunia pupillaris fuit deposita, approbatur sub conditione, *d. §. vsuras.*

VI. QVANDO ET QVAMDIV competat actio proposita?

I. Regula: Finita demum tutela, competit. *l. 1.§.finito.ff. de contraria tutelæ actione.* Huius exceptio prima est: Nisi non tutor, sed curator proposita actione agere velit. *d.§.finito.* Secunda, Nisi ad litem datus tutor, proposita actione agit, *l. ad litem.4.C.de in litem dando tutore.* Tertia, Nisi tutor à tutela sit remotus, *l.à tutela.4.ff. de contraria tutelæ actione.*

II. Regula, Perpetua est actio proposita, *l. quid ergo.3.§.fi.ff.d.tt.*

VII. ADFINIA PROPOSITÆ actionis remedia.

I. Regula, De compensatione opponenda, si tutor tutelæ actione conueniatur, proponitur *l. 1.§.præterea.ff.de contraria tutelæ actione.l.si pater.3.C. eod. tt. item l.2.ibi, cum aut compens.C.de in litem dando tutore.*

II. Regula, De cautione in tutelæ iudicio tutori officio iudicis præstanda, de eo quod ei debetur restituendo, proponitur *l. si tutelæ. 3.ff. de tutelæ actione.*

III. Regula, Curatori contraria non tutelæ, sed negociorum gestorum actio datur, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.ca.18.quæst.9.reg.1.except.4.* Hactenus de tutela & cura. Sequitur quartum ius personarum, quod est seruorum.

FINIS LIBRI QVINTI.

DE

LE POTESTATE DOMINORVM IN SERVOS, AC IVRE patronatus & libertorum.

LIBER SEXTVS.

DE SERVITVTE, SEV IVRE personarum.

CAP. I.

I. DEFINITIO SERVITVTIS & seruorum.

PRIMÒ: Definitio rei proponitur *Instit. de iure personarum. §. seruitus autem. & l. libertas. 4. in princ. ff. de statu hominum.*

II. Definitio nominis habetur *d. l. 4. §. fi. Concordat iisdem verbis Inst. de iure personarum. §. serui. 239. §. 1. ff. de verb. signif.*

II. QVO IVRE SERVITVS sit introducta?

Iure gentium est introducta, *Instit. de his qui sui vel alieni. §. in potestate. Concordat iisdem verbis l. 1. §. 1. ff. eod. tt.*

III. Diuisio seruorum proponitur *Instit. de iure personarum. §. serui autem.*

IV. SPECIES ET IVRA DOMINICÆ potestatis.

I. Regula: Vitæ necisque potestatem dominus olim in seruos habuit, *d. §. in potestate. Cui concordat d. l. 1. §. 1. iisdem verbis.* Mutatum est hocius allo iure nouo *Instit. d. §. in potestate. vers. sed hoc tempore. Cui iisdem verbis concordat l. 1. §. fi. cum lege sequente. ff. de his qui sui vel alieni iuris.*

II. Regula: Iure itaque nouo non licet dominis vltra modum in seruos suos sæuire, *vt iam dictum est. Cui concordat l. 2. §. fin. ff. d. tt.* Similia exempla proponuntur *l. circumcidere. 11. §. seruo, & §. fin. ff. ad leg. Cornel. de sicariis.*

III. Regula: Quidquid seruus adquirit, domino adquirit. *Instit. de his qui sui. ibi, in potestate. ibi, & quodcunque.* Huius regulæ leges concordantes, simul & exceptiones vide *in Parte 3. lib. 7. de rerum dominio, cap. 2. reg. 1. & reg. 3.*

IV. Regula: Melior domini conditio per seruos geri potest, deterior fieri non potest, *l. melior. 175. ff. de regulis iuris.* Exemplum proponitur *l. penult. ff. depositi.* Huius regulæ exceptio est: Nisi non de amittendo, sed de adquirendo, & alium obligando agatur, approbatur exemplo *l. bona fide. 27. §. 1. ff. ad S. C. Velleianum.*

V. Regula, De dominio in seruos ex iure Quiritum. Hoc tollitur *l. vnica. C. de nudo iure Quiritum.*

VI. Regula: Inter dominum & seruum nec obligatio nec actio consistit: approbatur simul & distinguitur *inf. in Parte 5. de oblig. & actionibus.*

VII. Regula: Serui iure ciuili pro nullis habentur; ideoque non obligantur, nec in iudicio vel agere vel conueniri possunt, approbatur *per ea quæ proposita sunt inf. l. 15. c. 4. reg. 2. & cap. 5. reg. 1. M. I. R. lib. 3. cap. 12. reg. 73.*

VIII. Regula: De matrimonio seruorum vide *sup. lib. 4. cap. 3. except. 35. Sed & de hoc proponitur l. vlt. C. de seruis fugitiuis.* Sunt & plura seruorum iura, quæ infra suis locis proponentur.

DE PECVLIO SERVORVM ET filiorum familiarum.

CAP. II.

INter iura seruorum numerantur etiam iura peculii, quæ tam seruis quam filiis familiarum olim fuerunt communia. De quibus in hoc capite dicetur.

II. Definitio peculii proponitur *l. depositi. 5. §. fin. cum lege sequente. ff. de peculio. & l. peculii. 4. in princ. ff. eod tt.* Plane alio modo peculium dicitur pecunia, quæ præsidii causa reponitur, *l. si chorus. 77. §. 1. ff. de leg. 3.*

II. Diuisio peculii habetur *l. peculii. 37. in pr. ff. de inoffic. testam.*

III. PROPRIA PECVLII.

I. Regula: Quasi patrimonium liberi hominis intelligitur peculium, *l. quoties. 47. §. fin. & l. peculium. 39. ff. de peculio.*

II. Regula: Peculium nascitur, crescit, decrescit, moritur; & ideo homini simile est, *l. peculium. 40. ff. d. tt. & l. vlt. ff. quando actio de peculio.*

III. Regula, De possessione rei peculiaris adipiscenda, retinenda & recuperanda, proponitur *l. filiusfamilias. 93. ff. de regulis iuris.*

IV. Regula: Peculium ex voluntate domini pendet, approbatur *inf. quæst. prox. in pr. item l. quam Tuberonis. 7. §. tam autem. ff. de peculio.*

IV. DE PECVLIO CONSTItuendo & adquirendo.

Causa seu modus constituendi peculii est: Si seruus aliquid in peculio domini voluntate habet, *l. peculii. 4. in prin. ff. de peculio. & l. peculium. 39. ff. eod. tt.* Huius causæ seu regulæ exceptio prima est: Nisi sine voluntate domini seruus aliquid in peculio habeat, *quæ constat ex legib. iam propositis.* Secũda exceptio, primæ non dissimilis, hæc est: Nisi seruus ignorãte domino aliquid habeat, *d. l. 4. §. ex his.* Cuius replicatio prima est: Nisi tale sit, quod etiamsi resciisset dominus, passurus sit esse in peculio, *l. non solum. 49. in princ. ff. de peculio. l. quam Tuberonis. 7. §. scire. ff. eod. tt.* Altera; Nisi seruus ordinarius vicario seruo peculium constituerit, *l. peculii. 4. §. fi. ff. de peculio. l. definitionem. 6. ff. eod. tt.* Tertia exceptio est; Nisi sine traditione dominus seruo rẽ in peculium concessit, approbatur simul & distinguitur *l. non statim. 8. ff. de peculio. l. non solum. 49. §. fin. item l. peculii. 4. §. si vero nomina. ff. eod. tt.* Cuius replicatio prima est; Nisi res quæ in peculium conceditur, sit penes seruum, *d. l. 8. l. quam Tuberonis. 7. §. sunt quidã. & l. peculium. 39. ff. eod. tt.* Altera, Nisi dominus

dominus seruo debitum remiserit, *l. peculii. 4. §. sed hoc ita. ff. de peculio.* Quarta exceptio videtur esse; Nisi dominus seruo non nominatim concesserit, vt rem in peculio haberet, sed reprobatur *l. quam. 7. §. sunt quidam. ff. de peculio.* Quinta est; Nisi pupillus dominus seruo peculium concesserit. *l. licet. 3. §. idem adiicit. ff. de peculio.* Huius replicatio est; Nisi peculium ante fuit constitutum, tunc enim propterea quod Dominus sit pupillus, non adimitur, *l. quam Tuberonis. 7. in prin. ff. eod. tt. l. licet. 3. §. in furiosi, ibi. nam & huius. ff. d. tt.* Sexta exceptio est: Nisi dominus concedens, furiosus sit, *d. l. 7. in princ. & d. §. in furiosi.* Septima, Nisi pupillo peculium concedatur, reprobatur *d. l. 7. §. tam autem.* Octaua: Nisi res quæ in peculium conceditur, sit immobilis, vel seruus, vel ius aliquod incorporale, reprobatur *d. l. 7. §. in peculio.* Plane quæ in peculium connumeranda, quæ contra ex eo deducenda, proponentur *in actione de peculio.*

V. DE PECVLIO amittendo.

Causæ seu modi quibus peculium amittitur, hic proponentur.

I. Causa amittendi peculii est, Si dominus nolit rem peculii esse, *l. non statim. 8. in fin. ff. de peculio.*

II. Causa; Si seruus domino debeat. Ex eo enim minuitur vel amittitur peculium, *l. sed si. 9. §. præterea, ibi, nam vt eleganter. ff. d. tt.* Plane causa proposita intelligenda est, si dominus de peculio serui nomine conueniatur, tunc enim quod domino debetur, ex peculio deducitur, *de qua re infra in actione de peculio dicetur.* Illa autem actione cessante, id quod seruus domino debet, antequam soluatur, nihilominus peculii manet, quod exceptionis loco notandum, *l. peculii. 4. §. pen. ff. de peculio.*

III. Causa videtur; Si dominus furere cœperit, vel pupillus sit, sed reprobatur *l. quam Tuberonis, 7. in pr. ff. d. tt.*

IV. Causa; Si seruus vel filius furere incipiat, reprobatur *d. l. 7. §. tam autem.*

V. Causa; Si seruus fuerit manumissus, vel mortuus, desinit esse peculium, approbatur simul & distinguitur *l. definitione. 3. ff. quando actio de peculio.*

Exceptio propositarum causarum generalis.

Exceptio generalis iam dictarum causarum videtur esse talis, Nisi ignorante domino accidat id, quo peculium amittitur, verum reprobatur *l. peculii. 4. §. ex his apparet. ibi, sed sæpe. ff. de peculio.*

VI. DE LIBERA PECVLII administratione.

I. Regula; Quis liberam peculii administrationem concedere possit? De curatore domini proponitur *l. curator. 24. ff. de peculio.*

II. Regula; Causæ ex quibus libera peculii administratio amittitur, proponuntur *l. libera. 48. in prin. ff. d. tt.*

III. Regula; De effectu liberæ administrationis peculii habetur *d. l. 48. in fine.*

IV. Regula, Item de effectu liberæ administrationis, proponitur *l. qui peculii. 46. ff. eod. tt.* Sed & plures liberæ administrationis peculii effectus sunt passim suis locis inserti; vt an donare possit, *inf. lib. 14. cap. 14. & c.* Hactenus igitur de peculio dictum sit. De actione autem de peculio dicetur *inf. lib. 45. c. 11.*

DE CAVSIS AC MODIS, QVIBVS seruitus constituitur & adquiritur.

CAP. III.

TRia causarum genera, ex quibus serui efficiuntur, proponuntur *Instit. de iure personarum. §. serui autem. Concordat l. & seruorum. 5. §. 1. ff. de statu hominum.* De singulis hisce causis, aliisq; similibus nunc ordine dicetur, & primum de natiuitate.

I. Causa est, natiuitas. Regulariter enim, quod ex ancillis nostris nascitur, seruilis conditionis efficitur, dominioque nostro subiicitur, *quæ causa ex iam propositis constat. Accedit M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 19.* Eius autem exceptio prima; Nisi pater liber fuit, reprobatur *l. partum. 7. C. de rei vendicatione. M. I. P. d. reg. 19. except. 1.* vbi distinguitur. Secunda; Nisi quis ancillam ignoraus in vxorem duxerit, & ex ea liberos pepererit, reprobatur *Nou. cap. 22. §. si vero cum quis.* Tertia antequam mater in seruitutem fuerit redacta, editus sit, *l. libertina. 9. C. de ingenuis manumiss.* Quarta: Nisi antequam mater serua fieret, conceptus sit. *l. & seruorum, 5. §. ingenui. ibi: econtrario. ff. de statu hominum. Instit. de ingenuis. §. sufficit, iisdem fere verbis. l. Imperator, 18. ff. de statu hominum, l. vlt. ff. de sententiam passis item l. si ante. 4. C. de pœnis.* Quinta exceptio est; Nisi postquam mater ex seruitute ad libertatem peruenit, natus est, *l. & seruorum. 5. §. ingenui. ff. de statu hominum, Inst. de ingenuis. §. sufficit iisdem verbis. M. I. P. d. reg. 19. except. 2.* Huius replicatio prima esse videtur, Nisi tempore seruitutis sit conceptus, quæ tamen reprobatur *d. §. ingenui.* Secunda, Nisi matre ab hostibus redempta, antequam pretium redemptionis solutum sit, filius ex ea nascatur, reprobatur *l. præses. 8. C. de postliminio. l. 2. C. de eod. tt. item l. si quis. 21. in prin. ff. de captiuis.* Tertia: Nisi ex ea quæ à minore manumissa est, natus sit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, quia huiusmodi manumissio non valet, *de quo inf. dicetur.* Eius autem duplicatio est, Nisi mater matrimonii gratia à minore sit manumissa, *l. si minor. 19. ff. de manumissis vindicta.* Sed & de hac re vide plura *inf. in manumissionibus.* Quarta replicatio, Nisi in ipso tempore conditionis libertatis existentis nascatur, reprobatur *l. Arescusa. 15. cum lege seq. ff. de statu hominum.* Quinta replicatio est, Nisi conditione libertatis matris existente, in nouam seruitutem mater sit redacta, tunc enim videtur, quamuis partus post existentem conditionem libertatis editus sit, nihilo magis liberum nasci. Sed reprobatur *l. si statuliber. 6. in princ. ff. de statuliber.* Hæc de quinta exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Sexta exceptio est, Nisi natus sit post conditionem, sub qua matri libertas erat relicta, matre ex alia causa rursus serua effecta, *approbatur sup. replic. prox.* Septima, Nisi mater intra tempus conceptionis & natiuitatis aliquo tempore libera fuerit. *Instit. de ingenuis. § ex his illud. l. & seruorum. 5. §. fin. ff. de statu hominum.* Octaua, Nisi cum ex captiua natus esset, mater cum filio postliminio sit reuersa, *l. commercio. 16. C. de postliminio. l. statulibera, 6. in principio, ibi, plane si apud hostes. ff. de statuliberis. l. apud hostes. 9. ff. de captiuis. l. diui. 26. ff. eod. tt. lib. 1. C. de postliminio.*

l.15.§.non minus.ff.ex quib. caus. maiores. Nona: Nisi voluntate domini mater ancilla in libertate fuerit morata, *l. si voluntate. 4. C. de fideic. libert.* Decima; Nisi ex matre ad tempus, non in perpetuum in metallum damnata, natus sit. *l.capitalium.28.§. D.Hadrianus.ff.de pœnis.* Vndecima: Nisi ex statulibera sit natus, reprobatur *l.statulibera. 16.ff. de statuliberis. l.cum vero.26.§.idem Imp.ibi,non tamen si ab. ff.de fideic.libert.item l.cum libertatem.3.C. de fideic. lib.* Vide plura *inf.exc.13.repl.1.* Duodecima: Nisi ex seruo patre, matre libera, sit natus. *Inst.de ingenuis. §.1.l.16.C.de postlim. item l. si ignorans.3. C. solut. matrim. M. I.P.d.reg.19.exc.3.* Decimatertia: Nisi post moram manumissionis seu libertatis matri præstandæ, partus sit editus, *l. Herennius. 22. ff. de stat. hom.l.cum vero.26.§. & ex die. & §. cum quidam. ff. de fideic.libert.l.si quis.53.ff.d.tt.item l.cum libertatem. 3.in fin. C.de fideic. liber.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi libertas nondum fuerit debita, die forte vel conditione eius pendente, *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.except.11.* Eius autem duplicatio est: Nisi per dominum vel hæredem stet, quo minus debeatur, aut dies vel conditio libertatis existat. *d.l.53.§.sed etsi nondum.l. Thais.41.§.Lucia.item l. sed etsi. 55. ff. d. tt.* Secunda replicatio est: Nisi non per dominum vel hæredem stet, quo minus libertatem ancillæ præstet, sed casu fortuito libertas impediatur, approbatur certo modo *l.si prægnans.13.ff.de fideic.libert.* Huius duplicatio est. Quod quamuis partus, libertate fortuito casu impedita, liberi non nascatur, matri tamen sit tradendus vt manumittatur, *quæ duplicatio ex iam propositis constat. Cui concordat l.cum vero 26.§.idem Imp. ff.d.tt.* Tertia replicatio est: Nisi mater libertatem debitam non petiit, *l.si voluntate. 4. in fin. C. de fideicomm.libert.* Cui videtur contradicere *l.si quis.53. ibi: vt vltro is qui eam debet, offerre debeat. ff. de fideicom. libert.* Plura de exceptione proposita vide *infra cap. 8.except.29.* Decimaquarta exceptio: Nisi mater antea libera existens, ob precium participandum se venire sit passa, & ob id serua effecta, reprobatur *l.is qui. 3. ff. quib. ad libertatem proclamare.* Decimaquinta: Nisi dominus ex ancilla liberos habens, ancillam postea manumiserit, ex hoc enim & filii efficiuntur liberi. *Nouell.const.78. §. vnde etsi cui.* Idem est, si dominus ancillam pro concubina vsque ad mortem habens, eam aliis non nominatim tanquam ancillam reliquerit: hoc enim casu ipsa cum natis libera efficitur, *ex l. si quis. 3.C.communia de manumiss.* Hactenus de natiuitate, prima seruitutis causa, sit dictum.

II. Causa est, captiuitas: cum liber homo capitur ab hostibus, *approbatur Instit. de iure personarum.§.serui autem.l.& seruorum.5.§.iure gentium ff. de statu hominum.Inst.de rer. diuis. §. item ea quæ. M. I. R. lib 3.cap.12.regul.68.* Exceptio prima est: Nisi captiuus ad suos sit reuersus, *quæ exceptio ex iam propositis constat. Cui concordat l. libertina. 9. C. de ingenuis manumissis, & l. adeo quidem.7.in prin.ff.de adquir.rer. dom.M.I.R.d.reg.68.except.3.* Huius replicatio videtur esse: Nisi redemptus ab hostibus, redemptionis precium nondum reddiderit, verum reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. causa prox. exc. 5.repl.2.* Secunda exceptio est: Nisi in bello ciuili à ciuibus, vel iis qui eiusdem sunt Imperij, quis captus sit, *l.hostes.24.ff.de captiuis.l.si quis.21.§ fi.ff.d. tt.l.cum cognatum.4.C.de ingenuis manumissis.* Plura de causa proposita vide *inf.lib.25.cap.16.*

III. Causa: Si liber homo vendatur. Hæc causa ipso iure reprobatur *l.ad mutandum. 11. C. de ingenuis manumissis.l.abducti.11.C.ad l.Fauiam de plagiariis. item l.si ex libertate.12.C.de liberali causa.* Exceptio prima est: Nisi liber homo ob participandũ precium se venire patiatur, *Inst.de iur.persona.§. penult.l.& seruorum.5.§.1.ff. de statu hominum.* Huius replicatio prima est; Nisi minor viginti annis se venundari passus est, *l. liberis. 7.§. 1. ff. de liberali causa. l.1.§.minori autem.ff.quibus ad libert. proclamare non licet.l.non ideo.5.§.cum ætatis allegatio,C.de liberali causa l.si ministerium.16.C.eod. tt.* cuius duplicatio est: Nisi minor, maior factus annis viginti, precium partitus est *d.l.7.§.1.& d.l.1.§. minori autem.* Secunda replicatio est: Nisi statuliber ob precũ participandum se venire patiatur. *l. Licinius. 4. §. pone statuliberum.ff.quibus ad liber.proclamare non licet.* Huius duplicatio est: Nisi pure ei libertas fuerit relicta, aut dies vel conditio libertatis tempore venditionis extiterit, *d.l.4.* Tertia replicatio est: Nisi liber homo passus quidem sit se vendi, sed non ob participandum precium. *l.liberis.7.in prin. ff.de liberali causa,l.non ideo.5.ibi. cum ætatis. C. eod. tt. l.1.C.quib. ad libert. proclam.item l.1.ff. quib. ad libert. proclam.* Quarta: Nisi precium is qui se ob illud participandum venundari passus est, non accepit. *d.l.1.* Quinta: Nisi precium emptori restituit. *l.2. in princ.ff.si libertus ingenuus esse dicatur.* Sexta: Nisi emptor sciens liberum hominem emerit, qui se ob participandum precium venire passus est. *l.liberis.7.§ si quis sciens.ff. de liberali causa. l. qui sciens. 33. ff.eod.tt.item l.Lucius.4. §. non enim de eo loquimur.ff. quibus ad libertatem proclamare.* Huius duplicatio prima est: Nisi is qui sciens liberum hominem emit, eum vendiderit ignoranti, *d. §. si quis sciens, & d.l.32.* Secunda: Nisi duo liberum hominem emerint, vnus sciens, alter ignorans, *d.l.7.§. si duo simul. l.si duo.5.ff.quibus ad libertatem proclamare.* Septima replicatio: Nisi liber homo vsumfructum tantum in se vendi passus sit, reprobatur *l.si vsumfructum.23. in prin. ff. de liberali causa.* Octaua: Nisi liber homo non vendi, sed donari, vel in dotem dari, vel pignori se obligari passus sit, reprobatur *d.l.23.§.1.* Nona: Nisi non vir, sed mulier passa sit se venire, reprobatur *l.his qui. 3.ff.quibus ad libertatem proclamare non licet.* Decima, Nisi is qui se venire passus est, sit manumissus, reprobatur *l. cum pacto.40.ff.de liberali causa.* Hæc de prima propositæ regulæ, causæque reprobatæ exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Secunda exceptio videtur esse, Nisi fiscus liberum hominem pro seruo vendiderit, verum reprobatur *l.non ideo. 5.C.de liberali causa.* Tertia; Nisi liber homo maior viginti annis venditus sit, reprobatur *d.l.5.* Quarta; Nisi pater filium suum vendiderit, reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.l.4.ca. 21.q.3.reg. 8.* Plane admittitur in casu paupertatis & penuriæ, *de quo d. reg.8.exc.1.* Hęc de venditione liberi hominis, tertia causa propositæ quæstionis, sed reprobata.

IV. Causa, Si liber homo in dotem datus sit, vel alio modo alienatus, reprobatur *l. vlt. C. de ingenuis manumissis.l.si ministeriũ.16. C. de liberali causa.*

Plane

Plane admittitur sub eadem conditione, sub qua superior quoque proxima, scilicet, Si alienatus sciens ex alienatione quid percepit. *l.si vsumfructum.23.§.1.ff.de liberali causa.*

V. Causa, De conuentione priuata, reprobatur *l.conuentio.37.ff.d.tt.& l.libertos.10. C.eod.tt.*

VI. Causa: Si liber obsequium seruitutis præstet. reprobatur *d.l.10.l.si tibi.23.C.eod.tt.l.2.C.de ingenuis manumiss.l.si vestram.11. C.eod.tt.l.titulo.3. C.de seruis reipubl.manumittendis.*

VII. Causa: Si seruile nomen quis habeat. reprobatur *l.ad recognoscendos.10. C. de ingen.manumissis.* Contradicit quodammodo *l.cum precum.9.C. de liberali causa.*

VIII. Causa, De pacto parentis, vt liberi seruiant. Nec ex hac causa seruitus potest constitui. *l.post.36.C.de liberali causa.*

IX. Causa: Si liber homo per plurimos annos pro seruo habitus sit. reprobatur *l.sola.3.C. de longi temporis præscrip.quæ pro libertate.l.scientis.6. C.de ingenuis manumissis. M. I.P. lib.5. cap. 2. reg.20. & cap.6. reg.21.in fin.repl.gener.1. dupl.6.*

X. Causa: Si libera mulier seruo nupserit. Hæc causa senatusconsulto Claudiano introducta, reprobatur iure nouo *Inst. de successionibus sublatis. §. fin.l.vnic. C.de S.C. Claudiano.l.libera.34. C. de liberali causa.l.si liber.3.C.eod.tt.*

XI. Causa: Si libertus ingratus fuerit erga patronum, in seruitutem potest reuocari, *per ea quæ habentur infra cap.11.quæst.1 caus.2.*

XII. Causa: Si libertus se ingenuum dicens, non probauerit. reprobatur *l.ingenuum.13.C.de ingenuis manumissis.*

XIII. Causa: Damnatus iudicio publico interdum libertatem amittit. *de qua re vide supr. lib.1.c. 14.q.4.de vltimo suppl.*

XIV. Causa: Si infans expositus educetur & alatur. reprobatur *l.nemini.19. C. de episcop. audient.l. sancimus.3 C.de infantib.expositis.M.I.P.d.cap.2.reg.21.* Hæc de causis constituendæ seruitutis, & adquirendæ dominicæ potestatis.

DE CAVSIS SERVITVTIS AC DOMINICÆ POTESTATIS AMITTENDÆ, & LIBERTATIS ADQUIRENDÆ.

CAP. IV.

PRima causa est manumissio, *de qua dicetur infr. cap.prox. cum sequentibus.*

II. Causa libertatis adipiscendæ est, Si seruus à domino hæres sit institutus. *approbatur Instit. de hæredibus instituendis. §. seruus autem. Instit. quibus ex causis manumit. non licet. idemq; iuris.item l.1. in princ. & l.5.in prin.C.de necessariis hæredib.* Exceptio prima est: Nisi seruus à domino hæres institutus, etiam sub conditione liber esse iussus sit, conditioque libertatis defecerit. approbatur simul & distinguitur *l.decisione. 6. C. d.tt.* Huius replicatio est: Nisi conditio non fuerit in potestate serui. *d.l. 6. vers.sin autem causalis.* Altera exceptio est: Nisi post institutionem seruus à domino fuerit alienatus. *Inst.de hæred instit. §. seruus autem.ibi: nam ipse alienatus.*

III. Causa: Si seruo à domino fideicommissum sit relictum, vel alimenta anci læ vt nutrici præstita. reprobatur *l.penult. ff. de probationibus.l.1. in fin.C.de necessar.hæred.* Plane admittitur in testatore milite, *Nouell.c.78.§.vnde etsi cui.ibi: deinde similes.l.40. §. 1.ff. de testam.militari.*

IV. Causa: Si seruus tutor sit datus. *Inst. qui testament.tutor.§.sed sciendum est. l.etsi.9. C. de fideicom. libert. l. quidam. 5. §. cum igitur. C. de necessariis hæredibus.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi alienum seruum quis tutorem filiis suis dederit. reprobatur *d.l.9.* Secunda: Nisi euidenter defunctum aliud voluisse appareat. *d.l.9.in fin.* Tertia: Nisi quis seruum liberum putans, tutorem dederit. *Inst. d. §.sed sciendum.ibi: plane si per errorem. l.si quis. 22. ff. de testam.tutel.item l.generaliter.24. §. si quis tutorem.ff.de fideicom.libert.*

V. Causa: Si seruus ad custodiam templi sit destinatus. reprobatur *l.seruos.35.ff. de liberali causa. l.2.in princ.ff.de pollicitationibus.*

VI. Causa: Si seruus voluntate domini in libertate sit moratus. *l.si voluntate.4 C.de fideic.libert.* Huius exceptio est: Nisi dominus ignorauerit seruum suum esse. *l.non videtur.28.ff. de liberali causa.*

VII. Causa: Si seruus per viginti annos in libertate sit moratus. *l.2.C.de longi temp.præscript.quæ pro libert.* Huius exceptio est: Nisi mala fide in libertate seruus fuerit moratus. *l.1.C.eod.tt.*

VIII. Causa: Si seruus ciuiles honores gessit, vel ad militiam aut aliquam dignitatem sit allectus. reprobatur *l.non mutant.11.C.de liberali causa. l.non idcirco.38. C. eod.tt.* Huius causæ reprobatæ exceptio prima est: Nisi Dominus certior factus, intra certum tempus seruum non vindicauerit. Secunda: Nisi sciente domino seruus ad militiam vel dignitatem adspirauerit. quæ duæ exceptiones approbantur *l. super seruis. 6. & l.7. C. qui militare possunt. Nouell.const.123.§ si seruus, vsque ad §. adscriptitios.item l.iubemus. 4. C.de præpositis sacri cubiculi.*

IX. Causa: Si seruus liberam in vxorem duxerit: vel contra, ancilla libero nupserit. *l.vnica.§.sed etsi quis. C.de Latina libert. toll. & Nouell.const.22. §. si vero cum quis. ibi: si enim ancillam.* Huius exceptio est: Nisi inscio vel inuito domino matrimonium sit factum. *d.§.si vero cum quis.*

X. Causa: Si dominus ancillam in vxorem duxerit, & nuptialia conscripserit instrumenta. *Nonell. const.78. §. vnde etsi cui.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi dominus nuptialia instrumenta non conscripserit. *d.§.vnde etsi cui.* Secunda: Nisi non pro vxore, sed pro concubina dominus ancillam habuerit. *l.de ancilla.29. C. de liberali causa. & l.libera.34.C.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi vsque ad mortem domini concubina eius permanserit. *l.si quis.3.C. communia de manumiss.* Cuius duplicatio est: Nisi dominus vxorem habuerit. tunc enim quia concubinam habere non potest, propositæ replicationi locus non est. *d. l.3. De qua re vide item supr. lib.4.cap.9. except.8.*

XI. Causa: Si seruus cum domino libertatem pactus sit. reprobatur *l post.36.C.de liberali causa & l.interpositas.13.§.fin. C. de transact.* Plane admittitur, si dominus à seruo ob eam causam pecuniam acceperit. *l.si liber.9.C. de condict. ob causam.*

XII. Causa: Si dominus seruum adoptauerit, vel filius nuncupatus sit. *l.vnic.§.similiq; modo.C.de Latina libert.toll.Inst.de adoptionib.§.fin.*

XIII. Causa: Si seruus in clerum sit allectus,

approbatur simul & distinguitur *Nouell.cap.*123. §.*si seruus, vsq; ad* § *adscriptitios.*

XIV. Causa: Si dominus pecuniam acceperit, vt seruum manumittat. *l.si quis.*19.*ff. de manumiss.* Huius exceptio prima: Nisi ex peculio pecunia domino sit data. reprobatur *d.l.*19. Cui quodammodo videtur contradicere *l. vnica.* §. *fin. C. si seruus extero se emi.* Secunda exceptio videtur: Nisi à seruo dominus pecuniam acceperit, vt eum manumittat. hoc enim casu, quia inter dominum & seruum pactum non subsistit, *vt supra caus.* 11. *est ostensum:* videtur nec causæ propositæ esse locus. verum exceptio hæc reprobatur *l.si liber.*9. *Cod. de condict. ob causam. l. cum adfirmes.*8. *C. de liberali causa.* Plura de causa proposita, eiusque exceptionibus vide *infr. caus. prox.*

XV. Causa: Si seruus suis numis sit redemptus. *l.qui se.*67.*ff. de iudiciis. l. is qui.* 4. *in princip. ff. de manumiss. Concordat l.si quis.*5. *item l.si quis ab alio.*19. *ff. eod. tt.* Confirmatio huius causæ proponitur *d.l.*4.§.1. Exceptio prima est: Nisi non suis, sed alienis numis seruus sit redemptus. *Hæc exceptio constat ex iam propositis*: verum eius replicatio prima est: Nisi non emptoris, sed alterius numis sit emptus. *d.l.*4.§.*proinde.* Secunda exceptio est: Nisi cum alius seruum sibi emisset, seruus illi preciũ de suo offerat. *d.l.*4.§.*si ab ignoto. l.si ex.*12. *C. de liberali causa.* Tertia: Nisi cum hoc ab initio ageretur, vt seruus suis numis redimeretur, seruus postea numos non dedit. *d.*§.*si ab ignoto.* Huius prima replicatio est: Nisi cum hoc ab initio ageretur, vt seruus suis numis redimeretur, emptor festinans ipse suos numerauerit. *d.* §. *si ab ignoto.* Secunda: Nisi emptor seruo numos prorogauit. *d.* §.*si ab ignoto. vers. proinde.* Tertia replicatio proponitur *infra except.*11. Quarta exceptio est: Nisi in ipsa venditione non fuerit expressum, vt seruus manumittatur. reprobatur *d.l.*4.§.*siue autem. ff. de manumissionibus.* Quinta: Nisi ita seruus emptus est, ne manumittatur. reprobatur *d.*§.*siue autem.* Sexta: Nisi non à priuato, sed à fisco vel republica seruus suis numis sit emptus. reprobatur *d.l.*4.§. *nihil autem.* Septima: Nisi fœmina seruum emerit. reprobatur *d.*§. *nihil autem.* Octaua: Nisi minor viginti annis vendiderit. reprobatur *d.*§. *nihil autem.* Nona: Nisi pupillus vel seruus emat. Et hæc reprobatur *ibidem.* Decima exceptio est: Nisi seruus suis numis redemptus, ad libertatem perduci non possit. *d.l.*4.§.*in illis.* Vndecima: Nisi non totum, sed pars precij tantum serui numis soluatur. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio proponitur *d.l.*4.§.*suis.* Alia *d.l.*4.§ *fin.* Duodecima exceptio est: Nisi socius qui partem in seruo habet, alteram partem serui numis redemerit. *d.l.*4.§.*quod si partem.* Decima tertia. Nisi dominus proprietatis vsumfructum serui eius numis redemerit. *d.*§.*quod si partem.* Decima quarta: Nisi fructuarius serui proprietatem eius numis emerit. reprobatur *ibidem.* Decima quinta: Nisi duo seruum emerint, vnus suis, alter serui numis. approbatur simul & distinguitur *d.l.*4.§.*penult.* Hæc de decima quinta causa libertatis.

XVI. Causa: Si cum ancilla vendita esset ne prostitueretur, sit prostituta. approbatur *l.vnica.* §.*similiq; modo. C. de Latina libertate tollenda. l.* 1. *C. si mancipium ita venierit, ne post. item l.si quis.* 6. *in fine. ff. qui sine manumiss. ad libertat. perueniunt.* Exceptio prima est: Nisi venditor sub hac conditione, Si fuerit prostituta: iniectionem manus sibi reseruauerit, tunc enim prostituta libera quidem non fit, sed ad venditorem per iniectionem manus redit. *d. l.*1. Huius replicatio est *infra except. prox.* Secunda exceptio; Nisi venditor legi venditionis renunciauerit. reprobatur *d.l.*1. *& l. Imperator.* 7. *ff. qui sine manumiss. ad libert.* Tertia; Nisi non emptor, sed is cui emptor rursus sine dicta lege vendidit ancillam, prostituit. reprobatur *d.l* 1.§. *fin. & l. diuus.*7. *in princip. ff. de iure patronatus.* Quarta; Nisi is qui tali lege, ne prostituatur, ancillam vendidit, eam prostituit. reprobatur *l. vnica.* §. *similique modo. ibi: vel si pristinus dominus. C. de Latina libert. toll. l. sed si.*10. §.1. *ibi: at si venditor. ff. de in ius vocando.*

XVII. Causa: Si seruus æger vel infans à domino eiectus sit, & pro derelicto habitus. *l.* 2. *ff. qui sine manumiss. ad libert. l.*1.§. *sed scimus. C. de Latina liber. toll. item Nouell. c.*153. *M.I.P. d. cap.*2. *reg.*22.

XVIII. Causa: Si seruus à domino in capitali causa non sit defensus. reprobatur *l. ille seruus.*9.§. 1. *ff. qui & à quib. manumissi. l seruus.*13. *ff. de statu hominum. item l. sciendum.*9. *ff. de publicis iudiciis.*

XIX. Causa: Si seruus iudicio publico sit damnatus. reprobatur *per ea quæ habentur supr. libro* 1. *cap.*21 *q.*3. *regul.*5.

XX. Causa: Si seruus fugitiuus in arenam se dederit. reprobatur *l. vlt. ff. de fugitiuis.*

XXI. Causa: Si seruus defuncti domini cadauer pileatus antecedat, vel in lecto cadaueris stet voluntate testatoris vel hæredis. *l. vnica.* §. *sed & qui. C. de Latina libert. toll.*

XXII. Causa: Si seruus domini mortem vindicauit vel detexit. *l. si necem* 4. *in princip. ff. de bonis libertorum. & l.* 1. *C. quibus ex causis serui pro præmio libert. accip.*

XXIII. Causa: Si seruus adulterinam monetam exercentes detulit. *l.*2. *C. d. tt.*

XXIV. Causa: Si seruus raptum virginis detulit. *l. si quis.*3. *C. eod. tt.*

XXV. Causa: Si seruus desertorem militiæ detulerit. *l. si desertorem.*4. *C. d. tt.*

XXVI. Causa: Si seruus ita venierit, vel legatus sit, vel per fideicommissum relictus, vt manumittatur: eo qui ad manumittendum seruum tenetur non manumittente, seruus ipso iure vel sententia prætoris vel iudicis sit liber. *de qua re vide infr. c.*8. *excep.*29. *item infr. cap.*15. *q.*4. *reg.*8. *except.*1.

DE MANVMISSIONE. CAP. V.

INter causas libertatis præcipuum locum obtinet manumissio. de qua in hoc & sequentibus aliquot capitibus dicetur.

I. DEFINITVR manumissio *Inst. de libertinis.* §. 1. *& l. manumissiones.*4. *C. de iustitia & iure.*

II. QVO IVRE INTRODVCTA est manumissio?

Iure gentium. *quod approbatur d.*§.1. *Instit. d. tt. & d. l.*4.

III. DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS manumissionem; & primum de iis quæ sumuntur ex persona manumittentis.

Regula

Regulariter quidem ex manumissione oritur libertas. *l. si ab eo.*7. *C. de liberali causa. M.I.P. lib.*5. *c.*2. *reg.*26. *M.I.R. lib.*3. *c.* 12. *reg.*75. Huius autem regulæ plures & variæ sunt exceptiones, quarum aliæ ipsi manumissioni insunt, aliæ vero eam sequuntur. Prioris generis exceptiones in hoc & sequentibus duobus capitibus proponentur: posterioris vero generis exceptiones proponentur infra capite 8. cum sequentibus. Prioris autem generis exceptiones desumptæ sunt partim ex persona manumittentis, partim ex persona manumissi vel manumittendi, partim ex persona eius apud quẽ manumittitur, partim ex modo & verbis manumissionis, partim denique ex aliis manumissionis circumstantiis, de quibus ordine dicetur: & primum de iis exceptionibus, quæ sumuntur ex persona manumittentis.

I. Exceptio: Nisi is qui per fideicommissum libertatem relinquit, aliud fideicommissum pecuniarium relinquere non possit. *elicitur ex lege generaliter.* 24. *in princ. ff. de fideic. libert.*

II. Exceptio: Nisi is qui alienare non potest, manumiserit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ex causa fideicommissi manumiserit. *l. alienę.*31. §. *qui fideicom. ff. de fideicom. libert. & l. non tantum.*51. §. *is autem. ff. d. tt.* Propositæ exceptionis species sequuntur. Sed & eius species est *infra cap. prox. except.*11.

III. Exceptio: Nisi filius familias, vel seruus seruum peculiarem manumiserit. *l. familias.*13. *ff. de iure patronatus. & l.*2. *C. qui manumitti non possunt.* Huius replicatio prima est: Nisi iussu patris filius manumiserit. *d. l.*13. *l. si consentiente.*16. *& l. nepos.*22. *ff. de manumissionibus.* Cuius duplicatio prima est: Nisi filius à patre iussus manumittere, post mortem demum patris manumiserit. *l. quæsitum.*15.§. *fin. ff. qui & à quibus manumiss. & l. si pater.* 4. *in princ. ff. de manumiss. vind.* Altera duplicatio est: Nisi voluntas patris sit mutata. *d. l.*15.§. *fin. & d. l.*4. *in princ.* Tertia: Nisi pater surdus vel mutus sit. reprobatur *l. surdi.*10. *ff. de manumiss. vindict.* Quarta: Nisi pater furiosus sit. *d. l.*10. Quinta: Nisi non speciem seruum pater filium manumittere iusserit, sed arbitrio eius permiserit, quem velit manumittere. reprobatur *l. pater.*22. *ff. d tt.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est: Nisi seruum castrensis peculij filius familias manumiserit. *l. si militi.*6. *ff. de castren. pecul. & l. de hæreditate.*19. §. *pater. ibi: denique filium. ff. d. tt.* Tertia: Nisi seruus putans se liberum, seruum manumiserit. *l. competit.*19. *ff qui & à quib. manumiss.*

IV. Exceptio: Nisi pupillus seruum suum manumiserit. *l. obligari.* 9. §. *ex hoc. ff. de author. tutor.* Huius replicatio prima videtur esse: Nisi ex causa fideicommissi pupillus manumiserit. sed reprobatur *l. ex causa.*11. *ff. de fideic. libert.* Secunda est: Nisi apud consilium pupillus manumissionis causa adprobata, manumiserit. *l. pupillus.* 24. *ff. de manumiss. vindict.* Tertia: Nisi tutore autore pupillus manumiserit. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi non apud consilium causa manumissionis adprobata, manumissio sit facta. *l. obligari.*9. §.1. *ff. de author. tutor.*

V. Exceptio: Nisi minor viginti annis seruum manumiserit. *Instit. quibus ex caus. manumit. non licet.* §. *eadem. & §. sed cum libertas. item l. ergo.* 4. §. *item si minor. ff. de fideic. libert.* Replicatio prima est: Nisi apud consilium minor manumiserit. *d* §. *eadem.* Cuius duplicatio prima est: Nisi non iustam manumittendi causam minor habeat. tunc enim nec apud consilium ei manumittere permittendum. *d.* §. *eadem. Concordat l. illud.*16. *in princ. ff. de manumiss. vind.* Hic quæ sint iustæ manumissionis causæ sciendum, quas vide *in replicationibus proximę sequentibus.* Propositæ autem duplicationis triplicatio est: Nisi causa manumissionis apud consilium semel adprobata & recepta sit. tũc enim ea, qualiscunq; sit, non amplius in dubium vocanda. *Inst. d. tt.* § *semel autem. l. iusta* 9. *ff. de manumissis vind. item l.*1. *C. de vindicta.* Altera propositæ replicationis duplicatio: Nisi pupillus apud consilium manumiserit. reprobatur *l. pupillus.* 24. *ff. d. tt.* Plane admittitur, si vel infans sit pupillus, vel sine tutoris authoritate apud consilium manumittat. *d. l.*24. Tertia nisi minor absens per procuratorẽ causam manumissionis, non ipse præsens, proponat. reprobatur *l. etiam.* 15. §. *absens. ff de manumissis vindicta.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione sint dicta. Secunda replicatio est: Nisi minor patrem, matrem, filium filiamue, aut fratrem sororemue manumittat. *Inst. quib. ex causis manumit. non licet.* §. *iustæ autem. l. si minor.* 11. *cum duab. legibus sequentibus. ff. de manumissis vindicta. & l. si rogatus.*20. §. *penult. ff. d. tt.* Huius duplicatio in fratre quidem & sorore hæc est: Nisi non naturalem, sed adoptiuum fratrem sororemue manumittat. *Quæ elicitur ex verbis d.* §. *iustæ autem. Concordat d. l.*11. *in fine.* Tertia replicatio est: Nisi minor pædagogum, nutricem educatorem, alumnum alumnamue aut collactaneum manumittat. *d.* §. *iustæ autem. l. si collactaneus.*13. *in princ. ff. de manumiss. vind. & l. alumnos.*14. *in prin ff. d. tt.* Quarta: Nisi filium filiamue cuius eorum, qui iam enumerati sunt, minor manumittat. *d. l.*13. *in princ.* Quinta: Nisi seruum capsarium minor manumittat. approbatur simul & declaratur *d. l.*13. *in princ.* Sexta: Nisi minor cognatum suũ, vel sanguine sibi iunctum manumittat. *l. vel si.*12. *ff. de manumiss. vindict.* Septima: Nisi minor seruum procuratoris habendi gratia manumittat. approbatur simul & distinguitur *Instit. quib. ex causis manumitt. non licet.* §. *iustæ autem. & l. si collactaneus, in princ. ff. de manumiss. vindicta.* Huius duplicatio prima est: Nisi seruus minor sit decem & septem annis. *Quæ ex iam dictis constat.* Secunda; Nisi vnum tantum seruum minor habeat. *d. l.*13.§.1. Octaua replicatio est; Nisi minor ancillam matrimonij habendi gratia manumittat. *Instit. quibus ex causis manumit.* §. *iustæ autem. d. l.*13. §. *fin. ff. de manumissis vindicta. & l. si rogatus.*20. §. *matrimonij. ff. d. tt.* Huius duplicatio prima est; Nisi prius non iuret minor, intra sex menses se eam in vxorem ducturum. *d.* §. *iustæ autem. & d.* §. *fin.* Secunda; Nisi mulier matrimonij habendi causa seruum manumiserit. ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est; Nisi in hoc seruus mulieri legatus sit, vt eum matrimonij causa manumittat. *l. alumnos.*14. §. *sunt qui. ff. de manumiss. vindict.* Tertia duplicatio; Nisi spado matrimonij habendi gratia manumiserit. reprobatur *d. l.*14. §. *fin.* Quarta est; Nisi castratus matrimonij habendi gratia manumittat. *d. l.*14. §. *fin.* Quinta; Nisi minor in dignitate positus libertam in vxorem du-

cere non possit. *elicitur ex l.si rogatus.20.§. matrimonij.ff.de manumissis vindicta.* Sexta: Nisi duo simul eandem matrimonij causa manumittant. *l. etiam.15.§.si duo.ff.eod.tt.* Septima: Nisi non is qui ancillam manumittit, in vxorem ducturus est, sed alius. *l.matrimonij.31.ff.qui & à quibus manumissi.* Octaua: Nisi minor manumissam intra sex menses non duxerit vxorem. adprobatur *per ea quæ dicta sunt supra ead.replicat in princip.* Eius autem triplicatio hæc est: Nisi iusta causa impediat. *Instit.quibus ex causis manumitt. §. iustæ autem.ibi: dum tamen intra sex menses.* Hæc de octaua replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Nona replicatio est: Nisi seruus insigni aliquo beneficio benemeritus sit de domino minore, & ob eam causam eũ velit manumittere, *l.iusta.9.in princ.ff. de manumissis vindicta.& l.etiam.15.§ ex præterito.ff.eod.tt.* Decima: Nisi conditionis implendæ causa minor manumittat. *d.l.25.in prin.* Vndecima: Nisi tutoris habendi gratia minor seruum manumittat. reprobatur *l.fin.ff.de manumissis vindicta.*

Duplicationes præcedentium replicationum generales.

Hactenus replicationes aduersus exceptionẽ propositam enumeratæ sunt, desumptæ ex causa manumissionis, quarum duplicatio generalis prima est: Nisi non apud consilium minor seruũ manumiserit. *Instit.quibus ex causis manumittere non licet.§.eadem. l.causam.20.in princ. ibi: non idem in fideicommissaria.ff.de manumissionibus. l.si rogatus.20. in princ.ibi: nisi proprium.ff. de manumissis vindicta.item l. illud.16.§.si quis.ff.eod.tt.* Hæc duplicatio locum habet in replicationibus hactenus propositis. Sunt autem & plures propositæ exceptionis replicationes, quæ sequuntur, in quibus duplicationi propositæ locus non est, nisi specialiter id exprimatur. Proinde triplicationum loco replicationes sequentes hic quoque poni possent. Altera præcedentium replicationum duplicatio est: Nisi fœmina minor ex causis prædictis seruum manumittere velit. reprobatur *l.si rogatus.20.§. penult.ff.de manumissis vindicta.*

Duodecima propositæ exceptionis replicatio est: Nisi minor rogatus sit, vel hoc modo seruum accepit, vt manumittat, *d.l.20.in princ.ff. de manumissis vindicta. l.causam.20.in prin.ff. de manumissionibus.item l.illud.16.§.si quis. ff. de manumissis vind.* Plane quæ in iam propositis legibus de causa manumissionis probanda, & apud consilium proponenda dicuntur, pertinent ad ea quæ paulo superius *duplicatione generali prima* dicta sunt. Decimatertia replicatio est: Nisi minor seruum hæredem necessarium scribat, & ita ad libertatem perducat. *l.qui potuerint.27.ff. de manumissis testamento.* Decimaquarta: Nisi minor seruo in testamento per legatum vel fideicommissum libertatem relinquat. *l. ergo.4.§. item si minor.ff.de fideicommiss. libertatibus.* vbi ait Iurisconsultus: Si modo potuit causam probare minor viginti annis. Ex his verbis elicitur prima duplicatio: Nisi minor iustam manumittendi causam non habeat. *de qua dictum supra replic.1.duplic.1. Concordat l.minor.5.C.eodem tit. item ea quæ habentur infra replicatione 21.* Plane iure nouo iam dicta duplicatio in proposita quidem replicatione mutata ac sublata est, *Instit.quibus ex causis manumittere non licet. §. cum ergo.* Altera duplicatio est: Nisi minor sit decem & septem annis, qui in testamento libertatem seruo relinquit. *d.§.cum ergo.* Hæc duplicatio etiam mutatur & tollitur *Nou. c.119. §. sed & hoc.* Decimaquinta replicatio est: Nisi minor non suo, sed alieno seruo libertatem paciscatur, vel per fideicommissum relinquat. approbatur exemplo *l.inuitem.34. §.1.ff.de fideicomm.libert.* Decimasexta: Nisi minor seruum sibi pignori obligatum, vel in quo habet vsumfructum, manumitti patiatur. *l.si pater. 4.§. fin.ff.de manumissis vindicta.& l.2.ff. eodem tit.* Decimaseptima: Nisi minor seruum sibi cum alio communem manumittat. reprobatur *d.l.4.§.fin.* Decimaoctaua: Nisi cum duo minores annis, seruum communem manumitterent, vnus eorum causam manumissionis apud consilium probauerit. hoc enim casu quamuis alter nihil probauerit, valet tamen manumissio. *l.seruus.5. ff.de manumiss.vindicta.* Decimanona: Nisi minor seruum suum alienauit hoc modo, vt manumittatur. reprobatur *l.minor.4.ff. de seruis exportandis. l.si quis.7. §.fin.ff.qui & à quibus manumissi.l.si quis.31.ff de leg.2. l.si minor. 66. ff. de verb. oblig. item l.si minor.4.* **C.** *qui manumittere non possunt.* Plane admittitur, si minor iustam manumittendi causam habuerit: vtputa si ita seruum acceperit, vt eum manumittat, vel fideicommissariam libertatem ei debeat. tunc enim traditio alij facta vt manumittatur, valet. *l.si cum. 16.in princ. & §.1. ff. qui & à quibus manumissi.* Vicesima replicatio est: Nisi minor patris consensu seruum manumiserit. *l.si consentiente.16.ff. de manumiss.* Vicesimaprima: Nisi miles minor viginti annis seruum manumiserit. reprobatur *l.nec militi 3.ff. de manumiss.testam.& l.si Rufinus.4.C.de testam.milit.* Plane pertinent hæc ad ea quæ dicta sunt *supr.replic.14.dupl.1.* suntque iure nouo mutata & sublata. *de quo dictum supr. d.dupl.1.* Vicesimasecunda replicatio est: Nisi minor vltimo die vicesimi anni seruum manumisit. *l.1.ff. de manumissionibus.& l.si minor.66.ff.de verb.oblig.* Hactenus de quinta propositæ regulæ exceptione, eiusque replicationibus sit dictum.

VI. Exceptio: Nisi is qui soluendo non est, seruum suum manumiserit. *Instit. quibus ex causis manumitt. non licet. l.si cum.16.§. ne quis.ff. qui & à quibus manumissi.* Declaratur *Instit. d. tt. §. in fraudem.Cui concordat l. in fraudem.10.ff.qui & à quib.manumiss.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi ignoret se soluendo non esse qui manumittit, vel animum fraudandi creditores non habeat. *Inst.quibus ex causis manumit. non licet. l.semper.23.ff. qui & à quib. manumissi. l. qui habeat.54.§. scripti.ff.de manumissis testam.l.1.C.qui manumitt.non possunt. item l. primo gradu.23. ff. quæ in fraud. credit.* Huius duplicatio prima est: Nisi fideicommissaria sit libertas. hæc enim impeditur, quamuis testator animum fraudandi non habuerit. *l. si debitor.7.C.qui manumitt.* Secunda: Nisi alius, qui voluntate domini seruum eius manumittit, sciat dominum non esse soluendo: vel contra sciat dominus, ignoret alius. *l.si cum.16.§.fin.ff.qui & à quibus manumissi.* Secunda replicatio est: Nisi is qui soluendo non est, seruum cum libertate hæredem necessarium scribat. *Instit.quibus ex causis manumitt.non licet.§.1. & l.vlt.§.fin.C. de necessariis hæredibus.* Huius duplicatio prima est: Nisi alia ratione

tione seruus liber fieri non possit. *l.si non.18.in pr. ff.de hæred. instituend.* Exemplum proponitur. *l.2. C.d.tt.* Secunda: Nisi alius quoq; domino ex eodem testamento hæres existere possit. *Inst.d.§.1.l. qui soluendo.40.cum lege sequente.ff.de hæred.inst.l.si is. 55.ff.d.tt.* Huius triplicatio prima est: Nisi alius qui simul quoque hæres institutus est, hæres esse aut nolit, aut non possit, aut ante aditam hæreditatem sit mortuus. approbatur *per ea quæ proposita sunt paulo superius eadem duplicatione, in prin.* Secunda: Nisi alius sub hac conditione, Si Stichus hæres erit: hæres sit institutus. *l.ei qui.86.ff.d.tt.* Tertia, Quod pluribus seruis hæredibus scriptis, is qui prior scriptus est, liber hæresque necessarius fiat, cæteris inutiliter institutis & manumissis. *l. qui soluendo.58.ff. d.tt.l. si non.81.§. temporibus ff.d.tt. item l.si quis. 24.in princ.ff. qui & à quibus manumissi.* Huius triplicationis quadruplicatio prima est: Nisi duo pluresue simul hæredes scripti sint, vt non appareat vter prior, vter posterior sit institutus: tunc enim neuter hæres erit. *l.qui soluendo. 40.cum l.sequente.ff.de hæredib.instituẽdis.* Altera: Nisi ei qui secundo loco hæres scriptus est, libertas à testatore debeatur. tunc enim non is qui primo, sed qui secundo loco hæres scriptus est, liber hæresq; necessarius est. *l.si is.53.ff.d.tt.* Quarta triplicatio est: Nisi vnus directo hæres sit institutus, & alteri hæreditatem restituere sit rogatus. tunc enim vterque potest esse hæres, & seruus fideicommissarius fit liber. *l.si non.81.§. temporis. ff. d.tt.* Quinta: Nisi miles in testamento militari in fraudem creditorum plures hæredes scribat. reprobatur *l. in fraudem. 15. in princ.ff. de militari testam.* Hæc de secunda propositæ exceptionis replicatione, eiusque duplicationibus sunt dicta. Tertia replicatio est: Nisi ea lege seruum accepit is qui soluendo non est, vt eum manumittat. *l.Ælianus. 10.ff.de manumissionibus.* Quarta: Nisi is qui soluendo non existens seruum manumisit, locuplete hærede relicto decesserit. reprobatur *l.si locuples. 57.in prin.ff.de manumiss.test.l.cum hæreditas.5. in prin. ff.qui & à quib.manumissi.l.si mortis.18.in fin.ff. eod.tt. item l.in fraudem.5.C.de testament.manumiss.* Quinta: Nisi is qui soluendo non est, ita seruum manumiserit: Cum æs alienum fuerit solutum, liber esto *l.si locuples.57.§. quam sententiam. ff. de manumiss. test.in. & l.cum hæreditas. 5. §.1. ff. qui & à quib.manumiss.* Sexta: Nisi alicui libertatis conseruandæ causa bona defuncti sint addicta. *Instit.de eo cui libertatis causa, in prin.* Septima: Nisi creditor suo iure renunciauerit. *l.1.in fin.ff. de statuliberis.* Octaua: Nisi post relictam demum libertatem æs alienũ contrahatur, & soluendo esse desinat. reprobatur *l.si mortis.18.in pr.ff.qui & à quib.manumissi.* Nona: Nisi testator postea soluendo esse cœperit. *d.l. 18.& l.si locuples.57.in prin.ibi: quale si ipse testator.ff. de manumiss.testam.l.4. de iur.codicil.* Huius duplicatio est: Nisi propter locupletem hæredem hæreditas cœperit esse soluendo. *approbatur supra replicat.4.* Decima replicatio est: Nisi in codicillis antea, cũ testator soluendo esset, confirmatis libertas sit relicta. reprobatur *l.si quis.7. in prin.ff. qui & à quib. manumissi.* Vndecima: Nisi creditores post relictam demum libertatem facti sint, prioribus, in quorum fraudem libertates relictæ sunt, dimissis. *l.si quis.15.ff.quæ in fraudem creditorum.* Huius duplicatio est: Nisi pecunia posteriorum creditorum priores sint dimissi. *l.in fraudem.25.ff. qui & à quibus manumissi.* Duodecima replicatio: Nisi non pure, sed sub conditione debeatur. reprobatur *l. cum is.8.in pr.ff.qui & à quib.manumissi.& l.qui in.27. in princ.ff.eod.tt.* Decimatertia: Nisi cum sub conditione deberetur, conditio defecerit. *l. si cum.16. §. penult. ff. qui & à quibus manumissi. l.1. in fine.ff. de statuliberis.* Decimaquarta replicatio, sumpta ex genere causæ, ex qua debetur, reprobatur *d.l.16. §.ne quis ff. qui & à quibus manumissi. l.qui in.27.§.ex omni.ff. eod.tt. l.1. in fine. C. qui manumitt.non possunt.* Decimaquinta: Nisi hæres cum creditoribus pactum fecerit de parte debiti non petenda. *l.primo gradu.23.ff.quæ in fraudem creditorum.* Decimasexta: Nisi ciuitati vel fisco debeatur. reprobatur *l. in fraudem. 11.ff. qui & à quibus manumiss.* Decimaseptima: Nisi is qui manumisit, sit soluendo. *d.l.11. in fin.* Qua proposita replicatio approbatur, simul & prima eius duplicatio reprobatur, hæc scilicet: Nisi fisci debitor sit. Secunda duplicatio est: Nisi post datam libertatem desinat esse soluendo. *approbatur per ea quæ dicta sunt supr. ead. except.in princ.item repl.8.* Tertia: Nisi cum quis in substantia sua nihil aliud haberet, quam Stichum & Pamphilum, ita stipulanti, Stichum aut Pamphilum dare spondes? promiserit. nam hoc casu, quamuis vnum tantum esse debeat, tamen neutrum poterit manumittere. *l.cum hæreditas.5.§. si Titius. ff.qui & à quib.manumissi.* Huius triplicatio est: Nisi quid aliud etiam præter Stichum & Pamphilum in bonis debitor habeat. *l.Iulianus.6.ff.d.tt.* Quarta duplicatio videtur: Nisi testamenti facti tempore soluendo non fuerit: hoc enim casu videtur, quamuis tempore codicillorum, in quibus libertas relicta est, soluendo fuerit, nihilominus libertas infirmari: quia codicilli ad tempus testamenti trahuntur. Sed reprobatur *d l.4.ff. de iure codicil.* Decimaoctaua replicatio est. Nisi precium pro seruo manumisso debitor acceperit. *l. si in fraudem.5. C.qui manumittere non poss.* Huius duplicatio est: Nisi hæres debitoris, qui seruo libertatem reliquit, mortis causa pro seruo sit acceptur. *l.si mortis.18.§. si is cui. ff. qui & à quib.manumissi.* Decimanona: Nisi miles in testamento militari in fraudem creditorum libertatem reliquerit. reprobatur *l.cum is.8.§. si miles. ff. qui & à quibus.* Vicesima: Nisi is qui soluendo non est, bene merentibus libertatem dederit. reprobatur *l.semper. 23. ff qui & à quib.manumissi.* Vicesima prima replicatio est: Nisi ab eo qui soluendo non est, manumissus per decem annos in libertate sit moratus. *l.si cum.16.§. Aristo.ff.d.tt.* Vicesimasecunda: Nisi cum vno manumisso, debitor non desituru fuisset soluendo esse, plures manumiserit, & ita soluẽdo esse desierit. tunc enim primus manumissus nihilominus liber fit. *l.si quis 24.ff.qui & à quib. manumiss.* Plura de replicatione proposita vide *supr. repl.2.dupl 2.tripl.3.* Hactenus de sexta exceptione manumissionis, eiusq; replicationib. sit dictum.

VII. Exceptio: Nisi damnatus iudicio publico seruum manumiserit. *l.qui pœnæ.8.ff. de manumissionib. & l.2.ff.de interdictis & relegatis.*

VIII. Exceptio: Nisi reus publici criminis seruum suum manumiserit. *d l.8. & l.quæsitum.15.in princip.ff. qui & à quibus manumiss.*

IX. Exceptio: Nisi mutus vel surdus manumiserit. reprobatur *l.1.ff. qui & à quibus manumiss.*

X. Exceptio: Nisi collegium manumiserit. reprobatur *l.1. ff. de manumiss. quæ seruis. l. 1. C. de seruis reipub. manum. item l.2. C. eod. tt.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS manumissionem, ex persona manumissi vel manumittendi desumptis.

CAP. VI.

HActenus primi generis exceptiones aduersus manumissionem, desumptæ ex persona manumissoris, propositæ sunt: sequuntur nunc secundi generis exceptiones, quæ sumuntur ex persona manumissi, vel eius cui libertas testamento vel per fideicommissum est relicta.

XI. Exceptio: Nisi seruum alienum quis manumiserit. *l.si seruo.20.ff. qui & à quibus manumiss. & l.si non.4. C. de his qui à non dom. manum. l.si tradita.5. C. eod. tt. l.2. C. de mancipiis patrim. M.I.P.d.reg.75.exc.1.* vbi etiam distinguitur. *M.I R lib.3.cap.12.reg.75. except.1.* Replicatio prima est: Nisi fideicommissaria libertas seruo alieno sit relicta. *Instit. de singulis rebus per fideicommiss. §. libertas quoque. l. libertates. 16. ff. de fideicom. libertatib. item l.si idem.14. §. fin. ff. de leg. 2. M.I.R.d exceptione 1. replic.1.* Huius duplicatio prima est: Nisi non vulgaribus verbis, & quibus voluntas testatoris exprimi possit, fideicommissaria libertas relinquatur. *elicitur ex l. libertates. 16. in fine. ff. de fideic. libert.* Secunda: Nisi principis seruo fideicommissaria libertas sit relicta. reprobatur *l. generaliter.24.§.1 ff. eod. tt.* Tertia: Nisi hostium seruó libertas per fideicommissum sit adscripta. reprobatur *d.l.24.§. hostium. & l.si serui.30. ff. de manumiss. test.* Quarta: Nisi libero homini libertas per fideicommissum relinquatur. reprobatur in certis casib. *d.l.24.§. si homini.* Quinta: Nisi seruo eius qui adhuc est in vtero, libertas sit relicta. reprobatur *d.l.24.§. seruo.* Sexta: Nisi seruo eius, cum quo testamenti factio non est, per fideicommissum libertas sit relicta. *l. alieno.31. in prin. ff. de fideic. libertat.* Septima: Nisi testator seruum suum esse putans libertatem fideicommissariam ei reliquit. reprobatur *l. Paulus. 39. in pr. ff. d. tt. M.I.R. d.repl.1. duplic.1.* Octaua: Nisi cum seruo hæredis vel legatarij libertas per fideicõmissum relicta esset, dominus indignus hæreditate vel legato sit iudicatus. reprobatur *l. post legatũ.5. §. si seruũ. ff. de his quæ vt indignis.* Nona: Nisi dominus seruũ vendere vel manumitti nolit. *d. §. si seruum. l. alieno.31. §. si is cuius. ff. de fideic. libert.* Huius triplicatio prima est: Nisi dominus aliquid ex iudicio defuncti percepit. tunc enim inuitus etiam cogi potest ad vendendum vel manumittendum seruum. *Quæ triplicatio elici potest ex iam dicto §. si seruum. Concordat Inst. de singulis rebus per fideicom. §. libertas quoq; ibi: si modo nihil ex iudicio eius qui reliquit libertatem, recepit. l. hærede.19. ff. de fideic. libert. l. fideicommissaria.23. §. seruum. ff. d. tt. l. si quis.13. §. pen. ff. de statu liberis.* Huius quadruplicatio prima est: Nisi vlus serui tam necessarius sit, vt eo dominus carere commode non possit. Altera: Nisi delictum serui tantum sit, vt vltio remittenda non sit. Hæ duæ quadruplicationes reprobantur *l. Caij.35. ff. de fideic. libert.* Tertia quadruplicatio est: Nisi dominus id quod ei à defuncto relictum est, repudiauerit. *d.l.35. l. post legatum. 5. §. si seruum, in fine. ff. de his quæ vt indignis.* Sed plura de hac quadruplicatione vide *infr. cap.8. exceptione 14.* Quarta quadruplicatio est: Nisi directo, non per fideicommissum libertas seruo hæredis vel legatarij sit relicta. *l. seruo. 9. C. de testamento manumissis.* Plane distinguitur quadruplicatio proposita in seruo pignori obligato, cui creditor directam reliquit libertatem. *l. generaliter.24. §. si quis seruo. ff. de fideicommiss. libertatib.* Quinta quadruplicatio: Nisi dominus sit infans. reprobatur *l. cum quasi.30. §. si plures. ff. eodem tt.* Sexta: Nisi modicum ex iudicio defuncti dominus serui perceperit. reprobatur *l. si debitor.45. §. in fideicommiss. ff. d. tt.* Hæc de prima triplicatione, eiusque quadruplicationibus sunt dicta. Plura de his vide *infr. capite 8. except.14. cum sequentibus.* Altera triplicatio est: Nisi creditor seruo sibi pignori obligato, à debitore fideicommissariam reliquerit libertatem. nam & hoc casu dominus serui compellitur eum manumittere. quæ triplicatio species est primæ triplicationis, approbaturque *l. si debitor, 45. in prin. ff. de fideicommiss. libert.* Huius eædem quæ superioris tanquam generis sunt quadruplicationes. Tertia propositæ duplicationis triplicatio est: Nisi aliquando offeratur serui emendi occasio. tunc enim quamuis non ab initio seruus à domino inuito emi potuit, nihilominus postea oblata occasione emendus & manumittendus est. *l. deberi.6. C. de fideic. libert. Inst. de sing. reb per fideic. §. libertas quoq; ibi: quod si dominus.* Quarta: Nisi is qui libertatem seruo alieno reliquit, partem in eo seruo habeat. approbatur *per ea quæ habentur infr. repl.17.* Hæc de nona duplicatione, eiusq; triplicationibus sunt dicta. Decima duplicatio est: Nisi dominus seruum vendere quidem velit, sed non iusto precio. *l. alieno.31. §. si is cuius. cum seqq. ff. de fideicom. libert.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione fideicõmissariæ libertatis, eiusq; duplicationibus sunt dicta. Sed plures eius duplicationes vide *in exceptionib. sequentibus.* Secunda propositæ exceptionis replicatio: Nisi bonæ fidei possessor seruum alienum manumiserit. reprobatur *l. si non. 4. ibi: quamuis vt proprium. C. de his qui à non domino. l qui pro. ff. pro donato.* Tertia: Nisi fructuarius seruum, in quo vsumfructum habet, manumiserit. reprobatur *l. vsufructu.9. C. de vsufructu.* Plane corrigitur quodam modo *l.1. § sin autem vsufructu.9. C. communia de manumiss.* Quarta: Nisi venditor, donator vel promissor serui ante traditionem eum manumiserit. *l. & cum.18. ff. de manumiss. l. qui tibi. 5. C. de his qui à non domino.* Huius duplicatio est: Nisi post traditionem à se factam manumittat. *l. si tradita 5. C. eod. tt.* Quinta replicatio est: Nisi testator seruum quem legauit, manumiserit. *l. si legato.11. in princip ff. de testamento manumissis. l. si peculium.10. in princip. ff. eod. tt. l. vlt ff. de statuliberis.* Plura de proposita replicatione vide *infr. lib.12. cap.5. except.63.* Sexta replicatio: Nisi hæres seruum legatum manumiserit. reprobatur *l. generaliter. 29. §. finali. ff. qui & à quibus manumiss. l. seruum.11. ff. de manumissionib.* Plane admittitur primum, si postquam seruus ab hærede manumissus est, is cui seruus legatus est. legatum repudiauerit. *l.2. ff. de manumiss. l. si hæres. ff. de manumiss. vindicta. l. si miles.31. ff. de militari test.* Secundo videtur admitti, si hæres proprium seruum manumittere fuerit rogatus. verum distinctio hæc reprobatur *l. hæres.28. ff. qui & à quib. manumiss.* Septima replicatio est: Nisi is, qui mandatu alterius seruum emit, antequam ex causa mandati traderet, eum manumisit. *l. 2. C. de his qui à non dom.* Octaua: Nisi pater domini manumisit. ipso quidem iure subsistit: quoniam seruus filiifamilias, seruus patris esse dicitur iure peculij, sed eius duplicatio prima est: Nisi filius sui sit iuris. *l. si pater. 6. C. de his qui à domino.* Secunda: Nisi seruus sit castrensis peculij. *l. serui.17. ff. de manumissionib. & l. proponebatur.9. §. denique. ff. de castrensi peculio.* Huius triplicatio est: Nisi seruo à patre manumisso, filius intestato moriens sit. tunc enim confirmatur manumissio. *d. §. denique. Concordat l. de hæreditate.19. §. pater. ff. eod. tt.* Nona replicatio: Nisi tutor vel curator domini seruos eius manumisit. reprobatur *l. vltim. in prin. ff. de curatoribus furioso. l. nec fideicommissariam. 6. C. qui manumittere non possunt. l. curator.22. ff. qui & à quib. manumissi. item l. seruus.13. ff. de manumiss.* Decima: Nisi alius mandatu domini seruum eius manumiserit. *l. cum proponas.4 C. de dolo malo. Concordant ea quæ habentur infr. repl. prox.* Huius duplicatio est: Nisi generale mandatum sit omnium bonorũ administrandorum, vel nisi vindicta fiat manumissio. *l. nec mulier ẽ.3. C. de vindicta.* Cuius triplicatio est: Nisi parẽs per filiũ manumittat. *approbatur per ea quæ dicta sunt supr. except.3. repl.1.* Eius autem quadruplicatio videtur esse; Nisi filius nõ sit in potestate parentis, cuius mandatu manumittit, sed reprobatur *l 1. §. fin. C. communia de manumiss. Vide itẽ exc.32.* Vndecima replicatio est: Nisi alius volente & cõsentiente domino, seruũ manumiserit. *l. alieno.31. §. si. ff. de fideic. libertatib. l.1. C de his qui à non domino. Sed & approbatur per ea quæ proponuntur sup. cap. prox. except.3. repl.1.* Huius duplicatio prima est: Nisi dominus minor viginti annis manumissioni consenserit. *l. si pater. 6. C. d. tt.* Secunda: Nisi dominus non aliter consentiat, quam sibi prius soluatur precium. *l. sed si alienare.32. in prin. ff. de fideicom. libertatibus.* Plures huius replicationis duplicationes, vide *d. except.3.* Duodecima replicatio est; Nisi alius seruũ à domino pro derelicto habitum manumisit. *l. Sempronius.8. ff. pro derelicto.* Decima tertia; Nisi is, qui alienum seruũ manumisit, postea dominiũ serui sit nactus. reprobatur *l. si seruo 20. ff. qui & à quibus manum.* Plane admittitur primum, si hæres seruũ legatum manumiserit, posteaq; legatarius legatũ repudiauerit. *de quo dictũ sup. repl.6.* Secũda, si pater seruum castrensis peculij manumiserit, posteaq; filius testatus decesserit. *l. de hæreditate.19. §. pater. ff. de castrensi peculio. & l. proponebatur. 9. §. denique si seruo. ff. eod. tt.* Plane distinctionis propositæ duplicatio videtur esse; Nisi pater filio ex testamento hæres extiterit. verum reprobatur *l. sed si ponas. 20 ff. eod. tt.* Decima quarta replicatio est; Nisi dominus serui manumissoris, vel eius, qui libertatem reliquit, hæres existat. *l. si ab eo. 7. C. de liberali causa. l. filium.31 ff. de liberali causa.* Contradicere videtur *l. seruo.9 C. de testam. manumiss.* Decima quinta replicatio; Nisi decreto iudicis, vel rescripto principis alieni serui manumissio sit confirmata. reprobatur *l. si non. 7. C. de his qui à non domino.* Decima sexta; Nisi à non domino manumissus, per viginti annos in libertate fuerit moratus. *d. l.7.* Decima septima; Nisi seruum communem vnus ex sociis manumiserit. Hæc replicatio iure quidem antiquo reprobatur, eiusq; distinctio talis est; Nisi cum duobus idem seruus legatus esset, & vno deliberante, alter seruũ manumisisset, postea deliberans legatũ repudiauerit. *l. si miles.31. ff. de militari testam. l. si hæres.3. ff. de manumissis vindicta.* Plane iure nouo replicatio proposita approbatur *Instit. de donationib. §. fin. l.1. C. de communi seruo manumisso. l.2. C. d. tt.* Decima octaua replicatio est: Nisi maritus seruum dotalem manumiserit. hoc enim casu, quamuis dominium videatur dotis esse penes vxorem, tamen valet manumissio. *l. seruum.21. ff. de manumiss. l. intestato.3. §. 1. ibi: sed etsi dotalem, ff. de suis & legitimis hæredibus. l. vlt. C. de seruo pignori dato manumisso. item l. ex pecunia.12. C. de iure dotium.* Huius duplicatio prima est; Nisi seruus dotalis mulieri pignori fuerit obligatus. *l.1. C. de seruo pignori dato manumisso.* Secunda; Nisi maritus seruum dotalem manumittens, non sit soluendo, *l. seruum. 21. ff. de manumiss.* Decima nona replicatio; Nisi manumissor sit non soluendo. reprobatur *l.2. ff. quib. ad libertatem proclamare non licet.* Vicesima; Nisi seruum alienum ab hostibus redemptum quis manumisit. *l. in bello.12 §. si quis seruum. ibi: manumittendo. ff. de captiuis.* Hactenus de vndecima exceptione, eiusq; replicationibus dictum.

XII. Exceptio; Nisi dominus seruum, in quo alius vsumfructum habet, manumiserit. Hæc exceptio approbatur quidem iure antiquo. cuius replicatio prima est; Nisi vsufructus seruũ tamdiu fuerit relictus, donec manumittatur. *l. interdum.15. ff. quib. mod. vsufr. amitt.* Secunda: Nisi dominus proprietatis vsufructuario hærede instituto, libertatem seruo reliquerit. *l. si fructuarium. 6. ff. de manum. test.* Tertia; Nisi vsufructuarius cõsentiat. *l.1, §. 1. C. communia de manum.* Huius prima duplicatio est; Nisi fructuarius pupillus manumissioni consentiat. *l. qui in fraudem.27. §. fin. ff. qui & à quib. manum.* Secũda; Nisi fructuarius sit minor viginti annis, reprobatur *l.2. ff. de manum. vindicta.* Hæc de iure antiquo. Plane iure nouo proposita exceptio reprobatur, *nimirum d.l.1. in prin.*

XIII. Exceptio; Nisi dominus seruum alij pignori obligatum, manumiserit. *l. seruum. 4. ff. qui & à quib. manumiss. l. qui in fraudem. 27. §. pignori, ff. eod. tt. l.1. C. de seruo pignori dato manum.* Huius replicatio prima est; Nisi creditor manumissioni cõsentiat. *l si vt.4. C. d. tt. l.1. C. de remissione pignoris.* Cuius duplicatio est; Nisi pupillus creditor sit. *d. §. pignori.* Secũda replicatio est; Nisi sciẽte creditore seruus fuerit manumissus, & in libertate moratus. *d. l.1. C. de remissione pign.* Tertia; Nisi debitum, pro quo seruus obligatus est, fuerit solutum. *l. si creditoribus. 5. in prin. C. de seruo pignori dato manumisso. l. pignori. 26. ff. qui & à quibus manumiss. l. fratres. 33. in fine, ff. de pœnis.* Quarta; Nisi debitor seruum ita accepit, vt manumittat. *l. si quis. 6 ff. qui sine manumiss.* Quinta; Nisi debitor locuples sit. reprobatur *l. seruus.3. ff. de manumiss. l. cum hæredes.5. §. fin. ff. qui & à quib. manumissi.* Sexta; Nisi non specialiter, sed generaliter cum cæteris bonis seruus pignori sit obligatus. *l. generaliter. 29. in princ. qui & à quibus manumiss. l. si quis. 6. ff. qui sine manumiss. l. ab eo.3. C. de seruo pignori dato manumisso. Vide insuper inf. repl. prox.*

Septima replicatio est: Nisi non expresse, sed tacite priuilegio quodam seruus pignori sit obligatus. *l. licet. 6. ff. ex quib. causis pignus tacite contrah. & l. est differentia. 9. ff. d. tt.* Huius duplicatio prima est; Nisi seruus tacite pignori obligatus, eo nomine, antequam manumittatur, sit retentus. *d. l. 9.* Secunda; Nisi fraudis consilio seruus sit manumissus. *l. 2. C. de seruo pignori dato manumisso.* Tertia; Nisi tutor seruum pecunia pupillari emptum manumisit. tunc enim quamuis seruus tacite pignori pro pecunia sit obligatus, manumissio tamen nõ valet. *l. si tutor. 6. C. d. tt.* Quarta; Nisi maritus seruũ dotali pecunia emptum manumisit. hoc enim casu videtur idem dicẽdum, quod dictum *sup. duplicat. prox.* verum duplicatio hæc reprobatur *l. siue cũ 7. C. d. tt.* Hæc de septima replicatione. Octaua replicatio est: Nisi in vltima voluntate seruo pignori obligato libertas sit relicta, *l. generaliter. 24. §. si quis seruo ff. de fideicom. l. bert.* Quem §. Accursius interpretatur non de debitore, sed de creditore manumittente. Quæ interpretatio si vera est, pertinet ad ea, quæ proposita sunt *sup. exc. 11. repl. 1. dupl. 9. tripl. 1. quadrupl. 4. item d. dupl. 9. tripl. 2.* Nona replicatio est: Nisi non creditor, sed debitor manumissum ratione propositæ exceptionis in seruitutem reuocet *l. si creditorib. 5. C. de seruo pignori dato manumisso.* Hæc de decima tertia exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta.

XIV. Exceptio; Nisi seruus alij legatus manumittatur. *De hac exceptione vide sup. except. 11. replic. 5. & 6.*

XV. Exceptio; Nisi seruus manumitti prohibitus sit manumissus. *l. seruus. 9 ff. de manum. l. ille. 9. §. fi. ff. qui & à quib. manum. l. contra. 7. C. de test. manum. l. ea. 5. C. siquidẽ mãcip. ita fuerit alien. vt manum.* Huius replicatio prima est; Nisi causa ob quã manumitti prohibitus sit, cessauerit. approbatur exemplo *l. 2. C. qui nõ poss. ad libert. peruen.* Secunda; Nisi tempus, ad quod manumitti prohibitus est, sit finitũ. *l. 1. in fine, C. d. tt.* Cuius duplicatio est; Nisi tempore manumissionis tempus prohibitionis nõdum sit finitum. *d. l. 1. in princ. & l. fratres. 33. ibi: si autem beneficium. ff. de pœnis.* Recipit autem triplicationẽ hanc: Nisi cum in testamẽto libertas seruo relicta esset, tempore mortis testatoris, vel quo dies libertatis cedit, tempus prohibitionis sit finitũ. tunc enim quamuis tempore facti testamenti & libertatis relictæ tempus illud finitum non esset, nihilominus competit libertas. *d. l. 33. in fin. l. si priuatus. 17. §. fin. ff. qui & à quib. manumiss. & l. Fauia. 12. ff. de manumiß.* Tertia propositæ exceptionis replicatio: Nisi cum seruus venditus esset ne manumitteretur, non emptor, sed alius eum manumiserit. reprobatur *l. 2. in fine, C. qui non poss. ad libert. peruen.* Quarta est; Nisi quis in testamẽto vel contractu non suo, sed alieno seruo legem dixerit, ne manumittatur. *l. si quis. 9. §. quod constit. ff. de manumiss. test.* Huius duplicatio est; Nisi hæredis seruo testator dictam legem dixerit. *d. §. quod constitutum.* Quinta replicatio est; Nisi is, qui legem, ne seruus manumitteretur, dixit, ipse eum manumiserit. *l. Lucius. 40. §. fin ff. de fideic. libert.* Sexta; Nisi libertate seruo sub cõditione relicta, testator adiecerit, Ante conditionem existẽtem, se nolle seruum ab hærede manumitti. *l. vltim. §. finali. ff. de manumiß. test.* vbi tamen verba nihil valere, aliter Accursius interpretatur. Septima replicatio est: Nisi seruo manumitti prohibito libertas relicta sit sub hac conditione: Cum per leges licebit. *l. libertas. 38. ff. de manumiss. testam.* Hæc de decimaquinta exceptione, cuius species sunt exceptiones proxime sequentes.

XVI. Exceptio; Nisi seruum cui sub conditione in testamento libertas relicta est, hæres pendente conditione manumiserit. hoc enim casu, sub contraria cõditione seruus manumitti videtur prohibitus. verum reprobatur *l. vnica, §. sed etsi sub. C. de Latina libertate tollenda. l. statuliberos. 3. §. si ita sit. ff. de statuliberis.* Contradicere videtur *l. si cui. 31. §. 1. ibi: nec rursus, ff. ad SC. Trebell.*

XVII. Exceptio; Nisi seruus in vincula damnatus, manumissus sit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. C. qui non poss. ad libert. peruen.* Huius replicatio est; Nisi ad tempus in vincula damnato, tempus pœnæ sit finitum. *d. l. 1. versic. quod si pœnæ tempus. l. fratres. 23. ff. de pœnis.* Cuius duplicatio est; Nisi manumissio eo tempore fiat, quo tempus pœnæ nondum sit finitum. *d. l. 33. vers. si autem beneficium. & d. l. 1. vers. Hi qui intra tempora pœnæ liberi & hæredes esse iussi sunt, &c.* Huius triplicatio est: Nisi libertate in testamento relicta, tempus pœnæ finitum sit, cum dies relictæ libertatis cedit: hoc enim casu, quamuis tempore facti testamenti nondum fuerit finitum, nihilominus libertas vtiliter est relicta. *d. l. 33. in fin. Concordant ea quæ dicta sunt sup. except. 15. repl. 2. dupl. 1. tripl. 1.*

XVIII. Exceptio: Nisi seruus relegatus, sit manumissus. *l. 2. ff. qui & à quib. manumiss.*

XIX. Exceptio; Nisi seruus in metallum damnatus, manumissus sit, *l. generaliter. 24. §. si seruus ff. de fideic. libert.* Huius replicatio est: Nisi fideicommissaria libertas ei relicta sit. *d. § si seruus.*

XX. Exceptio: Nisi seruus plagij nomine damnatus, sit manumissus. *l. lege Fauia. 12. ff. de manumiss.*

XXI. Exceptio; Nisi seruus venditus vt exportetur, manumissus sit. *l. ancilla. 3. C. si seruus exportandus veneat.* Huius replicatio est; Nisi post exportationem, antequam seruus ad locum interdictũ redierit, emptor seruũ manumiserit. *l. C. d. tt.*

XXII. Exceptio; Nisi liber homo manumissus sit. *l. 2. C. de vindicta. & l. 2. C. de ingenuis manumiss.* Huius replicatio prima est; Nisi libero homini fideicommissaria libertate relicta, is tempore mortis testatoris, vel conditionis existentis, inueniatur seruus. *l. generaliter. 24. §. si homini. ff. de fideic. libert.* Secunda; Nisi ex damnata in metallum conceptus & natus sit. *d. l. 24. §. ex damnata.*

XXIII. Exceptio; Nisi seruus manumissus, ex familia latronum descendat. *l. 2. quibus ad libertat. proclamare non licet.*

XXIV. Exceptio; Nisi seruo, qui est apud hostes, libertas sit relicta. reprobatur *l. si serui. 39. ff. de manumißis testam.*

XXV. Exceptio: Nisi seruus furiosus sit manumissus. reprobatur *l. vlt. ff. de manumißionibus.*

XXVI. Exceptio: Nisi minor annis seruus sit manumissus. reprobatur *l. 2. C. communia de manumißis.*

XXVII. Exceptio: Nisi infans seruus manumittatur, reprobatur *l. pen. ff. de manumiss.*

XXVIII. Exceptio; Nisi is qui adhuc in vtero est,

ro est, libertas detur, reprobatur *l. cum inter. 14. C. de fideic. libert.*

XXIX. Exceptio: Nisi incertæ personæ libertas sit relicta. *Instit. de legatis, §. libertas.* vbi ait Imp. Nominatim. Hoc vocabulum definitur *l. nominatim. 37. ff. de manumissis testam. item definitur l. nominatim. 24. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi incerto ex certis libertas sit relicta. *Inst. d. tt. d. leg. §. sub certa.* Eius exemplum proponitur *l. fideicommissa. 46. §. fin. ff. de fideic. libert.* Aliud habetur *l. testamento. 51. in prin. de manumiss. testam.* Huius replicationis duplicatio videtur esse talis: Nisi cum à duobus libertas esset relicta duobus, quos voluissent, ex certis, vnus rogatorum latitet, solusq; alter eligat. verum reprobatur *l. à duob. 22. §. 1. ff. de fideicom. libert.* Plane exceptio proposita iure nouo sublata est, *vt patet ex d. §. libertas. Inst. de legatis.* Sed de hac mutatione dixi *inf. lib. 12. de legatis, except. 11. in fin.*

XXX. Exceptio: Nisi plures simul manumittantur. reprobatur *l. etiam. 15. §. plures, ff. de manum. vindicta.*

XXXI. Exceptio: Nisi quis omnes seruos suos testamento manumiserit. Hæc exceptio lege quidem Fusia Caninia reprobatur, mutatur autem & reprobatur *Instit. de lege Fusia Caninia toll. & l. vnica, C. eod. tt.*

DE RELIQVIS ADVERSVS MANVMISSIONEM exceptionibus, quæ quidem ipsi manumißioni insunt.

CAP. VII.

HActenus duo genera exceptionũ aduersus manumissionem ipsi manumissioni adhærentium proposita sunt; vnum quidem earum, quæ sumũtur ex persona manumissoris: alterum vero earum, quæ sumuntur ex persona manumissi, quanquam vtriusq; generis plures adhuc species sunt. sed post manumissionem contingentes, eamq; ab initio vtilem ex post facto vitiantes. de quibus dicetur *inf. cap. prox.* Nunc reliquæ exceptiones, quæ statim ab initio manumissionem inutilem reddunt, proponentur.

XXXII. Exceptio: Nisi per alium, puta per procuratorem, manumiserit. De hac exceptione dictum est *sup. except. 11. repl. 10. dupl. 1.* Sed & huius replicatio proponitur *l. manumißio. 23. ff. de manumißis vindicta.*

XXXIII. Exceptio: Nisi apud non competentem iudicem manumiserit. approbatur simul & declaratur *l. apud 4. C. de vindicta.* vbi ait Imp. vel apud consules. Huic concordat *l. vnica, in princ. ff. de offic. consulis.* Ait insuper: Prætores. Huic recordat *l. 1. ibi: quippe cum apud eum, C. de officio prætorum.* Sane iam enumeratis connumeratur proconsul. eiusq; legatus. *l. apud. 17. ff. de manumißis vindicta. & l. 2. in prin. ff. de offic. proconsulis.* Quoad legatum proconsulis, contradicit *d. l. 2. in fine.* Iam dictis connumeratur etiam præfectus Ægypti, *l. apud. 21. ff. de manumißis vindicta.* Sed & propositæ exceptionis species, sunt exceptiones proxime sequentes.

XXXIV. Exceptio: Nisi par apud parem manumittat. *l. apud. 14. ff. de manumißionib. & l. apud. 18. ff. de manumiß. vind.* Huius replicatio proponitur *l. vnica, §. fin. ff. de officio consulis.*

XXXV. Exceptio; Nisi apud vnũ, non vtrunq; consulem manumiserit. reprobatur *l. vnica, §. 1 ff. de officio consulis.*

XXXVI. Exceptio; Nisi apud alium, quam apud quem nomina edidit, manumisit. approbatur simul & distinguitur *d. §. 1.*

XXXVII. Exceptio; Nisi apud alterius prouinciæ præsidem manumiserit. reprobatur *l. etiam. 15. §. fin. ff. de manumiß. vind. l. emancipari. 36. §. etiam. ff. de adopt.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi apud eum, cui successum est, manumiserit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio proponitur *l. si forte. 17. ff. de officio præsidis.*

XXXIX. Exceptio: Nisi consul vel prætor apud seipsum manumiserit. reprobatur *l. an apud se. 5. ff. de manumiß. vindicta. l. si rogatus. 20. § fin. d. tt. l. 2. ff. de officio præsidis.* Ait Iurisconsultus *in d. l. 20.* Etiamsi euenerit, vt minor viginti annis sit. Hisce suis verbis contradicit idem Vlp. *l. vnica, §. fin. ff. de officio consulis.*

XL. Exceptio; Nisi filius apud patrem manumiserit. *l. apud. 18. in fin. ff. de manumiß. vind.*

XLI. Exceptio; Nisi pater apud filium manumiserit. reprobatur *d. l. 18. in princ. & l. 1. ff. de officio prætoris.*

XLII. Exceptio: Nisi pupillus apud tutorem eo authore manumiserit. reprobatur *l. 1. ff. de manumißis vindicta.*

XLIII. Exceptio; Nisi non vindicta fiat manumissio. ipso quidem iure, præsertim antiquo, approbatur: verum eius aliquot proponuntur replicationes *Inst. de libertinis, §. multis.* Prima est: Nisi in Ecclesia fiat. *d. §. multis. l. 1. & l. 2. C. de his qui in Ecclesiis. M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 75. except. 1. rep. l. 1.* Secunda: Nisi inter amicos dominus seruum manumiserit. *d. §. multis. & l. vnica, §. sed etsi. C. de Latina libert. toll.* Tertia: Nisi per epistolam manumiserit. *d. §. multis. & d. l. vnica, §. sancimus.* Quarta: Nisi in testamento manumiserit. *d. §. multis.* Quinta: Nisi in codicillis vel per fideicommissum manumiserit. *d. §. multis. l. libertatem. 43. ff. de manumiß. test. l. libertates. 16. ff. de fideic. libert. item Inst. de singulis reb. per fideic. §. libertas.* Sexta: Nisi Imperator manumittat. *l. apud eum. 14. in fin. ff. de manumißionib.* Septima: Nisi in spectaculo, populo acclamante, manumittat. reprobatur *l. diuo. 3. C. qui manumittere non possunt. l. si priuatus. 17. in princ. ff. qui & à quibus manumiß.* Octaua: Nisi dominus seruum apud acta filium nominauerit. *l. vnica, § similiq;. C. de Latina libert. toll.* Nona: Nisi dominus instrumenta seruitutis seruo reddiderit vel fregerit. approbatur simul & distinguitur *l. vnica, §. ille etiam nouissimus, C. de Latina libert. toll.*

XLIV. Exceptio; Nisi verba solennia in manumissione dicta non sint. reprobatur *l. manumißio. 23. ff. de manumißis vindicta.*

XLV. Exceptio; Sumpta ex verbis quib. libertas in testamento vel per fideicommissum relicta est, reprobatur *per ea quæ dicta sunt inf. lib. 12. de legatis, except. 74. Concordat l. directas. 14. C. de test. manumiss.* Alia huiusmodi species est: Si testator petiit, ne seruus amplius seruiat, vel ne alij seruiat, vel denique ne alienetur. *quæ proponitur l. generaliter. 24. §. si petitum. & §. sed & si ita. ff. de fideicom. libert. l. rogo. 21. ff. d. tt. Concordãt item ea quæ habẽtur inf. cap. 9. except. 53. l. quidam. 10. in princ. item l. Imper. 12. in prin.*

in princ. ff. d. tt. Alia item species est; Si per modum causæ libertas sit relicta. *l. testamento. 60. ff. de manum testam.* Alia item: Si sub conditione manumitti prohibeatur seruus. tunc enim sub contraria conditione libertas ei relicta creditur. *l. si quis ita. 13. §. fin. ff. de statuliberis.* vbi ait Iurisconsultus: Quæ prius data erat. Ex his verbis replicatio propositæ speciei elicitur, hæc scilicet: Nisi libertas prius nõ fuerit adscripta. tunc enim ademptio vel prohibitio libertatis sub conditione facta, non induclt sub contraria cõditione dationem libertatis. *Cui concordat l. Titia. 59. §. fin ff. de manumiss. testam.* De qua re, vide *Did. de matrim. cap. 4. §. 1. nu 9.* Alia species est: Si libertas per verbum præteriti temporis relinquatur, quæ iure tantum militiæ approbatur *l. testamento. 49. §. de manumiss. test.* Alia: Si seruum liberum alicuius esse velit testator. *l. si quis. 42. ff. de manum. test. & l. Thais. 41. in pr. ff. de fideic. libert.* Quæ fallit in casu, qui proponitur *d. l. 41. §. Lucius:* Alia item species seu forma manumittẽdi testamento proponitur *l. Paulus. 39. §. Paulus, ff. de fideic. libert.* Alia deniq; proponitur & reprobatur *l. ex verbo. 12. C. de fideic. libert. & l. Thais. 41. §. Lucius, ff. eod. tt.* Hæc de quadragesima quinta exceptione, deque formis relinquendæ libertatis.

XLVI. Exceptio: Nisi non ex hæredis, sed à legatario libertas sit relicta. reprobatur *l. Imperator. 14. §. 1. ff. de fideic. libert. item Inst. de singulis rebus per fideicom. §. libertas.*

XLVII. Exceptio: Nisi error in manumittendo vel in libertate relinquenda interuenerit. reprobatur *l. si pater. 4. §. quoties, ff. de manumiss. vindicta l. qui habebat. 54. in prin. ff. de manumiss. testam. item l. Paulus. 39. ff. de fideic. libert.*

XLVIII. Exceptio: Nisi in fraudem creditorum dominus seruos suos manumisit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. §. 5. except. 6.*

XLIX. Exceptio: Nisi dominus coactus seruum manumiserit. *l. si priuatus. 17. in prin. ff. qui & à quibus manumissi. l. ille. 9. in prin. ff. eod. tt. item l. diuo. 3. C. qui manumittere non poss.*

L. Exceptio: Nisi non manumittendi animo factum sit. *l. sicut. 20. C. de liberali causa.* Huius exemplum proponitur *l. generaliter. 24. §. sed etsi ita, ff. de fideic. libertatib.* Aliud *l. si priuatus. 17. §. 1. ff. qui & à quibus manumissi.*

LI. Exceptio: Nisi seruus ob id, ne quæstio de eo haberetur, vel vt crimini subtraheretur, sit manumissus: vel nisi seruus, de quo quæstio habenda est, manumittatur. *l. qui pœnæ. 8. §. fin. ff. de manumissionib. & l. prospexit. 12. in pr. ff. qui & à quibus manumiss.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi seruus in ministerio mulieris, in quam torquẽdus est, non fuerit. verum reprobatur *d. l. 12.* Secunda: Nisi mulier adultera, in quam seruus torquendus est, post cõmissum demum adulterium, vel post factum diuortium, seruum comparauerit. reprobatur *d. l. 12. §. sed et si post.* Tertia: Nisi non mulieris, in quam torqueri debet, seruus sit manumissus, sed alterius. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est; Nisi seruus in vsum & ministerium mulieris à domino fuerit concessus. *d. l. 12. §. pater. cum seqq.* Quarta replicatio est: Nisi post sexagesimum diem a tempore diuortij numerandum, seruus sit manumissus. *l. quod si. 13. ff. eod. tt. qui & à quib. manumissi. & l. prospexit. 12. §. Sextus, ff. d. tt.* Plane huius duplicatio est: Nisi cœpta cognitione seruus quæstioni fuerit destinatus. *d. §. Sextus.* Quinta replicatio: Nisi pater materve mulieris moritura, seruo libertatẽ relinquat, reprobatur *d. §. Sextus.* Sexta: Nisi maritus mulieris accusator decesserit. reprobatur *l. sed si. 14. in pr. ff. d. tt.* Septima: Nisi nõ maritus à muliere, sed contra mulier à marito diuerterit. reprobatur *d. l. 14. §. 1.* Octaua replicatio est: Nisi morte mariti, vel deportatione, vel alia simili pœna, non diuortio, matrimoniũ sit solutũ. *d. l. 14. §. sed si morte.* Nona: Nisi bona gratia solutum sit matrimoniũ. *d. §. sed si morte.* Decima: Nisi adhuc cõstante matrimonio seruus manumittatur, ipso quidem iure subsistit, verũ eius duplicatio est; Nisi in fraudẽ legis manumissio sit facta. *d. l. 14. §. pen.* Vndecima replicatio, sumpta ex genere alienationis, reprobatur *d. l. 14. §. fin.*

LII. Exceptio: Nisi mortis causa manumissio sit facta. reprobatur *l. mortis. 15. in pr. ff. de manumiss.*

LIII. Exceptio: Nisi non gratis, sed accepta pecunia manumissus sit, reprobatur *l. licet. 33. C. de liberali causa.*

LIV. Exceptio: Nisi non coram tribunali, sed in transitu manumissio sit facta. reprobatur *Instit. de libertinis, §. serui. l. non est. 7. ff. de manumiss. vindicta. & l. ego. 8. ff. d. tt.*

LV. Exceptio: Nisi emptor serui, nondum soluto precio, eum manumiserit. reprobatur *l. Paulus. 38. §. quæsitum. ff. de liberali causa.*

LVI. Exceptio: Nisi in testamento iniusto, rupto vel irrito effecto, libertas sit relicta, vel in irritis codicillis. *l. testamẽto. 23. in pr. ff. de manum. test. l. generaliter. 24. §. ex testam. ff. de fideic. libert. l. si iure. 11. C. de test. manum.* Huius replicatio prima: Nisi ab intestato quoque libertas sit relicta. *d. l. 11. & d. §. ex testamento.* Secunda: Nisi hæreditas ab intestato ad eos, à quibus libertas relicta est, peruenerit. reprobatur *l. si pater. 47. in pr. ff. de fideic. libert.* Plane admittitur primum, si quis omissa causa testamenti iusti, ab intestato hæreditatem adierit. *l. testamento. 23. in princ. ff. de manumiss. testam.* Deinde, si filij testamento imperfecto existente, ab intestato succedentes alumnam patris testatoris manumittere fuerint rogati. *l. in testamento. 38. ff. de fideic. libert.* Tertia replicatio est: Nisi serui ex iniusto testamento manumissi, per quinquennium in libertate fuerint morati. *l. vxorem. 29. ff. de manumiss. testam.* Quarta; Nisi libertas per errorem præstita sit, vitio testamenti nondum apparente, tunc enim quamuis testamentum rescindatur, vel falsum pronunciatur, nõ reuocatur libertas, sed pro singulis manumissis viginti solidi sunt soluendi. *l. cum ex. 47. ff. d. tt. l. 2. C. de fideicom. libert. l. si filius. 23. §. cum ex. ff. de iure patronatus.* Quinta; Nisi hæres codicillos irritos, in quibus libertas relicta est, ratos habens, libertatem ex iis præstiterit. *l. cum quasi. 30. §. fin. ff. de fideic. libert.*

LVII. Exceptio; Nisi in codicillis testamento non confirmatis libertas sit relicta, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi fidei commissaria libertas ab intestato codicillis sit relicta. *l. libertates. 43. ff. de manumiss. testam.*

LVIII. Exceptio; Nisi in codicillis à testatore minore viginti annis confirmatis, libertatis

sit relicta, reprobatur *l. 1. C. de testamen. manumiss.*

LIX. Exceptio: Nisi ad tempus libertas sit relicta. *l. libertas. 32. ff. de manumiss. test.* Plane tempus adiectum hoc casu non vitiat libertatis dationem, sed pro non scripto habetur. *quod approbatur ibid. l. seq.* Vel si ita libertas relicta sit: Ad annum liber esto: accipi debet ita, Post annum liber esto. *Quod approbatur l. qui duos. 18. §. sed multo magis, ff. eod. tt. & l. Thais. 41. §. hærede. ff. de fideicom. libert.*

LX. Exceptio; Nisi ex die vel sub conditione libertas data sit. reprobatur *l. testamento. 23. §. testamento, ff. de fideicom. test. l. quod autem. 7. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. item l. qui duos. 18. §. hæc conditio. ff. de manumiss. testam.*

LXI. Exceptio: Nisi cum ex die libertas testamento esset relicta, dies viuo testatore veniat. *d. §. hæc conditio.* Plane huius replicatio proponitur *d. l. 18. in princ.*

LXII. Exceptio; Nisi seruus post annos liber esse iussus sit, numero annorum non definito. reprobatur *l. libertas. 17. §. fin. ff. de manumiss. testam.*

LXIII. Exceptio; Nisi in vltimum vitæ serui tempus libertas ei sit relicta. *d. l. 17. in prin. ff. d. tt. item l. cum hæres. 4. §. 1. ff. de statulib.*

LXIV. Exceptio: Nisi sub difficili vel pene impossibili conditione libertas sit relicta, vel in tam longum tempus collata, quo seruus non est victurus. *d. l. 4. §. 1.*

LXV. Exceptio; Nisi seruo libertas relicta sit sub hac conditione, Si eum hæres alienauerit. *l. Stichus 39. ff. de manumiss testam.*

LXVI. Exceptio; Nisi seruus hæredis liber esse iussus sit sub hac conditione, Si rem hæredis dederit. reprobatur *l. si quis. 13. §. penult. ff. de statuliberis.*

LXVII. Exceptio; Nisi sub hac conditione; Si codicillis seruum liberum esse non vetuero, libertas sit relicta. reprobatur *l. Stichus. 28. ff. de manumiss. testam.*

LXVIII. Exceptio; Nisi sub conditione non faciendi seruo libertas sit relicta. hoc enim casu videtur datio libertatis inutilis, *secundũ ea quæ dicta sunt sup. exc. 63.* quia hæc conditio nõ nisi mortuo seruo impleri videtur. verũ reprobatur exemplo *l. libertas. 17. §. 1. ff. de manumiss. test.* Plane admittitur, si testator ideo adiecerit huiusmodi conditionem, quod libertatem in vltimum vitæ tempus voluerit conferre. *l. vlt. §. & ideo etiam. ff. eod. tt.*

LXIX. Exceptio; Nisi libertas in arbitrium eius à quo relicta est, sit collata. hoc enim casu ad libertatem præstandam hæres non tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. fideicommissa. 46. §. quod si ita. & §. quanquam, ff. de fideic. libert. l. Thais. 41. §. Lucius Titius. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi non in meram hæredis voluntatem, sed in boni viri arbitrium libertas sit collata. *d. §. quod si ita. Cui concordat d. l. 46. in prin.* Secunda: Nisi tempus tantum, quo libertas præstanda sit, in arbitrio hæredis sit positum. *d. l. 46. §. quanquam. l. Claudius. 17. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi cum in arbitrium alicuius hæredis libertas esset collata, is postea hæres non existat. approbatur *per ea quæ proponuntur inf. c. 9. except. 38. repl. 21.* Sed & plura vide *inf. in Parte 4. de legatis, except. 79.*

LXX. Exceptio; Nisi ita libertas sit relicta: Stichus si voluerit, liber esto. reprobatur *l. fideicommissa. 46. §. 1. ff. de fideic. libert.*

LXXI. Exceptio; Nisi libertas in voluntatem tertij sit collata. reprobatur *d. l. 46. §. sed etsi.* Plura vide *inf. in parte 4. de legatis, except. 79.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS MANUMISSIONEM & LIBERTATIS DATIONEM POST EAM CONTINGENTIBUS.

CAP. VIII.

HActenus exceptiones aduersus manumissionẽ propositæ, ipsi manumissioni insunt, & statim ab initio eam inutilem reddunt: cuius generis plures licet videre in exceptionibus legatorum & fideicommissorum. Sequuntur nunc alterius generis exceptiones, quæ post manumissionem demum, vel libertatis dationem accidunt, quæq; libertatis dationem ab initio vtilem, postea irritam efficiunt. Cuius generis perinde ac præcedentes desumuntur partim ex persona manumissoris, vel eius, qui libertatem reliquit, partim ex persona eius à quo libertas relicta est, partim ex persona manumissi, partim denique ex aliis huiusmodi locis & circumstantiis.

I. Exceptio: Nisi manumissor seruus postea sit pronunciatus. reprobatur *l. competit. 19. ff. qui & à quibus manumiss.*

II. Exceptio: Nisi memoria testatoris libertatem relinquentis sit damnata. *l. 2. C. de testament. manumiss.*

III. Exceptio; Nisi is, qui libertatem reliquit vel pactus est, voluntatem mutauerit. *l. mortis. 25. ff. de manumissionib. l. vlt. in fin. C. si mancipium ita fuerit alienatum. vt manum. l. si hominem. 30. ff. mandati. l. si quis. 3. ff. de seruis exportandis. l. si quis. 27. §. 1. ff. mandati* Huius replicatio prima est; Nisi is, qui libertatem seruo excepit pactusve est, vel reliquerit, sit mortuus. tunc enim facultas mutandæ voluntatis ad hæredem non transit. *l. si quis. 3. ff. de seruis exportandis. & l. eum qui. 3. ff qui sine manumiss.* Secunda; Nisi seruus sit manumissus. tunc enim pœnitentiæ locus amplius non est. *l. quæsitum. 8. ff. de seruis exportandis. & l. qui manumittitur. 12. C. de operis libertorum.* Tertia; Nisi cum dominus ita vendidisset seruum, vt intra certum tempus manumittatur, post tempus elapsum mutauerit voluntatem. tũc enim quia ipso iure seruus liber effectus est, perinde ac si manumissus esset, pœnitentiæ amplius locus non est. *l. 2. ff. qui manumiss.*

IV. Exceptio; Nisi testator seruum, cui libertatem legauit, postea alienauerit. *l. Seruius. 35. ff. de manum. test. concordat Instit. de singulis reb. per fideic. relictis, §. nec alius.* Huius exemplum est, si testator seruum, cui libertatem in testamento reliquit, postea alij legauit. *quod proponitur inf. lib. 12. de legatis, exc. 63. repl. 5.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi seruus alienatus ante aditam hæreditatem rursus testatoris vel hæreditarius sit factus. *l. verum est. 58. ff. d. tt.*

V. Exceptio; Nisi testator seruum, cui libertatem reliquit, postea vinxit. *l. fideicommissaria. 43. ff. de fideicom. libert.*

VI. Exceptio; Nisi hæreditas eius, qui libertatem reliquit, fisco sit vindicata, reprobatur *l. Imperator. 12. §. fin. ff. d. tt.*

VII. Exceptio; Nisi hereditas eius, qui libertatem

tatem reliquit, ex testamento non sit adita. *l. testamento.23.in princip. ff. de manumiss. test. l.2. C.de testamen.manumiss.l.1. C. de fideicom.libert.* Huius replicatio prima est: Nisi ab intestato quoq; repetita libertas sit, & ab intestato adita. *d.l.1.Vide item sup.cap.prox.except.56.replic.1.* Secunda replicatio est: Nisi scriptus hæres accepta pecunia hæredibus ab intestato concesserit hæreditatem. *d. l. 1.* Tertia: Nisi scriptus hæres cum hærede ab intestato collusione facta, omiserit hæreditatem. *l.si hæredes.12.C.de test. manumiss.* Quarta; Nisi hæres scriptus omissa causa testamenti, ab intestato possideat hæreditatem, approbatur *per ea quæ habentur inf.de legatis.* Quinta: Nisi necessarius hæres institutus, repudiauerit hæreditatem. *l. sciendum. 34.ff.de manum.ff.test.* Sexta; Nisi institutus, à quo seruo libertas simul & hæreditas per fideicommissum est relicta, antequã adiret hæreditatem, decesserit. *l. Antoninus.42.ff.de fideicom.libert.* Septima; Nisi quis bona defuncti libertatis cõseruandæ gratia petat sibi addici. *Instit. de eo cui libertatis causa bona addicuntur. l.si hæreditas. 6. C. de test.manumiss.* vbi ait Imp. Marcus: Nemine successore ab intestato existente. Ex his verbis elicitur prima propositæ replicationis duplicatio, hæc scilicet; Nisi ab intestato hæredes hæreditatẽ agnoscant. *Cui concordat Inst.d.tt. §. in primis. ibi: tunc enim.* Secunda duplicatio est: Nisi incertum sit, vtrum hæres extiturus sit, necne. *Inst.d.tt.§.in primis, in fin. & l.ergo.4.in princ.ff.de fideicomm.libert.* Huius triplicatio est: Nisi is abstinuerit se hæreditate, qui in integrum restitui potest, tunc enim quamuis incertum sit, hæres extiturus sit necne: tamen constitutioni est locus. *d.l.4.§.1. item Inst. de eo cui libertatis, §.si is qui.* Tertia propositæ replicationis duplicatio est: Nisi cæteris hæredibus repudiantibus, fiscus bona agnouerit, reprobatur *Instit.d.tt. §.& ne huius. Concordat d.l.4. §.eadem.* vbi ait Iurisconsultus: Cæterum si alia ratione agnoscat, apparet cessare debere cõstitutionem. Hisce verbis introducitur distinctio, sub qua duplicatio proposita approbatur, hæc scilicet: Nisi non ob id, quod hæres scriptus nolit hæres esse, sed ob aliã causam bona defuncti iacentia fiscus agnoscat. tũc enim propositæ replicationi locus nõ est. *Cui concordat l.quod diuo. 50. in princ. ff. de manumissis test.* Sed & secundo admittitur, si in fraudẽ creditorũ libertas relicta sit, eiusq; bona à fisco sint agnita. *l.ergo.4.§.si in fraudẽ.ibi: certe si fiscus.ff.de fideicom.libert.* Quarta duplicatio est: Nisi ex alia causa, quã quod hæres institutus hæreditatẽ repudiauerit, bona defuncti iaceant. *approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superius duplic.prox.distinct.1.* Quinta: Nisi is, qui soluendo non est, in fraudem creditorum libertates reliquerit, reprobatur *d.l.4.§. si in fraudem.* vbi ait Iurisconsultus: Certe si fiscus agnouerit hęreditatẽ, facilius probabitur cessare libertatem. Hisce verbis cõditio, sub qua proposita duplicatio approbatur, proponitur, hęc scilicet; Nisi fiscus bona eius, qui in fraudẽ creditorũ libertates reliquit, agnouerit. Sexta duplicatio est; Nisi minor viginti annis libertatẽ reliquerit, reprobatur *d.l.4.§.item si minor.* Septima: Nisi nõ testamento, sed ab intestato libertates sint relictæ, reprobatur *Instit. de eo cui libertatis causa, §.in primis.l. 2.ff de fideic.libert.* Octaua; Nisi non proprio, sed alieno seruo libertas sit relicta, reprobatur *d.l.4. §.si alienos, ff.d.tt.* Nona; Nisi nõ hæres, sed legatarius rogatus sit manumittere, reprobatur *d.l.4.§. si nõ hæres.* Decima; Nisi non vltima voluntate libertas sit relicta, sed inter viuos ab eo, qui soluẽdo non est, data. reprobatur *Instit.de eo cui libertatis causa, §.hæc constitutio.ibi: quid ergo.* Vndecima duplicatio est: Nisi nulla omnino libertas sit relicta. *d. §.hæc constitutio.* Duodecima; Nisi non pure, sed ex die vel sub conditione libertas sit relicta, nec dies venerit, neq; conditio extiterit, approbatur sub conditione *l.ergo.4.§.si ex die, cum seqq.ff.de fideicom. libert.* Decimatertia; Nisi hæres, qui sese abstinuit, postea in integrum restituatur, reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. duplic.2. triplic.1. Concordat l. quod diuo. 50. in fin.ff. de manumiss. testam.* Decimaquarta; Nisi bona sint vendita. *l.cũ constitutio.15.in prin.C.test.de manumiss.* Quæ duplicatio proposita reprobatur, sub hac tamen conditione; Si intra annum post bonorum vendi ionem quis bona libertatum conseruandarum causa petat sibi addici. Ergo admittitur, si post annum à venditione bonorum numerandum, quis bona sibi addici petat, hoc enim casu audiendus amplius non est. Decimaquinta duplicatio est; Nisi is, qui bona sibi addici petit, creditoribus hæreditariis nõ idoneè caueat de solido, quod illis debetur soluendo. *d.l.15. vers.sub hac conditione. Concordat Instit. de eo cui libertatis causa, in princ. l. quod diuo. 50. §.seruos. ff. de manumiss.test. item l.ergo.4.§. addici, cum seq. ff.de fideicomm. libert.* Decimasexta; Nisi non de solido, quod debetur, sed de parte tantum is, qui bona sibi petit addici, creditoribus caueat. Hæc duplicatio ex iam dictis quidem constat: verum eius triplicatio est; Nisi creditores consentiant. *l. cum constitutio.15.§.sin autem libertas, C. de test. manumiss.* Decimaseptima duplicatio est; Nisi nõ de omnibus seruis, quibus libertas relicta est, manumittendis caueat is, qui bona sibi addici petit: vel non omnes manumittat. *constat ex iis quæ proposita sunt sup dupl.15.in prin.* Huius triplicatio prima est: Nisi non omnes serui liberi esse velint. *d.l.15.§.sin vero quidam.* Secunda; Nisi res hæreditariæ non sufficiant æri alieno soluendo. *d.l.15.§.sin vero non.* Decimaoctaua duplicatio est; Nisi non certiorato fisci præfecto bona sint addicta, approbatur simul & distinguitur *l.ergo.4. §.si bona. ff. de fideic.libert.* Decimanona; Nisi ij quibus libertas relicta est, non fuerint præsentes, reprobatur *d l.4.§.illud videamus.* Vicesima; Nisi non is, cui libertas relicta est, sed alius vel extraneus bona sibi addici petat, reprobatur *l.cum constitutio.15. in princip.ibi: licere vel cuilibet. & §. penult. ibi: quod priuilegium. C. de testamen. manumiss. l. si hæreditas. 6. in fine, C. eod. tt. item l. quod diuo.50. §.seruos, ff. de manumiss testamen.* Vicesimaprima; Nisi ij quibus libertas relicta est, nondũ sint manumissi. nam per solã bonorum addictionem liberi non efficiuntur. *l.ergo. 4.§. hi qui fideic. ff.de fideicom. libert. item Institut.de eo cui libertatis causa, §. & ij quidem.* Huius triplicatio est: Nisi directa, non fideicommissaria libertas sit relicta, approbatur simul & distingultur *d. §.& ij quidem. Concordat d.l.4.§.hi qui ad.* Hactenus, an bona libertatum conseruandarum causa addicenda sint, & an iis addictis libertas competat ex eius testamento, cuius hæreditas nõ est adita, tracta-

tractatum est. Nunc si plures bona libertatum conseruandarum causa sibi addici petant, quibus potissimum ea sint addicenda, dispiciendum? Quæ quidem quæstio definitur *l.hæc constitutio.15. l. sed hoc quidem, C. de testam. manumiss.* Restat vt videamus, qui sint addictionis propositæ effectus. Primus autem effectus est, quod libertates competant, perinde ac si hæreditas ab hærede instituto adita fuisset: *de qua re in superioribus est dictum.* Secundus, quod ius patronatus in iis quibus libertas relicta est, competat ei, cui bona sunt addicta. approbatur simul & distinguitur *l.ergo.4. §. hi qui ad. ff. de fideicom. libert. Concordat Instit. de eo cui libertatis causa, §. & ij quidem.* Tertius: Tutela eorum quibus libertas relicta est, ad eum cui bona addicta sunt, pertinet. *dict. leg. 4.§. cum autem.* Quartus: Bonis addictis, cessat bonorum venditio. *Instit. de eo, cui libertatis, §. hoc rescripto.* Quintus: Bonis addictis, vtilis actio creditoribus hæreditariis aduersus eum, cui addicta sunt, competit. *l in quem.3.ff.de fideic. libert.* Quod limitatur quodammodo *l. ergo. 4.§. penult. ff.d.tt.* Sextus: Bonis addictis, fiscus bona agnoscere amplius non potest. *d.l.4.§.si bona.* Huius exceptio est: Nisi non certioratis fisci præfectis, bona sint addicta. *Quæ approbatur ibidem, vers plane si non.* Septimus effectus: Ius sepulchri competit ei, cui bona sunt addicta. *d.l.4. §. is autem.* Octaua: Bonis non vni, sed pluribus addictis, communio bonorum nascitur, eiusq; iura cõpetunt. *d. l.4.§. fin.* Hactenus de septima posteriori generis exceptione, & per digressionem de bonorum addictione libertatum conseruandarum causa, sit dictum.

VIII. Exceptio: Nisi vnus tantum ex pluribus hæredibus institutis, hæreditatem adierit. hoc enim casu quasi hæreditate non adita, libertates euanescere videntur. reprobatur *l.si legato. 11.§.fin. ff.de manumiss.testam. & l.testamento. 23 §. testam.ff. eod.tt.*

IX. Exceptio: Nisi hæres antequam adierit hæreditatem, cum creditoribus hæreditariis pactus sit de parte debiti non petenda. reprobatur *leg.qui habebat. 54. §. scripti. ff. de manumiss.testam.*

X. Exceptio: Nisi hæres, postquam adierat hæreditatem, in integrum sit restitutus. reprobatur *l.libertas 3.C.de test.m.manumiss.*

XI. Exceptio: Nisi hæredibus scriptis, hæreditas ab hæredibus ab intestato venientibus sit euicta. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. except. 7. in prin.* Eius autem replicatio est: Nisi hæredibus scriptis colludentibus sit euicta. *l.si hæredes.12,C.de testam.manumiss.*

XII. Exceptio: Nisi seruo vendito, vt intra annum manumitteretur, emptor intra annum seruus si pronunciatus. reprobatur *l. Caius. 23. ff. de manumiss.*

XIII. Exceptio: Nisi bona eius, qui manumittere rogatus est, ad fiscum peruenerint. reprobatur *l.non tantum.51.in prin.ff.de fideic.libert.*

XIV. Exceptio: Nisi manumittere rogatus, hæreditatem vel legatum sibi relictum non adquirat. *l.eum cui.8.ff.de fideicom.libert.* Huius replicatio prima est: Quod quamuis is, qui rogatus est, hæreditatem vel legatum repudiauerit; tamen alius, ad quem postea hæreditas vel legatum peruenit, cogi possit ad præstandam libertatem. *l. cum vero. 26. §. si pro non. ff. de fideicomm. libertat. l. post legatum. 5. §.si seruum, ff. de his quæ vt indignis. l. peculium. 67. §. fin. ff. de leg.2. l.si pater.47.§. fin.ff.de fideic.libert.l.Lucius.14.ff.d.tt. l.cum proponis.8. C.d.tt.* Cuius duplicatio est: Nisi hæreditas rogato relicta ad hæredes ab intestato venerit. hi enim ad libertatem testamento relictam præstandam cogi non possunt. *l.1.C.d.tt.* Huius triplicatio est: Nisi ab intestato quoque libertas sit relicta. *d.l.1.ibi: si non à legitimo quoque. & l.si pater.47.§. fin.ff.d.tt.* Plura de proposita replicatione, vide *inf. cap.10 quæst.6.reg.2.* Secunda propositæ exceptionis replicatio: Nisi seruum sibi à testatore inter viuos donatum quis rogatus sit manumittere. reprobatur *l.Lucius. 40. in princ.ff.de fideicom. libert.* Tertia: Nisi partem rei legatæ acceperit. *l.generaliter.24.§.quod si legatum, ff.de fideicom.libert.* Huius duplicatio est: Nisi pars rei legatæ, quam rogatus accepit, ad precium serui manumittendi non sufficiat. *dict.§.quod si legatum.* Cuius tamen triplicatio est: Nisi cum pluribus seruis libertas per fideicommissum esset relicta, ad quorundam precium id quod rogatus accepit, sufficiat, tunc enim quamuis nõ ad omnium seruorũ precium sufficiat, quósdam tamen manumittere est cogendus. *Quæ approbatur ibidem.* Plura de proposita replicatione, vide *inf.except.prox.* Quarta replicatio est; Nisi aliud legatum rogatus acceperit, quam illud quod respectu libertatis ei relictum est. *l si legatario.22.in princ.ff. de fideic.libert.* Quinta replicatio est: Nisi æstimationem rei legatæ acceperit rogatus, vel quid aliud pro legato. tunc enim proposita exceptione non defenditur. *l.si vsusfructus.42.§. vsusfructus, ff. de vsufructu & quemadmodum.* Sexta: Nisi debitor seruum pignoratum à creditore manumittere sit rogatus. *l. si debitor. 45.in prin.ff.de fideicom. libert.* Septimæ replicationis loco notandum, quod si is, cui seruus legatus est, vt eum manumittat, nolit eum accipere, alij actiones suas præstare cogatur. *l.si filius.33. §.fin.ff. d.tt.* Plura de exceptione proposita, vide *inf.lib. 12. c.9.causa 24.* Sed & eius species sunt exceptiones proxime sequentes.

XV. Exceptio: Nisi is, qui rogatus est seruum manumittere, minus æstimatione serui à testatore consequatur. approbatur simul & distinguitur *l generaliter. 24. §. si quis alienum, ff. de fideicom.libert.* Huius replicatio prima est: Nisi non alienũ, sed suum seruum rogatus quis sit manumittere. tunc enim quamuis minus ex iudicio testatoris perceperit, nihilominus cogetur manumittere. *d. §. si quis alienum, & §. proinde. l. si debitor. 45. §. in fideicom. & l. decem. 6. ibi: sed videamus ne vtique, ff. eod.tt.* Cuius duplicatio est: Nisi cum sperasset, se vberius legatum consecuturum, illud postea sit imminutum. *d.l. 24. quod si legatum.* Secunda replicatio est; Nisi cum minus legatum rogatus percepisset, illud postea accessione fructuum & aliis modis sit auctum. *d.l.24. §. proinde. ibi: plane si minus.* Tertia; Nisi precium serui postea sit deminutum. *d.§. proinde.* Quarta est: Nisi cum minore legato accepto, plures seruos manumittere rogatus esset, illud legatum ad quorundam redemptionem sufficiat: tunc enim ad quosdam

seruos redimendos & manumittendos legatarius tenetur. *d.l.24.§.simili modo.*

XVI. Exceptio: Nisi rogatus manumittere, id quod ex iudicio defuncti percepit, alij restituere sit rogatus. *l. generaliter. 24. §. si cui legatum, ff. de fideicommiss. libertat.* Huius replicatio est; Nisi id quod rogatus percepit, non confestim, sed post tempus restituere teneatur, vt medio tempore inde fructus percipiat. *d.§. si cui legatum. vers. plane si forte.*

XVII. Exceptio: Nisi libertas lege sit ademptа. *l. vnica. ff. de ademptione libertatis.*

XVIII. Exceptio: Nisi libertate seruo relicta, hæres eam rursus ademerit, vel consentire nolit. reprobatur *l. statuliberis. 13. C. de test. manumiss. l. si ab eo. 7. C. de liberali causa. l. subscriptio. 32. C. d. tt. item l. statuliberos. 3. in princ. ibi: etiam inuito hærede, ff. de statulib.*

XIX. Exceptio; Nisi rogatus simul tutor datus, à tutela sese excusauerit. reprobatur *l. Thais. 41. §. Seio & §. tutoris, ff. de fideic. libert.*

XX. Exceptio; Nisi is, qui manumittere debet, vel latitet, vel absit, vel mortuus sit. reprobatur *per ea quæ habentur inf. c. 15. q. 4. reg. 8. except. 1.*

XXI. Exceptio: Nisi seruus, cui libertas relicta est, multa ex hæreditate per fraudem amouit. reprobatur *l. Titia. 59. §. qui puram, ff. de manum. test. & l. fideicommissaria. 23. in prin. ff. de fideic. libert.* Plane admittitur, si seruus sub conditione rationum reddendarum liber esse iussus sit. *l. Sticho. 40. in princ. ff. de statulib.*

XXII. Exceptio: Nisi is, qui in libertatem proclamat, nondum rationes reddiderit. *l. Imperator. 34. ff. de liberali causa.* Huius replicatio est: Nisi seruus libertatem fideicommissariam petat. *l. si pure. 37. ff. de fideicom libert. l. fideicommissaria. 23. in princ. ff. eod. tt. l. si cognati. 21. in princ. C. negocior. gestor.* Plane admittitur in seruo communi ab vno ex sociis manumisso, *l. 1 §. si autem seruus, C. de communi seruo manumiss.*

XXIII. Exceptio: Nisi statuliber pœnæ seruus sit effectus. *l. si statulibera. 6. in princ. ff. de statuliberis. & l. generaliter. 24. §. si seruus, ff. de fideicom. libert.* Huius replicatio est: Nisi pœna postea sit liberatus. *d.§. si seruus. & l. Aristo. 46. ff. de manumiss. testam.*

XXIV. Exceptio: Nisi seruus ab hostibus captus, & ibidem manumissus, ad suos reuertatur. tunc enim iure postlimij recidit in potestatem veteris domini. *l. in bello 12. §. si quis seruum. ibi: certe apud hostes ff. de captiuis.*

XXV. Exceptio: Nisi seruus, cui libertas relicta est, ob participandum precium se venire patiatur. *l. Licinius. 4. ff. quib. ad libert. proclam.* Huius replicatio prima est: Nisi seruus, qui patitur se venundari, nondum libertatem petere potuit. *d.l. 4. vers. quod quidem.* Secunda: Nisi non participatus sit preciũ seruus, qui se venire passus est. *l. 1. in fin. C. d. tt.* Tertia: Nisi non vendi, sed donari, vel in dotem dari se passus est seruus. reprobatur *l. si vsumfructum. 23. §. 1 ff. de liberali causa.* Reliquas replicationes, vide *sup. c. 3. causa 3.*

XXVI. Exceptio: Nisi seruus liber hæresque esse iussus, hæres non existat. reprobatur *l. si seruus. 4. §. sed hoc quantum. ff. de rebus iudicis auctor. possid. l. 2. §. penult. ff. de statuliberis. l. diuus. 26. ff. de manumiss. test. l. 2. & l. cum seruus. 14. ff. d. tt. l. Antoninus. 42. ff. de fideicom. libert.*

XXVII. Exceptio; Nisi seruus, cui libertas relicta est, sit alienatus. reprobatur *l. generaliter. 24. §. quoties. ff. de fideicom. libert. l. statuliberu. 13. C. de test. manumiß. l. 2. in prin. ff. de statuliberis. l. statuliberum. 9. in princ. ff. d. tt. l. non tantum. 51. §. cui per. ff. de fideic. libert.* Plane admittitur primum, si testator seruum alienauit. *de qua re vide sup. eod. cap. except. 4.* Deinde, si creditor seruum sibi pignori obligatum vendidit. *l. posteaquam. 52. ff. de fideic. libert.* Sed & plures distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur, vide *inf. except. prox.* item plura de ea vide *inf. c. 10. q. 6. reg. 2.*

XXVIII. Exceptio; Nisi seruus, cui libertas relicta est, sit vsucaptus. reprobatur *l. generaliter. 24. §. quoties, ff. de fideicom. libert. l. statuliberis. 13. C. de testam manumiß. l. 2. in princ. ff. de statuliberis.* Plane admittitur primum, si nondum adita hæreditate, seruus cui libertas relicta est, vsucaptus sit. *d. l. 2. in princ.* Sed hoc casu, adita postea hæreditate, spes libertatis, quæ per vsucapionem intercidit, redintegratur: quod notandum pro prima propositæ distinctionis replicatione. *l. statuliberi. 9. §. fin. ff. de statuliberis. l. sed etsi. 55. §. fin. ff. de fideic. libertat.* Secunda iam dictæ distinctionis replicatio est: Nisi cum seruus in pupillaribus tabulis libertatem accepisset, post aditam patris hæreditatem, viuo adhuc pupillo sit vsucaptus, vel alienatus. hoc enim casu, quamuis pupilli hæreditas nondum sit adita, nihilominus cum sua causa vsucapitur & alienatur. *d. l. 2. §. 1. & §. fin. ff. de statuliberis. l. in tabulis. 36. ff. d. tt.* Hæc de prima distinctione, qua exceptio proposita admittitur, eiusq; replicationib. sint dicta. Secundo admittitur, si seruus sub conditione cum libertate pro parte hæres institutus, vsucaptus sit. *l. 2. §. si in primis, ff. de statuliberis.* Huius replicatio est; Nisi conditio institutionis defecerit. *Quæ approbatur ibid.* Tertio admitti videtur exceptio proposita, si seruo alij legato libertas sub conditione relicta sit. Sed reprobatur *l. Stichum. 39. in prin. ff. de statulib.*

XXIX. Exceptio; Nisi libertate seruo relicta, vel eo vendito ita vt manumittatur, manumissus non sit. *l. si seruus. 11. C. de fideicom. libert. & l. ergo. 4. §. hi qui fideicom. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi seruo alienato ita vt intra certum tempus manumittatur, tempus illud extiterit. tunc enim quamuis manumissus non sit, ipso tamen iure fit liber *l. seruum. 8. in fin. ff. de iure patronatus. l. 2. C. si mancip. ita fuerit alienatum, vt manumitt. l. eum qui. 3. ff. qui sine manum.* Cuius duplicatio prima: Nisi tempus manumissionis non sit adiectum. reprobatur *l. vlt. ff. qui sine manumiß. ad libert. peruen. & l. ei qui. 4 ff. d. tt.* Secunda: Nisi ita sit alienatus, vt si non manumittatur, liceat venditori manus iniicere, vel alia pœna sit adiecta. reprobatur *l. causam 20. §. puellam, ff. de manumiß. Concordat l. si puellam. 6. C. si mancip. ita alien. vt manum. & l. qui Romæ 122. §. Flauius in fin. ff. de verb. obligat.* Tertia duplicatio est: Nisi venditor voluntatem manumittendi mutauerit. *d. l. 6. l. 1. ibi: si modo, C. d. tt. & l. mancipia. 8. ff. qui sine manumiß.* Plura de hac duplicatione vide *sup. eod cap. except. 3.* Quarta est: Nisi non in ipsa emptione, sed post, vt manumittatur, conuenit. *l. Paulus. 38. in princip. ff. de liberali causa.*

Quinta

Quinta: Nisi non venditus, sed ex alia causa traditus sit seruus, vt manumittatur. reprobatur *l. 1. C. si mancip. ita alien. vt manum. & l. mancipia. 8. ff. qui sine manumiss.* Sexta; Nisi vxori à marito seruus ita sit donatus, vt manumittatur. *l. quod autem. 7. §. vxori. ff. de donat. inter virum & vxor.* Septima; Nisi seruus alij sit obligatus. reprobatur *l. si quis. 6. ff. qui sine manumiss.* Octaua; Nisi tempus manumittendi in mortem emptoris sit collatum. reprobatur *l. vltim. ff. de seruis exportandis.* Nona; Nisi tam emptor quam venditor sine hærede decesserit. reprobatur *l. 1. ff. qui sine manumiss.* Decima; Nisi ita conuenit, vt seruus venditus post certum tempus liber esset, non vt eum emptor manumitteret. reprobatur *l. si iusta. 3. C. si mancip. ita fuerit alienatum, vt manumiss.* Vndecima; Nisi multo post tempus, quo manumitti debuit, elapsum, seruus se manumitti petierit. reprobatur *d. l. 3. vers. nec obst. at.* Duodecima; Nisi à minore seruus venditus sit, vt manumittatur. *l. 11. §. quid si minor. ibi: & magis est. ff. de minoribus 25. annis.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Altera replicatio est: Nisi dominus pro libertate serui pecunia accepta, seruum non manumiserit. hoc enim casu seruus ipso iure liber efficitur. *l. Paulus. 38. §. 1. ff. de liberali causa l. si is qui. 4. C. si mancipium ita fuerit alien. vt manumiss.* Tertia; Nisi is, qui ex causa fideicommissi libertatem debet, latitet, vel alias manumittere nolit. tunc enim decreto prætoris interposito seruus liber efficitur sine manumissione. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur inf. c. 15. q. 4. reg. 8. except. 1.* Quarta; Nisi directa in testamento libertas sit relicta. nam nec hoc casu manumissione alia est opus. *l. ergo. 4. §. hi qui ad. ibi: qui autem volunt. ff. de fideicom. libertat. de qua re vide item sup. eod cap. except. 7. replic. 6. dupl. 11.*

XXX. Exceptio; Nisi instrumentum manumissionis nullum interuenerit: vel id quod interuenerit, amissum sit. reprobatur *l. sicut. 25. C. de liberali causa.*

XXXI. Exceptio: Nisi testamentum, in quo libertas relicta est, ruptum vel irritum sit factum. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. except. 36.*

XXXII. Exceptio; Nisi cum mortis causa seruus manumissus esset, manumissor conualuerit. reprobatur *l. mortis causa. 15. ff. de manumiss.*

XXXIII. Exceptio; Nisi causa ob quam manumissio facta est, non sequatur. reprobatur exemplo *l. non tantum 51. §. fin. ff. de fideic. libert.*

XXXIV. Exceptio; Nisi cum alicui tanquam pedissequæ libertas relicta esset, ea mortis testatoris tempore pedissequa esse desierit. reprobatur *l. Titia. 59. in princ. ff. de manum. test.*

XXXV. Exceptio: Nisi ancilla, quæ cum filiis libera esse iussa est, filios non habeat: vel ij quos habet, ad libertatem peruenire non possunt. reprobatur *l. si ita. 13. §. sed etsi. ff. de manum. test.*

XXXVI. Exceptio: Nisi cum libertas seruo relicta esset, cum alius, puta Titius, sedecim annorum esset: Titius mortuus sit, antequam sedecim annorum sit factus. reprobatur *l. si ita. 16. ff. de manumiss. testam. l. fideicommissaria. 23. §. etiam. ff. de fideicom. libert. l. Thais. 41. §. libertatem, in fin. ff. d. tt. l. si seruus. 19. ff. de statuliberis. l. fideicommissaria. 10. C. de fideicom. libert.* Sed proposita exceptio replicatio potius est *inf. except. 38.*

XXXVII. Exceptio; Nisi cum post mortem Titij tanquam hæredis libertas relicta esset, Titius hæres non existat. reprobatur *l. peculium. 67. in fin. ff. de leg. 22.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS MANUMISSIONEM & libertatis dationem, sumptis ex iis, quæ circa conditionem, sub qua libertas relicta est, contingunt.

CAP. IX.

XXXVIII. Exceptio; Nisi conditio, sub qua libertas relicta est, defecerit, vel nondum extiterit. *l. statuliberos. 3. in princ. ff. de statuliberis. & l. scio. 61. §. etsi ita in testamento, ff. de manumiss. test.* Huius replicatio prima est; Nisi non per eum, cui libertas relicta est, sed per alium steterit, quo minus conditio impleatur. *d. l. 3 in princ. §. cum igitur. ibi. etsi eam. §. non solum. §. si quis hæredi. & § fin. l. cum hæres. 4. §. si duob. l. si peculium. 20. § si is cui, in fine. & l. si hæreditas. 28. in princ. ff. d. tt. l. 3 §. fin. ff. de condict. causa dati non secuta.* Sed & plures propositæ replicationis species & exempla, vide *in replicationib. proxime sequentib.* Plane hujus duplicatio prima: Nisi per alium quam hæredem steterit, quo minus conditioni pareatur, reprobatur *l. statuliberos. 3. §. non solum autem si hæres. ff. de statuliberis.* Admittitur primum, si alieno seruo libertas sub conditione relicta sit ab hærede redimendo. tunc enim, quamdiu nec per seruum neq; per hæredem, sed per alium stat quo minus conditioni pareatur: non habetur ea pro impleta. *l. libertate. 55. ff. de manumiss. test.* Secundo, si per tutorem eius, cui dandum est, steterit quo minus detur. seruusque cum eo colludat. *l. qui filium. 22. §. nam quod alioquin. ff. de manumiss. test.* Secunda duplicatio: Nisi conditio non in dando neque in faciendo, sed in aliquo casu consistat. reprobatur *l. si filius 33. §. 1. ff. de fideicom. libert.* Tertia; Nisi hæres, per quem stet, quo minus conditioni pareatur, filius sit defuncti. reprobatur *d. l. 33. §. imo etiã.* Quarta: Nisi cum seruus annua, bima, trima die, dena conditionis implendæ causa dare iussus esset: primo tantum anno per hæredem steterit, quo minus decem oblata acciperet. *l. statuliberos. 3 §. Stichus, ff. de statuliberis.* Huius triplicatio est: Nisi triginta simul offerens, seruus ab hærede nõ admittatur. *d. l. 3. §. quid si seruus.* Quinta duplicatio est: Nisi non solum conditio, sed etiam tempus libertati sit adiectum, vel tacite insit. tunc enim, quamuis non per seruum stet, quo minus conditioni pareat: tamen tempus quoq; est expectandum, vt liber fiat. *d. §. Stichus. & §. si ita sit. l. si peculium. 20. §. quædam. ibi: sed etsi hæres, ff. eod. tt. Concordat item inf. repl. 7. duplic. 5.* Huius triplicatio prima est; Nisi cum seruo ita libertas esset relicta, Si hæredi per quinquẽnium seruierit: hæres seruum manumiserit. *d. §. si ita sit.* Secunda: Nisi cum ancillæ libertas esset relicta, ita si tres peperisset, per hæredem primus partus sit impeditus. tunc enim non expectatur tempus tertij partus. *d. l. 3. §. penult.* Sexta duplicatio est; Nisi remota etiam mora, hæredis seruus per id quod offert, conditionem implere nõ posset. approbatur exemplo.

l.seruus.34.§.Imperator.ff.de statuliberis. & l.si trienio.18.ff.d.tt. Huius duplicationis species sunt superiores duæ duplicationes proximæ, vbi etiã huius triplicationes proponuntur. Septima duplicatio est: Nisi non impediendæ libertatis causa hæres conditioni moram fecit. *l.non omne 38.ff. de statuliberis.* Huius triplicatio est: Nisi cum conditio in dando consisteret, seruus obsignatum illud quod dare iussus est, deposuerit. *l.cum hæres.4. in princ ff.de statuliberis.* Octaua duplicatio: Nisi hæres postea pœnitentia ductus, vt conditioni pareatur, impedimento amplius non sit, nec seruus conditioni tunc velit parere. reprobatur *l. statuliberos.3.§.Stichus,in fine.ff.de statuliberis.* Plane admittitur, si cum in parte hæres impedimento fuisset, in reliqua parte impedimento amplius nõ sit. Quæ distinctio approbatur exemplo *d.l.3.§.si ita sit.ibi: at is quem quis. Vide item inf.except.55.repl 1. duplic.1.triplic.1.* Nona duplicatio: Nisi hæres seruum, decem conditionis implendæ causã ex peculio dare volentem, prohibeat. reprobatur *d.l.3. in princ.ff. de statuliberis. Concordant ea quæ habentur inf.exc.44.* Decima: Nisi cum ita libertas Sticho esset relicta, Si Titius Capitolium ascenderit: Titius ascendere nolit. *l.cum hæres.4.§.penult.ff. de statuliberis.* Vndecima: Nisi cum duo idem facere iussi essent, vnus solidum fecerit, vel cum testator vtrumque facere voluisset, alter cesset. tunc enim in alterius quoque persona deficit conditio. *l.si ita.13. in princip.ff. de manumiss.testamento.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione sunt dicta. Sed & plura eius exempla, necnon duplicationes, vide *in proxime sequentibus replicationibus.* Secunda replicatio est: Nisi cum seruo sub conditione dandorum decem libertas esset relicta, hæres nolit vel soluere seruo, vel à debitoribus peculiaribus exigere, vt seruus decem soluere possit. Hæc replicatio species est præcedentis, approbaturque *l.statuliberos.3.§.inde quæritur.ff.de statuliberis.* Tertia: Nisi cum libertas seruo relicta esset sub conditione dandorum decem, seruus sine peculio sit venditus, vel venditor peculium retinuerit. *d.l.3.§.si quis iussum. & l nõ videbitur.35.ff.d.tt.* Quarta: Nisi decem dare iussus, operari à domino prohibeatur. reprobatur *d.l.3.§.si quis seruum ff.de statuliberis.* Plane admittitur, si testator vel ex operis, vt decem det iussit. *d.§.si quis seruum. vers. sane si testator.* Quinta replicatio est: Nisi dominus seruo sub conditione dandorum decem manumisso, id quod ex operis meretur, abstulerit. *d.§.si quis seruum, vers. plane si.* Sexta: Nisi cum libertas seruo relicta esset sub hac conditione, Si hæredi seruierit: hæres seruum vendiderit. *d.l.3.§.fin. ff.de statuliberis.* Septima: Nisi is, cui conditionis implendæ causa dandum vel faciendum fuit, decesserit. *l.si peculium. 20.§.is cui.ff.de statuliberis & l.Stichum.39.§.si Stichus, ff.d.tt.* Huius duplicatio prima: Nisi tempore mortis eius cui dare iussus est, seruus decem nõ habuerit. reprobatur *d.§.is cui.* Secunda: Nisi viuo testatore mortuus sit is, cui conditionis implendæ causa pecunia fuit danda. reprobatur *d.§.si Stichus.* Tertia: Nisi persona, cui dare iussus est seruus, nõ sit proprio nomine demonstrata, sed hæredi vel simili dare iussus sit. hoc enim casu etiam hærede mortuo, eius hæredi dandum est. *l.seruus.34.in pr. ibi: prior causa.ff.de statuliberis. Concordant ea quæ habentur inf.exc.41.repl.4.* Quarta: Nisi is, cui dare vel facere iussus est, in testamento suo cauerit, vt hæredibus suis detur vel fiat. hoc enim casu morte eius, cui dare iussus est seruus nõ excusatur. *l.Sticho.40.§.Pamphilo.ff.de statuliberis.* Quinta: Nisi libertatis datio non solum conditionẽ. sed & tempus habeat adiectum, tunc enim nõ nisi tempore illo expleto competit libertas. *l. cum hæres.4.§ seruire.ff. de statulib. l. Paulus.38.§.fin. ff. de liberali causa.* Similem duplicationẽ vide *sup.repl.1.dupl.5.* Sexta: Nisi ante mortem eius, cui dandũ vel faciendum fuit, mora à seruo facta sit, quo minus datum vel factum sit. ipso quidem iure reprobatur: verum eius triplicatio est in eo, qui cũ seruire debebat, fugerit. *d.§.fin.* Cuius ratio est, quod etiam post fugã seruiendi tempus & cõditio possit impleri, *secundũ ea quæ proponuntur inf.except.56.repl.1.* Octaua duplicatio est: Nisi seruus ab eo cui dare iussus est, sit alienatus. hoc enim casu ei, cui alienatus est, dare tenetur, quãuis alter sit mortuus, *approbatur per ea quæ habentur inf.except.41.repl.5.* Hæc de septima replicatione, eiusq; duplicationibus sunt dicta. Octaua replicatio est: Nisi seruus valetudine vel alia iusta causã sit impeditus, quo minus conditioni paruerit. *l. cum hæres. 4.§. Stichus ibi, sed etsi quibusdam.ff.de statuliber.* Nona: Nisi is, cui pecunia conditionis implendæ causa danda est, eam seruo remiserit. *l. seruus. 34. in princ. & §.sed si hæres, ff. de statuliber.* Decima: Nisi seruus fideiussores dederit de conditione implenda, reprobatur *l. statuliber. 5.§.fin.ff. de statuliber.* Vndecima: Nisi seruus hæredi decem dare iussus, in tantum locupletiorẽ fecerit hæreditatem. *l. mortuo. 11 in princ ff.de statuliberis.* Duodecima; Nisi is, cui seruus dare iussus est, seruo tantum debeat. *l.si peculium.20.§.quod si hæredi, ff.de statuliber.* Decima tertia; Nisi sub conditione hæres simul & liber esse iussus sit. tunc enim etiam deficiente conditione fit liber, quamuis non hæres. *l.2.§.si in primis. ibi. plane si conditio. D. de statuliberis. l. si seruus. 4.§.sed hoc quantum. D. de rebus ind. auth. possid. l. diuus Pius.26.D.de manumiss.testam.l 2. & l.cum seruus.14. D.d.tt.* Decima quarta replicatio est: Nisi conditio à seruo libero facto sit implenda: hoc enim casu deficiens conditio eum in seruitutem non reuocat. *l.Imperatores.52. D. de manumiss test.* Decima quinta; Nisi cum libertas seruo relicta esset sub hac conditione, Si institutus hæres existeret; libertatis legatum à substituto repetiit sine conditione. *l.vlt.D. de fideicommiss.libert.* Decima sexta; Nisi sub pluribus conditionibus libertate relicta, quædam extiterint. *De hac re vide inf.except.66.* Decima septima; Nisi cum libertas relicta esset sub hac conditione, Si æs alienum solutum fuerit, creditoribusve satisfactum; hæres locuples sit. reprobatur *l. Stichum. 39.§. Dig. de statuliberis.* Decima octaua; Nisi sub modo, non sub conditione libertas sit relicta. *l.causam.20.§.fin.D. de manumiss.* Decima nona; Nisi aliud volente eo, cui dare iussus est, conditionis implendæ causa dederit. approbatur exemplo *l. fideicommiss.23.§. fin.D.de fideicom.libert.* Vicesima; Nisi sub iurisiurandi conditione libertas sit relicta. reprobatur *l.si quis.12.D.de manum.test.* Vicesima prima replicatio est; Nisi cum ita libertas relicta esset, Si vxori

pro

pro parte hæredi placuerit: vxor hæres non existat, tunc enim, quamuis dissentiat, nihilominus libertas debetur. *l.Lucius.14.ff.de fideicom.libert. & l. cum proponas.8.C.d.tt.* Vicesima secunda; Nisi cum ita libertas esset relicta; Si illi placuerit: illi non placuerit contra boni viri arbitrium. *l.Thais.41.§. sorore sua. ff. de fideicom. libert. & l.fideicommisso.46.§. quod si ita.ff.d.tt.* Vicesima tertia replicatio proponitur *sup.cap.prox.except.36.* Vicesima quarta: Nisi conditio sit impleta, datumve vel factum, quod conditione comprehensum est. *l.si quis.13 in princ. ff.de statuliberis.l.statuliberos.3. in princ. ff. d.tt.l. Neratius.7.ff.de manumiss.testam.l testamento.18.ff.de fideicom.libert.* Huius duplicationes sunt exceptiones proxime sequentes. Hactenus igitur de tricesima octaua exceptione. eiusq; replicationibus sit dictum.

XXXIX. Exceptio; Nisi alius quam is, qui in conditione libertatis comprehensus est, conditionem impleuerit. approbatur simul & distinguitur *l. Stichum.39.§.fin.ff. de statulib. & l.si ita.13.in prin.ibi: faciendo, ff.de manumiss.testam.* Huius replicatio est; Nisi in dando, non in faciendo conditio consistat. tunc enim etiam per alium impleri potest *d.l.39.§ finali.*

XL. Exceptio; Nisi cum plures conditionis implendæ cauã dare facere iussi essent, vnus tantum dederit vel fecerit. reprobatur *d.l.13.in princ. vsque ad §.sed etsi ancilla ff.de manumiss.testam.* Plane admittitur, si testator vtrumque, non alterum tantum facere voluerit. *d.l.13. in princ.* Sed & admittitur, si alter partem, non solidum dederit vel fecerit. *d.l.13.* Plura vide *inf.except.48. replic.2.duplic.1.& 2.*

XLI. Exceptio: Nisi alij conditionis implendæ causa datum vel factum sit, quam ei cui dari vel fieri testator voluit. approbatur *per ea quæ habentur inf.lib.24. c.8.* Eius autem replicatio prima est: Nisi filiofamilias fari iussus, patri dederit. *l. si statuliberæ. 6.§. si filiusfamil. ff. de statuliberis.* Secunda: Nisi voluntate eius, cui dare debet, alij dederit. *d.l. 6.§. si seruus. & l. mortuo. 15. in fin. ff. d.tt.* Tertia: Nisi hæredi dare vel facere iussus, tutori hæredis dederit vel fecerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi tutor & seruus in fraudem pupilli hæredis colluserint. *l.qui filium.22.in prin.ff.de manumiss.testam.* Quarta replicatio est: Nisi hæredi dare iussus, hæredis hæredi dederit. *l.si peculium.20.§. hæredi. ff. de statuliberis. l. statuliberæ. 6.§.si si. iusfam. ibi: sed etsi post. & l.Stichus.34.in princ.ff.d.tt.* Quinta: Nisi ei dederit seruus, cui ab eo, cui dare iussus est, est alienatus. *d.l.6.§. statuliber.ff. de statuliberis. l.si is. 27. l. Stichus. 34.in princ ibi: quæ sunt enim. & l.ita liber.8.§.1.ff.d.tt.* Huius duplicatio prima; Nisi partem ei, cui dare iussus est, antequam alienaretur, dederit. hoc enim casu videtur, quod postea reliquam partem dando ei, cui alienatus est, non liberetur. reprobatur *l. statuliberæ 6.§. statuliber. ff. de statuliberis.* Plane si duobus hæredibus dare iussus, ab vno cui quinque soluit, sit alienatus, emptori quinque dando non liberatur. *l. si duobus. 32. ff. d.tt.* Secunda; Nisi statuliber seruo alienatus, domino emptoris vel ipsi seruo dederit. reprobatur *dict.leg. 6.§. si seruus.* Tertia est; Nisi non in dando, sed in faciendo conditio consistat. *d.l. 6.§. si quis.* Quarta; Nisi non dominium, sed vsusfructus tantum statuliberi sit alienatus. *l. vsusfructus. 7. ff. de statuliberis.* Quinta; Nisi hæres in alienatione exceperit, vt sibi detur. *l.mortuo.15. §.hæres, ff. de statuliberis.* Sexta; Nisi hæres in alienatione exceperit, vt non emptori, sed alij detur. *d.l.15.§.fin.* Septima; Nisi pro parte tantum seruus sit alienatus, vel ab vno tantum ex pluribus, quibus dare iussus est, partemq; ante alienationem soluerit ei à quo est alienatus. tunc enim reliquum emptori dando non implet conditionem. *l.si duob.32. ff.de statuliberis.* Hæc de quinta replicatione. Sexta replicatio est; Nisi hæres, cui dare iussus est, hæreditate se abstinuerit. tũc enim ei dando, cui bona libertatis conseruandæ causa addicta sunt, implet conditionem. *l.ergo.4.§.si sub. ff.de fideicom. libert.* Huius duplicatio est; Nisi alij quam hæredi dare sit iussus. *d.§.si sub.* Septima replicatio; Nisi in conditione non sit adiectum, cui dandum. reprobatur *l.ita liber.8. in prin.ff.de statuliberis l.Labeo.21.ibi: veluti si certam. & l. qui pecuniam. 22.in prin.ff. d.tt.* Hæc de quadragesima prima exceptione, eiusq; replicationibus sunt dicta. Sed & plura de ea vide *inf.de legatis.*

XLII. Exceptio: Nisi hæredi dare iussus, hæredi scripto vel ab intestato, contra quem pronunciatum est, dederit. *Hæc exceptio approbatur l. statuliberi.29.ff.de statulib.*

XLIII. Exceptio; Nisi hæredi, qui se hæreditate abstinuit, conditionis implendæ causa datum sit. *l.Thais.41.§.Stichus, ff.de fideicom.libert.*

XLIV. Exceptio; Nisi seruus decem dare iussus, ex peculio dederit. reprobatur *l statuliberos.3. in prin. ff. de statuliberis.l.si quis.13.§.1. & l.si intra.23. in fin. ff. d. tt. item l. si inuitis.108. ff. de condit. & demonstr.* Plane admittitur primum, si deducto eo, quod seruus domino debet, nihil amplius habiturus sit in peculio. tunc enim ex peculio dando liber non fit. *l. decem.17.ff. de statulib.* Secundo, si cum ita libertas relicta esset; Seruus cum rationes reddiderit, cum contubernali suo liber esto; seruo mortuo, contubernalis eius reliqua soluat conditionis implendæ causa. hoc enim casu ex suo peculio soluendo non implet conditionem. *l.si seruo.31.§.fin.ff.de statulib.*

XLV. Exceptio; Nisi seruus numos ab eo, cui dat, sibi datos, conditionis implendæ causa dederit. approbatur simul & distinguitur *l.si hæres.11. ff.de statuliberis. l. Stichum.39.§.si hæres, ff.eod.tt.* Huius replicatio est; Nisi ita numi dati sint, vt serui fierent. *dictis legibus.*

XLVI. Exceptio; Nisi numos alij subreptos, conditionis implendæ causa dederit. *l. statuliberos.3.§.sed etsi argento. ff. de statuliberis. & l.si decem.17. in fin.ff.d.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi alia re quam pecunia subtracta eam vendidit, & numos ex venditione rei subtractæ redactos soluerit. *d.§.sed etsi argento.* Altera; Nisi numi ab eo cui dedit, sint consumpti, vt auelli ab eo amplius non possint. *d.§.sed etsi argento.vers.plane si sic.*

XLVII. Exceptio: Nisi plus quam iussus est, seruus conditionis implendæ causa dederit. reprobatur *d.l.3.§.si plus.ff.de statulib.*

XLVIII. Exceptio; Nisi seruus minus quam iussus est, conditionis implendæ causa dederit vel fecerit. *dict. leg.3.§.si decem.* Huius replicatio

prima est; Nisi postea reliquum quoq; fuerit solutum.*d.§.si decem.* Secunda; Nisi cum duobus libertas sub conditione esset relicta, vnus pro sua parte dederit, hoc enim casu, quamuis alter suam partē nō soluat, nihilominus is, qui dedit, quamuis non solidum, fit liber.*l.si legato.* 11.§.1.*ff. de manum. test. l.si ita.* 13.§.*quæstio.ibi: siquidem separatim.ff. d. tt. l.si quis.*13. §.*si duo.ff.de statuliberis.* Cuius duplicatio prima est: Nisi conditio non in dando, sed in faciendo consistat. *l.si ita.*13.*in prin.ff.de manumiss.testam.* Secunda: Nisi cum duobus seruis libertas sub conditione rationum reddendarum relicta esset, non separatim, sed communiter, vel simul rationes gesserint. tunc enim alter pro sua tantum parte rationes reddendo, & reliqua soluendo, non implet conditionem. *l. si quis.* 13. § *si duo.ff.de statuliberis.& l.si ita.*13. §.*quæstio.ff. de manumiss.testam.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est; Nisi cum duobus decem dare iussus esset, altero quinq; oblata accipere recusante, alteri postea eadem quinq, sint data. tunc enim quamuis non decem, sed quinq; tantum data sint, impletur conditio. *l.cum hæres.*4.§.*si duobus. ff. de statuliberis.* Quarta; Nisi cum duobus hæredibus decem dare iussus esset, vnus se hæreditate abstinuerit. hoc enim casu videtur exemplo iam dictæ replicationis, alteri quinq; tantū datis, conditio impleri. verum reprobatur *l.Thais.* 41. §. *Stichus,ff. de fideicom.libert.* Quinta; Nisi cum annua, bima, trima die, dena dare iussus esset seruus, primo die decem oblata hærede accipere recusante, eadem decem secundo die vel tertio obtulerit, & ita nō triginta, sed decem vel viginti tantum dederit: hoc enim casu nihilominus impletur conditio.*l. statuliberos.*3.§.*Stichus,ff.de statulib.* Species propositæ exceptionis est *inf.except.*56.

LIX. Exceptio: Nisi pluribus hæredibus conditionis implendæ causa dare iussus, singulis non pro hæreditariis, sed pro virilibus partibus dederit.*l.ita liber.* 8 *ff.de statuliber. & l.qui pecuniam.* 22.*in prin.ff.d.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi hæredibus dare iussus sit, nominibus hæredum expressis.*d.l.*8.*vers.Labeo autem.* Cuius duplicatio est; Nisi non omnium hæredum, quibus dare iussus est, nomina sint expressa, sed quorundam tantum.*l.si quis.*12. *& l.qui pecuniam.* 22.§.*si quidam. ff.d.tt.* Secunda replicatio videtur: Nisi hæredibus extraneus quoque sit iunctus. verum reprobatur *d.§.si quidam.*

L. Exceptio; Nisi cum pluribus dare iussus esset, vni tantum solidum dederit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi cum duobus hæredibus dare iussus esset, vnus sese hæreditate abstinuerit. tunc enim alteri solidum dando conditionem implet.*l.Thais.*41.§.*Stichus.ff. de fideicom.libert.*

LI. Exceptio; Nisi cum seruo libertas ex tempore esset relicta sub hac conditione, Si hæredibus diurnum quiddam præstitisset: illud præstitum vsque ad tempus adeptæ libertatis, postea amplius non præstet. reprobatur *l.Titius.* 10. *C.de operis libertorum. Concordant ea quæ dicta sunt sup. except.*38.*repl.*14.

LII. Exceptio: Nisi aliud quam dare iussus est, conditionis implendæ causa seruus dederit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi voluntate eius, cui dare iussus est, aliud dederit.*l.fideicommissaria.*23. §. *fin. ff.de fideicom. libert.*

LIII. Exceptio; Nisi cum libertas seruo esset relicta, Si fuisset alienatus: non voluntate hæredis, sed necessitate sit alienatus.*l. cum fideic.*9. *ff. de fideicom. libert.* Huius replicatio prima est; Nisi necessitas alienandi non ex causa testatoris, sed hæredis pendeat.*d.l.* 9.*l.rogo.*21.*item l.Imperator.*12.*in princ.ff.d.tt.* Secunda: Nisi cum à testatore seruus fuisset pignori obligatus, cui sub conditione alienationis libertas est relicta, per hæredem stet quo minus eum redimat. *l.Thais.*41. §.1.*ff. de fideic. libert.*

LIV. Exceptio; Nisi cum seruo libertas esset relicta, Si decem dedisset: dederit quidem decem, sed ex alia causa.*l.seruus.*14.*in princ.ff.de statuliberis.* Alia huius exceptionis exempla, vide *sup.except.*45.*&* 46.

LV. Exceptio; Nisi intra certum tempus dare iussus, post tempus conditionis implēdæ causa dederit.*l.si intra.*23.*in princ.ff.d.tt. & l. Thais.* 41.§. *intra.ff. de fideicommiss.libert.* Huius replicatio prima est: Nisi non per seruum steterit, quo minus intra tempus conditioni paruerit.*d.§.intra.l.si hæreditas.*28.*in prin.ff.de statuliberis. item l. Stichus.*40.§. *Titius,ff.d.tt.* Cuius duplicatio est; Nisi postquam per hæredem vel alium stare desiit, quo minus conditioni pareatur, seruus in mora fuerit. *l. statuliberos.* 3. §.*si quis hæredi. ff.d.tt.* Huius triplicatio est: Nisi hæres data opera impedierit, quo minus conditioni pareatur. *d.§.si quis hæredi. Concordant ea quæ habentur sup.except.*38.*repl.*1.*dupl.*8. Sed & plura de replicatione proposita, vide *sup.d.repl.*1. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi tempus non conditionis gratia sit additum, sed cunctationis euitandæ causa. *l. Stichus.* 40. §. *Titius. ff. de statulib.* Tertia replicatio proponitur *inf.except.prox.*

LVI. Exceptio; Nisi certo tempore, puta anno, vel biennio, seruire iussus, & liber esse, non omni tempore anni seruierit. *l. cum hæres.* 4. §. *fin.l. seruus.*14.§ *seruus.& l.Stichum.*39.§.*Dama.ff.d.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi post tempus seruiendi interruptū rursus seruierit, vt tempus quo seruire iussus est expleatur.*d §.seruus. & d.§.Dama. l.Paulus.* 38. §.*fin. ff. de liberali causa.* Secunda; Nisi cum anno seruire iussus & liber esse, seruierit trecentis sexaginta quinque diebus. tunc enim quamuis diem bisextilem non compleuerit seruiendo, nihilominus fit liber.*l.cum hæres.* 4. §. *Stichus ff.de statulib.* Tertia; Nisi valetudine aut alia iusta causa seruus impeditus, non totum tempus seruierit.*d.§.Stichus.*

LVII. Exceptio; Nisi cum libertas esset relicta sub hac conditione, Si mihi filius nullus sit cum moriar, Stichus liber esto: post mortem testatoris posthumus sit natus. *l.Neratius.*7.*ff.de manumiss.testam.*

LVIII. Exceptio: Nisi viuo testatore conditio extiterit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup.c.*7. *except.*61. Sed & eius replicatio est; Nisi libertate post mortem hæredis relicta, hæres viuo testatore decesserit. *l.qui duos.*18. *in prin.ff.de manumiss.testam.*

LIX. Exceptio; Nisi decem dare iussus, per partes

partes offerat, reprobatur *l.cum hæres.* 4. §. *item si decem.ff.de statuliberis. & l.si peculium.*20. §. *quædam. ibi: igitur etsi.ff.d.tt.*

LX. Exceptio: Nisi id quod separatim & diuersis temporibus erat dandum vel faciendum, simul datum vel factum sit.*d.§.quædam.* Huius replicatio est: Nisi conditio quæ in plura tempora collata est, in dando, non in faciendo consistat: tunc enim eodem tempore totum dando seruus liberatur. *l.statuliberos.* 3. §. *quid si seruus. ff. de statuliberis. & l.si ita.* 41. §. *sed si ita.ff. de manumiss.testam.*

LXI. Exceptio: Nisi cum ita libertas esset relicta, Si promiserit vel iurauerit se quid daturum vel facturum: promiserit quidem vel iurauerit, sed promissum non præstet. reprobatur *leg. penult. in fin. ff. de statuliberis. l. Stichus.* 24. *& l.si quis.*13. §. *qui ita. ff. eod.tt.l.de seruo.*36.*ff.de manum ff. testam.*

LXII. Exceptio: Nisi cum libertas ita relicta esset, Cum decem dare poterit: possit quidem dare, sed non det. *l.statuliberos.*3.§.*si quis sic.ff.de statuliberis.*

LXIII. Exceptio: Nisi cum seruo libertas relicta esset sub hac conditione, Si hæredi peculium dederit: dedit quidem, sed domino plus debeat, quam in peculio est. reprobatur *l. Sticho.* 40. §. *Pamphilus ff.d.tt.*

LXIV. Exceptio: Nisi sub conditione dandorum decem liber esse iussus, inuito vel ignorante hærede domino decem ex peculio dederit. reprobatur *l.si peculium.*20. §. *de illo. & l.statuliberos.*3. §.*inde quæritur.ibi: deniq; etiam.ff.eod.tt.l.si inuitis.*108. *ff.de condit.& demonstr. Concordant item ea quæ habentur supr.except.*44.

LXV. Exceptio: Nisi cum ita libertas esset relicta, Si vti frui desiisset seruo is cui eius vsus fructus erat legatus: legatarius æstimationem legati acceperit. hoc enim casu non quasi vti frui desierit, & conditio extiterit, libertatem competere dicendum est. *l.si vsusfructus.*42.§.*vsusfructus.ff.de vsufructu & quemadmodum.*

LXVI. Exceptio: Nisi cum sub pluribus conditionibus libertas esset relicta, non omnes extiterint. *l.quod vulgo.*45. *ff. de manumiss. testam. & l.si quis.*13. §.*fin.ff. de statuliberis.* Huius replicatio est: Nisi separatim, non coniunctim conditiones libertati sint adscriptæ. tunc enim sufficit vel leuissimam impleri.*d.l.*45.

LXVII. Exceptio: Nisi cum libertas seruo relicta esset ita, Si fuisset alienatus: fuerit quidem alienatus, sed postea rursus redemptus. reprobatur *l.quidam.*10.*in prin.ibi: nec quo minus.ff.de fideicom. libert.& l.rogo.*21.*ibi, nec prosit.ff.d.tt.*

LXVIII. Exceptio: Nisi libertate ita seruo relicta, Si promeruerit: nihil quidem libertate indignum fecerit, sed non talia præstiterit officia, quibus quis libertatem mereri solet. reprobatur *l.seruos.*20.*ff.de manumiss.testam. & l.testamento,*51.*in princ.ff.d.tt.*

LXIX. Exceptio: Nisi cum ita seruis libertas esset relicta, Serui qui sine offensa fuerunt, liberi sunto: quosdam ex iis aut pœna coercuit testator, aut ab administratione remouerit. *dict.leg.*51.§. *cum ita.*

LXX. Exceptio; Nisi cum ita libertas esset relicta, Si diligenter rationes tractasse videbitur: diligenter quidem tractauerit rationes seruus, in suum tamen, non in domini commodum. *l.si ita.* 8.*ff.de manumiss. testamen. & l.Labeo,*21.*ff. de statuliberis.*

LXXI. Exceptio: Nisi libertas non solum conditionem, sed etiam tempus habeat adiectum. tunc enim quamuis impleta sit conditio, tempus tamen expectandum est. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.except.*38.*repl.*1. *dupl.*5. *item repl.*7. *dupl.*5. Huius replicatio est: Nisi ita libertas sit relicta, Si intra annum decem dederit, liber esto. tunc enim statim decem datis liber fit.*l.si ita.*41.§. *fin.ff.de manumiss.testam.*

LXXII. Exceptio: Nisi cum ita libertas esset relicta, Si diligenter rationes tractasse videbitur: diligenter quidem rationes tractauerit, sed illud non videatur hæredi.*d.l.*21. Cui videtur quodammodo contradicere *l.fideicomm.*46.§.*quod si ita, ibi, nam & eam.ff.de fideicom.libert.*

LXXIII. Exceptio: Nisi cum statuliber ad hostes transfugisset, apud hostes eo constituto, conditio extiterit: hoc enim casu, quamuis fuerit reuersus, liber non efficitur. *l. postliminium.*19.*ff. de captiuis.* Hæc de exceptionibus sumptis ex iis quæ post libertatis dationem circa conditionem, sub qua libertas data est, contingunt. Nam de iis quæ sumuntur ex ipsa qualitate conditionis, dictum est *supr.cap.*7 *except.*60.*cum sequentib.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones aduersus manumissionem & libertatis dationem enumeratæ sunt, tam eæ quæ ipsi manumissioni, libertatisque dationi insunt, quam eæ quæ ex postea contingentibus oriuntur. Plane horum omnium exceptionum aliquot sunt replicationes generales, quæ proponuntur *infr.cap.*11.*quæst.*1.*causa* 1.*except.*1.*cum sequentib.* An igitur manumissio & libertatis datio sit vtilis, & ex ea libertas competat, hactenus aliquot capitibus est discussum atque tractatum. Quibus autem, & à quibus, item quando ex ea competat libertas, necnon qui sint manumissionis effectus, tractabitur *infr. cap.prox.* Nam nunc actiones quæ tam pro libertate quam contra libertatem ex causis supr. enumeratis competunt, sunt proponendæ.

DE LIBERALI CAVSA, ET SI *seruus in libertatem proclamat.*

CAP. X.

I. VTER SIT ACTOR IN liberali iudicio?

DEfinitur hæc quæstio *l.liberis.* 7.§. *si quis. ff. de liberali causa. & l.non ideo,*5. *in fin. C. eod.tt.* Ex quibus duplex regula constat. Prima est: Quod si is qui seruus dicitur, in possessione sit libertatis, actoris partes sustineat is, qui se dominum eius esse dicit. *Cui concordat l.vis eius.* 15. *C. de probationibus. M. I. R. lib.*2.*cap.*9. *regul.*5. *except.*5. *replic.*1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi dolo malo seruus in possessione libertatis sit constitutus. *d.l.*15.*d.l.*7.§.*si quis, in fin. item l.eam quæ.*21. *C. de liberali causa. M. I. R. dict. replic.*1. *duplic.*5. Declaratur hæc exceptio *l. quod autem.* 10. *cum duabus sequentibus.*

tibus. ff. eod. tt. Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi liberum se putans, in fuga sit. *d.l.10. §. Varus.* Tertia: Nisi tempore suscepti iudicij non moretur, vel dolo malo moretur in libertate. hoc enim casu, quamuis antea in ea moratus sit, nihilominus actoris partes sustinet. *l.igitur.12. & l.liberis.7.§ fin.ff.de liberali causa.* Huius replicatio est: Nisi vi eius qui se dominum dicit, in seruitutem sit retractus. approbatur *infr. reg. proxim. except.1.* Quarta exceptio est: Nisi vltro is qui in possessione libertatis est, onus probandi suscipiat. *l.cui necessitas.39.in princ.ff.eod.tt.* Secunda regula est: Quod si is qui se liberum dicit, tempore iudicij accepti in libertate non moretur, vel dolo malo in ea moretur; is actoris partes sustinet, eique probandi onus incumbit. *d.l.7.§.fin. Concordant ea quæ dicta sunt supr. reg prox. except.1.2.& 3.* Huius exceptio est: Nisi per vim eius qui se dominum dicit, in seruitute moretur. *l.si quis.20.ff. de probationib. & l.vis eius.15.C.eod.tt.M.I.R.d.dupl.1.* Porro ex iis quæ hactenus proposita sunt, constat liberalem causam esse duplicem. vnam, si ex seruitute in libertatem proclametur: alteram, si contra ex libertate in seruitutem homo petatur. De prima causa cum iis quæ vtriusque causæ communia sunt, in hoc capite dicetur: de altera in cap. sequente.

II. CAVSÆ EX QVIBVS EX SERuitute in libertatem fit proclamatio.

Causa huius actionis vel iudicij est: Si quis se liberum dicat, vel sibi libertatem deberi. Ex quibus autem causis libertas seruo debeatur, ostensum *supr.cap.4.* Inter eas autem causas numeratur etiam manumissio: de qua cum eius exceptionibus dictum est *supr. cap.5. cum quatuor capitibus sequentibus.*

III. Si eidem libertas sæpius vel in pluribus scripturis relicta sit: ex qua potissimum agendũ, definitur *l.1.ff. de manumiss. testam. item l.in libertatibus.5.ff. eod.tt.*

IV. CAVSA EX QVA SOLVItur hoc iudicium.

Soluitur morte eius qui se liberum dicit. *l.2.C. de adsertione tollenda.*

V. QVIBVS COMPETAT PROclamatio proposita.

I. Regula, De seruo contra dominum proclamante, proponitur *l. de libertate.44.ff.de fideicomm. libert. & l.si quis.5.ff. de manumiss.*

II. Regula, De alio quam eo de cuius conditione agitur. Huic regulariter proposita actio non datur. Cuius exceptio prima est: Nisi ad iniuriam eius qui agit pertineat, eum de cuius conditione quæritur, in seruitute morari. approbatur simul & declaratur *l.1. cum lege sequente. ff. de liberali causa.* Huius replicatio prima est: Nisi non legitimus, sed naturalis parens pro filio litiget. reprobatur *l.amplius.3. in princ. ff. eod.tt.* Secunda: Nisi is qui agere vult, miles sit. reprobatur *dict. leg.3.§.1.* Tertia: Nisi fœmina sit, quæ pro seruo agere velit. reprobatur *d.l.3.§. cum vero.* Secunda exceptio est: Nisi vxor eius qui in seruitute est, pro eo litiget. *d.§.cum vero.* Tertia: Nisi patronus eius qui seruus dicitur, pro eo litiget. *d.l.3. §.fin.l. sed tunc.4. cum lege sequente.ff.dict.tt.l.principaliter.19. C.de liberali causa.* Quarta: Nisi infans vel furiosus sit is qui seruus dicitur. *l.benignius.6.ff.dict.tt.* Quinta: Nisi dominus eius cui libertas relicta est, agat ad eum red.mendum & manumittendum. *l.sed si.32.§.si forte.ff.de fideicom.libert.* Sexta exceptio est: Nisi ita libertas seruo sit legata: Stichum Titij libertum esse volo. tunc enim Titius quoque pro libertate serui agere potest. *l.si quis.42.ff. de manumiss. testam.*

III. Regula, De pluribus proposita actione experiri volentibus. Hoc casu potius danda est actio ei, de cuius conditione agitur, quam alij. *l.principaliter.19.C.de liberali causa.* Si vero ille agere nolit, tunc ex aliis eliget prætor qui agat. *l.interest.5.ff. d.tt.*

IV. Regula: Si cum plures Stichi essent, testator Sticho libertatem reliquerit, nec appareat de quo senserit, nulli dabitur actio. *l.cum ex.31.ff. de manumiss. testam.*

V. Regula: Si ita libertas sit relicta, Stichus, imo Pamphilus liber esto: Pamphilo, non Sticho actio danda est. *l.Stichus.21.ff d.tt.*

VI. Regula: Si cum pedissequis libertas esset relicta, quædam ex pedissequis mortis tempore pedissequa esse desierit: nihilominus huic quoque danda est actio. *l.Titia.59. in princ. ff. de manumiss. testamen.*

VII. Regula: Si vnum vel duos ex pluribus, quos hæres vellet, manumitti iussit testator: ei vel eis quos hæres voluerit, debetur libertas. *l.fideicommissa.46.§.fin.ff.de fideicomm. libert.* Huius exceptio prima videtur esse: Nisi cum ita libertas esset relicta: Quos hæredes mei voluerint, manumitti iubeo: non omnes hæredes velint. verum reprobatur *l.si legatario.22 §.ff. eod.tt.* Secunda exceptio est: Nisi hæres, cum possit, non eligat: vel antequam, quos manumitti velit, declarauerit, sit mortuus. hoc enim casu omnes erunt liberi. *l.si quis.16.C.d.tt.*

VIII. Regula, Si iis qui promeruerint, vel qui sine offensa fuerint, libertas sit relicta; quibus detur actio, definitur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. except.68. & 69.*

IX. Regula, Si cum ei qui in ventre esset, libertas relicta esset, plures sint nati; omnibus libertas debetur. *l.cum inter.14. in fin. C.de fideicomm. libert.*

X. Regula, Si dominus ancillam manumiserit, eamque in vxorem duxerit; etiam liberis ex ea antea natis libertas debetur. *Nouell.c.78.§.cæterum si quis. ibi: vnde etsi.*

XI. Regula, Si cum quis plures manumittere rogatus esset, minus à defuncto perceperit, quam æstimatio est omnium seruorum; quosdam tantum tenetur manumittere, non omnes. Qui autem potissimum hoc casu sint manumittendi, definitur *l.generaliter. 24.§. quod si legatum. ibi: quis ergo statuet.ff.de fideicom.libert.*

VI. ADVERSVS QVOS COMPEtat actio proposita, & à quibus libertas debeatur?

I. Regula, De successoribus eius qui manumittere est rogatus. Hi quoque ad præstandam libertatem tenentur. *l.fideicommissaria.23.§ 1.ff. de fideicom.*

fideicommiss. libertat. l. Imperator.12. §. & legatarius. ff. eod.tt.l.si quis.16.C. dict.tt. Huius exceptio prima: Nisi hæreditatem ex senatusconsulto Trebelliano restituerint. reprobatur *d.§.1.l.apud.20.ff.eod.tt.* Secunda: Nisi non sit vniuersalis successor, sed tãtum specialis in seruũ. reprobatur *l.non tantum.51. in prin.ff.de fideicomm.libert. Vide item infr.reg.prox.*

II. Regula, De rogato manumittere, & eo cui rogatus seruum alienauit. Vterque ad manumittendum tenetur: & est in arbitrio ipsius serui, à quo velit potissimum manumitti. *l.generaliter.24. §.quoties.l.is qui.15.l.apud.20.l.fideicommissaria.23.§. 1.l.si quis.29.l.inuitus.34. & l.non tantum.51. in princ. & §.emptor.ff.eod.tt.item l.statuliberum.9.§.1.ff.de statuliberis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi seruus, postquam ab vno manumissus est, alterius velit esse libertus: hoc enim casu videtur electio ei perempta. verum reprobatur *l.generaliter. 24.§. quoties.ibi: quinimo. ff. de fideicom.libertat. & l. Titius.43. cum duabus legibus sequentib. ff. de actionibus empti.* Secunda exceptio est: Nisi defunctus seruum à quocunque voluit manumitti. tunc enim non est in electione serui, à quo velit manumitti. *l generaliter.24.§.fin.ff.de fideic.libertat.* Tertia: Nisi hæres qui vendidit seruum, sine hærede decesserit, seruusque malit defuncti hæredis, quam emptoris esse libertus. *l.si hæres.25.ff. dict.tt.* Quarta: Nisi antequam rogatus in mora manumittendi esset, non voluntate rogati, sed necessitate alienatio serui cum cæteris rogati bonis sit facta. reprobatur *l.cum vero.26.in prin.ff eod.tt.*

III. Regula: Si seruo legato fideicommissaria libertas sit relicta, tam hæres quam legatarius ad eum manumittendum tenetur. *l.si legato.11. in pr. ff.de manumiss.testam.*

IV. Regula: Si hæredi manumittere rogato adnascatur cohæres, vterq; ad manumittendum tenetur. *l.alieno.31.§.1 ff. de fideicom.libertat.* Contradicit *l.qui graui.11. cum legibus sequentib. item l.penult.ff. de iure codicillorum.*

V. Regula: Si hæres rogatus sit seruum legatarij manumittere, tam hæres quam legatarius ad manumittendum tenetur. *l.si te.13. C.de fideic. libertat. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.6.except.11.replic.1.dupl.9.tripl.1.*

VI. Regula: Si quis sua manu seruum sibi legatum scripserit, & manumittere se rogatum: ab omnibus hæredibus is seruus est manumittendus. *l.cum quidam.17.ff.ad L.Cornel. de falsis.*

VII. PER QVOS DATVR actio proposita?

Per procuratorem non datur. *l.1.in princ.C.de adsertione tollenda.* Huius exceptio prima est: Nisi non ex seruitute in libertatem seruus proclamet, sed contra ex libertate in seruitutem petatur: tunc enim per procuratorem potest causam status defendere. *dict.leg.1.* Secundæ exceptionis loco notandum, quod is qui de statu suo litigat, quamuis ex seruitute in libertatem proclamet, possit ad alias suas causas (status causa excepta) procuratorem dare. *l.seruum.33.§.cum vero qui. ff.de procuratorib.*

VIII. QVIBVS PRÆSENTIbus actio danda?

I. Regula: Si seruus ad bona fisci pertinens, in libertatem proclamauerit: præsentibus his qui negociis fisci solent interuenire, & aduocato fisci, causa peragenda est. *l.non intelligitur.3. §. diuus Hadrianus. & l.si fiscus.7.ff.de iure fisci.*

II. Regula: De absentia alterutrius litigatorum vide *infr. quæst. vlt. reg.2. except.4. item regul.3. except.5.*

IX. APVD QVEM COMPEtat actio proposita?

I. Regula: Romæ apud præfectum vrbi, in prouinciis apud præsides datur. *l.si quis.5.in princ. ff.de manumissionib.* Item apud prætorem competit. *l.1.in princ.C.de officio prætorum.*

II. Regula: Apud procuratorem Cæsaris non datur. *l.2.C.vbi causas status agi oporteat.* Huius exceptio est: Nisi inter fiscum & priuatum agatur. *l. iam dudum 5. C.d.tt.*

III. Regula: Ibi agenda causa est, vbi domicilium habet is qui se dominũ dicit. *l.si ex.4.C.d.tt.*

X. QVANDO COMPETAT actio proposita?

I. Regula: Si testator à familia sua necatus esse dicatur: differtur causa proposita, donec illa fuerit finita. *leg. liberis.7.§. sunt & aliæ.ff. de liberali causa.*

II. Regula: Si mater & filius de libertate litigant: aut coniungenda sunt vtrorumque iudicia, aut filij causa differenda, donec de matre constet. *l.si vsumfructum.23.§ fin.ff.d.tt.*

III. Regula: Si optio serui data sit, vel homo generaliter legatus; non potest hæres ante electionem quoldam manumittere. *l.si optio.3.ff.qui & à quibus manumiss. l.si cum.14.ff.de optione legata.*

IV. Regula: Si libertas in testamento relicta sit: statim quam adita fuerit hæreditas, competit. approbatur simul & distinguitur *l.testamento.23. in fin.ff.de manumiss.testamen. l.testamento.25.ff. eod.tt.* Huius exceptio prima est: Nisi in diem vel sub conditione libertas sit relicta. *d.l.25. & d.l.23.l.peculium.67.§.fin.ff.de leg.2.* Cuius replicatio est: Nisi ita libertas sit relicta: Stichus intra annum quam mortuus fuero, liber esto. *l.si ita.41.§. fin. ff.de manumiss. testamen.* Secunda exceptio: Nisi ab vno tantum ex pluribus hæredibus sit adita. reprobatur *d l.23. & l.si legato.11.§.fin. ff. de manumissis testam.* Tertia: Nisi ab alio gradu, quam quo libertas relicta est, adita sit hæreditas *dict.l.25.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *in regulis proximis præcedentib. & sequentib.*

V. Regula, Si ex die libertas relicta sit, regulariter à die mortis testatoris tempus numeratur. *l.qui duos.18.§.fin. ff. de manumiss. testamen.* Huius exceptio proponitur *l.Thais.41.§. hærede.ff. de fideicom.libert.*

VI. Regula, Certo anno liber esse iussus, statim initio anni liber fit. *l.si ita.41. in princ.ff. de manumiss.testamen.*

VII. Regula, Ita liber esse iussus, Si intra annũ decem dederit: decem datis, statim liber fit, non expectato fine anni. *l.si ita.41.§.fin.ff.d.tt.* Idem dicendum, etsi annua, bima, trima die dare iussus, statim dederit totum: tunc enim statim etiam liber fit. *d.l.41.§.sed si ita.ff.eod.tt. & l.statuliberos.3.§. quid si seruus.ff. de statuliberis.*

VIII. Regula, Si ita libertas sit relicta, Stichus, si hæ-

si hæres eum non manumiserit, liber esto: statim atque hæres, cum possit, eum non manumiserit, liber fit. *l. si ita. 37. ff. d. tt. & l. inuitus. 34. §. fin. ff. de fideicom. libert.* Huius exceptio prima est: Nisi tempus, intra quod ab hærede sit manumittendus, sit adiectum. tunc enim tempus illud erit expectandum. *l. si peculium. 20. §. fin. ff. de statuliberis.* Secunda: Nisi ita libertas sit relicta, Si testamento suo eum hæres non manumiserit. tunc enim mors hæredis expectabitur. *l. si quis. 13. in princ. ff. de statuliberis.*

IX. Regula: Si cum libertas seruo relicta esset, si Titius sedecim annorum esset, Titius ante decimum sextum annum sit mortuus: tempus quo Titius, si viueret, sedecim annorum esset, expectandum est. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. 8. except. 36.*

X. Regula: Si seruus venditus sit vt manumittatur, intra duos menses manumittendus. approbatur simul & distinguitur *l. Latinus. 9. ff. qui sine manumiss.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi tempus sit adiectum, intra quod sit manumittendus. *d. l. 9.* Secunda: Nisi viuo emptore manumitti iussus sit. *l. ei qui. 4. ff. d. tt.*

XI. ADIVNCTA PROPOSITÆ actionis.

I. Regula: De prius ordinanda lite, vt sciatur vter actor & vter reus sit, dictum *supr. q. 1. in princ. Huc pertinet l. liberalis. 41. in princ. ff. de liberali causa.*

II. Regula: Ordinata lite, is qui seruus dicitur, liberi loco habetur, & actiones tam intendere quam excipere potest. *l. ordinata. 24. ff. dict. tt. l. lite. 14. C. eod. tt. l. moueor. 4. in fin. C. si seruus exportandus veneat. l. si quis. 3. C. quibus ad libert. proclamare non licet.* Plane recipit regula proposita aliquot exceptiones, de quibus in regulis sequentibus dicetur.

III. Regula: Si is qui de statu suo litigat, hæres sit institutus: an possit compelli, vt iussu eius qui se dominum dicit, adeat, definitur *l. cum aliquis. 21. C. de iure deliberandi.* Idem constituendum est in quolibet ei qui de statu suo litigat relicto agnoscendo. *l. si cui. 25. in princ. ff. de liberali causa.*

IV. Regula: Qui de statu suo litigat, militare interim non potest. *l. qui de. 29. ff. d. tt.*

V. Regula, De peculio, & bonis eorum qui de statu suo litigãt sequestrandis, & postea restituendis, proponitur *l. 1. §. super peculio. C. de adsertione tollenda. l. si quis. 3. C. quibus ad libertatem proclamare. & l. vlt. C. de ordine cognitionum.*

VI. Regula, De eo quod is qui seruus dicitur, pendente lite adquisiuit. *l. si cui. 25. §. licet. ff. de liber. causa.* Huius exceptio est: Nisi non intuitu domini, sed eius qui de statu suo litigat, hæres is sit institutus. *l. cum aliquis. 21. C. de iure deliberandi.*

XII. DE PROBATIONIBVS IN proposita actione.

I. Regula: Vtri probandi onus incumbat? Hæc quæstio definita est *per ea quæ proposita sunt supr. eod. cap. in princ.*

Per quæ probetur libertas?

II. Regula: Si mater libera sit pronunciata, liberis quoque prodest ad libertatem suam probandam sententia. approbatur simul & distinguitur *l. vlt. C. de liberali causa.*

III. Regula, De locatione ei qui seruus dicitur, ab eo qui se dominum dicit, facta. Per hanc libertas non probatur. *l. ad probationem. 18. C. d. tt.*

IV. Regula: Si is qui seruitutis mouerat quæstionem, destitit: per hoc libertas non probatur. *l. si te. 7. C. de ingenuis manumissis.*

V. Regula: Si is qui dominum se dicit, eum cui status quæstionem mouet, liberali nomine appellauerit in suo libello: liber ex eo probatur. *l. cum precum. 9. C. de liberali causa.* Contradicit quodammodo *l. ad recognoscendos. 10. C. de ingenuis manumissis.*

VI. Regula: Si is qui se dominum dicit, ei quem seruum dicit, antea tanquam decurioni & principali scripserit: ex hoc seruus non probatur liber. *l. iubemus. 41. C. de liberali causa.* Alias huiusmodi regulas & argumenta, quibus probetur libertas, vide *supr. eod. lib. cap. 4. item lib. 2. cap. 17. in loco probationum.*

Per quæ probetur seruitus?

VII. Regula: Si instrumentum ingenuitatis nullum, vel male conceptum extet: per hoc non probatur quis seruus. *l. Imperator. 8. ff. de statu hominum & l. nec omissa. 15. C. de liberali causa.*

VIII. Regula, De tortura serui, proponitur *l. cum seruum. 6. C. de seruis fugitiuis.*

IX. Regula, De confessione eius qui seruus dicitur, *l. nec si. 6. C. de liberali causa. l. nec omissa. 15. ibi: nec falsa simulatio. l. parentes. 22. l. interrogatam. 24. & l. liberos. 39. C. eod. tt.* Plane confessio iudicialis præiudicat, *ex l. iubemus. 41. in fin. C. de liberali causa.*

X. Regula: Si quis matrem & fratres seruilis conditionis habeat, ex hoc is non probatur seruus. *l. ad probationem 22. C. de probationib.*

XI. Regula: Confessio cohæredis de statu defuncti, non præiudicat alij hæredi. *l. Arianus. 27. C. de liberali causa.* Alias huiusmodi regulas & argumenta, quibus probatur seruitus, vide *supr. eod. lib. cap. 3.*

XIII. EVENTVS PROPOSITÆ Actionis & manumissionis.

I. Regula: Si victus sit is qui in libertatem proclamauit, punitur. *l. si quis. 38. §. qui se suis. ff. de pœnis. & l. si quis. 5. ibi: sub ea tamen. ff. de manumissionib. l. 2. in fin. ff. de fugitiuis.*

II. Regula: Si seruus pronunciatus sit, rursus in libertatem proclamanti obstat rei iudicatæ exceptio. *l. 1. §. illis legibus. Cod. de adsertione toll.* Huius exceptio prima est: Nisi non de libertate, sed de proprietate serui antea sit pronunciatum. *l. 2. C. de liberali causa.* Secunda: Nisi ex alia causa, quæ postea superuenit, agatur. *l. si cui. 25. §. 1. ff. dict. tt.* Tertia: Nisi cum is qui obtinuit, pro parte tantum seruum vindicasset, antea aduersus socium seruus obtinuerit, & liber sit pronunciatus. *l. si pariter. 9. in fin. ff. eod. tt. & l. duobus. 30. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi absente eo, de cuius statu litigabatur, sit pronunciatum. reprobatur *l. diui fratres. 27. §. fin. ff. d. tt. l. 1. §. omnes vero. C. de adsertione toll. & l. iuxta. 40. C. de liberali causa.* Quinta: Nisi alius nunc in libertatem proclamet, quam qui est seruus antea pronunciatus. ipso quidem iure subsi-

stit, verum eius replicatio est: Nisi matre serua pronunciata, liberi eius tempore litis nati, in libertatem postea proclament. *l. vlt. C. de liberali causa.*

III. Regula: Si liber sit pronunciatus is, de cuius statu lis erat: in seruitutem petenti eum, obstat rei iudicatæ exceptio. *l. Arianus. 27. in prin. C. d. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi alius status controuersiam faciat, quam qui prius fecit. *l. si pariter. 9. in prin. ff. eod. tt.* Cuius replicatio est: Nisi cum duo separatim peterent hominem in seruitutem, quilibet pro parte tantum egerit, aliusq; succubuerit, alius obtinuerit. hoc enim casu nihilominus sententia, qua is qui seruus dicebatur, vicit, prodest etiam aduersus alterum, contra quem succubuit: ita tamen, si pro parte ei qui vicit, precium soluat. *l. duobus. 30. ff. de liberali causa. l. si pariter. 9. ff. eod. tt.* Secunda exceptio est: Nisi alius seruus dicatur, quam qui antea liber est pronunciatus. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi matre libera pronunciata, liberi eius in seruitutem petantur. approbatur simul & distinguitur *l. vlt. in fin. C. eod. tt.* Tertia exceptio est: Nisi perperam à iudice sit iudicatum. *l. si seruus. 42. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi ex alia causa postea superueniente seruus petatur, quam petitus est in priore iudicio. *d. l. 42.* Quinta: Nisi eo qui status controuersiam facit, absente, pro libertate sit pronunciatum. reprobatur *l. si is. 4. C. de liberali causa. & l. iuxta. 40. C. dict. tt. l. diui fratres. 27. §. 1. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi à sententia sit appellatum *l. si is. 4. in fine. C. de liberali causa.*

IV. Regula: Ex quo tempore liber pronunciatus, liber existat: vtrum à tempore sententiæ latæ, an à tempore causæ, ex qua liber est pronunciatus, definitur *l. qui se. 67. ff. de iudiciis.*

V. Regula, De bonis ei qui liber pronunciatus fuit restituendis, proponitur *l. de bonis. 32. ff. de liberali causa. & l. si quis. 3. C. quibus ad libertat. proclamare.*

VI. Regula: Manumissio regulariter debetur peculium, approbatur simul & distinguitur *l. vnica. C. de peculio eius qui libertat. meruit. l. seruus. 3. ff. de manum. quæ seruis ad vniuers. pertin. & l. si Sticho 51. ff. de peculio M. I. P. lib 5. cap. 2. reg. 28.* Exceptio prima est: Nisi cum manumitteretur, peculium sit ademptum. *d. l. vnica. & d. l. 53.* Secunda: Nisi in vltima voluntate vel testamento libertas sit relicta. *d. l. vnica.* Huius replicatio est: Nisi specialiter testamento peculium fuerit concessum. *dict. l. vnica.* Tertia exceptio est: Nisi pupillus tutore authore manumiserit. *l. penu't. ff. de manumiss. vindicta.* Quarta: Nisi seruus ciuitatis sit manumissus. hoc enim casu, cum respublica æquiparetur pupillo, idem videtur dicendum, quod iam in pupilli seruo est dictum. verum exceptio hæc reprobatur *l. seruus. 3. ff. de manumiss quæ seruis ad vniuers. pertin.* Quinta: Nisi socius seruum communem manumiserit. *l. 1. §. sed ne circa. C. de cõmuni seruo manumisso.* Sexta: Nisi is qui pro seruo possidebatur, in libertatem proclamauerit, & liber pronunciatus sit. hoc enim casu peculium illum non sequitur. approbatur simul & distinguitur *l. si quis. 3. C. quibus ad libertatem proclamare non licet.* Septima: Nisi actiones peculiares seruo specialiter cessæ & mandatæ non sint. tunc enim debita peculiaria rationе propositæ regulæ exigere non potest. *l. si Sticho. 53. in fine. ff. de peculio. l. vlt. in princ. ff. de donationib.* Octaua: Nisi seruus domino res peculiares edere iussus, quasdam non ediderit. hæ enim cum alio peculio manumisso concessæ non videntur. *l. cum dominus. 19. in princ. ff. de peculio legato.*

VII. Regula, De manumissionis instrumento præstando, proponitur *l. sicut. 26. C. de liberali causa.*

VIII. Regula: Hæres pecuniam legatario conditionis implendæ causa à seruo datam, repetere non potest. *l. Stichum. 39. in prin ff. de statuliberis.*

IX. Regula: Seruus liber factus, de eo quod in seruitute gessit non tenetur. *l. Aurelius. 28. §. Sticho. ibi: nemo enim. ff. de liberat. legata. l. 1. Cod. an seruus pro suo facto post manumiss. l. 2. & l. si vt. 5. C. eod. tt. l. si cognati. 21. C. de negocior. gestorum. l. cum testamento. 4. in princ. C. de testament. manumiss. l. 44. §. qui pure. ff. de negocii gestis.* Huius exceptio prima est: Nisi fideicommissaria libertas seruo sit relicta. hoc enim casu confestim eo manumisso, arbiter datur ad ineundas rationes, quas in seruitute gessit. *l. si pure. 37. ff. de fideicommiss. libertatibus. l. de his. 43. ff. de liberali causa.* Cuius replicatio est: Nisi absente eo à quo fideicommissaria libertas debebatur, præses prouinciæ pronunciauit libertatem seruo deberi. *l. hærede. 19. in princ. ff. de fideicommiss. libert.* Secunda exceptio est: Nisi liber homo, qui bona fide seruiebat, conueniatur ex eo, quod dum pro seruo habebatur, gessit. *l. igitur. 12. §. fin. cum lege sequente. ff. de liberali causa. l. liberalis. 41. §. iudex. ff. eod. tt.* Tertia exceptio est: Nisi non ex contractu, sed ex delicto serui agatur. *l. serui. 13. ff. de actionibus & obligationibus. l. licet. 4. C. an seruus pro suo facto.* Huius replicatio est: Nisi delictum aduersus dominum sit commissum. *l. siue. 6. C. eod. tt.* Plane in ipso liberali iudicio horum quæ domino per seruum absunt, ratio haberi potest: quod duplicationis loco notandum. Quæ approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. except. prox.* Quarta exceptio est: Nisi seruus domino, vt manumittatur, quid promiserit. ex eo enim liber factus potest conueniri. *l. promissæ. 3. Cod. d. tt.* Quinta exceptio est: Nisi vtriusque temporis, tam ante quam post manumissionem, administratio sit coniuncta. *l. si cognati. 21. in fine. C. negotiorum gestorum. l. cum actum. 16. ff. eod. tt.* Cuius exemplum est *l. Lucius. 12. ff. de liberat. legata.*

X. Regula: Si quis alienum seruum manumiserit, dominus precium serui petere potest. *l. 1. C. de his qui à non domino. & l. alieno. 31. §. fin. ff. de fideicommiss. libertat.*

XI. Regula: Si matrimonij causa quis manumittere fuerit rogatus; quamuis manumiserit, non tamen erit cogendus eam vxorem ducere. *l. non tantum. 51. §. fin. ff. de fideicom. libertat.*

DE ACTIONE, SI QVIS EX LIbertate in seruitutem petatur.

CAP. XI.

SPecies liberalis causæ duæ sunt. Vna, si quis ex seruitute in libertatem proclamauerit: de qua *supr. c. proximo est dictum.* Altera est, si quis ex libertate in seruitutem petatur: de qua in hoc Capite dicetur. quanquam multa ad hanc quoque speciem pertinentia dicta sunt *supr. cap. prox.*

I. CAV-

BIBLIOTECA

I. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS.

I. Causa: Si quis seruus esse dicatur. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi semel eo nomine actum sit, liberque pronunciatus. *l. si is. 4. C. de liberali causa.* Plura de exceptione proposita eiusq; replicationibus vide *supr. cap. prox. q. 13. reg. 3.* Secunda exceptio est: Nisi apud consilium manumissus sit is qui seruus dicitur. *l. 1. C. de vindicta.* Tertia: Nisi actor semel lite mota, postea ad alium iudicem transierit. *l. 1. §. fin. C. de adsertione toll.* Quarta: Nisi is qui seruus dicitur, ante quinquennium sit mortuus. *l. 1. in princ. ff. ne de statu defunctorum. l. primus. 4. ff. eod. tt.* Plura de exceptione proposita, eiusque replicationibus vide *infr. except. prox.* Quinta exceptio est: Nisi per causam propositam præiudicium futurum est ei, qui ante quinquennium mortuus est. *l. 1. in prin. ff. ne de statu defunctorum. l. 2. in princ. item l. primus. 4. in fine. ff. eod. tt. l. 1. l. 2. l. si is quem. 4. & l. si mater. 6. C. eod. tt.* Contradicere videtur *l. principaliter. 13. C. de liberali causa.* Plane propositæ exceptionis sunt aliquot replicationes, quarum prima est: Nisi defunctus tempore mortis non sit pro libero habitus. *d. l. 6.* Secunda: Nisi defuncto, dum vixit, status quæstio mota sit. *d. l. 2. in princ. & l. 3. C. ne de statu defunctorum.* Huius duplicatio prima est: Nisi apud non competentem iudicem defuncto status quæstio sit mota. *l. si pater. 7. C. eod. tt.* Secunda: Nisi prior lis mota, longo silentio sit sopita. *l. 2. §. fin. ff. eod. tt.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi intra quinquennium à morte eius, cuius statui præiudicium futurum est, lis mota sit. *l. si is quem. 4. §. fin. C. eod. tt.* Quarta: Nisi actor pupillus fuerit, neque tutores habuerit, & ob id intra quinquennium agere non potuerit, reprobatur *d. l. 2 in prin. ibi: nec in ea re ff. d. tt.* Quinta: Nisi defunctus tempore mortis in fuga fuit, atque latitauit. *l. vlt. C. eod. tt.* Sexta: Nisi non de seruitute nec manumissione, sed de emancipatione defuncti quæratur, vtrum ea iuste facta sit, necne? *l. quod est. 5. C. d. tt.* Septima: Nisi non in deteriorem, sed in meliorem conditionē status defuncti retractetur. *l. 1. §. fin. & l. 3. ff. ne de statu defunctorum.* Hæc de quinta exceptione. Sexta exceptio est: Nisi is qui inutiliter manumissus esse dicitur, per quinquennium in libertate fuerit moratus. *l. vxorem. 29. in fine. ff. de manumissis testamen.* Plures propositæ causæ exceptiones vide *supr. c. 4.*

II. Causa: Si libertus aduersus patronum fuerit ingratus, in seruitutem ex libertate repetitur. *l. alimenta. 6. §. Imperatoris. ff. de agnoscendis liberis. l. diuus. 5. in princ. ff. de iure patronatus. l. 2. C. de libertis & eorum liberis.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi ob solum obsequium non præstitum, libertus ingratus dicatur. *l. solo. 30. C. de liberali causa.* Secunda: Nisi libertus miles sit. reprobatur *l. libertinæ. 4. C. de libertis & eorum liberis.* Tertia: Nisi libertus ingenuus sit factus. reprobatur *Nouell. c. 78. §. exhibento.* Quarta: Nisi ex causa fideicommissi sit manumissus. approbatur *per ea quæ habentur infr. cap. 20. quæst. 1. except. 2.* vbi etiam plures huiusmodi exceptiones vide.

III. Causa: Si vicarius, quem pro sua libertate dedit, manumissus aufugerit: videtur quod manumissus in seruitutem sit repetendus. verum causa hæc reprobatur *l. 1. C. de seruis reipub. manumit.* Hæc de causis propositæ actionis, quarum plures vide *supr. cap. 3.*

II. QVIBVS ACTIO PROPOsita competat?

I. Regula: Tutor & curator pupillo quondam suo status quæstionem mouere non potest. *l. cui necessitas. 39. §. tutores. ff. de liberali causa.*

II. Regula: Contra tamen is cuius tutela gesta est, tutori quondam suo status quæstionem mouere potest. *l. non idcirco. 35. C. d. tt.*

III. Regula: Maritus vxori libertæ status quæstionem mouere potest. *d. l. 39. §. fin. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De eo cui operæ debentur, proponitur *l. igitur. 12. §. si operæ. ff. d. tt.*

V. Regula, De vsufructuario, *l. cognitio. 8. in pr. ff. eod. tt.*

VI. Regula, De vno ex pluribus, quibus competit actio proposita, Vni quoque, cæteris absentibus, actio proposita non est deneganda. *l. si pariter. 9. in princ. ff. eod. tt.*

III. APVD QVEM COMPETAT?

I. Regula: Si plures seruum vindicent, ad eundem iudicem sunt mittendi. *l. cognitio. 8. §. si plures. ff. de liberali causa.* Huius regulæ exceptio est: Nisi singuli in solidum, non pro parte seruum vindicent. *d. §. si plures.* Cuius replicatio prima est: Nisi alter totum vsumfructum, alter proprietatem serui vindicet. *d. l. 8. §. fin. & l. si pariter. 9. in prin. ibi: quod si adhuc. ff. d. tt.* Secunda: Nisi alter dominium in solidum, alter pignus in seruo sibi vindicet. *d. §. fin.*

II. Regula; Etiam in proposita actione actor domicilium rei conuenti sequitur. *l. si in. 3. C. vbi causas status agi oporteat.*

III. Regula: In prouinciis apud præsides competit, in vrbe apud maximos iudices. *l. vlt. in fine. C. dict. tt.* Plura de proposita quæst. vide *supr. c. prox. quæst. 9.*

IV. QVANDO COMPETIT?

Si pupillo status quæstio moueatur, vtrum causa differenda sit in tempus pubertatis, necne, permittitur causæ cognitioni iudicis. *l. diui fratres. 27. in princ. ff. de liberali causa.*

V. QVAMDIV COMPETAT?

Etiam post quinquennium competit. *l. vlt. C. vbi causas status agi oport.* Distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. q. 1. except. 4. & 5.*

VI. ADIVNCTA, & de probationibus in actione proposita, vide *supr. cap. prox. q. 11. & q. 12.*

VI. EVENTVS.

I. Regula: Si actor obtinuit, seruum abducere potest, quamuis litis æstimatio ei offeratur. *l. dominus. 36. ff. de liberali causa.*

II. Regula: Si actor non obtinuerit, de calumnia & iniuria potest à reo conueniri. *l. si tibi. 31. C. d. tt.* Huius exceptio est: Nisi actionis de euictione conseruandæ causa status quæstionem mouerit. *l. qui ex. 26. ff. eod. tt.*

III. Regula: Quanta pœna calumnia actoris succumbentis puniendæ, definitur *l. cui necessitas. 39. §. 1. ff. eod. tt.* Plures propositæ quæstionis regulas vide *supr. cap. prox. quæst. 13.*

DE SERVIS FVGITIVIS.

CAP. XII.

HActenus de iure seruorū in genere actum est. Nunc de quibusdam seruorum speciebus specialiter agendum, primum quidem de seruis fugitiuis, deinde de statuliberis, postremo de colonis.

I. Regula, De definitione fugitiui, proponitur *l. quis sit. 17. in prin. ff. de ædilitio edicto.* Cuius exceptio prima esse videtur: Nisi ex fuga mutato consilio redierit. Sed reprobatur *d. l. 17. §. tametsi.* Secunda est: Nisi non ea mente aufugerit, ne redeat. *d. l. 17. in princ. §. item apud. §. idem ait. & §. illud enim.* Tertia: Nisi seruus à domino in prouinciā missus, putans eum mortuum, seque ab eo in testamento manumissum, non redierit, seque pro libero gesserit. *d. l. 17. §. idem Cælius.* Quarta: Nisi ad amicum domini deprecaturus confugit. *l. bouem. 43. §. 1. ff. de ædilitio edicto. & d. l. 17. §. idem ait. ibi, sicuti. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi persuasu alterius fugit, reprobatur *d. l. 43. §. qui persuasu.* Sexta; Nisi non à domino, sed ab alio seruus fugerit. *d. l. 17. §. item ne eum quidē.* Huius replicatio prima est; Nisi non ad dominum, sed alio fugerit. *d. §. item ne eum. & l. bouem. 23. §. si seruus. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio est; Nisi ad alium confugerit, sperans faciliorem deprecationem. *l. quis sit. 17. §. idem Viuianus. ff. de ædilitio edicto.* Secunda replicatio est; Nisi creditorem, cui pignori fuit obligatus, fugit. *d. l. 17. §. pignori.* Septima exceptio est; Nisi vicarius seruum fugitiuum secutus, ignorauerit illum esse fugitiuum, approbatur simul & distinguitur *d. l. 17. §. idem ait.* Octaua; Nisi fugæ propositum non habuerit euentum, nec aufugerit. *l. fugitiuus. 225. ff. de verb. significationis.* Huius replicatio prima est; Nisi domi latitans, fugæ occasionē expectet, tunc enim etiam ante fugam pro fugitiuo est habendus. *l. quis sit. 17. §. idem ait. ff. de ædilitio edicto.* Secunda est; Nisi iam fugam incipiens, fuerit deprehensus. *d. l. 17. §. idem Cælius.* Tertia; Nisi ex fugitiua natus sit, reprobatur *l. 1. §. fugitiui. ff. de fugitiuis.* Nona exceptio; Nisi in eadem domo ab vna tantū cella in aliam fugit, approbatur & distinguitur *d. l. 17. §. apud.* Decima; Nisi in asylum seruus cōfugerit, vel ad statuam Cæsaris, vel eo quo solent venire qui se venales exponunt. *d. l. 17. §. apud Labeonem.* Huius replicatio est; Nisi ante alio fugiendi consilium habuerit, posteaque mutato consilio ad asylum vel statuam Cæsaris fugerit. *d. §. apud Labeonem.* Vndecima exceptio; Nisi eo se conferat, vnde abduci nō possit, reprobatur *d. l. 17. §. item Cælius.* Duodecima; Nisi ea mente abierit seruus, vt se præcipitaret, vel mortem sibi conscisceret. *d. l. 17. §. sed ne eum quidem. & §. Cælius.* Huius replicatio est; Nisi ante fugæ consilium interit. *d. §. Cælius.* Hæc de definitione fugitiui,

II. Regula: Species fugitiui. Prima species fugitiui est, erro. *d. l. 1. §. fugitiuum. ff. de fugitiuis. l. quis sit. 17. §. erronem. ff. de ædilitio edicto.* Secunda species fugitiui videtur ex fugitiua natus, verum reprobatur *l. 1. §. fugitiui. ff. de fugitiuis.*

III. Regula: Genus fugitiuorum. Libertatis cuiusdam species est, fugisse. *l. quis sit. 17. §. idem recte. ff. de ædilitio edicto.*

IV. Regula, De non celandis nec suscipiendis fugitiuis, & de pœna celantium & suscipientium fugitiuos, proponitur *l. 1. §. ff. de fugitiuis.* Sed & duodecim librarum argenti pœna in susceptores fugitiuorum constituitur *l. seruos. 12. C. de agricolis.* Plane quod ad mulctam seu pœnam celantis seu suscipientis attinet, eius exceptio prima est; Nisi intra viginti dies fugitiuum domino reddiderit, vel magistratui exhibuerit. *d. l. 1. §. 1.*

V. Regula, De seruo alieno in fugam non sollicitando neq; auocando, proponitur *l. mancipia. 5. C. de seruis fugitiuis.* Plura de hac regula vide alibi de seruo corrupto.

VI. Regula, De seruo fugitiuo inquirendo & inuestigando, proponitur *l. 1. §. hoc autem. ff. de fugitiuis. l. diuus. 3. ff. eod. tt. item l. 2. C. de seruis fugitiuis.*

VII. Regula, De fugitiuis apprehensis in publicum deducendis & custodiendis, *l. 1. §. vnusquisque. & §. in publicum. ff. de fugitiuis. l. monarchæ 4. ff. eodem tt.*

VIII. Regula, De nominibus ac notis fugitiuorum deferendis ac proponendis, vt agnosci possint, præcipitur *l. 1. §. fin. ff. de fugitiuis.*

IX. Regula, De pœnis fugitiuorum, proponitur *l. 2 ff. eod. tt.* Alia pœna habetur *l. si fugitiui. 3. C. de seruis fugitiuis.* Hæc de seruis fugitiuis, prima seruorum specie.

DE STATVLIBERIS.

CAP. XIII.

PRima regula, De definitione statuliberi, proponitur *l. 1. in prin. ff. de statuliberis.* Exemplum habetur *l. si quem. 41. in pr. ff. eod. tt.* Plane propositæ definitionis exceptio est; Nisi hæreditas nondum fuerit adita, nam ante aditam hæreditatem seruus, cui libertas testamento relicta est, statuliber non est. Quæ exceptio cum aliis quibusdam proponitur *supr. ca. 8. exc. 28.*

II. Regula, De diuisione statuliberorum, proponitur *l. 1. ff. de statuliberis.*

III. Regula: A cæteris seruis statuliberi pene nihil differunt. *l. statuliberi. 29. in pr. ff. d. tt. l. si debitor. 45. §. fin. ff. de fideicom. libert. l. statuliberum. 9. in pr. ff. de statuliberis.* Huius exceptio est, quod non nisi cum sua causa statuliber possit alienari, nec eius cōditio deterior ab hærede fieri possit, hoc enim casu liberi quodammodo locum obtinet. *l. non tantum. 51. §. cui. ff. de fideicom. libert.* Plura de hac exceptione vide *infra. rep. 7.*

IV. Regula; Statuliber alij legatus, interim hæredis, non legatarij seruus est. *l. Stichum. 39. in princ. ibi, ita tamen. ff. de statuliberis.*

V. Regula, Statuliber alienari potest. *l. statuliberos, 25 ff. d. tt. & l. si debitor. 45. §. fin. ff. de fideicom. libert.* Huius exceptio prima est; Nisi alienatione eius conditio fiat deterior *d. l. 25. §. final. item l. non tantum. 51. §. cui per fideicommissum. ff. de fideic. libertat.* Secunda; Nisi sub hac conditione, Si eum hæres non alienauerit, liber esse iussus sit, reprobatur *l. si ita. 30. ff. de statuliberis.*

VI. Regula: Statuliber vsucapi non potest, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur supr. cap. 8. except. 28.*

VII. Regula: Hæres vel alius seruum manumittere rogatus, eius conditionem deteriorem facere non potest. *l. cum quasi. 30. §. penultim. ff. de fidei-*

fideicom. libertat. l. is qui. 15. l. generaliter. 24. §. fin. iui, sed etsi ex persona. & l. non tantum. 51. §. cui. ff. eod. tt. l. statuliberos. 25. ff. de statuliberis. l. statulibero. 33. ff. d. tt. Hæc de statuliberis, secunda seruorum specie. Sequitur alia species seruorum, scilicet eorum qui prædiis sunt addicti, & similium.

DE ACRICOLIS ET COLONIS.

CAP. XIV.

SVmma seruitutis diuisio hæc est, quod seruitus debeatur aut personę, aut rei, & aut à persona, aut à re. Inde quatuor seruituris genera cõstituuntur. Primum genus est, quo persona personæ debet seruitutem, de quo genere hactenus in Libro proposito est dictum. Alterũ genus est, quo persona rei seu prædio, vel operi debet seruitutem, de quo in hoc Capite dicetur. Tertium genus est, quo res personæ seruitutem debet, vt est vsusfructus, vsus, &c. postremum genus est, quo res rei seruit, vt sunt seruitutes prædiorum. De hisce duobus posterioribus seruitutis generibus in hoc Libro nihil tractabitur, sed *infr.* in Parte tertia. Ad secundum igitur genus seruorum pertinent agricolæ & coloni, qui aut originarij sunt, aut adscripticij, quorum iura in hoc Capite proponentur.

I. Regula: Coloni respectu domini terrę, serui sunt, respectu aliorum sunt liberi. *l. 2. in pr. C. in quib. causis coloni censiti dominos accusare possunt. l. vnica, ibi, & licet. C. de colonis Thracensibus.*

II. Regula: Coloni in fundo suo manebunt, nec trãsibunt ad alios. *l. vnica. C. de colonis Palæstinis. l. vnica. C. de colonis Thracensib. l. vnica. C. de colonis Illyricanis. l. cum satis. 22. §. cum autem Anastasiana & §. caueant. C. de agric. & censitis. item l. colonos. 15. C. de agricolis & censitis. Nou. c. 17. §. sed & eos. M. I. P. lib. 5. cap. 2. reg. 44. M. I. R. lib. 3. c. 12. reg. 84.* Huius exceptio prima videtur esse: Nisi colonus sua propria prædia relinquat, & ad aliena transeat. Sed reprobatur *d. §. sed & eos. vers. atq; hoc ages.* Secunda exceptio est: Nisi dominus plura habens prædia, ex vno in aliud colonos transtulerit. *l. definimus. 13. §. illud. C. de agric. & censitis.* Tertia: Nisi dominus prædium alienauerit, colonis retentis, reprobatur *l. 2. C. d. tt.* Quarta: Nisi cum alterius prædij colona matrimonium contraxerit. *Nou. c. 157.* Plura de hac regula proposita vide *infr. reg. prox.*

III. Regula, De colonis fugitiuis reuocandis & compellendis ad sua prædia, proponitur *l. omnes. 6. & l. omnes. 8. C. de agricolis & censitis. item l. 1. C. de fugitiuis colonis patrimon. M. I. R. d. cap. 12. regul. 86.* Exceptio prima: Nisi coloni sint priuilegiati, reprobatur *l. cuiuscunque. 3. C. d. tt. l. originarios. 11. C. de agricolis & censitis.* Secunda exceptio est: Nisi coloni veterani sint facti. *l. super. 4 C. de mancip. & colonis patrim.* Tertia; Nisi colonus per triginta annos in libertate fuerit versatus, reprobatur *l. cum satis. 22 in princip. C. de agricolis & censitis. & l. cum scimus. 21. §. illud quoque. C. d. tt.* Quarta: Nisi per triginta annos in colonaria detentus fuerit conditione, reprobatur *d. l. 22. §. cum autem.* Quinta: Nisi per triginta annos in aliquo collegio vel alio corpore fuerit versatus. *l. eum qui. 6. C. de fundis rei priuatæ.*

IV. Regula, De colonis fugitiuis non suscipiendis nec occultandis, proponitur *l. seruos. 12. C. de agricolis & colonis. l. cum satis. 22. §. fin. C. eod. tt. l. vnica. §. fin. C. de colonis Thracensibus. l. vnica. §. maneat. C. de colonis Illyricanis. item l. 2. C. de fugitiuis colonis patrimon. M. I. R. d. cap. 12. reg. 85.*

V. Regula, De pœna fugitiuorum colonorum, proponitur *l. cum satis. 22. in prin. C. de agricolis & colonis.* Alia pœna proponitur *l. omnes. 8. C. de agricolis & censitis.*

VI. Regula: Coloni ad nullam militiam nec honorem admittuntur. *l. colonos. 18. C. d. tt. l. 4. C. de manci. & colonis patrimon. l. 1. & l. 3. C. de fugitiuis colonis. item l. 1. C. de agricolis & mancip. dom. M. I. R. d. ca. 12. reg. 87.*

VII. Regula: Ne coloni ad vllum obsequium extraordinarium deuocentur, præcipitur *l. 1. & 2. C. ne rusticani ad vllum obsequium deuocentur.*

VIII. Regula: Ne rusticani tempore sationis vel colligendorum fructuum ad extraordinaria onera trahantur, *l. 1. C. de agricolis & censitis. & l. 1. in princ. ff. de feriis.*

IX. Regula: Vt rustici mercem suam non per se, sed per alios distrahant, præcipitur *l. 2. ff. de nundinis.*

X. Regula, De reuerentia quam coloni dominis terræ debent, & ne aduersus illos agant in iudicio, proponitur *l. 2. C. in quibus causis coloni censiti dominus accusare non possunt.* Ex qua constat, colonis aduersus dominos terrę actionem denegandam, quemadmodũ seruo aduersus dominum. Exceptio prima est; Nisi publica sit accusatio, hæc enim colono aduersus dominũ non est deneganda. *d. l. 2.* Secunda: Nisi dominus à colono quid vltra cõsuetudinem exegerit & extorserit. *d. l. 2. l. 1. & l. cum satis. 22. §. caueant. C. de agricolis & censitis.* Tertia: Nisi colonus ob vim sibi à domino factam agat. *d. §. caueant.*

XI. Regula: Per colonum possessioni præiudiciũ non fit. *l. per colonum. 17. C. de agric. & censitis.*

XII. Regula: Coloni alterius prædij vxores ducere non prohibentur. *Nou. c. 157.* Sed coloni adscripticij liberas mulieres in vxores ducere non possunt. *l. vlt. C. de agricolis & censitis. Concordat Nouell. c. 22. §. neque item.*

XIII. Regula, Ne publicis operibus deputati extraneis mulieribus iungantur, proponitur *l. vlt. C. de seruis fugitiuis.* Plane coniunctio huiusmodi in colonis admittitur, *secundum ea quæ habentur infr. reg. 16.*

XIV. Regula, De liberis colonorum. Hi quoque eiusdem sunt conditionis, cuius & illorum parentes. *l. definimus. 13. in priu. C. de agricolis & censitis. & l. 1. C. de fugitiuis colonis patrim.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex libera matre nati sint, patre colono *l. vlt. C. de agricolis & censitis. & Nouell. c. 54. in princ.* Cuius replicatio proponitur *l. 1. C. de prædiis tamiacis.* Plura de exceptione proposita vide *infr. reg. prox.* Secunda exceptio est: Nisi ex libero patre nati sint, matre serua vel adscripticia, reprobatur *d. l. vlt. l. mulier. 16. C. eod. tt. l. 4. C. de agricolis & mancip. dom. item l. 1. C. de prædiis tãmiacis.* Tertia: Nisi filius coloni per triginta annos in libertate fuerit moratus, reprobatur *l. cum scimus. 21. §. illud quoque. C. de agricolis & censitis.* Quarta: Nisi parens per triginta annos colonus fuerit, & ita tandem liber effectus, approbatur certo modo *l. cum satis. 22. §. cum autem. C. d. tt.*

XV. Re-

XV. Regula, Itidem de liberis colonorum. Si pater & mater sint diuersæ conditionis, liberi sequuntur conditionem matris, non patris. *l. ne diutius. 20. C. de agricolis & censitis. & l. vlt. C. eod. tt.* Exemplum est, quod si liberi sint nati ex patre adscripticio & matre libera, non adscriptitij sed liberi sint, *quod propositum est supr. reg. prox. exc. 1.* Plane hoc casu, quamuis ex libera nati, liberi quoq; existant, tamen propter patrem adscripticium coloni esse coguntur, quod exceptionis loco notandum. *Nouell. c. 162. §. de secundo.*

XVI. Regula, Itidem de liberis colonorum. Si pater & mater ad diuersa prædia pertineant, liberi ad prædium pertinent, cuius mater est adscriptitia, non cuius pater. *l. 2. C. vt nemo ad suum patrocinium.* Mutatur hæc regula *Nouell. c. 156. & Nouell. cap. 162. §. sed neque illa.* Quibus tamen videtur contradicere *Nouell. cap. 157.*

XVII. Regula, De colono vendicando. Dominus terræ colonum à quocunque possessum potest vendicare. *l. vnica, in fin. C. de colonis Palæstinis.* Huius exceptio prima est: Nisi actor colonum suum non probauerit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi actor bonæ fidei possessor fuerit, & ab eo possessus, is qui colonus dicitur, aufugerit. *l. si coloni. 14. C. de agric. & cens.* Secunda: Nisi is qui colonus dicitur, colonum se fuerit confessus, reprobatur *l. cum scimus. 21. in pr. C. eod. tt.* Hæc de prima exceptione. Plures huiusmodi vide *supr. reg. 2. & 3.*

XVIII. Regula, De conditione colonaria probanda. Quibus probetur, definitur *supr. reg. prox. except. 1. repl. 2.*

XIX. Regula, De deponendis reditibus, si colonus in libertatem proclamauerit, proponitur *l. litibus 19. C. de agricolis & censitis.* Hactenus de iure seruorum.

DE IVRE PATRONATVS ET libertorum in genere.

CAP. XV.

I. DEFINITIO LIBERTORVM.

DEfiniuntur libertini *Inst. de libertinis, in princ.* Concordat iisdem verbis *l. libertini. 6. ff. de statu hominum.*

II. Diuisio Libertinorum proponitur & reprobatur *Inst. d. tt. §. libertinorum. Inst. de successione libertorum. §. sed hæc de iis libertinis, vsque ad finem tituli. l. vnica. C. de dediticia libertat. toll. item l. vnica. C. de Latina libertate tollenda.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS IVS patronatus adquiritur, & libertini fiunt.

I. Causa est manumissio & si seruus alicuius liber sit factus, *vt patet ex definitione libertinorum in legibus supr. propositis. Concordat l. ingenui. 8. C. de ingenuis manumiss. & l. intestato. 3. §. 1. ff. de suis & legit. hæredib.* Ex quib. patet, quod is qui seruum manumittit, eius patronatum adquirat, cuius prima exceptio videtur esse talis: Nisi non sponte, sed coactus dimittat. Sed reprobatur *d. §. 1.* Plane admittitur in casibus, de quibus *infr. exc. 3. & seqq.* dicetur, item in casu, quando seruus suis numis redemptus manumittitur, de quo *infr. c. 22. quæst. 1. exc. 6.* Secunda exceptio est; Nisi non seruus, sed ingenuus manumissus sit. *Inst. de ingenuis. §. fin. l. 2. C. de ingenuis manumissis. & l. 2. C. de vindicta.* Huius replicatio prima est: Nisi liber homo se vendi passus sit, & ita seruus effectus, postea rursus manumissus sit. *Inst. de ingenuis. §. fin. item l. homo. 21. ff. de statu hominum.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *supr. cap. 6. except. 22.* Tertia exceptio est; Nisi seruus ob id, quod necem domini detexit, à prætore liber sit pronunciatus. *l. si necem. 4. in princ. ff. de bonis libertorum. l. si filius. 23. in princ. ff. de iure patronatus.* Contradicit *l. qui ob necem. 5. ff. qui sine manumiss. ad libertat. peruen. item l. intestato. 3. §. quid si necem. ff. de suis & legitimis hæredibus.* Quarta exceptio est: Nisi seruum ægrotantem dominus domo eiecerit, & ob id seruus liber sit effectus, nam is nullius libertus est. *l. vnica. §. sed scimus. C. de Latina libert. toll.* Quinta: Nisi cum ancilla ita vendita esset, ne prostitueretur, prostituta sit à venditore, & ob id libera effecta. Hæc enim nullius fit liberta. *d. l. vnica. §. similique modo.* Sexta; Nisi is qui libertatem seruo debebat, moram libertati præstandæ fecerit, & ob id seruus decreto prætoris liber sit effectus, tũc enim is qui manumittere debuit, ius patronatus in eo non habet, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. q. prox. reg. 8. exc. 1.* Sed & plures propositæ causæ exceptiones vide *infr. cap. prox.*

II. Causa: Iuris patronatus est sententia, qua patronus est pronunciatus. *l. si iurauero. 14. in fin. ff. de iure patronatus.*

III. Causa: Si quis iurauerit se patronum esse. *l. adoptiuum. 8. §. patronum. ibi, aut si iuraui. ff. de iuris vocando.* Huius exceptio est, quoad successionem, quæ approbatur *d. l. 14. in fin.*

IV. Causa: Si quis infantem expositum educauerit, videtur quod in eo habeat ius patronatus, sed reprobatur *l. sancimus. 3. C. de infantibus expositis.* Hæc de causis iuris patronatus acquirendi. De causis vero huius iuris amittendi dicetur *infr. cap. prox.*

IV. QVIBVS IVS PATRONATVS competat?

I. Regula: Si filius familias seruum manumiserit: patris non filij fit libertus, *l. si quis. 30. §. 1. ff. qui & à quibus manumiss. & l. filius familias. 13. ff. de iure patronatus.* Huius exceptio prima est: Nisi filius familias miles seruum castrensis peculij manumiserit. *l. seruum. 8. in prin. ff. d. tt. l. etiam. 3. §. si quis filius. ff. de bonis libertorum. l. si filius familias. 22. ff. d. tt. l. item erit. 3. §. habent autem. ff. de adsignandis libertis. l. intestato. 3. §. miles. ff. de suis & legitimis hæredibus. l. si quis. 30. §. sed si castrensem. ff. qui & à quibus manumiss. l. si militi. 6. ff. de castrensi pecul. & l. diuus. 13. ff. eodem tt.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi pater ei qui seruum peculiarem manumisit, peculium in testamento prælegauerit, approbatur simul & distinguitur *l. duo. 7. C de manumissionibus.*

II. Regula: Si socius seruum cõmunem manumiserit, socius manumittenti fit libertus, nõ etiam alterius socij. *l. 1. §. iura autem. C. de communi seruo manumisso.* Huius exceptio prima est: Nisi vno ex sociis manumittere volente, alter quoque socius manumittere sit paratus. *d. l. 1. §. penultimo.*

Secun-

Secunda: Nisi cum vnus ex sociis seruo communi libertatem reliquisset ita, Si eum socius manumiserit, liber esto, socius eum manumiserit, tunc enim communis fit libertus, *l. si socius. 48. ff. de manumissis testament.*

III. Regula: Si maritus seruum dotalem manumiserit, mariti, non vxoris fit libertus. *l. intestato. 3. §. 1. ff. de suis hæredibus.* Plane hoc casu maritus dotis iudicio ea quæ occasione libertatis à liberto accepit, restituere tenetur, de quo vide *supr. li. 4. cap. 15. except. 25. repl. 1.*

IV. Regula: Si alicui libertatum conseruandarum causa bona addicantur, ij quibus directa libertas relicta est, testatoris, quibus fideicommissaria, eius cui bona addicta sunt, fiunt liberti. *l. ergo. 4. §. hi qui ad libertatem. ff. de fideicommissariis libertatibus.*

V. Regula: Si cum ancillæ libertas intestamẽto esset relicta, ea antequam adiretur hæreditas, peperit, siquidem hæres ob id tardius adierit, vt id quod natum est lucraretur, partus manumittendus est; non quidem ab hærede, sed à matre, cuius fiet libertus, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. 3. causa 1. except. 13. repl. 1.* Huius regulæ exceptio est; Nisi mater aut nolit partum manumittere, aut antequam manumittat, decesserit. *l. si mater. 54. ff. de fideicom. libert.*

VI. Regula: Si seruus, quod necem domini detexit, factus sit liber, eius erit libertus, quem prætor demonstrauit, quod si prætor neminem demonstrauit, eius fiet libertus, cuius fuisset seruus, si liber effectus non esset. *l. intestato. 3. §. quia si necem. ff. de suis hæredibus.* Contradicit *l. si necem. 4. in princ. ff. de bonis libertorum.*

VII. Regula: Si d recta libertas in testamento sit relicta, ipsius testatoris, eiusque hæredum efficitur libertus. *l. directis. 10. C. de testam. manumis. l ergo. 4. §. hi qui ad libert. ff. de fideicommiss. libert. Inst. de singulis rebus per fideicommissum relict. §. qui autem.* Declaratur item regula proposita *Instit. d. tt. §. penult.* Eius autem exceptio videtur esse talis; Nisi seruo directa libertate sub conditione relicta, hæres eum ante existentem conditionem manumiserit. Sed reprobatur *l. 1. §. sed etsi sub. C. de Latina libertate tollenda.* Directæ autem libertatis relictæ exemplum proponitur *l. testamento. 49. ff. de manumiss. testament.*

VIII. Regula: Si fideicommissaria libertas in testamẽto relicta sit, eius efficitur libertus, cuius fideicommissum est, vt seruus manumitteretur. *l. hi quib. 7. C. de fideic. libert. l. qui ex causa. 29. ff. de bonis libert. Inst. de sing reb. per fideic. relict. §. qui autẽ. item l. si filius. 33. in pr. ff. de fideic. libert.* Huius except. est; Nisi is qui rogatus est seruũ non manumiserit, sed prætoris decreto vel alio modo liber sit factus. *l. cum vero. 26. §. subuentum. ff. de fideic. libert. l. in fideicõmissariis. 5. ff. eod. tt. l. Stichum. 15. ff. de manumiss. testamento. l. si u. 49. ff. de fideicommiss. libertat. item l. ancillam. 15. C. eod. tt.* Plane propositæ exceptionis plures sunt replicationes, quarũ prima est; Nisi libertas seruo nõ debeatur. *l. cum vero. 26. §. hoc senatusconsultum. ff. eod. tt.* Secunda; Nisi conditio libertatis nondũ extiterit vel defecerit, ipso quidem iure subsistit, *ratione iam dictæ replicationis*, verum eius duplicatio est; Nisi per rogatum ster, quo minus conditio existat. *l. filius. 33. §. 1. ff. d. tt. & l. si pater. 47. §. si Sticho ff eod. tt.* Tertia replicatio est; Nisi rogatus sit filius testatoris, hoc enim casu ius patronatus nanciscitur, non tamen tanquam manumissor, sed tanquam manumissoris filius. *d. l. 33. §. 1.* De hoc alio iure dicetur *infr. 11. & reg. 12.* Quarta; Nisi libertas non sit petita, neque à prætore decreta, tunc enim quamuis rogatus latitet, non tamen ipso iure seruus fit liber, & ob id nec perdit libertum rogatus. *l. si seruus. 11. C. de fideicommissar. libertatibus.* Quinta; Nisi rogatus à prætore non sit euocatus. *l. cum vero. 26. §. euocari. ff. eod. tt.* Sexta; Nisi non hæres, sed alius rogatus latitet, reprobatur *d. l. 26. §. penult. & l. non tantum. 51. §. abesse. ff. eod. tt.* Septima; Nisi absens rogatus sit priuilegiatus, reprobatur *l. neque. 36. §. fin. ff. de fideicommiss. libertatib.* Octaua; Nisi rogato non sit competens iudex is, qui libertatem seruo decreuit, reprobatur *l. non tantum. 51. §. sed Articuleiano. ff. de fideicommiss. libertat.* Plane hoc casu cognoscere quidẽ licet præsidi, & pronunciare seruo libertatem cõpetere, sed ob hoc rogatus non perdit libertum. *l. si eum. 28. §. fin. ibi, proinde. ff. eod. tt.* Nota; Nisi rogatus non latitet, reprobatur *d. l. 28. §. 1. ff. eod. tt.* Decima replicatio est; Nisi rogatus præsens sit. *d. l. 28. §. eorum. l. 1. & l. cum vero. 26. §. fin. ff. eod. tt.* Huius duplicatio prima est; Nisi præsens manumittere nolit. *l. non tantum. 51. §. siue. ff. eod tt.* Secunda; Nisi cum plures manumittere essent rogati, quibusdam præsentibus quidam ex iis absint, reprobatur quoad præsentes, approbatur, quoad absentes. *d. l. 38. §. eorum.* Tertia duplicatio est; Nisi vendito seruo à rogato, rogatus quidem præsens sit; emptor autem absit. *d. l. 28. in princ. ff. de fideicommiss. libert.* Concordant ea quæ proposita sunt *supr. cap. 10. quæst. 6. reg. 2.* Huius triplicatio est; Nisi seruus à rogato potius quam ab emptore velit manumitti. *l. quidem. 10. §. is cui. ff. eod tt.* Vndecima replicatio est; Nisi absens per procuratorem defendatur. *l. neque. 36. §. penult. ff. de fideicom. libert.* Duodecima; Nisi rogatus ex iusta causa absit. *d. l. 36. §. quid ergo. l. non tantũ. 51. §. senatusconsulto. ff. eod. tt.* Declaratur replicatio proposita *l. si eum. 29. §. fin. ff. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi quoad libertatem præstandam: nam nihilominus liber pronunciari potest seruus, siue rogatus ex iniusta, siue ex iusta casu absit, quamuis ius patronatus posteriore causa non amittat. *quæ duplicatio ex iam dictis constat.* Sed & approbatur *l. si quis. 29. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi rogatõ, qui ex iusta causa aberat, mortuo, hæres eius ex iniusta causa absit, ipso quidem iure subsistit, verum eius triplic. est; Nisi pronunciatum sit, rogatum ex iusta causa abesse. *l. cum quæsi. 30. in pr. ff. de fideicommiss. libert.* Decima tertia replicatio est; Nisi rogatus infans sit, vel pupillus. *l. neque. 36. in princ. ff. de fideicommiss. libertat. & l. cum quæsi. 30. §. 1. ff. eod. tt.* Decima quarta; Nisi rogatus furiosus sit. *d. l. 36. in princip. & d. l. 30. §. in furiosi.* Decima quinta; Nisi rogatus mutus vel surdus sit. *d. §. in furiosi, in fin.* Decima sexta; Nisi pluribus rogatis, quidam ex iis sint infantes, vel præsentes, vel iusta ex causa absint, vel alia ex causa defendantur. Hæc replicatio, quoad eos qui contumaciter absunt, reprobatur *lege cum quæsi. 30. §. adeundus. Digest. de fideicommissariis libertatibus. Concordant ea quæ*

ea quæ proposita sunt supr. repl. 10. in princ. item si legatario. 22. §. fin. ff. eod. tt. Decima septima replicatio: Nisi cum legatarius rogatus esset seruum manumittere, eum ab hærede nondum acceperit. *l. cum vero. 16. §. fin. ff. de fideicom. libertatib. & l. vlt. C. eod. tt.* Decima octaua: Nisi rogatus sine hærede decesserit, reprobatur, ita vt seruus fiat libertus orcinus, non rogati, *l. cum quæsi. 30. §. sed etsi. ff. de fideicom. libert. l. in fideicommissariis 5. in fin. ff. eod. tt.* Plane admittitur primum, si is qui sine hærede decessit, cum alio libertatem præstare sit rogatus, *d. l. 30. §. si alter.* Secundo, si adhuc hæres existere possit. *de quo infr. repl. prox.* Decima nona replicatio: Nisi rogato mortuo, hæres de adeunda hæreditate adhuc deliberet. *d. l. 30. §. eleganter.* Vicesima: Nisi non testatoris, sed alieno vel rogati seruo fideicommissaria libertas sit relicta. *l. si eum. 28. §. si quis. ff. de fideicomm. libert. l. si pater. 47. §. 1. l. non tantum. 51. §. sed etsi non item l. in fideicommissariis. 5. ff. eod. tt.* Vicesima prima: Nisi hærede manumittere rogato, cohæres non rogatus absit. *l. non tantum. 51. §. emptor. ff. de fideicom. libert. & l. cum quæsi 30. §. si plures. ff. eod. tt.* Vicesima secunda: Nisi non fideicommissarij libertas seruo sit relicta, sed hac lege venditus sit vt manumittatur, hoc enim casu, quamuis cessante emptore seruus ipso iure liber fiat, tamen emptoris fit libertus. *l. intestato. 3. §. is plane ff. de suis & legit. hæredib. & l. seruum. 8. in fin. ff. de iure patronatus.* Plane huius replicationis duplicatio est: Nisi emptor libertum vt ingratum velit accusare, hoc enim non potest. *lege si quis. 30. in princ. ff. qui & à quibus manumissi.* Vicesima tertia replicatio est: Nisi cum dominus, qui pro seruo manumittendo pecuniam accepisset, seruum nõ manumitteret, seruus ipso iure liber sit factus, hoc enim casu nihilominus ius patronatus domino competit. *l. Paulus. 38. §. 1. ff. de liberali causa.* Hæc de octaua regula.

IX. Regula: Si hæres seruum, cui sub conditione libertas relicta est, ante existentem conditionem manumiserit, siquidem postea extiterit cõditio, orcinus fit libertus, sin defecerit, libertus est hæredis. *l. vnica. §. sed etsi sub. C. de Latina libertate tollend. 1.*

X. Regula: Si ancilla, quod contra legem venditionis prostituta sit, libera sit effecta, venditoris, non emptoris efficitur liberta. *l. diuus. 7. in pr. ff. de iure patronatus.*

XI. Regula: Patrono mortuo, ius patronatus liberis eius debetur. *Inst. de adsignatione libertorum, in pr.* Eius autem regulæ exceptio est, nisi patronus vni vel quibusdam ex liberis libertum adsignauerit, tunc enim ei vel eis solis, nõ etiam cæteris liberis ius patronatus competit. *Inst. d. tt. in pr.* Sed plura de hac exceptione, item plures propositæ regulæ exceptiones vide *infr. reg. prox.*

XII. Regula: Patrono mortuo, ei vel eis solis ius patronatus competit, quib. patronus libertum adsignauerit, non etiam eius fratribus. *l. 1. in princ. ff. de adsignandis libertis. Inst. de adsignatione libertorum. in princ. & l. si quis. 30. §. fin. ff. qui & à quibus.* Declaratur etiam regula proposita definitione verbi Adsignare, *l. Adsignare. 107. ff. de verbor. signifi.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi non is qui manumisit, sed eius filius, cui etiam libertus fuit adsignatus, eum suis rursus liberis adsignet. *l. liberi. 8. ff. de adsignandis libertis.* Secunda: Nisi plures liberti simul adsignentur, reprobatur *l. 1. §. quamuis. ff. d. tt.* Tertia: Nisi libertus qui apud hostes est, sit adsignatus, reprobatur *d. l. 1. §. is quoque.* Quarta: Nisi non libertus, sed liberta adsignetur, reprobatur *Instit. de adsignatione libertorum. §. nec tantum.* Quinta: Nisi pluribus libertus adsignetur, reprobatur *d. l. 1. §. quamuis.* Sexta: Nisi filio exhæredato libertus sit adsignatus, reprobatur *l. 1. §. sed etsi ex. ff. de adsignandis libertis.* Septima: Nisi non filio, sed nepoti libertus sit adsignatus, reprobatur *l. idem. 3. §. posse. ff. d. tt.* Octaua exceptio est: Nisi emancipato filio libertus sit adsignatus. *Instit. de adsignatione libertorum. §. penultimo.* Contradicit *l. vtrum. 9 ff. eod. tt. item l. filij. 9. in princip. ibi, idem in emancipato. ff. de iure patronatus.* Nona: Nisi hæredi extraneo libertus sit adsignatus. *l. 1. in princip. ff. de adsignandis libertis.* Decima: Nisi posthumo adsignatus sit libertus, reprobatur *l. testamento. 13. §. 1. ff. de adsignandis libertis.* Vndecima: Nisi nõ filio, sed filiæ vel nepoti adsignatus sit libertus, reprobatur *Instit. eod. tt. §. nec tantum.* Duodecima: Nisi is cui libertus adsignatus est, in ciuitate esse desierit, vel mortuus sit. *l. 1. in princip. ff. d. tt. Concordat Instit. eod. tt. in princ. ibi, sed ita demum.* Huius replicatio prima est: Nisi is cui libertus adsignatus est, relictis liberis decesserit, vel in ciuitate esse desierit, tunc enim illi liberi relicti præferuntur in iure patronatus fratrib. eius cui adsignatio facta est. *d. l. 1.* Huius duplicatio prima videtur esse: Nisi emancipatis liberis relictis, decesserit, verum reprobatur *l. idem. 3. §. emancipatos. ff. de adsign. libert.* Secunda: Nisi non filiis, sed nepotibus vel pronepotibus relictis decesserit is cui designatio facta est, reprobatur *d. l. 3. §. pen.* Tertia: Nisi duob. adsignatione facta, vnus ex iis relictis liberis decesserit, eiusq; portio adcreuerit alteri, qui postea sine liberis etiam decessit, hoc enim casu videtur, quod ius patronatus non pertineat amplius ad liberos prioris defuncti, sed ad familiam patroni redeat, verũ duplicatio ista reprobatur *l. vtrum. 5. §. quod si liberi. ff. d. tt.* Secunda replicatio est: Nisi duobus simul libertus sit adsignatus, tunc enim vno sine liberis mortuo, non redit libertus ad familiam patroni, sed alteri cui simul adsignatus est, adcrescit. *l. idẽ 3. §. si cum duab. legib. seqq. ff. de adsignandis libert.* Tertia: Nisi is qui in ciuitate esse desiit, reuerti possit. *l. testamento. 13. §. quod inquit. ff. d. tt.* Hæc de duodecima exceptione. Decima tertia exceptio: Nisi is cui libertus adsignatus est, postea sit exhæredatus, reprobatur, sub conditione tamen, *l. 1. §. sed etsi post. ff. eod. tt. & l. si patronus. 12. §. 1. ff. de bonis libertorum.* Decima quarta exceptio est: Nisi is cui adsignatus est libertus, postea sit emancipatus. *De hac vide supr. exc. 8.* Decima quinta: Nisi is cui libertus adsignatus est, adsignationem repudiauerit. *l. 1. §. sed si is. ff. de adsig. libert.* Huius replicatio est: Nisi duobus simul libertus sit adsignatus, tunc enim vno repudiante, adcrescit alteri, nec ad fratres redit *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. except. 12. repl. 2.* Decima sexta exceptio: Nisi is cui libertus adsignatus est, hæreditatem patroni repudiauerit, reprobatur *l. filij. 9. in princip. ff. de iure patronatus.* Decima septima: Nisi is qui libertum vni ex filiis assignauit, voluntatem rursus mutauerit.

uerit.*l.1.§.adsignatus,in fin.ff.de adsignandis libert.* Decimaoctaua: Nisi is cui libertus adsignatus est, eum capitis accusauerit. *l.etiam.3.§.si capitis.ff. de bonis libertorum.* Plura de exceptione proposita vide *infr.c.21.quæst.2.except.20.* Decimanona: Nisi liberto in die vel sub conditione adsignato, dies nondum venerit, vel conditio nondum extiterit. *l sub conditione.10.in princ. ff. de adsignandis libertis.* Huius replicatio; Nisi duobus libertus sit adsignatus, vni pure, alteri sub conditione, tunc enim portio eius, cui sub cōditione libertus est adsignatus, non pertinet ad omnes defuncti liberos, sed ad eum tantum, cui libertus pure est adsignatus. *d.l.10.§ fin.* Vicesima exceptio, sumpta ex modo quo libertus adsignatur, reprobatur *l.1.§.adsignare.l.adsignare.7.item l.testamento.13. in pr.ff.eod.tt.Inst.eod.tt.§.fin.* Vicesima prima; Nisi ex die vel sub conditione adsignatus sit libertus, reprobatur *d.l.7.& d.l.13.§.fin.* Vicesima secunda; Nisi in diem adsignatus sit libertus. *d.l.13.§.fin.* Vicesima tertia; Nisi operæ serui petantur. *l.interdum.51.ff.de operis libertorum.* Vicesima quarta: Nisi is qui libertum vni ex filiis adsignauit, compatronum habeat, seu partem tantum in liberto, *l. si ex.12.ff.de adsignandis libertis.* Hæc de duodecima regula.

XIII. Regula: Mortuo eo cui libertus à patrono est adsignatus, cuiius patronatus competat, definitum est *supr.reg.exc.12.*

XIV. Regula: Si cum duobus libertus est adsignatus, & vterque mortuus esset, vnus filium, alter nepotem reliquerit, filius vnius præfertur nepoti alterius in iure patronatus. *l.interdum.51. ff.de operis libertorum.& l.vtrum.5.§.fin.ff.de adsignandis libertis.*

XV. Regula: Si seruus liber esse iussus sit, & filio legatus, postea à testatore viuo manumissus, eius solius libertus efficitur, cui legatus est, non etiam cæterorum liberorum. *l.si seruus.6.ff.d.tt.*

XVI. Regula: Si vnus ex filiis patroni liberto alimento præstare iussus sit, per hoc sibi soli ius patronatus non vindicabit. *l.alimentor.11.ff.d.tt.*

V. IN QVOS IVS PATRONATUS competat?

I. Regula, De liberis liberti. In hos ius patronatus non extenditur. *l quod ex.11.in prin.C.de oper. libert.& l.libertina.9.in pr.C.de ingen.manumiss.* Plane ob ingratitudinem etiam liberti filius in seruitutem reuocari potest, quod exceptionis loco notandū. *l.vlt.C.de libertis & eor.lib.* Alia exceptio est in liberto Ecclesiæ. *M.I.P.lib.5.c.2.reg.38.*

II. Regula, De hærede liberti. Nec in hunc patronus ius patronatus potest exercere. *l.hæres. 8.ff.de obsequiis à libertis.*

III. Regula: Si liberti vni sint adsignati, etiam hi qui in eodem testamento manumissi sunt, adsignati creduntur. *l.Scæuola.243.ff.de verborum significationibus.*

DE AMITTENDO IVRE patronatus.

CAP. XVI.

I. CAVSÆ EX QVIBVS AMITTITUR ius patronatus, & libertus efficitur ingenuus.

PRima causa: Si patronus iureiurando adegit libertum, ne vxorem ducat, vel libertam, ne nubat, liberosve tollat, ius patronatus in eo amittit. *l.qui cōtra.15.ff.de iure patronatus.* Huius causæ seu regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi non libertam ne nubat, sed libertum ne vxorem ducat, iureiurando adigat. Sed reprobatur *l.adigere.6.in princ.ff.d.tt.* Secunda exceptio est; Nisi non patronus ipse, sed eius filius vel seruus adegerit. *d.l.6.in princ.* Cuius replic. est: Nisi iussu patroni, eius filius libertum adegerit. *d.l.6.* Secunda: Nisi patronus stipulationē, quam filius eius eo nomine fecerit, non remittat. *l. vlt. in pr.ff.qui & à quibus.* Tertia exceptio est: Nisi patronus libertam, liberos impuberes habentem, iureiurando adegerit ne nubat. *l.quæsitum.31.ff. qui & à quibus.* Quarta: Nisi ita adegit, ne illicite nubat. *l. intestato.3.§.si quis libertam.ff. de suis & legitimis hæredibus.* Quinta: Nisi non perpetuo, sed ad tempus ne nuberet, adegit, reprobatur. *d.§.si quis libertā.* Contradicit *l. quæsitum.31.in fin.ff. qui & à quibus.* Sexta: Nisi adegit ne alij nuberet, quam patronus vellet, vel vt patroni cognatam in vxorem duceret, reprobatur *d.§.si quis libertam.* Septima: Nisi castratum libertum adegit patronus, ne vxorem ducat *l adigere.6.§. quamuis.ff. de iure patronatus.* Octaua: Nisi patronus libertam iureiurando adegerit, vt sibi nubat, approbatur & distinguitur *d l.6.§.si patronus.*

II. Causa: Si mercedem vel precium operarū à liberto patronus stipulatus est, vel operas eius locat, aut mercedem pro iis capit, ius patronatus perdit. *quæ regula approbatur lege Ælia Santiā, quam nō habemus.* Eius autem exceptio prima est: Nisi libertus sponte mercedem operarū patrono præstet, vel operas eius locari postulet. *l.vlt.§. prohibentur.ff.qui & à quib.& l.patronus.25.§.fin.ff.de operis libertorum.* Secunda; Nisi patronus pauper sit, vt non aliter operis liberti vti possit, quam si eas locet. *d. l.25.in princ. & l.1.ibi, Nisi quando propter.C.de operis libertorum.* Tertia: Nisi talis sit opera liberti, qua patronus aliter vti non possit, nisi locet, puta si libertus medicus sit. *d.l.25.item plerunque.* Quarta: Nisi patronus alternatiue stipulatus sit operas, aut in singulas operas certā pecuniam, ita vt in arbitrio liberti sit, vtrū operas, an pecuniam pro iis dare velit. *l.adigere.6.§.1.ff. de iure patronatus. & l. vlt.§. is qui operas.ff. qui & à quibus.* Quinta; Nisi non à liberto, sed ab alio mercedem operarum liberti sit stipulatus. Hæc exceptio (teste Accursio) reprobatur *d. l. vlt.§.fin.* Sexta: Nisi pro præteritis operis non præstitis, æstimationem patronus accipiat. *l.nec patronus.7. C.de operis libertorum.*

III. Causa: Si patronus, qui ex causa fideicōmissi ancillam sibi legatam manumisit, tutor in eodem testamento datus, à tutela se excusauit. *l. si quis.3.ff.de iure patronatus.*

IV. Causa: Si patronus ius patronatus liberto remisit. *l.si quis.3.C.de bonis libertorum. Concordat Nouell.const.78.§.statuimus.*

V. Causa: Si libertus conuenientibus patronis, cum ancillis vel colonis Imperatoris consortium elegerit. *l.2.C.eod.tt.*

VI. Causa: Si consentiente patrono liberta nupserit, reprobatur *l, quod ex.11. C.de operis libert.*

VII. Cau-

VII. Causa: Si patronus liberto non præstiterit alimenta. *l.diuus.5.in fin.ff.de iure patronatus. l.alimenta.6.in princ.ff.de agnoscendis liberis. l. si patronus.33.ff.de bonis libertorum. M.I.P.libro 5.capite 2. regul.39.*

VIII. Causa: Si patronus iudicio publico sit damnatus, ipso quidem iure subsistit: verum recipit exceptionem primam quidem in patroni liberis *l.iura.4.ff. de iure patronatus.* Secunda exceptio est: Nisi patronus restitutus sit, & pœna liberatus. *l.siue libertus.21.in princ.ff.eod.tt.l.etiam.3.§. si deportatus.ff.de bonis libertorum.*

IX. Causa: Si libertus sit deportatus, vel in metallum damnatus. ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio est: Nisi libertus sit restitutus, & pœna liberatus. *d.l.21.in princ. item d. l.3.§.si deportatus.*

X. Causa: Si libertus adrogatus sit. reprobatur *l.liberto.49 ff.de bonis libertorum. l. sed si.10.§. patronum. ff. de in ius vocando. l. vlt. ff.de statu hominum.*

XI. Causa: Si libertus ingenuus sit pronunciatus. *l.ingenuum.25.ff.d.tt.* Huius exceptio prima est; Nisi colludente domino vel patrono seruus vel libertus ingenuus sit pronunciatus. *l. 1.ff.de collusione detegenda. l si libertinus.4.ff. eod. tt. l.1.cum leg.seq.C.d tt.item l.quicunque.4.§.fin. C.de seru.fugit.* Cuius replicatio prima est; Nisi intra quinquennium ingenuitatis sententia non sit retractata. *l. 2.in princ.ff.de collusione detegenda.* Huius duplicatio prima est; Nisi minor annis sit is qui collusisse dicitur *d.l.2.§.1.* Secunda; Nisi intra quinquennium causa retractationis sit inchoata. *d. l. 2.§.penult.* Tertia; Nisi non iusto contradictore quis ingenuus pronunciatus est; *l.cum non 3.ff.eod.tt.* Quis dicatur iustus contradictor, definitur *l. 1.C.de ingen.manumiss. & l.1. ff.si libertus ingenuus esse dicitur.* Quarta duplicatio est; Nisi ignorante patrono sententia sit dicta. *l.patronum.5.ff.eod.tt.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est; Nisi is de cuius statu quæritur, mortuus sit. *l.1.§.sed interdum ff.ne de statu defunctorum.* Tertia; Nisi alius, cuius nihil interest, sententiam ingenuitatis retractet. reprobatur *l.2.§.fin.ff.de collusione detegenda.* Quarta; Nisi plures simul sententiam ingenuitatis retractare velint. *l.sententiam.5.§.fin.ff.d.tt.* Quinta; Nisi sententia ingenuitatis semel sit retractata. *d. l.5. in princip.* Hæc de prima exceptione. Secunda propositæ causæ exceptio est, Nisi non iusto contradictore quis ingenuus sit pronunciatus. *l.cum non.3.ff.de collusione detegenda.* Huius replicatio est, Nisi is qui libertus ab aliquo dicitur prouocet ad iudicium, vt alter id quod dicit probet; & altero non comparente, iudex ingenuum eum pronunciet, tunc enim, si idem eundem rursus libertum dicens retractare velit sententiam ingenuitatis, non auditur. *l. diffamari.5.C.de ingenuis manumissis* Hæc de vndecima causa.

XII. Causa; Si patronus libertum adrogauerit. Hæc causa ingenuitatis reprobatur *l. vlt. ff. de statu hominum. & l.Caius.12. ff.de iure patronatus.*

XIII. Causa, Pactis priuatis libertus non efficitur ingenuus. *l.ingenui.8. C.de ingenuis manumissis.l.2 C.de collusione detegenda.*

XIV. Causa; Si libertus ius aureorum annulorum impetrauit; vt ingenuus habetur. *l.qui ius. 5.ff.de iure aureorum annul.l.libertinus.6.ff.eod.tt.l. vnic. C. ad leg.Viscell.M.I.R.libro 3.cap.12.reg.79.* Huius causæ exceptio prima est, quod quoad ius patronatus attinet, nihilominus libertinę sit conditionis is, qui ius aureorum annulorum impetrauit; quamuis quoad honores, matrimonia & alia huiusmodi commoda, habeatur pro ingenuo. *quæ exceptio ex iam dictis constat. Cui concordat l.2.C. de iure aureor.annul. item Nouell cap.78.* Secunda exceptio est; Nisi fœmina sit libertina, & ius annulorum impetrauerit. reprobatur *l.etiam.4.ff.de iure aureorum annulorum.* Tertia; Nisi inuito vel ignorante patrono libertus ius aureorum annulorum impetrauit. *l.diuus.3.ff.d.tt.* Quarta; Nisi sententia ingenuitatis rescissa sit. tunc enim ius etiam aureorum annulorum amittitur. *l.1.& l.2.ff.d.tt.* Quinta; Nisi ius aureorum annulorum à principe libertus non impetrauerit. reprobatur *Nouell. const.78.*

XV. Causa; Si libertus natalibus sit restitutus, ingenuus habetur *l.2.l.3 & l.patrono.5.ff.de natalib.restit.l.2.in fin.C.eod.tt.M.I.P.lib.5. cap.2.reg.41.* Huius causę prima exceptio est; Nisi patronus restitutioni non consenserit. *d. l.2.in fin.ff.de natalib. restituend.& d.l.5.in princ.* vbi ait Iurisconsultus; Ius enim patroni hoc impetrato amittitur. Hoc mutatum ac sublatum est *Nouell cap.78.* Secunda exceptio est; Nisi filius patroni non consenserit. *l. nec filio.4.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi fœmina natalibus sit restituta. reprobatur *l. etiam.4.ff. de iur. annul.* Quarta; Nisi in præcium mentitus est, qui est restitutus. *l.1.ff.de natalib.restituendis* Quinta; Nisi restitutus ex ancilla natus sit, non ex libera matre. reprobatur *l.2.ff.d tt.* Sexta; Nisi non à principe, sed à decurionum ordine sit restitutus. *l.1.C.eod.tt.* Sed hæc omnia mutata sunt. *de quo inf. caus. prox.*

XVI. Causa ingenuitatis est manumissio. Manumissi enim hodie ipso iure efficiuntur ingenui licet nec aureorum annulorum ius à principe impetrauerint, nec natalibus sint restituti; iure tamen patronatus saluo manente. quæ causa cum sua exceptione approbatur *Nouell. cap.78.* Hæc de causis ingenuitatis & amissionis iuris patronatus.

II. QVI AMITTANT IVS patronatus?

Regulariter ex causis prædictis patronatus iure amisso, tam patroni quam liberi eius amittunt; verum in liberis patroni exceptio prima hæc est; Nisi ob id, quod patronus publico iudicio damnatus sit, ius patronatus sit amissum. hoc enim casu illud in liberis patroni manet saluum. *l.iura.4.ff.de iure patronatus.* Secunda, Nisi ob id, quod patronus eiusue filius libertum capitis accusasset, ius patronatus amiserit. hoc enim non nocet nepoti. *l.diui.17.ff. eod.tt.* Tertia exceptio videtur; Nisi ob id, quod patronus libertum ad iusiurandum adegit, ius patronatus amisit. nam nec hoc quidem liberis patroni nocere debere, exemplo iam propositarum quæstionum videtur. verum reprobatur *l.qui contra.15. ff.eod. tt.* Hactenus de iure patronatus amittendo.

DE ACTIONE, SI LIBERTVS SE ingenuum dicat: vel contra, ingenuus libertinus dicatur.

CAP. XVII.

I. CAVSÆ HVIVS IVdicij vel actionis.

PRima causa; Si de eo, vtrum quis libertus sit, an ingenuus, quæratur: competit hæc actio. *l.1.in pri.C.de ingenuis manumissis.l.diffamari.5. C.eod. tt.l.quoties.6.ff.si libertus ingenuus esse dicatur.l si quis.5. §.solent ff.de agnoscendis liberis.*

II. Causa: Si de eo quæratur, vtrum Seij, an alterius quis sit libertus. *l.quoties.6.§.sed & quoties. ff.si libertus ingenuus esse dicatur.*

II. VTER SIT ACTOR in hoc iudicio?

Semper is actor est qui se patronum dicit, *d.l. 5.§.fin.l.quoties.18.in prin.ff.de probationib.* Cui quodammodo contradicere videtur *l.circa.14.ff.d.tt.de probationib.* Quæ etiam sententia mihi videtur esse probabilior. Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi aduersarius eius qui actoris partes sustinet, sponte onus probandi suscipiat. *d. l.14.§ fin. & l.cui necessitas.99.in princ.ff.de liberali causa.*

III. PER QVÆ PROBANdum in actione proposita?

I. Regula: Si pronunciatum sit, eum qui libertus dicitur, alimenta debere patrono: per hoc ingenuitati non fit præiudicium, *l.si quis.5.§ solent. ff.de agnoscendis liberis.*

II. Regula, Si is qui status quæstionem mouere cœperat, destitit; per hoc ingenuitas non probatur. *l.si te.7. C. de ingenuis manumissis.* Plures huiusmodi regulas vide *sup. lib. 2.quæst.3.de libertate probanda.*

IV. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

Intra quinquennium ab eo tempore, quo quis est manumissus, competit. quæ regula iure quidem antiquo approbatur *l.2.§. qui ex libertinitate. & l.hæc oratio.4.ff.si libertus ingenuus esse dicatur.* Huius exceptio prima est: Nisi post quinquennium instrumentum ingenuitatis reperiatur. *d.l.2.§.fin.* Secunda, Nisi intra quinquennium lis sit inchoata. reprobatur *l.2.§.quinquennium.ff.de collusione detegenda.*

Mutatio iuris.

Plane proposita regula atque quinquennalis præscriptio mutatur ac tollitur *l. vlt.C.vbi de causa status agi oporteat.*

V. Vbi & apud quem competat actio proposita, definitur *iam d.l.vlt.*

VI. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula, De rebus quas ingenuus pronunciatus ab eo quo manumissus est, habet, restituendis, proponitur *l.hoc sermone.3.§.verbo.ff.si libertus ingenuus esse dicatur. & l.1.C.de ingenuis manumiss.*

II. Regula, Nati ex ea quæ ingenua pronunciata est, ingenui quoq; sunt, quamuis ante sententiam sint nati. *l.si auiam.3.C.d.tt.*

III. Regula; De pœna liberti ingenuum se dicentis, nec probantis, proponitur *l.vnica. C.ad l. Viscell.*

IV. Regula, De collusione detegenda, & ingenuitatis sententia retractanda, proponitur *sup. cap.prox.quæst.1.caus.11.except.1.*

QVÆ SINT IVRA PATRONatus, & liberti erga patronum officia?

CAP. XVIII.

HActenus de iure patronatus in genere dictum est, tam de causis eius efficientibus quam corrumpentibus, seu ijs quibus ius istud amittitur, nec non de eius iuris actione. Sequuntur nunc eius species.

De reuerentia & obsequio patrono à liberti præstando.

I. Regula, Libertus patrono reuerentiam & obsequium debet. *l.liberto.9 ff.de obsequijs à liberis. l. vlt.& l.si manumissori.4 C.de obsequijs patrono præstandis.l.mater.5.in fin.C.de operis libertorum.l.ingratus.19. ff.de iur patronat.* Huius regulæ exceptio prima; Nisi libertus libertatem sibi pactus sit. reprobatur *l.etiam.3.C.de obsequiis patrono præstandis.* Secunda, Nisi liberto operæ sint remissæ. reprobatur *l. libertus.41.ff.de operis libertorum.* Sed & quoad obsequium præstandum attinet, exceptionum loco hic possent repeti *inf.reg.13.cum regulis sequentibus.*

II. Regula, Quibus reuerentiam & obsequium debeat liberis & hæredibus patroni proponitur *l.si quis.5.§.vtrum.ibi: nam & obsequium.ff. de agnoscendis liberis.l.etiam.5. C. de obsequijs patrono præstandis.l.neque.7.C.eod.tt.item l.liberti.3. C. de libertis & eorum liberis.*

De patrono alendo.

III. Regula, Alimenta quoque patrono libertus debet. *l.vlt.ff.de agnoscendis liberis.l.si quis 5. §. solent.ff.eod.tt.l.1.in fin.C. de operis libertorum.* Huius exceptio prima est; Nisi ex causa fideicommissi manumisit is qui se ali desiderat. *d.l.5.§.si quas à. ff de agnoscendis liberis.* Secunda; Nisi patronus libertum ipsius numis redemit. *d.§.si quis.* Tertia; Nisi non à liberto, sed à liberti liberto ali desideret. *d.§.si quis.* Quarta; Nisi patronus pro operis liberti mercedem acceperit. *d.§.si quis. De qua re vide etiam sup.c.prox.q.1.caus.2.* Quinta exceptio est; Nisi patronus non egeat *d. l.5.§. alimenta. & §. penult.* Sexta; Nisi libertus pauper sit. *d.§.pen. & vlt.* Septima; Nisi non à liberto, sed à liberta petantur alimenta. reprobatur *d.l.5.§.antepenult.*

IV. Regula; Quibus alimenta sint præstanda? Etiam liberis patroni. *l.si quis.5.§. vtrum.ff. de agnoscendis liberis.* vbi ait Iurisconsultus; Non quidem tam facile vt patronos. In hisce verbis prima propositæ regulæ exceptio constituenda. Secunda est; Nisi filius patroni libertum capitis accusauit. *d.l.5.§.si quis, in fine.*

V. Regula; Etiam patentibus patroni libertus debet alimenta. approbatur simul & distinguitur *d.l.5.§.fin.*

VI. Regula; Patroni patronum libertus alere non tenetur. *d.l.5.§.si quis à.*

VII. Regula; Quanta alimenta libertus patrono debeat? Pro modo facultatum liberti, arbitrio iudicis erunt alimenta constituenda. *d.l.5.*

§.alimenta.& §.penult. Hæc de alimentis à liberto præstandis.

De patrono in ius vocando, & actionibus aduersus eum instituendis.

VIII. Regula: Libertus patronum sine permissu prætoris ius vocare non potest. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur suprà lib.2.cap.7.quæst.4.reg.6.*

IX. Regula, Actiones famosæ liberto aduersus patronum denegantur: item & alię quædam. quæ enumerantur *sup.lib.4.cap.21.q.5.reg.4 Concordat l.1.C.de obsequijs patrono præstandis.*

X. Regula: Vt ab atrocitate verborum aduersus patronum litigans libertus sibi temperet, cauetur *l.si manumissori.4.C.d.tt.*

De querelis patroni aduersus libertum, & de pœnis liberti.

XI. Regula, De hisce proponitur *l.1.ff.de iure patronatus. & l. 1.§. cum patronus ff. de officio præfecti vrbi.*

XII. Regula, Si res patroni vel tutelam filiorum eius libertus administrare detrectat, punitur *l.ingratus.19.ff.de iure patronatus.* Quoad tutelam filiorum patroni administrandam pertinet, distinguitur regula proposita *per ea quæ dicta sunt sup. lib.5.cap.6.quæst.1.except.gener.1.*

XIII. Regula: Si libertus libertate arte sua contra voluntatem patroni vtatur, non est iusta querelæ causa. *l.liberta.11.ff.de obsequijs à liberis.*

XIV. Regula: Libertus à patrono ne negocietur, vel arte sua vtatur, prohiberi non potest. *l. 2.C.de iure patronatus.l.quæro.18.ff.d.tt.l.libertus.45. ff. de operis libertorum.* Huius regulæ exceptio est: Nisi occasione operatum, quas libertus patrono debet, prohibeatur arte sua vti, & operas debitas iubeatur præstare. *l. medicus.26.ff. de operis libertorum.*

XV. Regula: Libertus vbi vult, commorari potest. *l.qui manumittuntur.12.C.de operis libertorum.*

De eo quod onerandæ libertatis causa patronus à liberto est stipulatus.

XVI. Regula: Hæc stipulatio inutilis est, & patronus qui illud exegit, contra tabulas bonorum possessionem liberti petere non potest. *l.qui onerandæ.32. ff. d.tt.l.1.§.quæ onerandæ.ff.quarum rerum actio non datur.* Declaratur regula proposita *d. §.quæ onerandæ. Concordat l.2. in fine.ff. d.tt.l.si quam. 4 in fin.C.de operis libertorum.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi non in ipsa manumissione, sed ex interuallo stipulatio sit facta. reprobatur *l.1.§. in summa.ff.quarum rerum actio non datur.* Secunda: Nisi eius nomine à liberto patronus stipulatus sit, quod in seruitute gessit. *d.l.§.si manumisero.* Tertia: Nisi pœnam à liberto patronus stipulatus sit, si operas non præstiterit. reprobatur *l.si ita.39. ff. de operis libertorum.* Quarta: Nisi seruus domino vt manumittatur, pecuniam promiserit. *l.2.§.si seruus.ff.quarum rerum actio non datur.l.vtrum.107.ff. de verb. oblig.* Quinta: Nisi non pecunia promissa sit, sed societas libertatis onerandæ causa inita. reprobatur *l. 1.§.si libertatis. ff. quarum rerum actio non datur.l.Labeo.36.ff.de operis libertorum.*

XVII. Regula: Quibus exceptio proposita competit? De fideiussore liberti, & alio qui pro liberto promisit, proponitur *l.1.§.exceptionem.ff. quarum rerum actio non datur.* De debitore liberto patrono delegato libertatis onerandæ causa. Huic exceptio proposita non datur. *d.l.1. §.penult.* De hæredibus liberti proponitur *d.l.1.§.fin.*

XVIII. Regula: Aduersus quos detur exceptio proposita. De hæredibus patroni habetur *d. §.fin.* De eo cui voluntate patroni promissum est. Aduersus hunc quoque competit exceptio proposita *d.l.1.§.siue autem.* Propositæ regulæ exceptio est: Nisi libertus à patrono delegatus, creditori eius promiserit: aduersus hunc enim agentem proposita exceptione non vtentur *d.§.siue autem ibi: quod si patronus.*

XIX. Regula, De liberto à patrono non vinciendo, proponitur *l.libertor.6.C.de obsequijs patrono præstandis.*

DE IVRE ACCVSANDI libertum vt ingratum.

CAP. XIX.

I. CAVSA HVIVS ACcusationis.

SI libertus aduersus patronum sit ingratus, proposita accusatione conueniri potest. quæ causa suis speciebus proposita est *sup.cap.prox.reg.1. cum sequentibus.item sup.cap.11 quæst.1.caus.2.* Huius autem causæ exceptio prima est: Nisi patronus ius patronatus liberto remiserit. reprobatur *l. si quis.3.§.reuerentia tamen.C. de bonis libertorum.* Secunda: Nisi patronus ex causa fideicommissi manumisit. *l.1.C.de libertis & eorum liberis.* Tertia: Nisi seruus suis vel alterius numis redemptus manumissus sit. *l.si tuis.8.C.de operis libertorum.* Huius replicatio est: Nisi dominus serui, non alius, accepto precio, seruum manumisit. *l.Titius.3. ff.de obsequijs à liberis præstandis. & l.1. C. de bonis libertorum.* Quarta exceptio est: Nisi hac lege patronus seruum emerat, vt manumitteret. *l.si quis.30. in princ. ff.qui à & quib.manumissi.l.2.C.de oper.libertor.* Quinta: Nisi patronus ius patronatus amiserit, *d.l.30. §.tamdiu.*

II. QVIBVS ACCVSATIO proposita competit?

I. Regula, De filijs patroni. His quoque accusatio proposita competit. *l.qui 12.ibi: nisi ingrati. C.de operis libertorum.* Huius exceptio est: Nisi libertus vni sit adsignatus, tunc enim soli illi, non etiam cæteris datur accusatio. *d.l.30.§ fin.*

II. Regula. De hæredibus patroni, proponitur *l.liberti.3.C.de libertis & eorum liberis.*

III. Regula, De vno ex pluribus patronis, *l.si quis.30.§.quoties ff.qui & à quib.* De reliquis huiusmodi regulis vide *sup.cap.15.quæst.4.*

III. ADVERSVS QVOS DAtur accusatio proposita?

I. De filijs libertorum proponitur *l.libertinæ.4. C.de libertis & eorum liberis.*

IV. PER QVOS DETVR?

Etiam per procuratorem datur. *l.per procuratorem.4.ff.de obseq. à liberis.l.sed & 35.§.1.ff.de procuratoribus.*

V. APVD QVEM competit?

Apud præsidem prouinciæ competit. *l.diuus.7.§.mandatis.ff.de iure patronatus.l.1.in princ.ff.eod.tt.* Item in vrbe competit apud præfectum vrbi. *l.1.§. sed & patronos.ff.de officio præfecti vrbi.*

VI. QVID VENIAT, SEV quæ sit pœna ingrati liberti?

I. Regula: Extraordinaria pœna pro modo delicti coercetur. *l.diuus.7.§. mandatis.ff.de iure patronatus l.1.§.cum patronus.ff.de officio præfecti vrbi.*

II. Regula, De parte bonorum libertum mulctando, & fustibus eum cædendo, proponitur *d.l.7.§.fin.*

III. Regula: Sed & ob ingratitudinem in seruitutem libertus repetitur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supra capite* 11. *q.1.causa.2.*

DE ACTIONE OPERARVM.

CAP. XX.

DEbet etiam libertus patrono operas, ad easque præstandas patrono competit actio: de qua in hoc Capite dicetur.

I. Ratio huius actionis proponitur *l.2.ff.de operis libertorum.*

II. CAVSA EX QVA ACTIO proposita competit.

Si operæ promissæ sunt, vel libertus iurauit se eas præstiturum, *l.si quando.8.§.quod contingit. ff. d. tt.in princ.C.d.tt.* Declaratur hæc causa descriptione operarum: quarum definitio proponitur *l.1. ff.d.tt.* Proprium, *l.operæ.9.in princ.ff.d tt. Cui concordat l.1.ff.de operis seruorum.* Diuisio in officiales & fabricales, nec non differentia vtriusque speciei, *d.l.9.l.hæ operæ.23.in princ.ff.de operis libertorum.* Alia harum specierum differētia proponitur *l. quoties 24.ff.d.tt.* Hæc de descriptione operarum pro declaratione causæ propositæ sint dicta. Plane causa proposita plures recipit exceptiones, quarum prima est: Nisi operæ non sint promissæ, nec impositæ. *l.operis.31.ff.de operis libertorum. l. cum patronus.22.§ cum libertus, in fine.ff.d.tt.& l.1.ibi: videlicet si hoc pepigisset.C.de bon.libertorum.* Secunda: Nisi is qui ex causa fideicommissi manumisit, operas sit stipulatus. *l.vt iur iurandi.7.§.rescriptum. C. de operis libert.l.qui ex causa.29.ff.d.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi filius defuncti ex causa fideicommissi manumisit. *d.l.29.vers.sed si defunctus. l.si filius. 33.in pr.ff.de fideicom.libertatib.* Secunda: Nisi ita libertas seruo per fideicommissum relicta sit, vt manumissori operas promittat. reprobatur *l. cordonem.42.C.de operis libertorum.* Tertia: Nisi libertus sciens sibi exceptionem propositam competere, nihilominus sponte promiserit operas, *l. Campanus.47.ff.eod.tt.* Quarta: Nisi eius temporis operas stipulatus sit, quo seruum ante manumisit, quam dies fideicommissariæ libertatis existeret. *l.mater.5.C.eod.tt.* Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ causæ exceptio est: Nisi seruus ita traditus fuit manumissori, vt ab eo manumittatur. *l.2.C.de operis libertorum.l.si quis.13.in princip.ff. eodem tt.* Quarta: Nisi is cui libertatum conseruandarum causa bona addicta sunt, ijs quibus testamento libertas relicta est operas imposuerit, *d.l. 13.§.1.* Quinta: Nisi pactione data, seruus à domino sit manumissus. reprobatur *l. etiam qui.3. C.de obsequijs patrono præstandis.* Sexta: Nisi libertus suis numis à manumissore emptus sit. *l.si tuis.8.C. de operis libertorum.* Septima, Nisi dominus ab extraneo accepta pecunia seruum manumisit. *l.qui numis.3.C.d.tt.* Octaua: Nisi non libertus, sed seruus operas promisit vel iurauit. *l.vt iurisiurandi.7.in prin.& §.iurare.ff.d.tt.l.licet.44.in prin. ff. de liberali causa.* Nona, Nisi impubes operas promiserit. reprobatur *d.l.44.§ fin.& l. vt iurisiurandi. 7.§. dabitur.ff.de operis libertorum.* Decima exceptio est: Nisi pro parte tantum operæ sint promissæ. *l. libertus. 15.§.1.ff.d.tt.* Vndecima: Nisi non operas, sed precium vel mercedem operarum patronus sit stipulatus. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup.c.16.caus.2.* Plane huius exceptionis etiam replicatio hæc est: Nisi pœnam stipulatus sit, si operæ non fuerint præstitæ. hoc enim casu non est inutilis stipulatio: sed tamen non pœna, sed operæ ex ea sunt petendæ. *l.si ita 39.ff.d.tt.* Duodecima: Nisi seruus patroni sibi, non domino operas dari sit stipulatus. *l seruus.10.in prin .ff.d.tt.* Decima tertia: Nisi patronus alij operas sit stipulatus. *l.operæ.9.ff. de operis libertorum.* Huius replicatio est: Nisi patronus sibi & vxori suæ operas sit stipulatus. *l.licet.44.§. licet.ff.de liberali causa.* Plura de exceptione proposita vide *inf.except.30.repl.2.* Decima quarta: Nisi ita sit stipulatus, Operas tuas pictorias centum hodie dare spondes? *l.quoties.24.ibi: & ideo.ff. de operis libertorum.* Decima quinta exceptio, sumpta ex causa, ob quam libertus promisit vel iurauit, reprobatur *l.vt iurisiurandi.7.§.1.ff. de operis libertorum.* Decima sexta: Nisi non libertatis causa operæ promittantur. *d.l.7.in prin.* Decima septima: Nisi ante manumissionem promiserit. *Hæc exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt supra d.exc.8.* Decima octaua: Nisi non in ipsa manumissione, sed ex interuallo iuretur vel promittatur. *l. licet.44.in princip.ibi: dummodo.ff.de liberali causa.* Contradicit *d.l.7.§.iurare.* Decima nona exceptio est: Nisi libertа quæ operas debet, voluntate patroni nupserit. *l.2.C.de obsequijs patrono præstandis.l.sicut.48.in princip.C.de operis libertorum.item l. quod.11.C.d.tt.* Cuius replicatio prima est: Nisi nuptiæ, in quas consensum est, sint iniustæ. *d.l.48.§.sin autem.* Secunda: Nisi nuptiæ sint finitæ. *l.plane.14.ff. de operis libertorum.* Tertia: Nisi non patronus, sed patrona, vel patroni filia, vel neptis nuptijs consenserit, operasque petat. *d.l.48 in fin.* Quarta: Nisi liberti libertæue nuptijs patronus non consenserit. *l.si quis.13.§.etiam.ff.d.tt.* Quinta: Nisi patronus impubes nuptijs libertæ consenserit. *d.l. 13.§.fin.* Sexta: Nisi patronus nuptijs libertæ non consenserit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est: Nisi postea nuptias ratas habuerit. *d.§.fin.* Secunda duplicatio est: Nisi patronus iureiurando adegerit libertam ne nubat. *approbatur per ea quæ proposita sunt supra cap.16 quæst.1.caus.1.* Septima replicatio est: Nisi vnus patronorum tantum consenserit, alter non. per hoc enim alteri qui non consensit, exactio operarum non denegatur. *l.si duorum.28.*

C.de

C.de operis libertorum. Octaua: Nisi operæ præteritæ petantur. *l.si libertus.30.§ final.ff.d.tt.* Nona: Nisi ipsi patrono liberta nupserit. reprobatur *l.libertæ. 9.C.d.tt.* Vicesima exceptio est: Nisi liberta quæ operas promisit, patrono nupserit, vel eius concubina sit facta. *d.l.9.& l.liberta.46.ff.d.tt.* Vicesima prima: Nisi libertus duos vel plures liberos in potestate habeat. *l.qui libertinus.in princ. ff. de operis libertorum.l.nec patronis.in fine.C.eod.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi vnum tantum, non duos vel plures filios in potestate habeat. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est: Nisi alterum filium amiserit. *d.l.37.vers. etsi non eodem tempore.& §.amissi.item.d.l.7.* Secunda duplicatio est: Nisi vnum quinquennem habeat in potestate. *d.l.37.in princ.* Secunda replicatio: Nisi non eodem, sed diuerso tempore duos habuerit in potestate. reprobatur *per ea quæ iam à dupl.1 sunt proposita.* Tertia replicatio est: Nisi post mortem liberti alter filius sit natus. *d.l.37.§.penult.* Quarta: Nisi liberi non sint legitimi. *d.l.37.§.penult.* Quinta: Nisi alius quàm libertus operarum actione conuentus proposita exceptione vtatur. approbatur simul & distinguitur *d.l.37.§.vltimo.* Huius duplicatio est: Nisi fideiussor liberti proposita exceptione vtatur. *d.l.37.§.vltimo.* Sexta replicatio: Nisi non ipsi patrono, sed ei qui in patroni est potestate, libertus operas promisit. reprobatur *d.l.37.§.nihil autem.* Septima: Nisi libertus creditori patroni delegatus, & ab eo conuentus, proposita exceptione vtatur. *d.§.nihil.* Octaua, Nisi operæ, antequam filij nati sint, præteritæ petantur. reprobatur *d.l.37.§.non solum.* Nona: Nisi iam petitis operis liberi nati sint. reprobatur *ibidem.* Decima: Nisi liberto operarum nomine condemnato, liberi sint nati. approbatur *ibidem.* Hæc de vicesima prima exceptione. Vicesima secunda exceptio est: Nisi libertus valetudine impediatur, quo minus operas præstet. *l.libertus.15.in prin.l.hæ operæ.23.§.si patroni.ibi: sicut accidit.& l.interdum.34. ff.de operis libert.* Vicesima tertia: Nisi liberta quæ operas debet, ad eam dignitatem peruenerit, vt inconueniens sit eam operas præstare. *d.l.34.* Vicesima quarta: Nisi liberta quinquagenaria sit. *l. liberta.35.ff.d.tt.* Vicesima quinta: Nisi libertus militiæ nomen dedit. reprobatur *l.operis.43.ff.de operis libert.* Vicesima sexta: Nisi patroni quibus operæ promissæ sunt, in diuersa loca discesserint. *l.hæ operæ.23.§.si patroni.ff.d tt.* Huius replicatio prima est: Nisi libertus etiam absentibus patronis possit operas præstare. approbatur exemplo *l. duorum.49.ff.d.tt.* Secunda: Nisi vni tantum patrono, alibi habitanti, libertus operas debeat. tunc enim patronum libertus sequi debet vt operas soluat. *l.quod nisi.20.in fine, cum lege sequente.ff. de operis libertorum.* Huius duplicatio est: Nisi patronus incertis sedibus per orbem terrarum vagetur. *d.l. 20.in fine.* Vicesima septima exceptio est: Nisi patronus non præstet sumptus operarum, nec victum & vestitum. *d.l.20.in fine.& l.operarum.50.in fin.ff.eod.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi libertus habeat vnde se alat. *l.suo.18.cum duabus legibus sequentibus.ff.d.tt.* Secunda; Nisi ijs quoque diebus, quibus operas edit libertus, satis temporis ad quæstum faciendum, vnde ali possit, habeat. *l.aut certe.19.ff.d.tt.& d.l.50.in fine.* Tertia; Nisi in stipulatione operarum ita conuenerit, vt libertus se alat; reprobatur *l.imponi.33.ff.d.tt.* Vicesima octaua exceptio; Nisi bona patroni vendita sint. approbatur simul & distinguitur *l.si bona.40.ff. de operis libertorum.* Huius replicatio prima est; Nisi dies operarum post venditionem bonorum cesserit. *d.l.40.* Secunda; Nisi patronus aliunde non habeat, quo se alat. *d. l.40.* Vicesima nona exceptio est; Nisi patronus operas non petierit. *l.cum patronus.22.in princ.ff.de operis libertorum.& l. quoties. 24.in fine ff.eod.tt.* Huius replicatio est; Nisi certæ operæ sint promissæ. *d.l.24.in prin.* Tricesima exceptio est; Nisi operæ sint præstitæ vel solutæ. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est; Nisi pro parte tantum opera sit præstita. *l.operas.3.& l. lib.15.§.1.ff.eod.tt.* Secunda replicatio est; Nisi alij quam patrono opera sit præstita. *l.operæ.9.ff.de operis libertorum.* Huius duplicatio; Nisi voluntate patroni, vel patrono sibi aut alij, puta Titio, stipulante, libertus Titio soluerit. reprobatur *l. seruus.10.§ fin.cum duabus legibus sequentibus.ff.d.tt.* Plane admittitur primum, si pecunia pro operis libertatis causa promittatur. *quæ distinctio approbatur ibidem. Concordat l. vt iurisiurandi.7.§.1.ff.eod.tt.* Secundo, si fabriles seu certæ, non officiales vel incertæ operæ debeantur. *l.operæ.9.in fin.ff.eod.tt. Cui concordat l. hæ operæ. 23.in prin.ff.eod.tt.* Tertio admitti videtur duplicatio proposita, si patronus filio suo operas stipuletur, verum distinctio hæc reprobatur *l. nihil.11. ff.de operis libertorum.* Tricesima prima exceptio; Nisi patronus alij, non sibi velit operas præstari. reprobatur *l. operæ.9.ff.eod.tt.* Plane admittitur primum in operis fabrilibus & certis. *d.l.9.in fin.* Secundo in liberto pantomimo & medico, *l.si libertus.27.ff.eod.tt.* Plura de proposita exceptione vide *sup.cap.16.q.1.caus.2.item inf.quæst.prox.* Tricesima secunda exceptio est; Nisi absente patrono libertus operas promiserit vel iurauerit. *l.certum. 6.§.si quis absente.vers.quia nec qui iurat, cum sua glossa. ff.de confessis.* Hæc de exceptionibus aduersus causam propositæ actionis.

III. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

Regulariter alij quam patrono operarum actio non datur. *l.operæ.9.ff.de operis libertorum.* Eius autem regulæ exceptio prima est; Nisi liberi patroni operas liberti paterni petant, approbatur simul & distinguitur. *l. cum patronus.22.§.cum libertus ff.d.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi liberi defuncto patrono hæredes non existant. *d. §.cum libertus.* Cuius duplicatio prima est; Nisi patronus sibi liberisq; suis operas sit stipulatus; tūc enim liberis etiam non hæredibus patri existentibus actio proposita competit. *d.§.cum libertus.& l.si operarum.29.ff.eod.tt.* Huius triplicatio est; Nisi filius à patre sit exhæredatus. tunc enim nec stipulatio illi prodest. *quæ triplicatio approbari videtur d. l.29.versic.nisi exhæredatus sit.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est; Nisi liberi non per se, sed per alium patri hæredes existant. *d.§.cum libertus.* Tertia; Nisi liberi non fuerint in potestate patris morientis. reprobatur *l. vt iurisiurandi.7.§. fin.ff.de operis libertorum.* Quarta; Nisi liberi patroni alij in adoptionem sint dati. reprobatur

d.§.fin,

d.§.fin. Quinta: Nisi patronæ non patroni liberi sint. reprobatur *d.§.si.* Sexta: Nisi liberi post mortem patroni sint nati. reprobatur *l.si quis.5.ff. d.tt.* Septima: Nisi cum duobus patronis operæ deberentur, vnus ex ijs mortuus sit, relictis liberis, altero superstite. reprobatur *l. à duobus. 4.ff. eod.tt.* Octaua: Nisi libertus vni ex liberis sit adsignatus. hoc enim casu videtur cæteris operarum petitio deneganda. verum replicatio hæc reprobatur *l. interdum.51.ff.de operis libertorum.* Nona: Nisi ex vno patrono filius, ex altero nepos extet. hoc enim casu videtur, quod nepos in actione opposita per filium alterius excludatur. verum replicatio hæc reprobatur *d.l.51.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione eiusq; replicationibus sint dicta. Secunda exceptio: Nisi hæredes patroni operas petant ipso quidem iure reprobatur *l. liberti. 6.C. d.tt.* Plane admittitur primum in operis fabrilibus seu certis. *l.fabriles.6 ff.de operis libertorum.* Secundo in operis præteritis, *l.à duobus.4.in fin.ff.eod. tt.* Tertio admitti videtur exceptio proposita, si iudicium operarum viuo patrono cœptum sit. verum hæc distinctio reprobatur *l.si operarum.29. ff.eod.tt.* Tertia exceptio: Nisi maritus patronæ operas petat. reprobatur *l.liberti.6.C.tt.*

IV. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

I. Regula, De fideiussoribus liberti, proponitur *l.si quando.8.§.fin.ff.de operis libertorum.& l.si libertus.44 ff.eod.tt.*

II. Regula, De eo qui libertum occultauit, *l. vlt.C.d.tt.l.vnica.§.fin.C.de colonis Illyricanis.*

V. QVID VENIAT IN operarum actione?

I. Regula: Quæ & quales operæ præstandæ sint, definitur *l.eius.16.§.fin.cum lege sequente l.hæ demum.38.l.operarum.50.l.medicus.26.item l.eius.16. in pr.ff.de operis libertorum.*

II. Regula: Artificij quod libertus exercet, operas patrono præstabit. *l.hæ operæ.23.in princ.l.hæ demum.38.ibi:si tamen.ff. de operis libertorum.* Huius regulæ exceptio videtur esse talis: Nisi artificium post manumissionem demum libertus didicerit. sed reprobatur *d. vers.si tamen. Cui concordat l.eius artificij 16.in princ.ff.eod.tt.*

III. Regula: Pars operæ peti non potest. *l. libertus.15.§.1.ff.de operis libertorũ.* Huius exceptio est: Nisi pluribus opera debeatur. tunc enim quilibet partem operę sibi debitam petere potest. *l.si quando.8.ff.d tt.* Cuius replicatio est: Nisi pluribus, non vna, sed plures operæ debeantur. tunc enim non singuli in singulis operis partem habent, sed numero inter eos fit diuisio. *d.l.15.§.ideo.& l in stipulationibus 54.§.operarum.ff.de verb.oblig.*

IV. Regula: Si patronus decesserit, pluribus liberis ex inæqualibus partibus hæredibus relictis: pro æqualibus, non pro hæreditarijs partibus operarum actio illis datur. *l.vt iurisiurandi.7.§. si liberti.ff.de operis libertorum.*

V. Regula: Si operas promisit libertus, quot patronus arbitratus fuerit; de arbitrio boni viri & æquo intelligendum est. *l.si libertus.30.ff.d.tt.*

VI. Regula, De temporis spacio ad curam corporis necessario liberto relinquendo, proponitur *l.cum patronus.22.§.fin.l.medicus. 26. ibi:hoc est. vt adquiescere.& l.operarum.50.§.fin.ff.d.tt.*

VII. Regula, Operæ non præstitæ æstimatio debetur. *l.nec patronis.7.in prin.C.de operis libertorum.* Quanti autem æstimanda sit opera non præstita, definitur *l.medicus.26.§.fin.& l.si ita.39.in fin.ff.d.tt.*

VIII. Regula, Si libertus pecuniam promisit pœnæ nomine, operis non præstitis, non pecunia petenda conditione existente, sed operæ aut operarum æstimatio. *d.l.39.*

IX. Regula, Si patronus liberto operas reuendidit, vel precium pro ijs pactus est, illud precium exigere non prohibetur. *l.si quam.4. C.de operis libertorum.* Contradicere videtur *l.3.C.d.tt.* Sed hæc verba intellige de iure patronatus amittendo. hoc enim, petito pro operis precio, amittitur, *vt ostensum sup.cap.16.causa.2.* Dic ergo, Licet precium peti non possit, id est, vt ius patronatus maneat integrum; eo autem amisso, nihilominus precium potest peti, *vt iam est ostensum.*

VI. QVANDO OPERARUM actio competit?

I. Regula: Non nisi finito die, quo opera erat præstanda, actio competit. *l.operas.3.in princ.ff. de operis libertorum.l.siquando.8.ibi.cum semper.l.si quis. 13.§.iudicium.item l.quoties.24.ff.d.tt.* Qua non solum approbatur regula proposita, sed etiam declaratur, eo quod dies, quo operarum obligatio cedit, exprimitur: scilicet, in certis quidem operis, statim ex die interpositæ stipulationis: incertis vero, seu officialibus, ex die quo patronus eas indixerit, id est, postulauerit seu petierit à liberto. *Cui concordat l.cum patronus.22.in princ.ff.d.tt.*

II. Regula, Si impubes sit libertus, operarum actio non nisi post pubertatem eius competit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supra quæst.2.exc.9.*

VII. Forma iuramenti operarum proponitur *l.vt iurisiurandi.7.§.iurare. ff. de operis libertorum. & l. licet.44.§.licet.ff.de liberali causa.*

DE SVCCESSIONE PATRONI in bona liberti defuncti.

CAP. I.

INter iura patronatus non postremum locum obtinet id, quod patronus liberto defuncto succedit; de quo in hoc & sequentibus capitibus dicetur.

I. Ratio & origo huius successionis proponitur *l.1.ff.de bonis libertorum.*

II. CAVSA PROPOSITÆ successionis, eiusque exceptiones.

Regulariter quidem, mortuo liberto, in bona eius succedit patronus. *l. liberto.17.ff.de bonis libertorum. Instit.de successione libertorum, in princ. item l.cum secundum.3.C.de fideicommissis.* Plane proposita regula plures recipit exceptiones, hic ordine proponendas.

I. Exceptio: Nisi defunctus libertus liberos reliquerit. approbatur *lege XII. Tabul. vt patet ex Instiam d.tt.in princ.§.1.§. prodesse. & §. sed nostra. item l. intestato. 3. in princ.ff. de suis hæredibus.* Huius replicatio prima est, Nisi defunctus libertus non naturales, sed adoptiuos liberos reliquerit. *Inst.de successione libertorum.§.1.* Secunda: Nisi non in potestate sua constitutos, sed emancipatos liberos libertus reliquerit. reprobatur *Inst.d.tt.§.prodesse.* Tertia: Nisi liberos reliquerit libertus alij in adoptionem datos. reprobatur *itidem d. §. prodesse.* Quarta: Nisi liberi quos libertus reliquit, ab eo sint exhęredati vel prętériti, ita vt non possint de inofficioso querelam instituere. *d. §. prodesse.& §. sin autem sine liberis.ibi:vel habentes eos exhæredauerint.* Huius duplicatio est: Nisi filius exhæredatus, per seruum hæres existat. *l.siue libertus. 21.§ penult.ff.de iure patronatus.* Quinta replicatio: Nisi filius liberti ex modica tantum parte hæres sit institutus. reprobatur *l. etsi 6. in princip.ff. de bonis libertorum.* Sexta: Nisi filio liberti sub conditione hæredе instituto, conditio defecerit. approbatur simul & distinguitur *l.si libertus.20.§.si libertinus.ff. d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi conditio, sub qua filius fuit institutus, in potestate eius non fuerit. approbatur simul & distinguitur *d. §. si libertinus. vers.si vero.* De qua re vide plura *inf.in hæredum institutionib.* Septima replicatio est: Nisi filius liberti sub conditione hæres institutus, pendente conditione decesserit. *d.§.si libertinus.* Octaua: Nisi filius tempore petędæ bonorum possessionis fuerit exclusus. *d.§.si libertinus.* Nona: Nisi filius liberti hæreditatem repudiauerit. *d. §.si libertinus.& §. fin.l.quæritur.38.§.fin.ff.eod.tt.de bonis libertorum.l.siue 21.§.fin.ff.de iure patronatus.l.etsi.6.§.si filius.ff. de bonis libertorum.item l.1.§.si nemo ff. ad S.C.Tertyllianum.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi vno filiorum liberti repudiante, alius filius hæreditatem agnoscat. *d.§.si nemo.* Secunda: Nisi filius qui se hæreditate abstinet, antea se hæreditati miscuerit, ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio prima est: Nisi postea in integrum sit restitutus. *d. l. 1.§.si quis.l.etsi.6.§.si filius ff.de bon.libert.* Secunda triplicatio est: Nisi filius coactus à prætore, adierit. *l. si libertus. 20. §. libertus. ff. d.tt.* Decima replicatio est: Nisi filius liberti hæreditatem patris ex fideicommisso restituerit. *d.§.si libertus.* Vndecima; Nisi filius subiectus dicatur. approbatur simul & distinguitur *l.si filius.42.§.cum filius ff.d.tt.* Duodecima; Nisi filius liberti vna cum patre perierit, vt ignoretur vter vtri superuixerit. *l.qui duos.10.§.si cum filio.ff. de rebus dubiis.* Decima tertia; Nisi pauciores liberos quam tres libertus diues reliquerit hæredes. approbatur *lege Papia Instit.de succes.libert.§.postea.* Plane iure nouo reprobatur, dicta *l.Papia sublata. Instit. eod. tt. §.sed nostra.* Hæc de prima exceptione.

II. Exceptio: Nisi libertus defunctus minor centenario sit. approbatur, declaratur & distinguitur *d. §. sed nostra.* Huius replicatio prima est; Nisi libertus intestatus decesserit. *d.§.sed nostra.* Secunda; Nisi libertus in fraudem legis bona alienauit, vt minor centenario esset. *l.si libertus.16.ff.de iur.patron.* Tertia; Nisi libertus qui minor centenario est, aliquid amplius in actione habeat, quo consecuto, minor centenario sit futurus. *l.liberto. 26 ff.de bon.libert.*

III. Exceptio; Nisi libertus facto testamento & alio hærede scripto, decesserit. approbatur quidem iure antiquo *Institut. de successione libertorum, in princ* Mutatur ac tollitur iure nouo, *nimirum edicto prætoris Instit.eod. tt. §. qua de causa.* Item tollitur lege Papia *Institut.eod tt.§.postea.ibi:siue is testamento.* Item tollitur constitutione Imperat. Iustiniani *Institut.eod.tt.§.sin autem sine liberis.ibi:si vero testamentum.*

IV. Exceptio: Nisi liberti bona sint publicata. reprobatur *l.si in libertinum.28. ff. de bonis libertorum.*

V. Exceptio: Nisi patronus ius patronatus remiserit *l si quis.3.ibi:nec successionib.C.d.tt.*

VI. Exceptio: Nisi patronus elegerit ea quæ libertatis causa liberto imposuit. *l.sicut.20.ff.de iure patronatus. Concordant ea quæ habentur inf.cap. prox. q. 1.except.15.*

VII. Exceptio: Nisi patronus libertum non aluerit. *l.si patronus.33.ff.de bonis libertorum.* Huius replicatio est; Nisi patronus ex testamento succedat liberto. *d.l.33.*

VIII. Exceptio: Nisi municipum vel alterius collegij non priuati hominis libertus fuit defunctus. reprobatur *l.vnica.ff. de libertis vniuersitatum. l. intestato.3.§.si municipes.ff.de suis hæredibus. l. 2. ff. de manumiss.quæ seruis ad vniuers.*

IX. Exceptio: Nisi princeps patronus sit. reprobatur *d.l.3.§.principem.*

X. Exceptio; Nisi patronus vel actor capitis accusauerit libertum defunctum. *l.eum.10.in prin. cum lege sequente. ff. de iure patronatus. l.filij.9.§.fin.ff. eod.tt. l. etiam.3.§.si capitis.ff.de bonis libertorum. l.si filius.33.§.1.in fin.ff.de fideicommiss. libertat.* Declaratur exceptio proposita *d.l.10.§.1. Concordat l.qui cum.14.§.is demum.ff.de bonis libertorum.item l. quæro. 48.ff.eod.tt.* Replicatio prima est; Nisi non ipso iure capitis pœna crimini sit constituta, sed iudex capitis pœnam accusato irrogauit. *l.qui eum.14.§. is demum.ibi.si tamen.ff.de bonis libertorum.* Secunda; Nisi ab accusatione destitit actor. *d.l 14.§.accusasse. l.eum.10.in fine.ff.de iure patronatus.* Huius duplicatio est; Nisi abolitione impetrata, reum repetierit. *d.l.14.§.1.* Tertia replicatio est; Nisi libertus accusatus, pendente iudicio decesserit. *d.l.14.* Quarta; Nisi detulerit saltem. reprobatur *d. l.10. in fin.* Quinta; Nisi minor vigintiquinque annis accusauerit. *l.qui cum.14. in princ.ff. de bonis libertorum.* Huius duplicatio est; Nisi cœptam in minore ætate accusationem maior factus fuerit persecutus. reprobatur *d.l.14.§.1.* Sexta replicatio est; Nisi patronus à liberto antea accusatus & prouocatus, accusauerit eius calumniam, vel crimen retorserit. *d.l.14.§.si libertus.* Septima; Nisi defendendæ mortis paternæ causa filius patroni libertum capitis accusauerit. *d.l.14.§.si patris.* Octaua; Nisi pater testamento vel qua alia scriptura cauerit, vt accusaretur libertus. *d.l.14.§.finali. l. Paulus. 47.§.1.ff.de bonis libertorum.* Nona; Nisi libertus damnatus, postea sit restitutus, & pœna liberatus. *l.qui cum.14.§.fin.ff.d.tt.* Decima replicatio est; Nisi libertus non capitis, sed mitiore pœna sit damnatus. *l.idem.15.ff.d.tt.* Vndecima; Nisi actor crimen probauerit & obtinuerit contra libertum, non sit calumniatus. *d.l.15.l.qui cum. 14.§.fin. in fin.ff.d.tt.l.eum qui.18.in prin.ff.de iniuriis.* Duodecima; Nisi libertum, dum adhuc seruus erat, & quidem alienus, accusauit. *l.vlt.ff.de bonis libert.* Decima tertia; Nisi cum vnus ex pluribus liberis defuncti capitis accusasset libertum, cæteri postea omise-

omiserint bonorum possessionem liberti.reprobatur *l.etiam 3.§.si capitis.ff. de bonis libertor.* Decimæ quartæ replicationis loco notandum, quod exceptio proposita non noceat filio eius qui libertum capitis accusauit.*l.in seruitutem.16.§.si patroni. ff.d.tt. & l.diui fratres.17.ff.de iure patronatus.* Hæc de decima exceptione.

XI. Exceptio: Nisi actor in caput liberti testimonium dixit,vel accusatorem subiecit.*l.qui cum 14.§.sed si non.ff.de bonis libertorum.*

XII. Exceptio: Nisi actor aduocationem accusatori liberti præstitit.reprobatur *d.l.14.§.si patronus.*

XIII. Exceptio: Nisi actor libertum in seruitutem petierit.*l.qui in 9.& d.l.14.in prin.ff.eod.tt.l.si filius.33.§.1.in fine.ff.de fideicommiss.libertatibus.* Huius replicatio prima est; Nisi seruo in libertatem proclamante actor contradixit.*l.in seruitutem.16.in pr. ff.de bonis libertorum.* Secunda; Nisi non dominium, sed vsumfructum, vel quid aliud in liberto dicat suum esse, quod nisi in seruo habere non potest. reprobatur *d.l.16.§.1.* Tertia; Nisi actor qui libertum in seruitutem petijt & obtinuit, passus sit eum in libertate morari.*d.l 16.§.si petierit.* Quarta; Nisi actor qui libertum in seruitutem petijt, à sua actione destitit.*d.l.16.§.petijsse.* Quintæ replicationis loco notandum, quod filio eius qui libertum in seruitutem petijt, proposita exceptio non obstet.*d.l.16.§.si patroni.* Sexta replicatio est: Nisi ob id libertum in seruitutem petierit,vt causam euictionis sibi conseruet.*l.si quis.30.ff. de bonis libertor.*

XIV. Exceptio: Nisi actor rei capitalis damnatus sit,vel iudex alicuius flagitij fuerit.*l.filij.9. §.vt in bonis.ff.de iure patronatus.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup.cap.16 q.1.item inf.capite prox. quæst.1.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane iam dictarum exceptionum replicatio generalis est: Nisi is qui quasi patronus deliquit & ob id succedere non potest, non tanquam patronus, sed tanquam patroni filius hæreditatem liberti petat.*l.si filius.42.§.sic edictum.ff.de bonis libertorum.*

III. QVIBVS COMPETIT SVCcessio in bona liberti?

1. Regula, De liberis patroni. His quoq; regulariter perinde ac ipsi patrono, si viueret, successio in bona liberti competit.*l.2.in pr.ff.de bon.libert.item Inst.de succes.libert.§.multis alijs.* Exceptio prima est: Nisi patronus ipse adhuc viuat.tunc enim liberis suis in successione præferendus, quæ exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi patronus ipse tempore sit exclusus,vel repudiauerit,vel ex alia causa succedere liberto non possit.tunc enim etiam viuo eo admittuntur eius liberi.*l.2.in prin.ibi: vel dies eius ff.de bon.libert.Concordant item ea quæ habentur paulo inferius exc.11.repl.1.item exc.12.* Secunda replicatio est: Nisi patronus pater sit deportatus. Hæc replicatio species est replicationis præcedentis, approbaturque *l.si necem.4.§.si deportatus.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi patronus pater apud hostes sit. reprobatur *d.§.si deportatus.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio: Nisi filius patroni vel patronæ,in alterius sit potestate,reprobatur *l.satis.22.ff.de iur. patronatus.l.patroni.39.ff.de bonis liber.* Tertia: Nisi filius patris necem inultam reliquit, quam seruus derexit,& ob id liber factus est.*l.si filius.23.in pr.ff. de iure patronatus.Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap.15.q.3.causa.1.except.3.* Quarta: Nisi filius patroni actor libertum capitis accusauerit. Hæc exceptio cum alijs similibus approbatur & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.q.prox.exc.10.cum sequentib.* Quinta: Nisi filius patroni etiam per se patronus existens, tanquam patronus admitti ad successionem non potuit.reprobatur *l.si filius.42. §.sic edictum.ff.de bon.libert.* Sexta: Nisi liberi sint vulgo quæsiti.approbatur simul & distinguitur *l. patronæ 18.ff.eod.tt.* Septima: Nisi patroni filius subiectus esse dicatur. hoc.n. casu controuersia differtur.*l.si filius.42.§.cum filius.in fin.ff.de bon.libert.* Octaua: Nisi vni ex liberis libertus sit adsignatus. tunc.n. cæteri patroni liberi ab eo excluduntur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.cap.15.quæst.4.reg.12. Concordat item l.1.§. finali. ibi: quoniam per adsignationem alius excluditur. ff.de adsignandis libertis.* Nona: Nisi filius patris atque patroni hæreditatem repudiauerit.reprobatur *l. si patronus.12.§.finali.ff.de bonis libertorum.* Decima exceptio est; Nisi filius vel nepos patroni à patre vel auo suo sit exhæredatus.*l.si ex.10.§.Iulianus. & l.viuo.27.ff.eodem tt.* Huius replicatio prima est: Nisi non exhæredatus sit,sed præteritus in testamento parentis. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, cum querela inofficiosi testamenti adiuuetur,verum eius duplicatio est: Nisi à parente milite in militari testamento sit præteritus. *l.si patronus.12.in pr.ff.de bon.libert.* Cuius triplicatio est: Nisi præteritus alterius bonorum bona, quã eius à quo præteritus est, petat; puta à patre præteritus, libertorum auitorum bona petit: vel cõtra ab auo præteritus, libertorum paternorum bona petit.*l.Paulus 47.§.fin.ff.d.tt.* Secunda replicatio: Nisi alterius libertorum bona petat exhæredatus,quam eius à quo est exhæredatus: puta ab auo exhæredatus, non auitorũ, sed paternorũ libertorũ bona petit.*l.si ex.10.l.Iulian.ff.d.tt.* Huius duplicatio est: Nisi à patre exhæredatus,auitorũ libertorũ bona petat. hoc enim casu proposita replicatione non adiuuatur.*d.§. Iulian.* Cuius triplicatio prima est; Nisi pater viuo auo decesserit.hoc.n.casu exhæredatus,ab auitorum libertorum bonis non excluditur.*d.l.10.§.fin.* Secunda; Nisi à patre in testamento militari non exhæredatus,sed præteritus sit. *l.Paulus.47.§.fin.ff.eod tt.* Tertia replicatio est; Nisi exhæredato antea libertus fuerit adsignatus.*l.si patronus.12.§.1.ff.de bon. libertorum.& l.1.§.sed etsi post. ff. de adsignandis libertis.* Quarta; Nisi non mala mente parentis sit exhæredatus.*d.l.12.§.si quis non.l.Paulus.47. in princip.ff. de bonis libertor.* Quinta; Nisi hæres institutus exhæredato hæreditatem restituere sit rogatus.*d.§. si quis.* Sexta; Nisi exhæredatus pronunciatus sit exhæredatus non esse.*l.si patronus. 12.§.si quis cum. ff.de bonis libertorum.* Septima; Nisi exhæredatus de inofficioso testamento egerit,& obtinuerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est;

est: Nisi pro parte tantum obtinuerit,*d.l.12.§.si filius.* Octaua replicatio est: Nisi ex testamento,in quo exhæredatus est, non sit adita hæreditas. *d. l. 12.§.ex testamento.* Nona: Nisi exhæredatus secundo gradu,priore gradu, hæres sit institutus.*d.l.12. §.si patroni.* Decima: Nisi primo gradu exhæredatus, secundo sit substitutus.*approbatur ibidem.* Vndecima: Nisi exhæredati filius vel seruus hæres sit institutus. reprobatur *l. filius.13.ff. de bonis libert.* Duodecima: Nisi exhæredato ab exhæredante parente cautum sit, vt ius in libertum ei saluum esset *l.si pater.40.ff. d. tt.* Decimatertia: Nisi filius exhæredatus, postea à fratre adrogatus, tanquam nepos patroni liberti bona petierit.*l.si filius.42.in princ.ff.d.tt.* Hæc de decima exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Vndecima exceptio est: Nisi pater eius qui bonorum possessionem liberti petit, à patrono sit exhæredatus. *l.quæritur. 38.ff.de bonis libert.* Cuius replicatio prima est: Nisi actor in potestate patris exhæredati non sit. *d. l. 38.l.si pater.11.l.si ex 10.§.quod si pater eius.item l.in seruitutem.16.§.si patroni.ff.d.tt.* Secunda; Nisi actor filius exhæredati à patrono hæres sit institutus.reprobatur *per ea quæ habentur sup.except.prox.replic.11.* Duodecima exceptio est: Nisi pater eius qui bonorum possessionem liberti petit,libertum capitis accusauit,vel in seruitutem petijt. reprobatur *per ea quæ habentur sup.q.prox.exc.10.repl.13.* Decimatertia; Nisi is qui bonorum possessionem liberti petit,post mortem patroni aui sui sit conceptus. reprobatur *l.Paulus 47.§.penult.ff.de bonis libertorum.* Decimaquarta: Nisi is qui bonorum possessionem petijt, filium in potestate patroni defuncti reliquerit.reprobatur *l.2.§.fin.ff.eod.tt.* vbi ait Iurisconsultus: Iure ipso.scilicet ciuili. de quo *Inst. de hæreditatib.quæ ab intest deferuntur.§.1.* Hodie tamen iure prætorio coniungitur pater emancipatus cum filiis in potestate aui relictis, *l. 1.in princ. ff.de coniungendis cum emancipato liberis.* Decimaquinta exceptio est: Nisi actorem alius gradu præcedat.*Inst.de successione libertorum. §. multis alijs. ibi:etsi eiusdem.* Huius replicatio prima videtur esse talis: Nisi patronus decesserit, relicto filio emancipato, & nepotibus ex eo in potestate retentis.hoc enim casu videntur nepotes patri præferendi. Verum replicatio hæc reprobatur *supra exceptione proxima.* Secunda replicatio est: Nisi is qui gradu præcedit,aut nolit, aut non possit petere bonorum possessionem liberti. *approbatur supra exc 1.repl.1.cum sequentibus:item except. 11.repli. 1.& except.12.* Tertia replicatio est: Nisi gradu remotiori libertus sit adsignatus. *approbatur per ea quæ habentur supra cap. 15. quæst.4.regul.12.except.7.* Decimasexta exceptio est: Nisi duobus patronis existentibus,vnus mortuus sit relictis liberis. Eius enim liberi viuo altero patrono non admittuntur.*l.quodcunque.4.in fine.ff.si quid in fraudem patroni.* Huius replicatio videtur esse talis: Nisi patronus defunctus, filio solo libertum adsignauerit.verum reprobatur *l. si ex.12.ff. de adsignandis libertis.* Decimaseptima exceptio est: Nisi ex vno patrono filius, ex altero nepotes supersint. hoc enim casu filius vnius patroni excludit alterius patroni nepotes.*l.si libertus.23.§.si libertus.ff. de bonis libertorum.Institut.de successione libertorum.§.multis alijs ibi: vel duorum.* Cuius replicatio prima est: Nisi duobus patronis existentibus,quorum vnus, vnum,alter duos filios reliquit,& vni ex ijs libertum adsignauit: postea is cui libertus adsignatus est decesserit, relicto ex se filio & fratre superstite,item alterius patroni filio.hoc enim casu filius eius cui libertus fuit adsignatus, patroni nepos in semissem, quem patruus, si adsignatio facta non esset, habuisset, succedit. *l.2.ff.de adsignandis libertis.* Secunda replicatio est: Nisi nepoti vnius patroni libertus sit adsignatus,tunc enim succedit cum alterius patroni filio.*l.idem.3.in princ.ff.d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi patronus qui nepoti libertum adsignauit, filium non habeat, vel filius quem habuit mortuus sit.*d.l.3.* Decimaoctaua exceptio est: Nisi liberi sint vltra quintum gradum. Hi enim non admittũtur ad bona liberti. *d. §.multis alijs ibi: vsque ad quintum gradum. & Inst. de bonor.possessionib.§.cum enim ad similitudinem.* Contradicit *M.I.R.lib.3.cap.12.reg.80.* & refertur exceptio hæc ad regulam tertiam sequentem, *teste Soar.l.171.* Hæc de prima regula, liberorum scilicet patroni.

II. Regula, De parentibus patroni. His quoque in bona liberti dabatur successio. *Inst. de bon. pos.§.6.item.§.cumque antea.*

III. Regula, De ijs qui ex transuerso gradu patrono iunguntur. His quoque liberti bonorum possessio competebat. *Inst. de successione libertorum.§.multis aliis. ibi. necnon qui ex latere transuerso veniunt.*

IV. Regula: Si filius familias seruum manumiserit: patri, non filio competit bonorum possessio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup.15.q.4 reg.1.*

V. Regula: Si libertus in seruitutem reuocatus, postea ab alio sit manumissus: posterior manumissor in successione præfertur. *l. si libertus. 32. ff.de bonis libertorum.* Hæc de tertia quæstione. Plures autem huiusmodi regulas vide *sup.c.15.q.4.*

IV. QVID ET QVANTVM veniat in actione proposita.

I. Regula: Regulariter patronus in omnia bona liberti defuncti succedit. *Instit. de successione libertorum.§.fin autem sine.M.I.P.lib. 5. cap. 2.reg. 43.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi libertus liberis relictis decesserit.tunc enim virilis pars patrono ex lege Papia debebatur: hoc est, tantum, quantum vnus ex liberis defuncti.*Inst.d.tt.§.postea vero.* Sed hodie liberis liberti relictis nihil patrono debetur: *de quo dictum sup.quæst.2.except.1. in princ.& repli.13.* Secunda exceptio est: Nisi libertus testamento facto decesserit. tunc enim iure quidem antiquo prætorio debebatur dimidia pars patrono per contra tabulas bonorum possessionem.*Inst.d.tt.§.qua de causa.* Hodie vero iure nouo, testamento facto debetur patrono tertia tantummodo pars bonorum liberti. *quod ius nouum approbatur Instit.d.tt.§.sed nostra constitutio. ibi: si vero testamentum.*

II. Regula: In capita non in stirpes diuiditur successio in bona liberti.*Instit.de success. libertorum. §.multis aliis.in fin.& l.si libertus.23.§.fin ff.de bonis libertorum.*

III. Regula, Ex tribus vel pluribus patronis,

vel patronorum liberis, vno cessante vel deficiente, reliqui æquales partes in bonis liberti habebunt. *l. ex tribus. 21. ff. d. tt. & l. quodcunq; 4 ff. si quid in fraudem patroni.* Huius regulæ exceptio est: Nisi duobus patronis existentibus, quorum vnus vnum, alter duos filios reliquit, ex hisce duobus alterius patroni filijs vni libertus sit adsignatus. tunc enim is cui adsignatus est libertus, duas tertias habebit *l. 1. §. si sit ex vno. ff. de adsignandis libertis.* Cuius replicatio est: Nisi frater eius cui libertus est adsignatus, etiam adsignatione non facta, ad hæreditatem liberti admitti non potuit, vel mortuus sit, *d. §. si sit ex vno.*

IV. Regula: Deficiente vno ex socijs liberti communis, portio eius alteri adcrescit, *l. communi. 24. ff. de bonis libertorum.* vbi ait Iurisconsultus: Iusiurandum adegerit, ne vxorem ducat. Hæc est causa amittendi iuris patronatus: de qua dictum *sup. cap. 16. q. 1. causa. 1. Concordat l quodcunque. 4. ibi: sed si viriles ff. si quid in fraudem patroni.* Pro quota autem parte singulis adcrescat, si plures supersint, dictũ *sup. regula prox.* Plane huius regulæ exceptio prima est: Nisi non hæreditas liberti petatur, sed ex stipulatu ad operas præstandas agatur, tunc enim portio deficientis ad filium eius pertinet, non socio adcrescit. *l. à duobus. 4. ff. de operis libertorum.* Secunda exceptio est: Nisi cum duo patroni essent, libertus vno deferente iurauerit se libertum eius non esse. hoc enim casu quamuis patronus propter iusiurandum pręstitum, & exceptionem ex eo competentem deficiat: portio tamen eius alteri non adcrescit. *l. si duo. 13. in prin. ff. de iureiurando.* Tertia: Nisi vnus ex patronis ex debita parte hæres à liberto sit institutus. tunc enim portio alterius patroni deficientis ei non adcrescit. *l. siue libertus. 21. §. ex duobus. ff. de iure patronatus.*

DE CONTRA TABVLAS *bonorum possessione liberti.*

CAP. XXII.

SPecies successionis in bona liberti, est contra tabulas bonorum possessio: de qua cum sup. capit. proxim. in generali successione multa dicta sunt, tum in hoc capite etiam specialiter dicetur.

I. CAVSA HVIVS SVCCESSIOnis cum suis exceptionibus.

Si libertus facto testamento patronum eiusue liberos præterierit, datur patrono eiusue liberis contra tabulas liberti bonorum possessio. *Inst. de successione libert. §. sed nostra constitutio. ibi: si vero testamentum & §. qua de causa.* Huius regulæ exceptiones licet videre *sup. cap. prox. quæst. 2.* Sed præter eas sunt & aliæ plures species hic enumerandæ.

I. Exceptio: Nisi patronus in testamento liberti hæres sit institutus, iudiciumque defuncti liberti agnouit. *l. etsi. 6. §. fin. cum l. seq. ff. de bonis libertorum. l. etiam. 3. §. toties. ff. d. tt. l. siue libertus. 21. §. ex duobus. ff. de iure patronatus.* Huius replicatio prima est: Nisi portio alterius patroni in testamento præteriti postea ei adcrescat. *approbatur d. §. ex duobus. vers. nec adcrescit.* Secunda: Nisi ex minore quam debita parte hæres sit institutus. reprobatur *d. l. 21. §. 1. qui locus menda non caret.* Plane hoc casu ad supplendum id quod legitimæ parti deest, agere potest, *vt ex iam dictis constat.* idque etiamsi quasi ex debita parte institutus adierit. *l. si vero. 8. §. 1. ff. de bon. libert. l. si libertus. 20. §. libertus. ff. d. tt.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi non pure, sed sub conditione patronus hęres sit institutus. approbatur quidem ipso iure, verum eius duplicatio prima est: Nisi talis sit conditio, quam prætor remittere solet. *d. l. 20. in princip.* Secunda duplicatio est: Nisi cõditio, sub qua patronus institutus est, viuo testatore vel ante aditam hæreditatem extiterit. *l. etiam. 3. §. si patronus. ff eodem tt.* Tertia: Nisi conditio in præteritum vel præsens tempus sit collata. *dicto §. si patronus, in fine.* Quarta: Nisi sub hac conditione, Si filius meus me viuo morietur: patronus hæres sit institutus. *d. l. 3. § libertus.* Hæc de tertia replicatione, eiusque duplicationibus sunt dicta. Quarta replicatio est: Nisi hæres institutus patronus sit grauatus eam hæreditatem, vel certam partem, vel rem aliquam restituere. reprobatur, quoniam ad id quod rogatus est præstandum seu restituendum non tenetur: *de quo dictum inf. de legatis. c. 4. exc. 40. repl. 12. dupl. 1.* Quinta replicatio est: Nisi patronus hæreditatem vel legatum sibi relictum ex testamento non perceperit: vel petens ex testamento hæreditatem vel legatum, exceptione repellatur. *l. si vero. 8. in pr. ff. de bonis libert.* Huius duplicatio est: Nisi patronus sua culpa relictum non perceperit. approbatur exemplis *l. si patronus. 19. ff. d. tt.* Aliud proponitur *l. si quis. 6 §. si patronus ff. ad l. Corneliam de falsis.* Huius duplicationis triplicatio prima: Nisi patronus hæres institutus, suspectam dixerit hæreditatem, eamq; compulsus adierit & restituerit, reprobatur *l. nihil 50. §. si patronus. ff. de bon. libert.* Secunda triplicatio est: Nisi filius patroni à liberto adrogatus, hæreditatem eius tanquã filius liberti repudiauerit. hoc. n. casu non prohibetur eandẽ tanquam filius patroni pet contra tabulas bonorũ possessionẽ petere. *d. §. si patronus.* Sexta replicatio est: Nisi patronus hæreditatem vel legatum ex testamento liberti nõ agnouerit. *l. si vero. 8. §. 1. ff. de bon. libert.* Huius autẽ duplicatio est: Nisi ex debita parte hæres sit institutus, eamq; accipere recuset. *l. si patronus. 19. §. quod si ex debita ff. d. tt.* Septima replicatio est: Nisi patrono hærede instituto, liberi eius, qui postea contra tabulas bonorũ possessionem petunt, instituti non sint. *l. libertinus. 5. in prin. ff. de bonis libertorum.* Huius duplicatio prima est: Nisi patrono eiusque filio emancipato instituto, nepotẽ ex eo pręterierit. *d. l. 5. in fin.* Ratio huius duplicationis proponitur *l. 2. §. fin. ff. d. tt.* Altera duplicatio est: Nisi patronus hæres institutus, tempore mortis liberti vixerit. *d. l. 2. §. sed si patronus.* Hęc de prima exceptione, eiusque replicationibus. Plures replicationes vide *inf. exc. prox.*

II. Exceptio: Nisi patrono præterito quid legatum sit à liberto, vel alio modo ei satisfactum. *l. & si 6. §. fin. ff. de bonis libertorum. l. etiam. 3. §. si debita. item l. nihil. 50. §. fin. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi patronus id quod sibi relictum est, non agnouit. *Hæc repl. constat ex iis quæ sequuntur.* Secunda replicatio est: Nisi patronus donationem sibi à liberto factam, viuo eo, non post mortem eius agnouerit. *l. si vero. 8. §. sed etsi. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi viuo liberto donationem contemplatione debitæ portionis ab eo factam agnouerit patronus. *l. etiam. 3. §. antepenult. ff. eod. tt.* Tertia replicatio est: Nisi testato conuento hęrede vt legatum solueretur, mox pœnituit patronum. *l. si vero. 8. §. 1. ff. de bonis libertorum.* Quarta: Nisi legatum patrono sit euictum. *d. l. 8. §. si patronus.* Quinta: Nisi seruus legatus mortuus sit. reprobatur *l. si patronum. 44. §. patronus. ff. d. tt.* Sexta: Nisi rem alienam, non suam patrono libertus legauerit. approbatur *ratione supradictæ replicationis quartæ.* Eius autem duplicatio est: Nisi rem alienam à patrono emptam libertus ei rursus legauerit. *l. patrono. 31. ff. de bon. libertorum.* Septima replicatio est: Nisi patronus minor vigintiquinq; annis agnouerit legatum sibi relictum. *l. si vero. 8. §. fin. ff. d. tt.* Octaua: Nisi patronus deceptus falsum defuncti iudicium agnouerit. *l Paulus. 46. ff. eod. tt.* Plures huiusmodi replicationes vide *sup. except. prox.*

III. Exceptio: Nisi patronus præteritus, conditionis implendæ causa quid ex bonis liberti percepit. Hæc exceptio species est exceptionis præcedentis, & approbatur *l. etiam. 3. §. fin. ff. de bonis libertorum. & l. si vero. 8. §. penult. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi filio vel seruo patroni quid à liberto sit relictũ, idque patronus agnouerit. *d. l. 8. §. si seruo. l. si necem. 4. §. fin. item l. nihil. 50. in pr. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi antequam seruum iuberet relictum agnoscere, illum alienauit vel manumisit, *d. l. 50. in pr.* Cuius duplicatio est: Nisi ob relictum pluris seruum vendiderit, vel filium in fraudem edicti emancipauerit. *d. l. 50.*

V. Exceptio: Nisi libertus decesserit non soluendo. reprobatur *l. libertus. 36. ff. de bonis libertorũ.*

VI. Exceptio: Nisi seruus suis numis emptus & manumissus sit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. C. de bon. libert.* Huius replicatio est: Nisi dominus ipse accepto precio, seruum manumisit, non alij vendidit. *d. l. 1. & l. Titius. 3. ff. de obsequijs.* Cuius duplicatio est: Nisi non à seruo, sed ab alio dominus numis acceptis, seruum manumisit. *l. etiam. 3. 1 ff. de bonis libert.* Plane propositæ duplicationi contradicere videtur *d. l. 3. ff. de obsequijs.*

VII. Exceptio: Nisi præteritus libertum defunctum ex causa fideicommissi manumisit. reprobatur *l. 1. C. de bonor. possess. contra tabul. liberti. Concordant ea quæ habentur sup. cap. 15. q. 4. reg. 8.*

VIII. Exceptio: Nisi præteritus hac lege seruum emeret, vt manumitteret. reprobatur *l. etiam. 3. §. 1. ff. de bonis libertorum.*

IX. Exceptio, Nisi libertus defunctus ius aureorum annulorum impetrauerat. reprobatur. *d. l. 3. in pr. & l. qui ius. 5. ff. de iure aureorum annulorum.*

X. Exceptio; Nisi libertus natalib. fuit restitutus. *d. l 3. in prin. l. 2. ff. de natalibus restituendis.*

XI. Exceptio; Nisi libertus à principe liberam testamenti factionem impetrauerit. *d. l. 3. in prin.*

XII. Exceptio; Nisi præteritus liberam testamenti factionem liberto concesserit. reprobatur *l. Paulus. 47. §. patroni. ff. de bonis libertorum.* Contradicere videtur *l. si quis. 3. C. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi libertus apud hostes decesserit. reprobatur *l. si necem. 4. §. 1. ff. de tt.*

XIV. Exceptio, Nisi præteritus liberti necem non vindicauerit, *l. Iulianus. 37. §. fin. ff. eod. tt.*

XV. Exceptio: Nisi patronus libertatis causa imposita elegerit, vel liberto re[illegible]ndiderit. *d. l. 37. in prin. l. qui onerandæ. 32 ff. de operis libertorum. l. sicut 20. ff. de iure patronatus. l. si quam. 4. C. de operis libertorum, item l. 2. C. de bonor. poss. contra tabul. liberti.* Huius replicatio est: Nisi non patronus, sed patroni filius libertatis causa imposita elegerit. hic enim alijs patroni liberis non præiudicat. *d. l. 37. §. 1.*

XVI. Exceptio: Nisi hæreditas ex testamento non sit adita. *d. l. 3 §. vt patronus. ff. de bon. libert.* Hæc de exceptionib. propositæ causæ. Sed & plures vide *sup. c. 16. q. 1. item sup. c. prox. q. 2.*

II. QVIBVS COMPETIT successio proposita.

Patrono præterito mortuo, eius quoque liberis datur bonorum possessio contra tabulas testamenti liberti, quæ regula approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. q. prox. exc. 1. repl. 7.* Plures propositæ quæstionis regulas vide *sup. cap. prox. qu. 3.*

III. QVID QVANTVMQVE veniat in proposita successione?

Patrono præterito, iure quidem antiquo dabatur dimidia pars bonorum liberti, iure vero nouo datur tantum tertia: *de qua re dictum sup. cap. prox. q. 4. reg. 1. exc. 2.* Reliquas propositæ quæstionis regulas vide *sup. d. q. 4.*

IV. EX QVIBVS LIBERTI bonis portio patroni detrahenda?

Regulariter quidem ex omnib. liberti bonis patrono tertia pars debetur. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi ex bonis quæ mortis tempore libertus non habuit. ex his enim patrono tertia pars non debetur, *l. etiam. 3. §. fin. ff. de bonis libertorum.* Exempla proponuntur *l. si patronũ. 44. §. si ex bonis. ff. d. tt.* Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi in fraudem patroni libertus quædam alienauit. *d l. 3. §. fin.* De hac re vide plura *inf. cap. proxim.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi vsusfructus fundi à liberto post mortem eius alteri sit legatus. hoc enim casu, quamuis fundus pleno iure ad libertum, dum viuit, pertinet, & in bonis eius numeratur: tamen vsusfructus pars tertia patrono non debetur, sed nudæ tantum proprietatis. *l. à liberto. 55. ff. de bonis libertorum.* Tertia: Nisi bona libertus in castris adquisierit, in his enim nihil iuris patronus habet. *l. etiam. 3. §. patronus. ff. d. tt. & l. cum antiquis. 37. §. hoc nihilominus. C. de inofficioso testamento.* Huius replicatio est: Nisi libertus de castrensibus tantum bonis sit testatus: vel alium castrensium, alium cæterorum bonorum hęredem scripserit: quorum hic omiserit hęreditatem, ita vt ad hæredes ab intestato pertineant. tunc enim, quia castrẽsia tantum bona ad causam testamenti pertinent, ex his debita patroni portio videtur deducenda. sed reprobatur *l. si filius. 42. §. Papinianus ff. de bon. libert.* Quarta exceptio: Nisi libertus miles pro parte testatus, pro parte intestatus decesserit. tunc enim ex ijs bonis quæ ad causam testamenti non pertinent, debita patroni portio non videtur detrahenda. reprobatur *d. §. Papinianus. & l. si duob. 37. ff. de militari testam.*

V. EX QVORVM PARTIBVS tertia bonorum portio deducenda?

Regulariter quidem ex omnium hæredum partibus, & legatariorum rebus legatis, debita patrono portio est deducenda. *l. in seruitutem. 16. §. fi. ff. de bon. libert.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi patronus ex aliqua parte sub conditione institutus vel substitutus fuit. tunc.n. existente postea conditione, ex ea sola parte debita portio detrahenda, ex qua patronus inutiliter institutus vel substitutus fuit, non etiam ex partibus cæterorum hæredum. *l. Iulianus. 43. ff. d. tt.* Cuius replicatio prima est; Nisi conditio sub qua patronus inutiliter institutus pro parte, vel substitutus fuit defecerit. *d. l. 43.* Secunda: Nisi patronus viuo testatore, vel pendente conditione sit mortuus. *d. l. 16. §. fin.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi ex duobus patronis vnus cum quibusdam extraneis hæres institutus sit, alter præteritus. tunc.n. ex patroni hæredis instituti parte præteritus nihil auferet, sed ex partibus cohæredum. *l. si libertus. 34. ff. de bon. libert.* Huius replicatio est: Nisi patronus ex maiore quam debita parte hæres sit institutus. tunc.n. ex eo quod debitam excedit, patronus præteritus suam partem pro rata deducet. *d. l. 34. & l. si ex. 10. in pr. ff. d. tt.* Tertia exceptio est: Nisi patrono aliqua pars bonorum liberti sit relicta, sed minor debita portione. tunc.n. non totam debitam portionē ex singulorū hęredum partibus detrahet, sed illud quod ei relictum est, in debitam portionem computabitur; & si quid minus relictum est, id ex aliorum partib. pro rata supplebitur. *l. si libertus. 20. §. libertus. ff. de bon. libert.* Quarta: Nisi duos hæredes scripserit libertus, vnum castrensium, alterum cęterorum bonorum; hoc.n. ex parte eius qui castrensium bonorū scriptus est hæres, nihil deducetur, sed ex parte cæterorum bonorum. *l. si filius. 42. §. Papinianus. ff. eod. tt.*

VI. QVANDO CONTRA TABVL. bonor. possess. petenda?

Ante aditam hæreditatem non competit. *l. etiam. 3. §. vt patronus. ff. de bon. libert.* vbi ait Iurisconsultus: Sufficit autem vel vnum ex hæredibus adijsse hæreditatem. Huius exceptio est: Nisi vno bonorum castrensium, altero cęterorum hærede instituto: castrensium bonorum hæres adierit, alter non. tunc enim non datur proposita possessio, nisi alter quoq; vel adierit, vel repudiauerit, *l. si filius. 42. §. Papinianus. ff. eod. tt.*

VII. EVENTVS BONORVM POSsessionis contra tabulas.

I. Regula: Quamdiu bonorum possessio contra tabulas peti potest, scriptis hæredibus aduersus debitores hæreditarios agentibus obstat exceptio. *l. quamuis. 25. ff. de bonis libertorum.*

II. Regula: Patronus contra tabulas bonorum possessionem petens, ab omni liberti iudicio repellitur. *l. in seruitutem. 16. §. si quis bonorum. ff. d. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi patronus id quod sibi relictum est, alij restituere à liberto fuerit rogatus. *d. §. si quis bonorum.* Secunda: Nisi non ipsi patrono, sed seruo vel filio eius sit relictum. reprobatur *ibidem.* Tertia: Nisi patrono quid legatum sit, vt seruum manumittat. approbatur *ibidem.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Non adita ex testamento hæreditate, Vnde legitimi bonorum possessio competit patrono. *l. si libertus. 23. in pr. ff. de bon. libert. & l. si duobus. 37. ff. de militari testam.*

II. Regula: Si patrono aliquid in testamento relictum sit: non contra tabulas bonorum possessionem petere, sed ad supplendum id quod debitæ proportioni deest, agere debet. *l. siue libertus. 21. §. 1. ff. de iure patronatus. Concordat Institut. de successione libertorum. §. si vero testamentum. ibi; vel quod deest.* Hæc de bonorum possessione contra tabulas.

DE ACTIONE FAVIANA & Caluisiana.

CAP. XXIII.

I. GENVS HVIVS ACTIONIS.

PRima regula: In personam, non in rem actio est. *l. 1. §. hæc actio. ff. si quid in fraudem patroni.*

II. Regula, Rei habet persecutionem. *l. si patronus. 3. §. hæc actio. ff. eod. tt.*

III. Regula: Hæreditaria non est. *d. l. 1. §. hæc actio.*

II. CAVSÆ PROPOSITÆ actionis cum suis exceptionibus.

I. Causa: Si libertus quid in fraudem patroni, quo minus debita portio ad eum peruenireret, alienauit, datur actio proposita. *l. 1. in prin. ff. si quid in fraudem patroni. & l. 1. C. eod. tt. M. I. R. lib 3. c. 20. reg. 82.*

II. Causa: Etsi non alienatum, sed quid aliud in fraudem patroni à liberto gestum sit, proposita actione reuocatur. *l. 1. §. omne. ff. si quid in fraudem patroni.*

III. Causa: Si libertus in fraudem patroni quid, cum posset, non adquisiuit. reprobatur *d. l. 1. §. vtrum. M. I. R. d. reg. 82. exc. 1.*

IV. Causa: Si libertus in fraudem patroni in iudicio se vinci passus sit. *d. l. 1. §. quod si in lite.*

V. Causa: Si actionem non instituit, vel diem eius abire passus sit. approbatur simul & distinguitur *d. §. quod si in lite.*

VI. Causa: Si in fraudem patroni libertus transegit. *ff. si quid in fraudem patroni.*

VII. Causa: Si in fraudem patroni libertus vendidit. reprobatur *d. l. 1. §. sed si rem. ibi; & alias videamus.*

VIII. Causa: Si libertus in fraudem patroni filiofamilias crediderit. *l. si libertus. 6. ff. si quid in fraudem patroni.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi senatusconsultum Macedonianum locum non habeat. *l. ergo. 7 ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi minori vigintiquinque annis filiofamilias crediderit. *l. sed si. 8. ff. d. tt.*

IX. Causa; Si in fraudem patroni mutuam pecuniam acceperit libertus. reprobatur *l. 1. §. si mutuam. ff. si quid in fraudem patroni.*

X. Causa; Si in fraudem patroni libertus stipulanti spopondit. *d. §. si mutuam.*

XI. Causa; Si in fraudem patroni libertus fideiussit, mandator extitit pro aliquo, vel res suas pro

pro alio pignori obligauit. Hæc causa approbatur, certo tamen modo, *d. l. 1. §. si fideiussit.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Plane iam dictæ causæ, quæ quidem iure approbantur, recipiunt aliquot exceptiones, quarum prima est. Nisi non fraudandi animo libertus gesserit vel alienauerit, approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. 1. ff. si quid in fraudem patroni.* Huius replicatio est: Nisi mortis causa alienauit, tunc enim quamuis dolus absit, nihilominus reuocatur id quod gestum est. *d. §. 1.*

II. Exceptio: Nisi non mortis causa facta sit alienatio; ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi dolo sit facta. *d. §. 1.*

III. Exceptio: Nisi in fraudem alterius quam actoris factum sit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi cum in fraudem patroni defuncti gestum esset, filius patroni agat. *l. 1. §. pen. ff. si quid in fraudem patroni.*

IV. Exceptio: Nisi non libertus in fraudem patroni, sed filius emancipatus in fraudem parentis alienauerit. *l. 2. ff. si à parente quis manumissus fuerit.* Plane si adrogator quid in fraudem adrogati alienauerit, datur hæc actio. *l. constitution. 13. ff. si quid in fraudem patroni.*

V. Exceptio: Nisi libertus liberis suis alienauerit. *l. 2. §. quod autem. & §. sed si libertus. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi benemerentibus amicis libertus donauit, approbatur simul & distinguitur *l. viuus. 9. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi non inter viuos, sed mortis causa benemerentibus amicis donauit libertus. *d. l. 9.* Cuius ratio proposita est *supr. exc. 1. repl. 1.*

VII. Exceptio: Nisi ex duobus patronis vni sit donatum, hoc enim alter reuocare non potest. *l. 1. §. aduersus. ff. si quid in fraudem patroni.* Huius replicatio est: Nisi plus debita parte patrono sit donatum. *d. §. aduersus.*

VIII. Exceptio: Nisi is cui alienatum est, dolo careat, reprobatur *d. l. 1. §. dolum.*

IX. Exceptio: Sumpta ex re alienata, reprobatur *l. quodcunque. 4. in princip. D. si quid in fraudem patroni.*

X. Exceptio: Nisi res iusto precio sit vendita. *l. 1. §. sed si rem. D. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi res minoris non iusto precio vendita sit. *approbatur ibidem.*

XI. Exceptio: Nisi emptori non restituatur precium. *d. §. sed si rem. vers. is tamen qui emit.* Huius replicatio videtur esse talis: Nisi precium ad alium peruenerit, vel consumptum sit, sed reprobatur. *d. §. sed si rem. vers. quid ergo.*

XII. Exceptio: Nisi patronus alienationi consensit. *l. non videtur. 11. ff. si quid in fraudem.*

XIII. Exceptio; Nisi patronus factam alienationem ratam habuerit. *l. 2. C. si in fraudem patroni.*

XIV. Exceptio; Nisi patronus ex testamento liberti hæreditatem adierit. *l. si patronus. 3. in princip. Digest. si quid in fraudem patroni.* Huius replicatio prima est; Nisi ex asse hæres fuerit institutus patronus. *d. l. 3. §. patronum.* Secunda; Nisi ab intestato patronus liberto successerit. *d. l. 3. §. si intestatus.*

XV. Exceptio; Nisi libertus intestatus decesserit, reprobatur *d. §. si intestatus.*

XVI. Exceptio: Nisi debita portio patrono sit relicta. *d. l. 3. §. fin.*

XVII. Exceptio: Nisi res in fraudem patroni alienata nō extet. *l. si id. 10. ff. si quid in fraude patroni.*

XVIII. Exceptio: Nisi res in fraudem patroni alienata, vsucapta sit *d. l. 10.*

III. QVIBVS DETVR actio proposita?

I. Regula: De alio quam in cuius fraudem est alienatum, vide *infr. quæst. prox. exc. 1.*

II. Regula, De hæredibus patroni, proponitur *l. 1. §. hæc actio. D. si quid in fraudem patroni.*

IV ADVERSVS QVOS DATVR?

I. Regula: In personam est eius cui alienatio facta est, non in rem. *d. §. hæc actio.*

II. Regula, De pluribus quibus res alienata est. Aduersus omnes competit. *l. 1. §. si pluribus. D. si quid in fraudem patroni.*

III. Regula: Si libertus in fraudem patroni rem vendidit, & precium alij donauit, non aduersus emptorem rei, sed aduersus donatarium datur actio, approbatur & simul distinguitur *l. 1. §. sed si rem quidem. D. si quid in fraudem patroni.*

IV. Regula: Si libertus in fraudē patroni mutuam accepit pecuniam, eamq; alij donauit, non aduersus creditorem mutui datur exceptio, sed aduersus donatarium actio. *d. l. 1. §. si mutuam.*

V. Regula, De eo qui iussit rem alij dare. Hic tenetur, non is cui eius iussu datū est. *l. libertus. 12. D. si quid in fraudem patroni. & l. tenetur. 5. D. d. tt.* vbi ait Iurisconsultus: Qui accepit ipse. Scilicet suo nomine, non alieno, ne cōtradicat præcedentib.

VI. Regula, De creditore apud quem libertus fraudandi patroni causa intercessit, & debitore pro quo intercessit, proponitur *l. 1. §. si fideiussit. D. si quid in fraudem patroni.*

VII. Regula, De domino & patre eius, cuius libertus in fraudē patroni donauit, *d. l. 1. §. si seruo.* Propositæ regulæ, quoad dominium, exceptio hæc videtur esse; Nisi seruus fuerit manumissus, tunc enim aduersus ipsum seruum, non dominum videtur actio danda. Verum reprobatur *d. l. 1. §. si cum seruo.*

VIII. Regula, De hæredibus eius cui alienatio facta est. Aduersus hos quoq; actio proposita datur. *l. 1. §. hæc actio. ff. si quid in fraudem patroni.*

V. QVID ET QVANTVM VEniat in actione proposita?

I. Regula: Quatenus legitima pars deminuta est, reuocatur alienatum. *l. 1. C. si in fraudem patroni.*

II. Regula: Si res in fraudem patroni minoris vendita sit, defertur conditio emptori, vtrum malit rem emptam iusto precio habere, an recepto precio rem restituere. *l. 1. §. si quis in fraudem. D. si quid in fraudem patroni.*

III. Regula: Si libertus in fraudē patroni pluris emit, quid veniat, definitur *d. l. 1. §. sed si emerit.*

IV. Regula: Si res in fraudem patroni sit permutata, locata vel conducta, quid veniat, definitur *d. §. sed si emerit.*

V. Regula: Si plures agant, singulis pro virili tantum parte competit actio. *l. si patronus. 3. §. si plures. D. si quid in fraudem patroni. l. quodcunque. 4.*

ff.d.tt. Huius exceptio est: Nisi res quæ petitur, diuidi non possit. *approbatur infr. reg. prox. except.* 1.

VI. Regula: Si plures cõueniantur, singuli pro parte, non in solidum tenentur. *l.1.§. si plurib. ff. si quid in fraudem patroni.* Huius exceptio est: Nisi res quæ petitur, diuidi non possit. *d.l.1.§. quamuis.*

VII. Regula, De fructibus, proponitur *l.1.§. fin. ff. d.tt. l. videamus.* 38. §. *in Fauiana. ff. de vsuris & fructib.* Huius regulæ exceptio videtur esse: Nisi ante litem contestatam fructus sint percepti, sed reprobatur *l.2. ff. si quid in fraudem patroni.*

VIII. Regula: In quantum pater filij, dominus serui nomine teneatur, definitur *l.1.§. si seruo. ff. si quid in fraudem patroni.*

IX. Regula: Si res non restituatur, tanti reus est condemnandus, quanti actor in litem iurauerit. *l. tenetur. 5. in fin. ff d.tt.*

VI. QVAMDIV COMPETAT?

Perpetua est actio. *l. si patronus. 3. §. hæc actio. ff. si quid in fraudem patroni.* Huius regulæ exceptio est; Nisi cum domino agatur, seruo manumisso, alienato vel mortuo, tunc enim annalis est. *l.1.§. item quæri. ff. eod.tt.*

VII. AD FINE REMEDIVM.

Interdum ipso iure non valet alienatio, si scilicet in fraudem legis libertus alienauerit, quo minor centenario esset. *l. libertus. 16. ff. de iure patronatus.*

Hactenus iura quæ in personis habemus, cum suis causis & actionibus exposita sunt atq; digesta. Plane præter ea sunt & plura personarum iura, puta magistratuum, clericorum, militum, iudicum, adsessorum, aduocatorum, procuratorum, apparitorum, de quibus cum aliis similibus in prima Parte est dictum. Sed & sunt iura peculiaria fœminarum, puta quod pro aliis intercedere non possint, item minorum, puta quod in eo quod gesserint, in integrum restituãtur, item surdorum, mutorum, furiosorum & similium, quæ iura suis locis subiicientur. Sed & in personis seruorum perinde ac in rebus, non solum dominium habemus, verum etiam possessionem, vsumfructum, vsum, de quibus in Parte proxima inter rerum iura dicetur.

Sit igitur Secundæ partis Methodi finis.

Libri Sexti & Partis Secundæ Methodi Finis.

METHODI IVRIS CIVILIS
PARS TERTIA:

DE IVRE QVOD IN REBVS HAbemus, cum suis causis & actionibus.

DE DOMINIO, POSSESSIONE, VSVFRVctu & vsu, cum suis actionibus.

LIBER SEPTIMVS.

DE RERVM DOMINIO, EIVSQVE actionibus, primo rerum iure.

Hoc loco primum tractabitur de dominio rerum adquirendo, postea de eo amittendo, postremo de actionibus, quæ pro dominio & quasi dominio vendicando competunt. Quod ad primum attinet, eius quatuor loci sunt notandi. Primo, causæ ex quibus dominium adquiritur: deinde, personæ, per quas nobis adquiritur: tertio, quibus adquiratur, postremo, quid & quantum adquiratur. Hisce quatuor absolutis, primum membrum de adquirendo dominio concludemus.

DE CAVSIS EX QVIBVS DOminium adquiritur.

CAP. I.

QVod ad causas adquirendi dominij attinet, sciendum est, quamuis earum plures sint, *vt infra dicetur*, tamẽ alicui eiusdem rei dominiũ non nisi ex vna causa contingere posse. *l. possideri. 3. §. ex pluribus. ff. de adquirenda vel amittend. possess. l. & an. 14. §. actiones, in fin. ff. de exc. rei iud. & l. 120. ff. de reg. iuris.* vbi Paulus: Non vt ex plurib. causis (inquit) deberi nobis idem potest, ita ex plurib. causis idem possit nostrũ esse. Vnde Imperator Iustinianus: Si rem legatarij quis ei legauerit (inquit) inutile est legatum, quia quod proprium est ipsius, amplius eius fieri nõ potest. *Inst. de legatis. §. si cui fundus. ibi, sed si rem. M.I.R. lib. 3. c. 13. reg. 1.* Hisce præmissis, videndum nunc, quot & quæ sint adquirendi dominij causæ. Sunt autem harum duo genera. Nam aut iure naturali seu

seu gentium subsistunt, aut iure ciuili. *l.1. in prin. ff. de adquir. rerum dom. Inst. de rerum diuis. §. singulorum vero.* Primum proponemus causas, quibus iure naturali seu gentium res nobis adquiruntur, deinde causas, quibus adquiruntur iure ciuili.

Prima itaque adquirendi dominij Causa est, occupatio eius quod nullius est. *l. quod enim. 3. in prin. ff. de adquirendo rerum dominio. Concordat iisdem verbis Inst. eod. tt. §. feræ igitur.* Huius exempla vide *paulo inferius in sequentibus causis.* Propositæ causæ exceptio prima est: Nisi quis id cuius commercium non est, occupauerit, veluti rem sacram, sanctam, religiosam, vel liberum hominem, hæ enim res, quamuis in nullius bonis sint, tamen occupanti non conceduntur. Secunda: Nisi res publicæ occupentur: nam nec istæ res in vllius bonis esse creduntur. *l.1.§. hæ autem res. ff. de diuisione rerum.* Tertia: Nisi res hæreditariæ occupentur. Nam & hæ in nullius bonis sunt. *d.l.1.§. quod autem.* sed hę res ad propositam regulam nõ pertinent, atq; exceptio hæc cum duabus præcedẽtibus plusquam manifesta est, vt probatione non sit opus. Quinimo, qui huiusmodi res occupauerit, sacrilegij crimine, plagij, peculatus, expilatæ hęreditatis, vel alio huiusmodi publico tenetur iudicio, vt suis locis docebitur.

II. Causa: Captatio ferarum bestiarum, volucrum & piscium. *Inst. de rer. diuis. §. feræ igitur. l.1. §. fin. ff. de adqu. rerum dom. M.I.R.d.c.13. reg.7.* Plane si animal alicuius sit, nec ferum, sed mansuetum, occupanti illud non conceditur, sed si alius id capit, furtum eius committit, quod primæ exceptionis loco notandum. *l. naturalem. 5. §. pen. ff. de adqu. rerum dom. Inst. eod. tt. §. gallinarum.* Cuius replicatio est: Nisi fera bestia nondum plene ab alio capta sit, vel ab alio capta custodiam eius euaserit, seq; in naturalem receperit libertatem, hæc enim eius esse desinit, & concedirur occupanti, *de quo paulo infr.* Plane replicatio hæc in anseribus, gallinis, porcis & aliis animalibus nostris quæ feram naturam non habent, nõ admittitur, vt paulo ante anserum & gallinarũ exemplo est ostensum, item elegans huius exemplum proponit in porcis à lupis ereptis, Vlpianus *l. Pomponius. 44. ff. de adqu. rer. dom.* Ex quo constat, animalia nostra, quæ feram naturam nõ habent, non desinere esse nostra, nec occupanti cõcedi, quamuis custodiam & persecutionem nostram euaserint. Hæc de prima exceptione.

III. Exceptio est: Nisi in alieno solo feras, aues vel pisces ceperit, reprobatur *Inst. de rerum diuis. §. feræ igitur. Concordat iisdem verbis l. quod enim 3. in pr. ff. de adqu. rer. dom. M.I.R.d. reg.7. exc.4.* Proinde apes, quarum feram naturam esse constat, si in arbore nostra consederint, antequam in alueo à nobis concludantur, nõ magis nostræ esse intelliguntur, quam volucres quæ in arbore nostra nidum fecerint. Ideoq; si alius eas incluserit, dominus earum erit exceptione proposita nõ obstãte. Fauos quoq;, si quos hæ fecerint, sine furto quilibet possidere potest. *l. naturalem. 5. §. apiũ. ff. de adqu. rer. dom. & Inst. eod. tt. §. apiũ. item l. si apes. 26. in pr. ff. de furtis.* Plane qui alienum fundũ venandi aut aucupandi gratia iugreditur, potest à domino fundi, si is prẽuiderit, prohiberi, ne ingrediatur. *Inst. eod. tt. §. feræ igitur. ibi, plane. item. l. 3. §. plane quid. d.l. 5. §. apium. ibi, sed vt supr. ff. de adqu. rer. dom. & l. diuus Pius. 16. ff. de seruit. rust. præd.* De qua re vide item *infr. lib. prox. c. 24. de reb. alien. reg. 2.*

III. Exceptio est: Nisi fera nondum plene in potestatem & possessionem capientis peruenerit. Huius exceptionis exemplum primum est, si quis feram vulnerauerit tantum, nondum ceperit, quo casu fera eius nondum est facta. *Instit. de rerum diuis. §. illud quæsitum. l. naturalem. 5. §. illud quæsitum. ff. de adqu. rerum dominio.* Alterum: Si fera bestia in laqueum, quem quis venãdi gratia posuerat, inciderit, hoc enim casu quæritur, an fera eius qui laqueum posuerat, facta sit, antequam resciuerit eam incidisse? Proculus hanc quæstionem proponit quidem, sed nil certi respondens, *l. in laqueum. 55. ff. de adquir. rerum dom.* eam videtur permittere arbitrio iudicis, vt is pro varietate circumstantiarum æstimet, vtrum aper eius qui laqueum posuit, factus sit, necne? Ego autem puto, eum qui laqueum posuit, aprũ seu feram non possidere, antequam resciuerit eum in laqueum incidisse, & affectum possidendi habuerit. Nam is qui nescit (inquit Paulus) non possidet thesaurum, quamuis fundum possideat. *l. possideri. 3. §. Neratius. ibi, nec enim qui. ff. de adqu. vel amit. possess.* Iam si non possedit aprum, qui laqueum posuit, nec dominium eius adquisiuisse videtur, quoniam dominium, nisi precedat possessio, cõparari nequit. *l.1. in pr. ff. de adqu vel amit. possess. & l. 2. in fin ff. pro derelicto.* Furti ergo actione nõ tenetur, qui aprum exemptum abstulit, quoniam nemo est cui furtum fiat. *l. falsus. 44. §. qui alienum. ibi, nec enim furtum. ff. de furtis. & l.1. §. Scæuola. ff. si quis testam. liber esse iussus, &c.* Plane, mea quidem sententia, in factum actione tenetur siue aprum abstulit, siue eum dimisit, quamuis aper eius qui laqueum posuit factus non sit, quia fecit, quominus eius fieret. Sed & de dolo tenetur, si dolo fecit, quemadmodum is qui promissum animal occidit, stipulator de dolo tenetur. *l. arbitrio. 18. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo malo.*

IV. Exceptio est: Nisi fera capta, custodiam capientis euaserit, seque in naturalem receperit libertatem. *l. quod enim. 3. §. fin. ff. de adquirendo rerum dom. Concordat iisdem fere verbis Instit. eod. tt. §. feræ igitur. ibi, quidquid autem. item l.1. §. in bestiis. ibi, quia desinit. ff. si quadrupes paup.* Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum vel oculos nostros effugerit, vel ita sit in cõspectu nostro, vt difficilis sit eius persecutio. *l. naturalem. 5. in pr. ff. de acquirendo rerum dominio. Instit. eod. tt. d. §. feræ igitur. ibi, naturalem.* Vnde examẽ apium, quod ex alueo nostro euolauerit, eo vsque nostrum esse intelligitur, donec in conspectu nostro est, nec difficilis est eius persecutio, alioquin occupãtis fit. *d.l. 5. §. apium. ibi, examen. ff. de adqu. rer. dom. Inst. eod. tt. §. apium. ibi, examen.* Plane exceptio proposita replicationem admittit hanc: Nisi fera capta mansueta sit facta, vt ex cõsuetudine abire & redire soleat. *l. nisi 4. ff. de adq. rer. dom.* Sed & item dicta replicatio recipit duplicationem talem: Nisi fera mansueta reuertendi animum habere desierit. *l. naturalem. 5. §. in iis autẽ. ff. de adquirend. rerum dom. Concordat iisdem verbis Inst. eod. tt. §. in iis autem animal.* Reuertẽdi autem animum desiisse habere intelliguntur tunc, cum reuertẽdi consuetudinem

dinem deseruerint, d.§.in iis, in fin. Plane duplicatio hæc locum tantum habet in iis animalibus, quæ feram habent naturam, vt in apibus, Instit. de rerum diuis.§.apium.d.l.5.§.apium.ff. de adquir.rer. dom. Pauonibus, columbis. Inst.d.tt §.pauonum.& d.l.5.§ pauonum. Ceruis, Inst.d.tt.§.ceruos. & d.l.5.§. ceruos. non autem in iis quorum fera natura non est, vt gallinarum & anserum. Inst.d.tt. §.gallinarum.d.l.5.§ gallinarum. Hęc de secunda adquirendi dominij causa.

III. Causa: Occupatio rei à domino pro derelicto habitæ. l.1.ff.pro derelicto. Ratio huius causæ in promptu est: Quia quod nullius est, occupanti cōceditur. de quo supr. Concordat l.2.l.si id.5.§. fin.ff eod. Inst.de rerum diuisione.§.hoc amplius.ibi, qua ratione l falsus.44.§.qui alienum ibi quod si dominus.ff. de furtis. Declaratur causa proposita Inst.d.vers.qua ratione. Exemplum habetur l.vltim.ff.pro derelicto. Plane exceptio prima est; Nisi nondum abiecerit rem suam dominus. l. si quis.17.§.1.ff. de adquir. vel amit.possess. Secunda; Nisi abiecerit quidē rem suam dominus, sed non ea mente, quod eam habere nolit. Inst.d.vers.qua ratione. Huius exceptionis primum exemplum in iis quæ nauis leuandæ causa eiiciuntur, proponitur Inst. de rerum diuis.§ si. Concordat iisdem verbis l.qua ratione 9.§.fin. ff.de adquir.rer.domin l.interdum.21.§.ibi, idem iuris.ff. de adquir.possess.l.falsus.44.§.si iactum.ff.de furtis.item l.2.§ fin.& l qui leuandæ.8.ff. ad legem Rhodiam de iactu. Secundum exemplum in iis quæ naufragio pereunt, posteaque rursus emergunt, habetur l. quæcunque.58.ff.de adquir. rerum domin. l. Pomponius. 44.§ idem ait.ff.eod.tt.item l.Pomponius.13. in prin.& l.interdum.21.§.1.ff.de adquir.possess. Plane olim quidem licuit fisco & publicanis res fluctibus eiectas occupare, ac sibi retinere, sed hoc ius postmodum est sublatum. de qua re vide supr. lib.3.cap. 11.quæst.1.causa.24. Tertium exemplum in iis rebus, quas dominus seposuit, vel perdidit, proponitur l.quo naufragium.3.in prin.ff.de incendio, ruina, &c. Concordat Inst.de rerum diuis.§.fin.l.falsus.44. §.qui alienum. ff. de furtis. item l. à tutore.67.ff. de rei vendicat. Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ causæ exceptio est; Nisi quis possessionem rei à domino pro derelicto habitæ, nactus non sit. l.2.ff.pro derelicto.

IV. Causa: Inuentio thesauri. Hæc approbatur Inst.de rer.diuis.§.thesauros. Declaratur & confirmatur l.nunquam.31.§.thesaurus.ff.de adquir.rerum dominio. M.I.R.d.c.13.reg.9. Exceptio prima est: Nisi lucri aut metus vel custodiæ causa dominus quid sub terra condiderit d.l.31.in fin.ff. de adquir. rer.dom. Secunda: Nisi non ab Imperatore sit impetratum, vt thesaurū quærere, vel inuentū sibi liceat retinere, reprobatur. l. vnica, in pr.C.de thesauris. Tertia: Nisi non in suo, sed in alieno loco thesaurum inuenerit, quo casu non nisi pro dimidia parte inuentori adquiritur thesaurus, & pro reliqua dimidia parte domino loci. Inst.d.§. thesauros.l.1.§.fin. C.de thesauris.l.non intelligitur,3.§. si in locis. ff. de iure fisci. vbi ait Iurisconsultus Religiosisve. Huic quodammodo videtur repugnare Inst.d.§.thesauros. vbi cum dictum esset, D. Hadrianum thesauros, quos quis in suo loco inuenerit, ei concessisse, subiiciuntur hæc verba: Idemq; statuit, si quis in sacro aut religioso loco, fortuito casu inuenerit. De qua antinomia vide gloss Inst. d.verbo Religioso. M.I.R d.reg.9. exc.1. repl.1. Quod autem de eo qui in alieno loco thesaurū inuenerit, dictū est, idem intelligi debet de creditore thesaurum in loco sibi pignori obligato inueniente. l. si is. 63.§. quod si creditor. ff. de adquir. rer.dom.M.I.R. exc.2.in princ. Quare exceptio est: Nisi non casu, sed data opera thesaurum quæsierit, & inuenerit. l.vnica. C. de thesauris M.I.R.d.reg. 9.exc.2. Huius replicatio prima est: Nisi nō alieno, sed in suo solo thesaurū quis fuerit perscrutatus, & data opera inuenerit. d.l. vnica, in pr. M.I.R d.exc.2.repl.1. Altera: Nisi precib. ab Imperatore impetrauerit, vt thesaurū sibi quærere liceat, reprobatur d.l.vnica.vers.quod si vobis. Quinta exceptio est; Nisi arte magica thesaurum quæsierit, tunc enim quamuis in suo quæsierit, inuentum tamen thesaurum suum non facit. d.l. vnica, in prin.ibi, dummodo sine sceleratis.M.I.R. d.repl.1. dupl. 1. Sexta; Nisi in fisci loco thesaurum inueniens, partem ad fiscum pertinentem suppresserit, hoc enim casu nullam partem suam facit. l.non intelligitur.3.§.fi.ff.de iure fisci. Septimæ exceptionis loco notandum est, quod is qui in alterius potestate est, si thesaurum inueniat, non sibi, sed ei in cuius est potestate, adquirat, l.si is.63.in princ.ff.de adquir.rer domin.

V. Causa: Si quis lapillos, gemmas, & alia huiusmodi in littore maris inuenerit. Inst. de rer. diuisione.§.item lapilli. Concordat iisdem prope verbis l.3.ff. d.tt.item l.1 §.item in bello.ff.de adquir.vel amitt.possess. Plane si quis rem alienam in littore maris iacentem auferat, furtum eius committit. de quo paulo supr.causa 3.

VI. Causa; Si quid capitur ex hostibus, approbatur Inst de rerum diuis.§. item ea quæ. l. naturalem.5.§.fin. l.adeo quidem.7. in prin. & l. transfugam. 51.ff.de adquir.rer.dom.l.1.§. item in bello. ff. de adquir. possess.M.I.R.d.cap.13.reg.8. Huius causæ exceptio prima est; Nisi captus ad suos reuersus sit, hoc enim casu desinit capientis esse, & iure postliminij omnia sua recuperat. d.l.7.ibi, qui tamē si euaserint. Inst.d.§.item ea quæ. De qua re vide infr.li.25.c.17. q.5.cum seq. Altera exceptio est; Nisi quis ab hostibus captū receperit, hic enim captiuum non adquirit, sed in pristinum statum recuperat. l.12. C.de postliminio. Concordant ea quæ habentur infr.d.q. 5.exc.10. Tertia; Nisi quis rem ab hostib. occupatam & captam receperit, hæc enim non conceditur recipienti, sed pristino domino iure postlimij restituitur. l.si captiuus.20.§.1.& l.2.ff.de captiuis autem d.l.12.§ serui autē. Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi nauis fuerit piscatoria, aut alia voluptatis causa parata, d.l.2.cum l seq Secunda; Nisi arma ab hostibus capta recepta sint. d.l.2. vers.non idem in armis. Tertia; Nisi vestis ab hostibus capta recepta sit. d.l.§.item vestis. Quarta replicatio videtur; Nisi rem hostiū ab alio captam & ab hostib. receptam, alius ab hostib. rursus recuperauerit, hæc enim res videtur posteriori, nō priori adquiri. Sed hæc replicatio reprobatur l.si quid.28.ff.eod.tt. Hæc de tertia exceptione, de qua tamen vide plura infr.d.quæst.5. Quarta exceptio est; Nisi bellum ciuile fuerit l.si quis. 21.§.fin.ff. de captiuis. Quinta; Nisi bellū fuerit iniustum. M.I.P. l.5.c.3.reg.1.exc.1& M.I.R.d.reg.8.exc.1. Hęc de sexta causa

causa cuius tamen plures exceptiones vide infr. lib.25.c.16 & M.I.R.d.reg.8.

VII. Causa: Per alluuionem quoque nobis adquiruntur. Inst.de rer.diuis.§.præterea quod per alluuionem. Concordat l.adeo quidem.7.§.1.ff.de adquir. rerum domin. iisdem prope verbis. item l. 1.§.fin. C.de alluuionibus.M.I.R lib.3.cap.13.reg.11. Declaratur causa proposita definitione alluuionis Instit. d.§.præterea.& d.l.7 §.1.ff.de adquir.rerum dom. Exceptio prima est: Nisi non paulatim, sed vi fluminis sit adiectum. Instit.d.§. præterea. Concordat iisdem verbis d.l.7.§.1.ibi, quod si vis flum. Plane exceptio iam dicta replicationem admittit hanc: Nisi pars vi fluminis adiecta, longiore tempore fundo adhæserit. Quæ approbatur Inst.d.loco. Concordat iisdem verbis d.l.7.§.1.ibi, plane si longiore. Sed & aliam recipit exceptio proposita replicationem, hanc nimirum: Nisi is qui rem suam vi fluminis fundo vicini adiectam vindicat, de damno dato præstando non caueat, quæ in exemplo ratis delatæ approbatur l.ratis.8.ff.de incendio, ruina, &c. Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est; Nisi lacus & stagna sint. l.lacus.12. in prin.ff. de adqu.rer. domin & l.vicinus.24.§.fin.ff. de aqua & aqua pluuia arcend. Tertia: Nisi agri sint limitati. l.in agris.16.ff. de adquir.rer.dom. Quid autem sint agri limitati, declaratur d.l.16.in fin.

VIII. Causa: Si insula in mari vel in flumine nascatur, illa quidem occupantis fit, hæc vero, si mediam partem fluminis tenet, communis est eorum qui ab vtraque parte fluminis prope ripam possident, si alteri parti proximior sit, eorum est tantum qui ab ea parte prope ripam prędia possident. Instit.de rerum diuis.§. insula. Concordat iisdem verbis l. adeo.7.§. insula.ff. de adquir. rerum domin. Repugnat hisce l.si epistolam.65.§.fin.ff. eod. tt. Plane si insula in flumine nata, tua fuerit, deinde inter eam insulam & contrariam ripam alia insula nata fuerit, mensura eo nomine erit instituenda à tua insula, non ab agro tuo, propter quem ea insula tua facta fuerit, nam quid interest, qualis ager sit, propter cuius propinquitatem posterior insula cuius sit quæratur? l.si epistolam. 65.§.penultim. ff. de adquirend. rerum dominio. Quod primæ distinctionis loco est notandum. Secunda exceptio est; Nisi insula nata ita creuerit postea alluuione, vt alterius fundo proximior sit facta, à quo ab initio fuit remotior. approbatur l.insula.56.in princ.ibi, vel etiam vt propior. ff. de adquir.rer.dom. Tertia: Nisi flumen alueo suo relicto, fluere cœperit inter insulam natam & agrum proximiorem, hoc enim casu, quamuis alterius ager ex aduersa parte propter adcrescentem alueum, quem flumen reliquit, videatur proximior esse, tamen eius manet insula, cuius antea fuit, d.l.56.§.item quæro. Quartæ exceptionis loco notandum, quod insula nata, iis qui ex parte fluminis prope ripam prædia possident, non ex æqualib. partibus communis sit, sed pro latitudine cuiusq; fundi. Inst.d.tt.§.insula. Concordat l.inter eos.29.ff.de adqu.rer.dom. Cuius replicatio est; Nisi insula nata post aliquod tempus creuerit, vt latitudo eius ad vicini etiam fundum peruenerit. l.insula.56.in pr.ff.de adqu.rerum domin. Quinta exceptio est; Nisi cum diuisum esset flumē, deinde infra vnitum, agrum alicuius in formam insulæ redegerit. Instit. de rer.diuis. §. insula, in fin.l.adeo quidem.7.§.insula. ibi, quod si ex vno. ff. de adquir.rer.domin.l.1.§. & cum fluuius C. de alluuionibus. item l.ergo.30.§.tribus.ff.de adquir.rer.domin. Sexta; Nisi non sustineatur insula alueo fluminis, sed in virgultis stet, seu alia qualibet materia. l.si epistolam.65.§ idem iuris.ff.eod.tt. Septimæ exceptionis loco notandum, quod quoad vsum, in flumine nata insula perinde ac ripa fluminis publica est. d.l.65.§ si qua insula. Hactenus de octaua adquirendi dominij causa.

IX. Causa: Mutatio aluei, approbatur Instit.de rer.diuis.§. quod si naturali. Concordat iisdem fere verbis l.adeo quidem.7.§.quod si toto.ff.de adquir. rer. dom. item l.ergo.30.§.1.in fin.ff.d.tt. Huius exemplum est l.insula,56.§.1.item quæro.ff. d.tt. Exceptio est; Nisi cum antea flumen, mutato alueo, agrum alicuius occupasset, nunc rursus nouo alueo relicto, alio fluere cœperit, tunc enim videtur nouus alueus, à quo flumen recessit, eius esse, cuius ager antea fuit à flumine occupatus, nō eius qui prope ripam prædia possidet. Verum exceptio hæc stricto quidem iure reprobatur Inst.d.§.quod si naturali, in fin. Concordat d.l.7.§.quod si toto.ibi, nouus autem.ff.de adqu.re.dom.l.Attius.38.ff eod. tt. item l.cum vsumfr.24.ibi, nam etsi. ff. quib. mod. vsusfructus amittit. Æquitatis vero ratione approbatur, quod primæ distinctionis loco notandum, quæ cōstat ex d.§.quod si toto.& l.ergo.30.§.alluuio.ff.de rer. dom. Altera distinctio, qua exceptio proposita stricto etiam iure approbatur, hæc est: Si non paulatim, sed inundatione facta flumen alicuius agrum occupauit, posteaque inde recessit, tunc enim ager prioris domini manet. Inst.d.tt. §.quod si naturali, in fin. Cui concordat iisdem verbis l. adeo quidem.7.§.aliud sane.ff.de adqu.rer.dom.

X. Causa: Si alienum quiddam nostro accesserit, nobis adquiritur. l.in rem.23.§.si quis rei suæ.& §.item quæcunque, in fin.ff. de rei vindicat. l.sed si 26.§. 1.& l.quidquid.27 ff. de adquir. rerum domin. Huius causæ exemplū est, si in alicuius solo aliena materia sit ædificatū, materia enim solo cedit. l.adeo quidem.7.§.cum in suo. & §.ex diuerso. ff. de adquir. rer.dom. Concordat item iisdem verbis Instit.d.tt.§. cum in suo.& §.ex diuerso.l.redemptores.39, in princip.ff. de rei vendic.l. 2. in fin. C. de seruitut. & aqua. item l.statuas.41.ff.de adquir.rer.domin. M.I.R. d. cap.13.reg.12. Aliud exemplum est, si supra alterius parietem aliena materia sit ædificatum; nam & hoc casu materia parieti cedit. l si supr. 28.ff. de adquir. rerum dom.& l.2.in princ.C.de rei vindicat. Aliud insuper propositæ causæ exemplum est, si planta in alieno solo posita sit, vel radices egerit. quod proponitur l.adeo quidem 7.§.si alienā.ff.de adqu.rer. dom. Inst. de rerum diuis.§.si Titius. l.idem Pomponius.5.§.de arbore.ff.de rei vindic.itē l.si quis.11.C.eod.tt. Plane quod dictum, arborem prope confiniū positam, si etiam in vicini fundum radices egerit, cōmunem fieri, ei contradicit l. 6.in fin. ff. arborum furtim cæs. Porro quod de arbore quę in alieno solo radices egerit, dictum est, idem quoq; de crusta ex vnius fundo in alterius fundū prolapsa, si coaluerit, est dicendū. quod exemplū proponitur l. hoc amplius. 9.§. Alphenus.ibi, ita demū autem.ff.de dāno infecto. Aliud exemplum est, si alicuius frumentum in alieno solo satum sit, hoc enim frumētum domino soli adqui-

adquiritur. *Inst. de rer. diuis. §. qua ratione Concordat iisdem verb. l. qua ratione. 9. in pr. ff. de adquir. rer. dom. l. si postea. 53. ff. de rei vin. item l. si quis. 11. C. eod. tt.* Aliud deniq; propositæ causæ exemplũ proponitur in iis quæ chartis membranisve inscribuntur, *l. qua ratione. 9. §. literæ. ff. de adquir. rer. dom. Concordat iisdem propemodũ verbis Inst. d. tt. §. literæ. l. in rem. 23. §. sed & id. ff. de rei vindic.* Sed hactenus exempla propositæ causæ sunt enumerata. Plane exceptio prima est: Nisi res maior minori, vel preciosior minus preciosæ accedat, tunc enim nõ illa huic, sed potius hæc illi cedit. *l. quidquid. 27. §. si. ff. de adquir. rer. dom.* Exemplũ proponitur *Inst. de rer. diuis. §. si quis in aliena tabul. l. qua ratione. 9. §. sed nõ vt literæ. ff. de adqu. rer. dõ.* Ait Imp. *in d. §. si quis in aliena.* Quidã putant tabulã picturæ cedere. Huius sententiæ est Paulus Iurisconf. *l. in rem. 23. §. sed & id. ff. de rei vindicat.* Quæ Pauli sententia quoad picturã, ab Imper. Iustiniano reprobatur *d. §. si quis in aliena.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est in literis, quæ quãuis aureæ sint, & ob id preciosiores, tamẽ chartæ cedunt minus preciosę. *quæ approbatur per ea quæ proposita sunt supr. eadẽ causa, exemplo vlt.* Altera replicatio in purpura vestimento viliori intexta, proponitur *Instit. de rer. dom. §. si tamen alienam.* Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi vtraq; res eiusdem quantitatis atq; æstimationis sit, tunc enim neutra alteri accessionis vice cedit, sed manet eius cuius fuit. *l. quidquid. 27. §. fin. ff. de adqu. rerum dom.* Tertia; Nisi corpus sit ex distantib. capitibus, vt grex, &c. hoc enim casu, si aliena ouis in nostrum gregem peruenerit, nõ ideo ea ouis nostra est, sed dominus eam potest vindicare. *l. in rem. 23. §. at in iis corporib. ff. de rei vindicat.* Quarta; Nisi arbor in alienum solum translata nõdum coaluerit. *l. sed si. 26. §. pen. ff. de adqu. rer. dominio. l. idem Pomponius. §. de arbore, in fin. ff. de rei vindic. Inst. de rerum diuis. §. si Titius, ibi, ante enim item l. adeo quidem. 7. §. si alienam. ibi, si modo. ff. de adquirendo rerum dominio.* Quinta; Nisi ædificiũ, quod in alieno solo positum est, sit mobile, approbatur exemplo *l. si Titius. 60. ff. d. tt.* Sexta; Nisi res aliena nostræ rei adiecta, rursus sit separata *l. habitator. 59. & l. quæ religiosis. 43. ff. de rei vindicat.* vbi ait Iurisconsultus. Nec lapides inædificati, scilicet à domino, tunc enim nec remoti possunt vindicari, *vt infr. repl. 3. dicetur.* Secus si ab alio sint inædificati, tunc enim remoti poterunt à quodam domino vindicari, *vt subiicit Iurisconsultus.* Concordat item propositæ exceptioni *l. 2. C. de rei vindicat. Inst. de rer. diuis. §. cum in suo, in fin. & iisdem prope verbis l. adeo quidem. 7. §. cum in suo, in fin. ff. de adquiren. rerum domin.* Plane replicatio prima est; Nisi ferruminatione adiuncta fuerit res aliena, tunc enim quamuis abrupta sit, prior dominus eam vindicare nequit. *l. in rem. 23. §. item quæcunque. ibi, dicit enim. ff. de rei vindicat* Secunda; Nisi arbor, quæ in alterius agro coaluit, rursus sit eruta. *l. sed si 26. §. penult. ff. de adquirendo rerum dominio.* Tertia: Nisi quis sua materia in alterius solo ædificauerit, hic enim etiam diruto ædificio, materiam vendicare non potest. *Instit. de rer. diuis. §. ex diuerso. Concordat iisdem fere verbis d. l. 7. §. ex diuerso. ff. de acquir. rer. domin. item concordat l. quæ religiosis. 43. in princ. ff. de rei vendicat.* Huius duplicatio prima est; Nisi ignorauerit ædificator solum esse alienum. *d. §. ex diuerso. vers. vtique si non ignorabat.* Secunda: Nisi non donandi animo sua materia in alterius solo quis ædificauerit. *l. 2. in fin. C. de rei vendicat.* Quarta replicatio est: Nisi cum quis aliena materia in suo solo ædificasset, ædificium longo tempore sit vsucaptum, tunc enim quamuis dirutum sit ædificium, materiam prior dominus vendicare non potest. Quæ tamen reprobatur *l. adeo quidem. 7. §. illud recte. ff. de adqui. rer. dom. l. in rem. 23. §. fin. ff. de rei vindicat.* Quinta: Nisi dominus antea furti vel de tigno iuncto actione pœnam sit consecutus. *Inst. de rerum diuis. §. cum in suo, in fin. ibi, si non fuerit duplum iam consecutus.* Huic tamen videtur contradicere *l. 2. ff. de tigno iuncto.* Hæc de sexta exceptione, cum suis replicationibus. Septimæ exceptionis loco notandum, quod prior dominus, cuius res rei nostræ accessit, ad exhibendum agere possit vt separetur, & tunc eam separatam vendicare. *l. in rem. 23. §. item quæcunq; aliis iuncta. ff. de rei vendicat.* Cuius replicatio est: Nisi ferruminatione res rei iuncta sit, tunc enim ad exhibendum vt separetur, agi non potest, sed actione in factũ. *d. §. item quæcunq; vers. scil. excepto eo.* Ferruminatione autẽ iunctum videtur, quando eiusdẽ materiæ sunt & id quod iungitur, & id cui iungitur, & id per quod iungitur, puta, quando ferro ferrum mediante ferro iungitur, argento argentum mediante argento, &c. quando autem id per quod fit iunctura, alterius est materiæ, applumbatura dicitur *d. §. item quæcunque.* Atque hoc casu ad exhibendum agi potest vt separetur, illa vero minime. Plane si duabus rebus diuersorum dominorum ferruminatione iunctis, neutra alteri accessionis loco cedat, suam quisq; rem retinet. *l. quidquid. 27. §. fin. ff. de adquir. rerum dom.* Porro recipit & aliam replicationem proposita exceptio, hanc videlicet: Nisi tignum alienis ædibus iunctum sit, vel aliena materia in alicuius solo ædificatum. Hisce enim casibus materiæ vel tigni dominus, stante ædificio, ad exhibendum agere non potest, sed de tigno iuncto actio ei competit. *Inst. de rerũ diuis. §. cum in suo solo, ibi, nec tamen ideo. Concordat iisdem verbis l. adeo quidem. 7. §. cum in suo. ibi, nec tamẽ ideo. ff. de adquir. rer. dominio. Sed & concordat l. gemma. 6. cum l. sequente, in princ. ff. ad exhibendum. item l. in rem. 23. §. penult. ff. de rei vendicat.* Huius duplicatio prima est; Nisi sciens quis tignum alienum ædibus suis iunxerit. *d. §. pen. & l. 1. §. fin. ff. de tigno iuncto.* Altera duplicatio est; Nisi tignum sciente & volente domino alienis ædibus iunctum sit, nec ipsius consensus iure subsistat, hoc enim casu agi potest vt separetur, & postea vendicari, exemplo *l. de eo. 63. ff. de donat. inter virum & vxor.* Hęc de septima exceptione, de qua re vide plura *infr. li. 23. c. 13.* Octaua exceptio est; Nisi is cuius rei res aliena adiecta est, precium rei adiectæ non præstet. *l. in rem. 23. §. in omnibus igitur. ff. de rei vendicat. Inst. de rer. diuis. §. ex diuerso, in fin. § qua ratione. & §. vnde si à domino. item §. literæ. l. qua ratione. 9. in princ. ibi, cæterum. & §. literæ. versiculo. sed si à me. ff. de adquiren. rerum dominio. l. si quis. 11. in fin. C. de rei vendicat. l. si in area. 16. C. d. tt. l. cum vir. 10. ff. de doli mali exceptione. item l. fin autẽ. 27. §. in re petita. ff. de rei vendicat.* Huius replicationes vide *infr. cap. 5. quæst. 6. reg. 7.* Nona exceptio est: Nisi rei communi quis rem

rem suam propriam adiecerit, tunc enim res adiecta non nisi pro parte alteri socio adquiritur, approbatur exemplo ædificij, *l. si in area. 16. C. de rei vindicat.* Decima: Nisi in mari vel littore maris ædificauerit, tunc enim ædificium eius manet, qui ædificauit. *l. 1. §. quod si quis in mari. ff. de operis noui nunciat. Institut. de rerum diuis. §. & quidem naturali, in fin. M. I. R. lib. 3. cap. 13. regul. 12. except. 1.* Plura de hac re vide *infr. causa proxim.* Vndecima exceptio est: Nisi id cui fructus accedit, ab alio bona fide possideatur, tunc enim ei à quo possidetur non domino fructus adquiritur. *l. qui scit. 25. §. in alieno. ff. de vsuris.* Duodecimæ exceptionis loco notandum, quod is cuius res rei alienæ est adiecta, actionem furti & condictionem habeat. *Institut. de rerum diuis. §. si tamen alienam. & §. si quis in aliena tabula. ibi, illud enim palam.* Decima tertia exceptio est: Nisi infectæ materiæ confusæ sint, quæ pristinam suam speciem retinent, tunc enim corpus communicatur. *de quo infr. causa 53. agetur.*

XI. Causa: Si quis in mari vel in litore maris ædificauerit, locus ille in quo ædificatum est, cedit ædificio, & adquiritur ædificanti. *l. quod in litore. 14. ff. de adquirendo rerum dominio. & l. ergo. 30. §. fin. ff. eod. tt. M. I. R. dict. except. 1.* Exceptio prima est: Nisi ædificium rursus sit dirutum. *l. soli. 6. in prin. ff. de rerum diuis. & d. l. 14. §. illud videndum.* Secunda: Nisi sine decreto quis in litore maris ædificauerit. *l. quamuis. 50. ff. de adquirend. rerum dominio. M. I. R. de except. 1. repl. 1.* Tertia: Nisi non in litore maris, sed in ripa fluminis ædificet. *l. qui autem. 15. ff. de adquir. rerum dominio.* Huic similis est causa, si quis in aliena tabula pinxerit: nam & huius tabulæ dominium ei adquiritur, *de quo paulo superius causa prox. except. 1.*

XIX. Causa: Si species ex aliena materia sit facta, ei qui fecit, materia illa adquiritur, approbatur, declaratur simul & distinguitur *Instit. de rerum diuis. §. quum ex aliena. Concordat l. adeo quidem. 7. § cum quis ex. ff. de adquir. rer. dominio. item l. quicquid. 27. §. vbi simul. ff. eod. tt.* Exceptio prima est; Nisi species facta ad priorẽ & rudem materiam reuerti possit. *dict. §. quum ex aliena: ibi, & post multam. & d. §. cum quis ex. ibi, est tamen etiam. l. in omnibus. 24. ff. de adquirend. rerum dominio.* Huius replicatio prima est; Nisi voluntate domini ex eius materia alius sibi speciem fecerit. *l. nisi. 25. ff. dict. tt.* Secunda; Nisi speciei iam factæ alienam materiam adiecerit. *de quare dictum est supr. causa 10.* Exemplum est *l. quidquid 27. in pr. ff. de adquir. rer. dom. & l. Minutius. 61. ff. de rei vendicat.* Plane si ex ligno alterius quis tabulas fecit, & ex aliis tabulis nauem, hoc casu, quoniam tabulæ ad priorem materiam reduci nõ possunt, nauis eius est qui eam fecit, non eius cuius fuerunt ligna, quod loco tertiæ replicationis notandum. *l. sed si 26. in princ. ff. de adquir. rer. dom.* Quarta replicatio est; Nisi quis ex sua & aliena materia speciem fecerit, tunc enim quamuis species ad priorem materiam reduci possit, tamen perinde habendum, ac si reduci non possit, vt is dominus sit speciei, qui eam fecit, non is cuius fuit materia. *Instit. de rer. diuis. §. quum ex aliena, in fin.* Hæc de prima propositæ causæ exceptione. Secunda exceptio est; Nisi sciens materiam alienam esse, ex ea speciem fecerit. *l. de eo. 12. §. si quis ex. ff. ad exhibendum. l. 53. §. si quis massam. ff. de furtis.* Tertia: Nisi alterius, non suo nomine fecerit. *l. quidquid. 27. §. vbi simul, in fin. ff. de adquir. rerum domin.* Quarta: Nisi ex alienis spicis frumentum quis fecerit. *l. adeo quidem. 7. §. cum quis ex aliena, in fin. ff. d. tt.* Cui contrarium videri non debet, quod compilatores Institutionum iam adductum §. in Institutionibus suis omiserint, cum proxime præcedentia verba posuerint, hæc scilicet: Vinum vero, vel oleum, vel frumentum, ad vuas, vel oliuas, vel spicas reuerti non potest, &c. Vbi glossa Institutionum colligit, Ergo frumentum cedit specificanti, & hæc d. §. verba, Videtur mihi recte quidam, &c. adducit pro antinomia, quasi hoc nouum sit in Institutionibus, quod in exponenda aliqua lege Digestorum in medio eius desistunt, nec ob id sequentia omissa improbantur. Quinta exceptio est: Nisi quis alienam lanam aut purpuram tinxerit, hic enim nõ quasi species ex aliena materia facta sit, habendum est, sed lana vel purpura manet eius cuius fuit. *l. sed si. 26. §. fin. ff. de adqu. rerum dominio.*

XIII. Causa: Si duorum materiæ confusæ fuerint, corpus inde factum vtriusq; commune est. *Instit. de rer. diuis. §. si duorum. l. adeo quidem. 7. §. voluntas. ff. de adquir. rer. dom. l. quidquid. 27. in princ. ff. eod. tt. item l. Marcellus. 3. §. fin. ff. de rei vendicat.* Huius causæ exceptio prima: Nisi diuersi generis materiæ sint, reprobatur *Instit. d. §. si duorum. & d. §. voluntas.* Secunda: Nisi sine vtriusque domini voluntate materiæ sint confusæ, reprobatur *Instit. d. §. si duorum. & d. §. voluntas, in fin.* Plane admittitur in quibusdam casibus. Nam si materiæ separari possunt, corpus non fit commune sine alterius voluntate factum. *l. lacus. 12. §. fin. ff. de adquir. rer. domin. l. idem Pomponius. 5. §. sed si plumbum. ff. de rei vendic.* Secundo admittitur, si vtraque materia, etsi confusa sit, in sua substantia maneat. *d. l. 5. §. sed si plumbum. Instit. de rerum diuis. §. quod si frumentum.* Tertio, si corpus ex confusione factum, aliam speciem assumpserit. *de qua distinctione vide infr. except. 4.* Hæc de secunda exceptione. Tertia: exceptio: Nisi incertum sit, quantum quisque in massa confusa habeat, reprobatur. *l. Marcellus. 3. §. fin. ff. de rei vendicat.* Quarta: Nisi corpus ex confusione factum, aliam speciem assumpserit. *l. idem Pomponius. 5. §. 1. ff. de rei vendicat. Instit. de rer. diuis. §. quod si partim ex sua.* Huius replicatio est: Nisi vtriusque voluntate corpus confusum sit, tunc enim inter eos communicatur, quamuis aliam speciem assumpserit. *l. adeo quidem. 7. §. voluntas. ibi, quamuis. ff. de adquir. rer. domin. Instit. eod. tt. §. si duorum. ibi, sed etsi.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr. exc. 2. distinct. 1. cum sequentib.* Hæc de XIII. adquirendi dominij causa.

XIV. Causa: Si quid ex animalibus nostris natum est, id nostrum est. *l. item quæ. 6. & l. 1. §. omnia igitur. ff. de adquir. rer. dom.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi animal tempore natiuitatis sit alienatum, tunc enim id quod nascitur, nõ ei qui alienauit, sed ei cui alienatum est adquiritur. *l. inciuile. 12. C. de rei vendic. & l. vlt. ff. de adquir. rer. dom.* Secunda: Nisi ex matre aliena natum sit, tunc enim quamuis ex mare nostro cõceptum sit, nõ tamen id quod nascitur nostrũ est, sed eius cuius

mater est. *l. partum. 7. C. de rei vendic. l. idem Pomponius. 5. §. idem scribit. ff. eod. tt.*

XV. Causa: Si quid ex ea re perceperimus, cuius vsum fructum habemus, id nostrum fit. *de quo infr. de vsufructu tractabitur.*

XVI. Causa; Si quid ex ea re, quam bona fide possidemus, perceperimus. *Instit. de rer. diuis. §. si quis à non domino. l. bonæ fidei. 48. in princ. & § fin. ff. de adquir. rerum domin. item l. qui scit. 25. §. in alieno. ff. de vsuris. M. I. R. libr. 3. cap. 13. reg. 13.* Exceptio prima est: Nisi mala fide sciens rem alienam acceperit, ac possederit. *dict. §. si quis à non domino, &c. in fin. d. l. 25. in princip. ff. de vsuris. item l. quæsitum. 40. ibi, quia etsi. ff. de adquir. rerum dominio. M. I. R. d. regul. 13. except. 1.* Huius replicatio prima est: Nisi initium possessionis iustum fuerit, *l. qui scit. 25. § fin. ff. de vsuris.* Cui tamen videtur repugnare *l. bonæ fidei. 48. §. in contrarium. ff. de adquir. rerum domin. M. I. R. d. except. 1. replic. 1.* Secunda: Nisi auctor malæ fidei possessoris, bona fide possederit. Hæc replicatio in hærede quidem reprobatur *l. quæsitum. 40. in princip. ibi, & multo magis. ff. de adquiren. rerum domin.* Tertia: Nisi possessor ipse fructus seuerit, reprobatur *l. qui scit. 25. in princ. ff. de vsuris.* Hæc de prima exceptione cum suis replicationibus. Secunda exceptio: Nisi non sua diligentia & opera fructus perceperit bonæ fidei possessor, sed aliunde, reprobatur *l. bonæ fidei. 48. in princip. ff. de adquir. rer. dom. M. I. R. dict. reg. 13. except. 3.* Tertia: Nisi nondum perceperit fructus bonæ fidei possessor, reprobatur *d. l. 48. in princ. & l. qui scit. 25. §. præterea. ff. de vsuris.* Quarta: Nisi talis sit res quæ possidetur, quæ longo tempore vsucapi non possit, reprobatur *d. l. 48. in princ. & §. penult. vers. nã contrario.* Quinta exceptio est: Nisi bonæ fidei possessor in rei vendicatione sumptus in rem factos, per exceptionẽ sibi restitui desideret, tunc enim perceptorum fructuum ratio atque compensatio habenda est. *l. sumptus. 48. ff. de rei vendic. M. I. R. lib. 5. cap. 1. reg. 61. except. 2. replicat. 11.* Plures propositæ causæ exceptiones proponentur *infr. lib. 15. cap. 8.*

XVII. Causa: Traditio. *Instit. de rerum diuis. §. per traditionem. l. qua ratione 9. §. hæ quoq; res. ff. de adquiren. rerum dom. item l. inciuile. 12. in princip. C. de rei vendicat. l. 2. C. si quis alteri, vel sibi sub alterius. M. I. R. dict. cap. 13. regul. 15.* Exceptiones huius causæ vide *infr. cap. 4. causa 1.*

XVIII. Causa: Contractus, ex quo res ita datur, vt fiat accipientis, vt est emptio, donatio, permutatio, &c. Ex huiusmodi contractibus transfertur quidem dominium, sed non nisi res fuerit tradita. *M. I. R. dict. cap. 13. reg. 14. in princ.* Est igitur huius loci exceptio talis: Nisi res nondum fuerit tradita. *l. traditionibus. 20. C. de pactis. l. si pater. 8. in princ. C. de act. empti & venditi. Instit. de empt. & vendit. §. vtique tamen. l. Quintus. 40. ff. de act. empti & venditi. l. si ager. 50. ff. de rei vendicat. l. seruum. 27. C. eod. tt. item l. qui tibi. 3. C. de his qui à non domino manumissi. M. I. R. de regul. 14. except. 1.* Plane exceptio proposita suas habet Replicationes, quarum prima est: Nisi tempore contractus, is cui res est alienata, eam teneat. *Instit. de rerum diuis. §. interdum. Concordat iisdem verbis l. qua ratione. 9. §. interdum. ff. de adquir. rerum dom. l. si seruus. 21. §. fin. ff. eod. tt. l. eius rei, 46. ff. de rei vendicat. l. quædam mulier. 77. in fin. ff. eod. tt. item l. siue autem. 9. §. 1. ff. de Publiciana in rem. M. I. R. d. except. 1. replic. 1.* Secunda: Nisi mercibus in horreo repositis venditis, claues horrei emptori traditæ sunt. *Instit. d. §. interdum, in fin. De qua re vide infr. cap 15. causa 3.* Tertia: Nisi alij nostro nomine sit tradita. *de qua re vide infr. c. 2. reg. 9 exc. 1. cum suis legibus.* Quarta: Nisi emptor propria authoritate possessionem rei emptæ occupauerit, reprobatur, *de qua re vide infr. de vsucapione pro emptore, except. 19.* Plane admittitur, si voluntate venditoris, vel domini, quis in possessione fuerit. *l. 2. in fin. C. si quis alteri, &c.* Quinta replicatio; Nisi hæres rem hæreditariam vendicet, vel legatarius rem legatam, hi enim quãuis possessionem rei nondum fuerint nacti, tamẽ domini censentur. *l. si ager. 50. in fin. ff. de rei vendic. l. à Titio. 66. in fin. ff. de furtis.* Sexta; Nisi is qui rem suam alienauit, eam antequam tradat, ab eo cui alienauit conducat, per hanc enim conductionẽ transfertur possessio, & per possessionem dominium ad eum qui locauit. *de qua re vide infr. de adquirendæ possessione, c. 15. causa 11.* Septima replicatio est; Nisi quis domini voluntate saxum exemerit, vel arborem cæciderit, hoc enim casu, quamuis nondum abstulerit, tamẽ dominium saxi vel arboris est translatum. *l. qui saxum. 6. ff. de donationib.* Sed & plures huiusmodi replicationes vide *in d. c. 15. inter causas adquirendæ possessionis.*

XIX. Causa; Litis æstimatio. *l. eius rei. 46. ff. de rei vendicat. l. 1. ff. pro emptore. item l. litis. 3. Digest. eod. tt.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi is qui litis æstimationem obtulit, rem nondum sit nactus. *l. hoc si præsens. 47. ff. de rei vendicat.* Plane hoc casu, quamuis dominium nõ transeat in eum qui litis æstimationẽ soluit, tamen duo alias remedia illi dantur, quib. rem persequi possit, primum quidem, quo desiderare potest, vt actor actionem suam ei cedat, alterum autẽ, quo officio Prætoris illi datur actio, qua rem persequi possit, quæ duo remedia, replicationis loco hic notãda proponuntur *l. si culpa. 63. ff. de rei vendicat.* Huius duplicatio est: Nisi dolo, non culpa possessionem amisit is qui litis æstimationẽ præstitit, hoc enim casu illi proposita duo remedia denegantur. *d. l. 63. & l. is qui. 69. cum lege sequente. ff. eod. tt.* Altera propositę causæ exceptio esse videtur: Nisi is qui litis æstimationem percepit, rem possidens, litis æstimationem quam rem ipsam restituere malit. sed reprobatur *d. l. 63.* Tertia: Nisi fur, vel similis qui dolo possessionem adquisiuit, conuentus litis æstimationem præstitit, reprobatur *l. si propter. 22. in prin. ff. rerum amotarum.*

XX. Causa: Si quis alienum quid in censum deducit, vel solennibus pensionibus pro allo satisfacit, reprobatur *l. quæ quisq;. 64. ff. de adquir. rer. dom. l. forma. 4. §. si cum ego. ff. de censib. l. si functiones. 4. C. de donationib. l. si præses. 8. C. eod. tt. l. solennibus. 25. C. de rei vendicat.* Plane admittitur primum, si cõsensu domini alius rem eius in censum deduxit. *l. censualis. 7. C. de donationibus.* Secundo, si cessante proprietario, vsufructuarius de damno infecto cauit, & ex ea cautione soluit, ex hac enim solutione eius rei dominium nanciscitur. *l. quamuis. 10. in fin. ff. de damno infecto.*

XXI. Causa: Si alius nostra pecunia quid cõparauit, hoc nobis adquisitum videtur, Quæ tamen

tamen causa reprobatur, *de qua re vide inf. c. 3. reg. 3.*

¶ Hactenus causæ, quibus iure naturali seu gentium res nobis adquiruntur, sunt propositæ, sequuntur nunc eæ, quibus res adquiruntur iure ciuili.

XXII. Causa: Adrogatio, approbatur, distinguitur simul & mutatur *Inst. de adquis. per adrog. in prin. Concordat l. cum oportet. 6. C. de bonis quæ liberis.* Causa igitur proposita iure quidem antiquo approbatur, reprobatur autem iure nouo, quod ius nouum hanc recipit exceptionem: Nisi filius adrogatus mortuus fuerit. *Inst d. loco.*

XXIII. Causa: Addictio bonorum, libertatum conseruandarum causa. *de qua vide supr. lib. 6. c. 8. exc. 7. repl. 7.*

XXIV. Causa: Bonorum debitoris emptio, reprobatur *Inst. de succeßionib. sublatis, in princ.*

XXV. Causa: Si libera mulier sese alieno seruo iunxisset, cum libertate substantiam amitteret, eiusque dominium dominus serui adquireret. Quæ tamen causa iure nouo reprobatur. *Instit. de succeßionib. sublatis. § fin.* Plura de causa proposita vide *supr. lib. 6. c. 3. causa 10.*

XXVI. Causa: Per ius adcrescendi, quæ definitur simul & tollitur *Instit. de donationibus. §. fin.* Hæc de causis, quib. Iure ciuili res nobis adquiruntur. Sunt autem & aliæ huiusmodi causæ, vt puta vsucapio, *de qua infr. cap. 9.* item legatum & fideicommissum, successio tam ex testamento quam ab intestato, &c. verum de his alibi tractabitur. Sunt autem exceptiones quædam generales aduersus adquirendi dominij causas, de quibus dicetur *infr. cap. 4. & c. 5.*

DE PERSONIS, PER QVAS NOBIS adquiritur.

CAP. II.

PRima regula, De iis qui sunt in nostra potestate. Per eos nobis adquiritur. *Instit. per quas pers. cuique adquir. in princ. item Inst. per quas pers. nob. obligat. adqui. in princ. l. adquiritur. 10. in princ. ff. de adquir. rerum dominio. l. ea quæ. 53. & l. si is qui. 63. in prin. ff. eod. tt. item l. placet. 78. ff. de adquir. hæred.* Porro in potestate nostra sunt, liberi & serui nostri, de quibus singulis separatim dicendum.

II. Regula, De liberis nostris quos in potestate habemus. Per hos iure quidem antiquo dominium, iure vero nouo vsusfructus tantum adquiritur. *de qua re dictum supr. lib. 4. c. 22.*

III. Regula, De seruis propriis. Per hos nobis adquiritur. *Quæ regula tum ex prædictis constat, tum approbatur etiam instit. per quas pers. cuique adqu. §. item nobis adquir. Concordat iisdem prope verbis l. adquiritur. 10. §. igitur quod serui. ff. de adquirend. rerum dominio. Item concordat l. si is qui. 63. in princ. ff. eod. tt. l. 1. in fin. C. per quas personas nobis adquir. Instit. de his qui sui vel alieni. §. in potestate. ibi, & quodcunque. Concordat iisdem verbis l. 1. §. 1. ibi, & quodcunque. ff. de his qui sui vel, &c.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi dominus ignoret, vel nolit sibi adquiri, verum reprobatur *d §. item vobis. l. etiam. 32. ff. de adquirend. rer. dom.* Secunda exceptio est; Nisi seruus alterius nomine se accipere dixerit. *l. per seruum. 37. §. quod seruus. ff. de adqu. rer. dom.* Idem iuris est, si seruus alij dari sit stipulatus, cuius exẽplum proponitur *l. seruus. 14. ff. de stipulat. seruor.* Tertia exceptio est: Nisi non dominium, sed possessionem adquirat seruus, reprobatur *Instit. per quas pers. cuique adqu. §. non solum. Concordat iisdem fere verbis l. adquiritur. 10. §. non solum. ff. de adqu. rer. dom.* Quarta: Nisi seruus sit in fuga, reprobatur *l. per eum. 50. §. fin. ff. de adqu. posseß. & l. 1. §. per seruum. ff. d. tt.* Quinta exceptio est; Nisi seruus legatus sit, vel libertas ei relicta, hoc enim casu hæredi testatoris per seruum nihil adquiritur. *approbatur per ea quæ habentur infr. reg. 6. exc. 2.* Sexta. Nisi dominus seruum pro derelicto habuerit. *l. quod seruus. 36. ff. de stipul. seruor.* Septima: Nisi dominus apud hostes sit. De hac exceptione cum aliis similib. tractabitur *infr. in Parte 5. de stipul. seruorum.*

IV. Regula, De seruo communi. Per seruum communem vtique dominorum, pro ea parte quam in seruo habet, adquiritur. *Institut. per quas person. nob. obligat. adquir. §. fin. Instit. de stipulat. seruor. §. penult. l. seruus. 5. ff. de stipulat. seruorum. l. communis. 45. in fin. ff. de adquirend. rerum dominio. item l. si is. 63 §. 1. ff. eod. tt. M. I. R. dict. cap. 13. reg. 21.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi seruus communis vni ex dominis nominatim sit stipulatus, vel per traditionem acceperit. *Instit. dict. §. fin. Instit. de stipulat. seruorum. § penultim. l. 1. §. & l. seruus. 5. §. licet autem. ff. de stipulat. seruor. l. proinde. 7. §. si seruus. & l. si ex re. 28. §. sicuti. ff. eod. tt. l. per seruum. 37. §. sicut. ff. de adquir. rerum dominio. l. 1. § per communem. ff. de adquir. possession.* Cuius replicatio prima est: Nisi seruus communis nominatim sibi & vni ex dominis stipuletur, hoc enim casu ei cui nominatim stipulatus est, non adquiritur in solidum. *l. si seruus. 4. ff. de stipulat. seruorum.* Secunda: Nisi ex re alterius adquirat seruus, tunc enim is nominato præferendus. *l. 1. §. si seruus. ff. eod. tt. l qui bona fide. 23. §. sed & si adiciat. ibi, quia etsi. ff. de adquirend. rerum dominio.* Tertia: Nisi alter seruum sibi stipulari iusserit. *de quo vid. infr. except. prox.* Secunda exceptio est; Nisi vnius iussu seruus adquisierit. *Instit. de stipulat. seruorum. §. penult. l. seruus. 5. §. fin. cum lege sequente. l. proinde. 7. §. si seruus. ibi, sed si iussu. item l. si liber. 33. §. fin. ff. eod. tt. de stipulat. seruorum.* Huius replicatio: Nisi alteri non iubenti nominatim sit stipulatus, reprobatur. *l. si duo. 3. C. per quas pers. nob. adquir. Instit. per quas pers. nob. obligat. adquiritur. §. fin.* Plane admittitur, si vnus ex dominis seruum stipulari quidem iussit, sed non specialiter iussit, vt sibi suove nomine stipularetur, tunc enim alteri stipulãdo, ei adquirit quem nominauit, non à quo stipulari iussus est. *dict. leg. 3.* Tertia propositæ regulę exceptio est; Nisi ex re alterius seruus adquisierit, tunc enim ei soli, ex cuius re adquisitum est, adquiritur. *l. qui bona fide. 23. §. si quis bona. ff. de adquirend. rerum dominio. l. si alienus. 19. cum l. sequ. §. apud. ff. de stipulat. seruorum.* Plane exceptio proposita in eo seruo locum habet, cuius possessio & vsusfructus inter aliquos communis est, non proprietas. Nam si proprietas serui inter aliquos cõmunis sit, tunc quamuis ex vnius re adquirat, nihilominus alteri quoque pro sua portione adquiritur, quod replicationis loco notandum. *l. per seruum. 37. §. sed vt sequens. ff. de adquirend. rerum dominio. l. seruus. 27. ff. de stipulat. seruorum. l. communis. 45. ff. de adquirend. rer. domin. l communis. 24. in princ. ff. communi diuidundo. l. si ex re. 28. §. 1. ff. de stipulat. seruorum.* Plane propositæ

ſitæ replicationi in calu quidem videtur contradicere *l.ſi is.63.§ ſi communis.ff. de adquir.rerum dominio.* Quarta exceptio eſt: Niſi alteri domino adquiri non poſſit. *Inſtitut.de ſtipulat.ſeruor.§.fin. l.qui bonæ fide 23.in fin.ff.de adquir.rerum dominio. l.1. §.communis ſeruus & l.proinde.7.§. fin. cum duabus ll. ſequentibus.ff.de ſtipulat.ſeruorum.l.ſi communis.17. & l.18.§.1.ff.eod.tt.l.ſed & ſi quis.25.§.ſeruus fructuarius. ff.de vſufruct.& quemadmod.* Quinta: Niſi ab vno ex dominis ſeruus communis adquiſierit, tunc enim alteri domino in ſolidum videtur adquiri, attamen reprobatur *l. per ſeruum. 37. §. 1.ff. de adquirend.rerum domin. l. quis ergo.16.ibi, deinde ſi quis. ff.de peculio.l proinde. 7.§. ſi ſeruus. ff. de ſtipulat. ſeruorum.* Contradicere videtur *l.ſi duo 17. ff. de adquirend. rerum domin.* Sed & contradicit *Inſtit. de ſtipulat. ſeruorum §.fin. item l. ſed & ſi quis. 25. §. ſeruus fructuarius.ff.de vſufructu & quemadm.* Plane exceptio propoſita admittitur in legatis, quando ſcilicet vnus ex dominis rem ſuam ſeruo communi legauerit, tunc enim illud legatum alteri domino in ſolidum adquiritur. *l.verum eſt, 63.§ ſi ſeruo communi.ff.pro ſocio. Concordant huic diſtinctioni ea quæ habentur infr.lib.12.de legatis,cap.3.except.25. replic.4.* Sexta exceptio eſt: Niſi quis ſeruo communi dederit ita, vt velit alteri ex dominis donatum, tunc enim ſine dubio ei ſoli adquiritur. Quæ exceptio admittere videtur hanc replicationem: Niſi ſeruus communis ea mente acceperit, vt vtriuſq; domini faceret. Verum reprobatur *l.per ſeruum. 37. §. fin. ff. de adquir. rerum dom. Concordat l.qui mihi.13.ff.de donationibus.* Quod autem ibi dicitur de procuratore, ei contradicere videntur ea quæ habentur *infr. eod. cap. reg.9. exc. 1.repl.1.* Septima exceptio eſt: Niſi ſeruus communis meus & caſtrenſis peculij, defuncto filiofamilias milite, ante aditam eius hereditatem ſit ſtipulatus, hoc enim mihi in ſolidum adquiritur. *d.l.18.in pr.ff.de ſtipulat.ſeruorum.* Plura ad regulam propoſitam pertinentia vide *infr. cap. prox. q. 3.reg.7.item q.4.reg.2.*

v. Regula, De ſeruis in quib. vſumfructum habemus. Per hos quoque nobis adquiritur. *l. adquiritur.10.in princ.ff.de adquir.rerum domin. Concordat iiſdem verbis Inſtit. per quas perſ. cuique adquiritur, in princ.* Exceptio prima eſt: Niſi non ex re fructuarij, nec ex operis ſuis ſeruus adquiſierit, ſed aliunde, tunc enim non fructuario, ſed proprietario aquiritur. *dict. leg. 10.§. de iis. Concordat iiſdem prope verbis Inſtit. per quas perſ. cuique adquir. §. de iis autem.item Inſtit.per quas perſ.nob obligat.adquiritur.§.per eum quoque. l. fructuario. 47. & l. ſi is.63. §.quod ſi ſeruus. ff. de adquiren.rerum domin.* Plane exceptio propoſita ſuas habet replicationes, quarum prima eſt: Niſi ſeruo contemplatione fructuarij ſit donatum. *l.ſi ſerui vſusfructus. 21. in fin. cum l ſequente ff.de vſufruct. & quemadm. l.ſi quis. 24. ff.eod.tt.* Secunda: Niſi ſeruus fructuario ſit ſtipulatus, reprobatur *l.ſed & ſi quis.25.§. contra. ff. de vſufruct.& quemadmod. l.ſeruum. 22. cum l. ſequente.ff. de ſtipulat.ſeruorum.l.quires.98.§.ſi ſeruus. in fin. ff. de ſolutionibus.* Tertia: Niſi ex re ſibi à fructuario donata, ſeruus comparauerit, approbatur *l. ex re fructuarij.31.ff.de vſufruct.& quemadmodum.* Huius duplicatio eſt: Niſi ea mente donet, vt ad proprietatis dominum pertineat. *l. quod fructuarius. 49.in princip.ff. de adquirend. rerum dominio.* Quarta replicatio eſt: Niſi re empta, nondum ſoluerit precium ſeruus. *l.ſeruus.43.§. fin.ff.eod. tt. l. arboribus.12 §.Iulianus.ff.de vſufruct.& quemadmodum. l.ſed etſi.25. §.interuum.ff.eod.tt.* Quinta: Niſi ex re vtriuſque adquiſierit, tunc enim pro parte vtrique adquiritur, *dict.§. interdum.* Huius duplicatio eſt: Niſi duplum ex re vtriuſque ſoluerit. *dict.§.interdum.* Sexta replicatio: Niſi ſeruo ſimpliciter quid ſit donatum, non contemplatione proprietarij, reprobatur *l. quod fructuarius. 49. ibi, ſin antem extraneus, ff. de adquirend. rerum dominio.* Secunda exceptio eſt: Niſi ſeruus nominatim proprietario dari ſit ſtipulatus, vel per traditionem acceperit. *l.per ſeruum.37.§. fructuarius. ff.de adquirend. rerum dominio. l. ſed & ſi quis.25.§.denique ſcribit.& §.ſi duos.Digeſt.de vſufruct. & quemadmodum, &c. l.ſeruum.22.in fin. ff. de ſtipulat. ſeruorum. l.cum ſeruis.39.ff.eod.tt.* Tertia: Niſi ſeruus iuſſu proprietarij ſit ſtipulatus. *dict. §. denique.* Quarta: Niſi fructuario adquiri non poſſit. *dict. leg. ſed & ſi quis. 25. §. quæſtionis eſt. l. ſi vſufructuarij.31.ff.de de ſtipulat.ſeruorum.* Huius replicatio eſt: Niſi fructuario nominatim ſit ſtipulatus ſeruus. *dict. leg. 31.* Quinta exceptio eſt: Niſi poſt amiſſum vſumfructum, ex re fructuarij ſeruus adquiſierit, ipſo quidem iure ſubſiſtit, ſed recipit replicationem hanc: Niſi ex contractu, quem durante vſufructu ſeruus fecit, poſtea amiſſo vſufructu ex re fructuarij ſoluit. *l.ſed etſi.25.§. quid ergo. Digeſt. vſufruct.& quemadmod.* Sexta exceptio eſt: Niſi cum annuum quiddã ſtipulatus eſſet ſeruus, vſusfructus ſerui ſit amiſſus, tunc enim reliquorum annorum prouentus ad proprietarium pertinent. *l.ſed & ſi quis.25.§.ſi operas ſuas. Digeſt. de vſufruct. & quemadmod. &c. l.ſi ſeruus.18. §. cum ſeruus. D.de ſtipulat.ſeruorum.l.ſi operas ſuas.26. D. de vſufructuar.& quemadmodum.* Plane exceptionis propoſitæ replicatio eſt: Niſi non tam ex operis ſuis, quam ex re fructuarij annuum quiddam ſeruus adquiſierit. Nam hoc annuum proculdubio etiam finito vſufructu, ad fructuarium pertinere debet. Nec enim leges iam propoſitæ loquuntur de annuo ex re fructuarij, ſed potius operis ſerui adquiſito. Septima exceptio: Niſi ab ipſo fructuario ſeruus adquiſierit, vel ſtipulatus ſit, reprobatur *l.ſed & ſi quis.25.§.idem Iulianus.D. de vſufruct.& quemadmod.* vbi etiam caſus introducitur, quo exceptioni propoſitæ locus eſt, ſcilicet ſi ſeruus nominatim domino ſuo eſt ſtipulatus à fructuario. Alius caſus, quo exceptio propoſita admittitur, proponitur *l.ſed & ſi quis.25.§. ſeruus fructuarius.ff.eod.tt.* Octaua exceptio: Niſi non iure legati, ſed per traditionem aut ſtipulationem vſusfructus ſerui ſit conſtitutus, reprobatur *d.l. 25 §.quod autem diximus.* Nona: Niſi non proprietatẽ, ſed poſſeſſionem ſeruus adquiſierit, reprobatur *Inſtit.per quas perſ. cuique adquiritur. §. non ſolum.l.1.§.per eum in quo.D.de adquir.poſſeſſio.l.poſſeſſio. 49.in princ.ff.eod.tt.* Decima: Niſi pro parte tantum vſumfructum in ſeruo habeat, tunc enim non niſi pro parte ei adquiritur. *l.ſed & ſi quis.25. §.ſi duos D.de vſufructu & quemadmodum, &c. de qua re vide infr.cap.3.reg.7.*

vi. Regula, De libero homine, & ſeruo alieno, quẽ bona fide poſſidemus. Per hos etiã nobis

bis adquiritur. *l adquiritur. 10. in princ. ff. de adquir. rer. dom. Concordat iiſdem verbis Inſtit. per quas perſ. cuique adquirit. in princip. item Inſtit. per quas perſ. nob. obligat. adquir. §. item per liberos. l. liber homo.19.in prin. ff. de adquir. rerum dom. l. qui bonæ fide.23.in princ. ff. eod. tt. l.1. C. de rei vendicat. l. qui fundum.7.§. liber homo. ff. pro emptore. l.1.§. ſed & per eum. ff. de adquirend. poſſeſſ.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi non ex operis ſuis, nec ex re noſtra adquirant. *Inſtit. per quas perſ. nob. obligat. adquir. §. item per liberos. Inſtitut. per quas perſ. cuique adquir. §. de iis autem. ibi, idem placet. l. adquiritur. 10. §. de iis. ibi, idem placet. ff. de adquirend. rer. domin. l. liber homo.19. l. ſi ſeruus.21. in princip. & l. ſeruus.43. in prin. ff. eod. tt. l. liber homo.20. §. apud. ff. de ſtipul. at. ſeruor.* Sane ſi bonæ fidei poſſeſſori nõ adquiratur, quibus tunc adquiratur, dicetur *infr. cap. proxim. reg 6.* Nunc propoſitæ exceptionis replicationes diſpiciendæ. Prima replicatio eſt: Niſi teſtator hæreditatem ad bonæ fidei poſſeſſorẽ voluerit pertinere. *l. liber homo. 19. §. ſed licet ei. ff. de adquiren. rerum domin.* Secunda: Niſi ſeruus vel liber homo nominatim bonæ fidei poſſeſſori ſit ſtipulatus, reprobatur *l.1.§. ſi ſeruus tuus. ff. de ſtipul. at. ſeruor. l. liber homo.20. §. apud. ff. eod. tt.* Tertia: Niſi iuſſu bonæ fidei poſſeſſoris adquiſierit, reprobatur *l. ſi liber. 33. in princ. ff. de ſtipulat. ſeruor. & dict. §. apud.* Quarta replicatio eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſor ſeruum vſuceperit. *l. adquiritur. 10. §. fin. ff. de adquirend. rerum domin. Concordat iiſdem verbis Inſtitut. per quas perſ. cuique adquiritur. §. de iis autem. ibi, ſed bonæ fidei.* Hæc de prima exceptione cum ſuis replicationibus. Secunda exceptio eſt: Niſi malæ fidei poſſeſſor ſit. *l.1. C. de rei vendicat. l. ſeruus.14. ff. de ſtipulat. ſeruor. l. ſi ſeruus. 34. ff. eod. tt. l. 1. §. ſed & per eum. ff. de adquirend. poſſeſſ. l. nemo.22. ff. de acquiren. rerum domin.* Huius replicatio prima: Niſi ab initio bona fide poſſidere cœperit, reprobatur *l. qui bona fide. 23. §. tamdiu. ff. de adquir. rer. domin.* Secunda: Niſi malæ fidei poſſeſſor bonæ fidei poſſeſſori in rei poſſeſſione ſucceſſerit, reprobatur *l. quæſitum.40. ff. de adquir. rer. domin.* Tertia exceptio eſt: Niſi non proprietatem, ſed poſſeſſionem apprehendat poſſeſſus, reprobatur *Inſt. per quas perſ. cuique adquiritur. §. non ſolum. l. 1. §. ſed & per eum. ff. de adquir. poſſeſſ. l. ſi me. 34. §. fin. ff. eod. tt.* Quarta: Niſi bonæ fidei poſſeſſor poſſeſſo aliquid donauerit, reprobatur *l. quod fructuarius. 49. §. fin. ff. de adquir. rer. domin.* Quinta: Niſi liber homo, qui poſſidetur, ſuam rem ſit ſtipulatus, reprobatur *l. liber homo. 20. in princip. ff. de ſtipulat. ſeruor.* Sexta: Niſi rem eius cui bona fide ſeruit, ſtipulatus ſit *dict. leg 20. princip.* Septima: Niſi ſeruus nominatim domino ſuo dari ſtipulatus ſit. *l. cum ſeruus. 39. §. item ſi ſeruus. ff. eod. tt.* Octaua: Niſi ſeruus ſit furtiuus, reprobatur *l. etiam 39. ff. de adquir. rer. domin.* Nona: Niſi ſeruus ſit vxori à marito donatus. *l. per ſeruum. 57. ff. eod. tt.* Decima exceptio eſt: Niſi non pro ſeruo, ſed pro filio ſit poſſeſſus. *approbatur per ea quæ habentur ſupr. lib. 4. c. 22. q. 1. exc. 14.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane exceptionum iam propoſitarum replicatio generalis eſt; Niſi id quod liber homo bona fide poſſeſſus adquiſiuit, ſibi adquirere non poſſit, tunc enim adquiritur poſſeſſori, prędictis exceptionibus non obſtantibus. *l. qui bonæ fide. 23. §. generaliter. ff. de adquiren. rerum dominio.* Plura de hac replicatione vide *infr. cap. prox. quæſt. 4. reg. 3. except. 1. repl. 1.*

vii. Regula, De ſeruo nobis pignori obligato. Per hunc nobis nihil adquiritur. *l. per ſeruum. 37. in princ. ff. de adquir. rer. dom. & l.1. §. per ſeruum corp. ff. de adquir. poſſeſſ.*

viii. Regula, De ſeruo hæreditario. Per eum hæredi futuro adquiritur. *Inſtit. de ſtipulat. ſeruorum, in princip. l. in eo. 33. §. fin. cum l. ſequente. ff. de adquiren. rerum dominio. item l. hæreditas. 61. in princip. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi id quod adquiritur, ſit eiuſdem hæreditatis, hoc enim per ſeruum hæreditarium hæredi futuro non adquiritur. *l. hæres. 43. D. de adquir. hæred. l. 1. §. veteres. D. de adquir. poſſeſſ. item. l. per hæreditarium. 18. D. de adquiren. rerum dominio.* Cuius replicatio prima eſt; Niſi cum defuncto ſeruus deberetur, hęredi ſit traditus. *l. qui abſenti. 38. §. fin. D. de adquir. poſſeſſ.* Secunda; Niſi ſeruus hæredi à teſtatore ſit prælegatus. *l. 1. §. ſi ex part. D. eod. tt.* Tertia; Niſi ſeruus hæredi cum teſtatore fuerit communis. *dict. §. ſi ex parte.* Quarta; Niſi cum plures ſerui eidem legati eſſent, vel donati, &c. per vnum cæterorum poſſeſſionem adquirere velit. *l. 1. §. veteres. D. adqu. poſſeſſ. l prædia. 48. eod. tt.* Hæc de prima exceptione regulæ propoſitæ. Secunda exceptio eſt; Niſi id quod adquiritur, perſonale ſit; eiuſque ſubſtantia factum perſonæ operæve deſideret, approbatur ſimul & duob. exemplis declaratur *l. hæreditas. 61. D. de adquiren. rerum dominio. l. vſusfructus. 6. in princip. D. de ſtipulat. ſeruorum.* Plane in exemplo poſteriore admittitur replicatio hæc; Niſi non ſit ſtipulatus vſumfructum ſeruus, ſed ei ſit legatus. *d. l. 26. verſ. legari autem ei: l. 1. §. dies. ibi, hac ratione. D. quando dies vſusfruct. cedat. item l. ſi ſeruo. 18. D. quibus modis vſufruct. amittatur.* Sed & aliam replicationem videtur amittere exceptio propoſita; Niſi ſub conditione vſumfructum ſit ſtipulatus ſeruus, quæ tamen reprobatur *d. l. 26. in fin.* Tertia exceptio eſt; Niſi nominatim hæredi futuro ſtipulatus ſit ſeruus. *l. ſi vnus. 27. §. fin. D. de pactis. l. ſi ſeruus hæreditarius. 16. D. de ſtipulat. ſeruor. l. ſi ſeruus. 18. §. ſeruus. ibi, quomodo. D. eod. tt.* Huius replicatio eſt; Niſi hæredi quidem futuro ſtipulatus ſit, non tamen eius nomen expreſſit. *l. ſeruus. 35. D. de ſtipulat. ſeruor. & l. ſi ex re. 28. §. illud. D. eod. tt.* Quarta exceptio eſt; Niſi non adeatur poſtea hæreditas. *l. interdum. 73. §. ſi ſeruus. D. de verbor. obligat.* Quinta; Niſi caſtrenſis peculij ſeruus ſit defuncti filij familias, reprobatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. lib. 4. ca. 23. quæſt. 3. reg. 3.* Plane admittitur in caſu, ſi ſcilicet ſeruus filiofamilias cum alio fuerit communis. *l. ſi ſeruus. 18. in pr. D. de ſtipul. ſeruor.* Hæc de octaua regula cum ſuis exceptionibus.

ix. Regula, De libero homine, & ſeruo alieno, nobis non ſeruientibus. Per hos nihil nobis adquiritur. *Inſtit. per quas perſ. cuique adquir. §. ex his itaque apparet. l. 1. C. per quas perſ. nob. adquir. item l. ſolutum. 11. §. per liberam. D. de pignorat. act. M.I.R. lib. 3. cap. 13. reg. 17.* Quod autem ibi dicitur de tutore, ei contradicere videntur ea quæ habentur *ſupr. lib. 5. c. 1. quæſt. 8. reg. 4.* Sed iſta de vtili, hæc de directa actione ſunt intelligenda. Sed & propoſitæ regu-

regulæ concordat *l. homo lib. 54. in princip. ff. de adquir. rerum domin.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi liber homo possessionem nostro nomine apprehendat, ea enim nobis per liberum hominem adquiri potest, & per eam dominium. *Instit. d. §. ex his apparet. l. si procurator. 13. ff. de adquir. rerum domin. l. traditio. 20. §. fin item l. ea quæ. 53. ff. eod. tt. l. solutum. 11. §. per liberam. ibi, sed nec. ff. de pignor. act. l. per procuratorem. 8. C. de adquirend. possess. l. 1. §. per procuratorem. l. 2. l. generaliter. 9. & l. si me. 34. §. fin. ff. eod. tt. M. I. R. dict. regul. 17. except. 1.* Cuius replicatio prima est; Nisi alius non nostro nomine possessionem apprehendat. *l. 1. §. per procuratorem. ff. de adquir. possess. l. per seruum 37. §. fin. ibi, nam et si. ff. de adquir. rerum domin. l. falsus. 44. §. 1. ibi, nam & manent. ff. de furtis.* Contradicit *l. qui mihi. 13. in fin. ff. de donationibus.* Secunda replicatio: Nisi is qui nostro nomine rem accepit, eam nobis nondum tradiderit, reprobatur *ex iis quæ paulo inferius dicentur, quod etiam ignorantibus adquiratur possessio per alium. & l. si epistolam. 65. in princip. ff. de adquir. rerum domin.* Sed hisce videtur contradicere *l. res ex mandato. 59. ff. de adquir. rer. domin.* Tertia replicatio est; Nisi dominus causam, ex qua res est tradita procuratori, nondum ratam habuerit. *l. l. communis seruus. 42. §. fin. ff. de adquirend. possess. l. si hac mente. 23. ff. negociorum gestorum. M. I. R. dict. except. 1. replic. 1.* Quarta; Nisi dominus ignoret alium suo nomine possessionem apprehendisse, reprobatur *Instit. per quas pers. cuique adquir. §. ex his apparet. ibi, sed & ignorantibus vobis adquiri, &c. l. si me. 34. §. sed si non. ff. de adquir. possess. l. possessio. 49. §. fin ff. eod. tt. item l. 1. C. de adquir. rerum domin.* Hæc autem intelligenda sunt, quando mandante domino procurator rem emerit, non si sua sponte emerit, domino ignorante, ne hæc superiori replicationi contradicant. Proinde si procurator sua sponte sine mandato contraxerit, & ex ea causa rem traditam acceperit, non nisi scienti & ratum habenti domino adquiritur possessio, & per eam dominium. Hoc igitur casu propositæ replicationi est locus: *M. I. R. dict. except. 1. replicat. 2.* distinguitur tamen, si tutor pupilli nomine rem aliquam comparauerit, tunc enim etiam sine mandato domino pupillo adquiritur ignoranti. *dict. l. 13. in fin. ff. de adquir. rerum domin.* Quinta replicatio: Nisi seruus alienus sese pro libero gerens, nostro nomine possessionem apprehenderit, reprobatur *l. nunquam. 31. §. seruus. ff. de vsucap. l. si me. 34. §. fin. ff. de adquir. possess.* Hæc de prima exceptione cum suis replicationibus. Secunda exceptio est: Nisi liber homo nostro nomine pecuniam crediderit alicui, tunc enim per eum nobis adquiritur actio. *l. certi condictio. 9. §. si nummos. ff. si certum petatur. & l. 2. C. per quas pers. nob. adquiratur.* Tertia: Nisi liber homo obligationem & actionem, quam adquisiuit, nobis cesserit. *De hac re dictum est infr. lib. 15. cap. 5.* Sane si procurator noster aliquam actionem nostro nomine adquisiuit, ad eam nobis cedendam mandati actione cogi potest. *l. possess. 49. ff. de adquir. possess.* Quarta exceptio est: Nisi tutor nomine pupilli, vel curator nomine adulti aliquid gessit, tunc enim ex eo obligatio simul & actio adquiritur ipsi pupillo & adulto, *approbatur per ea quæ habentur sup. lib. 5. cap. 1. quæst. 8.* Quinta: Nisi liber homo bona fide possideatur. *de qua re dictum supr. reg. 6. approbatur. l. liber homo. 54. in prin. ff. de adqu. rer. dom.* Hactenus de secundo adquirendi dominij loco, per quos scilicet adquiratur, sit dictum.

QVIBVS ADQVIRATVR DOminium, item quid, quale & quantum adquiratur.

CAP. III.

SEquitur tertius locus, Quibus scilicet dominium adquiratur, cuius loci Regula prima est; Si eadem res duobus diuersis temporibus alienata est, ei adquiritur rei dominium, cui primum res est tradita. *l. quoties. 15. C. de rei vendic. l. si ea res. 31. §. fin. ff. de action. empti & vendit. l. siue autem emptori. 9. §. si duobus. ff. de Publ. in rem act. M. I. R. dict. cap. 13. regul. 18.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alter à non domino emerit, alter à domino. *dict. leg. 31. §. fin.* Cuius replicatio est; Nisi quis, cum non dominus esset, vendidit ac tradidit, posteaque dominus factus, alij vendidit, tunc enim is qui prior à non domino emit, tuendus est. *l. si à Titio. 72. Digest. de rei vendicat. l. apud Celsum. 4. §. si à Titio. Digest. de doli mali except. Concordat item iisdem prope verbis, l. 2. Digest. de exception. rei venditæ.* Secunda exceptio esse videtur; Nisi alter, cui res tradita est, instrumentum emptionis non sit consecutus, sed reprobatur *l. quoties. 15. §. si igitur. C. de rei vendicat.* Tertia; Nisi alter, cui res tradita est, recepto precio, dominium cedat. *dict. leg. 15.* Quarta: Nisi simul duo eandem rem ab eodem emerint. *l. traditio. 20. §. fin. ff. de adquir. rerum dom.* Plures huiusmodi exceptiones vide *M. I. R. d. reg. 8.*

II. Regula: Si duo aliquam rem simul emerint, eaque alterutri eorum tradita sit, vtrique dominium est adquisitum. *dict. leg. 20. §. fi. ff. de adquir. rerum dom.*

III. Regula: Si quis alterius pecunia rem emerit, eius res est qui eam emit, non eius cuius est pecunia. *l. qui aliena. 8. C. si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, &c. l. 1. l. mancipia. 3. l. multum interest. 6. item l. vlt. C. eod. tt. l. ad probationem. 21. in fin. de probationibus. l. si ea pecunia. 6. C. de rei vendicatione. M. I. R. dict. c. 13. reg. 19.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi pecunia militis res aliqua sit comparata. *l. si vt proponis. 8. C. de rei vendicat.* Altera; Nisi tutor pecunia pupillari sibi aliquid emerit. *l. si curator. 3. C. arbitrium tutelæ.*

IV. Regula: Si seruus duorum vel plurium communis aliquid adquirat, id omnium dominorum commune est. De qua regula cum suis exceptionibus est dictum *supr. cap. prox. reg. 4.*

V. Regula: Si seruus, cuius vsusfructus alienus est, quid adquirat, id regulariter fructuario adquiritur, aliquando proprietario. De qua regula cum suis exceptionibus dictum est *supr. cap. prox. reg. 5.*

VI. Regula: Si liber homo vel seruus alienus ab alio bona fide possideatur, regulariter bonæ fidei possessori adquirit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. c. prox. reg. 6.* Plane huius regulæ exceptio est; Nisi bonæ fidei possessori adquiri non possit, tunc enim vel adquirenti, si liber est, vel domino eius, si est seruus, adquiritur. *l. homo lib. 54. §. fin. Digest. de adquirend.*

rerum dominio. l. adquiruntur. 10. §. idem placet, in fine. & l. qui bona fide. 23. §. generaliter. ff. eod. tt. Instit. per quas personas cuique adquir. §. idem placet. Sane quibus casibus non adquiratur bonæ fidei possessori, & per consequens propositæ exceptioni sit locus, expositum est *sup. cap. prox. reg. 6.* Plane huius exceptionis replicatio prima est: Nisi libero homini vel domino serui adquiri non possit, tunc enim adquiritur bonæ fidei possessori. *d. §. generaliter.* Huius replicationis species, sed & duplicationes sunt *replicationes proxime sequentes.* Secunda replicatio est: Nisi liber homo vel seruus alienus specialiter bonæ fidei possessori sit stipulatus. nam ex hac stipulatione nec libero homini, nec domino serui adquiritur actio. *l. si vsufructuarij. 31. ff. de stipulat. seruor. l. seruus. 14. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi liber homo vel seruus alienus possessionem adquisierit, nam hæc, si non bonæ fidei possessori adquiritur, neque libero homini adquiri potest, neque domino serui. *l. 1. § sed & per eum, in fin. ff. de adquir. possess. l. homo liber. 54. § fin. ff. de acquir. rerum dominio. l. si seruus 21. ff. eod. tt.* Quarta. Nisi liber homo hæreditatem iussu bonæ fidei possessoris adierit. Hæc enim aditio si in persona bonæ fidei possessoris inutilis est, nec libero homini prodest. approbatur simul & distinguitur *l. liber homo. 19. in fine ff. de adquir. rerum domin. l. homo liber. 54. in pr. ff. eod. tt. item l. qui putat 73. § qui bona. ff. de adquir. hæred.*

VII. Regula: Si duo sint vsufructuarij eiusdem serui, vel duo bonæ fidei possessores, vtrique adquiritur per eum. *l. qui bona fide. 23. § si quis. ff. de adquirend. rerum domin. l. sed & si quis. 25. §. si duos ff. de vsufruct. & quemadmod. &c.* Huius exceptio prima est: Nisi ex alterius re tantum adquisierit seruus. tunc enim ei soli adquiritur, ex cuius re est adquisitum. *dict. leg. 23. §. si quis. & §. quod autem. l. si alienus. 19. ff. de stipulat. seruorum.* Contradicit tamen *d. leg. 25. §. si duos.* Secunda exceptio est: Nisi vnius iussu stipulatus sit, vel adquisierit. huic enim soli adquirit. *l. si liber homo. 33. §. fin. ff. de stipulat. seruor. Concordat dict. leg. 25. §. si duos. ibi: idemque ait.* Tertia: Nisi alteri nominatim sit stipulatus seruus. *d. leg. 25. §. si duos. ibi: quod si nomine. ff. de vsufruct. & quemadmod. l. qui bona fide. 23. §. sed et si. ff. de adquirend. rerum dominio. item l. si cum. 32. ff. de stipulat. seruorum.* Ex qua constat, quod quamuis vni ex vsufructuarijs vel bonæ fidei possessoribus aquitatur in solidum: tamen per communi diuidundo iudicium alter ei partem possit auferre, & ita in euentu non nisi pars illi adquiratur: quod replicationis loco notandum. *cui concordat l. & si. 24. ff. eod. tt.* Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *sup. c. proxim. reg. 4.* Hæc de tertio adquirendi dominij loco, Quibus scilicet adquiratur. Sed & huius loci quæstiones plures ac regulas licet videre *sup. c. 1. causa 8. cum sequentibus.*

¶ Quartus & vltimus adquirendi dominii locus, de eo, Quid, quale & quantum adquiratur? Cuius loci Regula prima est: Res cum sua causa per traditionem & alienationem transfertur: hoc est, neque plus neque minus iuris, quam is qui alienat, in ea re habuit. *l. alienatio. 67. ff. de contrah. empt. l. nemo. 54 ff. de reg. iuris. item l. aliud. 120. §. fin. ff. eod. tt. l. traditio 20. ff. de adquirend. rerum domin.* Exceptio est. Nisi quid in contrahendo fuerit exceptum. *d. l. 67. & l. in emptionibus. 43. ff. de pactis.* Plane exceptio proposita in eo locum habet, si quis minus quam habet, ad alium transferre velit, non si plus velit transferre quam habet. hoc enim facere non potest. *l. traditio. 20. ff. de adquirend. rer. domin.* Plura de regula proposita vide *inf. lib. 18. cap. 1. q. 4. reg. 3.*

II. Regula: Seruus communis stipulando, vel per traditionem accipiendo, singulis dominis non pro virilibus, sed pro dominicis portionibus adquirit: *de quo sup. c. proxim. reg. 4. in prin. est dictum.* Concordat *l. si communis. 37. ff. de stipulat. seruorum.* Porro eius quoque hic admonendi sumus, quod si seruus communis ab vno ex dominis sit stipulatus, cæteris dominis reliquas tantum partes, præter eam partem ex qua promissor dominus est adquirat. *l. proinde, 7. §. si seruus. ff. eod. tt.* Reliquas propositæ regulæ exceptiones vide *sup. d. reg. 4.*

III. Regula: Duo eiusdem rei in solidum domini esse non possunt. *l. si vt certo. 5. §. si duob. ff. commodati. & l. penultim. §. pater peculij. ff. de castrens. peculio.*

Postremo, Quantum cuique in insula nata adquiratur, item si duorum materiæ sunt confusæ, &c. dictum est *sup. suis locis, cap. 1.* Hactenus ergo de adquirendo rerum dominio sit dictum. Sequitur de dominio rerum amittendo.

DE DOMINIO RERVM AMIttendo & alienando.

CAP. IV.

CAusæ ex quibus dominia rerum amitti solent, patent ex ijs quæ *sup. cap. 1.* sunt dicta. Eædem enim sunt amittendi dominii causæ, quæ dominij adquirendi: ijsdemque modis res desinunt esse nostræ, quibus adquiruntur. *l. 1. in fin. ff. pro derelicto. & (vt Paulus ait)* quibus modis adquirimus, ijsdem in contrarium actis amittimus. *l. nihil tam naturale. 35. & l. fere quibuscunque. 195. ff. de reg. iuris. M. I. P. lib. 5. cap. 3. reg. 2.* Proinde quod ad causas amittendi dominij attinet, repetenda sunt ea quæ dicta sunt sup. Sed & quid & quantum amittatur, patet ex ijs quæ paulo superius dicta sunt, *cap. proxim.* Plane sunt quædam de causis amittendi dominij peculiaria superius omissa, nec tamen prætereunda silentio, quæ in hoc capite proponam.

I. Amittendi dominij causa est, Alienatio. quanquam non ignoro, alienationem esse omnem actum, per quem dominium transfertur. *l. 1. in fin. C. de fundo dotali,* omnesque causas quibus dominium amittitur, sub se comprehendere. *M. I. R. lib. 3. cap. 13. regul. 24.* Vt tamen commodius proponi possint exceptiones, quæ aduersus amittendi dominij causas possunt opponi, alienatio hic pro prima amissionis causa proponenda, eique dictæ exceptiones ordine sunt subijciendæ.

Per traditionem igitur & alienationem dominium regulariter amittitur, *vt dictum est sup. c. 1. causa 17. in princ. M. I. R. d. reg. 24.* Huius autem regulæ exceptiones plures sunt, quarum prima hæc est: Nisi alius, non dominus rem alienauerit. *l. id quod nostrum. 11. ff. de reg. iuris. l. nemo. 6. C. de rebus alien. non alien. l. 1. l. 2. l. 4. item l. 5. C. eod. tt. l. cum nemo. 5. C. de adquir. possess. l. 3. C. de rei vendicat. l. 6. & l. 10. C. quod*

cum eo qui in aliena potest. l. 6. C. de furtis. M. I. R. dict. reg. 24. except. 1. Plane huius exceptionis replicationes plures sunt, quarum prima est; Nisi volente ac mandante domino alius rem eius alienauerit. *l. qua ratione. 9. §. nihil autem. ff. de adquir. rer. dom. Concordat ijsdem prope verbis Instit. de rer. diuis. §. venditæ. ibi: nihil autem l si quis. 41. §. fin. ff. de rei vendic. l. si consentiente. 14. C. de donat. antenuptias. l. 1. §. 1. ff. de except. rei venditæ. M. I. R. dict. except. 1. replic. 1.* Huius duplicatio prima est: Nisi is cui dominus rem suam alienandam mandauit, fines mandati excesserit. *dict. leg. 1. §. 1. & §. Celsus ait. l. cum mandati. 12. C. mandati. l. 7. §. procurator, in fine. ff. pro emptore. l. 63. in princ. ff. de contrah. empt. l. 5. §. item si mandauero. ff. mandati.* Cuius triplicatio est: Nisi cum quis certam quantitatem pecuniæ vel rei suæ alienandam mandasset, mandatarius plus alienauerit: hoc enim casu non totius quod alienatum est, sed eius tantum quod plus alienatum est, vindicatio competit. *l. si creditor. 37. §. 1. ff. de peculio.* Secunda duplicatio est: Nisi dominus ignorauit rem suam esse. *l. sed etsi. 11. §. fin. ff. de contrah. empt.* Tertia: Nisi dominus postea rem venditam tradi prohibuit. reprobatur *l. si quis. 14. ff. de Publ. in rem act.* Quarta: Nisi mandatarius mortuo demum mandatore rem alienauit. *l. fundi. 33. § fin. ff. de adquir. posses.* Huius duplicationis ratio est, quia mandatum morte mandantis soluitur. *Concordat l. sed interim. 11. §. si vxor. ff. de donat. int. vir. & vxor.* Propositæ duplicationis triplicatio est: Nisi mandatarius mandatum exequens, ignoret mandatorem decessisse: quo casu possessio quidem recte traditur, vt ait Iurisconsultus, dominium autem transferri non videtur. *dict. §. fin. l. eius qui. 41. §. quas vero. ff. si certum petatur. & l. 2. §. sed si quis. ff. de donationibus.* Contradicit *l. hoc iure. 19 ff. de donationibus.* Quinta duplicatio est: Nisi alius suo, non mandantis nomine dederit vel alienauerit. *l. si tibi. 25. ff. de donationibus. l. fundum. 85. ff. de iure dotium. item l. Cassius. 17 ff. de solutionibus.* Sexta duplicatio est: Nisi is qui vendere iussus est, minoris vendiderit. *l. qui fundum. 7. §. procurator, in fin. ff. pro emptore.* Septima: Nisi cum dominus Titio mandasset rem suam alienandam, mortuo Titio hæres eius alienauerit. *l. mandatum. 57. in fin. ff. mandati.* Octaua: Nisi cum dominus generaliter alicui res suas administrandas & alienandas commisisset, is fraudulenter quædam alienauerit. *l. creditor. 60. ff. eod. tt.* Hæc de duplicationibus, quæ primæ replicationi solent opponi, sint dicta. Sane quæcunque exceptiones mandato possunt opponi, eædem etiam propositæ replicationi obstant. Secunda replicatio est; Nisi dominus alienationem rei suæ ab alio factam, ratam habuerit *l. iusto. 44. §. constat. ff. de vsucap.* Ratio est, quia ratihabitio mandato comparatur. *l. vero. 12. §. fin. ff. de solut. l. semper. 60. & l. hoc iure. 194. §. deiecit. ff. de reg. iuris. l. mater. 3. §. sin autem. C. de rei vendicat. l. venditioni. 4. C. de vsucap. pro emptore. l. exceptione. 11. C. de euictionibus.* Plane propositæ replicationis duplicatio est: Nisi per errorem & ignorantiam contractum ratum habuit. approbatur exemplo *l. Titius. 8. ff. de rescind. vendit.* Pluta de publicatione proposita vide *paulo inferius except. 7.* Tertia replicatio est: Nisi instrumentum alienationis ab alio factæ, sigillo domini sit signatum, ipso quidem iure approbatur: quia ex eo præsumitur domini consensus & voluntas. verum recipit duplicationem hanc: Nisi fraus intercesserit. *l. 2. C. de res alienis non alienandis.* Quarta replicatio: Nisi pater rem filij alienauit. reprobatur *l. si fundum. 5. C. dict. tt.* Quinta: Nisi maritus prædium dotale alienauerit. reprobatur *l. cum vir. 42. in princ. ff. de vsucap. de qua re inf. except. 4.* Sexta; Nisi filiusfamilias vel seruus rem peculiarem alienauerit. Hæc replicatio regulariter quidem reprobatur, admittitur autem potissimum in duobus casibus: scilicet, si seruus vel filius liberam peculij administrationem habeat: &, si ei res ab alio sit donata hac conditione, vt eam alij traderet. Prior casus approbatur *l. si quis. 41. § fin. ff. de rei vendicat.* Sed etsi domini voluntate rem tradat, idem erit dicendum; quemadmodum & cum procurator voluntate domini vendidit & tradidit, in rem actio mihi præstabitur. Posterior casus approbatur *l. sed si. 9. §. 1. ff. ad S. C. Macedon.* Septima replicatio est: Nisi tutor vel curator rem pupilli vel adulti alienauerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 5. cap. 11. officio 5. item cap. 14. & cap. 15. q. 2.* Huius duplicatio inter cæteras & hæc est: Nisi tutor vel curator rem minoris tanquam suam alienauerit. *l. Iulianus. 10. §. curator. ff. de curatoribus furioso dandis.* Octaua replicatio est: Nisi creditor iure pignoris rem vendiderit. *l. non est nouum. 46. ff. de adquir. rer. dom. Institut. quibus alienare licet. §. contra autem. l. si ob causam. 13. C. de euictionib.* Plane duplicationes huius replicationis plures sunt, quæ proponentur *inf. in Parte 5. de pignoribus. Sed & de ijs vide sup. lib. 2. cap. 34. quæst. 7. reg. 7.* Nona replicatio: Nisi alius rem pro domino insolutum dederit. reprobatur *l. mancipia. 4. C. de rebus alien. non alien.* Decima est: Nisi dominus ei qui rem suam alienauit, hæres extiterit. *l. siue possesto. 14. C. de euictionibus. l. cum à matre. 14. C. de rei vendicat. item l. 1. in princ. ff. de except. rei venditæ. M. I. R. lib. 3. cap. 13. reg. 24. except. 1. replic. 2.* Huius duplicatio est; Nisi emptor malit re euicta actionem aduersus euincentem de eo quod sua interest, instituere. *l. venditrici. 3. C. de rebus alienis non alienand. & l. Seia. 73. D. de euictione.* Vndecima replicatio est; Nisi is qui rem alienam alienauit, postea domino rei successerit, vel alio modo dominium rei sit nactus. *l. 1. in princ. cum l. sequ. in fin. D. de except. rei venditæ. l. vindicantem. 17. D. de euictionibus. l. si à Titio, 72. in fin. D. de rei vendicat. l. apud Celsum. 4. § si à Titio, in fin. D. de doli mali except. l. si quis. 47. D. de action. empti. l. cum vir. 42. D. de vsucap. l. et si. 10. D. de distract. pignor. l. 1. §. si tamen. C. creditorem euictionem. l. 1. cum lege seq. C. ne fiscus, rem, quam. l. filiam. 56. D. ad S. C. Trebell. l. proinde. 8. in fine. D. si certum petatur. l. quædam. 16. D. de rebus dubiis. M. I. R. dict. except. 1. replic. 3.* Huius duplicatio est; Nisi emptor malit re reddita ex stipulatu ad duplum consequendum agere, vel empti actione ad id quod interest. *l. vindicantem. 17. in fine. D. de euictione.* Similis duplicatio proposita est *sup. replicat. prox. in fine.* Duodecima replicatio est; Nisi res à possessore sit vlucapta vel præscripta. *l. venditioni. 4. in fine. C. de vsucap. pro emptore. l. aduersus. 4. C. de rei vendicat. l. si vineæ. 3. C. de præscript. longi temp. item l. 2. in fine. & l. si fundum. 5. C. de rebus alienis non alienandis. M. I. R. dict. except. 1. replicat. 4.* Plane replicationis propositæ duplicationes tot sunt, quot exceptiones

ceptiones aduersus vsucapionem, de quibus vide *inf. eod. lib.* Decimatertia replicatio est: Nisi res possessa à domino sit donata vel vendita. *l. 2. §. fin. cum l. sequente. ff. pro emptore.* Contradicit quodammodo *l. non solum. 33 §. quod vulgo ff. de vsucap.* Decimaquarta replicatio est: Nisi socius rem communem alienauerit. hoc enim casu pro parte valet alienatio: quamuis is qui alienat, nullam partem rei quæsita sit, demonstrare possit. approbatur exemplo *l. ante. 16. C. de iure dotium. Concordat l. falso. 3. cum l. sequ. C. de communium rerum alienat.* Plane si eo rem communem alienante, in solidũ alienatio contingit. *l. 2. C. d. tt.* Decimaquinta replicatio est; Nisi dominus pretium, quod in rem eius versum est, non restituat. *l. 19 C. de procuratoribus.* Hactenus de prima causæ propositæ exceptione, eiusque replicationibus. Secunda exceptio est: Nisi is cui bonis interdictum est, rem suam alienauerit. *l. Iulianus. 10. in princ. ff. de curatore furioso. & l. is cui. 6. ff. de verb. oblig. l. si sciens. 26. ff. de contrah. empt. M. I. R. d. reg. 24. except. 2.* Tertia: Nisi pupillus alienauerit. *l. pupillus 11. ff. de adqu. rer. domin.* Ratio est: quia placuit meliorem quidem conditionem licere eis facere, etiam sine tutoris authoritate: deteriorem vero, non aliter quam cum tutoris authoritate. *Institut. de author. tutor. § namque placuit. Concordat Institut. quibus alienare licet. §. nunc admonendi. & §. fin.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi tutore auctore pupillus alienauerit, *d. l. 11.* De qua plura vide *sup. lib. 5 c. 15. q. 2.* Secunda replicatio est: Nisi res à pupillo alienata, bona fide sit consumpta *dict. §. nunc admonendi.* De qua re alibi plura. Quarta exceptio est; Nisi maritus prædium dotale alienauerit. *l. cum vir. 42. in princ. ff. de vsucap. Instit. quibus alienare licet, in princ. de qua re vide sup. lib. 4. cap. 18 quæst. 5.* Quinta: Nisi incertæ personæ alienatio sit facta. reprobatur *Instit. de rer. diuis. § hoc amplius. Concordat ijsdem verbis l. qua ratione. 9. § hoc amplius. ff. de adquirend. rerum dom. item l. si id. 5. §. fin. ff. pro derelicto.* Sexta: Nisi nulla, vel in usta tradendi causa præcesserit. *l. nunquam. 31. in princ. ff. de adquir. rerum domin.* Huius exemplum proponitur *l. hæc ratio. 3. §. sciendum. ff. de donat. inter virum & vxor. Concordat l. quæ iam. 48. item l. sed interim. 11 in prin. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 13. reg. 15. except. 1. & 2. item reg. 24. except. 8.* Septima exceptio est: Nisi error interuenit. *l. si procurator. 35. ff. de adquir. rer. dom. l. Titius. 8. ff. de rescind. vendit. l. re tua. 18 C. de rei vendicat. l. 3. §. fabt. lius. ff. de condict. ob causam.* Contradicit *l. seruum. 49 ff. mandati.* vbi ait Iurisconsultus: Sed mandati eum agere posse, si quid eius interfuisset, quia forte venditurus non fuerit. Ex his verbis colligi potest prima aduersus exceptionem propositam replicatio, hæc scilicet: Nisi dominus mandati actione indemnis seruari possit. tunc enim traditio valere videtur, proposita exceptione non obstante. Sed hæc replicatio mihi quidem satis dura videtur. Secunda: Nisi circa causam traditionis error interueniat. *l. cũm in corpus 36. ff. de adquir. rer. domin.* Contradicit *l. si ego. 18. ff. si certum petatur.* Tertia: Nisi is cui traditur, falso existimet à non domino sibi tradi. *l. regula. 9. §. qui ignorauit. ff. de iuris & facti ignor. Vide idem de except proposita inf. lib. 15. cap. 15. except. 15.* Octaua exceptio est: Nisi res alienari prohibita sit alienata. *l. sancimus. 7. C. de rebus alien. non alien. M. I. R. dict. reg. 24. except. 11.* Exemplum proponitur *l. vnica. C. non licere habitatoribus, &c.* Replicatio prima est: Nisi lex quæ alienationem prohibuit, casum, de quo quæritur, exceperit. *dict. leg. 7. vers. nisi in ijs tantummodo.* Secunda: Nisi per vniuersitatem res ad hæredem transeat. *l. quædam. 62. ff. de adquir. rerum domin.* Tertia: Nisi vniuersis bonis alienare prohibitis, dotis vel donationis ante nuptias causa ex ijs alienetur. approbatur *per ea quæ proposita sunt inf. lib. 13. capite. 4. de eo quod ad rogatum ex bonis peruenerit, reg. 12. M. I. R. dict. except. 11 replic. 1.* Quarta, replicatio est: Nisi creditores aut fiscus bona testatoris aut hæredis vendant. *l. filiusfamil. 111. §. diui Seuerus, in fin. ff. de leg. 1.* Quinta: Nisi alicui ex suo corpore seu familia alienauerit, non extraneo. approbatur exemplo *l. vnica. C. non licere habitatoribus, &c.* Nona exceptio: Nisi stipendiaria vel tributaria prædia tradantur. reprobatur simul & declaratur *Institut. de rerum diuis. §. per traditionem. ibi: itaq;.* Decima: Nisi res nondum sit tradita. *Hæc exceptio tractata est sup. cap. 1. causa 18.* Vndecima: Nisi causa traditionis non sit secuta. reprobatur exemplo dotis *l. si ego. 9. in princ. ff. de iure dotium.* vbi ait Iurisconsultus: Sed condictione tenebitur. scilicet causa dati, causa non secuta. Proinde si res alicui ob causam tradita est, transfertur quidem dominium, licet causa non sit secuta: & ob id qui tradidit, eam rem tanquam suam amplius vendicare non potest: condicere tamen potest, qui tradidit condictione causa non secuta. Duodecima exceptio: Nisi conditio, sub qua res tradita est, defecerit. *dict. leg. 9. in princ. ibi: quod si pro ea.* Decimatertia: Nisi vendita re, & tradita, pretium non sit solutum. *Instit. de rerum diuis. §. venditæ. & l. serui. 16. ff. de periculo & commodo rei vendit. l. 5. §. sed etsi dedi, in fine. ff. de tribut. act. M. I. R. lib. 3. ca. 13. regula 15. except. 9. & reg. 24 except. 18.* Prima huius replicatio est: Nisi emptor alio modo venditori satisfecerit, puta fideiussore vel pignore dato. *dict. §. venditæ. l. quod vendidi. 19. ff. de contrahen. empt. l. vt res. 53. ff. eod. tt. M. I. R. dict. except. 17. replicat. 1.* Altera: Nisi venditor emptori fidem de precio habuerit. *d. §. venditæ in fine. d. l. 19. l. inutile. 12. C. de rei vendicat. M. I. R. dict. except. 9. replicat. 1. & dict. except. 18. replic. 1.* Decimaquarta exceptio videtur esse: Nisi scriptura non interuenerit, reprobatur quidem ipso iure, admittitur tamen in casu *l. vnica. §. si quid eo nomine. ibi: quod si prædia. C. de suffragio.* Decimaquinta: Nisi res ita tradita sit, vt restituatur. approbatur *per ea quæ habentur inf cap. 9. de exceptionibus aduersus vsucapionem, except. 26. Concordat l. non videtur. 51. ff. de regul. iuris. M. I. R. dict. reg. 24. except. 14.* Huius replicatio est: Nisi res ita donata sit, vt donatori statim credatur. *l. qui id. 34. §. ea lege, ff. de donationibus.* Decimasexta exceptio esse videtur: Nisi is qui non est soluendo, in fraudem creditorum alienet. sed reprobatur *l. si sciens. 26. in fin. ff. de controhenda empt.* Decimaseptima est: Nisi ab hærede deliberante res hæreditaria comparata sit. *dict. leg. 26.* Hæc de prima amittendi dominij causa cum suis exceptionibus.

11. Causa amittendi dominij, Si dominus rem pro derelicto habuerit. approbatur *l. 1. ff. pro derelicto. de qua re vide sup. cap. 1. causa 3.* Exemplum huius causæ est *l. vlt. ff. eod. tt.* Plane exceptio prima est: Nisi

Nisi dominus rem nondum abiecerit. *l.si quis.17. §.1.ff.de adquir.vel amit.poſſeſſ.* Secunda: Nisi res ab alio poſſeſſa non ſit.reprobatur *l.2. ff. pro derelicto.* Tertia: Nisi pars tantum pro derelicto habeatur. *l.an pars 3.ff.eod.tt.* Cuius replicatio eſt: Nisi ſocius partem ſuam in re communi pro derelicto habeat.*d.l.3.* Plura de cauſa ꝓpoſita vide *ſup.d.c.1.cauſ.3.*

11x. Cauſa: Si dominus rem perdiderit. Hæc cauſa reprobatur *per ea quæ dict.ſunt ſup.cap. 1.cauſa 3.except.2.*

1v. Cauſa: Si dominus poſſeſſori rei ſuæ vim intulerit ad eam recuperandam. De hac cauſa cum ſimilibus vide *inf. in Parte vlt.de liberationibus.* Sed & plures amittendi dominij cauſæ poſſunt annotari ex ijs quæ *inf. c. prox.inter exceptiones* proponentur. Hactenus igitur de dominio rerum tam adquirendo quam amittendo ſit dictum. Sequuntur nunc actiones quę pro dominio & quaſi dominio vindicando competunt: vt eſt rei vindicatio, & Publiciana in rem actio.

DE REI VENDICAtione.

CAP. V.

REi vendicatio eſt, ſpecialis in rem actio, qua non vniuerſas res, vt petitione hæreditatis, ſed ſingulas perſequimur. *l. 1.in princ. ff. de rei vendicat.* Quid autem in rem actio ſit, quæq; ſint eius proprietates, dictum eſt *inf.lib.15.c.3. de actionibus, diuiſ.1.* Plane de rei vendicatione, primum proponetur cauſa rei vendicationis cum ſuis exceptionibus. Deinde, de perſonis agetur, quibus ea competit. Tertio, de perſonis eorum aduerſus quos datur. Quarto, vbi & apud quem competat. Quinto, quid veniat in ea petendum. Sexto, antecedentia, adiuncta, & euentus eius proponentur. Poſtremo, adfinia eius remedia.

1. Cauſa igitur rei vendicationis eſt, dominium actoris. *quæ approbatur l.in rem.23.in princ. ff.de rei vendic. Concordat Inſtit.de actionibus. §. ſed iſtæ quidem.ibi: quippe ita proditæ ſunt. M.I.R.lib.3. c.13.reg.28.* Si quis ergo dominium alicuius rei habeat vel iure gentium, vel iure ciuili, eamque rem amiſerit, competit ei aduerſus rei poſſeſſorem hæc actio ad eam recuperandam. Cauſæ autem ex quibus iure gentium, quędam etiam ex quibus iure ciuili dominia rerum adquiruntur, enumeratæ ſunt *ſup.c.1.* quarum aliquam actor, qui rei quam vindicat dominus ab aduerſario negatur, allegare & probare tenetur. Sed & ibidem aduerſus ſingulas cauſas exceptiones competentes propoſitę ſunt, quibus ſe reus conuentus in hoc iudicio poteſt tueri. Plane ſunt quædam exceptiones vniuerſales, quæ cuilibet dominij cauſæ obſtant: quarum quædam *ſup.cap.prox.* expoſitæ ſunt, quædam hoc loco ſunt proponendæ.

1. Exceptio: Nisi dominus actor rem alienauerit. De hac exceptione cum ſuis replicationibus vide *ſup.cap.prox.*

11. Exceptio: Nisi à non domino rem adquiſiuerit actor. Hoc caſu non rei vendicatio, ſed Publiciana in rem actio datur. *de qua inf.c.7 dicetur.*

111. Exceptio: Nisi dominium ab actore aliqua conditione exiſtente poſſit abire. reprobatur *l.non ideo.66.ff.de rei vendicat. & l.plerunq;. 206.ff.de reg.iuris.* Plane exiſtente conditione, rei vendicatio amplius non competit. Quæ diſtinctio approbatur exemplo *l.ſi quis.41.in pr.ff.de rei vendic.*

1v. Exceptio; Nisi actor aliquo actu confeſſus ſit, rem poſſeſſoris eſſe. Hęc exceptio ſine dubio iuſta eſt, eiuſque exemplum eſt *infra exceptio proxim.M.I.R.d.reg.28.exc.1.* Replicatio eſt: Nisi errore lapſus ſit actor. *l.re tua.18.C.de rei vend.l.ſub prætextu.29.in fin.C.de tranſactionib.l.ſeruum.22.C.familiæ erciſcundæ.l.inter officium.34.ff.de rei vendic. l.ſed etſi. 15 §.fin.ff.de contrah.empt.l.qui rem.20. C. de locato & cond.item l.ad probationem 23.C.eod.tt.* Plures replicationes vide *M.I.R.d.exc.2.*

v. Exceptio: Nisi actor fideiuſſor extitit apud reum, pro eo qui ei alienauit. *l.exceptione.11.C. de euictionibus.* Plane exceptio hæc fideiuſſoris hæredi ex ſua perſona dominium vendicanti obijci non poteſt. *l.fin.C.eod.tt.*

v1. Exceptio: Nisi actor hæres extiterit ei, qui reo rem alienauit. approbatur *per ea quæ habentur ſup.ca.prox cauſa 1.exc.1.repl.10. Vide item M.I.R.d.reg. 24.exc.1.repl.2.*

v11. Exceptio: Nisi conuenerit inter actorem & reum, vt poſſeſſio rei alij tradatur. *De hac exceptione vide inf.lib.24.c.13.ſpecie 2.*

11x. Exceptio: Nisi res à poſſeſſore ſit vſucapta. *De hac exceptione vide ſup.cap.prox.cauſa 1.except.1. replic.12.*

1x. Exceptio: Nisi res poſſeſſori pignori ſit obligata. approbatur quidem, *M.I.R.d.reg.28.except.5.* verum ſub hac conditione: Nisi actor debitum ſoluat. *l.ſi dominium.9.C.de pignorib.* Quod primæ replicationis loco notandum. Altera replicatio eſt: Nisi reus dominium actori prius negauerat, & actor illud probauerit. hoc enim caſu, exceptione iſta non obſtante, reus ſua poſſeſſione in pœnam priuatur, ſic tamen vt illi petitorium iudicium ſit ſaluum. *Nou.18.§.enimuero & illud. Accedit Turz.opin.174.*

x. Exceptio: Nisi non præſtet ſumptus actor, quos in eam rem poſſeſſor fecit: item, Nisi alia, quæ actorem præſtare conuenit, vt cautiones, &c. non præſtet. De huiuſmodi exceptionibus vide *inf.quæſt.6.reg.7.*

x1. Exceptio: Nisi vſusfructus rei alterius ſit. reprobatur *l.recte dicimus.25.in princ. ff. de verbor. ſignific.*

x11. Exceptio: Nisi pars rei alterius ſit, approbatur ex definitione *d.l.25.* Nam ſi meum eſt, cuius nulla pars alterius eſt, eaq; definitio eſt iuſta: colligitur id meum non eſſe, cuius pars alterius eſt. Plane non ideo magis quis eam rem, cuius pars alterius eſt, pro ſua parte prohibetur vendicare, etiam ſocio abſente. *de qua re vide inf. lib.15.c. 4.reg.4.* Idque magis dicendum eſt, ſi pro diuiſo pars rei noſtra ſit. Nam quod pro diuiſo noſtrum eſt (Mutius ait) id non partem, ſed totum eſſe. *l. recte dicimus.25.§.fin.ff de verb.ſignifi.* Quæ autem de tota re vendicanda ſtatuuntur, eadem & de parte intelligenda ſunt: officioque iudicis continetur, pro modo partis ea quoque reſtitui iubere, quæ ſimul cum parte ipſa reſtitui debent. *l.quæ de tota. 67.in pr.ff.de rei vendicat.* Plura de exceptione propoſita vide *inf.exc.23.& 25.*

x111. Exceptio: Nisi reus non poſſideat rem petitam. *l.qui petitorio. 36. in princ.ff.de rei vendicat.l. 1.in princ.C.vbi in rem actio, & c.l.vlt. ff. de rei vendicat.*

M.I.R.

M.I.R.d.reg.28.except.2. Huius replicatio prima eſt: Nisi dolo deſierit poſſidere. *d.l.36. l.ſin autem.27. §.ſed & is qui.ff.eod.tt.l.item veniunt.20. §.præter hæc. ibi.eos qui bona.ff.de petitione hæred.item l.ad ea.199. §. 1.l.parem.192.& l.qui dolo.173.ff.de reg.iuris. M.I.P.lib. 5.cap.3.reg.3.M.I.R.d.exc.2.repl.2.* Cuius duplicatio eſt: Nisi ſeruus ignorante domino dolo malo poſſidere deſierit. *l.cum ſeruus. 16.ff. ad exhibendum. M.I.P.d reg.3.exc.1.& lib.5 cap.12.reg.83.* Secunda replicatio: Nisi litis conteſtatæ tempore poſſederit. reprobatur *d.l. 27.§.poſſidere. ff. de rei vendicat.l. vlt.ff.ſi vſusfruct.petatur.* Tertia eſt: Nisi poſſeſſionem poſtea ſit nactus. *d.§.poſſidere.in fine.l.quæſitum 30.in prin.ff.de peculio.* Quarta; Nisi cum non poſſideret reus, liti ſe obtulit. *l.is qui. 25.in princ.ff. de rei vendicat.l.vlt.ff.ſi vſusfr.petatur.l.nec vllam 13.§. non ſolum.ff.de petit.hæreditatis.item l.qui ſe liti.45. in fine.ff. d.tt.M.I.R.d.exc.2.repl.1.* Huius duplicatio prima eſt: Nisi actor ſciat reum non poſſidere. *d.l.is qui. 25.cum l.ſeq.& d.l.45.* Secundæ duplicationis loco notandum, quod ſi ante litem conteſtatam reus rurſus neget ſe poſſidere, replicatio iam dicta de offerendo ſe liti, ei non obſtet. *d.l.25.* Plane iam dicta duplicatio recipit triplicationem hanc; Nisi cum à certa perſona actor petere vellet, reus liti ſe obtulit. hoc enim caſu, quamuis poſtea ſe neget poſſidere, etiam ante litem conteſtatam condemnandus eſt. *l.ſin autem.27.in pr.ff.de rei vendicat.* Hæc de 13. exceptione, cum quatuor eius replicationib. ſint dicta. Plures proponentur *inf.in Parte 4.lib.11.de petit.hæred.*

x1v. Exceptio: Nisi res quæ petitur, interierit. De hac exceptione cum alijs pluribus vide *inf. lib.24.cap.17.de rei interitu.*

xv. Exceptio; Nisi ſeruus qui petitur, fugerit. *l.ſi è bonæ fidei.21.ff.de rei vendic.* Huius replicatio eſt: Nisi talis ſeruus fuerit, qui cuſtodiri debuerit. *dict.leg.23.& l.qui petitorio.36.§.fin.ff.eod.tt.* Plane licet propter fugam ſerui poſſeſſor abſoluatur, etſi non cogatur cauere de perſequenda re, tamen cauere debet poſſeſſor, ſi rem nactus fuerit, vt eam reſtituat. Quod notandum loco ſecundæ replicationis. *dict.leg.21.in fine. Concordat l.cum res. 47. §.itaq; ſi Stichus.ff.de leg.1.* Tertia replicatio eſt: Nisi dolo poſſeſſoris fugerit. *l. quod ſi dolo. 22.ff. de rei vend.*

xv1. Exceptio: Nisi eiuſdem rei nomine ab alio quoque controuerſiam patiatur reus. reprobatur, certo tamen modo. *l.is à quo. 57.ff. de rei vendicat.& l.à quo.58.ff.eod.tt.item l.penult.ff.de petit.hæredit l.hæc autem.4.§.1.ff.ſi cui plus quam per legem Falcidiam.M.I.R.lib.2.cap.7.reg.57.*

xv11. Exceptio: Nisi is per quem reus poſſidet, abſit. *l.ſin autem.27.§.ſi per filium.ff.de rei vend.*

x11x. Exceptio: Nisi ſemel actum ſit. approbatur *per ea quæ habentur inf.lib.24.cap.14.in pr.* Cuius inter cæteras replicationes & hæc numeratur: Nisi cum alio antea actum ſit: tunc enim alij, cum quo poſtea agitur, exceptio rei iudicatæ vel in iudicium deductæ non prodeſt, *per ea quæ habentur d.cap.14.reg.1.* Cuius exemplum proponitur *l.ſi is qui.7.ff. de rei vendicatione.* Simile exemplum vide *inf.lib.11.cap.2.reg.1.exc.15.* Reliquas replicationes vide *d.cap.14.cum ſeq.*

x1x. Exceptio: Nisi rem reſtituit reus, vel reſtituere ſit paratus. Et de hac exceptione cum alijs ſimilibus vide *inf.in Parte 7. de liberationib.* Superſunt adhuc præter hactenus propoſitas exceptiones, & aliæ, quæ ſumuntur ex re quæ vindicatur, de quibus nunc ſequitur.

xx. Exceptio: Nisi liberi petantur. *l. 1. §. per hanc.ff. de rei vendicat.* vbi ait Iuriſconſultus: Nisi forte adiecta cauſa quis vendicet. Per hæc verba replicatio introducitur aduerſus exceptionem propoſitam. Quid autem ſit Adiecta cauſa vendicare, declarat Iuriſconſultus verbis ſequentib.

xx1. Exceptio: Nisi res ſacræ aut religioſæ petantur. *l.in rem.23.§ loca.ff.de rei vendicat. & l.quæ religioſis.43.in prin.ff.eod.tt.*

xx11. Exceptio: Nisi res mobilis vel animata petatur. reprobatur *l.1.in pr.ff.de rei vendic.*

xx111. Exceptio: Nisi res vniuerſæ petantur. *l.1.in pr.ff.de rei vendicat.M.I.R.lib.3.cap.13.reg.28.exc. 4.* Huius replicatio eſt: Nisi grex, armentum, equitium, &c. petantur. *d.l.1.§.fin.* Plane replicatio hæc videtur recipere hanc duplicationem: Nisi non omnia gregis capita ſint actoris. Quæ tamen reprobatur *d.l.1.§.fin.l.in rem.23.§.at in his. ff. eod.tt.* Admittitur primum, ſi dimidia pars gregis non actoris ſit, ſed alterius. tunc enim nec grex, nec dimidia pars gregis vindicabitur, ſed ſingulæ oues. *l.2.in pr.ff.de rei vendic.* Secundæ diſtinctionis loco notandum, quod quamuis aliena capita in petitione veniant, non tamen veniunt in reſtitutione. *d.l.2.in fine.*

xx1v. Exceptio: Nisi res incerta petatur. *l.ſi in rem.6.ff.de rei vendic.de qua inf.quæſt.6.reg.5.* Vnde ſi plures ſint eiuſdem nominis ſerui, puta plures Helotes, nec appareat de quo actum ſit, nulla fiet condemnatio. *l.idem Pomponius.5. §.fin.ff. de rei vendic.* Huius replicatio eſt: Nisi iuſta cauſa interueniat. approbatur ſimul & declaratur *l. quæ de tota. 76.§.incertæ.ff.de rei vendic.l.1.§.fin.ff.ſi pars hæreditatis petatur.*

xx v. Exceptio: Nisi pars eius quod ſine interitu diuidi non poteſt, petatur. reprobatur *l.ex diuerſo.35.§.fin.ff. de rei vendic.* Plures exceptiones vide *inf.quæſt.3.reg.2.*

II. QVIBVS COMPETIT rei vendicatio?

Hactenus de cauſa rei vendicationis, cum ſuis exceptionibus. Sequitur ſecundus locus, Quibus ſcilicet ea competat?

1. Regula: Si duo eandem rem ab eodem petant, vtri reſtituenda, & quid præterea iuris ſit, vide *ſup.q.prox.exc.16.*

11. Regula; Rei dotalis vindicatio marito, non vxori datur. *l.doce ancillam.9. C.de rei vendic. M.I.R. lib.3 ca.13.reg.29.* De qua re plura vide *ſup.lib.4.cap. 19.reg.1.*

111. Regula; Superficiario etiam rei vendicatio competit. approbatur ſimul & declaratur *l.id eſt.74.ff.de rei vendic.& l.2.ff.de ſuperficieb.* Plura de regula ꝓpoſita vide *inf.lib.prox.de ſuperficiebus, in fine.*

1v. Regula; Emphyteutæ, & ei qui agros vectigales habet, actio quoque in rem competit. *l.1. §.fin.cum duabus legibus ſequentibus.ff.ſi ager vectigalis, vel, &c.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

Hactenus regulæ ſecũdi loci Rei vendicationis? Plures

Plures huiusmodi regulas huc pertinentes vide *sup.cap.*5.Sequitur tertius locus, de personis aduersus quas rei vendicatio competat. cuius loci REGVLA PRIMA est: Rei vendicatio aduersus possessorem rei competit.*l.actionum.*24.*in pr.ff. de actionib. & obligat.Inst.de action.*§.*omnium.item.l.*1.*C. vbi in rem actio.M.I.R.d.cap.*13.*reg.*31. Huius regulæ exceptio prima: Nisi non possideat, sed detineat saltem, vel in possessione sit rei, puta ex causa depositi, commodati, &c. reprobatur *l.officium.*9.*ff. de rei vendicat.M.I.R.d.reg.*31.*except.*1. Plane is qui alterius nomine possidet, potest denunciare domino, vel ei cuius nomine possidet, vt litem suscipiat. in eamque rem dilationem accipit. *l.*2.*C, vbi in rem actio.* Creditor quoque, qui pignoris iure rem tenet, rei vendicatione tenetur.*l.serui nomine.* 16 *ff.de vsucapion.* Secunda exceptio est: Nisi à fisco, vel Imperatore, vel Augusta rem comparauerit possessor, *Inst.de vsucap.*§.*fin.l.*2.*in prin. cum l. seq.C.de quadriennij præscript.M.I.R.lib.*3.*cap.*13.*reg.*28. *except.*2.*repl.*5.vbi etiam distinguitur.*item d.reg.*31. *except.*2. Tertia: Nisi postea sine dolo malo possessionem amittat.*l.sin autem.*27.§.*possidere. ff. de rei vendic.M.I.R.d.reg.*31.*except.*3. Quarta: Nisi seruus res detineat.*l.non seruum.*20. *C. de rei vendicat.* Ratio est, Quod cum seruis nulla sit actio. *l. cum seruis.*107.*ff.de reg.iuris.*

II. Regula: Si quis dimidiam partem alicuius rei petat, quam rem socius eius & extraneus possident, non ab vtrisq; quadrantē, sed ab extraneo totum semissem petet.*l.Pomponius.*8.*ff. de rei vendic.* Huius exceptio est: Nisi socius & extraneus pro diuiso rem quæ petitur, possideant.*d.l.*8. Cui quoad hæreditatis petitionem, concordat *l.*1.§.*si ego.ff.si pars hæreditatis petatur.*

III. Regula: Is qui non possidet, rei vendicatione non tenetur. *l. qui petitorio.*36.*in prin.ff.de rei vendic.de qua re vide sup.except.*13.

IV. Regula, De hærede possessoris; qui si ipse non possideat, hac actione non tenetur.*l.cum autem.*52.*ff.de rei vendic. & l.si possessor.*55.*ff. dict. tt.* Exceptio prima est: Nisi defunctus post litem contestatam rem dolo malo possidere desierit. hoc enim casu eius quoque hæres, quamuis nihil possideat, tenetur.*dict.leg.*52.*l.nemo enim.*87.*in fine.ff. de reg.iuris.* Secunda: Nisi ob id, quod defunctus dolo vel culpa circa rem versatus sit, condemnatio sit facienda. hoc enim casu etiam hęres non possidens tenetur.*l.si in rem.*42 *ff.de rei vendicat.* Tertia; Nisi hæres ex re quam possedit defunctus, locupletior sit factus, in illud enim tenetur. *l. cum autem.*52 *ff.d.tt.* Quartæ exceptionis loco notandum, quod hæres defuncti possessoris, licet ipse non possideat, tamen ex dolo quoque & culpa sua, quam circa rem petitam admisit, teneatur.*l.si in rem.*51.*ff.de rei vendic.*

IV. VBI ET APVD QVEM competat rei vendicatio?

¶ Hæc de tertia quæstione, scilicet Aduersus quos competat rei vendicatio? Sequitur quarta quæstio, vbi & apud quem competat? Cuius loci regula hæc est: Rei vēdicatio ibi competit, vbi res est.*l.actor.*5.*C.vbi in rem actio exerceri debeat. & l. quod legatur.*38.*ff.de iudicijs.M.I.P.lib.*5.*c.*3.*reg.*5. Plane videtur in arbitrio esse ipsius actoris, vtrum locum vbi res est, an domicilium rei conuenti velit sequi.*l.cum in longi.*12.§.*nihil enim prohibet. C. de præscr.longi temp.M.I.R.d.c.*13.*reg.*32.

V. QVID VENIAT IN REI vendicatione petendum?

Sequitur quintus locus, Quid scilicet in rei vendicatione veniat petendum. Cuius loci I. Regula est: In rei vendicatione veniunt fructus, partus, fœtus pecorum, & omnis causa. *l.Iulianus.*17. §.*idem Iulianus. & l.præterea.*20 *ff.de rei vendic. Inst.de officio iudicis.*§.1.*Sed copiosius de hac re inf.lib.*25.*c.*7.*cum cap.seq.*

II. Regula: Si res quæ petitur perijt, æstimatio seu precium eius præstandum est. *De hac re vide inf.lib.*24.*de rei debitæ interitu.* Idem dicendum, si res quæ petitur, sit consecrata.*M.I.P.lib.*5.*c.*3.*reg.*6. Plane cuius temporis aut loci æstimatio sit præstanda, vide *inf.lib.*15.*cap.*6.

III. Regula; Si res quæ petitur, deterior sit facta, æstimatio eius præstanda.*l.non solum.*13 *ff. de rei vendic.* Huius exceptio prima est; Nisi actor l. Aquiliæ actionem remittere nollit.*d.l.*13.*in fine, cum lege sequente.* Secunda; Nisi res dolo possessoris deterior facta. postea sine culpa eius perierit.*l.sin autem.*27.§.*si homo.ff.de rei vendic.* Tertia; Nisi infans vel furiosus possessor rem deteriorem fecerit. *l. quod infans.*60.*ff.d.tt.*

IV. Regula; Si possessor rem distraxit, precium duntaxat quo vendidit, restituere cogitur.*l.item si.* 15.§.*si quis rem.ff.de rei vendic.* Exceptio prima est; Nisi non ex necessitate distraxerit rem. tunc enim propositæ regulæ locus non est: sed vel ad ipsam rem restituendam possessor tenetur, vel ad verum eius precium soluendum.*d.l.*15. Secunda; Nisi res distracta, postea sine culpa possessoris perierit.*de qua re vide inf.lib.*14.*cap.*17.*exc.*6.

V. Regula: Res ex pecunia quæ petitur comparata, non est restituenda actori, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.cap.*3.*q.*3.*reg.*3.

VI. Regula; Si reus non restituit rem quę petitur, quanti in litem actor iurauit, condemnandus est. *l. qui restituere.* 68. *ff.de rei vendicat.de qua re inf.lib.*15.*c.*9.*de in litem iurando tractabitur.*

VII. Regula; Si grex vindicetur, quid veniat, demonstratur *l.Marcellus.*3.*in prin. ff. de rei vendicat.* Plura de vendicat.gregis vide *sup.exc.*23.

IIX. Regula; Si nauis vindicatur, non veniunt armamenta nauis, & scapha, nisi separatim vendicentur.*d.l.*3.§.*armamenta.*

IX. Regula; De cautionibus à reo præstandis. Reus in restitutione rei cauere debet actori de dolo malo.*l.si post.*18.*& l.præterea.*20. §. *fin. ff. de rei vendicat.* Item de culpa quoque interdum actori à reo cauendum.*l.si homo.*45.*ff.d.tt.* Sed & de persequenda re quæ petitur; & de restituenda eâ, si eam nactus fuerit, cauere cogitur reus; quando scilicet seruus, qui petitur, fugerit.*de qua re vide sup. except.*15.

X. Regula; Si duorum materiæ sint confusæ, quid & quantum vendicandum sit, demonstratur *sup.cap.*1.*causa* 13.

Exceptio generalis aduersus prædictas regulas.

Aduersus iam enumeratas regulas exceptio generalis hæc esse videtur; Nisi pars tantum vindicetur.

Quæ tamen reprobatur *l.quæ de tota.*76.*in prin.ff.de rei vendicat.* Ratio est, quia nihil interest, de vniuerso quæratur, an de parte. *l. si seruus.*81.§. *fin.ff.de adquir.hæreditat.*

VI. DE ANTECEDENTIBVS REI vendicationem, item adiunctis & consequentibus seu euentis.

Sequitur rei vendicationis Sextus locus, cuius REGVLA PRIMA habetur *l.is qui.*24.*ff.de rei vendic.* Huius exemplum est, si quis vi de furido sit deiectus, atque fundum repetere destinauerit. Hic enim si rei vendicationem instituat, dominum fundi se esse probare, exceptionesq;, si forte aduersus dominium opponentur, elidere cogetur, aliter atq; si interdicto Vnde vi experiatur. tunc enim sufficit eum possedisse, atq; vi deiectū esse: idq; probare, licet iniuste possederit, dominusq; non sit. Proinde consultius facier, si interdicto potius Vnde vi, quam rei vendicatione experiatur. Ille enim possessionem rei recuperat, & aduersarium ad onera petitoris & probationem dominij compellit. Exitus enim controuersiæ possessionis hic est, vt prius pronunciet iudex, vter possidere debeat: & ita fit, vt is qui victus est de possessione, petitoris partib. fungatur, & tunc de dominio quæratur.*l.exitus.*35.*ff.de adquir. posses.* Plane qui fundum vendicauit ab eo, cum quo interdicto Vnde vi potuit experiri, pendente iudicio nihilominus interdicto agere potest. *l.cū fundum.*17.§.*fin.ff.de vi & vi armata.* Quid ergo si alio modo quam interdicto possit nancisci possessionem? Veluti si aduersarium vi de possessione deijciat? Hoc casu possessionem restituere cogitur, & dominium rei quod habuit amisit.*l.si quis in tātam.*7.*C.vnde vi.* Quid si rem conducat à possessore, & ita eius detentionem nanciscatur? nunquid hoc casu aduersarium ad onera peritoris potest compellere? Non.*l.si quis.*23. *C. de locato & cond.* Plane si reus neget se possidere, actorque contrarium probet, possessio ad actorem, etiam dominium non probantem, transferenda est.*l.vlt ff. de rei vendic.*

II. Regula: Cum autem longe commodius sit possidere quam petere, *vt ex iam dictis patet*; euenit vt sæpe magna de possessione sit contentio vtroque se magis possidere contendente. *Inst.de interdictis.*§.*retinendæ.ibi: & quia.* Quo casu ante rei vendicationem & proprietatis causam possessionis controuersia à iudice terminanda est. Quæ regula tum ex præcedentibus patet, tum approbatur etiam *l.incerti.*3.*D.de interdictis.*

III. Regula: Qui destinauit rem petere, ante inquirere debet, an is contra quem actionem instituit, eam possideat. *l. qui petitorio.*36.*in pr. ff. de rei vendic.* Inquirere autem debet per interrogationem, officio iudicis: reusque interrogatus an possideat, respondere cogitur; & si affirmat, etiā pro qua parte possideat, respondere debet. *l. qui seruum.*20.§.*in iure.ff. de interrogat. action.* Si autem neget, actorq; postea probet rem à reo possideri, possessio à reo ad actorem, etiam dominium non probantem, est transferenda.*l.vlt.ff.de rei vendicat.* Plane si actor certus quidem sit, reum rem suæ rei non absimilem possidere, dubitet autem an sua res sit, potest agere ad exhibendum actione, vt ea res sibi ab eo exhibeatur videnda, quo eam dinoscere possit, an sit sua.*l.*1.*& l.in hac actione.*3.§. *est autem.ff.ad exhibendum.*

IV. Regula: Si res quæ vindicatur, alterius rei adiecta, inclusa vel mixta sit, prius ad exhibendum agi debet, vt separetur.*l.in rem.*23.§.*item quæcunque.ff.de rei vend.* Vnde gemma inclusa auro alieno, vel sigillum candelabro, vendicari non potest; sed vt excludatur, ad exhibendum agi potest. *l.gemma.*6.*ff.ad exhibendum.* Plane recipit hæc regula duas potissimum exceptiones: de quibus vide *sup.cap.*1.*causa* 10.*except* 7.

V. Regula: Actor rem quam petit, debet designare.*l.in rem.*6.*ff.de rei vend.l.Marcellus.*3.§. *armamenta.l.vindicat.*56.*ff.d.tt.M.I.P.lib.*5.*c.*3.*reg.*7. Sed & referri huc possunt ea quæ dicta sunt *sup.exc.*23.*&* 24. Plane si in designanda re erratum sit, dum tamen de corpore conueniat, recte actum esse videtur, *l.idem Pomponius.*5.§.*cum in rem.ff.de rei vendic.*

VI. Regula, De probatione actoris. Actori probandi onus incumbit: quo non probante, reus est absoluendus, nec cogendus est dicere titulum suę possessionis, vel probare rem ad se pertinere.*l.*2.*C.de probationib.* Huius regulæ exceptio prima videtur hæc esse: Nisi non iusta sit rei conuenti possessio. Quæ tamen reprobatur *l.vlt.C.de rei vendic.Concordat Inst.de interdictis.* §. *retinendæ ibi: commodum.item l.vlt ff.de adq.posses.* Altera exceptio est: Nisi cum reus negasset se possidere, de mendacio fuerit conuictus.*de qua except.vide inf.q. prox.reg.*2. Tertia exceptio videtur; Nisi actor præcedente lite ex alia causa dominium nactus sit. Sed reprobatur *M.I.P.d.c.*3.*reg.*4. Plura de regula proposita vide *sup.lib.*2.*cap.*17.*q.*2.*reg.*1.

VII. Regula: Si possessor in rem sumptus fecit, vel soluit, actor hos præstare tenetur. *l. sin autem.*27.§.*in re petita.ff.de rei vendic. l.sumptus.* 48. *ibi: verum exceptione.ff.eod tt.l.si quis.*11.*in fine.C.eod.tt. M.I.P.d.cap.*3.*reg.*8.*M.I.R.lib.*3.*cap.*13.*reg.*33. Exemplum etiam proponitur *d.*§.*in repetita.* Aliud *l.emptor.*65. *in princ.ff.de rei vendicat.* Item aliud *l.apud Cessum.* 4 § *si minor.ff.de doli mali except.* Plura exempla vide *sup. cap.* 1. *caus.* 10. *except.* 8. Plane precium quod possessor pro re, non domino soluit, actor restituere non cogitur. Quod notandum loco primæ exceptionis, *l.mater.*3.*in prin.C.de rei vendic.l.si mancipium.*23.*C.d.tt.l.*2.*C.de furtis. l.* 2. *C. ne rei dominicæ vel temp.&c.item l.*1.*in fin.C de præscript.triginta annor. M.I.P.d reg.*8.*except.*1.*M.I.R. d.reg* 33. *exc.*1. Secunda exceptio est; Nisi possessor seruum quem possidet, erudiuit. Huius enim artificij nomine nihil potest reducere, *l.sin autem.*27.§.*fin. ff. de rei vendic.* Huius replicatio prima: Nisi petitor seruum venalem habeat, *l forte.*28.*cum l.seq.ff.d.tt.* Secunda: Nisi ante denunciatū sit actori, vt impensam solueret. *l.aut si.*30.*ff.d tt.* Tertia; Nisi possessor fructus percepit ex artificio quod seruū docuit. tunc enim si fructus illos actor petat, possessor impensas artificij potest compensare. *l.cæterum.*31. *cum l. seq.ff.de rei vendic.* Quarta: Nisi infantem expositū sustulerit & erudierit possessor. *l.*1.*C.de infantibus expositis.* Hæc de secunda exceptione, cum quatuor suis replicationibus. Tertia exceptio est: Nisi malæ fidei possessor sit. *l.adeo quidem.*7.§.*ex diuerso.ff.de adqu.rer.dom.l.domum.*5.*C.de rei vendic.l.*2. *ibi:*

quod si ante C.de seruitutibus & aqua. l. Iulianus.37.ff. de rei vendicat l.si is. 5.C.de ædificiis priuatis.item Inst. de rerum diuisione.§.ex diuerso,in fine. M.I.P. d.reg.33.except.3. Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi necessarias impensas malæ fidei possessor fecerit. *l. domum.5. C.de rei vendicat. M.I.R.d. exc.3,repl.1.* Huius duplicatio est: Nisi fur impensas fecerit.hic enim necessarias quidem retinet.*l. 1.C.de infantibus expositis.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi actor non concedat tolli opus.*d.l.5.l.Iulianus.27.in fine.ff.de rei vendic.* Quarta exceptio est: Nisi actor pauper sit, vt si sumptus reddere cogatur,re sua sit cariturus. *l.in fundo.38. ff.d.tt.l.8.ff.de impens.dotal.M.I.R.d.reg.33.exc.4.* Si itaque actor dominus adeo pauper sit, vt impensas restituere non possit,ad restituendas impensas compelli non debet: reus tamen ea quæ adiecit,pro impensis potest auferre. Quod notandum loco primæ replicationis,quæ tamen admittit duplicationem hanc: Nisi actor paratus sit tantum dare,quantum habiturus est reus, dictis rebus ablatis.*d.l.38.* Secunda replicatio est: Nisi dominus rem receptam mox sit venditurus. *d.l. 38.§.fin.* Quinta exceptio est: Nisi actor concedat tolli opus illud, in quod reus fecit impensas. *l.sin autem.27.§.in re petita.ff.de rei vend.* Sexta: Nisi possessor rem restituit, exceptione doli mali impensarum nomine non opposita. tunc enim actionem ad eas repetendas non habet. *l.sumptus. 48.ff.eod.tt.l.Paulus.14.ff.de doli mali exc.l.si in area.33. ff.de condictione indebiti. M.I.R.d.reg.33.exc.8.* Plane huius exceptionis replicatio prima est: Nisi possessor causam possessionis ab actore habuerit. tunc enim etiam restituta possessione actione rei nomine instituta,aduersus exceptionem propositam replicando expensas recuperare poterit, exemplo *l. pure. 5.§.si donaui.ff.de doli mali exc.& l. Imperator.16.ff.de in diem addictione.* Altera replicatio est: Nisi cum hæres in rem sub conditione legatam sumptus fecisset, postea sumptibus istis non deductis rem restituerit. hoc.h. casu per incerti vel indebiti condictionem sumptus recuperat.*l.qui exc.40.§.si pers.ff.de condict.indebiti.* Tertia replicatio est: Nisi cum venditor in rem venditam sumptus fecisset,sumptibus non deductis rem tradiderit.huic enim per rei vendicationem succurritur. *l. Iulianus.13.§.præterea.ff. de act.empti.* Quarta replicatio est: Nisi possessor hæreditatis ex voluntate defuncti sumptus fecerit. hoc enim casu,euicta hæreditate, actione negociorum gestorum sumptus recuperat. *l. hæreditas.50.§.1.ff.de petit.hæreditatis.M.I.P.d.exc.8.repl.1.* Quinta replicatio est:Nisi possessor hæreditatis,cui postea hæreditas euincitur,æs alienum de suo soluerit: nam hic quoque per negociorum actionem, vel per condictionem ex lege succurritur. *l.cum hæreditatis.12.§. quod si petit.C.de petit.hæreditat.* Sexta replicatio: Nisi possessor non tam sui quam domini nomine,vel sciens in rem alienam bona fide impensas fecerit.has enim etiam restituta re petere non prohibetur. Sic creditor sumptus, quos in rem pignori obligatam fecit, contraria pignoraticia act.repetit.*l.si necessarias.8.in pr.ff.de pignor. act.* Commodatarius item sumptus quos in rem commodatam fecit,repetit contraria commodati actione.*l.in reb.18.§.possunt.& l.penult.vers. quemadmodum competit.ff.commodati.* Similiter depositarius contraria depositi actione hoc casu habet.*l.si in Asia.12.in pr.& l.actione.23.ff.depositi.* Alij contrariam negociorum gestorum actionem habent. *l. 2.ff.de negocijs gestis.* Septima replicatio est, Quod quamuis possessor eum qui rem euicit, restituta re de sumptibus conuenire non possit: eos tamen ab auctore suo possit repetere. *l. idq; 43.§.1. versic.in omnibus tamen.ff.de actione empti. l.si cum venditor.66.§.si secundis.ff.de euictione.l.si controuersia.9. in fin.C.eod.tt.* Cuius replicationis duplicationes vide *inf.lib.18.cap.14.* Hæc de sexta exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. de qua vide item *M.I.R.d.reg.33.exc.8.* Septima exceptio est: Nisi possessor ex fructibus tantum perceperit, quantum impendit,tunc.n.admittitur compensatio.*l. sumptus.48.ibi: scilicet si fructum.ff. de rei vendicatione. l.quod si.32.item l.emptor.65.in princ.ibi.scilicet si minus ff.d.tt.M.I.R.d.reg.33.exc.2.* Octaua: Nisi res impensis possessoris non sit melior facta.*d.l.48.in fine.& l.in fundo.38.in princ.ff.eod.tt.M.I.R.d.reg.33.exceptione 5.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi bonæ fidei possessor sit.*l.quod si sumptuum.37. cum l.sequenti.§.finali.ff.de petitione hæreditatis.* Nona;Nisi donationis causa in alieno quis impensam fecerit. *l.qui alienum.14.ff.de donationibus.* Decimæ exceptionis loco notandum,quod & aliæ exceptiones ex arbitrio iudicis pendentes aduersus regulam propositam adduci possunt.Nam iudicis arbitrio æstimandum relinquitur,an & quantum possessori expensarum nomine sit restituendum. *l.in fundo.38.in pr.ff.de rei vendic.l.mora.32. in pr.ff. de vsuris.l. 14.in pr.ff.de diuers.tempor.præscript. l.pen.§.final.ff. de impensis dotal.* vbi etiam ratio huius exceptionis arbitrariæ habetur.Sed & plures exceptiones vide *sup.lib.4.cap.13.item inf.lib.11.de petit.hæredit.qu.8. reg.5.item M.I.R.d.reg.33.*

VIII. Regula; Si possessor se eius rei nomine quæ petitur obligauit, petitor de eo nomine tenetur cauere.approbatur exemplo *l. ipsi quoq;.19. ff.de rei vendicat.*

IX. Regula; Si reus eiusdem rei nomine ab alio quoque conueniatur, petitor ei cauere debet eo nomine.de qua cautione vide *sup.q.1.exc.16.*

X. Regula; Si possessor damni dati nomine quid præstitit actori, cauendum ei est ab actore, quod legis Aquiliæ actione aduersum eum agere nolit.*l.non solum.13.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio est;Nisi actor malit potius l. Aquiliæ actione vti.*l.quod si.14.ff.eod.tt.*

XI. Regula; Si possessor litis æstimationem soluit petitori,eius rei dominus fit, de quo vide *sup.c.1.causa 19.* Petitorq; ei actiones suas, si quas aduersus alium eius rei nomine habet, cedere tenetur.*l.si culpa.63.ff.de rei vend.* Plane petitor possessori litis æstimationem offerenti,de euictione cauere non tenetur.*l.ex diuerso.35.§.fin.D.d.tt.*

XII. Regula est deferenda sententia. *quæ habetur Inst.de officio iudicis.§.& si in rem.*

XIII. Regula est de sententia exequenda.*quæ habetur Instit.d.§.& si in rem.Concordat l.si debitori.21. D.de iudicijs.* Plura de proposita regula vide *sup. lib. 2.cap.31.*

VII. DE ADFINIBVS REI vendicationis remediis.

Postre-

Postremus rei vendicationis locus est, de adfinibus eius remedijs: quorum primum sunt interdicta, de quo vide *sup.quæst.prox.reg.1.*

II. Si cum reus negasset se possidere, actor contrarium probauerit, possessio ad actorem transferenda est, etiamsi de dominio nihil probauerit. *Quod remedium approbatur l. vlt.ff.de rei vendicat.M.I.R.lib 3. cap.13.reg.35.* Plura de hac re vide *sup.lib.2.cap.17.quæst.5.reg.1.except.6.*

III. Si res quæ petitur,alij iuncta sit, ad exhibendũ actio competit.*l.in rem.23.§. item quæcunq; ff.eod.tt.de qua re dictum est quoq; sup.q.prox.reg.4.*

IV. Si quid quod eiusdem naturæ est, ita confusum est atq; commixtum, vt deduci & separari non possit,etiam communi diuidundo agi poterit.Sed & furti & ad exhibendum tenebitur, qui dolo malo confundendum id procurauit. *l.Marcellus.3.§.fin.cum lege seq.ff.eod.tt.*

V. Si quis lapides suos loco alicui religioso inædificauerit, eosque alius remouerit,rei vendicatio non competit: quia quæ religiosis adhærent, religiosa quoq; sunt.Ideoque per in factum actionem petitori extra ordinem subuenitur, vt is qui hoc fecerit, restituere eos compellatur. *l. quæ religiosis.43.in pr.ff.de rei vendic.*

VI. Tignum alienum ædibus iniunctum nemo vendicare potest propter legem 12. Tabul. Neq; eo nomine ad exhibendum agi. Sed est actio antiqua de tigno iniuncto, quæ in duplum ex lege 12.Tabul.descendit.*l.in rem.23.§.penult.ff.d. tt.de quo vide sup.cap.1.causa19.exc.7.in fine.*

VII. Si liberi petantur qui sunt in petitoris potestate, non rei vendicatio competit: sed alia sunt remedia,de quibus vide *sup.q.1.exc.20.*

VIII. Si malæ fidei possessor fructus rei quæ petitur,consumpsit,condictione tenetur. *Quod remedium approbatur l. mala fide.3. C.de condictione ex lege.*

IX. Si seruus qui ab alio possidetur, quid ex peculio comparauit, dominus id condicere potest. *l.cum fundus.31.§.seruum tuum.ff.si certum petatur.Concordat ijsdem verbis l.si seruus.24.§.seruum.ff. de act.empti & venditi.*

X. Miles ratione militiæ rem ex pecunia sua emptam,rei vendicatione, item negociorum gestorum actione,vt sibi tradatur, potest consequi. *de qua re vide sup.cap.3.quæst.3.reg.3.*

XI. Si dominus vendicationem rei suæ ab alio factam,ratam habet; negociorum gestorum actio ei ad precium consequendum datur. Quod remedium approbatur *l.mater.3. C. de rei vendicat.* Sed & condictio competit aduersus venditorem quasi ex re actoris locupletior sit factus. *l. si eum. 23.ff.si certum petatur.*

XII. Si possessor rem vsucepit,domino aduersus venditorem, negociorum gestorum actio ad precium consequendum competit.*d.l.3.in fi.ibi:vel alio modo.Cui concordat l.1.in fin.C.de reb.alienis non alienand.item l.1.C.de communium rerum alienatione.*

XIII. Condictio quoque adfine remedium est sus vendicationis.*quod cum ex præcedentibus exemplis pateat,tum etiam approbatur Inst.de rer.diuis.§.si tamen, in fin. Concordat Inst.de actionib.§. sic itaq;. item l. vlt.in fin.ff.vsufruct. quemadmodum caueat.* Ea etiam quæ vi fluminis in fundum alienum importata sunt,condici possunt, *ex l.si quis,4.§.fin.ff.si certum petatur.*

XIV. Si res deterior facta restituatur,etiam legis Aquiliæ actio est.*l.non solum.13.ff.de rei vendicat. de qua re dictum quoq; sup.quæ.5.reg.3.item q.6.reg.10.*

XV. Si verberatum seruum restituit possessor, etiam iniuriarum actio est.*l.item si.15.in pr.ff.d.tt.*

XVI. Est insuper rei vendicationis adfine remedium,actio in factum. *l. in rem.23.§.ideoq; in omnib.& §.item quæcunq;.ff.de rei vendicat.l.cum autem. 51.ff.eod.tt.l.in laqueum.55.in fine.ff.de adquir.rer. dom. l.quæ religiosis.43.in pr.ff.de rei vendic.*

XVII. Si actor rem à non domino comparauit,Publiciana in rem actio datur, *de qua sequitur inf.cap.7.*

XVIII. Si is à quo possessor rem accepit, pactus est vt ea res domino restituatur, vtilis actio domino datur ex hoc pacto.*Quod remedium approbatur l.si res.8.C.ad exhibendum.*

XIX. Si res mea in solo alterius posita sit agere possum ad exhibendum actione, vt eam me tollere patiatur.*de qua inf.cap.prox.*

DE ACTIONE AD EXhibendum.

CAP. VI.

QVoniam ad exhibendum actio præparatoria est rei vendicationis, *vt patet ex ijs quæ dicta sunt sup.cap.prox.q.6.reg.4.* & maxime propter vindicationes introducta est, *vt paulo inferius demonstrabitur*: haud abs re est,eam rei vendicationi hoc loco subijcere, non obstante eo quod ad alios quoque vsus extendatur.

I. Ratio actionis ad exhibendum proponitur *l.1.ff.ad exhibendum.*

II. GENVS HVIVS ACTIONIS.

Personalis est actio. *quod approbatur l. in hac actione.3.§.est autem.ff.d.tt.*

III. Definitio exhibitionis proponitur *l.2.ff. ad exhibendum.* Alia habetur *l.locum habet.3.§.quid sit.ff.de tabulis exhibendis.l.plus.22.ff. de verb. signific.item l.apud Labeonem.246.ff.eod.tt.l.3.§.ait prætor.ff.de libero hom.exhib.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS actio proposita competit?

I. Causa: Si interfit actoris rem sibi exhiberi.*l.in hac actione.3.§.sciendum.ff.ad exhibendum.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi tempore ferendæ sententiæ actoris interesse desierit.*l.tigni. 7.§.fin.ff.d.tt.* Altera: Nisi actoris interfit quidem, sed non ex iusta & probabili causa. *l.in hac actione. 3.§.si mecum.ff.ad exhibendum. l.penult.ff.eod.tt.* Plures propositæ causæ exceptiones vide *inf.inter except.gener.*

II. Causa: Si actor rem vindicaturus est, vel ex alia causa rei nomine acturus: vt ea sibi exhibeatur,prius agere potest.*l.in hac actione.3.§.est autem.ff.ad exhibendum.l.1.ibi: & maxime.ff.d.tt. item l. 1.C.d.tt.M.I.R.lib.3.cap 13.reg.34.*

III. Causa: Si res mea in solo tuo posita sit, agere possum vt eam mihi ex loco tuo tollere liceat. *l.Celsus.5.§.idem Celsus.ff.ad exhibendum.l.Iulianus. 9.§. glans. item l. thesaurus. 15. ff. d. tt.* Plane causæ propositæ exceptio prima est: Nisi actor

non caueat reo de damno. *l. ratis. 8. ff. de incendio, ruina l. Celsus, 5. §. idem Celsus. ibi: vnde quærit. ff. ad exhibendum.* Secunda: Nisi actor partem tantum, non totum velit tollere. *d. §. idem Celsus. ibi: sic tamen: vt totum tollat. l. hoc amplius. 9. §. Alfenus. ibi: nec aliter. ff. de damno infecto.*

IV. Causa: Si res mea rei alienæ adiecta, inclusa vel mixta sit, agere possum vt separetur; tũc eam vindicare possum. *l. gemma. 16. cum lege sequente. ff. ad exhibend.* Plura de causa proposita eiusque exceptionibus vide *sup. cap. 1. caus. 10. except. 7.*

V. Causa: Si emptor venditorem ruta cæsa ex fundo vendito tollere non permittat. *l. Celsus. 5. §. idem Iulianus. ff. ad exhibendum. & l. fundi. 17. §. si ruta. ibi: quia si non. ff. de act. empti & venditi.*

VI. Causa: Si alicuius rei optio mihi sit relicta, & optare velim, competit actio vt exhibeatur res, quarum optio est relicta. *l. in hac actione 3. §. item si optare & §. plus dicit. ff. ad exhibendum. Concordant in super ea quæ habentur infra lib. 14. cap. 7. de optione legata reg. 2.*

VII. Causa: Si quæstio de seruo alicuius habenda est, ad exhibendum eum agi potest. *l. vit. ff. ad exhibendum.*

VIII. Causa: Si criminis reus seruus postulatur, ad exhibendum eum agitur *l. 2. C. ad exhibendum.*

IX. Causa: Si noxali iudicio serui nomine quis actorus est, ad exhibendum eum agi potest. *l. in hac actione. 3. §. si quis noxali. ff. d. tt.*

X. Causa: Si quis seruum in libertatem vindicare velit, ad exhibendum eum agi potest. *l. de eo. 12. in prin. ff. eod. tt.*

XI. Causa: Si ideo ad exhibendum quis cum alio agat, quod antea secum ad exhibendum sit actum. reprobatur *l. in hac actione. 3. §. si mecum. ff. eod. tt.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causæ propositæ actionis enumeratæ sunt; quarum exceptiones generales hæ sunt.

I. Exceptio; Nisi res actoris non sit, eamque vindicare non possit. reprobatur *d. l. 3. §. 1. & §. si eundum ff. ad exhibendum.* Plane admittitur, si quis rationes suas in aliena charta conscriptas, exhiberi sibi desideret. *d. l. 3. §. interdum.*

II. Exceptio; Nisi de instrumentis, testamento, codicillis vel alia scriptura exhibenda agatur. *d. l. 3. §. si quis extra & §. interdum. ff. ad exhibendum.* Huius replicatio est; Nisi quis instrumenta vel aliam scripturam tanquam suam sibi exhiberi desideret. *d. locum habet. 3. §. si ipse testator. ff. de tabulis exh. bend. l. in hac actione. 3. §. interdum. ff. ad exhibendum. l. non ignorabit. 4. C. d. tt. item l. instrumenta. 6. C. eod. tt.*

III. Exceptio; Nisi non interfit actoris sibi exhiberi. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. causa 1. Exemplum vide inf. exc. 6.*

IV. Exceptio; Nisi creditor soluto debito chirographum sibi exhiberi desideret. approbatur *ratione exceptionis proxime præcedentis.* verum eius replicatio est; Nisi ab alio quam à debitore sibi exhiberi desideret. *l. solutione. 18. ff. ad exhibendum.*

V. Exceptio; Nisi non iustam nec probabilem causam exhibendi habeat actor. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. caus. 1. exc. 2.*

VI. Exceptio; Nisi liber homo ab alio detentus, exhiberi petatur. *l. si liber. 3. ff. d. tt.*

VII. Exceptio; Nisi semel actum sit. *l. de eo. 12. §. sæpius. ff. eod. tt.* Huius replicatio est; Nisi postea ex noua causa agatur *d. §. sæpius. & l. neque. 3. C. ad exhibendum.*

VIII. Exceptio; Nisi principali actione aturo obstatura sit exceptio. *l. in hac actione. 3. §. ibidem. ff. eod. tt.* Huius replicatio est; Nisi exceptio opposita requiratur altiorem indaginem. *d. §. ibidem.* Cuius duplicatio est; Nisi pacti conuenti, doli mali, iurisiurandi, rei iudicatæ vel alia similis obijciatur, hæc enim proposita replicatione non obstante examinanda est *d. l. 3. §. de quibusdam.*

IX. Exceptio; Nisi reus rem non possideat, approbatur quidem ipso iure, *d. l. 3. §. penult. ff. ad exhibend.* verum eius replicatio prima est; Nisi accepti iudicij tempore possederit. sed reprobatur *l. tigni. 7. ff. si quis cum ff. d. tt.* Secunda; Nisi postea ante sententiam possideri cœperit. *d. l. 7. §. si quis non. & §. pen. l. quæsitum. 30. in pr. ff. de peculio.* Tertia: Nisi qualdam res possideat, licet non omnes; de hac enim quas possidet, nihilominus tenebitur *l. sed et si. 11. §. fin. ff. ad exhibendum.* Quarta; Nisi dolo desierit possidere. *l. ad exhibend. 5. C. d. tt. & l. Iulianus. 9. in pr. & §. si quis rem. ff. d. tt.* Plura de hac replicatione vide *sup. c. prox exc. 13. repl. 1.* Quinta replicatio est; Nisi cum eiusdem rei alii proprietas, alij vsusfructus legatus esset; hæres vsufructuario rem restituerit, non exacta cautione. tunc enim legatario proprietatis ad exhibendum tenetur, quamuis non possideat. approbatur simul & distinguitur *d. l. 9. §. si tibi decem.* Sexta; Nisi sciens rem suam non esse, possessor eam alienauit. approbatur exemplo *l. si vir. 4. ff. ad exhibendi m.*

X. Exceptio; Nisi possessor facultatem exhibendi non habeat. *l. Celsus. 5. §. item si quis ff. d. tt. & l. si optione. 10. in fin. ff. d. tt.* Huius replicatio est; Nisi possessor non caueat se, si exhibendi facultatem fuerit nactus, exhibituum. *d. §. item si quis l. de eo. §. 12. si iusta ff. eod. tt. item Inst. de officio iudicis. §. si ad exhibendum ibi: quod si negat.*

XI. Exceptio: Nisi res exhibenda interierit. ipso quidem iure approbatur *per ea quæ habentur inf. lib. 24. c. 14. de rei interitu.* Huius autem replicatio prima est: Nisi dolo vel culpa possessoris res interierit. *l. Iulianus. 9. in prin. §. si quis rem. & §. glossa. ff. ad exhibendum.* Secunda: Nisi post acceptum iudicium res interierit. *l. de eo. 12. §. si post. ff. d. tt.*

XII. Exceptio: Nisi res exhibita sit, vel possessor eam exhibere sit paratus. ipso quidem iure subsistit, quasi solutionis vel satisfactionis exceptio. verum eius replicatio prima est: Nisi non in eodem statu in qua fuit iudicij accepti tempore, exhibeatur. *l. Iulianus. 9. §. quantum ff. eod. tt. Concordat Inst. de officio iudic. §. si ad exhibendum.* Sane propositæ replicationis species sunt replicationes sequentes. Secunda replicatio est: Nisi res vsucapta exhibeatur. *d. §. quantum. vers. proinde si post. & d. §. si ad exhibend.* Tertia: Nisi exceptione intra certum tempus data, post tempus finitum res exhibeatur. Hæc replicatio, quæ & ipsa species est iuradictæ replicationis primæ, approbatur simul & distinguitur *l. optione. 10. ff. ad exhibendum.* Quarta: Nisi rem deteriorem exhibuerit. *l. Iulian. 9. in pr. & §. si quis rem. ff. eod. tt.* Plane contradicit, quoad

quoad genus actionis. *l. si quis. 17. ff. eod. tt. item l. exhibitionis. 7. C. d. tt.* Quinta replicatio est: Nisi non debito loco res exhibeatur. ipso quidem iure approbatur, verum quid sit debitus exhibendi locus, definitur *l. sed & si. 11. §. 1. ff. ad exhib.* Sexta: Nisi non omnia quæ exhibenda sunt, reus exhibeat. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit: verum quæ sint exhibenda vt actio cesset, vide *paulo inferius, quæst. 7.* Hactenus causæ propositæ actionis cum suis exceptionibus expositæ sunt. Plures huiusmodi exceptiones licet colligere ex ijs quæ proponuntur *paulo inferius q. 8.*

V. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

I. Regula: Hæredi non datur hæc actio quasi hæredi, sed suo nomine, non hæreditario. *l. de eo. 12. §. fin. ff. ad exhibendum.*

II. Regula, De pluribus simul agentibus. Omnibus competit. *l. in hac actione. 3. §. Pompon. ff. d. tt.*

VI. ADVERSVS QVOS Actio proposita competit?

I. Regula: De possessore, & eo qui exhibendi facultatem habet. Hic actione proposita tenetur *d. l. 3. §. penult. l. Celsus. 5. §. idem ait. ibi: quæ species. ff. eod. tt. item l. exhibitionis. 7. in princ. C. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima hæc esse videtur: Nisi non ciuiliter, sed naturaliter saltem possideat. verum reprobatur *d. §. penult.* Species seu exempla sunt exceptiones proxime sequentes. Secunda exceptio est: Nisi creditor iure pignoris possideat. sed reprobatur *l. in hac actione. 3. §. fin ff. ad exhibendum. l. serui. 6. ff. de vsucapionibus.* Tertia: Nisi rei vel legatorum seruandorum tantum causa in possessione sit. reprobatur *l. Celsus. 3. §. Iulianus ff. ad exhibendum.* Quarta: Nisi vsusfructus tantum nomine possideat. reprobatur *d. l. Iulianus. vers. sed & eum. & l. Iulianus. 9. §. si tibi, in fine. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi ex causa depositi vel commodati possideat. reprobatur *l. nam & 4. ff. ad exhibendum.* Sexta: Nisi ex causa conducti possideat. reprobatur *d. l. 4. & l. Celsus. 5. in prin. ff. eod. tt.* Septima: Nisi filius familias possideat. reprobatur *l. de eo. 12. §. 1. ff. d. tt.* Octaua exceptio est: Nisi seruus possideat. *l. cum seruus. 16. ff. eod. tt.* Nona: Nisi municipes aliaue corpora possideant reprobatur *l. tigni. 7. §. item municipes. ff. ad exhibendum.* Decima: Nisi possessor possidere desierit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. q. 4. except. 9.*

II. Regula, De hærede possessoris. Hic tanquam hæres seu hæreditario nomine non tenetur. *l. de eo. 12. §. fin. ff. d. tt.* Ex quo constat, hæredem possessoris regulariter proposita actione non teneri, nisi ipse quoq; possideat. tunc enim tenetur, non quidem hæreditario, sed suo nomine. quod primæ exceptionis loco notandum. *d. §. fin. Cui concordat l. Celsus. 5. in princ. ibi: item si mortuo. item l. si ad exhibendum. 8. ff. eod. tt.* Secunda exceptio est: Nisi hæreditas ex dolo defuncti eius rei nomine locupletior sit factus. illud enim hæredi extorquendum est. *d. §. fin. vers. plane.* Plura de regula proposita, eiusque exceptionibus vide *sup. capite prox. q. 3. reg. 4.*

VII. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. Regula, De eo quanti actoris interest, proponitur *l. Iulianus. 9. §. fin. ff. ad exhibendum. Concordat l. si optione. 10. ibi: vtilitas petitoris. item l. sed & si. 11. in princ. ff. d. tt. Inst. de officio iudicis. §. si ad exhibendum. vers. quod si neque.*

II. Regula, De in litem iurando, habetur *l. in hac actione. 3. §. præterea. ff. ad exhibendum. l. Celsus. 5. §. idem Iulianus. ff. d. tt. item l. non ignorabit. 4. C. eod. tt.*

III. Regula, De fructibus, proponitur *Inst. de officio iudicis. §. si ad exhibendum. vers. præterea. Concordat l. Iulianus. 9. §. proinde. vers. ita vt fructus. ff. ad exhibendum.*

IV. Regula, De partu ancillæ, *dicta l. 9. §. quia tamen.*

VIII. ADIVNCTA HVIVS actionis, seu officia actoris & iudicis.

I. Regula: Actor non opus habet in hoc iudicio se probare dominum. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. 4. exc. gener. 1.*

II. Regula: Actor dicere debet omnia argumenta rei de qua agitur. *l. in hac actione. 3. in princ. ff. ad exhibendum.*

III. Regula: Actor qui agit vt rem suam sibi tollere liceat, prius de damno cauere tenetur. approbatur *per ea quæ proposita sunt supra quæst. 4. causa. 3. except. 1.*

IV. Regula, Regulariter reus seruo exhibendo alimenta præstare tenetur. Cuius exceptio est; Nisi seruus ipse ex suis operis se alere solitus fuerit. tunc enim præstabit ei alimenta actor, non reus. *l. sed & si. 11. §. plane. ff. d. tt.*

V. Regula; Iudex exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, in directum iudicium debet differre. *d. l. 3. §. ibidem. ff. d. tt.*

IX. ADFINIA PROPOSITÆ actionis remedia.

I. Regula, Regulariter, si res exhiberi petatur ad exhibendum tantum competit actio; *vt ex ijs quæ hactenus dicta sunt patet.* Huius autem regulæ exceptio prima est; Nisi tabulæ exhiberi petantur. tunc enim interdicto de tabulis exhibendis est locus *d. l. 3. §. si quis extra.* Secunda; Nisi liber homo exhiberi petatur. tunc enim interdicto de libero homine exhibendo locus est. *l. si liber. 13. ff. ad exhibendum.* Tertia; Nisi tignum ædibus iunctum exhiberi petatur. tunc enim de tigno iuncto actio est. *l. gemma. 6. ff. d. tt.* Quarta; Nisi res quam seruus dolo tenere desijt, exhiberi petatur. tunc enim furti vel de dolo noxalis actio est. *l. cum seruus. 16. ff. eod. tt.* Quinta; Nisi res quę exhiberi petitur, deterior exhibeatur. tunc enim legis Aquilię actio est. *l. si quis. 17. ff. d. tt.* item in factum actio est, *l. exhibitionis. 7. C. ad exhibend.* Sexta; Nisi quis rationes suas in aliena charta conscriptas, sibi exhibere desideret. tunc enim in factum actio est. *l. in hac actione 3. §. interdum. ff. d. tt.* Septima; Nisi eiusdem rei proprietas alij, alij vsusfructus legatus sit, & hæres non exacta cautione fructuario rem restituerit. tunc enim proprietatis legatario aduersus fructuarium in factum actio competit. *l. Iulianus. 9. §. si tibi decem, in fin. ff. ad exhibendum.*

II. Regula; Si res mea in alterius solo posita sit, & agam aduersus dominum vel possessorem soli, vt eam me tollere patiatur; regulariter tan-

tum ad exhibendum competit actio, *per ea quæ pro posita sunt sup. q. 4. causa 3.* Cuius exceptio prima est: Nisi quis glandem suam in alieno solo positam, legere velit. tunc enim etiam interdictum de glande legenda competit. *l. Iulianus. 9. §. glans. ibi. sed si extet. ff. d. tt. & l. vnica ff. de glande legenda.* Secunda: Nisi quis thesaurum suum ex alterius fundo tollere velit. tunc enim interdictum etiam Ne mihi thesaurum tollenti vim facias competit. *l. thesaurus. 15. ibi: non esse autem. ff. ad exhibendum.* Tertia: Nisi ea quæ vi fluminis importata sunt, petantur. *l. hoc amplius. 9. §. de his. ff. de damno infecto. & l. si quis. 4. §. fin. ff. si certum petatur.* Hactenus de actione ad exhibendum.

DE PVBLICIANA IN rem actione.

CAP. VII.

PRimo: Ratio nominis proponitur *Inst. de actionibus. §. sed istæ quidem, in fine.*

II. SIMILE.

Publiciana per omnia sequitur iura rei vindicationis. *l. sed etsi. 7. §. in Publiciana ff. de Public. in rem actione.*

III. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

Si quis rem, quam à non domino bona fide comparauit, à possessore petat, Publiciana est actio. *Inst. de actionibus. §. sed istæ quidem. l. 1. in pr. ff. de Public. in rem actione. & l. quæcunque. 13. in princ. ff. eod. tt. M. I. R. d. lib. 3. cap. 13. reg. 37.* Plane propositæ causæ exceptiones plures sunt.

I. Exceptio, sumpta ex causa ex qua actor rem comparauit. proponitur ac reprobatur *l. 1. § fin. cum sex legibus sequentibus. ff. de Public. in rem actione. & d. l. 13. in princ.*

II. Exceptio: Nisi ex causa lucratiua rem nactus sit actor. reprobatur *l. sed etsi. 7. §. sed & si quis. ff. de Public. in rem act.*

III. Exceptio; Nisi actor ob id quod rem dolo desiit possidere, in eius æstimationem sit condemnatus. hoc enim casu nec Publiciana actio ei datur. *l. is qui. 69. cum lege sequente. ff. de rei vendic.*

IV. Exceptio; Nisi ex tali causa rem adquisierit actor, ex qua nec à domino dominium rei nactus esset. *l. quæcunq; 13. §. interdum. ff. de Publ. in rem act.* Huius replicatio est: Nisi vsusfructus vel seruitutis nomine traditio sit facta. *l. si ego. 11. §. 1. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi mala fide comparauit actor. *l. sed & si. 7. §. prætor ait. & §. Iulianus. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 37. exc. 9.* Declaratur exceptio proposita. *l. bonæ fidei. 110. ff. de verb. significationib.* Plane replicatio prima est: Nisi tempore emptionis ignorauerit actor rem esse alienam. tunc enim quamuis ante vel post sciuerit esse alienam, tamen nihilominus illi competit actio proposita, exceptione non obstante. *d. l. 7. §. Publiciana.* Huius duplicatio est: Nisi tempore traditionis sciuerit rem alienam esse. *d. l. 7. §. Iulianus.* De hac re vide plura *inf. cap. 9. exc. 11. repl. 9. & 10.* Secunda replicatio: Nisi actor successerit ei qui rem bona fide comparauit. *d. l. 7. §. in hac.* Tertia: Nisi hæres emptoris ignorauerit rem alienam esse. reprobatur *d. §. in hac.* Quarta: Nisi non actor sciuerit rem alienam esse, sed seruus eius qui emit. reprobatur *d. §. in hac, in fin.* Quinta: Nisi non seruus qui emit, sed dominus eius actor sciuit rem alienam esse: *d. §. in hac.*

VI. Exceptio: Nisi actor successerit ei qui rem mala fide comparauit. *l. sed etsi. 7. §. in hac act. ibi: nec proderit. ff. de Publiciana in rem actione.* Huius replicatio est: Nisi non vniuersalis, sed singularis successor sit actor. *d. l. 7. §. prætor ait. vers. proinde. & §. bonam item glossa in d. vers. nec proderit, in fine. M. I. R. d. regul. 37. except. 3.* Quæ tamen replicatio iure nouo est sublata. *Nouell. 119. §. vltra hæc. Accedit glossa in dicto §. prætor ait. in verbo, Neque enim dolus.*

VII. Exceptio: Nisi actor rem à pupillo emerit. ipso quidem iure subsistit: quia hoc casu vsucapio non procedit, *l. 2. §. si à pupillo. ff. pro emptore. de qua re inf.* verum eius replicatio prima est: Nisi actor pupillum puberem existimauit. *d. l. 7. §. si à minore. ff. de Public. in rem act.* Secunda: Nisi tutore authore à pupillo emerit. *l. quæcunq; 13. §. fin. ff. eod. tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi lege prohibente à tutore emerit. *d. §. fin.* Lege autem prohibente emit, qui res pupillares immobiles sine decreto Prætoris comparat. *l. 2. in pr. ff. de rebus minorum.* Altera duplicatio est: Nisi falso tutore authore à pupillo comparauerit. quæ ipso quidem iure subsistit. verum eius triplicatio hęc est: Nisi actor ignorauerit. *d. §. fin.*

VIII. Exceptio: Nisi à furioso actor comparauerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi actor furiosum esse ignorauerit. *l. sed etsi. 7. §. Marcellus. ff. de publ. in rem act.* Contradicit *l. 2. §. si à furioso, in fin. ff. pro emptore.*

IX. Exceptio: Nisi talis sit res, quæ vsucapi non potest. *l. siue autem. 9. §. hæc actio. ff. de Public. in rem act.* Sane quæ res, & ex quibus causis vsucapi non possint, dicetur *inf. in capitib. seqq. M. I. R. d. reg. 37. exc. 4.* Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi vectigalia sint prædia vel superficiaria. *l. cum sponsus. 12. §. in vectigalibus. ff. d. tt.* Secunda: Nisi partus ancillæ furtiuæ sit apud bonæ fidei emptorem conceptus. hoc enim casu, quamuis mater tanquam furtiua vsucapi non possit: partus tamen & vsucapi potest, & Publiciana peti. *l. si ego. 11. §. partus, vsq; ad §. idem ait. ff. eod. tt.*

X. Exceptio: Nisi res alienari prohibita sit. *l. cum sponsus. 12. §. si res. ff. de Public. in rem act.*

XI. Exceptio: Nisi res actori nondum fuit tradita, nec is eius possessionem fuit nactus. *l. sed & si. 7. §. vt igitur. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 38. except. 2.* Huius replicatio prima est: Nisi tempore contractus rem teneat actor. *de qua re vide sup. ca. 1. causa 18. exc. 1. replicat. 1.* Secunda replicatio est: Nisi partus ancillæ petatur. *l. si ego. 11. §. si partus. ff. de Public. in rem actione.* Tertia: Nisi is cui ex S.C. Trebelliano hęreditas restituta est, agat. *l. cum sponsus. 12. §. is cui. ff. d. tt.* Quarta: Nisi voluntate actoris alij res sit tradita. *d. l. 11. in princip. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi emptoris hæredi res sit tradita. *l. siue autem. 9. in prin. ff. eod. tt.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup. d. causa 8.*

XII. Exceptio: Nisi exiguo tempore actor rem possederit, reprobatur *l. cum sponsus. 12. §. Publiciana. & §. fin. D. de Public. in rem act.*

XIII. Exceptio: Nisi alia res quam actori tradita est, petatur. ipso quidem iure subsistit. verum eius replicatio est; Nisi res quæ petitur, rei traditæ

ditæ accesserit, approbatur exemplo *l. si ego. 11. §. idem ait. & §. penult. ff. d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi ipsa res tradita, Publiciana peti non possit, tunc enim nec ea quæ ei accessit, approbatur ex emplo *d. l. 11. §. quod tamen.* Cuius triplicatio est: Nisi partus ancillæ furtiuæ apud bonę fidei possessorem conceptus petatur, tunc enim valet actio, quamuis in matre non valeret, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. except. 10. repl. 2.*

XIV. Exceptio: Nisi pars rei petatur, reprobatur *l. cum sponsus. 12. §. penult. ff. de Public. in rem actione. d. l. 11. §. pen. & §. fin. ff. eod. tt. item l. siue autem. 9. §. item si hæreditatem. ff. d. tt.*

XV. Exceptio: Nisi vsusfructus vel seruitus petatur, reprobatur *l. 11. §. l. ff. de Public. in rem act.*

XVI. Exceptio: Nisi precium rei traditæ non sit solutum, reprobatur *l. de precio. 8. ff. d. tt.*

XVII. Exceptio: Nisi is à quo petitur, rei dominus sit. *l. penult. & l. vlt. ff. eod. tt. item l. mandatum. 57. in fin. ff. mandati. M. I. R. d. reg. 37. except. 6.* Huius replicatio prima est; Nisi domino antea rem ab actore petente, actor fuit absolutus, hoc enim casu domino Publiciana cõuento exceptio proposita denegatur. *l. si quis. 24. ff. de except. rei iudicatæ.* Altera: Nisi seruus à bonæ fidei possessore actori noxæ sit datus, nec dominus auctori litis æstimationem præstet. *l. & generaliter. 28. ibi, siue ipse possideat ff. de noxalibus act.*

XVIII. Exceptio: Nisi is à quo petitur, auctor sit actori eius rei, approbatur *l. sed & si 7. §. sed etsi quis. ff. de Public. in rem actione. Concordat l. cum sponsus. 12. in pr. ff. d. tt.* Hactenus propositæ causæ exceptiones enumeratæ sunt. Sed & quæcunq; exceptiones vsucapioni obstant, propositæ quoq; causæ obstare videntur, *secundum ea quæ proposita sunt paulo superius exc. 10.* Obstare item propositæ actioni exceptiones dicendum est, quæcunque obstant rei vendicationi, *secundum ea quæ dicta sunt supr. eod. cap. quæst. 2.*

IV. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

I. Regula, De hæredibus proponitur *d. l. 7. §. hæc actio. ff. de Publiciana in rem actione. & d. l. 12. §. is cui. ff. eod. tt.*

II. Regula, De seruo emẽte, & domino eius, habetur *d. l. 7. §. si ego. l. siue autem. 9. §. penul. & §. vlt. cum l. seq. ff. eod. tt.* Propositæ regulæ exceptio esse videtur: Nisi seruus fugitiuus rem à non domino acceperit, verum reprobatur *l. si seruus. 15. ff. d. tt.*

III. Regula: De domino, procuratore emente, item de pupillo, tutore emente, proponitur *l. sed & si 7. §. si ego. ff. de Public. in rem act.*

IV. Regula: Si duo eandẽ rem à non domino emerint, ei cui priori res tradita est, potius actio proposita competit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. c. 3. reg. 1.*

V. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

I. Regula: Aduersus dominum rei non comperit, approbatur simul & distinguitur *supr. quæst. 3. except. 18.*

II. Regula: Si delato iureiurando quis iurauit rem suam esse, aduersus deferentem tantum iuranti Publiciana competit. *l. sed & si 7. §. si petenti. ff. de Public. in rem act.*

VI. QVID VENIAT IN ACTIONE proposita?

Non possessio solum, sed & quasi proprietas in hac actione venit restituenda. *d. l. 7. §. Public.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio. *l. in honorariis. 34. ibi, item Publiciana. ff. de actionib. & oblig.*

VIII. ADFINE REMEDIVM.

Regulariter quidem ei qui rem à non domino bona fide comparauit, Publiciana competit actio, *vt patet ex prædictis.* Sed eius exceptio hæc est: Nisi rem vsuceperit, tunc enim rei vendicatio illi datur. *l. 1. §. merito. ff. de Public. in rem actione. l. si quis 8. in princ. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. M. I. R. d. reg. 37. except. 5.*

DE VSVCAPIONIBVS in genere.

CAP. VIII.

INter causas, quibus iuri ciuili dominium adquiritur, numeratur etiam vsucapio. Ideoque nõ alienum, antequam ad alia rerum iura transeamus, vsucapionis iura hic proponere, & iuri dominiorum subiicere, nobis est visum.

I. DEFINITIO VSVcapionis.

Vsucapio definitur *l. vsucapio. 3. ff. de vsucapionibus.* Quanto autem tempore res vsucapiantur, definitur *Institut. de vsucap. l. vnica. C. de vsucapione transformanda. l. emptor. 9. C. de præscriptione longi temporis. item l. præscriptione. 7. C. quibus non obiicitur longi temporis præscriptio. M. I. R. lib. 3. cap. 13. regul. 40. & 45.*

II. RATIO VSVcapionis.

Ratio vsucapionis est, ne rerum dominia diu sint in incerto. *l. 1. ff. de vsucapionibus. Concordat Inst. de vsucap. in princ. ibi, ne rerum dom.* Est & alia vsucapionis ratio, scilicet vt aliquis esset litium finis; quæ habetur *l. vsucapio. 5. in princ. ff. pro suo. M. I. R. d. cap. 13. reg. 42.*

III. EFFECTVS VSVcapionis.

Nunc de effectibus vsucapionis agendum; præter dominiũ enim, & alij sunt eius effectus, quorum primus est: Exceptio contra rei vendicationem. Qui approbatur *l. venditioni. 4. C. de vsucapionib. pro emptore. l. 1. C. de vsucap. pro donato. l. 3. C. de præscriptione longi temporis. M. I. P. lib. 5. c. 3. reg. 9. M. I. R. d. cap. 13. reg. 46.* Cuius duplex ratio proponitur *M. I. P. d. cap. 3. reg. 10.* Huius effectus seu regulæ exceptio prima est: Nisi actione hypothecaria agatur. *l. iusto. 44. §. non mutat. ff. de vsucapionib. l. vsucapio. 7. C. de pignorib. l. 1. §. cum prædium. ibi, pignoris. ff. d. tt. l. missio. 12. ibi, salua. Digest. pro emptore. item l. 2. in princip. ibi, quid ergo. ff pro hærede.* Plane huius exceptionis replicatio est: Nisi decem vel viginti anni à tempore quo res pignori obligata est, excesserint, tunc enim bonæ fidei possessor aduersus actionem hypothecariam æque ac aduersus rei vendicationem, decem vel viginti annorum præscriptione defenditur *l. 2. C. si aduersus*

creditorem item l. si quis. 8. in princip. C. de præscriptione 30. annorum. de qua re vide *infr. lib. 17. cap. 16. actionem hypothec. quæ quamdiu competat.* Altera propositi effectus exceptio est; Nisi vsusfructus in re vsucapta vindicetur. nam nec hoc casu vsucapio vindicanti præscribit. *l. iusto. 44. §. non mutat. ibi, vt enim D. de vsucapionibus. Concordant ea quæ habentur infr. de vsufructu amittendo. cap. 27. causa* 10. Tertia exceptio videtur; Nisi operæ in seruo vsucapto peragantur. Sed reprobatur *l. 2. in fin. ff. de vsufructu legato.*

II. Effectus est, rei vendicatio, *qui approbatur l. si quis. 8. in pr. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.*

III. Effectus, Quod scilicet rem pro emptore vsucaptam, pro emptore possidere non desinam, proponitur & reprobatur *l. 1. §. fin. ff. pro suo.*

IV. Effectus: Is qui rem alienam mortis causa donatam vsucepit, non ab eo cuius res fuit, sed ab eo qui donauit, rem videtur accepisse. *l. qui alienam. 33. ff. de mortis causa donat.* Hæc de effectibus vsucapionis.

IV. QVID ET QVANTVM vsucapione adquiratur?

Antequam exceptiones, quę causæ vsucapionis possunt opponi, proponantur, alia quæstio vsucapionis explicanda est, quid scilicet & quantum vsucapiatur? Cuius quæstionis Regula prima est: Qui totum possidet, non ob id singulas eius partes possidet & vsucapit. *de quo vide infr. eodem lib. c. 15. Quid & quantum possidendum, reg. 2.*

II. Regula: Vsucapto prædio, mancipia quoque quæ in prædiis sunt, vsucapta videntur. *l. longæ. 3. ff. de diuersis temporum præscript.* Quanquam in quibusdam exemplaribus omissa sunt hæc verba: Quæ in prædiis morantur, quæ partes fundi sunt. Quæ lectio si recipiatur, lex ista ad regulam propositam nihil vel parum facit.

III. Regula: Qui fundum vsucepit, non ob hoc thesaurum, qui in fundo est, vsucepisse videtur. *l. possideri. 3. §. Neratius, ibi, cæterum. ff. de adquirenda possessione.*

IV. Regula: Res deposita, quæ est inter bona empta, non vsucapitur. *l. 2. §. eius. ff. pro emptore.*

V. Regula: Si fundo empto, ampliores fines traditi sunt, totus vsucapitur. *d. l. 2. §. cum Stichum.*

VI. Regula: Qui fundum emit, non vsucapit cum eo partem postea adiectam. *l. qui fundum. 7. §. 1. ff. d. tt.*

VII. Regula: Si partem sciat alienam possessor, eam non vsucapit, sed reliquas. *Quæ regula proponetur infr. cap. prox. exc. 11.*

VIII. Regula: Si solum vsucapi non potest, nec superficies vsucapitur, & nunquam sine solo superficies vsucapitur. *l. nunquam. 26. ff. de vsucap. & l. si solum, 39. ff. eod. tt.*

V. QVANTO TEMPORE res vsucapiantur?

Res mobilis triennio, res immobilis, inter præsentes quidem decennio, inter absentes vero viginti annis vsucapitur, *per ea quæ habentur supr. eodem capite, in princip. Concordat l. 2. C. in quibus causis cesset longi temporis præscriptio.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS CAVSAM VSVCAPIONIS.

CAP. IX.

QVamuis regulariter ex diutina possessione res aliena vsucapiatur, eiusque dominium adquiratur, *vt dictum est supr. cap. prox. in princ. M. I. P. lib. 5. cap. 3. reg. 11. M. I. R. d. cap. 13. reg. 50.* tamen regula hæc plures recipit exceptiones, quarum aliæ sumuntur ex persona possessoris, aliæ ex persona eius per quem possidetur, aliæ ex re possessa, alię ex causa possessionis, aliæ deniq; ex aliis contingentibus, quæ exceptionũ genera cum suis speciebus nunc ordine proponentur, & primum ea quæ sumuntur ex persona possessoris.

I. Exceptio: Nisi infans sit, qui possidet. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, quo infantes possidere non possunt, quoniam ad possessionem adprehendendam non corpus solum, sed animus requiritur. *de quo infr. c. 15. except. & 2.* Animum autem possidendi infans non habet, cum non habeat intellectum. Deficiente autem possessione, deficit vsucapio. *M. I. R. d. reg. 50. exc. 1.* Plane exceptionis propositæ replicatio prima est: Nisi infans tutore authore possidere cœperit. *l. sequitur. 4. §. pupillis. ff. de vsucap. l. quamuis. 32. §. infans. ff. de adquirenda possessione. item l. 1. §. furiosus. & §. cæterum. ff. eod. tt. M. I. R. d. exc. 1. repl. 1.* Altera: Nisi infans doli capax sit, vt possidendi animum habeat. *d. §. pupillus. l. 1. §. furiosus, in fin. ff. de adquirenda possess. l. quamuis. 32. §. fin. ff. d. tt.* Tertia; Nisi per seruum infans possideat. *l. si seruo. 28. ff. de vsucapionib. d. l. 37. §. fin. ff. de adquirenda possess. l. 1. §. item adquirimus. in fin. & § pupillus. ff. eod. tt. & l. si quis. 26. C. de donationibus.*

Mutatio iuris.

Hactenus leges, quibus exceptio proposita partim approbatur, partim distinguitur, expositę sunt. Sed alio iure nouo ratio propositæ exceptionis, & per consequens ipsa exceptio mutari ac tolli videtur. *l. donatarum. 3. C. de adqu. possess.*

II. Exceptio: Nisi furiosus sit possessor. Hæc exceptio approbatur hac ratione, quia furiosus non potest incipere possidere. *de quo infr. c. 15. exc. 4. M. I. R. d. except. 1.* Huius replicatio prima est: Nisi per seruum suum apprehendat possessionem. *l. si seruo. 28. ff. de vsucap. & l. 1. §. item adqu. in fin. ff. de adquir. possess.* Secunda; Nisi ante furorem possidere cœperit. *l. iusto. 44. §. eum qui. ff. de vsucap. & l. sequitur. 4. §. furiosus. ff. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi filiusfamilias sit qui possidet, approbatur hac ratione, quod filiusfamilias possidere non possit. *l. possessio. 49. §. 1. ff. de adquir. possess. l. iusto. 44. §. filiusfamilias. ibi, quamuis se per errorem. ff. de vsucap. item l. filiusfam. 93. ff. de regul. iuris.* Plane iam dictæ exceptionis replicatio prima est: Nisi opinione, non reipsa filiusfamilias sit. *d. §. filiusfamilias.* Secunda; Nisi filiusfamilias miles rem castrensis peculij possideat. *l. sequitur. 4. §. 1. ff. de vsucapionibus.* Tertiæ replicationis loco notandum quod per filium familias detinẽtem pater possideat simul & vsucapiat. *de qua re vide infr. eod. lib. c. 15. Quibus adquiratur possess. reg. 1.*

IV. Exceptio; Nisi seruus sit possessor. *l. qui in seruitute. 160. ff. de regulis iuris. l. sequitur. 4. §. seruus. ff. de*

ff. de vsucapionibus. item l. possessio. 49. §. 1. ff. de adquir. possess. Huic exceptioni replicationis loco obiici possunt prima & tertia replicatio exceptionis superioris proximæ. Sed & eius replicatio videtur; Nisi seruus in libertate moretur, quæ tamen reprobatur *l. nunquam. 31. §. seruus. ff. de vsucap.*

V. Exceptio: Nisi possessor ab alio bona fide possideatur. *l. homo liber. 54. §. fin. ff. de adquirendo rerum dominio.*

VI. Exceptio: Nisi possessor apud hostes sit. *l. ait prætor. 23. §. 1. ff. ex quib. causis maior. l. denique. 19. cum l. sequente. ff. eod. tt. l. cum hæres. 23. §. in iis. ff. de adquir. possess. l. in bello. 12 § factæ. ff. de captiuis. l. neque. 11. ff. de vsucapionib. item l. si is. 15. in princ. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima videtur esse: Nisi postliminio sit reuersus. Sed reprobatur *l. ait prætor. 23. §. 1. & l. denique. 19. D. ex quib. causis maior. d. l. 15. in pr. l. iusto. 44 § fin. ibi, nec iure. D. de vsu. ap. item l. si postliminio. 29. in pr. D. de captiuis.* Secunda replicatio est: Nisi per subiectas iuri suo personas possideat & vsucapiat. *d. l. 12. §. factæ. D. de captiuis. l. si postliminio. 29. D. eod. tt. item l. si is. 15. §. quod si seruus. D. de vsucap.* Huius duplicatio est; Nisi tempore captiuitatis non peculiari nomine seruus vel filius possessionem apprehenderit. *l. iusto. 44. §. fin. & l. neque. 11. D. de vsucap.* Cuius triplicatio est; Nisi patre apud hostes existente, filiusfamil. possessionem apprehenderit, & pater apud hostes decesserit. *d. §. fin.*

VII. Exceptio; Nisi municipes possideant, reprobatur *l. 2. D. de adquir. possess.*

VIII. Exceptio; Nisi possessor ignoret se possidere, vel alium eius nomine in possessione esse, approbatur hac ratione, quia is qui nescit, non possidet. *de quo infr. c. 15. exc. 3.* Ergo nec vsucapit. *M. I. R. d. reg. 50. exc. 2.* Huius tamen replicatio est; Nisi per seruum vel liberum hominem fide possessum, peculiari nomine possideat. *l. 2. §. Celsus. D. pro emptore. l. 2. D. pro soluto. l. Labeo. 8. D. de vsucap.* Concordat item quoad liberum hominem bona fide possessum, *l. qui fundum. 7. §. fi. D. pro emptore. M. I. R. d. except. 2. repl. 1.* Plane ex iam dictis patet, propositę replicationi locum non esse, si vel seruus vel procurator noster, non peculiari nomine rem aliquam possideat, hoc enim casu scientia domini ad vsucapiendum requiritur. Quod notandum loco primæ duplicationis. *l. 1. C. de adquir. possess. & Inst. per quas pers. cuiq; adqu. §. ex his itaque, in fin. M. I. R. d. repl. 1 dupl. 1.* Secunda duplicatio est; Nisi seruus peculiari nomine possidens, ab alio bona fide possideatur. Tertia; Nisi seruus in fuga sit. Quæ duæ posteriores duplicationes approbantur *l. homo lib. 54. §. fin. D. de adqu. rer. dom.*

IX. Exceptio; Nisi ignoret possessor ex qua causa possideatur, & putet aliam esse, reprobatur *l. 2. §. si sub conditione, in fin. ff. pro emptore. l. nunquam. 31. §. finali; item l. iusto. 44. § filiusfamilias, in fin. D. de vsucap.*

X. Exceptio; Nisi possessor putet sibi per leges vsucapere nõ licere. *l. si fur. 32. §. 1. D. de vsucap.* Huius replicatio est; Nisi propter errorem in facto, non in iure consistentem, nõ putet sibi vsucapere licere, approbatur simul & distinguitur *l. iusto 44. §. filiusfamilias. D. d. tt.* Exemplum proponitur *l. 1. §. si sub conditione. D. pro emptore.*

XI. Exceptio; Nisi possessor sciat rem quam possidet, alienam esse. *Instit. de vsucap. in princ.* Ergo qui mala fide à non domino, quem non dominum esse scit, aliquam rem cõparauit, is eam rem non vsucapit, estq; propositę exceptioni locus. *Concordat d. l. 2. §. separata. D. pro emptore. l. 2. C. de præscriptione longi temporis. item l. si partem. 5. C. de vsucapionibus pro emptore. M. I. P. d. cap. 3. reg. 11. except. 1. M. I. R. d. reg. 50. except. 4. item l. b. 5. cap. 2. reg. 4. except. 19.* Plane exceptio proposita suas habet replicationes, quarum prima est; Nisi partem tantum rei possessæ sciat alienã. *l. si quis. 43. D. de adqu. poss. l. emptor. 4. D. pro emptore. l. qui cum 6. §. 1. D. eod. tt. M. I. R. d. except. 4. repl. 1.* Huius duplicatio esse videtur; Nisi pro indiuiso partem sciat esse alienam. Sed reprobatur *d. l. 43. Cui concordat l. emptor. 4. in fin. D. pro emptore.* Plane si ignorat possessor, quota pars aliena sit, vtrum tertia, an quarta, &c. duplicationi locus est. *d. l. 4. in prin. item l. qui cum 6. §. 1. D. eod. tt.* Secunda replicatio; Nisi vsumfructum rei tãtum sciat alienum, aut rem pignori alij esse obligatam. *l. si quis. 43. in fin. D. de adqu. poss.* Tertia; Nisi quasi volente & concedente domino quis rem à non domino sciens cõparet, approbatur exemplis *l. si id. 5. in pr. D. pro derelicto. M. I. R. d. exc. 4. repl. 2.* Quarta; Nisi factum sciens, ius ignorauerit possessor, reprobatur *l. iuris. 4. D. de iuris & facti ignor. l. nunquam. 31. in pr. D. de vsucap. M. I. R. d. except. 4. repl. 4. item d. reg 4 exc. 23.* Quinta replicatio est in longissimi temporis præscriptionib. Quæ replicatio iure ciuili approbata reprobatur *M. I. P. lib. 5. cap. 6. reg 21. except. 2. M. I. R. lib. 5. ca. 2. reg. 4. exc. 19.* Exemplum proponitur *l. 2. §. si à pupillo. D. pro emptore.* Aliud *l. legis Iuliæ. 4. §. cum itaque. C. qui bonis cedere possunt.* Quinta replicatio est; Nisi auctor ignorauerit rem esse alienam, reprobatur *d. l. 2. §. si eam rem. D. pro emptore.* Exemplum huius est *l. qui fundum. 7. §. seruus. ibi, cum peculium. D. d. tt.* Plane si defunctus bona fide emerit, vsucapietur res, quamuis hæres sciat alienã esse, & hoc in bonorum possessore, & in fideicõmissariis, quibus ex Trebelliano restituitur hæreditas, cęterisq; prętoriis successorib. obseruandum est. *d. l. 2. §. si defunctus. D. pro emptore.* Nam diutina possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & hæredi & bonorũ possessori continuatur, licet ipse sciat prædium alienũ esse. *Inst. de vsuc. §. diutina.* Si tamen hæredi primum possessio rei, quam defunctus emit, tradita est, scientia ei nocet. *l. hæres. 43. ff. de vsuc.* Sexta replicatio est; Nisi filiusfam, emente ac sciẽte, pater ignoret, vel contra patre sciente, filius ignoret, reprobatur *d. l. 43. §. fin. D. de vsuc. M. I. R. d. except. 4. repl. 10.* Septima; Nisi seruo emente & sciente, dominus ignoret, vel cõtra domino sciente, seruus ignoret. Hæc replicatio in primo quidẽ casu reprobatur, approbatur vero in secũdo, *l. 2. §. si seruus. §. si seruus iuris §. Celsus. & §. Pomponius. D. pro emptore. M. I. R. d. repl. 10.* Octaua replicatio est; Nisi initio possessionis ignorauerit. *l. vnica. §. hoc tantummodo. C. de vsucap. transform. l. si de eo. 40. § seruum tuum. D. de adqu. poss. item l. Inst. 44. § etsi. D. de vsucap.* Contradicit *M. I. P. d. except. 1. repl 1. M. I. R. d. exc. 4. repl. 5.* Quod autem in *d. l. 44.* de seruo postliminio reuerso dicit Papinianus, speciale est. Nam qui amissa possessione incipit scire rem alienam esse, posteaq; eam recuperauerit, ei non prodest bona fides prioris possessionis, quod notandũ loco duplicationis, *quæ approbatur l. si is. §. si quis*

bonã

bona. ff. de vsucap. l. qui fundum. 7. §. qui bona. ff. pro emptore. Plane duplicatio hæc recipit triplicationẽ hanc: Nisi seruus possessus ab hostib. captus sit, & postliminio redierit, hoc enim casu mala fides secundæ possessionis non obstat, vt paulo ante est dictum. Nona replicatio est: Nisi cum possessionis initio sciat rem alienã esse possessor, tempore contractus ignorauerit. Sed reprobatur *d. l. 7. §. qui bona.* Decima: Nisi cum cõtractus tempore sciret, traditionis tempore vel possessionis initio ignoret, *l. iusto. 44. §. etsi possessio. ff. de vsuc. l. si is. 15. §. fin. ff. d. tt.* Plane replicatio hæc recipit duplicationem hanc: Nisi res empta sit *l. si existimãs. 3. §. diuersit. atis. ff. pro soluto. l. 2. in prin. ibi, quare ergo. ff. pro emptore. item l. si aliena. 10. in pr. ff. de vsucap.* Vndecima replicatio hæc est: Nisi malę fidei possessor causam possessionis postea mutauerit. *De hac re dicetur infr. eod. lib. c. 15. q. 1. in fin.* Duodecima: Nisi authore iudice comparauit. *l. qui authore. 180. ff. de reg. iur. l. non videtur 128. fin. ff. eod. tt. l. iuste. 11. ff. de adqui. possess. l. & generaliter. 28. §. fin. ff. de noxal. actionibus. & l. at si 14. §. sed & si res ff. de religios.* Decima tertia replicatio: Nisi putauerit rem mãdato domini venditam esse, approbatur exemplo *l. intestatæ. 14. ff. pro emptore.* Decima quarta: Nisi procurator mandatu alicuius rem emens, traditam sibi retinuerit. *l. pignori. 13. §. fin. ff. de vsucap.*

¶ Hactenus exceptiones quæ sumuntur ex persona possessoris, sunt propositæ, sequuntur nunc eæ, quæ sumuntur ex persona eius à quo possidet.

XII. Exceptio: Nisi auctor mala fide possedit, sciens rem alienam esse. *l. vitia. 11. C. de adqu. possess.* Ratio est, quia is qui sciens rem alienam vendit, vel alio modo alienat, furtum eius cõmittit. Rei autem furtiuæ vsucapio nõ procedit, vt infra dicetur. *Inst. de vsucap. §. furtiuæ, in fin. Concordat l. 1. C. de vsucap. pro empt. l. sciens. 7. C. eod. tt. item l. 2. C. de vsucap. pro donato. M. I. R. d. reg. 50. exc. 5.* Plane propositæ exceptionis replicatio est. Nisi res soli sit, non mobilis, tunc enim mala fides auctoris possessori non nocet. *quæ replicatio colligi potest ex verbis Imp. Iustiniani in d. §. furtiuæ, hisce, In reb. mobilibus non facile procedit, vt bonæ fidei possessorib. vsucapio competat, &c. Ergo in reb. immobilib. scientia auctoris possessori non nocet. Cui concordant ea quæ habentur supr. ca. prox. exc. 21. repl. 7. Sed & concordat l. an vitium. 5. in pr. ff. de diuer. & temp. præscript. item l. qui fundum. 7. §. procurat. ff. pro emptore. M. I. R. d. except. 5. repl. 1.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi possessor hæreditario iure successerit auctori vitioso. *l. cum hæres. 11. ff. de diuersis & tempor. præscript. Inst. de vsucap. §. diutina. ibi, quod si ille. l. sequitur. 4. §. hæres. ff. de vsucap. item: l. si mala. 3. C. communia de vsucapionib. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 2.* Cuius triplicatio est: Nisi hæres ex re à defuncto mala fide possessa, fructus, partum vel fœtum perceperit, hæc enim vsucapere hæres potest, quamuis ipsam rem non possit. *l. sequitur. 4. §. fructus. ff. de vsucapionib.* Plane iam dictæ triplicationis quadruplicatio est: Nisi ipsa res furtiua sit, tunc enim quamuis ex ea hæres fructus vel partum bona fide perceperit, non tamen eos vsucapit. *d. l. 4. §. hæres.* Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi bonæ fidei possessor accessione sui auctoris vitiose velit vti, hæc enim accessio illi denegatur, *per ea quæ habentur infr. exc. 34. repl. 2. dupl. 3.* Tertia duplicatio est: Nisi dominus ignorauit rem suam esse, eamque fuisse alienatam, hoc enim casu malafides auctoris bonæ fidei possessori nocet. *Nouell. const. 119. §. vltra hæc.* Quarta: Nisi res immobilis ab auctore vel alio vi fuerit possessa, tunc enim nocet bonæ fidei possessori, *de qua re vide inf. exc. 21.* Plures huius generis exceptiones vide *inf. c. 13. pro emptore.*

¶ Sequitur tertium exceptionum genus aduersus vsucapionem, earum videlicet quæ sumuntur ex persona eius per quem possidetur.

XIII. Exceptio: Nisi per alium possideat, ipso iure reprobatur *l. qui fundum. 7. §. fi. ff. pro emptore. l. 1. C. de adqu. possess. Inst. per quas personas cuiq; adquir. §. non solum, in fine. Concordat iisdem fere verbis l. adquiruntur. 10. §. non solum. ff. de adqu. rer. dom. l. Labeo. 8. ff. de vsucap.* Plane admittitur, si quis per se vsucapere non possit, hic enim nec per alium poterit vsucapere. *d. l. 8. in fine.* Alias propositi generis exceptiones vide *infr. eod. lib. cap. 15.*

DE EXCEPTIONIBVS QVÆ SVMUNTUR EX RE QUÆ POSSIDETUR.

CAP. X.

QVartum exceptionum genus sequitur, earum scil. quæ sumuntur ex re possessa.

XIV. Exceptio: Nisi res talis sit, vt vsucapi non possit. *Inst. de vsucap. §. nouissime.* Huius replicatio est: Nisi vitium rei sit purgatum. *l. vbi lex. 24. §. ff. de vsucap.* Species propositæ exceptionis sunt exceptiones proxime sequentes.

XV. Exceptio: Nisi res sacra, sancta, religiosa vel publica, vel liber homo possideatur. *Inst. de vsucap. §. sed aliquando. Concordat l. vsucap. 9. ff. de vsucap. l. præscriptio. 5. C. de operib. pub. l. 2. C. ne rei dominicæ vel templorum, &c. item l. præscriptio. 45. in princ. ff. de vsucap. M. I. P. d. reg. 11. exc. 2. M. I. R. d. reg. 50. except. 8. cum seq.* Plane quod ibi dicitur de diuerticulo fluminis publici, ei contradicit *l. si quisquam. 7. ff. de diuersis temp. præscript.*

XVI. Exceptio: Nisi res fisci vel Imperatoris possideatur. *Inst. de vsucap. §. res fisci. concordat l. 2. C. communia de vsucap. l. 1. cum duabus ll. sequ. C. ne rei dominicæ vel templ. l. 2. C. de fundis & saltibus rei Tamiacæ. M. I. P. d. reg. 11. except. 3.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi quis bona vacantia fisco nondum nunciata, occupet bona fide, *l. quamuis. 18. ff. de vsucap. Inst. de vsucap. §. res fisci.* Secunda; Nisi res fisci esse desierit *l. vbi lex. 24. §. fin. ff. de vsucap.* Tertię replicationis loco notandum, quod quadraginta annis in hisce rebus præscribatur. *quæ replicatio seu præscriptio approbatur l. iubemus. 14. C. de fundis patrimonialibus, lib. 11.*

XVII. Exceptio; Nisi res sit prouincialis soli. Hæc exceptio iure quidẽ antiquo approbatur, reprobatur vero iure nouo, *Inst. de vsucap. in princ. Concordat l. vnica C. de vsucap. transfor.*

XVIII. Exceptio; Nisi res sit soli, reprobatur *l. rescriptis. 9. ff. de diuersis temp. præscript. M. I. R. d. reg. 50. except. 10.*

XIX. Exceptio; Nisi res sit incorporalis. *l. seruus. 43. §. incorporales ff. de adquir. rerum dominio.* Ratio est, quia res incorporales possideri non possunt. *l. sequitur. 4. §. si viam, in fin. ff. de vsucapionib. Concordat l. vsucap. 9. l. si aliena. 10. §. hoc iure. ff. de vsucap.* Plane libertatem seruitutum vsucapi posse, verius

verius est. Itaque cum tibi seruitutem deberem, ne mihi puta liceret altius ædificare, & per statutum tempus altius ædificatum habuero, sublata erit seruitus. *l. sequitur. 4. §. fin. ff. de vsucap.* De qua re vide *infr. lib. prox. cap. 3. causa 10.*

XX. Exceptio: Nisi res quæ possidetur absit, reprobatur *l. cum in 12. § de rebus. C. de præscript. longi temp.*

XXI. Exceptio: Nisi res quæ possidetur, furtiua sit, vel vi possessa. *Instit. de vsucap. §. furtiuæ. l. si quid. 4. in princ. ff. pro soluto. l. vlt. ff. vi bonorum raptorum. l. 1. & l. sciens. 7. C. de vsucap. pro emptore. l. 2. C. de vsucap. pro donato. item l. 10. C. de furtis & seruo corrupto.* Plane huius exceptionis plures sunt replicationes. Prima: Nisi filius patris, vel seruus domini res surripuerit, reprobatur *Inst. de obligationibus quæ ex delicto nascuntur. §. qui in.* Plane si seruus insciente domino rem peculiarem vendidisset, emptor vsucapere potest *l. si seruus. 34. ff. de vsucap.* Sed & si seruus rem peculiarem furandi animo amouet, non est furtiua. *l. interdum. 58. §. si res. vers. cum autem ff de furtis.* Secunda replicatio est: Nisi vxor mariti rem surripuerit, reprobatur *l. rer. 29. ff. rerum amotarum.* Tertia replicatio est: Nisi debitor pignus surripuerit, *l. sequitur. 4. §. si rem. ff. de vsucap. l. si rem. 2. ff. pro emptore. Contradicit l. cum sit. 6. C. de vsucap. pro emptore. item l. vlt. ff. pro soluto.* Quarta replicatio: Nisi dominus bonę fidei possessori vel fructuario rem suam surripuerit. *l. cum as. 20. § fin. ff. de furtis.* Quinta; Nisi tutor rem pupilli surripuerit, reprobatur *l. si fundum. 7. §. si tutor. ff. pro emptore.* Sexta: Nisi quis sine dolo malo, & non furandi animo rem alienã vendiderit. *l. potest. 36. cum l. sequente. ff. de vsucapionib. Concordat iisdem prope verbis Inst. de vsucapionib. §. sed tamen id.* Septima: Nisi quis sine vi fundi alieni possessionem sit nactus. *l. furtum. 37. cum l. sequente. ff. de vsucapionibus. Instit. de vsucapionibus. §. quod autem ad eas res.* Huius duplicatio esse videtur: Nisi postea dominum venientem accedere prohibuerit. Quæ tamen reprobatur *l. sequitur. 4. §. item si occupaueris. ff. de vsucapionib.* Sed & alia duplicatio videtur esse, hæc scilicet: Nisi cum alius antea dominum vi de possessione deiecisset, alius postea vacuam possessionem occupauerit, quæ itidem reprobatur *d. l. 4. §. si tu vi me. & l. non solum. 33. §. si dominus. ff. eod. tt.* Octaua replicatio; Nisi nõ dominus, sed alius possessor vi sit deiectus, reprobatur *l. sequitur. 4. §. si tu vi. ibi, cæterum. ff. de vsucap.* Nona: Nisi res hæreditaria nondum ab hærede possessa subrepta sit, reprobatur *l. si homo. 35. ff. de vsucap.* Decima: Nisi res furtiua ad hostes peruenerit, inde postliminio sit reuersa, reprobatur *l. latrones. 27. ff. de captiuis & postlimin.* Vndecima: Nisi res furtiua vel vi possessa in domini potestatem sit reuersa. *Inst. de vsucap. §. aliquando.* Huius duplicatio prima est; Nisi res alio modo apud dominum sit, quam antea fuerit, hoc enim casu reuersam eam nõ prodest. *l. sequitur. 4. §. item si eam rem. ff. eod. tt.* Secunda; Nisi possessio domino rursus possit auelli. *d. l. 4. §. tunc in potestatem. l. mulieris. 13. §. desiero. ff. de verbor. signif.* Huius exemplum est duplicatio sequẽs proxima. Tertia: Nisi dominus possessorem fundi vi deiecerit. *d. l. 4. §. si dominus.* Quarta: Nisi dominus ignoret rem in suam potestatem rediisse. *l. si ad dominũ. 88. ff. de furtis.* Huius triplicatio prima est: Nisi dominus ignorauerit rem subreptam esse, tunc enim quamuis ignorauerit, eam reuersam esse, nihilominus vitium est purgatũ. *l. sequitur 4. §. Labeo. ff de vsucapionib.* Altera: Nisi tutor vel curator domini sciat rem reuersam esse, tunc enim ignorantia domini non obstat. *d. l. 4. §. si pupillo.* Quinta duplicatio est: Nisi dominus ignoret rem suam esse vel sibi subreptam fuisse. *l. qui fundum. 7. §. furtiuam. ff. pro emptore. l. sequitur. 4. §. tunc in potestatem. ff. de vsucapionibus. l. Labeo. 14. §. item si dominus. ff. de verborum significationib.* Sexta: Nisi in alterius quam domini potestatem sit reuersa. *d. l. 4. §. quod autem.* Huius triplicatio prima est: Nisi ipse debitor pignus quod dedit creditori, surripuit, tunc enim sufficit in creditoris potestatem rediisse. *l. vlt. ff. pro soluto.* Secunda; Nisi in procuratoris potestatem redierit, reprobatur *l. si rem. 41. ff. de vsucapionibus.* Tertia; Nisi in tutoris vel curatoris potestatem redierit. *l. interdũ. 58. §. qui tutelam. ff. de furtis.* Huius quadruplicatio est; Nisi ex furto tutoris res furtiua sit facta. *l. qui fundum. 7. §. si tutor. ff. pro emptore.* Quarta triplicatio est; Nisi in serui potestatem redierit. *l. interdum. 58. §. si res. ff. de furtis.* Huius quadruplicatio est: Nisi dominus rem peculij esse nolit. *l. sequitur. 4. §. Labeo quoq; & §. item si eam rem. ff. de vsucapionib.* Septima duplicatio videtur: Nisi res deterior in potestatem domini sit reuersa. *l. mulieris. 13. §. 1. & l. Labeo. 14. in princ. ff. de verborum significationib.* Hæc de vndecima exceptione, cum suis duplicat. Duodecima replicatio: Nisi res furtiua vel vi possessa, postea domini voluntate alij sit tradita. *d. l. 4. §. tunc in potestatem, in fine.* Decima tertia; Nisi dominus rem vendicans, litis æstimationem percepit. *d. §. tunc in potest. item. & l. quamuis. 86. ff. de furtis.* Decima quarta; Nisi dominus furi rem vendiderit. *d. l. 86. l. si fur. 32. in princ. ff. de vsucapionibus. item l. certe. 6. §. Iulianus, in fin. ff. de precario.* Decima quinta replicatio est; Nisi is qui rem furtiuam vendidit, postea domino hæres extiterit, vel alio modo dominium rei sit nactus. *l. cum vir. 42. ff. de vsucapionibus.* Plura de hac replicatione vide *supr. cap. 4. causa 1. exc. 1. repl. 11.* Decima sexta; Nisi cum dominus rem vindicare & recipere posset, noluit. *l. potestatis verbo. 215. §. fin. ff. de verborum significationib.* Hæc de vigesima prima exceptione cum suis replicationibus.

XXII. Exceptio; Nisi seruus fugitiuus possideatur. *l. 1. & l. 6. C. de seruis fugitiuis. Inst. de vsucap. §. sed aliquando. & l. ancilla. 61. ff. de furtis.*

XXIII. Exceptio; Nisi partus sit ancillæ furtiuæ, qui possidetur, reprobatur *l. non solum. 33. in princip. ff. de vsucapionibus. l. qui vas. 49. §. si ancilla. ibi, sed si concepit. ff. de furtis. l. si ego. 11. §. idem Iulianus. Digest. de Public. in rem actione. l. si matrem. 3. C. de vsucapionibus pro emptore, item l. ancillæ. 12. C. de furtis.* Plane in quibusdam casibus admittitur, quorum primus est, quando partus apud furem est conceptus. Qui approbatur *l. qui vas. 49. §. si ancilla. ff. dicto tt.* Propositæ exceptionis in hoc casu proposito replicatio videtur esse talis: Nisi partus apud bonæ fidei possessorem editus sit; hoc enim casu nil referre videtur, quod apud furem sit conceptus, verũ reprobatur *d. §. si ancilla.* Contradicit *l. si aliena. 10. §. fin. ff. de vsucap.* Alter casus, quo exceptio proposita admittitur, est,

est, si partus tempore furti facti fuit conceptus, *l. qui vas. 49. § si ancilla. ibi, si ancilla surripiatur prægnans. ff. de furtis.* Tertius casus est, quando possessor scit ancillam furtiuam esse. *l. si ancillam. 4. in pr. ff. pro suo l. sequitur. 4. §. si antequam. ff. de vsucapionibus.* Huius exceptionis in casu proposito replicatio prima est: Nisi post conceptionem demum possessor matrem cognouerit alienã esse, tunc enim quamuis antequam eniteretur, cognouit, scientia illi nihil obest. *l. iusto. 44. §. etsi possessionis. ff. de vsucapionib.* Altera: Nisi possessor dominum certiorem facere non potuit. Tertia: Nisi possessor dominum fecerit certiorẽ. Hæ duæ replicationes approbantur *l. si ancillam. 4. in princ. ff. pro suo.* Hæc de tertio casu. Quartus casus est: Si seruus vel alius pro libertate eius ancillam furtiuã domino dederit. *l. sequitur. 4. §. de illo. ff. de vsucapionib.* Cui contradicere videtur *l. qui ob. 9. ff. pro emptore. item l. seruus. 10. ff. eod. tt.* Quintus casus est, quando hæres in defuncti vitium succedit. *qui approbatur l. sequitur. 4. §. hæres. ff. de vsucap.* Plane hoc casu replicatio hæc est, Nisi hæres furis bonæ fidei possessori partum alienauerit, ab hoc enim poterit vsucapi. *l. si aliena. 10. §. fin. ff. de vsucap.*

xxiv. Exceptio: Nisi id quod possidetur, ex re furtiua sit perceptum, vel confectum, approbatur exemplo lanę, *l. sequitur. 4. §. lana ouium. ff. de vsucapionibus.* Idem iuris est, si ex lana furtiua vestimentum feceris. nam verius est (*inquit Paulus*) vt substantiam spectemus, & ideo vestis furtiua erit. *d. l. 4. §. si ex lana.* Huius replicatio est: Nisi apud bonæ fidei possessorem primum ex re furtiua sit perceptum. *d. §. lana ouium. Concordat l. qui vas. 49. §. si ancilla. ff. de furtis.*

DE EXCEPTIONIBVS QVÆ SVmuntur ex causa possessionis.

CAP. XI.

QVintum exceptionum genus aduersus vsucapionem, sumitur ex causa possessionis, cuius generis species nunc sequuntur.

xxv. Exceptio: Nisi causa ex qua possessio adquisita est, ad transferendum dominium vtilis sit, tunc enim is cui res tradita est, statim dominium eius nanciscitur sine vsucapione. *l. in bello. 12. §. si quis seruum. ff. de captiuis. Inst. per quas personas cuique adquiritur. §. ex his itaque. ibi, & per hanc l. si clauib. 74. ff. de contrah. empt. item l. sequitur. 4. § lana ouium. ibi, si vero apud. ff. de vsucapionibus. M. I. R. d. reg. 50. except. 16.*

xxvi. Exceptio: Nisi causa ex qua possessio adquisita est, ipso iure ad transferendum dominiũ sit inutilis, hoc est, cum res ita datur, ne fiat accipientis, tunc enim nec diutina possessione dominiũ ex ea causa transfertur, approbatur argumento *l. quæcunque 13. §. 1. ff. de Publiciana in rem actione. M. I. R. d. reg. 50. exc. 15.* Quemadmodũ enim ea quæ vsucapi non possunt, nec Publiciana actione possunt peti, *l. siue autẽ. 9. §. hæc actio. ff. d. tt.* ita contra quoq;, quæ Publiciana peti nequeũt, nec vsucapi posse dicendum est. *l. nullo. 24. C. de rei vendic.* Propositæ exceptionis exemplũ primum proponitur in pignore, *l. pignori. 13. in princ. ff. de vsucapionibus.* Alterum in re precario accepta & conducta, *l. 2. C. de præscript. 30. annorum. l. cum hæres. 11. ff. de diuersis tempor. præscriptionibus. l. 1. C. communia de vsucap. l. 1. C. in quibus causis cessat longi temporis præscriptio. item l. cum notissimi. 7. §. fin. C. de præscript. 30. annorum.* Tertium propositæ exceptionis exemplum est: Si quis iure emphyteutico rem aliquam possederit: nam nec hic directum eius dominium vsucapit. *d. §. fin.* Plane qui rem aliquam ex conducto per quadraginta annos possedit, certa annua pensione præstita emphyteuta præsumitur. Ideoq; ex titulo etiam conductionis res præscribitur quadraginta annis, non tamen quoad dominiũ, sed quoad præsumptionem emphyteuseos, quod replicationis loco contra præcedens proximum exemplum notandum. *l. vlt. C. de fundis patrimonialibus. item glossa in l. 2. in verbo Repellere, in fin. C. de iure emphyteutico.* Quartum propositæ exceptionis exemplum est in re vsusfructus nomine possessa, *quod proponitur l. neque 8. C. de vsufructu. l. adquiruntur. 10. §. fin. ff. de adquirendo rerum dominio. Concordat iisdem verbis Institut. per quas personas cuique adquirit. §. fructuarius.* Quintum exemplum in re commodata proponitur *l. rei commodatæ. 8. cum lege sequente. ff commodati. l. 2. §. quod vulgo. ff. pro hærede.* Sextum est in re deposita. *d. §. quod vulgo. Cui concordat l. licet. 17. §. fin. ff. depositi.* Septimum in re procuratorio nomine possessa, *l. cum notissimi. 7. §. fin. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Plane huius exempli replicatio hęc est: Nisi quis alterius mandatu rem emens, traditam sibi retinuerit, hic enim eam rem vsucapiet, quamuis mandati iudicio eo nomine teneatur. *l. pignori. 13. §. fin. ff. de vsucap.*

xxvii. Exceptio: Nisi rem vi vel furto sit adeptus possessor. Hæc exceptio species est præcedentis, & approbatur *l. nullo. 24. C. de rei vendic. Instit. de vsucapionibus. §. furtiuæ. ibi, quod autem dictum. item l. improb. 7. C. de adquir. possess.* Sed & plures leges concordantes vide *supr. c. 9. exc. 11. in prin.* Huius exceptionis replicatio videtur esse talis: Nisi res possessori fuerit debita, quæ tamen reprobatur *l. si ex. 5. C. de adquir. possess.*

xxviii. Exceptio: Nisi causa falsa sit, vel nulla præcesserit possessionem. *l. Celsus. 27. ff. de vsucapionibus. Inst. de vsucap. §. error. l. 2. in princ. §. eius bona. & §. cum Stichum. ff. pro emptore. l. 1. in princip. ff. pro donato. l. nemo. 6. ff. pro derelicto. l. 2. cum lege sequente. ff. pro legato. l. vlt. C. in quibus causis cessat longi temporis. l. irritam 3. C. de vsucap. pro donato. l. vsucapio. 4. C. de vsucap. pro hærede. l. diutina. 4. C. de præscript. longi temporis. l. nullo. 24. C. de rei vendicatione. l. ex initio. 18. C. ad legem Corneliam, de falsis. M. I. P. d. regul. 11. except. 4. vbi etiam distinguitur M. I. R. d. regul. 50. except. 11.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iustã erroris causam possessor habuerit, approbatur simul & declaratur *l. quod vulgo. 11. ff. pro emptore. l. vsucapio. 5. ff. pro suo. l. si ancillam. 4. §. penult. ff. d. tt. M. I. R. d. except. 11. repl. 1.* Secunda; Nisi dominus rei possessori tanquam aduocatus in iudicio adstitit, reprobatur *l. nec petentem. 5. C. de præscript. longi temporis.* Tertia; Nisi tanquam debitum nobis ab aliquo sit traditum ac solutum. *l. hominem. 3. cum lege sequente. §. fin. ff. pro suo.* Huius duplicatio prima est; Nisi is cui traditur, sciat sibi non deberi. *d. l. 3. Concordat l. si existimans. 3. in princip. ff. pro soluto.* Altera duplicatio est; Nisi ex causa venditi quis putans se teneri, tradat. *d. l. 3. Concordat l. pro emptore. 2. in princ. ff. pro emptore.* Tertia: Nisi cum

hæres

hæres existimans alium sibi cohæredem, res hæreditarias ei pro parte tradidit. *l. cum solus. 28. ff. de vsucap.* Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio est: Nisi alia iusta causa subsit, quam possessor putauit. approbatur exemplo *l. nunquam. 31. §. fin. ff. de vsucapionibus.*

xxix. Exceptio: Nisi causa possessionis lucratiua sit. reprobatur *l super 11. C. de præscript. longi temporis.* Hæc de exceptionibus quæ sumuntur ex causa possessionis, sint dicta. Plures licet videre infra *in specialibus exceptionibus aduersus singulas causas.* Nunc reliquæ exceptiones generales, quæ aduersus vsucapionem possunt opponi, sunt proponendæ.

DE RELIQVIS EXCEPTIONIBVS ADuersus vsucapionem: item de accessionibus & interruptionibus possessionis.

CAP. XII.

xxx. Exceptio: Nisi dominus vel rei possessor absens fuerit. Hæc exceptio aduersus decem quidem annorum vsucapionem prodest, viginti autem annorum præscriptioni non obstat: quoniam res viginti annis etiam inter absentes vsucapitur. *de quo dictum est supra cap. 8. in princ.* Absentes autem accipiendi sunt, si non in eadem prouincia vterque, tam dominus rei, quam possessor, domicilium habeat: sed alter in alia, alius in altera. *l. cum in longi. 12. §. sin autem. C. de præscript. longi temp.* Nam si vterq; domicilium habeat in eadem prouincia, licet in diuersis ciuitatibus, causa inter præsentes esse videtur, & decennij magis præscriptione dominus excluditur, *d. l. 12. §. sancimus.* Plane exceptionis propositæ replicatio est: Nisi medio tempore per aliquot annos præsens fuerit. quæ replicatio sub certo modo approbatur *Nou. const. 119. §. vltra hæc sancimus. ibi: quantum vero.*

xxxi. Exceptio: Nisi dominus propter suam vel aduersarij sui infantiam, absentiam, vel aliam iustam causam agere non potuit. *De hac exceptione vide infr. lib. 15. cap. 13. exceptione 8. cum aliquot sequentib.*

xxxii. Exceptio: Nisi dominus ignorauit rem suam esse, vel alienatam. *Nouell. c. 119. §. vltra hæc. ibi: cæterum.* Quæ exceptio proposita approbatur, simul etiam replicatio proponitur, hæc scilicet: Nisi possessor à bonæ fidei possessore rem comparauerit. Sed & de hac re vide *supr. except. 12. in fin. M. I. R. d. reg. 50. except. 17. repl. 1.*

xxxiii. Exceptio: Nisi dominus seu actor in integrum sit restituendus. *l. præscriptione. 7. C. quib. non obijcitur longi temp. præscript.*

xxxiv. Exceptio: Nisi res non sit possessa. *l. sine. 25. ff. de vsucap. M. I. P. d. reg. 11. except. 6. M. I. R. d. reg. 50. except. 19.*

xxxv. Exceptio: Nisi non per legitimum tempus possederit possessor. Huius exceptio absque cuiusquam indignatione iusta est. *M. I. P. d. reg. 11. excep. 8. M. I. R. d. reg. 50. exc. 24.* Et quod sit tempus legitimum vsucapionis, definitur supra *cap. 8. in princ. & quæst. 5.* Eius autem replicatio prima est: Nisi modicum tempus desit. *l. in vsucapionib. 6. cum l. sequente. ff. de vsucap. l. in vsucapione. 15. in princ. ff. de diuersis tempor. præscriptionib.* Secunda: Nisi accessione vtatur possessionis sui actoris, & eius à quo auctor suus possedit, vel alterius cuiusdam. *l. de accessionib. 14. in prin. ff. d. tt. l. in vsucapione. 15. § 1. ff. eod. tt. l. 1. §. hoc tantummodo. C. de vsucap. transform. item l. super. 11. ibi: adiecto. C. de præscript. longi tempor. M. I. P. d. except. 8. replic. 1. M. I. R. d. except. 24. replic. 1.* Huius exemplum primum inter venditorem & emptorem proponitur *l. 2. §. emptori. ff. pro emptore. Cui concordat l. dolia 76. §. eum qui. ff. de contrah. empt. Inst. de vsucap. §. inter venditorem. l. de accessionib. 14. §. itemq; ff. de diuersis temp. præscript. item l. in vsucapione. 15. §. item adijciendum. & §. fin. & l. si duobus. 6. in prin. ff. de diuersis tempor. præscript.* His legibus de accessione, qua possessio venditoris eiusq; auctorum accedit emptori, agitur. cuius exempli duplicationes proponentur infra. Alterum propositæ replicationis exemplum, quo emptoris possessio accedit venditori, proponitur *l. Pomponius. 13. §. præterea. ff. de adquirenda possess. l. si hominem. 19. ff. de vsucap. item l. si duob. 6. § vendidi. ff. de diuersis temporalib. præscriptionibus.* Hæc de secundo exemplo, quod etiam infra *exceptione* 42. replicationis loco notabitur. Tertium replicationis propositæ exemplum seu species est, quando possessio defuncti accedit eius hæredi. *quod proponitur l. de accessionib. 14. in princ. ff. de diuersis tempor. præscript. Concordat Instit. de vsucap. §. diutina.* Quarto, possessio defuncti accedit legatario. *l. Pomponius. 13. § sed & legat. ff. de adquirenda possessione. & l. id tempus. 14. §. fin. ff. de vsucap.* Quinto, hæredis quoque possessio legatario accedit. *d. §. sed & legatario.* Sexto, possessio donatoris accedit donatario. *l. Pomponius. 13. §. sed & is cui. ff. de adquirenda possessione.* Septimo, ei cui iussu iudicis est restituta, tempus prioris possessionis accedit. *d. l. 13. §. si iussu.* Octauo, creditor ne in re pignori obligata vtetur accessione ex persona debitoris, & eius à quo debitor suus accepit. *l. de accessionib. 14. §. itemq; si mihi. ff. de diuersis temporal. præscriptionib.* Nono, re in dotem data vel ex dote recepta, alter alterius accessione vtitur. *l. Pomponius. 13. §. in dotem ff. de adquirenda possessione. & l. dotis fructus. 7. §. si res in. ff. de iure dotium.* Hactenus exempla propositæ replicationis enumerauimus: nunc eius duplicationes videamus, quarum prima est: Nisi is qui vult vti accessione sui auctoris, rem non possederit. *l. in vsucapione. 15. §. 1. ff. de diuersis temp. præscr. l. accessio. 16. ff. eod. tt. item l. Pomponius. 13. §. quæsitum. & §. penult. ff. de adqu. possess.* Secunda: Nisi medius aliquis ex auctorib. non possederit, & medium aliquod tempus sine possessione vacuum fuerit. *d. l. 15. §. 1.* Huius triplicatio est: Nisi hæres vtatur accessione possessionis defuncti. *l. nunquam. 31. §. vacuum. ff. de vsucap. l. iusto 44. §. nondum. ff. eod. tt. l. Pomponius. 13. § non autem. ff. de adquir. possess. l. 2. §. etiam hæredi. ff. pro emptore. item l. cum miles. 30. in pr. ff. ex quib. causis maiores in integr.* Plane propositæ triplicationis quadruplicatio est: Nisi medio tempore res ab alio sit possessa. *l. possessio. 20. ff. de vsucap. l. qui cum. 6. § fin. ff. pro emptore. item l. Pomponius. 13. §. quæsitum, cum sua glossa. ff. de adquir. possess.* Tertia duplicatio est: Nisi auctor mala fide possederit. Quarta: Nisi is qui vult vti accessione, mala fide possideat. quæ duæ duplicationes approbantur *d. l. 13. §. fin.* Concordat tertiæ duplicationi *d. l. 13. 2. cum quis. & § ex facto.* Quartæ duplicationi concordat *l. si quis. 8. §. sin vero nullum. C. de præscript. 30. annor. M. I. P. d. repl. 1. dupl. 1.* Quinta est: Nisi ven-

 ditor,

ditor, cuius accessione emptor vult vti, postquã rem emptori tradidit, rursus eam possidere cœperit. *l.id tempus.14.in prin.ff.de vsucap.l.in vsucapione.15.§.penult.ff.de diuers.tem.præscript.* Sexta: Nisi à furioso quis emerit. eius enim tempus emptori nõ accedit.*l.2.§.si à furioso,in fin.ff.pro emptore.* Septima: Nisi cum quis rem suam vendendam mandasset,is cui mandatum fuit,id rursus alij mandauerit. Hoc enim casu emptor eius qui postea mandauit, accessione non vtitur,nisi dominus ei permiserit. *l. in vsuc.15. §. item adijcien. ibi: quod si is quoq; ff.de diu.tem.præsc.* Octaua; Nisi venditor rem venditionis tempore non habuerit. reprobatur *d.l.15.§.pen.* Nona: Nisi is qui bona fide seruit,bonæ fidei possessori non adquisierit. hoc enim casu possessio,quæ bonæ fidei possessor possedit,libero homini vel domino serui, cui res postea restituitur,non accedit. *l.Pomponius.13. §. si liber.ff.de adquirenda posses.* Decima duplicatio est: Nisi defunctus ab hostib.captus sit,ibiq; decesserit.tunc enim hæredi possessio defuncti non accedit. *l.si is 15.in pr.ff.de vsucap.* Vndecima: Nisi venditor accessione emptoris velit vti, puta re redhibita, vel venditione resoluta. reprobatur *l.Pomponius.13.§ præterea.ff. de adquirenda posses.* Duodecima; Nisi non is cuius accessione possessor vti vult, sed alius ei vendiderit. approbatur exemplo *l.in vsucapione.15.§.item adijciendum. ibi: quod si is quoque. & §.sed & si. ff. de diuersis tempor. præscript. l.si seruus. 14.ff.de adquir. posses.* Huius triplicatio prima est: Nisi mandante vel ratum habente eo cuius accessione possessor vtitur, res ei sit alienata. *quæ triplicatio cum ex iam dictis constat, tum approbatur etiam l.de accessionibus. 14.§.item si absente.ff. de diuers. temp.præscript.* Secunda; Nisi filius vel seruus liberam peculij administrationem habens, rem peculiarem vendiderit. hoc enim casu tempus etiam quo res apud patrem vel dominum fuit, emptori accedit. *quæ approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superius ead.dupl.in princ.* Tertia: Nisi creditor ex pacto pignus vendiderit, tunc enim etiam debitoris tempus emptori accedit. *d.l.14.§. fin.* Quarta: Nisi is cuius accessione possessor vtitur, auctor sit eius, à quo possessor comparauit. Hæc triplicatio ipso iure subsistit, eiusque exempla licet videre *in exemplis paulo superius ead. replicat. in princip.propositis.* Quinta; Nisi à tutore vel curatore eius cuius accessione vtitur, possessor comparauit.*l.in vsucapione.15.§.item danda. ff. de diuers.temp.præscript.l.si seruus.14.§.fin. ff. de adquir. posses.* Hactenus de accessionibus possessionum; quamquam de iis plura etiam proponentur *infr. except.42.replic.1.cum sequentibus.* Sed & eius de accessionibus hic sumus admonendi, quod de iis nihil in perpetuum neque generaliter definiri possit. *quod approbatur l.de accessionibus.14. in prin.ff. de diuersis tempor.præscript.* Hæc de secunda propositæ exceptionis replicatione, eiusque duplicationibus. Tertia replicatio est: Nisi possessor nondum impleta vsucapione decesserit. tunc enim etiam antequam adeatur hæreditas, vsucapio impleri potest. *l.cœptam.40. ff. de vsucap.l.iusto. 44.nondum. ff. eod.tt.* Huius duplicatio est: Nisi nondum adita hæreditate alius possessionem nactus sit.*l.qui cum.6.§.fin.ff. pro emptore.* Quarta replicatio est: Nisi nondum adita hæreditate res à seruo hæreditario sit comparata. tunc enim hæredi tempus vsucapiendi procedere videtur, quamuis hæreditatem nondum adierit, neque rem cœperit possidere. Quæ tamen replicatio reprobatur *l.præscriptio. 45. §. finali. ff. de vsucapionibus.* Contradicit *l.iusto.44.§. nondum.ibi: sive seruus. ff.eod tt.item l.Pomponius.13.§. non autem. ff. de adquirenda posses.* Hæc de 35. exceptione, cum quatuor eius replicationibus sint dicta.

XXXVI. Exceptio: Nisi dies feriati tempore possessionis eximantur.reprobatur *l.nunquam.31. §.1.ff de vsucap.*

XXXVII. Exceptio: Nisi dies intercalaris tempori non connumeretur. *l.2. ff. de diuers. & temp. præscript.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi conditio contractus initio possessionis nondum extiterit. *l.2.§.si sub condit.ff.pro emptore.l.necessario.8.§. quod si pendente.ff. de peric. & commod. rei venditæ. M.I.R. d.regul.50.except.12.*

XXXIX. Exceptio; Nisi cum res sic empta esset, vt nisi pecunia intra diem certum soluta esset, inempta fieret, pecunia soluta non sit. *l.2.§. Sabinus.ff.pro emptore.* Huius replicatio est; Nisi non conditionaliter sit prolatum, sed conuentio sit. *d.§.Sabinus.*

XL. Exceptio: Nisi in diem addictio sit facta. reprobatur *d.l.2.§.si in diem.*

XLI. Exceptio: Nisi cum nuptiæ nondum essent, res ex causa dotis sit possessa. approbatur simul & distinguitur *l.1.§.& primum.ff.pro dote.* Huius replicatio prima est: Nisi res ita data sit, vt statim fiat sponsi. tunc enim etiam nondum nuptiis existentibus procedit vsucapio. *d. §. & primum.* Altera: Nisi æstimata res in dotem data sit.reprobatur *l.2.ff.eod.tt.*

XLII. Exceptio: Nisi res cohærens ædificio possessa sit, & ædificium postea demolitum.*l.eum qui.23.§.si autem.ff de vsucap. Concordat l.in rem.25.§. fin.ff. de rei vendic.*

XLIII. Exceptio; Nisi possessio interrupta sit, & res medio tempore non possessa. *l. 2. C. de præscrip.long. tempor. M.I.P. d.regul.11. exc.9. M.I.R.d.reg. 50.except.25.* Ad hanc exceptionem pertinet locus de Vsurpationibus. Est autem Vsurpatio (*autore Paulo Iurisconsulto*) vsucapionis interruptio; quanquam Oratores vsurpationem frequentem vsum vocant.*l.2.ff.de vsucap.* Eius species sunt exceptiones sequentes. Plane huius exceptionis replicatio prima est; Nisi possessor re ex causa venditionis tradita, postea venditione resoluta, rem receperit. hoc enim casu ipsius possessio interrupta non est, sed accedit illi tempus quo res fuit apud emptorẽ, *per ea quæ proposita sunt sup.exc.34.repl. 2.exempl.2.* Altera replicatio est; Nisi possessor rẽ in dotem dederit, posteaq; rem ex dote receperit.hoc enim casu, quamuis medio tempore res à possessore possessa nõ fuit, tamen accedit ei tempus quo res fuit apud maritum, *per ea quæ proposita sunt supr.d.repl.2.exempl.vlt.* Tertia: Nisi possessor rem pignori dederit. hoc enim casu non interrũpitur eius possessio.*l.non solum.33.§. qui pignori.ff.de vsucap. l.serui.16.ff. d. tt.l.1.§. per seruum corporal.ff. de adquir.posses.item l.qui pignoris.36.ff.eod.tt.* Plane duplicatio prima est: Nisi creditor eam rem alij tradiderit.*d.§.qui pignori.* Plura vide *infr.capite 16. causa*

causa.19. Altera duplicatio est: Nisi possessor rem domino pignori dederit.*d.l.33.§.si rem tuã.* Quarta replicatio est: Nisi possessor rem apud aliũ deposuerit. per hanc enim translationem non interrumpitur vsucapio, nec amittitur possessio. approbatur simul & distinguitur *l.licet.17.§.fin.ff.depositi.M.I.R d exc.25.repl.1.* Huius duplicatio prima est: Nisi res apud sequestrũ deponatur.*d.§.fin.M.I. R.d.replic.1.duplic.1.* Cuius triplicatio est: Nisi non amittendæ possessionis, sed custodiæ causa res apud sequestrum deponatur. *l.interesse puto.39.ff.de adquir.posses.* Altera duplicatio est: Nisi is apud quem res deposita est.eam alij tradiderit. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.replic. prox. duplic.1.* Quinta replicatio est; Nisi possessor rem alij precario concesserit. per hanc enim concessionem vsucapio non interrumpitur. approbatur simul & distinguitur *l.Pomponius.13.§.si is qui precario.ff. de adquir.posses.* Sexta: Nisi alius rei seruandæ causa, aut legatorum ventrisue nomine in possessionẽ missus sit, per hanc enim missionem non interrumpitur vsucapio. *l.2.in pr.ff. pro hærede. l.misso.12. ff.pro emptore.* Huius duplicatio est: Nisi damni infecti nomine aduersarius in possessionem missus sit.*l.qui vniuersas.30.§.item cum prætor.ff. de adqu.posses.* Septima replicatio est: Nisi hæreditas possessoris defuncti aliquandiu iacuerit. per hoc enim possessio interrupta non censetur. *de quo supr.exc. 34.replic.2.duplic.2.triplic.1.* Hæc de quadragesima tertia exceptione, cuius species sunt exceptiones sequentes. Sed & plura de iis vide *infr.cap.16.*

XLIV. Exceptio: Nisi possessor nondum finita vsucapione ab hostibus sit captus. *De hac exceptione vide infr.d.cap.16 causa 16.item supr.cap.9.except.6.*

XLV. Exceptio: Nisi possessor seruum manumiserit.*l.qui pro.5.ff.pro donato.*

XLVI. Exceptio; Nisi possessor rem domino locauerit, vendiderit, pignori dederit.*l.ei à quo 21. ff.de vsucap. Concordat, quo ad pignoris causam,l.non solum.33.§.si rem tuam.ff.eod.tt.* Huius replicatio est: Nisi nuda conuentione pignus contractum sit. *d.§.si rem tuam.*

XLVII. Exceptio: Nisi possessor rem ab alio precario rogauerit. *l.qui cum. 6. in pr.ff.pro emptore.* Huius replicatio est; Nisi cum rem pignori dedisset, eandem à creditore precario rogauerit. *l.qui pignoris.36.ff.de adqu.posses.* Cuius duplicatio prima est; Nisi cum domino rei eam pignori dedisset, postea ab eo precario rogauerit.*approbatur supr.except.proxim.* Secunda duplicatio est: Nisi seruo domini vel hæreditario pignori dederit, & precario rogauerit.*l.qui à seruo.15.ff.de act.& obligat.* Tertia: Nisi creditor postea domino rei hæres extiterit. *l.si rem alienam 29.ff. de pignorat.act.*

LXVIII. Exceptio: Nisi res possessori sit subrepta, vel vi erepta.*l.naturaliter.5.ff.de vsucap.* Qua exceptio proposita approbatur, simul etiam duæ eius replicationes reprobantur. Prima: Nisi non dominus possessori rem eripuerit. Secunda: Nisi ex causa lucratiua possideat. Tertia replicatio est: Nisi seruus eius per quem possideatur, puta creditoris, eam surripuerit.*l.non solum.33.§.si rem.ff. de vsucap.* Plura de proposita exceptione vide *infr. cap.16.causa 9.*

LXIX. Except. Nisi seruus possessus fugerit. reprobatur *l.in accessione.8.ff.de diuers. & temp.præscrip.* Plura de hac exceptione vide *infr.cap.16. causa 24.*

L. Exceptio: Nisi ij per quos possidetur, relinquendæ possessionis gratia discesserint. reprobatur *l.1.§.per seruum.ff.de adq.posses.& l.qui fundum.7.in prin.ff.pro emptore.* Plura de hac exceptione vide *infr.d.c.16. causa 18.*

LI. Exceptio; Nisi res possidetur, alij misceatur, vel iungatur. reprobatur *l.rerum.30.ff. de vsuc.*

LII. Exceptio: Nisi dominus rem à possessore ante impletam vsucapionem petierit. Hæc exceptio iure quidem antiquo reprobatur *l.2.§. fin. ff. pro emptore.* iure autem nouo approbatur *l. nec bona.10.C.de præscript.longi temporis. Concordat l.2.C.eod. tt.l.moræ.16.C.de rei vendic.item l.nemo.10. C.de adqu. possessione,M.I.R.d.reg.50.except.27.* Plane huius exceptionis replicatio est; Nisi alius, non dominus, litem possessori de re mouerit, *l.2.ff.pro donato.*

LIII. Exceptio: Nisi dominus possessori in loco quem vsucapit, ædificanti nouum opus nunciauit. reprobatur *l.alienam.13.ff.pro emptore.*

LIV. Exceptio; Nisi post completam vsucapionem instrumentum contractus amiserit possessor, reprobatur *l.longi.7.C.de præscript.long.temp.*

LV. Exceptio; Nisi post completam vsucapionem, possessionẽ rei amiserit possessor. reprobatur *l.si quis.8.in prin.C de præsc.30. vel 40.annorũ. M. I.P.d.reg.11.exc.11. M.I.R. d.reg.50.exc.28.* Plane admittitur primum, si prior dominus, cuius res est vsucapta, quiq; in integrũ restitutionem petere potuit, possessionẽ rei sit nactus. tunc enim ei aduersus eum qui vsucepit, videtur competere exceptio: quoniam actio ei datur non temporalis, sed perpetua, *l.si is.31.ff. de quib.causis maiores, &c.M. I.P. d.exc.11.dist.2.M.I.R.d.exc.28.dist.1.* Secundo, si malæ fidei possessor 30. vel 40. annorum exceptione tutus, possessionem rei amiserit. *d.l. 8.§. quod si quis.C.de præscr.30. vel 40.annorum. M.I.P. d. exc.11.dist.1.M.I.R.d.exc.28.dist.2.* Hisce legibus exceptio proposita in casu proposito approbatur. Cuius tamẽ duæ replicationes *in d.l.8.*proponuntur, quarũ prima est: Nisi alius per vim possessionem sit nactus.*M.I.P.d.exc.11.in fin.* Altera; Nisi ob id quod absens in iudicio minime responderit, possessionem per sententiam iudicis amiserit. *d.l. 8.§.pen.*

LVI. Exceptio: Nisi antea ex alia causa possederit, ex qua non solet procedere vsucapio. *De hac exceptione vide infr.cap.13.quæst.1.in fine.*

LVII. Exceptio: Nisi aduersus alium agatur, quam qui rem vsucepit vel præscripsit. *l.si quis. 8. §.sin vero nullum. C. de præscript.30. annor. M.I.P.lib.5. cap.8.reg.9.except.2. repl.1.*

DE SPECIALIBVS EXCEPTIONIBVS aduersus singulas vsucapionis causas. CAP. XIII.

HActenus exceptiones aduersus vsucapionẽ generaliores sunt propositæ. Plures huiusmodi licet videre *infr.eod.lib.in posses. exc.* Nam quæcunq; exceptiones aduersus possessionem obiici possunt, eædem etiam obstant vsucapioni; Sed & oẽs amittendæ possess. causæ, *infr.in c.16.* enumeratæ & propositæ, hic quoq; exceptionum loco possunt collocari. Nunc speciales exceptiones aduersus singulas vsucapionis causas videamus.

PRO EMPTORE.

Regulariter ergo, si quis rem à non domino

emit, vel si emptio propter aliquam aliam exceptionem non subsistit, emptor eam rem diutina possessione pro emptore vsucapit. Hæc regula, præter hactenus enumeratas exceptiones, recipit & alias, quæ sequuntur.

I. Exceptio: Nisi à pupillo emerit. *l. eum qui. 9. C. de vsucap. pro empt. l. qui à quolibet. 27. ff. de contrah. empt.* Huius replicatio prima est: Nisi emptor pupillum putet esse puberem. *l. 2. §. si à pupillo. ff. pro emptore.* Secunda: Nisi emptor putet, pupillis licere res suas sine tutoris authoritate alienare. reprobatur *d. §. si à pupillo.* Tertia: Nisi tutore autore emerit à pupillo. *d. ll.* Plane huius replicationis duplicatio hæc est: Nisi falso tutore sciens emerit. *l. qui à quolibet. 27. ff. de contrah. empt.* Quarta replicatio est: Nisi pupillus ex contractu emptionis locupletior sit factus. *l. eum qui 9. in fine. C. de vsucap. pro emptore.*

II. Exceptio: Nisi à furioso emerit. reprobatur *l. pignori. 13. §. 1. ff. de vsucap. l. sed & si. 7. §. 1. ff. de Public. in rem act. l. 2. §. si à furioso. ff. pro emptore.*

III. Exceptio: Nisi à seruo emerit, domino ignorante. reprobatur *l. si seruus. 34. ff. de vsucap.*

IV. Exceptio: Nisi ab eo emerit, quem sciebat pecuniam statim consumpturum. reprobatur *l. si quis. 8. ff. pro emptore.*

V. Exceptio: Nisi ab eo emit, quem prætor alienare vetuit. *l. si ab eo. 12. ff. de vsucap. l. qui fundum. 7. §. qui sciens. ff. pro emptore. l. 26. ff. de contrahenda emptione.*

VI. Exceptio: Nisi ab eo emerit, cui bonis interdictum est. *l. si sciens. 26. ff. de contrahenda empt.*

VII. Exceptio: Nisi à debitore, qui non est soluendo, emerit. reprobatur *d. l. 26. in fin.*

VIII. Exceptio: Nisi ab eo qui pro tutore negocia gerit, rem pupilli emerit. *l. apud Celsum. 4. §. si quis non ibi: nam et si. ff. de doli mali except.*

IX. Exceptio: Nisi rem pignori obligatam emerit à debitore. *l. cum sit. 6. C. de vsucap. pro emptore.*

X. Except. Nisi ab eo emit, qui sciuit rem alienam esse. *De hac excep. vide sup. c. 9. except. 12.* Hactenus igitur exceptiones sumptæ ex persona venditoris, sunt propositæ: sequuntur nunc reliquæ.

XI. Exceptio: Nisi tutor ex pupilli auctione rem quam eius putabat esse, emerit. reprobatur *l. 2. §. tutor. ff. pro emptore.*

XII. Exceptio: Nisi procurator vel negociorum gestor ex auctione domini rem emerit. reprobatur *d. l. 2. §. procuratorem.*

XIII. Exceptio: Nisi rem à defuncto alienari prohibitam emerit. *l. 2. C. de vsucap. pro emptore.*

XIV. Exceptio: Nisi donationis causa venditio sit facta. *l. donationis. 6. ff. pro donato.*

XV. Exceptio: Nisi dominus denunciauerit emptori, ne emeret. *l. si fundum. 17. C. de rei vendicat. M. I. R. d. reg. 50. exc. 29.*

XVI. Exceptio: Nisi dolo sit facta venditio. *l. si fraude. 6. C. de præscript. longi temp.*

XVII. Exceptio: Nisi procurator rem domini minoris vendiderit. reprobatur *l. qui fundum. 7. §. procurator. ff. pro empt.* Plane admiscetur, si emptor cum procuratore collusit. *d. §. procurator.*

XVIII. Exceptio: Nisi cum quis mandatu seruum emisset, eam ei manumisso tradidit. *l. qui fundum. 7. §. seruus. ff. d. tt.*

XIX. Exceptio: Nisi cum quis alij rem eius mandatu emisset, eam sibi traditam retinuerit. reprobatur *l. pignori. 13. §. fin. ff. de vsucap.*

XX. Exceptio: Nisi cum alia res empta esset, alia tradita sit. *l. 2. §. cum Stichum. ff. pro emptore.* Huius replicatio est: Nisi cum minus emptum esset, plus sit traditum. hoc enim casu id quod excedit, nihilominus potest vsucapi. *d. §. cum Stichum, in fine.* De ratione huius replicationis dictum est *infr. cap. 15. in tertio loco adquir. possess. reg. 2.*

XXI. Exceptio: Nisi emptor propria authoritate rem emptam occupauerit. *l. si ex. 5. ff. de adquir. possess. l. improba. 7. & l. nec ex vera. 9. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 50. exc. 31.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi venditor mandauerit emptorem in possessionem inducendum. Quæ tamen reprobatur *l. fundi. 33. in prin. ff. eod. tt.* Secunda est: Nisi emptor diu sciente venditore in possessione fuerit. *l. 2. C. de adquir. possess. M. I. R. d. except. 31. repl. 2.*

XXII. Exceptio: Nisi emptio facta non sit. *De hac exceptione dictum est supr. cap. 11. except. 28.*

PRO HÆREDE.

Pro hærede vsucapit is, qui putans se hæredem rem possidet. Cuius regulæ except. sequuntur.

I. Exceptio: Nisi seruus hæres supersit. *l. 2. C. de vsucap. pro hærede.*

II. Exceptio: Nisi is qui testamenti factionem non habet, pro hærede possideat. *l. vlt. ff. pro hærede. l. nemo. 7. ff. pro legato.*

III. Exceptio: Nisi is qui à muliere non recte est adoptatus, ex ea causa pro hærede possideat. *l. si is. 8. C. de longi temp. præscript.*

IV. Exceptio: Nisi res ex hæreditate defuncti non sit. reprobatur quidem *l. plerique. 3. ff. pro hærede. l. si ancillam. 4. §. penult. ff. pro suo.* Approbatur autem *l. vsucap. 4. C. de vsuc. pro hærede. & l. diutina. 4. C. de præscript. longi temp.*

V. Exceptio: Nisi defunctus vsucapere non potuerit. *l. cum hæres. 11. ibi: tamen vsu. ff. de diuers. & temp. præscript. & l. 1. C. de vsucap. pro hærede.*

VI. Exceptio: Nisi testator adhuc viuat. *l. 1. ff. pro hærede. & l. opinione. 3. C. de vsucap. pro hærede.*

VII. Exceptio: Nisi verus hæres medio tempore possederit. *l. cum solus. 29. ff. de vsucap. l. 13. §. quæsitum est. ff. de adquir. possess.*

PRO DONATO.

Pro donato is vsucapit, cui res donationis causa tradita est. *l. 1. in prin. ff. pro donato. & l. 1. C. de vsucap. pro donato.* Exceptio prima est: Nisi pater filio, quem in potestate habet, donet. *l. 1. §. 1. ff. pro donato.* Cuius replicatio est: Nisi hæres donationem factam ratam habeat. *l. si pater. 4. ff. d. tt. & l. si ancillam. 4. §. si pater. ff. pro suo.*

II. Exceptio: Nisi vir vxori, vel vxor viro donauerit. *l. 1. §. si inter. ff. pro donato.* Huius replicatio prima est: Nisi ante contractum matrimonii res sit donata. Secunda: Nisi postea solutum sit matrimonium. Quæ duæ replicationes approbantur *l. si inter. 24. ff. de donat. inter virum & vxor.* Plane secunda replicatio admittit duplicationem hanc: Nisi diuortio solutum sit matrimonium. *l. 1. §. fin. ff. pro donato.* Tertia replicatio est: Nisi facto diuortio, maritus donationem ratam habuerit. *d. §. fin.* Quarta: Nisi aliena res sit donata, & donans non sit pauperior factus. *l. si vir. 3. ff. d. tt. l. sed & si 25. ff. de donat. inter virum & vxor.* Quinta: Nisi alius rem viri vxori eius donauerit. *l. si extraneus. 45. ff. de donat. inter virum & vxor.* Huius duplicatio prima esse videtur: Nisi is qui in potestate viri est, vxori eius donauerit. Quæ tamen reprobatur *d. l. 45.* Altera: Nisi vir sciens rem suam esse, eam vendicare nolit, & mulier idem sciat. reprobatur *d. l. 45.*

III. Exceptio: Nisi subditus magistratui contra legem repetundarum donauerit. *l. quod contra. 8. ff. ad L. Iul. repetund.*

IV. Exceptio: Nisi seruus ita donatus sit, vt post quinquennium manumittatur. reprobatur *l. Aristo. 18. §. idem Aristo. ff. de donationib.*

V. Exceptio: Nisi donator donationem reuocare constituit. reprobatur *l. 2. ff. pro donato.*

VI. Exceptio: Nisi donatum non sit. *De hac exceptione vide supr. cap. 11. except. 28.*

PRO DERELICTO.

Pro derelicto vsucapitur, quæ à non domino pro derelicto habita est. Cuius exceptio prima: Nisi possessor ignoret, à quo pro derelicto habita res sit. reprobatur *l. id quod 4. ff. pro derelicto.*

II. Exceptio: Nisi merces sint ex naue iactæ, aut ex naufragio expulsæ. *l. si quis. 7. ff. eod. tt. & l. interdum. 21. §. 1. ff. de adquir. possess.*

III. Exceptio: Nisi res pro derelicto habita non sit. *l. nemo. 6. ff. pro derelicto.*

PRO LEGATO.

Pro legato vsucapit is, qui rem ex causa legati possidet. *l. 1. in prin. ff. pro legato.* Cuius exceptiones sequuntur.

I. Exceptio: Nisi cum eo testamenti factio non sit. *l. nemo. 7. ff. d. tt.*

II. Exceptio: Nisi legatum non sit. *l. 2. cum l. sequente. ff. eod. tt.* De hac exceptione vide plura *supr. cap. 11. causa 28.*

III. Exceptio: Nisi alij quam cui legatum est, res tradita sit. reprobatur *l. pro legato. 4. §. fin. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Nisi legatum ademptum sit. reprobatur *l. pro legato. 4. ff. pro legato. l. pro legato. 9. ff. eodem tt.*

V. Exceptio: Nisi non recte, nec iure legatum sit. reprobatur *d. l. 9.*

VI. Exceptio: Nisi res aliena legata, dominus rei legatæ adhuc viuat. reprobatur *l. ea res. 5. cum l. seq. ff. d. tt.*

VII. Exceptio: Nisi legatarius non traditam possessionem rei legatæ sit ingressus. reprobatur *l. si non. 28. ff. eod. tt.*

PRO DOTE.

Pro dote vsucapit is, qui rem in dotem accepit. *l. 1. in prin. & §. si tamen. vers. & si alienæ. ff. pro dote. item l. vnica. C. eod. tt.* Huius exemplum proponitur *l. duæ. 3. ff. eod. tt.* Exceptiones propositæ regulę speciales hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi res vniuersæ in dotem sint acceptæ. reprobatur *l. 1 in prin. ff. pro dote.*

II. Exceptio: Nisi nuptiæ nondum sint secutæ. *l. 1 ff. d. tt. de qua re vide supr. cap. 12. except. 40.*

III. Exceptio: Nisi matrimonium cesset, vel secutum non sit, aut sit illegitimum. *l. 1. §. penult. & vlt. ff. eod. tt.*

PRO SOLVTO.

Pro soluto vsucapit, qui rem debiti causa recipit. *l. 1. in prin. ff. pro soluto.* Huius exceptio prima est: Nisi debitum non sit. *De hac exceptione vide supr. capite 11. exceptione 28. replicat. 3.* Altera: Nisi aliud quam quod debetur, sit solutum. reprobatur *l. 1. §. final. ff. d. tt.*

PRO SVO.

Pro suo possessio talis est (*inquit Vlpianus l. 1. in pr. ff. pro suo.*) cum dominium nobis adquiri putamus, & ex ea causa possidemus, ex qua adquiritur. *M. I. R. lib. 3. cap. 13. reg. 52.* Huius regulæ exempla sequuntur: quorum primum est, si ex causa emptionis quis possideat. Nam ex causa emptionis & pro emptore & pro suo possideo. *d. l. 1. §. 1.* Secundum exemplum est, si quis ex causa donationis possideat. Tertium, si quis ex causa legati possideat. nam in re donata vel legata (*idem Vlpian. ait d. l. 1. §. item in re.*) vel pro donato, vel pro legato, vel etiam pro suo possideo. Quartum exemplum est in iis rebus, quæ nobis iure naturali vel gentium adquiruntur. Nam est species possessionis, quæ vocatur Pro suo. hoc enim modo possidemus omnia quæ mari, terra cœloque capimus, aut quæ alluuione fluminum nostra fiunt: item quæ ex rebus alieno nomine possessis nata possidemus. veluti partum hæreditariæ aut emptæ ancillæ pro nostro possidemus, similiter fructus rei emptæ aut donatæ, aut quæ in hæreditate inuenta est. *l. 2. ff. pro suo.* Quintum exemplum est, si possessor litis æstimationem obtulit. hic enim pro emptore incipit possidere. (*l. 1. & l. 3. ff pro emptore. l. is qui. 15. ff. quibus ex causis in poss. eatur.*) & per consequens pro suo. Sextum exemplum est *l. non solid. 33. §. si mihi. ff. de vsuc.* Septimum est in causa transactionis, *l. ex causa. 8. C. de vsuc. pro emptore. Cui concordat l. cum solus. 29. ibi: ita tamen. ff. de vsuc.* Octauum exemplum est, si cui res in communi diuidundo iudicio sit adiudicata. *l. si per. 17. ff. de vsuc.* Nonum exemplum est, si quis authore prætore possidet. Nam iuste possidet (*inquit Paulus l. iuste. 11. ff. de adqu. poss.*) qui authore prætore possidet. Et Vlpianus: Qui authore iudice comparauit (inquit) bonæ fidei possessor est. *l. 179. ff. de reg. iuris.* Species autem inducendi in possessionem alicuius rei, est prohibere ingredienti vim fieri. Statim enim cedere aduersario, & vacuam relinquere possessionem, iubet Prætor: quod multo plus est quam restituere. *l. permisceri. 52. §. fin. ff. de adqu. poss.* Sed & ex aliis causis possessio pro suo locum habet, & vsucapio concessa est. *l. vsucapio. 5. in prin. ff. pro suo.* Plane si puerum non pro derelicto habitum, sed ab hostibus vulneratum, quis sumptibus suis liberum existimans curauerit, longi temporis præscriptione, quo minus dominus eius offerens erogata recte vindicet, defendi non potest. *l. vlt. C. in quib. caus. cess. longi temp præscr.*

Replicatio generalis.

¶ Hactenus exceptiones quæ aduersus vsucapionem competunt, tam generales quam speciales sunt propositæ & descriptæ. Superest tamen vna replicatio generalis, quæ omnib. supradictis exceptionib. videtur obstare, quæ talis est: Nisi possessor bona fide possederit. Hoc enim casu, quamuis lex vsucapionem regulariter inhibeat, ea tamen procedere videtur. Attamen reprobatur *l. vbi lex. 24. in pr. ff. de vsuc. l. si partem. 5. in fin. C. de vsucap. pro empt. l. si sciens. 7. C. eod. tt. Inst. de vsuc. §. quod autem dictum. & §. sed aliquando.* Sed & alia replicatio generalis hæc est: Nisi vitium rei sit purgatum. *De qua vide supr. cap. 10. except. 14.*

DE POSSESSIONE, EIVSQVE causis & actionibus, secundo rerum iure.

DE POSSESSIONE IN GENERE. CAP. XIV.

HActenus de rerum dominio, eiusque causis & actionibus, primo rerum iure actum est: nunc de altero iure quod in rebus habemus, hoc est, de possessione, eiusque causis & actionibus nobis erit agendum: primum quidem de definitione ac diuisionibus possessionis, deinde de adquirenda possessione, tertio de possessione amittenda: postremo de interdictis, eorumq; actionibus: quæ tam pro adquirenda quam retinenda & recuperanda possessione competunt.

I. DEFINITIONES possessionis proponuntur *l.1.in prin.ff.de adquir.possess. & l.quæst.115.ff. de verb.signif.* Plane possessionis vocabulum varie accipitur, quod probe notandum est ad dissoluendas antinomias, quæ passim de ea in iure occurrunt: *de qua re vide lib.25.Digestorum meorum, cap.1.*

II. DIVISIONES ET SPECIES.

Prima diuisio, nempe quod alia iure consistat, alia corpore, proponitur *l.possessio.49.ff. de adquirenda possess. & l.nemo ambigit.10.C.eod.tt.* Quarum illa ciuilis, hæc naturalis appellatur. Quanquam vtriusque non est vna significatio: *de qua re vide d. cap.1.Accedit M.I.R.lib.3.cap.14.reg.6.*

Altera, quod possideatur aut bona, aut non bona fide, habetur *l.possideri.3.§.genera, in fin.ff.d.tt.*

Tertia, nimirum possessionum tot esse genera, quot causas adquirendi eius quod nostrum non sit: velut pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro hærede, &c. proponitur *d.§.genera, in pr.*

Species clandestinæ possessionis habentur *l. clam possidere.6.& l.si de eo 40.§.seruum tuum, vsque ad fi.ff.d.tt.*

III. DIFFERENTIA possessionis & proprietatis seu dominij proponitur *l.naturaliter.12. l.si quis.17.& l.permisceri.52.ff.de adquir.possess. l.1.§.huius autem.ff.vti possidetis.* Verbum tamen Possessionis interdum quoque proprietatem significat. *l.interdum.78.ff.de verb.signif.*

Differentia possessionis & vsusfructus habetur *l.permisceri.52.in prin.ff.de adqu. possess.*

Differentia verbi Possidere & in possessione esse, *l.si quis.10.§.idem Pomponius.ff.d.tt.*

DE ADQVIRENDA POSSESSIONE. CAP. XV.

IN hoc capite proponentur primum causæ, ex quibus possessio adquiritur, cum suis exceptionibus: deinde personæ, quibus & per quas adquiritur: postremo, quid & quantum adquiratur, possideturue, explicabitur.

I. CAVSA ergo adquirendæ possessionis prima est: Si rem aliquam apprehendamus. *Quæ approbatur l.quæstio.115.§.possessio.ff.de verb.signif.* vbi ait Iurisconsultus: Cuius proprietas ad nos non pertinet. Hæc verba non sunt intelligenda, quasi possessio rei suæ nulla sit: sed quod magis proprietas sit dicenda. quemadmodum vsusfructus ad proprietatem reuersus, non amplius vsusfructus dicitur, sed plenum dominium: quoniam nemini res sua seruit. *l.cum esset.33.§ fin.ff.de seruitut.rust.præd. & l.quicquid.10.§. nullam enim. ff. communia prædior.* Accedit causæ propositæ *M.I.R. d. cap.14.reg.9.* Secunda causa est: Si in re præsenti consentiant dans & accipiens. *l.1.§.si insserim. ibi: non esse enim.ff.de adquir. possess.* Tertia causa est: si claues receptaculi tradantur, ea quoq; quæ in eo sunt tradita intelliguntur. *d.§.si insserim, in fine.l. quaratione.9.§.item si quis merces. ff. de adq. rer. dom. Concordat item iisdem verbis Inst. de rerum diu.§.interdum, in fine. l.clauibus.74.ff. de contrah. empt. M.I.R.d. cap.14.reg.10.* Quarta causa: Si instrumenta tradita sunt, possessio quoque ipsius rei translata censetur. *l.1. Cod.de donationibus. M.I.R. d.cap.14.reg.11.* Quinta: Si venditor ex turre demonstrat fundũ, seq; mihi eum tradere dicat. *l.quod meo.18.§ si venditorem.ff.de adqu.possess.M.I.R.d.c.14.reg.12.* Sexta: Si cum venditor me tollere iussisset, ego custodiam posuerim *l.quarundam.51.ff.d.tt.M.I.R.d.cap.14. reg.13.* Septima: Si eum qui mihi tradere volebat, iusserim alij tradere. *d.l.51.l.1.§.si insserim. ff. d. tt.* Octaua: Si eum qui mihi tradere volebat, iusserim in domo mea deponere. *l.quod mea.18.§.si venditorem.ff.de adq.poss.l. si pecuniam.79.ff de solutionibus.* Nona causa, Si quis vinxerit liberum hominem, proponitur & reprobatur *l.cum hæredes.23.§. fin.ff.de adq.possess.* Decima causa est, aditio hæreditatis, quæ tamen reprobatur *d.l.23. in pr.l. qui vniuersas.30.§.quod per. ff. eod.tt. M.I.R. d.cap.14.reg.14.* Vndecima: Si is qui possidet rem, ab aliquo conduxerit, vel precario rogauerit. possessio ab eo ad locatorem ttansfertur *l.quædam mulier.46.ff. de rei vendicat.l.interdum.21.in prin.& §.fin. & l.re pignoris. 37.ff.de adq.possess.M.I.R.d.c.14.reg.15.* Duodecima: Si prætor prohibeat ingredienti vim fieri. *l.permisceri.52.§.fin. ff. de adquir.possess.* Plures huiusmodi causas vide *M.I.P.lib.5 cap.3.reg.12.cum seq.& M.I.R. d.cap.14.reg.16.cum duab.seqq.* Hactenus causæ adquirendæ possessionis sunt enumeratæ: sequuntur nunc earum exceptiones generales.

Exceptiones aduersus prædictas causas generales.

I. Exceptio: Nisi non corpore & actu rem apprehendat. *l.possideri.3. in princip.§. Neratius. item §. in amittenda. ibi, igitur amitti. ff. de adq.possess. l. quemadmodum.8 l.cum hæredes. 23. in princip. item l.qui vniuersas.30.§.quod per colonum.ff.d.tt.Inst.de interdictis.§. possidere, in fin.M.I.R.d.cap.14.reg.21.except.gen.1.* Plane exceptio hæc recipit quasdam replicationes, de quibus vide supra *causam secundam cum sequentibus, capite eodem.*

II. Exceptio: Nisi non animo possidendi rem apprehendat. *l.possideri.3. in prin.ff.de adqu.possess.& d.l.8.ff.d.tt.item l.fere.195.in fin.ff.de reg.iuris. M.I.R.d. reg.21. exc.gener.2.* Huius exceptionis exempla sunt, si is qui apprehendit, ignoret se apprehendere. item si furiosus sit, &c. distinguitur autem in infante & pupillo. *de quibus paulo inferius.*

III. Exceptio: Nisi ignoret quis, sibi adquiri possessionem. *l.possideri.3.§. Neratius. ibi, is enim.ff. de adqu.possess.* Ratio patet ex superiori proxima exceptione. Replicatio autem eius est hæc: Nisi per alium, puta seruum vel procuratorem, possessionem adquirat. tunc enim etiam ignoranti adquiritur. *de quo infr.quæst.prox.reg.1.*

IV. Ex-

IV. Exceptio: Nisi actionem & interdictum possidendi non habeat, vt furiosus. *l.1.§.furiosus. & §.cæterum. item l.quod meo.18.§.si furioso. ff.de acq. poss.M.I.R.d.reg.21.except.3.* Huius exceptionis replicationes, vide *sup.c.9.except.2.*

V. Exceptio: Nisi filius familias vel seruus apprehendat. *Hæc exceptio approbatur sup. cap.9.except.3. Concordat l.stipulatio.38.§. hi qui sunt. & §.hæc quoq; ff.de verb.oblig.* Plane filius famil. vel seruus apprehendens, naturalem adipiscitur possessionem, nõ ciuilem: quod replicationis loco notandum. *d.§.hi qui sunt. & d.§.hæc quoq;* Altera replicatio est, quod quamuis filius fam. vel seruus ciuilem possessionem sibi non acquirat, acquirit tamen eam patri vel domino suo. *de qua re inf. quæst. prox. reg.1.* Reliqua huius loci, vide *sup.d.except.3.*

VI. Exceptio; Nisi infans apprehendat possessionem, approbatur, distinguitur simul & mutatur *per ea quæ dicta sunt sup.lib.prox.c.9.except.1.*

VII. Exceptio: Nisi error in tradendo & apprehendendo interueniat. *l.si me.34.in princ. ff. de acquir.poss.M.I.R.d.reg.21.except.4.* Huius replicatio prima est: Nisi in nomine tantum sit erratum. *d. l.43.* Secunda: Nisi errantis procuratori, non erranti tradita sit possessio. *d.l.34.§. sed si non mihi.* Tertia: Nisi cum procurator, cui traditur, erret, dominus eius non erret. *d.§.sed si non mihi, in fine.*

VIII. Exceptio: Nisi mala fide apprehendatur possessio. reprobatur *l.2.§.separata ff.pro emptore.l.possideri.3.§.ex contrario ff.de acq.poss.*

IX. Exceptio: Nisi alterius nomine apprehẽderit. *l.quod meo.18.in prin.& l.generaliter.9.ff.eod.tt. l.17.§.fin.ff. depositi.* Cuius replicatio est quoad naturalem possessionem, *l.7.§.neq; colonis ff.communi diuidundo.l.9.ff.de rei vendic.*

X. Exceptio: Nisi ita nactus sit possessionem, vt eam retinere non possit. *l.non videtur.22.ff.eod.tt.* Huius exemplum proponitur *l.si quis.17.in princ. ff.eod.tt.*

XI. Exceptio: Nisi iure familiaritatis fundum amici sit ingressus. *l.qui iure.41.ff. de acq.poss. M.I.R. reg.21 except.15.*

XII. Exceptio: Nisi cum res sub conditione tradita esset, conditio defecerit, vel nondum extiterit. *l.qui absenti.38.§.1.ff.d.tt.*

XIII. Exceptio; Nisi iure pignoris rem apprehendat. reprobatur *l. cum & sortis.35.§.fin.ff.de pignor.act.l.serui.16.ff. de vsucap.*

XIV. Exceptio; Nisi rei seruandæ causa, vel quia damni infecti nomine non cauebatur, vel ventris nomine in possessionem missus sit. *l.possideri 3.§.fin.ff.de acquir. possess. l.si quis.10.§. idem Pompon.ff.d.tt.l. cum legati.12 ff. quib. ex causis in possess.eatur.item l. officium.9. in fine. ff. de rei vendicat. M.I.R. reg.21.exc.5.* Plane iam dicta de ciuili possessione intelligenda sunt, qua rem eo animo possidemus, quasi domini illius simus, vt possessio nobis proficiat ad vsucapionem. Naturaliter autem omnes iam enumerati possident: quia nomine suo, non alieno possident. quemadmodũ creditor possidet pignus, & ob id tanquã alius quilibet possessor, rei vendicatione tenetur. *d.l.9. in fin. ff. de rei vendic.l.Celsus.5.§.Iulian.ff.ad exhibendum.* Quod aũt dicit Iurisconsultus, Prætorem, si duretur, nõ caueri possidere nobis permittere: ita intelligendũ est, vt naturali possess. & ciuilis adiiciatur, quo vsucapio rei nobis procedat. & iure dominij possideamus. *l.si finita.15.§.posteà.ff.de damn.infect.*

XV. Exceptio; Nisi ex causa precarij possessionem apprehendat, reprobatur *l. in reb.4.§.1.ff. de precario.l.2.§.fin. item l. & habet.15.§.eum qui.ff.d. tt.l.possideri.3.ex contrario.ibi, Sabinus tamen.item l.interdum.21.in prin.ff.de acq.poss.*

XVI. Exceptio; Nisi vsusfructus nomine, vel ex causa conductionis rem apprehenderit. *l. certe.6.§.is qui.ff.de precario.l.acquiruntur.10.§. fin.ff.de acquir.rer.dom.l.Celsus.5.§.Iulian. ibi, sed cum.ff. ad exhibendum.l.1.§.per eum.ff.de acquir.poss.l.permisceri.52. in princ.ff.eod.tt.l.1.C. communia de vsucap. item l. serui. 16.ff.de peric.& commod.rei vendic. M.I.R. d.reg.21.except.6.* Plane hæc de ciuili possessione intelligenda sunt, non de naturali. nam vsufructuarius naturaliter possidet. *l. naturaliter, 12. in prin. ff. de acq. posses.l.possessio.49. in prin ff.eod.tt. M.I.R. d. except.6. repl.1.*

XVII. Exceptio; Nisi ex donatione viri vel vxoris apprehendat. reprobatur *l.1.§.si vir vxori. & l.quod vxor.16.ff.d.tt.& l.1.§.fin. ff. pro donato.* Plane hæc intelligenda sunt de naturali possessione. nam iure ciuili ex huiusmodi donatione non transit possessio. *l.si eum qui.26. ff. de donationib.inter virum & vxorem.*

XVIII. Exceptio; Nisi à pupillo acceperit. *l.pupillus.11.ff.de acq.rer.dom.*

XIX. Exceptio; Nisi municipes apprehendant. *l.1.§.fin.ff. de acq.poss.* Plane per se nihil possidere possunt, per alios possunt, quod notandum loco replicationis. *d.§.fin.* Sed exceptio proposita reprobatur alio iure, quod habetur *l.2.ff.d.t. Concordat l.tigni.7.§.item mancipes. ibi. nam & possidere, ff.ad exhibendum.M.I.R.d.reg.21.except.8.*

XX. Exceptio: Nisi res sit sacra, religiosa, vel liber homo. *l.qui vniuersas.30.§.1.ff.de acq.poss.* Et hæc exceptio, quemadmodum & aliæ pleræque hactenus enumeratæ, de ciuili, non naturali possessione est intelligenda. *l. longa.4.ff. de mortuo inferendo.* Nam naturaliter huiusmodi res possideri possunt. *l.115.§.possessio.ff.de verb.sign.*

XXI. Exceptio: Nisi res sit incorporalis. *l.sequitur.4.§.si vi im.ff. de vsucap. l. possideri.3. in princ. ff. de acq.poss.l.si quis.43.§.incorporales.ff.de acquir. rer. dom. M.I.R.d.reg.21.except.10.*

XXII. Exceptio: Nisi pars aliqua apprehendatur, reprobatur *l.locus.26.in prin.ff.de acq.poss.*

XXIII. Exceptio; Nisi partem incertam apprehendat. *d.l.26.in fine. l. possideri.3.§.1.D. d. tt. item l.si fur.32.§.fin.D. de vsucap.* Huius replicatio est; Nisi certa pars pro indiuiso possideatur. hoc enim casu valet possessio. *l.locus.26.in prin.D.de acq.poss.*

XXIV. Exceptio; Nisi non omnes rei vel fundi partes apprehendat, reprobatur *l.possideri. 3. in pr. D.d.tt.M.I.R.d.reg.21.except.14.*

XXV. Exceptio; Nisi ab eo, qui possessionem non habet, acceperit. ipso iure subsistit: quoniam nemo plus iuris ad alium trãsferre potest, quam ipse habet. Recipit tamen exceptionem, quæ approbatur *l.interdum.21.in prin.D.de acq.poss.*

Hæc de exceptionib. contra acquirendæ possessionis causas. Sed & plures licet colligere ex iis, quæ dicentur inf. de amittẽda possessione. Priusquam autẽ ad reliqua perueniamus, duę adhuc regulæ de causis adquirendæ possess. restant proponen-

ponendæ. quarum prima hæc est: Ex pluribus causis eiusdem rei possessio nobis potest competere. *l.possidere.3.§.ex pluribus,ff.de acq poss.Concordant ea quæ proposita sunt sup.c.13.Pro suo.* Plane duæ causę, ex quarum altera possidetur, altera detinetur, non cōcurrunt in idem: sed vltima præualet, nisi sit inualida: secus, si ex vtraq; possidetur, vel neutra. *Hanc exceptionem approbat l.si quis.10.ff.de acquir.poss.* Altera regula est, Quod nemo sibi ipsi causam possessionis possit mutare. *l. possideri. 3.§. illud quoq; ff.de acquir. poss.* Vnde filium donatam rem à patre pro hærede negauit vsucapere Seruius, scilicet quia existimabat naturalem possessionem penes eum fuisse viuo patre. Cui consequēs est, vt filius à patre hæres institutus, res hæreditarias à patre sibi donatas pro parte cohæredum vsucapere non possit. *l.1.§. finali.ff.pro hærede.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi prior possessio naturalis sit. Quæ tamen reprobatur *d.l.2.§.quod vulgo.* Secunda; Nisi superueniens causa iusta sit, & vera, seu putatiua. approbatur simul & declaratur *l.non solum.33.§. quod vulgo.ff.de vsucap.l. possideri.2.§.illud quoq;.ibi, sed si is.ff.de acq.poss. l. certe. 6.§.Iulianus,ff.de precario.item l.2.§.fin. ff.pro emptore. M.I.R.lib.3.c.13.reg.50.except.4.repl.8.* Tertia; exceptio est; Nisi amissa prima possessione, ex alia causa possessionem receperit. *l. qui bona.19.§.quod scriptum,ff. de acq.poss.* Quarta; Nisi postea alieno nomine possidere incipiat. *l.quod meo. 18. in prin.ff. d.tt.* Hactenus de causis acquirēdæ possessionis; nunc ad reliquos acquirendæ possessionis locos transeundum.

II. QVIBVS, ET PER QVOS acquiratur possessio.

Vt autem scire possimus, quibus & per quos acquiratur possessio: notandæ sunt regulæ sequentes cum suis exceptionibus.

I. Regula, De seruo & filiofamilias: Quam seruus vel filiusfamilias possessionem apprehenderit, eam domino vel patri acquirit. *l.1.§. item acquirimus,ff.de acq.poss.l. quod seruus.24.ibi: sed iustam, ff.eod. tt. l. acquiruntur.10.§. non solum, ff.de acq.rer. dom. Concordat item iisdem prope verbis Instit. per quas personas cui acquiritur.§.non solum. M.I.R. d.lib.3. c.14. reg.22.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur; Nisi ignoret sibi acquiri. sed reprobatur *d.l.1.§.item acquirimus,l.si me.34.§.fin. ff. de acq.poss. item l.qui fundum.7.§.fin.ff. pro emptore.* Ratio proponitur *l. peregrè.44.§.quæsitum,ff.de acq.poss.* Alia ratio redditur *l.possideri.3.§.saltus,in fine.ff.d.tt. M.I.R. d.reg.22. except.1.* Plane admittitur exceptio proposita, primum quidem, si non ex causa peculiari acquiratur possessio. *Quæ distinctio cum ex prædictis constat, tum approbatur etiam d.§. quæsitum, in fine.* Deinde admittitur, si ex iniusta causa seruus possessionem apprehendat. *l.quod seruus.24.ff. de acquir.poss.* Secunda exceptio est: Nisi furiosus seruus possessionem apprehendat. *l.1.§.cæterum,ff, d.tt.* Tertia: Nisi impubes seruus possessionē apprehendat, reprobatur *d.§.cæterum. Concordat d.l.1.§.pupillus.* Quarta: Nisi ancilla possessionem apprehendat. reprobatur *d.§.cæterum,in fine.* Quinta; Nisi seruus non domino, sed alij acquirere velit. *l.1.§.hæc quæ de. ff. de acquir. posses.l.si me. 34.§.fin.ff.d.tt.* Sexta: Nisi seruus in libertate moretur. *l.nunquam.31.§.seruus,ff.de vsucap.* Huius replicatio est: Nisi nomine domini apprehendat possessionem. *d.§.seruus.* Septima exceptio; Nisi seruus fugitiuus sit, qui apprehendit. reprobatur *l. per eum.50.§. fin.de acq.poss.l.1.§.per seruum, in fine.ff.d.tt.* Octaua: Nisi seruus alij pignori datus sit. *l.1.§.per seruum.ff. d.tt.* Nona exceptio in filiofamilias: Nisi pater ignoret filium in sua potestate, reprobatur *l.quicquid.4.ff.eod.tt.* Decima; Nisi filius, qui apprehendit, ab alio tanquam seruus possideatur, reprobatur *d.l.4.in fin.* Hæc de prima regula, cum suis exceptionibus. Alias etiam regulæ huius exceptiones, vide *sup.cap.2.*

II. Regula est, de seruo hæreditario, per quē hæredi futuro acquiritur possessio. *l.1.§. item acquirimus,in fine,ff.de acq.poss.* Plura de hac regula, eiusq; exceptionibus vide *sup.c.2.reg.8.*

III. Regula, De seruo cōmuni, habetur *l.communis.42.in prin.ff.d.tt.*

IV. Regula, De seruo alieno, proponitur *l.si me.34.§.fin.ff.d.tt.* Alias regulas huc pertinentes, vide *in d.c.2.M.I.R.lib.3.c.14.reg.23.*

Plane huius etiam loci videntur esse hæ quæstiones, vtrum possessio pignoris, creditoris an debitoris sit: item vtrum res precario concessa, ab eo, qui concessit, an ab eo, cui cōcessa est, possideatur, &c. Huius tamen generis quæstiones ac regulæ propositæ sunt *in præcedentibus capitibus. Sed & vide inf.cap.prox.caus.1.exc.3.item lib.23.Digestorum meorum,c.1.* Nunc ad tertium acquirendæ possessionis locum nobis transeundum.

III. QVID ET QVANTVM possideatur?

Huius loci regula prima est; Quod plures eandem rem in solidum possidere non possint. *l.possideri.3.§. ex contrario, ff. de acq.poss.l.duo.19. in pr.ff.de precario.M.I.R. d.c.14.reg.24.* Quod igitur ad naturalem possessionē attinet, regula proposita subsistit. Sed & nec ciuiliter duo eandē rem in solidū possidere possunt: alioquin sequeretur, si plures eandem rem in solidum bona fide possiderēt, quia ab aliquo acceperint, omnes eam rē vsucapturos, & dominos fore in solidum, quod est contra *l.si vt 5.ff.commodati.* Plane potest alter naturaliter, alter ciuiliter eandem rem in solidum possidere, proposita regula non obstante; vt fructuarius & proprietarius: is qui precario cōcessit, & is cui concessit, &c. Quod hic primæ exceptionis loco notandum. Cui contradicit *M.I.R.d. reg.24.exc.1.* Secūda exceptio est; Nisi alter iuste, alter iniuste possideat. *l.si duo. 3. in pr.ff.vti possidetis.* Tertia exceptio est in vsu publicarū rerum. nam vsum publicarum rerum duo vel plures in solidum habere possunt. *l.si vt.5.§.fin.ff.commodati.*

II. Regula: Qui vniuersum possidet, non ob id singulas eius partes videtur possidere. *l. qui vniuersas.30.in princ.ff.de acq.poss.l.eam qui.23. in princ. ff.de vsucap.item l.2.§. cum Stichum, ff. pro emptore. l.in rem.23.§.fin. ff. de rei vendic. & l adeo.7.§. illud recte. ff.de acquir. rer. dom.l.nam origo. 8.ff. quod vi aut clam.* Vnde si alius pecuniam suam in fundo meo condiderit, non alias possideo, quam si ipsius pecuniæ possessionem supra terram adeptus fuerim. *l. peregre.44.§. & nihil interest.ff. de acq.poss.* Idem dicendū in thesauro in fundo nostro posito. *l.poss 3.*

§.Neratius, in fin. ff. d.tt. Item pisces, qui in stagno sunt, aut feræ, quæ in syluis circumseptis euagantur, à nobis non possidentur: quoniam relictæ sunt in libertate naturali. alioquin si quis syluam emerit, videretur omnes feras possidere: quod falsum est *d.l.3.§.item feras.ff.d.tt.* Feras tamen bestias, quas in viuariis includerimus, & pisces quos in piscinam coniecerimus, aues item quas inclusas habemus, possidemus: sed & eas, quæ mansuetæ factæ, custodiæ nostræ subiectæ sunt, columbas item quæ ab ædificiis nostris euolant, item apes quæ ex alueis nostris euolāt, & secundum consuetudinem redeunt, possidemus. *ibid.*

III. Regula, Si quis liberum hominem vinxerit, non tamen ea, quæ liber homo habet, possidere videtur. *l.cum hæredes.23.§.fin.ff.de acq.poss.de qua sup.causa 9.*

IV. Regula, Si fundum quis ingrediatur, domino in alia parte fundi cōstituto, quid & quantum possideatur, definitur *l. quod meo.18.§.fin.ff. eod. tt.* Hactenus de acquirenda possessione; nunc de ea amittenda.

DE AMITTENDA POSSESSIONE. CAP. XVI.

POssessionem (*inquit Paulus Iurisconf.*) admittimus multis modis. *l. qui vniuersus.30.§.1. & §. item quod mobile,ff.de acq.poss.* Eiusmodi modi, seu causæ amittendæ possessionis, hoc loco ordine sunt proponendæ.

I. Causa amittendæ possessionis est: Si possessor possessionem corpore relinquat. *l.peregrè. 44.§.fin.ff.d.tt.M.I.R. d.c.14.reg.27.* Huius exceptio prima est: Nisi non animo amittendæ possessionis eam relinquat. *l.si fere-195.in fin.ff.de regul. iuris.Inst.de interdictis.§.possidere autem.ibi: quin etiam. l.possideri.3.§.saltus, ff. de acquir. poss. l.quemadmodum. 8 l.peregre.44.§.fin.cum lege sequente.ff.d.tt.l.1.§. quod vulgo.ff.de vi & vi armata.l.licet.4. C. de acquir. possess. M.I.R.d.reg.27.except.1.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi alius possessionem corpore relictam sit ingressus. sed reprobatur *l.possideri.3.§. in amittenda,in fine.ff.de acquir.posses.l.quod meo. 18.§.fin.l.si id.25.§.quod autem.l.quamuis.46. item l.clam.6.§.fin. D.d.tt.M.I.R. d. except.1.repl.1.* Plane admittitur replicatio hęc, si is, qui fundum ingressus est, reuertentem dominum nō admiserit. tunc enim propositæ replicationi locus esse, & dominus tam naturalem quam ciuilem possessionem amisisse videtur. *d.§. fin. & l.si id.25.§.fin.D.d.tt.* vbi secunda etiam distinctio reprobatæ replicationis notāda est: hæc scilicet: Nisi absens suspicetur, repelli se posse ab eo, qui possessionē est ingressus. *M.I.R.d. replic.1 distinct.1.cum seq.* Hæc de prima exceptione aduersus causam propositam. Secunda exceptio: Nisi pupillus corpore possessionem relinquat. reprobatur *l.possessionem.29.D.de acq poss.* Cui videtur repugnare. *l. pupillus. 11. D. de acquir. rer. domin.* Tertia exceptio est: Nisi alius nomine eius sit in possessione; vt seruus, colonus, inquilinus, procurator, depositarius, &c. *Instit. de interdictis. §. possidere.l.possideri.3.§.saltus.l.generaliter. 9.l. si id.25. §.1.l.communis.43.in princ. & l.re pignoris.37.D.de acq. possess.l.60.§.hæredem.D.locati.M.I.R.d.reg.27. exc. 2.* Huius exceptionis replicatio prima: Nisi is, per quem possidet, pupillus sit, reprobatur *l.quamuis. 32.in prin. D.d.tt.* Secunda; Nisi is, per quem possidet, possessionem reliquerit. De hac replicatione cum aliis similibus, vide *paulo inferius cau'am 18. cum seqq.* Quarta exceptio est: Nisi is, cui possessionem tradit, eam non acquirat. *l si me.34.in prin. & l.peregre.44.§ fin. D. d.tt.l.cum fundum.18.in prin. ibi: neq; enim ante.ff. de vi & vi armata.* Plane contradicit *l.quod meo.18.§.si furioso. D. de acq. poss. l.1. §. si vir.D. d.tt.* Quinta exceptio: Nisi ita tradidit, vt ei postea restituatur. reprobatur *l.si quis.17.§. finali.D.d.tt.* Plane locum habet, quando res seruo, procuratori vel colono da ur, item quando deponitur apud aliquem, &c. nam per huiusmodi personas retinetur possessio, *vt dictum est sup.except.3.*

II. Causæ amittendæ possessionis est, si se nolle possidere in animo constituat possessor. *l.si quis.17.§ fin.ff.de acq.posses.l.1.§. si vir, in fin.l. possideri.3.§.in amittenda.l.qui vniuersas.30.§. item quod mobile.& l.peregre.44.§.fin.ibi: nam eius quidem, D. d tt. M.I.R.d.cap.14.reg.28.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi pupillus sit, qui constituit se nolle possidere. *l.possessionem.29.D.d.tt.* Secunda; Nisi furiosus constituat se nolle possidere. *l.si is 27.D. d.tt.* Tertia; Nisi corpore possessionem nō relinquat. reprobatur *l possideri.3.§.in amittēda,D. de acq. posses. l.peregre.44.§.fin. ibi: nam eius quidem. D. d.tt. M.I.R,d.reg.28 exc.1.* Contradicit *l.quemadmodum. 8.D.d.tt.l.fere.195.D.de reg.iur.* Ad hāc antinomiam respondeo cum glossa & omnibus Scribentibus in amittenda possessione, si incipiatur à corpore, vtrunq; esse necessarium. *de quo dictum est.* secus, si ab animo, vt in causa proposita.

III. Causa: Si quis quod possidet, alieno nomine possidere incipiat. *l. quod meo.18.in prin.D.de acq.poss.* Huius causæ exemplum est causa sequens quarta.

IV. Causa: Si rem quam possidet, ab alio conducat. *l.qui bona fide. 19. in princ.D.de acq.poss. l.interdum.21.§.fin.item l.re pignoris.37.D. d.tt. M.I.R. d.cap. 14.reg.15. & 30.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi ignorauit se possidere, qui conduxit. *l.si aliquam.28.D.de acq poss.* Secunda: Nisi res propria sit eius, qui conduxit. tunc enim cōductio rei suæ nulla est, & ob id nec possessio amittitur. *l. ad probationē.23.C.de locato & cōducto. M.I.R.d.reg.30.exc 1.* Plane huius exceptionis replicatio est: Nisi sciat rem suam esse. tunc enim traditionis loco eam rem cōduxisse videtur, si forte eam vendidit vel donauit alij, & conducendo possessionem simul & dominium rei ad emptorem vel donatarium transfert. *de quo dictum sup.cap.prox.causa 11. item sup. c.1.causa 18.except,1.repl.6. & M.I.R.d. except.1. repl.1.* Sed & proposita replicatio recipit duplicationem hanc: Nisi non proprietatis transferendæ respectu conducat, sed solius possessionis retinendæ: quia forte alius possessionem rei auocare poterat, non quidem ex causa emptionis, donationis vel alia simili: sed quia vsus fructus forte aut vsus ei in re competebat, vel quia vi de fundo erat deiectus. Hisce enim atque similibus causis, etsi possessor sciat rem suam esse, eamque ab alio conducat, possessionem tamen non amittit: quia possessionis respectu cōducit. Iam dictæ duæ exceptiones cum replicatione & duplicatione secundæ exceptionis, approbari videtur *l.si*

aliquam.28.ff.de acquir.possess. Hæc de quarta causa.

v. Causa: Si possessor rem domino locauerit. *l.ei à quo.21.ibi: respondi.ff.de vsucap.* Huius causæ exceptio est; Nisi creditor pignus debitori locauerit. *l.si pignus.37.ff. de pignor. actio.l.re pignoris.37.ff.de acquir.poss.item l. non solum. 33.§.fin.ff.de vsucap.* Sed de causa proposita vide plura *sup.c.12.excep.45.*

vi. Causa: Si possessor rem precario dederit, vel commodauerit. reprobatur *l. possideri. 3. §. ex contrario.ff.de acquir.poss.l. & habet.15.§.eum qui.ff. de precario.item l.rei commodatæ.8.ff.commodat.*

vii. Causa: Si pignori rem dedit possessor, reprobatur *l.qui pignoris.36.in pr.ff.de acq.posseß.& l. serui.16.ibi: quia qui pignori.ff.de vsucap.*

viii. Causa; Si prætor, quod damni infecti nomine nõ cauebatur, vel ex alia simili causa aliũ in possessionem ire iusserit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.c.12.except.42.repl.6.*

ix. Causa; Si res possessori sit subrepta, vel vi erepta, deq; possessione is deiectus sit. *l. rem quæ. 15.ff.de acq.poss.l.naturaliter. 5.ff.de vsucap. item l. possideri.3.§.quod si seruus, in fin.ff.de acq.poss.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi is, qui in possessoris potestate est, eam surripuerit. *d.l.15.l.si de eo. 40.in prin.ff.d.tt. item l.non solum. 33.§.sed etsi.ff. de vsucap.* Secundę exceptionis loco notandum, quod vi de possessione deiectus perinde habeatur ac si possideret, ob interdictum vnde vi, quod habet. *l.si quis.17. in prin.ff.de acq.poss.* Ratio proponitur *l.qui actionem.15.ff.de reg.iur.* Tertiæ exceptionis loco notandum, quod non maiorem fundi partem possessor amiserit, quam exercitus sit ingressus. *l.quod meo.18.§.fin.ff.de acq.poss.*

x. Causa: Si alius clam animo possidẽdi fundum sit ingressus. *De hac causa vide sup.causa 1. exc.1. repl.1.c.eod.*

xi. Causa: Si cum nunciatum esset possessori, fundum ab alio occupatum esse, ille conterritus timore accedere nolit. *l.possideri. 3. §. si quis nunciet. ff.de acq.poss. & l. sed si.7.ff.d.tt.* Huius ratio: quia qui possidendi animum habere desiit, possessionem amittit. *de quo sup.causa.2.*

xii. Causa: Si peregrè profecturus pecuniam in terram condidit, & reuersus locum nequeat inuenire, reprobatur *l. peregre. 44.in princ.ff.de acq. posseß.*

xiii. Causa: Si pecuniã suam in alterius fundo condidit. reprobatur *d.l.44.§. & nihil interest.*

xiv. Causa: Si rem ab alio vendicat. reprobatur *l.naturaliter.12.in fin. ff. de acq.poss.l.1.§.est igitur. vers. & ait Pedius, ff.vti possidetis.* Porro sunt & plures aliæ causæ amittendæ possessionis, quarum aliæ in persona possessoris consistunt, aliæ in persona eius per quem possidetur, aliæ deniq; in re possessa. In persona possessoris consistunt eæ quæ sequuntur.

xv. Causa: Si possessor in alterius potestatem peruenerit. *l.qui vniuersas.30.§.item quod.ff.eod.tt.*

xvi. Causa: Si possessor in potestatẽ hostium peruenerit. *l.cum hæredes. 23. §.in his, ff. d.tt. l.neq;.11.ff. de vsuc.item l.si is 15.in prin.ff.d.tt.*

xvii. Causa: Si possessor furiosus sit factus. reprobatur *l.nunquam.31.§.si vi aut.ff.de vsucap.& l. si is.27 ff.de acq.poss.*

¶ Sequuntur nunc causæ, sumptæ ex persona eius per quem possidetur.

xviii. Causa; Si is per quem possidetur, possessionem relinquat. *l.peregre. 44 §.fin ff. de acquir.poss.* Huius exceptio prima est; Nisi alius possessionem nondum sit ingressus. *d. §. fin. l.possideri. 3. §. quod si seruus.item l.si de eo. 40. §.si forte.ff. eod.tt.* Secunda: Nisi dominus ignoret possessionem à seruo vel colono relictam, & alium ingressum, reprobatur *d.§.si forte.* Tertia: Nisi non deserendę possessionis causa, is per quem possideatur, decesserit. *l.si colonus.31.ff. de acq.poss.* Quarta; Nisi cum per seruum possideret dominus, is fugerit. hoc enim casu nihilominus impletur vsucapio. quæ exceptio cum aliis approbatur *l.1.§. per seruum ff. de acq.poss.* Huius replicatio est: Nisi seruus ab alio possideatur. *d.§. per seruum.* Hæc quidem de iure antiquo; iure vero nouo causa proposita reprobatur, *nempe l.ex libris.12.C.de acq. poss.* Huius iuris noui exceptio hæc est; Nisi possessionem nondum sit adeptus seruus, procurator vel alius *d.l.12.§.fin.*

xix. Causa; Si is per quem possidetur, possessionem alij tradat. *l. possideri. 3. §. quod si seruus, ff. de acquir.poss. & l.non solum.33.§. qui pignori.ff de vsucap. M.I.R. lib.3. cap. 14.reg.34.* Plane dominium retineo, licet alij vendiderit. *l.5. C.de acquir.possess.* De qua re plura vide *sup. cap. 4. causa 2. except. 1.* quod loco primæ exceptionis notandum. Secunda exceptio est; Nisi ex causa locationis, commodati vel depositi alij tradiderit. *l. qui vniuersas. 30.§.fin. ff.de acquir.posseß. & l.si id. 25.§.1.ibi: aut alij locent. ff. eod.tt.M.I.R.d.reg.34.except.1.* Tertia; Nisi ab eo, cui tradidit, rursus conduxerit. *l. quamuis. 32. §.1. ff.d.tt.*

xx. Causa; Si is, per quem possidetur, mortuus sit, reprobatur *l.si id.25.§.1.ff.de acq.poss. l. possideri.3.§.quod si seruus.item l.si de eo. 40. §.si forte.ff.eod. tt.l. cum in plures. 60. §. hæredem, ff. locati.* Plane causa proposita admittitur, si dominus possessionem mortuo colono adipisci neglexerit. Quæ distinctio approbatur *d.l.40.§.si forte.* Sed & admittitur, si alius extraneus possessionem fuerit nactus. *d.§.si forte, in fine.*

xxi. Causa; Si is per quem possidetur, furiosus sit factus, reprobatur *l.si id.25. § 1.ff.de acq. poss. l.nũquam.31.§.si seruus ff.de vsucap.* vbi ait ICtus; Donec in eadem causa res fuerit. Per hæc verba introducitur distinctio quædam, qua causæ propositæ locus est, scilicet: Si alius possessionem apprehenderit. Nam ita verba ista Glossa interpretatur, & recte. *M.I.R.d.c.14.reg.35.*

xxii. Causa; Si seruus per quem possidetur, in libertate moretur, *d.l.31.§.seruus.* Ratio est, quia seruus, qui se pro libero gerit, à domino nõ possidetur. de quo inf. vbi etiam propositæ causæ exceptiones licebit notare.

xxiii. Causa; Si commodatarius aut depositarius, per quem possidetur, rem commodatam vel depositam furandi animo cõtrectat, vel non reddit. *l.si rem.47.ff.de acq. poss.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi res loco non sit mota. *l. possideri.3.§.si rem.ff.eod tt.* Secunda; Nisi iusta non reddendi causa interueniat. *l.si quis.20.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi homo commodatus non reddatur. *l. si rem.47.§.idem scribit.ff.eod.tt.*

¶ Hactenus causæ amittendæ possessionis, in persona eius per quẽ possidemus cõsistentes. Sequuntur nunc eæ quæ consistunt in re possessa; quanquam earũ quædam propositæ sunt supra.

xxiv. Causa: Si seruus possessus fugerit. reprobatur *l.si is.15.si seruus, ff. de vsucap. M.I.R. d.c.14. reg.36.* Plane admittitur sub duabus hisce conditionibus: Nisi pro libero se gerat; &, Nisi pro libertate sua litigare paratus sit seruus. *d. §.si seruus. l.rem.15. in fin.ff. de acquir.poss. item l. Pomponius.13. in prin.ff.d.tt.* Præter iam dictas autem duas conditiones seu distinctiones, tertia additur, hæc scilicet; Nisi alius serui possessionem sit nactus. *l.1.§. per seruum, ff.de acq.poss. l.per eum.50. in fin. ff. eod.tt. item l.arborib.12. §. de illo. ibi: idem tractat.ff. de vsufructu, & quemadm.*

xxv. Causa, Si seruus possessus pro libero se gerat. Hæc causa cum ex præcedentibus constet, tum approbatur etiam *l.possideri.3.§.si seruus, ff.de acquir.poss.* Plane causa hæc recipit hanc exceptionem; Nisi ex possessione seruitutis in libertatem proclamet. *d.§.si seruus.*

xxvi. Causa, Si possessor seruum manumisit. *l. qui pro.5.ff.pro donato. & l. qui vniuersas.30.§. item quod mob. ff. de acq.poss.* Plane si absenti seruo scribat, vt in libertate moretur: non ante possessionem dimittit, quam eum certiorem fecerit. *l. qui absenti.38.ff. d.tt.* quod distinctionis loco notandum.

xxvii. Causæ, Si res possessa in aliam speciem sit translata, vt lana in vestimentum. *l.qui vuersas.30.§.item si id quod.ff.de acq.poss.*

xxviii. Causa; Si locus religiosus sit factus. *d.l.30.§.1 ff.d.tt.* Huius ratio est: quia locum religiosum aut sacrum non possumus possidere, *vt dicitur d.§.1.& dictum est sup.except.20.c.2.*

xxix. Causa, Si id quod possidemus, non amplius sit sub nostra custodia, si oberrat vel excidit vt non inueniatur. *l.possideri.3.§. Nerua filius.ff. de acq.poss.l.si id.25.in pr.item l.si rem. 47. in princ. ibi: quod rerum mobilium.ff.d.tt.* Plane homo, licet sub custodia nostra amplius non sit, nihilominus eius possessionẽ retinemus: *quemadm. dictum est de seruo fugitiuo sup.causa 24.* quod primæ exceptionis loco notandũ. *d.§.Nerua. Concordat d.l.47.§.idẽ scribit.* Secũda esse videtur: Nisi res perdita à nemine possideatur, sed reprobatur *d.§.Nerua.* Tertia est: Si res quæ sub custodia nostra est, nõ inueniatur. *d.§.Nerua.* Exemplũ est in eo, qui peregre profecturus, pecuniam in terrã custodiæ causa condiderat: & reuersus locũ in quo cõdiderat memoria nõ repetebat, *de quo dictum sup.causa 12.* Quarta exceptio est in colũbis, quæ ab ædificiis nostris, & apibus quæ ex alueis nostris euolant, & secundum consuetudinem redeunt. *l. possideri. 3. §. item feras bestias, in fin.ff.de acq. poss. de qua re dictum quoque sup.cap.prox.q.3.reg. 2.*

xxx. Causa, Si mare vel flumen, locum quem possidemus occupauit. *d. l 3. §. Labeo. & l. qui vniuersas.30.§.item quod à mari.ff.d.tt.*

xxxi. Causa, Si lapides naufragio in mare sint demersi. *l.Pomponius.13.in prin.ff.de acquir.posseß.* Hæc de causis amittendæ possessionis sint dicta. Plura de iis dicta sunt *sup. cap. 12. except. 24. cum seqq.*

Exceptio generalis.

Plane causæ hactenus propositę recipiunt generalem exceptionem hanc: Nisi possessor ignoret, factum esse id per quod admittitur possessio. *l.quamuis.46.ff.de acq.poss.* Huius replicatio prima est: Nisi cum per alium possideret, is possessionem reliquerit, eamque alius occupauerit. *l.peregre.44. §.fin. ibi, eamq; amittit.ff.d.tt. de qua re dictum sup.causa 18.in prin.* Secunda; Nisi res sit mobilis. *l.si rem.47.in prin.ff.d.tt.*

DE INTERDICTIS.

CAP. XVII.

SVperest vltimus possessionis locus, de interdictis scilicet, eorumq; actionibus, quæ tam pro acquirenda quam retinenda & recuperandá possessione competunt: de quibus nunc nobis agendum est, primum quidem in genere, postea vero in specie.

i. DEFINIVNTVR interdicta *Instit. de interdictis, in princ.*

ii. RATIO nominis proponitur *Instit. d.tt. §. sunt tamen.*

III. GENVS ET PROPRIA interdictorum.

i. Regula, Interdicta Actionis verbo continentur. *l.actionis.36.ff.de act.& oblig.*

ii. Regula, Interdicta personalia sunt, non in rem. *l.1.§.penult.ff.de interdict.*

iii. Regula, Interdicta in factum actione sine solennitate proponuntur. *Instit.de interdictis, §.fin. l. incerti.3. in fine. C. de interdictis. item l. si quis. 4. C. eod.tt.*

iv. Regula, Ad priuatas, non ad publicas causas interdicta pertinent. *l.sane.14. in fin.ff. de iuriis.*

v. Regula, Interdicta non infamant. *l.neq;.13. ff.de vi & vi armata.*

IV. DIVISIONES ET SPECIES interdictorum.

i. Diuisio, sumpta ex officio interdictorum, quod aut prohibitoria, aut restitutoria, aut exhibitoria sint, proponitur *Instit. de interdictis, §. summa. & l.1.§.interdictorum, ff.de interdict.*

ii. Diuisio, sumpta ex fine interdictorum, quod aut adipiscendæ, aut retinendæ, aut recuperandæ possessionis gratia comparata sunt, habetur *Instit.de interdict. §.sequens.l.2.§. hæc autem.ff.d. tt. & l.1.§.est hoc igitur, ibi, vt & Pedius, ff. vti possidetis. M.I.R.lib.3.c.14.reg.50.*

iii. Diuisio, sumpta ex materia seu obiecto interdictorum, videlicet quod aut de diuinis rebus sint, aut de humanis, proponitur *l.1.in prin.& l.2.§.interdicta.ff.de interdict.*

iv. Diuisio, itidem sumpta ex materia seu obiecto interdictorum, est, quod quædam in præsens, quædam in præteritum sint concepta. *l.1.§. interdictorum, ff.eod.tt.*

v. Diuisio est, quod alia interdicta quasi proprietatis, alia possessionis causam contineant. *l.2. §.quædam.ff.eod.tt.*

vi. Diuisio est, quod alia simplicia sunt, alia duplicia. *Inst.de interdictis, §.tertia.l.2.in pr.eod.tt.*

vii. Diuisio, sumpta ex tempore quo competunt, nempe quod quædã annalia sunt, quædam perpetua, proponitur *l.1.§.fin.ff.d.tt.*

v. Causæ ex quibus interdicta competunt, proponuntur *inf.in cap.seqq.*

vi. A-

VI. APVD quem competant, definitur *l.2. C.de interdictis.*

VII. PER QVOS INTERDIcta competant?

Per quamcunq; personam competunt. *de qua re vide inf.in interdicto vnde vi,q.7.*

VIII. QVID VENIAT IN Actionem interdictorum?

I. Regula, De fructibus. Fructuum ratio habetur ex eo die quo interdictum editum est, non retro. *l in interdictis.3.ff.de interdictis.* Hu us regulæ exceptio est: Nisi interdicto vnde vi agatur. *l.1.§. ex quo.ff.de vi & vi armata.*

II. Regula: In quantum dominus serui nomine teneatur, definitur *l.vlt.ff.de interdict.*

IX. QVAMDIV DANTVR?

Quædam interdicta annalia sunt, quædam perpetua. *l.1.§.fin.ff. de interdict.* Quantum ad annalia interdicta attinet, eius regulæ exceptio hęc est: Nisi de eo, quod ad reum peruenit, agatur. *l. ex quibus.4.ff.eod.tt.* Hæc de interdictis in genere sint dicta, nunc de quibusdam illorum speciebus dicendum. nam de omnibus interdictis hoc loco tractare non videtur consultum, cum plura suis locis subiecta tractari commodius queant.

QVORVM LEGATORVM.
CAP. XVIII.

PRimo: Nomen huius interdicti proponitur *l.1.in prin.ff.quorum legatorum.*

II. GENVS.

Adipiscendæ possessionis interdictum est. *d.l. 1.in prin.M.I.R.d.reg.50.*

III. RATIO huius interdicti proponitur *d.l.1. in princ.*

IV. CAVSA HVIVS INTERdicti cum suis exceptionibus.

Si legatarius rem sibi legatam propria authoritate occupauit, competit hæredi ad adipiscendam eius rei possessionem hoc interdictum. *d.l.1. in princ.l.vnica, C. quorum legatorum. M.I.R. d. cap.14. reg.50.* Plane causæ propositæ exceptiones nunc enumerandæ sunt.

I. Exceptio: Nisi reus non pro legato, sed pro hærede, vel pro possessore possideat. *Hæc exceptio ipso iure subsistit, vt patet ex l.1.§.quia autem, ff.quorum legatorum.*

II. Exceptio; Nisi reus ex mortis causa donatione possideat. *d.l.1.§.si quis ex.*

III. Exceptio: Nisi ex causa perceptionis vel prælegati vnus hæredum possideat. approbatur, certo tamen modo. *d.§.si quis ex.*

IV. Exceptio: Nisi reus legatorum seruandorum causa in possessionem missus sit. reprobatur *l.1.§. quæsitum, ff.quorum legatorum.*

V. Exceptio: Nisi non proprietatis, sed vsusfructus vel seruitutis legatæ nomine reus rem occupauit. reprobatur *d.l.1.§.quod ait.*

VI. Exceptio: Nisi voluntate hæredis, vel eius ad quem ea res pertinet, reus rem occupauit. approbatur simul & distinguitur *l.1. §. quod ait prætor ff. quorum legatorum.* Huius replicatio prima est: Nisi ante aditam hæreditatem hæres consenserit, non postea. *d.§.quod ait prætor.* Secunda; Nisi voluntas post occupatam demum possessionem accessit. reprobatur *d.l.1.§.prodest.* Tertia: Nisi voluntas postea sit mutata. reprobatur *d.§. prodest.* Quarta: Nisi in alia re vel parte, quam cuius possessio petitur, voluntas interuenerit. *d.l.1.§.si duæ res.* Quinta; Nisi alius quam actor consenserit. *d.l.1.§.si alter.*

VII. Exceptio: Nisi actor hæres de reddendo legato non cauerit. *l.1.in fin.ibi, oblata satisdatione. C. quorum legatorum.* Huius replicatio prima est; Nisi cautum sit legatario. approbatur quidem ipso iure, verum eius duplicatio prima est; Nisi non perseueret cautum. *l.1.§.penult.ff.quorum legatorum.* Secunda; Nisi alij quam legatario sit cautũ. Hæc duplicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est; Nisi procuratori legatarij sit cautum. *d.§.penult.* Tertia; Nisi quarundam, non omnium rerum nomine sit satisdatum. approbatur simul & distinguitur *d.l.1.§.fin.* Huius triplicatio prima est: Nisi earũ rerum nomine tantum agatur, de quibus est cautũ. *d.§.fin.* Secunda; Nisi res de quibus cautum non est, postea adcreuerint. *l.2.in prin. ff. quorum legatorũ.* Quarta duplicatio est; Nisi non satisdatum sit, sed tantũ repromissum, vel alio modo cautum. ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est; Nisi legatarius repromissione fuit contentus. *d.l.2.§.si legatarius.* Hæc de prima replicatione. Secunda propositæ exceptionis replicatio est; Nisi cautio non sit petita. *d.l.2.§.1.* Tertia; Nisi non per actorẽ, sed reum steterit, quo minus ei sit cautũ. *d.l.2.§.si per.* Huius duplicatio est: Nisi tempore iudicij accepti, legatarius, per quem antea stetit, satis accipere sit paratus. *d.§.si per.* Quarta replicatio est: Nisi actor postea cauere sit paratus. *d.l.2.§.fin.*

VIII. Exceptio: Nisi reus conuentus possidere desierit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi dolo possidere desierit. *l.1.§. quod ait prætor.ff.quorum legatorum.*

V. QVIBVS INTERDIctum competit?

De hærede hæredis, cæterisq; successorib. proponitur *l.1.§.hoc interdictum, ff.quorum legatorum.*

VI. ADVERSVS QVOS competit?

De successoribus eius, qui occupauit, proponitur *d.l.1.§.legatorum.* Huius regulæ exceptio videtur esse; Nisi non vniuersalis, sed singularis sit successor. sed reprobatur *d.l.1.§.illud.*

VII. QVID VENIAT IN propositio interdicto?

I. Regula, De eo, quod interest, proponitur *l.2.§.ex hoc interdicto, ff.quorum legatorum.*

II. Regula, De fructibus, proponitur *l.omnia. 32.§.1.ff.de leg.1.*

VIII. EVENTVS.

Legatario nihilominus superest actio ex testamento ad petendum legatum. *l.1. in prin. ibi, rediguntur, ff.quorum legatorum.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De rei vendicatione, proponitur *l.omnia.31.§.1.ff.de leg.2.*

II. Regula, De petitione hæreditatis, *l.1.§.quia autem, ff.quorum legat.*

NE VIS FIAT EI, QVI IN POSsessionem missus erit.
CAP. XIX.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.1.in princ, ff. ne vis fiat ei, qui in posses. missus erit.*

II. RATIO proponitur *d.l.1.§.1.*

III. GENVS HVIVS INTERDIcti, & actiones ex eo competentes.

I. Regula: Et prohibitorium & restitutorium est. *l.si quis.3 §.cum prætor.ff.ne vis fiat ei. & l.1.§.hæc actio.ff.d.tt.*

II. Regula: In factum actio est. *l.1. in princ.ff. eod.tt.*

III. Regula: Pœnalis actio est. *d.l.1.§. hanc actionem.ibi: cum sit pœnalis.*

IV. CAVSÆ HVIVS INTERdicti & actionis.

I. Causa: Si quis missum prohibuerit in possessionem venire.

II. Causa; Si missus in possessionem sit depulsus. Hæ duæ causæ approbantur *l.1.in princ. & §. hæc actio.ff.ne vis fiat ei.*

III. Causa; Si mitti in possessionem desiderans, prætoris adeundi copiam non habuit, & interim damnum est passus. *l. per interdictum. 4.§. penult.ff.d.tt.*

De exceptionibus propositarum causarum.

I. Exceptio, sumpta ex causa ex qua in possessionem missus est is, qui prohibitus est, reprobatur *l.1.§.est autem, ff. ne vis fiat ei. l si quis.3.§.cum prætor. & l.per interdictum.4.in prin.ff.d.tt.*

II. Exceptio; Nisi ex fal a vel iniusta causa prohibitus in possessionem sit missus. *l.1.§.hæc verba.ff.ne vis fiat.* Huius replicatio prima est; Nisi mulier ventris nomine in possessionem sit missa. hoc enim casu quamuis calumniæ causa missa dicatur, non tamen exceptio proposita illi propter eum, qui in vtero est obstat. *l.si quis.3.§.fin.ff. d.tt.* Altera; Nisi legatorum seruandorum causa prohibitus in possessionem sit missus. hoc enim casu quamuis legati conditio pendeat, locus tamen est interdicto. *l.si quis.14.ff. quibus ex causis in posses.eatur.*

III. Exceptio: Nisi prohibitus legatorum seruandorum causa nõ in defuncti, sed hæredis bona sit missus. reprobatur *l.si quis.3.§.constitutum, ff. ne vis fiat ei.*

IV. Exceptio; Nisi non suo, sed alieno nomine sit prohibitus. reprobatur *l.2.ff.ne vis fiat ei.*

V. Exceptio: Nisi non suo, sed alieno nomine reus prohibuit. reprobatur *d.l.2.in fine.*

VI. Exceptio; Nisi alius quam dominus prohibuit. reprobatur *l.1.§.est autem, in fine, ff. ne vis fiat ei.*

VII. Exceptio; Nisi pupillus vel furiosus prohibuit. *l.1.§.hoc edicto.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi pupillus doli sit capax. *d.§.hoc edicto.*

VIII. Exceptio: Nisi alio modo quam vi missus impediatur. reprobatur *l.per interdictum.4.§.fin. ff.d.tt.l.1.§.hæc actio, in fine.ff.d.tt.*

IX. Exceptio: Nisi sine dolo malo prohibuit. *d.l.1.§.si quis ideo.*

X. Exceptio: Nisi cum prohibitus damni infecti nomine in possessionem missus esset, aduersarius de damno infecto caueat. *l.per interdictum.4. in prin.ff.ne vis fiat ei.*

XI. Exceptio; Nisi cum prohibitus damni infecti nomine in possessionẽ missus esset, per aduersarium nõ stet quo minus caueat. *d.l.4.in prin.*

XII. Exceptio; Nisi prohibitus acceperit id quod sua interest. *l.si quis dolo.51.§.si quis. ff.de re iudicata.*

V. QVIBVS DATVR INTERdictum, eiusve actio?

De hæredibus similibusq; personis proponitur *l.1.§.fin.ibi: sed hæredi.ff.ne vis fiat ei.*

VI. ADVERSVS QVOS DATVR?

I. Regula, De hæredibus cęterisq; successoribus, proponitur *d.§.fin.* Ex quo pater, regulariter quidem interdictum propositum in hæredes nõ competere, cuius etiam regulæ duæ proponuntur exceptiones, quarum prima est: Nisi de eo, quod ad hæredes peruenit. Altera: Nisi legatorum seruandorum causa missus prohibitus sit.

II. Regula, De eo cuius voluntate quis prohibitus est, habetur *l.1.§.si domini.ff.ne vis fiat ei.*

III. Regula: Tutore prohibente, in quem detur actio, definitur *d.l.1.§.hoc edicto.ibi: ergo etsi.*

VII. QVID VENIAT IN PROposita actione?

Quanti ea res est, ob quam in possessionem missio facta est. *l.1.in prin.ff.ne vis fiat ei.* Declarantur hæc verba *d.l.1.§.hæc verba. Concordat l.per interdictum.4.§.prætor.ff.d.tt.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT?

Annalis est actio. *l.1.§.fin.ff.ne vis fiat.*

IX. ADFINIA DEMEDIA.

I. Regula, De extraordinaria executione & manu militari, proponitur *l.si quis.3.in prin.ff. ne vis fiat.*

II. Regula, De in factum actione, *d.l.3.§. cum prætor.*

VTI POSSIDETIS.
CAP. XX.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.1.in prin.ff.vti possidetis.*

II. RATIO *d.l.1.§.huius autem. Instit.de interdictis.§.retinendæ.ibi: namq; nisi.item l.exitus.35.ff.de acq. poss.*

III. NOMEN *l.1.§.hoc igitur, & §.interdictum.ff. vti possidetis.*

IV. GENVS.

I. Regula: Prohibitorium est interdictum retinendæ possessionis. *d.§.est hoc igitur, d.l.1.§.1.Instit.de interdictis, §.retinendæ.*

II. Regula, Duplex est interdictum. *Instit.d.tt. § tertia diuisio.ibi: duplicia sunt. & l.si duo.3.§.hoc interdictum, ff.vti possidetis.*

V. DIFFERENTIA.

I. Differentia huius interdicti & interdicti vnde vi, proponitur *l.1.§.est hoc igitur.ibi, & consequenter.ff.vti possidetis.*

II. Differentia huius interdicti & aliarum actionum, *in d.l.1.§.interdictum.*

VI. CAVSÆ HVIVS interdicti.

I. Causa: Si vis fiat possidenti. *l.1.in princ.ff.vti possidetis. l.vnica.* C. *d.tt. M.I.R. lib.3. cap.*14. *reg.*71. Declaratur hæc causa *l.vim.* 11. *ff. de vi & de vi armata.l.si duo.*3.§. *item videamus. ibi: nam si tibi vim fecerit.ff.vti possidetis.* Huius causæ species sunt causæ proxime sequentes. Exceptiones autem eius vide inf.

II. Causa: Si quis suo, qualiter velit, vt prohibeatur. *l.sicuti.* 8. §. *sed & interdictum, ff. si seruitus vindicetur.l.vim.*11.*ff.de vi & vi armata. l.sane.*14.*ff.de iniuriis.*

III. Causa: Si quis in suo ædificare, arare, colere, &c, prohibeatur.*l.si duo.*3.§. *hoc interdictum*, §. *cum inquilinus. &* §. *item videamus.ff. vti possidetis. l. vim.*11.*ff.de vi & vi armata.item l.permisceri.*52.§. *eum qui.ff.de acq.poss.*

IV. Causa: Si inter duos de possessione controuersia sit, adeo vt sit metuendum, ne veniant ad arma. *Instit. de interdictis.* §. *retinendæ. l.*1. §. *huius autem.ff. vti possidetis.* Huius causæ ratio elegans proponitur *l.si cuius.* 13. §. *sed si inter.ff. de vsufruct. & quemadm.*

V. Causa: Si quis proiectum supra vicini solum vel in ædes vicini non iure habere dicatur. Hæc causa tractatur, sed satis obscure, *l.si duo.*3.§. *item videamus,ff.vti possidetis.*

VI. Causa: Si vicinus tectoria in pariete meo habeat, compellitur per interdictum hoc vt tollat.*d.l.*3.§.*si vicinus.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. Exceptio: Nisi non de soli, sed mobili re sit contentio.*l.*1.§.1.*ff.vti possidetis. Instit. de interdictis.*§. *sed interdicto quidem.*

II. Exceptio, sumpta ex re soli, de qua contentio est, reprobatur *d.l.*1.§. *penult.* Plane exceptio hæc reprobata recipit aliquot distinctiones, de quibus in exceptionibus sequentibus.

III. Exceptio: Nisi de cloacis contentio sit. *l.*1.*in prin.ibi: de cloacis.ff.vti possidetis.*

IV. Exceptio: Nisi de ea re, quæ possideri non potest, contendatur.*d.l.*1.§.*penult.*

V. Exceptio: Nisi de publica re agatur. ipso quidem iure approbatur: qula publica res possideri non potest. verum eius replicatio est: Nisi de iure aliquo, quod quis in publica re habet, contentio sit.*l.sane.*14 *ff.de iniuriis.*

VI. Exceptio: Nisi de parte, non de toto contio sit. reprobatur *l.* 1. §. *hoc interdictum, ff. vti possidetis.*

VII. Exceptio: Nisi non de solo, sed de superficie sit contentio.*l.si duo.*3.§.*sed si supra.ff.d.tt.*

VIII. Exceptio; Nisi vi, clam, vel precario possideatur.*l.*1.*in prin.&* §.*perpetuo.ff.eod.tt. Instit.de interdictis.*§.*sed interdicto.* Quid sit clam possidere, definitur *l.clam. 6.in prin.ff.acq.poss.* Exemplum violentæ possessionis proponitur *l.si quis.*20.*ff. de probat.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ab initio bona fide cœperit possidere. tunc enim quamuis postea clam possidere cœperit, non obstat.*d.l.6.& l.si de eo.*40. §.*seruum tuum.ff.de acq.poss.* Secunda replicatio est: Nisi sciente & volente eo ad quem res pertinet, possidere cœperit.*d.l. 6. ff.eod.tt.* Tertia: Nisi quis rem suam bonæ fidei possessori clam abduxerit, remq; suam esse probet.*d.l.*40.§.*fin.* Quarta; Nisi non ab aduersario, sed ab alio vi, clam vel precario possideat. *l.*1.§.*fin. cum l.seq. ff. vti possidetis.l. vlt.ff.de acq. poss. l.qui precario.*17.*ff.de precario.l.si duo.*3.*in pr.ff.vti possidetis.Instit. de interdictis.*§.*sed interdicto.* Quinta; Nisi possessor probationes proprietatis in promptu habeat. *De hac replicatione vide M.I.F.cap.*3 *quæst.*3.*reg.*7. *except.*1. *replic.*1.

IX. Exceptio: Nisi actor ab eo possideat, qui vi à reo possidebat. reprobatur *d.l.*3.§.*non videor.ff. vti possidetis.*

X. Exceptio: Nisi rei seruandæ causa, vel ob aliam similem causam quis in possessionem missus sit.*d.l.*3.§.*creditores.*

XI. Exceptio: Nisi rei seruandæ causæ, vel ob aliam similem causam quis in possessionem missus sit.*d.l.*3.§. *creditores.*

XII. Exceptio; Nisi vsusfructus vel vsus nomine possideat. reprobatur *l.in summa.*4.*ff.vti possidetis.*

XIII. Exceptio: Nisi is, qui hoc interdicto vtitur, rem cœperit vindicare. reprobatur *l.naturaliter.*12.*ff de acq.poss.M.I.R. lib.*3.*c.*14.*reg.*71.*except.*1. vbi approbatur.

VII. QVIBVS DETVR HOC interdictum?

De eo, qui ædes possidet, & eo, qui cœnaculum in ils, proponitur *l.si duo.* 3. §.*sed si supra.ff. vti possid.*

VIII. QVID VENIAT IN HOC interdictum?

I. Regula, De eo quanti ea res est, proponitur *l.*1.*in prin.ibi: neq; pluris.D.d.tt.* Declaratur hæc regula *d.l.* 3.§.*fin.D.d.tt.*

II. Regula Interdum competit hoc interdictum, vt aduersarius opus tollat.*d.l.*3.§.*si vicinus.*

IX. QVAMDIV COMPETIT?

Annale est.*l.*1.*in prin.ibi: intra annum,D.vti possidetis.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De exceptione, proponitur *l.*1. §. *est hoc igitur, in fin.D.vti possidetis.*

II. Regula, De iniuriarum actione, *l. iniuriarum.*13.§.*si quis me.D.de iniuriis.*

III. Regula, De interdicto de superficiebus, *l. si duo.*3.§.*sed si sup.ibi: caterum super.D.vti possidetis.* De quo vide *inf. cap.prox.*

IV. Regula, De interdicto Vtrubi dicetur *inf. cap.*22.

DE SVPERFICIEBVS.
CAP. XXI.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.*1.*in prin.ff.de superficiebus.*

II. RATIO & vsus *d.l.*1.§.1.

III. GENVS & simile *d.l.*1.§.*proponitur.*

IV. CAVSÆ HVIVS INTERdicti cum suis exceptionibus.

Si quis superficie vti prohibeatur, datur hoc interdictum. *l.*1.*in princ. D.de superficieb.* Declaratur hæc causa *l.* 2. *eod. tt. l. id est.* 74. *D. de rei vendic.* Exceptio prima, sumpta ex causa, ex qua superficiem possidet, reprobatur *l.* 1. §. *proponitur.ibi: neque exigit. D.de superficiebus.* Altera: Nisi vi, clam vel precario ab aduersario possideat. approbatur *d.*§. *proponitur.* de qua vide plura *sup. cap. prox. q.* 6. *except.* 8. Sed & alias propositæ causæ exceptiones vide *d.q.*6.

V. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De ciuili actione empti, conducti, proponitur *l.*1.§.1.*ff. de superficiebus.*

II. Regula, Actio quoq; in rem superficiario vtilis competit. *l.id est.* 74.*ff. de rei vendic. l.*1.§. *quia autem. ff. de superficieb.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ad tempus quis superficiem conduxerit. *l.*1. *in princ.ibi: causa cognita.&* §.*quod ait,ff.d.tt.* Cuius replicatio est: Nisi ad non modicum tempus superficiem conduxit.*d.*§.*quod ait.*

III. Regula, De actione in rem directa, si dominus soli superficiem petat, proponitur *l.*1. §.*is autem,ff.de superficieb.*

IV. Regula, De exceptione, *d.*§.*is autem.*

V. Regula, Si soli possessori superficies euincatur, quæ competat actio, definitur *d.l.*1.§.*si soli.*

VI. Regula, Si superficies duobus commuuis sit, etiam vtile communi diuidundo iudicium datur. *d.l.*1.*quia autem, in fin.*

VI. DE SVPERFICIE ALienandi.

An & quatenus superficiarius superficiem alienare possit, proponitur *l.* 1. §. *penult. & vlt. ff. de superficiebus.*

VTRVBI.
CAP. XXII.

PRimo: Verba interdicti proponuntur *l. vnica, in prin.ff. vtrubi.*

II. SIMILE est hoc interdictum Vti possidetis interdicto.*d.l.vnica,* §. *hoc interdictum.Instit.de interdidictis,*§.*retinendæ.&* §.*hodie tamen.*

III. DIFFERENTIA huius interdicti & vti possidetis proponitur *Inst.de interdictis.*§.*sed interdicto.l. vnica.*§.*hoc interdictum.ff. vtrubi.*

IV. CAVSA HVIVS interdicti.

Si inter duos de rei mobilis possessione controuersia sit: is iure quidem antiquo vincebat, qui eam rem maiore parte eius anni possederat. *quæ causa approbatur Instit.de interdict.* §. *sed interdicto. Concordat l.vnica in prin.ff.vtrubi.* Mutatur hoc ius, & constituitur vt is vincat, qui litis contestatæ tempore, vel cum inquietatur, detinet, *Instit.d.*§. *sed interdicto.ibi: hodie tamen. & d.l. vnica.* §. *hoc interdictum.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi vi, clam vel precario alter ab altero possideat. *Instit. d.*§.*sed interdicto, & d.*§.*hoc interdictum.* Plura de hac exceptione vide *sup.c.*20.*q.6.except.* 8. Sed & plures propositæ causæ exceptiones vide *sup. d. q.* 6. Quæ enim interdicti Vti possidetis sunt iura, eadem quoq; hoc interdicto seruantur, *secundum ea quæ proposita sunt sup.q.*2.

VNDE VI.
CAP. XXIII.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.*1.*in prin.ff.de vi & vi armata.*

II. GENVS ET RATIO.

Recuperandæ possessionis interdictum est. *d. l.*1.§.*Instit. de interdictis.*§.*recuperandæ.*

III. PROPRIA HVIVS interdicti.

I. Regula: Mox auditur actor etiam sine inscriptione.*l.momentaria.*8.*C.vnde vi.*

II. Regula: Famosum hoc interdictum non est.*l.neq;*13.*ff.de vi & vi armata.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS HOC interdictum competit.

I. Ceusa: Si quis vi ex aliquo loco sit deiectus, datur illi hoc interdictum. *l.*1.*ff. d.tt. Institut. de interdictis.*§. *recuperandæ. item l,*2.*C. vnde vi.M.I.P. lib.*5.*cap.*3,*reg.*16.*M.I.R. lib.*3. *cap.*16,*reg.*1. Declaratur causa proposita *l.* 1. §. *vi possidere. ff. de vi & vi armata.*

II. Causa: Si quis absentis possessionem sine vi occupauerit. *l. vlt. C. vnde vi.l.si nulla 6. C.de acq. poss.item l.sequitur.*4.§.*si tu vi me.ff.de vsucap. M.I.R.d. reg.*1.*except.*15.

II. Causa: Si quis volentem ingredi possessionē prohibuerit, *l.* 1. §. *siue autem, ff. de vi & vi armata.l.quod quidem.* 3. §. *si autem cum. &* §. *vnde vi.ff. eod.tt.l. clam.* 6. §. *fin.ff.de acq.poss.* Exceptio prima est: Nisi non animo possidentem, sed ab initio possessionem ingredi volentem prohibuerit. *l.*1. §.*eum qui.ff. de vi & de vi armata. l. quod quidem.* 3. §. *vnde vi.ff. eod.tt.* Hulus replicatio est: Nisi is, qui ab initio vult possidere, ei qui animo possessionem retinuit successerit, eiusve nomine ingredi velit.*l.colonus.*12. *& l.cum fundum.*18.*ff. eod. tt.* Secunda exceptio est: Nisi prohibens iustam & probabilem causam habuerit.*d.l.*12.*in fine.*

IV. Causa: Si quis petenti ei cuius nomine possidet, possessionem non restituit. *l. non ab re.* 10.*C.vnde vi.*

V. Causa: Si quis per vim coactus possessionem alicui tradiderit. reprobatur *l.si iterum.*5. *ff. de vi & vi armata.*

VI. Causa: Si quis ingressus possessionem, possessionem vel eos per quos possidet vinxerit, atq; ibi detinuerit, aut illis impetrauerit. *l.*1. §. *idem Viuianus, cum seqq.ff.d.tt.*

VII. Causa: Si quis quibusdam superuenientibus metu perterritus fugerit. *l.*1 §. *idem Labeo, ff. eod.tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi ij quos fugiens metuebat, possessionem nō occupauerint. *d.*§.*idem Labeo. l. quod quidem.*3. §.*si quis autem. ff. eod. tt.item l.metum.*9.§.1.*ff.quod metus causa.* Cuius replicatio est: Nisi alius vacuam possessionem, ex qua possessor conterritus aufugit, intrauerit. *l.sequitur.*4.§ *si tu vi me.ff.de vsucap.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalioribus.

I. Exceptio: Nisi patronus libertum, vel parens liberos vi deiecerit, approbatur simul & distinguitur *l.*1. §. *interdictum, ff. de vi & de vi armata. l.*2 *in fine.ff.de obsequiis à libertis.l.licet.* 7. *ibi: vel interdictum vnde vi ff.eod. tt.* Huius replicatio: Nisi vi armata parens vel patronus sit vsus. *d.l.*1, §. *interdictum.* Declaratur hæc replicatio *l.quod quidem.*3. §.*armis.ff.de vi & vi armata.*

II. Exceptio: Nisi non is, qui possidebat, sed is per quem possidebat, sit deiectus. reprobatur *l.*1. §.*quod seruus,ff.d.tt.*

III. Exceptio: Nisi non dominus, sed vsufructuarius vel allus sit deiectus. reprobatur *l. Fulcinius*

cinius.8.ff.eod.tt.l.quod quidem.3.§.penult.§.vnde vi.& §.item si non.ff. eod.tt. Plane admitti videtur primum, si deiectus postea per capitis diminutionem vel alio modo vsumfructū amiserit. verum distinctio hæc reprobatur *d.§.penult.* Secundo, si non fundi, sed ædium vsufructu sit deiectus, reprobatur *d.l.3.§.pertinet autem.* Tertio admittitur, si quis vsufructu rerum mobilium deiiciatur. *d.l.3.§.consequenter.* Quarto, si quis ab initio incipere velit vti frui, & prohibeatur. *d.l.3.§.vnde vi.ibi, cæterum si quis.*

IV. Exceptio, sumpta ex re de qua quis deiectus est, reprobatur *l.1.§.ad solam, vsq; ad § illud.& §.plane si quis.ff. de vi armata.* Plane admittitur in casu, de quo *inf.except.prox.*

V. Exceptio; Nisi quis de re mobili deiiciatur. *d.l.1.§.illud vtiq; & l.quod quidem.3.§.consequenter.ff.eod.tt.M.I.R.d.reg.1.except.1.* Huius exceptionis exemplum est *inf.except.prox.* Sed & eius replicatio est: Nisi res mobiles rei immobili, ex qua quis deiectus est, accesserint. *d.§.consequenter.& d.l.1.§.plane si quæ res.*

VI. Exceptio; Nisi de naui vel vehiculo quis sit deiectus. Hæc exceptio species est præcedentis, & approbatur *l.1.si quis de naui.ff. de vi & de vi armata.*

VII. Exceptio; Nisi quis sine dolo malo per errorem deiecerit *l.inuasor.5.C.vnde vi.* Hæc exceptio ad euitandum pœnam prodest, sed ad retinendam possessionem vi occupatam non prodest, *vt ex iam d.l.5.constat.*

VIII. Exceptio; Nisi quis iure suo vsus deiiciat. *l.factum.197.§.1.ff.de reg. iur. Concordat l.colonus.12.in fin.ff.de vi & vi armata.*

IX. Exceptio; Nisi rem suam vel sibi debitam quis vi occupauerit. reprobatur *l.si quis.7.C.vnde vi.M.I.P.d.reg.16.except.1.* vbi distinguitur. *M. I. R. d. reg.1.except.4.*

X. Exceptio: Nisi creditor ex conuentione pignus propria authoritate occupauerit. *l.3. C.de pignorib.M.I.R.d.reg.1.except.5.*

XI. Exceptio: Nisi iussu alterius deiecerit, reprobatur *l.1.§.quoties.ff.de vi & vi armata.l.cum fundum.18.§.quæsitum est.ff.d.tt.*

XII. Exceptio: Nisi vim vi repellendo quis deiiciat eum à quo deiectus erat, vel in quo possessio clam erat occupata. *l.qui possessionem.17.ff. d.tt. l.1.C.vnde vi.M.I.P.d.reg.16.except.2.* Huius replicatio prima est; Nisi reus prius actorem vi deiecerit, & postea ab eo deiectus, rursus per vim possessionem occupauerit. tūc enim interdicto proposito conuentus, proposita exceptione non vtetur. *d.l.17.* Secunda: Nisi quis possessionem quam habet, per vim retinuit, posteaq; deiiciatur. hoc enim casu exceptioni locus non est. *l.1.§. vi possidere.ff. eod.tt.* Huius exemplum est: Si emptor fundi, voluntate venditoris ingredi fundum volens, à colono sit prohibitus, isq; statim colonum vi expulerit. hoc enim casu emptor à colono conuentus, proposita exceptione, quasi prior vim passus sit, non vtetur. *quod exemplum proponitur l. cum fundum.18.ibi, emptorem quoque.ff. de vi & de vi armata & l.colonus.12 ff. eod.tt.* Tertia replicatio est: Nisi ex interuallo, non in continenti quis eum à quo deiectus est, vi deiiciat. *approbatur inf. except.proxim.* Plures propositæ exceptionis & leges concordantes & replicationes, vide *sup.lib. 1.c.23.q.1.in.fin.except.gener.6.*

XIII. Exceptio; Nisi deiectus vitiose ab alio possederit, reprobatur *Instit.de interdictis.§.recuperandæ.in fin.l.1.§.qui à me.ff. de vi & vi armata.item l. sed si.14.ff.eod.tt.M.I.P.d.reg.16.except.4.M.I.R.d.reg.1. except.10.* Plane admittitur, si vi deiectus in continenti deiicientem vi repulerit, hoc enim casu repulsus agens exceptione proposita repellitur. *l.quod quidem.3.§.eum igitur.ff.d.tt.*

XIV. Exceptio; Nisi deiectus per vim compulsus possessionem deiicienti tradiderit. *l.si iterum.5.ff.eod.tt.*

XV. Exceptio: Nisi deiectus naturaliter saltem possedit. reprobatur *l.1.§.deiicitur.ff.d.tt.*

XVI. Exceptio: Nisi solo animo possederit deiectus. reprobatur *d.l.1.§.siue autem.M.I.R.d.reg.7. except.13.repl.1.*

XVII. Exceptio: Nisi ex vsu cœnaculi sit deiectus. reprobatur *l. Aquilius. 27.in fin. ff. de donationibus. & l.1.§.generaliter, in fin.ff. de vi & de vi armata.*

XVIII. Exceptio; Nisi non vi atroci, sed leui sit deiectus. *l.1.§.ad solam.ff.d.tt.l.continet.3.§.sed vim, cum ll.seqq.ff.quod metus causa.*

XIX. Exceptio: Nisi vis quidem facta sit, sed possessio non ablata. *d.l.1.§.hoc interdictum.& §.non autem.*

XX. Exceptio: Nisi cum pignoris iure possessio occupata esset, actor debitum non soluat. *l. cum te.4.C.de pignorib.*

XXI. Exceptio: Nisi rescripto principis deiicienti possessio sit confirmata, reprobatur *l. authoritatem.3.C.vnde vi.M.I.R.d.reg.1.except.17.*

XXII. Exceptio: Nisi rei vendicatio in iudicium deducta sit. reprobatur *l. cum fundum. 18.§. fin.ff.de vi & vi armata.M.I.P.d.reg.16.except.5.*

XXIII. Exceptio: Nisi ab alio litis æstimatio sit percepta, *l.1.§. quoties. ibi, & alterius nomine. ff. eod.tt.*

XXIV. Exceptio: Nisi actor non possederit. *d.l.1.§.interdum.M.I.R.d.excexpt.13.in prince*

V. QVIBVS COMPETIT?

Regulariter interdictum propositum ei tantum, qui vim passus atque deiectus est, non alij competit. *l.1.§. interdictum.ff. de vi & de vi armata. M.I.R.d.cap.16.reg.2.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi deiectus non suo, sed alieno nomine possederit. tunc enim non deiecto, sed ei cuius nomine possedit, interdictum competit. *d.l.1.§.quod seruus. & §.deiicitur, in fin. item l. vltim.ff.d.tt. M.I.R.d.reg.2.except.1.* Cuius replicatio prima est: Nisi is, qui alieno nomine possidet, domino possessionem interuerterit, & suo nomine cœperit possidere. hoc enim casu non domino, sed deiecto interdictum cōpetit, *l.colonus. 12. & l.cum fundum.18.ff.d.tt.* Secunda: Nisi dominus sit absens. tunc enim deiectus admittitur ad agendū. *l.1. C.si per vim vel alio modo absentis possessio.* Secunda exceptio est: Nisi cum quis fundum vendidisset, & emptorem in possessionē ire iussisset: emptor à colono non sit admissus. hoc enim casu non emptori repulso, sed venditori cōpetit interdictum. *d. l.12.& d.l.18.ff. de vi armata.* Tertia; Nisi hæres vel successor sit deiecti. huic enim, quamuis ipse deiectus

deiectus non sit, interdictum competit. *l.1.§.hoc interdictum.& l.quod quidem.3.§.penult.ff. d.tt. M.I.R. d.reg.2.except.2.& reg.2.*

VI. ADVERSVS QVOS competit?

Regulariter aduersus eum tantum, qui vi deiecit, datur hoc interdictum. *M.I.P. d. cap.3.reg.17. M.I.R.d.c.16.reg.4.* Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi familia alicuius aliquem vi deiecerit, tunc enim dominus tenetur. *l.1.in prin. ibi: aut familia tua.& §. ait prætor. ff. de vi & de vi armata.* Declaratur hæc exceptio *d.l.1.§.familiæ.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi vnus tantum seruus deiecerit, reprobatur *d.§.familiæ.* Secunda; Nisi dominus seruum noxæ dedat. *d.l.1.§.quod ergo.* Huius duplicatio prima est; Nisi iussu domini seruus deiecit, tunc enim noxæ seruum dedendo dominus non liberatur. *d.§. quod ergo, & l.quod quidem.3.§.cum procurator, in fin.ff. d.tt.* Secunda; Nisi dominus factum serui ratū habuit. *d.§.cum procurator, in fine.* Tertia; Nisi aliquid ad dominum peruenerit. de eo enim restituendo nihilominus tenebitur, *d.§. quod ergo.d.l.1.§.si quis tamen.* Hæc de secunda replicatione. Tertia replicatio; Nisi dominus de statu suo litiget. reprobatur *d.l.1.§.si aduersus.* Plura de hac re vide *sup. lib. 4 c.10.q.11.reg.2.*

II. Exceptio; Nisi filius familias vel mercenarius alicuius aliquem vi deiecerit. hoc enim casu ipse pater vel dominus tenetur. *l.1.§.si filius familias ff. de vi & vi armata.* Plane in casu proposito filius quoque conueniri potest. *l.in interdicto.16.ff. eod.tt.*

III. Exceptio: Nisi mandatu alterius quis deiecit, hoc enim vterq; tenetur. *l.1.§. deiecisse.ff. d.tt. M.I.P.lib.5.c.12.reg.50.*

IV. Exceptio; Nisi procurator alicuius deiecerit, hoc enim casu vterque tenetu, tam dominus quam procurator. Hæc exceptio species est præcedentis, approbaturque *d.l.1.§. quoties.l.quod quidem.3.§ cum procurator.ff eod.tt.d.* Huius replicatio est; Nisi falsus procurator fuerit. *§. quoties.* Falsus procurator hic dicitur, qui speciale mandatum non habuit ad deiiciendum.

V. Exceptio; Nisi quis deiectionem ab alio factam ratam habuerit. *l.1.§.sed etsi.ff. de vi & vi armata.l.quod quidem.3.§.cum procurator, in fin.ff.d.tt.*

VI. Exceptio; Nisi dolo alterius alter deiecerit. hoc enim casu vterq; tenetur. *d.l.3.§.hoc interdictum.*

VII. Exceptio: Nisi is, qui deiecit, non possideat. hoc enim casu interdictum aduersus eum, qui possidet, videtur competere, sed reprobatur *l.1.§. ex interdicto. l. cum à te.7. item l.si vi. 15.ff. d. tt. M.I.P. d.reg.17.except.1.* vbi distinguitur, *M.I.R.d. reg.4.except.1.*

VIII. Exceptio; Nisi cum quis alterius nomine vi deiecisset, aliquid inde ad eum, cuius nomine deiecit, peruenerit. hoc enim ab eo, cuius nomine vis facta est, venit restituendum. *l.si vi. 4.ff. d.tt.*

IX. Exceptio; Nisi hæres eius, qui vi deiecit, conueniatur. hic enim etiam interdicto proposito tenetur. *l.1.§.fin.cum ll.seqq.ff. de vi & de vi armata. l.quod quidem.3.§.fin.ff.eod.tt.item l.2.in fin. C. vnde vi. M.I.R.d.reg.4.except.2.* Huius replicatio prima est; Nisi nihil vel minus ad hērede peruenerit. *dictis ll. Cōcordat l.si plures.9.in pr.ff.eod.tt.* Huius duplicatio est: Nisi dolo hæredis factum sit, quo minus ad se peruenirет. *l.2.ff.d.tt.* Altera replicatio videtur esse: Nisi ex vi armata agatur, sed reprobatur *l. quod quidem.3.ff.eod.tt.*

VII. PER QVOS COMPETIT actio huius interdicti?

Per quemcunq; exerceri potest. *l. momentaria. 3.in princ. C. qui legitimam personam standi in iudicio habent.l.1.ibi: nec eos qui.C.si per vim vel alio modo.*

VIII. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. Regula, De eo, quod interest, & damno quod sensit vi deiectus, omniq; causa, proponitur *l.1.§.qui vi deiectus.& § non solum.ff.de vi & vi armata.l. in interdicto. 6. & l.si vi. 5. ff. eod. tt. item l.si de possessione.4.ibi, cogereq;.C.vnde vi.* Huius regulæ exceptio est; Nisi post annū agatur. tunc enim non nisi quod ad reum peruenit restituendum. *l. 1. in prin.ff.de vi & de vi armata.*

II. Regula, De rebus mobilibus, quæ in fundo fuerunt, proponitur *d.l.1.§.si fundus. l. quod quidem. 3. §. consequenter, in fin. item l.sed si.14. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima: Nisi non propriæ res deiecti fuerint, sed alienæ. reprobatur *l.1.§.quod autem ff.d.tt.* Secunda; Nisi tempore deiectionis res in fundo manserit, posteaq; perierit. reprobatur *d.l.1.§.rectissime.* Tertia; Nisi res sine culpa eius, qui deiecit, perierint. reprobatur *d.l.1.§.denique.& l.merito.19.ff. eod.tt.* Quarta exceptio est; Nisi alias res quis petat, quam in fundo, vnde deiectus est, habuit. *l.1.§.ibi autem, ff. de vi & vi armata.* Huius replicatio est; Nisi in alia parte eiusdem possessionis, ex qua quis deiectus est, habuit. tunc enim quamuis non in ea ipsa parte ex qua deiectus est, habuerit, nihilominus in hoc iudicium venit. *d.§.ibi autem.*

III. Regula, De iureiurando in litem, proponitur *l.si quando.9.C.vnde vi.M.I.R.d.c.16 reg.7.*

IV. Regula, De fructibus *l.videamus.8.§.in Fauiana.ibi, & ideo.ff. de vsuris l.1.§.ex die quo.ff. de vi & de vi armata & l.si possessione.4.C.vnde vi. M.I.P.d.c.3. reg.19.M.I.R.d.c.16.reg.8.*

V. Regula, Si dominus familiæ suæ nomine conuenitur, noxæ dedendo seruos, & id quod ad se peruenit restituendo, liberatur. approbatur simul & distinguitur *l.1.§. quod ergo.ff. de vi & de vi armata.*

VI. Regula, Si vsusfructuarius deiectus sit, & medio tempore vsusfructus finitus: quid veniat, definitur *l.quod quidem.3.§.penult.ff.d.tt.l.si plures.9.§.deiectum.& l.si de fundo.10.ff.eod.tt.*

VII. Regula, Si is, qui alieno nomine possidet, petenti domino possessionem non restituerit; tam ad rem ipsam, quam ad eius æstimationem tenetur. *l.non ab re.10. C. vnde vi. & l. conductores.33. C.de locato & conducto.M.I.R.d.c.16.reg.10.*

VIII. Regula, Constitutionibus principum is, qui aliquem vi deiecit, tam ipsam rem quam eius æstimationem restituere tenetur. *Instit. de interdictis.§.sed ex constitutionib. Instit.vi bonor.raptor.§.sed nedum talia. l.si quis. 7. C.vnde vi. item l. non ab re. 10. C. d.tt.M.I.P.d.c.3.reg.20.M.I.R.d.c.16.reg.11.*

IX. Regula: Si dominus rem suam possessori vi abstulerit, præter possessionem & dominium rei amittit. Similiter si creditor debitori vim intulerit vt soluat, ius crediti amittit. *quæ regula cum ex iis quæ supr. reg. prox. proposita sunt constet, tum approbatur etiam per ea quæ habentur infr. lib. 24. cap. 21. causa 35.*

IX. QVAMDIV COMPETAT interdictum Vnde vi?

Intra annum tantum competit, approbatur simul & distinguitur *l.1. in princ. ff. de vi & de vi armata. M.I.R. d. cap. 16. reg.* 14. Huius exceptio prima est: Nisi agatur de eo tantum, quod ad eum qui vi deiecit, peruenit. hoc enim casu etiam post annum interdictum competit. *dict. leg. 1. in princ. l. quod quidem. 3. §. hoc interdictum, in fine. ff. d. tt. item l. communi. 7. §. Iulianus ibi: quia placuit. ff. communi diuidundo.* Secunda: Nisi aduersus hæredem eius qui vi deiecit, agatur. *l. quod quidem. 3. §. 1. ff. de vi & de vi armata.* Tertia: Nisi actor potestatem experiundi non habuerit. *l. 1. § annus. ff. dict. tt. & l. 2. C. vnde vi.* Quarta: Nisi absentis possessio vi vel clam sit occupata. hoc enim casu non nisi triginta annorum præscriptio obstat. *l. vlt. in fine. C. vnde vi, & l. 1. § sed post elapsa. & §. cui tamen. C. si per vim vel alio modo absentis possessio.* Quinta: Nisi deiectus postea recuperauit possessionem. hoc enim casu annalis præscriptio illi amplius non obstat. *l. licet. 5. C. de exceptionibus & præscript. & l. cum notissimi. 7. §. imo & illud. C. de præscr. 30. annor.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De lege Iulia & constitutionibus principum, proponitur *l. 1. §. ne quid. ff. de vi & vi armata. Institut. de interdictis. §. qui autem. & §. sed ex constitutionibus. item l. si de possessione. 4. in prin. C. vnde vi.* De lege Iulia vis publicæ & priuatæ vide *supr. lib. 1. cap. 23.* De constitutionibus principum vide *supr. quæst. 8. reg. 7. 8. & 9.*

II. Regula, De actione, proponitur *l. 1. §. restituendæ. ff. vti possidetis.* Huius species sunt *infr. regul. sequentes.*

III. Regula, De rei vendicatione, *l. quod quidem. 3. §. vnde vi interdictum, in fin. ff. de vi & vi armata.*

IV. Regula, De ad exhibendum actione, *l. 1. §. illud vtiq;. & §. si fundus. ff. d. tt.*

V. Regula, De furti & vi bonorum raptorum actione, *d. §. illud vtique. item d. §. si fundus.*

VI. Regula: Si parens vel patronus conueniatur, actio in factum datur. *l. 1. §. interdictum hoc. ff. de vi & de vi armata.* In hæredes quoque eius qui vi deiecit, in factum actio datur. *d. l. 1. §. fin.*

QVOD VI AVT CLAM. CAP. XXIV.

PRIMO: Verba huius interdicti proponuntur *l. 1. in prin. ff. quod vi aut clam.*

II. GENVS & ratio *d. l. 1. §. 1.*

III. CAVSÆ HVIVS INTERDICTI, cum suis exceptionibus.

Prima & principalis seu generalis causa est: Si quid vi vel clam factum est, *l. 1. in prin. ff. quod vi aut clam. item l. is qui. 11. §. & hoc interdictum. ff. eod. tt.* Declaratur hæc causa primum quidem definitione eius quod vi factum est, *l. 1. §. quid sit. ff. d. tt. l. Quintus Mutius. 73. §. vi factum. ff. de reg. iuris.* Deinde definitione eius quod clam factum est, *d. §. vi factum. l. prohiberi. 3. §. clam facere. ff. quod vi aut clam.* Exceptiones causæ propositæ paulo inferius proponentur, prius enim eius species sunt enumerandæ.

II. Causa: Si quis vi vel clam agrum arauerit, vel fossam fecerit. *l. nam & 9. §. fin. l. si vitem. 22. §. si quis vi. item l. si alius. 7. §. penult. ff. d. tt.*

III. Causa: Si aceruum stercoris in agrum alienum deiecerit. *d. l. 7. §. si quis aceruum.* Huius causæ exceptio est: Nisi agri causa melior eo sit facta. *d. §. si quis.*

IV. Causa: Si arbores vel vineas, arundinem vel salictum succidat. *d. l. 7. §. notauimus. item l. interdictum. 19. ff. eod. tt.*

V. Causa: Si syluam cæduam cæciderit. approbatur simul & distinguitur *l. si immaturam. 18. in prin. ff quod vi aut clam.*

VI. Causa: Si ædificium demolitus est, vel tegulas de ædificio sustulit. *l. si alius. 7. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. dict. tt.* Huius causæ, quoad tegulas, exceptio est: Nisi non de ædificio, sed seorsim tegulas positas abstulerit. *l. nam & si. 9 ff. dict. tt.*

VII. Causa: Si ædibus quid adfixum auellit. *d. l. 9. §. sed si quis.* Huius causæ exceptio est: Nisi sera, clauis, specularium vel cancellus sit ablatus. *d. l. 9. §. si tamen.*

VIII. Causa: Si ostium euellat vel effringat. *l. is qui. 11. §. si quis de monumento, in fin. ff. quod vi aut clam.*

IX. Causa: Si statuam sustulerit. *d. §. si quis de monum. & §. 1.*

X. Causa: Si quis proiectum aut stillicidium in sepulchrum miserit. *l. si vitem. 22. §. penult. ff. quod vi aut clam.*

XI. Causa: Si ramos de arboribus abstulit. *l. nam & si. 9. in prin ff. d. tt.*

XII. Causa: Si quis aceruum succenderit vel dispersérit. reprobatur *d. l. 9. §. fin. cum l. sequente.*

XIII. Causa: Si ex vineis radices abstulit. *l. is qui. 11. §. si quis in. ff. d. tt.*

XIV. Causa: Si vitem ex fundo alieno in suum transtulerit. *l si vitem. 22. in prin. ff d. tt.*

XV. Causa: Si quis per fundum alienum tulerit stercus, iuerit, auem egerit, vel venatus fuerit. reprobatur *d. l. 22. §. si stercus.*

XVI. Causa: Si in puteum vicini aliquid effuderit, & aquam corruperit. *l. is qui. 11. in princ ff. quod vi aut clam.*

De exceptionibus prædictarum causarum generalibus.

I. Exceptio: Nisi non fuerit prohibitus is qui fecit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. causa* 1. verum eius replicatio prima est: Nisi fecit quo minus prohiberetur. *l. vi facit. 20. in princ. ff. quod vi aut clam. l. 1. §. sed & Aristo. & l. si immaturam. 18. §. non absurde. ff. dict. tt.* Secunda: Nisi prohibiturus imbecillitate impeditus non prohibuerit. reprobatur *l. 1. §. penult. ff. quod vi aut clam.* Tertia: Nisi prohibiturus amicitiæ ergo vel in gratiam alicuius non prohibuit. reprobatur *d. §. penult.* Quarta: Nisi prohibiturus à tertio quodam deterritus sit, ne veniret ad prohibendum. reprobatur *dict. leg. 1. §. fin. cum lege sequente.*

sequente. Quinta: Nisi clam fecerit, timens alterius controuersiam. *d. l. 1. in princ. & l. prohiberi. 3. §. fin. ff. quod vi aut clam.* Huius duplicatio prima est: Nisi non dominus, sed seruus, qui fecit, controuersiam timuit. *l. si opus. 21. §. 1. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi sciente, & non contradicente aduersario fecit. hoc enim casu, quamuis metuit controuersiam, non tamen clam fecisse videtur. *l. si alius. 7. §. ait Iulianus. ibi: clamq; facere. ff. quod vi aut clam.* Tertia: Nisi maritus aduersariæ sciuit. *l. & qui. 5. §. sed & Seruius. ibi, vel denique. ff. d. tt.* Quarta; Nisi celandi animum non habuerit is, qui fecit. *d. §. sed & Seruius.* Quinta; Nisi aduersus filiumfamilias fecit. *l denique. 13. §. idem ait. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi is, qui fecit, denunciauit ei à quo cõtrouersiam metuit. Hæc duplicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio prima est: Nisi perfunctorie aut obscure denunciauit. *l. & qui. 5. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Secunda; Nisi neq; diem, neq; horam, neque locum, neq; genus operis denunciauit. *d. §. 1.* Tertia; Nisi eo die denunciauit, quo iam impossibile est aduersario occurrere ad prohibendum. *d. §. 1. & d. l. 5. in princ.* Quarta; Nisi denunciando aduersarium decepit. *d. l. 5.* Quinta; Nisi aliter fecit, quam denunciauit. *d. l. 5.* Sexta; Nisi alij quam possessori denũciauit. Hæc triplicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius quadruplicatio prima est; Nisi emptori, re vendita nondum tradita, sit denunciatum. *l. is qui. 11. §. Aristo. ff. quod vi aut clam.* Secunda quadruplicatio est; Nisi marito aduersario denunciauerit. *l. & qui. 5. §. sed & Seruius ff. eod. tt.* Tertia, Nisi possessor absens sit. *d. l. 5. §. & si forte non sit.* Quarta; Nisi cum in publico opus facere vellet, curatori reipublicæ denunciauit. *d. l. 5. §. idem ait.* Hæc de sexta triplicatione. Septima triplicatio est; Nisi non statim post denunciationem fecerit. *l. vlt. §. fin. ff. quod vi aut clam.* Hæc de sexta duplicatione cum suis triplicationibus sint dicta. Septima duplicatio; Nisi non sit cui denuncietur, reprobatur *d. l. 1. §. et si forte non sit.* Hæc de quinta replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Sexta replicatio est; Nisi eius qui opus fecit, crassa & supina sit ignorantia, qua ignorauit alium sibi de opere cõtrouersiam moturum. hoc enim casu, quamuis non sit prohibitus, tamen nihilominus tenetur. *l. Seruius. 4. ff. quod vi aut clam. & l. prohiberi. 3. § fin. ff. eod. tt.* Hactenus de prima exceptione, eiusque replicationibus sit dictum.

II. Exceptio: Nisi non solenni actu prohibitus sit is, qui fecit. *l. vi facit. 20. §. 1 ff quod vi aut clam. & l. 1. §. sed et si quis. ff. d. tt.*

III. Exceptio, sumpta ex persona eius per quem is, qui fecit prohibitus est, reprobatur *l. prohiberi. 3. in prin. l. interdictum. 17. item l. denique. 13. §. 1. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi non is, qui fecit, sed auctor eius eo ignorante sit prohibitus. *l. vi facit. 20. §. item si prohibiti. ff. quod vi aut clam.*

V. Exceptio: Nisi prohibitus facere destitit, posteaq; ex interuallo non prohibitus fecerit. reprobatur *l. 1. §. item Labeo ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi prohibens postea facere permiserit. *d. §. item Labeo. l. prohiberi. 3. §. sed si permiserit. l. si alius. 7. §. remissione. itẽ l. vi facit. 20. §. tamdiu. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi ab alio quam prohibente permissum sit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi procurator, tutor vel curator domini permiserit. *d. §. sed si permiserit.* Secunda; Nisi præses vel curator reipublicæ in publico facere permiserit. *l. prohiberi. 3. §. plane si præses, ff. d. tt.* Huius duplicatio est; Nisi vel lex municipalis, vel princeps, vel is, cui princeps cõcessit, præsidi vel curatori concesserit permittere. *d. §. plane si præses.*

VII. Exceptio; Nisi non omnibus momentis vim fecerit. reprobatur *l. prohiberi. 3. §. illud sciendum. ff. quod vi aut clam.*

VIII. Exceptio: Nisi & vi & clam fecerit. reprobatur *l. is qui. 11. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam.*

IX. Exceptio: Nisi non in priuato, sed publico, sacro vel religioso loco quid vi aut clam factũ sit. reprobatur *l. vi facit. 20. §. fin. ff. quod vi aut clam. & l. si alius. 7. §. penult. ff. eod tt.*

X. Exceptio: Nisi in re hæreditatis iacentis, vel in alia, quæ dominum non habet, factum sit. reprobatur *l. denique. 13. §. quæsitum. ff. d. tt.*

XI. Exceptio: Nisi non in re soli, sed mobili factum sit. *l. 1. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam. l. si alius. 7. §. notauimus. & l. vi facit. 26. §. penult. ff. d. tt.* Huius exemplum in aceruo proponitur *l. nam & si. 9. §. fin. cum l. seq. ff. d. tt.* Aliud in fructibus, *dict. §. notauimus.* Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi in aqua factum sit, hoc enim casu, quamuis aqua mobilis res videatur esse, tamen interdicto locus est. *l. is qui. 11. in princ. ff. d. tt.* Secunda; Nisi in tegulis ædificio impositis sit factum. approbatur simul & distinguitur *l. si alius. 7. §. fin. cum duabus legib. sequentib. ff. d. tit.*

XII. Exceptio: Nisi quis in re sua fecerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi officiat alteri. *l. domum. 61. ff. de reg. iuris. l. licuit. 8. §. Aristo. ibi, in suo enim. ff. si seruitus vindicetur. Concordare videtur etiam l. si opus. 21. §. penult. ff. quod vi aut clam. M. I. R. lib. 3. cap. 18. reg. 44. except. 1.* Huius replicationis exemplum est, si causa vsusfructus, vel seruitutis alienæ in ea re fiat deterior. *quod proponitur l. denique. 13. in princ. ff. d. tt. l. 5. C. de seruitutib. & aqua.* Plane propositæ replicationis duplicatio est: Nisi is, qui in suo facit, alteri seruitutem non debeat. hoc enim casu ei facere licet, quamuis officiat alteri. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur inf. lib. prox. cap. 5. specie 1. except. 4. M. I. R. d. except. 1. replic. 1.* Sed & plura de replicatione proposita, vide *infr. lib. prox. c. 24.* Secunda replicatio est: Nisi pars soli in quo facit, alterius sit. *l. denique 13. §. si ex sociis. ff. quod vi aut clam.*

XIII. Exceptio; Nisi parens vel patronus in solo filij vel liberti fecerit. *l. licet. 7. ibi, vel interdictum. ff. de obsequiis à liberis.*

XIV. Exceptio: Nisi non prohibitus, sed prohibiti successor ignorans auctorem prohibitum fecerit. *l. vi facit. 20. §. item si prohibiti, ff. quod vi aut clam.*

XV. Exceptio: Nisi aduersus filiumfamilias fecerit. *l. denique. 13 §. idem ait. ff. d. tt.*

XVI. Exceptio: Nisi actor prius vi aut clam fecerit. *l. si alius. 7. §. bellissime. ff. dict. tit. l. si vitam. 22. §. si ad ianuam, ff. eod. tit.* Huius replicatio est; Nisi

non ſatis magna & neceſſaria cauſa reo fuerit rurſus vi vel clam facere. *dict §. bellißime. verſ. quod non aliter.*

XVII. Exceptio: Niſi incendij arcendi cauſa fecit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi alius. 7. §. eſt autem & alia. ff. quod vi aut clam.*

XVIII. Exceptio: Niſi ſeruus iuſſu domini vel eius qui vice domini eſt. fecerit. *l. is qui. 11. §. ſed an ignoſcitur. ff. d. tt.*

XIX. Exceptio: Niſi cauſa actoris melior ſit facta. *leg. ſi alius. 7. §. ſi quis aceruum. ff. quod vi aut clam.*

XX. Exceptio: Niſi actor nullo damno ſit adfectus. *l. ſi immaturam. 18. in princ. & l. ſi vitem. 22. §. ſi ſtercus. ff. eod. tt.*

XXI. Exceptio: Niſi iure factum ſit. reprobatur *l. 1. §. 1. & §. denique ff. d. tt.*

XXII. Exceptio: Niſi prohibitus cauſam defendere & cauere ſit paratus. *l. prohiberi. 3. §. ſi quis paratus. & §. ſed & ſi quis. & l. ſi alius. 7. §. remißione. ff. eod. tt.*

XXIII. Exceptio: Niſi antequam fecit, denunciauerit ſe opus facturum. approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ habentur ſupr. except. 1. repl. 5. duplic. 6.* Sed & eius replicatio, præter eas quæ ibi numerata ſunt, & hæc eſt: Niſi denunciantl renunciatum ſit, ne faceret. *l. & qui. 5. §. ſi quis cum non. ff. eod. tt.*

XXIV. Exceptio: Niſi reus reſtituendi facultatem non habeat. ipſo quidem iure ſubſiſtit, verum eius replicatio eſt: Niſi dolo vel culpa ſua reus reſtituere non poſſit. *l. ſemper. 15. §. penult. ff. quod vi aut clam.*

XXV. Exceptio: Niſi actor prædium, in quo vi vel clam factum eſt, vendiderit. reprobatur *l. is qui. 11. §. ſi poſteaquam. ff. d. tt.*

XXVI. Exceptio: Niſi vi vel clam diruto ædificio, incendium ibi ſit ortum. reprobatur *l. ſi alius. 7. §. eſt autem, in fin. ff. d. tt.*

XXVII. Exceptio: Niſi opus ſit reſtitutum, nec tempore ſuſcepti iudicij duret. *l. is qui. 11. §. quod ait. ff. quod vi aut clam.* Huius replicatio prima eſt: Niſi opere facto damnum aliquod ſit datum. Altera: Niſi actor ſua impenſa opus reſtituerit. hiſce enim caſibus etiam reſtituto opere interdictum durat. quæ duæ replicationes approbantur *d. §. quod ait.* Tertia replicatio eſt: Niſi alius vi aut clam opus reſtituerit. *l. ſi opus. 21. in princ. & l. ſi vitem. 22. §. ſi ad ianuam. ff. eod. tt.*

XXVIII. Exceptio: Niſi eo nomine actum ſit. *l. ſemper. 15. §. fin. ff. quod vi aut clam. l. ſi alius. 7. §. 1. ibi. dominoq; ſua. item l. ſi ego. 6. in fin. ff. dict. tt.* Huius replicatio prima eſt: Niſi cum plures fecißent, non communi, ſed proprio quiſque conſilio. hoc enim caſu alter conuentus non liberabit alterum. *l. ſemper. 15. §. ſi in ſepulchro. ibi, ſi tamen proprio. ff. quod vi aut clam.* Secunda: Niſi cum ſerui nomine actum eſſet, tantum noxæ deditio ſit facta: hoc enim caſu nihilominus ſupereſt actio vt opus reſtituatur: vel contra. *dict. leg. 7. §. 1. in fine.* Tertia: Niſi aduerſus poſſeſſorem tantum de patientia præſtanda ſit actum. hoc enim caſu nihilominus aduerſus eum qui fecit, de eo quod intereſt, ſupereſt actio. *quæ replicatio approbatur infr. quæſtion. 5. exception. 4.*

IV. QVIBVS PROPOSITVM interdictum eiuſque actio competit?

1. Regula, De domino prædij in quo opus factum eſt. Huic ſoli regulariter interdictũ Quod vi aut clam competit. *l. ſi procurator. 17. ff. de noui operis nunciatione. & l. interdictum. 17. ff. quod vi aut clam.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi filiofamilias prohibente, pater abſens ſit. tunc enim etiam filio competit. *l. denique. 13. §. 1. & l. interdictum 19 ff. dict. tt.* Secunda: Niſi alterius interſit. tunc enim alij quoq; quam domino prædij competit. *l. is qui. 11. §. fin. l. denique. 13. §. ſi ex ſocio. item l. competit. 16. in princ. ff. d. tt.* Exemplum etiam in colono, cuius intereſt, proponitur *l. is qui. 11. §. ergo ſi poſt. ibi: nam & colonum. & l. interdictum. 19. ff. eod. tt.* Aliud in fructuario cuius intereſt, habetur *l. competit. 16. §. ſi quis. ff. quod vi aut clam, item l. denique. 13. in prin. ff. d. tt.* Plane quamuis alij cuius intereſt interdictum competat: tamen nihilominus domino quoq; pro ſuo intereſſe dandum eſt. quod replicationis loco notandum. *l. quanquam 12 ff. d. tt.* Tertia propoſitæ regulæ exceptio videtur: Niſi alterius quam domini delandi cauſa factum ſit. ſed reprobatur *l. & qui. 5. §. ſi quis dum. ff. eod. tt.* Quarta: Niſi dominus prædium vendiderit. hoc enim caſu non venditori, ſed emptori videtur competere. reprobatur *infr. reg. prox.*

II. Regula: Vendito prædio, in quo vi vel clam factum eſt, venditori, non emptori competit interdictum. *l. is qui. 11. §. ſi poſteaquam. ff. quod vi aut clam.* Huius regulæ exceptio prima videtur eſſe: Niſi dominus ob id minoris prædium vendiderit. quæ tamen reprobatur *dict. §. ſi poſteaquam. ibi, certe etſi non.* Secunda; Niſi poſt venditionem opus factum ſit. reprobatur *dict. l. 11. §. ergo ſi poſt. ibi, nam & ſtatim.* Tertia exceptio eſt: Niſi poſt traditionem fundi vendidi opus ſit factum. Quæ approbatur quidem ipſo iure: verum eius prima replicatio eſſe videtur: Niſi in diem addictio ſit facta. Sed reprobatur *dict. leg. 11. §. ſi fundus. Concordat iiſdem prope verbis l. vbi autem. 4. §. idem Iulianus. ff. de in diem addictione.* Altera: Niſi ex cauſa precarij traditio ſit facta. reprobatur *dict. leg. 11. §. ergo ſi poſt.* Tertia replicatio eſt: Niſi fundo in diem addicto, poſt meliorem conditionem allatam aliquid vi aut clam factum ſit. *d. l. 11. §. plane ſi poſtea.* Quarta: Niſi emptio aliqua conditione exiſtente reſolui poſſit. reprobatur exemplis propoſitis *d. l. 11. §. penult.*

III. Regula, Si ſtatua ex loco publico ſit ſublata, ei cuius ſtatua in publico poſita eſt, interdictum competit. *d. l. 11. § 1.*

IV. Regula, De hæredibus cæteriſque ſucceſſoribus, proponitur *l. denique. 13. §. quæſitum. ff. quod vi aut clam.*

V. ADVERSVS QVOS INterdictum competit?

Regulariter quidem aduerſus eum ſolum, qui vi aut clam fecit, datur. verum eius regulæ exceptio prima eſt: Niſi iuſſu alterius fecerit. hoc enim caſu & is tenetur, cuius iuſſu factum eſt. *l. & qui. 5. §. hæc verba. & §. fin. ff. quod vi aut clam. l. denique. 13. §. ſi colonus. & §. fin. item l. ſemper. 15. §. ſi in ſepulchro. ff. dict. tt.* Huius replicatio eſt: Niſi quis non ſuo, ſed alterius nomine iuſſerit opus fieri. tunc enim non is qui iuſſit, ſed is, cuius nomine iuſſit, tenetur. *l. & qui. 5. §. ſimiliter. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio prima eſt: Niſi quis non iubere, ſed facere iuſſus, iuſſit alium facere. hoc enim caſu omnes tenentur. *l. ſi ego. 6. ff. eod. tt.* Altera: Niſi tutor pupilli, vel curator furioſi nomine iuſſerit: vel is cuius nomine fieri iuſſit, ratum non habuit, nec mandauit. approbatur exemplo *l. is qui. 11. §. ſi tutoris. ff. eod. tt.* Hæc de prima exceptione, eiuſque replicatione ſint dicta.

II. Exceptio: Niſi quis non ſuo, ſed alterius nomine fecerit. Hoc enim caſu tenetur is cuius nomine factum eſt. approbatur *per ea quæ dicta ſunt ſupr. except. prox. replic. 1. in prin. Concordat l. & qui. 5. §. ſi quid ſeruus. ff. quod vi aut clam.* Eius autem replicatio eſt: Niſi is cuius nomine factum eſt, nec mandauerit, nec ratum habuerit. *quæ replicatio elicitur ex contrario ſenſu l. denique. 13. §. ſi colonus. ff. d. tt. l. is qui. 11. §. ſi tutoris. ff. eod. tt.* Huius tamen duplicatio eſt, quod is qui nec mandauit, nec ratum habuit, ad patientiam ſaltem præſtandam teneatur. *dict. §. ſi tutoris. ibi, certe ad patientiam, &c.*

III. Exceptio: Niſi ſeruus fecerit. hoc enim caſu dominus ſerui tenetur. *l. ſi alius. 7. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Huius replicatio prima eſt: Niſi dominus ſeruum noxæ dederit, patientiamque operis reſtituendi præſtet. *dict. §. 1.* Secunda: Niſi ſeruus mortuus, aut alienatus ſit, vel manumiſſus. *d. §. 1. & l. nam & ſi. 14. ff. eod. tt.* Tertia: Niſi ſeruus non ſuo, nec domini, ſed alterius nomine aut iuſſu fecerit. hoc enim caſu non dominus, ſed is cuius nomine factum eſt, tenetur. *l. & qui. 5. §. ſi quid ſeruus. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Niſi is qui fecit, non poſſideat opus. hoc enim caſu etiam poſſeſſor operis conueniendus. *l. ſemper. 15. in princ. & §. 1. ff. quod vi aut clam.* Huius replicatio eſt: Niſi poſſeſſor operis patientiam tollendi operis præſtet. hoc enim modo liberabitur. *l. ſi alius. 7. in prin. l. competit. 16. §. fin. item l. denique. 13. §. fin. ff. d. tt.* Cuius duplicatio eſt: Niſi iuſſu poſſeſſoris ſit factum. *d. §. fin. De qua re vide ſupr. except. 1.*

V. Exceptio: Niſi alius tanquam procurator, tutor vel curator eius qui fecit vel tenetur, conueniatur. *l. & qui. 5. §. hæc verba. ff. quod vi aut clam.*

VI. Exceptio: Niſi alius tanquam hæres eius qui fecit vel tenetur, conueniatur. *d. §. hæc verba. & l. ſemper. 15. §. hoc interdictũ. ff. eod. tt.* Huius replicatio eſt: Niſi nihil vel minus ad hæredem peruenerit. *d. §. hoc interdictum.*

VI. QVID ET QVANTVM VEniat in hoc interdictum?

1. Regula, De eo quod intereſt. In hoc interdicto venit reſtituendum id quod actoris intereſt. *l. ſemper. 15. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & l. ſi opus. 21. §. fin. ff. eod. tt. item l. videamus. 38. §. in interdicto. ff. de vſuris & fructibus.* Plane exceptio prima eſt: Niſi hæres eius qui fecit, conueniatur. Hic enim non niſi in id quod ad ſe peruenit, tenetur. *l. ſemper. 15. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam.* Secunda: Niſi dominus ſerui ſui nomine conueniatur. hic enim patientiam præſtando, & ſeruum noxæ dedendo liberatur. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. quæſtion. prox. except. 3. replic. 1. cum ſequentib.* Tertia exceptio eſt: Niſi poſſeſſor operis, qui non fecit, conueniatur: hic enim ad ſolam patientiam præſtandam tenetur. *approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſupr. quæſt. prox. except. 4. replic. 1.* Quarta: Niſi incendij arcendi gratia quis vi aut clam fecerit. hic enim in ſimplum tantum tenetur. *l. ſi alius. 7. §. eſt autem. ff. quod vi aut clam.*

II. Regula, De patientia & impenſa operis tollendi ſimul præſtanda, proponitur *l. denique. 13. §. fin. & l. competit. 16. §. fin. ff. d. tt.*

III. Regula, De fructibus, habetur *l. videamus. 38. §. in interdicto. ff. de vſuris & fructib.*

VII. QVAMDIV DETVR?

Annale eſt interdictum. *l. ſemper. 15. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam. & l. ſi vitem. 22. in prin. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi à tempore operis cœpti, non perfecti, annus numeretur. *d. §. hoc interdictum.* Secunda: Niſi actor ignorauit opus factum eſſe. *d. §. hoc interdictum, verſ. ſed ſi is ſit.* Tertia: Niſi actor reipub. cauſa abfuerit. *dict. leg. 15. §. ſi quis reipub.*

VIII. EVENTVS HVIVS interdicti.

1. Regula: Venditor qui hoc interdicto egit, id quod percepit, emptori reſtituere non tenetur. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. is qui. 11. §. ſi poſteaquam. ibi: ſed nec ex. ff. quod vi aut clam.*

II. Regula: Emptor qui hoc interdicto egit, reſoluta emptione, id quod percepit, venditori reſtituere tenetur. *d. l. 11. §. ſi fundus, in fine.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter ſi quid vi aut clam factum eſt, interdictum quod vi aut clam competit. cuius regulæ exceptio prima eſt: Niſi opere nouo nunciato, ante remiſſionem ædificauerit, tunc enim etiam interdicto, quod ex operis noui nunciatione competit, tenetur. *l. ſi alius. 7. §. ait Iulianus. ff. quod vi aut clam.* Secunda: Niſi in re mobili quid vi vel clam factum ſit. tunc enim furti actio competit. approbatur exemplo *d. l. 7. §. notauimus. ibi, cæterum qui fructum. & l. is qui. 11. §. 1. ibi, municipes. ff. d. tt.* Tertia: Niſi arbores alicuius vi vel clam ſucciſæ ſint, tunc enim etiam legis Aquiliæ actio eſt: item locati & arborum furtim cæſarum actio. *l. denique. 13. in prin. ff. quod vi aut clam. & l. ſi merces. 25. §. culpæ. ff. locati & conducti.* Quarta: Niſi ſepulchrum ſit violatum, tunc enim etiam ſepulchri violati actio eſt. *l. ſemper. 15. §. ſi in ſepulchro, in fine. ff. quod vi aut clam. item l. ſi vitem. 22. § penult. in fine. ff. d. tt.*

DE PRECARIO.

CAP. XXV.

DESCRIPTIO PRECARII.

PRIMO: Definitio precarij proponitur *l. 1. in prin. & l. 2. in fin. ff. de precario. M. I. P. lib. 5. cap. 3. reg. 24. M. I. R. lib. 3. cap. 16. regul. 26.* Huius definitionis exceptiones vide *infr. de interdicto precarij, quæſtion. 3.*

II. SPECIES ſeu exempla *l. veluti. 3. ff. d. tt.*

III. QVO IVRE SVBSISTAT?

Iure gentium. *l. 1. in princ. ff. de precario.*

IV. SIMILIA.

1. Simile eſt commodato. *l. 1. §. fin. ff. de precario.*

II. Do-

II. Donatio magis est quam contractus. *l. interdictum.* 14 *ff. dict. tt. & l. eum qui.* 14. §. *is qui precario. ff. de furtis.*

V. DIFFERENTIÆ.

Differentia à donatione proponitur *l.* 1. §. *& distat. ff. de precario.*

Differentia à commodato *l. quæsitum est.* 8. §. *illud adnotatur. ff. d. tt.*

VI. CVI COMPETAT PRECARIVM?

I. Regula: Precario rogante procuratore, vel seruo, domino precarium competit. *l. certe.* 6. §. 1. *ff. de precario. l. si seruus.* 13. *& l. in rebus.* 4. §. *tenetur. ff. eod. tt.*

II. Regula: Precarium hæredi rogantis non competit. *l. cum precario.* 12. §. *fin. ff. de precario. M. I. P. dict. cap.* 3. *reg.* 25.

III. Regula, De eo qui precario possidentem adoptauit, proponitur *l. si adoptauero.* 16. *ff. d. tt.*

VII. EVENTVS PRECARII.

I. Regula: Is qui rem precario habet, possidet, approbatur *per ea quæ habentur supr. c.* 15. *except.* 15.

II. Regula: Is quoque qui rem precario concessit, possidet. *l. & habet.* 15. §. *eum qui. ff. de precario.*

III. Regula: Is qui precario possidet, interdicto Vti possidetis vti potest. *l. qui precario.* 17. *ff. dict. tt.*

IV. Regula: Is qui precario rogauit, vt sibi in fundo morari liceat, cum suis quoque ibi morari potest. *l. cum precario.* 21. *ff. de precario.*

DE INTERDICTO DE precario.

I. VERBA huius interdicti proponuntur *l.* 2. *in princ. ff. de precario.*

II. GENVS.

Restitutorium est interdictum. *d. l.* 2. §. 1.

III. RATIO huius interdicti proponitur *d.* §. 1. *& l. interdictum.* 14. *cum lege sequente. ff. dict. tt. l.* 14. §. *is qui precario. ff. de furtis.*

IV. CAVSÆ HVIVS INTERDICTI, cum suis exceptionibus.

I. Causa: Si is qui precario rogauit, rem non restituat. *l.* 2. *in princip. ff. de precario. M. I. R. lib.* 3. *c.* 16. *reg.* 27.

II. Causa: Si is qui precario rogauit, seruitute vsus non sit, eaque ideo sit amissa. *l. quæsitum.* 8. §. *si seruitute. ff. d. tt.*

De exceptionibus iam dictarum causarum.

I. Exceptio: Nisi pupillus precario rogauerit. reprobatur *l. vlt.* §. *fin. ff. de precario.*

II. Exceptio: Nisi à seruo precario rogauerit. reprobatur *l. duo.* 19. §. 1. *ff. d. tt. & l. qui à seruo.* 15. *ff. de action. & obligation.*

III. Exceptio: Nisi is qui non possidet, precario concesserit possidenti. reprobatur *l. vnusquisque.* 18. *ff. de precario. l. si is.* 22. *in princ. item l. certe.* 6. §. *Iulianus. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi quis rem suam precario rogauerit. *l. in rebus.* 4. §. *item si rem. ff. de precario.* Huius replicatio prima est: Nisi debitor rem pignori obligatam, vel possessionem rei suæ precario rogauerit à creditore. *l. certe* 6. §. *fin. ff. d. tt. & l. qui à seruo.* 15. *ff. de actionib. & obligat. l. si aliquam.* 28. *in fine. ff. de adquir. posses.* Cuius duplicatio est: Nisi debitum sit solutum. *l. si debitor.* 11. *ff. de precario.* Secunda replicatio est: Nisi is qui rem domino precario concessit, per interdictum Vti possideris possessionem retinere potuit. hoc enim casu tenet precarium. *l. sed & si.* 7. *ff. d. tt. & l. si is.* 22. §. *& contra. ff. d. tt.* Tertia: Nisi emptor rem emptam, donec precium soluatur, precario rogauerit. *l. ea quæ.* 20. *ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi res mobilis precario sit rogata. reprobatur *l. in rebus.* 4. *in prin. ff. de precario.*

VI. Exceptio: Nisi habitatio precario sit concessa. *l. & habet.* 15. §. *hospites. ff. eod. tt.* Contradicit *l.* 2. *C. eod. tt.*

VII. Exceptio: Nisi ius aliquod vel res incorporalis precario rogata sit. reprobatur *dict. l.* 15. §. *precario, & l. veluti.* 3. *ff. d. tt.*

VIII. Exceptio: Nisi quis alicui concesserit, in suo, hoc est, concedentis loco ducere maceriam. *l. si precario.* 18. *ff. communia prædiorum.*

IX. Exceptio: Nisi donationis causa concessum sit. *d. l.* 18.

X. Exceptio: Nisi inter absentes per epistolam vel nuncium precarium constituatur. reprobatur *l. precario.* 9. *ff. de precario.*

XI. Exceptio: Nisi ad certum tempus precarium rogatum atque concessum sit. hoc enim casu ante tempus reuocari posse non videtur. reprobatur *l. cum precario.* 12. *in princ. ff. dict. tt. M. I. R. d. cap.* 16. *reg.* 27. *except.* 3.

XII. Exceptio: Nisi ad certum tempus precario concesso, tempus sit finitum. hoc enim casu precarium amplius non est. cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi dominus non reuocauerit precarium: tunc enim precarium durat. *l. in rebus.* 4. §. *fin. ff. de precario.* Huius duplicatio est: Nisi dominus medio tempore furere cœperit, vel mortuus sit. *l. certe.* 6. *in princ. ff. d. tt.* Secunda replicatio est: Nisi in vlterius tempus sit rogatum, hoc enim casu durat precarium. *l. sed si.* 5. *ff. d. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi cum quis precario concessisset quoad vellet, is mortuus sit. hoc enim casu desinit esse precarium. *l. locatio.* 4. *ff. locati. M. I. R. d. reg.* 27. *except.* 1.

XIV. Exceptio, sumpta ex loco quo quis precario possideat, reprobatur *l. & habet.* 15. §. *fin. ff. de precario.*

XV. Exceptio: Nisi is qui precario rogauit, non amplius possideat, vel res perierit. *l. vltim.* §. *fin. ff. de precario.* Huius replicatio prima est: Nisi dolo possidere desierit. *l. quæsitum.* 8. §. *eum quoque. ff. d. tt.* Secunda: Nisi culpa possidere desierit. reprobatur *dict. l.* 8. §. *illud adnotatur. & §. si seruitute.* Plane admittitur primum, si lata culpa sit. *dict. ll.* Secundo, si post interdictum editum culpa rei quid acciderit. *d. §. si seruitute. & l. eum qui.* 14. §. *is qui precario, in fine. ff. de furtis.*

XVI. Exceptio: Nisi de precario restituendo sit cautum. *l. & habet.* 15. §. *cum quis. ff. de precario.*

V. QVIBVS DATVR HOC interdictum?

Regulariter nõ alij competit, quam ei qui precario concessit. *M. I. R. d. cap.* 16. *reg.* 28. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi quis alienam rem alij precario concesserit. hoc enim casu domino rei interdictum videtur dandum. Sed reprobatur *l. quæsitum.* 8. *in princ. ff. de precario.* Secunda: Nisi is qui precario concessit, rem alienauerit. hoc enim casu ei cui res alienata est, competit interdictum. *d. l.* 8. §. *illud tamen.* Tertia: Nisi hæres vel alius successor eius qui precario concessit, interdicat. *dict. leg.* 8. §. *quod à Titio. & l. cum precario.* 12. §. *fin. ff. dict. tt. M. I. R. dict. reg.* 28. *except.* 1. Quarta: Nisi seruus precario concesserit. hoc enim casu domino datur interdictum. *l. duo.* 19. §. *qui seruum. ff. de precario.*

VI. ADVERSVS QVOS DATUR interdictum?

Regulariter non aduersus alium competit, quam eum qui precario rogauit. cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi alius quam qui rogauit, precario habeat. hic enim tenebitur. *l. in rebus.* 4. §. *tenetur. ff. de precario.* Huius replicatio est: Nisi quis rem alienam à domino alij precario rogauerit, domino tenetur mandati vel simili actione. *l. quæsitum.* 8. *in princ. ibi: an tamen Sempronius. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi seruus precario rogauerit. hoc enim casu non is qui habet, sed is qui rogauit, vel filius. hoc enim casu dominus vel pater tenebitur. *dict.* §. *tenetur. l. si seruus.* 13. *ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi ignorante domino vel patre, filius vel seruus precario rogauerit. *dict. l.* 13. Tertia exceptio est: Nisi hæres eius qui precario rogauit, conueniatur. *l. quæsitum.* 8. §. *fin. ff. de precario. l.* 2. *C. d. tt.* Contradicit *l. cum hæres.* 11. *ibi: quamuis enim. ff. de diuersis temp. præscrip.* Plane propositæ exceptionis replicatio est: Nisi nihil ad hæredem peruenerit. *d.* §. *fin.*

VII. QVID VENIAT IN hoc interdicto?

I. Regula, De re concessa, & eo quod interest, proponitur *l. quæsitum.* 8. §. *ex hoc interdicto. & §. si seruitute, in fin. ff. de precario.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi hæres eius qui precario accepit, conueniatur. hic enim non nisi in id quod ad se peruenit tenetur. *d. l.* 8. §. *fin.* Secunda: Nisi dominus vel pater eius qui precario accepit, conueniatur. hic enim non nisi de peculio, vel de in rem verso tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. si seruus.* 13. *ff. de precario.*

II. Regula, De fructibus, habetur *l. quæsitum.* 8. §. *ex hac interdicto. ff. d. tt.*

III. Regula, De partu ancillæ precario acceptæ, *l. quamuis.* 10. *ff. de precario.*

IV. Regula, De re ipsa & eius æstimatione pœnæ nomine restituenda, *l. conductores.* 33. *C. de locato & conducto. & l. non ab re.* 10. *C. vnde vi.*

VIII. QVANDO ET QVAMdiu datur?

I. Regula: Competit etiam ante tempus, ad quod precario concessum est, finitum. *l. cum precario.* 12. *in princ. ff. de precario. Concordant ea quæ proposita sunt supr. eod. cap. in prin. quæst.* 2.

II. Regula: Etiam post annum datur. *l. quæsitum.* 8. §. *interdictum. ff. d. tt.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De actione præscriptis verbis proponitur *l. duo* 19. §. *fin ff. de precario. & l.* 2. *ibi: itaque cum quid. ff. eod. tt.*

II. Regula, De mandati, & in factum actione, *l. quæsitum.* 8. *in prin. ibi, an tamen. ff. d. tt.*

III. Regula, De actione ex stipulatu, *l. & habet.* 51. §. *cum quis de re. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De actione de peculio & de in rem verso, *l. si seruus.* 13. *in fine. ff. eod. tt.* Hactenus de interdictis tam in genere, quam in specie, sit dictum: quanquam supersunt plures aliæ interdictorum species, de quibus infra suis locis tractabitur.

DE VSVFRVCTV, ET ALIIS SERuitutibus personalibus, cum suis actionibus, tertio rerum iure.

DE VSVFRVCTV CONSTItuendo.

CAP. XXVI.

CVm hactenus de dominio & possessione cũ suis causis & actionibus actum sit; nunc ad reliqua rerum iura procedendum, & primum quidem ad seruitutes personales, quales sunt vsusfructus, vsus, & habitatio.

I. VSVSFRVCTVS definitur *l.* 1. *ff. de vsufr. & quemad. Concordat iisdem verbis Institut. de vsufructu, in princ. M. I. R. lib.* 3. *cap.* 17. *reg.* 2.

II. GENVS VSVSFRVCTVS.

Non est pars dominij, sed species seruitutis. *l. recte dicimus.* 25. *in prin. ff. de verbor. sign.* Plane vsusfructus cum proprietate consolidatus, plenum dominium efficit, nec amplius vsusfructus dicitur proprie loquendo, sed pars dominij: quod exceptionis loco notandum. *l. vsusfruct.* 4. *ff. de vsufr. & quemadmod. M. I. R. d. cap.* 17. *reg.* 1. Huius exemplum proponitur *l. qui vsumfr.* 36. § *stipulatus. ff. d. tt.* Aliud *l. si cum testamento.* 21. §. *si fundum. ff. de except. rei iudicatæ.* Aliud item *l. si ita.* 126. §. *Titius. ff. de verb. obligat.*

III. DIFFERENTIA inter fructum & vsumfructum proponitur *l. vaccæ emptor.* 43. *ff. de euictionibus.* Plane qui fructum legat, vsumfructum legare videtur. *de qua re vide infr. Parte prox. de legatis.* Quæ autem inter vsum & vsumfructum sit differentia, *infr. cap.* 33. dicetur.

IV. DE CAVSIS AC MODIS QVIbus vsusfructus constituitur.

Nunc de causis ac modis, quibus vsusfructus constituitur, nobis est dicendum: deinde, de vsufructu amittendo: tertio, de vsufructu adcrescendo, & ad quos vsusfructus amissus reuertatur: quarto, de actione pro vsufruct. competente: quinto, de iure vsufructuarij: sexto, de cautione vsufructuarij: septimo, de actione proprietarij, & in rem negatoria: postremo, de vsu, habitatione & operis seruorum. Quod igitur ad primum attinet, sciendum est, vsumfructum constitui variis modis. Nam primum constituitur per legatum: *quemadmodum approbat Caius Iurisconsult. l. omnium.* 3. *in princ. ff. de vsufructu & quemadm. Instit. de vsufructu.* §. 1. *l. vsusfructus.* 6. *in prin. ff. eod. tt. M. I. R. d. cap.* 17. *reg.* 5. Quibus autem per legatum vsusfructus constitui possit, dicetur *infr. in Parte* 4. *de legatis.* Deinde constituitur vsusfructus pactionibus & stipulationibus. *d. l.* 3. *in prin. ff. de vsufructu. Concordat iisdem verbis Instit. de vsufr.* §. *fine testamento. M. I. R. d. reg.* 5. Tertio constituitur in iudicio familiæ erciscundæ & communi diuidundo, si iudex alij

alij proprietatem adiudicauerit, alij vsumfructũ. *d.l.6.§.constituitur.ff.eod.tt.* Quarto constitui potest in rei traditione. *l.si quis.32.ff. de vsufructu & quemadmod.* Huius causæ exceptio est: Nisi is qui nudam habet proprietatem, eã vendendo vsumfructum excipiat. *l.fundum.46.in princ.ff.de euictione.* Quinto constituitur vsusfructus proprietate legata. hoc enim modo vsusfructus apud hæredem manet. *l.vsusfructus.6.in princ.& §.fin ff. de vsufructu l.fundus.4.ibi: licet placeat. ff.si vsusfruct petatur. l.antiquitas.14. C. de vsufructu. Instit. de vsufructu.§.1.* Sexto, adquiritur vsusfructus interdum ex iure adcrescendi. *de qua re dicetur infra cap.28.* Item iure patriæ potestatis: sic parens in bonis liberorum vsumfructum habet. *de quo supr. lib.4.c.22.* Hæc de causis seu modis constituendi vsusfructus sint dicta. Plane habent iam enumeratæ causæ suas exceptiones, quæ partim sumuntur ex re cuius vsusfructus constituitur, partim ex aliis circumstantiis. quæ exceptiones nunc ordine sunt proponendæ. Ex re igitur, cuius vsusfructus constituitur, sumuntur exceptiones hæ.

I. Exceptio: Nisi rei mobilis vsusfructus sit constitutus. reprobatur *l.omnium 3.§. constituitur. ff. de vsufructu & quemadmod. Concordat Instit. de vsufructu. §. constituitur. item l. vsufructu. 7. in princip. ff. eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi in iis rebus vsusfructus constituatur, quæ vsu consumuntur. *Institut. d. §. constituitur. M.I.P. lib.5.cap.3.reg.27.* Huius replicatio prima est: Nisi harum rerum nomine recte ab vsufructuario caueatur. *Institut. d.§.constituitur. l.1.cum l.sequente. & l.si lanæ.11. ff. de vsufructu earum rerum quæ vsu consumun.* De hac cautione vide plura *infr.cap.31.membr.6.* Secunda replicatio est: Nisi numismatum, quibus pro gemmis vti solent, vsusfructus sit constitutus. *l.numismatum.28.ff.de vsufruct.& quemadm.* Tertia: Nisi vasorum vsusfructus sit constitutus. *l.si vasorum.12.ff.vsufruct.quemadm. caueat.*

III. Exceptio: Nisi earum rerum vsusfructus constituatur, quarum vsus nullus est. ipso quidem iure subsistit, verum habet suas replicationes: primam in infante. *quæ approbatur l. si infantis. 55.ff. de vsufructu & quemadm. l.vetus. 68. ibi: quid tamen.ff.eod.tt.* Secundam in statuis & imaginibus. *l. statuæ. 41. ff. eod.tt.* Tertiam in prædiis, ex quibus maius incommodum, propter impensas, quam lucrum percipitur. *d.l. 41.§.fin.* Quarta replicatio est: Nisi aliquando vsusfructus eius esse possit. *l.1.§.& ideo si.ff. quando dies vsusfruct.leg.cedat.* Huius exemplum est vsusfructus alternis diebus legatus, item infantis. *de quo supr. repl. 1.*

IV. Exceptio: Nisi rei alienæ vsusfructus sit constitutus. ipso quidem iure approbatur; eius tamen replicatio est in vsufructu legato. *l. hoc S.C. 5 in prin. ff. de vsufr. rerum quæ vsu consum.*

V. Exceptio: Nisi seruitutis vsusfructus constitutus sit. *l.1.ff.de vsufructu legato. & l.cum essent.33. §.fin.in fine.ff. de seruit. rust. præd.*

VI. Exceptio: Nisi statuliberi vsusfructus constituatur. reprobatur *leg. si seruum. 20. ff. de vsufruct. legato.*

VII. Exceptio: Nisi omnium bonorum vsusfructus constituatur. reprobatur *l.omnium. 29. ff. de vsufructu & quemad. &c. M.I.R. d.reg.5.except.1.*

VIII. Exceptio: Nisi nominum vsusfructus sit constitutus. reprobatur *l.postquam.3.ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu consum.*

IX. Exceptio: Nisi partis bonorum vsusfructus sit constitutus. reprobatur *l. etiam partis.43.ff. de vsufruct. & quemadm. &c.* Hactenus exceptiones, sumptæ ex re cuius vsusfructus constituitur, propositæ sunt: sequuntur nunc eæ quæ sumuntur ex modo, quo constituitur & legatur vsusfructus.

X. Exceptio: Nisi ex die vel in diem constitutus sit vsusfructus. reprobatur *l.1.§.item si ex ff. quando dies vsufr. legati cedit. & l.vsusfructus.4. in fine. ff. de vsufruct. & quemadm.*

XI. Exceptio: Nisi in annos singulos constitutus sit. Item: Nisi ita, Quoties capite deminutus erit, vel quoties amissus erit vsusfructus, do lego. Hæ exceptiones reprobantur *l.sicut.3.in prin. ff. quib. modis vsusfruct. amittatur. de qua re dicetur infr. cap. prox.*

XII. Exceptio: Nisi constitutus sit vsusfructus alicui, cum morietur. *l. vsumfructum.5.ff. de vsu & vsufructu legato. & l. Titio.51. ff. de vsufr. & quemad.*

XIII. Exceptio: Nisi sub conditione non faciendi vsusfructus sit relictus. reprobatur *l. hæres meus.77.§.quamuis.ff. de condit. & demonst.*

XIV. Exceptio: Nisi pro parte vsusfructus constituatur. reprobatur *l.vsusfruct. 5.in prin. ff. de vsufr. & quemadm. l.vsus.19. ff. de vsu & habitat.* Sequuntur nunc reliquæ exceptiones, præter hactenus enumeratas, partim ex re cuius vsusfructus, partim ex modo quo vsusfructus constitutus est sumptas.

XV. Exceptio: Nisi nudæ proprietatis dominus vsumfructum constituerit. reprobatur *l.quod nostrum. 63. ff. de vsufruct. & quemad. & l.si dominus. 72.ff.eod.tt.*

XVI. Exceptio: Nisi is qui vsumfructum tantum habet, eum alij constituerit, vel legauerit. *l. quod in rerum. 24. §. si vsumfructum. ff. de legatis. 1.* Plura de hac re vide *infr.cap.30.reg.49.*

XVII. Exceptio: Nisi municipibus vsusfructus sit constitutus. reprobatur *l.an vsusfructus 56. ff. de vsufr. & quemad.* Reliquas huiusmodi exceptiones vide *infr. cap.prox.* Nam ex quibus causis vsusfructus amittitur, ex iisdem exceptio aduersus vsusfructus petitionem datur. Hactenus ergo de causis ac modis, quibus vsusfructus constituitur, & ex quibus adquiritur, cum suis exceptionibus, sit dictum. Quibus autem, item quid, quantumque & quando ex supradictis causis adquiratur vsusfructus, *infr. cap.29. membr.4.* dicetur. Nunc ad reliqua pergamus.

DE VSVFRVCTV AMITTENDO. CAP. XXVII.

DE amittendo vsufructu tria maxime quæri solent. Primum, de causis, ex quibus amittitur. Deinde, quid & quantum amittatur. de quibus duobus in hoc capite dicetur. Tertio, de euentu amissi vsusfructus: hoc est, ad quos reuertatur. de quo dicetur *infr. cap.prox.* Causa autem ex quibus amittatur vsusfructus, partim in persona ipsius vsufructuarij consistunt, partim in re, partim in aliis circumstantiis. Causæ in persona vsufructuarij consistentes hæ sunt.

I. Causa:

I. Causa: Mors vsufructuarij. *l.sicut.3.§.fin.ff. quibus modis vsusfr. amittit. Instit. de vsufr.§.finitur. l.in singulos.7.ff.de annuis legatis. l.patrimonij.22.ff. de vsufructu legato. l.si quis.29.ff d.tit. l.si patri.3. Cod. de vsufructu. l.si domina.10. l ambiguitatem.12.in princ.ibi, nisi ipse cui, item l.corruptionem.16.in prin. C.eod.tt. M.I.R. lib.3.cap.17.reg.7.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi pater, cum per filiumfamilias vsumfructum adquisiuisse, mortuus sit. tunc enim vsusfructus nihilominus penes filium manet. *l. ex libris. 7.§. fin. C. de vsufructu.* Secunda exceptio est: Nisi cum vsusfructus ad tempus relictus esset, tẽpus illud mortuo vsufructuario nondum extiterit. *l.ambiguitatem.12.in pr. C.d.tt. & l.vxori.35.ff.de vsu & vsufr. legato.* Tertia: Nisi quis fundum vel aliam rem legasset, ita vt vsusfructus apud hæredem maneret. hoc enim casu, quoniam hæredis appellatione etiam hæres hæredis intelligitur, *l.hæredis.65.ff. de verb.signif.* videtur morte hæredis non finiri vsusfructus. quæ tamen exceptio reprobatur *l.antiquitas.14.C. de vsufr.* Quarta exceptio est: Nisi vsufructuarius ab alio vsufructuario vsumfructũ emerit vel conduxerit. tunc enim morte eius non finitur vsusfruct. *l.si socrus.18.C. de iure dotiũ. l.necessario.8.§. fin. ibi, hæredi aũt meo debebitur, si tu viuis. ff. de periculo & com. rei venditæ.* Quinta: Nisi vsufructuarius vsumfructum alij locauerit, vel vendiderit, vel alio modo alienauerit, qui adhuc sit in viuis. reprobatur *d.l.8.§.fin.* Sexta: Nisi lis de vsufructu à defuncto sit contestata, & nisi per hæredem steterit, quominus res vsusfructus nomine tradita sit. reprobatur *l.vti frui.5.§.si post litem ff. si vsusfr. petatur. & l qui vsumfr.36.§.fin.ff. de vsufr. & quemad.*

II. Causa: Capitis deminutio vsufructuarij. *l. 1.in princ. ff. quibus modis vsusfr. amitt. & l. corruptionem.16.in pr. C. de vsufruct. M.I.R. d.c.17.reg.8.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi minima sit capitis deminutio *d.l.16.§.sed nec per. C. de vsufr. Instit. de vsufructu.§.finitur. item Inst. de adq. per adrog. in pr. ibi, vsus etenim.* Secunda exceptio est: Nisi capitis deminutio ante vsumfructum constitutum & diem eius cedentem acciderit. *l.1.§.sed ita demum. & §.fin. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. & l.2.§.si non mors. ff. d.tt.* Tertia: Nisi tuitione prætoris vsusfructus sit constitutus. reprobatur *l.1.in pr. ff. d.tt.* Quarta: Nisi repetitus sit vsusfructus, ita: Quoties capite minutus erit, vel vsusfructus amissus, rursus ei do lego. *l.sicut.3.in pr. & l.repeti.5.in pr. ff. quib. mod. vsusfr. amittatur. l licet.23.ff. de vsufructu legato. item l.omnes.3. §.si vsusfr. ff. vsufruct. quemad. caueat.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum esset repetitus, quoties amissus erit, morte vsufructuarij sit amissus *d.l.5.in prin.* Secunda est: Nisi non in annos singulos vsusfructus sit relegatus. *d.l.23.ff. de vsu & vsufr.* Quinta exceptio est: Nisi quam diu viuat alicui vsusfructus sit constitutus vel relictus. *l sicut.3.in prin. ibi: vade tractatum, ff. quibus modis vsusfructus amit.* Sexta: Nisi ad tempus vsusfructus sit constitutus. *d.l.3.in princip.* Septima: Nisi vsufructuarius vsumfructum alij restituere sit rogatus. *de hac re dicitur infr. cap.prox.except.6.*

III. Causa: Si in ciuitate, cui vsusfructus constitutus est, aratrum ducatur. *l. si vsusfructus. 21. ff. quibus modis vsusfr. amitt. M.I.R. d.cap.17.reg.10.* vbi etiam distinguitur.

IV. Causa: Si vsufructuarius non fecerit ea quæ sunt sui officij. *l. hoc amplius. 9. §. fin. cum l.seq. ff. de damno infecto. M.I.R. d.c.17.reg.11.* Hactenus causæ amittendi vsusfructus, in persona vsufructuarij consistentes, sunt propositæ: sequuntur nunc eæ quæ consistunt in re cuius est vsusfructus.

V. Causa: Rei mutatio & interitus *l.2. ff. de vsufr. & quemad. l. caro.30. §. fin. ff. quibus modis vsusfructus amittatur. l.corruptionem. 16.§. sed hæc nos. C. de vsufr. Instit. de vsufructu.§.eo amplius. l. repeti.5. §. rei mutatione. & §. fin. l si cui.12. l. quid tamen.10. §. agri. & §. certe syluæ. & l. si ager.23. ff. quibus modis vsusfr. amittat.* Plane causa proposita suas etiam habet exceptiones, quarum prima est: Nisi aliquid ex re supersit. *l. si cui.53. ff. de vsufr. & quemad.* Huius replicatio est: Nisi ædium vsufructu legato, area tantum supersit. *l.repeti.5.§. rei mutatione. ff. quibus modis vsusfructus amittat. Inst. de vsufructu. §. eo amplius. item l. seruitutes. 19.§. si sublatum, in fine. ff. de seruit. vrbanor. præd.* Cuius duplicatio prima est: Nisi bonorum vsusfr. legatus sit. *l. quoties. 34. §. vniuersorum. ff. de vsufr. & quemad.* Secunda: Nisi fundi vsufructu legato, villa diruta sit *l. fundi. 8. cum l. seq. ff. quib. mod. vsusfr. amitt.* Secunda replicatio est: Nisi gregis vsufructu relicto, eousque numerus gregis peruenit, vt grex non intelligatur. *l. fin. ff. quib. mod. vsusfr. amitt.* Idem iuris est, quadrigæ vsufructu legato. *l. quid tamen. 10. §. fin. ff. d.tt.* Plane hoc casu duplicatio admittitur aduersus replicationem propositam, quæ habetur *l. nisi. 11. ff. d.tt.* Nisi scilicet alius equus ante diem legati cedentem substitutus sit. Quæ duplicatio, vt puta in casu simili, in gregis quoque legato potest admitti. Hęc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi areæ vsufructu legato, vineæ ibi sint positæ, vel contra. *l. quid tamen. 10. §. non tamen. ff. quib. mod. vsusfr. amitt.* Tertia: Nisi accessorium tantum perierit, non principale. approbatur exemplo *l. fundi. 8. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi res ad pristinam formam sit restituta. approbatur exemplo agri flumine occupati, *l. si ager. 23. ff. quibus modis vsusfr. amittatur.* item alio exemplo *l. qui vsumfr. 36. in prin. ff. de vsufr. & quemad. Concordat l. si in area. 71. ff. d.tt. l. seruitutes. 19. §. si sublatum. ff. de seruit. vrbanorum prædiorum. l. cum vsumfructum. 24. in prin. ff. quibus modis vsusfructus amit.* vbi & subiicitur replicatio aduersus exceptionem propositam. *de qua vide plura supr. cap.1. causa 9.* Secunda replicatio est: Nisi per restitutionem alia res sit facta. approbatur exemplis *d.l.36. in prin. ff. de vsufruct. & quemadmodum. Concordat l. quid tamẽ. 10. in prin ff. quibus modis vsusfructus amittatur.* Plane iam dicta replicatio suas habet duplicationes, quarum prima est: Nisi per partes res sit refecta. *d.l.10. in prin. & §. in nauis.* Secunda, Nisi eadem materia res sit refecta. reprobatur *d.§. in nauis.* Quinta exceptio: Nisi res dolo vel culpa proprietarij interierit, vel mutata sit. reprobatur *l. si eo loco. 9. §. 1. ff. si seruitus vindicetur.* Hæc de quinta amittendi vsusfructus causa.

VI. Causa: Si res ab hostibus capta sit, vsusfructus eius extinguitur. quæ causa ipso quidem iure subsistit, recipit tamen exceptionem hanc: Nisi postliminio redierit, vel recepta sit. *l. si ager. 26. ff. quibus modis vsusfructus amittatur.*

VII. Causa: Si seruus in quo vsusfructus alienus est, fugerit. reprobatur *l. arboribus. 12. §. de illo. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

VIII. Causa: Si seruus, in quo quis vsumfructum habet, fuerit manumissus. *l. interdum. 15. ff. quibus modis vsusfructus amitt.*

IX. Causa: Si dominus seruum, cuius vsusfructus alienus est, noxæ dediderit. reprobatur *l. locum. 18. §. proprietarius. ff. de vsufructu & quemad.*

X. Causa: Si res cuius vsusfructus est, ab alio vsucapta sit, vel alienata, reprobatur *l. neque 19. ff. quibus modis vsusfr. amitt. l. locum. 17. §. proprietarius. ff. de vsufruct. & quemad. item l. iusto. 44. §. non mutat. ff. de vsucap.* Plane admittitur causa proposita, si consentiente vsufructuario proprietarius rem alienauerit. *l. apud Celsum. 4. §. quæsitum. ff. de except. doli mali.* Hactenus de causis in re consistentibus, sequuntur nunc reliquæ.

XI. Causa: Si proprietarius fuerit mortuus. reprobatur *l. si patri. 3. in fin. C. de vsufr. l. necessario. 8. §. fin. in fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ. & l. cum in fundo. 78. §. si autem. ff. de iure dotium.*

XII. Causa: Si is per quem vsusfructus est adquisitus, mortuus fuerit, vel capite deminutus. reprobatur *l. ex libris. 17. C. de vsufructu.*

XIII. Causa: Si is per quem vsusfructus acquisitus est, alienatus vel manumissus fuerit. Hæc causa ipso quidem iure antiquo approbatur, eiusque exceptio prima est: Nisi vsusfructus tantum serui sit alienatus. *l. repeti. 5. § si quis vsumfructum. ff. quib. modis vsusfructus amittatur.* Secunda: Nisi pars tantum serui sit alienata. *l. inter antiquam 15. C. de vsufructu. l. cum in fundo. 78. §. si autem vsumfructum. ff. de iure dotium.* Tertia: Nisi seruus hæreditarius vsumfructum adquisiuerit. hoc enim casu, si postea adeatur hæreditas, non quasi eo alienato vsusfructus interit. *l. si seruo. 18. ff. quib. modis vsusfr. amitt.*

Mutatio iuris.

Hæc de iure antiquo. Iure autem nouo causa proposita reprobatur *l. vlt. in prin. C. de vsufructu.*

XIV. Causa: Si municipibus vsusfructus relictus sit, post centum annos finitur. *l. si vsusfr. 8. ff. de vsu & vsufruct. legato. & l. an vsusfr. 56. §. fin. ff. de vsufruct. & quemad. M. I. R. lib. 3. cap. 17. reg. 12.*

XV. Causa: Si vsufructuarius proprietatem rei adquisierit. *Inst. de vsufr. §. item finitur. l. si fructuarius. 4. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat. item l. si seruus. 27. ff. quib. mod. vsusfruct. amitt. M. I. R. d. cap. 17. reg. 13.* Huius causæ exceptio est: Nisi proprietas postea à fructuario rursus recesserit, vel alienata fuerit. *l. dominus. 57. in prin. ff. de vsufructu & quemad. l. quoties duobus. 34. §. quod si Titius. ff. eod. tit. M. I. R. d. reg. 13. except. 1.* Plane exceptio proposita fallit in casu, qui habetur *in l. si tibi. 17. ff. quibus mod. vsusfruct. amit.*

XVI. Causa: Si fructuarius domino proprietatis vsumfructum cesserit. *Instit. de vsufructu. §. item finitur.*

XVII. Causa: Si legatum vsusfructus rursus sit ademptum. Hæc causa sine dubio ipso iure subsistit: quia quemadmodum omne legatum ademptum petit, *vt suo loco demonstrabitur*; ita & legatum vsusfructus. *l. generali. 32. §. idem quæsiit. ff. de vsufructu legato.* Sane quemadmodum nihil interest, fructus an vsusfructus legetur: ita quoque vsufructu legato, si fructus adimatur, totus vsusfructus videtur ademptus: nisi de fructu sine vsu adimendo testator sensit, tunc enim vsus remanet. *l. per seruum. 14. §. vsusfr. cum sequentib. ff. de vsu & habit.* Cõtra tamen vsufructu legato, si vsus adimatur, nulla est ademptio. *d. l. 14. §. sed si vsufruct.*

XVIII. Causa: Si vsufructuarius vsumfructum locauerit alij, vel vendiderit, &c. reprobatur *l. arboribus. 12. §. vsufructuarius. & l. cui vsusfructus. 67. ff. de vsufructu & quemadm.* Plane si is cui vsufructuarius vsumfructum locauit, eum alij vendidit, vsusfructus amittitur. *l. Pomponius. 29. in princ. ff. quibus modis vsusfr. amittatur.* Ratio est: quia non vtendo vsusfructus amittitur, *vt paulo inferius dicetur.* Sed vsufructu ab eo cui locatus erat, alienato vsufructuarius non vtitur. Ergo, &c. Huius causæ duæ proponuntur exceptiones *in l. proposita.* Prima est nisi is qui vsumfructum conduxit, eũ non vendidit, sed locauit. Cuius tamen exceptionis replicatio proponitur ibidem: Nisi cõductor vsumfructum suo, nõ locatoris nomine locasset. Altera exceptio est: Nisi vsufructuarius vsumfructum non locauerit, sed vendiderit. tunc enim videbatur, quamuis eum emptor alij vendidisset, non tamen amitti vsumfructum. quæ tamen reprobatur ibidem. Plura ad causam propositam pertinentia vide *infr. cap. 30. reg. 49.*

XIX. Causa: Si is per quem vtitur vsufructuarius, vsumfructum alienauerit. *de hac causa dictum est supra in causa proxima.*

XX. Causa: Si tempus ad quod vsusfructus constitutus est, finitum sit: vel conditio, sub qua vsusfructus ademptus est, extiterit. *l. ambiguitatẽ. 12. C. de vsufructu. l. si pater. 5. C. d. tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi per mortem eius, in cuius personam collata conditio est, extiterit. *d. l. 12. l. generali. 32. §. duas. ff. de vsu & vsufr. legato.* Cuius replicatio est: Nisi certum tempus conditioni sit insertum. tunc enim vsque ad tempus illud vsusfructus debetur, non ad vitam vsque vsufructuarij, nec ante id tempus deberi desinit. *d. l. 12. in princ.*

XXI. Causa: Si vsufructuarius vsumfructum intra legitimum tempus non petierit. *de hac causa vide infra de actione vsufr. quamdiu detur.*

XXII. Causa, De non vtendo. Finitur insuper vsusfructus, si vsufructuarius re non fuerit vsus. *Inst. de vsufruct. §. finitur. l. qui vsumfructum. 3. ff. si vsusfr. petatur. l. corruptionem. 16. C. de vsufructu. l. sicut. 13. in prin. C. de seruit. M. I. R. lib. 3. c. 17. reg. 14.* Si ergo vsufructuarius re per decem annos inter præsentes vel viginti annis inter absentes nõ fuerit vsus, vsumfructum eius amittit. *d. l. 13.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi alius nomine vsufructuarij vtatur. *l. non vtitur. 38. ff. de vsufr. & quemad. l. si mulieri. 22. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. l. arboribus. 12. §. vsufructuarius, in fine. ff. de vsufr. & quemad.* Secunda exceptio est: Nisi vsufructuarius vsumfructum alienauerit. quæ exceptio species est exceptionis præcedentis, & constat *ex d. l. 38.* estque de hac re dictũ etiam supr. *causa 18.* Huius replicatio prima est: Nisi is cui vsusfructus alienatus est, eum rursus alij vendiderit vel alienauerit. *de quare vide sup. in d. caus. 18.* Altera: Nisi is cui vsusfructus alienatus est, nõ vtatur *d. l. 38. §. fin. ff. d. tt. & l. quod si. 40. ff. d. tt.* Huiꝰ duplicatio est: Nisi vẽdito vsufructu emptor nõ vtatur. *d. l. 38. in fine.* Ratio sequitur ibid. *l. sequente.* Tertia exceptio est: Nisi vsusfr. alternis annis legatus sit. *l. si vsusfr. 28. ff. quib. mod. vsusfr. amitt. M. I. R. d. reg. 14. exc. 1.* Plane hoc casu duplicato tempo-

tempore amitti vsumfructum nõ inepte dici potest, exemplo seruitutum rusticorum prædiorũ, *vt infr. lib. prox. cap. 3. caus. 10. except. 6. dicetur.* Quarta exceptio est: Nisi quis vsumfructum ex causa fideicommissi à legatario fructuario acceperit. reprobatur *l. qui vsumfructũ. 3. ff. si vsusfr. petat.* Quinta: Nisi vsus tantum sit, putans se vsum tantum habere, reprobatur *l. is qui. 20. ff. quibus modis vsusfr. amitt.* Sexta: Nisi pro parte vsus sit, pro parte non. tunc enim quemadmodum seruitus realis, vsusfructus totus retineri videtur. reprobatur *l. placet. 25. ff. d. tt. & l. vsusfructus. in prin. ff. de vsufr. & quemadmodum.* Septima: Nisi proprietarius aut fructuarius vi deiectus, vti non potuit. reprobatur *l. si de fundo. 10. ff. de vi & vi armata.* Plane admittitur *l. si pluries. 9. §. deiectum. ff. eod. tt.*

XXIII. Causa: Si vsufructuarius seruum, in quo vsumfructum habet, noxali iudicio non defendat. *De hac causa vide infr. lib. 23. cap. 2. quæst. 4. reg. 1. except. 4. repl. 4. dupl. 2.*

De exceptionibus generalioribus aduersus amittendi vsusfructus.

Hactenus causæ amittendi vsusfructus cum suis exceptionibus sunt propositæ. Sunt autem quædam exceptiones generaliores, quæ fere vnicuique prædictarum causarum possunt opponi. quarum prima est: Nisi ita legatus sit vsusfructus, vt post mortem legatarij alij restituatur. *De hac re dicetur infr. c. prox. exc. 6.* Secunda: Nisi dolo vel culpa proprietarij acciderit id quo vsusfructꝰ amitti solet. reprobatur *l. si eo loco. 9. §. 1. ff. si seruitus vendicetur. de quo supr. causa. 5. in fine.* Datur tamen aduersus proprietarium eo nomine actio ad interesse. *de qua dicetur infra suo loco.* Sed plures huiusmodi exceptiones vide *sup. eod. cap. caus. 2. item infr. cap. prox.* Nunc quid & quantum per prædictas causas amittatur, dicendum. eius loci regula prima hæc est: Pro parte vsusfructus amitti potest. quemadmodum & constitui. *l. excepta. 14. ff. quibus modis vsusfructus amittat. l. vsusfructus. 5. in princip. ff. de vsufructu & quemad. item l. placet. 25. ff. quibus modis vsusfructus amitt.*

II. Regula: Si in annos, menses vel dies singulos vsusfructus legatus est, vel alternis annis relictus, capitis deminutio eum tantum vsumfructum perimit, qui iam constitutus est, vel cuius dies cessit. *de quare dictum supr. caus. 2. exc. 2.* Idem dicendum est, si non vtendo vsusfructus amittatur *l. si vsusfructus. 28. ff. quib. modis vsusfr. amitt.*

III. Regula: De eo quod ex re, cuius vsusfructus fuit, superest. Id etiam amittitur re perempta. Quod approbatur exemplo areæ, ædibus exustis, *supr. caus. 5. except. 1. replic. 1. Cui concordat l. caro. 30. ff. quib. mod. vsusfruct. amittat.* Plane villa exusta, fundi vsusfructus nihilominus debetur, *vt ostensum est supr. d. causa 5. except. 3.*

IV. Regula: De fructibus qui supersunt vsufructuario mortuo, vide *infr. cap. 30. reg. 1.*

AD QVOS VSVSFRVCTVS AMISSVS reuertatur, & de vsufructu adcrescendo.

CAP. XXVIII.

SIt capitis huius thema seu regula principalis hæc: Vsusfructus amissus & extinctus, ad proprietatem reuertitur. *Institut. de vsufruct. §. ne tamen. & §. fin. Concordat ijdem verbis l. omnium. 3. §. ne tamen ff. de vsufructu & quemadmodum. M. I. R. d. cap. 17. reg. 16.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi quis fundum legauerit, ita vt vsusfructus apud hæredem maneret. hoc enim casu quoniam hæredis appellatione etiam hæres hæredis intelligitur, *l. hæredis. 6. ff. de verb. signif.* videtur morte hæredis non finiri vsusfructus, nec ad proprietatem reuerti. *quæ tamen exceptio reprobatur l. antiquitas. 14. C. de vsufructu.*

II. Exceptio: Nisi proprietate deducto vsufructu legata, is à quo legata est, antequam secum ageretur, vel dies legati cesserit, mortuus sit. Hæc exceptio reprobatur, sub hac tamen conditione: Nisi proprietate promissa id actum sit, vt & promissori & eius hæredi vsusfructus exciperetur. tunc enim promissore mortuo, vsusfructus non ad proprietatem, sed ad hæredem defuncti pertinet. *l. qui vsumfructum. 36. §. stipulatus ff. de vsufructu & quemadmod. quis vtatur fruatur. & l. Sempronius. 26. in prin. ff. de vsufruct legato.* Quod dictum de eo, à quo proprietas deducto vsufructu legata est, idem intelligi debet, si Titio vsufructu, Mæuio proprietate legata, Titius viuo testatore decedat. nam hoc casu nihil apud scriptum hæredem relinquetur. *l. si Titio. 33. in prin. ff. de vsufructu & quemad.* Sed etsi alij proprietate, alij sub conditione vsufructu legato, conditio nondum extiterit, vsusfructus interim non apud hæredem sed eum cui proprietas legata est, permanebit. *l. fundus. 4. ff. si vsusfructus petatur.*

III. Exceptio: Nisi hæres à quo vsusfructus fundi sub conditione legatus erat, fundum deducto vsufructu vendiderit, posteaq; conditio legati defecerit. *l. sub conditione. 54. ff. de vsufruct. & quemadmodum.* Cuius replicatio est: Nisi legati causa vsusfructus in venditione sit exceptus. *d. l. 54. §. fi.*

IV. Exceptio: Nisi cum fructuarius vsumfructum ad certum tempus locasset, is nondum finito locationis tempore fuerit mortuus, vel capite deminutus. Tunc enim reliqui temporis vsusfructus videtur ad hæredem vsufructuarij pertinere. sed reprobatur exemplo serui fructuarij, *l. si operas. 26. ff. de vsufruct. & quemad. &c.*

V. Exceptio: Nisi pater vsufructuarius per filium vsumfructum acquisierit. Tunc enim mortuo patre vsusfructus ad filium pertinet, *l. ex libris. 17. §. fin. C. de vsufructu.*

VI. Exceptio: Nisi ita legatus sit vsusfructus, vt alij restituatur. *l. si legatum. 4. ff. quibus modis vsusfructus amittatur. l. Pomponius. 29. §. finali. ff. d. tt. l. si quis. 29. ff. de vsufructu legato. item l. generali. 32. §. filios. ff. eod. tt.*

De vsufructu adcrescendo.

VII. Exceptio: Nisi duobus vel pluribus vsusfructus relictus sit. Tunc enim eo deficiente in vnius persona adcrescit cæteris, nec ad proprietarium reuertitur. *Inst. de legatis. §. si eadem. l. 1. in prin. & §. fin. item l. inde Neratius. 3. ff. de vsufructu adcresc.* Plane hæc exceptio plures recipit replicationes, quarum prima esse videtur: Nisi non cõiunctim, sed disiunctim ac separatim pluribus vsusfructus sit relictus. sed reprobatur *Institut. de legatis. §. si eadem res.* Cõiunctim autem relinquitur, vel si quis dicat: Titio & Seio vsumfructum fundi do lego,

disiunctim ita: Titio vsumfructum fundi do lego, Seio vsumfructum fundi do lego. Sed etsi expresserit, Eiusdem fundi vsumfructum do lego: æque disiunctim legatum intelligitur. *Instit. d.* §. *si eadem res. l.*1. §. *interdum. ff. de vsufructu adcrescendo.* Plane admittitur replicatio proposita, primum si separatim singuli singulis singularum partium vsusfructus relinquatur. *l.*1. *in pr. ff. d. tt.* Secundo, si duobus coniunctim, & alteri separatim sit relictus vsusfructus. Tertio, si seruo communi duorum, & separatim Titio vsusfructus sit relictus. quæ duæ distinctiones approbantur *d. l.*1. §. *idē ait.* Secunda replicatio est: Nisi duobus alternis annis vsusfructus sit relictus. *l.*2. *in prin. ff. quib. mod. vsusfr. amit.* Tertia: Nisi singulis à singulis hæredibus eiusdem rei fructus legatus sit. *l. penult. & vlt. ff. de vsufructu adcrescendo.* Quarta: Nisi alteri pure, alteri sub conditione vsusfructus sit legatus. reprobatur *l. idem.*6. §. *si mihi. ff. d. tt.* Quinta: Nisi ex diuersis testamentis vsusfructus sit. *l. si sub.* 16. *ff. quib. modis vsusfruct. amitt.* Sexta: Nisi seruo plurium communi sit relictus vsusfructus. reprobatur *l.*1. §. *denique. ff. de vsufructu adcrescendo.* Septima: Nisi duobus hæredibus institutis, ab iis alicui proprietas deducto vsufructu legata sit. *l.*2. *cum lege sequente. ff. eod. tt.* Idem iuris est, si cui proprietas deducto vsufructu legata sit, & mihi pars vsusfructus. Nam inter me & hæredem ius adcrescendi non est: sed quisquis suam partem amiserit, ea ad proprietatem reuertetur. *l. idem.*6. §.1. *ff. d. tt.* Octaua replicatio est: Nisi duo domini proprietatem tradiderunt, deducto vsufructu. Hæc replicatio similis est præcedenti, & approbatur *l. inde Neratius.*3. §. *vnde Celsus. ff. de vsufructu adcrescendo.* Nona: Nisi alter ex legatariis etiam proprietatem rei habeat. reprobatur *d. l.*3. §. *non solum. l. si tibi.*4. *cum duab. ll. seqq. ff. eod. tt.* Plane admitti videtur, si is qui vsumfructum cum proprietate habet, eam retento vsufructu alienauerit. verum distinctio hæc reprobatur *l. et si.*5. *ff. d. tt.* Decima: Nisi ex repetitione legali vsusfructus alter vsumfructum habeat. reprobatur simul & declaratur *l. sicut.* 3. §. *hæc autem. ff. quibus modis vsusfr. amitt.* Vndecima: Nisi ita legatum sit, Matri cum liberis vsumfructum do lego: vel contra, liberis cum matre. reprobatur *l. si mulieri.* 8. *ff. de vsufructu adcrescendo.* Duodecima: Nisi in alimenta vsusfructus sit relictus. *l. dominus.*57. §. *fin. ff. de vsufructu & quemad. &c.* Decimatertia: Nisi alter suam partem vsusfructus amiserit. reprobatur *l. interdum.*10. *ff. de vsufructu adcrescendo. l. si Titio.*33. §. *vsumfructum. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

VIII. Exceptio: Nisi vsusfructus nondum quidem sit extinctus, sed sub conditione legatus, conditioq; nondum extiterit. reprobatur *l fundus.*4. *ff. si vsusfructus petatur.* Alias huiusmodi exceptiones vide *sup. c. prox. item infr. in Parte* 4. *de legatis.*

DE ACTIONE QVÆ PRO VSVFRVCTV datur, tam personali, quam in rem confessoria.

CAP. XXIX.

PRopositis causis ac modis, quibus vsusfructus constituitur, & ex quibus adcrescit, consequens est dicere de actione, qua vsumfructum constitutum, & eum qui adcreuit, possimus in iudicio persequi: quam nunc tractabimus ordine circumstantiarum seruato.

I. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS, item quæ actio competat.

I. Regula: Si quis vsumfructum vendicaturus est, in rem actio est. *Instit. de actionibus.* §. *æque si agat quis. M. I. R. lib.*3. *cap.*17. *regul.*17. Huius regulæ exceptio est: Nisi partis fundi vsusfructus sit constitutus. quæ tamen reprobatur *l. vti frui.* 5. §. *si partis. ff. si vsusfructus petatur.*

II. Regula: Etiam condictio triticaria competit. *l.*1. §. *quare fundum. ff. de condictione triticaria.*

III. Regula: Si vsufructuarius qui in possessione fundi est, vti frui prohibeatur vel expellatur, etiam Vnde vi interdictum habet. approbatur, declaratur simul & distinguitur *l. quod quidem.* 3. §. *vnde vi interdictum. ff. de vi & vi armata.* Plane si ab initio volens incipere vti frui prohibitus sit: hoc interdictum non habet, sed vsumfructum vendicare debet. quod loco primæ exceptionis est notandum, *ex d.* §. *vnde vi interdictum. vers. cæterum.* Secunda exceptio est: Nisi quis ædibus vti frui prohibeatur. quæ tamen reprobatur *in d. l.*3. §. *pertinet.* Tertia: Nisi re mobili vti prohibeatur. *d.* §. *pertinet.* Huius replicatio est: Nisi res mobiles rei soli accedant. *d.* §. *pertinet.* Quarta exceptio: Nisi vsus tantum sit relictus, reprobatur *d. l.*3. §. *item si non.* Quinta: Nisi inter viuos vsusfructus sit constitutus. reprobatur *d.* §. *item si non.* Sexta: Nisi post vim factam vsusfructus sit extinctus vel amissus. reprobatur, certo tamen modo, *d. l.*3. §. *qui vsusfructus. l.*10. *in fin. ff. eod. tt. l. cuiuscunq;* 60. *in prin. ff. de vsufruct. & quemad. &c.*

IV. Regula: Si dolo vel culpa proprietarij vsusfructus extinctus sit, tenetur vsufructuario vel ex testamento, vel de dolo, &c. *l. repeti.*5 §. *fin. cum duabus ll. seqq. ff. quibus modis vsusfructus amittatur. Concordat l. si eo loco.*9. §.1. *ff. si seruitus vendicatur.* Plane si, cum vsufructuarius proprietario vsumfructum locasset, is eum vendiderit, atque ita vsusfructus non vtendo sit amissus, proprietarius ex locato tenetur vsufructuario, quanti eius interest, id factum non esse. *quod remedium approbatur l. Pomponius.*29. *in princ. ibi: teneri plane. ff. quibus modis vsusfr. amitt.* Sed etsi proprietatis dominus vulnerauerit seruum vel occiderit, in quo vsusfructus meus est, danda est mihi ad exemplum legis Aquiliæ actio in eum pro portione vsusfructus, vt etiam ea pars anni in æstimationem veniat, quo nondum vsusfructus meus fuit. *l. sed & si.*12. *ff. ad L. Aquil. l. & eleganter.*7. §. *si seruum. ff. de dolo malo. l. arbitrio.*18. §. *si dominus. ff. d. tt.*

V. Regula: Si vsusfructus legatus est, ex testamento actio est. *l.*1. §. *sed si vsusfructus. ff. si vsusfructus petatur. l. repeti.*5. §. *fin. ff. quib. mod. vsufructus amittatur. item l. si extraneo.*46. §. *fin. ff. de vsufructu & quemadm.* Est insuper ex conducto actio, si scilicet colono vsusfructus fundi sit legatus. *l. quoties.*41. §. *si colono. ff. eod. tt.*

VI. Regula: Si inter duos vsufructuarios de vsufructu controuersia sit, quasi communi diuidundo iudicium est. *l. si cuius.* 13. §. *sed si inter. ff. de vsufruct. & quemadmodum, &c.*

VII. Regula: Si seruitutis vsusfructus relictus sit, incerti actio est. *l.*1. *ff. de vsu & vsufructu legato.* Sed & plures huiusmodi regulas vide *inf. cap. prox. de iure vsufructuarij.* Sequuntur nunc aduersus iam propositas regulas exceptiones quædam vniuersales.

Exceptiones generales aduersus iam propositas regulas.

I. Exceptio: Nisi vsufructuarius nondum satisfecerit. *l. si cuius.*13. §.1. *ff. de vsufructu & quemad. &c.* De satisdatione plura dicentur *infr. vide M. I. R. d. reg.*17. *except.*1.

II. Exceptio: Nisi possessor ab alio proprietatis controuersiam patiatur. reprobatur *l. cuiuscunq;* 60. §. *si fundus. ff. de vsufructu & quemad.*

III. Exceptio: Nisi proprietarius vsufructuarium vti frui patiatur. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, quemadmodum & exceptio solutionis: verum admittit replicationem hanc: Nisi non vt debet, vti frui patiatur. cuius exemplum proponitur *l. duos.* 14. *ff. de vsu & vsufructu legato.* Plura vide *infr. in quæstione, Quid veniat, &c.* Sed & alias exceptiones ad hunc locum pertinentes vide *infra in quæstione, Quando & quamdiu detur: item supra in duobus capitibus superioribus*; nam quæcunque ibi vel exceptiones, vel causæ amittendi vsusfructus propositæ sunt, ad hunc quoque locum possunt referri.

II. QVIBVS HÆC ACTIO detur?

I. Regula: Domino fundi hæc actio non datur. *l. vti frui.*5. *in princ. ff. si vsusfruct. petat.*

II. Regula: Etiam possessori competit hæc actio. *d. l.*5. §. *fin.* Quod autem sit officium iudicis, si possessor agat, vide *paulo inferius quæst.*4. *regul.*3. *except.*2.

III. Regula: Hæredibus vsufructuarij hæc actio non datur. *l. stipulatio ista.* 38. §. *si quis ita. ff. de verborum obligat. M. I. R. d. c.*7. *reg.*18. Ratio in promptu est: quia vsusfructus morte vsufructuarij finitur. *de quo dictum est supra.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi defunctus ita stipulatus sit, sibi hæredique suo vti frui licere. *d. l.*38. §. *sed si quis.* Secunda exceptio est: Nisi ob fructus præteritos agatur. *l. vti frui.*5. §. *si post litem. ff. si vsusfructus petat.* Tertia: Nisi ob dolum vel culpam ipsius proprietarij ad interesse agatur. approbatur exemplo *l. si extraneo,*46. §. *fin. cum l. seq. ff. de vsufructu & quemad.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr. capit.*27. *causa* 1. *de morte vsufructuarij. item infr. eod. capit. quid veniat, regul.*21.

IV. Regula: Si seruo vel filiofamilias vsusfructus constitutus sit, domino vel patri eius actio competit, *l. vsufr.*6. §. *fin. ff. de vsufructu & quemadm.* Huius regulæ exceptiones videntur esse: Nisi is per quem vsusfructus est adquisitus, alienatus fuerit, mortuus vel capite deminutus: quæ tamē reprobatur *l. ex libris,*17. *C. de vsufructu, de qua re vide supr. cap.* 27. *caus.*12. *& caus.*13.

III. ADVERSVS QVOS hæc actio detur?

I. Regula: Aduersus quemuis possessorem datur actio confessoria in rem. *l. vti frui.*5. §. *vtrum. ff. si vsusfructus petatur. & l. cuiuscunq;* 60. §. *si fundus. ff. de vsufructu, & quemad. &c.*

II. Regula: Qui non possidet, hac actione non tenetur. Ratio in promptu est: quia in rem actio, qualis est actio confessoria, non datur aduersus non possidentem. *l. qui petitorio.*36. *in princ. & l. vlt. ff. de rei vendicat.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi tempore iudicij accepti possederit, quæ tamen reprobatur *l. vlt. ff. si vsufr. petat.* Secunda: Nisi liti sese obtulit. *d. l. vlt. in fine.* Plura de hac regula cum suis exceptionibus vide *supr. lib.*7. *c.*5. *except.*13.

IV. QVID ET QVANTVM VENIAT IN HANC ACTIONEM?

I. Regula: Vsufructu legato, hæres ea etiam, sine quib. vti legatarius non potest, præstare tenetur; vt aditum, iter & viam, &c. *l.*1. §. *vsufructus. ff. si vsusfructus petatur. l. Scaurus.*9. §. *sed & de illo. &* §. *non autem. ff. de seruitut. vrban. præd. l.*2. §. *recte. ff. si seruitus vindicetur. item l. damnas esto.*15. §. *qui duos. ff. de vsufructu legato.* Cui quodammodo contradicit *l. seruum.*44. §. *fin. ff. de legatis.*

II. Regula; Omnis causa vsufructuario restituenda, *l. vti frui.*5. §. *fructuario. ff. si vsusfr. petatur.*

III. Regula; Fructus etiam restituendi. *d. l.*5. §. *in his.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi post litem contestatam vsusfructus interierit. approbatur certo modo *d. l.* 5. §. *si post litem. de quo dictum sup. cap.*27. *caus.*1. *exc. vlt.* Secunda exceptio est: Nisi is qui agit, possideat. *d. l.*5 § *fin.* Tertia: Nisi fructus die vsusfructus legati cedente sint pendentes. reprobatur *l. si pendentes.*27. *ff. de vsufr. & quemad. &c.* Quarta; Nisi fructus sint immaturi lecti. reprobatur *l. pen. ff. de vsu & vsufr. legato, l. si absente.* 48. §. *fin. ff. de vsufr. & quemad.* Plura de hac regula proposita cum suis exceptionibus dicentur *inf. lib.*15. *cap.*8. *de fructib. item infr. cap. prox. reg.*1.

IV. Regula: Reus sumptus quos in rem, cuius vsusfructus petitur, fecit, deducit, vel per exceptionem retinet. Hæc regula ipso iure subsistit, eiusq; exemplum proponitur *l. Titius.*50. *ff. de vsufruct. & quemad. &c. l. generali.*32. §. *Lucius. ff. de vsu & vsufr. legato.* Hactenus regulæ generaliores quæstionis propositæ sunt enumeratæ: sequuntur nunc aliæ magis speciales, & primum eæ quæ sumuntur ex re, cuius vsusfructus est relictus.

V. Regula: Si bonorum vsusfructus sit relictus, omnium rerum, tam mobilium quam immobilium, vsusfructus ad legatarium pertinet. *l. vxori.* 37. *ff. de vsu & vsufructu legato. M. I. R. d. c,*17. *reg.*20. Item vsuræ quoq; nominum debentur. quod certo modo approbatur *l. vxori.* 24. *ff. de vsu & vsufr. legato.* Item bonorum vsufructu legato, ęs alienum ex bonis deducitur, item actiones computantur. *l. vlt. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.*20. *exc.*2.

VI. Regula: Si certæ partis bonorum vsusfructus sit relictus, electio hęredis est, vtrum rerum an æstimationis vsumfructum præstare velit, &c. *l generaliter.*23. §. *fin. ff. d. tt.*

VII. Regula: Si partis bonorum vsusfructus relictus sit, non addito quotæ, dimidia intelligitur, *l. etiam.*43. *ff. de vsufructu & quemad.*

VIII. Regula: Si certarum rerum vsusfructus relictus sit, æs alienum non deducitur. *l. vlt. ff. de vsu & vsufructu legato.*

IX. Regula; Si rerum vel æstimationis vsusfructus relictus sit, quid debeatur, declarat *l. si alij,* 42. §. *rerum. ff. de vsufructu & quemad.*

x. Regula: Si domus vsusfructus legatus sit, & omnium rerum quæ in ista domo sunt, excepto argento, quid veniat præstandum, definitur *l.generaliter.32.§.vxori.ff.de vsu & vsufr. legato.*

xi. Regula: Si vsusfructus salinarum relictus sit, quid debeatur, declarat *d.§. vxori. ibi: idē quæsiit.*

xii. Regula: Si fundi reditus, quoad vixerit, legati sint, quid veniat. Hæc regula desumpta est ex re legata, & definitur *l.fundi.38.ff.d.tt.* Sequuntur nunc eæ regulæ, quæ sumuntur ex persona eius cui vsusfructus legatus est.

xiii. Regula: Si nominum vsusfructus legatus sit debitori, vsuræ ei remittendæ, *l.postquam.3. §.fin.ff. de vsufruct. ear.rer.quæ vsu consumuntur.*

xiv. Regula: Si colono vsusfructus fundi sit relictus, quid veniat, declarat *l.quoties.34.§.si colono.ff.de vsufructu & quemad.&c.*

xv. Regula: Si pluribus vsusfructus debeatur, æqualiter ad eos pertinet. *l.sed vsusfructus.80. in prin.ff. de lege Falcidia. l.vlt.ff. de vsufructu & quemadmod. item l.si tibi.4. in prin.ff. de vsufructu adcrescen.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi duobus fundus, & alij vsusfructus sit legatus; vel contra. *l.Sempronius.26.§. finali. ff. de vsufructu legato. l.si proprietas.9. ff. de vsufructu adcrescendo.* Secunda exceptio est: Nisi ita legatum sit: Titio & hæredibus suis vsumfructum do lego. *l.si quis Attio.7.ff.de vsufruct.adcresc.* Tertia: Nisi alteri fundus, alteri vsusfructus fundi sit relictus. hic enim videbatur dicendum, ad alterum totum vsumfructum pertinere, ad alterum nudam proprietatem. veruntamen exceptio hæc reprobatur *l.si tibi. 6.ff. de vsufr. ear.rer. quæ vsu consumuntur. l. idem Neratius.3.§.non solum.ff.de vsufructu adcrescen.* Quarta: Nisi duos separatim vti frui sinere, damnatus sit hæres. tunc enim vtrique solidus vsusfructus debetur. *l.duos. 14.ff.de vsufructu legato.* Quinta: Nisi alij vsus, alij fructus legatus sit. *l.si alij.42.ff.de vsufructu & quemadmod.* De eadem exceptione loquitur Pomponius *l.per seruum.14.§.penult.ff. de vsu & habitat.* Hæc de decimaquinta regula, eiusque exceptionibus sint dicta: de quibus vide plura *infr. de legatis.* Hactenus ergo regulæ ex persona legatariorum desumptæ: quæ nunc sequuntur, ex variis circumstantiis desumptæ sunt.

xvi. Regula: Si à pluribus vsusfructus debeatur, singuli pro sua parte tenentur. *l. vsusfructus.5. §.fin. ff. de vsufructu & quemadmodum. l.si mihi.49.ff. eodem tt.*

xvii. Regula: Si socius fundi communis vsumfructum reliquerit, quid veniat, definit *l.is 31.ff. de vsufructu legato.*

xviii. Regula: Si actor possidet rem, cuius vsumfructum vendicat, quid veniat, definitur *l. vti frui.5.§.fin.ff.si vsusfructus petatur.*

xix. Regula: Si reus conuentus vsumfructum fecerit deteriorem, in id quod interest tenetur. *l. 2.ff.si vsusfructus petatur.*

xx. Regula: Si cum vsusfructus ad certum tempus esset relictus, per proprietarium steterit, quo minus daret, & aliquid eius temporis præterierit, quid iuris, definitur *l.quæsitum.37.ff. de vsufructu & quemadmodum. l.si vsusfructus.6.ff. de vsufructu legato. item l.si vsusfructus.35.ff.de vsufruct. & quemadmodum, &c.*

xxi. Regula: Si dolo vel culpa proprietarij, vel dū in mora soluendi est, vsusfructus extinctus sit, quid veniat, definitur *l.qui vsumfructum areæ 36. §.finali.ff.d.tt. l. cuiuscunque.60. in principio, ibi: sed etsi. ff.d.tt.* Plane si lite pendente, vsusfructus tempore amissus sit, tam ad vsumfructum renouādum, quam ad cauendum de euictione reus tenetur. *l. vti frui.5.§. fructuario.ff.si vsusfructus petatur.*

xxii. Regula: Si hæres à quo vsusfructus legatus est, non fecerit ea quæ à testatore iussus est, puta, si non refecerit insulam: definitur *l.quod si hæres.47.ff. de vsufructu & quemad.&c.* Item si, cum duobus vsusfructus legatus esset, vt separatim vterentur, hæres non separatim, sed communiter eos frui permittat. *de qua re vide supr. capite eodem, membro 1. exceptione vltima.* Alias huiusmodi regulas vide *supr. capite eodem, membro 1. item infr. de iure vsufructuarij & officiis proprietarij, cap.prox.*

V. QVANDO ET QVAMDIV competat actio de vsufructu? item quando dies legati vsusfructus cedat?

i. Regula: Non nisi die, ex quo vsusfructus legatus est, veniente actio datur. *l.1.§.item si ex die. §.idemque. & §. finali. ff. quando dies vsusfructus legati cedit.*

ii. Regula: Vsusfructus ante aditam hæreditatem peti non potest, nec dies eius cedit. *d.l.1.§. dies autem. & §. non solum. item l.si seruo.18. in fine.ff. quibus mod.vsusfructus amittatur.*

iii. Regula: Non nisi semel dies vsusfructus cedit. approbatur simul & distinguitur *l.1. in prin. ff.quando dies vsusfructus leg.cedit.* Vsus iam dictæ exceptionis constat ex iis quæ dicta sunt *supr. capit. 27.causa 2. except.2.*

iv. Regula: Si duobus alternis annis vsusfructus sit legatus, vtri prius competat, definitur *l.quoties.34. in prin. ff. de vsufructu & quemadmodum, &c. & l.2.§.fin. ff. quibus modis vsusfruct.amitt. M.I.R. lib.5.cap.8.except.21.*

v. Regula: Actio de vsufructu non nisi decennio inter præsentes, & inter absentes viginti annis finitur. *l.corruptionem.16. C. de vsufructu. M.I.R. lib.3.cap.17.regul.21.except.1.* Hactenus de actione tam ex persona, quam in rem confessoria de vsufructu vsufructuario competente.

DE IVRE VSVFRVCTVARII. CAP. XXX.

PRima regula: Omnes fructus rei & obuentiones ad fructuarium pertinent. *l. vsufructu. 7. in prin. ff. de vsufructu & quemadmodum. & l.vsufructuarium.62. in prin.ff.d.tt. M.I.R. d.cap.17.reg.23.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi fructus nondum perceperit vsufructu excincto. *Inst. de rer. diuis.§.is vero ad quem, l.qui scit.15.§.præterea.ff. de vsufr. item l.in singulos.8.§.fin.ff.de annuis legatis. M.I.R.d.reg. 23.exc.1.* Cuius replicatio prima est: Nisi pensiones sint, quarum dies tempore finiti vsufructus cessit. *l.generali.32. §. hæredis. ff. de vsufructu legato.* Secunda: Nisi cum vsufructuarius fundum locasset, fructibus à colono perceptis, nondum die pensionis cedente vsusfructus sit finitus. hoc enim casu nihilominus pensio, cuius dies postea cedit ob fructus à colono perceptos, vsufructuario vel eius hæredi debetur. *l.defuncta.58. in princ. ff. de vsufructu & quemadmodum. M.I.R. d.except.1.*

repl.1.dupl.2. Tertia; Nisi fructus à solo sint separati. hoc enim casu quamuis non in horreum recluserit, nihilominus ad hęredem vsufructuarius transmittit. *l.si vsufructuarius.13.ff. quib. mod. vsusfr. amitt. M.I.R. d.replic.1.* Huius duplicatio est: Nisi non ipse vsufructuarius vel eius nomine alius à solo separauerit, sed alieno nomine sint separati, vel per se deciderint. *d.l.13.* Hæc de prima exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi post finitum vsumfructum perceperit. *l.si pater.5.C. de vsufructu.* Tertia: Nisi fructus ab alio sint sati. reprobatur *l. qui scit.25.§. præterea.ff.de vsuris. l.si pendentes.27. in princ. ff. de vsufructu & quemadmod.* Sed & plura de regula proposita, eiusq; exceptionibus vide *supra cap.proxim. q.4.regul.3.*

De vsufructu fundi, regulæ.

ii. Regula: Qui vsumfructum fundi habet, eius est omne id quod in fundo nascitur, quodq; inde percipi potest. *l.si fundi.9.in princ.ff.de vsufructu & quemadmodum, &c. l. si cuius.13.§. proinde venas. item l.arbores.59.§.1.& §.fin.ff.eod.tt.*

iii. Regula: Eius quoq; quod postea agro accessit, vsusfructus vsufructuario debetur *l.si fundi. 9.§.sed & si metalla.ff.de vsufr. &c.* Huius regulæ exceptio est: Nisi insula iuxta fundum in flumine sit nata. *d.l.9.§.sed si insula.*

iv. Regula: Fundi vsufructu legato, potest vsufructuarius lapidicinas, cretifodinas, &c. instituere. *l.si cuius.13.§.inde est quæsitum.ff.d.tt.* Huius exceptio est: Nisi agriculturæ noceat. *d.§. inde quæsitum.* Cuius replicatio est: Nisi proprietatem meliorem faciat, plures redditus acquirendo. tunc enim quamuis agriculturæ noceat, quia tamen commodum maius est, quam incommodum, instituere permittitur, proposita exceptione non obstante. *d.§. inde quæsitum.* Plane huius duplicatio est: Nisi ea, quæ instituit vsufructuarius redditus augendo, aut cælum corrumpant, aut magnum apparatum sint desideratura. *d.§. inde quæsitum. vers. si tamen.*

v. Regula: Fundi vsufructu legato, aucupia, venationes & piscationes vsufructuarius exercere potest. *l.si fundi.9. §. aucupiorum. ff. de vsufructu & quemadmodum, &c. & l.vsufructuarium.62. in prin. ff.eod.tt.*

vi. Regula, De animalibus viuariis inclusis, habetur *d.l.62.§.si in viuariis.*

vii. Regula, De iure & officiis vsufructuarij circa arbores, vsufructu fundi legato. Huius loci prima regula est: Quod vsufructuarius arbores cædere non possit. *l.si cuius.13.§.fructuarius.ff. de vsufructu & quemadmodum, &c.* Exceptio prima est: Nisi causam proprietatis faciat meliorem augendo redditus. reprobatur *d.§.fructuarius. l.vsufructu. 7.§.fin.cum l.seq.ff.eod.tt.* Contrarium tamen exemplum est, *in d.l.13.§.& si forte.* Secunda exceptio est: Nisi sylua cædua sit. *l.si fundi.9.§.fin.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi intempestiue cædat, quæ tamen reprobatur *l.si absente.48. §. fin.ff. eod.tt.* Tertia exceptio est; Nisi pedamenta & ramos in vineam sumat, vel ad reficiendam villam. *l.ex sylua.10.& l.arboribus.12.in princ.ibi, materiam tamen.ff. eod.tt.* Plane si pedamenta & ramos in vineam cædendo, fundum deteriorem faciat, exceptioni locus non est. *d.l.10.* Sed & altera replicatio est; Nisi grandes arbores cędat in vineā. *l.& si.11.ff.eod.tt.*

viii. Regula: Arbores demortuæ ad vsufructuarium pertinent. *l.agri.18.ff.de vsufruct. & quemadm.* Huius regulæ exceptio est: Nisi arbores sint vento deiectæ. hæ enim ad proprietarium pertinent: qui etiam vsufructuario, si non tollat, actione tenetur. *l. Proculus.19. § fin.ff.eod.tt.* Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi quoad vsum fructuarij & villæ pertinet. *l. arboribus.12. in prin.ff. eod. tt.* Secunda: Nisi sylua cædua sit, tunc enim exceptio proposita locum non habet, quoniam ex ea & arbores cædere, & cæsas vendere potest, *vt dictum est paulo superius.*

ix. Regula: Vsufructuarius in locum demortuarum arborum alias substituere debet. *Instit. de rer. diuis.§.sed si gregis, in fine. l vsufructu.7.§. Cassius. ibi: quemadmodum.ff. de vsufructu & quemadmod. item l.agri.18.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vi tempestati arbores sint deiectæ. *l. arbores.59. in prin.ff.eod.tt.*

x. Regula: Circa seminarium ius atque officium fructuarij, quod sit, definitur *l.si fundi.9.§. seminarios.ff.de vsufructu & quemadmodum.*

xi. Regula: Circa instrumentum fundi regula habetur *d.l.9.§.instrumenti. Concordat l.sed etsi.15. §.proprietatis.ff.eod.tt.*

xii. Regula: Circa villam fundi regula prima: Villam diruere non potest vsufructuarius. *l.si cuius.13.§.fructuarius.ff.de vsufructu & quemadmodum.*

xiii. Regula: Proprietarius villam fundi demoliri non potest. *l.hæres.12.ff.de vsufructu legato.*

xiv. Regula: Circa ædificia regula prima: Ædificium in fundo fructuarius ponere non potest. *l.si cuius.13. §. sed ne ædificium. ff. de vsufructu & quemadm. &c.* Huius exceptio prima est: Nisi ad percipiendos fructus sit necessarium. *Quæ exceptio ex iam dictis constat.* Secunda: Nisi ædificium à defuncto fuerit inchoatum. *l.vsufructuarius.61.§. ædificium.ff.eod.tt.*

xv. Regula est, Quod ædificij inchoati nondum consummati vsusfructus fructuario non debeatur. *d.§. ædificium.* Reliqua huius loci vide *infr. de vsufructu ædium & areæ.*

xvi. Regula, Circa onera realia; Vsufructuarius onera fundi realia agnoscere tenetur. *l.si pendentes.27.§.si quid cloacarij. ff. de vsufructu & quemadmodum. l.vsufructu.7.§. modica igitur. ff. eod.tt. item l. quæro.28.ff. de vsufructu legato.* Huius regulæ exceptio est: Nisi testator onus ad hæredem pertinere noluerit. *l.vsufructu.52.ff. de vsufructu & quemadmodum.*

xvii. Regula; Circa seruitutes fundi regula prima est, quod vsufructuarius seruitutē sustinere cogitur. *l.si pendentes.34.§.fin.ff. de vsufructu & quemadmodum, &c.*

xviii. Regula est, Quod proprietarius fundo seruitutem imponere non possit, nec amittere, sed acquirere possit. *l.sed etsi quid ædificauerit.15. §.sed nec seruitutem, ff. de vsufructu & quemadmodum, &c.* Huius exceptio est: Nisi fructuarius seruitutem fundo imponi patiatur, quæ tamen reprobatur *d.l.15.§.fin.cum l.seq.*

xix. Regula est, Quod fructuarius seruitutem fundo acquirere non possit, retinere possit. *d.l.15.§.penult.*

XX. Regula, Si vsufructuarius seruitutem non vtendo amiserit, eo nomine tenetur. *d. §. penult.*

XXI. Regula; Circa culturam regula est, quod vsufructuarius recte colere debeat. *l. si fundi. 9. in prin. ff. de vsufruct. & quemad. & c. & l. si cuius. 13. §. nam qui agrum. ff. d. tt.*

XXII. Regula, De fundo à proprietario custodiendo, habetur *l. si ita. 16. §. dominus. ff. de vsu & habitat.* Hactenus de vsufructu fundi.

De vsufructu ædium, regulæ.

XXIII. Regula, De ritibus ædium, & missione in possessionem vicinarum ædium, habetur *l. vsufructu. 7. §. 1. ff de vsufructu & quemadm. & c.*

XXIV. Regula, De locando ædes. Qui vsumfructum ædium habet, eas locare potest. *l. is cuius. 13. §. item si domus ff. de vsufructu & quemadmodũ, & c.* Huius exceptio est: Nisi ad balneum locauerit domũ. cuius replicatio esse videtur: Nisi balneũ sit in domo vsibus dominicis vacare solitum, quę tamen reprobatur *d. l. 13. §. fin.* Plane quo modo dominus ædibus vti solitus est, eo etiam modo vt alius vtatur fructuarius locare potest, quod approbatur exemplo *l. si pendentes. 34. §. 1. ff. eod. tt.*

XXV. Regula; Meritoria in domo vsufructuarius facere non potest, nec per cœnacula domum diuidere. *l. si cuius. 13. §. item si domus, ff. de vsufructu & quemadmodum.*

XXVI. Regula, De ædificandis & reficiendis ædibus. Qui vsumfructum ædium habet, eas reficere potest. *l. vsufructu. 7. §. finali. ff. de vsufructu & quemadmod.* Huius exceptio prima est: Nisi voluptatis causa reficiat. quæ tamen *d. §. finali.* reprobatur. Vnde Nerua filius: Si ædium vsusfructus legatus sit, lumina immittere eũ posse ait, sed & colores, & picturas, & marmora poterit & sigilla, & si quid ad domus ornatũ pertinet. *l. si cuius. 13. §. sed si ædium ff. eod. tt.* Secunda exceptio est: Nisi ampliare velit, aut vtile detrahere. *d. §. finali. cum l. seq.* Tertia: Nisi nouum tectorium, aut riuum nouum parietibus velit imponere. *l. vsufructuarius. 44. ff. de vsufructu & quemadmodum, & c. l. vsufructuarius. 61. in princ. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi formam ædificij mutet: vel altius tollat. *l. si cuius. 13. §. sed neq; ff. eod. tt.*

XXVII. Regula est, quod vsufructuarius reficere ædes teneatur. *l. vsufructu. 7. §. quoniam igitur. ff. de vsufructu & quemadmodum, & c. l. eum. 7. C. de vsufructu.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi quid prorsus corruerit *d. l. 7. §. si qua tamen. ff. eod. tt.* Secũda; Nisi vsufructuarius paratus sit vsumfructum relinquere. *l. cum fructuarius 64. ff. de vsufructu & quemadmodum. l. si absente. 48. ibi, sed si paratus, ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi iudicium eo nomine sit acceptum, quæ tamen reprobatur *d. l. cum fructuarius.* Secunda; Nisi id quod reficiendum est, facto fructuarij & suorum deterius sit factum. *l. sed cum fructuarius. 65 ff. d tt.* Tertia exceptio est; Nisi hæres à testatore iussus sit reficere. *de hac re vide regulam proxime sequentem cum sua exceptione.*

XXVIII. Regula, quod hæres idemque proprietarius ædes reficere non tenetur. *l. sed cum fructuarius. 65. ff. de vsufructu & quemadmodum, & c.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi à testatore iussus est reficere. *l. si extraneo. 46. §. fin. cum l. seq. ff. de vsufructu & quemadmodũ, & c.* Secunda; Si hæredis facto res deterior sit facta. *l. fundi. 38. in fine, ff. de vsufructu legato.*

XXIX. Regula, Proprietarius inuito fructuario ædes altius tollere nequit. *l. vsufructu. 7. §. hac ratione. ff. de vsufructu & quemadmodum, & c. l. si cuius. 13. §. inde Nerua, in fine. ff. eod. tt.*

XXX. Regula, Si is, qui binas ædes habet, aliarum vsumfructum legauerit, potest hæres alteras tollendo obscurare lumina aliarum ædium. *l. si is qui binas. 30. ff. de vsufructu & quemadm. & c. l. Scaurus. 9. ff. de seruit. vrbanorum prædiorum.* Huius regulæ exceptio est; Nisi nihil luminis relinquat. *d. l. si is qui. & d. l. 9. in fine.*

XXXI. Regula; Vsufructuarius quæ in ædificauit, tollere non potest. approbatur simul & distinguitur *l. sed etsi quid. 15. ff. de vsufructu & quemadmodum, & c.* Hactenus de vsufructu ædium.

De vsufructu areæ, regulæ.

XXXII. Regula, Si areæ vsusfructus legatus sit, potest vsufructuarius casam ibi ponere. *l. penult. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

XXXIII. Regula; Hæres in area, cuius vsusfructus legatus est, ædificium ponere nequit. *l. vsufructu. 7. §. hac ratione. ff. de vsufructu & quemadm. l. repeti. 5. §. fin. cum duabus ll. seqq. quib. mod. vsusfructus amittat.*

De vsufructu mancipiorum.

XXXIV. Regula, De operis serui proponitur *l. in hominis. 3. & l. fructus. 4. ff. de operis seruorum.*

XXXV. Regula; Iis abuti non debet fructuarius. *l. sed & si quid. 15. §. 1. ff. de vsufructu & quemadm. & c. l. cum autem. 17. §. ex eo. ibi, quamuis vsufructu. ff. eod. tt.*

XXXVI. Regula; vsufructuarius legem qua seruus, cuius vsumfructum habet, emptus est, ob seruare tenetur. *l. si pendentes. 27. §. fin. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

XXXVII. Regula, Arte vel peritia, qua vsufructuarius seruum instituit, vti potest. *d. l. 34. §. si serui.*

XXXVIII. Regula; Vsufructuario per seruum, cuius vsumfructum habet, acquiritur. *de qua cum suis exceptionibus dictum est sup. libro proximo, cap. 16. reg. 5.*

XXXIX. Regula, Partus ancillæ, in qua quis vsumfructum habet, ad fructuarium non pertinet. *Instit. de rer. diuis. §. in pecudum. l. vetus fuit. 68. in fine. ff. de vsufructu & quemadm. item l. in pecudum. 28. in fin. ff. de vsuris & fructibus. M. I. R. lib. 3. c. 17. reg. 23. exc. 4.* Huius regulæ exceptio est: Nisi partus vsusfructus specialiter sit relictus. *d. l. 68.*

XL. Regula; Vsufructuarius seruum cogere ad operas, & castigare potest. *l. sed & sicuti. 23. §. quoniam. ff. de vsufructu & quemadmodum.* Plane neque torquere, neq; flagellis cædere debet. *d. l. 23. Cui concordat l. locum autem. 17. §. ex eo ne. ibi, nec seruum. ff. eod. tt.*

XLI. Regula; Proprietarius serui coertionem plenissimam habet. *d. §. ex eo ne.*

XLII. Regula; Vsufructuarius alere ac vestire seruum debet, item valetudinem eius curare. *l. sed & si quid. 15. §. mancipiorum, in fine. ff. de vsufructu & quemadmodum. item l. sicut impendia. 45. ff. eod. tt.*

XLIII. Regula, De seruo alienando ac manumittendo. Vsufructuarius eum alienare vel manumittere nequit. *l. vsufructu. 9. C. de vsufruct.* Sed nec proprietarius seruum manumittere potest, nisi cum ita vsusfructus fuerit relictus, quamdiu manumittatur. *de qua re vide sup. c. 27. caus. 8.* Plane noxæ dare potest. *l. locum autem. 21. §. proprietarius, ff. de vsufruct. & quemadm.*

De vsufructu pecorum & ouium.

XLIV. Regula, De fœtu pecudum quorum vsusfructus debetur, proponitur *Inst. de rer. diuis. §. in pecudum. l. in pecudum. 28. ff. de vsuris & fructibus. item l. vetus. 68. §. penult. ff. de vsufructu & quemadmodum.* Huius regulæ exceptio est: Nisi in locum demortuorum capitum substituerit. *l. vel inutilium. 69. ibi: & sicut. item ibi: nam alioqui. l. quid ergo. 70. §. & Iulianus. & § fin. ff. d. tt.*

XLV. Regula, Cui gregis vel armenti vsusfructus debetur, is ex natis debet gregem supplere. *l. vetus. 68. §. fin. cũ l. seq. ff. de vsufructu & quemadmodum l. quid ergo. 70. §. secundum quæ. ff. d. tt. item Instit. de rer. diuis. §. sed si gregis. M. I. R. d. cap. 17. reg. 25.* Huius regulæ exceptio est: Nisi non gregis, sed singulorum capitum vsusfructus sit relictus. *l. quid ergo. 70. §. sed quod dicitur. ff. de vsufructu & quemadmodum. M. I. R. d. reg. 25. except. 1.* Ex quibus autem suppletio fieri debeat, declaratur *d. l. 70. §. item si forte.* Notanda etiam hoc loco definitio nominis verbi Summittere, quæ habetur *d. l. 70.* Postremo propositi iuris tres euentus notandi sunt: quorũ primus est, quod vsufructuarius nõ summittens proprietario teneatur. *d. l. 70. in princ.* Secundus, quod ea, quæ in locum demortuorum capitum substituuntur, proprietarij fiant. *de qua re dictũ inf. reg. prox. except. 1.* De eo autem quæritur, interim quãdiu summittantur & suppleantur capita, quæ demortua sunt, cuius fœtus sit? quod definitur *d. l. 70. §. 1.* Tertius euentus est, q̃ capita in quorum locorum substituitur, ipsius fructuarij sint propria. *l. vel inutilium. 69. & l. quid ergo 70. §. vnde Caius. ff. eod. tt.* Hæc de vsufructu pecorũ & ouium. Sequuntur nunc reliquæ regulæ de vsufructuarij iure, tam generales, quam speciales.

XLVI. Regula, De vsufructu nauium, habetur *l. arboribus. 12. §. nauis, ff. de vsufructu & quemadmodum.*

XLVII. Regula, De vsufructu rerũ mobilium in genere, ac vestium, *l. sed & si quid. 15. §. generaliter. ff. vsusfr. & quemadm.*

XLVIII. Regula, De vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur. Hoc casu proprietas rerum pertinet ad fructuarium. *de qua re vide inf. cap. prox. memb. 6. de tertio cautionis genere.*

XLIX. Regula De re vel vsufructu vendendo, locando, vel alij concedendo. Huius loci regula est, quod vsufructuarius vsumfructum rei alij cedere non possit. *l. si vsusfructus. 66. §. quoniam. ff. de iure dotium. Concordat Instit. de vsufructu. §. item finitur vsusfructus. M. I. R. lib. 3. cap. 17. reg. 4.* Plane ipsum quidem ius vtendi fruendi vsufructuarius alteri cedere nequit; ipsam autem fructuum perceptionem potest alteri cedere, vendere, locare, donare, &c. quod notandum loco exceptionis. *d. l. 66. in fine. M. I. R. d. reg. 4. except. 1.* Secundum quam intelligenda sunt ea, quæ dicta sunt *sup. cap. 27. caus. 18. item l. cui vsusfructus. 67. ff. de vsufructu & quemadmodum, & c.* Huius replicatio est: Nisi vestimentorum vsumfructum alij locauerit. approbatur simul & distinguitur *l. sed etsi quid. 15. §. & generaliter. ff. de vsufructu & quemadmodum.* Plane quod vsufructuarius rei proprietatem alienare, vel pignori obligare non possit, de eo non dubitatur. *l. interest. 6. ibi: nam vsufructuarius. C. de vsufructu. item l. vsufructu. 9. C. eod. tt.*

L. Regula, Vsufructuarius conductorem potest repellere. *l. arbores. 59. ibi, sed & ad. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

LI. Regula, Rem vsucapere non potest vsufructuarius. *de qua re vide sup. c. 9. except. 26.*

LII. Regula, Si vsufructuarius de soli vitio quid præstiterit, ius dominij ad eum transfertur. *l. quamuis. 10. §. fin. ff. de damno infecto.*

LIII. Regula, Vsufructuario si in re, cuius vsumfructum habet, furtũ factum sit, vel damnũ datum, actio eo nomine competit. *De qua re in singulis actionum speciebus suo loco dicetur.*

LIV. Regula, Proprietarius non impedire debet vsumfructuarium vtentem fruentem. *l. sed etsi quid. 15. §. proprietatis. ff. vsufr. & quemadm.*

LV. Regula, Proprietarius rem alienare non prohibetur, approbatur in casu simili *l. fundi 38. in prin. ff. de vsufructu legato.* Sed & approbatur in specie pignoris *l. 2. C. de vsufructu.*

LVI. Regula, Proprietarius consentiente fructuario, locũ potest facere religiosum; quamuis seruitutem, etiam fructuario consentiente (*vt supra dictum est*) prædio imponere nõ possit. *l. locum. 17. in princ. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

LVII. Regula, Vsufructuarius boni viri arbitratu vti debet, eoq; nomine cauere proprietario. *de qua re infra cap. prox.*

LVIII. Regula, Fructuarius causam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere potest. *l. si cuius. 13. §. fructuarius. ff. de vsufruct. & quemadm. l. sed etsi quid. 19. §. & generaliter. ff. eod. tt.* Hactenus de iure vsufructuarij regulæ expositæ sunt. Sed & plures huiusmodi vide *sup. cap. prox. q. 4. item inf. in duob. cap. prox.*

DE CAVTIONE VSVFRVCTVARII. CAP. XXXI.

I. CAVSA EX QVA CAVENDUM, cum suis exceptionibus.

SI cuius rei vsusfructus vendicatur vel debetur, vsufructuarius cauere debet proprietario, se boni viri arbitratu vsurum fruiturum, &c. *l. 1. in princ. ff. vsufructuarius quemadmodum caueat. l. si cuius. 13. ff. de vsufructu & quemadm. item l. vsufr. 4. C. de vsufructu. M. I. P. lib. 5. c. 3. reg. 28. M. I. R. lib. 3. cap. 17. reg. 16.* Plane habet regula proposita suas exceptiones, quæ sequuntur.

I. Exceptio: Nisi non vsusfructus, sed vsus tantum vel operæ relictæ sint. reprobatur *l. hac stipulatione. 5. § sed et si. ff. vsufr. quemadm. caueat. l. hoc SC. 5. §. fin. ff. de vsufr. earum rerum, quæ vsu consum. l. quoniam. 10. ff. d. tt. item l. idem est. 6. ff. vsufr. quemadm. caueat.*

II. Exceptio: Nisi res soli sit, reprobatur *l. 1. §. hac stipulatio. ff. d. tt.*

III. Exceptio; Nisi vsu domus relicto, hæredes cum vsuario simul habitent. reprobatur *l. vsu quoq; 11. ff. eod. tt.*

IV. Ex-

IV. Exceptio: Nisi quis rei cõmunis vsumfructũ socio legauerit, reprobatur *l. si serui. 10. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi debitori vsusfructus nominis sit relictus, reprobatur *l. postquam. 3. cum l. seq. ff. de vsufructu ear. rer. quæ vsu consumuntur.*

VI. Exceptio, Ex causa ex qua debetur vsusfructus ducta, reprobatur *l. 1. §. plane etsi mortis. & §. illud sciendum. ff. vsufruct. quemadm. caueat. l. si cuius. 13. ff. de vsufructu & quemadm. l. vsufructu. 4. in fin. C. de vsufructu. item l. si fundi. 9. §. illud sciendum. ff. vsufruct. quemadm. caueat.*

VII. Exceptio: Nisi vsufructuario proprietas quoque ex die sit legata. *d. l. 9. §. plane si M. I. R. d. reg. 26. except. 2.*

VIII. Exceptio: Nisi testator cautionem exigi in testamento prohibuit. Hæc exceptio plurimũ à Dd. controuertitur. *M. I. R. d. reg. 26. except. 3. repl. 1.* Sed si intelligatur secundum duas replicationes sequentes, nihil videtur habere difficultatis, quarum replicationũ prima est: Nisi pecuniæ vsusfructus sit relictus. *l. 1. C. de vsufr. l. si pecuniæ. 6. in pr. ff. vt in posses. legatorum. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 2.* Secũda replicatio est; Nisi cautio boni viri arbitratu vsurum se & fruiturum, testamento sit remissa, *l. scire. 7. C. vt in posses. legat. M. I. R. d. repl. 1. in princ.*

IX. Exceptio; Nisi hæres pro legatario satisdare iussus sit. reprobatur in casu *l. tribus. 8. ff. de vsufructu ear. rer. quæ vsu consumuntur.*

II. QVI CAVERE DEbeant?

Huius loci prima regula est, quod hæredes pro legatario cauere iussi, cauere teneantur, sed & ipse legatarius promittere teneatur. *de qua re iam dictum est.*

II. Regula, De eo, cui vsusfructus relictus est, & eo, cui restituere rogatus est, habetur *l. si vsusfructus. 9. in princ. ff. vsufruct. quemadm. caueat.*

III. IN QVIBVS CAuendum?

Huius loci regula prima, De omnibus & singulis à quibus vlusfructus relictus est, habetur *l. si cuius. 13. §. sed & si plures. ff. de vsufr. & quemadm. & l. si vsusfructus. 9. §. fin. ff. vsufr. quemadm. caueat.*

II. Regula, De hærede & eo, cui proprietas legata est, proponitur *l. si tibi. 8. in prin. ff. d. tt. l. si tibi decem. 6. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consumuntur. item l. si non. 9. ff. si cui plus quam per legem.*

III. Regula, De primo, cui legata est proprietas, & secundo, cui legata est, si ad primum pertinere desierit: quod tunc scilicet vtrisque cauendum sit, habetur *d. l. 8. §. item si mihi.*

IV. Regula: Si duobus coniunctim vsusfructus legatus sit, inuicem sibi cauere debẽt, & hæredi in casum illum, si ad socium non pertineat vsusfructus, hęredi reddi. *d. l. 8. §. fin. l. si tibi. 6. §. fin. ff. de vsufructu ear. rer. quæ vsu consum. item l. si cuius. 13. §. sed si inter. ff. de vsufr. & quemadm.*

IV. VBI CAVENDVM?

De mittendo in municipiũ cautionis nomine, proponitur *l. de die. 8. §. tutor. ff. qui satisd. cogantur.*

V. QVANDO CAuendum?

Vtrum ante vel post traditam rem. definitur *l. quoniam. 10. §. finali. ff. de vsufructu ear. rer. quæ vsu consumuntur.*

VI. QVID SEV DE QVA RE cauendum?

I. Regula: Cauere debet, se boni viri arbitratu vsurum fruiturum, & cum vsusfructus ad se pertinere desiit, restituturum. *l. 1. in prin. ff. vsufruct. quemadm. caueat. M. I. R. d. cap. 7. reg. 27.* Plane regula hæc recipit exceptionem hanc: Nisi pecuniæ vel alterius rei, quæ vsu consumitur, vlusfructus sit relictus. hoc enim casu vsufructuarius neutrum istorum cauet: sed hoc tantum, se finito vsufructu tantam pecuniæ vel eiusdem qualitatis & quantitatis res restituturũ. *de qua re dictum sup. cap. 26. except. 2. & approbatur l. 2 l. 4. & l. si vini. 7. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum. Instit. de vsufructu. §. constituitur. M. I. R. d. reg. 27. except. 1.* In quo etiam cautionis genere notandum, quod duos tantum casus complectatur, mortem scilicet, & capitis deminutionem vsufructuarij. *l. in stipulatione. 9. cum l. seq. ff. de vsufructu ear. rer. quæ vsu consum. l. si vsusfructus. 7. §. fin. ff. vsufr. quemadm. caueat.*

II. Regula: Vsufructu omnium bonorũ relicto, vsurę quoq; nominum ante cautionem debitæ velut sortes in cautionem deducendæ sunt, approbatur simul & distinguitur *l. vxori. 24. ff. de vsufructu legato.*

VII. EVENTVS ET CONSEquentia cautionem.

I. Regula: Recte facient & hæres & legatarius, qualis res sit, cum frui incipiat legatarius, si in testamentum redegerint, vt inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. *l. 1. §. recte autem. ff. vsufructuarius quemadm. caueat. M. I. R. d. c. 17. reg. 29.*

II. Regula est, de actione, quæ ex hac cautione seu stipulatione descendit, *de qua inf. c. prox.*

DE ACTIONIBVS PROPRIETARII ADuersus fructuarium, & de actione in rem negatoria.

CAP. XXXII.

DE ACTIONE PRÆTORIA EX stipulatu, ex cautione supra dicta descendente.

PRimo: Ratio huius actionis habetur *l. si cuius. 13. §. denique consultus. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS hæc actio datur.

Habet stipulatio ista duas causas. vnam, si aliter quis vtatur, quam vir bonus arbitrabitur: aliam de vsufructu restituendo. *l. 1. §. habet autem. ff. vsufruct. quemadm. caueat.*

Prioris causæ species sunt.

Prima, Si non boni viri arbitratu sit vsus, quæ qualis sit, declaratur *d. l. 1. §. cauere.*

Secunda, Si non omnem curam & custodiam rei præstiterit, si cum posset vsucapionem non interpellauit. *d. l. 1. §. fin. cum l. seq.*

Tertia, Si dolo malo quid in ea re sit actum. *l. hac stipulatione. 5. in princ. ff. eod. tt.* Alias species, vide *sup. cap. 30. de iure vsufructuarij.* Huius autem prioris causæ exceptio prima videtur esse: Nisi stipulatio semel sit commissa. quæ tamen reprobatur

l. 1. §. habet autem. ibi, & sæpius committetur. ff. vsufr. quemadmodum caueat. Altera: Nisi non promissor, sed alius fecerit, reprobatur *l. hac stipulatione. 5. in prin. ff. d. tt.*

De posteriore causa, hoc est, de vsufructu restituendo.

Si ergo finitus sit vsusfructus, fructuarius eiusve hæres rẽ proprietario hac actione tenetur restituere. cuius regulę seu causæ exceptio prima, sumpta ex causa, ex qua sumitur vsusfructus, reprobatur *l. omnes. 3. in princ. ff. vsufr. quemadm. caueat.* Secunda; Nisi vsusfructus nondũ cœperit. reprobatur *d. l. 3. in prin.* Tertia exceptio est; Nisi vsusfructus sit repetitus legato. *d. l. 3. §. vsusfructus.* Plura de hac exceptione vide *sup. c. 27. causa 2. except. 4.* Quarta exceptio est; Nisi vsufructuario proprietas etiam sub conditione sit legata. *d. l. 3. §. sed etsi.* Quinta; Nisi hæres, qui vsumfructũ reddi stipulatus est, proprietatem alienauerit. *d. l. 3. §. si hæres.* Sexta; Nisi vsufructuarius proprietatẽ rei sit nactus. *l. si fructuarius. 4. ff. vsufruct. quemadm. caueat.* Septima; Nisi cautum non sit. *De hac re dicetur inf. inter Adfinia huius actionis remedia.* Octaua; Nisi fructuario sumptus, quos in rem fecit, nõ restituantur. approbatur *argumento l. eum. 7. C. de vsufruct. l. quamuis. 10. §. fin. ff. de damn infecto.* Nona; Nisi restituerit rem vsufructuarius, quæ quidem exceptio ipso iure subsistit, sed replicationem admittit hanc: Nisi deteriorem restituerit. quæ replicatio & ipsa iure subsistit, sed recipit duplicationem in vsufructu vestis, *l. si vsusfructus. 9. §. si vestis, ff. vsufruct. quemadm. caueat.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup c. 27. & c. 28.*

III. QVIBVS DATVR hæc actio?

De hærede & eo, cui hæres proprietatem alienauit, vide *paulo sup. except. 5.*

IV. QVANDO DETVR hæc actio?

Ex priore causa, si non boni viri arbitrio vtatur fructuarius, statim committitur stipulatio, ex posteriore causa non nisi finito vsufructu. *l. 1. §. vtilius. & §. habet. ff. vsufr. quemadm. caueat.*

V. OFFICIVM iudicis in hac actione habetur *l. si cuius. 13. §. cum igitur, ff. de vsufr. & quemadm.*

VI. ADFINIA HVIVS ACTIOnis remedia.

Huius loci regula prima, De actione legis Aquiliæ, & interdicto Quod vi aut clam, habetur *d. l. 13. §. de præteritis. l. sed etsi quid. 15. §. & generaliter. ff. eod. tt.* Secũda regula: Si absente fructuario hæres quasi negocium eius gerens insulam reficiat, negociorum gestorum habet actionem. *l. si absente. 48. in princ. ff de vsufructu & quemadm.* Tertia: Si cautum non sit, proprietario condictio cõpetit, vt ei caueatur. *l. hoc SC. 5. §. si pecuniæ. ff. de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur. l. omnes. 3. §. finali. ff. vsufruct. quemadmodum caueat. l. si vsusfructus. 7. in princ. ibi: sed & ipsa stipulatio. ff. d. tt. item l. si cuius. 13. in princ. ff. de vsufructu & quemadmodum M. I. R. d. cap. 17. reg. 30.* Plane per replicationem quoq; hoc casu stipulatio obtineri potest. *quod remedium approbatur d. l. 7. in princ.* Quarta regula: Si cautum non sit, res finito vsufructu condici non potest. *l. si vasorum. 12. §. fin. ff. vsufruct. quemadm. caueat.* Huius exceptio est: Nisi eius rei vsusfructus sit, quæ vsu consumitur. *l. hoc SC. 5. §. si pecuniæ. ff. de vsufructu earum rerum. l. partis. 10. ff. de præscriptis verbis.* Quinta regula; Si cautum non sit, in rem actio est ad rem restituendam. approbatur *l. si vas. 12. §. si igitur. ff. vsufruct. quemadmodum caueat. l. omnes. 3. §. fin. item l. vsusfructus. 7. in princ. ff. d. tt.* Sexta huius loci regula, de seruũ corrupti & iniuriarum actione, habetur *l. cum vsufructuario. 66. ff. de vsufructu & quemadmodum.*

DE ACTIONE IN REM negatoria.

I. CAVSA EX QVA DATVR hæc actio.

Si quis alteri ius vtendi fruendi esse neget. *l. vti frui. 5. in prin. ibi, quanquam. ff. si vsusfruct. petat. Instit. de actionib. §. æque si agat. ibi, contra.*

II. QVIBVS COMPETIT hæc actio.

Ei qui proprietatem non habet, non competit. *d. l. 5. §. quod si forte.* Etiam possessori datur. *d. l. 5. §. sicut fructuario. ff. d. tt.*

III. QVID VENIAT?

Etiam fructus in hanc actionem veniunt. approbatur simul & distinguitur *d. §. sicut fructuario. Concordat l. si pater. 5. in fine. C. de vsufructu.* Reliqua huius actionis negatoriæ iura vide *inf. lib. prox. cap. 4. in fin.*

DE VSV, HABITATIONNE, ET operis seruorum.

CAP. XXXIII.

SPecies vsusfructus cognatæ sunt: vsus, habitatio, & operæ seruorum, ideoque subiungendæ.

I. PROPRIA VSVS ET iura vsuarij.

I. Regula: Vsui fructus deest. *l. per seruum. 14. §. vsusfructus. & §. vsu legato. ff. de vsu & habit. l. 1. cum l. seq. ff. d. tt.* Exceptio prima est; Nisi eidem fructus quoque constituatur. *d. §. vsu legato.* Secunda; Nisi pecuniæ vsus sit constitutus. *l. quoniam. 10. §. 1. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur.*

II. Regula: Apud alium vsus, apud alium fructus esse potest. *l. per seruum. 14. §. finali. ff. de vsu & habitat.*

III. Regula: Minus est in vsu, quam in vsufructu. *Instit. de vsu & habitat. §. minus. & l. si habitatio. 10. §. si vsus fundi. ff. eod. tt.* Huius regulæ exempla sequuntur.

De vsu fundi.

IV. Regula: Circa fructus habetur *Inst. d. §. minus. & l. plenum. 12. §. Sabinus & Cassius. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi cum conuiuis & hospitibus iis vtatur. quæ tamen reprobatur *d. l. 12. §. Iuuentius.* Secunda; Nisi non in villa tantum, sed in oppido etiam iis vti velit. quæ exceptio in quibusdam approbatur, in quibusdam reprobatur, *d. l. 12. §. sed vtetur.* Tertia; Nisi fructus eo modo consumuntur, reprobatur *l. fundi. 15. in prin. ff. d. tt.*

V. Regula, Circa instrumenta fundi, habetur *l. si ita. 16. in prin. ff. d. tt.*

VI. Regula, Circa cella vinaria & olearia, habetur *l. si habitatio. 10. §. fin. ff. de vsu & habit.*

VII. Re-

VII. Regula, Circa habitationem, habetur *d. l.20. §. sed quid in ea causa.* Ex qua triplex ius circa habitationem constat. primum, quod vsuarius in fundo habitare possit: secũdum, quod dominus in fundo habitare non possit: tertium, quod nec familia domini in eo possit habitare. Tertij iuris exceptio est: Nisi familia agri colendi causa in fundo sit. *quæ & ipsa exceptio ex d. §. sed quia, patet.* Secundi iuris exceptio prima est; Nisi dominus agri colendi causa in fundo versetur. *l. fundi. 15. §. sicut. ff. d. tt.* Secunda; Nisi dominus fructuum percipiendorum & colligendorum causa in fundo versetur. *l. plenum. 12. in prin ff. eod. tt.*

VIII. Regula, Vsuarius ius deambulandi quoque & gestandi haber. *l. plenum. 12. §. præter. ff. d. tt.*

IX. Regula, Vsuarius domino fundi molestus esse non debet, nec iis per quos opera rustica fiunt impedimento. *l. in eoq; 11. ff. d. tt. Concordat iisdem verbis Inst. d. tt. §. minus ibi: in eoq; fundo.*

X. Regula, Plenum vsum habere debet, si & villæ & prætorij ei relictus est. *l. plenum. 12. in prin. ff. d. tt.*

De vsu domus.

XI. Regula, Circa habitationem, habetur *Instit. de vsu & habitatione. §. item is qui. Concordat l. 2. §. domum. cum ll. seqq. ff. d tt.* Ex quibus constat, posse eum, cui domus vsus debetur, non solum ipsum in ea habitare: sed & cum eo vxorẽ, familiam, libertos & liberos homines, quibus loco seruorũ vtitur, Item posse eum recipere hospitẽ & inquilinum. Cuius tamen iuris exceptio est; Nisi ipse cui vsus domus debetur, nõ inhabitet. tunc enim nec hospitem, nec inquilinum poterit recipere. *quæ exceptio cum ex prædictis constat, tum approbatur etiam l. sed neq; 8. in pr. ff. d. tt.* De qua re inf. dicentur plura. Sed & socer cum nuru habitabit. *l. imo. 5. ff. eod. tt.* Hactenus, si viro vsus domus relictus sit, cũ quibus ea habitare possit, dictum est: nunc si mulieri, cum quibus ea habitare possit, videndum. Sciendum itaq;, eam cum marito posse habitare. *Inst. d. §. item is qui. in fin. & l. cæterum. 4. §. mulier. ff. d. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi cum viduæ vsus relictus esset, ea post vsum constitutum nuptias contraxerit. quæ tamen reprobatur *d. l. 4. §. quid ergo.* Secunda; Nisi mulieri ita vsus ædium sit relictus, si à viro diuertisset. reprobatur *l. sed neq; 8. §. sed si vsus. ff. d. tt.* potest insuper mulier habitare cum socero suo. *l. cæterum. 4. §. fin. ff. d. tt.* Denique, cum quibus præterea mulier habitare possit, declaratur *l. non solum. 6. ff. d. tt.* Plane non aliter hospitem recipere potest, quam si is sit, qui honeste cum ea habitaturus sit. *l. non aliter. 7. ff. eod. tt.*

XII. Regula, De patre & domino vsuarij, habetur *l. filius familias. 17. ff. d. tt.*

XIII. Regula, Vsu domus relicto, proprietarius ea vti non potest. *l. diuus Hadrian 22. §. licet. ff. d. tt.*

XIV. Regula, De refectione domus habetur *l. si domus, 18. ff. d. tt.*

XV. Regula, De vsu syluæ, *d. l. 22. in prin. ff. de vsu & habitatione. M. I. R. lib. 3. c. 17. reg. 33.*

De vsu serui.

XVI. Regula, De opera & ministerio serui ad alium non transferendo, habetur *Inst. de vsu & habitatione. §. item is ad quem. Concordat l. plenum. 12. §. operas autem, ff. d. tt.* Cuius exceptio prima est; Nisi simul cum alio vtatur. *d. l. 12. §. si vsus.* Secunda; Nisi filiofamil. vel seruo vsus serui sit relictus. reprobatur *d. l. 12. §. quanquam.* Tertia: Nisi vsuarius seruo in opere ab alio conducto vtatur. *d. l. 12. §. idem tamen.*

XVII. Regula, An & quatenus vsuario per seruum adquiratur, declarat *l. per seruum. 14. in pr. l. si ita. 16. §. fin. item l. seruus. 20. ff. d. tt.*

XVIII. Regula, De donatione seruo ab vsuario facta, habetur *d. l. 16. §. fin.*

XIX. Regula, Ipsi seruo ancillæve pro operis mercede imponi potest. *l. sed & 13. ff. d. tt.*

XX. Regula, De vsu iumenti, pecorum & ouium, habetur *l. plenum. 12. §. sed & si pecoris, ff. de vsu & habit. item Instit. d. tt. §. sed etsi pecorum.*

XXI. Regula, De vsu armenti boum, proponitur *d §. sed si pecoris.*

XXII. Regula, De vsu equitij. *d. l. 12. §. equitij.*

XXIII. Regula, Cui vsus iumenti relictus est, ius suum ad alium transferre non potest. *Inst. d. tt. §. item is ad quem.*

XXIV. Regula, De vsu pecuniæ & aliarum rerum, quæ vsu consumuntur, habetur *l. hoc S. C. 5. §. fin. ff. de vsufr. earum rerum quæ vsu consumuntur. & l. quoniam. 10. §. 1. ff. d. tt.*

XXV. Regula, Vsuarius aliter quam debet, vti non potest. *l. penult. §. fin. ff. de vsu & habit.* item vt bonus paterfamilias vti debet. *l. fundi. 15. §. fin. ff. eod. tt.*

XXVI. Regula, Et vsuarius perinde ac fructuarius cauere tenetur. *de qua re vide sup. cap. 31. membr. 1. except. 1.*

XXVII. Regula, Vsuarius ius suum alteri concedere, locare vel vendere non potest. *l. in eoq; 11. in fin. ff. de vsu & habit. Concordat iisdem verbis Inst. eod. tt. §. minus ibi, nec vlli alij. M. I. R. d. c. 17. reg. 35.* Exempla vide *sup. de vsu ædium, serui, &c.*

XXVIII. Regula. Rerum vsu legato, vxor cum viro in promiscuo vsu eas res habere potest. *l. cæterum. 9. ff. d. tt.*

XXIX. Regula, De reficiendo, habetur *l. si domus. 18. ff. eod. tt.*

XXX. Regula, Speciem rei vsuariæ cõmutare proprietarius nequit, & causam vsuarij deteriorem facere non debet. *l. vlt. ff. de vsu & habit.*

XXXI. Regula, Proprietarius in fundo, cuius vsus legatus est, nihil facere debet, quo minus vsuarius eo vti possit. *l. fundi. 15. §. fin. ff. d. tt.*

XXXII. Regula, Proprietarius etiam inuito vsuario fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire poterit. *l. si ita. 16. & dominus, ff. d. tt.*

XXXIII. Regula, Quæ de actione proprietarij aduersus vsufructuarium dicta sunt sup. eadem etiam intelligenda sunt de actione proprietarij aduersus vsuarium. *l. si cuius. 13. §. denique consultus, in fin. ff. de vsufructu & quemadmodum. Concordat l. hoc S. C. 5. §. finali. ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur.* Hactenus propria vsus & vsuarij iura exposita.

II. CAVSÆ EX QVIBVS VSVS constituitur & adquiritur.

I. Regula, Iisdem modis vsus cõstituitur, quibus vsus fructus. *l. omnium. 3. §. fin. ff. de vsufructu & quemadmodum. Concordat Inst. de vsu & habit. in princ. item l. 1. ff. d. tt.*

II. Regula; Si vsufructu legato, fructus adimatur

matur, vsus constitutus videtur, si de fructu sine vsu sensit testator. *l. per seruum. 14. §. & si forte. ff. de vsu & habitatione.*

III. Regula: Si χρῆσις sit relicta, vsus, non etiã fructus debetur. *l. si habitatio. §. sed si χρῆσις ff. eod. tit.*

Exceptiones aduersus propositas causas.

I. Exceptio: Nisi pars vsus sit legata. *l. vsus. 19. ff. de vsu & habitatione.*

II. Exceptio: Nisi filiofamilias vel seruo vsus sit relictus. reprobatur *l. filiofamilias. 17. ff. d. tt.*

III. QVIBVS VSVS ADquiratur?

Patri & domino eius, cui vsus est constitutus. *d. l. 7.* Hæredi vsuarij non competit. approbatur exemplo *l. vsus aquæ. 21. ff. de vsu & habit.*

IV. CAVSÆ SEV MODI, quibus vsus amittitur.

Iisdem modis vsus finitur, quib. vsus fructus. *l. omnium. 3. § fin. ff. de vsufruct. & quemad. de qua re vide sup. q. 2. in princ.*

V. DE HABITATIONE.

I. GENVS habitationis definitur *Instit. de vsu & habitatione. §. sed si cui. l. cum antiquitas. 13. C. de vsufructu.* Qua mutata est *l. si quis vnas. 32. §. fin. ff. de vsufructu & quemad. item l. si habitatio. 10. in prin. ff. de vsu & habit.*

II. CAVSA EX QVA competit.

Si domus vsusfructus habitandi causa relictus est, sola habitatio, non etiam vsusfructus relictus censetur. *l. si habitatio, 10. §. sed et si. ff. de vsu & habit.*

III. QVANDO competat? definitur *l. habitationis. 11. ff. de vsufructu legato.* Plura de hac re vide *inf. lib. 13. c. 7. reg. 2.*

IV. QVANDIV competit habitatio? definitur *d. l. 10. §. vtrum autem. ff. de vsu & habitatione.*

V. QVID COMPETAT, SEV DE iure eius cui habitatio est relicta?

Eam locare potest. *Instit. de vsu & habitatione. §. sed et si. in fin l. cum antiquitas. 11. C. de vsufruct.* Donare eam non potest, sed eas personas recipiet, quas & vsuarius. *l. si habitatio. 10. §. 1. ff. de vsu & habitatione.* Cauere tenetur. *l. hac stipulatione. 5. ibi, sed & si habitatio ff. vsufruct. quemad. caueat.* Item tenetur viam ad hortum per domum præstare proprietario. *l. vlt. in princ. ff. de seruit. vrban. præd.*

VI. CAVSA EX QVA amittitur.

Habitatio morte finitur. *l. habitatio. 11. C. de vsufruct. & l. si habitatio 10. §. 1 ff. de vsu & habit.*

VII. SIMILE est vsus & vsus fructus domus vel ædium. *de quo vide supra suis locis.*

VI. DE OPERIS SERuorum.

I. GENVS operarum definitur *l. operis. 5. ff. de operis seruorum.*

II. PROPRIA.

Primum habetur *l. 1. ff. de operis seruorum.* Alia propria vide *in sequentibus.*

III. IVRA eius cui operæ debentur, habentur *l. 2. ff. de vsufruct. legato.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS operæ debentur.

Quemadmodum vsum, ita quoq; operas tam testamento quam pactionibus & stipulationibus constitui posse, dubium non est. verum huius regulæ exceptio hæc esse videtur: Nisi liberi hominis operæ sint constitutæ. quæ tamen reprobatur *l. hominis quoq; 3. ff. de vsufructu legato.*

V. CAVSÆ EX QVIBVS amittuntur.

1. Morte legatarij non amittuntur. *l. 2. §. fin. ff. de vsufructu legato.*

2. Capitis diminutione, vel non vtendo non amittuntur *d l. 2. in prin. Concordat l. 2. ff. de oper. seru.*

3. Seruo vsucapto, operarum legatum perit. *l. 2. §. fin. ff. de vsufructu legato.*

VI. DE ACTIONE operarum.

1. Causa ex qua competit.

Si dominus serui prohibeat capi operas. *l. 2. ff. de vsufructu legato.*

2. Exceptiones aduersus hanc actionem.

Prima exceptio est: Nisi seruus debilis fuerit, vel æger, vel talis cuius nulla opera esse potuit. *l. cum de operis. 9. §. si minor. ff. de oper. seruor. l. operæ. 7. in fin. ff. de vsufr. legato.* Alias exceptiones vide *paulo supra inter causas, ex quibus amittuntur.*

3. Quid veniat in hanc actionem, definitur *d. l. 6. in prin.* Item petitione operarum sumptus deducendi. *l. fructus. 4. ff. de operis seruorum. l. cum de operis. 6. in fin. ff. eod. tt.* Plane voluptatis vel affectionis æstimatio nõ habetur, veluti si dilexerit eum dominus, aut in deliciis habuerit. *d. l. 6. §. fin.*

4. Quando competat, & dies cedat, definitur *l. operæ. 7. ff. de vsufruct. legat.*

FINIS LIBRI SEPTIMI.

DE SERVITVTIBVS PRÆDIORVM, CVM RELIQVO IVRE RERVM, eiusque actionibus.

LIBER OCTAVVS.

DE SERVITVTIBVS prædiorum in genere.

CAP. I.

I. DIVISIO SERVITVTVM.

SERVITVTVM genera duo sunt. nam aut personarum sunt, aut rerum. *l.1. ff. de seruitutibus.* De illis sup. lib. prox. dictum est: de his nunc hoc libro dicetur.

II. RATIO nominis, quare seruitutes prædiorum dicantur, proponitur *Instit. de seruitut. §. ideo autem.* Concordat *iisdem verbis l.1. §. ideo autem. ff. communia præd.*

III. PROPRIA SERVITVTVM prædiorum.

I. Regula est, quod sine prædiis huiusmodi seruitutes constitui non possunt. *d. §. ideo autem.* de quare plura dicentur *inf. c. prox. except. 7.*

II. Regula: Seruitutes incorporales sunt: & ideo nec possideri, nec vsu capi possunt. *l. seruitutes. 14. in prin. ff. de seruitutib. Inst. de rebus corpor. §. fin. item l. si ædes. 31. §. fin. ff. de seruit. vrban. præd.* Plane intelligitur possessionem seruitutum habere, qui ipsa prædia possidet, *vt ex d. l. 31. §. fin. constat.* Vsusque eius iuris, & patientia pro traditione habetur. *de quo inf cap. 4. q. 7. reg. 4.* Sed & plura vide *infr. c. prox. causa 5.*

III. Regula: Seruitus non in eo consistit, vt aduersarius aliquid faciat, sed vt patiatur, aut non faciat. *l. quoties. 15. §. fin. ff. de seruit. l. & si forte. 6. §. & Gallus. ff. si seruitus vindicetur. item l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi oneris ferendi seruitus sit. hæc enim in eo consistit, vt aduersarius parietem reficiat. & columnam restituat. *de qua re vide inf. c. 5. de seruitute oneris ferendi, in princ.*

IV. Regula: Is cui seruitus debetur, refectionis gratia potest accedere ad ea loca, quæ non seruiunt. *l. refectionis. 11. in prin. ff. commun. præd.*

V. Regula: Seruitus naturaliter opere non manufacto lædere potest fundum seruientem. *l. si mihi. 20. §. seruitus. ff. de seruit. rustic. præd.*

VI. Regula: Dominus locum seruitutum religiosum facere non potest. *l. refectionis. 12. in prin. ff. commun. præd.*

VII. Regula: Loci seruientis corpus non est dominij eius cui seruitus debetur, sed ius eundi habet. *l. loci. 4. in prin. ff. si seruitus vindicetur. l. qui duo. 30. ff. de seruit. rustic. præd.*

VIII. Regula: Seruitus diuisionem non recipit, & pro parte nec adquiri nec amitti potest. *l. viæ. 17. ff. de seruitut. l. pluribus. 140. §. fin. ff de verb. oblig. l. 2. in prin. ff. d. tt. l. vt pomum. 7. in fine. ff. de seruit. l. pro parte. 11. ff d. tt. item l. si quis 6. §. si quis partem. ff. communia præd. M. I. R. lib. 5. cap. 3, reg. 5. except. 35.* Ratione propositæ regulæ nec socius quidem communi prædio seruitutem adquirere potest, nec imponere, *de quo inf. c. prox. exc. 20.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vsusfructus sit. hic enim quamuis sit seruitus, *vt supra dictũ est:* tamen diuisionem recipit, & pro parte cõstitui & amitti potest, *vt sup. lib. prox. c. 26. exc. 11. est dictũ.* Secunda exceptio est: Nisi prædium seruiens, vel cui seruitus debetur, pro parte alterius esse cœperit. *l. vt pomũ. 7. §. fin. ff. de seruit. Concordãt ea quæ habentur infr. cap. 3. caus. 4. distinct. vlt.* Tertia exceptio est: Nisi pro indiuiso seruitutem duo ad prædium commune stipulentur, vel adquirãt: vel seruus communis seruitutẽ stipuletur. *l. 2 ff. de seruitute legata.* Quarta exceptio est quoad vsum seruitutis, qui diuidi potest, *per ea quæ habentur inf. lib. 20. c. 11. q. 5. reg. 11.* Sed & plures propositæ regulæ exceptiones licet colligere ex iis quæ infra proponuntur.

DE CAVSIS SEV MODIS constituendæ & adquirendæ seruitutis, cum suis exceptionibus.

CAP. II.

HActenus proprietates seruitutum expositæ sunt: ex quib. quid seruitus sit, potest intelligi. sequũtur nunc causæ seu modi tam constituendæ & adquirendæ, quam amittendæ seruitutis, cum suis exceptionibus: & primum causæ constituendæ & adquirendæ seruitutis. Primæ autem causæ loco notanda est regula, Quod seruitutes reales iisdem modis constituantur, quibus personales, vt vsusfructus, vsus, constitui solent. *l. via. 5. in prin. ff. de seruit.* Huius regulæ exempla sunt causæ sequentes.

II. Causa, De pactionibus & stipulationibus, habetur *Instit. de seruitutibus. §. si quis velit.*

III. Causæ: Potest etiam in testamento seruitus constitui. *Instit. d. tt. §. fin. l. potest etiam. 16. ff. communia præd. l. si testamento. 30. ff. de seruit. vrban. præd. item l. Proculus. 23. in princ. ff. vsufruct. & quemadmodum.*

IV. Causa: In traditione quoque prædij seruitus excipi potest vel constitui. *de qua re dicetur infr. except. 6.*

V. Causa: Longo quoq; vsu seruitus adquiri potest. *l. 1. §. fin. ff de aqua pluuia arcenda. M. I. R. lib. 3. c. 18. reg. 3.* Quanto autem tempore adquiratur, vide infra *vltimam exceptionem causæ propositæ. Concordat l seruitutes. 19. in prin. ff. de seruit. vrbanor. præd. l. 1. C de seruitut. l. 2 & l. si manifeste. 7. C. eod. tt. item l. 2. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Propositæ regulæ prima exceptio est: Nisi seruitus continuam atq; perpetuam causam nõ habeat. *l. seruitutes. 14. in pr. ff. de seruit. l. sequitur. 4. § finali. ff. de vsucap. l. si aliena. 10. §. 1. ff. eod. tt. item l. foramen. 27. ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum. M. I. R. d. reg. 3. except. 1.* Huius replicatio prima est: Nisi seruitus naturalem causam habeat. *d l. 27.* Secunda replicatio est: Nisi tãto tempore vsus sit, cuius nõ extat memoria. approbatur exemplo *l. hoc iure. 3. § ductus. ff. de aqua quotidiana. M. I. R. d. except. 1 repl. 5.* Plura de hac replicat. vide *in glossa l. 2. in verbo Quæsiisti. C. de seruitutib. item in glossa l. seruitutes. 14. in verbo Certam. ff. de seruitut. & in glossa l. 1. §. fin. in verbo. Quamdiu. ff. de aqua pluuia arcenda.* Sane propositæ exceptioni similis est exceptio ea, de qua dictũ *sup. lib. prox. cap. 12. exc. 42.* Secunda propositæ causæ exceptio: Nisi nulla causa vel titulus seruitutis subsit. reprobatur *l. si quis. 10. in prin. ff. si seruitus vindicetur. l. vlt. ff. de aqua pluuia arcenda. vbi Scæuola respondit: solere eos qui iuri dicendo præsunt, tueri aquæductus quibus auctoritatem vetustas daret, tametsi ius non probaretur. item l. hoc iure. 3. §. ductus. ff de aqua quotidiana.* Tertia exceptio est: Nisi vi, clam vel precario vsus sit. *l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. l. 1. in fin. C. de seruitut. M. I. R. d. reg. 3. except. 2.* Quid autem sit vi vel clam vti aut facere, declaratur *l. quo tutela. 73 §. vi factum ff de reg. iuris.* Plura de hoc vide *sup. lib. prox. cap. 14.* Precario vt quid sit, declaratur *l. 1. in pr. & §. fin. cũ l. seq. ff. de precario.* Ad exceptionem igitur propositam pertinet, si quis inuito vicino seruitute vsus sit. *l. inuitum. 4. ff. de seruit. vrb. præd.* Quarta exceptio est: Nisi non tanquam suo iure sit vsus. *l. vltim. ff. quemadm. seruitut. amit.* Quinta: Nisi non per legitimum tempus sit vsus. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: verum quod sit legitimum tempus, quo seruitus adquiri possit, dubitatur. Communior tamen opinio Doctorum definit illud inter præsentes quidem decem annis, inter absentes autem viginti annis, *argumento l 2. in princip. C. de seruitut. De qua re vide gloss. in d. l. 2. in verbo Quæsiisti. item gloss. in l. seruitutes. 14. in verbo Certam ff. de seruit. item in l. 3. §. fin. in verbo Quamdiu. ff. de aqua pluuia arcenda. M. I. R. d. regul. 3. exception. 3.* Plane si seruitus continuam causam non habet, tunc tantum tempus requiritur, cuius non extat memoria. *de quo dictum sup. exception. 1. replicat. 2.* Hæc de quinta adquirendæ seruitutis causa.

VI. Causa: Natura quoq; locus inferior superiori seruitutem debet. *l. 2. in pr. ff. de aqua pluuia arcenda. l. 1. §. fin. ff. eod. tt.* Plane si quis opere manufacto aquam ex superiore loco in inferiorem deriuare velit, non licet, nisi de eo specialiter conuenerit. *quod constat argumento l. qui duo. 29. ff. de seruitut. rustic. præd.*

VII. Causa adquirendæ, imponendæ vel excipiendæ seruitutis est, si ad prædium hæreditarium aditus nisi per prædium legatum nullus est. tunc enim hæres per exceptionem seruitutẽ sibi retinere potest. *quæ causa approbatur l testatrix. 20. in pr. ff. si seruitus vind. Concordat l. vlt. in pr. ff. de seruit. vrban. præd.* Hactenus causæ constituendæ & adquirendæ seruitutis sunt propositæ: sequuntur nunc propositarum causarũ exceptiones ex variis circumstantiis constituendæ seruitutis desumptæ, & primum eæ, quæ desumptæ sunt ex specie & qualitate seruitutis constitutæ.

I. Exceptio: Nisi certa seruitutis species expressa non sit. *l. in tradendis. 7. in pr. ff. commun. præd. Concordat l. quidquid. 10, ff. d. tt.* Plane propositæ exceptioni contradicit in casu *l. si quis duas. 6. §. si in venditione. ff. d. tt.*

II. Exceptio: Nisi conuenit vt aliquid faciat. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. quæst. 3. regul. 3.*

III. Exceptio: Nisi id quod seruitutis nomine constitutum sit, ad alium quam ad vicini prædij vsum respiciat. approbatur exemplo *l. vt pomũ. 7. in prin. ff. de seruit. Concordat l. ergo. 5. in fin. cum l. sequente. ff. de seruitut. rustic. prædior. item l. si mihi. 20. §. fin. ff. eod tt.*

IV. Exceptio: Nisi id seruitutis nomine constitutum sit, quod nec homini nec prædio prodest. *l. quoties. 15 in prin. ff. de seruit. l. pen. ff. de pactis. item l. sicuti. 8. § fin. ff. si seruitus vindicetur.* Huius replicatio est: Nisi vel in ipsa rei traditione imponatur, vel vtilis esse speretur. *l. ei fundo. 19. ff. de seruit.*

V. Exceptio: Nisi id quod seruitutis nomine constitutum est, etiam ipso iure liceat. *l. sicuti. 8. §. fin. ff. si seruitus vindicetur.* Huius replicatio est: Nisi id quod in suo facit, vicinum lædat. tunc enim quia non licet ad læsionem alterius in suo facere, talis seruitus imponi potest, in suo sibi facere licere. *d. § fin. & § Aristo.* Hæc de primi generis exceptionibus, desumptis ex specie & qualitate seruitutis constitutæ, sint dicta: sed & plures huius generis videre licet infra *inter species seruitutum rusticorum prædiorum.* Secundi generis exceptiones sumuntur ex re, cui seruitus vel imponitur, vel adquiritur, cuius species sequuntur.

VI. Exceptio: Nisi res cui seruitus imponitur, eius sit cui seruitus adquiritur *l. quidquid. 10. ibi, nullam enim ff. commun. præd. l. cum essent. 33. §. fin. ff. de seruit. rust. præd. & l. in re communi. 25. in pr. & l. vltim. in prin. ff de seruit. vrban. præd.* Huius replicatio prima est: Nisi duorum prædiorum dominus alterum tradendo, alteri prædio seruitutẽ vel imposuerit vel exceperit. *l. duorum. 3. ff. commun. præd. l. si quis. 6. in princ. ff. d. tt. l. & qui. 33 ff. de seruit. vrban. præd. item l. Proculus 19. in prin. ff. de vsufr. & quemad.* Cuius duplicatio prima est: Nisi partem prædij tradendo, alteri parti seruitutem vel imposuerit, vel exceperit. *l si quis. 6 §. si quis. ff. cõmun. præd.* Huius triplicatio prima est: Nisi prædiũ regionibus sit diuisum. *d. §. si quis.* Secunda triplicatio est: Nisi cum duobus duo prædia essent communia, alter alteri partem suã tradiderit: vel alterum tradendo pacti sint, vt id ei q; retinent seruiat, vel contra. *l. cum essent. 33. in pr. ff. de seruit. rust. præd. l. si quis. 6. §. item si duo ff. commun. præd.* Secunda duplicatio est: Nisi dominus vtrunq; prædiũ tradiderit. tunc enim nec imponere, nec excipere alteri seruitutẽ potest. *d. l. 6. §. 1.* Huius triplicatio est: Nisi separatim tradiderit. tũc enim ei quod prius tradit, seruitutẽ imponere potest, aut excipere. *l. si cum duas. 8. ff. commun. præd.* Tertia propositæ replicationis duplicatio est: Nisi seruitutis species non sit expressa. *de qua re dictum est sup. except. 1.* Quarta: Nisi vnum tantum prædium habens, id tradidit. ei enim seruitutem realẽ imponere non potest, personalem potest. *l. si quis vnas. 32. ff. de vsufr. & quemadm.* Quinta: Nisi commune prædium tradendo, proprio prædio seruitutẽ excipiat: vel contra. *l. si quis 6. §. fin. ff. cõmun. præd.* Ratio est: quia communi prædio alter sociorum seruitutem nec imponere nec adquirere potest, *vt infra dicetur.* Huius du-

plicationis triplicatio est: Nisi socio commune prædium tradat. tunc enim proprio seruitutem potest imponere. *l.fundus. 32. ff. de seruit. rustic. præd.* De prima igitur replicatione propositæ exceptionis hactenus sit dictum. Secunda replicatio est: Nisi res cui seruitus imponitur, ei cui seruitus adquiritur, cum allo sit communis. *l.si commun.27.in fin.ff.de seruit.rustic.præd.* Huius duplicatio est: Nisi tempore quo seruitus constituitur, sit communis ei cui seruitus adquiritur: quia tunc seruitus non debetur, *vt paulo sup.dupl.5.* Sed tunc demum debetur, cum post constitutam seruitutem fit communis. *de qua re dicetur infrà inter causas amittendæ seruitutis, de confusione.*

VII. Exceptio: Nisi alieno prædio quis seruitutem imponat, vel adquirat. *l.si quis.6.§.1.ff.communia prædior. l.proprium.5.item l.si cũ duas.8.ibi, quia alienis.ff d.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi in ipsa rei venditione ac traditione imposuerit vel adquisierit. *De hac replicatione dictum est supra exceptione prox.replic.1.* Secunda: Nisi communi prædio imposuerit vel adquisierit. reprobatur: *de qua re dicetur infra except.19.& 20.* Tertia: Nisi commune prædium vendens, sibi & socio seruitutem sit stipulatus. reprobatur *l.proprium.5.ff.cõmun. præd.* Alias propositæ exceptionis replicationes vide *infrà except.16.item except.21.*

VIII. Exceptio: Nisi loco publico seruitus imponatur. *l.2.ff.d. tt.* Ex qua constat, seruitutem quidem in loco publico non esse, sed aliud ius quoddam innominatum. *Concordat l.venditor.13.in prin.ff.d. tt.* Plura de hac exceptione vide *in iure fluminum publicorum.*

IX. Exceptio: Nisi loco sacro aut religioso seruitus sit imposita. *l.caueri. 4.ff.commun.præd.*

X. Exceptio: Nisi prædio, in quo alius vsumfructum habet, seruitus imposita sit. *l.sed etsi quid. 15.§.sed nec seruitutem. ff. de vsufructu & quemadmodum.* de qua exceptione cum sua replicatione vide *sup.lib.prox.c.30.reg.18.*

XI. Exceptio: Nisi & alij in eodem prædio seruitus debeatur. reprobatur *l.qui per.15. ff.commun.præd.l.Lucio.4.ff.de aqua quot.& æstiua. item l.2.§.fi.ff.de seruit.rustic.præd.* Plane admittitur in casu, qui proponitur *l.per quem.14.ff.d.tt.*

XII. Exceptio: Nisi ædificio nondum facto seruitus imponatur vel adquiratur. reprobatur *l.si seruitus.22.§.fin.ff.de seruit.vrban. præd. l.Labeo ait. 10.ibi, nam si liceat.ff.de seruit.rust.præd. item l. qui ædificium.21.ff.de seruit.vrban.præd.*

XIII. Exceptio: Nisi in prouinciali prædio seruitus sit constituta. reprobatur *l.& in 3.C. de seruitutibus.*

XIV. Exceptio: Nisi prædiis à se inuicem remotissimis seruitus sit imposita. *l.si ædes. 37. cum leg.sequente.ff.de seruit.vrb.præd.* Plura de hac except. vide *infr.except.30.*

XV. Exceptio: Nisi parti fundi seruitus sit adquisita vel imposita. reprobatur *l.ad certam.6.ff.de seruitutib.* Hactenus secundi generis exceptiones propositæ sunt: sequuntur nunc tertij generis, desumptæ ex persona eius qui seruitutẽ imponit.

XVI. Exceptio: Nisi non dominus prædio seruitutem imponat, vel is qui prædium non habet. Hæc exceptio cum aliquot replicationibus proposita est *supra except.7.* Sed & alias recipit replicationes, quarum prima est: Nisi seruitus ei debeatur. tunc enim videtur, quod possit eam seruitutem alij concedere in prædio alieno. sed reprobatur sub conditione *l.cum essent.33.§.fin. ff. de seruit.rustic.præd.* Ex qua patet, quod si inter dominum prædij, & eum cui seruitus constituta est, conuenit vt eam seruitutem etiam alij concedere possit, valere pactum, neq; exceptioni propositæ locum relinqui. Secunda replicatio est: Nisi maritus prædio dotali seruitutem imposuerit. sed reprobatur *l.Iulianus.5. ff. de fundo dotali.* Tertia: Nisi hæres rei legatæ seruitutem imposuerit. reprobatur *l.si cui.11.§.fin.ff.quemadm. seruitut. amitt.* Quarta: Nisi promittat saltem, non cedat. tunc enim quamuis seruitus nulla sit, tamen stipulatio valet, propter id quod interest. *l. fundum.46. §.si per alienum.ff.de euictionibus. Concordat l. hæredes. 25.§.an ea ibi, nec dubium.ff familiæ erciscundæ.* Quinta: Nisi futuro ædificio imponatur, nondum facto *de hoc supra except.one 12.est dictum.* Sexta: Nisi superficiarius seruitutem imponat. *l.1.§ fin. ff. de superficiebus.*

XVII. Exceptio: Nisi is à quo dominium potest recedere, seruitutem prædio imposuerit. reprobatur *l.plerunq;.205.ff.de regulis iuris.* Plane admittitur in hærede, qui rei legatæ seruitutem imponit: & in marito, *vt sup.except. prox. est dictum.*

XVIII. Exceptio; Nisi nudæ proprietatis dominus seruitutem prædio imposuerit. *De hac exceptione vide sup.lib.prox.c.30.reg 18.*

XIX. Exceptio: Nisi vnus ex sociis prædio communi seruitutem imposuerit. *l.2.ff. de seruitutib.l.vnus.24. in prin.ff. de seruit. rustic. præd. item l. vltima. §. idem iuris est.ibi, & ideo.ff. commun.præd.* Ratio est: quia seruitus cum diuisionem non recipiat, pro parte constitui non potest, *vt ostensum est sup.cap.prox.in fin.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi & alter socius postea idem fecerit. *d.l.vlt.in prin.ff. comm.præd.l per fundum. 11.ff.de seruitut.rustic.præd.l.si quis. 6.§.item si duo.ibi, sed etsi separatim.ff. comm.præd.* Cuius duplicatio prima est: Nisi postquam is, qui seruitutem imposuit, decesserit, vel partem suam alienauerit, alter socius seruitutẽ cedat *d.l.vlt.§.& ideo.* Secunda: Nisi postremus, antequam cedat, mortuus fuerit, vel suã partem alienauit. *d.l.vlt.§.ergo & ex diuerso.* Tertia: Nisi cum prior cesserit, posterior legauit seruitutem. Quarta: Nisi cum omnes legassent seruitutem, diuersis temporib. eorum hæreditas adeatur. Hæ duæ duplicationes approbantur *d.l. vltim.§.fin.* Hæc de prima replicatione. Secundæ replicationis loco notandum: Quamuis vnus ex sociis inutiliter prædio communi seruitutem imponat: tamen ei qui cessit, exceptionem propositam non competere. *l.per fundum. 11. ff. de seruitut. rustic.præd.* Hæc de tertij generis exceptionibus sint dicta: sequũtur nunc quarti generis, desumptæ ex persona eius cui seruitus est constituta.

XX. Exceptio; Nisi vni tantum ex sociis, non omnibus seruitus sit constituta. *l.si vnus.19.ff.de seruitut.rustic.præd.* Ratio est: quia seruitus cum diuisionem non recipiat, per partes adquiri non potest, *vt dictum est supra. Concordat l.proprium. 5. in fin ff.cõmun.præd.l.si quis.6.§.fin.item l. vlt. ibi, & ideo non potest.ff.eod.tt.l.loci.4.§.si fundus. ibi, quamuis.ff. si seruitus vindicetur. l. pluribus. 140.§.fin.ff.de verb. obligat.*

item l.pro parte.11.ff.de seruitutib. Huius exceptionis replicatio prima: Nisi vnus sibi & socio seruitutem sit stipulatus. reprobatur *l.propriũ. 5.in fine ff.commun.præd.* Secunda: Nisi postea & aliis sociis seruitus constituatur. *l. vlt. in princ.ff. commun.præd.* Huius duplicatio est: Nisi antequã aliis seruitus cessa sit, prior cui cessio facta est decesserit, vel partem suam alienauerit: tunc enim si postea sociis cedatur, nihil agetur. *d.l.vlt.§.idem iuris est.* Tertia replicatio est: Nisi alter socius alteri socio suam partẽ tradiderit, & per proprium suum fundum seruitutem cesserit. *l.fundus.32.ff.de seruit. rustic.præd.*

XXI. Exceptio: Nisi non domino, vel ei qui prædium non habet, seruitus cedatur. *Instit.de seruit.prædior.§.ideo autem. Concordat iisdem verbis l. 1.§.fin.ff.comm. præd. item l. ergo.5. ff. de seruit. rustic. prædior.* Huius replicatio prima est: Nisi ius aliquod personale ei qui prædium vicinum non habet, constituatur. *l.si quis vnas. 32. ff. de vsufructu & quemadm. l.pecoris. 4. cum lege sequente ff. de seruit.rustic.præd.item l.veluti.6.in princ.ff.d.tt.* Secunda: Nisi is qui fundum non habet, sub conditione viam sit stipulatus, & pendente conditione fundum sit nactus. *l.existimo.98.in prin.ff.de verb.oblig.* Tertia: Nisi ei qui vsumfructum prædij habet, seruitus cedatur. Et hoc casu non quidem seruitus est, sed ius quoddam personale, quod cum vsufructu extinguitur. *l.2.§. recte Neratius.ff.si seruitus vindicetur.* Proinde si vsufructuarius ire agere prohibeatur, non seruitutem vindicabit, sed vlumfructum. *De qua re vide inf. cap. 4. memb.5.reg 1.except.4.* Quarta replicatio est: Nisi hæredi seruitus in re alij legata constituta sit. ea enim legatarium sequitur. *l.si cui.11.§.fin. ff.quemadmodum seruit.amit.* Sed & plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup.except.7.*

XXII. Exceptio: Nisi seruis seruitus sit constituta. reprobatur *l.non dubito. 12.ff.de seruit. Concordat l.si vnus.19. ibi, siue communis serui. ff. de seruitut. rusticor.prædior.*

XXIII. Exceptio: Nisi ei cui bonis interdictum est, seruitus constituatur. reprobatur *l.ex castrensi.18.§.seruus.ff.de castrensi peculio.* Nunc ad quinti generis exceptiones, quæ sumuntur ex modo, tempore, & conditione seruitutis constitutæ, accedamus.

XXIV. Exceptio: Nisi ex tempore, ad tempus, sub conditione, vel ad certam conditionem seruitus sit constituta. *l.seruitutes.4.in prin. ff. de seruitutibus.l.obligationum.43.§.placet.ff. de act. & oblig. l. eum qui.56.§. qui ita stipulatur, ibi, quemadmod. ff.de verbor.oblig.* Plane interualla dierum & horarum, quæ in constitutione seruitutis adiiciuntur, non ad tẽporis causam, sed ad modum pertinent iure constitutæ seruitutis. *l.seruitutes.4.§.fin.ff. de seruit. l.via 5.§.fin.ff.d.tt.l.iter.14.ff.comm.præd.* Ex his constat, tempus & conditionem in constituenda seruitute, ipso quidem iure inutiliter adiici: & hoc duas potissimum recipere distinctiones seu exceptiones, quam prima est, Quod quamuis ipso iure inutiliter huiusmodi pactũ in seruitute constituenda adiiciatur, prosit tamen ad pacti conuenti exceptionẽ. Altera est: Nisi ita conueniat, vt certis vicibus seruitute vtatur: tunc enim modus potius quã tempus seruituti adiici videtur. quæ duæ distinctiones replicationum loco aduersus propositam exceptionem sunt notandæ.

XXV. Exceptio: Nisi sub certo modo seruitus sit constituta. reprobatur *l.seruitutes.4.§.modum.ff. de seruit.* Huius exempla vide *sup.except.prox.*

XXVI. Exceptio: Nisi pro parte seruitus constituatur. *De hac re dictum est sup.cap.prox.q.3.reg.8.* Hæc de quinti generis exceptionibus aduersus seruitutes sint dicta. Sequuntur nunc sexti generis exceptiones, desumptæ ex variis circumstantiis seruitutis constitutæ.

XXVII. Exceptio: Nisi & alij antea in eodem prædio seruitus sit concessa. *De hac re vide supra exceptione 11.*

XXVIII. Exceptio: Nisi eius cui seruitus constituitur, nihil intersit, nec vtilis sit seruitus. *De hac exceptione vide sup.except.4.*

XXIX. Exceptio: Nisi ad alium quam ad vicini prædii vsum seruitus sit constituta. *De hac exceptione vide sup.except.3.*

XXX. Exceptio: Nisi prædium seruiens, & id cui seruitus adquiritur, non sint inuicem vicina, aliudque prædium interueniat. *l.si ædes. 37. cum l. sequente.ff.de seruit.vrban.præd. Concordat l. qui sella.7. §.fin ff.de seruit. rust. præd.* Huius replicatio prima est: Nisi alterum alteri possit obesse vel prodesse. *quæ apparet ex iis quæ dicta sunt paulo superius. Cui concordat l.si quis.6.in princip. ff.commun. prædior. item l. loci.4.§.finali, cum l.sequente.ff. si seruitus vendicetur.* Plura de hac replicatione vide *inf.c.5.de seruit. altius non tollendi, except.7.* Secunda replicatio est: Nisi medio prædio quod interuenit, etiam seruitus fuerit imposita. *l.in tradendis.7.§.1.& §.fin.ff. comm. præd. item l.si prius.17.§. fin.ff. de aqua pluuia arcenda.* Tertia: Nisi medium prædium eius sit, cui seruitus adquiritur. *d.l.17.§.licet.ff.d.tt.* Huius duplicatio est: Nisi medium prædiũ alienauerit. approbatur simul & distinguitur *l.in tradendis.7. in fine. ff.comm.præd.* Plura de hac duplicatione vide *inf. c.prox.causa 4.distinct.2.*

XXXI. Exceptio: Nisi inter prædium seruiens, & id cui seruitus debetur, locus publicus, sacer aut religiosus interueniat. Hæc exceptio in loco quidem sacro & religioso approbatur *l. si prius.17.§ sed loco. ff. de aqua pluuia arcenda. l.seruitutes. 14.§.finali. ff. de seruitutibus.* In loco autem publico reprobatur, quod notandum loco replicationis, quæ talis est: Nisi publicus locus interueniat. tunc enim seruitus non impeditur. *l. si prius.17 §.via publica.& §.licet.ff.de aqua pluuia arcenda.* Huius duplicatio prima est: Nisi aquæductus seruitus sit: item immittendi, protegendi, proiiciendi, vel stillicidiorum. quæ duplicatio in propositis specieb. approbatur *l.si intercedat. 21. in pr. ff.de seruitutibus. Concordat l seruitutes.14. §.publico. ff.d.tt.* Cuius triplicatio est: Nisi princeps concesserit. *d.§.publico.* Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi itineris, aquæhaustus seruitute constituta: publicum flumen, quo non nisi pontonibus traiicitur, interueniat. *l. vltim. in princip.ff.de seruit. rusti o prædior. l.si prius. 17. §. via publica, in fine.ff.de aqua pluuia arcenda.* Huius triplicatio est: Nisi seruitus non incipienda sit à flumine publico, sed à prædio alterius. tunc enim non impediat magnitudo fluminis, quo minus seruitus constitui possit. *d.l.vlt.§.hæc ita.*

XXXII. Exceptio: Nisi venditor prædij falso putans prædium vicino seruire, seruitutem exceperit. *l. si quis. 6. §. fin ff. comm. præd.* Huius replicatio prima est: Nisi venditor vicino ad seruitutē præstandam sit obligatus. *d. l. 6. §. si quis.* Secunda replicatio habetur *ibidem.*

XXXIII. Exceptio: Nisi cum in venditione seruitus excepta esset, in traditione eius mentio facta non sit, reprobatur *l. si binarum. 34. ff. de seruitut. vrban. præd.*

XXXIV. Exceptio: Nisi precario concessum sit, non seruitutis constituendæ animo. *l. penult. in prin. ff. comm. præd.* Adeo autem is cui precario concessum est, aliquid in alieno prædio agere vel habere seruitutem non habet, vt quamuis per legitimum tempus ita habuerit, vel vsus sit, seruitutem diutino tempore non adquirat, *vt dictum est sup. causa adquirendi seruitutē V. excep. 3.* Hactenus de exceptionibus contra causas seruitutum sit dictum. Sane non incommode exceptionum loco huc possent annotari causæ, ex quibus seruitus iure constituta amittitur, de quibus nunc sequitur.

DE CAVSIS SEV MODIS amittendæ seruitutis.

CAP. III.

PRima causa amittendæ seruitutis est: Si is cui seruitus debetur, eam remisit, quæ causa sine dubio iusta est. Eius autem exceptio prima: Nisi iter sit ad sepulchrum. reprobatur *l. seruitutes. 14. §. seruitus. ff. de seruitutibus.* Secunda: Nisi pro parte remittatur seruitus. *l. vnus. 34. in princip. ff. de seruitutibus rusticor. prædior.* Plane ad certam fundi partem seruitus remittipotest *l. ad certam. 6. ff. de seruitutib.* Sed etsi fundus inter socios sit diuisus, alter ex sociis pro sua parte viam remittere potest *l. nam satis. 6. §. sed si is fundus. ibi, possunt tamen alterutrum. ff. quemadmodum seruitus amittatur.* Tertiæ exceptionis loco notandum, quod seruitute remissa ab vno, non præiudicatur alteri. *l. si ædes. 31. in prin. ff. de seruit. vrbanor. præd.* Quartæ, quod vna seruitute remissa, alia remissa non videtur. *l. si domus. 20. in prin. de seruit. vrbanor. præd. Concordat l. si mihi. 20. in princip. ff. de seruitut. rusticorum præd orum.* Quinta exceptio est: Nisi maritus seruitutem prædio dotali debitam remiserit. *l. Iulianus. 5. ff. de fundo dotali.*

II. Causæ seruitutis amittendæ: Si is cui debetur seruitus, in loco per quem debetur, ædificari vel quid aliud fieri permiserit. *l. si stillicidij. 8. ff. quemadmodum seruitut. amittant. Concordat l. si precario. 17. ff. communia præd orum.* Huius causæ exceptio est: Nisi non remittendi animo, sed precario roganti facere concesserit. *d. l. si precario. 17. in fine.*

III. Causa: Si is cui debetur seruitus, mortuus sit, vel capite deminutus. reprobatur *l. iura. 3. ff. quemadmodum seruitut. amittantur.* Plane admittitur causa proposita, primum quidem, si aliter actum sit in seruitute constituenda. *l. pecoris. 4. ff. de seruitut. rusticor. prædior.* Sane hoc casu non realis, sed personalis seruitus est, quæ ad hæredem non transit. *Cui concordat l. penult. ff. de seruitut. rustic. prædior.* Deinde admitti videtur causa proposita, si is cui seruitus debetur, pluribus hæredibus relictis decesserit. Sed hæc distinctio reprobatur *l. 2. in fine. ff. de seruitute legata.*

IV. Causa: Si prædium seruiens, vel id cui debetur seruitus, sit alienatum. reprobatur *l. cum fundus. 12. ff. commun. prædior. l. testatrix. 20. §. fin. ff. si seruitus vindicetur. item l. neque. 19. ff. quibus mod. vsusfructus amittitur. l. & in prouin. 3. in fine. C. de seruitut.* Plane admittitur causa proposita, primum si personæ, non prædio seruitus sit constituta. *de quo vide inf. caus. prox.* Secūdo, si quis inter prædium seruiens, & id cui seruitutem adquirit, aliud prædium habet, & alterutrum eorum alienauerit, tunc enim interpellatur seruitus. *l. in tradendis. 7. §. fin. ff. comm. præd.* Huius distinctionis exceptio prima est: Nisi medio prædio seruitus postea fuerit imposita. *d. l. 7. in fin.* Secunda: Nisi ante præscriptam libertatem medium prædium receperit is qui alienauerat. *l. si quis. 13. ff. quemadmodum seruit. amittant.* Tertio admittitur causa proposita, si quis seruitutem stipulatus, ante constitutam seruitutem prædium alienauerit. *l. si sub vna. 136. §. fin. ff. de verborum obligat.* Huius distinctionis tertiæ exceptio prima est: Nisi cum sub cōditione viam esset stipulatus, ante existentem conditionem fundum alienatum receperit. *l. existimo. 98. in princip. ibi, etsi fundi. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi non stipulatio seruitutis facta sit, sed legata sit seruitus. *l. si partem. 19. §. fi. ff. quemadmodum seruitut. amittant.* Tertia: Nisi partem prædij tantum alienauerit. reprobatur *l. pro parte. 11. ff. de seruitutibus. l. si sub vna. 136. §. finali. ibi, partemve eius. ff. de verborum obligationibus. item l. plurib. 140. §. fin. ff. eod. tt.* Plane pars pro diuiso alienata, non vitiat stipulationem: quia huic adquiri seruitus potest, *secundum ea quæ dicta sunt sup. c. 1. quæst. 3. regul. 8. except. 2. Concordat l. si quis. 6. §. si quis. ff. commun. prædiorum.* Quarto admitti videtur causa proposita, si stipulatio, qua pœna promissa est, in certam personam relata est, si ei seruitū licuisset. quæ tamen distinctio reprobatur *l. cum fundo. 36. ff. de seruitut. rusticor. præd.* Quinto, si venditor seruitutum nolit sequi emptorem, idq; in venditione est expressum. *de quo inf cap. 4. quæst. 5. reg. 3. except. 1.* Postremo videtur admitti, si pars prædij sit alienata: quia hoc casu seruitus in eum casum deducitur, à quo incipere nequit: hoc est, pro parte incipit deberi singulis partes in prædio habentibus. Verum hæc distinctio in stipulatione quidem seruitutis admittitur, *vt sup. distinct. 3. est dictum:* constituta autem seruitute partis, prædij alienatio eam non corrumpit. *l. via. 23. § quæcunq; ff. de seru. rust. præd.*

V. Causa: Si locus seruiens perierit. Hæc causa sine dubio iusta est. Quemadmodum enim re extincta, vsusfructus eius extinguitur, *vt suo loco dictum est:* ita seruitus quoque, re sublata, subsistere amplius nequit. Huius causæ exceptio est: Nisi locus in pristinam formam sit restitutus. *l. si locus. 14. in princip. ff. quemadmodum seruitut. amittantur. l. si testamento. 30. ff. de seruitut. vrbanorum prædior.* Cuius replicatio prima esse videtur: Nisi post legitimum tempus, quo seruitus non vtendo amitti solet, sit restitutus locus. sed reprobatur *d. l. 14. Cui concordat l. vnus. 34. §. final. cū l. seq. ff. de seruitut. rusticor. prædiorum.* Secunda: Nisi flumen alueo mutato locum seruientem occupauit. tunc enim quamuis recesserit flumen, seruitus

uitus non restituitur. *l. cum vsumfructum. 24. ff. quib. modis vsusfruct. amitt.*

VI. Causa: Si prædium seruiens, vel id cui seruitus debetur, sit publicatum. reprobatur *l. via. 23. §. si fundus. ff. de seru. rust. præd.*

VII. Causa: Si prædium, cui seruitus debetur, sit sublatum. Hæc causa iusta quidem est, sed recipit exceptionem hanc: Nisi rursus sit restitutum. *l. seruitut. 19. §. sublatum. ff. de seruit. vrban. prædior.* Est & illa propositæ causæ exceptio: Nisi certo generi agrorum, veluti vicinis, seruitute constituta, genus illud in aliud genus agri sit mutatum. *l. certo. 13. in prin. ff. de seruit. rustic. præd.* Cuius replicatio est: Nisi in contrahenda seruitute aliud actum sit. *d. l. 13. in prin.*

VIII. Causa: Si tempus vel conditio ad quam seruitus constituta est, finita sit: vel tempus ex quo, aut conditio sub qua constituta est, nondum extitit. *De hac causa vide sup. c. prox. except. 24.*

IX. Causa: Si prædium seruiens, & id cui seruitus debetur, eiusdem esse cœperit. *l. 1 ff. quemadm. seruit. amitt. l. quidquid. 10. in fine. ff. commun. præd. item l. si quis. 29. in prin. ff. de seruit. vrb. præd.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi pro parte tantum alterutrius prædij dominus esse cœperit. *d. l. 29. §. si partem ff. de seruit. vrban. præd. l. vt pomum. 7. §. fin. ff. de seruit. l. si cōmuni. 27. in fin. ff. de seruit. rusticor. prædior. l. vnius 34. in prin. ff. d. tt. item l. pluribus. 140. §. fin. ff. de verb. obligat.* Huius replicatio est: Nisi & alterius prædij pro parte tantum sit dominus, & cum socio alterum prædium adquisierit. *l. si communi. 27. ff. de seruit. rust. præd.* Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi vsumfructum tantum seruientis prædij adquisierit. *l. si quis. 29. § fin. ff. de seruit. vrban. præd.* Tertia: Nisi prædiū adquisitum alij ex causa legati cogatur restituere. *l. in omnibus. 18. ff. de seruitutibus.* Quarta: Nisi prædium alij rursus alienauerit. reprobatur *l. si quis. 29. in prin. ff. de seruit. vrban. præd.* Plane admittitur, si hæres hæreditatem vendat. *l. si ei. 9 ff. cōmun. præd.* Quinta exceptio est: Nisi ex causa dotis alterum prædium adquisierit. reprobatur, certo tamen modo, *l. si maritus. 7. ff. de fundo dotali.* Sexta: Nisi cum per plura prædia seruitus alicui deberetur, vnū tantum ex iis prædium adquisierit. tunc enim nihilominus per reliqua prædia seruitus manet. *l. si cum. 15. ff. quemad. seruit. amitt. l. tria. 31. & l. si mihi. 20. §. penul. ff. de seruit. rustic. præd.* Huius replicatio est: Nisi in prædio seruo relicto, minus loci superfit, quam seruituti sufficiat. *d. §. certe si is. l. nam satis. 6. §. certe si is ff. quemadmodum seruit. amittantur.* Hæc de nona amittendæ seruitutis causa.

X. Causa: Si is cui seruitus debetur, ea intra decem annos non sit vsus. *l. sicut. 13. C. de seruitut. l. l. cū tales. 14. ibi, nobis placuit. item l. si tibi. 10. C. eod. tt. M. I. R. lib. 3. c. 18. reg. 4.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi propter absentiam non sit vsus. Hoc casu viginti annorū spatio seruitus amittitur. *d. l. 13.* Secunda: Nisi propter ignorantiam non sit vsus. reprobatur *l. si partem. 19. §. si per fundum. ff. quemadm. seruitut. amit.* Tertia: Nisi locus impetu fluminis fuerit occupatus. Hoc casu amissa quidem est seruitus, sed restituenda. *l. si locus. 14. ff. d. tt.* Quarta: Nisi per aduersarium steterit, quo minus sit vsus. reprobatur *l. sequitur. 4. §. si viam. ff. de vsucap.* Plane seruitus ita amissa in integrū est restituenda, quæ distinctio approbatur exemplo vsusfructus: *de quo dictū est sup. li. prox. c. 27. causa 22. exc. 7. Cui cōcordat l. si cuti. 8. §. plane si nō. ff. si seruitus vindicetur.* Sane in seruitutib. prædiorum vrbanorum etiā ipso iure nō est amissa, si scilicet vicinus non vsucepit libertatem. *de quo infr. exc. 9.* Quinta exceptio est: Nisi ab alio vi deiectus vti non potuit. reprobatur exemplo vsusfructus: *de quo dictū sup. lib. prox. cap. 27. causa 22. except. 7.* Sexta: Nisi seruitute non nisi certis temporibus vti potuit. tunc enim non nisi duplicato tempore amittitur. *l. si sic. 7. in prin. ff. quemadmodum seruit. amitt. l. vlt. C. de seruit. M. I. R. d. reg. 4. except. 1.* Huius replicatio est: Nisi alternis diebus seruitus debeatur, aut die tantum, non nocte, aut certis horis in die. *d. l. 7. §. si vero. ff. quemadm. seruitut. amitt.* Septima exceptio est: Nisi iter sepulchro sit debitum. *l. iter. 4. ff. d. tt.* Octaua: Nisi via publica sit. *l. 2. ff. de via publica.* Nona: Nisi dominus prædij seruientis libertatem non vsuceperit. *l. hæc autem iura. 5. ff. de seruit. vrban. præd. l. si quis 18. §. fin. ff. quemadmodum seruitut. amitt.* Huius replicatio est. Nisi non vrbani, sed rustici prædij seruitus sit. *d. l 5. vers. nisi quod.* Plura de vsucapienda libertate dicentur *inf. causa prox.* Decima exceptio est: Nisi aquæductū habens, riuum nondum fecerit. *l. si partim. 19. in prin. ff. d. tt.* Vndecima: Nisi cū haberet aquæductū, aqua nihilominus sua sponte fluxit, quamuis is cui debetur seruitus, ea non sit vsus, per illud tamen retinetur. *l. qui fundum. 12. in fine. ff. quemadmodum seruitut. amitt.* Duodecima: Nisi alius vsus sit. *l. vsu. 20. cum ll. sequētibus. ff. d. tt. l. seruitus. 5. cum l. sequentis principio. item l. aquam. 16. §. quod si plurium. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi alius suo, non nostro nomine sit vsus. quæ tamen reprobatur *d. l. 21. & 22. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi alius qui vsus est, malæ fidei possessor fuerit. reprobatur *l. licet. 24. & l. qui fundum. 12. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi alius qui vsus est, ignorauerit cuius esset fundus seruiens. reprobatur *l. 1. §. is cuius, in fine ff. de itiner. actuq; priuato.* Quarta: Nisi cum fundus regionibus diuisus esset, alter sociorum tantum sit vsus. tunc enim alter qui non est vsus, per eum qui vsus est, seruitutem non retinet. *l. nam satis. 6 §. 1. ff. quemadmodū seruitut. amit.* Quinta replicatio est: Nisi cum plurib. seruitus deberetur, sed diuerso tempore & loco, non omnes sint vsi, hisce enim per eos qui vsi sunt, seruitus non conseruatur. *l. aquam. 16. in princ. ff. eod. tt.* Hæc de duodecima exceptione, cum quinq; eius replicationib. Decima tertia exceptio est: Nisi pupillus sit, qui vsus non est, vel pupillum socium prædij habeat. *l. si communem. 10. in prin ff. quemadmodū seruit. amitt.* Decima quarta: Nisi pro parte vsus sit. *l. si stillicidij. 8. in fin. ff. quemadm. seruitut. amitt. l. si in partem. 9. ff. eod. tt. item l. vna. 18. ff. de seruitut. rustic. prædior.* Huius replicatio est: Nisi cum per fundum communem deberetur seruitus, is fundus inter socios regionib. sit diuisus. tunc enim per alterā partem eundo, per alteram seruitutem nō retinet. quæ replicatio approbatur, sed cum distinctione, *l. nō satis. 6. ff. quemadm. seruitut. amittant.* Cuius duplicatio est: Nisi cum certus viæ locus esset in fundo ac finitus, non per longitudinem eius loci, sed per latitudinem fundus sit diuisus. *d. l. 6. vers. si vero per latitudinem.* Siue ergo certus viæ locus sit, & in longitudinē viæ fundus diuisus

sus sit: siue incertus viæ locus, vt per quamlibet fundi partem ire licuerit: & fundo diuiso, per alteram partem statuto tempore itum non sit, propositæ replicationi locus est, eaque pars à seruitute non vtendo liberatur. Decimaquinta exceptio est: Nisi seruitute intra legitimum tempus sit vsus. Hæc exceptio constat ex contrario sensu. Si enim is qui seruitute statuto tempore non est vsus, eam amittit: sequitur, quod is qui seruitute intra statutum tempus vsus est, eam retineat. Sunt tamen huius exceptionis quædam replicationes hic proponendæ, quarum prima est: Nisi connumerato tempore, quo auctor eius qui seruitute vsus est, ea vsus non sit, statutum tempus eo tempore quo is vsus est, sit finitum. l. si quis. 18. §. 1. ff. quemadmodum seruit. amitt. Secunda: Nisi pro parte tantum sit vsus. De hac re dictum sup. except. proxima. Tertia: Nisi actum habens, ierit tantum. reprobatur l. 2. ff. eod. tt. Quarta: Nisi aquæductum habens, alia aqua sit vsus. l. si quis. 18. in princ. ff. eod. tt. Huius duplicatio est: Nisi alia aqua aquæ debitæ mixta sit. l. si eo loco. 9. §. fin. si seruitus vindicetur. l. si cui. 51. in prin. ff. quemadmodum seruitus amitt. Quinta replicatio est: Nisi viam habens latiore vel angustiore via sit vsus. reprobatur l. si eo loco. 9. §. fin. ff. si seruitus vindicetur. & d. l. 11. in princ. Sexta: Nisi iter vel actum habens, alio genere vehiculi sit vsus, quam de quo conuenit. reprobatur d. l. 11. in princip. Septima: Nisi alio tempore sit vsus, quam quo debetur. l. si communem. 10. § si is. ff. quemadmodum seruitus amitt. l. si prius. 17. in princip. ff. de aqua pluuia arcenda. Huius duplicatio est: Nisi cum duobus diuersis temporibus seruitus deberetur, illi inter sese tempus commutauerint. l. cum constet. 5. § fin. ff. de aqua quotid. & æstiua. Hæc de decima amittendæ seruitutis causa cum suis exceptionibus, cui similis est causa sequens.

XI. Causa: Si dominus prædij seruientis libertatem vsucepit. l. sequitur. 4. §. fin. ff. de vsuc. l. hæc autem. 5. ff. de seruit. vrban prad. M. I. R. lib. 3. cap. 18. reg. 5. Huius causæ exceptio prima est: Nisi ante impletam vsucapionem dominus prædium possidere desiit. l. si ædes. 31. §. liberas. ff. de seruit. vrban. præd. Secunda: Nisi is cui seruitus debetur, precario concesserit domino seruiẽtis prædij ædificatum habere. l. si precario. 17. §. cæterum si in suo. ff. commun. præd. Huius replicatio est: Nisi cum duobus vicinis seruitus deberetur, alter precario concesserit. tunc enim aduersus alterum nihilominus libertas vsucapietur. l. si ædes. 31. in princ. ff. de seruit. vrban. prædior. Tertia exceptio est: Nisi arborem loco ædificij positam habuerit. l. quod autem. 6. ff. eod. tt. Hactenus de causis amittendæ seruitutis. Sed de amittenda seruitute & hoc quæri solet, quid & quantum amittatur. cuius loci est l. Labeo ait. 17 ff. quemadmodum seruitus amitt. l. si domus. 20. ff. de seruit. vrbanor. prædior. & l. si mihi. 20. in princ. ff. de seruitut. rusticor. prædior. Postremo quæritur de euentu amissæ seruitutis. l. aquam. 16. §. fin. ff. quemadmodum seruitus amittatur. Plane quomodo vnus ex pluribus pro sua parte seruitutem vel aquæductum amittat, vide sup. eod. cap. causa 10. except. 12. replic. 3. & 4.

DE ACTIONE SERVITVTVM TAM confessoria, quam negatoria in rem.

CAP. IV.

CVm dictum sit de causis tam adquirendæ quam amittendæ seruitutis, nunc dicendum est de actionibus quæ ex huiusmodi causis competunt pro seruitute præstanda, retinenda, & libertate recuperãda. Huiusmodi (I. Genus) actiones in rem dicuntur, earumq; diuisio habetur (II. Diuisio) l. 2. in prin. ff. si seruitus vindicetur. Concordat Instit. de act. §. æque si agat qui.

III. PROPRIA.

Proprium autem harum actionum est, quod possessori etiam competant: quod cum ex prædictis constat, tum approbatur etiam l. & si forte. 6. §. sciendũ. ff. si seruitus vindicetur. Qua etiam definitur, vter in actionibus propositis possessor sit, vter petitor: Cui concordat l. sicuti. 8. §. sed si quæratur. ff. d. tt.

IV. CAVSÆ ACTIONIS confessoriæ, cum suis exceptionibus.

Nunc de causis confessoriæ actionis nobis dicendum, cum suis exceptionibus. Est autem causa huius actionis, si quis ædificando, vel alio modo aliquem debita seruitute vti prohibeat. M. I. R. d. c. 18. reg. 8. Cuius exempla proponuntur l. si eo loco. 9. in princ. ff. si seruitus vindicetur. Huius causæ exceptio prima est: Nisi opus factum sit, quo seruitute vti impeditur. Hęc exceptio in seruitutibus quidem realibus reprobatur, in personali autem seruitute approbatur, d. l. 9. §. & si quidem. M. I. R. d. reg. 8. except. 2. Secunda: Nisi tutor vel curator eius cui seruitus debetur, ædificauerit vel prohibuerit. reprobatur l. altius. 15. ff. si seruitus vendicetur. Tertia: Nisi aliter quam debet, seruitute vtatur. Huius exceptionis leges & exempla proposita sunt sup. c. proxim. causa 10. except. 15. repl. 4. cum sequentibus, præsertim replic. 6. in fine. Aliud exemplum est l. is qui duo. 29. ff. de seruit. rustic. præd. Replicationis autem loco notandum, quod is qui seruitute aliter vtitur, non nisi in id quod excedit debitum, prohiberi possit. l. 1. §. Trebatius. ff. de aqua quotid. Quarta exceptio: Nisi antea eiusdem seruitutis nomine actum sit. ipso quidem iure subsistit, eius autem replicatio prima est: Nisi antea alius egerit. l. si de communi. 19. ff. si seruitus vendicetur. Secunda: Nisi alia actione antea sit actum. approbatur exemplo l. sciendum. 19. ff. de operis noui nunciatione. Alias exceptiones huc pertinentes vide sup. c. 2. & 3.

V. QVIBVS ACTIO CONFESSORIA competat?

Huius loci regula prima est, Quod hæ actiones non nisi domino prædij competant. l. 1. in pr cũ l. sequente. ff. si seruitus vindicetur. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iter sit sepulchro debitum. l. 1. in fin. ff. eod. tt. Secunda: Nisi creditori, cui fundus pignori est obligatus: itẽ, Nisi emphyteuticario. l. et qui. 16. ff. de seruit. l. creditori. 9. ff. de operis noui nunciat. item l. vnica. §. fin. ff. de remissionibus. Tertia: Nisi superficiario. l. in prouinciali. 3. §. penult. ff. de operis noui nunciat. Quarta: Nisi fructuario fundi. l. vnica. §. item Iuliano. ff. de remissionibus, Contradicit

dicit l. 1. in princ. ff. si vsusfructus petatur. Cui contradictioni concordat l. vti frui. 5. § vtrum. ibi, nam etsi. ff. eod. tt. item l. 2. §. recte Neratius. ff. si seruitus vindicetur. Plura de regula proposita, cum suis exceptionibus vide sup. c. 2. exc. 21. Secunda regula est, Quod interdum & possessori hæ actiones competant. de qua re vide sup. cap. eod. quæst. 3. Tertia, Quod seruitus prædij emptorem sequatur, de qua re dictũ supr. c. prox. causa 4. Præter exceptiones autem huius regulæ ibi propositas, & aliæ notandæ sunt, quarum prima est: Nisi inter emptorem & venditorem aliud conuenit. l. testatrix. 20. §. plures. ff. si seruitus vindicetur. Secunda: Nisi pars tantum prædij sit vendita. reprobatur l. via. 23. §. quæcunque. ff. de seruitut. rusticor. prædior. Plane videtur admitti, si partis retentæ gratia venditor seruitute magis sit vsus, vel preciosior pars retineatur. quæ tamen distinctio reprobatur l. si partem. 25. ff. d. tt. Quarta regula: Etiam vni ex plurib. hæc actio competit. l. loci 4. §. si fundus. ff. si seruit. vindicetur. l. si vnus. 19. ff. de seruit. rust. præd. item l. via. 17. ff. de seruit. Plura de regula proposita vide infr. lib. 15. c. 4. reg. 6.

VI. ADVERSVS QVOS actio confessoria competat?

Huius loci regula prima est: Quod actio hæc aduersus quẽuis seruitute vti prohibentem competit. l. si quis. 10. § agi. ff. si seruitus vindicetur. l. & in prouinciali. 3. in fin. C. de seruitutib. item l. 1. §. competit. ibi, nam etsi ff. de aqua quotid. & æstiua. vbi ait Vlpianus: Si seruitus cœperit, hoc ideo, quia antequam seruitus cœperit, hoc est, cessa sit à domino prædij, non confessoria actio aduersus quẽuis prohibentem, sed personalis actio aduersus dominum prædij ad prǣstandã seruitutẽ locum habet. quod notandum loco primæ exceptionis. Secunda exceptio est: Nisi non quia prohibitus sit, agit: sed potius, vt paries oneri ferendo reficiatur. tunc enim aduersus dominum tantum ædium agitur, de quo infra in seruitute oneris ferendi. Secunda regula est, Quod si fundus plurium sit, etiam aduersus vnum competit. l. loci. 4. §. sed etsi duorum. ff. si seruitus vindicetur. l. via. 17. ff. de seruit.

VII. QVID VENIAT IN HAC actione confessoria?

Huius loci regula prima est, Quod hac actione agatur non ad id, vt quis faciat aliquid, sed vt patiatur, vel ne faciat. l. quoties. 15. §. fin. ff. de seruit. Secunda regula: Agitur insuper hac actione, vt aduersarius id opus quo seruitutem impedit, destruat. l. si quid. 5. C. de seruitutibus. l. si in ædibus. 9. C. eod. tt. item l. altius. 15. in fin. ff. si seruit. vindicetur. Tertia: Fructus quoq;, & id quod interest, in hanc actionem veniunt. l. loci. 4. § in confessoriam. ff. dict. tt. Quarta: Quid in personalem seruitutem actionem veniat, declarat l. quoties. 20. ff. de seruitutibus. l. omnium. 3. in prin. ff. de vsufruct. & quemad. item. l. 1. in fine. ff. de seruit. rustic. præd. Quinta regula: Vni ex pluribus agenti in solidum competit actio, & aduersus vnum in solidum: de qua re dictum est sup. q. 5. reg. 4. & q. 6. reg. 2.

VIII. ADIVNCTA CONFESSORIÆ actionis.

I. De cautione ab actore præstanda, regula habetur l. si de via. 7. ff. de aqua quotid. & æstiua. Sed de hac lege vide etiam infr. c. 8. membr. 6.

II. Regula: Si reus latitat, nec rem defendat, nec ædificatum habet, cauere debet actori. quæ regula seu cautio proponitur l. si priusquam. 15. ff. de operis noui nunciat.

III. Regula: Si reus latitat, nec rem defendit, atq; ædificatum habet, possessio transfertur ad actorem. l. à quo. 45. ff. de damno infecto.

IV. Regula, De reo latitante, habetur l. is cuius. 18. ff. si seruitus vindicetur.

IX. EVENTVS ACTIONIS confessoriæ.

I. Euentus: Si is qui seruitutem sibi defendit, obtinuit non debet ei seruitus cedi, &c. l. sicuti 8. §. sed si quæratur. ibi, etsi quidem. ff. si seruitus vindicetur.

II. Euentus: Si vnus ex pluribus egerit, siquidem obtinuit, victoria cæteris quoq; prodest. l. loci. 4. §. si fundus. ibi, & victoria etiam aliis proderit. ff. d. tt. Sin autem succubuerit, cæteris non præiudicat. l. si de communi. 19. ff. eod. tt.

X. ADFINIA CONFESSORIÆ actionis remedia.

1. Operis noui nunciatio. l. inter seruitut. 14. in fi. ff. de seruitut. vrban. præd & d. l. 6. §. fin.
2. Interdictum Vti possidetis, si quis suo qualiter velit vti prohibeatur. l. sicut. 8. §. Aristo. ibi, sed & interdictum. ff. si seruitus vindicetur.
3. Vsusfructus vindicatio, si vsufructuarius seruitute vti prohibeatur. de quo dictum sup. eod. cap. memb. 5. reg. prima, except. 4.
4. Actio personalis, si seruitus promissa quidẽ sit, sed nondum imposita. l. si binarum. 34. ff. de seruitut. vrbanor. prædior. l. si quis. 6. § si in venditione. ff. commun. prædior. item l. sed & si. 22. §. fin. ff. de condict. indebiti. Idem iuris est in rei vindicatione, de quo dictum sup. lib. prox c. 1. causa 18. exc. 1. Quid autem veniat in actionem seruitutum personalem, dictum est paulo sup q. 7. reg. 4.
5. Exceptio: Quod remedium approbatur l. si à te. 16. ff. si seruitus vindicetur.
6. Si reus latitat, nec rem defendit: quod remedium competat, vide paulo sup q. 8. reg. 2. cum sequentib.
7. Actio tutelæ, si tutor vel curator eius cui seruitus debetur, fecit. l. altius. 15 ff. si seruit. vindicetur.

De actione negatoria.

Hactenus de confessoria actione dictum est. restant pauca quædam de negatoria actione dicenda. Quid autem sit hæc actio, & quando competat, dictum est sup. cap. eod. in prin. Sed & species causarum, ex quib. hæc actio competit, proponentur inf. eod. lib. c. 24. item exemplum habetur l. fistulas. 13. ff. si seruitus vindicetur. Inter exceptiones autem huius actionis numeratur & hæc: Nisi prædium seruitutem debeat. tunc enim proposita actio non competit. quæ exceptio sine dubio iusta est, sed habent suas replicationes, quarum prima est: Nisi aliter seruitute vtatur, quam debet. Huius replicationis leges & exempla proposita sunt sup. cap. proxim. causa 10. except. 15. replic. 4. cum sequentibus, præsertim replic. 6. in fine. Huius etiam loci est l. 1. §. Trebatius. ff. de aqua quotidiana. Secunda replicatio est: Nisi alij, non ei cum quo

quo agitur, seruitutem debeat. *l.loci.* 4. §. *competit. ff.si seruitus vindicetur.* Porro in hanc actionem venit, vt reus opus suis sumptibus tollat. *l. altius.* 8. *C. de seruitutibus. l.si cum meus.* 14. *in prin. ff. si seruitus vindic.* Deinde in hanc actionem venit, cautio de futuro opere præstanda. approbatur exemplo *l. egi.* 12. *ff. d. tt.* Tertio venit in hanc actionem cautio ab aduersario præstanda, si rem non defendat. quæ cautio definitur & approbatur *l. si priusquã.* 15 §. *idemq; ff de noui operis nũciat.* Postremo veniunt in hanc actionem etiam fructus. quæ regula approbatur simul & declaratur *l. loci.* 4. §. *in confessoriam. in fin. ff. si seruitus vindicetur.* Hæc de iis quæ veniunt in negatoriam actionem, sint dicta. Nunc de adiunctis seu actoris officiis dicendum, quid scilicet actor in hoc iudicio præstare debeat. cuius loci regula prima hæc est: quod actor tenetur cauere reo conuento. quæ cautio approbatur & definitur lege satis intricata ac dubia, *nempe l. si de via.* 7. *ff. de aqua quotidiana & æstiua.* Secunda regula, de sumptibus in opus factis reo conuento ab actore restituendis, proponitur *l.* 2 *C. de seruitutibus.* de qua re vide plura *sup. lib. prox. c.* 5. *quæst.* 6. *regul.* 7. Postremo restant ad finia propositæ actionis negatoriæ remedia, quorum primum est interdictum, Ne quid in loco publico fiat; secundũ, Cautio damni infecti. quæ duo remedia approbantur exemplo *l. si quando.* 17. §. *fin. ff. si seruitus vindicetur.* Concordat secundo remedio *l. si fistulæ.* 17. *item l. si quid.* 28. *ff. de seruitut. vrbanor. prædior.* Tertium est, Actio in factum. quod approbatur *d. l.* 17. *ff. de seruitut. vrban. præd.* Competit etiam actio negatoria *l. si fistulas.* 13. *ff. si seruitus vindicetur.* Quartum est, communi diuidundo actio, si socius in re cõmuni inuitis cæteris aliquid fecit. *l. in re.* 25. *ff. de seruitut. vrban. prædior.* Quintum ad fine remedium est interdictum Quod vi aut clam *l. etsi forte.* 6. §. *sciendum. ff. si seruitus vindicetur.* Reliqua de hac actione negatoria vide *sup. lib. prox. c.* 32. *in fin.*

DE SERVITVTIBVS VRbanorum prædiorum.

CAP. V.

HActenus de seruitutibus prædiorum in genere dictum est; sequitur nunc de singulis seruitutum speciebus. Sunt enim seruitutes aut vrbanorum, aut rusticorum prædiorum. *quæ diuisio habetur l.* 1. *in fine. ff. de seruitut. & l. seruitutes.* 3. *ff. d. tt.* De illis hoc capite dicetur, de his *infr. c. prox. cum sequentibus.*

I. DEFINITIO SERVITVTVM vrbanorum prædiorum.

Vrbanorum prædiorum seruitutes definiuntur *Instit. de seruit. præd.* §. *prædior. l.* 1. *in princ. ff. communia præd. itẽ l. vrbana.* 198. *in pr. ff. de verb. significat.* Plane quod ibi dicitur de stabulis, ei contradicit *l. eo iure.* 4. §. *stabula. ff. ex quib. causis pignus contrahat.*

II. SPECIES seruitutis vrbanorum prædiorum enumerantur *l.* 1. *cum l. sequente. ff. de seruit. vrban. prædiorum. Concordat Instit. de seruitut. prædior.* §. *item vrbanorum.* Plane quod ad seruitutem altius tollendi & officiendi luminibus vicini attinet, de eo dicitur *inf. c. prox. in prin.*

DE SERVITVTE ALTIVS non tollendi, & non officiendi luminibus vicini, cum sua actione.

I. DIFFERENTIA seruitutis luminum, & ne luminibus officiatur, proponitur *l. lummum.* 3. *ff. de seruitut. prædior. vrbanorum. l. lumen.* 15. *in prin. ff. eod. tt.* Differentiam huius seruitutis, & eius, Ne prospectui officiatur; vide *inf. eod. cap. de seruitut. Ne prospectus. &c.*

II. VTER possessor sit, vter petitor in hac actione, definitur *l. etsi forte.* 6. §. *sciendum. ff. si seruitus vindicetur. de quo sup. c. prox. q.* 3.

III. CAVSA EX QVA HÆC actio competit?

Si quis altius ædificando, vel quid aliud faciendo luminib. actoris officiat. *l. inter seruitutes.* 14. §. *quodcunq; ff. de seruitutib. vrbanorum prædiorum. l. si testamento.* 30 *ff. d. tt. l. loci.* 4. §. *fin. ff. si seruitus vindicetur. l.* 1. *C. de seruit. item l. si in ædibus* 9. *C. eod. tt. M. I. R. lib.* 3 *cap.* 18. *reg.* 13. Huius causæ exceptiones sequuntur, quarum prima hæc est: Nisi non ædificium, sed arborẽ vel quid aliud ponat, quo luminibus officit. reprobatur *d.* §. *quodcunq;. Cui concordat l. si arborem.* 16. *in princ. ff. de seruitut. vrban. præd.* Plane viridarium habere conceditur. *quæ distinctio approbatur l. ædificia.* 11. *ff. d. tt.* Si ergo viridaria habuerit ædificium, quod seruitutem altius non tollendi nec officiendi luminibus debet, propositæ exceptioni est locus. Cuius tamen replicatio prima est: Nisi seruitus debeatur, ne prospectui officiatur. *d. l.* 11. Altera: Nisi seruitus sit, ne quid in eo loco vicinus positum habeat. *l. si quando.* 17. §. 1. *si seruitus vindicetur.*

II. Exceptio: Nisi non ponat, sed tollat ædificium, aut deprimat. *l. si arborem.* 16. §. *per contrarium. ff. de seruitut. vrban. prædior.* Huius replicatio est: Nisi seruitus debeatur, ne prospectui officiatur. *d. l.* 11. Altera: Nisi seruitus sit, ne quid in eo loco vicinus positum habeat. *l. si quando.* 17. §. 1. *si seruitus vindicetur.*

III. Exceptio: Nisi lumen quidem non impediat, solem tamen auferat. *d. l.* 16. *in prin.*

IV. Exceptio: Nisi seruitus non debeatur, vel nõ sit constituta, *l. cũ eo.* 8. *& l. Imperatores.* 13. *ff. d. tt. itẽ l. altius.* 8. *cum l. sequ. in fin. C. de seruitutib. M. I. R. d. reg.* 13. *except.* 1. *& d. cap.* 18. *reg.* 44. *exception.* 1. *replic.* 2. Huius replicatio prima est: Nisi in area, in qua quis altius ædificare volet, ædes fuerint peruetustæ humiliores. tunc enim seruitus altius non tollendi longo tempore vicino est adquisita. *de quo dictum est sup. c.* 2. *causa* 5. *approbatur insuper l. qui luminibus.* 10. *in prin. ff. de seruitutib. vrbanor. præd. & l.* 1. *C. de seruitut.* Contradicit *M. I. R. d. repl.* 2. *duplic.* 1. Secunda replicatio est: Nisi altius ædificando vltra modum vicini ædes oneret & obscuret. *l. cuius.* 23. *ff. de seruit. vrban. præd. l. Scaurus.* 9. §. *fin. ff. d. tt. item l. si is qui binas.* 30. *in fin. ff. de vsufr. & quemadmodũ.* Sane ad quam altitudinem extolli possint, vel debeant ædes, ad arbitrium iudicis pertinet, *vt paulo inferius except.* 6. *dicetur.* Tertia replicatio est: Nisi ædificando ventum ab area purgandis seu triturandis frugibus destinata excludat. *l. cũ talis.* 14. §. *fin. C. de seruitutib. M. I. R. d. repl.* 2. *dupl.* 2. Quarta replicatio: Nisi hæres ædes suas vel hæreditarias altius tollendo luminib. legatarum ædium officiat. reprobatur *l. Scaurus.* 9. *ff. de seruit. vrbanorum prædiorum.*

V. Exceptio: Nisi lumina, quibus officitur, tempore quo constituitur seruitus, non fuerint, sed postea facta sint. reprobatur *l. si seruitus.* 22. §. *quod si ita. ff. d. tt.* Plane admittitur, si in constituẽda seruitute ita conuenit, lumina quæ nunc sunt, vt ita sint. *d. l.* 22. *in princ.*

VI. Exceptio: Nisi non conuenit, ad quam altitudinem ædificium sit tollendum. reprobatur *l. qui luminibus.* 10 §. *fin. ff. d. tt.*

VII. Exceptio: Nisi aliæ ædes intercedant, vel ædes à se sint remotissimæ. *l. si ædes.* 37. *cum l. seq. ff. eod. tt de qua re vide sup. c.* 2. *exceptio.* 30. Huius exceptionis replicatio est: Nisi ædes medæ luminib. non officiant. *l. & ideo.* 5. *ff. si seruitus vindicetur. de quo dictũ sup. d. exceptio.* 30 *replicat.* 1. Eius autem replicationis duplicatio est: Nisi post seruitutem constitutam ædes mediæ altius tollantur, vt ædes seruientes altius sublatæ luminibus non officiant. *l. etsi forte.* 6. *in prin. ff. d. tt.* Plane si intra statutum tempus rursus ædificium suum deposuerit vicinus, renascetur vindicatio. quod triplicationis loco notandum *ex d. l.* 6.

VIII. Exceptio: Nisi alius vicinus parietem seruientibus ædibus cõmunem altius extulerit *l. hoc quod.* 24. §. *fin. ff. de seruitute vrbanorum prædiorum.* Hactenus causa propositæ actionis altius non tollendi cum suis exceptionibus proposita est: sequuntur nunc alij huius actionis loci.

IV. QVIBVS DATVR hæc actio?

De eo cui seruitus non debetur. Ei non competit hæc actio. *quæ regula approbatur argumento l. loci.* 4. §. *competit. ff. si seruitus vindicetur,*

V. QVID VENIAT IN hac actione?

Vtid quod factum est tollatur. *quæ regula propositæ est sup. c. proximo, memb.* 7. *reg* 2. Reliquos propositæ actionis locos vide *sup. c. proximo, de actione confessoria.*

DE SERVITVTE, NE PROspectui officiatur.

I. GENVS definitur *l.* 2. *ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum.*

II. DIFFERENTIA inter hanc & superiorem seruitutem proponitur *l. inter seruitutes.* 14. *ff. d. tt.* Alia differentia habetur *l. lumen.* 15. *ff. d. tt.* Alia itẽ *l. ædificia.* 11. *ff. d. tt.*

III. DE prospectu in mari non impediendo agitur *Nouell. c.* 63. *item Nouell. c.* 165.

DE SERVITVTE stillicidij.

I. GENVS.

Seruitus est vrbani prædij. *quod approbatur l.* 1. *ff. de seruitut. vrbanor. prædior.*

II. PROPRIVM.

Stillicidij naturalis atque perpetua causa esse debet. *l. foramen.* 27. §. *fin. ff. d. tt.*

III. EVENTVS ET IVRA huius seruitutis.

Huius loci prima regula proponitur *l. seruitutes.* 19. §. *si seruit. ff. de seruit. vrban. præd.* scilicet, Non licere domino seruientis areæ ibi ædificare, vbi casitare cœpit stillicidium. *Concordat l. si eo loco.* 9. §. 1. *ff. si seruit. vindic. M. I. R. lib.* 3 *cap.* 18. *reg.* 14. Plane vsq; ad stillicidij locum ædificium perducere potest: quod notandum loco primæ exceptionis. *quæ approbatur d. l.* 19. §. *qui in area. M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 1. Secunda exceptio est: Nisi cum vtramque seruitutem deberet eidem, altius nõ tollendi, & stillicidij recipiendi: altius non tollendi seruitus illi sit remissa. reprobatur *l. si domus tua.* 20. *ff. de seruit. vrban. præd. de quo supr. c.* 3. *caus.* 1. *except.* 4.

Secunda regula est, Quod is cui debetur seruitus stillicidij, tam actionem quam exceptionẽ eius nomine habeat. *l. si à te.* 16. *ff. si seruit. vin. Concordat l. si eo loco.* 9. §. 1. *ff. eod. tt.*

Tertia regula: Si antea ex tegula casitauerit stillicidium, postea ex tabulato vel ex alia materia casitare non potest. *l. seruitutes.* 19. §. *si antea. ff. de seruit. vrbanor. prædior.*

Quarta regula: Stillicidium altius tolli, nõ inferius demitti potest; item retroduci, non produci potest. *d. l.* 19. §. *stillicidium.*

DE SERVITVTE TIGNI immittendi.

I. DIFFERENTIA huius seruitutis & inferioris, quæ dicitur oneris ferendi, proponitur *paulo inferius, q.* 3.

II. CAVSÆ EX QVIBVS DEbetur hæc seruitus.

Si vicinus mihi hoc ius cesserit. *l. sicuti.* 8. §. *competit. ff. si seruit. vindic.* Videtur & alia huius seruitutis causa esse, si scilicet quis binas ædes habens, vna contignatione tectas, vtrasq; diuersis alienauit, quæ tamen causa reprobatur *l. binas.* 35. *l. seq. ff. de seruitut. vrbanorum prædiorum.* Ex quibus constat, quia tignum vtrisque commune est, neutri seruitutem eius nomine deberi. Nunc propositæ primæ causæ exceptiones videamus. Prima exceptio est: Nisi cum passus quis esset tigna, quæ antea vicinus habuerat, immittere, is noua nunc velit immittere. *l. si cum.* 14. *in prin. ff. si seruit. vindic.* Secunda: Nisi non habeat ædificium vicinum qui immittit, vel non ex suo immittit tignum in parietem vicini *l. hoc quod.* 24. *in princip. ff. de seruitut. vrbanor. prædior.* Tertia: Nisi statuto tempore immissum non habuerit. hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, *de quo dictum sup. c.* 3. *causa* 10. eius tamen replicatio est: Nisi vicinus, qui seruitutem debet, non habuerit ædificatum. *l. si quis.* 18. §. *fin. ff. quemadm seruitus amitt.*

III. QVID VENIAT IN ACTIOne huius seruitutis?

Huius loci regula prima est, Quod dominus seruientis prædij, parietem reficere non tenetur. *l. sicuti.* 8. §. *distant. ff. si seruit. vind.* Secunda, Quod si negatoria actione agatur, aduersarius etiam de futuris tignis non immittendis cauere teneatur. *l. egi.* 12. *ff. si seruitus vind.*

IV. VTER possessor, vter petitor sit in hac actione, dictum est *sup. cap. prox. memb.* 3.

DE SERVITVTE ONEris ferendi.

I. EVENTVS ET IVRA huius seruitutis.

Huius loci regula prima est, Quod dominus seruien-

seruientis ædificij, parietem reficere tenetur. *l. cũ 32. ff. de seruit. vrbanor. prædior. l. etsi forte. 6. §. etiam de seruitute. ff. si seruitus vindicetur. item l. sicuti.* 8. §. *distant. ff. d. tt.* Modus autem refectionis in hac seruitute seu actione ad eum modum pertinet, qui in seruitute imposita continetur, forte vt reficiat lapide quadrato, vel lapide structili, vel quouis alio opere, quod in seruitute dictum est, *d. l. 6 §. modus.* Sicut autem refectio parietis ad vicinum pertinet, ita fultura ædificiorum vicini, cui seruitus debetur, quamdiu paries reficitur, ad inferiorem vicinum non debet pertinere. Nam si non vult superior fulcire, deponat & restituat, cum paries fuerit restitutus, *l. sicuti.* 8. *in princip. ff. si seruitus vindicetur.* Et hic quoque sicut in cæteris seruitutib. contraria actio dabitur: hoc est, ius tibi non esse, me cogere. *ibid.*

Secunda regula: Parietem meliorẽ facere potest, deteriorẽ non potest. *l. etsi forte. 6. §. fin. ff. d. tit.*

II. QVÆ ACTIO DETVR, & adfinia remedia.

Actio tam cõfessoria, quam negatoria de hac seruitute datur. Cuius adfine remedium est, operis noui nunciatio. quod approbatur *d. l. 6. §. finali. ff. si seruitus vindicetur.*

III. QVIBVS ET ADVERSVS quos hæc actio detur?

In rem actio est, dominoq; & in dominum ædium datur. *l. etsi forte. 6. §. Labeo, cum sequent. ff. si seruitus vindicetur. & l. vlt. §. fin. ff. de seruitutib.*

IV. QVID VENIAT IN hac actione?

Huius loci prima regula, Quod dominus seruitutis ædificij & onera ferre, & ædificia reficere teneatur, & ad eum modum qui seruitute imposita comprehensus est, proponitur *l. & si forte. 6. §. etiam. ff. si seruitus vindicetur.* De hac re vide plura *paulo superius.*

Secunda huius loci regula, de re ipsa reficienda, & cautione præstanda, habetur *l. harum actionum. 7. ff. eod. tt.*

Tertia regula, De fructibus, habetur *d. l. 6. §. veniunt.*

Quarta regula, De vno ex pluribus, qui vel agit vel conuenitur, habetur *d. l. 6. §. si ædes.*

DE SERVITVTIBVS RVSTICORVM PRÆDIORVM.

CAP. VI.

SPecies seruitutis rusticorum prædiorum enumerantur *Inst. de seruitutib. prædiorum. in prin. & §. inter rusticorum. Concordat iisdem verbis l. 1. in princ. & §. in prædiis. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum.* Sed enumerantur & aliæ huiusmodi seruitutes *l. 2. in prin. ff. d. tt. l. ius cloacæ.* 8. *ff. de seruitutibus. l. veluti. 5. §. fin. ff. de seruitutib. rusticorum prædiorum.* Enumerantur insuper & aliæ seruitutis huiusmodi species *l. item sic. 3. in prin. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum.* Est etiam seruitutis rustici prædij species, vt mihi tugurium in alieno solo habere liceat. *d. l. 6. §. fin.* Item seruitutis species alia proponitur *l. via. 23. §. si lacus. ff. d. tt.* Est & illa seruitutis species, vt aquam in alieno quærere liceat. *l. Labeo ait.* 10. *ff. d. tt.* Plane hæc conuentio vt pomum decerpere, spaciari vel cœnare in alieno liceat, seruitus non est. *de qua re dictum sup. c. 2. except. 3.* Quæ ergo sint rusticorum prædiorum seruitutes, ex iis quæ hactenus dicta sunt, constat. Plane inter has seruitutes enumerata est & hæc seruitus, Licere altius tollere, & officere prædio vicini: quẽadmodum & similis seruitutis species proposita est sup. inter species seruitutis vrbanorum prædiorum, scilicet alterius tollendi & officiendi luminib. vicini. quæ tamen seruitutis species esse non videtur, hac ratione, quia quando id quod seruitutis nomine constitutum est, etiam sine conuentione ipso iure licet, seruitus dici non potest, *vt demonstratum sup. c. 2. except. 5.* Sed in suo altius ædificare, & ædificando luminibus vicini officere ipso iure licet, etiamsi de hoc nihil conuenerit. *l. cum eo. 8. ff. de seruit. vrban. præd. l. altius.* 8. *& l. 9. in fin. C. de seruit.* Ergo conuentio de eo, vt in suo altius ædificare liceat, seruitus dici nõ potest. Ad hoc argumentum respõdendo dico, minorẽ propositionẽ non semper esse veram. Quidam. n. sunt casus, quib. quis in suo ædificare prohiberi potest. veluti si vetus ædificium, quod destruitur, fuit humilius. tunc enim nouum erigendo, veterem formam & altitudinem custodire debet. *l.* 10. *in prin. ff. de seruit. vrban. præ. & l.* 1. *C de seruitut.* Item si altius ædificando ex area vicini, in qua fructus purgantur, ventum excludat, potest prohiberi. *l. vlt. in fin. C. d. tt.* Hisce igitur & aliis similibus casibus, quibus quis in suo altius ædificare prohiberi potest, conuenirí potest, vt in suo altius sibi ædificare liceat, quo casu valet conuentio, seruitusque altius tollendi & officiendi prædio vicini constituitur. Sed nunc ad species seruitutum vberius describendas accedamus.

DE ITINERE, ACTV ET VIA.

I. DEFINITIONES ac differentiæ harum seruitutum proponuntur *Inst. de seruitutib. prædior. in pr. Concordat iisdem verb. l.* 1. §. 1. *ff. de seruit. rust. præd. l. qui sella. 7. in pr. item l. inter.* 12. *ff. d. tt.* Plane interdũ via pro itinere accipitur vt *l. si tam.* 3. *ff. de seruitutib. & l. paries.* 157. *ff. de verb. signif.*

II. DIVISIO viarum in publicas, priuatas & vicinales, habetur *l.* 2. *§. viarũ. ff. nẽ quid in loco publico. l. vlt. ff. de locis & itinerib. publicis.* Cum autem triplex sit viarum genus, nec de publicis, nec de vicinalibus hic agitur, sed de viis priuatis.

III. DE CAUSIS itineris, actus & viæ tam constituendæ, quam amittendæ, cum suis exceptionibus, hic non est differẽdi locus, cũm de iis sup. in generali seruitutũ tractatu satis sit dictum. Hoc tantum admonuisse sat est, quod Vlpianus dicit *l.* 15. *ff. commun. prædior.* Iter nihil prohiberi sic constitui, vt quis interdiu duntaxat eat. quod facere circa prædia vrbana etiam necessarium est.

IV. NVNC ad propria & effectus propositarum seruitutum nobis trãseundum. cuius loci prima regula, De latitudine viæ, quod scilicet in porrectum octo pedes habeat, in anfractum sedecim, habetur *l. viæ.* 8. *ff. de seruitute rusticor. prædior. l. certo generi.* 13. *§. latitudo. ibi, in via. ff. d. tt. item l. nam satis.* 6. *§. fin. ff. quemad. seruitus amittat.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non via, sed iter aut actus debeatur. *d. §. latitudo* Secunda: Nisi aliud in constituenda seruitute conuenerit. *l. via.* 13. *in pr. ff. de seruit. rust. præd.*

Secunda

Secunda regula de loco viæ talis est, Quod si in constituenda seruitute certus viæ locus non est demonstratus, per quamlibet fundi partem ire liceat ei cui seruitus debetur. *l. si cui.* 9. *ff. de seruit. l. si via.* 26. *ff. de seruit. rustic. præd.* Huius exceptio prima est: Nisi per aliquam fundi partem eat cum fundi seruientis detrimento, cum possit per aliam fundi partem æquè commode minore detrimento ire, tunc enim inhibenda est malitia eius, cui seruitus debetur. *dict. l.* 9. *Concordat in simili specie l. sed quæ.* 22. *ff. de seruit. rust. præd. item l. si via.* 26. *in fin. ff. eod. tt.* Secunda exceptio est: Nisi per aliquam partem viam elegerit, semelq; atq; iterum ierit. tunc enim aliæ partes liberæ sunt. *dict. l.* 9 *§. verum. ff. de seruit.* Huius replicatio est: Nisi cum duobus iter deberetur, vnus tantum ex iis per certam partem viam elegerit. *l. itinere.* 28. *ff. de seruit. rust. præd.* Tertiæ exceptionis loco notandum, quod si inter eum cui iter debetur, & eum qui debet, de loco itineris non conueniat; arbitrio tertij locus certus sit constituendus. *l. certo generi.* 13. *§. si totus. & §. fin. ff. d. tt.*

Tertia regula, De proprio itineris, quod is qui iter habet, nec agendi iumenti, nec vehiculi ducendi ius habeat, sed tantum eundi. *quæ regula constat ex iis quæ dicta sunt sup. eod. cap. in princ.* Plane qui iter habet, etiam equo commeare, & lectica vehi potest. *quod approbatur l. qui sella.* 7. *in princ. ff. de seruit. rust. præd. & l. inter actum.* 12. *ff. d. tt.* Præterea is qui iter habet, trahendi lapidis vel ligni, item hastæ rectæ ferendæ ius non habet. *De quo paulo inf. reg. prox.*

Quarta regula, De propriis actu: Qui actum habet, iumentum agere potest, & vehiculum ducere. *quæ regula constat ex iis quæ dicta sunt sup. eod. cap. in princ.* Sed & eundi ius habet, *vt ibidem etiam est dictum. Cui concordat l.* 1. *in fin. ff. de adimendis legatis.* Plane qui actum habet, ius trahendi lapidem vel lignum non habet, nec hastam rectam ferre potest. *l. qui sella. 7. ff. de seruit. rustic. prædiorum.*

Quinta regula, De propriis viæ, habetur *d. l.* 7. *in fin.* Plura huius loci vide *inf. eod. c. in prin.*

Sexta regula habetur *l. si iter.* 10. *ff. de seruit. l. seruitutes.* 19. *§. si domo. ff. de seru. vrb. præd.*

Septima regula: Is cui iter debetur, in eo loco ædificare non potest, *l. si eo loco.* 9. *§. penult. ff. si seruitus vendic.* Huius exceptio est: *sup. reg. prox. item paulo inferius reg.* 9.

Octaua regula: Iter reficere potest. *de quo inf. de itinere actuq; reficiendo, c.* 9.

Nona regula: Nec dominus prædij, nec is cui iter debetur, arcũm facere potest. quæ regula cũ aliis quibusdam approbatur *l. supra.* 11. *in prin. ff. de aqua pluuia arcenda.*

Decima regula: Dominus prædij seruiẽtis nihil in eo loco facere potest, quo seruitus impeditur. *l. certo.* 13. *§.* 1. *ff. de seruit. rust. præd. l. si eo loco.* 9. *in princ. ff. si seruitus vindicetur. de qua re dictum etiam sup.* 4. *membr.* 4.

Vndecima regula: Dominus prædij seruientis, alij per eundem locum aquæductum concedere non potest. *de qua re vide inf. cap.* 2. *except.* 11. *in fin.*

Duodecima regula: Via ad sepulchrum priuati iuris manet. *l. seruitutes.* 14. *§. seruitus. ff. de seruitutibus. l.* 1. *§. fin. ff. si seruitus vindicetur.*

Decimatertia & vltima regula est de actione propositarum seruitutum, & habetur *l. loci.* 4. *§. si quis mihi. ff. si seruitus vindicetur.* Ex qua duo potissimum sunt notanda: primum, ex quibus causis actio de itinere, actu & via competat. Alterum, quæ competat actio, quodq; eius adfine sit remedium. Causæ huius actionis sunt: Si quis ire agere prohibeatur, si viam reficere vel sternere vicinus non patiatur, si denique vicinus arborem impendentem habeat, qua vius viæ incommodior reddatur. Sed & plures huiusmodi causæ patent ex regulis præcedentibus. Ad alterum quod attinet, dicit Iurisconsultus, confessoriam actionem competere, item in casu interdictum de itinere actuque reficiendo. De confessoria actione dictum est *sup. c.* 4. Vnde petenda sunt quæ huc pertinent. De interdicto dicetur *inf. duobus capitibus proximis.*

DE INTERDICTO DE itinere actuque priuato.

CAP. VII.

PRimo: Genus huius interdicti proponitur *l.* 1. §. 1. *ff. de itinere actuq; priuato.*

II. DIFFERENTIA huius interdicti & actionis confessoriæ habetur *l.* 2. *§. fin. ff. si seruitus vindicetur.* Differunt ergo confessoria actio & interdictum propositum, quod in actione quidem confessoria de iure quæratur, hoc est, an actor seruitutem habeat iure impositam: in interdicto autem de facto tantum quæritur, hoc est, de quasi possessione seruitutis. Confessoria igitur actio petitorio, interdictum autem possessorio iudicio subiicitur. Eandem differentiam apertioribus verbis Vlpianus indicat *l.* 1. *§. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato.*

III. CAVSA ergo interdicti hæc est: Si quis itinere, actu vel via vti hoc anno vsus est, vti prohibeatur, & in quasi possessione seruitutis vim patiatur, ad retinendam possessionem hoc interdicto defenditur. quæ causa approbatur, simulque interdictum proponitur *l.* 1. *in princ. ff. de itinere actuq; priuato.* Huius causæ plures sunt exceptiones ordine nunc discutiendæ.

I. Exceptio: Nisi actor vti prohibitus, intra annum antea non sit vsus. Hæc exceptio constat ex contrario sensu. Si enim vis prohibeatur fieri eunti vel agenti, ob id quod antea eo anno itinere vel actu sit vsus: sequitur, quod si non sit vsus antea itinere vel actu, non defendatur interdicto proposito. Annus autem hic computatur nõ ex die quo prohibitus est actor, sed ex die interdicti. *de quo inf. ead. except. replic.* 4. *in fin.* Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi alius actoris nomine sit vsus, vel actor per alium. *l. inde etiam.* 3. *§. vti videmur. & §. si quis ex. ff. de itinere actuq; priuato. l.* 1. *§. is cuius. & §. si tibi fundum. ff. d. tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi is qui actoris nomine vsus est, ignorauit cuius fundus esset, per quem iter. reprobatur *dict. §. is cuius, in fine.* Secunda: Nisi alius suo, non actoris nomine sit vsus. *d. l.* 1. *§. si quis autem.* Tertia: Nisi alius tanquam vsufructuarius via sit vsus. *l. inde etiam.* 3. *§. vti videmur. ff. de itinere actuq; priuato.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est: Nisi propter iustam

Ll causam

causam vti seruitute non potuit. approbatur, simul & exemplis declaratur *l.1.§. si quis propter.ff. dict. tt.* Plane ipso quidem iure replicatio proposita non competit *ex dict. leg.1.§. Viuianus recte, in fin.* verum competit ope in integrum restitutionis. Tertia replicatio est: Nisi talis fuerit causa non vtendi, ex qua in integrum restitutio competit *d.l.1.§. præterea.* Quarta: Nisi ob dilationem adversario datam, annus exierit, *d.l.1.§. præterea.* Ad cuius verba intelligenda sciendum est, annum quo vsus sit actor seruitute, vel non sit vsus, ex die interdicti retrorsum computandum, non ab eo tempore quo vti prohibitus est. *d. l.1. §.annum.* Quinta replicatio est: Nisi author eius eo anno sit vsus. *l.2.§. fin. ff. si seruitus vindicetur. de quare vide inf. eod. cap. quibus detur hoc interdictum, membr.4.*

II. Exceptio: Nisi minus quam 30. diebus eo anno sit vsus. *l.1. §. siue igitur. ff. de itinere actuque priuato.*

III. Exceptio: Nisi eo tempore quo interdictum redditur, non sit vsus actor. reprobatur *d. l. 1.§. hoc interdicto.*

IV. Exceptio: Nisi non eousque antea sit vsus, quo vique nunc vtitur, cum prohibetur. *l.1.§. Iulianus dit. ff. eod. tt.*

V. Exceptio: Nisi ierit tantum actor, non egerit antea. Hæc exceptio videtur reprobari *l.1. §. si quis hoc. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio; Nisi seruitus actori non debeatur. reprobatur *l.1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priuato.* Huius autem exceptionis reprobatæ elegans proponitur ratio *l.inde etiam.3.§. hoc autem à sup. vers. qui enim vult. ff. eod. tt.*

VII. Exceptio; Nisi vi, clam vel precario sit vsus actor. *d.l.1. in prin.* Quid autem sit vi, clam vel precario vti, dictum est *sup. cap.2. causa 5. except. 3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi alius, non actor, seruitute vti prohibitus sit; tunc enim actor seruitute vi vel clam vti non videtur, cum alius, non ipse ire sit prohibitus. Hæc replicatio quamuis ipso iure subsistat, recipit tamen duplicationem hanc: Nisi alius qui prohibitus est, nomine actoris vsus sit, actorq; per eum ius suum retinere potuit. *l.inde etiam. 3. §. item sciendum. ff. de itinere act. priuato.* Huius replicatio prima est: Nisi actor ignorauit eum, per quem vtebatur, prohibitum esse, *dict. §. item sciendum.* Altera: Nisi is per quem actor vtebatur, non sit prohibitus, sed precario rogauerit. *l.1. §. si tibi fundum. ibi quæritur enim. ff. eod. tt.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione. Secunda replicatio est: Nisi alius, non actor, precario rogauerit. Et hæc replicatio regulariter quidem vera est, sed admittit duplicationem hanc; Nisi author actoris precario rogauerit. quæ tamen reprobatur *l.1. §. penult. ibi. tu tamen (vt credo) ff. de itin. act. priuato.* Tertia replicatio est: Nisi ab alio, non ab aduersario actor seruitute vi, clam vel precario sit vsus. Et hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, *vt ex verbis interdicti constat.* veruntamen recipit duplicationem hãc: Nisi ab authore aduersarij vi, clam vel precario sit vsus actor. *l.inde etiam.3.§. si quis ab. ff. d.tt.* Quarta replicatio est: Nisi ab initio anni recte, non vitiose sit vsus. *l.1.§. fin. cum l. sequ. ff. de itinere actuq; priuato, d.l.3. in prin. itẽ l. sicut. 6. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi author actoris recte, non vitiose sit vsus. *dict. leg.6.* Huius duplicatio est in precario. quando enim successor precario vtitur seruitute, non ei prodest autorem siue vitio vsum. *l.1.§. si tibi fundum. ff. eod. tt.* Sexta replicatio: Nisi is per quem actor vtitur, siue vitio vtatur seruitute. reprobatur exemplo precarij *dict. §. si tibi fundum. vers. quoties.* Hæc de septima exceptione cum suis replicationibus.

VIII. Exceptio; Nisi non tanquam suo iure sit vsus actor. *l.vlt. ff. de itin. act. priuato. Concordat l. vlt. ff. quemadmodum seruit. amitt.* Huius exceptionis exemplum etiam proponitur *l. 1. §. Iulianus recte. ff de itin. act. priuato.*

IX. Exceptio; Nisi actor non sit dominus fundi, ad quem iuit, vel fundum istum ex causa lucratiua sit nactus. reprobatur *l.inde etiam.3.§. hoc interdictum, cum sequentib. ff. d.tt.*

X. Exceptio; Nisi pro parte tantum dominus sit actor fundi, ad quem iuit. reprobatur *l. sed etsi. 3. ff. si seruitus vindicetur.*

XI. Exceptio; Nisi nudam tantum proprietatem fundi habeat actor. reprobatur *l.inde etiam. 3. §. idem Iulianus. ff. de itin. act. priuato.*

XII. Exceptio; Nisi non rustica, sed vrbana sit seruitus, qua vti prohibitus est actor. *l.1. §.1. ff. dict. tit.*

XIII. Exceptio: Nisi alius quam dominus prædij prohibuerit. reprobatur *d.l.3. §. idem Iulianus. ff. d. tit.* Hactenus de causa propositi interdicti, eiusq; exceptionibus est dictum.

IV. QVIBVS DETVR HOC interdictum?

Huius loci regula prima est, Quod successori tam singulari, quam vniuersali competat. *l.2.§. fin. ff. si seruitus vindicetur. l.1.§. ait prætor inter. ibi, nam sicuti. ff. de aqua quotidiana & æstiua.* Secunda regula est: Quod si quis alterius nomine seruitute vsus prohibitus est, ei cuius nomine vsus est, interdictum competit, non ei qui est prohibitus. *de qua re vide sup. eod. cap. except.1. replicat.1. cum suis duplic.* Plane interdum euenit, vt non ei qui per alium vsus est seruitute, competat interdictum: sed ei qui ipse vsus atque prohibitus est, quamuis alterius nomine sit vsus. cuius exemplum vide *supr. dict. replicat.1. duplic.3. item sup. except.7. replicat. vlt. in fin.* Tertia regula est, Quod etiam fructuario hoc interdictum competit. *dict. leg. 2. §. Pomponius. ff. si seruit. vind.*

V. ADVERSVS QVOS DATVR interdictum?

Aduersus quemuis prohibentem, etiam non dominum, *de quo dictum sup. except. vlt.*

VI. QVID VENIAT IN HOC interdictum?

Huius loci regula, De eo quod interest, habetur *l.inde etiam.3 §. in hoc interdicto. ff. de itin. act. priuato.* Sed & cautio à reo præstanda in hoc interdicto venit. quæ cautio adprobatur & declaratur *l. si de via. 7. in princ. ff. de aqua quotidiana & æstiua.* Sed etsi actor in hoc interdicto succubuerit, eum quoque ad cautionem præstandam reo conuento posse condemnari puto, *ex verbis dict. l. 7. in fin.* Ita enim interpretor verba hæc: Quod si neget, &c. scilicet iudex, actorem in quasi possessione seruitutis constitutum; & ob id pronunciet, eum

eum recte à reo conuento prohibitum esse; debebit, scilicet actor; donec quæstio, scilicet petitorium iudicium, seu actio confessoria finiatur.

VII. QVAMDIV COMPETIT hoc interdictum?

Intra annum ab eo tempore numerandum, quo postremo vsus est actor itinere. *de quo vide sup. eodem c. except.1.*

DE ITINERE, ACTVQVE reficiendo interdictum.

I. VERBA interdicti habentur *l. inde etiam. 3. §. ait prætor. ff. de itinere actuq; priuato.*

II. RATIO proponitur *d.l.3.§. vtilitas.*

III. DIFFERENTIA huius interdicti & superioris proponitur *d.l.3.§. hoc autem.*

IV. CAVSA huius interdicti prima est; Si quis iter actumve reficere prohibeatur. *Quæ causa constat ex verbis interdicti.* Eius autem exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio; Nisi itinere vel actu hoc anno vsus non sit. *d.l.3.§. hoc autem. ibi, itaq; qui hoc.*

II. Exceptio: Nisi vi, clam vel precario sit vsus *Hæc exceptio constat ex verbis interdicti.* De qua re satis dictum est *sup. except.7.* quæ & hic possunt repeti.

III. Exceptio: Nisi seruitus actori non debeatur. *d.l.3.§. hoc autem. ff. de itin. act. priuato.* Plane si quis seruitutem iure impositam non habeat, habeat autem velut longæ possessionis prærogatiuam, ex eo quod diu vsus est seruitute, hoc interdicto vti potest. *l. apparet. 5.§. penult. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi modum in constituenda seruitute impositum reficiendo excedat. *l.inde etiam.3.§. fieri ff. de itin. act priuato.*

V. Exceptio: Nisi pristinam formam excedat, aliudve faciat. *dict. l.3 §. reficere.* Huius exceptionis exemplum est, si silice quis iter sternere velit. *quod proponitur l. loci. 4.§. si quis mihi. ibi, non tamen. ff. si seruitus vindicetur.* Replicatio est: Nisi pontem nouum viæ muniendæ causa velit facere, sine quo commeari non possit. *d.l.3.§. fin. ff. de itinere actuq; priuato.*

VI. Exceptio: Nisi actor de damno infecto non caueat. *d.l.3.§ qui hoc interdicto. & l. apparet. 5.§. fin. ff. eod. tt.* Hæc de prima propositi interdicti causa cum suis exceptionibus sint dicta.

Altera causa est: Si quis apportare ea quæ ad refectionẽ itineris necessaria sunt, prohibeatur. *l. veteres. 4. in princ. ff. de itinere, act. priuato. & l. apparet. 5 in princ. ff. eod. tt.* Huius causæ exceptio est; Nisi cum posset actor alia parte agri minore incommodo apportare, alia parte adportet. *d. l. 4.§. si quis. & d.l.5. §.1.*

V. QVIBVS ET ADVERSVS quos hoc interdictum datur?

Huius loci regula, Quod scilicet & successoribus, item emptori & in emptorem detur, habetur *d.l.5 §. hoc interdictum.* Hactenus de itinere, actu & via; sequitur de aquæductu.

DE AQVÆDVCTV.

CAP. VIII.

PRimo; Definitio, quod scilicet ius sit aquæ ducendæ per fundum alienum, proponitur *l.1.§. aquæductus. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. Concordat iisdem verbis Instit. de seruitut. prædior. §. aquæductus.*

II. CAVSAE aquæductus, causarumque exceptiones eædem sunt, quæ & aliarum seruitutum; *de quibus vide supr. cap.2.* Sunt tamen & aliæ quædam speciales exceptiones aquæductus hic proponendæ.

I. Exceptio; Nisi non omnium, ad quos ius aquæ spectat, consensu aquæductus constituatur. Hæc exceptio approbatur, simul etiam quorũ consensus requiratur, definitur *l. in concedendo. §. cum ll. sequentib. ff. de aqua pluuia arcenda. Concordat sup. c.2. except.19.*

II. Exceptio; Nisi pluribus ex eodem fonte, vel per eundem locum aquæductus constituatur. reprobatur *l.2. §. aquæductus. ff. de seruitutib. rusticor. prædior. l. hoc iure. 3.§.1. ff. de aqua quotid. item l. Lucio. 4. in princ. ff. eod. tt.*

III. Exceptio; Nisi eius aquæ, quæ nondum apparet, aquæductus constituatur. reprobatur *l. vltim. ff. si seruitus vindicetur. Concordat l. Labeo ait. 10. ff. de seru. rust. præd.*

IV. Exceptio: Nisi non ex capite constituatur aquæductus. reprobatur *l seruitus. 9. ff. dict. tt.* Declaratur *l.1.§. caput. ff. de aqua quotid.* Huius exceptionis ratio, simul etiam exemplum proponitur *l. foramen. 27. §. omnes autem. ff. de seruit. vrban. prædior.*

V. Exceptio: Nisi per eum locum aquæductus constituatur, per quem alij seruitus debetur. *l. per quem 14 in princ. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. l. supra. 11. in princ. ff. de aqua pluuia arcenda.* Huius replicatio est; Nisi supra aquæductum alterius alteri aquæductus concedatur. *l. hoc iure. 3. §. fin. ff. de aqua quotid.*

VI. Exceptio: Nisi publicus locus interueniat. *l. seruitutes. 14. §. publico. ff. de seruitutib. l. si intercedat. 21. in princ. ff. d. tt.* Plane recipit replicationem hanc; Nisi princeps permiserit. *d. §. publico. l. si in publico. 18. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Sed de exceptione proposita dictum etiam est *sup. c. 2. except.3.*

VII. Exceptio: Nisi ex flumine publico ducatur. *Hoc tractabitur in iure fluminis publici.*

VIII. Exceptio: Nisi fons ex quo ductus aquæ debetur, exaruerit. Hæc exceptio sine dubio est iusta, veruntamen recipit replicationem hanc; Nisi postea rursus ex eo fonte aqua fluere cœperit. *l. vnus. 34. §. fin. cum l. sequ. ff. de seruitut. rustic. prædiorum.*

IX. Exceptio: Nisi aliter aquam ducat, quam ei ius est. approbatur exemplo *l.2. ff. de aqua quotidiana.* Exempla plura continentur in iis quæ sequuntur, estq; ei adfinis *inf. c.11. de aqua quotidiana, except.13.* Hæc de causis aquæductus, earumque exceptionibus dicta sufficiant.

III. QVIBVS AQVÆDVCTVS debeatur, & in quantum?

Huius loci prima regula est, quod ei quoque qui partem fundi dominantis comparauit, debeatur. *l. si partem. 25. ff. de seruitutibus rusticor. prædiorum.*

Secunda regula est de eo cui is qui aquæductum habet, ex eo aquæductu commodauit. *l. ex meo. 24. & l. cum essent. 33. §. fin. ff. eod. tt.*

Tertia regula est, quod in aliam partem fundi aqua duci non possit, quam ad quam seruitus est adquisita. *d.l.24. & l.non modus.12. C. de seruitutibus.* Cui tamen quodammodo contradicere videtur *l.1.§. illud Labeo.ff. de aqua quotidiana.*

Quarta regula est de domino fundi seruientis. *l.praeses.6.C.de seruitutibus.*

IV. PER QVAM FVNDI PARTEM aquæductus debeatur?

Huius loci regula est, quod per quālibet fundi partem ducere liceat. *l.si mihi.21.ff. de seruitutib. rustic.præd. Concordat l. vltim. ff. de aqua quotidiana.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in constituenda seruitute certa fundi pars sit destituta. *d.l.21.* Secunda: Nisi is cui aquæductus debetur, per certam fundi partem riuum fecerit. *l.si cui. 9. §.fin.ff.de seruitutibus.* Tertia: Nisi per eam partem ducere velit, quæ ædificiis, arboribus, vineisq; sit occupata, *l.sed quæ.22.ff.de seruitutib.rust.præd.* Alias huiusmodi exceptiones vide *sup.in specie itineris, c.6.mem.4, reg.2.*

V. EVENTVS ET RELIQVA aquæductus iura.

Huius loci prima regula de materia per quam aqua ducenda sit, an scilicet per lapidem vel fistulas ducere possit, proponitur *l.si prius.17.§.1. ff. de aqua pluuia arcenda.*

Secunda regula, De deprimendo & alleuando riuo, habetur *l.refectionis.11.§.sed & depreß.ff. commun.præd.* Qui tamen locus menda non caret.

Tertia regula, De riuo reficiendo, habetur *d.l. 11.§.si per tuum.*

Quarta regula, Itidem de reficiendo, *d.l. 11. in princip.*

Quinta regula, De fistulis ponendis, & aliis in riuo faciendis, proponitur *l.Quintus.15.ff. de seruitutibus rusticor.prædiorum. Concordat l. hoc iure.3.§.is qui ius.ff.de aqua quotid.*

Sexta regula, De arcu non faciendo supra iter alienum, habetur *l.supra.11.in princ.ff. de aqua pluuia arcenda.*

Septima regula: Aliis aquam commodare nō potest is, qui habet aquæductum. *l.ex meo.24.ff.de seru.rust.præd.*

Octaua regula, De loco non faciendo religioso, proponitur *l.refectionis.11.§. 1.ff.commun. præd.*

VI. DE ACTIONIBVS aquæductus.

De aquæductu perinde ac de aliis seruitutibus actio cōfessoria nobis competit: *de qua l.si quis.10. ff.si seruitus vindicetur.* Huius autem actionis adfinia remedia sunt interdicta de aquæductu possessoria: de quibus sequitur.

DE INTERDICTIS AQVÆductus. CAP. IX.

QVatuor potissimum sunt interdicta ad aquæductum pertinentia. Vnum de aqua quotidiana, alterum de aqua æstiua, tertium de aqua ex castello ducenda, quartū de riuis. Quod igitur ad priora duo attinet, notanda est aquæ diuisio & differentia, quæ habetur *l.1. §. duo autem.ff.de aqua quotidiana. Concordat l. de interdicto. 6. ff.eod.tt.*

DE AQVA QVOTIDIANA, interdictum I.

I. VERBA huius interdicti proponuntur *l. 1. in prin.ff.de aqua quotidiana.*

II. GENVS.

Prohibitorium est, interdum restitutorium. *d.l.1.§.1.*

III. CAVSÆ HVIVS INTERDICTI.

Prima causa est: Si quis aquam vti hoc anno duxit, ducere prohibeatur. *quæ causa constat ex verbis interdicti.* Distinguitur autem *per except. sequentes:*

Secunda causa: Si quid in eo fundo, per quem aqua ducitur, fiat, fodiatur, seratur, &c. quo aqua inquinetur. *l.1. §. Labeo putat.ff.de aqua quotidiana.* Nunc ad exceptiones harum causarum transeundum.

I. Exceptio: Nisi non sit aqua quotidiana. *d. l.1.§.1.* Huius replicatio hæc est: Nisi ex secundo genere causarum agatur. tunc enim quamuis æstiua sit aqua, interdici potest. *d.§.Labeo.*

II. Exceptio: Nisi non sit aqua perennis. *l.1.§. loquitur.ff.de aqua quotidiana.*

III. Exceptio: Nisi aqua sit, quæ duci non possit. approbatur & declaratur *d.§. loquitur.*

IV. Exceptio: Nisi non ad irrigandos agros pertineat aqua, sed ad alium vsum. reprobatur *l.1. §.illud quæritur. & §.idem Labeo.ff.de aqua quotidiana. item l.hoc iure.3.in prin.ff.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi calida sit aqua. reprobatur *l. 1.§.idem Labeo.ff.d.tt.*

VI. Exceptio: Nisi non extra, sed intra vrbem sit aqua. reprobatur *d.l.1.§.siue autem.*

VII. Exceptio: Nisi non à capite, sed aliunde ducatur. approbatur simul & declaratur *l.1.§.hæc interdicta.ff.de aqua quotidiana.*

VIII. Exceptio: Nisi actor intra annum aquam non duxit. *Hæc exceptio constat ex verbis interdicti.* Replicatio prima est: Nisi cum ante annum aquam duxisset, intra annum sua sponte influxerit. *l.1.§.quæsitum est.ff.de aqua quotidiana.* Altera replicatio est: Nisi aqua sit æstiua. *de qua vide infr. prox.interdict.q.2.*

IX. Exceptio: Nisi vna tantum die vel nocte anni duxit. reprobatur *d.l.1.§ quod autem. & §. iuē quæsitum, cum sequentib.*

X. Exceptio: Nisi non putauit actor, se suo iure ducere. *d.l.1.§. Aristo. & §. & qualitercunq;.*

XI. Exceptio: Nisi in iure, non in facto errauit actor. *dict. §. & qualitercunque. ibi, cum non in iure.*

XII. Exceptio: Nisi vi, clam vel precario duxerit actor. *Hæc exceptio constat ex verbis edicti.* De significatione autem horum verborum vide *sup. cap.2. causa 5.except.3.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi semel eo anno non vitiose duxerit. *l. 1.§. Aristo.ibi, idem a t.ff. de aqua quotidian.*

XIII. Exceptio: Nisi aliter aquam ducat, quam hoc anno duxit. *l.1. §. illud tamen. ff. dict.tt.* Exemplum est, si cum antea quinto quoque die duxisset aquam actor, postea alternis diebus ducat, tunc enim impune prohibetur. *quod indicari puto d.l.1.§.illud autem.ibi, nihil refert. Concordat l.2. ff.eod.tt.* Propositæ exceptionis replicatio prima habetur *dict. l.1. §. illud Labeo.* Altera in aqua quæ in riuo

in riuo nata accedit, approbatur *l. hoc iure.3.§. aqua.ff.eod.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi non debeatur aquæductus actori. reprobatur *l.1. §. & qualitercunq;.ff. de aqua quotid.*

XV. Exceptio, eo modo quo seruitus est constituta, reprobatur *d §. & qualitercunq;. Concordat d.l.1.§.item quæsitum.*

XVI. Exceptio: Nisi aquam ducere prohibitus, fundum vendiderit. reprobatur *l. 1. §. si fundum.ff.de aqua quotidiana.*

XVII. Exceptio: Nisi non dominus, sed alius prohibuerit. *vide inf. Aduersus quos.* Hæc de causa interdicti proposita, eiusq; exceptionibus.

IV. QVIBVS DATVR?

De hæredibus & emptoribus vide *paulo inferius quæst. prox.in fine.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

Aduersus quemuis prohibentem. *l.1. §. competit.ff.de aqua quotidiana.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non sit dominus prædij, quæ tamen *d.§.competit.* reprobatur. Secunda exceptio est: Nisi inter corriuales de aquæductu sit contentio. Hoc casu duplex interdictum datur, & quasi communi diuidundo iudicium. *quod approbatur d.l.1.§.si inter.§.deinde ait, in fin.item §. ait prætor. & l.Lucio.4.§.fin.ff.d.tt.*

VI. QVID VENIAT IN HOC interdicto?

Huius loci prima regula, De cautione præstanda, habetur *l.si de via.7.ff.de aqua quotidiana.de qua re vide sup.c.7.memb.6.*

Secunda: Si ius aquæ ducendæ ob prohibitionem amissum sit, in restitutionem hoc venit, vt præstetur quod amissum est. *l. 1. §. præterea illud.ff.d.tt.*

VII. ADFINE remedium est, actio confessoria: *de qua sup.dictum est.* Item inter corriuales, vtile communi diuidundo iudicium: *de quo paulo superius membro 5.in fin.* Hæc de primo interdicto.

DE AQVA ÆSTIVA, INterdictum II.

Alterum interdictū est de aqua æstiua. Quid autem sit aqua æstiua, dictū est *sup.in prin. capitis.*

I. VERBA huius interdicti proponuntur *l. 1.§. deinde ait.ff.de aqua quotidiana.*

II. PROPRIVM huius interdicti, & differentia à superiore, proponitur *dict. leg. 1. §. hoc interdictum.*

III. CAVSA huius interdicti est: Si quis aquam quam prior æstate duxit, ducere prohibeatur. approbatur simul & declaratur in præcedentibus. Eius autem causæ exceptio prima est: Nisi non æstate, sed hyeme duxit. reprobatur *l. 1. §. si quis hyeme.ff.de aqua quotidiana.* Secunda exceptio: Nisi non priore, sed hac æstate duxerit. reprobatur *d.l.1.§.qui hac.* Alias huius loci exceptiones vide *sup. de aqua quotid.*

IV. QVIBVS DATVR HOC interdictum?

Hæredibus & emptori. *de qua re vide sup.de aqua quotidiana, q.5.except.2.*

DE AQVA EX CASTELLO ducenda, interdictum III.

I. VERBA huius interdicti proponūtur *l.1. §. ait prætor.ff.de aqua quotidiana.*

II. RATIO & differentia à superioribus proponitur *ibidem.* Alia differentia huius interdicti & superiorum est, quod in hoc interdicto causa etiam proprietatis vertatur. *d.l.1.§. fin.*

III. CAVSA huius interdicti est: Si quis aquam ex castello ducere prohibeatur. tunc enim ei datur hoc interdictum. *quæ causa constat ex verbis interdicti.* Castellum autem dicitur receptaculum, quod aquam publicam suscipit. Habet & hæc causa suas exceptiones, quarum prima est: Nisi ei qui aquam ducit, ducere nō sit permissum. Item: Nisi aliter quam ei permissum est, ducat. *Hæc exceptio constat ex verbis interdicti. Concordat d.l. 1.§.castellum. & §.fin.*

II. Exceptio: Nisi non à principe ei sit permissum. *d.l.1.§.permittitur.*

III. Exceptio: Nisi flumen nauigabile sit, vel aliud per id nauigabile efficiatur. *l.si autem. 10. fin. ff de aqua pluuia arcenda. & l. 2 in fin.ff. de fluminibus, & ne quid, &c.*

IV. Exceptio: Nisi aliis noceat aquæductus. *l.Imperat.17.fin.ff. de seruitutib. rustic.præd. Concordat l.hoc iure.3.§.1.ff.de aqua quotidiana.*

V. Exceptio: Nisi ex alio loco, quam ex castello, aqua ducatur. reprobatur *l.1. §. hoc interdictum, in fin.ff.de aqua quotidiana.*

VI. Exceptio: Nisi flumen, ex quo ducere permissum est, mutauerit alueum. *l. hoc iure. 3. §. si aquam.ff. de aqua quotidiana.*

VII. Exceptio: Nisi cum personæ, non prædio aquæductus permissus esset, persona sit extincta. *l.1.§.permittitur.ff.de aqua quotid.* Hæc de tertio interdicto.

DE RIVIS, INTERDIctum IV.

I. VERBA huius interdicti proponuntur *l. 1. in princ.ff de riuis.*

II. RATIO & vsus *d.l.1.§.1.*

III. CAVSÆ HVIVS INterdicti.

Prima causa est: Si quis riuos, specus, septa reficere, purgare prohibeatur. *approbatur verbis interdicti.* Declaratur autem definitionibus sequentibus: & primum definitione riui, *dict.l.1.§.riuus.* Deinde definitione specus, *d.l.1.§.specus.* Tertio definitione septorum, *d.l 1 §.septa.* Quarto definitione verbi Reficere, *d.l. 1.§ deinde ait.* Postremo declaratur definitione verbi Purgare, *d.l. 1. §. purgandi.* Altera causa est: Si quis exportare, vehereq; ea quæ refectioni necessaria sunt, prohibeatur. *l.Seruius.3.§.fin.ff.de riuis. Concordat l.1.§. deinde.ff.eod.tt.* Nunc ad exceptiones propositarum causarum nobis transeundum.

I. Exceptio: Nisi riuus in publico sit. reprobatur *l.Seruius.3.§.hoc interdictum.ff.de riuis.*

II. Exceptio: Nisi non riuum, sed fossam vel puteum, aliudve quid reficiat vel purget. reprobatur *l.1.§.simile.ff.dict.tt. item dict.leg.3.§.si aqua, & §. Aristo.*

III. Exceptio: Nisi non aquę ducendæ causa reficiat. *l.1.§.aqua.ff.de riuis.*

IV. Exceptio: Nisi calidam aquam ducat. reprobatur *d.l.3.§.hoc interdictum.ff.d.tt.*

V. Exceptio: Nisi non hoc anno vel priore æstate aquam duxerit. item: Nisi vi, clam vel precario duxerit. *Hæ exceptiones constant verbis edicti. Concordat l.1.§.hoc interdictum competit.ff.eod.tt.*

VI. Exceptio: Nisi ius aquæ ducendæ non habeat. reprobatur *l.1.§.hoc interdictum.ff d.tt. de riuis. & l.de riuis.4.ff.eod.tt.*

VII. Exceptio: Nisi aliter ducat, atque antea duxit. *Hæc exceptio constat ex verbis interdicti.* Exemplum est si per alium locum aquam velit ducere: item, si riuum mutet ex terreno lapideum faciendo. *Quod proponitur l.1.§.si quis terrenum.ff.d. tt.* Aliud habetur *l.Seruius,3.in princ.ff. de riuis.* Proponuntur insuper plura exempla & distinctiones seu replicationes propositæ exceptionis *in l. 2.& d.l.3.§.1.& §.1.si quis nouum.ff.d.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi actor de damno infecto non caueat reo. Hæc exceptio approbatur *d. l.3. §.penult.* Hactenus de causis huius interdicti, eiusq; exceptionibus est dictum.

IV. QVIBVS ET ADVERSVS QVOS competit hoc interdictum?

Iisdem personis & in easdem interdictum hoc datur, quibus & in quas de aqua interdicta reduntur, quæ sup. sunt enumerata. *dict.l.3. §.ijsdem.* Hactenus de aquæductu, eiusq; interdictis est dictum. Sequitur alia species seruitutis rust. præd. aquæhaustus scilicet.

DE AQVÆHAVSTV, eiusq; interdicto de fonte.

CAP. X.

I. GENVS.

NOn personalis, sed realis est seruitus. *l.si mihi. 20.§.fin.ff. de seruit.rust.præd.*

II. De causis huius seruitutis tam constituendæ quam amittendæ, causarumq; exceptionibus vide *sup. in generali tractatu seruitutum.* Inter exceptiones autem huiusmodi numeratur & hæc: Nisi non ex capite vel ex fonte aquæ haustus concedatur. *de qua vide sup.c.8.exc.ept.4.*

III. EVENTVS ET IVRA huius seruitutis.

Huius loci regula prima est, Quod aquæhaustu concesso, iter quoq; ad hauriendum concessum videtur. *l.item sic.3.§.qui habet.ff.de seruit.rustic. præd. Concordat l.Staurus. 9.§.cæterum vsufructu. ff. de seruitutib.vrbanor.prædiorum.*

Secunda regula est, Quod de aquæhaustu in rem competat actio, *l.loci.4.§.sed & de haustu. ff.si seruitus vindicetur.*

Tertia, Quod ratione aquæhaustus competant nobis duo interdicta: vnum de fonte vtendo, alterum de fonte reficiendo & purgando. de quibus sequitur.

DE FONTE VTENDO, INterdictum I.

1. Verba huius interdicti proponuntur *l. vnica, in prin.ff.de fonte.*
2. Ratio *d.l.vnica.§.1.*
3. Causæ huius interdicti.

Prima causa est: Si quis aqua de fonte, vti hoc anno vsus est, vti prohibetur. *quæ causa constat ex iis quæ sup. proxime sunt adducta, item ex iis quæ inf. proxime proponentur.*

Secunda causa est: Si pecus ad aquam appellere prohibeatur. *d.l.vnica. §.hoc autem.*

Tertia: Si quis ire ad hauriendum prohibeatur. *d.l.vnica. §. plane.* Nunc exceptiones harum causarum sunt proponendæ.

I. Exceptio: Nisi non fonte, sed lacu, piscina, puteo vti prohibeatur. reprobatur *verbis interdicti.*

II. Exceptio: Nisi loco, qui viuam aquam non habet, vti prohibeatur. *d.l.vnica. §. hoc interdictum.*

III. Exceptio: Nisi hoc anno fonte non sit vsus: vel vsus quidem sit, sed vi, clam, vel precario. Hæ duæ exceptiones constant *ex verbis interdicti.*

4. Quibus & aduersus quos competat hoc interdictum, definitur *d.l.vnic.§.hoc autem, in fin.*

DE FONTE REFICIENDO ET PVRgando, interdictum alterum.

1. Verba huius interdicti proponuntur *l.vn.§. deinde. ff.de fonte.*
2. Ratio & vsus proponitur *ibidem.*
3. Causa huius interdicti est, si quis fontem purgare vel reficere prohibeatur. *quæ constat ex præcedentibus.* Huius autem causæ aliquot sunt exceptiones.

I. Exceptio: Nisi non ad aquam coercendam reficere velit. *d.l.vnic.§.purgandus.* Declaratur hæc exceptio *d.l.vnic.§.coercere.*

II. Exceptio: Nisi aliter vtatur, atq; hoc anno est vsus. Hæc exceptio constat *ex verbis interdicti,* eiusq; exemplum proponitur *d.l.vnic.§.coercere. item d.l.vnic.§.purgandus, in fin.*

III. Exceptio: Nisi non fontem, sed lacum, piscinam, vel puteum reficere vel purgare prohibeatur. reprobatur *d.l.vnica.§.fin.*

4. Quibus datur hoc interdictũ, definitur *d.§. fin.* Hactenus de aquæhaustu eiusq; interdictis.

DE CLOACIS. CAP. XI.

INter seruitutes rusticorum prædiorum numeratur ius cloacæ immittendæ, *l.ius. 8.ff.de seruit. & l.2.in prin.ff.de seruit.rustic.præd.* Cuius peculiare est interdictum de cloacis reficiendis & purgandis. de quo hic nobis est dicendum.

1. VERBA huius interdicti proponuntur *l.1.in pr. ff.de cloacis.*

II. GENVS.

Prohibitorium est *d.l.1.§.1.& §.hoc interdictum.*

III. RATIO proponitur *d.l.1.§.curauit.*

IV. CAVSA huius interdicti est: Si quis cloacam reficere vel purgare prohibeatur. *d.l.1.in prin. & §. hoc interdictum.* Declaratur hæc causa definitione cloacæ *d.l.1.§ cloaca.* Distinguitur *exc.sequen.*

I. Exceptio: Nisi publica sit cloaca. *d.l. 1. §. hoc autem.*

II. Exceptio: Nisi non cloacam, sed tubos ac fistulas purgare prohibeatur, reprobatur *d.l.1. §. cloacæ.*

III. Exceptio: Nisi non ex ædibus eius inprohibentis ædes cloaca pertineat. *Hæc exceptio approbatur verbis interdicti.* Verba autem hæc declarantur, simul & distinguuntur *d.l.1.§.deinde.* Declaratur insuper verbum hoc Pertinet. *d. l.1. §.quod ait.*

IV. Ex-

IV. Exceptio: Nisi non vicinæ sint ædes seruientes, sed vlteriores. reprobatur *dict. l.1. §. & tam ad.*

V. Exceptio: Nisi pauimenta rescindere velit. reprobatur *d.l.1.§.vnde Flauius.*

VI. Exceptio: Nisi non reficere cloacam, sed nouam facere velit. reprobatur *l.2.ff.de cloacis.*

VII. Exceptio: Nisi reficiens de damno infecto nolit cauere. *d.l.1.in prin.& §. sed & damni.*

VIII. Exceptio: Nisi reficiens cloaca vi, clam, vel precario fit vsus. reprobatur *d.l.1.§.quia autē.* Hactenus de interdicto de cloacis reficiendis. Sunt autem præter hoc & alia duo de cloacis interdicta: primum quidem de noua cloaca facienda: *de quo vtde paulo superius except.6.* Alterum autem est de eo quod in cloacam publicam factum vel immissum est: *quod proponitur l.1. §. penult. ff.de cloacis.* Hactenus de seruitutibus, earumq; actionibus sit dictum. Sequuntur nunc reliqua rerum iura, pro rerum generibus distincta.

DE RELIQVO RERum iure.

DE RERVM DIVISIONIBVS.

CAP. XII.

PRæter hactenus proposita rerum iura, sunt & alia pro rerum diuersitate nunc proponenda: primum tamen rerum diuisiones ac species.

Est igitur prima rerum diuisio, quod aliæ sint diuini iuris, aliæ iuris humani, *quæ proponitur l. 1.in prin.ff.de diuis.rerum.*

De rebus diuinis, Species harum rerum proponuntur *d. l.1.§.1.* Proprium *d.l.1. §. quod autem.*

II. Rerum diuisio, quod aliæ publicæ sunt, aliæ priuatæ, habetur *d.l.1.§. hæ autem res.*

III. Rerum diuisio, quod quædam in nostro patrimonio, quædam extra nostrum patrimonium habentur: item quod quædam communia sunt omnium, quædam publica, quædam vniuersitatis, quædam nullius, pleraque singulorum, proponitur *Instit.de rerum diuis. in princ. Concordat ijsdem verbis l.2.ff.eod.tt.* Declaratur diuisio proposita speciebus singulorum mẽbrorum, & primum quidem eorum quę naturali iure communia sunt omnium, *Instit.d.tt. §. & quidem. Concordat ijsdem verbis d.l.2.in fin.* Publicorum species proponuntur *Instit.d.tt.§.flumina, cum sequentib. Concordat ijsdem verbis l.nemo. 4.cum l. sequent.ff. de diuis. rerum.* Rerum vniuersitatis species habentur *Instit. d. tt. §.vniuersitatis. Concordat ijsdem verbis l. in tantum.6. §.vniuersitatis.ff.eod. tt.* vbi adduntur & aliæ species, seruus scilicet communis & libertus. Rerũ quæ nullius sunt, species enumerantur *Instit. d tt. §.nullius. Concordat ijsdem verbis l.in tantum.6.§.sacræ. res.ff.eod.tt.l.1. §.quod autem. ff. eod. tt. M.I.P. lib.5. cap.12.reg.1.* Sed & aliæ species rerum quæ nullius sunt, proponuntur *ibidem.* Hactenus species eorum quæ communia sunt omnium, quæ publica, quæ vniuersitatis, & quæ nullius sunt. Sed & plures harum species vide *in sequentibus.* Singulorum res aut propriæ sunt, aut quorundam communes, aut alienæ: *de quibus singulis in sequentibus dicetur.*

IV. Diuisio, quod aliæ res sint corporales, aliæ incorporales, proponitur *Instit. de reb. corpor. & incorpor. Concordat ijsdem verbis l.1.§.quædam. ff. de rerum diuis.*

V. Diuisio est, quod aliæ res mobiles sint, aliæ immobiles: secundum quam diuisionem sæpius iura distinguuntur. *M.I.R.lib.3. cap.18.reg.29. cum seq.* Sed ad singulas species supradictæ tertiæ diuisionis describendas accedamus.

DE REBVS SACRIS, SANCTIS & religiosis. CAP. XIII.

DE REBVS SACRIS.

PRimo: Differentia sacri loci & sacrarij proponitur *l.sacra.9.§.illud not.ff.de diuis rerum.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS RES sacræ efficiuntur, & quæ res sacræ dicantur?

I. Causa, Dedicatio: *approbatur Institut. de rerum diuis.§ sacræ.* Cuius exceptio prima est: Nisi non publice, sed priuatim res sit consecrata. *Inst. d §.sacræ, in fine.l.in tantum.6.§.sacræ.ff. de rerum diuis.* Secunda: Nisi non in ciuitate, sed in agro locus sit consecratus. reprobatur *l.sacra.9.in prin.ff. dict.tt.* Tertia: Nisi locus publicus sit dedicatus. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi princeps, vel is cui princeps dedicandi potestatem dedit, locum publicũ dedicauerit. *d.l.9.§.1.* Quarta exceptio: Nisi ædes sacra sit diruta: hoc enim casu locus rursus profanus fieri videtur. Sed reprobatur *Instit. de rerum diuis.§.locus. Concordat l.in tantum.6 §.sacræ, in fine.ff. eod.tt.* Quinta: Nisi res sacra ab hostibus sit occupata. approbatur simul & distinguitur *l. cum loca. 36.ff.de religiosis.*

II. Causa, votum est. quæ approbatur simul & distinguitur *l.2.ff.de pollicitationib. Vide sup. lib 3. cap.29.quæst.2.& 3. item M.I.P. lib. 4. cap 10. reg.1. cum seqq.*

III. PROPRIA RERVM SAcrarum iura.

I. Regula: Res sacræ in nullius bonis sunt. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.c. prox. diuis.3.*

II. Regula: Res sacræ alienari vel obligari non possunt. *Instit.de rer. diuis. §. sacræ.l.1. C de sepulchro violato. M.I.P lib.5.c.3 reg.31.* Plura de hac re vide *sup. lib.3.c.6.memb.3 exc.5.*

III. Regula: Res sacra inæstimabilis est. *l.sacra.9.§.fin.ff.de rerum diuis.*

IV. Regula: Per locum sacrum & religiosum seruitus nulli deberi potest *l.seruitutes.14.§. fin.ff. de seruit.*

IV. DE INTERDICTO, NE QVID in loco sacro fiat.

1. Verba huius interdicti proponuntur *l.1.in prin.ff.ne quid in loco sacro.*
2. Causa huius interdicti.

Si in loco sacro quid factum vel immissum sit, huic interdicto est locus. *d.l.1. in princ.* Cuius exceptio prima est: Nisi non in sacro loco, sed alibi sit factum. *dict.l.1.§.1.* Huius replicatio est: Nisi in muris, portis & aliis sanctis locis sit factum. *l.2.ff. eod t.* Secunda exceptio est: Nisi ornamenti causa factum sit. *d.l.1.§.quod ait.*

3. Ad finem remedium proponitur *d.l.1.§.fin.* Hactenus de rebus sacris.

DE REBVS SANCTIS.

I. DEFINITIO sancti proponitur *leg. sanctum.8.ff de diuis.rer.Concordat l.sacra.9. §. proprie. ff. dict.tit.*

II. SPECIES SANCTORVM.

I. Species,sunt leges.*d.§.proprie. Concordat Inst. de rerum diuis.§.sanctæ.in fine.*

II. Species est,muri & portæ ciuitatis.*d.§.sanctæ.Concordat l.sanctum. 8.in fine. ff.eod.tt.* Plura de hac specie vide *sup.lib.3.c.31.reg.16. cum duab.seq.*

III. PROPRIVM.

Res sanctæ in nullius bonis sunt.*Instit.de rerum diuis.§.sanctæ.Concordant ea quæ proposita sunt sup.cap. prox.diuis.3.§. rerum quæ.*

DE LOCO RELIGIOSO.

I. SPECIES ET PARTES loci religiosi.

I. De sepulchro definitio proponitur *l.2.§.sepulchrum. ff.de religiosis.*

II. Sepulchra familiaria & hæreditaria quæ sint,definitur *l.familiaria.5.cum l.sequente,in princip. ff.dict.tt.*

III. De cenotaphio proponitur *l.in tantum.6. §.fin.cum l.sequente.ff.de diuis.rer.* Quod ibi dicitur de rescripto diuorum fratrum, ei concordat *l. vel quæ.6.§.fin.ff.de religiosis.*Definitur cenotaphium *l. monumentum.42.§.fin.ff.de religiosis.*

IV. De monumento definitio proponitur *d.l. 42.& l.2.§.monumentum.ff.eod.tt.*

V. De monumento alienando.*l.vel quæ. 6. §. fin.ff.de religiosis.*

VI. De statua monumenti, an pars sit monumenti.definitur *l.2.ff.de sepulchro violato.*

VII. Monumentum sepulchri quid sit, definitur *l.funeris.37.§ monumentum.ff.de religiosis.*

VIII. De via ad sepulchrum.Hæc priuati iuris est.*l.seruitutes.14.§.seruitus.ff.de seruitutib.l.1.§.fin.ff. si seruitus vindicetur.*

II. CAVSA EX QVA LOCVS sit religiosus, cum suis exceptionibus.

Si quis mortuum in locum aliquem intulerit, locus regulariter efficitur religiosus. *Instit. de rerum diuis.§.religiosum.Concordat ijsdem verbis l. in tantum.6.§.religiosum.ff.eod.tt.M.I.P. dict.cap.3.reg.30.* Huius exceptio prima est: Nisi non in suum, sed in alienum locum mortuum intulerit, approbatur simul & distinguitur *l.2.C.de religiosis.* Cuius replicatio prima hæc est: Nisi dominus loci consenserit.*d.l.2. & Instit.d.§.religiosum, in fine. Concordat ijsdem verbis d.l.6.§.religiosum,in fine.* Huius duplicatio prima videtur esse: Nisi dominus postea mutauerit voluntatem, quæ tamen reprobatur *d.§.religiosum.*Altera duplicatio est: Nisi non omnes domini consenserint.*l.si plures.41. ff. de religiosis.*Secunda replicatio est: Nisi hæres ante aditam hæreditatem,vel quis alius testatorem in locum hæreditarium intulerit.*l.scriptus.4. ff. eod. tt.* Secunda exceptio est:Nisi in locum sibi cum alio communem mortuum intulerit.*Instit. d. §. religiosum.Concordat l.si quis.6.§.si quis in ff.communi diuid.* Huius replicatio prima est: Nisi in commune sepulchrum intulerit.*d.§.si quis. De qua re vide inf. c. prox.* Altera replicatio est: Nisi vnus ex sociis in locum communem inferatur. *l.si plures.41 ff.de religiosis.*Tertia:Nisi socij consentiant. *d.l. 41.* Tertia exceptio est: Nisi proprietarius in locum, cuius vsusfructus alienus est, mortuum intulerit. *Instit.de rerum diuis.§.religiosum.ibi,item si alienus.l. 2. §.si vsumfruct.ff. de religiosis.l.sunt personæ.43.ff. eod.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi vsufructuarius consentiat.*d.§. religiosum. & d. § si vsumfructum. item l.locum autem.21.in princ.ff. de vsufruct. & quemadm.*Secunda:Nisi hæres testatorem, qui vsumfructum legauit,intulerit.*d.l.21.in prin.l.2 §.vsumfructum.ff.de religiosis.item l.si plura.46.in prin.ff. d. tt.* Quarta exceptio est:Nisi in locum in quo alij seruitus debetur, mortuum intulerit. approbatur simul & distinguitur *l. locum.2. §.locum.ff de religiosis.*Huius replicatio prima est:Nisi is cui seruitus debetur consentiat.*d. § locum. Concordat l. ex consensu.3.ff.eod.tt.* Secunda replicatio est: Nisi per alium locum æquè commode seruitute vti possit.*d.§.locum.* Quinta exceptio est: Nisi vsufructuarius in locum, cuius tantum vsumfructum habet,mortuum intulerit. *l.2.§. si vsumfructum.ff. de religiosis.* Huius replicatio est: Nisi proprietarius consentiat.*l.ex consensu. 3.ff.d.tt.* Sexta exceptio est:Nisi in locum alij pignori obligatũ mortuum intulerit.approbatur simul & distinguitur *l.2.§.fin.ff.de religiosis.* Huius replicatio prima est: Nisi debitor suum mortuum,cui funus facere habet necesse,inferat. Altera: Nisi ipse debitor inferatur. Hæ duæ replicationes approbantur *d.§. fin.*Tertia: Nisi creditor consentiat.Hæc replicatio cum aliquot præcedentibus approbatur *l.ex consensu.3.ff.eod.tt.* Septima exceptio est; Nisi hæres in locum legatum mortuum inferat. *l. si locus 34.ff.de religiosis.*Huius replicatio est; Nisi testator in locum legatum inferatur.*l.scriptus. 4.§. fin.ff.eo. tt.*Octaua exceptio; Nisi seruum intulerit. reprobatur *l.2.in prin.ff. de religiosis.* Nona; Nisi partem tantum,non totum hominem intulerit. approbatur simul & distinguitur *l. cum in diuersis. 44.ff. de religiosis.*Decima; Nisi intulit, postea alio translaturus.*l.si quis.40.ff.d.tt.* Vndecima; Nisi non cadauer hominis,sed thesaurum vel quid simile intulerit.*l.lege Iulia.4.§.non fit.ff.ad l.Iuliam peculatus.* Reliquas exceptiones vide paulo *inf.q.4.*

III. QVID ET QVANTVM fiat religiosum?

I. Regula:Non totus,qui sepulturæ destinatus est locus, fit religiosus: sed quatenus corpus humanum est.*l.2.§.Celsus.ff.de religiosis.*

II. Regula:Si idem in diuersis locis sepultus sit,is locus fit religiosus,qui caput continet.*l.cum in.44.ff.de religiosis.*

IV. CAVSÆ, EX QVIBVS LOCVS religiosus rursus fit profanus.

I. Regula:Si locus ab hostibus sit occupatus. *l.cum loca.36.ff.de religiosis.*

II. Regula:Si reliquiæ alio transferantur. *l. cum in.44.in fine.ff.eod.tt.*

V. PROPRIA IVRA LOCI religiosi.

I. Regula:In nullius bonis est. *l.1. ff. si seruitus vindicetur.Concordant ea quæ dicta sunt sup.cap.prox.diuis.3.§.rerum.*

II. Regula:Locus religiosus seruitutem nulli debere potest.*l.seruitutes.14.§.fin.ff.de seruitut.*

III. Re-

III. Regula: Ne sepulchrum alterius conuersationis vsum accipiat vel alienetur, præcipitur *l.si quis.12.§.senatusconsulto.ff.de religiosis. Concordat l. 2.in fin.C.d.tt.*

IV. Regula, De itinere ad sepulchrum concedendo,proponitur *l.si quis.12.in princ. & l.si venditor.10.ff.eod.tt.*

V. Regula,De iure inferendi mortuum,& sepeliendi,proponitur *inf.c.prox.*

VI. Regula,De iure sepulchrum ædificandi& reficiendi,proponitur *inf.c.15.*

VII. Regula,De sepulchro violato,proponitur *inf.c.16.*

DE INTERDICTO DE MORTVO inferendo,& iure sepeliendi.

CAP. XIV.

PRimo:Verba huius interdicti proponuntur *l.1.in prin.ff.de mortuo inferendo.*

II. GENVS HVIVS interdicti.

Prohibitorium est.*d.l.1.§ hoc interdictum.*

III. CAVSA EX QVA competit.

Si quis mortuum,quo ei ius est,inferre prohibeatur. *Hæc causa constat ex verbis interdicti. Concordat dict.leg. 1.§.1. item l. offi. 8.§. fin. ff. de religiosis.* Exceptio prima est; Nisi ius inferendi & sepeliendi prohibitus non habet. *d §.1.& d.§. fin.* Eius replicatio prima est; Nisi semel domino sciente, & non prohibente, mortuum intulerit. *l. si propius.3.§.si propius.ff. de mortuo inferendo.* Secunda: Nisi longo tempore isto iure sit vsus, reprobatur *l.longa.4.ff.dict.tt.* Tertia: Nisi dominus proprietatis in locũ in quo alij ius competit, inferre velit,vel socius in locum communem. *l. sunt personæ.43.ff.de religiosis. Concordat l. 1. §. hoc vero interdicto.ff.de mortuo inferendo.* Secunda propositæ regulę exceptio: Nisi in locum purum quis inferre prohibeatur. reprobatur *d.l.1.§. hoc vero interdicto & §.facere.* Tertia: Nisi prohibitus fundum vendiderit. reprobatur *l.vtimur. 5. ff. de sepulchro violato.* Quarto: Nisi hac lege fundus venditus sit,ne venditori mortuum liceat inferre. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi stipulatio non interuenerit. *l.quod si.11.ff.de religiosis.* Quinta exceptio est; Nisi via tantum prohibeatur, non vt inferat in fundum.reprobatur *l.1.§.1.& §.item si mihi.ff.de mortuo inferendo.*

IV. QVIBVS INTERDICTVM & ius inferendi competit?

I. Regula, De hæredibus cæterisq; successoribus proponitur *l.familiari.1.5.cum lege sequente. ff. de religiosis.*Huius regulæ exceptio prima est: Nisi testator hæredem inferre prohibuit. *l. prætor ait,3.§.si quis in.ff.de sepulchro violato.*Secunda: Nisi hæredi tanquam indigno hæreditas sit ablata,reprobatur *l.si quis.33.ff.de religiosis.*

II. Regula, De liberis eius qui sepeliendi ius habet.His quoq;ius inferendi & sepeliendi competit. approbatur simul & distinguitur *l. vel quæ. 6.§.liberis etiam.ff.de religiosis.*

III.Reg.De libertis,proponitur *d.l. 6.§.liberti.*

IV. Regula:Socius in commune sepulchrum inferendi ius habet. *Instit. de rerum diuis. §. religiosum.Concordat ijsdem verbis l.in tantum.6.§.in commune.ff.de diuis.rerum.Concordat item l.si quis. 6.§.si quis in.ff.communi diuid.* Huius regulæ exceptio est: Nisi in purum locum vnus ex sociis inferre velit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. c.prox. de religiosis quæst.2.except. 2.* Plane exceptio hæc locum habet in eo,ne locus fiat religosus: ne autem interdicto proposito agere non possit prohibitus, non obstat,*ex l.sunt personæ.43.ff.de religiosis.*

V. Regula:Procuratore prohibito, dominus habet interdictum.*l.ossa.8.§.fin.ff.d.tt.*

VI. Regula,De hæredibus prohibiti, proponitur *l.liberum.9.in fine.ff.eod.tt.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

De hæredib.prohibentis proponitur *d.l. 9. in fin.*

VI. QVID VENIAT IN hanc actionem?

De eo quod interest, habetur *d.l.9.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Actio perpetua est.*d.l.9.*

DE SEPVLCHRO ÆDIFICANDO interdictum. CAP. XV.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.1.§.prætor ait.ff.de mortuo inferendo.*

II. RATIO *d.l.1.§.interdictum.*

III. CAVSÆ HVIVS interdicti.

I. Causa:Si quis sepulchrum ædificare prohibeatur.*d.l.1.§.prætor ait.& § facere.*

II. Causa:Si quis ea quæ ad ædificandum sepulchrum necessaria sunt, aduehi prohibeat, vel operi necessarios venire,&c.*d.l.1.§.ædificare.*

III. Causa:Si reficere sepulchrum quis prohibeatur.*d.l.1.§.penult.*

IV. Causa:Si id agat quis,vt sepulchrum labatur.*d.l.1.§.fin.*

Exceptiones prædictarum causarum generales.

I. Exceptio:Nisi quis mortuum inferendi ius non habens,ædificare prohibitus sit. *Hæc exceptio constat ex verbis interdicti.*

II. Exceptio:Nisi in alieno solo sepulchrum ædificare,vel quid aliud facere volens,prohibeatur.*l.1.§.ædificare,in fine.ff.de mortuo inferendo.* Huius replicatio est: Nisi locus facienti seruitutem debeat.*d.§. edificare,ibi,si tamen eo loci.*

III. Exceptio: Nisi propius ædes alienas sepulchrum ædificare prohibeatur. *l.si propius. 3.in prin.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi semel sciente vicino,& non prohibente, mortuum eo intulerit.*d.l.3.§.si propius.*

IV. Exceptio: Nisi in ciuitate sepulchrum ædificare quis velit.*l.prætor ait.3.§.diuus Hadrianus.ff. de sepulchro violato.*

V. Exceptio: Nisi eum locum qui religiosus factus est,sine authoritate Pontificis reficere velit.*l.si in eo.5.ff.de mortuo inferendo.* Huius replicatio est:Nisi monumentum nondum perfectum perficere velit. *d.l.5.*

DE

DE SEPVLCHRI VIOLATI actione. CAP. XVI.

I. GENVS ET PROPRIA.

PRima regula: In factum actio est. *l. prætor ait. 3. in prin. ff. de sepulchro violato.*

II. Regula: Popularis est actio. *d. l. 3. §. fin.*

III. Regula: Famosa est actio. *l. 1. ff. de sepulchro violato.*

IV. Regula: In bonum & æquum concepta est. *l. quæsitum. 10. ibi, quæ in bonum. ff. d. tt.*

V. Regula: Non ad rem familiarem, sed ad vltionem pertinet. *l. sepulchri. 6. in fine. ff. de sepulchro violato. & d. l. 10. in fine.*

VI. Regula: Pecuniaria est actio. *l. de sepulchro. 9. ff. d. tt.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS datur actio proposita.

I. Causa, eaque generalis est, si sepulchrum quis violauerit. *quæ causa approbatur edicto prætoris l. prætor ait. 3. in princ. ff. de sepulchro violato. l. qui sepulchra. 4. in princ. C. eod. tt.* Declaratur causa proposita *d. l. 3. §. sepulchri.*

II. Causa: Si sepulchrum diruit. *l. 2. in prin. ff. de sepulchro violato.*

III. Causa: Si terram sepulchri euertit, & cæspitem euellit. *l. pergit. 5. C. eod. tt.*

IV. Causa: Si laxi vel quid aliud de sepulchro abstulit. *l. qui sepulchra. 4. & d. l. 5. C. eod. tt.*

V. Causa: Si cadauera suo liauerit. *l. prætor ait. 3. §. aduersus eos. ff. de sepulchro violato. M. I. R. lib. 3. c. 18. reg. 37.*

VI. Causa: Si statua in monumento posita, saxis cæsa sit, reprobatur *l. si statua 27. ff. de iniuriis.*

VII. Causa: Si cadauera aut reliquias detinuit, vexauit, transtulit, contrectauit, extraxit vel eruit. *l. vlt. ff. de sepulchro violato. l. ne corpora. 38. ff. de religiosis. l. diui fratres. 39. ff. eod. tt. l. prætor ait. 3. §. non perpetuæ. ff. de sepulchro violato. item l. qui sepulchra. 4. in fine, C. eod. tt. M. I. R. lib. 3. c. 18. regul. 38.*

VIII. Causa: Si fecit quo minus quis funeretur, sepeliaturve. *dict. l. 38. ff. de religiosis. l. sepulchri. 8. ff. de sepulchro violato. item l. cum sit. 6. C. eod. tt. M. I. R. dict. reg. 38.*

IX. Causa: Si ius inferendi mortuum non habens, inferat. *l. prætor ait. 3. §. si quis in. ff. d. tt.*

X. Causa: Si quis in sepulchro dolo malo habitauerit, vel ædificium in eo habuerit. *Hæc causa approbatur edicto Prætoris d. l. 3 in prin. ibi, si quis in. & §. si quis in sepulchro. ff. de sepulchro violato.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi nec dolo malo sit factum. *d. l. 3. §. 1.*

II. Exceptio: Nisi is qui doli capax non est, fecerit. *d. §. 1.*

III. Exceptio: Nisi hostium sepulchrum violauerit. *l. sepulchra. 4. ff. de sepulchro violato.*

IV. Exceptio: Nisi monumenti reficiendi causa fecerit. *l. sepulchri. 7. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi iussu iudicis fecerit. *l. quanquam. 4. in prin. ibi, etsi iussu. ff. de aqua pluuia arcenda.*

VI. Exceptio: Nisi semel sit actum. *l. sepulchri. 6. ff. de sepulchro violato.*

III. QVIBVS DATVR actio proposita?

I. Regula, De eo ad quem ea res pertinet, proponitur *l. prætor ait. 3. in princ. ff. de sepulchro violato.* Huius regulæ exceptiones vide *inf. reg. prox. excep. 1. replic. 1. cum sequentib.*

II. Regula, De extraneo. Huic quoque actio proposita competit, quicunque sit qui agere volet. *d. l. 3. §. 1. & §. si quis.* Huius exceptio est: Nisi is ad quem ea res pertinet, superfit. *d. l. 3. in princ.* Cuius replicatio prima est: Nisi is ad quem ea res pertinet, agere nolit. *d. l. 3. §. 1.* Huius duplicatio est: Nisi postea mutata voluntate, ante litem ab alio contestatam agere velit. *d. l. 3. §. si is cuius.* Secunda replicatio est: Nisi alius egerit, tunc enim is cuius interest, admittendus amplius non est. *l. sepulchri. 6. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi is cuius interest, defuncti hæreditatem non adierit. reprobatur *l. quæsitum. 10. ff. de sepulchro violato.*

III. Regula: Si plures agere velint, is cuius iustior causa est, præferēdus erit. *l. prætor ait. 3. in prin. ibi si plures. ff. dict. tt.* Huius exceptio est: Nisi plures quorum interest agant. tunc enim omnibus competit. *d. l. 3 §. si ad plures.*

IV. ADVERSVS QVOS competit?

Si seruus in sepulchro habitat, vel ædificauit, non contra dominum, sed contra ipsum seruum actio datur. approbatur simul & distinguitur *d. l. 3. §. penult.*

V. PER QVOS DATVR.

Per procuratorem etiam exerceri potest. *l. licet. 42. in princ. ff. de procuratoribus.*

VI. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula: Si is agit, ad quem ea res pertinet, in id quanti interest & iudici videbitur, condemnatio fiet. Sin autem extraneus agit, centum aureorum actio datur. *l. prætor ait. 3. in prin. & §. qui de sepulchri. ff. de sepulchro violato.*

II. Regula, De pœna viginti librarum auri, proponitur *l. si quis. 1. C. d. tt.*

III. Regula, De pœna decem pondo auri, *l. qui sepulchra. 4. C. eod. tt.*

IV. Regula: Si seruus fecerit, quid veniat, definitur *l. 2. C. dict. tt. Concordat l. prætor ait. 3. §. pen. ff. dict. tt.*

Distinguitur insuper quęstio proposita ex specie delicti: *de qua re vide sup. causas huius actionis.*

VII. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula: Infamat hæc actio. *l. 1. ff. de sepulchro violato.*

II. Regula: Hæres qui hac actione egit, si hæreditate se abstinuit, ob id creditoribus hæreditariis non tenetur. *l. quæsitum. 10. ff. d. tt.*

III. Regula, De pœna iudicis non vindicantis delictum, proponitur *l. si quis. 3. C. d. tt.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De lege Iulia de vi publica, proponitur *l. sepulchri. 8. ff. de sepulchro violato.*

II. Regula, De pœna sacrilegij, *l. pergit. 5. C. dict. tt.*

III. Regula,

III. Regula, De actione legis Aquiliæ, & interdicto quod vi aut clam. *l. 2. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De iniuriarum actione, *l. si statua. 27 ff. de iniuriis.* Sed competunt aliæ quoque actiones pro varietate causæ, *de qua re vide supr. q. 2.* Hactenus de rebus sacris, sanctis & religiosis, earumq; actionibus sit dictum.

DE REBVS OMNIVM communibus & publicis. CAP. XVII.

I. SPECIES RERVM COMMVnium & publicarum.

PRima species, Aqua profluens & mare, proponitur *Institut. de rerum diuis. §. & quidem naturali. Concordat iisdem verbis l. 2. in fine. item l. nemo. 4. §. fin. ff. eod. tt. Instit. dict. tt. §. flumina. item l. flumina. 3. in prin. ff. de fluminib.*

II. Species: De littore maris habetur *Inst. d. §. & quidem naturali. item d. l. 2. in fine. item Instit. d. §. flumina. item Instit. d. tt. §. littorum.*

III. Species: De ripa fluminis *Instit. de rer. diuis. §. riparum. Concordat ijsdem verbis l. riparum. 5. in princ. ff. eod. tt. item l. flumina. 3. ff. de fluminib.*

IV. Species: De eo quod à flumine occupatum est, *l. Aristo. 10. ff. de rerum diuis. l. 1. §. simili, in fin. ff. de fluminib.*

II. PROPRIA IVRA.

I. Regula: In nullius bonis sunt. *l. 1. §. hæ autem. ibi, quæ publicæ. ff. de rerum diuis.*

II. Regula, De locis publicis à priuatis secernendis proponitur *l. si legatum. 5. §. fin. ff. de operibus publicis.*

III. DE LITTORE MARIS.

I. Regula, De eius definitione, proponitur *Instit. de rer. diuis. §. flumina, in fine. Concordat l. littus. 96. in prin. & l. littus. 112. ff. de verb. signif.*

II. Regula: Littus publicum est. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. 1. reg. 2. Concordat l. si epistolam. 65. §. & littora. ff. de rerum dom. l. littora. 3. in prin. ff. ne quid in loco publico.*

III. Regula: Proprietas littoris nullius est. *Instit. de rerum diuis. §. littorum ibi proprietas.*

IV. Regula: Nemo ad littus maris accedere prohibetur. *Instit. dict. tt. §. & quidem naturali. l. nemo. 4. ff. eod. tt.*

V. Regula: Cuilibet liberum est in littore maris ædificare, vel casam ponere, in quam se recipiat: item retia siccare, &c. *Instit. de rer. diuis. §. littorum. l. riparum. 5. §. fin. cum lege sequente. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vsus publicus impediatur *l. in littore. 4. ff. ne quid in loco publico.* Plura de regula proposita vide *supr. lib. prox. cap. 1. caus. 11.*

VI. Regula: Lapilli, gemmæ, cæteraq; quæ in littore maris inueniuntur, inuentoris fiunt. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. d. c. 1. causa 5.*

IV. DE RIPIS FLVMINVM.

I. Regula, De definitione ripæ, proponitur *l. flumina. 3. §. ripa. ff. de fluminibus. Concordat l. 1. §. ripa. ff. eod. tt.*

II. Regula: Proprietas riparum illorum est, quorum prædiis ripæ adhærent. Et ideo arbores quoque ibi natæ eorundem sunt. *Instit. de rer. diuis. §. riparum, in fine. Concordat ijsdem verbis l. riparum. 5. in prin. ff. eod. tt. item l. ergo. 30. §. 1. ff. de rer. dom. M. I. R. lib. 3. c. 18. reg. 40.*

III. Regula: Naues ad ripas adpellere cuilibet licet funes arboribus, ibi natis religare, & onus aliquod in hisce ponere. *Instit. de rer. diuis. §. riparum. Concordat ijsdem prope verbis l. riparum. 5. in prin. ff. d. tt. item l. vnica, in princ. ff. vt in flumine publico nauigare.*

IV. Regula, De ripa munienda, proponitur *l. vnica, in princ. ff. de ripa munienda.* Ratio huius interdicti proponitur *d. l. vnica. §. 1.* Huius regulæ seu interdicti exceptio prima est: Nisi nauigatio fiat deterior. *d. l. vnica. §. merito.* Secunda: Nisi de damno infecto non caueatur. *d. l. vnica. in prin. & §. is autem.* Huius replicatio prima est: Nisi nō per actorem stet, quo minus satisfiet. *d. l. vnica, in princ.* Secunda: Nisi opus factum sit. tunc enim cautio dicta amplius exigi non potest. *d. l. vnica. §. etenim curandam.* Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi non fluminis, sed lacus fossę vel stagni ripam quis velit munire. reprobatur *d. l. vnica. §. fin.*

V. Regula: Ne quid in ripa fiat, quo itet nauigij deterius fiat, vel quo aqua aliter fluat quam priore æstate fluxit. *De hac regula vide inf. cap. prox.*

V. DE FLVMINIBVS.

I. Regula, De differentia fluminis & riui, proponitur *l. 1. §. 1. ff. de fluminibus.*

II. Regula, De diuisione fluminis in perenne & torrens, *d. l. 1. §. item fluminum.*

III. Regula, De diuisione fluminis in publicum & non publicum, proponitur *d. l. 1. §. fluminum. M. I. R. d. c. 18 reg. 41.*

IV. Regula: Fluminum publicorum communis est vsus. *l. fluminum. 24. in prin. ff. de damno infecto l. littora. 3. ff. ne quid in loco publico fiat.*

V. Regula, De iure nauigandi, proponitur *l. vnica. in princ. ff. vt in flumine publico nauigare liceat.* Ratio huius interdicti habetur *d. l. vnica. §. hoc interdicto. Concordat Instit. de rerum diuis. §. riparum. ibi, sicuti per ipsum flumen.* Declaratur interdictum propositum definitione lacus, stagni, fossæ, *d. l. vnica. § lacus.* Huius interdicti seu regulæ exceptio prima est: Nisi id in quo quis nauigare prohibetur, priuatum sit, non publicum. *d. l. vnica. §. si priuata.* Secunda: Nisi non nauigare, sed piscari prohibitus quis sit. reprobatur *d. l. vnica. §. plane qui stagnum.* Tertia: Nisi quis non nauigare, sed locū deprimere prohibeatur. *d. l. vnica. §. si quis velit.*

VI. Regula, De iure adpellendi pecoris ad flumen, proponitur *d. l. vnica. §. fin.*

VII. Regula, De iure piscandi. Hoc omnibus commune est in portu fluminibusq; *Instit. de rerum diuis. §. flumina.* Ac si quis in flumine publico piscari prohibeatur, iniuriarum actione experiri potest. *Quod approbatur l. 2. § si quis in. ff. ne quid in loco publico fiat. l. iniuriarum. 13. §. si quis me. ff. de iniuriis.* Huius exceptio est: Nisi quis stagnum vel lacum, in quo piscari prohibetur, habet conductum. *l. vnica. §. plane qui stagnum. ff. vt in flumine publico nauigare.*

VIII. Regula, De aquæductu ex flumine publico. Regulariter aquam ex flumine publico ducere licet. *l. 2. ff. de fluminib. M. I. R. dict. cap. 18. regul. 43* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi Imperator

perator vel Senatus prohibeat. *dict. l. 2.* Secunda: Nisi flumen nauigabile sit, aut ex eo aliud nauigabile fiat. *dict. l. 2: Concordat l. si autem. 10. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. M. I. R. d. reg. 43. exc. 1.* Tertia; Nisi non sine iniuria alterius aqua ducatur. *l. Imperatores. 17. in fine. ff. de seruitut. rustic. præd. & l. hoc iure, 3. §. 1. ff. de aqua quotid.*

IX. Regula. Quantum cuiq; aquæ ex flumine publico ducere liceat, definitur *l. Imperatores. 17. in prin. ff. de seruit. rust. præd.*

DE INTERDICTO, NE QVID in flumine publico, ripave eius fiat, quo peius nauigetur.

CAP. XVIII.

PRimo; Verba huius interdicti proponuntur *l. 1. in prin. ff. de fluminib.*

II. CAVSA HVIVS INTERDICTI cum suis exceptionibus.

Si quid in flumine publico ripave eius fiat immittaturve, quo statio iterve nauigij deterius fiat; huic interdicto est locus. *d. l. 1. in prin.* Declaratur causa proposita definitione fluminis, *d. l. 1. §. 1.* item definitione publici fluminis, *d. l. 1. § publicum.* item definitione ripæ, *d. l. 1. §. ripa.* Declaratur insuper definitione stationis; *d. l. 1. §. stationem.* Definiũtur item interdicti verba hæc, Iterq; nauigio, *d. l. 1. §. ait prætor.* Definitur deniq; interdicti vocabulum hoc Deterius, *d. l. 1. §. deterior.*

I. Exceptio: Nisi in loco vel flumine priuato fiat. *l. 1. §. hoc interdictum. & §. item si damnis. ff. de fluminibus.* Huius replicatio est: Nisi flumen publicum, locum priuatum occupauerit, in eoq; fiat. *d. l. 1. §. ille etiam alueus.* Cuius duplicatio prima est: Nisi flumen circumeat saltem locum priuatum, non occupet. *d. § item si damnis.* Secunda: Nisi flumen inundauerit saltem locum priuatum, non alueum ibi fecerit. *d. l. 1. §. si fossa.*

II. Exceptio: Nisi cum flumen alio fluere cœperit; in veteri alueo sit factum. *l. 1. §. simili modo. ff. de fluminibus.*

III. Exceptio: Nisi in insula in flumine nata factum sit. *l. 1. §. si insula. ff. de fluminib.*

IV. Exceptio: Nisi in flumine non nauigabili fiat. reprobatur *d. l. 1. §. non autem. & §. si in mari, in fine.*

V. Exceptio: Nisi in mari vel in littore maris fiat. reprobatur *d. §. si in mari.*

VI. Exceptio: Nisi extra flumen fiat. *l. 1. §. in publico. ff. de fluminib.*

VII. Exceptio: Nisi statio vel nauigatio non fiat deterior. approbatur simul & distinguitur *d. l. 1. §. non autem.* Sed & eius replicatio est: Nisi pedestre iter impediatur. *d. l. 1. §. si pedestre.*

VIII. Exceptio: Nisi ripæ tuendæ causa factum sit. reprobatur *d. l. 1. §. Labeo.*

IX. Exceptio: Nisi lege fieri licuit. *d. §. Labeo.*

X. Exceptio: Nisi is qui ex vtraque parte fluminis domos habet, pontem faciat. reprobatur *l. vlt. ff. de fluminibus.*

III. ADFINE REMEDIVM.

Si in flumine publico iam sit factum, datur interdictum restitutorium. *cuius verba proponuntur l. l. §. deinde ait. ff. de fluminib.*

Differentia & cognatio huius interdicti & superioris proponitur *d. l. 1. §. penult.*

Causa huius interdicti habetur *d. §. penult.*

Aduersus quos hoc interdictum competat, definitur *d. l. 1. §. vlt.*

DE INTERDICTO, NE QVID IN flumine publico, ripave eius fiat, quo aliter aqua fluat, atq; priore æstate fluxit.

CAP. XIX.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l. vnica, in prin. ff. ne quid in flumine publico.*

II. RATIO *d. l. vnica. §. 1.*

III. CAVSÆ HVIVS interdicti.

I. Causa: Si quis in flumine publico ripave eius quid faciat vel immittat; quo aqua aliter fluat quam priore æstate fluxit; hoc interdicto tenetur. *Quæ causa approbatur verbis interdicti. Concordat d. l. vnica. §. is autem.* Declaratur *d. l. vnica. §. æstas.*

II. Causa: Si ex riuo tecto per apertum ducere aquam velit; vel contra. *d. l. vnica. §. si quis ex.*

III. Causa: Si incile ducat, aut alueum fluminis mutet. *d. §. si quis ex.*

De exceptionibus harum causarum.

I. Exceptio: Nisi flumen priuatum sit, non publicum. *d. l. vnica. §. pertinet.*

II. Exceptio: Nisi flumen non sit nauigabile. reprobatur *d. §. pertinet.*

III. Exceptio: Nisi aqua non aliter fluat. *dict. l. vnica. §. ait prætor.* Declaratur quid sit aliter fluere, *d. l. vnica. §. quod autem.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi proxima æstate aliter fluxit. tũc enim, quamuis non aliter fluat quam proxima hyeme, nihilominus tenetur. *approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superius causa 1.*

IV. Exceptio: Nisi ripæ muniendæ causa faciat, vel magni alicuius damni vitandi gratia. approbatur certo modo *d. l. vnica. §. sunt qui putant.*

IV. QVIBVS DATVR HOC interdictum?

Cuiuis è populo datur. *l. vnica. §. hoc interdictum. ff. ne quid in flumine publ.*

V. ADVERSVS QVOS DATVR?

I. Regula: Is qui fecit, non is qui possidet factum, hoc interdicto tenetur. *d. §. hoc interdictum. Concordat d. l. vnica. §. is autem hoc.*

II. Regula, De hæredibus facientis, proponitur *d. §. hoc interdictum.*

VI. ADFINE REMEDIVM.

Si factum sit, restitutorium interdictum competit. *cuius verba proponuntur d. l. vnica. §. deinde ait.*

Differentia huius interdicti & superioris proponitur *d. l. vnica. § penult.* Quid veniat in interdictum restitutionum, cum ex propositis cõstat, tum etiam definitur *d. l. vnica. §. vlt.*

DE LOCIS ET ITINERIBUS publicis. CAP. XX.

I. DEFINITIO LOCI ET itineris publici.

LOcus publicus definitur per species *l. 2. §. publici. ff. ne quid in loco publico.*

Via

Via publica definitur *d. l. 2. §. viarum.*

II. DIFFERENTIA viæ publicæ & priuatæ proponitur *d. l. 2. §. viam publicam.*

III. SPECIES viæ publicæ, est via vicinalis, quæ species approbatur simul & declaratur *l. vlt. ff. de locis & itineribus publicis. item l. 2. §. viarum. ibi, vicinales. ff. ne quid in loco publico fiat.*

IV. PROPRIA LOCI ET itineris publici iura.

I. Regula: De loco publico fruendo proponitur interdictum *l. 1. in pr. ff. de loco publ. fruendo.* Ratio huius interdicti habetur *d. l. 1. §. 1. Concordat l. vnic. §. plane qui stagnũ. ff. vt in flumine publ. nauigare liceat.* Exceptio huius interdicti est: Nisi quis præter legẽ locationis loco publico frui velit. *d. l. 1. §. fin.* Cui detur hoc interdictũ, definitur *d. l. 1. §. pen.*

II. Regula: Si quis loco publico vti prohibetur. Iniuriarum actio est. *quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt sup. c. 17. q. 5. reg. 7.*

III. Regula: Via publica nemo recte vti prohibetur. *l. 2. §. fin. ff. ne quid in loco publ. fiat. l. per agrum. 11. C. de seruitutibus.*

IV. Regula: Per viam publicam aquam ducere non licet. *l. si in public. 18. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. l. seruitutes. 14. §. publico. ff. de seruit.*

V. Regula, De via publica aperienda, reficienda & purganda, proponitur *l. 1. in pr. ff. de via publica.* Declaratur hoc interdictum *d. l. 1. §. 1.* Exceptio prima est: Nisi prohibitus sub specie refectionis deteriorem viam faciat. *d. l. 1. in prin. & §. si quis.* Secunda: Nisi vicino officiat prohibitus. *l. quivias. 31. in princ. ff. de damno infecto.* Tertia. Nisi alius magis idoneè reficere viam velit *l. in reficiendo. 41. ff. d. tt.* Quibus autem, aduersus quos, quando veniat, & quamdiu detur interdictum propositum, definitur *l. 1. §. fin. ff. de via publica.*

VI. Regula: Quisq; ante suas ædes viam publicam construere tenetur. *l. 3. §. construat. ff. d. tt.*

VII. Regula, De via publica in agrum vicini non reiicienda, proponitur *l. si in agrum. 4. in prin. ff. de via publica.* Huius exceptio est: Nisi via publica sit amissa. tunc enim vicinus per agrum suum viam præstabit. *l. si locus. 14. §. fin. ff. quemad. seruit.*

VIII. Regula, De via publica non exaranda, proponitur *l. si in agrum. 4. in fine. ff. de via publica.*

IX. Regula, De nihil in viam publicam proiiciendo nec ponendo, *l. 3. §. studeat. ff. d. tt.* Huc pertinet etiam actio de deiecto & effuso, posito & suspenso: *de qua dicetur infra inter delicta.* item pertinet huc interdictum Ne quid in via vel itinere publico fiat: *de quo infra c. 21.*

X. Regula: De cloaca publica, ne quid in eam fiat, immittaturve, proponitur *l. 1. §. penult. & vltim. ff. de cloacis.*

XI. Regula, De locis publicis à priuato non detinendis, *l. si legatum, 5. §. final. ff. de operib. publicis.* Plures huiusmodi regulas vide *infrà capitibus proximis.*

DE INTERDICTO, NE quid in loco publico fiat.

CAP. XXI.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l. 2. in princ. ff. ne quid in loco publico fiat.*

II. RATIO & vsus *d. l. 2. §. 1.*

III. GENVS.

Interdictum prohibitorium est, *d. §. 1. & §. si quis nomine.*

IV. CAVSÆ HVIVS INterdicti cum suis exceptionibus.

Prima & generalis causa huius interdicti est: Si quid in loco publico fiat, immittaturve, quo alicui damnũ datur. *d. l. 2. in pr. l. si finita. 15. § si publ. ff. de dãno infecto.* Declaratur hæc causa definitione loci publici, *l. 2. §. publici. ff. ne quid in loco publico.*

II. Causa: Si in loco publico ædificetur. *l. 1. ff. dict. tit.*

III. Causa: Si quis velum in mœniano immissum habeat, quod vicini luminibus officit. *d. l. 2. §. cum quidam.*

IV. Causa: Si statuam vel imagines in publico quis ponat. reprobatur *l. 2. ff. de loco public. fruendo.*

V. Causa: Si iaciuam in publico aperuit, reprobatur *l. vit. §. fin. ff. de seruit. vrb. præd.*

VI. Causa: Si molem vel pilas in mare proiecit. *l. 2. §. aduersus. ff. ne quid in loco publico fiat. & l. litora. 3. §. maris. ff. eod. tt.*

VII. Causa: Si in mari piscari, nauigare, vel in campo publico ludere quis prohibeatur. reprobatur *d. l. 2. §. si quis in mari.*

VIII. Causa; Si per locum publicum riuum ducat. *l. si per. 5. ff. ne quid in loco publico.*

IX. Causa; Si quis in loco publico sterquilinium secundum parietem alicuius fecerit, exquo paries madescit. *l. si quando. 17. §. finali. ff. si seruitus vindicetur.*

X. Causa; Si quis id quod in publico loco positum habet, velit reficere. *l. 2. §. si quis id. ff. ne quid in loco publico.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio; Nisi non in publico, sed in priuãto loco fiat. *d. l. 2. §. hoc interdictum. ibi, ad ea igitur.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi quis velum in mœniano suo immissum habeat, quo vicini luminib. officit; hoc enim quamuis in priuato habere videatur, nihilominus interdictum vtile est *d. l. 2. §. cum quidam.*

II. Exceptio: Nisi in loco fisci fiat. *d. §. hoc interdictum.*

III. Exceptio: Nisi nulli noceat. *d. l. 2. §. aduersus. & §. merito. item l. vltim. §. fin. ff. de seruitut. vrban. prædiorum.*

IV. Exceptio: Nisi luminibus tantum officiatur. reprobatur *l. 2. §. cum quidam. & §. si quid. ff. in loco publico.*

V. Exceptio: Nisi ædificando impediat tantum defluere ad vicinum ea, quæ nullo iure defluant. *d. §. si quid in.*

VI. Exceptio: Nisi ei ædificio noceat, quod etiam in publico illicite est ædificatũ. *d. l. 2. §. itẽ ait.*

VII. Exceptio: Nisi non tam priuato, quam publico loco noceat. reprobatur exemplo *l. 2. §. idem ait si odore. ff. ne quid in loco vel itinere publico fiat. Concordat d. l. 2. §. 1.*

VIII. Exceptio: Nisi à lege vel magistratu fieri sit permissum. *l. 1. in pr. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi in damnum & iniuriam alterius vergat. *d. l. 2. §. merito. & §. si quis à principe.* Cuius duplica-

tio est: Nisi specialiter in damnum vel iniuriam alterius sit concessum. *d.§.si quis à principe.*

IX. Exceptio: Nisi in publico sit factum. tunc enim vt restituatur, amplius agi non potest. *l.2.§. si quis nemine. ff. ne quid in loco publico.* Huius replicatio prima est in loco sacro. *quæ approbatur ibidem.* Secunda: Nisi prohibente prætore sit factum. *l. vltim. ff. eod. tt.*

V. QVIBVS DATVR HOC interdictum?

Cuilibet agere volenti. *l.2.§.1. ff. ne quid in loco publico, & l.1. ff. de locis & itineribus publicis.*

VI. PER QVOS COMpetat?

Etiam per procuratorem potest exerceri. *l. penult. ff. ne quid in loco publico.*

VII. QVID VENIAT?

Agitur hoc interdicto ne fiat, non etiam vt factum restituatur. *quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt sup. q.4. except. gener. 9.*

Agitur insuper hoc interdicto, vt caueatur ne opus fiat. *l.2.§ si quis nemine, ibi, si tamen adhuc. ff. ne quid in loco publico.*

VIII. ADFINIA REmedia.

I. Regula, De iniuriarum actione, si quis in loco publico vti prohibeatur, proponitur *d.l.1.§. si quis in mari.*

II. Regula, De actione legis XII. tabul. proponitur *l. si per. 5. ff. d. tt.*

III. Regula, De officio eius qui operibus publicis præest, proponitur *l.2.§. si quis nemine. ibi, si tamen. ff. ne quid in loco publico.*

DE INTERDICTO TAM PROhibitorio, quam restitutorio viæ & itineris publici.

CAP. XXII.

I. DE INTERDICTO NE quid in via vel itinere publico fiat.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.2.§. ait Prætor. ff. ne quid in loco publico.*

II. GENVS HVIVS interdicti.

I. Regula: Populare est interdictum. *d.l.2.§. hoc interdictum. & l.1. ff. de locis & itineribus publicis.*

II. Regula: Prohibitorium est interdictum. *d.l.2.§. hoc interdictum.*

III. CAVSÆ HVIVS INTERDIcti eiusq; exceptiones.

I. Causa & generalis est: Si in via vel itinere publico quid fiat immittaturve, quo ea via, idve iter deterius fiat. *Hæc causa approbatur verbis interdicti.* Declaratur definitione viæ publicæ *l.2.§. viam publicam. ff. ne quid in loco publico.* Item definitione horum verborũ, Deterius fiat, *d.l.2.§. deteriorẽ.*

II. Causa: Si quis cloacam in viam publicam immittat. *d.l.2.§. si quis cloacam.*

III. Causa: Si quis in suo fundo fossam fecit, per aquam aqua collecta in viam publicam decurrit. *d.§. si quis cloacam.*

IV. Causa: Si quis in suo ita ædificauit, vt aqua collecta in via restagnet. *approbatur ibidem.*

V. Causa: Si specus vel pontem per viam publicam facit. *d.l.2.§. scio.*

VI. Causa: Si in via publica monumentum extruat. *l.2. ff. de locis publicis.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi in via publica, non rustica fiat. *l.2.§. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico fiat.*

II. Exceptio: Nisi in via vicinali fiat. reprobatur *d.l.2.§. viarum. ibi, vicinales.*

III. Exceptio: Nisi quod in via publica fit, non noceat. ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est: Nisi postea sit nocituru. *d.l.2.§. deinde ait.*

IV. Exceptio: Nisi ea quæ pascuntur, viam publicam deteriorem faciant. reprobatur *d.l.2.§. hoc interdictum.*

IV. QVIBVS COMPETIT?

Cuiuis volenti competit. *l.1. ff. de locis publicis.*

V. QVID VENIAT IN HAC actione?

I. Regula: De eo quanti actoris interest, proponitur *l.2.§. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico.*

II. Regula: Vt cum vicino agat. approbatur in casu *d.l.2.§. item Nerua.*

VI. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua est actio. *d.l.2.§. hoc interdictum.*

VII. ADFINE REMEDIVM.

Si fiat in via non rustica, sed vrbica, ad officium magistratus pertinet. *d.l.2.§. hoc interdictum.*

II. DE INTERDICTO restitutorio.

I. VERBA huius interdicti proponuntur *l.2.§. prætor ait. ff. ne quid in loco publico.*

II. GENVS & differentia huius interdicti & superioris proponitur *ibidem.*

III. CAVSÆ HVIVS interdicti?

Causæ huius interdicti eædem sunt, quæ præcedentis, *vt patet ex d.§. prætor ait*, nisi quod illud de eo quod fit, hoc vero de eo quod factum est, cõpetat: *vt patet ex verbis interdicti.* Specialis huius interdicti causa est: Si arbor alicuius in viam publicam ceciderit. quæ approbatur simul & distinguitur *l.2.§ si ex fundo. ff. ne quid in loco publico.*

IV. ADVERSVS QVOS competit?

Regulariter is hoc interdicto tenetur, qui fecit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi habere desierit, & alius factum habeat. tunc enim hoc interdicto tenetur non is qui fecit, sed is qui factum habet. *d.l.2.§. hoc interdicto.* Declaratur hæc regula definitione verbi Habere, *ibidem.* Huius replicatio est: Nisi habere desierit. cuius duplicatio est: Nisi dolo malo habere desierit. *d.l.2.§. hoc interdictum.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi is qui fecit, id opus pro derelicto habuerit, reprobatur *d.l.2.§. vnde Ofilius.* Plane admittitur in casu, *de quo d.l.2.§. si ex fundo.* Tertia exceptio videtur esse: Nisi alij quoq; factũ vtile sit, tũc enim hic quoq; teneri videtur, verum reprobatur *d.l.2.§. idem Labeo.* Quarta: Nisi aqua quam quis ex suo fundo in viam publicam deriuat, ex vicini fundo fluat. tunc enim vicinus tenetur. approbatur simul & distinguitur *l.2.§. ideo Labeo. ibi, plane si fundus. ff. ne quis in loco publico.*

V. QVID VENIAT IN HOC interdicto?

I. Regula: Venit in hoc interdicto, vt factum remittatur. *quæ regula approbatur verbis interdicti.* Declaratur *d.l.2.§. restituas.* Exceptio est: Nisi reus opus non fecerit, nec iussu eius alius. tunc enim solam patientiam præstare tenetur. *d.§. restituas.*

II. Regula: Si non restituatur, quanti actoris interest, fit condemnatio. *d.l.2.§. penult.*

VI. QVANDIV COMPETAT?

Perpetuum est. *d.§. penult.*

DE ACTIONIBVS POPVlaribus. CAP. XXIII.

PRimo: Definitio harum actionum proponitur *l.1. ff. de popularibus actionibus.*

II. CAVSAE harum actionum, nec non species propositæ sunt *supra in præcedentibus capitibus.* quarum exceptio generalis est: Nisi semel sit actum. *l. sed si. 3. in princ. ff. d. tt.* Cuius replicatio est: Nisi is qui antea egit, cum aduersario collusit. *l. eum qui. 30.§. in popularibus. ff. de iureiurando.*

III. QVIBVS COMPETANT hæ actiones?

I. Regula, De quolibet agere volente, proponitur *l.1. ff. de locis publicis.* Huius exceptio est: Nisi ei qui agere volet per edictum postulare non liceat. *l. popularis. 4. ff. de popularib. actionib.* Cuius replicatio est: Nisi ad eum qui agere volet, res pertineat, approbatur exemplo *l. mulieri. 6. ff. d. tt.*

II. Regula: Si plures agere volent, vnus à prætore eligendus. *l.1. ff. de popularibus actionibus. l. sed si. 3.§. fin. ff. eod. tt.*

III. Regula: De eo cui ex S.C. hæreditas est restituta. Ad eum populares actiones à defuncto institutæ non transeunt. *l. populares. 7. in principio. ff. dict. tt.*

IV. PER QVOS COMpetant?

Per procuratorem exercere non possunt: *de quare vide sup. lib.2. cap.5. q.4. except.26.*

V. ADVERSVS QVOS dantur?

Aduersus hæredes non dantur. *l. omnes. 8. ff. de popularibus actionibus.*

VI. QVAMDIV DANTVR.

Annales sunt. *d.l.8.*

VII. EVENTVS.

Qui populares habet actiones, locupletior non intelligitur. *l. populares. 7. in fine. ff. eodem tt.* Hactenus de rebus sacris, sanctis, religiosis & publicis, cum suis actionibus dictum est. nunc de rebus priuatis est dicendum: quæ aut propriæ sunt, aut communes, aut alienæ: quanquam ex iis quædam etiam nullius sunt, vt hæreditas iacens, res pro derelicta habita. Sed de his *sup. c.12. diuis. 3.* est dictum.

DE REBVS PRIVATIS, TAM PROpriis & communibus, quam alienis.

CAP. XXIV.

I. DE REBVS PROPRIIS.

PRima regula: Quilibet rerum suarum moderator atq; arbiter est, licetque cuiuis in re sua facere quod libet. *l. in rem. 21. ibi, nam suæ quidem. C. mandati. l.2. in fine ff. si à parente quis manumissus. item l. non enim. 9. ff. rerum amotarum. M. I. R. libro 3. capit. 18. regul. 44. cũ sequen.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi minor quis sit vigintiquinque annis. *l.1.§. finali. ff. de minoribus vigintiquinque annis.* Secunda: Nisi quis neque modum, neque finem in rebus suis profundendis faciat. tunc enim ei bonorum suorum administratio solet interdici. *de qua re vide sup. libro 5. capit. 4. quæst. 2. except. 34. replic. 4.* Tertia: Nisi furiosus quis sit. *de qua re iridem vide d. exceptione 34.* Quarta: Nisi quis in re sua faciẽdo vicini conditionem faciat deteriorem. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. lib. 7. c. 24. quæst. 3. exc. 12. replic. 1. M. I. R. d. regula 44. exceptione 1.* Huius elegans exemplum proponitur *l. sicuti. 8.§. Aristo. ff. si seruitus vindicetur.* Aliud *d.l.8.§. Alphenum.* Aliud est: Si quis in suo sterquilinium ponat, ex quo paries vicini madefiat. *quod proponitur l. si quando. 17.§. finali. ff. si seruitus vindicetur.* Item aliud, Si fistulæ quibus quis per suum aquam ducit, ruptæ inundant vicini parietem. *l. fistulas. 13. ff. de tt.* Sed plura de exceptione proposita vide *sup. lib. 7. capite 24. quæstione 3. except. 12. replicat. 1.* Quinta exceptio est: Nisi quis in suo quid habeat vel faciat, ex quo vicino damnum sit metuendum, tunc enim per actionem de damno infecto, item aquę pluuiæ arcendæ, ne habeat vel faciat cogi potest: *de qua inf. eod. lib. cap. 28.* Sexta: Nisi in subgrunda vel protecto supra eum locũ, quo vulgo iter fit, id positum vel suspensum habeat, cuius casus alicui nocere possit. Nam nec hoc in suo licet. *de qua re dicetur lib. 23. c. ap. 17. in actione de posito & suspenso.* Septima: Nisi alius seruitutem vel vsumfructum in re nostra habeat. hoc enim casu non quod libet nobis in re nostra facere licet. approbatur exemplo *l. seruitutes. 19.§. finali. ff. de seruitut. vrbanorũ prædiorum.* Alia huiusmodi exempla proponuntur *l. si eo loco 9. ff. si seruitus vindicetur. Concordat l. si quid 5. C. de seruitutibus.* Sane quid iuris domino in re sua, in qua alius seruitutem vel vsumfructum habet, competat, supra suis locis est demonstratum. Octaua exceptio est: Nisi quis re sua male vtatur. *Institut. de his qui sui vel alieni. §. sed & maior. M. I. R. d. cap. 18. regul. 45. except. 6* Nona exceptio videtur: Nisi res conditione aliqua existente possit auferri. sed reprobatur *l. plerunque. 205. ff. de regulis iuris.*

II. Regula: Licet cuique locum suum muro circundare. quæ regula species est regulæ superioris, & specialiter approbatur *l. prouincias. 10. C. de ædificiis priuatis.*

III. Regula: Prodesse sibi vnumquemque, dum alij non noceat, prohibitum non est. *l.1.§. ijdem aiunt. vers. prodesse enim. & §. Varus, in fine. ff. de aqua pluuia arcenda.* De qua regula vide plura *sup. lib. prox. c. 24. q. 3. except. 12.*

IV. Regula: Nemo de sua domo extrahi debet.

bet.*l.nemo.*103.*ff.de regulis iuris.& l.plerique.*18.*ff.de in ius vocando.*

II. DE REBVS CVM ALIO COMMUNIBVS.

I. Regula: In re communi neuter sociorum inuito altero quidquam facere potest. *l. an vnus.* 11. *ff.si seruitus vindicetur. l.Sabinus.* 28.*ff. communi diuidundo.M.I.R.lib.*5.*cap.*3.*regul.*32. *& cap.*12. *regul.* 24. *M.I.R.lib* 3.*cap.*18.*reg* 46. Plane iure seruitutis in re communi neuter sociorum alterum potest prohibere, sed per communi diuidundo actionem hoc faciendum est: quod primæ exceptionis loco notandum.*l.in re.*25.*ff.de seruit. vrban. prædior.l.si is qui.*4.*ff.de seruitute legata.* Huius replicatio est: Nisi ob rem propriam de re communi, vel contra agatur.*l.sed si.*26.*in princ.ff de seruit. vrb. prædior.l.si vnum.*14.§. *fin. ff. si seruitus vindicetur.* Secunda exceptio est: Nisi socio cum posset, non prohibente, alter socius ædificauit. hoc enim casu vt destruatur amplius agi non potest.*l.Sabinus.*28.§. *sed etsi.ff.communi diuidundo.* Huius replicatio est: Nisi absente & ignorante socio alter ædificauit. *d.l.*28.*in fine.* Tertia exceptio est: Nisi consentiente socio alter ædificauit.*d.l.*28. §.*penult.* Quarta: Nisi vicinus socium facere permiserit. reprobatur *l.sed si.*26.§.*fin.ff.de seruitutib.vrbanorum prædiorũ.* Quinta: Nisi necessitas exigat fieri. reprobatur, adeo vt & hoc casu, si socius ædificare velit, per communi diuidundo actionem id impetrare debeat.*quod approbatur l.si ædes.* 12.*ff.communi diuidundo.l.paritem.*7.*ff.de seruit.vrb.præd.M.I.R.d. c.*28. *reg.* 26.*except.*1.

II. Regula: In reficienda re communi vter sociorum sit præferendus, definitur *l.in reficiendo.* 41 *ff.de damno infecto.*

III. Regula: Socio secundum parietem communem tubulos habere non licet.*l. quidam.* 12. *in princ.ff.de seruit. vrban.præd.*

IV. Regula: Balneum siue tepidarium secundum parietem communem socius extruere non prohibetur. approbatur simul & distinguitur *l. fistula.* 18.*in prin.ff.de seruit.vrban.præd.*

V. Regula: Fistulam coniunctam parieti communi socius habere non potest.*d.l.*18. *in princ.*

VI. Regula: Cameram ex figlino opere factam iuxta communem parietem habere licet.*d. l.*8.§.*penult mo.*

VII. Regula: Scalas ad parietem communem habere licet.*d.l.*18.§.*vlt.*

VIII. Regula: Incrustare parietem communem, & picturas in eo habere vni sociorum licet. *l.quidam.*12.§.*fin.ff.de seruit.vrban. præd.*

IX. Regula: In pariete communi fenestras inuito socio facere non licet.*l.eos qui.*39.*ff. de seruit. vrban.præd.*

X. Regula: In locum communem alteri sociorum mortuorum inferre non licet. *de qua re vide sup.c* 13.*de loco religioso,q* 2.*exc.*2.

XI. Regula: De tabulis communibus deponendis vide *inf.lib.*9.*c.*2.*reg.*4.

XII. Regula: Res communes plerunq; solent negligi.*l.*2.§.*quorum nimiam.vers.naturale quippe.C. quando & quib.quarta pars debetur ex bonis decur.*

XIII. Regula: Communio mater discordiæ *l.*25.§.*itaq; propter.ff.de seruit.vrb.præd.l.*39.§. *dulcissimis, in fin.ff.de legat.*2. Plura de iure in re communi vide *infr.lib.*19.*c.*11.*& lib.*20.*c.*10.

III. DE REBVS ALIENIS.

I. Regula: Aquam in alieno loco ortam, inuito domino loci ducere non licet. *l.aquam.* 4. *C.de seruitut. & l.præses.* 6.*C.eod.tt.*

II. Regula: In alieno solo aucupari vel venari quis inuito domino solt non potest. *l. diuus Pius.* 16.*ff.de seruit.rustic.præd.l.quod enim.*3.§.*plane qui.ff. de adquir.rer.dom.Concordat iisdem verbis instit. eod.tt.* §.*feræ igitur.ibi.plane.M.I.R.lib.*3.*c.*18.*reg.*48.

III. Regula; Lapides in alieno fundo cædere inuito domino nemo potest. approbatur simul & distinguitur *l.venditor.*13.§.*si constat.ff com.præd.*

IV. Regula; Per agrum alienum inuito domino ire vel agere non licet. approbatur simul & distinguitur *l.per agrum.*11.*C.de seruitutibus.*

V. Regula; Fenestram in alieno pariete facere non licet.*l.altius.* 8.*C.d.tt.*

VI. Regula: Rem nostram in alterius solum delatam, per ad exhibendum actionem tollere & auferre possumus. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.*7.*c.*6.*q.*4.*caus.*3. Item tollere per interdictum possumus.*l.hoc amplius.*9.§.*de his.ff. de damno infecto.* Huius exceptio prima est; Nisi de damno infecto non caueat actor.*d.* §.*de his.& §. Alphenus.* Sed plura de regula proposita eiusq; exceptionibus vide *infr.eod.lib.c.*28.*caus.*3.

VII. Regula: Si fructus nostri in alienum solum ceciderint, tertio quoque die eos legere, auferre nobis licet.*l.vnica.ff.de glande legenda.*

VIII. Regula: Si arbor nostra in ædes alienas vel agrum impendet, domino ædium eam auferre, sibiq; habere licet.*de qua re vide infr.c.prox.*

IX. Regula: Arborem in alienum fundum vento inclinatam habere non licet.*l.*2. *ff. de arboribus cædendis.*

X. Regula: Si arbor vel crusta ex fundo alieno in vicini fundum translata sit, vicinus vt arbor vel crusta tollatur ex suo fundo, agere potest. *d.l.*2. Cuius exceptio est: Nisi arbor vel crusta in fundo alieno coaluerit.*l.hoc amplius.*9. §. *Alfenus. ibi, sed nec ego.ff. de damno infecto.*

XI. Regula: Si radices arboris in fundamento vicinarum ædium crescant, & fundamento periculum adferant: interdictum datur *l.* 1. *C. de interdictis.& l. si plures.* 6. §. *si arbor.ff. arborum furtim cæsarum.*

XII. Regula: Parietẽ in vicini domo procumbentem habere non licet.*l si quando.*17. *in princ. ff. si seruitus vindicetur.& l.si cum.*14.§.*fin.ff.eod.tt.*

XIII. Regula: Fumum ex inferiori ædificio in superius immittere non licet: quemadmodum nec ex superiore in inferius aquam licet immittere *l.sicuti.*8.§ *Aristo.ff.si seruitus vindicetur.*

XIV. Regula: Naturaliter ex superiore fundo in inferiorem aqua fluere potest.*l.*1.§.*fin.ff.de aqua pluuia arcenda.*

XV. Regula: Res alienas inuito domino quis retinere non potest. *l.si filiofamilias.*25.§. *maritum, in fine.ff. soluto matrim.*

XVI. Regula: In rebus alienis habemus seruitutem, vsumfructum & alia similia iura, si scilicet constitura sunt.*de quibus dictum sup. eod.lib. & lib.prox.*

DE

DE ARBORIBVS CÆDENDIS INTERDICTA.

CAP. XXV.

I. DE INTERDICTO, SI arbor ex ædibus tuis in alienas ædes impendeat.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.*1.*in princ.ff.de arboribus cædendis.*

II. GENVS, Quod sit prohibitorium, habetur *d.l.*1.§.1.

III. CAVSA HVIVS interdicti?

Si arbor ex ædibus vicini in nostras ædes impendet, eam nobis licet auferre. *quæ causa constat verbis interdicti.* Cuius exceptio prima est: Nisi is cuius arbor est, eam velit auferre.*d.l.*1. §. *ait Prætor.* Secunda: Nisi non arbor, sed vitis impendeat. reprobatur *d.l.*1.§.*arboris.*

IV. QVIBVS DATVR ADIMENDI FACVLTAS.

I. Regula: De domino ædium & vsufructuario, proponitur *d.l.* 1.§.*non solum.*

II. Regula, De sociis ædium, *d.l.*1.§.*præterea.*

V. QVID ET QVANTVM veniat?

I. Regula: Vtrum totam, an partem arboris liceat adimere, definitur *d.l.*1 §.*si arbor.*

II. Regula: Quilibet sociorum in solidum interdictum habet.*d.l.*1 §.*præterea.*

II. DE INTERDICTO, SI arbor ex agro tuo in agrum alienum impendet.

I. VERBA huius interdicti proponuntur *l.*1.§. *deinde ait.ff.de arboribus cædendis.*

II. RATIO & adfine remedium *d.l.*1. §.*quod ait.*

III. DIFFERENTIA huius interdicti & superioris proponitur *d.l.*1.§.*fin.*

Hactenus iura rerum enumerauimus atque descripsimus, pro quibus conseruandis tum rei vendicatio, actio tam confessoria quam negatoria, interdicta competunt, hactenus proposita atque tractata: tum enim noui operis nunciatio, damni infecti stipulatio, & aquæ pluuiæ arcendæ actio. quæ iuris remedia supersunt tractanda, quibus pertractatis, finem tertiæ partis de rerum iure imponemus.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE. CAP. XXVI.

I. CAVSÆ EX QVIBVS noui operis nunciatio competit.

PRimæ causæ loco notanda est causarum diuisio, quæ proponitur *l.*1.§. *nunciatio. ff. de operis noui nunciatione.* Fit enim nunciatio aut iuris nostri conseruandi causa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia.*M.I.R.lib.*3.*cap.* 18. *regul.*53. Nunciamus autem, quia ius aliquod prohibendi habemus, vel vt damni nobis infecti caueatur ab eo qui forte in publico, vel in priuato quid molitur: aut etiam si quid contra leges, edictave principum, quæ ad modum ædificiorũ facta sunt, fiet: vel in sacro, vel in loco religioso, vel publico, ripave fluminis: quibus ex causis & interdicta proponuntur *d.*§.*nũciatio.* Similis diuisio causarum apponitur *l.de pupillo.*5.§.*Sextus.ff.eod. tt.* vbi Sextus Pedius definit, noui operis nunciationis triplicem esse causam; aut naturalem, aut publicam, aut impositiam. Naturalem, cum in nostras ædes quid immittitur, aut in nostro ædificatur. Publicam causam, quoties leges, vel senatusconsulta, constitutionesq; principum per noui operis nunciationem tuemur. Impositiam, cum quis, posteaquam ius suum deminuit, alterius auxit; hoc est, posteaquam seruitutem ædibus suis imposuit, contra seruitutem fecit.

II. Causa: Si quis in ædes nostras immittat quid, vel in nostro ædificet.*d.l.*5.§. *sed etsi in.* §.*meminisse.& d.*§.*Sextus.vers.naturalem.*

III. Causa: Si quis opus nouum contra ius faciat. quæ causa declaratur *l.*1. §. *opus.ff. de noui operis nunciatione.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi non nouum opus faciat quis, sed vetus fulciat.*l.*1.§. *si quis ædificium.ff.d.tt.*

II. Exceptio: Nisi quis riuos aut cloacas reficiat vel purget.*l.de pupillo.*5.§.*si quis riuos. ff. d. tt. l. Seuius.*3.§.*si quis riuum.ff.de riuis item l.*1. §. *si quis purganti.ff.de cloacis.*

III. Exceptio: Nisi non in re soli, sed mobili opus fiat.*l.*1.§.*hoc autem.ff.de noui oper.nunciat.*

IV. Exceptio: Nisi quis messem faciat, arborem succidat, vineam putet, huic enim inutiliter nouum opus nunciatur.*d.*§.*hoc autem. vers.idcirco.*

V. Regula: Nisi quis in mari vel littore maris ædificanti nouum opus nunciet.*d.l.*1.§.*quod si quis.* Huius replicatio est: Nisi nuncians de damno infecto sibi caueri velit.*d.* §.*quod si quis. & l. quamuis.* 50.*ff.de adquir.rer. dom.*

VI. Exceptio: Nisi socius in re communi aliquid faciat. huic enim à socio nouum opus nunciari non potest.*l.in prouinciali.*3.§.1.*ff.de noui operis nunciat.* Huius replicatio videtur esse: Nisi socius propriæ rei nomine, cui per id quod in communi loco fit nocetur, nunciauerit. sed reprobatur *d.l.*3.*ff.quod si socius.*

VII. Exceptio: Nisi in prouinciali prædio nouum opus fiat. reprobatur *d.l.*3.*in princ.*

VIII. Exceptio, sumpta ex loco, in quo nouum fit opus, reprobatur *l.*1.§.*siue autem.ff.de noui operis nunciatione.*

IX. Exceptio: Nisi non vicino, sed remotiori loco nouum opus fiat. reprobatur *l.non solum.*8. *in prin.ff.de noui oper.nunciat.*

X. Exceptio: Nisi is qui nouum opus facit, prætor sit.*l.de pupillo.*5.§ *si quis ipsi.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.* 53.*except.*1.

XI. Exceptio: Nisi mora operis periculum aliquod sit allatura. *d.l.*5.§.*præterea.& §.toties.*

XII. Exceptio: Nisi iure faciat vel ædificet is cui nunciatur. reprobatur *l.*1.*in prin.ff. de operis noui nunciat.l.prætor ait.* 20.§.*interdictum, ibi, qui ergo. & §.ait prætor.ff. eod.tt.*

XIII. Exceptio: Nisi is qui ædificat, agere cœperit, sibi ædificandi ius esse, reprobatur *l.*1.§.*sed etsi in.ff. eod.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi nuncians de calumnia

nõ iuret. *l. de pupillo. 5. §. qui opus. ff. d. tt.* Hæc de causis nunciationis, earumq; exceptionibus sint dicta. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *infr. q. 9. item infr. c. prox. act. 2. q. 1.*

II. QVIBVS COMPETIT nunciatio?

I. Regula, De eo ad quem res pertinet, proponitur *l. 1. §. iuris nostri. ff. de noui operis nunciatione.* Declaratur hæc regula *l. vnica. §. ius is. ff. de remissionibus.*

II. Regula, De fructuario loci. Huic quoque ius est nunciandi. *d. l. vnica. §. item Iuliano.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi domino loci nunciauerit. *quæ approbatur ibid. Concordat ijsdem verbis l. 2. ff. de operis noui nunc.* Secunda: Nisi vsufructuarius suo, non procuratorio nomine nunciet. *l. 1. §. fin. ff. de operis noui nunciat.*

III. Regula, De eo cui seruitus debetur. Huic quoque nunciandi ius est. *l. vnica. §. ius is. ff. de remissionibus. l. inter seruitutes. 14. in fine. ff. de seruitut. vrban. prædior. item l. etsi forte. 6. §. fin. ff. si seruitus vindicetur.* Huius regulæ exceptio est: Nisi domino loci nunciauerit. *l. vnica. §. item Iuliano, in fine. ff. de remissionibus. l. qui viam. 14. ff. de noui operis nunciatione.* Contradicit *l. de pupillo. 5. §. Sextus Pedius, in fine. ff. eodem tt. l. etsi forte. 6. §. 1. & §. fin. ff. si seruitus vindicetur.*

IV. Regula, De superficiario, proponitur *l. in prouinciali. 3. §. pen. ff. de noui operis nunciat.*

V. Regula, De creditore cui prædium pignori est obligatum, *l. creditori. 9. ff. d. tt. & l. vnica. §. fin. ff. de remissionibus.*

VI. Regula: Si in publico opus fiat, quiuis nuntiandi ius habet. *l. in prouinciali 3. §. fi. cũ l. seq. ff. eod. tt. M. I. R. d. cap. 18. reg. 53.* Huius regulæ exceptio prima est in pupillo, altera in seruo: *de quibus sequitur in regulis proximis.*

VII. Regula, De pupillo, proponitur *l. de pupillo. 5. in prin. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 55. except. 2.*

VIII. Regula, De seruo, *d. l. 5. §. 1.*

IX. Regula, De vno ex pluribus sociis, *d. l. 5. §. si plurium.*

III. PER QVOS NVNCIAtio competit?

Etiam per procuratorem nunciare licet. *l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciat.*

IV. QVIBVS NVNciandum?

Cuiuis præsenti nunciari potest. *l. de pupillo. 5. §. nunciari. ff. de noui operis nunciat. l. etsi. 7. §. fin. item l. cuilibet. 11. ff. eod. tt. M. I. R. d. lib. 3. cap. 18. reg. 56.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi seruo nuncietur. verum reprobatur *d. §. nunciari. Cui concordat d. l. 5. §. 1.* Secunda: Nisi mulieri, puero vel puellæ nuncietur. reprobatur *d. §. nunciari.* Tertia: Nisi ei nuncietur, qui nec domini nec operis nomine in re sit præsenti. *d. §. nunciari.* Quarta: Nisi cum opus plurium esset, vni tantum nuncietur. reprobatur *d. l. 5. §. si plurium.*

V. ADVERSVS QVOS NVNciatio competat?

I. Regula: Nunciatio in rem est, non in personam. *l. operis. 10. cum l. seq. ff. de operis noui nunciat. & l. is cui. 23. §. quia nunciatio. ff. eod. tt.*

II. Regula: De infante & furioso dictum *sup. regula proxima.*

III. Regula: De absente, inuito & ignorante, proponitur *l. 1. §. nunciatio, in fine. ff. d. tt. M. I. R. d. cap. 18. reg. 57.*

VI. VBI NVNCIATIO competat?

I. Regula: In eum locum vbi opus fit, nunciandum est, non alibi. *l. de pupillo. 5. §. nunciationem. & §. si quis forte. ff. de noui operis nunciat. M. I. R. d. cap. 18. regula 58.*

II. Regula: Si in pluribus locis opus fiat, ad omnes locos nunciatio facienda. *d. l. 5. §. si in plurib.*

VII. QVANDO NVNCIATIO competat?

I. Regula: Omnibus diebus nunciatio fieri potest. *l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciat.*

II. Regula: In ipso opere, non extra opus nunciatio facienda. *l. de pupillo, 5. §. si quis forte. ibi, in re enim. ff. eodem tt.*

III. Regula: Post factum opus frustra fit nunciatio. *d. l. 1. §. 1. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi inchoatum tantum, nõ perfectum sit opus. *l. prætor ait. 30. §. siue autem. ff. d. tt.*

VIII. MODVS NVNCIANDI & officia nunciantis,

I. Regula: Nuncians non habet necesse adire prætorem. *l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciat.*

II. Regula: Qui nouum opus nunciat, de calumnia iurare debet. *l. de pupillo. 5. §. qui opus. ff. d. tt.*

III. Regula: Qui nouum opus nunciat, necesse habet demonstrare, in quo nouum opus nunciet. approbatur simul & distinguitur *d. l. 5. §. qui nunciat.*

IV. Regula: Qui alieno nomine nunciat, de rato tenetur cauere. *d. l. 5. §. procuratorio.*

V. Regula: Nuncius non opus habet scire quod opus fiat. *l. 1. §. potest. ff. d. tt.*

VI. Regula: Qui opus nouum nunciat, in testationem referre debet, si quid operis iam factũ est. *l. non solũ. 8. §. qui opus. & §. sed vt probari. ff. d. tit.*

IX. CAVSÆ, SEV MODI QVIbus nunciatio ex post facto fit irrita?

I. Causa: Si is qui nouum opus nunciauit, mortuus fit. *d. l. 8. §. fin.*

II. Causa: Si is qui nouum opus nunciauit, id cuius causa nunciauit, alienauerit. *d. §. fin.*

III. Causa: Si is cui opus nouum nunciatum est, mortuus sit, vel opus alienauerit. reprobatur *d. l. 8. §. fin. l. vlt. ff. de noui operis nunciat.*

IV. Causa: Si facta nunciatione, lis inter annum non finiatur. *l. vnica. C. d. tt.*

V. Causa: Si prætor, qui opus nouum nunciari iussit, postea nunciari prohibuit. *l. si opus. 16. ff. de noui operis nunciat.*

VI. Causa: Si inter ipsos litigatores, tam nunciantem, quam eum cui nunciatum est, postea in contrarium conueniat, vt ædificare liceat. *l. 1. §. in de quæritur. ff. d. tt.*

VII. Causa: Si de opere demoliendo is cui nunciatum est cauet, eo casu quo non recte fuerit ædificatum. *l. de pupillo. 5. §. si is cui. l. non solum. 8. §. si cũ possem. & l. stipulatio. 21. in prin. ff. d. tt. item l. si. alius. 7. §. remis-*

7. §. remissione. ff. quod vi aut clam. M. I. P. libro 5. capit. 3. regul. 33. M. I. R. d. cap. 18. regul. 59. Plane propositæ caulæ exceptio prima est: Nisi repromissum tantum, non etiam satisdatum sit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. stipulatio. ff. de prætoris stipulationibus.* Huius replicatio est: Nisi non in priuato, sed in publico factum sit opus. *d. §. stipulatio. Concordat l. non solum. 8. §. quod si nunciauero. ff. de noui operis nunciat.* Cuius duplicatio est: Nisi quis de eo quod in publico fit, non suo, sed alieno nomine caueat. nam hic satisdare tenetur. *d. §. stipulatio.* Secunda exceptio est: Nisi cum pluribus nouum opus nunciatum esset, non in solidum sit cautum. *l. stipulatio. 21. §. quæsitum. ff. de noui operis nunciatione.* Tertia: Nisi cum plures nouum opus nuncient, vni, non omnibus caueatur. approbatur simul & distinguitur *d. l. 21. §. idem ait.* Quarta: Nisi cum plures nouum opus nunciassent, vni non cautum sit de eo quanti vniuscuiusq; intersit, sed quanti ea res est. reprobatur *d. l. 21. §. fin.*

VIII. Causa: Si per actorem stet, quo minus is cui nouum opus nunciatum est, de opere demoliendo caueat. *l. prætor ait. 20. §. si quis paratus. & l. de pupillo. 5. §. si is cui. ff. d. tt.* Plura de hac causa vide *infr. c. prox. act. 4. q. 3. except. 4. repl. 1.*

X. EVENTVS ET CONSEQVENtia nunciationis.

I. Regula: Is cui nouum opus nunciatum est, abstinere debet ab opere, donec vel caueat, vel remittatur ei nunciatio. *l. non solum. 8. §. sciendum. & §. si cum possem. ff. de noui operis nunciat.*

II. Regula: Post noui operis nunciationem committunt se litigatores iurisdictioni. *l. 1. §. & post. ff. d. tt.*

III. Regula: Quamdiu lis pendere debeat, definitur *l. vnica. §. tatem igitur. C. eodem tt. M. I. R. d. reg. 59. except. 2.*

IV. Regula: Nunciatione possessorem aduersarium facimus. *l. 1. §. in operis. & l. de pupillo. 5. §. meminisse. ibi, cæterum. ff. d. tt. item l. si alius. 7. §. remissione. ibi, cum possessor. ff. quod vi aut clam.*

V. Regula: Si operis noui nunciatio denegatur, nihilominus legitimæ actiones manent. *l. sciendum. 19. ff. de noui operis nunciat.*

VI. Regula: Post noui operis nunciationem petitur etiam nunciationis remissio, id quod postea ædificatum est destruitur, & aliæ dantur occasione nunciationis actiones. *de quibus infr. c. proximo dicetur.*

XI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Etiam per prætorem & per manum, hoc est, per lapilli iactum nouum opus inhiberi potest. *l. de pupillo. 5. §. meminisse. ff. de noui operis nunciatione, & l. in prouinciali. 3. §. 1. in fin. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 18. reg. 49.*

II. Regula, De interdictis Quod vi aut clam, Vti possidetis, de loco sacro, &c. proponitur *l. 1. §. 1. ff. de noui operis nunciat. Concordat d. l. meminisse. ibi, etsi forte.*

III. Regula: De vindicatione iuris, cuius gratia nunciatio facta est, *l. sciendũ. 19. l. 1. §. fin. l. 2. item l. qui viam. 14. ff. eod. tt. l. Seruius. 3 §. si quis riuum. ff. de riuis. item l. vnica. §. item Iuliano. ff. de remissionibus.*

IV. Regula, De damni infecti stipulatione, habetur *d. §. si quis riuum. item l. 1. §. si quis purganti. ff. de cloacis.*

V. Regula, De communi diuidundo iudicio, *l. in prouinciali. 3. §. 1. & §. quod si socius. ff. de noui operis nunciatione.*

DE ACTIONIBVS ET INterdictis quæ occasione noui operis nunciationis competunt.

CAP. XXVII.

I. ACTIO AD REMITTENdam noui operis nunciationem.

PRimo: Verba edicti quibus actio hæc fundatur, proponuntur *l. vnica, in princip. ff. de remissionibus.*

II. CAVSA EX QVA ACTIO proposita competit.

Si nunciatio non tenet, vt remittatur, petitur. *quæ causa approbatur verbis interdicti. Quibus concordat d. l. vnica. §. 1. l. 1. in princ. ff. de noui operis nunciat.* Huius causæ species vide *supr. c. prox. quæst. 1, cum seqq. præsertim quæst. 2. 8. & 9.*

III. ADIVNCTA SEV OFFICIVM eius qui alieno nomine remissionem petit.

Satisdare debet de opere destruendo. *l. de pupillo. 5. §. penult. ff. de noui operis nunciat.*

IV. ADFINE huius rationis remedium est, Si caueatur de opere demoliendo. tunc enim non est opus petere remissionem. *d. l. 5. §. si is cui. Concordat l. vnica. §. plane si satisdatum. ff. de remissionibus.*

II. ACTIO DE DEMOLIENDO eo quod post nunciationem est factum.

I. CAVSA ACTIONIS.

Si quis contempta noui operis nunciatione, opus fecerit: istud destruere per hanc actionem cogitur. *l. prætor ait. 20. in princ. ff. de noui operis nunciat. M. I. P. d capit. 3. reg. 34. M. I. R. d. capit. 18. reg. 61.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi nunciatio fuerit remissa. *d. l. 20. in principio. l. si alius. 7. §. remissione. ff. quod vi aut clam.* Cuius replicatio prima est: Nisi falso procuratore à parte eius qui nouum opus nunciauit, interueniente, remissio sit facta. *l. cum procurator. 13. §. si in remissione. ff. de noui operis nunciatione.* Secunda: Nisi cum plures nunciationes factæ essent, vna tantum remissio sit facta. *l. de pupillo. 5. §. si pluribus. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi de opere demoliendo sit cautum. *approbatur verbis interdicti. Concordat d. l. 20. §. 1. item ea quæ habentur supra cap. prox. quæst. 9. caus. 7. M. I. R. d. reg 61. except. 1.* Tertia: Nisi iure sit ædificatum, reprobatur *l. prætor ait. 20. §. 1. & §. ait prætor. ff. de noui operis nunciatione. Concordant ea quæ habentur sup. capit. prox. quæst. 1. except. 12. M. I. P. d. reg. 34. except. 1. M. I. R. d. reg. 61. except. 2.* Quarta: Nisi ante factam nunciationem sit ædificatum. *l. 1. §. 1. ff. d. tt. M. I. R. d. regul. 61. except. 12.* Huius replicatio prima: Nisi postquam cœptum, non autem perfectum est opus, sit nunciatum. hoc enim casu propositæ exceptioni, quoad id quod postea perficitur, locus non est. *l. prætor ait. 20. §. siue autem. ff. d. tt.* Plane hoc casu, quoad id quod ante nunciationem cœptum est, exceptioni est locus. Altera replicatio est: Nisi postquam quis nunciare nouum opus non

possẽt, deq; eo protestatus esset, sit ædificatum. approbatur exemplo *l. de pupillo.5. §. si quis ipsi. ff. de noui oper. nunciat.* Quinta exceptio: Nisi non opus nouum factum sit, sed vetus destructum. reprobatur *l. prætor ait.20. §. siue autem. ff. d. tt.*

II. QVIBVS COMPETIT Actio proposita?

I. Regula, De vno ex pluribus sociis, qui non nunciauit. Huic interdictum non datur. *l. de pupillo.5. §. si plurium. ff. de noui operis nunciatione.*

II. Regula, De domino procuratoris nunciantis, proponitur *l. si procurator.17. ff. eod. tt.*

III. Regula, De hærede, cæterisq; successoribus, *l. prætor ait.20. § hoc interdictum. ff. d. tt.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De vno ex pluribus qui non ædificauit. Hic factum sociorum non præstat. *l. de pupillo.5. § si plurium. ff de noui operis nunciat.* Huius regulæ exceptio est: Nisi voluntate eius qui non ædificauit, alij ædificauerint. *l. ædibus.18. ff. eod. tt.*

II. Regula, De eo qui opus fecit, & factum ratum habuit, proponitur *l. prætor ait.20. §. hoc interdictum. ibi, aduersus ipsum. ff. eod. tt.*

III. Regula, De domino soli & possessore. *l. ædibus.18. in fine. & l. vlt. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De eo cui nouum opus nunciatum est, & emptore qui ædificauit, *d. l. vlt. ff. de noui operis nunciatione.*

V. Regula, De hæredibus & cæteris successoribus, *l. prætor ait.20. § hoc interdictum. ibi, plane si. & l. cui nouum.22. ff. eod. tt.*

IV. QVID VENIAT IN Actione proposita?

Vt opus factum destruatur, vel destructum restituatur. *Hæc regula approbatur verbis interdicti supra q.1. in prin. allegatis.*

V. QVAMDIV DATVR?

Perpetuo datur. *l. prætor ait.20. §. hoc interdictum. ff. de noui operis nunciat.*

VI. ADFINE REMEDIVM.

Est in factum actio. *d. l.20. §. nonnulli.*

III. ACTIO EX STIPVLATV de demoliendo, seu restituendo opere.

I. CAVSÆ HVIVS Actionis.

I. Causa: Si cum satisdatum esset de opere restituendo, si apparuerit iniuste factum esse, postea iudicatum sit, iniuste opus factum esse. Item

II. Causa: Si res non defendatur, ex stipulatu actio competit, vt opus restituatur, quæ duæ causæ approbantur *l. stipulatio.21. §. sine autem. & §. habet autem. ff. de noui oper. nunciat.* Harum causarum exceptio generalis est: Nisi id quod factum est, faciem operis non habeat. *d. l.21. §. opus.*

II. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula: Vt opus boni viri arbitratu restituatur. *d. l.21. §. siue autem.*

II. Regula: Si opus restitutum non fuerit, quanti ea res est, competit actio. *d. l.21. §. quod si ita & §. fin.*

III. Regula: Venit in hac actione, quanti iudicatum est. *l. ex operis.12. ff. de noui operis nunciat.*

IV. Regula: Quamuis pro parte opus restitutũ sit, nihilominus in solidum datur actio, donec totum restituatur. *l.2. in princ. ff. de prætoriis stipulat.*

IV. ACTIO, SI QVIS EVM qui satisdedit, opus facere prohibeat.

I. VERBA interdicti, quibus actio proposita approbatur, proponuntur *l. prætor ait.20. §. deinde. ff. de noui operis nunciat.*

II. GENVS & ratio huius interdicti habetur *d. l.20. §. hoc interdictum.*

III. CAVSA HVIVS INTERdicti, eiusq; actionis.

Si quis eum qui de opere restituendo satisdedit, ædificare prohibeat, hoc interdictum competit. *quæ causa approbatur verbis interdicti.* Eius autem exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio; Nisi repromissum tantum, non satisdatum sit. *d. l.20. §. hoc autem.* Plura de hac exceptione vide *sup. c. prox. q.9. caus.7. exc.1.*

II. Exceptio; Nisi cautum non perseueret. *d. §. hoc autem, in fine.*

III. Exceptio; Nisi non iure ædificetur. reprobatur *d. l.20. §. hoc interdictum. ibi, nec quidquam.*

IV. Exceptio; Nisi omnino cautum non sit. *Hæc exceptio constat ex verbis interdicti.* Cuius replicatio est: Nisi per aduersarium stet, quo minus caueatur. *quæ approbatur itidem verbis interdicti. Cõcordat d. l.20. §. hoc autem.* Huius replicatio est: Nisi per aduersarium amplius stare desierit, quo minus caueatur. *d. l.20. §. penult.* Plura de replicatione proposita vide *sup. c. prox. quæst.9. causa.8.* Sed & plures propositæ causæ exceptiones vide sup. *d. quæstione 9. causa 7.*

IV. QVIBVS DETVR Actio proposita?

De hæredibus, cæterisq; successoribus proponitur *l. prætor ait.20. ff. de operis noui nunciat.*

V. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua est actio *d. §. fin.* Plane quædam exemplaria habent, Hoc interdictum cessat post annum. quæ lectio videtur mihi probabilior.

VI. ADIVNCTA HVIVS actionis.

Procurator qui nouum opus nunciauit, & satis accepit, propositoq; interdicto conuentus, Iudicatum solui satisdare debet, non Ratam rem dominum habiturum, ideoq; exceptiones procuratoriæ illi non opponendæ. *l. de pupillo.5. §. fin. cum duab. ll. seqq. de noui operis nunciat.*

V. ACTIO EX STIPVlatu de rato.

CAVSÆ HVIVS Actionis.

I. Causa: Si cum procurator qui nouum opus nunciauit, de rato cauisset: dominus remissionem postea secutam, non habuerit ratam. *l. cum procurator.14. in princ ff. de noui operis nunciat.*

II. Causa; Si dominus postea rursus opus nouum nunciauerit, hoc enim casu committitur stipulatio de rato. approbatur simul & distinguitur *d. l.13. §. si dominus.* Hactenus de noui operis nunciatione, eiusq; actionibus sit dictum.

DE DAMNO INFECTO.

CAP. XXVIII.

PRimo: Verba edicti, quæ actio damni infecti approbatur, proponuntur *l. prætor ait.7. in prin. ff. de damno infecto.*

II. RATIO huius edicti eiusq; actionis, & differentia a cæteris actionibus quæ de damno dantur habetur *d. l.7 §. hoc edictum. C* [illegible] *6. ff. eod. tt.*

III. CAVSÆ HVIVS Actionis, cum suis exceptionibus.

Prima & generalis huius actionis causa est: Si quid sit aut fiat, ex quo damnum infectum metuatur: metuenti datur actio hæc, vt sibi de damno infecto caueatur. *l. hoc amplius.9 in prin. ibi, integra autem ff. de damno infecto. l. prætor ait. 7. in pr. ff. eod. tt. M. I. R libro 3 cap.18. reg.65.* Declaratur causa hæc definitione damni infecti, *l.2. cum leg. sequente. ff. e. d. tt.*

II. Causa: Si ex nostro solo alius rem suam velit auferre, de damno infecto nobis tenetur cauere. *l. hoc amplius.9. §. Alfenus. & §. de his, in fine, ff. de damno infecto.*

III. Causa: Si ex foramine, ex quo seruitus non consistit, damni quid vicinus sentiat: de damno infecto agere potest. *l. si quid.28. ff. de seruitut. vrban. prædior.* Aliæ causæ speciales alibi sunt propositæ, vbi damni infecti cautio adfinis remedij loco solet annotari. nunc exceptiones harum causarum videamus.

I. Exceptio, sumpta ex re ex qua damnum metuitur, proponitur & reprobatur *l. eorum.19. §. fin. ff. de damno infecto.*

II. Exceptio: Nisi ex loci, non operis vitio damnum metuatur. reprobatur *l. fluminum.24. §. sed vt ne. ff. d. tt.* Plane admittitur in loco publico *l. si finita.15. § deinde ait & l. fluminum.24 in prin. ff. d. tt.*

III. Exceptio: Nisi ex naturali vitio loci damnum metuatur. *d. l.24. §. vitium.*

IV. Exceptio: Nisi non in priuato, sed publico loco fiat id, ex quo damnum timetur. reprobatur *l. eorum.19. § fin. ff. de damno infecto. l. si finita. 15. §. si quid in via. item l. qui vias.31. in prin. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi publicus locus publice, non priuatim reficiatur, ex quo opere damnum metuatur. reprobatur *l. si finita.15. §. si publicus. & l. fluminum.24. in princ. ibi, ad ea igitur. ff. d. tt.*

VI. Exc. Nisi à monumento damnũ timeatur. *l. qui bona fide.13. §. si quis iuxta. ff. de damno infecto.*

VII. Exceptio: Nisi monumento damnum immineat. reprobatur *d. §. si quis iuxta.*

VIII. Exceptio: Nisi quis ex eo opere, quod in suo, non in alieno loco ædificatum vel factum est, damnum metuat. reprobatur exemplo *l. damni.30. in princ. ff. de damno infecto.*

IX. Exceptio: Nisi ex loco communi alteri ex sociis in re propria vel communi damnum sit metuendum. *l. si ædibus.32. & l. damni.43. §. cum parietem. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi ex certa scientia, non errore aliquo conuenit, & ex conuentione sociorum alter alteri de damno infecto promisit. hoc enim casu valet stipulatio. *d. §. cum parietem. versic. sed quoniam.* Secunda replicatio est: Nisi ex sociis alter solus ædificet, ex quo opere alterius ædibus propriis damnum immineat. *l. inter quos.39. in princ. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi alterius domus, cui ex pariete communi periculum est, precciosior sit. *d. l.39.*

X. Exceptio: Nisi superficiei ex solo, vel contra solo ex superficie damnum immineat. *l. damni.18. §. ei qui in ff. de damno infecto.*

XI. Exceptio: Nisi inquilinus ex ædibus quas incolit, damnum metuat. *l. qui bona fide.13. §. de illo. & l. inquilino.33. cum l. sequente. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi inquilinus ex ædibus quas incolit, vicinis propriis suis ædibus damnum metuat. *l. damni.18. § 1. in fin. ff. d. tt.*

XII. Exceptio: Nisi vsufructuarius ex ædib. quarum vsumfructum habet, damnum metuat. *d. §.1. Concordat l. inter.20 ff. d. tt.* Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi fructuarius de soli non ædium vitio sibi caueri desideret. *d. l.20.*

XIII. Exceptio: Nisi proprietarius à fructuario sibi caueri desideret. *d. §.1. & d. l.20.* Huius replicatio est: Nisi de operis vitio, quod fructuarius fecit, proprietarius sibi caueri desideret. *d. l.20.*

XIV. Exceptio: Nisi eius damni nomine alia sit actio. *l. damni.18. §. emptor. ibi, & quod alia. ff. de damno infecto. l. si ædibus.32. in fine. ff. d. tt.* Exempla huius exceptionis proponuntur *d. l.32. d. §. emptor. d. l.18. §.1. l. qui bona.13. §. de illo. item l. inquilino.33. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi nouum opus sit nunciatum, vel negatoria actione actum, vel interdictum Quod vi aut clam competat: nihilominus propositæ quoque actioni est locus. *quæ multiplex replicatio approbatur l. qui bona.13. §. si quis nouum. ff. de damno infecto.*

XV. Exceptio: Nisi actor vicissim nolit reo de damno infecto cauere. reprobatur *l. damni.18. §. si vicinas. ff. d. tt.*

XVI. Exceptio: Nisi reus, quod antea actor cauere noluisset, in possessionem missus sit. *l. qui bona fide.13. §. si quis, quia. ff. d. tt.*

XVII. Exceptio: Nisi damnum datum vel factum sit, non infectum. *l. prætor ait.7. § hoc edictum. ff. de damno infecto. l. supra.11. §. officium, in fin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Vide item plura *infr. q. vlt. m. regul.1. cum regulis sequentibus.*

XVIII. Exceptio: Nisi de damno infecto cautum sit. Hæc exceptio perinde ac exceptio solutionis ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi repromissum tantum, nõ satisdatum sit. quæ regulariter quidem reprobatur *l. fluminum.24. §. sed vt ne. ff. de damno infecto.* Admittitur autem certis casibus seu distinctionibus, quarum prima est: Si quis non suo, sed alio nomine caueat. huic enim repromittere non sufficit, sed satisdare is tenetur. *quæ distinctio approbatur verbis edicti suprà eodem capit. in princip. allegatis. Concordat l. damni.30. §. vtrum. ibi, qui autem. ff. de damno infecto.* Secunda distinctio est: Si quis eius operis nomine, quod non in suo, sed alieno loco facit, cauere debeat. nam & hic satisdare tenetur. *l. si finita 15. §. deinde, in fin. ff. d. tt. & d. l.30. §. vnde Labeo. Concordat item infra distinct. prox. 3. cum sequentib.* Plane propositæ replicationis in casu seu distinctione proposita duplicatio est: Nisi in alieno faciens, domino soli cauere teneatur, non extraneo. tunc enim repromittere sufficit. *d. l.30.*

d.l.30.& l.qui bona fide.13.§.1.ff.d.tt. Tertia distinctio est. Si non dominus sed superficiarius caueat. *l.hoc amplius.9 §.quæsitũ.ff. de dãno infecto.* Quarta: Si vsufructuarius loci cauere debeat. *d.l.9.§. fin.l.quamuis.10.ff.d.tt.* Quinta: Si creditor nomine rei sibi pignori obligatæ caueat. nam & hic satisdare debet. *l.quid de creditore.11.ff. de damno infecto.* Sexta distinctio: Si is qui à non domino emit, caueat. reprobatur *l.qui bona.13. in princ.ff.d.tt.* Septima: Si is qui in possessionem missus est, cauere debeat *quæ distin. approbatur verb. edicti sup. eod.c.in pr. allegatis* Octaua: Si dubitetur, vtrum reus dominus sit, necne: satisdare sub exceptione debet *approbatur itidem verbis edicti. Concordat l qui vias.31. in fin.ff.d.tt.* Nona, Si de eo quod fit in loco publico sit cauendum. tunc enim repromittere nõ sufficit. *approbatur verbis edicti. Concordat l.si finita.15.§. deinde.ff.de damno infecto.* Declaratur *l.15.§.notandum.& §.si quid in via. Concordat l.1.§. item ex causa.ff. de prætorijs stipulationibus.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione reprobata, cum eius distinctionibus quibus admittitur, sunt dicta. Secunda replicatio est: Nisi nõ de præterito quoq; damno sit cautum. Et hæc regulariter quidem reprobatur, verum admittitur in certis casibus & distinctionibus, quarũ prima est: Si cũ ædes corruissent, quibus vicino damnũ sit datum, dominus eadem tollere velit. hoc enim non aliter ei permittitur, quam si nõ solum de futuro, sed etiã de præterito damno cauerit. *l.prætor ait.7. §. vnde. ibi, respondit.ff.de damno infecto.* Secunda: Si cum ratis vi fluminis in agrum alienum delata esset, dominus eam auferre velit. nam & hoc casu de præterito quoque damno tenetur cauere *l. hoc amplius.9.§. Neratius. ff.d.tt. l.ratis.8.ff.de incendio, ruina, naufragio.* Tertia. Nisi per exceptionem, non per actionem damni infecti cautio petatur. tunc enim de damno quoq; præterito cauendum. *quæ distinctio generalis colligitur ex distinctionibus præcedentibus specialibus.* Hæc de secunda replicatione reprobata, eiusq; distinctionibus. Tertia replicatio est; Nisi dies stipulationi nõ sit insertus. *l. qui bona fide.13.§.finali.cum l. sequente. ff. de damno infecto. l. prætor ait.7.in princ. item l si finita.35.§. si quid in via. ff.eod.tt* Plane in opere quod in flumine publico ripave eius fit, de decem annorum spacio cauendum est. *quod approbatur verbis edicti sup. eod.c.in prin. allegatis.* Quarta replicatio est: Nisi dies cautionis insertus finitus sit. *l. dies.4 in princ.& l. si finita.15.in princ.ff.d.tt.* Quinta: Nisi alius non actor sit stipulatus. reprobatur *l.inter.39. §. alieno. ff. de damno infecto.* Sexta: Nisi cum plures stipulentur, cum adiectione partis sint stipulati *l. plures. 27.ff.d.tt.* Septima: Nisi pro parte, non in solidum sit cautum. *l.in stipulatione 23 ff. d.tt.* Eius duplicatio est: Nisi vnus ex pluribus reis pro sua parte promiserit. *l.plures.27.ff.d.tt.* Hactenus de causis actionis propositæ, earumque exceptionibus sit dictum.

IV. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

I. Regula: Totum hoc, cui cauendum sit, cui non sit cauendum, subiicitur arbitrio Prætoris. *l. qui bona fide.13.§.qui damni.ff.de damno infecto.*

II. Regula, De eo cuius nihil interest, quiq; vicinas ædes nõ habet, proponitur *d.§. qui damni.*

III. Regula: De eo qui in vicinis ædibus deambulat, lauat, vel diuertit. Huic non competit actio. *d.§.qui damni. vers. cæterum.*

IV. Regula: De inquilinis, eorumq; vxoribus, & aliis qui cum his morantur, proponitur *ibidem.*

V. Regula, De inquilino, filiofamilias & patre: vtri detur, definitur *l. si filiusfamilias. 21. ff. de damno infecto.*

VI. Regula: De domino & fructuario vicinarum ædium, vtri competat actio? Vtriq; volenti competit. *l.prætoris.5. §.fin.ff.d.tt.* Ex qua constat, fructuario quoq; propositam actionem competere. *cui concordat l.qui bona fine.13 §. & superficiarium.ff.d.tt. item l.vsufructu.7.§.vnde etiam.ff. de vsufructu & quemadmodum.*

VII. Regula, De superficiario. Huic quoq; datur actio. *d.§.& superficiarium. Cui concordat l. inter. 39.§.damn. ff.de damno infecto.*

VIII. Regula, De creditore, cui vicinæ ædes pignori sunt obligatæ. Huic quoq; cauendum. *l. quid de creditore.11.ff.d.tt.*

IX. Regula, De emptore & venditore vicini prædij: vtri detur, definitur *l.damni. 8.§.emptor.ff. d.tt.* Ex quo constat, ante rei venditæ traditionem venditori, non emptori propositam competere actionem. Cuius regulæ exceptio est: Nisi omnis culpa à venditore abierit. *d.§.emtor. vers. sed quid fiet. Concordat l.cum emptor.38.in prin.ff.d.tt.*

X. Regula: De eo qui à non domino comparauit. Ex supradictis constat etiam, post traditionem emptori actionem propositam competere. Cuius regulæ exceptio est: Nisi à non domino comparauerit. *l.qui bona fide.13.§. & superficiarium. ff.de damno infecto. l.quid de creditore.11. ibi idemq; etiam.ff d.tt.*

XI. Regula: De eo cuius periculo res est, proponitur *l.damni.18.in princ.d.tt.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula: Regulariter dominus tantum vitiosarum ædium ad cauendum tenetur. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi de domino sit controuersia, tunc enim possessor tenetur. *l.inter.39.§. si domus.ff.de damno infecto.* Secũda exceptio est: Nisi solum & superficies diuersorum sint tunc enim vterque tenetur, tam dominus soli, quam superficiarius. *l.hoc amplius.9.§.quæsitũ.ff.d.tt.* Tertia: Nisi vsusfructus alterius sit. hoc enim casu vterque, tam proprietarius quam vsufructuarius tenetur. *d.l.9.§.fin. Cõcordat l.quamuis.10.ff.d.tt.* Quarta: Nisi alij ædes vitiosæ pignori sint obligatæ. nam & hic cauere tenetur. *l.quid de creditore.11.ff. de damno infecto.* Quinta: Nisi & alius in possessionem vitiosarum ædium sit missus. *l.prætor ait.7.§.eius rei. & l. si finita.15.si plures. ibi. quod si iam.& §. si ante. ff. d. tt.* Sexta exceptio est: Nisi inter ædes vitiosas, & ædes actoris, aliæ sint ædes non vitiosæ. hoc enim casu tam vitiosarum quam non vitiosarum ædium dominus actori tenetur cauere. *l.qui bona fide. 13.§.cum inter.ff.de damno infecto.*

II. Regula: Etiam aduersus plures simul competit actio proposita, *vt patet ex iam dictis exceptionibus.* verum huius regulæ exceptio est: Nisi actor aduersus duos experiri volens, vnum dominum dicat, alterũ dominum esse neget. hoc enim casu

casu aduersus vtranq; experiri non potest, sed vnum debet eligere. *l.si proprietarius.22.§.fin. ff. d.tt.*

III. Regula: Etiam aduersus vnum ex sociis datur, sed non nisi pro sua parte. *l.supra iter. 11.§. officium.ibi, vt in actione.ff.de aqua pluuia arcenda.*

VI. PER QVOS COMpetit?

Etiam per alium competit. *l.inter quos.39.§.alieno.ff.de damno infecto.*

VII. APVD QVEM competat?

Ex causa magistratibus municipalibus potest delegari. *l.1.ff.de damno infecto. l. dies.4. in prin. & §. duas ergo.ff.d.tt.*

VIII. QVID VENIAT IN hac actione?

Venit in hac actione, vt reus conuentus actori de damno infecto caueat: & si non caueatur, vt actor mittatur in possessionem eius loci, à quo damnum metuit. De cautione, quoscilicet genere cautionis cauendum, de quo damno cauendum, de die stipulationi inferenda, &c. dictum *sup. q. 3.except.18.repl.1.cum seqq.* De missione in possessionem dicetur *inf.c.prox.*

IX. ADIVNCTA HVIVS actionis.

I. Regula, De iuramento calumniæ ab actore præstando, proponitur *l.prætor ait.7.in princip. ff.de damno infecto. & l. qui bona fide. 13. §. qui damni.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi semel de calumnia iuratum sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi ex interuallo stipulari velit. tunc enim rursus ei iurandum. *d.l.13.ff.si quis stipulaturus.* Secunda: Nisi alieno nomine caueri sibi petens, de sua, non de eius, cuius nomine petit, calumnia iurauerat. *d.l.13.§.si alieno.* Secunda exceptio est: Nisi is cuius nomine cautio petitur, iurare non compellatur, hoc enim casu nec is qui petit iurare tenetur. *d.l.13.§.penult.*

II. Regula: Procurator de rato cauere tenetur. *l.inter.39.§.alieno.ff.de damno infecto.*

III. Regula, De arbitrio iudicis in die stipulatione inferenda, vide *infr.q.3.except.8.repl 3.*

IV. Regula: De causa hac deleganda, vide *supr. quæst. 7.*

X. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula: Si non fuerit cautum, mittitur actor in possessionem vitiosarum ædium. *de qua re dicetur inf.c.prox.cum seq.*

II. Regula: Si fuerit cautum, nascitur hinc ex stipulatu actio. *de qua infr.c.30.*

III. Regula: Si magistratus municipalis mandatum Prætoris non curauerit, hoc est non curauerit vel caueri, vel in possessionem mitti, &c. datur aduersus eum actio: de qua tractatur *l. dies.4. §.in eum, vsq; ad finem legis.ff. de damno infecto.*

XI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Si antequam caueatur, damnum datum sit: cessat hæc actio, & datur interdictum de tollendis ruderibus quę ceciderunt, aut ædibus pro derelicto habendis. *quæ regula cum aliis quibusdam approbatur l. prætor ait. 7. §. fin. cum duabus legibus sequentib.ff.d.tt.* Cuius exceptio prima est: Nisi actor negligens fuerit in petenda cautione. tunc enim hoc interdictum ei denegabitur. *l.quod si forte.8. & l.cum postulassem. 44.ff. d.tt.* Secunda propositi interdicti exceptio est: Nisi dominus vitiosarum ædium omnia pro derelicto habeat. tunc enim propositum interdictum etiam quoad damnum præteritum, cessat. *l.euenit.6.in fin.ff.de damno infecto.*

II. Regula, De officio iudicis, si damnum datum sit ante cautionem, proponitur *l. hoc amplius. 9.in princ.& §.1.& l.si finita.15. §.eleganter.ff.de damno infecto.*

III. Regula: Si cum actor mitti in possessionem desideraret, prætoris adeundi potestas non fuerit, & interim damnum datum sit: datur actio in factum ex interdicto prætoris, Ne vis fiat ei, &c. *l.per interdictum.4. §. sed & ex alia. ff.ne vis fiat ei qui in possessionem missus erit.*

IV. Regula: Per exceptionem quoque, vt sibi de damno infecto caueatur, vel damnum datum sarciatur, quis impetrare potest: domino scilicet rem ex qua damnum datum est vel metuitur, vindicante. *quod remedium approbatur l. prætor ait.7.§.vnde quæritur.ibi, respondit.ff.de damno infecto. Concordat l.hoc amplius.9.§.de his autem. & §. Neratius ff.eod.tt.*

V. Regula: Si in loco publico publice opus fiat, proposita actio cessat: sed Principis vel præsidis officium est implorandum. *l.fluminum.24. in prin.ibi, quid ergo.& l.si finita.15.§.si publicus ff.d.tt.*

VI. Regula; Si quis in subgrunda vel protecto id positum vel suspensum habeat, cuius casus alicui nocere possit; datur actio ex edicto Prætoris. *l.si vero.5.§.prætor ait, cum sequentib.ff. de his qui deiecerint vel effuderint.de quæ alio loco dicetur.*

VII. Regula; Si vsufructuarius ædes vitiosas, ex quibus proprietarius damnum metuit, non reficiat; actio est ex stipulatu, vt boni viri arbitratu vtatur fruatur. *l.damni. 18.§. eius cuius. ibi, ergo nec proprietarius.ff.de dam.infecto.& l.inter. 20. in fin. ff.eod.tt.*

VIII. Regula: Si inquilinus ex conductis ædibus damnum metuit, habet ex conducto actionem. *l.qui bona fide.13.§.de illo l.inquilino. 33.ff. eod.tt.* Habet item in casu pignoraticiam actionem. *l.vtig.34.ff.eod.tt.*

IX. Regula; Si superficies in solo alieno posita sit, inter dominum soli & superficiarium de damno infecto locati & conducti actio est. *l. damni.18.§.ei qui.ff.de damno infecto.*

X. Regula: Si ex communi loco alter sociorum damnum metuit, pro socio vel communi diuidundo actio est. *quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt sup.q.3.except.9.* Plures huius loci regulas vide *supr.q.3.except.14.*

DE MISSIONE IN POSsessionem damni infecti nomine.

CAP. XXIX.

I. CAVSA EX QVA QVIS DAMNI infecti nomine in possessionem sit mittendus.

SI damni infecti nomine non caueatur, vicinus actor in possessionem vitiosarum ædium est mittendus. quæ causa approbatur edicto Prætoris.

toris. *l. Prætor ait. 7. in princip, ibi, eum cui. ff. de damno infecto. l. dies. 4. §. si intra. item l. hoc amplius. 9. in prin. ibi, integra autem. ff. d. tt. item l. qui seruum. 21. §. fin. l. ff. de interrogationib in iure faciendis. M. I. R. lib. 3. cap. 18. reg. 66.* Plane propositæ causæ seu regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exc. Nisi pupillus sit, qui non cauet. reprobatur *l. si finita. 15. §. si pupillus. ff. de damno infecto.*

II. Exceptio: Nisi abiens sit is qui cauere debet. *l. eorum. 19. in princ. ff d. tt.*

III. Exceptio: Nisi vectigale sit prędium. reprobatur certo modo *l. si finita. 15. §. de vectigalibus. ff. de damno infecto.*

IV. Exceptio: Nisi cautum sit de damno infecto. approbatur simul & distinguitur *sup. c. prox. quæst. 3. except. 18.*

V. Exceptio: Nisi postea offeratur cautio, approbatur simul & distinguitur per ea quæ habentur *inf. q. 7. reg. 12.*

VI. Exceptio: Nisi ædes ruerint. reprobatur *l. si finita. 15. §. si iam. l. cum postulassem. 44 in prin. vers. at si cum. ff. de damno infect.* Plane admittitur primũ, si antequam missio decreta sit, ædes ruerint. *d. §. si iam.* Deinde, si missus, cum posset tuitæ ædium succurrere, eas reliquerit. *d. l. 15. §. si quis metu.* Huiꝰ distinctionis replicatio est: Nisi non deserendi animo, sed metu ruinæ recesserit. *quæ approbatur ibid.* Tertio admittitur exceptio proposita, si cum missus negligens esset venire in possessionem, ædes ruerint. *d. §. si quis metu. vers. eum tamen.*

VII. Exceptio: Nisi alius quoque damni infecti nomine sit in possessione, reprobatur *inf. quæst. prox. reg. 1.*

VIII. Exceptio: Nisi aliis res pignori sit obligata. reprobatur *l. his qui. 12. ff. de damno infecto.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup. c. prox. q. 3.*

II. QVOT ET QVI IN POSSESsionem sint mittendi?

I. Regula: Etiam plures in possessionem damni infecti nomine mitti possunt. *approbatur verbis edicti sup. c. prox. in prin. allegatis. l. si finita. 15. §. si plures. & §. si ante. ff. de damno infecto. item l. ex damni. 40. §. fin. ff. eod. tt.*

II. Regula: Procurator quoque in possessionem mitti potest. *l. inter quos. 39. §. alieno, in fine. ff. de damno infecto.*

III. Regula: De filiofamilias & patre, vter in possessionem sit mittendus, definitur *l. si filiusfamilias. 21. ff. d. tt.*

III. IN QVAM PARTEM mittendi?

Vtrum in totas ædes, an in partem tantum vitiolam actor sit mittendus? definitur *l. si finita. 15. §. ex hoc dicto. ff. de damno infecto.* Ex qua pater regulariter quidem, quamuis ex parte aliqua domus damnum metuatur, nihilominus in possessionẽ totius domus actorem mittendum. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi pars ruinosa à reliquis partibus domus sit diuisa. *approbatur ibid.* Secunda exceptio est: Nisi pars agri damnum minetur. nam nec hoc casu in totum agrum fit missio, sed in eam tantum partem, quæ damnum minatur. *l. cum emptor. 38. §. si agri. ff. d. tt.* Tertia: Nisi plurib. existentibus qui cauere debeant, aliquis ex iis nõ cauet: cæteri cauent. tunc enim in eius solius partem actor mittendus. *l. prætoris. 5. §. 1. ff. de damno infecto.*

IV. PRO QVA QVISQVE PARte sit mittendus, si plures mittantur?

Si plures in possessionem mittendi sunt, omnes pro æqualibus partibus mittuntur, quãuis pro diuersis partibus vicinarum ædium domini sint. *d. 1. §. l. si finita. 15. §. cum autem plures. ff. de damna infecto. item l. ex damni. 40. §. fin. ff. d. tt.*

V. A QVO MITTENdus sit?

Etiam à magistratu municipali missio fieri potest delegante prætore. *l. si dies. 4. §. duas ergo. ff. de damno infecto.*

VI. ANTECEDENTIA missionem.

Prius absenti domino denunciari oportet. *d. l. 4. §. prætor ait.* Declaratur verbum abesse *ibid.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi dominus domum non habeat, sed reprobatur *d. §. prætor ait.* Secunda: Nisi non sit cui denuncietur. *d. l. 4. §. toties.*

VII. EVENTVS MISSIONIS & iura missi.

I. Regula: Si missus non admittatur, competit actio in factum. *de qua inf. eod. cap.*

II. Regula: Missus potior est his qui rem pignori acceperunt. *l. is qui. 12. ff. de damno infecto.*

III. Regula: Non possidet missus, sed magis custodiam rerum & obseruationem debet. *l. cum legati. 12. ff. quib. ex caus. in possess. eatur.*

IV. Regula: Ex causa autem missus possidere iubetur, & longa possessione vsucapere. *quæ regula approbatur verbis edicti supr. c. prox. in prin. allegatis. Concordat l. prætoris. 5. in prin. ff. de damno infecto.*

V. Regula; De causis ex quibus missus possidere iubendus, proponitur *l. si finita. 11. §. non autẽ. ff. d. tt.* Exceptiones harum causarum proponuntur *d. l. 15. §. si forte.* Alia huiusmodi exceptio est; Nisi de vectigalibus ædium non caueatur. tunc enim missus possidere iubendus non est. *approbatur simul & distinguitur d. l. 15. §. si de vectigalibus.*

VI. Regula, De eo à quo missus possidere iubendus vel non iubendus est, proponitur *l. dies. 4. §. si forte. ff. de damno infecto.*

VII. Regula, De effectu secundi decreti. Dominus de possessione decedere debet. *d. l. 15. §. vbi autem. & §. si ante.* Huius regulæ exceptio est: Nisi missus nondum possidere iussus sit. *d. l. 15. §. si quis autem.*

VIII. Regula: Missus in possessionem rem lõgo tempore vsucapere potest. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. reg. 4. Concordat l. si finita. 15. §. si ante. ff. de damno infecto.* Huius exceptio est: Nisi nondum possidere iussus fuerit. *quæ elicitur ex d. §. si ante. Concordat d. l. 15. §. Iulianus.*

IX. Regula, Missus ex secundo decreto dominus constituitur, *d. §. Iulianus. & §. si ante.*

X. Regula; Reus aduersus quem missio facta est, sua iura quæ habuit, aduersus missum exercere non potest. *d. l. 15. §. si qua sint. Cõcordat l. hoc amplius. 9. §. fin. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ex iusta causa reus sit restitutus; *iuxta quã exceptionem*

nem intelligenda est, l. cum postulassem. 44. §. damni. ff. eodem tt.

XI. Regula: Is qui in possessionem missus est, fulcire & reficere insulam debet, culpam tamen non præstabit. *l. si finita. 15. §. si quis damni. ff. de damno infecto.*

XII. Regula: Si cautio fuerit oblata, missus à possessione decedere debet. quæ regula approbatur quidem ipso iure, verum eius exceptio prima est: Nisi de præterito quoq; damno non caueatur, *d. l. 15. §. itẽ videamus.* Huius replicatio est: Nisi damnum antequam in possessionem ventum est, contigerit. Hæc replicatio approbatur causa cognita. *d. l. 15. §. illud quæritur.* Secunda exceptio est: Nisi de impensis non caueatur, vel satisfiat. *d. §. item videamus, in fine. & §. si iam ruerint, ibi: proinde.* Tertia: Nisi missus possidere quoque iussus sit. *d. l. 15. §. illud quæritur, in fine.*

De actione ad recuperandos sumptus, quos fecit missus.

XIII. Regula: sumptus insuper quos missus fecit, illi restituendi. *d. l. 15. §. si iam ruerint. ibi: proinde et si. & §. videamus. in fine.*

XIV. Regula: Quantum sumptuum nomine petendum vel deducendum sit, definitur *l. cum emptor. 38. §. fin. ff. de damno infecto. l. inter quos. 39. §. fin. item l. si finita. 15. §. si iam ruerint. ibi: sed nõ amplius. ff. eod. tt.* Sed & plura vide *infr. cap. proximo, quæst. 4. regul. 4.*

XV. Regula: Qua actione sumptus repeti debent? in factum actione repetuntur. *d. §. si iã ruerint ibi: potest autem.* Item per exceptionem *d. §. si iã ruerint. ibi: proinde et si. d. l. 15. §. itẽ videamus, in fin. Cõcordat l. cum postulassem. 44. §. damni. ff. eod. tt.* Item per communi diuidundo actionem repetuntur à sociis. *l. si finita. 15. §. cum autem, in fine. ff. de damno infecto.* Item domum reipublicæ, quæ sumptus fecit, vendere licet. *quod remedium approbatur l. ad curatoris. 46. in fine. ff. d. tt.*

DE ACTIONE IN FACtum, Si missus non admittatur.

I. VERBA edicti, quibus actio proposita approbatur, proponitur *l. prætor ait. 7. in prin. ibi: in eum. ff. de damno infecto.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS HÆC actio competit.

I. Causa: Si quis in possessione missum non admiserit. *approbatur verbis edicti. Concordat l. dies. 4. §. an tamen. ff. d. damno infecto. l. si finita. 15. §. final. ff. eodem tt. item l. per interdictum. 4. §. prætor. ff. ne vis fiat ei qui in possess.*

II. Causa: Si quis eum qui in possessione est, possidere passus non sit. *l. damni. 18. §. penult. ff. de damno infecto.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi pupillus missus in possessionem venire prohibuerit. reprobatur *l. damni. 18. §. si pupillus. ff. de damno infecto.*

II. Exceptio: Nisi damnum nondum sit datum. *l. antequam. 16. & l. si finita. 15. §. fin. ff. d. tt.*

III. QVIBVS DATVR hæc actio?

Hæredi cæterisque successoribus datur. *l. si quis. 17. §. penult. ff. de damno infecto.*

IV. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De hæredibus cæterisque successoribus, proponitur *supr. quæst. prox.*

II. Regula, De domino, seruo prohibente, proponitur *l. si quis. 17. in prin. ff. de damno infecto.*

III. Regula, De domino, procuratore, tutore vel actore prohibente. Hoc casu non in dominum, sed in ipsum prohibentem competit actio. *d. l. 17. §. quid deinde.*

IV. Regula, De eo cuius mandatu alius prohibuit, proponitur *l. damni. 18. §. si mandatu. ff. de damno infecto.*

V. QVID VENIAT IN hac actione?

Id venit in hanc actionem, quod veniret in actionem ex stipulatu, si de damno infecto cautũ esset. *quæ regula approbatur verbis edicti supr. eod. cap. in pr. allegatis. Concordat l. si finita. 13. §. finali. ff. de damno infecto. l. per interdictum. 4. §. Prætor in eum. ff. ne vis fiat ei qui in possess.*

VI. QVAMDIV DATVR?

Perpetua est actio. *l. si quis. 17. §. penult. ff. de damno infecto.*

VII. ADFINIA REMEdia.

I. Regula, De executione pignoribus à magistratu captis. Reprobatur hoc remedium *l. dies 4. §. an tamen. ff. de damno infecto.*

II. Regula, De interdicto, Vnde vt & Publiciana actione, proponitur *l. damni. 18. §. pen. ff. d. tt.*

DE ACTIONE EX STIPVLATV de damno infecto.

CAP. XXX.

HActenus de missione in possessionẽ damni infecti nomine, si de damno cautum nõ sit, dictum est: nunc de actione si cautum est, nobis est dicendum.

I. CAVSÆ HVIVS actionis.

Prima & generalis causa est: Si cum de damno infecto cautum esset, postea damnum sit datum. hoc enim casu ex stipulatu actio ad damnum præstandum competit. *l. fluminum. 24. §. quanquam. ff. de damno infecto.*

II. Causa: Si luminibus ædium officiatur. *l. Trebatius. 25. ff. d. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 18. reg. 67.*

III. Causa: Si dominus loci à promissore fit vsucaptum. reprobatur *l. damni. 18. §. 1. ff. eod. tt.*

IV. Causa: Si concussus sit paries, vt nulla ratione refici possit. *d. l. 18. §. Sabini, in fine.*

V. Causa: Si actor metu ruinæ ædificia sua fulsit, in eamque rem sumptus fecit: hac actione impensas repetere potest. *l. in hanc. 28. ff. de damno infecto.* Huius causæ exceptio est: Nisi non iusto metu motus ædificia fulsit. *d. l. 28. versiculo Aristo autem.*

VI. Causa: Si metu ruinæ inquilini emigrarint, & ob id vicinus non perceperit pensiones ex suis ædibus. *d. l. 28. Concordat l. damni. 43. §. cum parietem. item l. nam si 37. in fine. ff. d. tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi nõ iusto metu emigrarint. *d. l. 28*

VII. Causa: Si propter vitium vicinarum ædium nemo hospitium conducere voluit. *l. sed & si. 29. ff. de damno infecto.*

VIII. Causa: Si promissor parietem communem idoneum est demolitus. approbatur simul & declaratur *l. in parietis. 35. cum duabus legibus seqq. ff. eodem tt.*

IX. Causa: Si promissor destructo pariete communi sumptuosum aut parum bonum parietem restituat. *l. nam si. 37. ff. d. tt.*

X. Causa: Si habitatores parum commode nouo pariete communi ædificato, habitare possunt. *d. l. 35. in fine.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi post diem stipulationi insertum damnum datum sit. *l. qui bona fide 13. §. finali. ff. de damno infecto. l. si finita. 12. §. deinde ait. & §. si quid igitur. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est, Nisi dies à magistratu fuerit prorogatus *l. dies. 4. in pr. ff. de damno infecto.* Secunda, Nisi dies stipulationi non sit insertus. approbatur simul & distinguitur *l. si finita 15. §. 1. ff. eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi per errorem dies sit omissus. *d. §. 1.* Cuius triplicatio est: Nisi à Prætore liberatio petita non sit. *d. §. 1.* Tertia triplicatio est: Nisi intra diem stipulationi insertum domus ruinosa supra parietē stipulatoris deciderit, eumque vitiauerit. hoc n. casu, quamuis post diem stipulationis paries decidat, nihilominus competit actio. *l. damni. 18. §. Sabini. ff. de damno infecto.*

II. Exceptio: Nisi non eo tempore quo opus fit, sed postea ex opere damnum contingat. reprobatur *l. fluminum. 24 in prin ibi: sed quod dictum. ff. de damno infecto.*

III. Exceptio: Nisi cum emptor de damno stipulatus esset, damnum ante rei traditionem datum sit. *l. damni. 18. §. emptor. ff. d. tt.*

IV. Exceptio, Nisi ex loci, non operis vitio damnum contingat. Hæc exceptio in locis quidem publicis approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. c. 28. quæst. 3. excep. 2.*

V. Exceptio: Nisi ex naturali vitio loci damnū contingat. approbatur *supr. d. quæst. 3. excep. 3.*

VI. Exceptio: Nisi casu fortuito, non culpa promissoris damnum sit datum. *l. fluminum. 24. §. hæc stipulatio. & §. Cassius quoq; vsq; ad §. fin. ff. de damno infecto. item l. damni. 43. in prin. ff. eod. tt.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi vitium casum præcesserit. *d. l. 24. § sed & quod Labeo. & d. l. 43. in pr.* Secunda: Nisi cū ædes vitiosæ in non vitiosas caderent, ædes non vitiosæ vicino damnū dederint. hoc enim casu dominus non vitiosarum ædium proposita exceptione se tueri nequit. *l. qui bona. 13. §. cum inter. ff. de damno infecto.*

VII. Exceptio: Nisi alius quam promissor opus fecit, vel damnum dedit. *l. fluminum. 24 §. quāquam. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est. Nisi promissor enim qui fecit, potuit inhibere. *d. §. quanquā vers. plane.* Secunda: Nisi alius nomine promissoris fecerit, isque ratum habuerit. *d. §. quanquam. vers. sed si quis promissoris.*

VIII. Exceptio, Nisi cum furni nomine cautum esset, non vitio furni, sed culpa furnarii damnum contigerit. *d. l. 24. § præterea.*

IX. Exceptio: Nisi promissor suo iure quid fecit, quo damnum est datum. *l. Proculus. 26. ff. de damno infecto. l. fluminum. 24. §. fi. ff. d. tt.* Huius replicatio est, Nisi in iure suo vtendo modum excedat. *d. §. fin. in fine.*

X. Exceptio, Nisi communis rei vitio damnū sit datum. *l. ex damni. 40. §. 1. ff. de damno infecto.* Huius replicatio est, Nisi facto vnius ex sociis res communis alteri damnum dederit. *d. §. 1. vers. quod si quia. Concordat l. inter quos. 39. ff. d. tt.*

XI. Exceptio: Nisi ei rei damnum datum sit, quam stipulator post interpositam demum stipulationem adquisiuit. *l. damni. 18. §. si is qui vnas. ff. de damno infecto.* Huius replicatio est, Nisi in re mobili postea acquisita damnum sit datum. *d. §. si is qui vers. si autem.*

XII. Exceptio, Nisi promissor prædium, de quo cauit, alienauerit. reprobatur *l. si quis. 17. §. fin. ff. de damno infecto.*

XIII. Exceptio, Nisi de damno præstando non sit cautum. *l euenit 6. ff. d. tt.*

XIV. Exceptio: Nisi emptor ante rei traditionem sit stipulatus. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 28. quæst. 4. reg. 9.*

XV. Exceptio: Nisi semel actum sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est, Nisi alterius damni nomine sit actum. *l. si procurator. 18. ibi: sicut in stipulatione. ff. rem ratam haberi.*

XVI. Exceptio, Nisi non in totis ædibus, sed in parte aliqua, vel ex parte tantum damnum datum sit. reprobatur *l. fluminum. 24 §. sed vt ne. ff. de damno infecto.*

II. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, Procuratore stipulante, domino eius cōperit actio. *l. damni. 18. §. fin. ff. de dam. infect.*

II. Regula, Seruo communi stipulante, singulis dominis pro sua parte competit actio. *l. si seruus. 42. ff. eod. tt.*

III. Regula: Singulari successori hæc actio non competit: approbatur exemplo *l. damni. 18. §. si is qui vnas. ibi: siue ergo redemerit. ff. de damno infecto.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi ei à stipulatore cedatur. *d. l. 18. §. emptor.* Secunda, Nisi specialiter successoribus quoque suis sit stipulatus. hoc enim casu singularis quoque successor continetur. *l. fluminum. 24. §. adiicitur. ff. d. tt.*

III. ADVERSVS QVOS datur?

I. Regula, De hæredibus promissoris, cæterisque successoribus, proponitur *d. §. adiicitur.*

II. Regula, De pluribus, in quantum quisque conueniatur, vide *infr. quæst. prox. reg. vlt.*

IV. QVID ET QVANTVM veniat in hac actione?

I. Regula, De eo quanti ea res est, proponitur *l. in hanc. 28. in prin. ff. de damno infecto.*

II. Regula, De eo quanti actoris interest, *l. nam si. 37. § quod si fuerit. ff. d. tt.*

III. Regula, De lucro amisso, proponitur *d. §. quod si fuerit.*

IV. Regula, De æstimatione damni facienda, *l. ex damn. 40. in principio. ff. de damno infecto. l. quidam Iberius. 12. §. fin. ff. de seruitut. vrbanor. prædior.* Sed & plura de æstimatione facienda vide *sup. cap. 29. q. 7. regula 14.*

V. Regula: Paries ita concussus, vt nulla ratione refici possit, non minoris æstimari debet, quam si decidisset. *l. damni. 18. §. Sabini. ibi: etsi ita ff. de damno infecto.*

VI. Regula: Si pluribus actio competat, singulis pro parte, non in solidum competit actio. *l. ex damni. 40. §. quoties. l. si seruus. 42. item l. plures. 27. in prin. ff. d. tt. l. 2. §. incertam. ff de prætoriis stipul.*

VII. Regula: Si aduersus plures actio competat, singuli pro parte, non in solidum tenentur. *l. ex damni. 40. §. quoties, in fine. ff. de damno infecto l. plures. 27. in fine. ff. d. tt. item l. supra. 11. §. officium. ibi vt in actione. ff. de aqua pluuia arcenda.* Huius regulæ exceptio est: Nisi promissor decesserit, pluribus hæredibus relictis, quorum vnus rem totā possideat; hic enim in solidum tenebitur. *l. 2 §. fin. ff. de prætoriis stipulation.* Cuius replicatio est: Nisi lite contestata promissor decesserit: tunc n. quilibet hæredū non nisi pro parte hæreditaria tenetur, quamuis vnus rem in solidum possideat. *d. §. fin.*

V. QVANDO COMpetit actio?

Pariete concusso vt refici non possit, etiam antequam decidat, competit actio. *l. damni. 18. §. Sabini. ibi: nec quisquam. ff. de damno infecto.*

VI. EVENTVS HVius actionis.

Si proprietarius vel vsufructuarius loci vitiosi de damno infecto cauit vel quid præstitit, potest id aliter ab altero per exceptionem recuperare. *l. si proprietarius. 22. in prin. ff. de damno infecto. l. quamuis. 10 § sed nisi. ff. eod. tt.*

DE AQVA PLVVIA ARCENDA.

CAP. XXXI.

I. GENVS HVIVS actionis.

I. In personam actio est. *l. si tertius. 6. §. aquæ. ff. de aqua pluuia arcenda.*

II. Est species actionis de fluminibus & stillicidiis. *l. 1. §. item sciendum. ibi: & ideo. ff. d. tt.*

II. CAVSÆ HVIVS ACTIOnis cum suis exceptionibus.

Prima, eaque generalis causa hæc est: Si quid factum sit, ex quo aqua pluuia actori nocere possit, datur aquæ pluuiæ actio. *l. 1. in pr. & §. hæc autem. ff de aqua pluuia arcenda.* Declaratur causa proposita definitione aquæ pluuiæ *d. l. 1. §. 1.*

II. Causa: Si quis opus fecit, quo aqua aliter quam natura solet, fluat; & si forte immittendo eam aut maiorem fecerit, aut citiorem, aut vehementiorem: aut si cōprimendo redundare fecit, *Hæc multiplex causa approbatur d. §. hæc autem.*

III. Causa: Si opere facto aqua in superiorem partem impellitur, aut in inferiorem deriuatur. *d. l. 1. §. iidem aiunt.*

IV. Causa: Si quis aquā excludat, quæ exundante palude in agrum eius refluere solet, atque hoc modo aqua vicinis agris noceat. *l. 1. §. Neratius. §. item sciendum. & §. denique. ibi: si tamen lex. ff. de aqua pluuia arcenda.* Huius causæ exceptio est: Nisi is qui aquam excludit, neq; natura, neq; lege seruitutem recipiendæ aquæ debeat: hoc enim casu, quamuis aquam à suo agro excludendo noceat vicino, non tamen tenetur. *l. 2. §. penult. ff. d. tt.*

V. Causa: Si aquam in suo retinet, ne ad vicinum perueniat. reprobatur *l. 1. §. iidem aiunt. ff. de aqua pluuia arcenda.*

VI. Causa: Si aquam ex fundo vicini deriuet. ipso quidem iure subsistit: verum eius exceptio est: Nisi superfluentem aquam deriuet, vt vicino nihil noceat. *ibidem.*

VII. Causa: Si fossas quis fecit, ex quibus aqua pluuia vicino possit nocere. *l. vicinus. 24. §. penul. ff. d. tt.* Huius causæ exceptio prima esse videtur: Nisi aqua per fossas factas, nondum fluxerit. sed reprobatur *d. §. penult.* Secunda exceptio est: Nisi agri colendi, non deriuandæ aquæ causa fossas fecerit. *l. 1. §. sed & fossas. ff. d. tt.* Sed plura de hac exceptione vide *infr. except. generali 2.*

VIII. Causa: Si quis posuerit salicta, ob quod aqua restagnet *d. l. 1. §. sed apud Seruii.*

IX. Causa: Si in suo fundo fodiens, vicini fontem auertit, reprobatur *l. 1. §. denique Marcellus. ff. de aqua pluuia arcenda. & l. si in meo. 21. ff. d. tt.*

X. Causa: Si vicinus non patiatur purgari fossam in confinio sitam. *l. 2. §. præterea. ff. d. tt.* Huius causæ species vide *infr. except. prox. repl. 1. cum seqq.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi non manu, sed natura vel casu fortuito opus, quod vicino nocet, factū sit. *l. 1. §. iidem aiunt. §. hæc autem. ibi: totiesque. §. illud etiam. §. in summa. & §. denique ait. ibi: si tamen lex. ff. de aqua pluuia arcenda.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iter aquæ casu sit obstructum, quod superior tollere velit, ne agro suo noceat. *l. 2. §. 1. & §. apud Namusam. ff. de aqua pluuia arcenda.* Secunda: Nisi inferior vicinus aggerem vi aquæ deiectum, velit restituere. *d. l. 2. §. item Varus.* Tertia: Nisi iure seruitutis opus debitum casu sit mutatum. tunc enim vt reficiatur agi potest. *quæ replicatio teste Accursio approbatur d. l. 2. §. apud Alphenum. & §. Idem Labeo. Concordat l. 1. §. denique in fine. ff. d. tt.* Quarta: Nisi cum aqua natura è superiore agro in inferiorem decurreret, opus factum illum cursum aliquamdiu impedierit, idque opus vicinus sustulerit. hoc enim casu videtur naturalis illa seruitus medio tempore propter opus sublata, & ob id vicinum cogendum opus restituere. quæ tamen replicatio reprobatur *l. 1. §. sed etsi vicinus. ff. de aqua pluuia arcenda.* Plane admittitur primum, si propter opus sublatum aqua aliter currat, quam sui natura solebat. *d. §. sed & si vicinus. vers. plane.* Deinde, si opus iure seruitutis ibi fuit. *quæ distinctio constat ex iis quæ dicta sunt sup. repl. prox.* Tertio, si tale sit opus, cuius memoria non extet. *quæ distinctio itidem ex iis quæ sup. repl. prox. in fine dicta sunt, constat.* de qua re vide plura *infr. exc. 9.* Quinta replicatio est: Nisi reus aquam, quæ natura vel casu nocet, iuuerit, vt magis vel aliter noceret quā sui natura nocet. *l. 1. §. item sciendum, in fine. ff. de aqua pluuia arcenda. l. apud Trebatium. 3. in pr. ff. d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi reus fullonicis circa fontem factis, aquam in fundum inferiorem immittat. hoc enim casu, quasi aliter nocere aquam faciat quam natura solet, non tenetur. *d. l. 3.* Sexta replicatio videtur esse: Nisi opus aliquod manufactum, casu fortuito corruat, & hinc aqua vicino noceat. sed reprobatur *l. Ateius ait. 14. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda.* Plane vt reus actorē id quod subie-

dit, tollere permittat, agi potest, *secundum ea quæ proposita sunt supr. repl. 1. & repl. 2.* Hæc de prima exceptione, eiusque replicationibus sunt dicta.

II. Exceptio: Nisi agri colendi causa quis opus fecerit, ex quo aqua pluuia vicino nocet, *l. 1. §. de opere. §. item Sabinus. & §. in summa. ff. de aqua pluuia arcenda. l. vicinus. 24. in prin. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi cum vicini fundus non inferior, sed ex latere esset, quis agri colendi causa sulcos in eum fundum direxerit. *d. l. 24.* Secunda: Nisi cum quis etiam sine sulcis arare & serere possit, sulcos aquarios fecerit. *l. 1. §. sed & si quis. & §. item Sabinus. in fin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Tertia: Nisi in diuersas partes sulcos dirigat agri colendi causa: *d. §. sed et si. in fine.* Quarta: Nisi per fossas agri colendi causa factas, aquam in vicini agrum deriuet. *d. l. 1. §. sed & fossas.*

III. Exceptio: Nisi fructuum recipiendorum causa opus sit factum. *l. 1. §. Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda.*

IV. Exceptio: Nisi prati irrigandi causa quid factum sit. *l. apud Trebatium. 3. §. si vicinus. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi id quod factum est, vicino non noceat. *d. l. 1. §. iidem aiunt.* Huius replicatio esse videtur: Nisi per id quod factum est, non prosit amplius vicino, quod antea profuit. sed reprobatur *l. 1. §. sicut. ff. de aqua pluuia arcenda. l. 2. §. item Varus, ibi: nam hac actione. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi reus aquam excludat, ne ad se perueniat, & sibi noceat. *d. l. 2. §. penult.* Huius replicatio est: Nisi vicino vel natura, vel lege seruitutem aquæ recipiendæ debeat, *quæ approbatur per ea quæ proposita sunt supr. causa 4. in prin. Concordat infr. except. 10.*

VII. Exceptio, Nisi patiente vicino opus factum sit, ex quo aqua ei nocet. *l. Labeo ait. 19 ff. de aqua pluuia arcenda.* Huius replicatio est: Nisi per errorem aut imperitiam vicinus sit passus. *l. sed hoc ita. 20. eod tt.*

VIII. Exceptio, Nisi authoritate Principis vel Senatus opus factum sit, vel ab iis quiprimum agros constituerunt. *l. quod principis. 23. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda. & l. 2. §. Cassius. ff. d. tt.*

IX. Exceptio: Nisi operis facti memoria nõ extet. *d. l. 2. in prin. d. §. Cassius. & §. idem Labeo. l. quod principis. 23. §. fin. ff. eod. tt. l. si arbiter. 28. ff. de probat.* Declaratur item exceptio proposita *d. l. 2. §. antepen.*

X. Exceptio Nisi actoris prædium recipiendę aquę seruitutem debeat. *d. l. 2. §. vlt* Huius replicatio est: Nisi vltra modum vicino noceat. *d. § vlt.*

XI. Exceptio: Nisi in loco publico opus factum sit. *l. apud Trebatium. 3. §. aquæ. & l. si in publico. 18. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi in vectigalib. agris opus sit factũ. *l. quod pr. 23. §. hæc actio ff. eod. tt.*

XII. Exceptio: Nisi loco publico interueniente, aqua vicino noceat. reprobatur *d. §. aquæ. d. l. 18. item l. quod principis. 23. §. fin. ff. d. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi ex sepulchro aqua pluuia noceat. reprobatur *l. quanquam. 4. in pr. ff. de aqua pluuia arcenda.*

XIV. Exceptio: Nisi aqua in loco publico vel sacro oriatur. reprobatur *l. 1. §. item sciendum, in fin. ff. eod. tt.*

XV. Exceptio, Nisi exædificio vrbano aqua noceat. reprobatur *d. l. 1. §. apud Labeonem, in fin. & §. Cassius.*

XVI. Exceptio: Nisi in agro actori & reo cõmuni aqua noceat, reprobatur *l. si tertius. 6. §. inde quæritur. ff. d. tt.*

XVII. Exceptio, Nisi opus factũ non prædio rustico, sed vrbano noceat, vel alii loco qui est inter continentia ædificia. *l. 1. §. item sciendum. & §. apud Labeonem. ff. de aqua pluuia arcenda.*

XVIII. Exceptio, Nisi agro vectigali aqua noceat. reprobatur *l. quod principis. 23. §. hæc actio. ff. de aqua pluuia arcenda.*

XIX. Exceptio, Nisi nõ fundo vicini, sed viæ ad fundũ noceat aqua. reprobatur *l. is cuius. 25. ff. d. tt.*

XX. Exceptio, Nisi agro communi actori cum reo aqua noceat. reprobatur *l. si tertius. 6. §. inde quæritur. ff. de aqua pluuia arcenda. & l. supr. 11. §. si ex priuato. ff. d. tt.*

XXI. Exceptio: Nisi alia quã aqua pluuia noceat. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. 1. & §. in summa. ff. de aqua pluuia arcenda.* Exemplum proponitur *l. apud Trebatium. 3. §. idem Trebatius. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi alia aqua, quæ nocet, aqua pluuia crescat, vel ei mixta sit. *d. §. in summa. & d. §. 1.*

XXII. Exceptio: Nisi opus post litem contestatam sit factum. *De hac exceptione vide infr. quæst. 5. reg. 1. except. 4.*

XXIII. Exceptio: Nisi reus opus vel fundum alienauerit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur, quoniam hoc casu aduersus eum, cui fundus alienatus est, competit actio, *vt infr. quæst. 4.* verum eius replicatio prima est, Nisi post iudicium acceptum alienauerit. *l. quanquam. 4. §. Iulianus. ff. de aqua pluuia arcenda.* Secunda replicatio est, Nisi potentiori alienauerit. hoc enim casu nihilominus aduersus alienantem competit actio, nõ quidem aquæ pluuiæ arcendæ, sed quod vi aut clam, vel de dolo malo. *l. Atteius ait. 14. in prin. ff. d. tt.* Tertia, Nisi iudicii mutandi causa alienauerit. & hoc casu nihilominus tenetur, sed actione in factum de alienat. iud. mut. causa facta. *l. post venditionem. 16. in fin. ff. d. tt.* Plura de exceptione proposita vide *infr. quæst. 4. reg. 1 except. 5.*

XXIV. Exceptio, Nisi reus loco cedere paratus sit, in quo opus factum est. reprobatur sub conditione *l. is cum quo. 7. ff. de aqua pluuia arcenda.*

XXV. Exceptio, Nisi semel actum sit. *l. supra. 11. §. Cassius. ibi: si vnus egerit. ff. d. tt.*

III. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De fructuario loci. Huic regulariter actio proposita non competit. *l. apud Trebatium. 3. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Plane vtilis actio illi danda est, quod exceptionis loco notandum. *l. si vsusfructus. 22. in prin. ff. d. tt.*

II. Regula, De emphyteuta. Huic actio proposita competit. *l. cædere. 5. §. fin. ff. arborum furtim cæsarum. & l. quod principis. 23. §. hæc actio. ff. de aqua pluuia arcenda.*

III. Regula, de emptore & venditore fundi, cui aqua nocet. Emptori, nõ venditori actio cõpetit. *l. si tertius. 6. §. si quis. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio est, Nisi accepto iudicio alienatio fiat. *l. post venditionem. 16. eod. tt.*

IV. Regula, De vno ex pluribus, proponitur *l. supra. 11. §. Cassius. ff. de aqua pluuia arcenda. de qua re vide infr. quæst. prox. reg. 3. item quæst 5. reg. 4.*

IV. AD-

IV. ADVERSVS QVOS actio competit?

I. Regula: Regulariter hæc actio non nisi aduersus dominũ fundi, ex quo aqua nocet, cõpetit. *l. si in publico. 18. in prin. ibi: quod ea. l. quanquam. 4. in pr. & §. idem Iulianus. item l. si colonus. 5. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum alius, nõ dominus opus fecisset, dominus patientiam tollendi operis præstet, hoc enim casu amplius non tenetur. *d. l. 5. & d. §. idem Iulianus.* Cuius replicatio est: Nisi iussu domini alius opus fecisset, hoc n. casu dominus patientiam præstando non liberatur. *d. l. 5.* Secunda exceptio est: Nisi cum alius, nõ dominus fecisset, domino ab actore damni infecti nomine non caueatur. *d. §. idem Iulianus. & d. l. 5.* Tertia est, Quod si alius quã dominus opus fecerit eo ignorante, aduersus eũ qui fecit, interdictũ Quod vi aut clam cõpetat. *d. §. idem Iulianus & d. l. 5.* Quarta: Nisi fructuarius loci opus fecerit, hoc enim casu non aduersus dominum solũ, sed ét aduersus fructuariũ competit actio. *l. si vsufr. 22. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda.* Quinta: Nisi dominus prædium alienauerit, hoc enim casu non amplius cõpetit actio aduersus dominum alienãtem, sed aduersus eum cui alienatio est facta. *l. emptor. 12. & l. post venditionem. 16. in fine. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi is cui alienatio facta est, patientiam tollendi operis præstet. hoc n. liberatur *d. l. 12.* Secunda: Nisi simulata sit alienatio. *d. l. 12.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod prior dominus seu is qui alienauit, interdicto Quod vi aut clam teneatur. *l. si venditor. 13. & l. 14. in prin. ff. d. tt.* Quarta replicatio est: Nisi dominus iudicii mutandi causa alienauerit. tunc enim in factũ actione nihilominus tenetur. *l. post venditionem. 16. in fin. ff. d. tt.* Quinta: Nisi dominus iudicio accepto, fundum alienauerit. *de qua replicatione vide supr. quæst. 3. exc. 23. repl. 1.* Sexta nisi dominus locum religiosum fecerit hoc enim casu nihilominus ipse tenebitur. *l. quanquam. 4. in pr. ff. de aqua pluuia arcenda.* Hæc de prima regula, eiusque exceptionibus sunt dicta.

II. Regula: De primo & tertio vicino, si tertius opus fecerit, & per primi fundum noceat, proponitur *l. si tertius. 6. in prin. ff. d. tt.*

III. Regula: Si aqua vel fundus ex quo nocetur, plurium sit, quilibet tenetur in solidum. *l. supra. 11. §. Cassius. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vnus conuentus opus restituerit, iidemque æstimationem præstiterit. hoc enim casu aduersus cæteros socios actio denegatur. *d. §. Cassius, in fin.* Secunda, Nisi vnus ex pluribus conuentus, cũ opus non fecisset, patientiam operis tollendi præstet. hic enim vlterius non tenetur. *d. l. 11. §. apud Ferocem.* Tertia: Nisi non de opere restituendo agatur, sed damni dati & operis non restituti nomine. tunc enim quilibet pro sua parte soluendo liberatur. *d. l. 11. §. officium. & l. si tertius. 6. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda.*

V. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

I. Regula, De opere restituendo, proponitur *l. si tertius. 6. §. officiũ. ff. de aqua pluuia arcenda. l. 1. in pr. & §. Neratius. ff. d. tt.* Huius exceptio prima est: Nisi non opus manufactũ sit, sed natura vel casu acciderit. tunc enim reus patientiam restituendi operis præstando liberatur. *l. supra. 11. §. fin. ff. d. tt.* Plura de hac exceptione vide *supr. quæst. 2. exc. gener. 1. repl. 1. & 2.* Altera exceptio est: Nisi alius, nõ reus opus fecerit. nam & hoc casu ad solam patientiam præstandam tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. si tertius. 6. §. fin. ff. d. tt.* Concordant *ea quæ proposita sunt supr. quæst. prox. reg. 1. exc. 1. & exc. 5. repl. 1. item reg. 3. exc. 2. item l. is cum quo 7. ff. d. tt.* Plane replicatio prima est: Nisi reus sit dominus eius qui opus fecit. tunc enim solam patientiam præstando non liberatur. Secunda: Nisi reus hæres sit eius qui opus fecit. *quæ duæ replicationes approbantur d. l. 6. §. fin.* Tertia: Nisi iussu rei alius opus fecerit. *l. si colonus. 5. in fine. ff. d. tt.* Hæc de secunda exceptione, eiusque replicationibus. Tertia exceptio: Nisi opus restitutum sit. ipso quidem iure subsistit, verũ eius replicatio est: Nisi aqua nondum coerceatur. *l. si vsusfructus. 22. §. non aliter. ff. de aqua pluuia arcenda.* Quarta: Nisi post litem cõtestatam opus factum sit. *l. Ateius ait. 14. §. fin. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi opus quod ante factum est, sine eo quod postea est factum, tolli non possit. *l. sed interdum. 15 ff. d. tt.*

II. Regula, De damno præstando, proponitur. *l. si tertius. 6. §. officium. ff. de aqua pluuia arcenda.* Huius exceptio prima est: Nisi damnum ante litem contestatam, non post contigerit. hoc enim non venit in hanc actionem. *d. §. officium. l. Ateius ait. 14. §. in hoc iudicium. l. 1. §. hæc autem. item l. si supra. 11. §. officium, in fin. ff. d. tt.* Secunda: Nisi socius cum socio prædii communis nomine agat; hoc enim casu non in solidum damnum præstandum est, sed pro parte tantum. *l. si tertius. 6. §. inde quæritur. ff. de aqua pluuia arcenda.*

III. Regula, De dammi æstimatione facienda, habetur *d. l. 6. §. fin.*

IV. Regula, De vno ex pluribus agente. Huic non nisi pro parte competit actio. *d. l. 6. §. 1. & l. supra. 11. § quod si is. ff. d. tt.*

V. Regula, De vno ex pluribus conuento. Hic in solidum tenetur, approbatur simul & distinguitur *supr. quæst. prox. reg. 3.*

VI. ADIVNCTA, SEV DE probatione.

Si quæratur, an memoria operis extet: quomodo probandum, definitur *l. 3. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda.*

VII. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula, De actione condemnato aduersus alios competente ad recuperandũ id quod præstitit, proponitur, & primum quidem de locati actione, *l. si colonus. 5. ibi: & si quam. ff. de aqua pluuia arcenda.* Deinde de communi diuidundo actione, *l. si supra. 11. §. Cassius. ibi: idque quod sociorum. & §. apud Ferocem. ff. eod. tt.*

II. Regula, De actione qua actor id quod percepit, alii cogitur restituere, proponitur *l. post venditionem. 16. idque cum emptori. ff. d. tt.*

VIII. ADFINIA HVIVS actionis remedia.

Regulariter, si alicui aqua noceat, aquæ pluuię arcendæ actio, non alia competit, quæ regula.

ex supradictis patet. Eius autem exceptio prima est: Nisi non rustico, sed vrbano prædio, vel ex vrbano prædio aqua noceat. hoc enim casu actio negatoria de fluminibus & stillicidiis generalis cõpetit. *l.1.§ item sciendum. ibi: agi autem ita poterit. & §. Cassius. ff. de aqua pluuia arcenda.* Secunda exceptio est: Nisi alius, non dominus opus fecerit. hic enim interdicto Quod vi aut clam tenetur. *l. quanquam. 4. §. idem Iulianus. ibi: colonus autem. item §. fin. ibi: ipse autem procurator. & l. si colonus. 5. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda. l. sed venditor. 13. itẽ l. Ateius ait. 14. in prin. ff. d. tt.* Tertia exceptio est: Nisi non dominus, sed fructuarius agat. hic enim interdictum Quod vi aut clam haber. *l. si vsusfructus. 22. in prin. ff. d. tt.* Quarta: Nisi de damno præterito agatur. De hoc enim interdictum Quod vi aut clam competit. *l. Ateius ait. 14. §. de eo quod ff. de aqua pluuia arcenda.* Quinta: Nisi de eo damno, quod post sententiam timetur, agatur. De hoc enim damni infecti stipulatio est interponenda. *d. §. de eo quod.* Sexta: Nisi is qui opus fecit, id potentiori alienauerit: hoc enim casu de dolo actio competit. *d. l. 14. in pr.* Septima. Nisi dominus iudicii mutandi causa fundum alienauerit. hoc enim casu competit actio de eo quod iudicii mutandi causa factum est. *l. post venditionem. 16. in fine. ff. d. tt.*

Hactenus de iure quod in rebus habemus, cum suis causis & actionibus.

LIBRI OCTAVI ET TERTIÆ PARTIS
METHODI FINIS.

METHODI IVRIS CIVILIS
PARS QVARTA:
DE CAVSIS IVRIS LVCRATIVIS.

DE HÆREDITATE ET BONORVM possessione ex testamento.

LIBER NONVS.

Hactenus genera iuris cum suis causis specialibus & actionibus sunt proposita atque descripta. Nunc de causis generalibus, quibus istiusmodi iura adquirantur, nobis est agendum. Sunt autem huiusmodi causæ iuris vel lucratiuæ, vel onerosæ. De hisce infra Parte quinta: de illis vero in hac Quarta parte differendum erit. Causæ itaque iuris lucratiuæ sunt successiones tam ex testamento, quam ab intestato: legata & fideicommissa, donationes tum inter viuos, tum mortis causa. De quibus ordine dicemus: & primum quidem de successionibus ex testamento, si prius de successionibus in genere dixerimus.

DE HÆREDITATE ET BONORVM possessione in genere.

CAP. I.

I. DEFINITIO HÆREDITATIS & hæredis.

DEFINITVR hæreditas *l. nihil aliud 24. ff. de verb. significat.* quod scilicet nihil aliud sit, quam successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit. *Concordat l. hæreditas. 62. ff. de regulis iuris.* Definitio hæredis proponitur *l. in pari. 170. ff. d. tt. Concordat l. quoties. 9. §. hæredes. ff. de hæredibus instituendis.*

II GENVS HÆREDITATIS.

Hæreditas nomen iuris est. *l. pecuniæ. 178. §. hæreditas. ff. de verb. significat. l. hæreditatis. 119. & l. bonorum. 208. ff. d. tt. l. hæreditas. 50. in prin. ff. de petitione hæreditatis. item l. bona 3. §. hæreditatis. ff. de bonorum posseß. M. I. R. lib. 4. cap. 1. reg. 1.*

III. SPECIES.

I. Regula, De damnosa hæreditate. Hæc etiam hæreditatis appellatione continetur. *l. hæreditatis 119. ff. de verb. signif.*

II. Regula, De bonorum possessione. Hæc quoque hæreditatis appellatione cõtinetur. *l. hæreditatis. 138. ff. de verb. signif. l. prætor. 117. ff. de reg. iuris. l. 2. ff. de bonorum posseß. item Instit. eod. tt. §. quos autem. M. I. R. d. cap. 1. reg. 2.*

III. Regula, De hærede vlteriore. Hic etiam hæredis appellatione continetur. *l. hæredis. 65. ff. de verb. signif. l. hæredis. 170. ff. eod. tt. item l. qui per. 154. ff. de reg. iuris. l. in omnib. 22. C. de legatis. M. I. R. d. cap. 1. reg. 3.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in substitutione hac, Quisqui's mihi hæres erit: hic enim non nisi proximus hæres continetur. *l. sciendum. 70. ff. de verb. significat. & l. ex illa 227. ff. d. tt.* Secunda: Nisi in lege Ælia Sentia, qua hæredi libertum paternum vt ingratum accusare permittitur. *d. l. 70.* Tertia: Nisi operarum exactione. *l. 70.* Quarta: Nisi vsufructu hæredibus relicto. *l. antiquitas. 14. C. de vsufruct.*

IV. Regula, Hæredis appellatione legatarius nõ continetur *l. vlt. C. de hæredit. actionib. & l. quoties. 13. C. de hæredib. inst.* Huius regulæ exceptio est: Nisi alia fuerit voluntas contrahentium vel testatoris. *l. in conuentionibus. 29. ff. de verb. signif.*

V. Regula: Legitimæ hæreditatis species dici potest

potest hæreditas ex testamento, *l. lege. 130. ff. d. tt.* Contradicit *l. ea vero. 3. §. de illo. ff. pro socio. M. I. R. d. c. 1. reg. 7.*

IV. PROPRIA.

I. Regula: Hæreditas nondum adita sustinet personæ vicem, non quidem hæredis, sed defuncti, *l. mortuo. 22. in fin. ff. de fideiussoribus. l. legatum. 113. §. seruo. ff. de legatis. 1. l. hæreditas. 34. ff. de adquir. rerum domin. l. hæres. 22. ff. de vsucapionib. item Instit. de hæredibus instituendis. §. seruus etiam. Instit. de stipulat. seruorum, in prin. item l. non minus. 31. §. fi. ff. de hæred. instit.*

II. Regula: Omnis hæreditas, quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis cõtinuatur, *l. hæres. 54. ff. de adquir. hæred. l. omnia fere. 153. ff. de reg. iuris.* Huius regulæ exempla & exceptiones congessit Accursius *in d. l. omnia fere*: quem vide.

V. Causæ ex quibus hæreditas adquiritur, enumerantur *l. 1. cum legib. sequentibus. ff. de petitione hæreditatis*, vbi tria causarum genera, ex quibus hæreditas adquiritur, patent, duo ex iure vetere, ex testamento scilicet & ab intestato: tertium ex iure nouo, scilicet ex senatusconsultis & constitutionibus Principum. Prima igitur causa hæreditatis est testamentum: *de quo inf. cap. prox. cum sequentibus.* Altera causa est ab intestato, *de qua inf. lib. prox. Concordat Instit. per quas personas cuique adquiratur. §. fin.* Tertia causa est ex iure nouo: vt ex senatusconsulto Orficiano & Tertulliano: ex cõstitutione diui Pii, *l. Papinianus. 8. § si quis impubes. ff. de inofficioso testam.* Quarta est fideicommissum, *l. & fine. 5. C. de senatusconsul. Trebell.* Quinta: Si pater filium naturalem curiæ obtulit, ex eo fit hæres patris, *l. quoniam. 4. C. de naturalibus liberis.* Sexta videtur esse pactum atque conuentio de succedendo: verum causa hæc reprobatur *l. hæreditas, 5. C. de pactis conuentis tam super dote. l. ex eo. 4. C. de inut. lib stipulat. l. pactum. 15. C. de pactis. l. cum donationis 33. in fin. C. de transactionib. item l. de quæst. 30. C. de pactis. M. I. R. d. cap. 1. reg. 10.* Adeo autem pactum de futura successione non valet, vt nec ad exceptionem prosit: puta, si quis per pactum hæreditati renunciauerit, *l. vlt. ff. de suis & legit. hæredibus, & l. pactum. 3. C. de collationibus. De qua re vide inf. lib. prox. cap. 6. except. 5. & cap. 9. except. 11. item lib. 15. cap. 15. except. 18.* Plane eius regulæ, qua causa proposita reprobatur, exceptio prima est: Nisi is de cuius hæreditate pactum factum est, conuentioni consenserit, in eoque consensu vsque ad finem vitæ perseuerauerit; tunc enim pactum de futura successione valet, *d. l. 30. M. I. R. lib. 4. cap. 1. reg. 10. except. 1.* Similis exceptio habetur in donationibus inter virum & vxorem: *de qua vide inf. lib. 14. capite 20. except. 39.* Secunda exceptio est: Nisi milites inter se de futura successione pactum fecerint, *l. licet. 19. C. de pactis. M. I. R. d. reg. 10. exc. 9.* Plura de causa proposita vide *inf. lib. 15. cap. 15. exc. 18. M. I. R. d. exc. 1.* vbi plures exceptiones congeruntur. Septima causa videtur: Si quis aliquẽ hæredem suum sibi relicturum iactauerit, sed reprobatur *Instit. quib. modis testam. infir. §. fi. ibi, neque ex nuda. Concordat l. vlt. ff. qui testam. facere poss.* Octaua: Si ab aliquo quid sit legatum. Et hæc causa reprobatur *l. hæreditas, 63. ff. de hæred. instit.*

VI. EFFECTVS HÆREDITATIS & hæredum iura.

I. Regula: Hæres eiusdem iuris est, cuius fuit defunctus, *l. hæredẽ. 59. ff. de reg. iuris. l. qui in ius. 137. l. quod ipsis. 185. item l. inuitus. 198. §. cum quis. ff. d. tt. Vide item inf. lib. 25. cap. vlt. in verbo Successor.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ius aliquod personale defunctus habuerit, hoc enim ad hæredem eius non transit, approbatur exemplo priuilegiorum *l. priuilegia. 156. ff. d tt.*

II. Regula: Nemo plus iuris ad hæredem trãsferre potest, quam ipse habet, *l. nemo. 162. ff. de reg. iuris. Concordant ea quæ proposita sunt sup. lib. 7. cap. 3. quæst. vlt. reg. 1.*

III. Regula: Per hæreditatem actio hæredi adquiritur, *l. 1. §. denique. ff. de iniuriis.* Plura de hæredum iure & officiis vide *inf. lib. prox.*

DE BONORVM POSSESSIONE in genere.

I. Definitio bonorum possessionis proponitur *l. bona. 3. §. hæreditatis. ff. de bonor. posseß.*

II. GENVS.

Hæreditas est prætoria, *Instit. de bon. posseß. §. quos autem. Concordant ea quæ habentur sup. q. 3. reg. 2.*

III. Ratio & vsus habetur *Instit. d. tt. in pr. l. sed cum. 6. §. penult.*

IV. Diuisio & species bonorum possessionis proponuntur *Instit. de bonor. posseß. §. sunt autem, vsque ad §. cum igitur plures. & l. sed cum. 6. §. bonorum. ff. eod. tt.*

Tabula bonorum possessionis species continens.



V. Adfine bonorum possessionis remedium est legitima hæreditas. *l. si aut. 4. C. de legitimis hæredibus. l. matri. 3. C. ad Senatusc. Orficianum. item l. generaliter. 3. ff. vnde legitimi.*

VI. CAVSÆ EX QVIBVS BONORVM possessio competit, cum suis exceptionibus: item quibus & pro qua parte competat, quidue in eam veniat, &c.

Ex quibus causis datur legitima hæreditas, ex iisdem etiam bonorum possessio competit, quæque illius sunt exceptiones, huius quoq; esse possunt, *quæ regula cum ex d. l. 3. ff. vnde legitimi, constat: item approbatur etiam l. non est 12. in fin. ff. de bonor. posseß. M. I. R. lib. 4. cap. 1. reg. 12.* Cum ergo tanta legitimæ hæreditatis & bonorum possessionis sit adfinitas, vtriusque leges coniungam, & sub iisdem locis tam legitimæ hæreditatis quam bonorum possessionis iura proponam, præsertim cum (*vt Imp. Iustinianus Instit. de test. ordinand. §. sed quum paulatim, ait*) ipsa ex vsu hominum, quam ex constitutionum

tionum emendationibus cœpit in vnam consonantem ius ciuile & prætorium iungi.

DE TESTAMENTIS.

CAP. II.

QVoniam hæreditas omnis vel ex testamento comperit, vel ab intestato: prius de testamẽto nobis differendum est.

I. Definitio testamenti proponitur *l. 1. ff. qui testamenta facere poss. M.I.R. lib. 4. c. 2. reg. 2.*

II. Ratio nominis *Instit. de testamentis ordin. in pr. M.I.P. lib. 5. c. 5. reg. 1. M.I.R. d. cap. 2. reg 1.*

III. DIVISIONES testamenti.

I. Diuisio habetur *Inst. d. tt. §. 1.*

II. Diuisio in testamentum iustum & iniustum, proponitur *l. 2. §. 1. ff. testamenta quemadmodũ aperiantur.*

III. Diuisio in testamentum scriptum & nuncũpatiuum, proponitur *Nouell c. 1. §. quoniam vero. M.I.R. d. c. 2. reg. 3.*

IV. PARTES TESTAMENTI.

Prima regula, De eo quod ad testamentum factum est. Hoc pars testamenti censetur, *l. 2. §. ad causam. ff. testamenta quemadmodum aperiantur.*

Secunda regula, De secundis tabulis, proponitur *d. §. ad causam. & l. sicut. 11. ff. eodem tt. M.I.P. d. c. 5. reg 2.*

Tertia regula, De codicillis, qui & ipsi partes sunt testamenti, habetur *d. l. 11. l. quidam. 14. ibi: quod codicilli. ff. de iure codicillorum. item l. ab intestato. 16. §. ad testamentum. ff. eod. tt.*

V. PROPRIVM TESTAMENTI.

Proprium testamenti est, hæredis institutio. *l. non codicillum. 14. C. de testamentis. l. illud. 13. §. fin. ff. de iure codicillorum. item Inst. de legatis. §. ante hæredis. ibi, quia testamenta. Vide item inf. c. 10. exc. 81.*

VI. ACCIDENTIA testamento.

I. Regula, De testamenti factione. Hæc non priuati, sed publici iuris est, *l. testamenti. 3. ff. qui testam. facere poss.* De forma testamenti clausi faciendi vide *inf. c. 8. exc. 53. repl. 2.*

II. Regula; De testibus ei qui testari volet, à magistratu præbendis, proponitur *l. curent. 22. ff. de testibus.* Reliqua ad testamenti factionem pertinentia vide *inf. inter exceptiones.*

III. Regula; Testamenti instrumentum vniuersorum est, quib. quid illic est adscriptum: quin potius publicum est instrumentum, *l. 2. in pr. ff. testamenta quemadm. aperiantur.*

IV. Regula, De testamenti tabulis deponendis. Apud quem deponendæ sint, definitur *l. cæteræ. 4. §. fi. cum duabus ll. seqq. ff. familiæ erciscundæ.* Alia de eadem re proponitur regula *l. vlt. ff. de fide instrumentorum.* Alia *l. hac consultissima. 8. §. sed quia, in fine. C. qui testam. facere possunt.* Item alia *l. testamenta. 18. C. de testamentis, & quemadmodum.* Postremo eadem de re proponitur regula *l. de instrumentis. 5. C. communia vtriusque iudicii tam familiæ. &c.*

V. Regula: Accidunt præterea testamentis duæ actiones, vna de testamenti tabulis aperiendis, inspiciendis, & describendis: Altera de tabulis exhibendis. Item accidunt testamentis exceptiones aduersus ea de quibus omnibus ordine est dicendum.

DE TESTAMENTI TABVLIS APERIENDIS, INSPICIENDIS & DESCRIBENDIS.

CAP. III.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l. 1. §. ratio. ff. testamenta quemadm. aperiantur.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS ACTIO proposita detur.

I. Causa: Si quis tabulas testamenti inspicere, vel etiam describere desiderat, approbatur *l. 1. in pr. & l. 2. §. fi. ff. eod. tt.*

II. Causa: Si controuersia ex testamento pendeat, *d. l. 1. §. ratio.*

III. Causa: Si dubitetur cui demandata sit in testamento ventris curatio, *l. si mulier. 9 ff. eod. tt.*

Exceptiones dictarum causarum generales.

I. Exceptio: Nisi quis signatorum neget, se sigillum suum agnoscere, reprobatur *l. 1. §. fi. ff. testamenta quemadm. aperiantur.*

II. Exceptio: Nisi testamentum iniustum sit, ruptum vel irritum factum, reprobatur *l. 2. §. 1. ff. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi non principale testamentum, sed quid aliud ad testamentum pertinens, aperiri petatur, reprobatur *l. codicillos. 4. C. d. tt. & d. l. 2. §. ad causam.*

IV. Exceptio, Nisi facultas inspiciendi actori semel sit data, ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio prima est: Nisi non legendi facultas sit data, *d. l. 2. §. inspectio.* Secunda: Nisi alterius instrumenti, quam quod antea apertum fuit, inspiciendi facultas petatur, approbatur exemplo *l. vltim. ff. testamenta quemadmodum aperiantur.* Huius duplicatio est, Nisi cum antea authenticum apertum esset, nunc exemplum eius aperiri petatur. *d. l. vltim. & l. si in duobus. 10. in princip. ff. eodem tt.* Tertia replicatio videtur esse: Nisi à non competente persona testamentum fuerit apertum, sed reprobatur *d. l. 10. §. 1.*

V. Exceptio: Nisi testator adhuc viuat. *l. 2. §. si dubitetur. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio; Nisi actor prius de calumnia non iuret, *l. eius 3. C. eod. tt.*

III. QVIBVS ACTIO PROposita competat?

Omnibus desiderantibus, *l. 1. in princ. ff. testam. quemadm. aperiantur.*

IV. QVIBVS PRÆSENTIBVS ET apud quem competat, tabulæque sint aperiendæ?

I. Regula, De præsentia signatorum, proponitur *l. cum ab initio. 4. cum trib. legib. seqq. ff. testamenta quemadmodum aperiantur.*

II. Regula, Si ipsi signatores absunt, alii honesti viri conuocandi sunt, quibus præsentibus tabulæ aperiantur, & describantur, *l. sed si. 7. ibi, & si forte. ff. d. tt. & l. 2. C. eod. tt.*

III. Regula, Ne apud alium quam apud magistrum census testamenti tabulæ aperiantur, proponitur *l. consulta. 23. C. de testamentis.*

V. QVID

V. QVID VENIAT, SEV QVARVM rerum inspiciendi describendique copia sit danda?

I. Regula, De eo quod ad testamentum pertinet, proponitur *l. 2. §. ad causam. ff. testamenta quemadmodum aperiantur.*

II. Regula, De exemplo & authentico, *l. vlt. ff. eod. tt.*

III. Regula, De pupillaribus tabulis: Hæ non sunt aperiendæ. *l. pupillares. 8. ff. d. tt. Concordat Inst. de pupillari substitut. §. sin autem quis, in fin.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iusta causa Prætori videatur. *d. l. 8.* Secunda: Nisi muliere ventris nomine in possessionem missa, dubitetur cui eius cura sit demandata, *l. si mulier. 9. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De parte quam defunctus aperiri vetuit, & quæ ad ignominiam alicuius pertinet, proponitur *l. eius. 3. C. quemad. test. aperiantur.*

V. Regula, De die & consule non inspiciendo, habetur *d. l. 3. & l. 2. §. diem. ff. eod. tt.*

VI. Regula, De pluribus testamentis, proponitur *d. l. 2. §. si plura.* Huius regulæ exceptiones vide *sup. q. 2. exc. 4. repl. 2. dupl. 1.*

VI. QVANDO COMpetat?

I. Regula: Viuo testatore non competit, *d. l. 2. §. si dubitetur.*

II. Regula, de tempore desideranti dando, proponitur *d. l. 2. §. vtrum autem.*

VII. ANTECEDENTIA.

I. Regula, De iussu iudicis præcedente, proponitur *l. 1. & l. 2. C. quemad. testamenta aperiant.*

II. Regula: De cogendis prius signatoribus, vt conueniãt, & sigilla sua recognoscant, dictum *sup. q. 4. reg. 1.*

III. Regula: Vt prius quæstio à familia necati habeatur, vide *inf. lib. prox. ca. 17. q. 3. reg. 1. item quæst. 4. reg. 7.*

VIII. EVENTVS.

De nihilo dando pro inspectione, præcipitur *l. consulta. 23. C. de testamentis.*

IX. ADFINIA REmedia.

I. Regula, De tabulis exhibendis interdictum competit, si reus tabulas penes se esse neget, *l. 2. §. fi. ff. testamenta quemadm. aperiantur.* De hoc interdicto vide *inf. cap. prox.*

II. Regula, De vindicatione tabularum & ad exhibendum proponitur *l. ipsi. 3. ff. d. tt.*

DE TABVLIS EXHIBENDIS interdictum.

CAP. IV.

PRimo: Verba interdicti proponuntur *l. 1. in pr. ff. de tabulis exhibend.*

II. GENVS.

Exhibitorium est interdictum. *l. locum. 3. §. hoc interdictum. ff. eod. tt.*

III. CAVSA HVIVS INTERDICTI.

Si quis tabulas testamenti sibi exhiberi desideret, hoc interdictum competit, *quæ causa approbatur verbis interdicti. M.I.R. lib. 4. cap. 2. reg. 8.* Declaratur definitione verbi Exhibere, *d. l. 3. §. quid si exhibere.* Exceptio prima est; Nisi non testamentum, sed quid aliud actor exhiberi sibi desideret. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ad causam testamenti pertineat id quod sibi exhiberi desiderat, *l. 1. in princ. & §. hoc interdictum. ff. de tabulis exhibendis.* Declaratur hęc replicatio *l. 2. §. ad causam. ff. testamenta quemadmodum aperiantur.*

II. Exceptio: Nisi testamentum iniustum sit, vel imperfectum, aut irritum, reprobatur *d. l. 1. §. siue autem. & §. itaq; dicendum. l. 2. §. 1. ff. testam. quemadmodum aperiantur.*

III. Exceptio: Nisi testamentum non sit signatum. *l. si quis. 6. §. 1. ibi, cæterum si non. ff. ad l. Corneliam de falsis.*

IV. Exceptio, Nisi testamentum deletum sit, reprobatur *l. 1. §. fi. cum legibus sequentibus. ff. de tabulis exhibendis.*

V. Exceptio: Nisi prius, non posteriorem testamentum petat sibi exhiberi, reprobatur *d. l. 1. §. siue suprema. & §. proinde.*

VI. Exceptio: Nisi plures tabulas, in quibus testamentum est scriptum, sibi exhiberi petat, reprobatur *d. §. proinde. & l. locum. 3. §. 1. ff. eod tt.*

VII. Exceptio: Nisi de statu testatoris disceptetur, reprobatur *l. 1. §. sed & si de statu & §. siue autem. ff. de tabulis exhibendis.*

VIII. Exceptio: Nisi filiusfam. de castrensi peculio testatus sit, reprobatur *d. l. 1. §. item si filiusfam.*

IX. Exceptio: Nisi testator apud hostes decessit, reprobatur *d. §. item si filiusfamilias.*

X. Exceptio: Nisi testator adhuc viuat, *d. l. 1. §. penultimo.*

XI. Exceptio: Nisi hæreditatis controuersia ex testamento pendeat, *l. de tabulis. 5. ff. de tabulis exhibendis.*

XII. Exceptio: Nisi tabulæ ad publicam quæstionem pertineant, *d. l. 5.*

XIII. Exceptio: Nisi actor tabulas suas esse dicat, *l. locum. 3. §. si ipse. ff. d. tt.*

XIV. Exceptio, Nisi reus fateatur, penes se esse testamentum, tunc enim cessante hoc interdicto, ad exhibendum est compellendus, *l. 1. §. si quis forte. ff. d. tt. & l. 2. §. fi. ff. testam. quemadm. aperiant. M.I.R. d. reg. 8. exc. 1.*

IV. QVIBVS COMpetit?

I. Regula, De omnibus quibus quid in testamento relictum est, proponitur *l. locum. 3. §. solent. ff. de tabulis exhibendis.*

II. Regula, De hæredibus cæterisq; successoribus, *d. l. 3. §. fi.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De eo qui tabulas testamenti deposuit, & eo apud quem depositæ sunt, proponitur *l. locum 3. §. si tabulæ. ff. de tabulis exhibendis.*

II. Regula, De domino serui, penes quem sunt tabulæ, *d. l. 3. §. si penes.*

III. Regula, Is quoque tenetur, qui tabulas dolo malo possidere desiit, *d. l. 3. §. si quis dolo. & l. 1. in pr. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De tutore & pupillo, proponitur *l. si sit. 4. ff. eod. tt.*

VI. QVID VENIAT IN hoc interdictum?

I. Regula,

I. Regula: Petitur hoc interdicto, vt tabulæ exhibeantur, *de quo dictum sup. q. 3. in pr.*

II. Regula: Etsi non exhibeantur, venit in hoc interdictum, quanti interest actoris exhibitas esse, *l. locum. 3. §. condemnato. ff. de tabulis exhibendis.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio, *d. l. 3. §. fi.*

VIII. ADIVNCTA.

De conuocandis signatoribus ad recognoscenda sua sigilla, proponitur *d. l. 3. §. exhibere autem.*

IX. EVENTVS.

I. Regula: Qui hac actione egit, & litis æstimationem consecutus est, postea legatum vel hereditatem petens, exceptione repellitur, approbatur simul & distinguitur *d. l. 3. §. penult.*

II. Regula: Si quis hac actione ideo sit condemnatus, quod dolo malo fecerit, quo minus tabulæ penes se essent; legi Corneliæ testamentariæ præiudicium non fit. *d. l. 3. §. si quis dolo.*

X. ADFINIA REMEDIA.

De ad exhibendum actione & vendicatione si actor tabulas suas esse dicat, proponitur *d. l. 3. §. si ipse testator.* Hactenus de tab. exhibendis.

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS TESTAMENTA: primum de iis quæ sumuntur ex persona testatoris.

CAP. V.

REgulariter quidem ex testamento hæreditas competit, legataque debentur. *Nou. c. 22. §. atque hoc primum. M. I. P. lib. 5. cap. 5. reg. 5. in pr. M. I. R. lib. 4. c. 2. reg. 21.* Verum huius regulæ exceptiones plures sunt, quæ omnes ad tria genera rediguntur. Nam aut quia iniustum est testamentum, exceptio competit: aut quia ruptum est, aut demum quia irritum est factum, quę tria exceptionum genera proponuntur *Instit. quibus modo testamenta infir. §. alio autem modo, in fin. & l. 1. ff. de iniusto, rupto, irrito facto testam.* Primi generis exceptiones sumuntur ex persona testatoris, ex personis testium, ex causa & adiunctis, seu actibus testamentariis, & ex testamenti verbis. Reliquorum generum exceptiones sumuntur ex consequentibus testamenti factionem, quorum omnium generum species ordine persequamur.

I. Exceptio, Nisi iniustum sit testamentum, & contra regulas iuris factum. *Hæc generalis exceptio approbatur l. si quæramus. 4. ff. qui testamentum facere possunt. l. 1. in fine. ff. de petitione hæreditatis. & l. si quis. 8. §. illud quoque. C. de codicillis. M. I. R. d. reg. 21. exc. 1.* Huius exceptionis species sequuntur. Sed eius replicationes vide *inf. c. 15.*

II. Exceptio, Nisi testator testamenti factionem non habuerit, *d. l. 4. & l. si filius familias. 19. in fin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 21. except. 2.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi testator tempore mortis habuerit testamenti factionem: hoc enim casu videtur, quamuis antea non habuerit, nihilominus valere testamentum, verum reprobatur *d. l. 19. & l. 1. §. exigit. ff. de bonorum possess. secundum tabulas.* Secunda: Nisi vtroque tempore, tam testamenti faciendi, quam mortis, testator testamenti factionem habuerit: hoc enim casu, quamuis medio tempore non habuerit, nihilominus valet testamentum, *d. l. 1. §. sed etsi vtroque.* Tertia: Nisi testamenti faciendi tempore testamenti factionem habuerit: tunc enim quamuis eam postea amiserit, nihilominus testamentum valet, *d. l. 1. §. si quis autem.* Hæc de secunda exceptione, eiusque replicationibus sunt dicta: sed & eius species sunt exceptiones proxime sequentes, vbi plures huiusmodi replicationes proponentur.

III. Exceptio: Nisi impubes sit testator. *Inst. quib. non est permissum facere test. §. præterea. l. si filius familias. 19. ff. qui test. facere poss. l. si frater. 4. C. eod. tt. item l. 1. §. exigit. ff. de bonor. poss. secundum tabulas. M. I. R. d. reg. 21. except. 3.* Declaratur exceptio proposita definitione impuberis, *l. qua ætate. 5. ff. qui testam. facere poss.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi vltimo die anni decimiquarti testamentum fecerit, *d. l. 5.* Altera: Nisi testator postea pubes factus, mortuus sit, reprobatur *d. §. præterea. d. l. 19. & d. §. exigit.* Tertia: Nisi miles impubes testetur, reprobatur *l. vlt. C. de test. militis. M. I. R. d. except. 1. replic. 3.* Plures replicationes vide *M. I. R. d. exc. 3.*

IV. Exceptio: Nisi senex sit testator, reprobatur *l. senium. 3. C. qui test. facere possunt.*

V. Exceptio: Nisi valetudinarius fuerit testator, reprobatur *d. l. 3. & l. 2. ff. d. tt.* Plane admittitur, si in aduersa valetudine mente quoque fuerit captus, *l. in aduersa. 17. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio: Nisi testator fuerit furiosus. *Instit. quib. non est permissum facere test. §. præterea. l. 1. §. exigit. ff. de bonor. possess. secundum tabulas. item l. filius familias. 16. ibi, furiosus quoque. ff. qui test. facere poss. M. I. P. d. reg. 5. except. 1. M. I. R. d. reg. 21 except. 4.* Huius replicatio prima videtur esse: Nisi compos mentis decesserit, verum reprobatur *d. §. præterea. & d. §. exigit.* Secunda replicatio est: Nisi furor post factum demum testamentum interuenerit, *l. qui testamento. 20. §. nec furiosus, in fin. ff. qui test. facere poss. Concordat Instit. d. tt. §. furiosi autem, in fine.* Tertia: Nisi dum furor intermisit, testamentum fecit, *d. §. furiosi. M. I. R. d. except. 4. replic. 1.* Huius duplicatio est: Nisi cum cœpto testamento furor interuenisset, illud postea furore intermittente consummauerit; hoc enim non valet, *l. furiosum. 9. C. qui testam. facere possunt.*

VII. Exceptio: Nisi mente captus fuerit testator, *l. 2. & l. in aduersa. 17. ff. qui test. facere poss.*

VIII. Exceptio: Nisi mutus vel surdus fuerit testator. *l. qui in 6. §. fin. ff. qui test. facere possunt. & l. iubemus. 29. §. 1. ibi, si enim taciturn. C. de testamentis. M. I. R. d. reg. 21. except. 5.* Huius replicatio prima est: Nisi tarde audiat, vel tarde loquatur, non omnino nihil; *Instit. quibus non est permiss. §. item surdus.* Secunda: Nisi non à natura, sed ex accidenti surdus & mutus sit, sciatque scribere, & manu sua testamentum scribat. *l. discretis. 10. C. qui test. facere poss.* Tertia; Nisi surdus tantum, non etiam mutus fuerit testator, *d. l. 10. §. fin autem.* Quarta: Nisi mutus tantum, non etiam surdus sua manu testamentum scripserit, hoc enim valet, quamuis natura mutus sit. *d. l. 10. §. fin.* Quinta: Nisi post factum testamentum testator surdus vel mutus sit effectus. *Inst. quibus non est permiss. §. item surdus, in fin. Concordat iisdem verbis l. qui in 6. in fin. ff. qui test. facere*

facere poss. item l. conficiuntur. 8. §. si post. ff. de iure codicill. Huius replicationis duplicatio est: Nisi post cœptum, non etiam absolutum testamentum mutus sit factus, *l. si quis. 25. ff. qui test. facere possunt.* Sexta replicatio est: Nisi mutus & surdus ius testamenti faciendi à Principe impetrauerit, *l. si mutus. 7. ff. d. tt.* Septima: Nisi mutus & surdus miles testamentum fecerit, *Inst. de militari test. §. quinimo. Concordat l. iure. 4. ff. d. tt.*

IX. Exceptio: Nisi cæcus fuerit testator, approbatur simul & distinguitur *Instit. quib. non est permissum. §. cæcus. M. I. R. d. reg. 21. exc. 6.* Huius replicatio est: Nisi secundum constitutionem Imper. Iustini sit testatus, *d. §. cæcus.* Hæc lex seu constitutio habetur *l. consultissima. 8. C. qui testam. facere possunt. M. I. R. d. exc. 6. repl. 1.*

X. Exceptio; Nisi testator manus amiserit, reprobatur *l. qui manus. 10. ff. qui test. facere possunt.*

XI. Exceptio: Nisi eunuchus sit testator, reprobatur *l. eunuchis. 5. C. eod. tt.*

XII. Exceptio: Nisi prodigus, cui bonis interdictum est, testamentum fecerit, approbatur simul & distinguitur *Instit. quibus non est permissum. §. item prodigus. & l. is cui. 18. in princip. ff. qui test. facere possunt. M. I. R. d. reg. 21. except. 7.* vbi etiam distinguitur.

XIII. Exceptio: Nisi publico iudicio seu capitali pœna damnatus testamentum fecerit, *l. eius qui. 8 ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 21. exc. 9.* Huius replicatio prima est: Nisi relegatus tantum sit in insulam. *d. l. 8.* Secunda: Nisi damnati bona non publicentur. *Hæc replicatio elici potest ex verbis d. l. 8.* Ergo contra, si bona eorum non publicantur, apparet eos testamenti factionem non amittere. Quo posito, exceptio proposita hodie videtur mutata & sublata esse: quoniam publicatio bonorum est sublata, *de qua re vide sup. lib. 1. ca. 19.* Tertia replicatio est: Nisi sententia damnationis appellatione sit suspensa *l. qui à latronib. 13. §. fin. ff. qui testam. facere possunt. l. si quis. 6. §. hi autem omnes. ff. d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi appellatio non fuerit recepta. quæ ipso quidem iure subsistit; verum eius triplicatio; Nisi cum eo nomine Principi scriptum esset, Princeps nondum rescripserit, *d. §. hi autem, vers. quid tamen.* Quarta replicatio est: Nisi illicite fuerit damnatus, pœna non sumpta. *d. l. 6. §. quid si quis.* Quinta: Nisi cum de sententia Principi scribendum esset, Princeps sententiam nondum comprobauerit. *d. l. 6. §. eius qui.* Huius duplicatio est: Nisi damnatus ante rescriptũ principis mortem sibi conscriuerit. *d. §. eius qui.* De qua re plura vide *inf. except. prox.* Sexta replicatio est: Nisi ex militari delicto sit damnatus, *d. l. 6. §. irritum. ibi, nisi forte miles fuit. Concordant ea quæ habentur inf. cap. 16. duplic. 3.* vbi etiam vide propositæ replicationis duplicationes. Septima replicatio est: Nisi capite damnatus indulgentia principis sit restitutus, *d. l. 6. §. quatenus, in fi. ff. de iniusto test.*

XIV. Exceptio: Nisi publico iudicio accusatus testator mortuus sit, reprobatur *l. si quis. 9. ff. qui testament. facere poss. M. I. R. d. reg. 21. except. 10.* Plane admittitur, si accusatus sibi ipsi mortem conscriuerit, *l. si quis. 6. § eius qui ibi, nisi mortem. ff. de iniusto testamento. M. I. R. d. except. 10. dist. 1.* Huius exceptionis in casu proposito replicatio est: Nisi non ob conscientiam criminis, sed ex alia causa sibi mortem conscriuit accusatus. *d. l. 6. §. quod si quis. l. 2. C. qui testament. facere possunt. item l. eius, 34. in prin. ff. de militari testam. M. I. R. d. dist. 1. repl. 1.*

XV. Exceptio: Nisi testator ob carmen famosum sit damnatus, *l. is cui. 18. §. fi. ff. qui testamentum facere poss.*

XVI. Exceptio: Nisi testator incestas veritasq; nuptias contraxerit, approbatur simul & distinguitur *l. si quis. 6. C. de incestis & inutilibus nupt.*

XVII. Exceptio: Nisi testator seruus sit, *l. liber. 8. C. de petitione hæreditatis. l. seruus. 4. C. communia de successionibus. l. filius familias. 16. ibi, licet enim. ff. qui test. facere poss. item l. si filius familias. 19. ff. d. tt. M. I. P. lib. 5. c. 5. reg. 5 exc 2.*

XVIII. Exceptio; Nisi testator de statu suo incertus sit, *l. de statu. 15. ff. qui test. facere poss. l. qui testamento. 14. ff. eod. tt. item l. 1. in pr. ff. de leg. 3. M. I. R. d. reg. 21. exc. 24.* Huius replicatio est, Nisi miles sit testator, *l. ex militari. 11. §. pen. ff. de test. militari. l. Aristo. 9. in fi. ff. de iure codill.*

XIX. Exceptio, Nisi testator apud hostes captiuus sit. *Inst. quibus non est permissum. §. fin. & l. eius qui. 8. in prin. ff. qui test. facere poss. M. I. R. d. reg. 21. exc. 23.* Huius replicatio prima videtur esse. Nisi testator ab hostibus redierit. Quæ tamen reprobatur *d. §. fin. & d. l. 8.* Altera, Nisi antequam ad hostes peruenirет, testamentum fecerit, *d. §. fin. l. bona. 3 §. dari. ff. de bonor poss. l. lege Cornelia. 12. ff. qui test. facere poss. l. lex Cornelia. 26. in princ. ff. de vulgari substit. item l. si pater. 9. ff. de iniusto test. M. I. R. d. except. 23. replic. 3.* Tertia; Nisi obsidis loco apud hostes sit, reprobatur *l. obsides. 11. ff. qui testament. facere poss.* Quarta; Nisi à latronibus, non hostibus, captus sit testator, *l. qui à latronib. 13. in prin. ff. d. tt. M. I. R. d. except 23. replic. 2.* Quinta, Nisi non tanquam captiuus, sed in legatione apud hostes versetur *d. l. 13. in pr. M. I. R. d. except. 23. replic. 1.* Sexta, Nisi miles captiuus testetur, reprobatur *l. facere. 10. ff. de militari testam.*

XX. Exceptio: Nisi socius omnium bonorum solus testamentum fecerit, reprobatur *l. 1. C. qui testam. facere possunt.*

XXI. Exceptio: Nisi Imperator vel Augusta testamentum fecerit, reprobatur *l. cum hæredes. 7. in fi. C. eod. tt.*

DE TESTAMENTO FILIIFAMILIAS.

CAP. VI.

XXII. Exceptio; Nisi filiusfamilias testamentum fecerit, *l. qui potestate. 6. in prin. ff. qui testam. facere possunt. l. filiusfam. 16. ibi, licet enim. ff. d. tt. l. senium. 3. §. fin. C. qui test. facere poss. item Instit. quib. non est permissum, in prin. M. I. R. d. reg. 21. except. 25.* Huius replicatio prima: Nisi parens filiusfamilias testamentũ facere permiserit, reprobatur *Inst. d. tt. in prin. Cui concordat l. qui in potestate. 6. in princ. ibi, quamuis pater. ff. qui testam. facere poss. M. I. R. d. except. 25. replic. 1.* Secunda replicatio est, Nisi filiusfamilias miles de castrensi peculio testamentum fecerit. *Instit. d. tt. l. filiusfamilias. 34. in prin. ff. de petit. hæred. l. bona. 3. §. dari. ff. de bonor. possess. M. I. R. d. except. 25. replic. 4.* Huius duplicatio prima, Nisi dimissus à militia filiusfamilias de peculio castrensi sit testatus, reprobatur *Institut. quibus non est permissum, in princip. Concordat l. vlt. §. sed & veterani. C. de inofficioso testam.* Secunda duplicatio est. Nisi ignominiæ causa filius

filiusfamilias miles dimissus sit, *l.testamenta,26.§. fi.ff.de militari testamento.* Tertia: Nisi nondum miles factus filiusfamilias, testatus sit. Hæc duplicatio in solo quidem iure subsistit: verum eius triplicatio est: Nisi confestim cingi militiæ cingulo iussus sit testatus *l.penult.ff.d.tt.* Quarta duplicatio: Nisi filiusfamilias miles captus, apud hostes moriatur, reprobatur *l.filiusfamilias.14.in pr.ff.de castr. peculio. & l.si filiusfamilias.39.ff.de militari testam.* De hac re plura vide *sup.cap.prox.except.19.replic.2.* Quinta. Nisi filiusfamilias testator postea capite minutus fuerit, vel sui iuris factus, reprobatur *l.miles.22.ff. de militari test.l.si quis.6.§.fi.ff.de iniusto test. item Inst. de militari test.§.denique etsi in adrogationem.* Sexta; Nisi hæres scriptus etiam paterna bona petat, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur inf.cap.16.duplic.27.* Hæc de secunda replicatione eiusque duplicationibus sunt dicta. Tertia replicatio est. Nisi filiusfamilias de quasi castrensi peculio sit testatus, *Instit.de militari test.§.fin.l.vlt.C.de inoffic.test.l.vlt.C. qui test. facere poss. item l. bona.3.§. dari.ff.de bonor. possess. M.I.R.d except.25.replic.6.& 9.* Quarta: Nisi de iis rebus, quæ patri non adquiruntur, filiusfamilias testamentum fecerit, reprobatur *l,nemo.11.C.qui testam.facere possunt. l. cum oportet.6.& l.cum non solum.8.§.filiis autem familiarũ. C.de bonis quæ liberis. M.I.R.d.exc.25.repl.8.* Quinta: Nisi filiusfamilias testator postea sui iuris factus decesserit, reprobatur *l.si filiusfamilias.19.ff.qui testam.facere poss.l.1.§.exigit.ibi,sed et si filius.ff. de bonor. possess.secundum tabulas. item Instit.quibus non est permissum.§.præter hos igitur.* Sexta: Nisi filiusfamilias, deportato patre, testamentum fecerit, *l. in quæst. 14.in princip. C.de sententiam passu & restitutis.* Hactenus de testamento filiifamilias, necnon de exceptionibus aliis aduersus testamenta ex persona testatoris desumptis, sit dictum. Sequitur secundum genus exceptionum contra testamenta, earum scilicet quæ sumuntur ex personis testium.

DE TESTIBVS TESTAMENTI.

Cap. VII.

XXIII. Exceptio: Nisi non septem testes testamenti factioni interfuerint, *l.si vnus.12.in pr.C. de testamentis. Institut. de testamentis ordinandis.§. sed quum paulatim.item l.2.C.de bonor. possess. secund. tabulas. M.I.R.d. reg.21.except.26.* Mutatur *M.I.P. lib.5.cap.5.reg.5.exception.5. M.I.R.d. except.26.replic.15.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi morbo contagioso testator laborauerit. *Hæc exceptio tractatur l. casus.8.C.de testamentis.* Secunda: Nisi testamentum coram Principe vel apud acta sit factum, vel principi insinuatum. *l. omnium.19.C.eod.tt.M.I.R.d.except.27.replic.2.* Tertia; Nisi quis prius testamentum mutauerit, hæredibus, qui etiam ab intestato successuri erant, scriptis. In hoc enim posteriore testamento quinque testes sufficiunt, *l.hac consultissima.21.§.penult. ibi: in qua voluntate. C.eod. tt. M.I.R.d. except.26.replic.4.* Quarta: Nisi testator sua manu testamentum scripserit: tunc enim sufficit quinque testes subscripsisse, *l.cum antiquitas.28.§.fin. C.eod.tt. M.I.R.d.except.26.replic.13.* Quinta: Nisi non testamentum factum sit, sed alia vltima voluntas; tunc enim quinque testes sufficiunt, *l.si quis.8.§.fin. C. de codicillis.M.I.R.lib.4.cap.11.reg.40.except.6.* Sexta; Nisi testamentum nuncupatiuum sit, reprobatur *l.hac consultissima.21.§.per nuncupat. C. de testamentis.* Hæc de vicesima tertia exceptione, cum suis replicationibus.

XXIV. Exceptio: Nisi testis testamenti factionem non habuerit. *Instit. de testament. ordin.§. testes autem.l. is cui.18.ibi, merito ergo.ff.qui testam. facere possunt.*

XXV. Exceptio; Nisi testis in testamento adhibitus, testis esse legibus prohibitus sit. *Inst.d.§. testes autem.l.cum lege.26.ff.qui test.facere possunt.*

XXVI. Exceptio, Nisi mulier testis in testamento sit adhibita, *d.§. testes. & l. qui testamento. 20.§. mulier.ff. qui testam.facere possunt. M.I.R. d. reg.21.except.27.*

XXVII. Exceptio: Nisi hermaphroditus testis in testamento sit adhibitus, approbatur simul & distinguitur *l.repetundarum.15.ff.de testibus.M.I.P.d. reg.5.exc.6.*

XXVIII. Exceptio; Nisi impubes testis in testamento adhibitus sit. *Instit. de testam. ordin.§. testes autem.ibi: sed neque.Concordat l.qui testamento.20. in pr.ff.qui test.facere poss.*

XXIX. Exceptio: Nisi seruus testis testamento interuenerit. *Inst.d.vers.sed neque & d.l.20.§.seruus. M.I.R.d.reg.21.except.28.* Huius replicatio est: Nisi testamenti faciendi tempore liber existimabatur. *Instit.de test.ordinan.§.sed cum aliquis. Concordat l.1. C.de testamentis. M.I.R.d.except.28.repl.1.*

XXX. Exceptio: Nisi furiosus testis in testamento interuenerit, *l.qui testamento.20.§. nec furiosus.ff.qui testam.facere possunt.Concordat Instit. de testam. ordin.§. testes.* Huius replicatio est: Nisi eo tempore quo furor intermisit, testis sit adhibitus *d.§.nec furiosus.*

XXXI. Exceptio: Nisi mutus vel surdus in testamento testis interuenerit. *Instit.d.§.testes.*

XXXII. Exceptio: Nisi is testis adhibitus fuit, qui sermonem testatoris non intellexit, reprobatur *l.qui testam.20.§.fi ff.qui test.facere possunt.*

XXXIII. Exceptio: Nisi is cui bonis interdictum est, testis in testamento sit adhibitus. *Inst.de testam. ordinand.§.testes autem.ibi, sed neque.Concordat l.is cui. 18.in pr.ff.qui testam.facere possunt.*

XXXIV. Exceptio: Nisi ob carmen famosum damnatus, testamento testis adhibitus sit. *d.l. 18. §.fi.*

XXXV. Exceptio: Nisi adulterii damnatus, testis adhibitus sit. *l.scio quidem.14.ff.de testibus.*

XXXVI. Exceptio; Nisi repetundarum damnatus testis interuenerit, *l.repetundarum.15.in prin. ff.d.tt.l.qui testamento.20.§.cum qui lege. ff. qui testam. facere possunt.*

XXXVII. Exceptio: Nisi hæres scriptus testis interuenerit, *d.l.20.in pr.Concordat Instit.de test. ord.§. sed neque hæres.M.I.R.d.reg.21.exc.31.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi is qui in potestate hæredis scripti est, vel in cuius potestate hæres est, vel frater hæredis qui in eiusdem est potestate, testis in testamento adhibitus sit. *Instit. d. §. sed neque. Concordat d.l.20.§.quæ autem.M.I.R. d. reg.21. exc.32.*

XXXIX. Exceptio: Nisi legatarius vel fideicommissarius, coniunctaue ei persona, testis in testamento interuenerit, reprobatur, *Instit. d. tt.§. legatariis*

gatariis autem.& d.l.20.in prin.item l.dictantibus.22. C.de testamentis.M.I.R.d.reg.21.except.33.

XL. Exceptio, Nisi tutor in testamento datus, testis testamento sit adhibitus, reprobatur *d.l.20. in princip.*

XLI. Exceptio: Nisi is qui est in potestate testatoris, testamento testis sit adhibitus. *d.l.20. in pr.ibi: si in potestate sit testatoris.Concordat Instit.de test. ordin.§.in testib.M.I.R.d.except.32.*

XLII. Exceptio: Nisi is quem testator ab hostibus redemit, testis sit adhibitus. *d.l.20.§.1.*

XLIII. Exceptio: Nisi pater vel frater testatoris testis sit adhibitus. *Instit. de test. ordin.§. sed si filiusfamil.M.I.R.d.reg.21.except.34.* Huius replicatio est: Nisi ante missionem filiusfamilias miles de castrensi peculio testamentum fecerit. *elicitur ex d.§. sed si filiusfamilias. Concordat l. qui testamento. 20.§.per contrarium.ff. qui testa. facere possunt. M.I.R. d.except.34.replic.1.*

XLIV. Exceptio: Nisi is qui tabulas testamenti scripsit, testis quoque in eodem testamento adhibitus sit. reprobatur *l.Domitius.27.ff. qui testamen.facere possunt.*

XLV. Exceptio: Nisi plures testes ex eadem domo testamento adhibiti sint. reprobatur *Inst.de testam.ordin.Concordat l. ad testium. 22.in prin. ff. qui testam. facere possunt.*

XLVI. Exceptio, Nisi testis testamento adhibitus non fuerit ad id vocatus, sed casu interuenerit. approbatur simul & distinguitur *l. hæredes. 21.§.in testamentis.ff.d. tt. M.I.R. d. reg.21. except.36.* Huius replicatio prima est: Nisi casu interuenienti testi indicetur, ad testamentum se testem adhiberi. *d.§.in testamentis.vers.quod sic.* Altera: Nisi ad testamentum scribendum sit vocatus: tunc enim quamuis non vt testis rogatus sit, testis tamen esse potest. *l. Domitius.27.ff.eod.tt.*

XLVII. Exceptio, Nisi testis inuitus detentus sit. *l.qui testamento.20.§.fin ff.qui test. facere poss.*

XLVIII. Exceptio: Nisi testis non fuerit præsens. *l.si non.9.C.de testamentis.& l.si vnus 12.in pr. C.eod.tt.*

XLIX. Exceptio, Nisi testis non ab initio vsque ad finem testationis perseuerauerit. *l. qui testamento 20.§.ffn.ff.qui testam.facere possunt.* Huius replicatio prima est: Nisi morbus contagiosus testatorem inuaserit. *l casus.7.C.de testamentis.* Secunda: Nisi alio tempore testamentum dictatum & scriptum sit: tunc enim sufficit testes eo tempore adesse, quo audiant hoc esse testamentum, eique subscribant, signaculaque sua imponant. *l.hac consultissima.21.§.in omnib.C.eod.tt.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS TEstamenta, sumptis ex causa & adiunctis seu actibus testamentariis, nec non ex testamenti verbis.

Cap. VIII.

HActenus de altero quoque exceptionum genere, sumptarum scilicet ex personis testium. Sequitur tertium genus exceptionum, ex causa & adiunctis seu actibus testamentariis sumptum, nec non ex testamenti verbis.

L. Exceptio: Nisi testator coactus testamentum fecerit. *l.1.C.si quis aliquem testari. M.I.R. lib.3. cap.10.regul.7. & libro 4.cap.2. reg.21. exception.42.* Huius replicatio esse videtur: Nisi testator non ab hærede, sed ab alio quodam coactus, testamentum fecerit. sed reprobatur *d.l.1.* Huic exceptioni adfinis est illa: Nisi testator testamentum facere vel mutare prohibitus sit. *de qua vide infr. c. 19.except.35.*

LI. Exceptio Nisi hæres scriptus blando sermone testatori, vt testamentum faceret persuaserit, reprobatur *l.iudicium.3.C.d.tt.l.virum.3.ff.d.tt. item l.captatorias.68.ff.de hæred. instituendis. M.I. R. d. reg.11.except.41.*

LII. Exceptio: Nisi non continuo actu testamentum factum sit, sed alieno actu interueniente. *l.hæredes.21.§.fin ff.qui testam.facere possunt.item Institut. de testam.ordin.§.sed quum paulatim.* Huius replicatio prima est: Nisi actus interueniens ad testamentum pertineat. *d.§.fin.* Secunda: Nisi alienus actus necessitate naturali interuenerit. *l. cum antiquitas.28.in prin.C.de testamentis.* Tertia: Nisi alio tempore testamentum dictatum atque scriptum sit. hoc enim casu alio tempore testes licet vocare, & coram iis testamentum proponere, subscriptionesque & signacula eorum exigere. *l.hac consultissima.21.§.in omnibus.C.eod.tt.* Quarta: Nisi testamentum sit nuncupatiuum. reprobatur *d.l.21.§.per nuncupat.*

LIII. Exceptio, Nisi hæres non sit palam nuncupatus. *l.hæredes. 21.in prin.ff. qui testam. facere poss.& l.iubemus.29.C. de testamentis. M.I.R. d.reg.21. except.43.* Huius replicatio prima est: Nisi testator hæredis nomen sua manu scripserit: tunc enim non est opus nuncupatione. *d.l.29.& d.l.21.in prin.* Altera replicatio est: Nisi testator clausum testamentum testibus proponat. *l. hac consultissima 21.in prin.C. de testamentis. Concordat Instit. de pupillari substit.§.fin autem quis M.I.R. d.except.43.repl. 1.* Cuius duplicatio prima est: Nisi testator coram testibus non palam dixerit, hoc suum esse testamentum. Altera: Nisi testator nõ sua manu testamento subscripserit. *Hæ duæ duplicationes approbantur d.l.21.in prin.versic.dum tamen.* Huius posterioris duplicationis triplicatio prima est: Nisi testatore scribere non valente, octauus aliquis pro eo subscripserit. *d.l.21.in prin.vers. quod si literas.* Altera: Nisi testator sua manu testamentum scripserit. *l.cum antiquitas.28.§. cum autem. C. de testamentis.*

LIV. Exceptio, Nisi error interuenerit. *l.quoties.9.in prin.ff.de hæred.instit. & l.si pater.4.C.dict.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi non in corpore, sed in nomine sit erratum. *l.si ita.8.§. sed & cum.ff. de bonor.possess.secund. tabulas. Instit. de legatis.§. si quidem in nomine.item l.si in 4.C.de testamentis.* Cuius duplicatio est, Nisi in suo nomine testator errasse dicatur. *l.cum in 14.C.de hæred. instit.* Hæc de prima replicatione, de qua plura vide *infr. except. prox.* Altera replicatio est. Nisi in parte institutionis sit erratum. *l.quoties.9.§.1. ff. de hæred.instit.l.errore.7.C. de testamentis.* Tertia: Nisi error circa conditionem institutionis interuenerit. approbatur simul & distinguitur *d.l.9. §.tantundem.* Huius duplicatio est, Nisi conditio per errorem non addita, sed omissa vel mutata sit. *d.§.tantundem.& §. idem tractat.* Quarta replicatio est, Nisi error in eo sit commissus, quod putauerit testator,

eum qui iam natus est, adhuc in vtero esse. *l. Titius. 25. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis.* Quinta: Nisi error in eo sit commissus, quod cum vnum hæredem instituere vellet, duos instituit. *d. l. 9. §. sed si cum.* Sexta: Nisi non testator, sed is qui testamentum scripsit, errorem commisit, reprobatur *d. l. 9. in princ. ibi: hoc siue ipse scripsit.* Plane approbari videtur *l. errore. 7. C. de testamentis. item l. ambiguitates. 24. C. d. tt.* Plura de exceptione proposita vide *infr. cap. 10. except. 109.*

LV. Exceptio, Nisi falsa demonstratio facta sit, reprobatur *l. his verbis. 46. §. fin. ff. de hæredib. instit. l. neque 5. C. de testamentis. l. 1. C. de necessariis hæredibus. l. nemo. 56. in fin. ff. de hæred. instit. item l. non ideo. 5. C. de hæred. instit.*

LVI. Exceptio, Nisi hæres proprio nomine nuncupatus vel scriptus non sit. *l. vt scriptus. 12. in prin. ff. de bonor. possess. secundum tabulas.* Huius replicatio est: Nisi signo indubitabili hæres demonstratus sit. *l. quoties. 9. §. si quis nomen. ff. de hæred. instit. l. nemo. 56. in prin. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi contumelioso nomine hæres sit nuncupatus. *d. §. si quis nomen.* Huius proponitur triplicatio *l. his verbis. 46. §. 1. ff. eod. tt.*

LVII. Exceptio, sumpta ex verbis testamenti, reprobatur *l. quoniam. 15. C. de testamentis. l. hac consultissima. 21. §. fin. C. d. tt. item l. his verbis, 46. in pr. ff. de hæred. instit.*

LVIII. Exceptio, Nisi tribus vel quinq; tantum verbis testamentum sit factum. reprobatur *l. 1. §. qui neque. ff. eod. tt.*

LIX. Exceptio: Nisi oratio non sit perfecta. reprobatur *d. l. 1. §. si ex fundo, vsq; ad finem legis. Concordat l. errore. 7. C. de testamentis. M. I. R. dict. reg. 21. except. 44.*

LX. Exceptio, Nisi eadem res diuersis nominibus sit appellata. reprobatur *l. testamentum. 17. C. d. tt.*

LXI. Exceptio, Nisi dubia & ambigua testatoris oratio fuerit. *l. in tempus. 60. §. quoties. ff. de hæredibus instit. l. Quintus 73. §. quæ in testamento. ff. de regulis iuris.* Huius replicatio prima est: Nisi aliis apertissimis probationibus voluntas testatoris constet. *d. §. quoties.* Altera: Nisi ambiguitas non testatoris, sed testamentum scribentis vitio contigerit. *l. ambiguitates. 23. C. de testamentis.*

LXII. Exceptio, Nisi pugnantia in testamento dicta vel scripta sint. *l. vbi pugnantia. 148. ff. de regul. iuris.*

DE SCRIBENDO TESTAMENTO, de subscriptionibus, & de signaculis imponendis.

CAP. IX.

ACtus testamentarii sunt, nuncupare coram testibus vltimã suam voluntatem, eamque scribere, & scripto testamento subscribere, signacula imponere. Sed & actus testamentarii sunt, hæredum institutio, substitutio, exhæredatio, præteritio, &c. ex quibus singulis variæ exceptiones contra testamenta sumuntur. De nuncupatione autem vltimæ voluntatis, & exceptionibus quæ inde sumuntur, dictum *supra cap. prox.* Nunc de iis exceptionibus, quæ nascuntur ex scriptura testamenti, necnõ occasione subscriptionis & signaculorum, in hoc Capite est dicendum. *M. I. R. d. reg. 21. except. 49.*

LXIII. Exceptio, Nisi testamentum scriptũ non sit: reprobatur *l. 1. §. 1. ff. de hæred. instit.* Plura de hac re vide *infr. eod. cap. in fin. replic. generali.*

LXIV. Exceptio, Nisi seruus testamentum scripserit. reprobatur *l. seruus. 28. ff. qui testam. facere possunt.*

LXV. Exceptio: Nisi nomen hæredis per manum testatoris scriptum non sit. *Instit. de testam. ordin. §. sed his omnib. & l. iubemus. 29. C. de testamentis.* Huius replicatio est: Nisi testator ipse scribere non possit, vel imperitia vel morbo impeditus. *d. l. 29. & l. nostram. 30. in fine. C. eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi testes hoc casu nõ subscripserint sua manu hæredis nomen. *d. l. 29. §. sed ne aliqua. & d. l. 30. in fin.* Plane exceptio proposita mutata ac reprobata est iure nouissimo, *Nouell. c. 119. §. quia vero ante.*

LXVI. Exceptio, Nisi quis sibi aliquid in testamento adscripserit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur supr. lib. 1. cap. 29. quæst. 1. causa 14.*

LXVII. Exceptio, sumpta ex materia in qua testamentum scriptum est, reprobatur *Instit. de testam. ordin. §. nihil autem. l. 1. in prin. ff. de bonorum possess. secundum tabulas. l. chartæ. 4. ff. eod. tt. item l. quoniam. 14. §. fin. C. de testamentis.*

LXVIII. Exceptio, Nisi in pluribus codicillis testamentum scribatur. reprobatur *Instit. de test. ord. §. sed & vnum. l. vnum 24. ff. qui testam. facere possunt. it em l. 1. §. sed etsi in duobus. ff. de bonorum possess. secundum tabulas.*

LXIX. Exceptio: Nisi præpostero ordine testamentum sit scriptum. *l. 1. in prin. ff. de hæredib. instit. l. 2. §. prius autem. ff. de vulgari substit.* Huius replicatio prima est: Nisi pater filio substituens, postea filium hæredem instituerit. *d. l. 2. §. si quis ita.* Secunda: Nisi substitutione prius facta, postea sequatur institutio. *Hæc replicatio generalis præcedent sub se comprehendens, approbatur l. si ita. 28. ff. de hæredib. instit.* Tertia: Nisi exhæredatio ante hæredis institutionem scribatur. *l. 1. in prin. ff. de hæred instit. l. posthumi. 3. in prin. ibi: vnde & ante. ff. de iniusto testam.* Quarta: Nisi non testatoris, sed alterius testamentum scribentis vitio præpostere scriptum sit. *l. ambiguitates. 24. C. de testamentis.* Plane exceptio proposita mutatur ac reprobatur iure nouo *l. præposteri. 25. C. d. tt. Concordat Instit. de legatis §. ante hæredis. M. I. R. d. reg. 21. except. 50.*

LXX. Exceptio, Nisi notis, non literis, testamentum sit scriptum, *l. sed cum 6. §. fin. ff. de bon. possess.*

LXXI. Exceptio, Nisi aliquid sine iussu testatoris scriptum sit in testamento. *l. 2. §. si consulto. ibi: quemadm. nec. ff. de bonor. possess. secundum tabulas. l. si vnus. 12. in fin. C. de testamentis.*

LXXII. Exceptio: Nisi aliquid suprascriptum sit, vel adscriptum. *l. hæredes. 21. §. si quid post. ff. qui test. facere possunt.* Huius replicatio prima est: Nisi eadem solennitate, qua testamentum factum est, postea etiam sit adscriptum. *elicitur ex d. §. si quid.* Secunda, Nisi nihil de voluntate testatoris mutatum vel additum sit, sed obscurius per id quod adscriptum est, sit declaratum, vel error commissus emendatus. *d. §. si quid. vers. quod vero.*

LXXIII. Ex-

LXXIII. Exceptio: Nisi aliquid in testamento interletum vel inductum aut cancellatum sit: hoc enim non debetur. *l. 2. §. si consulto. ff. de bonorum possess. secundum tabulas. l. si ita. 8. §. is autem. ff. eod. tt. item l. cum quidam. 12. ibi: quod diuus. ff. de his quæ vt indignis. M. I. R. lib. 4. cap. 4. except. 16. replic. 1. duplic. 6. triplic. 1. quadruplic. 2.* Declaratur vocabulum Inductum. *l. 1. §. sed volentib. ff. de his quæ in test. delentur.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi id quod deletum est, adhuc legi possit. reprobatur *dict. §. is autem. Concordat l. 1. §. fin. ff. de his quæ in testam. delentur.* Secunda: Nisi inconsulto sint deleta. *l. 1. in prin. & §. quod igitur. ff. de his quæ in testam. delentur.* Cuius duplicatio est: Nisi id quod deletum est, legi amplius non possit. *d. §. quod igitur. l. vnica ff. si tabulæ testamenti extabunt. l. 1. §. sufficit. ff. de his quæ in testam delentur.* Huius triplicatio prima est: Nisi post consummationem testamenti inconsulto sint deleta: tunc enim, quamuis non legantur, nihilominus valent. *d. l. 1. §. sed si legi, l. vnica. ibi: quamuis si post. ff. si tabulæ testam. extabunt.* Altera: Nisi extrinsecus intelligantur inconsulto deleta. reprobatur *dict. l. 1. §. legi autem.* Hæc de prima duplicatione. Secunda duplicatio est: Nisi nouissime in testamento posita sint hæc verba: Lituras, inductiones, superductiones ipse feci. reprobatur *d. l. 1 §. & ideo.* Hæc de secunda replicatione, eiusque duplicationibus sint dicta. Tertia replicatio est: Nisi alius, non testator, induxerit vel deleuerit sine eius voluntate. *l. 1. §. 1. & §. & siquidem. ff de his quæ in testam. delentur. item l. si vnus. 12. C. de testamentis.* Quarta: Nisi codicilli testamento confirmati sint deleti. reprobatur *l. 1. §. fin. ff de his quæ in testam. delentur.* Quinta est, Quod ea quæ deleta in testamento non sunt, nihilominus valeant, nec ob id testamentum iniustum aut irritum sit effectum. *l. proxime. 3. in prin. & §. sententia. ff. de his quæ in testam. delentur. item l. 2. in princ. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi testator toto testamento deleto, posteaque signato, dixerit, se id ob vnius personam deleuisse; hoc enim casu nihilominus aliis relicta, quamuis deleta, debentur. *d. l. 2.* Huius duplicatio est. Nisi testator ob vnius personam omnibus aliis relicta voluerit ademptam. *d. l. 2. ibi: quod si putauerit.* Septima replicatio est: Nisi nomen serui, cui libertas relicta est, sit inductum, *l. proxime. 3. §. fin. ff. de his quæ in testam. delentur.* Octaua: Nisi testamento in pluribus tabulis conscripto, quædam tabulæ, non omnes sint deletæ. *l. plurib. 4. ff. d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi contraria testatoris voluntas possit probari. *d. l. 4.* Nona replicatio est: Nisi hæres, cuius nomen inductum est, nec cohæredem habeat, nec substitutum: hoc enim casu inductio & ademptio hæreditatis non valet. *quæ elici videtur ex l. 1. §. & cum hæred. ff d. tt.* vbi ait Iurisconsultus: Cum hæreditatis portio ademptaest, vel tota hæreditas (si forte sit substitutus.) Ex his verbis è contrario licet colligere replicationem propositam, quod si hæreditas ei qui nec cohæredem nec substitutum habet, sit ademptaa, nullo alio testamento perfecto, sed vel codicillis vel nominis inductione: ademptio hæc nõ valeat, cui interpretationi accedunt verba ibidem sequentia hęc: Quoniam hæreditas semel data, adimi facile nõ potest. *Concordat item l. 2. ibi: sed si instituti nomen induxit, & substituti reliquit, &c. ff. eod. tt.* Sed contradicit *l. proxime. 3. in prin. & §. sententia. ff. eod tt.* Decima replicatio est: Nisi testator suprascripsit, inconsulto induxisse se. *l. 1. §. & ideo. ibi; proinde etsi. ff. d. tt.* Hæc de 73. exceptione.

LXXIV. Exceptio: Nisi testamentum à testibus non sit subscriptum. *Inst. de testam. ordinand. §. sed quum paulatim ibi: & subscriptione testium. Concordat l. ad testium. 22. §. si quis ex testibus. ff. qui testam. facere possunt. l. singulos. 30. ff. eod. tt. item l. hac consultissima. 21. in princ. & §. in omnibus, in fin. C. de testam.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi quidã testium subscripserint, quidam non. Sed reprobatur *d. l. 22. §. si quis ex testib. ff. qui test. facere possunt.* Plane admittitur, si testamentum sua manu testator scripserit: tunc enim sufficit, quinque testes subscripsisse. *l. cum antiquitas. 28. §. fin. C. de testamentis.* Secunda: Nisi testis qui non subscripsit, signauerit saltem. reprobatur *dict. §. si quis ex testibus.*

LXXV. Exceptio: Nisi testator sua manu testamento non subscripserit. *Instit. de testamen. ordinan. §. sed quum paulatim. ibi: subscriptiones autem testatoris. Concordat l. hac consultissima. 21. in princ. ibi: eique ipse coram. C. de testamen.* Huius replicatio prima est: Nisi testator ipse sua manu testamentum scripserit, *l. cum antiquitas. 28. §. cum autem. C. d. tt.* Altera: Nisi testator scribere non potuit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit: verum eius duplicatio est: Nisi octauus testis adhibitus pro eo subscripserit. *d. l. 21. in prin.*

LXXVI. Exceptio, Nisi signacula testamento non sint imposita. *Institut. de testam. ordin. §. sed quum paulatim. ibi: signacula. l. bonorum. 3. ff. si tabulæ testam. nullæ extabunt. l. 2. in prin. C. de bonor. possess. secundum tabulas. l. si vnus. 12. in prin. C. de testam. item l. hac consultissima. 21. §. in omnibus, in fin. C. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi testamentum sit nuncupatiuum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur paulo infr. replicat. generali.* Altera, Nisi quidam testium, non omnes signauerint, ipso quidem iure reprobatur, admitti tamen videtur, si testes qui non signauerunt, subscripserint. verum & hæc distinctio reprobatur *l. ad testium. 22. §. si quis ex ff. qui testam. facere possunt.*

LXXVII. Exceptio, Nisi testis non suo, sed alieno annulo signauerit. reprobatur *Institut. de testament. ordin. §. possunt, in fin. Concordat dict. l. 22. §. si ab ipso.*

LXXVIII. Exceptio, Nisi omnes testes vno annulo signauerint. reprobatur *Institut. dict. §. possunt.*

LXXIX. Exceptio, Nisi non annulo, sed alio quodam impresso testamentum sit signatum. *l. ad testium. 22. §. signum ff. qui testam. facere possunt.*

LXXX. Exceptio, Nisi nocte signatum sit testamentum. reprobatur *d. l. 22. §. penult.*

LXXXI. Exceptio, Nisi non tabulis, sed linteo quo tabulæ inuolutæ sunt, signum sit impressum. reprobatur *d. l. 22. §. fin.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis, & de testamento nuncupatiuo.

Hactenus de exceptionibus sumptis ex scriptura testamenti, subscriptionibus atq; signaculis, quarum exceptionũ replicatio generalis est: Nisi

Nisi testamentum sine scriptis sit factum, seu nuncupatiuum. *quæ approbatur Instit. de testam. ordin. §. fin. Concordat l. 2. C. de bonorum possess. secundum tabulas. item l. in testamentis. 26. C. de testamentis.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi cæcus testamentum fecerit. *l. hac consultissima. 8. C. qui testam. facere poss.* Altera, Nisi testator coram testibus non dixerit, se sine scriptis testari velle. *l. hac consultissima. 21. §. per nuncupationem, in fin. C. de testamentis.* Plane duplicatio hæc iure nouo mutatur, ac reprobatur *l. in testamentis. 26. C. eod. tt.* Tertia duplicatio est, Nisi alius defectus, præter testamenti scripturam, subscriptiones & signacula testium, interuenerit: hoc enim casu absque dubio æque nuncupatiuum ac in scriptis testamentum factum vltiatur. vtputa: Si quid ambiguũ dictũ sit, vel pugnantia, vel legitimus testium numerus defuerit, &c. de quibus exceptionibus, aliisq; similibus dictum *supr. cap. proxim.* item dicitur *infr. cap. seqq.* Nunc ad exceptiones, quæ ex hæredum institutione sumuntur, nobis est transeundum.

DE INSTITVTIONE HÆREDUM.

CAP. X.

LXXXII. Exceptio: Nisi hæres testamento institutus non sit *l. proxime. 3. §. sententia. ibi: Calphurnius. ff. de his quæ in testam. delentur. l. 1. §. fin. ff. de vulgari substit. Instit. de legatis. §. ante hæredis. item l. vlt. ff. de iure codicill. M. I. R. d ct. regul. 21. except. 56.* *Vide item supra eod. lib. cap. 2. quæst. 5.* Nunc exceptiones sumptæ ex persona hæredis instituti sunt proponendæ.

LXXXIII. Exceptio: Nisi is cum quo testamenti factio non est, hæres sit institutus. *Institut. de hæred. qual. & differ. §. in extraneis. Concordat iisdem verbis l. si alienum. 47. §. in extraneis. ff. de hæred. instit.* Declaratur exceptio proposita distinctione testamenti factionis, *Institut. d. tt. de hæred. qual. §. testamenti. l. filiusfamilias. 16. ff. qui testam. facere poss.* Exempla propositæ exceptionis proponuntur *l. si quis. 25. §. si quis plane. ff. de adquir. hæred.* Sunt insuper exempla suspecies propositæ exceptionis exceptiones proxime sequentes. Plane replicatio prima est: Nisi testamenti facti tempore, item mortis testatoris, & aditæ hæreditatis, cum hærede instituto fuerit testamenti factio. hoc enim casu, quamuis medio tempore testamenti factionem non habuerit, tamen exceptio proposita non obstat. *Instit. dict. §. in extraneis. Concordat iisdem verbis d. l. 47. in fin. l. sed & si. 6. §. solemus. ff. de hæred. institut. item l. si liber homo. 57. §. si hæres. ff. eod. tt.* Secunda replicatio est, Nisi is, cum quo testamenti factio non est, in tempus capiendæ hæreditatis sit institutus. *l. in tempus. 60. in prin. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi is qui solidum capere non potest, ab eo qui soluendo non est, hæres sit institutus. *l. si quis. 70. ff. dict. tt.* Quarta, Nisi is qui solidum à testatore capere non potest, ab eo pupillariter filio substitutus sit. *l. si is. 6 ff. de vulgari substit.* Quinta: Nisi filio substitutus, tempore mortis filii capere possit. *l. si is. 9 ff dict. tt.* Sexta: Nisi miles eum, cum quo testamenti factio non est, hæredem instituerit. *l. idem est. 13. §. deportati. ff. de militari testam. l. ex testamento. 5. C. eod. tt. item l. milites. 15. ibi: nec vxorum. C. eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi lex specialiter id prohibuerit. *dict. l. 5. in fin.* Cuius primum exemplum est in seruo pœna affecto à milite hærede instituto. *quod proponitur d. §. deportati.* Alterum est in hæreticis. *quod proponitur l. vlt. C. de hæreticis.*

LXXXIV. Exceptio: Nisi deportatus hæres sit institutus. Hæc exceptio species seu exemplum est superioris proximæ, approbaturque *l. 1. C. de hæred. instit.*

LXXXV. Exceptio. Nisi filius naturalis, vel spurius, hæres sit institutus. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur supr. lib. 4. cap. 14. q. 4. reg. 1. M. I. R. dict. reg. 21. except. 58.* Plane notanda hic & alia replicatio ibi omissa, hæc scilicet: Nisi filius spurius vel naturalis non à patre, sed à matre hæres sit institutus: hoc enim casu valet institutio. *approbatur argumento l. si suspecta. 29. §. 1. ff. de inoffic. testam. item argumento Instit. de Senatusconf. Orficiano. §. nouissime.* Huius duplicatio est: Nisi mater sit illustris. *l. si qua 5. C. ad Senatusconf. Orficianum.* Cuius triplicatio prima est, Nisi mater illustris legitimos liberos non habeat. *d. l. 5.* Altera: Nisi ex concubinatu legitimo liberi naturales sint. *d. l. 5. vers. fin autem.*

LXXXVI. Exceptio, Nisi coniunx coniugem, cum quo quaue matrimonium esse non potest, hæredem instituerit. approbatur simul & distinguitur *infr. lib. 12. de legatis. cap. 3. except. 20.*

LXXXVII. Exceptio, Nisi posthumus hæres sit institutus. reprobatur *l. placet. 4. ff. de liberis & posthumis. l. verum est. 3. ff. de bonor. possess. secund. tabulas. Instit. de hæred. qualitate. §. testamenti. ibi: & ideo. item l. filiusfamilias. 16. ff. qui testam. facere possint.* Plane admitti videtur primum, si is qui nondum vxorem duxit, posthumum hæredem instituat. Sed reprobatur *d. l. 4. & l. posthumum 27. ff. d. tt. de liberis.* Deinde, si is qui generare facile non potest, vel spado, posthumum hæredem instituat. Sed & hæc distinctio reprobatur *l. sed est. 6. ff. de liberis & posthumis.* Tertia admittitur, si castratus posthumum hæredem instituat. *d. l. 6. §. sed si castratus.* Quarto admitti videtur, si hermaphroditus posthumum instituerit. Sed reprobatur *d. l. 6. §. fin.* vbi ait Iurisconsultus: Si in eo virilia præualebunt. Ex his verbis elicitur quinta distinctio hæc, Si mulier posthumum instituerit. Nam hoc casu quia non nisi ex viua muliere partus edi potest, posthumi institutio videtur inutilis, quasi post mortem matris nascendi, quod est contra rerum naturam: quanquam interdũ exacto ventre mulieris mortuæ, partus edatur. Sexto admitti videtur, si is qui per ætatem aut valetudinem posthumum habere non potest, posthumum hæredem instituerit. Sed reprobatur *l. si quis. 9. in prin. ff de liberis & posthum.* Septimo admittitur exceptio proposita, si quis ex ea quæ alii nupta est, posthumũ hæredem instituat. *quæ distinctio approbatur d. l. 9. §. 1.* Octauo admittitur exceptio proposita, si quis ex ea quam vxorem iure habere non potest, posthumũ hæredẽ instituerit. *d. l. 9. §. fin* Huius distinctionis replicatio est: Nisi ex ea quam aliquando vxorem habere iure possit, posthumũ hæredem instituerit: tunc enim quamuis testamenti facti tempore eam iure habere non possit, tamen valet institutio. *l. filius. 28. §. si quis eo. ff. de liberis & posthumis. l. si quis. 9. §. fin. ff. eod. tt.* Hæc de octaua distin

distinctione eiusq; replicatione sunt dicta. Nono admittitur exceptio proposita, si quis posthumum alienum hæredem instituat. quæ distinctio approbatur quidem iure antiquo, reprobatur vero iure nouo, *Instit. de bonorum possessionibus, in princip. ibi: nam si alienus. Concordat Institut. de legatis. §. posthumo quoque, in fin. item l. penult. ff. de leg. 1.* Declaratur distinctio proposita definitione posthumi alieni, *Institut. de legatis. §. posthumo.* Plane propositæ distinctionis, iure antiquo approbatæ, replicationes vide *infr. cap. 18. except. 1. repl. 2. duplicat. 4.*

LXXXVIII. Exceptio, Nisi is qui testamentum facere non potest, hæres sit institutus. reprobatur *Instit. de hæred. qualit. & differ. §. testamenti. l. filiusfamilias. 16. ff. qui test. facere possunt. & l. 1. §. mutuo. ff. de hæred. instit. M. I. R. d. reg. 21. except. 6.*

LXXXIX. Exceptio: Nisi is qui apud hostes est, hæres sit institutus. reprobatur *l. illa. 32. §. is qui ff. d. tt. & l. qui ex 11. §. filius. ff. de bonorum possess. secundum tabulas.*

XC. Exceptio, Nisi extraneus, & testatori ignotus, hæres sit institutus. reprobatur *Inst. de hæred. instit. §. fin. item l. extraneum. 11. C. eod. tt.*

XCI. Exceptio: Nisi incertus hæres sit institutus. *l. quoties. 9. §. si quis nomen, in fin. ff. de hæred. instit. M. I. R. d. reg. 21. except. 63.* Huius replicatio prima est: Nisi ex certis vnus incertus hæres sit institutus. *d. leg. 9. §. si quis tamen. Concordat l. Titius. 24. ff. eod. tt.* Altera, Nisi duo certi alternatiue, puta ille aut ille, hæredes sint instituti. *l. cum quidam. 4. C de verbor. signific.* Tertia: Nisi ita, Quem codicillis hæredem scripsero: hæres sit institutus. *l. asse toto. 75. ff. de hæred. instit. M. I. R. d. reg. 21. except. 43. replic. 3. & except. 63. replic. 1.* Quarta: Nisi generaliter captiuos vel pauperes hæredes instituit. *l. si quis. 37. C. de episc. & clericis. Concordat Nouell c. 131. §. sed & si quis. cum sequentibus. M. I. R. dict. except. 63. replic. 3.* Quinta replicatio est, Nisi generaliter, quidquid liberorum sibi natum erit, hæredes instituat. *l. Gallus. 29. §. melius ergo est. ff. de liberis & posthumis.*

XCII. Exceptio: Nisi is hæres institutus sit, quem Titius voluerit *l. illa. 32. in princ. ff. de hæred. instit. M. I. R. d. reg. 21. except. 64.* Plura de hac re vide *infr. lib. 12. de legatis, except. 80.*

XCIII. Exceptio: Nisi collegium vel ciuitas hæres sit instituta. reprobatur *l. hæreditatis. 12. C. de hæredibus instit.*

XCIV. Exceptio: Nisi collegium illegitimum hæres instituatur. *l. collegium. 8. C. d. tt.*

XCV. Exceptio: Nisi plures hæredes instituti sint. reprobatur *Instit. de hæredib. instit. §. & vnum hominem.*

XCVI. Exceptio, Nisi in duobus testamentis simul signatis, diuersi hæredes sint scripti. reprobatur *l. 1. §. si quis in duobus. ibi: sed etsi in. ff. de bonor. possess. secundum tabulas. Vide item de hac exceptione infr. cap. 19. except. 33. replic. 10.*

XCVII. Exceptio: Nisi antea exhæredatum hæredem instituerit. reprobatur *l. si filium. 21. ff. de liberis & posthumis.*

XCVIII. Exceptio, Nisi Imperator, vel alius in dignitate positus, hæres sit scriptus. reprobatur *l. non dubium 16. in princ. C. de testamentis.*

XCIX. Exceptio, Nisi seruum proprium quis hæredem instituerit. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur, *Instit. de hæred. instit. in princ.* Huius replicatio prima est: Nisi cum libertate seruum proprium quis hæredem instituerit. *Instit. dict. tt. in princ.* Cuius duplicatio prima est: Nisi hæreditas pure, libertas sub conditione seruo sit relicta, conditioque defecerit, vel nondum extiterit. *l. seruus. 3. §. 1. & l. qui filio. 38. §. si quis seruum ibi: quod si post. ff. eod. tt.* Huius triplicatio prima est, Nisi viuo testatore seruus liber sit factus. *l. si seruus. 7. in princ. ff. eod. tt.* Secunda, Nisi codicillis postea pure libertas sit data *l. qui filio. 38. §. 1. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi conditio sit causalis, non potestatiua. *l. vlt. C. de necessariis hæred.* Secunda duplicatio: Nisi in diem seruo libertas sit relicta, hæreditas pure reprobatur *l. quoties. 9. §. si seruus. ff. de hæred. instit.* Tertia: Nisi libertas pure, hæreditas sub conditione sit relicta. reprobatur *l. Trebatius. 21. in fin. cum lege sequente. ff. eod. tt.* Quarta, Nisi libertas serui legibus impediatur. *l. si non 81. in princ. ff. d. tt.* Quinta, Nisi libertas postea seruo sit adempta, reprobatur *l. si ita. 13. §. regula. ff. de lib. & posthumis. Concordat l. sed etsi 6. §. fin. ff. de hær. inst.* Sexta Nisi seruus postea à testatore fuerit alienatus. reprobatur *l. quoties. 9. §. seruus. & l. si seruus. 7. in fin. ff. eod. tt.* Plura de hoc casu vide *infr. de repudianda hæreditate. reg. 2. except. 1. replic. 5.* Septima duplicatio, Nisi ita seruus sit institutus: Quisquis mihi hæres erit, Stichus liber & hæres esto. reprobatur *l. Trebatius. 21. in princ. ff. de hæred. instit.* Octaua, Nisi hæredi instituto libertas in codicillis sit adscripta. reprobatur *l. quidam. 5. §. sed cum veteres. C. de necessariis hæred.* Nona, Nisi seruus adulteri à domino adultera heres instituatur. *De hac duplicatione vide infr. ead. except. distinct. 5.* Hæc de prima replicatione, eiusque duplicationibus sint dicta, de qua plura vide *infr. de repudianda hæreditate, reg. 2. except. 1.* Altera propositæ exceptionis replicatio hæc est, Nisi seruus hæres sine libertate institutus, postea liber sit factus. *l. si seruus. 7. in prin. ff. de hæred. instit.* Tertia, Nisi seruus hæres à domino institutus, postea sit alienatus. *d. l. 7. in fin.* Huius duplicatio est, Nisi seruus sub conditione liber, & pure hæres esse iussus, alienatus sit eo tempore quo conditio libertatis defecit, hoc enim casu etiam institutionis conditione defecta videtur alienatus. *l. qui filio. 38. §. si quis seruum. ff. de hæred. instit.* Quarta replicatio est, Nisi seruus sine libertate hæres institutus, alii sit legatus *d. l. 38. in prin. & l. quidam 5. C. de necessariis hær.* Huius duplicatio est, Nisi seruus solus hæres institutus, alii sit legatus, hoc n. casu, quia nõ valet legatũ, alio hærede nullo existente, nec institutio tanquã proprii serui valebit. *quæ duplicatio elicitur ex d. l. 38. in princ.* Quinta replicatio, Nisi ita, Cum liber erit, seruus hæres sit institutus. reprobatur *l. seruus. 21. cum l. sequente. ff. de condit. instit.* Plane admittitur in casu *l. quoties. 9. § si quis ita. ff. de hæred. instit. & l. talem. 49. in prin. ff. eod. tt.* Sexta replicatio est, Nisi testator vsumfructum tantum in seruo habuerit. *Instit. de hæred. instit. §. alienus.* Septima, Nisi testator nudam tantum proprietatem serui habuerit. reprobatur *Instit. eod. tt. §. proprius.* Octaua, Nisi seruus communis cum socio hæres sit institutus. *l. si socius. 87. in fin. ff. de hæred. instit.* Nona, Nisi miles seruum suum sine libertate hæredem

redem instituit. *l. Lucius.40.§.item Lucius ff.de militari test.* Decima: Nisi emptor seruum nondum sibi traditum hæredem instituerit. *l. qui filio 38.§. cum venditor.ff.de hæred.instit.* Plane hoc casu venditor hæredi emptoris hæreditatem, per seruum sibi adquisitam, empti iudicio tenetur restituere: *vt ex d.§.patet.* Hæc de iure antiquo.

Mutatio iuris.

Plane iure nouo exceptio proposita tollitur ac reprobatur *Instit.de hæred.instit.in prin. l. quidam. 5.in prim.vsque ad §.sed cum veteres.C.de necessariis hæredibus.* Huius noui iuris, quo exceptio proposita reprobatur, distinctio prima: Nisi libertas seruo hæredi instituto postea in codicillis sit relicta. reprobatur *dict.§.sed cum veteres.* Altera distinctio videtur: Nisi seruus antea alii legatus, hæres sine libertate sit institutus. Et hæc reprobatur *d.l.5.§. quæ iuris.* Tertia distinctio est: Nisi seruo pure hęrede scripto, libertas sub conditione relicta sit, eaque conditio defecerit: tunc enim etiam hæredis institutio non valet. approbatur simul & distinguitur *l.vlt.C.eod.tt.* Quarta distinctio: Nisi vsusfructus serui alienus sit. reprobatur *Instit.de hæredib.instituend.§.proprius.* Quinta: Nisi seruus adulter à domina adultera hæres sit institutus. *Inst.d.tt.§.est tamen.Concordat iisdem prope verbis l.his verbis.46.§.interdum.ff.de hæred. instit.nisi quod pro vocabulo Maculatum ponitur Accusatum.* Sexta distinctio est: Nisi seruus alii pignori obligatus, hæres sit institutus. approbatur simul & distinguitur *infra de repudianda hæreditate, reg. 2.except. 1.replic.8.* Hæc de 99. exceptione.

c. Exceptio: Nisi seruus hæreditarius, hæres instituatur. reprobatur *Instit. de hæred.instit.§.seruus etiam.l. non minus.31.§.fin. l. seruus.50.item l.eius.62. ff.eod.tt.*

ci. Exceptio: Nisi hæredis scripti seruus hęres sit institutus. reprobatur *l.si socius. 87.in fin.ff.de hæredibus instit.*

cii. Exceptio: Nisi seruus alienus hæres sit institutus. reprobatur *l seruus.3.in prin. & l.non minus.31.in prin.ff.eod.tt.Instit.eod.tt.in prin.* Plane admittitur, si seruus alienus hæres institutus, testatoris vel hæreditarius sit factus. cuius distinctionis replicatio est: Nisi sub conditione institutus, pendente conditione hæreditarius factus sit, & postea rursus alienatus. *l.sed & si. 6.§. seruus.ff. dict.tt.* Huius replicationis ratio proposita est, *infra except.38.repl.1.*

ciii. Exceptio, Nisi seruus eius, cum quo non est testamenti factio, hæres sit institutus, *Instit.de hæred.qual. & differ.§. in extraneis. Concordat iisdem verbis l.si alienum.47.§. in extraneis.ff. de hæred. instit.l.non minus.31 in prin.ff.eod.tt. item l.neque.10. C eod.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi cum testator seruum ei qui capere non potest, alienasset, eum postea redemerit. *l. seruum. 48. in prin.ff. de hæred.instit.* Secunda: Nisi hæreditario seruo hærede instituto, cũ defuncto testamenti factio fuerit: hoc enim casu quamuis cum hærede non sit, nihilominus institutio valet. *l.seruus 50.ff. eod. tt.* Tertia: Nisi seruus hæres institutus, ante aditam hæreditatem manumissus, vel alienatus sit. *l.si seruus.81.ff.de adquir. hæred.*

civ. Exceptio: Nisi seruus eius qui apud hostes est, hæres sit institutus. reprobatur *l. illa.32.in fin.ff.de hæred.instit.*

cv. Exceptio: Nisi seruus eius qui post mortem testatoris natus erit, hæres sit institutus. reprobatur *l.eius seruum. 62.ff.d.tt.*

cvi. Exceptio: Nisi seruus municipii vel alicuius collegii hæres sit institutus. reprobatur *l.si quis.25.§.1.ff.de adquir.hæred.*

Hactenus exceptiones ex persona hæredis instituti desumptæ, propositæ sunt: nunc exceptiones ex reliquis institutionis circumstantiis proponendæ, & primum eæ quæ sumuntur ex re, ex qua quis hæres est institutus.

cvii. Exceptio: Nisi ex certa re vel parte hæres sit institutus. reprobatur *l. 1. § si ex fundo.ff. de hæred.instit.l.quoties.9.§.si duo. l.si alterius. 10.& l. Attius.11.ff.eod.tt.l.si quis.29.ff.ad Senatusconf. Trebellian. Concordat iisdem verbis Instit. quib. mod. testam. infirm. §.sed & si quis.Item concordat l. ex facto.35. in principio, vsq; ad §.rerum.ff.de hæred. instituendis.l. qui non.76.in prin.ff.eod.tt.item l.cohæredi.39. §. fin.ff. de vulgari substit.M.I.R. dict.reg. 21.exc.67.* Plura de exceptione proposita vide *infr.cap.21.reg.2.*

cviii. Exceptio: Nisi hærede ex parte scripto, non inueniatur ex quota parte sit scriptus. *l. vlt.ff.de bonorum possess.secundum tabulas. l. Clemens. 79.§.fin.ff.de hæred.instit.l. item vt Sabinus.17.§. sed si asse.ibi; aliter atque si ita. item l. ex facto. 19.ff. eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi de futuro, non de præterito tempore concepta sit oratio. *l. 2.ff.de hæred.instit.& l.si quis ita 36.ff.eod.tt.*

cix. Exceptio: Nisi quis ita scripserit hæredem: Ex qua parte Titius me scripserit hæredem, ex ea parte hæres mihi esto. *l. 1. in fin.ff. de his quæ pro non scriptis.l.captatorias.68.ff.de hæred.instit.M.I.R. d.reg.21.except.70.* Huius replicatio prima est: Nisi de præterito, non de futuro tempore oratio sit concepta. *l.illæ autem.69. ff.eod. tt.l.hoc articulo. 29. l.Clemens.79.§.fin. item l. 2. §. aliter atque. ff. eod. tt.* Altera replicatio videtur; Nisi nõ in suam, sed in aliam personam captionem testator direxerit. Sed reprobatur *dict leg.69.§. sed illud.* Tertia: Nisi miles ita hæredem instituerit. reprobatur *l.captatorias.11.C.de test.militis.M.I.R.d.exc.70.repl.4.*

cx. Exceptio: Nisi ex maiore parte quam capere potest, hæres sit institutus. *Hæc exceptio approbatur supr.except.82.*

cxi. Exceptio: Nisi de re aliena hæres sit institutus. *Nouell. cap. 22.§. atque hoc primum. M.I.R. dict.reg.21.except 69.* Hactenus ex re & parte ex qua hæres institutus est, exceptiones desumptæ propositę sunt. Nunc sumptæ ex causa institutionis proponendæ sunt.

cxii. Exceptio: Nisi error interuenerit. approbatur exemplo *l.nec apud. 7.de hæred. instit.l.aufertur.46.in prin.ff.de iure fisci. item l. cum proponas.3. C.de hæred.instit.M.I.R.d. reg.21.except. 71.*

cxiii. Exceptio: Nisi pœnæ nomine hæres sit institutus. Hæc exceptio iure antiquo approbata. reprobatur iure nouo *Instit. de legatis. §.fin.*

cxiv. Exceptio: Nisi litis causa Imperator vel quis alius hæres sit institutus. *l. penult.ff. de hæredibus institut. Concordat Institut. quibus mod. testam. infirm.§.fin.*

cxv. Exceptio, Nisi fraudandorum creditorum causa quis seruos suos hæredes instituerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur sup.lib.6.c.5.exc. 6.* Hæc de exceptionibus sumptis ex causa institutionis: cuiusmodi plures vide *sup.c.8.in pr.* sequuntur nunc exceptiones sumptæ ex antecedentibus institutionem.

cxvi. Exceptio: Nisi hæres institutus antea fuerit exhæredatus, reprobatur *l.si filium.21.ff.de liberis & posthum.*

cxvii. Exceptio, Nisi posthumo vel eo qui in vtero est, hærede instituto, ante institutionem is de quo sensit testator, sit natus, reprobatur *l.Titius.25.§.Lucius.ff.de liberis & posthumis.* Nunc de exceptionibus sumptis ex tempore, ex quo & ad quod, item ex conditione sub qua institutio facta est.

cxiix. Exceptio, Nisi ex die vel ad diem institutio sit facta. *Institut. de hæred. institut. §. hæres. Concordat l. hæreditas. 34. ff. de hæredibus instit. M. I. R. lib.4.cap.2.reg.21.except. 77.* Hæc exceptio non vitiat institutionem, sed tantum tempori adiecto obstat. *dict. leg.34. de qua re vide item inf. cap. 17. except.21.*

cxix. Exceptio: Nisi hæres post mortem suam, vel seruus post domini sui mortem sit institutus, reprobatur *l.extraneum. 9. C. de hæred. instit. Inst.eod.tt.§.seruus etiam.item l.qui filio 38.in princip.ff. eod.tt.Vide item inf.lib.12.de legatis.exc.75.M.I.R.d.except.77.repl.3.dupl.2.*

cxx. Exceptio, Nisi sub conditione institutio sit facta, reprobatur *Instit. de hæred. instit. §. hæres.M.I.R.d.reg.21.except.73.in princ.* Plane admittitur in suo hærede sub conditione instituto, *l.si pater. 4. C.de instit. vel substit. l.Lucius.81. ff. de condit. & demonstr.M.I.R. d.except.73.* Propositæ exceptionis in casu proposito replicatio prima est: Nisi sub ea conditione, quæ in eius est potestate, hæres sit institutus, *l.suus.4.in prin.& §.fin. ff. de hæredib.instit. item l. si libertus.20.§. si libertinus.ibi: existimo autem.ff.de bonis libertorum. M.I.R.d. except. 73.replic.* 1. Declaratur hæc replicatio definitione conditionis potestatiuæ *d.l.4.§. puto recte. M. I. R. d, replic.1.* Exemplum proponitur *l. iam dubitari. 84. ff. de hæred.instit.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi vltimo vitæ hæredis instituti tempore non sit certum, conditionem existere posse: tunc enim, quamuis alioquin in eius fuerit potestate, propositæ replicationi locus non est. *l.si eiusmodi.5.ff.de hæredibus instit. & l. vltim. ff. de condit.instit.* Cuius triplicatio est: Nisi conditioni dies sit adiectus, tunc enim potestatiuæ conditionis die præterito, vt certum sit eam amplius impleri non posse: tamen institutio valet *l sed & si. 6. in princ.ff.de hæred. instit.* Altera duplicatio est: Nisi conditio sit contra leges vel bonos mores, *l.filius. 15.ff.de condit.instit.* Altera propositæ exceptionis replicatio videtur esse: Nisi sub tali conditione filius hæres scriptus sit, quam lex remittit. Sed reprobatur *d.l.15.M.I.R.d.except.73.repl.3.cum exc. seq. 74.* Tertia: Nisi conditio, sub qua filius institutus est in pręsens vel præteritum, non futurum sit cõcepta, *l.institutio.10.§.fin.ff.de condit.instit.* Quarta: Nisi sub hac vel simili conditione filius vel posthumus sit institutus hæres: Siue viuo me, siue mortuo natus fuerit, hæres esto, *l.commodissime.10. ff.de liberis & posthumis.* Quinta: Nisi ita posthumus sit institutus, Si intra decem menses post mortem meam nascatur, reprobatur quidem *d. l.10.* verum iure nouo approbatur *l.vltim.C.de posthumis.* Sexta replicatio est: Nisi alius hæres suus, quam filius, sub conditione hæres sit institutus, *l. suus. 4.in princ.ff.de hæredib. instit. l. sed & si. 6.§. 1. ff. eod. tt.item l.Gallus.29.in princ.ff.de liberis & posthumis, M.I.R.d.except.73.repl.5.* Septima: Nisi filius ex vna parte pure, ex altera sub conditione hæres sit institutus, *l.si te.27.ff.de hæredibus instit.* Octaua: Nisi idem filius primum pure, deinde sub conditione sit institutus, *d l.27.ibi, sed si te hæredem.* Nona: Nisi in casum deficientis conditionis nominatim sit exhæredatus filius. *l.si pater.4.C. de institut. vel substit.l.iam dubitari.84.ff.de hæredib. instit. l. si libertus. 20.§.si libertinus.ibi.existimo autem.ff. de bonis libertorum. M.I.R. d. except. 73.repl. 8.* Huius duplicatio est: Nisi filius exhæredatus, pendente institutionis conditione sit mortuus, *l. filius.28.in prin.ff. de liberis & posthumis.* Cuius triplicatio est: Nisi filius cohæredem habeat, vel substitutum, *dict. leg. 28.* Decima replicatio: Nisi filius emancipatus, non is qui in potestate patris existit, hæres sub conditione sit institutus, reprobatur *d. §. si libertinus, ibi, si vero deficiente.* Vndecima: Nisi filius conditioni paruerit, & ex testamento hæreditatem agnouerit, *l.2.§ si sub condit. ff. de bonor. possess secundum tabulas.* Duodecima, Nisi mater filium sub conditione hæredem instituerit, *l.si mater.31.in pr. ff.de vulgari substit.*

cxxi. Exceptio: Nisi sub conditione captatoria hæres sit institutus, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.exc.107.*

cxxii. Exceptio, Nisi institutio sit facta sub hac conditione, Si te codicillis hæredem scripsero, reprobatur *l.institutio.10.in princ.ff. de condit. institut.*

cxxiii. Exceptio, Nisi sub hac conditione, Si Titius volet, hæres sit institutus, *l.si quis.66.ibi: at quin si quis.ff.de hæred. instit. Concordant ea quæ proposita sunt sup.exc.91.*

cxxiv. Exceptio: Nisi quis sub hac conditione, Si Titius Capitolium ascenderit, hæres sit institutus, reprobatur *d.l.66.*

cxxv. Exceptio; Nisi ita facta sit institutio: Si Titius hæres erit, Seius hæres esto. Si Seius hæres erit, Titius hæres esto, *l si Titius.16.ff.de cond.instit.*

cxxvi. Exceptio; Nisi sub hac conditione, Si intra septuagesimum annum decessero; quis sibi hæredem instituerit, reprobatur *l.potest. 54. ff. de hæred.instit.*

cxxvii. Exceptio; Nisi ita facta sit institutio, Si vna socii bonorum meorum permanserint vsque ad annos sedecim, hæredes sunto, reprobatur *l.si qui.4.in pr.ff. de cond.t.institut.* Hactenus exceptiones ex conditione institutionis desumptæ. Sed & plures huiusmodi vide *inf. lib. 12. de legatis, exc.75.cum sequentibus.*

cxxviii. Exceptio, Nisi institutus postea rursus sit exhæredatus. *De hac exceptione vide inf. cap. 19.in pr.*

DE SVBSTITVTIONE VVLGARI.

CAP. XI.

EXpositis exceptionibus ex circumstantiis institutionum desumptis; nunc exceptiones ex

substitutionibus desumptæ, sunt exponendæ. Quid autem & quotuplex sit substitutio, definitur *l. 1. in princ. ff. de vulgari substit.* Est autem substitutio aut duplex, aut simplex, *M. I. R. dict. reg 21. exc.79.* Simplicem institutionem, seu potius substitutionem, Iurisconsul us vocat vulgarem vel pupillarem tantum: duplicem vulgarem & pupillarem coniunctam. De illa in hoc Capite, de hac inf.cap.prox.dicetur. Regulariter autem vtraque substitutio vtilis est. *quæ regula approbatur l. potest.34.ff.d.tt.Concordat iisdem verbis Instit. eod. tt. in prin.* Plane huius regulæ exceptiones plures sunt in hoc & sequenti Capite proponendæ: primum quidem ea quæ aduersus vulgarem, deinde quæ aduersus pupillarem substitutionem competunt: sumptæ vel ex persona substituti, vel eius cui substitutio facta est, vel ex modo, vel ex aliis huiusmodi circumstantiis. Aduersus vulgarem igitur substitutionem ex persona quidem substituti exceptiones sumuntur hæ.

CXXIX. Exceptio: Nisi plures in vnius, vel vnus in plurium locum substituantur, vel singuli in locum singulorum, reprobatur *Instit. de vulg. substit.§.& plures.l.potest.34.§.fin.cum lege sequente. ff. dict.tt.*

CXXX. Exceptio; Nisi hæres institutus, instituto substituatur, reprobatur *Institut.dict.§.& plures. & dict. leg.34.§.fin.Concordat l.1.§.pen. ff. de vulg. substit.*

CXXXI. Exceptio; Nisi seruum proprium testator substituerit, reprobatur *l.potest 34.in princip. ff.d.tt.ibi: vt nouissimo. Concordat iisdem verbis Instit. eod.tt.in princ.* Plane admitti videtur, si seruus alii legatus fuerit substitutus, verum distinctio hæc æque reprobatur *l si seruus.16.§.fin. cum l. sequente.ff.dict.tt.& l.quidam.5.§.quæiuris. C. de necessariis hæred.*

CXXXII. Exceptio, Nisi quis sibi ipsi substitutus sit.approbatur simul & distinguitur, *l.qui liberis.8.§. nemo.ff.de vulgari substit. & l. vlt. §. Titius, ff. eod.tt.*

CXXXIII. Exceptio, Nisi filio in legitima substitutio sit facta, *de qua exceptione vide inf.lib. 12.c. 4. exc.41.rep.. 12.dupl.1.*

CXXXIV. Exceptio, Nisi institutione non facta, substitutio facta sit, reprobatur *l.cohæredi.39.§. fi.ff.de vulgari substit.l cum in testamento.37.§. hæc verba.ff.de hæred.instit.l.ei cui.10.ff.de mortis causa donat. l. vnica.§.fin autem aliquid.in fi.C.de caducis toll.*

CXXXV. Exceptio, sumpta ex gradu, quo substitutio facta est, reprobatur *l.quo gradu.11.ff.de vulgari substit.l.potest.34.in pr.ff.eod.tt.*

CXXXVI. Exceptio: Nisi in codicillis substitutio sit facta, approbatur quidem ipso iure, sed æquitatis ratione reprobatur *l.Scæuola. 76.ff. ad Senatusconsult.Trebell.*

CXXXVII. Exceptio: Nisi institutus hæres existat, *l.quamdiu.3.ff.de adq. hæred. l.cum in testamento.37.in princ. ff.de hæred. instit. l. post aditam. 5. C. de impub. & aliis substit. item l.in conditionibus.19.§.sed si sic.ff.de condit. & demonstr. M. I.R.lib.4. cap.2. reg. 21. except.80.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi institutus non ex testamento, sed ab intestato hæres existat, *l. hæres.3. C. de impub. & aliis substit.l. filium. 60.ff. de adqu. hæred.* Altera replicatio est: Nisi impuberi, qui est in potestate testatoris, substitutio sit facta, isque hæres existens intra pubertatem decesserit, hoc enim casu nihilominus substituto locus est. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infra cap. prox. except.169.repl.1.* Tertia replicatio est: Nisi quis ita, Si hæres institutus decesserit, ei substituerit, hoc enim casu directa substitutio trahitur ad fideicommissariam, vt ex fideicommisso substitutus hæreditatem testatoris petere possit, quamuis institutus hæres extiterit, *l. precibus. 8. in fin.& ibi glossa magna.vers. sed si ita substituat.C. de impub. & aliis substit. item glossa in l. centurio.15. ff. de vulgari & pupillari substit.* Cuius duplicatio prima est: Nisi non per verbum Substituo, sed per verbum Hæres esto, substitutio fiat: hoc enim casu instituto hærede existente, nec fideicommissariæ substitutioni locus est. *d.glossa magna. vers. sed in pagano dic. & glossa in d.l. centurio.* Huius triplicatio prima est: Nisi is cui substitutio dictis verbis facta est, in pupillari ætate decesserit, cum testator pupillariter ei substituere posset; hoc enim casu ista substitutio etiam directo valet, *glossa in d. vers. sed in pagano. & in d.l. centurio. Concordant ea quæ dicta sunt sup. repl. prox.* Altera triplicatio est: Nisi miles istiusmodi fecerit substitutionem, *quæ triplicatio approbatur d. l. centurio, cum sua glossa. & d. gloss. magna in d.l. precibus, in prin.* Hæc de prima duplicatione. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi mater hæredis instituti superstit: hæc enim substitutum excludit etiam quoad substitutionem fideicommissariam. Quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur inf.ca. prox. d.repl.1.dupl.4.* Hæc de tertia triplicatione. Plures huiusmodi replicationes vide *inf.cap.prox. exc.143. 150.& 156.* Sed & plura de hac exceptione vide *inf. lib.14.c.3.cond.7.reg.2.*

CXXXIIII. Exceptio, Nisi filio, & ex eo nepote posthumo hærede instituto, Titius nepoti substitutus sit, hoc enim casu filio hærede existente, Titius substitutus repellitur, quamuis is cui substitutus est, hæres non existat, *l.si mater.31.§.si filius. ff.de vulgari substitut.*

CXXXIX. Exceptio, Nisi alius per institutum hæres existat, puta pater vel dominus: hoc enim casu, quamuis institutus ipse hæres non existat, non tamen substitutus admittitur, *l. qui filio.38.§. fin.ibi, nam qui scit.ff.de hæred. instit. l. si quis.7. in prin. ff.de adq.hæred. M.I.R. d.reg.21.exc.81.& d.lib.4.c.10. reg.53.excep. 2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi seruus duorum hæres institutus, vnius tantum domini iussu adierit: hoc enim casu in alteram partem, quæ iubenti domino nõ adquiritur, substitutus admittitur, *l. vlt. in prin. ff. de vulgari subst.* Cuius duplicatio est: Nisi seruus postea manumissus, suo arbitrio adierit, *l.seruus. 63. cum lege sequente.ff.de adqu hæred.* Altera replicatio est: Nisi testator seruum existimans liberum, hærede instituerit, *l.cum proponas.3 C.de hæred.instit. Concordant ea quæ habentur inf. dupl. prox.* Est autem propositæ replicationis duplicatio, Quod in casu proposito substitutus non in totum, sed in quartam tantum partem admittatur, *l.qui filio.38.§.fin. cum lege sequente.ff.de hæred.instit.Concordat Inst. de vulgari substit.§.fin.*

CLX. Exceptio: Nisi cum quis duobus substitutus esset, vnus ex illis hæres existat; hoc enim casu

casu quamuis alter hæres non existat, substitutus tamen non admittitur. *l.cum quidam.10.C.de impuberum & aliis substit.l.si pater.23. ff. de vulgari substit. M.I.R.d.reg.21.exc.80.repl.2.& exc. 83.* Huius replicatio videtur esse: Nisi alternatiue: puta, Si ille aut ille hæres non erit, substitutio sit facta. Verum reprobatur *l.si is.14.§.fi.ff.de rebus dubiis.*

CXLI. Exceptio: Nisi institutus adhuc hæres existere possit. *l.quamdiu.3.ff.de adq.hæred l.suus.4.§. fi.ff.de hæred.inst.item l. vlt.§.fi.ff.de cond.instit.M.I.R.d. exc.83.*

CXLII. Exceptio, Nisi substitutus conditionem institutioni adiectam non impleuit, reprobatur *l.sub conditione.71.ff.de hæred.instit. M. I. R. dict. reg.21.exc.93.*

CXLIII. Exceptio; Nisi conditio substitutionis non existat, *l.qui liberis.8.in prin.ff. de vulgari substit.M.I.R.d.reg. 21. exc. 79.* Huius replicatio prima est, Nisi substituto sub hac conditione, Si ex institutione hæres esset: hæreditas tanquam indigno sit ablata, hoc enim casu nihilominus ex substitutione tanquam impleta conditione admittitur, *l.ex facto.41.§.Iulius.ff.eod.tt.* Altera: Nisi sub hac conditione, Si ex institutione hæres erit: substitutus hæres extiterit, tunc enim quamuis postea hæres existere desierit, nihilominus ex substitutione admittitur, *d.l.41.vers.quinimo.*

CXLIV. Exceptio, Nisi ita substitutus, Si hæres eri: non ex testamento, sed ab intestato vel alio modo hæres existat, *l.qui liberis.8.§.1.ff. de vulg. substit.*

CXLV. Exceptio: Nisi cum ex duobus ei quis substitutus esset, qui posterior mortuus fuerit, ambo simul decesserint: vel incertum sit, vter prior vel posterior mortuus esset, reprobatur *l. ex duobus.32.in prin. ff.de vulg.substit.l.qui duos.40 ff.eod. tt.l.qui duos.10.in pr.ff.de rebus dubiis.item l.qui ex.11.in pr.ff.de bonorum possess.secundum tabulas.*

CXLVI. Exceptio: Nisi cum quis in eam partẽ substitutus esset, quam Mæuius capere non posset, Mæuius solidum capere possit, *l.qui non.76.§. fi.ff.de hæred.institut.*

CXLVII. Exceptio: Nisi ei cui substitutio facta est, postea nascantur liberi, *l.ex facto. 41. in pr. ff.de vulgari substit l.cum auus.100.ff. de condit. & demonstr. item l.generaliter.6.§.cum autem. C. de instit. vel substit.l.cum acutissimi. 30. C. de fideicommissis. M. I. R.d.reg 21. except. 86.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi testator alii quam liberis suis substituerit, hoc enim casu propositæ exceptioni locus non est, *vt patet ex legibus iam propositis, quæ omnes loquuntur in casu quo parentes liberis substituerunt, non alio. M.I.R. d.exc.86.repl.3.* Altera replicatio: Nisi liberis naturalibus, non legitimis substitutio sit facta, reprobatur *d.l.6.§.cum autem. M.I.R.d.except.86.repl.4.* Tertia: Nisi is cui substitutio facta est, non legitimos, sed naturales liberos rel querit, *quæ elicitur ex verbis d.§.cum autem. M I.R.d.exc.86.repl.23.* Quarta: Nisi is cui substitutio facta est, non filium, sed alios liberos reliquerit, reprobatur *d.l.30.M.I.R.d.exc.86.repl.21.* Plures replicationes vide *dict.except. 86.* Hactenus exceptiones aduersus vulgarem substitutionem sunt enumeratæ: quarum plures vide *inf.vbi de legatis & fideicommissis tractabitur.* Sane cui substitutio sit vtilis, vide *inf. cap.10.reg.13.cum sequentib.* Item quid & quantum ex ea debeatur, dicetur *inf.c.21.* Nunc de pupillari substitutione disserendum.

DE SVBSTITVTIONE PVPILLARI.

CAP. XII.

QVid pupillaris substitutio sit, & quod regulariter quidem ea sit vtilis, definitur *Institut. de pupillari substit. in princ. l. 2. in princip. ff. de vulgari substit. item l. si testamento,7. C.de impuberum & aliis substitut.* Plane propositæ regulæ seu substitutionis exceptiones speciales hæ sunt quæ sequuntur.

CXLVIII. Exceptio: Nisi ei qui non est in potestate testatoris, pupillariter sit substitutum. *Instit.de pupill. substit.§.fin. Concordat l.2. in princip. ff. de vulgari substit.M.I.R.d.reg.21.except. 94.* Huius replicatio prima est: Nisi posthumo pupillariter substitutum sit: hic enim quamuis in potestate testatoris non sit, puta quia nondum existit; tamẽ valet substitutio, si in potestate testatoris natus sit futurus, *d.l.2.in prin. vers. plane. Concordat Inst. de pupillari substit.§.quæcunque.* Altera: Nisi testator impuberem, cui pupillariter substituit, postea adrogauerit, *d.l.2.in princ.ibi, sed etsi.* Tertia: Nisi quis non directis verbis extraneo substituat, sed per fideicommissum, *Inst.de pupill. subst.§.fi.* Quartæ replicationis loco notandum est aliud remedium, quod proponitur *l.cum ex.37. in prin. ff. de vulgari subst.* Quinta replicatio est: Nisi miles extraneo pupillariter substituerit, *l.in testam.6.in fin. C.de testam.militis.l.miles 41.§. exhæredato. ff. de militari test. l.milites.5.item l.cum filiusfam.28.ff.eod.tt.M.I.R.d exc. 94.repl.3.& d.reg.21.exc.101.repl 6*

CXLIX. Exceptio: Nisi posthumo pupillariter sit substitutum, reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.exc.prox repl.1.*

CL. Exceptio: Nisi nepoti vel pronepoti suo qui post mortem testatoris in patris potestatem recasurus est, pupillariter substituit, *l.2.in princ.ibi, si qui non. ff. de vulgari substit. M. I. R. dict. reg. 21. except.95.*

CLI. Exceptio: Nisi is cui pupillariter substitutum est, sit exhæredatus, reprobatur *Inst t. de pupill.substit.§.non solum. Concordat l.1. §. penult. ff. d. tt. M.I.R.d.reg.21.exc.98.*

CLII. Exceptio: Nisi præterito pupillariter sit substitutum, *d.l.2.in pr. ibi, sed si eos.M.I.R.dict.reg. 21.exc. 99.*

CLIII. Exceptio: Nisi ei qui sub conditione hæres institutus est, pupillariter substituatur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.except.120.* Sed & eius replicatio est: Nisi mater filium sub conditione hæredem instituerit, & pupillariter ei substituerit, *l.si mater.31.in pr. ff.de vulgari substit.*

CLIV. Exceptio: Nisi filio naturali quis pupillariter substituat. Hæc exceptio species est supradictæ 147. exceptionis, approbaturque *l. Lucius. 43.in prin.ff.de vulgari substit.M.I.R.d.reg. 21. exc. 101. dupl.gen.1.*

CLV. Exceptio: Nisi puberi pupillariter, vel alio simili modo sit substitutum. *Inst. de pupill. substit.§.fin. M.I.R.d.except. 101.* Huius replicatio prima est: Nisi furioso vel mente capto puberi pupillariter substituatur, *Inst.eod.tt.§.qua ratione.l.humanitatis.9.C.de impub.& aliis substit.M.I.R.dict. except. 101. repl.2.*

repl.2. Cuius duplicatio prima est, Nisi furiosus, cui substituitur, fratres habeat non furiosos. *dict. l.9.in princ.ibi,nec alia proles.M.I.R.d.exc.* 101. *dupl. gener.*4. Huius triplicatio est, Nisi testator fratres furiosi ei substituat. *d.l.9.vers.sin vero.* Alteta duplicatio est: Nisi furiosus cui substituitur, descendentes habeat non furiosos. *d. l. 9.* Huius triplicatio est; Nisi hi, non alii substituantur, *dict. leg.9.* Tertia duplicatio est, Nisi non sit perpetuo furiosus, *d.l.ibi, perpetuo.* Quarta duplicatio est; Nisi is cui substitutio facta est, resipuerit. Hæc duplicatio approbatur *inf.except.* 179. Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione sint dicta. Altera eius replicatio est; Nisi muto pupillariter substituatur, approbatur simul & distinguitur *l.ex facto.* 41.*in pr.ff.de vulgari substit.M.I.R.d.except.*101.*repl.* 4. Plures huiusmodi replicationes vide *sup.exc.*147. *item M.I.R.d.exc.*101.

CLVI. Exceptio; Nisi non omnibus liberis pupillariter sit substitutum, reprobatur *l. qui plures.* 36.*in pr.ff.d.tt. Concordat Instit. de pupill. substit.* §. *vel singulis.item l.vel singulis.*35.*ff.d.tt.*

CLVII. Exceptio, Nisi posthumus liberis sit substitutus, reprobatur *l.*2. §. *prius autem, in fine. ff. de vulgari substit.*

CLVIII. Exceptio, Nisi is qui post mortem pupilli natus fuerit, pupillariter fuerit substitutus, reprobatur *l.substitui.*15.*ff.eod. tt.* Plane admittitur, si viuo pupillo fuerit natus, *l. si pater filium.* 24.*ff.eod.tt.*

CLIX. Exceptio; Nisi non nominatim, sed generaliter substitutum sit, reprobatur *Instit. de pupill.substit.*§.*substituitur.*

CLX. Exceptio, Nisi plures pupillo substituerit sub diuersis conditionibus, hoc est, vnum vulgariter, alterum pupillariter, reprobatur *l.qui plures.*36.§.1.*l.cum ex.*37.*& l.ex facto.*41.§.*item quæro. ff. de vulgari substit.*

CLXI. Exceptio, Nisi vltra decimumquartum annum impuberi sit substitutum, *l.verbis* 7. *ff. dict. tt. M.I.R.d.exc.*101. Plane in casu proposito substitutio nihilominus valet vsque ad annum decimumquartum, quod primæ replicationis loco notandum, *l.in pupillari.*12 *ff.eod.tt. M. I. R. d. except.* 101.*repl.* 8. Altera replicatio est; Nisi miles vltra decimumquartum annum pupillariter substituit, approbatur certo modo *l. Centurio.* 13. *ff. eod. tt. Concordat l.precibus.*8.*in fine.C.de impuber.& aliis substit.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup.except.*150.

CLXII. Exceptio; Nisi pater prius filio pupillariter substituit, quam sibi testamentum fecit, *l.*2.§. *prius autem.ff.de vulgari substit.*

CLXIII. Exceptio, Nisi pater alia hora sibi, alia filii testamentum fecit, reprobatur *l.si quis.*14.§. *si suo.ff.d.tt.*

CLXIV. Exceptio, Nisi in iisdem vel aliis tabulis sibi, in alius filio pater fecerit testamentum, reprobatur, *Instit.de pupill.substit.* §.*sin autem quis, vsque ad .non solum.*

CLXV. Exceptio, Nisi impubes & alius diuersæ ætatis vel conditionis, cui pupillariter substitui non potest, inuicem pupillariter substituantur; hoc enim casu vitiatur etiam substitutio impuberi facta, *l* 2.*C.de impub. & aliis substit. l. cum ex filio.*37.*in prin.ff.de vulgari substit.l.Lucius.*43. *in princ. ff.d.tt.l.in testamento.6.C.de testam. militis.* vbi huius etiam exceptionis replicatio proponitur talis; Nisi miles testamentũ fecerit. Cuius duplicatio est. Nisi voluntas militis testatoris non probetur, *d. l. 6.M.I.R.d.reg.*21.*except.*79.*repl.*12.*dupl.*1.

CLXVI. Exceptio: Nisi pater, qui pupillariter substituit, sibi non fecerit testamentum, *l.*1. §. *fin. ff.de vulgari substit.l.*2. §.*quisquis.ff.eod. tt. item Instit. de pupill.substitut.*§.*liberis.M.I.R.dict.reg.*21. *exc.* 92. Huius replicatio est: Nisi miles filio suo fecerit testamentum, *d.*§.*quisquis. l in fraudem.* 15. §. *miles. ff. de militari testam. item l. miles.*41.§.*fin.ff.eod. tt. M.I.R. d. exc.*92.*repl.*1.

CLXVII. Exceptio: Nisi pater sibi in scriptis, filio sine scriptis fecerit testamentum: vel contra, reprobatur *l.patris.*18.*in fin. ff. de vulgari substitut. & l.si ita.* 8. §.*fin. ff. de bonor. possess. secundum tabulas.*

CLXVIII. Exceptio: Nisi patris tantum, non etiam filii testamentum sit signatum, reprobatur *d.l.*18.*in pr.& l.vt bonorum.*9.*ff. de bonorum possess. secundum tabulas.*

CLXIX. Exceptio: Nisi patris testamentum iniustum sit, ruptum vel irritum factum. *Instit. de pupill. substit.*§.*liberis.l.*2.*in princ. ibi, nam si principale. ff. eod.tt.item l. Papinianus.*8.§.*sed neque vers. sed si in patris.ff.de inofficioso testam.*

CLXX. Exceptio: Nisi conditio pupillaris substitutionis defecerit, appprobatur *per ea quæ dicta sunt sup.cap.prox.except.*132. *item except.* 138. Eius autem prima replicatio est: Nisi cum quis impuberi hæres substitutus esset sub hac conditione, Si impubes hæres non erit, impubes hæres quidem extiterit, sed intra pubertatem decesserit, *l.iam.*4. *in princ.ff.de vulgari substit. M.I.R.d.except.* 79. *repl.*12. Huius duplicatio prima est: Nisi impubes & alius diuersæ ætatis vel conditionis, cui pupillariter substitui non potest, inuicem substituantur, hoc enim casu in vtrunque casum substitutio facta nõ intelligitur, *d.l.* 4.§.*sed si alter.l.Lucius.*43.*in princ. ff. eod.tt.item l.*2.*C.de impuberum & aliis, &c. M. I. R. d. repl* 12.*dupl.*1. Cuius triplicatio videtur esse: Nisi miles inuicem substituerit. Sed reprobatur *l. in testamento.*6. *C.de testamento militis.* Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi impubes & alius hæres sit institutus, & ambobus substitutum sub hac conditione, Si hæredes non erunt; hoc enim casu conditio hæc, etiam quoad impuberem, non extenditur ad vtrumque casum. *l. quamuis.*4.*C.de impuberum & aliis substit. M. I. R. d. repl.* 12. *dupl.*2. Tertia duplicatio est; Nisi miles filio in vnum casum substituerit, *l.precibus.*8 *C.eod tt.l.in testamento.*6.*C.de testam.militis.M.I.R.d.repl.*12.*dupl.*10. Quarta; Nisi mater eius, cui substitutio facta est, superstit, hæc enim substitutum excludit, *l.vlt. cum sua glossa. C.de instit. vel substit. Accedit glossa in l. precibus* 8.*in verbo Fideicommissi, & in verbo Possunt peti. C. de impub. & aliis substit.* vbi etiam duplicatio hæc distinguitur, *item accedit glossa in l. centurio.* 15. *ff.de vulgari substit. M.I.R. d.reg.* 21 *except.*85. Quinta, Nisi contraria voluntas testatoris probetur. *l. quamuis.* 4. *in princip. ibi, si modo. C. de impuber. & aliis substitut.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione. Altera replicatio est: Nisi substitutione facta sub hac conditione, Si mihi filius nascatur, isque intra pubertatem decedat: filius

filius natus non sit, substitutus tamen videtur admitti. *De hac replicatione vide M.I.R.d.except.* 79. *replic.*11. Tertia replicatio videtur esse, Nisi substitutione facta sub hac conditione, Si filius intra decimum annum decesserit, filius post decimum, intra decimumquartum annum decesserit. Sed reprobatur *l.si ita.*19.*ff.de vulgari substit.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup.exc.*142.

CLXXI. Exceptio; Nisi pupillus, cui substitutio facta est, adoleuerit. *Inst.de pupill.substit* §. *masculo.* *& §.quaratione. ibi, & hoc ad exemplum. l. cohæredi.* 39.§.*cum pater.ff.de vulgari substit.l. ex facto.* 41. *in pr. & §. item quæro. ibi, sed finis.ff.d.tt.item l.si frater.* 5. *C. de fideicommissis. M.I.R. dict.reg.* 21. *except.* 102. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non directis, sed fideicommissi verbis substitutio sit facta. *d.l.*5.*Instit.de pupill. substit.* §. *fin. item l. cohæredi.* 39.§.*cum filiæ,ibi,nec aliud.ff.de vulgari substit.* Altera, Nisi testator vltra pubertatis tempus pupillo substituerit, reprobatur *l. in pupillari.* 12. *ff. de vulgari substit. Concordant ea quæ proposita sunt sup. except.* 160.

CLXXII. Exceptio, Nisi pupillus, cui substitutum est, mortis testatoris tempore in eius potestate non fuerit, *l. cohæredi.* 39. §. *cum filiæ. ff. d. tt. M.I.R.d.reg.*21.*except.*106. Huius replicatio est; Nisi ob captiuitatem patris filius sui iuris sit effectus, *l.pater.*10.*in pr.ff.de captiuis.*

CLXXIII. Exceptio, Nisi is cui pupillariter substitutum est, viuo testatore decesserit, reprobatur *l.si pater.*24.*in fine.ff.de vulgari substit.M.I.R. d. reg.*21.*except.*105. Plane admittitur in casu, de quo *inf exc.*174.*dist.*1.

CLXXIV. Exceptio: Nisi is cui pupillariter substitutum est, in hostium potestate decesserit. *l. lex Cornelia.*26.*ff.dict. tt.* Cuius replicatio prima est, Nisi mortuo patre filius apud hostes decesserit, *dict.leg.*26.*vers. sed si pater. & l.pater.*10.§.*fin. ff. de captiuis.* Huius duplicatio est, Nisi viuo patre impubes captus sit, tunc enim, quamuis mortuo patre apud hostes decesserit, substitutio tamen euanescit, *quæ duplicatio videtur approbari dict.l.*26.§. *fin.* Altera propositæ exceptionis replicatio videtur esse: Nisi ambo, tam pater quam filius, apud hostes decesserint. Sed reprobatur *l. si pater.* 27. *ff. de vulgari substit.* Tertia replicatio est; Nisi impubes ab hostibus reuersus, in ciuitate decesserit, *d.l.*27. *vers.nisi. & l.quod si.*11. *in fin. ff. de captiuis.* Hæc de 174.exceptione.

CLXXV. Exceptio: Nisi testator qui pupillariter substituit, apud hostes decesserit, reprobatur *l.lex Cornelia.*26.*in princ ff.de vulgari substit.l.pater.*10. *in pr.ff.de captiuis. Concordant item ea quæ proposita sunt sup.exc.*19.*repl.*2. Plane admittitur exceptio proposita, si filius viuo patre in ciuitate moriatur, *l. quod si.*11.*in pr.ff.d.tt.*

CLXXVI. Exceptio: Nisi testatoris hæreditas ex testamento adita non sit, *l.qui liberis.* 8. §.*si ex asse. ff. de vulgari substit. & l.* 2. §. *quisquis. ibi, adeo autem.ff.eod.tt.M.I.R. d.reg.* 21.*except.*107. Huius replicatio prima est; Nisi omissa causa testamenti, ab intestato patris adeatur hæreditas, *d.*§. *quisquis. ibi, plane si omissa.* Altera; Nisi is cui fideicommissum relictum est, desideret vt institutus hæreditatem adeat, conseruandi fideicommissi causa. *dict.leg.*2.§.*interdum.& l.qui plures.*36.§. *fin. ff. eod. tt.* Huius duplicatio est; Nisi impubes, cui substitutio facta est, adhuc viuat, hoc enim casu institutus propter fideicommissum à substituto relictũ adire compellendus non est, *d.*§.*interdum.vers. cæterum.* Tertia replicatio est: Nisi hæres institutus, qui non adiit hæreditatem, tanquam minor 25. annis in integrum sit restitutus, *d.*§. *interdum, in fi.* Quarta; Nisi militis, qui pupillo substituit, hæreditas non sit adita. *l.milis.*41.§.*fi.ff.de milit.testam.*

CLXXVII. Exceptio: Nisi contra tabulas testatoris bonorum possessio sit petita, reprobatur *l. ex duobus.* 32. §. *fin. & l. etsi.* 33. *ff.de vulgari substit.*

CLXXIIX. Exceptio: Nisi pupillariter substitutus patris testamentum impugnauit, *l. is qui* 20. *ff.eod.tt.*

CLXXIX. Exceptio: Nisi pupillariter substitutus patris hæreditatem repudiauerit, *l. qui liberis.* 8.§. *filio.ff.de vulgari substit.* Huius replicatio est: Nisi filius testatoris, frater impuberis, pupillariter substitutus, patris hæreditatem recuset, hic enim nihilominus ex substitutione adire potest, *l. si filius.*10.*ff.eod.tt.*

CLXXX. Exceptio: Nisi furiosus, cui ad similitudinem pupillaris substitutionis substitutum est, resipuerit. *Instit.de pupill. substit.*§.*quaratione. ibi, sin autem resipuerint. l. humanitatis.*9. *ibi, ita tamen. C. de impub. & aliis substitut. item l.ex facto.* 41. *in princ. ibi, nam etsi. ff. de vulgari substit.M.I.R.d.reg.*21.*except.*101. *repl.*2.*dupl.*3.

CLXXXI. Exceptio: Nisi is cui pupillariter substitutum est, postea se dederit adrogandum. *l.*2. §. *impuberem.ff.ad S.C. Tertyllian.* Hactenus exceptiones aduersus pupillarem substitutionem speciales enumeratæ sunt. Quibus autem ex pupillari substitutione competat hæreditas, item quid & quantum, dicetur *inf.cap.*20.*reg.*13.*cum sequentibus, item c.*21.

Sane de pupillari substitutione notandæ sunt & regulæ sequentes. Prima quidem, quod patris & filii testamentum duo, non vnum sint. *Institut. de pupill. substitut.* §. *igitur in pupillari.l.*1. *in princip. ibi, etiamsi duplex.ff. si cui plus quam per legem Falcid. l.* 2. §. *prius autem.ibi, constat enim.ff. de vulgari substit.l.patris.* 18.*in pr.item l.qui plures.*36.§.*fi.ff.eod.tt.*

II. Regula: Ex pupillari testamento principale confirmari non potest, *l.ex pupillari.*42.*ff.d.tt.*

III. Regula: Substitutus pupillariter patris, non filii fit hæres, approbatur simul & distinguitur *Instit.de pupill.substit.in princip.ibi: quo casu.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ex secundo casu substitutus hæres extiterit, *Instit. dict. loco.* Plane hæc conditio, Si testatori hæres erit; impletur nihilominus, quamuis secundo casu substitutus hæres existat, *quæ distinctio approbatur l.pater.*44.*ff.de vulgari substit.*

IV. Regula: Necessarius patri hæres etiam filii hæres necessarius ex substitutione existit, *l.*2.§. *prius autem, in fine. & l.qui liberis.* 8. §. *quos possum. ff. eod.tt.M.I.R.d.reg.*21.*post exc.*109. Plura de hac re vide *inf.lib.*10.*cap.*14.*reg.*2.*exc.*1.

V. Regula, De cautione substituto ab adrogatore impuberis præstanda, proponitur *l.causa.* 38. *ff.de vulgari substitut.*

VI. Regula; Pupillaris substitutionis adfine reme-

remediũ est fideicommissum *de qua re vide sup. except.147.replic.1. item except.170.replicat.1.* Hactenus de substitutione tam vulgari quam pupillari sit dictum.

DE PRÆTERITIONE LIBERORVM & parentum.

CAP. XIII.

CLXXXII. Exceptio: Nisi testator suos liberos vel parentes neque heredes instituerit, neque exhæredauerit, sed præterierit in testamento. *Instit. de exhæred. liberorum, in princ. l. inter. 30. ff. de liberis & posthumis. Novell. c.115. §. ad hæc aliud. & §. atque hæc quidem. l.1. ibi, aut nullius momenti. ff. de iniusto testam. item l. posthumi. 3. §. ex his. ff. eod. tt. M.I.R. d. reg. 21. except.110.* Plane propositæ exceptionis replicationes plures sunt, sumptæ tum ex persona præteriti, tum ex persona testatoris prætereuntis, tum ex aliis circumstantiis, quas ordine proponemus, orsi ab iis quæ ex persona præteriti sumuntur. Prima igitur replicatio est: Nisi filius vel nepos emancipatus, non is qui in potestate testatoris est, sit præteritus, approbatur quidem iure ciuili, reprobatur vero iure prætorio, *Instit. de exhæred. liberorum. §. emancipatos. Cui concordat l. posthumorum. 13. in princ. ibi, & ex eo. ff. de iniusto testamento. Concordat iisdem verbis Iustitut. de exhæred. liberorum. §. posthumorum. ibi, & ex eo. item l. 2. ibi, cum te quoque. C. de liberis præteritis.* Ex quibus constat, replicationem propositam iure nouo prætorio mutatam ac reprobatam esse. *Cui concordat l.1. §. & sui iuris. ff. de bonorum possess. contra tabulas. Sed & concordat Instit. d. tt. de exhæredat. liberorum. §. sed hæc quidem. ibi, vt omnes siue sui. M.I.R. d. except.110. replic.1.* Plane replicatio proposita iure nouo reprobata, admittitur in emancipatis à patre adoptiuo, *Institut. dicto tt. §. emancipati.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est, Nisi filius alii in adoptionem datus, præteritus sit, *d. §. emancipati.* Huius duplicatio prima est: Nisi in adoptionem datus, à patre adoptiuo rursus fuerit emancipatus. *d. §. emancipati.* Altera: Nisi extraneo, nõ auo vel proauo filius in adoptionem sit datus, *Institut. d. tt. §. circa adoptiuos, l. cum in. 10. C. de adoptionibus.* Plura de replicatione proposita vide *infra lib. 11. capite 7. quæst. 1. except. 6.* Tertia replicatio est: Nisi non naturalis, sed adoptiuus filius sit præteritus. Hæc replicatio iure quidem antiquo reprobatur *Institut. de exhæred. liberorum §. adoptiui.* Iure autem nouo approbatur *d. l. 10. §. sed ne articulum. Concordat Inst. de hæred. quæ ab intestato. §. sed ea omnia, ibi, testamento autem.* Huius duplicatio prima est: Nisi non ab extraneo, sed ab auo vel proauo filius sit adoptatus, *d. l. 10. in princ.* Cuius triplicatio est: Nisi filius adoptiuus à testatore rursus fuerit emancipatus, *quæ approbatur per ea quæ proposita sunt supra replic. 1. distinct. 1.* Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi fœminini sexus liberi vel nepotes & cæteri descẽdentes præteriti sint, quæ approbatur quidem iure antiquo *Institut. de exhæred. liberorum. §. 1.* Iure autem nouo mutata & reprobata est, *Institut. eod. tt. §. emancipatos. ibi, sed Prætor. & §. sed hæc quidem. l. maximum. 4. C. de liberis præteritis. item Nouell. constit. 115. §. adhæc aliud. M.I.R. d. except. 110. replicat. 2.* Quinta replicatio est: Nisi nepotes, patre adhuc viuente, præteriti sint, *l. si quis. 9. §. si filium. ff. de liberis & posthumis.* Hulus duplicatio prima est: Nisi filius viuo testatore moriatur, hoc enim casu nepos in locum filii præmortui succedens, si ab auo testatore præteritus sit, rumpit eius testamentum, *l. posthumorum. 13. ff. de iniusto testamento. Concordat iisdem prope verbis Instit. de exhæred. liberorum. §. posthumorum. lib. 2. C. de liberis præteritis.* Altera duplicatio est: Nisi filius ante aditam hæreditatem, vel conditione institutionis pendente mortuus sit: hoc enim casu nepos ex eo præteritus rumpere videtur aui testamentum. Sed reprobatur *l. si quis. 6. in princip. ff. de iniusto testamento. l. si quis. 9. §. si filium. ff. de liberis & posthumis, item l. scripto. 7. ff. si tabulæ testam. nullæ extab.* Tertia: Nisi filius viuo patre ad hostes peruenerit, ibique eo mortuo decesserit: hoc enim casu ob nepotem ex eo aui testamentum rumpitur, *d. l. 6. §. sed si pater. & d. §. si filium, ibi: diuersumque. ff. de liberis & posthumis.* Quarta: Nisi filius viuo testatore ab eius potestate fuerit liberatus: hoc enim casu nepos ex eo præteritus aui rumpit testamentum, *l. posthumorum. 13. ibi, aut qualibet ratione exeat. ff. de iniusto testamento. Concordat iisdem verbis Instit. de exhæredat. liberorum. §. posthumorum. ibi, aut qualibet.* Hæc de quinta replicatione sint dicta, de qua vide etiam plura *infra ca. 18. except. 29.* Sexta replicatio est: Nisi nepotes vel pronepotes præteriti non ex masculis, sed ex fœminis fuerint geniti, *l. maximum vicium. 4. §. sancimus, in fine. C. de liberis præteritis.* Septima: Nisi nepos præteritus, post mortem aui testatoris sit conceptus, *l. si quis. 6. §. cæterum si postea. ff. de iniusto testamento.* Octaua: Nisi nepos præteritus apud hostes sit conceptus, reprobatur *dict. leg. 6. §. siue autem.* Nona: Nisi nepos præteritus, ex patre in adoptiua familia constituto sit progenitus, approbatur simul & distinguitur *l. si emancipatus. 6. §. si filius. ff. de bonorum possess. contra tabulas.* Decima: Nisi posthumi liberi sint præteriti, reprobatur *per ea quæ proponuntur inf. ca. 18. except. 28.* Vndecima: Nisi filius qui est apud hostes, præteritus sit, *l. penult. ff. de liberis & posthumis.* Huius duplicatio esse videtur; Nisi filius ab hostibus fuerit reuersus. Sed reprobatur *l. sed nec filius. 10. ff. de iniusto testam.* Duodecima: Nisi filius miles sit præteritus, reprobatur *l. filiusfamilias. 26. ff. de liberis & posthumis.* Decimatertia: Nisi mater, auus maternus, vel cæteri per matrem ascendentes, liberos suos præterierint. *Instit. de exhæred. liberorum. §. mater. M.I.R. d. except. 110. replicat. 8.* Decimaquarta: Nisi miles testator liberos suos præterierit. *Instit. d. tt. §. sed si in expedit. M.I.R. d. except. 110. replic. 11.* Huius duplicatio prima est; Nisi miles ignorauerit se liberos habere, *d. §. si in expedit. Cui concordat l. sicut. 9. C. de testamento militis. l. si cum. 10. C. eod. tt. l. militis. 36. §. miles in. ff. de militari testamento.* Plane duplicationis propositæ triplicatio hæc est: Nisi miles postea certior factus se liberos habere, nihilominus testamentũ valere velit, *l. qui iure. 7. cum duabus legibus sequentibus. & l. si filiusfamilias. 33. in princ. ff. eod. tt.* Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi miles patrem suum, à quo emancipatus est, præterierit, approbatur simul & distinguitur *l. si à milite. 29. §. fin. cum lege sequente. ff. dict. tt.* Hæc de decimaquarta replicatione. Decimaquinta replicatio est: Nisi ab vno gradu præteritus, ab alio gradu

gradu institutus vel exhæredatus sit, hoc enim casu nihilominus valet testamentum, eo tantum gradu, à quo præteritus est, vitiato *l. posthumi. 3. §. fin. cum legibus sequentibus. ff. de iniusto testament. l. & si 3. §. fin. ff. de liberis & posthumis. l. si filius. 73. ff. de hæredib. instit. item l. ex facto. 41. §. Lucius. ff. de vulgari substitut.* Hisce legibus replicatio proposita approbatur simul & distinguitur. Approbatur quidem, quod non in totum infirmari testamentum ob præteritionem dicatur, distinguitur autem, quod is gradus, à quo præteritio facta est, vitiatus dicatur esse. Quod primæ duplicationis loco notandum. Is igitur gradus, à quo præteritio facta est, nullius erit momenti, quamuis cæteri gradus valeant, *vt ex his quæ hactenus proposita sunt constat.* Cuius duplicationis triplicatio prima esse videtur: Nisi cum à primo gradu filius exhæredatus esset, à secundo præteritus, primi gradus hærede deliberante, filius decesserit, quæ tamen reprobatur *l. si à primo. 8. ff. de liberis & posthumis. & l. si posthumus. 14. in princip. ibi, imo & si defuncto eo. ff. eod. tt.* Altera triplicatio: Nisi posthumus à primo gradu exhæredatus, à secundo præteritus, eo tempore quo ad primi gradus hæredes hæreditas pertinet, natus sit, reprobatur *d. l. 14. in princ.* Tertia triplicatio est: Nisi filius primo gradu hæres sit institutus, hoc enim casu, quamuis à secundo gradu præteritus sit, nihilominus secundus gradus valet. *d. l. 14. §. quod vulgo.* Hæc de prima duplicatione. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi à primo gradu exhæredatus, à secundo præteritus & à tertio exhæredatus, viuentibus primis & deliberantibus decedat, hoc enim casu nec tertius gradus, à quo præteritus non est, valet. *l. posthumus. 14. §. itaque & si. ff. de liberis & posthumis.* Tertia: Nisi duobus institutis, & filio exhæredato, postea substitutione facta filius præteritus sit, & vnus ex institutis hæreditatem omiserit, vel ante decesserit, hoc enim casu nec alter institutus ex eo gradu admittitur, quamuis præteritus ex eo gradu filius non sit. *d. §. itaque & si versnam & cum. Cui concordat l. si ego. 19. in princ. & in fin. ff. de iniusto testamento.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi duobus hæredibus institutis, illi inuicem sint substituti, hoc enim casu, quamuis vnus ex hæredibus institutis hæres non existat, alter tamen admittitur. *d. l. 19. §. sed si ego.* Quarta duplicatio est: Nisi non filius, sed posthumus ab institutis præteritus, à substitutis exhæredatus sit, hic enim natus totum testamentum rumpit. *l. nam & si 5. §. fin. ff. de iniusto testamento.* Huius triplicatio est: Nisi omnibus hæredibus primi gradus mortuis, posthumus sit natus. *d. §. fin.* Hæc de decimaquinta replicatione. Decimasexta replicatio est: Nisi filius præteritus, postea fuerit emancipatus. *l. verum est. 8. in fin. ff. de iniusto testamento.* Plane replicatio hæc iure nouo mutata & sublata est *per ea quæ proposita sunt supr. repl. 1.* Decimaseptima; Nisi pater testator ignorauit se filium habere, reprobatur *l. vxorem. 29. ff. de manumissis testam. & l. Titius. 25. §. 1 ff. de liberis & posthumis. M.I.R. d. except. 110. repl. 13.* Decimaoctaua: Nisi præteritus bonis patris se abstineat, nec contra tabulas bonorum possessionem petat. *l. filio. 17. ff. de iniusto testament. l. 2. ff. de except. rei iudicatæ. item l. 2. ff. si tabulæ testam. nullæ extab. M.I.R. d. except. 110. repl. 18.* Decimanona: Nisi præteritus viuo testatore mortuus sit, reprobatur *l. si filius. 7. ff. de liberis & posthumis. Institut. de exhæredatione liberorum, in principio. ibi, adeo quidem. Concordant etiam ea quæ proposita sunt supr. replicat. 11. duplic. 1. triplic. 1. M.I.R. d. except. 110. repl. 16.* Plane admittitur replicatio proposita, si præteriti filius hæres sit institutus. *quæ distinctio approbatur per ea quæ proposita sunt infr. c. 18. except. 28. repl. 2. dupl. 6. tripl. 2.* Item admittitur, si ij qui etiam ab intestato hæredes esse possunt, sint instituti. *l. posthumus. 12. in pr. ibi, idem & citra. ff. de iniusto testam.* Vicesima replicatio est: Nisi posthumus præteritus non nascatur. *Inst. de exhæred. liberorum. §. posthumi, in fine & l. posthumi. 3. §. ex his. ff. de iniusto testamento. M.I.R. d. except. 110. repl. 17.* Vicesimaprima; Nisi liberi eius qui præteritus est, hæredes sint instituti, reprobatur *l. Gallus. 29. §. in omnib. ff. de liber. & posthum.* Hæc de præteritione liberorum, de qua vide *infr. lib. 11. cap. 7.*

DE EXHÆREDATIONE LIberorum & parentum.

CAP. XIV.

HActenus de exceptione, sumpta ex præteritione liberorum & parentum (hoc est, si liberos vel parentes suos testator præterierit, neque exhæredauerit vel instituerit) sit dictum, nunc de iis, quæ sumuntur ex circumstantiis exhæredationis, est dicendum.

CLXXXIII. Exceptio; Nisi liberi vel parentes inutiliter exhæredati vel hæredes instituti sint. *l. non putauit. 8. §. non quæuis. ff. de bonorum possess. contra tabulas.*

CLXXXIV. Exceptio: Nisi ab vnius persona filius sit exhæredatus, vel ita, Quisquis mihi hæres erit, filius exhæres esto. *l. & si 3. §. filius. ff. de liberis & posthumis.*

CLXXXV. Exceptio: Nisi ante hæredis institutionem exhæredatio facta sit, reprobatur *d. l. 3. §. ante. l. posthumi. 3. §. vnde & ante. ff. de iniusto testamento. item l. 1. in princ. ff. de hæredib. instituen. M.I.R. d. reg. 21. except. 111.*

CLXXXVI. Exceptio: Nisi inter medias hæredum institutiones exhæredatio fiat, reprobatur *d. §. vnde. & l. & si 3. §. & si filius. Digest. de liberis & posthumis.*

CLXXXVII. Exceptio: Nisi inter hæredes exhæredatio facta sit, reprobatur *d. §. vnde. & d. l. 3. §. sed etiam & § in eo.*

CLXXXVIII. Exceptio: Nisi ab vno gradu, non omnibus facta sit exhæredatio, hoc enim casu is gradus, à quo exhæredatio facta non est, vitiatur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. proxim. replic. 15. duplic. 1. M.I.R. d. reg. 21. exc. 112.* Sed & eius replicatio est; Nisi post omnes hæredum institutiones exhæredatio sit facta. *l. 1. C. de liberis præteritis. M.I.R. d. except. 112. repl. 1.*

CLXXXIX. Exceptio: Nisi à re exhæredatio sit facta. *l. cum quidam. 19. ff. de liberis & posthumis.*

CXC. Exceptio: Nisi filius miles sit exhæredatus, reprobatur *l. filiusfam. 26. ff. d. tt.*

CXCI. Exceptio: Nisi sine iusta causa quis filium vel parentem exhæredauerit. *Nouell. constit. 115. §. cæterum si hæc. M.I.R. d. reg. 21. except. 114.* Declara-

claratur hæc exceptio definitione & enumeratione istarum causarum exhæredationis, *d. Nouel. const.* 115. §. *adhuc aliud, vsque ad* §. *memoria. M.I.R. d. exc.* 114. Plane replicatio huius exceptionis hæc est: Nisi non vt obsit sed vt prosit filio, eum exhæredauit. *l. multi.* 18. *ff. de liberis & posthumis.* Plura de exceptione proposita vide *infr. lib.* 11. *c.* 4. *ff. de inofficioso testam. quæst.* 2. *exc.* 17. *cum seqq.*

CXCII. Exceptio: Nisi causa exhæredationis in testamento specialiter non sit apposita. *Nouel. const.* 115. §. *ad hæc aliud. ibi, nisi forte ingrati, item* §. *verum hæc quidem. item* §. *siue igitur omnes. &* §. *sancimus igitur. M.I.R. d. reg.* 21. *exc.* 116.

CXCIII. Exceptio: Nisi hæres scriptus causam exhæredationis in testamento adiectam nõ probauerit veram esse. *Hæc exceptio ex locis iam propositis constat. M.I.R. d. reg.* 21. *exc.* 117.

CXCIV. Exceptio: Nisi causa exhæredationis non reperiatur Nouell. constit. 115, approbata. *Hæc exceptio approbatur d. Nouell. const.* 115. §. *ad hæc aliud. ibi, vt præter hasce. M.I.R. d. reg.* 21. *exc.* 115. vbi etiam distinguitur.

CXCV. Exceptio: Nisi causa exhæredationis sit falsa. *l. si posthumus.* 14. §. *fin. cum l. seq. ff. de liberis & posthumis.*

CXCVI. Exceptio, sumpta ex verbis exhæredationis, reprobatur *l. si quis.* 3. *C. de liberis præterit. l. qui volebat.* 59. *ff. de hæredibus instit. item l. filij.* 17. *ff. de liberis & posthumis.*

CXCVII. Exceptio; Nisi non nominatim exhæredatio sit facta. *l. posthumi.* 3. *in princ. ff. de iniusto testamento. Concordat Instit. de exhæredat. liberorum. in princip.* Declaratur exceptio proposita definitione vocabuli Nominatim, *l.* 1. *ff. de liberis & posthumis. Concordat Instit. de exhæred. liberorum.* §. *nominatim.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi vnum tantum filium habens exhæredationem scripserit, non expresso nomine proprio, tunc enim quamuis nomen filij non sit adiectum, valet tamen exhæredatio. *d.* §. *nominatim. item l.* 2. *&* 3. *ff. de liber. & posthumis.* Altera replicatio est: Nisi alia demonstratione vsus sit testator, vt euidenter constet de quo senserit, tunc etiam nomine eius non expresso, valet exhæredatio, *quæ constat exemplis d. l.* 3. *in princ.* Tertia; Nisi ita exhæredauit, Cæteri omnes filij filiæque meæ exhæredes sunt. *l. Titius.* 25. *in princ. ff. d. tt.* Quarta; Nisi fœminini sexus liberi & nepotes, per virilem sexum descendentes, exhæredati sint. Hæc replicatio approbatur quidem iure antiquo *Instit. de exhæredatione liberorum.* §. 1. *ibi, sed nec nominatim. &* §. *sed Prætor.* Iure autem nouo mutata ac reprobata est *Instit. d. tt.* §. *sed hæc quidem. Concordat l. maximum vitium.* 4. §. *sancimus itaque. C. de liber. præteritis.* Quinta replicatio est: Nisi posthumi sint exhæredati. Hæc replicatio in fœminis quidem posthumis approbatur, in masculis autem posthumis reprobatur. *Instit. de exhæredatione liberorum.* §. *sed & fœminini. Concordat quoad masculos posthumos l. posthumi.* 3. *in princip. ff. de iniusto testamento.* Plane iure nouo, quoad fœminini sexus posthumos, mutatur & reprobatur *d. l.* 4. §. *fin. C. de liberis præteritis.*

CXCVIII. Exceptio: Nisi sub conditione exhæredatio sit facta. *l. etsi* 3. §. *pure. ff. de liber. & posthumis. l. si quis.* 66. *in fin. ff. de hæredib. instituendis.*

CXCIX. Exceptio: Nisi quis post mortem suam exhæredetur. *l. si ita.* 13. §. *fi. ff. de liberis & posthumis. l. Gallus.* 29. §. *in omnibus. ibi, nam frustra. ff. d. tt. item l. suus quoque.* 4. §. *fin. ibi, cum etsi fuerit. ff. de hæredibus instituendis.*

CC. Exceptio: Nisi omnes filios filiasq; exhæredans, habeat filium, quem putauit mortuum *l. Titius.* 25. *ff. de liberis & posthumis.* Hæc de exceptionibus aduersus exhæredationem, quatenus testamentum ratione exhæredationis iustum est, sint dicta, quatenus autem exhæredatio obstat vel non obstat exhæredato, saluo testamento, dicetur *infr. lib. prox. c.* 6. *except.* 3.

DE REPLICATIONIBVS ADVERSVS HACTENVS ENUMERATAS EXCEPTIONES GENERALIBVS.

CAP. XV.

OMnis exceptio aduersus testamenta sumitur aut ex iis quæ testamẽti factionl insunt, aut ex iis quæ testamenti factionem sequuntur, *vt supr. c.* 5. *in pr. est ostensum.* Prioris generis exceptiones sunt enumeratæ & descriptæ. Antequã autem posterioris generis exceptiones proponamus, dispiciendæ sunt aliquot replicationes, quæ hactenus enumeratis exceptionibus, si nõ omnibus, at plerisq; saltem obiici possunt. Eiusmodi replicationes generales hæ sunt.

I. Replicatio: Nisi parentes inter liberos testamẽtum fecerunt. *l. filij.* 16. *C. familiæ ercisc. l. si cogitatione.* 21. *& l. vlt. C. d. tt. item l. hac consultissima.* 21. §. *ex imperfecto. C. de testamentis. M.I.R. d. lib.* 4. *c.* 3. *repl.* 1. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi extranea persona in testamento patris sit mista, quoad hanc enim personam, id quod ei in testamento imperfecto & non solenni relictum est, non valet. *d. l. vlt. & d.* §. *ex imperfecto. M.I.R. d. replic.* 1. *duplic.* 1. Cuius triplicatio est: Nisi testator sua subscriptione declaret tempus, liberorum nomina, & vnciarum quantitatem. *Nouel. const.* 107. §. *cæterum si vel vxori.* Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi parens legitimam vni ex liberis non relinquat. *l. parentib.* 8. *C. de inoffic. testam. l. filij.* 16. *in pr. C. familiæ ercis. M.I.R. lib.* 5. *c.* 8. *reg.* 20. *exc.* 3. Huius triplicatio est: Nisi is cui legitima relicta non est, voluntatem patris agnouit. *d. l.* 8. *vers. qui autem agnouit.* Sed plura de duplicatione proposita dicentur *infr. de inofficioso testamento.* Tertia duplicatio est: Nisi parens vel liberi non subscripserint *Nou. const.* 18. §. *& quod sæpenumero. Concordat Nouel. const.* 107. §. *quia vero scimus.* Sed & propositæ duplicationis triplicationes vide *infr. dupl. prox.* Quarta duplicatio est: Nisi parens tempus, liberorum nomina, & vnciarum quantitatẽ sua manu non scripserit. *Nouell. const.* 107. *M.I.R. d. repl.* 1. *dupl.* 2. Cuius prima triplicatio est: Nisi pater ipse scribere nesciat. *d. const.* 107. *ibi, si quis literarũ peritus.* Altera triplicatio est: Nisi filij dispositioni parẽtis subscripserint. *d. const.* 107. §. *quia vero scimus.* Tertia triplicatio videtur esse: Nisi sine scriptis pater inter liberos sit testatus, de qua inter doctores cõtentio est. Hæc de quarta duplicatione. Quinta duplicatio est: Nisi parẽs voluntatẽ mutauerit, approbatur simul & distinguitur *d. const.* 107. *ibi, & siquidem ea forma.* De qua re vide plura *infr. cap.* 19. *except.* 33. *repl.* 1. *dupl.* 5. Sexta duplicatio est: Nisi parens à priore dispensatione recedens aliam faciat. Hoc enim posterior dispositio in perfecto testamento vel in scriptis nuncupatiuo fieri debet. *d. vers. & siquidem ea forma. M.I.R. d. repl.* 1. *dupl.* 3. Septima: Nisi non pater, sed mater, vel alius ex ascendentibus inter liberos testatus sit, reprobatur *l. hac consultissima.* 21. §. *ex imperfecto. C. de testamentis. Concordat Nouell. const.* 107. *in princ. ibi, insuper etiam. M.I.R. d. repl.* 1. *dupl.* 15. Octaua: Nisi non inter liberos, quos habet in potestate, sed emancipatos pater testamentum fecerit, reprobatur *l. vltim. C. familiæ erciscundæ. Concordat d. Nouell. const.* 107. *in princip. ibi, atque hoc de suis pariter.*

II. Replicatio est: Nisi rusticus vel alius imperitus, qui prudentiores consulere non potest, testamentum fecerit, approbatur, certo tamen modo, *l. & ab antiquis.* 31. *C. de test. M.I.R. d. c.* 3. *repl.* 3. Huius duplicatio prima est: Nisi iuris peritos consulendi testator rusticus facultatẽ habuit. *d. l.* 31. Altera duplicatio est: Nisi septem testes testamento non sint adhibiti. *d. l.* 31. Contradicit *M.I.R. d. repl.* 3. *dupl.* 1. Cuius triplicatio est: Nisi septem testes literati eo loci inueniri nõ potuerunt, approbatur simul & distinguitur *d. l.* 31. Tertia duplicatio est: Nisi testes testamẽto non subscripserint. *d. l.* 31. Huius triplicatio est: Nisi testes scribere nesciant, nec qui scribere sciant, inueniri possint. *d. l.* 31. Cuius quadruplicatio est: Nisi testes nõ cognoscant testatoris voluntatẽ, vel eam post mortẽ testatoris iurati non deponãt. *d. l.* 31.

III. Replicatio: Nisi speciali priuilegio vel statuto loci iuris obseruatio sit remissa. *l. si non.* 9. *C. de testamentis. M.I.R. c.* 3. *repl.* 5.

IV. Replicatio: Nisi princeps alicui liberam testamenti factionem concesserit, reprobatur *l. si quando.* 35. *in prin. C. de inofficioso testamento. M.I.R. d. cap.* 3 *repl.* 8.

V. Replicatio: Nisi Princeps iniusto testamento hæres institutus sit, reprobatur *Inst. quib. mod. testament. infirm.* §. *fin. l. cum hæredes.* 7. *C. qui testamen. facere possunt. l. ex imperfecto.* 3. *item l. nolumus.* 20. *C. de testamentis.*

VI. Replicatio: Nisi testator cauerit, ne leges in suo testam. locum habeant, reprobatur *l. nemo.* 55. *ff. de leg.* 1. *& l. testandi.* 13. *C. de testam. M.I.R. d. c.* 3. *repl.* 10. Plane hoc casu vim habet codicillorum. *l. penult.* §. *fin. ff. de leg.* 2.

VII. Replicatio: Nisi testator in testamento adiecerit, se velle hoc valere iure codicillorum, vel quacunq; possit ratione, hoc enim casu valet iure quidem codicillorum, non testamenti, approbatur *per ea quæ habentur infr. lib.* 12. *de legatis, exc.* 85. *repl.* 1. *& 2. M.I.R. d. c.* 3. *repl.* 11.

VIII. Replicatio: Nisi in eum casum deuenerit testamentum, quo ab initio potuit subsistere, reprobatur *l. penult. ff. de reg. iuris. & l. omnia.* 201. *ff. d. tt. M.I.R. lib.* 5. *c.* 5. *reg.* 5. *in fine.*

IX. Replicatio: Nisi is qui propositarum exceptionum aliqua vtitur, voluntatem defuncti agnouerit. *l. parentibus.* 8. *in fin. ff. de inofficioso testamento.* Plura de hac re vide *infr. lib. prox. c.* 9. *exc.* 8. *M.I.R. d. cap.* 3. *repl.* 35.

X. Replicatio: Nisi is qui propositarum exceptionum aliqua vtitur, testamento subscripserit. *Nouell. const.* 107. §. *quia vero scimus.*

XI. Replicatio: Nisi nauarchi vel trierarchi testati sint. *l. vnica.* §. *item nauarchos. ff. de bonorum possessione ex testamento militis.*

XII. Replicatio: Nisi testator in hostico deprehensus, ibi testatus & mortuus sit. *d. l. vnica, in princ. Concordat l. vlt. ff. de militari testament. M.I.R. d. cap.* 3. *repl.* 12.

XIII. Replicatio: Nisi testamenti nomine semel actum sit, & pro testamento iudicatum. Hæc replicatio ipso quidem iure, quo etiam rei iudicatæ exceptio generalis subsistit, verum duplicatio est: Nisi antea falsum dictum sit testamentum, nunc dicatur iniustum. *l. Lucius.* 47. *ff. de petitione hæreditatis.*

XIV. Replicatio: Nisi in iniusto testamento is hæres scriptus sit, qui etiam ab intestato hęres esse potest. *l. posthumus.* 12. §. *idem & circa. ff. de iniusto testam. Concordat item infr. c.* 19. *exc.* 33. *repl.* 1. *dupl.* 2. *M.I.R. d. c.* 3. *repl.* 15.

XV. Replicatio: Nisi vitium in tali actu sit, sine quo etiam testamẽtum potuit subsistere, hoc enim casu non totum testamentum vitiatur, sed ille solus actus, cui vitium inest. Hæc replicatio est omnium exceptionum de vulgari & pupillari substitutione *supr. cap.* 11. *&* 12. propositarum, item exceptionum aduersus legata & fideicommissa, quia etiam sine substitutione, item sine legatis & fideicõmissis testamentum valere nõ dubitatur. *M.I.R. lib.* 4. *c.* 3. *reg.* 17. Sed & earum exceptionum, quæ ex scriptura testamenti, item ex subscriptione & signaculis sumuntur, de quibus *supr. cap.* 9. est dictum, replicatio communis hæc est: Nisi testamentum sit nuncupatiuum, *quæ tractata est supr. d. cap.* 9. *in fine.* Speciales sane replicationes singularum exceptionum propositæ sunt *supr.* sub suis exceptionib. Plane superest adhuc vna replicatio generalis, de qua sequitur.

DE MILITARI TESTAMENTO.

CAP. XVI.

XVI. Replicatio generalis est: Nisi miles testamentum fecerit. *quæ approbatur Instit. de militari testamento, in pr. l.* 1. *in prin. l.* 2. *l. in fraudem.* 15. §. 1. *item l. miles,* 35. *ff. eod. tt. l.* 1. *in fin. C. de testamento militis. l. ex testamento. l. si à fratre.* 14. *item l. milites.* 15. *C. eod. tt. M.I.R. d. c.* 3. *repl.* 18. Declaratur replicatio proposita etymologia militis, *l.* 1. §. *fin. ff. de militari testament.* Plane replicatio proposita plures recipit duplicationes nunc enumerandas, & primum quidem eas quæ sumuntur ex iure seu regula, contra quam miles est testatus.

I. Duplicatio: Nisi pupillus miles testatus sit. *l. vlt. C. de testam. militu. M.I.R. d. repl.* 18. *dupl.* 1.

II. Duplicatio; Nisi in hostium potestate positus miles, testamentum fecerit. *l. facere.* 10. *ff. de militari testamento.*

III. Duplicatio; Nisi ex militari delicto damnatus testamentũ fecerit, reprobatur *l. ex militari.* 11. *in pr. ff. d. tt. l. si quis* 6. §. *irritum. ibi, nisi forte miles. ff. de iniusto testamento. item l.* 1. *ff. de veteranorum & militum succes.* Plane admittitur primum, si de aliis quam castrensibus bonis testatus sit. *d. l.* 11. *l. & militibus.* 13. *C. de testamento militis.* Deinde, si sacramẽti fides rupta sit. *d. l.* 11. Tertio, si ex cõmuni, nõ militari delicto sit punitus. *d. l.* 1. *ff. de veter. & milit. successione.* Quarta distinctio videtur esse, si non

si non iure communi sit testatus, sed reprobatur *d.l.11.Cui cōcordat d.§.irritum.ibi, nisi forte miles.* Plane duplicatio proposita replicatio est eius exceptionis, de qui *infr.cap.5.exc.13.* actum est.

IV. Duplicatio: Nisi plures quam vnum hæredem necessarium in fraudem creditorum miles instituerit. *l.in fraudem. 15. in princ. ff.de militari testamento.*

V. Duplicatio: Nisi captatoria sit militis institutio. *l.captatorias.11.C.de testamento militis.* De hisce captatoriis institutionibus vide *supr.cap.10. except.107.repl.3.*

VI. Duplicatio: Nisi seruum pœnæ miles hæredem scripserit, approbatur simul & distinguitur *l.idem est.13.§.deportati.ff.de militari testam.*

VII. Duplicatio: Nisi erret miles in testando. *d.l.13.§.si seruum.*

VIII. Duplicatio: Nisi miles mulieri, in quā turpis suspicio cadit, aliquid suo testamento reliquerit. *l.miles.41.§. mulier.ff. de militari testament.l. mulierem.14.ff.de his quæ vt indignis.*

IX. Duplicatio: Nisi miles ei qui in aliena potestate est, tutorem testamento suo dederit. *d.§. mulier.l.cum filiusfam.28.ff.de militari testam.*

X. Duplicatio: Nisi fundum dotalem miles in testamento suo legauerit. *l.dotalem.16.ff.de militari testamento.*

XI. Duplicatio: Nisi miles testamento manumiserit eum, cuius libertas lege impeditur. *l.si à milite.29.§.1.ff.eod.tt.*

XII. Duplicatio: Nisi miles minor annis seruo libertatem reliquerit. *l. si Rufinus. 4.C. de testamento militari.*

XIII. Duplicatio: Nisi nondum sit perfectū testamentum militis, reprobatur *l. Lucius.40.in princip.ff.de militari testamento.l.miles.35. item l. si miles.3.ff.eod.tt.*

XIV. Duplicatio; Nisi quis se in testamento militis hæredem scribat. *l.in fraudem.15.§.si quis se. ff.d.tt.* Hactenus propositę replicationis duplicationes, sumptæ ex regula, contra quam miles testamētum fecit, enumeratæ sunt, sed & alias huiusmodi duplicationes vide in singulis regul. seu exceptionib. *supr.* propositis, & *infr.cap.prox.* proponendis. Sequuntur nunc reliquæ duplicationes, & primū eæ quæ sumuntur ex persona militis testatoris, quanquam eiusmodi quædam propositæ sunt *supr.dupl.1.cum duab.seqq.*

XV. Duplicatio; Nisi is qui in numeros nondum relatus est, testamentum fecerit. *l.ex eo.42. ff. de militari testamento.* Huius triplicatio prima est; Nisi miles ex alio numero in alium translatus, hinc sit exemptus, & illo nondum peruenerit. *l.vnica. § fin.ff. de bonorum possessione ex testamento milit.* Altera triplicatio; Nisi militia cingi, & in numeros referri iussus, testamentum fecerit. *l. penult.de milit.testamento.*

XVI. Duplicatio; Nisi scriniarius vel apparitor magistri militum testatus sit. *l.scriniariis.16.C. de testament.militis.*

XVII. Duplicatio; Nisi vigiles testentur, reprobatur *l.vnica.§. item milites. ff. de bonorum possess. ex testamento militis.*

XVIII. Duplicatio; Nisi remiges & nautæ testantur, reprobatur *d.l.vnica.§.item nauarchos.*

XIX. Duplicatio; Nisi miles non sibi, sed filio suo faciat testamentum, reprobatur *l.fraudem.15. §. miles.ff.de militari testam.*

XX. Duplicatio: Nisi extra tempus expeditionis, vel extra castra miles iure militari sit testatus. *Inst.de militari testam. in princ.ibi, videlicet cum in expeditionibus. §.sed hactenus.& §.illis autem.l.iure militari.4.ff.eod.tt.l.ne quidam.17. C. de militis testamento.M.I.R.d.repl.18.dupl.2.* Plane propositæ duplicationis tripl catio est: Nisi ante expeditionem testamentum nō iure factum, expeditionis tempore miles ratificauerit. *Inst.de militari testamento. §.sed etsi quis.l.idemque.9.item l.in fraudem.15.§.testamentum.ff.eod.tt.* Huius quadruplicatio est: Nisi nullo actu miles declarauit, se velle illud testamentum, quod ante fecit, valere. *l.tribunus.20.§. cum aliquis.& l.Titius.25.ff.eod.tt.*

XXI. Duplicatio: Nisi præfectus tribunus militū, aut alius intra certos dies in castris, postquam successor eius venerit, manens, testamentum fecerit. *l.tribunus. 20. §. in princ. & l.quod constitutum.21.ff.de militari testamento.*

XXIII. Duplicatio: Nisi annum post missionem vixerit testator. *Inst.de milit. testam.§. & quod in castris.* Huius triplicatio prima est; Nisi miles iure communi testamento facto, primo gradu eum scripsit hæredem, quem non nisi iure militari poterat, deinde alium, quem etiam iure communi potuit, ei substituit. Hoc enim casu, quamuis post annum decesserit, nihilominus substitutio valet. *l.si miles.7.ff.de iniusto testam.* Altera: Nisi post missionem intra annum ad aliam militiam testator fuerit adsumptus. *l.quod dicitur. 38.§.miles.ff.de militari testamento.*

XXIII. Duplicatio; Nisi conditio institutionis post annum quam testator à militia dimissus est, extiterit, reprobatur *d.l.38.in princ. Concordat Inst.d.tt.§.& quod in castris.*

XXIV. Duplicatio; Nisi miles ignominiæ causa sit dimissus. *l. testamenta. 26.in prin. & in fin.ff.de militari testamento.*

XXV. Duplicatio; Nisi incertum sit, an miles testandi animo fecerit. *Instit.de milit.testamento.§. plane de testamentis. Concordat iisdem verbis l.diuus Traianus.24.ff.eod.tt.*

XXVI. Duplicatio; Nisi miles iure communi testari voluit, reprobatur *l. si miles. 3.ff. de mili.testam.M.I.R.d.repl.18.dupl.4.*

XXVII. Duplicatio; Nisi ex certa re vel parte in testamēto militis hæres institutus, totam hæreditatem petat. *l. si miles.6. & l. quærebatur.19. in pr.ibi, cum & ex.ff.eod.tt.l.1.cum l.seq. C. de testamento militis. item l.ex militari.11.§.fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. de milit. testamento.* Plane propositæ duplicationis triplicatio prima est; Nisi filiusfamilias miles de castrensibus bonis testatus, iam veteranus decessit, hoc enim casu & paterna bona hæredi scripto debentur. *l. idem est. 13. ff. d.tt.* Altera; Nisi filiusfamilias paganus, non miles, de castrensi peculio sit testatus. *l. de hæreditate. 19.§. filiusfamilias.ff.de castrensi peculio.* Tertia; Nisi pluribus hæredibus institutis ex certis partibus, quędam partes supersint, hoc enim casu institutio trahitur ad ius commune. *l.quanquam.3.C.de testamento militis.* Hæc de 27. duplicatione, de qua vide item *infr.cap.2.reg.3.exc.1.repl.1.*

XXVIII. Duplicatio; Nisi codicillis in militia

tia factis, testamentum ante militiam iure communi sit factum, reprobatur *l.conficiuntur. 8.§.si miles.ff.de iure codicillor.* Hactenus duplicationes aduersus propositam replicationem testamenti militaris enumeratæ sunt. Sed & speciales huiusmodi duplicationes vide in singulis regulis, cōtra quas miles testamentum fecit, vt puta, Si liberos suos præteriit, *supr.c.13.exc.181.repl.10.* Item si filiusfamilias de castrensi peculio testatus est, *supr.c.6.repl 2.* Si testamentum posterius contra regulas iuris fecit, *infr.c 19.exc.33.repl.1, dupl.1.* Si capite fuerit deminutus miles testator, *infr.cap. prox.except.1.repl.2 & sic deinceps.* Sed & alia militaris testamenti propria vide passim in suis locis, vt puta, quod inter hæredes à milite institutos non sit ius adcrescendi, *infr.cap. 22.* item quod contra testamētum militare non admittatur inofficiosi querela, *infr.de inoffic. testam.* item quod Falcidia in legatis à milite relictis, non habeat locum, *infr.de Falcidia.& sic deinceps.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS testamenta, sumptis ex consequentibus testamenti factionem.

CAP. XVII.

HVcusque prioris generis exceptiones contra testamenta, hoc est, quæ sumuntur ex iis quæ testamenti factioni insunt, cum suis replicationibus & duplicationibus tam generalibus quam specialibus expositæ sunt, sequuntur nunc posterioris generis exceptiones, quando scilicet testamentum ab initio iure factum, ex post facto infirmatur, cuius generis exceptiones (*vt supr.cap.5. in princip. ostensum est*) duplices sunt. Nam aut ruptum, aut irritum fieri dicitur hoc casu testamentum, sumunturque huiusmodi exceptiones similiter ac superiores vel ex persona testatoris, vel ex personis testium, vel ex persona hæredis instituti, vel ex aliis huiusmodi circumstantiis, vt ex sequentibus patebit. Sit autem huius generis exceptio prima hæc: Nisi testator postea capite sit deminutus, *quæ approbatur Inst.quibus modis testament.infirm.§.alio autem.* Quid autem, & quotuplex sit capitis deminutio, definitur *Instit.de capitis deminutione*, de qua re vide alibi. Concordat propositæ exceptioni *l.si quis.6.§.irritum.ff. de iniusto testamento. item l. conficiuntur.8.§.si post.ff.de iure codicillorum.* Plane replicatio prima est: Nisi mortis tempore pristinum statum testator receperit. *Instit.quibus modis testament.infirm.§.non tamen.* Cuius duplicatio prima est: Nisi testamenti facti tempore etiam capite fuerit diminutus, non solum postea. *l. 1.§. exigit.ff. de bon. possess. secundum tabulas.* Altera duplicatio est; Nisi nullo actu declarauerit testator, se eodem testamento mori velle. *de qua vide infr. except.3.replic.1.dupl.1.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi miles testator capite fuerit deminutus. *l.miles.22.cum lege seq. ff. de milit. testam.l.si quis. 6.§.fin. ff. de iniusto testamento, item Instit.de milit. testam.§. denique.* Sane propositæ exceptionis species sunt exceptiones proxime sequentes, in quibus vide plures huius exceptionis replicationes.

II. Exceptio; Nisi testator postea capitali sententia fuerit damnatus. De hac exceptione eiusque replicationibus vide *supr. cap.5.except.13.*

III. Exceptio: Nisi testator postea se dederit adrogandum, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.except.1.in princ.* Eius autem replicatio prima est: Nisi tempore mortis sui iuris fuerit testator. *Et hæc replicatio approbatur per ea quæ proposita sunt supr.d.exc.1.repl.1.* Præter autem duplicationem *supr.d.repl.1.* propositam, & alia eius duplicatio hæc est: Nisi testator nullo actu declarauerit, se eodem testamento mori velle. *Quæ approbatur l. qui ex liberis.11.§. testamento. ff. de bonor. possess. secundum tabulas.* Altera replicatio est: Nisi miles testator se adrogandum dederit. *l.idem. 23.ff. de milit.test.l.miles.22.ff.eod.tt.* Huius duplicatio est: Nisi postquam militia dimissus est miles, adrogandum se dederit. *d.l.23.*

IV. Exceptio: Nisi testator ad hostes peruenerit. *l.si quis.6.§.irritum.ff.de iniusto testamento.l.itinere.3.§.fin.ff.de verbor.signific.M.I.R.lib.4.cap.4. exc. 2.* Plane ipso quidem iure testamentum eius qui ab hostibus captus est, irritum fit, sed vires suas recipit vel iure postliminij, vel ex lege Cornelia: quod replicationis loco notandum. *d.l.6.§. quatenus.& l.bona.22. in princ.ff. de captiuis. Concordant item ea quæ habentur supr. cap.5.except.19.repl.2. M.I.R.d.except.2.*

V. Exceptio. Nisi memoria testatoris sit damnata. *l.si quis.6.§.quid si quis, in fin.ff.de iniusto testamento.*

VI. Exceptio: Nisi testator postea in eum casum inciderit, quo ab initio testari non potuit, puta furiosus, surdus, vel mutus factus, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap.5.except.6. repl.2. item except.8.repl.5.*

VII. Exceptio: Nisi testator sibi ipsi mortem consciuerit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.c.5.exc.14.distinct.1.*

VIII. Exceptio; Nisi testator post factum testamentum decem annos vixerit, reprobatur *l. sancimus 27.C.de testamentis.*

IX. Exceptio: Nisi testium conditio postea sit mutata, vt testes in testamento amplius esse nōn possint, reprobatur *l.ad testium.22.§. conditionem. ff.qui testam.facere possunt.& l.1.C.de testamentis.*

X. Exceptio: Nisi hæredis instituti conditio mutata sit, vt non sit amplius cum eo testamenti factio, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.c.10.exc. 83.repl.1.*

XI. Exceptio: Nisi hæres ingratus sit, & officium hæredis non fecerit. *Hæc exceptio approbatur infr.lib.prox.cap.9.except.1. cum sequentibus. M.I.R.d. cap.4.except.4.*

XII. Exceptio: Nisi hæres iusta testatoris non fecerit *l.vlt.§.fin.C.de fideicommissis. Concordat Nouel.const.1.§.si quis autem quod.item § si vero nulla.cum aliis eiusdem constitutionis verbis. item Nouell. const.48. §.atque esto sane.M.I.R.d.cap.4.except.1.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi in sepultura iussui testatoris non obtemperauerit. *l. non oportet.5.ff. de his quibus vt indignis.* Altera: Nisi aliquid amplius quam testator iussit, hæres fecit. *l.cum in 202.ff. de verb. signific.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr.lib.12.cap.8.caus.15.*

XIII. Exceptio; Nisi hæres codicillos intercidit. *l.si quis.4.ff.ad l.Cornel.de falsis.*

XIV. Exceptio: Nisi hæres non adquiescat iis,

quæ testator de modo substantiæ suæ iurauit. *Nouell.const.*48.

XV. Exceptio: Nisi hæres testamentum falsum dixit, approbatur simul & distinguitur *infr. lib.*12.*cap.*8.*caus.*17.

XVI. Exceptio: Nisi hæres testamentum aboleuit.*l.si quis.*26.*ff.ad l.Cornel.de falsis.*

XVII. Exceptio: Nisi successionem futuram, eiusve partem viuente adhuc testatore alienauit,*l.quidam.*30.§.*fin.cum leg.seq.ff.de donationib.*

XVIII. Exceptio: Nisi impuberi defuncto pupillariter substitutus, tutorem non petierit.*l. sciant.*10.*C.de legitimis hæredib.*

XIX. Exceptio: Nisi hæreditas adita non sit. *l.1.in fin.ff.de iniusto testam.Concordant ea quæ habentur infr.lib.*12.*cap.*9.*caus.*42.*exc.*1.*repl.*6.*M.I.R.d.c.*4.*except.*7. Huius exceptionis replicatio prima esse videtur: Nisi ex militari testamento hereditas nõ sit adita, sed reprobatur *l.si secundum.*32.*ff. de milit. testam.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *infr.d.repl.*6.*item lib.*10.*c.*14.*reg.*2.

XX. Exceptio: Nisi hæres viuo testatore, vel ante aditam hæreditatem decesserit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. cap.*20.*reg.*1.

XXI. Exceptio; Nisi tempus ex quo hæres institutus est, nõdum venerit, vel tempus ad quod, sit finitum, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap.*10.*exc.*118. Plane admittitur primum, si miles in tempore vel ad tempus hæredem instituerit.*l. in fraudem.* 15.§.*miles.ff. de milit. testam.l. miles.*41.*in pr.ff.eod.tt.item l.certi.*8.*C.de testam.milit.* Secundo, si ex die incerto hæres sit institutus,*approbatur M. I.R.lib.*4.*c.*2.*reg.*21.*exc.*77.*repl.*3.

XXII. Exceptio; Nisi ei conditio institutionis defecerit, vel non recte sit impleta. De hac exceptione eiusque speciebus vide *infr. lib.* 14. *cap.*1.*&* 2.

XXIII. Exceptio; Nisi post testamentum perfectum testator aliquid interleuerit vel suprascripserit.*De hac re vide supr. cap.*9. *except.*72. *& except.*73.

XXIV. Exceptio; Nisi signa vel linum fuerint turbata, incisa vel resignata.*l.*1.§.*penult.ff. si tabul. testament. nullæ extab. l. ad testium.* 22.§. *si signa. ff. qui testam.facere possunt.l.*1.§ *si linium.ff.de bon.possess. secund.tabul.item l.nostram.*30. *C. de testamentis. M.I. R.lib.*4.*cap.*4.*except.*9.*item except.*16.*replic.*1. *dupl.*6. *triplic.*1.*quadrupl.*2. Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi non à testatore, sed ab alio, vel casu fortuito signa vel linum fuerint turbata. *d. l.* 30.*& d.l.*1.§.*si linum.& §.fin.* Altera replicatio est; Nisi cum plurium quam opus erat, signis testamentum signatum esset, legitimus signorum numerus adhuc compareat. *l. cum tabulæ.* 7. *ff. de bonorum possess.secundum tabul.* Tertia; Nisi pupillare tantum testamentum resignatum sit, principali saluo.*l.vt bonorum.*9 *ff.d. tt. & l. patris.* 18.*ff. de vulgari substitut.* Quarta; Nisi testator demens signa turbauerit.*l.vlt.ff.de iniusto testam.* Quinta; Nisi testamentum postea denuo fuerit signatum. *l. si testamentum.*23.*ff.qui testamentum facere possunt.*

XXV. Exceptio; Nisi tabulæ testamenti amissæ sint, reprobatur *l.vnica, in fin.ff.si tabul.testament. nullæ ext.l.*1.§.*sed consulto, in fin.ff. de his quæ in testam. delentur.l.si in duobus.*10.§.*fin.ff.testament.quemadm. aper.l.*2.*C. de testamentis. item l. non idcirco.* 11. *C.eod. tt.* Plane admittitur exceptio proposita, si mortis tempore non extiterint tabulæ. *l.*1. §.*semel.ff. de bon. possess. secund. tabul.* Huius exceptionis in proposita distinctione replicatio prima est; Nisi cum in duobus exemplaribus testamentum factum esset, vnum exemplar extet, tunc enim quamuis alterum non extet mortis tempore, nihilominus testamentum valet. *d. l.* 1.§.*si quis in duob.* Cuius duplicatio est; Nisi vnum quasi testamentum, aliud quasi exemplum sit factum, & exemplum quidem extet, testamentum vero non extet.*d.l.*1.§.*sed si vnum.*

XXVI. Exceptio: Nisi testamenti tabulæ non fuerint prolatæ nec apertæ, reprobatur *l.*1.§.*sufficit.ff.de bonor.possess.secund.tabul.*

XXVII. Exceptio: Nisi testamentum imperiali rescripto sit rescissum, reprobatur *l.si testam.* 10.*ff.de testamentis.M.I.R.d.cap.*4.*exc.*10.

DE ADGNATIONE POSTHVmi & quasi posthumi.

CAP. XVIII.

XXVIII. Exceptio: Nisi testatori adgnascatur posthumus, approbatur *Insiit.de exhæred.lib.*§. *posthumus. l.* 1. *ibi, vel adgnatione. ff. de iniusto testam. l.posthumi.*3.§. *ex his.ff. eod.tt.l.*1.*C. de posthumis.item l.*2.*C.de bonor. possess. contra tabul. M.I.R, d.cap.*4.*exc.* 12. Declaratur exceptio proposita definitione posthumi, *l.posthumi.*3.§.1.*ff. de iniusto testam.* Plane propositæ exceptionis replicationes plures sunt, quarum prima est; Nisi posthumus in testamento sit exhæredatus.*d.*§.1.*vers.ita demum.* Huius duplicatio prima est; Nisi non nominatim, sed inter cæteros posthumus sit exhæredatus, *d. vers.ita demum.* Declaratur hæc duplicatio *d.l.*3.§. *penult.* Plura de ea vide *supr.cap.*14.*except.*196. Altera duplicatio est; Nisi in priore quidem testamento exhæredatus sit posthumus, in posteriore vero non sit.*l.posthumi.*3.§.*sed et si stante. ff. de iniusto testam.* Tertia; Nisi ita exhæredatione posthumi facta, Si filius natus nataue erit, exhæres esto, & filius & filia nascatur. *l. si ita.*14.*ff.de iniusto test.* Plures propositæ replicationis duplicationes vide *supr.cap.*14. Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi posthumus hæres sit institutus.*approbatur per ea quæ proposita sunt supr.ead exc. in pr.* Eius autẽ duplicatio prima est; Nisi sub cõditione posthumus hæres sit institutus. *l. posthu.* 24.*ff.de liberis & posthumis.* Huius triplicatio est: Nisi antequam posthumus nascatur, conditio institutionis extiterit.*l.cum posthumus.*23.*ff.eod.tt.* Plura de proposita duplicatione eiusq; triplicationib.vide *supr.ca.*10.*exc.*120. Altera duplicatio est; Nisi in eum casum nascatur, qui institutione cõprehensus non est.*l.cõmodissime.*10.*in fin.ff.de liberis & posthu.* Huius triplicatio est; Nisi ita institutione facta, Si mihi filius natus fuerit, ex besse, si filia, ex triente hæres esto, & filius & filia nascatur. *l.si ita.*13. *in pr.ibi, licet enim.ff.de liberis & posth.* Secus in exhæredatione, *vt supr.repl.prox.dupl.*3. Tertia duplicatio est: Nisi posthumus inutiliter sit institutus, approbatur exemplo præcedentium & sequentium duplicationum, cuius species vide *supr.cap.*10. Quarta duplicatio est; Nisi nepos vel pronepos, cuius pater adhuc viuit, hæres sit institutus. hoc enim casu inutilis est institutio, iure scilicet antiquo: *vt sup.cap.*10.*except.*86.*dist.*9.*est ostensum.* Inutiliter autem institutus habetur pro præterito, *vt ex supradictis patet.* Ergo nepos vel pronepos testatori adgnatus, quamuis institutus sit, tamen testamentum eius rumpit: quia pater eius institutionis tempore viuit, & ob id alienus posthumus est institutus. Cuius duplicationis triplicatio prima est: Nisi nepos institutus mortuo patre, viuo testatore nascatur. *l. Gallus.* 29.§.*nunc de lege.ff.de liber. & posthumis.* Altera triplicatio est: Nisi pater viuo testatore, quamuis nato posthumo nepote, decesserit.*d.l.*29.§. *ille casus.* Tertia triplicatio est: Nisi pater nepotis à testatore fuerit emancipatus: hoc enim casu nepos etiam inutiliter institutus erit, quamuis testatoris suus hæres futurus non sit.*d.*§.*ille casus. versic. quæremus.* Quarta: Nisi posthumus nepos vel pronepos, cuius pater vel auus adhuc viuit, sub hac conditione institutus sit, Si viuo testatore parens posthumi mortuus fuerit.*d.l.*29. *in pr. vsque ad* §.*& quid si.* Quinta: Nisi pater nepotis iam nati viuo testatore à potestate eius quolibet casu sit liberatus.*d.l.*29.§.*& quid si.* Sexta: Nisi nepos ex filio qui apud hostes est, hæres sit institutus. nam & hoc casu, quamuis pater eius viuat, vtiliter est institutus, etiam patre post mortem aui defuncto apud hostes. *d. l.* 29. §. *quid si is.* Septima: Nisi nepos testatori suus hæres aliquo casu fiat. tunc enim quamuis viuo patre suo institutus sit, nihilominus recte institutus videtur, quæ triplicatio generalis, præcedentes sub se comprehendens, approbatur *d.*§.*quid si is.vers.melius ergo.* Octaua triplicatio est: Nisi posthumus nepos hæres institutus apud hostes nascatur, & post mortem patris auique testatoris redeat: hic enim posthumus, quamuis nec testamenti facti, nec natiuitatis, nec etiam mortis testatoris tempore in eius fuerit potestate, vtputa apud hostes constitutus: tamen propter ius postliminij mortis testatoris tempore in eius potestate fuisse fingitur, & ob id vtiliter est institutus.*d.l.*29.§.*si eius qui.* Hactenus quartæ duplicationis triplicationes sunt enumeratæ: quæ replicationum quoque loco possunt annotari aduersus exceptionem institutionis de posthumo alieno hærede inutiliter instituendo, *de qua sup.cap.*10.*exc.*86.*distinct.*9.*est dictum.* Nam iure quidem antiquo posthumus alienus, hoc est, is qui tempore testamenti facti natus testatori suus hæres futurus non erat, inutiliter hæres instituebatur. Cuius exceptionis replicatio à lege Vellea introducta erat hæc: Nisi natus vel mortis testatoris tempore ei suus hæres futurus est, vel iure postliminij esse fingitur. hoc enim casu nihilominus valebat institutio: quamuis nec testamenti facti, nec natiuitatis tempore testatori suus esset hæres: seu (vt verba legis Velleæ habent) etiamsi parente viuo nascatur. Huius replicationis species sunt casus in supradictis replicationibus propositi. Cum autem iam dicta exceptio iure nouo sit sublata, *secundum ea quæ proposita sunt sup.d.dist.* 9. eius replicationibus hodie non egemus. Quinta propositæ replicationis duplicatio videtur esse: Nisi posthumus alienus, qui testatori aliquando suus hæres futurus est, non sub formula à Gallo Aquilio tradita, sed generaliter hæres sit institutus. Hæc duplicatio declaratur, simul & reprobatur *l.Gallus.*29.*in pr.vsq; ad* §.*si eius.ff. de liberis & posthumis.* Ibi enim Scęuola Galli formulam proponit, & eam aliquot casibus propositis, non sufficientem ostendit: tandemq; ea reprobata, generalem formulam substituit. Sexta duplicatio est: Nisi nepote vel pronepote posthumo hærede instituto, pater eius sit præteritus, vel inutiliter institutus aut exhæredatus. hoc enim casu non prodest posthumum hæredem esse institutum.*d.l.*29.§.*in omnib.* Huius triplicatio prima est: Nisi pater possit præteriri. Hæc triplicatio exemplis *d.*§.*omnib.* approbatur. Nam pater nepotis apud hostes constitutus, potest præteriri: *vt ostensum sup.c.*13.*exc.*176.*repl.*11. Item nepos & pronepos, cuius pater est, in testatoris potestate, & hæres institutus, potest præteriri, *secundum ea quæ dicta sunt sup.dicta exc.*176.*repl.*5. Altera triplicatio est: Nisi pater posthumi instituti præteritus, vel inutiliter institutus, viuo suo patre decesserit.*d.l.*29.§.*forsitan. & §. num si & filius, in fin.* Septima duplicatio est: Nisi posthumo ex certa vxore hærede instituta, postea ex alia vxore posthumus sit natus.*l.filius.*28.§.*si quis ex certa. ff.de liberis & posthumis.* Hactenus de secunda propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus sit dictum. Tertia replicatio est: Nisi mulier abortum fecerit,*l.*2.*C.de posthumis.Concordat Insl.de exhæred.liberorum.*§.*posthumi.in fin.* Quarta: Nisi posthumus execto ventre editus sit. reprobatur *l.quod dicitur.* 12. *ff. de liberis & posthumis.* Quinta: Nisi non integrum animal editum sit. reprobatur *d. l.* 12. Contradicere videtur *l. quod certatum.*3.*in fi.C.de posthumis.* Sexta replicatio est: Nisi monstrum vel prodigium natum sit.*d.l.*3.*in fin.* Septima; Nisi natus posthumus illic decesserit. reprobatur *d.l.*3.*l.*2.*C.eod.tt.* Octaua; Nisi viuo testatore posthumus nascatur. reprobatur *l. posthumi.*3.§.1.*& §.sed & si stante.ff.de iniusto testam.* Nona; Nisi viuo testatore posthumus & natus & mortuus sit.*l.posthumus.*12.*in pr.ff. de iniusto test. M.I.R.d exc.*12.*repl.*3. Huius duplicatio est; Nisi testatore apud hostes existente, posthumus natus mortuus sit *l.qui vxorem.* 15. *ff. eod. tt. & l.bona eorum.*22.§.*fin.ff.de captiuis.* Decima replicatio est; Nisi posthumus natus non sit in potestate testatoris.*l.quod certatum est.*3.*in pr.C.de posthumis. l. quod dicitur.*12.*ibi: si nascatur in potestate.ff.de liberis & posthumis. item l.si filius familias.*33.§.*sed si filius familias. ff.de militari test.* Vndecima; Nisi nepos vel pronepos posthumus natus habeat patrem adhuc antecedentem in potestate testatoris. *d. l* 33.§.*ac ne auo quidem suo. & d.l.*3.*in pr. inc.C.de posthumis.* Duodecima; Nisi mil.ti testatori adgnatus sit posthumus. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap.*13.*exc.*176.*repl.*14. Plane propositæ replicationis duplicatio est; Nisi miles testamentum faciens, ignorauerit se posthumum habiturum, tunc enim adgnatione posthumi eius testamentum, quamuis militari iure factum rumpitur.*approbatur per ea quæ proposita sunt d. repl.* 14.*dupl.*1. Huius duplicationis triplicatio est; Nisi miles de posthumo certior factus, nihilominus testamentum valere velit. approbatur simul & distinguitur *l.si filius familias.*33.*ff.de milit.test. Concordat propositæ triplicationi sup.d.replic.* 14.*dupl.*1.*tri-*

*plic.*1. Plane propositæ triplicationis quadruplicatio est: Nisi miles cum militare desiisset, testamentum ruptum rursus valere voluerit. *l.*33 *in pr. vers. si modo.* Decimaterria replicatio; Nisi non testamentum, sed codicilli facti sint; hi enim adgnatione posthumi non rumpuntur. approbatur *inf. cap.*23. *quæst* 4. *exc.*16 Hæc de 28. exceptione eiusque replicationibus sint dicta; de qua re vide plura *sup cap.*13.

XXIX. Exceptio; Nisi mortuo vel alia ratione patria potestate liberato filio testatoris, nepos ex eo in sui hæredis locum successerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap.*13. *exc.*176. *repl.*5. *dupl.* 1. *M.I.R. d. cap.*4. *exc.*13. Eius autem replicatio prima est: Nisi filius, ex quo nepos auo succedit, patri testatori superuixerit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup d. repl.*5. *in pr.* Sed & distinguitur *per ea quæ proposita sunt d. repl.*5. *dupl.*2. 3. & 4. Altera replicatio est: Nisi nepos, qui auo testatori succedit, ab eo hæres institutus sit, vel exhæredatus. *l. si quis.*6. §. *succedendo ita ff. de iniusto testamento. l. filio.* 23. §. *fin. ff. de liberis & posthumis. Concordat item posterior pars l. Velleæ, l. Gallus.*29. §. *sequente. ff. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi filius post mortem testatoris decesserit. quæ ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est; Nisi viuo testatore captus filius, post mortem testatoris apud hostes decesserit. *d. l.*29. §. *videndum.* Altera duplicatio hæc esse videtur: Nisi is qui in locum sui hæredis succedit, hæres institutus, tempore testamenti nondum fuit natus. sed reprobatur *d. l.*29. §. *ille casus.*

XXX. Exceptio; Nisi mortuo auo, nepos in patris testatoris potestatem recidat, *l. filius.*28. §. *filiusfamilias ff. de liber. & posthumis. l. filiusfamilias.*33. *in fin. ff. de mil. test.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi nepos à patre suo hæres institutus sit, vel exhæredatus. *d.* §. *filiusfamilias. vers. sed si hæres.* Altera replicatio est: Nisi auus, filio testatore apud hostes captiuo existente, mortuus sit, posteaque filius. *l. si filiusfamilias.*39. *ff. d. tt.*

XXXI. Exceptio; Nisi testator filium postea adoptauerit. *Inst. quib. modis test. infirm. in pr. Concordat l. verum est.*8. *in pr. ff de iniusto testam. M.I.R. d. ca.*4. *exc.*14. Huius replicatio prima est: Nisi hæres institutus adrogetur, *l. si qui.* 18. *ff. d. tt. l. filio.*23. §. *fin. ff. de liberis & posthumis.* Altera replicatio est: Nisi filius antea exhæredatus & emancipatus, rursus adoptetur. *d. l.*23. *in pr. M.I.R. d. exc.*14. *repl.*1.

DE MVTATA TESTATORIS VOluntate, & testamento posteriore.

CAP. XIX.

XXXII. Exceptio; Nisi hæres institutus, postea rursus sit exhæredatus. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, *per ea quæ dicentur inf. exc. prox.* verum eius replicatio est: Nisi in eodem testamento idem institutus, postea exhæredatus sit. quæ approbatur simul & distinguitur *l. si certarum.*17. §. *si eodem. ff. de militari testamento. l.*1. §. *& cum hæreditatis. ibi: quoniam hæreditas. ff. de his quæ in testamento delentur. item l. si ita.*13. §. *regula. ff. de liberis & posthumis.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi miles in testamento militari hæredem institutum, in eodẽ eum exhæredauerit. *d.* §. *si eodem.* Altera duplicatio est: Nisi generaliter quis hæres institutus, specialiter sit exhæredatus. *l. cum in testamento.*37. §. *fin. ff. de hæred. instit.* Tertia: Nisi ita hæres sit institutus, Titius, imo Seius hæres esto. *l. si ita.*45. *in princ. ff. eod. tt.* Plane exceptio proposita cum iam dictis suis duplicationibus solam institutionem hæredis, non totum testamentum infirmat.

XXXIII. Exceptio; Nisi testator aliud testamentum fecerit. approbatur *Institut. quibus modis testamen. infirmantur.* §. *posteriore. l.* 1. *ibi: aut rumpitur. ff. de iniusto testamento. l.* 1. §. 1. *ff. de bonor. possess. secund. tabul. item l. quod si.*4. *in fin. ff. de adimendis legatis. M.I.R. d. cap.*4. *except.*16. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi posterius testamentum non sit perfectum. *d.* §. 1. *posteriore. Inst. eod. tt.* §. *ex eo autem. l. hæredes.*21. §. *si quid post. ff. qui testamentum facere possunt. item l.*2. *ff. de iniusto testam. M.I.R. d. exc.*16. *replic.*1. Propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi miles iure militari posterius testamentum fecerit. *d. l.* 2. & *l. in fraudem.*15. §. 1. *ff. de militari testamento.* Huius triplicatio prima est: Nisi dimissus à militia aliud testamentum fecit minus perfectum. *quæ approbatur l. eius militis.*34. *ff. d. tt.* Cuius quadruplicatio prima est: Nisi iure militari prius testamentum sit factum. tunc enim quamuis militia dimissus aliud fecerit minus perfectum, nihilominus prius est sublatum. *d. l* 34. Altera quadruplicatio est, quoad legata in priore testamento relicta. *l. militis.*36. §. *pen. ff. de militari testam.* Altera propositæ duplicationis triplicatio videtur: Nisi prius testamentum iure communi sit factũ. sed reprobatur *d. l.*24. *in fin.* Tertia triplicatio: Nisi miles, qui iure militiæ aliud fecit testamentum, post annum militiæ sit mortuus. reprobatur *l. militis.*37. §. *fin. ff. de militari test.* Hæc de prima duplicatione eiusq; triplicationibus sint dicta. Altera duplicatio est: Nisi in posteriore testamento hæredes scripti sint, qui etiam ab intestato hæredes esse possunt, tunc n. prius testamentum rumpitur, quamuis posterius minus solenniter sit factum. *l. hac consultissima.*21. §. *si quis autem. C. de testamentis & l.*2. *ff. de iniusto testam. M.I.R. d. repl.*1. *dupl.*1. Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi in priore queque ij qui ab intestato hæredes esse possunt, scripti sint. *d.* §. *si quis autem. vers. nisi forte.* Altera triplicatio est; Nisi posterius testamentum per quinque testes iuratos non probetur. *d.* §. *si quis autem.* Tertia duplicatio; Nisi Imperator postea hæres nuncupatus dicatur. reprobatur *l. nolumus.*20. *C. de testamentis.* Quarta; Nisi decem annos post prius factum testamentum testator vixerit. hoc enim casu per posterius etiam non perfectum rumpitur, *l. sancimus.*27. *C. de testam. M.I.R. d. repl.*1. *dupl.*2. Quinta; Nisi pater inter liberos testatus, illud suum testamentum mutauerit. reprobatur *Nouell. const.*107. §. *& si quidem. M.I.R. d. replic.* 1. *duplic.*3. Sexta; Nisi testator testamentum mutare prohibitus sit. approbatur *per ea quæ proponuntur infra exc.*35. Septima duplicatio est; Nisi vnius ex hæredibus vel eius qui substitutum habet, portio sit adempta vel interleta. hoc enim casu quamuis aliud testamentum perfectum factum non sit, valet tamen ademptio hæreditatis, sed saluo testamento. *l.* 1. §. *& cum hæreditatis. ff. de his quæ in testamento delentur.* Octaua; Nisi testator signa

signa turbauerit, vel testamenti tabulas inciderit. hoc enim casu, quamuis aliud perfectum non sit, nihilominus testamentum non valet. *de qua re vide supra cap.* 18. *except.*24. Nona: Nisi quoad legata & fideicommissa in priore testamento relicta. Hæc enim nihilo magis illi debentur, quamuis testamentum posterius perfectum non sit. *l. militis* 36. § *penultimo. ff. de militis testamento. l. ex parte.*22. *ff. de adimendis legatis. M.I.R. d. replic.*1. *duplic.*4. Vide item *infra lib.*12. *cap.*6. *except.*87. *repl.*1. quæ huic duplicationi videtur contradicere. Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusque duplicationibus sint dicta. Secunda replicatio est: Nisi posterius testamentum iniustum sit, ex quo hæres existere non possit. *Inst. quibus modis testam. infirm.* §. *posteriore. ibi: hoc enim solum. M.I.R. d. exc.*16. *replic.*2. Huius replicationis species sunt replicationes proxime sequentes, quemadmodum & præcedens. Sed & eius duplicationes sunt replicationes sequentes reprobatæ. Tertia replicatio est: Nisi in posteriore testamento is hæres institutus sit, cum quo non est testamenti factio. approbatur simul & distinguitur. *l. cum quidam.*12. *ff. de his quæ vt indignis.* Quarta: Nisi in testamento posteriore testator, qui generare non potest, posthumos suos hæredes scripsit. reprobatur *l. si quis.*9. *in pr. ff. de liberis & posthumis.* Plura de replicatione proposita vide *supra cap.*10. *except.*86. Quinta: Nisi in posteriore testamento testator seruum proprium hæredem instituerit, antea à priore domino cum libertate hæredem institutum. reprobatur *l. pater.*52. *ff. de hæredib. instituendis.* Sexta; Nisi testator in posteriore testamento filium præterijt. *l. si filius.*7. *ff. de liberis & posthumis.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi posthumus præteritus sit. hic enim siue nascatur, siue non nascatur, prius testamentum ruptum est. *l. posthumi.* 3. §. *sed etsi stante. ff. de iniusto testamento.* Septima replicatio: Nisi in posteriore testamento ex certis rebus hæres scriptus sit. reprobatur *l. si quis.*29. *ff. ad S.C. Trebellianum. Concordat ijsdem prope verbis, Inst. quibus modis testamentum infirm.* §. *sed etsi quis.* Octaua: Nisi cum miles alium castrensium, alium cæterorum bonorum hæredem scripsisset, postea castrensium bonorum alios instituit hæredes. hoc enim casu, quod ad cæterorum bonorum hæredes attinet, prius testamentum ruptum non est. *l. militis* 36. §. 1. *ff. de militari testam.* Nona: Nisi testator postea non sibi, sed filio hæredem instituit. *l. si quis.* 14 §. *si suo. ff. de vulgari substitut.* Decima replicatio est: Nisi eodem tempore vtrunque testamentum sit factum. *l.* 1. § *sed etsi in duobus. ff. de bonorum possessione secundum tabulas. M.I.R. d. except.*16. *replic.*3: Vndecima: Nisi testator falso putans, priore testamento scriptum hæredem decessisse, aliud fecit. *l. vltima. ff. de hæredibus instit. & l. cum mater.*28. *ff. de inoffic. testamento.* Duodecima: Nisi posterius testamentum vacuum sit. *l. si binæ.* 11. *ff. de iniusto testam.* Decimaterria: Nisi testator posterius testamentum postea inciderit. *l. qui ex liberis.* 11. §. *testamento. ibi: non secus ac si. ff. de bonorum possessione secundum tabulas.* Decimaquarta: Nisi miles alio testamento facto, priore mori se velle declarauerit. *l. in fraudem.*15. §. 1. *ff. de militar. testamento. Concordant etiam ea quæ habentur infra replic. prox.* §. *plane si miles.* Decimaquinta replicatio est: Nisi testator in posteriore testamento iusserit prius valere, hoc enim casu, quamuis ipso iure ruptum sit, vi tamen fideicommissi valet. *l. posthumus.*12. §. *fin. ff. de iniusto testamento. l. si quis.*29. *in fine. ff. ad S.C. Trebell. Concordat ijsdem verbis Instit. quibus modis infirm. testam.* § *sed etsi quis. M.I.R. d. except.*16. *repl.*14. Plane si miles, posteriore facto testamento, prius nihilominus valere voluerit: etiam ipso iure prius non erit ruptum per posterius. *l. quærebatur.* 19. *ff. de militari testamento. l. Centurio* 27. *item l. miles* 35. *in fin. ff. eod. tt.* Decimasexta replicatio videtur: Nisi conditio posterioris institutionis defecerit. verum reprobatur *l. cum in secundo.*16. *in princ. ff. de iniusto testam. Concordat Instit. quib. mod. testam. infirm.* §. *posteriore. ibi. aut conditione.* Plane admittitur, si conditio in præteritum vel præsens, non in futurum sit concepta. *d. l.*16. Decimaseptima: Nisi ex posteriore testamento adira hæreditas non sit. reprobatur *Inst. d.* §. *posteriore. Concordat d. l.*16. *M.I.R. d. except.*16 *replic.*5. Decimaoctaua: Nisi Imperator in priore testamento hæres scriptus sit. reprobatur *l. si quis.*6. *C. qui testamentum facere possunt. Hæc de* 33. *exceptione.*

XXXIV. Exceptio: Nisi testator testamentum valere noluerit. ipso quidem iure reprobatur, admittitur tamen certis quibusdam casibus. *de qua re vide sup. exc. prox. replic.*1. *M.I.R. d. except.*36. *replic.*1. *duplic.*6. *tripl.*1.

XXXV. Exceptio: Nisi testator testamentum mutare sit prohibitus vel impeditus. *l. si scriptis.*19. *ff. de his quibus vt indignis. l.* 2. *C. si quis aliquem testari prohibuerit. l.*1. *in pr. ff. eod. tt. item l.*2. *in pr. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non vi nec dolo, sed blandis verbis quis offensam testatoris placuit, ne testamentum mutaret. *l. virum.* 3. *ff. si quis aliquem testari prohib. l. iudicium.*3 *C. eod. tt.* Altera replicatio est: Nisi non ab hærede scripto, sed ab alio testator testamentum mutare sit prohibitus vel impeditus. *l.*2. §. *fratris. ff eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi seruo vel filio hærede instituto, per dominum vel patrem stetit, quo minus testamentum mutaretur. *l.*1. §. *si dominus ff. si quis aliquem testari prohib. l. vnica. ff. quibus non competit bonor. possess.* Tertia replicatio videtur: Nisi non ab vno, sed pluribus testator sit prohibitus. sed reprobatur *l.* 1 §. *fin. ff. si quis aliquem testari.* Quarta replicatio est; Nisi is qui testamentum mutare prohibuit, rogatus sit hæreditatem, vel partem eius, aut rem aliquam alij restituere; hoc enim casu fideicommissario qui nihil commisit, exceptio proposita non obstat. *d. l.*1. §. *si dominus. ibi: sed si legatum. l.* 2. §. *fin. ff. eod. tt.* Plane hoc loco notandum, quod rupto per causam propositam testamento, non successioni ab intestato, sed fisco sit locus. *d.* §. *fin. ibi: vt commodum. Concordat d. l.*1. *in pr.*

QVIBVS EX TESTAMENTO competat hæreditas?

CAP. XX.

HActenus, an testamento hæreditas competat, varijs casibus per exceptiones propositis discussum est. Nunc reliquæ huiusmodi quæstiones discutiendæ; hoc est, Quib. ex testamento competat hæreditas? item, Quid quantumq; hæredi-

hæreditatis ex testamento cuique competat? Prioris igitur quæstionis regulæ sunt hæ.

I. Regula, De hæredibus hæredis instituti defuncti. His regulariter eadem hæreditas debetur: quæ debebatur defuncto. *l. si quis. 7. §. fin. ff. de adquir. hæredit. l. veluti. 3. §. 1. ff. de petitione hæred. item l. vlt. §. sed si quidem ipse. C. de hæred. instit. M. I. R. lib. 4. cap. 5. reg. 1.* Plane regulæ propositæ exceptio prima est: Nisi hæres institutus ante aditam hæreditatem decesserit. *l. item prætor. 7. §. fin. ff. de suis & legitimis hæredib. l. quoniam. 7. C. de iure deliberandi. l. vnica. §. in nouissimo. & §. cum autem. C. de caducis tollendis. item l. 2. C. ad S. C. Orphit. M. I. R. lib. 4. cap. 2. reg. 21. except. 90. & cap. 5. reg. 1. exc. 1.* Huius replicatio prima est: Nisi liberi testatoris hæredes instituti, ante aditam hæreditatem decesserint: hi enim nihilominus hæreditatem ad suos hęredes transmittunt. *d. §. in nouissimo. vers. exceptis. l. 1. C de his qui ante apertas tabulas. l. 1. §. quod si ante. ff. de collatione bonorum. l. si filius. 16. ff. de liberis & posthumis. item l. si filius. 28. in pr. ff. d. tt. M. I. R. d. exc. 1. repl. 1.* Cuius duplicatio prima est: Nisi filius hæres institutus, in potestate testatoris non fuit. hic enim non nisi adita hæreditate eam ad suos hæredes transmittit. *l. si fratris. 3. C. de iure deliberandi. l. emancipata. 4. C. qui ad bonor. possess. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 2.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi iure testamenti pendente, filius emancipatus & hæres institutus decesserit. *per ea quæ proponentur inf. repl. 3.* Altera triplicatio est: Nisi filius hæres institutus, liberos suos, testatoris nepotes vel pronepotes, hæredes relinquat. hoc enim casu, quamuis emancipatus sit, & ante aditam hæreditatem decesserit: nihilominus ad suos hæredes hæreditatem transmittit. *l. vnica. C. de his qui ante apertas tabul. M. I. R. d. dupl. 2. triplic. 6.* Altera duplicatio est: Nisi filius testatoris hæres institutus, substitutum habeat, tunc enim eo ante aditam hæreditatem mortuo, substitutus vocatur. *l. si filius. 16. ff. de liberis & posthumis. M. I. R. d. repl. 1. duplic. 3.* Tertia: Nisi viuo testatore filius hæres institutus decesserit. *elicitur ex l. si fratris. 3. C. de iure deliberandi. Sed & approbatur l. vnica §. cum igitur. C. de caduc. tollen.* vbi dicitur, non nisi à morte testatoris hæreditatem adiri posse. delata autem hæreditas non intelligitur, quam quis adire non possit. *l. delata. 152. ff. de verb. signific. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 4.* Ergo requiritur, vt filius tempore mortis testatoris adhuc vixerit: quo non facto, propositę replicationi locus non est. Plane si vna cum testatore filius perierit, præsumitur filius patri superuixisse. quod approbatur simul & distinguitur *l. qui duos. 10. §. fin. ff. de reb. dubijs.* Hæc de prima replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Altera replicatio est: Nisi intra tempus deliberandi hæres institutus decesserit. *l. cum antiquioribus. 19. C. de iure delib. l. vnic. §. in nouissimo. ibi: ijs nihilominus. C. de cad. toll. item Nou. c. 158. M. I. R. lib. 4. c. 5. reg. 1. exc. 1. repl. 2.* Tertia: Nisi iure testamenti pendente, hæres institutus, qui etiam ab intestato hæres existere potuit, decesserit, hic enim nihilominus hæreditatem ad suos hæredes transmittit. *l. illud notandum. 4. §. fin. cum l. seq. ff. de bonor. possess. contra tab. l. intestato. 3. §. est autem, fin. ff. de suis & legit. hæred. l. ventre. 83. ff. de adquir. hered. l. etsi. 6. §. 1. & l. si filius. 42. §. fin. ff. de bon. libert.* Huius duplicatio est: Nisi ob spem posthumi iure testamenti pendente, institutus hæres decesserit, hoc enim casu posthumo non nato hæreditatem non transmittit. *l. 8. §. fin. ff. de suis & legit. hæred.* Quarta replicatio est: Nisi ob litem testamenti pendentem scriptus hæres adire non potuit. *l. scriptus. 12. ff. de Carboniano edicto. l. 6. §. 1. & l. 42. §. fin. ff. de bonor. libert.* Quinta replicatio est: Nisi propter metum S. C. Silaniani hæres defunctus non adijt. *l. si quis. 3. §. eleganter. & l. qui posthumos. 4. ff. de S. C. Silaniano.* Huius duplicatio est: Nisi aliud etiam impedimentũ fuerit, quo minus adiri hæreditas potuerit. *d. l. 4. & l. si quis 3. §. final. ff. eod. tt.* Sexta replicatio est: Nisi dum de statu defuncti dubitatur, hæres decesserit. *l. 1. §. 1. ibi; vnde tractari. ff. ad S. C. Tertyll.* Septima; Nisi hæres institutus propter absentiam suam adire non potuit. *l. Pannonius. 85. in pr. ff. de adq. hæred.* Octaua: Nisi hæredis defuncti nomine, viuo eo, ab alio hæreditas agnita, & bonorũ possessio petita sit. Hæc replicatio appbatur quidem ipso iure, verum eius duplicatio est: Nisi hæres, antequã agnitionem ab alio factam, ratam habuerit, mortuus sit. *l. bona. 3. §. adq. ff. de bon. posses. d. l. 85. in pr. item l. si is. 7. ff. ratam rem haberi.* Nona: Nisi pro sua parte adierit hæreditatem defunctus. tunc enim portio deficiens, quamuis post eius mortem hæredibus defuncti adcrescit. *Institut. de S. C. Orphitiano. §. fin. Concordat l. si ex. 9. ff. de suis & legitimis. M. I. R. dict. except. 1. repl. 3.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi ex substitutione adcrescat: tunc enim substituti defuncti hæredibus non adcrescit. *d. l. 9. ibi. alia causa. l. toties. 80. ff. de adquir. hæred. item l. qui liberis. 8. §. sed si plures. & §. hæc verba. ibi. sed neq; ff. de vulg. substit. l. qui plures. 21. l. Lucius. 43. §. fin. item l. penult. ff. d. tt. M. I. R. d. replic. 3. dupl. 1.* Plura de replicatione proposita vide *inf. cap. 22. exc. 8.* Decima replicatio est: Nisi idem pro parte pure, pro parte sub conditione institutus, postquam ex vna parte hæreditatem adijt, pendente alterius partis conditione decessit. tunc enim impleta postea conditione, hæredibus eius locus est. *l. qui ex duabus. 53. in pr. ff. de adqu. hæred.* Huius duplicatio est: Nisi defunctus cohæredem habeat. tunc enim ea pars, ex qua sub conditione hæres institutus fuit, non nisi pro dimidia parte ad eius hæredem pertinet, reliqua dimidia pars cohæredi adcrescit. *l. si liber homo. 57. §. si ita scriptum, in fine. ff. de hæred. instit.* Vndecima replicatio est: Nisi hæres infans, in potestate parentis constitutus, decesserit: hoc enim casu nihilominus ad parentem, in cuius est potestate, transmittit hæreditatem. *l. si infanti. 18. ibi. sed si hoc. C. de iur. deliber. M. I. R. d. exc. 1. repl. 4.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sunt dicta. Altera exceptio est: Nisi defunctus hæres hæreditatem repudiauerit. *l. 1. ibi. si tamen hæreditatem. C. de his qui ante apert. tabul.*

II. Regula: Filiofamilias hærede instituto, patri competit hæreditas. *l. 2. cum lege sequente. ff. de petitione hæreditatis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi antequam filius iussu patris adierit hæreditatem, sui iuris sit effectus. *l. non est dubium. 15. C. de iure deliberandi.* Altera: Nisi sub ea conditione, Si sui iuris factus sit, filius hæres sit institutus. approbatur exemplo *l. si mater. 3. C. de institut. vel substit. item l. vlt. C. de donat. quæ sub modo.* Tertia exceptio videtur: Nisi filiusfamilias ab alio filiofamilias, qui de castrensi peculio testatus est, hęres sit institutus, sed reprobatur *l. per procuratori. 89. ff. de adquir. hæreditate.* Quartæ exceptionis loco notandum, quod iure nouo hæreditatis, cuius hæres filiusfamilias institutus est, vsusfructus tantam, non etiam proprietas patri competat. *l. cum oportet. 6. C. de bonis quæ liberis. M. I. R. d. cap. 5. reg. 16.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi filius hæreditatem adire recuset, pater agnoscat. *l. cum non solum. 8. in princ. vsq; ad §. vbi autem voluntas. C. eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi filius qui adire recusauit, postea in integrum sit restitutus. *d. l. 8.* Plura de exceptione proposita eiusque replicationibus vide *sup. lib. 4. c. 22 q. 1. post except. 15.* Sed & plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *inf. lib. 10. cap. 13. reg. 1. except. 6.*

III. Regula: Seruo hærede instituto, domino eius debetur hæreditas. *l. veluti. 3. in pr. ff. de petitione hæred. Concordant ea quæ proposita sunt sup. lib. 7. cap. 2. reg. 1. & reg. 3. M. I. R. d. cap. 5. reg. 17.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi seruus tempore adeundæ hæreditatis fuerit alienatus: tunc enim nõ veteri, sed nouo domino debetur hæreditas. *l. 2. §. fin. ff. de bonor. possess. secundã. tabul. Concordat Inst. de hæred. instit. §. alienus.* Cuius replicatio videtur esse: Nisi seruus ab eo cui postea alienatur, hæres sit institutus. sed reprobatur *l. qui filio. 38. §. cum venditor. ff. de hæredib. instit.* Altera exceptio est: Nisi seruus quem testator liberum putat, hæres sit institutus: & si hęres non esset, alius ei substitutus sit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. cap. 11. exc. 134. repl. 2.* Tertia: Nisi seruus à domino hæres sit institutus. tunc enim neque domino, neq; eius hæredibus hæreditas competit, sed ipse seruus liber hæresque efficitur. *de qua re vide sup. lib. 6. cap. 4. causa 2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi seruus à domino hæres institutus, postea ab eodem domino & testatore sit alienatus. tunc enim non seruo, sed nouo domino hæreditas cõpetit. *Inst. de hæred. instit. §. seruus autem. l. qui filio. 38. §. si quis seruum. ff. de hæred. instit.* Cuius duplicatio prima est: Nisi cum seruus sub conditione liber & hæres pure institutus esset, postquam conditio libertatis defecit, fuerit alienatus: hoc. n. casu nec seruo nec nouo domino hæreditas competit. *d. §. si quis seruum.* Altera: Nisi vsusfructus tantum in seruo sit alienatus. *l. quoties. 9. §. fin. in fine. ff. de hæred. instit.* Altera propositę exceptionis replicatio est; Nisi seruus à tutore domini sit hæres institutus. tunc enim quamuis tutor domini loco habeatur, tamen seruus neque liber neque hæres efficitur, sed eius dominus pupillus. *l. si tutor. 3. C. de necessarijs hæredibus.* Quarta propositæ regulæ exceptio est: Nisi seruus ante aditam hæreditatem fuerit manumissus. tunc enim non veteri domino, sed sibi adquirit hæreditatem. *instit. de hæredibus instituendis §. alienus quoq; in fine.* Huius replicatio prima est: Nisi seruus municipij, vel alterius collegij hæres sit institutus. reprobatur *l. si quis. 25 §. 1. ff. de adqu. hæred.* Altera: Nisi seruus duorum, hæres institutus, antequam manumitteretur ab vno dominorum ad re hæreditatem iussus sit. reprobatur *l. seruus. 63 ff. eod. tt.* Plane hoc casu manumissus non nisi pro parte alterius domini non iubentis, hæres efficitur: *vt ex d. l. 63. constat.* Tertia replicatio est: Nisi seruus ex vna parte pure, ex altera sub conditione hæres institutus, vnam partem iussu domini adierit. Hæc replicatio quoad reliquam partem reprobatur *l. si solus. 79 §. item si seruus. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi seruus eius qui capere non potest, hæres institutus sit, & postea manumissus. reprobatur *l. si seruus. 81. ff. de adqu. hæred.* Hæc de quarta exceptione eiusque replicationibus. Quinta exceptio est: Nisi seruus hæres institutus sit sub hac conditione, Si liber fiat. hoc enim casu, quamdiu seruus manet, nec domini iussu adire potest: vt puta conditione deficiente, liber autem factus, & ita conditione impleta, sibi adquirit: *vt dictum supra exceptione proxima.* Sexta: Nisi seruo fideicommissum sub conditione libertatis relictum sit, & pure substitutus. hoc enim casu fideicommissi conditio in substitutione repetita videtur: & ob id non domino, sed sibi ex substitutione seruus liber factus adquiret, *l. Latinus Largus. 85. ff. de leg. 2.* Septima: Nisi cum statuliber hæres institutus esset, post conditionem libertatis existentem adeatur hæreditas. hoc. n. casu non domino, sed sibi adquirit seruus hæreditatem. *quæ exceptio approbatur ipso iure.* Si autem ignorans iussu domini adiuit, non obligatur. *l. qui putat. 73. §. qui bona ff. de adq. hæred.* Octaua exceptio est: Nisi seruus dotalis hæres sit institutus: hoc enim casu, quamuis maritus dominus dotis dicatur, hæreditas tamen non marito debetur, sed vxori. *l. aditio. 45. in princ. ff. de adqu. hæred.* Nona: Nisi seruus cum alio sit communis. hoc. n. casu non nisi pro parte vni ex dominis adquirit. approbatur simul & distinguitur *l. seruus. 66. ff. d. tt. Concordat institut. de hæred instit. §. seruus autem. M. I. R. lib. 3. cap. 13. reg. 21. except. 1.* Decima: Nisi hæres institutus de conditione sua in iudicio contendat. approbatur simul & distinguitur *l. cum aliquis 21. C. de iure deliberandi.* Huius replicatio prima est: Nisi ita institutio facta sit; Illum illius seruum hæredem instituto. *d. l. 21. ibi: & siquidem.* Altera: Nisi postea seruus fuerit pronunciatus. *d. l. 21.* Vndecima exceptio est: Nisi liber homo, qui alteri bona fide seruit, hæres sit institutus. approbatur simul & distinguitur *l. si liber homo. 57. in princ. ff. de hæredib. instit. Concordat l. homo liber. 54. in princ. ff. de adquir. rer. dom.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iussu bonæ fidei possessoris, non sibi adquirendi animo hæreditatem adijt. *quæ replicatio constat ex legibus iam allegatis.* Altera est: Nisi propter bonæ fidei possessorem liber homo hæres sit institutus. *l. aditio. 45. ff. de adq. hæred.* Plura de exceptione proposita eiusque replicationibus vide *sup. lib. 7. cap. 2. reg. 6. exc. 1. item. cap. 3. reg. 6. exc. 1.* Duodecima exceptio: Nisi serui hæredis instituti vsusfructus alterius sit. reprobatur *l. aditio. 45. §. fin. ff. de adq. hæred.* Sed & de hac exceptione vide *sup. d. cap. 2. reg. 5. except. 1.* Sed & de regula proposita eiusque exceptionibus vide *inf. lib. 10. cap. 13. reg. 1. except. 6. repl. 1.*

IV. Regula, De socio bonorum. Si quæstus & compendij societas inita sit: vno ex socijs hærede instituto, alteri ex hæreditate nihil debetur. *l. aditio. 45. §. 1. ff. de adquir. hæred.*

V. Regula: Posthumo hærede instituto, ex quacunq; vxore natus hæres erit. *l. ideoq; 5. ff. de liberis & posthumis. & l. placet. 4. in fin. ff. d. tt.*

VI. Regula: Si is qui soluendo non est, plures seruos hæredes scripsit, tunc vti quisq; primus est scriptus

ſcriptus,hæres erit. *l.qui ſoluendo 58.ff.de hæred.inſt.*

VII. Regula: Si ita inſtitutio ſit facta, Titius, imo Seius hæres erit; ſolus Seius hæres erit. *l. ſi ita.45.in prin ff.d.tt.*

VIII. Regula: Si ita inſtitutio facta ſit, Ille aut Ille hæres eſto: vterq; hæres erit. *l. cum quidam.4. ff.de verb.ſignifi.*

IX. Regula: Si ita hæredibus inſtitutis, Titius & Seius, vter eorum viuet, hæres eſto: vterque vivat, tunc enim vterq; hæres erit. *l. Titius. 24 cum duabus ll.ſequentibus.ff.de hæredib.inſtit.*

X. Regula: Si captini vel pauperes generaliter inſtituti ſint hæredes, quibus tunc debeatur hæreditas, definitur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. cap. 10.ext.90.repl.4.*

XI. Regula: Si ita inſtitutio facta ſit, Primus ex parte hæres eſto. Si primus hæres non erit, Secundus hæres eſto. Tertius ex alia parte dimidia hæres eſto. Si non erit, Quartus hæres eſto. Primus & Tertius priore loco inſtituti habentur. *l. 2.§.ſi quis ita.ff de bonor.poſſeſ.ſecund.tab.*

XII. Regula: Inſtitutus & ſubſtitutus ſimul hæredes eſſe non poſſunt. *l.cum in teſtamento.37. in pr.ff.de hæred.inſtit.*

XIII. Regula: Si quibuſdam coniunctim, quibuſdam ſeparatim hæredibus inſtitutis, poſtea omnes inuicem ſubſtituerit: vno ex coniunctis hærede non exiſtente, ſoli coniuncti ex ſubſtitutione vocantur, non etiam alij ſeparatim inſtituti. *l.cohæredi.39.§.qui diſcretas.ff.de vulgari ſubſtit.*

XIV. Regula: Si prius quidam ex hæredibus inuicem ſubſtituti ſunt, deinde omnes hæredes inuicem ſubſtituti: ſpecialiter ſubſtituti ex generali ſubſtitutione non admittuntur, cæteris hæredibus exiſtentibus. *d.l.39.§.qui patrem.*

XV. Regula: Duobus hæredibus inſtitutis ſubſtitutus ita, ſi vterque hæres non extiterit, vel intra pubertatem deceſſerit, vel ei qui nouiſſimus mortuus fuerit: vno ex inſtitutis hærede non exiſtente, cohæredi potius quam ſubſtituto eius portio defertur. *l.ſi pater.23.ff.de vulgari ſubſt. & l.cum quidam.10.C.de impuberum & aliis ſubſtitut. M.I.R.lib.4.cap 5.reg.6.*

XVI. Regula: Ita ſubſtitutione facta, Quiſquis mihi hæres erit: ſolus ex teſtamento, non ab inteſtato hæres ſubſtitutus videtur: nec is qui per alium hæres efficitur, vt dominus vel pater. *l. qui liberis.8.§.hæc verba.ff.de vulgari ſubſtit. l.cum filio. 3.ff. d.tt.item Inſt.de pupillari ſubſtit.§.ſubſtituitur.*

XVII. Regula; Ita ſubſtitutione facta, Quiſquis mihi hæres erit: non tam hæres inſtitutus, quam qui ex inſtitutione hæres extitit, ſubſtitutus videtur. *Inſt.d.§.ſubſtituitur.l.qui plures.21.in fine. ff.de vulgari ſubſtit.item l.ex duobus.22.§.1.ff.eod.tt.* Plures regulas de ſubſtitutione hac, Quiſquis mihi hæres erit; vide *inf.lib.14.c.3.condit.6.*

XVIII. Regula: Duobus impuberi ſubſtitutis, vno ſi impubes intra decimum, altero ſi intra decimumquartum annum deceſſiſſet: ſi impubes octo annorum deceſſerit, prior ſolus hæres erit. *l.ex facto.41.§.item quæro.ff.de vulgari ſubſtit. & l. 2.§.ſi primus.ff.de bonorum poſſeſ.ſecund.tabul.*

XIX. Regula: Procuratore hærede inſtituto, dominus per eum hæres non efficitur. *l.per procuratorem.89.in pr.ff de adquir.hæred.& l.homo liber.54. in prin.ff.de adquir.rer.dom.*

QVID ET QVANTVM HÆreditatis cuique ex teſtamento competat?

CAP. XXI.

I. Regula, De hæreditate in partes diſtribuenda, proponitur *Inſtit.de hæredibus inſt. §.hæreditas. Concordat l.interdum 13.§.1.ff.de hæred.inſtit.item l.ſeruum.48.§.fin.ff.eod.tt.*

II. Regula: Nullis partibus nominatis, ex æquis partib. hæredes ſunt. *Inſt.de hæred.inſt. §.ſi plures. Concordat l.quoties.9.§.hæredes.ff.eod.tt. M.I.R.d.c. 5.reg 19.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi alij coniunctim, alij deſiunctim hæredes ſint inſtituti. hoc enim caſu non æquas habent partes. *l. ſi liber homo.57.§.Titius.ff.de hæred.inſtit.l. item vt Sabinus.17.§.ſed ſi aſſe, in fin.ff.d.tt. l. qui liberis.8.§. Labeo quoq;.ff.de vulgari ſubſtit. & l.Attius 11 ff.de hæredib. inſtit.M.I.R.d.reg.19.exc.3.* Similem exceptionem, eiusq; replicationes vide *inf.lib.13.c.6.reg.25.exc.4. Concordat l.vlt.§.alia adplicata.C.de impub.& aliis ſubſtit.* Propoſitæ exceptiones replicatio eſt; Niſi teſtator adiecerit, Æque hæredes ſunto. *l.interdum. 13.in pr.ff.de hæredib.inſtit.* Altera propoſitæ regulæ exceptio; Niſi diuerſarum rerum hæredes ſint ſcripti. reprobatur *l.ex facto.35.l.qui non.76.in pr.item l.Attius.11.ff.d.tt.* Plane admittitur in teſtamento militis, *l.ſi certarum.17.in pr ff.de militari teſtam.*

III. Regula; Partibus nominatis, pro ea parte quisque hæres erit, ex qua eſt inſtitutus. *l.2.§. pro qua.ff.de bonor.poſſeſ.ſecund.tabulas. M.I.R.d.cap.5. reg.20.* Huius regulæ exceptio prima eſt; Niſi vnus tantum hæres ſit ſcriptus. hic enim, quamuis pro parte ſcriptus ſit, in ſolidum tamen hæres fit. *d.§.pro qua.l.virilis appellatione.145.ff de verb.ſignif. inſtit.de hæred.inſtitut.§.non autem vtique.ibi: & ſi vnum. l.cohæredi.39.§.fin.ff.de vulgari ſubſtit. item l.filius.28. §.fin.ff.de liberis & poſthumis. M.I.R.d. reg.20.except.1.* Cuius exceptionis replicatio prima eſt; Niſi miles vnum tantum hæredem pro parte inſtituerit. *Inſtit.d.verſic.& ſi vnum. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſup.cap.16.dupl.27. M.I.R. d exc.5.repl.2.* Altera replicatio, Niſi idem pro parte pure, pro parte ſub conditione hæres ſit inſtitutus. reprobatur *l.cum hæres.52.§ fin.ff.de adqu.hæred.* Tertia; Niſi in reliquam partem ſubſtitutum habeat, *d.§.fin.* Secunda exceptio eſt, Niſi error in partibus adijciendis fuerit commiſſus. *l.quoties.9.in principio.ibi: ſed ſi non.ff de hæred inſtit.* Tertia; Niſi ita inſtitutio ſit facta, Titius ex parte prima, Seius ex parte ſecunda, Mæuius ex parte tertia. *l.ſi quis 14 D.d.tt.* Quarta; Niſi non hæreditatis, ſed certæ alicuius rei partes ſint diſtributæ. hoc enim caſu nihilominus pro æquis partibus cenſentur eſſe hæredes. *l.quoties 9.§.ſi duo.l.ſi alterutrum.10.item l.ex facto. 35.in princ.ibi: erunt quidem. & §.vnde.item §. cum hæc ita.D.eod.tt.M.I.R.d.reg.20.except.3.* Quinta; Niſi certa pars non ſit expreſſa. *l.ſi ita.45.§.fin. D.de hæred.inſtit.l.ſi quis.36.D.eod.tt. Concordant item ea quæ habentur inf.reg.7.* Sexta exceptio eſt; Niſi inæqualibus partibus diſtributis, poſtea adijciantur hæc verba; quos ex diſparibus partibus hæredes inſtitui, æque hæredes ſunto. *l.ſi inæqualib.12.D.de hæred.inſtit.* Septima; Niſi expleto aſſe, aliquis ſine parte ſcriptus ſit. hoc enim caſu ſingulis aliquid ex ſua parte decedit. *de qua inf.regul. proxim.except.1.*

Octaua;

Octaua: Niſi aſſe expleto, aliquis vltra ex parte ſit inſtitutus. *de qua vide inf.reg.5.* Nona: Niſi non omnes partes ſint diſtributæ: hoc enim caſu partes vacantes accedunt. *de qua inf. reg. 6.* Decima: Niſi poſtea aliqua pars vacare cœperit. *de qua re vide inf.cap.prox.* Vndecima: Niſi duobus ex diuerſis partibus inſtitutis ita; Vter Seiam duxerit, ex dodrante; qui non duxerit, ex quadrante ſit hæres, neuter duxerit. *De hac vide inf.reg.9.*

IV. Regula; Si in quorundam perſonis partes ſint adiectæ, in quorundam vero perſonis partes adiectæ non ſint; tunc hi ex parte vacante ſunt hæredes. *Inſt.de hæred.inſt.§.ſi plures.ibi.partib. Concordat l.item vt Sabinus. 17. in pr. item l.aſſe toto.75.ff. eod.tt.l.vlt.ibi.nam qui ſine.ff.de bonor.poſſeſ. ſecundum tabul.* Huius regulæ exceptio prima eſſe videtur; Niſi nulla pars ex aſſe vacet. ſed reprobatur *Inſtit. d.tt.§.ſi plures.* Sed plura de hac exceptione vide *inf.reg.prox.* Altera exceptio eſt; Niſi ex ea parte quæ vacat, alius quamuis inutiliter hæres fuit inſtitutus; tunc enim is qui ſine parte ſcriptus eſt, in eam partem tanquam vacantem non vocatur, ſed in alterum aſſem. *l.quo loco.20.§.1. ff. de hæredib. inſt.* Tertia; Niſi quis hæres ſcriptus non ſit, ſed alius ei quaſi ſcripto ſit ſubſtitutus. hoc enim caſu qui ſcriptus non eſt, quaſi ſine parte ſcriptus non habetur, vt in vacantem partem vocetur. *l.ex facto.19.ff.d.tt.* Quarta exceptio, ſumpta ex loco, quo quis ſine parte ſcriptus eſt, reprobatur *l.quo loco.20.in pr.& l.qui non.76 §.pen.ff.eod.tt. item Inſt. eod.tt.§.ſi vero totus.ibi.nec intereſt.* Quinta, Niſi filia ſimpliciter hærede inſtituta, poſthumi ex partibus adijciantur hæredes. hoc enim caſu filia non in vacantem partem vocatur, ſed ex aſſe inſtituta cenſetur. *l.ſi ita.45.§.1.ff.de hæred.inſtit.*

V. Regula; Aſſe expleto, ſi alius vel alij hæredes adijcãtur; hi hæredes adiecti in alium aſſem, quem dupondium vocant, ſeu dimidiam hæreditatis partem vocantur. *l.item vt Sabinus, 17.§.ſed ſi aſſe.l.Lucius 51.& l.qui non militabat. 56.§.ſi.cũ duabus legibus ſequentibus.ff.d.tt. §.ſi vero totus. item l.vlt. ibi. nam qui ſine.ff.de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabulas.* Huius exceptio prima eſt; Niſi aſſe expleto, alius vel alij ex certa parte, non ſine parte heredes ſint ſcripti. tunc enim non in dimidiam hæreditatis partem vocãtur; ſed ſingulis primo loco ſcriptis aliquid decedit, & hereditas diuiditur in tot partes, quot fecit teſtator. *l.interdum.13.§.1.ibi.ſed etſi exceſſerit, cum ſequentib.ff.de hæredib.inſtit.de qua re vide inf.reg.prox.* Secunda; Niſi vltra aſſem hæreditate diſtributa, alius ſine parte hæres ſit inſtitutus. hic enim non in alium aſſem euenit, ſed id quod ex dupondio deeſt habebit. *l.Vitellius Sabinus.18.& l.ex vncijs.85.ff.eod. tt.item conſt.eod.tt.§. & ſi plures.* Tertia; Niſi dupondio expleto, alius ſine parte hæres ſcriptus ſit. hic enim non in alium dupondium vocabitur, ſed in trientem hæreditatis, *l.item vt.17.§ fin.ff.de hæred.inſt.* Quarta; Niſi aſſe expleto, alius ex reliqua parte hæres ſit inſtitutus. hic enim nihil habebit. *d.l.17.§.ſed ſi aſſe. ibi. aliter atque.l.qui non.76.§. fin. cum duabus legibus ſequentibus.ff.eod.tt. Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſup.cap.10.exc.106.* Huius exceptionis replicatio eſt; Niſi vltra aſſem hæreditate diſtributa, alius poſtea ex reliqua parte hæres ſit inſtitutus; hic enim id quod ex dupondio deeſt, habebit. *l. ex vncijs. 85. ff.eod.tt.* Quinta exceptio videtur eſſe; Niſi aſſe expleto, pars eius in aliquo hærede defecerit. hoc enim caſu videtur is, qui ſine parte hæres ſcriptus eſt, in eam partem vocandus. Sed reprobatur *l.quo loco.20.§.1.ff.de hæredibus inſtituendis.*

VI. Regula, Aſſe expleto, ſi alius poſtea ex certa parte hæres inſtitutus ſit, ſingulis primo loco ſcriptis aliquid decedit, & hæreditas in tot vncias diuidenda, quot fecit teſtator. *l.interdum. 13.§.ſed & ſi exceſſerit, cum ſequentib.ff.d.tt. l. cum qu. 23.§.cum enim manifeſtum.C.de legatis.* Quæ tamen magis contradicere videtur, quam regulam propoſitam approbare. *de qua vide Franciſcum Balduinum in ſuo Iuſtiniano, folio.232.cum ſequentib.Item concordat l.militis.36.in pr.ff.de militari teſt. Inſt. de hæred. inſt §.videamus ibi.& ex diuerſo.item l.ſi ita. 45.§.1.ff. de hæred.inſt.* Huius regulę exceptio prima eſt; Niſi aſſe expleto, poſtea alius ex reliqua parte ſit inſtitutus. hoc enim caſu ex aſſe ſcriptis hæredibus nihil decedit. approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ propoſita ſunt ſup.reg.prox.exc.4.* Secunda; Niſi expleto aſſe, alius ita ſit inſtitutus, Qua ex parte mihi ſocius eſt in vectigali ſalinarum, pro ea parte mihi hæres eſto. reprobatur *l.ſi liber homo.57.§.1.ff.de hæred.inſt.* Tertia; Niſi Titio ex dimidia, & Seio ex dimidia parte hæredibus inſtitutis, ita adiecerit; Ex qua parte Seium inſtitui, ex eadem parte Sempronius hæres eſto. hoc enim caſu Titio nihil decedit, nec vltra aſſem hæreditas diuiditur, Sed Sempronius & Seius in eandem partem concurrunt. *l.Iulianus.15.in pr.ff. d. tt. & l.triplici modo.142.§.fin.ff. de verb.ſignific.* Quarta, Niſi duobus ex aſſe hæredibus inſtitutis, tertius alterutri eorum in certa parte ſit ſubſtitutus, hoc enim caſu inſtitutis nihil decedit, nec in plures quam duodecim vncias hæreditas diuiditur. Cuius replicatio eſt; Niſi ſubſtitutus ex maiore parte, quã is cui ſubſtitutus eſt, ſcriptus ſit. hoc enim caſu, eo ex ſubſtitutione adeunte, vltra aſſem fit diſtributio. *d.l.15.§.fin.cum lege ſequente.& l.quoties. 9.§.ſi quis primum.ff.d.tt.*

VII. Regula; Si vno ex certa parte, puta ex quadrante, hærede inſtituto, alij ex æquis vel duabus partibus hæredes ſint inſtituti, perinde eſt, ac ſi hi ſine parte inſtituti eſſent. ideoq; in vacantem partem veniunt. *l.qui non.76.§.filijs ff. de hæred.inſtit.& l.ſi ita.45.§.fin.ff.eod.tt.*

VIII. Regula; Si vno ex certa parte, puta ex quadrante, hærede inſtituto, alij ex duabus partibus ſint inſtituti, as in dodrantem erit diuidendus. *l.qui non.76.§.Lucio.ff.d.tt.*

IX. Regula; Si pluribus ex certa parte hæredibus inſtitutis, aliqua pars ex aſſe vacat; hæc pars vacans ſingulis pro hæreditaria parte accedit. *Inſtit.de hæredibus inſtituend.§. videamus. l. interdum.13.§.1.ff.eod.tt.item l.ſi ita.§ in pr.ff.de bon.poſſeſſ. ſecundum tabul.*

X. Regula; Si, cum ita inſtitutio facta eſſet; Si mihi filius natus fuerit, ex beſſej, & vxor ex reliqua parte hæres eſto. Si vero filia mihi nata fuerit, ex triente, & vxor ex reliqua parte hæres eſto, filius & filia naſcantur; as in ſeptem partes diſtribuendus, ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. *l.ſi ita.13.in pr.ff.de liberis poſthumis. Concordat l.ſi ita.45.§.1 ff.de hæred.inſtit.*

XI. Re-

XI. Regula. De posthumis hæredibus pro parte institutis, proponitur *l. Clemens. 79. in princ. ff. eod. tt.*

XII. Regula, Titio & Seio ita hæredibus institutis: Vter ex ijs Seiam vxorem duxerit, ex dodrante: qui non duxerit, ex quadrante hęres esto. Si neuter duxerit, nec per eos stet, quo minus ducant: ambo in æquales partes admittuntur. *l. 2. §. si quis ita. ff. de bon. possess. secund. tabul. l. vter. 23. cum lege sequente. ff. de condit. instit.*

XIII. Regula: Titio & posthumis pro virilibus partibus hæredibus institutis, quantum Titio muliere adhuc prægnante debeatur, vide *inf. lib. 10. cap. 13. reg. 4.*

XIV. Regula, Si instituti hæredes inuicem substituti sunt, eæ in substitutione partes datæ videntur, quæ in institutione. *Inst. de vulgari substitut. §. & si ex dispar. Concordat Inst. de pupill. substit. §. substituitur, in fine l. si in test. 5. ff de vulgari substitut. l. qui liberis. 8. §. hæc verba. ibi. partes. & §. sed si plures. l. si plures. 12. item l. cohæredi. 39. §. 1. ff eod. tt. l. 1. C. de impub. & aliis substit. M. I. R. lib. 4. cap. 5. reg. 9. exc. 4.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi testator aliter disposuerit vel senserit. *d. l. 22.* Altera exceptio est; Nisi institutis hæredibus alij in substitutione mixti sint. tunc enim non in hæreditarias, sed in viriles partes diuisio facienda. *l. vlt. C. de impub. & alijs substit.* Contradicit *l. qui liberis. 8. §. Labeo quoq. ff. de vulgari substit.* Plane propositæ exceptionis replicatio est: Nisi testator expresse pro hæreditarijs partibus institutos instituerit. *l. qui cum. 30. ff. eod. tt.* Tertia exceptio videtur: Nisi cohæres substitutus suam partem non solum in ipsa institutione, sed postea iure adcrescendi acceperit. sed reprobatur *l. si in testam. 5. in fin. ff. d. tt.*

XV. Regula: Cohæredi substituto substitutus, ad vtranque partem tam institutionis quam substitutionis admittitur. *Inst de vulgari substit. §. sed si instituto. l. si Titius. 27. item l. cohæredi. 39. in pr. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio; Nisi prior substitutus ante institutum decesserit. reprobatur *d. l. 39. in pr. ibi: nec intererit.* Plane exceptio hæc locum habet, quoad bona instituti, cui pupillariter est substitutum. *quæ distinct. approbatur lege penul. ff. de vulgari substit.*

XVI. Regula, De parte eius cui substitutus non est. Hæc quoque pars debetur substituto alterius, ad quem iure adcrescendi pertinere potuit. *l. cum ex filio. 37 §. fi. & l. qui duos. 40. ff. d. tt. item l. qui duos. 10. in pr. ff. de reb. dubijs.*

XVII. Regula: In eam partem substitutus, quam institutus capere non potest; si institutus totum, substitutus nihil; si institutus nihil, substitutus totum habebit. *l. qui non, 76. §. fi. cum duab. legib. sequent. ff. de hæred. inst. l. 2. C. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi seruus quem testator liberum credidit, hæres sit institutus, aliusq; ei substitutus, posteaque seruus iussu domini adierit hæreditatem; hoc enim casu portio serui qui cohæredem habebat, inter substitutum & dominum serui diuiditur. *l. qui filio. 38. §. fi. cum l. seq. ff. de hæredib. instit.* Altera exceptio est *inf. reg. prox.*

XVIII. Regula, Substitutus ad prælegata instituto relicta non admittitur. *l. Sextiam. 31. ff. de leg. 3.*

XIX. Regula, Pupillariter substituto debentur non solum ea, quę pupillus à testatore adquisiuit, sed qui etiam aliunde. *Inst. de pupill. substitut. §. non solum, in fin. Concordat l. qui liberis 8. §. ad substit. §. de vulgari substit. M. I. R. d. cap. 2. reg. 24.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi miles pupillariter substituit, ita vt sola sua bona ad substitutum peruenianT. *d. §. ad substitutos.* Secunda; Nisi ab adrogatore pupillo sit substitutum. hoc enim casu sola ea quæ pupillus occasione adrogationis adquisiuit, ad substitutum pertinent. *d. l. 8. §. in adrogato.* Tertia; Nisi ita substitutio facta sit, Si intra pubertatem decesserit, tunc ille mihi hæres esto. reprobatur *l. si ita. 8. §. qui filio. ff. de bonor. possess. secund. tab.*

XX. Regula; Patrono substitutus id cuius nomine patronus contra tabulas bonorum possessionem petere potuisset, non habebit. *l. in seruitutem. 16. §. ei qui. ff. de bonis libertorum.*

XXI. Regula; De bonis paternis, si filius familias de bonis castrensibus testatus est, vide *sup. c. 16. dupl. 27.*

XXII. Regula; Si mulier nuptias iterans, secundum maritum hæredem instituit; non plus ei debetur, quam alicui ex liberis prioris matrimonij relictum est. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 4. c. 5. q. 3. reg. 5.*

XXIII. Regula; Si vnus hæres tantum ex certa re vel parte institutus est, in solidum fit hæres. de qua regula cũ sua exceptione vide *sup. reg. 3. exc. 1.*

DE IVRE ADCRESCENDI.

CAP. XXII.

PRima regula, Pluribus hæredibus institutis, vel ab intestato venientibus, vno deficiente, portio eius cæteris cohæredibus adcrescit. *l. bona 3. §. fin. cum duab. legib. sequent. ff. de bonor. possess. l. vnica. §. his ita definitis C. de caducis toll. l. 1. §. si nemo. ff. ad S. C. Tertyll. l. vnica. C. quando non petentium partes. l. 2. C. ad S. C. Orficianum. l. si cohæredi. 4. in prin. ff. quis ordo in bonor. possess. item l. vlt. ff. de adqu. hæred. M. I. R. d. c. 5. reg. 27. cum sequ.* Exempium huius regulę proponitur *l. seruus 66. in fi. ff. d. tt.* Aliud *l. hæredi. 31. ff d. tt.* Item aliud *l. filius. 28 §. fi ff. de liberis & posthum.* Nunc propositæ regulæ exceptiones proponendæ sunt.

I. Exceptio; Nisi in militis testamento hæredes scripti sint. *l. si duob. 37. ff. de militari test. l. 1. C. de test. militis. M. I. R. d. reg. 27. exc. 1.*

II. Exceptio; Nisi non partium, sed rerum distributio inter hæredes sit facta. *l. si filius. 42. §. Papinianus. ff. de bonis libertorum. l. 1. C. de testam. militis.*

III. Exceptio; Nisi non ex testamento, sed ab intestato sint hæredes, reprobatur *Inst. de S. C. Orphiciano § fin. Concordat l. si ex plurib. 9. ff. de suis & legitimis hæred.*

IV. Exceptio; Nisi vnus ex testamento, alter per contra tabulas bonorum possessionem fiat hæres. *l. sed cum patrono. 6. in pr. ff. de bonor. possess.*

V. Exceptio; Nisi non hæredes, sed bonorum possessores sint. reprobatur *l. 2. §. si duo, in fin. ff. de bonor. possess. secund. tab.*

VI. Exceptio; Nisi is cui adcrescit, non ex institutione, sed ex substitutione sit hæres. reprobatur *l. si liber homo. 57. §. tum quis. ff. de hæred. inst.*

VII. Exceptio; Nisi substitutum habeat is, cuius portio deficit. *l. 2. §. si duo sint. ff. de bonor. possess. secund. tabul. M. I. R. d. reg. 27. exc. 8.* Huius replicatio est: Nisi substitutione tertio gradu facta, primi gradus hæres adhuc superfit, hoc enim casu cohærede eiusque substituto deficiente, tertio gradu substitutus primi gradus hæredem non excludit. *l. quidam. 28. ff. de vulgari substit.*

VIII. Exceptio: Nisi is cui adcrescere debet, antequam adcreuerit, mortuus sit. reprobatur *l. vnica. §. his ita definitis. ibi: alius cohæredibus. C. de caducis tollendis. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. 20. reg. 1. exc. 1. repl. 9.*

IX. Exceptio: Nisi is cui adcrescit, ignoret portionem in cohęredis persona defecisse. reprobatur *l. hæredi. 31. ff. de adquir. hæred.*

X. Exceptio: Nisi is cui adcrescit, eam habere nolit. reprobatur *l. si quis. 35. in prin. ibi. quoniam inuito. l. qui ex duabus 53. §. fin. l. qui patri. 59. in fin. ff. eod. tt. item l. vnica. §. his ita definitis. ibi. & hoc nolentibus. C. de caducis tollend.* Plane admittitur, primum quidem in legatarijs, quibus nolentibus non adcrescit. *d. l. vnica. §. vbi autem.* Deinde admittitur, si is cui portio cohæredis adcreuit, in totum hæreditati renunciet. *l. cum hæreditate. 55. ff. de adqu. hæred. l. si is qui. 56. ff. eod. tt.* Huius distinctionis replicatio est: Nisi creditores contenti sint eius parte qui adijt. tunc enim proposita distinctione seu exceptione non adiuuatur. *d. l. 55.* Plura de exceptione proposita vide *inf. lib. 10. cap. 14. reg. 2. exc. 4.*

XI. Exceptio: Nisi pendeat adhuc, non in totum defecerit portio in alterius persona. hoc enim casu iuri adcrescendi nondum est locus. *l. 2. §. pro qua. ibi: quamdiu. ff. de bonorum possess. secundum tabul. Concordant ea quæ habentur inf. lib. 12. cap. 6. exc. 17. repl. 3.*

XII. Exceptio: Nisi vni portio sua tanquam indigno sit ablata. hoc enim casu fisco locus est, & ob id ius adcrescendi cessat. *l. hæreditas. 4. C. de his quibus vt indignis. M. I. R. d. reg. 27. exc. 5.* Sed & de hac re vide in singulis causis, ex quibus tanquam indigno hæreditas aufertur.

XIII. Exceptio: Nisi is quoque cui adcrescere posset, suam partem repudiauerit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. eod. cap. in pr.*

QVIBVS ADCRESCAT portio deficiens?

I. Regula: Si alij, coniunctim, alij disiunctim hæredes instituti sunt: vno ex coniunctis deficiente, solis illis qui coniunctim hæredes instituti sunt, pars eius adcrescit. Sin autem aliquis, qui disiunctim hæres institutus est, deficit, portio eius omnibus sine discrimine adcrescit. *l. vnica. §. his ita definitis. C. de caducis tollendis. l. hæredes. 61. ff. de hæredibus instituend. l. si quis. 5. §. fin. ff. si tabulæ test. nullæ extabunt. item l. 1. §. si quis ex nepotib. ff. de coniung. cum emancip. liberis. M. I. R. d. cap. 5. reg. 28. exc. 3.* Declaratur regula proposita definitione coniunctorum. *l. triplici modo. 142. ff. de verbor. signifi.* Sane species coniunctorum est & hæc, si ita scriptum sit: Lucius Titius ex parte dimidia hæres esto. Seius ex parte qua Lucium Titium hæredem instituit, hęres esto. *quæ approbatur d. l. 142. §. fin. de qua re vide sup. cap. prox. reg. 6. exc. 3.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi re tantum vel verb. tantum sint coniuncti. *l. si ita. 64. ff. de hæred. inst. l. item vt Sabinus. 17. §. 1. ff. d. tt. M. I. R. d. exc. 2. repl. 1.* Altera: Nisi ipso iure in coniuncti persona institutio non valeat. tunc enim omnibus sine discrimine portio eius adcrescit, reprobatur exemplo *l. quo loco. 20. in fin. ff. d. tt.*

III. Regula: Si quibusdam cum partibus, quibusdam sine partibus hæredibus institutis: vnus horum repudiauerit, omnibus adcrescit. *l. item vt Sabinus. 17. §. 1. ff. de hæred. instit.*

IV. Regula: Duobus filijs, & ex altero filio duobus nepotibus hæredibus institutis: vno nepotum non petente, portio eius soli fratri adcrescit. Secus, si vnus ex filijs sit defunctus. *l. si duobus. 12. in pr. ff. de bonor. possess. contra tabul. l. 1. §. si quis ex nepotibus. ff. de coniung. cum emancip. liberis.*

V. Regula: Si quis ex hæredibus hęreditatem restituere iussus est, non ei qui restituere, sed ei cui restitui debet, portio deficiens adcrescit. *l. si totam. 82. ff. de adq. hæred. M. I. R. d. reg. 28. exc. 4.*

VI. Regula: Si vnus ex duobus vel pluribus hæredibus pro parte pure, pro parte sub conditione hæres sit institutus, conditione deficiente, nihilominus ei quoque pars deficientis partis adcrescit. *l. si liber homo. 57. §. si ita scriptum. ff. de hæredib. instituendis l. qui fundum. 86. §. si tu ex parte. ff. ad legem Falcidiam.*

VII. Regula: Etiam ei qui suam partem repudiauit, sed alteri qui suam partem agnouit, hæres existit, repudiata propria portio adcrescit. *l. si liber homo. 57. §. fin. ff. de hæred. instit.*

QVANTVM CVIQVE adcrescat.

VIII. Regula; Si plures sint hæredes, quibus quid adcrescit, ex disparibus partib. instituti; singulis non pro virili, sed pro hæreditaria parte adcrescit. *l. si liber homo. 57. §. cum quis. ff. de hæred. instit. & l. vnica. §. his ita definitis. ibi: alijs cohæredib. item ibi: id est pro parte hæred. C. de caduc. toll. M. I. R. d. cap. 5. reg. 29. exc. 1.* Hæc de iure adcrescendi, de quo vide plura *inf. lib. 13. cap. 6. reg. 25. exc. 17.*

DE CODICILLIS.

CAP. XXIII.

HActenus, an & quibus ex testamento competat hæreditas, item quid & quantum competat, expositum est. Quando autem ex testamento hæreditas competat, seu deferatur, dicetur *inf. lib. prox. cap. 11.* Nunc restat, vt de codicillis tanquam testamentorum partibus dicamus: qua parte absoluta, Libro huic de testamentis finem imponemus.

I. PROPRIA CODICILLORUM.

I. Regula: Codicillorum ius singulare est. *l. 2. §. codicillorum. ff. de iure codicill.*

II. Regula: Codicilli nullam solennitatem desiderant. *Inst. de codicillis. §. fin.*

II. TOTVM.

Codicilli testamenti partes sunt, *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. cap. 2. q. 4. reg. 3.*

III. SPECIES.

I. Regula, De testamento iniusto. Iniustum testamentum vim codicillorum regulariter non habet. *l. 1. ff. de iure codicill. l. ex ea. 29. in prin. ff. qui test. facere poss. l. si quis. 8. §. illud quoque. C. de codicillis. item l. illud. 13. §. 1. ff. de iure codicillorum. M. I. R. lib. 4. cap. 5.*

reg.33.in pr. Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi testator voluerit testamentum vim codicillorum habere. tunc enim codicilli speciem continet testamentum iniustum. *d.§.illud quoq; l.si miles.3.§.fin.ff.de militari testam. item l.posthumus.12.§.fi. ff.de iniusto testam.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *inf.lib.12 cap.6.exc.84.rep.1. cum sequ.* Plane propositæ exceptionis similiumque replicatio generalis est: Nisi actor ex testamento directam petierit hæreditatem. tunc enim postea tanquam fideicomissariam ex codicillis petens non est audiendus. *l.si quis. 8. C.de codicillis.* Huius duplicatio est. Nisi quis ex parentibus, liberis vel cognatis defuncti hereditatem ex testamento petierit, hic enim, quamuis succubuerit. nihilominus tanquam ex codicillis fideicõmissariam hæreditatem petere potest, *d.l.8.§.si quis.* Aliam duplicationem vide *M.I.R. d. reg. 33. in fin.* Hæc de iniusto testamento.

II. Regula, De tabulis, in quibus legata tantum relicta sunt, non etiam hæres institutus. Hæ codicilli sunt. *quæ regula seu species approbatur l.si palam.20.ff.de iure codicill.*

III. Regula, De literis, quibus hæreditas promittitur, aut animi affectus exprimitur. hæ codicillorum speciẽ non cõtinent. *l.literæ.17.ff.d.tt.*

IV. EXCEPTIONES ADVERSUS codicillos, & ea quę in codicillis sunt relicta.

Regulariter quidem quod codicillis relictum est, perinde debetur, ac si in testamento solenni relictum esset. *Inst.de codicillis, in pr.& l.2.§.codicillorum.ff.eod.tt.M.I.R.d.c.5.reg.32.* Verum huius regulæ plures sunt exceptiones, desumptæ ex persona partim eius qui codicillos facit, partim eius cui codicillis quid relinquitur, partim ex alijs huiusmodi circumstantijs: de quibus sequitur.

I. Exceptio: Nisi is qui testamentum facere non potest, codicillos fecerit. *l.diuus.6.§ codicillos. ff.de iure codicill. l. conficiuntur. 8. §. codicilli.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio videtur esse: Nisi ante, cum testamenti factionem haberet, codicillos confirmauerit, hoc enim casu videtur dicendum, quamuis eo tempore quo codicillos fecit, testamenti factionem habere desierit, nihilominus codicillos valere. Sed reprobatur *l.quædam.7.in pr.ff.d.tt.* Propositæ exceptionis species sunt exceptiones proxime sequentes.

II. Exceptio: Nisi is qui apud hostes est, codicillos fecerit. *d.l.7.* Huius replicatio est: Nisi codicillis ante captiuitatem testamento confirmatis, is qui eos fecit, postea postliminio sit reuersus. *l.in bello.12.§.codicilli.ff.de captiuis.*

III. Exceptio: Nisi is qui codicillos fecit, dubitauit an sui iuris esset. approbatur simul & distinguitur *l.Aristo.9.ff.de iure codicillorum.*

IV. Exceptio: Nisi is qui se adrogandum dederit, codicillos fecerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: quia testamenti factionem non habet, *secundum ea quæ dicta sunt sup.c.6.in prin.* Eius autem replicatio est: Nisi cum codicilli antea in testamento, ab eo qui sui iuris erat facto, confirmati essent, postea rursus emancipatus decesserit. *l.conficiuntur.8.§.si post.ff.de iure codicill.*

V. Exceptio: Nisi mutus codicillos fecerit. ipso quidem iure subsistit, *per ea quæ dicta sunt sup. c.5.exc.8.in pr.* verum eius replicatio est: Nisi antequam mutus fieret, testamento facto codicillos confirmauit. *d.§.si post.* Sed de hac exceptione cũ suis replicationibus vide *sup.exc.8.*

VI. Exceptio: Nisi furiosus codicillos fecerit. *l.2.§.penult.ff.de iure codicill. l.ne codicillos.5. C.de codicillis.*

VII. Exceptio: Nisi non testamentum fecerit is, qui fecit codicillos. reprobatur *Institut.de codicillis.§.non tantum.l.si quis.3.in prin. ff. de iure codicill.l.conficiuntur.8.in princ.item l. ab intestato.16. ibi. & vt manifestius.ff.d.tt.l.non idcirco.4.C.de codicill.item l.1.C.d.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi ei qui in rerum natura non est codicillis quid sit relictum. *l.diuus.6.§ fin. ff.de iure codicill.l.2.in prin.item l.quidam.14.§.ego quidem.ibi: vt enim.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio hæc videtur esse: Nisi tempore testamenti, quo codicilli confirmati sunt, in rerum natura fuerit. sed reprobatur *d.l.6.§.fin.item d. vers.vt enim.* Plura de exceptione proposita vide *inf.lib.12. cap.3.exc.23.*

IX. Exceptio: Nisi seruo alienò libertas in codicillis sit relicta. approbatur simul & distinguitur *l.2.§.ideoque ff.de iure codicill.* Plura de except. proposita vide *sup.lib 6.c.6.exc.11.*

X. Exceptio: Nisi generaliter ab eò, Quisquis hæres erit, in codicillis quid sit relictum. reprobatur. *l.si quis.3.in pr.ff.de iure codicill.*

XI. Exceptio: Nisi ab hæredibus ante codicillos defunctis quid sit relictum. *l.quidam.14.ff.d.tt.*

XII. Exceptio: Nisi hæreditas codicillis sit data vel adempta. *Inst.de codicillis.§.codicillis. l. quod per manus.10.item l.illud.13.§.1.ff.eod.tt.l.si idem.7.C. de codicillis.M.I.R.d.reg.32.exc.1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non directis verbis, sed per fideicommissum hæreditas codicillis sit data. *Institut.de codicillis.§.directo.l.2.§.fin.ff.de iure codicill.l.illud.13.§.1.ff.eod.tt.item l.2.C.de codicillis. M.I.R. d.except.1.replic.1.* Altera: Nisi hæreditas testamento inutiliter data, codicillis sit confirmata. reprobatur *l.2.§.fin.ff.de iure codicill.* Tertia: Nisi in testamento hærede instituto eo, quem in codicillis hæredem scripsisset vel nominasset: in codicillis hæredem certum scripserit vel nominauerit. *l.asse toto.75.ff.de hæred.instit.l.institutio. 10.in pr.ibi.proinde & si ita.ff.de condit.institut.* Quarta: Nisi in testamento hærede instituto sub hac conditione, Si eum in codicillis hæredem scripserit. *d.l.10. in prin.& §.fin.* Quinta replicatio est: Nisi miles codicillis hæreditatem dederit vel ademerit. *d.militis.36.in princip.ff.de militari testam.l.quærebatur.19. ibi.quinimo etsi codicillos.ff.eod.tt* Sexta: Quod si hæreditas in codicillis alicui tanquam indigno sit adempta, & ad alium translata, ademptio valeat, quamuis translatio non valeat. *l.hæreditas. 4. C.de his quib.vt indignis.*

XIII. Exceptio: Nisi conditio institutioni hęredis in codicillis sit adiecta, vel substitutio facta. *Inst.de codicillis. §. penult. Concordat l. diuus.6.in principio.ff.eodem tt.item l.quidam.27.§.fin.ff. de condit.institut.*

XIV. Exceptio: Nisi solennitas testamentorum in codicillis non interuenerit. reprobatur *Inst.de codicillis.§.fin.*

XV. Ex-

XV. Exceptio: Nisi codicilli neque scripti, neque signati sint manu testatoris. reprobatur *l. diuus.6.§.codicillos.ff.de iure codicill.* Plane videtur admitti, si testator in testamento adiecerit, non alias codicillos valere se velle, quamdiu manu fuerint subscripti atque signati. Sed hæc distinctio reprobatur *d.l.9.§.licet.*

XVI. Exceptio: Nisi quinque testes codicillis non interuenerint. *l.vlt.§.fin.C.de codicillis.M.I.R.d. reg.32.exc.2.*

XVII. Exceptio: Nisi testes codicillis non subscripserint. *d.§ fin.*

XVIII. Exceptio: Nisi testamentum iniustum irritum aut ruptum sit. hoc enim casu nec codicilli valent. *l ab intestato.16.§ fi. ff.de iure codicill. l.quod per manus.10.ibi: qui ex testamento.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi miles iure communi extra tempus expeditionis testamento facto, postea in expeditione codicillos iure militiæ fecerit, hoc enim casu, quamuis testamentum non valeat, valent tamen codicilli. *l.conficiuntur.8.§.si miles.ff.de iure codicillorum.*

XIX. Exceptio: Nisi absente filio mater codicillos fecit. reprobatur *l.cum proponatis.4.C.de codicillis.*

XX. Exceptio: Nisi alij quoq; codicilli sint facti. reprobatur *Inst.de codicill.§.fin.l.diuus.6.§. codicillos.ff.eod tt.* Plane admittitur exceptio proposita si posteriores codicilli prioribus contraria disponant. *de qua re vide inf.exc.23.*

XXI. Exceptio: Nisi codicilli testamento non sint confirmati. *l.ante.5.ff.de iure codicill.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi alio indicio appareat, testatorem à voluntate codicillorum non recessisse *d.l.5. Concordant Inst.eod.tt.§.sed cum ante.* Altera replicatio est: Nisi testamentum ante codicillos sit factum. *l.si quis.3.§.pen.ff. de iure codicill.* Tertia: Nisi testamentum nullum sit factum. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.exc.7.*

XXII. Exceptio: Nisi non specialiter, sed generaliter aliter codicilli sint confirmati, vel antequam essent facti. reprobatur *l.siue.6. C. de codicillis.l.conficiuntur.8.in prin.ff de iure codicill.*

XXIII. Exceptio: Nisi codicillis certi generis confirmatis, codicilli, de quibus agitur, non sint eius generis. *d.l.8.§.fin.* Plane si quis ita codicillos confirmauerit, Si quid ad hoc testamentum pertinens reliquero, valere volo: etiam codicilli ante testamentum facti hæc verbis continentur, nec propter verbum futuri temporis Reliquero, alterius generis sunt censendi, *quod approbatur l.Plotiana.18.ff.de iure codicill.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi testator postea ab ista priore voluntate recesserit, & codicillos, quamuis alterius generis valere voluerit. approbatur exemplo *l.diuus.6.§.licet.ff.de iure codicill.Concordat l. vlt.in pr.ff.de leg.2.item l.si quis.22.in pr.ff.de leg.3.*

XXIIII. Exceptio: Nisi vestes ipsius testatoris non sint: vel ita legato in codicillis relicto, Si Titius viuus est; vel, Si tot annorum est: hęc conditio deficiat. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio videtur esse talis; Nisi tempore quo codicilli antea confirmati sunt, conditio vera fuerit. sed reprobatur *l.quædam.7.§.præterea.ff.de iure codicill.* Alia huius replicationis reprobatæ exempla proponuntur *d.l.7.in prin.l.diuus.6.§.fin.item l.conficiuntur.8.§.si post.ff.eod tt.*

XXV. Exceptio: Nisi is qui codicillos fecit, postea mutauerit voluntatem. *l. ante.5.in fin.ff.de iure codicill.l.cum proponatis.3 C.d.tt.*

XXVI. Exceptio; Nisi ei qui codicillos fecit, adgnascatur posthumus, vel quasi posthumus. approbatur simul & distinguitur *l.1. C. de codicill.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi testator nihilominus post ruptum adgnatione posthumi testamentum, codicillos valere voluerit. *d.l.1.* Altera; Nisi adgnatus posthumus mortuus sit. *l.conficiuntur.8.§.si post.in fin.ff.de iure codicill.* Tertia; Nisi nullo testamento facto, codicilli facti sint. hi enim adgnatione posthumi non rumpuntur. *l.si quis.3.§.sed etsi post.l.qui graui.11.l. ab intestato.16.in prin.item l.is qui. 19.in pr.ff.d.tt. M.I.R. lib. 4.cap.4.exc.12.repl.5.*

XXVII. Exceptio; Nisi hæreditas ex testamento adita non sit. *l.si quis.3.§ fin.ff. de iure codicill.* Hæc de exceptionibus aduersus codicillos. Sed & plures huiusmodi exceptiones, item Quibus ex codicillis actio competat? Aduersus quos? Quid in ea veniat petendum? & cætera vide *inf.lib.12.vbi de legatis & fideicommissis tractabitur.* Nunc de hæreditatibus ab intestato competentibus dicendum.

FINIS LIBRI NONI.

DE HÆREDITATIBVS ET BONORVM POSSESSIONIBUS ab intestato, necnon de hæredum officijs.

LIBER DECIMVS.

TRansitio huius loci proponitur *l.1.in pr.ff.si tabulæ testam.nullæ extabunt.*

DE SVCCESSIONIBVS AB INtestato in genere.

CAP. I.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS SVCCESsio ab intestato competit.

I. Causa: Si defunctus non fecit testamentum. Hæc causa cum alijs cognatis approbatur *Inst.de hæreditat.quæ ab intest.in pr. Concordat l.1.in pr. ff de suis & legitimis hæred.item l.si atti.4.C.de legitimis hæredibus M.I.R.lib.4.cap.6.reg.1.*

II. Causa: Si defunctus non iure fecit testamentum. *Inst.de hæred.quæ ab intest.in pr.d.l 4. item l. bonorum.3.ff.si tabulæ test nullæ extab.* Huius causæ species, & singularum specierum exceptiones vide *sup.lib prox.cap 5.vsq; ad cap.18.*

III. Causa. Si testamentum defuncti ruptum, aut irritum sit factum. *Inst.de hæred. quæ ab intestat. in prin.ibi.aut id quod fecerat. l.1. §. si hæres. ff. si tabulæ test.nullæ extab.item l.1.in pr.ff.de suis & legitimis hæred.* Huius causæ species & singularum specierum exceptiones vide *sup.lib.prox.cap.17.cum duob. capitib.sequentib.*

IV. Causa; Si nemo ex testamento defuncti hæres extiterit. *Inst.de hæred.quæ ab intest.in prin. ibi; aut si ex eo.l.1.in pr.ibi.si eius hæreditas.ff.de suis & legitimis hæred.item l.1.§.1.ff si tabulæ testam. nullæ extab.l. 1.§.1.ff.quis ordo in bonor. possess. l.si quis.9.§.sed & si hæres ff.de liberis & posthumis.l.si scripti.9.C.de petit.hæred.l.intestatus.64.ff.de verb.signif. & l.si nemo.141. ff. de reg.iuris.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Ex causis iam enumeratis hæreditas ab intestato competit ijs personis, quæ proponentur *inf.cap.prox.* Verum illarum causarum exceptiones generales hæ sunt.

I. Exceptio, Nisi defunctus seruus fuerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.prox.c.5. exc. 17.* Replicatio prima est: Nisi defunctus ante mortem liber fuerit effectus. hoc enim casu liberos ex se natos, modo sint manumissi, hæredes ab intestato relinquit. *Inst.de seruili cognatione.* Plane replicatio proposita ad liberos tantum, non etiam ad alios cognatos pertinet. quod duplicationis loco notandum. *l.1.§.1.ff.vnde cognati.* Altera replicatio est: Nisi liber ab hostib. captus, ibi decesserit, hic enim quamuis seruus hostium fuerit effectus, tamen lex Cornelia fingit eum in ciuitate decessisse. *l.bona.3.§. dari.ibi.sed & eius.ff. de bonor.posses.l.1.in pr.ibi.eum quoq;.ff.de suis & legitimis hæred.l.apud.8.C.de legitimis liberis.l.si his.8.C.de legitimis hæredib.l.bona.22.in pr.ff.de captiuis.* Contradicit propositæ replicationi *l.itineri.3.§.fin.ff.de verb. significat.de quare vide sup.lib.prox.c.17.exc.7.* Plane replicationis huius duplicatio est: Nisi filius apud hostes conceptus, patris apud hostes defuncti hæreditatem sibi vendicet. huic enim replicatio proposita non prodest. *l.1.in fi.C.de postliminio.* Sane duplicatio hæc iure nouo videtur sublata *per ea quæ dicta sunt sup.repl.1.* Tertia replicatio est: Nisi captus ab hostibus redemptus decesserit: hoc enim casu, quamuis redemptionis precium redemptori solutum non fuerit, non tamẽ seruus, sed liber videtur decessisse. *l.si patre.15.ff.de captiuis.*

II. Exceptio: Nisi defunctus fuerit filius familias. Hęc exceptio iure quidem antiquo, quo filij nihil proprium habebant, approbatur: vnde nec testari poterant, *secundum ea quæ proposita sunt sup. lib.prox.cap.6.in prin.* verum eius replicacio prima est: Nisi filius familias, patre eius apud hostes existente, mortuus sit. hoc enim casu legitimum habet hæredem. *l.si pater.15.ff.de suis & legitimis hæred. l.proponebatur.9.§.fin.ff.de castrensi peculio.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi pater post mortem filij ab hostibus fuerit reuersus. *d.§.fin.item d. l.15.* Altera replicatio videtur: Nisi filius familias miles decesserit, relictis bonis castrensis peculij. Sed reprobatur *l.vlt.in prin.ff.ad S. C. Tertyllianum.* Tertia est: Nisi defunctus sui iuris existens, se dederit adrogandum: hoc enim casu hæres legitimus nihilominus admittitur. *l.2.§. impuberum.ff. ad S.C.Tertyll item l.non tantum 3. §.si pater.ff. de bon. posses.contra tabul.*

De iure nouo.

Hæc quidem iure antiquo recepta fuere. Iure autem nouo exceptio proposita reprobatur: quoniam iure nouo pater non nisi vsumfructum in bonis filij habet, *vt ostensum sup.lib.4.cap.22.quæst.1. post exc.15.* Filius ergo familias proprietatis legitimum hæredem iure nouo habet. *Cui concordat l. vlt.C.communia de successionibus.* Et quod ibi de bonis maternis & materni generis cauetur, hodie de omnibus bonis filij ex substantia patris non adquisitis intelligendum est, *secundum ea quæ proposita sunt sup.d.quæst.1.post except.15. Concordat item Nouell.cap.118.§. si quis igitur.ibi. tametsi enim. item l. vlt.§.fin.C.ad S.C.Tertyll.*

III. Exceptio: Nisi defunctus testamenti factionem non habuerit: puta impubes, furiosus, vel is cui bonis interdictum est reprobatur *l.1.in pr.ibi.plane qui testari ff.de suis & legitimis hæred.M.I.R. d.reg.1.exc.1.& d.cap.6.reg.6.exc.9. repl. 1. item lib.5. cap.14.in verbo Intestatus.*

IV. Exceptio: Nisi defunctus capitali iudicio fuerit damnatus. iure quidem antiquo approbatur, *per ea quæ proposita sunt sup.lib.1.c.19.* Plane eius replicatio prima est: Nisi miles ex militari delicto capite sit damnatus. *l.1.ff.de veteranorum & militũ success. Contradicit l.& militibus 13.C.de test.militis.*

Secun-

Secunda replicatio est: Nisi damnatus pœna rursus sit liberatus. *l.1.§.fin. cum l.sequente.ff.de bonorum posses.contra tab.*

V. Exceptio: Nisi memoria defuncti fuerit damnata. *Instit.de hæred.quæ ab intest.defer.§.interdum. Concordat l.1.§.interdum.Digest.de suis & legitimis hæred.*

VI. Exceptio: Nisi defunctus miles fuerit, reprobatur *l.2.ff de veteranor. & militum success.*

VII. Exceptio: Nisi defunctus naturalis, nõ legitimus fuerit filius, approbatur simul & distinguitur *l.si spurius.4 ff.vnde cognati. Concordat Instit.de successione cognatorum.§. vulgo quæsitos. M.I.R.d. c.6.reg.1.exc.4.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi mater, aut frater ex eadem matre natus, defuncti hæreditatem petat, his enim proposita exceptio non obstat. *d.l.4.& d.§.vulgo. Cõcordant ea quæ habentur infr. ca.4.reg.5. exc.8. M.I.R. d.exc.4.repl.* Altera: Nisi defunctus per oblationem curiæ fuerit legitimatus, reprobatur *l.communium. 9. in prin.ibi, eodem scilicet modo.C.de naturalib.liberis. Concordat Nouell.c.89. §. eum autem filium.ibi, consimile priuilegium.* Plane replicatio proposita prodest liberis defuncti, item matri & cognatis maternis. *d.l.9.§. sed siquidem, vsque ad §. fin.* Quæ tamen quodammodo mutantur *Nouel. const.89.§.sanciendum, vsque ad §.ac cum tres aliæ.*

VIII. Exceptio: Nisi defunctus ex naturali, non legitimo filio natus sit. *l.communium.9.in pr. ibi, eodem scilicet modo.C.de naturalib.liberis.*

IX. Exceptio; Nisi fœmina decesserit, reprobatur *l.2.§ 1. Dig. vnde legitimi.* Plane admittitur quo ad suos hæredes, hos enim fœmina defuncta habere non potest. *l.nulla.13.Dig. de suis & legitimis hæred.*

X. Exceptio: Nisi libertinus decesserit, reprobatur *d.§.1.Vide item de hac except.sup.lib.6.c.21.*

XI. Exceptio: Nisi defunctus testamentum fecerit, & hæredes scripserit. *constat ex iis quæ dicta sunt supr.causa 1.M.I.R.d. reg.1.except.2.* Eius replicatio prima est: Nisi testamentum iniustum sit, aut ruptum, irritumve factum. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.causa 2. & 3.M.I.R. d.except.2. repl.1.* Huius duplicatio est: Nisi is in testamento hæres scriptus sit, qui etiam ab intestato hæres esse possit, bonorumque possessionem secundum tabulas petierit, hoc enim casu, quamuis postea deficiat testamentum, nihilominus in sua bonorum possessione, quam petiit, defenditur. *l.si sub 5.in princ.ff. de bonor. posses. secund.tabulas.* Ideoq; videtur obstare cæteris ab intestato cohæredibus. Sed hæc duplicatio reprobatur. *l.1. §.sed si mater.Dig.ad S.C.Tertyll.* Altera replicatio est: Nisi hæreditas ex testamento adita non sit. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.causa 4.* Tertia: Nisi pro parte intestatus decesserit, reprobatur *l.ius nostrum.7.ff. de reg.iuris. Concordant ea quæ proposita sunt supr.l.b.prox.c.21.reg.3.excep.1. M.I.R.d. except.2.repl.3.* Admittitur primum in milite, *vt ostensum supr.d exc.1.repl.1. item supr. lib. prox.cap.16. dupl.27.M.I.R.d.repl.3.dist.1.* Deinde admittitur, si per inofficiosi querelam testamentum pro parte rescindatur. *l.nam etsi.15.§.fin.l.mater.19.§. præterea dicendum. & l.circa.24. Dig. de inoffic.testam.de qua re infr.suo loco dicetur.*

XII. Exceptio: Nisi de hæreditate transactũ sit. De hac & alijs similibus exceptionibus vide *infr.in petitione hæreditatis, lib.prox.c.1.quæst.4.* Hactenus ergo de causis hæreditatis ab intestato, earumq; exceptionibus sit dictum.

II. QVIBVS HÆREDITAS AB intestato competit?

De huius quæstionis regulis, & singularum regularum exceptionibus, dicetur *infr.cap.prox. cum aliquot cap sequentib.*

III. QVID ET QVANTVM hæreditatis cuique ab intestato competat?

De hac re vide *infr.cap.10.*

IV. Quando hæreditas ab intestato deferatur, vel competat: dicetur *infr.cap.11.*

V. Euentus hæreditatis delatæ tractabuntur *infr.cap.12.sequentib.*

DE SVCCESSIONE LIBERORVM & S.C.Orphitiano.

CAP. II.

PRimo loco liberis defuncti hæreditas ab intestato defertur. *Nouell.c.118.§.1. Inst. de hæred. quæ ab intestato. §. 1. l.1. in princ.ibi, sed successionem. & §.recte. Digest. si tabulæ testament. nullæ extab.l.1.in princ. Dig.quis ordo in bonorum posses.seruetur. Instit. de hæred.qual.& differ.§.sed sui quidem.l.in suis.11. Dig.de liberis & posthumis.item l. filius.12. Dig. de suis & legitimis hæredibus.M.I.R.d.cap.6.reg.2.* Ratio huius regulæ ac successionis proponitur *l.scripto.7.§.fin. ff.si tabulæ testam.nullæ extab.* Plane habet proposita quoque regula suas exceptiones, quarum prima: Nisi liberi sint adoptiui, reprobatur *Inst.d.§. 1.& §.sed ea omnia.ibi, nisi in hoc tantummodo. l.1.§. suos.ff. de suis & legitimis. l.si te.5. C. de legitimis liberis. item l.1.§.liberos.ff.si tabulæ testam.nullæ extab.* Plane admittitur, si adoptiui rursus fuerint emancipati, *quæ distinctio approbatur d.§.liberos.* De qua plura vide *infr.exc.prox.*

II. Exceptio: Nisi liberi sint emancipati, non in potestate morientis. *Instit.de hæred. quæ ab intest. §.emancipati.* Ex quo constat, exceptionem propositam iure quidem antiquo ciuili approbari, reprobari veto iure nouo prętorio, cui iuri prætorio concordat *Instit. de seruil. cognat. §. repetitio. ibi, nec interest. l.1.§. fin.ff. quis ordo in bonorum posses. seruetur. l.sed cum 6.§.bonorum, in fin. Dig. de bonorum posses.l.1.C. vnde liberi. l.meminimus.15.§.cum igitur. C. de legitimis hæredib. item Nou.c.118.§. si quis igitur. & §.ita tamen vt si.M.I.R.d.reg.2.exc.9.* Plane dicti iuris prætorij, quo exceptio proposita reprobatur, distinctio hæc est: Nisi adoptiui liberi rursus sint emancipati, his enim parentis adoptiui hæreditatẽ ab intestato petentibus proposita exceptio nocebit, quę distinctio seu exceptio approbatur simul & distinguitur *l.liberi.4.ff.si tabulæ test. nullæ extab. Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.§. at hi qui.ibi, & conuenienter. & §. minus ergo. item l.1.§. liberos.ibi, sed adoptiuos.ff. si tabulæ testament. nullæ extab.* Huius distinctionis seu exceptionis in casu proposito replicatio est: Nisi à parente naturali adoptati rursus sint emancipati, hoc enim casu proposita distinctio seu exceptio illis nõ obstat.

d.l.4.l.2.§.liberi.ibi. adoptiui.ff. ad S. C. Tertyll. Inst.de hæred.quæ ab intest.§.nostra autem.item l.1.§.habeat.ff. de bonorum poss ff. contra tabul. Cuius duplicatio est: Nisi nepos in locum filij adoptatus, rursus sit emancipatus, hic enim locum filij non retinet, sed nepotis. *l.non tantum.3.§.1.ibi, sed si sit & §. si filium.ff.de bonor.possess.contra tabulas.*

III. Exceptio: Nisi liberi in alterius sint familia, hoc enim casu parenti naturali ab intestato non succedunt. *Inst.de hæred quæ ab intest.defer.§. at hi qui.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ab adoptiuo patre fuerint emancipati, tunc enim ad naturalium parentum successionē admittuntur. *d §.at hi qui. Concordat l.si emancipatus. 6.§.fin.de bonor.possess.contra tabul.* Cuius duplicatio est; Nisi post mortem demum parentis naturalis ab adoptiuo patre fuerint emancipati. *d.§. at hi qui.& d.l.6 §.fin.* Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi post petitionē bonorum possessionis parentis naturalis, liberi in alienam potestatem seu familiam peruenerint. *l. vlt. ff. si tabul.test.null.extab.* Tertia; Nisi in potestate aui sit nepos, filio mortuo, hoc enim casu nepos patri suo defuncto ab intestato succedit, proposita exceptione non obstante. *l.si quis.5.§. quinetiam.& l.si pater.6.ff.eod tt.Concordant item ea quæ habentur infr.c.15.quæst.3.reg.1.* Quarta; Nisi alij liberi vel legitimi hæredes defuncto non sint; tunc enim liberi in aliena familia existentes admittuntur. *Inst.de hæredib.quæ ab intest.defer.§.admonendi.Concordat Inst.de successione cognatorū.§.liberi quoque.* Quinta; Nisi filij filiæque matri succedant; his enim proposita exceptio non obstat. *Inst.de Senatusconf.Orphit.in pr.* Sexta; Nisi filius in adoptionem datus, hæres institutus sit; tunc enim alio edictum committēte ab intestato succedit. *d.l.1.§.& in adoptionem.& §.iungitur autem.ff.de coniungendis cum emancipato liberis.*

De iure nouo.

Hactenus de iure antiquo, quo exceptio proposita approbatur; simul & distinguitur, est dictū. Iure autem nouo reprobatur *Instit.de hæred. quæ ab intest.defer.§.sed ea omnia.l.pen.C.de adoptionibus.Nouell.c.118.§.si quis igitur.ibi, & siue alterius.& §. consequens.in fin.* Plane exceptio proposita etiam iure nouo admittitur, primū si parenti naturali, non extraneo, quis in adoptionem sit datus. *quæ distinctio approbatur Inst.d.§ sed ea omnia, in fin.* Deinde si is qui sui iuris est, se alij dederit adrogandū. *d.§.sed ea omnia, in fin.* In duobus ergo casibus iam propositis exceptioni propositæ etiam iure nouo locus est, & replicationes supra dictæ vtiles esse possunt. Hæc de tertia exceptione.

IV. Exceptio: Nisi naturales, non legitimi sint liberi, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.4.c.24.quæst.4.reg.2.*

V. Exceptio: Nisi liberi ex eo matrimonio nati sint, quod sola affectione maritali sine dote & dotalibus instrumentis est cōtractum, vel quod diuortio sit solutum, reprobatur *Nouell.const.117. §.quia vero.& §.sed & hoc.*

VI. Exceptio: Nisi post decem menses à tempore mortis parentis filius sit natus. *l.intestato.3. §.fin.ff.de suis & legitimis hæred.M.I.R.lib.2.c.1.in verbo Filiatio exc.4.*

VII. Exceptio; Nisi ex muliere quinquagenaria liberi nati sint, reprobatur *l.si maior.12.C. de legitimis hæred.*

VIII. Exceptio: Nisi liberi ex seruis concepti & nati sint, approbatur quidē ipso iure, quia ex seruis non nisi serui nascuntur, qui hæredes ab intestato existere non possunt. Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi dum mulier vel vir in libertate moram patitur, conceptus sit vel natus. *l.1.§.quæri.ff.de suis & legitimis hæredib. l.1. §.interdum.ff.ad S.C.Tertyllian.item l.vltim.C.ad S.C. Orphitianum.* Altera replicatio est: Nisi post centesimum octogesimum secundum diem, quam mater manumissa est, natus sit, hic enim in seruitute conceptus non videtur. *l.intestato.1.§.fin. ff.de suis & legit.hæred.* Tertia; Nisi parentes simul & partus postea fuerint manumissi. *Inst. de seruili cognat.in.pr.* Huius duplicatio est: Nisi ex libera muliere & seruo conceptus sit, hoc enim casu, quamuis postea pater & partus manumittatur, tamen propositæ replicationi locus non est. *l.ex libera.6.C.de legit.liberis.* Quarta replicatio videtur: Nisi ab iis qui apud hostes captiui detinētur, cōceptus sit, posteaq; ad suos reuertatur, sed reprobatur *l.1.in fin.C.de postlim.* Plane admittitur, si de hereditate matris quæratur. *quæ distinctio approbatur l.1.§.interdum.in fin.ff.ad S.C.Tertyll.* Quinta replicatio est: Nisi in seruitute conceptus, post manumissionem natus sit. *d.§.interdum.*

IX. Exceptio: Nisi posthumi liberi sint, reprobatur *Inst.de hæred.quæ ab intest.defer.§.posthumi.l.intestato.3.§.vtique.ff.de suis & legit.hæred.item l.intestata.4.C.de legitimis liberis.* Plane admittitur primū, si mulier ex defuncto prægnās esse negetur, nec denuntiauerit secūdum formam edicti iis, quorum interest, vt ventrem inspiciant, partumque custodiant, hoc enim casu partui edito actio denegabitur. *l.1.§.de inspiciendo, in fin.& §.quamuis.ff. de inspiciendo ventre.* Huius distinctionis replicatio prima esse videtur: Nisi seruus hæres futurus sit, nō nato posthumo; sed reprobatur *d.l.1.§ sed etsi seruus.* Altera replicatio est: Nisi propter rusticitatem non denuntiauerit *d.l.1.§.fin. Concordat l.2. ff.eod.tt.* Tertia: Nisi denuntiatum sit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est: Nisi non proximiori hæredi futuro, sed vlteriori sit denuntiatum. *d.l.1.§.denuntiari.* Secunda: Nisi vni, non omnib. quorum interest, sit denuntiatū. *d.l.1.§.denuntiari.* Tertia: Nisi ei qui ventri substitutus est, sit denūtiatum. *l.qui ventri.3.ff.de inspiciendo ventre.& l.is à quo.4.ff.d. tt.* Hæc de prima distinctione, qua exceptio proposita admittitur. Altera distinctio est, Si nepos post mortem aui natus sit. *de qua vide infr.exc.15.*

X. Exceptio: Nisi nepotes vel pronepotes liberi sint, quorum pater adhuc viuit, approbatur *Inst.de hæred.quæ ab intest.defer.§.ita demum.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pater nepotū in potestate morientis nō sit. *d.§.ita demum. Inst.de hæred.qual & differen.§.sed vt nepos. l.si quis.5. in pr.ff.si tabul.test.nullæ extab.& l.1.§.si filius.ff.de suis & legitimis hæred.* Cuius duplicatio prima est: Nisi pater nepotum sit apud hostes, tunc enim, quāuis in potestate morientis esse dici non possit, tamen nepotib. ex se natis obstat. *d.l.§.si filius.* Altera: Nisi nepotes sint ex filio emancipato, nō nepotes, reprobatur *d.l.1.§.nō minus.* Plura de replicatione proposita vide *infr.c.3.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi pater nepotum ante delatam ab intestato hæreditatē mortuus sit, hoc enim casu non obstat nepotibus, quamuis tempore mortis aui vixerit. *l.1.§.sciendum.ff. de suis & legitimis hæredib.l scripto.7.in pr.ff.si tabulæ test. null.extabunt.l.si quis.9.§.si filium.ibi, sed & si hæres.ff. de liberis & posthumis.item Instit. de hæredib. quæ ab intestato deferunt.§.cum autem.* Tertia: Nisi mortuo post auum parte, nepos per bonorum possessionem patri, & ita auo successerit. *l. qui se.3. C. vnde liberi.* Quarta: Nisi filius patri hæres ab intestato esse non possit, tunc enim nepotibus non obstat, approbatur exemplo *l.1. §.pen. ff. de bonorum possess.contra tabulas.* Aliud exemplum proponitur *l.1.§.si pater.ff.de coniungend. cum emancipat. liberis.* Quinta replicatio est; Nisi filius hæreditatem repudiauerit. *l.si quis.5.§.fin.ff. si tabulæ testam. nullæ extab.* Sexta: Nisi nepos in locum filij sit adoptatus. *l.non tantum.3.§.si filium.ff. de contra tabulas bonorum possessione. Concordat l.cum emancipatus.13.§. fin.Dig.eod.tt.*

XI. Exceptio: Nisi nepotes vel pronepotes liberi sint, quorum patruus adhuc viuit, reprobatur *Inst.de hæred.quæ ab intest.defer.§.cum filius filiave.l.3.C.de legit.liberis. item Noue.c.118.§.si quis igitur, ibi, ita tamen M.I.R.lib.4.c.6.reg.2.exc.1.*

XII. Exceptio: Nisi nepotes liberi sint, quorum pater in potestate moriētis nunquam fuerit, reprobatur *l.1.§. interdum. ff. de suis & legit. hæred.l.vbi auiarum.10. C. de legit.liberis. item Inst.de seruili cognat.§.repetitis, in fin.*

XIII. Exceptio: Nisi nepotes liberi sint à filio adoptati. *Inst.de hæredit.quæ ab intest.defer.§.cum autem quæritur, in fin.* Huius exceptionis replicatio videtur esse: Nisi defuncto alij liberi vel hæredes legitimi non sint, sed reprobatur *d.§.cum autem quæritur.*

XIV. Exceptio; Nisi nepotes liberi sint, per fœmininum sexum descendentes, reprobatur *Instit. de hæred. quæ ab intest.defer.§.item vetustas.l.vlt. C.de legitimis liberis.Instit.de seruili cognat.§.repetitis. in fin.Nouell.cap.118.§.si quis igitur.& §.ita tamen vt si quem, in fin.item l.nepotibus.3. C. vnde legitimi. M.I. R.d.reg.2.exc.2.*

XV. Exceptio: Nisi nepotes mortuo auo nati sint; hi enim auo non succedunt. *l. Titius.6.cum duab.legib.seqq.ff de suis & legitimis hæred. Concordat Inst.de hæred.quæ ab intest.defer.§.cum autem quæritur, in fin.M.I.R.d.reg.2.exc.7.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi post mortem aui nepotes nati, viuo eo sint concepti. *l.si vel viuo eo.7.ff.d.tt. Concordat Inst.d.§.cum quæritur.ibi, & licet post mortem.*

XVI. Exceptio: Nisi nepotes post emancipationem sint nati, reprobatur *l. si emancipatus.6.in pr.ff.de contra tabul.bonor.possess.l.si quis.5.§.sed etsi, in fin.ff.si tabulæ test.nullæ extabunt.*

XVII. Exceptio; Nisi fœminini sexus liberi sint, reprobatur *Nou.c.118.§.si quis igitur.§.ita tamen, in fin.& §.nullam vero.M.I.R.d.reg.2.exc.4.*

XVIII. Exceptio: Nisi liberi tempore mortis parentis apud hostes fuerint, reprobatur *Instit.de hæred.quæ ab intestato defertur.§.interdum. Concordat l.1.§.si filius suus.ibi, quod si filius.Dig.de suis & legitimis hæredibus.*

XIX. Exceptio: Nisi liberi clerici vel monachi sint, reprobatur *l.Deo nobis.42.§.hoc etiam.ibi; sin vero vlt.C.de episcopis & clericis. M.I.R. d.reg.2. exc. 5.* Hæc de successione liberorum eiusque exceptionibus in genere sint dicta. Species eius proponitur *infr.* Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *infr.cap.6.& 9.*

DE SENATVSCONSVLTO Orphitiano.

Matri intestato defunctæ liberi ex Senatusconsulto Orphitiano succedunt. *quæ regula approbatur Inst.de Senatusconsult.Orphit. in princ.l.1. C.eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi liberi alieno iuri sint subiecti, sed reprobatur *Inst.d tt.in prin.Concordat l.sacratissimi.9. Dig. ad S.C.Tertyll & Orphitianum.*

II. Exceptio: Nisi alterius matrimonij liberi sint, reprobatur *l.matris.4.Dig.d.tt.l.cum aliis.4. §.fin.C.de secundis nuptiis. item Nouell. const.22.§.sed neque illud.*

III. Exceptio; Nisi non filij, sed nepotes sint defunctæ auiæ, reprobatur *Inst.de S.C. Orphitiano.§.sed cum extab.*

IV. Exceptio; Nisi liberi sint naturales, non legitimi, reprobatur *Inst.d.tt.§. notissime.l.1.§.sed & vulgo.Dig.ad Senatusc. Tertyll.l.2.ibi, itaque etiam. ff.vnde cognati.item l.Modestinus.8.ff.eod.tt.M.I.R.lib. 3.c.11.reg.35. exc.3.* Plane exceptio proposita admitti videtur, si legitimi liberi existant. Sed hæc distinctio in illustribus quidem matribus & liberis, ex illicito concubinatu natis, admittitur, in aliis non admittitur, *ex l.si qua.5. C. ad S.C.Orphit.M.I.R.d.exc.3.repl.2.*

V. Exceptio: Nisi liberi in seruitute concepti & nati sint. Hæc exceptio cum suis replicationibus proposita est *supr.exc.8.*

VI. Exceptio: Nisi mater libertina fuerit, reprobatur *l.1.ff. ad S.C. Tertyll.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr.eod.cap.item infr.c.6.& 9.*

DE CONIVNGENDIS CVM emancipato liberis.

CAP. III.

SI filio emancipato competit bonorum possessio, coniunguntur cūm eo eius filij, qui in potestate defuncti permanserunt *l.in prin. Dig.de coniungendis cum emancipato liberis.l.1.si quis.5.in prin. ff.si tabulæ testament. null. extab. l.filius. 9. ff.de collat. bon.item l.non tantum.3.in pr. Dig.de bonorum possess. cōtra tabul.* Ratio proponitur *d.l.1.§.1.* Plane propositæ regulæ exceptio prima: Nisi filius institutus hæres sit, vel exhæredatus, reprobatur *l.1. §.iungitur autem.& §.si pater.item l.qui duos.3.Dig.de coniungendis cum emancip.liberis.*

II. Exceptio: Nisi filius sit in potestate morientis, hoc enim casu non coniunguntur ex eo nepotes. *d.l.1.§.si pater. Concordant ea quæ proposita sunt sup.c.2.exc.10.in pr.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi filius emancipatus, postea in locū filij rursus sit adoptatus, tunc enim, quāuis in potestate morientis fuerit, non tamen nepotes defuncti liberos suos excludit. *l.1.§. si quis filium.ff.si tabul.test.nullæ extab.l.1.§. qui habebat.ff. de bonorum possess.contra tabul.* Cuius duplicatio est: Nisi nepos in locum filij sit adoptatus, quasi pater alterius nepotis, hic enim alterum excludit, quam-

quamuis non naturalis, sed adoptiuus sit filius. *l. non tantum. 3. §. 1. ff. d. tt.* Altera replicatio est: Nisi nepos in locũ filij sit adoptatus, tunc enim proposita exceptio illi non obstat. *d. l. 3. §. si filium.* Huius duplicatio est: Nisi nepos sit rursus emancipatus. *d §. si filium. vers. plane.*

III. Exceptio: Nisi filius emancipatus in locum nepotis adoptatus, rursus emancipatus sit, reprobatur *l. 1. § qui habebat. ff. de bonor. possess. contra tab. l. 1. §. si quis filium. ff si tabul. test. null. extab.*

IV. Exceptio: Nisi filius non emancipatus, sed alij in adoptionem sit datus, reprobatur, *l. 1. §. & in adoptionem. ff. de coniungendis cum emancip. liberis.* Plane admittitur, si filius in adoptionem datus, hæres institutus à defuncto non sit. *d. l. 1. §. iungitur autem.*

V. Exceptio: Nisi nepotes minimam partem sint habituri, reprobatur *d. l. 1. §. illud non interest.*

VI. Exceptio: Nisi filius hæreditatem repudiauerit, reprobatur *l. si quis. 5. §. fin. Dig. si tabul. testam. nullæ extabunt.*

VII. Exceptio: Nisi nepotes non sint in potestate aui morientis, *d. l. 5. in pr. & §. sed et si filium. l. 1. in princ. §. si pater. & §. liberos igitur. ff. de coniungen. cum emancip. liberis. l. non tantum. 3. §. si filium. §. si quis post. & §. 1. ibi, & si sit. ff. de bonor. possess. contra tabul. item l. si emancipatus. 6. §. 1. ff. eod. tt.*

VIII. Exceptio: Nisi nepotes post emancipationem patris sui nati sint. *l. qui duos. 3. ff. de coniungendis cum emancipato liberis. l. si emancipatus. 6. §. si filius. ff. de possess. bonor. contra tabul.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi post emancipationem natus, ante emancipationem sit conceptus. *l. 1. §. si pater in potestate, in fin. ff. de coniungend. cum emancipato liberis.* Altera: Nisi post emancipationem nepotem natum auus adoptauerit. *l. non tantum. 3. §. si quis post. ff. de bonor. possess. contra tabul. & l. prætor. 3. §. fin. ff. de collatione bonorum.* Tertia: Nisi pater mortuus sit, vel alias hæres ab intestato esse non possit, approbatur *per ea quæ proposita supr. cap. prox. exc. 16.*

Mutatio iuris.

Plane quamuis stricto iure, & secundum edicti verba exceptio proposita approbetur, tamen rescriptio Imperatoris Antonini est mutata, & conseruatur nepoti post emancipationem nato pars virilis. *quæ iuris mutatio proponitur l. qui duos. 3. §. fin ff. de coniungend. cum emancipato liberis. Concordat l. finali. ff. eod. tt.*

IX. Exceptio: Nisi nepotes ab auo sint exhæredati. *l. 1. in pr. ibi, neque notam. ff. d. tt. l. si quis. 5. in pr. ibi, neque nominatim. Dig. si tabulæ testam. nullæ extab.* Huius exceptionis replicatio videtur esse: Nisi nepos exhæredatus scripto hæredi hæres extiterit, quæ tamen reprobatur *l. si nepos. 5. ff. de coniungendis cum emancipato liberis.*

X. Exceptio: Nisi nepotes sint adoptiui, non naturales. *l. si quis 6. Dig. d. tt.*

XI. Exceptio: Nisi nepos sit apud hostes, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi postliminio redierit. *l. 1. §. si postliminio. ff. d. tt.*

XII. Exceptio: Nisi non nepotes, sed pronepotes filio coniungi velint, approbatur simul & distinguitur *d. l. 1. §. liberos autem.*

XIII. Exceptionis loco notandum, quod filius cum nepotibus ex se natis non in virilem partem succedit, sed filius in dimidiam quod habiturus esset, si emancipatus non fuisset, nepotes ex eo in reliquam dimidiam. *l. 1. in pr. ibi, ita vt ex ea. ff. de coniungend. cum emancip. liberis. l. si quis. 5. in prin. ibi, ita vt ex ea. ff. si tabulæ test. null. extab. l. filius. 9. ff. de collat. bonorum. item. l. 1. §. inter ipsum. ff. de coniung. cum emancip. liberis.* Plane exceptionis propositæ replicatio prima est: Nisi nepos loco filij à defuncto fuerit adoptatus, tunc enim virilem habet partem. *d. l. 1. §. si pater ex. l. cum emancipatus. 13. §. fin. ff. de contra tabul. bonorum possess. item l. prætor. 3. §. fin. ff. de collat. bonorũ.* Altera replicatio est: Nisi nepos post emancipationẽ patris natus sit, hic enim ex rescripto Imp. Antonini in virilem partem vocatur. *l. qui duos. 3. §. fin. & l. si post. 7. ff. de coniungen. cum emancipato liberis.*

Mutatio iuris.

Plane iure nouo edictum prætoris propositum de coniungendis cum emancipato liberis, sublatum cẽsetur per *Nou. c. 118. §. si quis igitur.* vbi differentia inter suos hæredes & emancipatos prorsus tollitur, quoad successionem. Quemadmodum ergo filius in potestate retentus excludit iure veteri nepotes ex se natos, *vt sup. exc. 2 est annotatum,* ita iure nouo & emancipatus eos excludit. *Glossa in l. 1. in pr. vers. hoc edictum. ff. de coniungendis cum emancipato liberis.* Hactenus de coniungendis cum emancipato liberis.

DE SVCCESSIONE PARENTVM, & Senatusc. Tertyll.

CAP. IV.

DE successione descendentium hucusq; dictum est. Nunc de successione ascendentium est dicendum, postea collateralium.

I. Regula, De ascendentibus seu parentibus in genere. Hi liberis defunctis succedunt; perinde ac illis defunctis succeditur à liberis. *Inst. de legitima adgnat. success. §. fin. & l. vlt. C. de eman. liber. M. I. R. lib. 4. c. 6 reg. 3.* Ratio successionis parentum in bona liberorum defunctorum, proponitur *l. scripto. 7. §. fin. ff. si tab. null. extab. Concordat regul. Nouell. c. 118. §. consequens, vsque ad §. restat.* Plane regulæ exceptio prima est: Nisi liberi ex defuncto supersint; hi enim parentes excludunt. *d. §. consequens. d. c. 118. §. si quis igitur. l. 1. C. ad Senatusc. Orphicianum. item l. quoties. 4. C. d. tt.* Huius exceptionis replicationes vide *supr. c. 2.* Altera exceptio est: Nisi fœminini sexus parentes sint, ipso quidem iure antiquo subsistit, *Inst. de Senatusc. Tertyll. in pr.* Item eius replicatio in matre introducta est Senatusc. Tertylliano, *de qua infr. reg. 5.* Verum iure nouo tollitur ac reprobatur *Nouell. c. 118. §. consequens, in fin.* Tertia exceptio videtur: Nisi parentes per fœmininum, nõ masculinum sexum defunctum cõtingant. Quarta: Nisi defunctus sub alterius sit potestate. Hæ duæ exceptiones reprobantur *d. §. consequens. vers. nulla differentia.* Plures huiusmodi exceptiones vide *infr. cap. 6. & c. 9.* Hæc de successione parentum in genere, nunc de ea in specie sequitur.

II. Regula, De patre defuncti. Pater filio defuncto ab intestato succedit, approbatur quidẽ ipso iure, *secundum ea quæ proposita sunt sup. reg. prox. in princ. M. I. R. d. cap. 6. reg. 4.* Eius autem exceptio prima est: Nisi defunctus liberos reliquerit. *quæ & ipsa exceptio approbatur per ea quæ proposita sunt sup. reg. prox. exc. 1.* Eius vero replicatio hæc videtur esse: Nisi pater defunctũ in sua potestate habuerit, quæ tamen reprobatur *Nou. c. 118. §. si quis igitur. ibi, tametsi.* Altera exceptio est: Nisi defunctus fratres vel sorores reliquerit. *l. de emancipat. 13. C. de legitimis hæred. & l. vlt. C. communia de successionib. M. I. R. d. reg. 4. exc. 4.* Huius replicatio prima est: Nisi quoad vsumfructũ, hic enim patri seruatur, fratre vel sorore non obstante. *d. l. 13. & d. l. vlt. in fin.* Quod autem *in d. l. 13.* patri totum vsumfructum adquiri, Imperator dicit, illi contradicit *l. vlt. §. sin autem defuncta. ibi, patri autem & matri. C. ad S. C. Tertyll.* Cuius antinomiæ solutionẽ vide *infr. reg. 5. exc. 14. in fin.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est in maternis rebus, in quib. ne vsusfructus quidem patri debetur, fratribus vel sororibus defuncti extantibus. *d. l. 13. vers. exceptis maternis.* Altera duplicatio videtur: Nisi pater nuptias iterauerit, quæ tamen reprobatur *d. l. 13.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi nõ ex vtroq; parente frater defuncti fuerit. *Nouell. c. 118. §. consequens. ibi, si cum ascendentibus. De qua re vide item infr. cap prox. reg. 2. exc. 3.*

De iure nouo.

Plane iure nouo exceptio proposita reprobatur, ita vt pater cum fratribus defuncti in virilem portionem pleno iure admittatur, & supradicta prima replicatio tollitur *d. vers. si cum ascendentib.*

Tertia exceptio est, Nisi fratrum filij supersint, approbatur pro iam dicta virili parte *d. vers. si cum ascendentibus. M. I. R. d. reg. 4. exc. 5.* Quarta exceptio: Nisi pater nuptias iterauerit, reprobatur *Nouell. constit. 2. §. sin autem non voluerit. ibi, sicut enim patres. item ibi, proinde quod patres.* Plures huiusmodi exceptiones vide *infr. reg. 5. exc. 14.*

III. Regula, De auo. Hic regulariter etiam succedit nepoti, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. reg. 1. in princ. & supr. reg. prox. in pr. M. I. R. d. c. 6. reg. 5.* Eius autẽ præter exceptiones *supr.* propositas & alia hæc est: Nisi mater defuncti supersit. *quæ approbatur Inst. de S. C. Tertyll. §. pater vero.* Huius replicatio est: Nisi & pater defuncti supersit. *l. æquissimum. 5. §. si ex filio. ff. ad S. C. Tertyll.* Alia item exceptio est; Nisi soror defuncti supersit. *quæ approbatur l. in successione. 9. C. de legit. hær.* Sed iure nouo exceptio hæc reprobatur. *de qua re vide infr. c. 5. reg. 3. exc. 2.* Tertia exceptio est: Nisi pater defuncti supersit. *Nouell. c. 118. §. consequens. ibi, si multi.* Cuius replicatio est: Nisi nepos defuncti ab auo fuerit manumissus, tũc enim auus manumissor patri præfertur. *l. 2. §. nepos. ff. si. si à parente.*

IV. Regula: De auia. Hæc nepoti non succedit. *Instit. de S. C. Tertyll. §. & primus quidem. ibi, non etiam auiæ.* Plane regula hæc iure nouo videtur sublata, *Noue. const. 118. §. consequens, in fin. ibi, nulla differentia.*

DE SENATVSCONSVLT. Tertylliano.

V. Regula, De matre defuncti. Hæc iure antiquo perinde ac auia & alij fœminini sexus parentes defunctis liberis non succedebat ab intestato, *vt dictum quoque supr. reg. 1. except. 2.* verum postea Senatusc. Tertyll. illud ius in matre defuncti exceptionem recepit, vt mater defuncto filio ab intestato succederet. Sit igitur huius loci regula, quod filio filiæve intestato defunctis mater succedat. *Inst. de Senatusc. Tertyll. in pr. M. I. R. d. ca. 6. reg. 6.* Huius regulæ exceptiones hæ sunt, vel saltem esse videntur.

I. Exceptio: Nisi mater in potestate parentis sit; reprobatur *Inst. d. tt. in prin. Concordat l. filij. 6. in princ. ff. ad S. C. Tertyll. M. I. R. d. reg. 6. exc. 5.*

II. Exceptio: Nisi libertina mater sit, reprobatur *l. 2. in princ. Dig. d. tt.*

III. Exceptio: Nisi non sit trium vel quatuor liberorum mater. *Inst. de S. C. Tertyll. in prin.* Plane iure nouo exceptio proposita tollitur & reprobatur, *Institut. eod. tt. §. sed nos constit. l. 2. C. de iure liberorum.*

IV. Exceptio; Nisi mater sit infamis, reprobatur *l. 2. §. si mulier. Dig. ad S. C. Tertyll.*

V. Exceptio: Nisi mater nuptias iterauerit, approbatur simul & distinguitur *l. fœminæ. 3. §. illud etiam. C. de secundis nuptiis. M. I. R. d. reg. 6. exc. 1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi quoad vsumfructum, hunc enim in bonis filij defuncti, quamuis nuptias iterauerit, mater habet. *d. §. illud etiam.* Altera replicatio est: Nisi nulli alij ex priore matrimonio supersint liberi. *d. l. 3. §. fin. M. I. R. d. exc. 1. repl. 1.* Tertia: Nisi defunctus non à patre, sed extrinsecus bona adquisierit. *l. mater. 5. C. ad S. C. Tertyll. M. I. R. d. exc. 1. repl. 2.*

Mutatio iuris.

Plane iure nouo exceptio proposita tollitur & reprobatur *Nouell. c. 2. §. cum igitur reliquum, vsque ad §. aliud vero. Concordat Nouell. c. 22. §. ex hoc alius. M. I. R. d. exc. 1. vers. plane iure nouo.* Plane exceptio proposita iure nouo reprobata, admittitur in illis rebus, quæ ad defunctum filium à patre eius sunt profectæ, in his enim mater ei nõ succedit, nisi quoad vsumfructum, *d. c. 22. §. quod si filius intestatus.* Hæc de quinta exceptione. De qua vide etiam *supr. lib. 4. cap. 5. quæst. 3. reg. 2. M. I. R. d. except. 1. in fin.*

VI. Exceptio: Nisi mater filio impuberi defuncto tutores non petierit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. 5. cap. 5. quæst. 5. reg. 3.*

VII. Exceptio: Nisi mater filio defuncto ea quæ ei ex ratione gestæ tutelæ debebat, non persoluerit. *l. omnem. 6. C. ad S. C. Tertyll.* Hactenus exceptiones desumptæ ex persona matris, propositæ sunt, nunc exceptiones ex persona defuncti filij filiæve proponentur.

VIII. Exceptio; Nisi filius vulgo sit quæsitus, reprobatur *Inst. de S. C. Tertyll. §. fin. l. 2. in pr. ff. d. tt. l. 2. §. 1. ff. vnde cognati. item l. si spurius. 4. ff. d. tt.*

IX. Exceptio: Nisi filius in seruitute natus sit. *l. 1. §. 1. ff. vnde cognati.* Huius replicatio prima est: Nisi vel conceptionis vel natiuitatis tempore mater libera fuerit, vel medio tempore. *d. l. 2. §. 1. ff. vnde cognati. & d. l. 2. §. sed si in seruitute. ff. ad S. C. Tertyll.* Altera replicatio est: Nisi dum mater libertatis morampatitur, filius sit editus. *d. l. 2. §. & in seruitute. Concordat l. vlt. C. ad S. C. Orphit.* Tertia: Nisi apud hostes filius natus postliminio redierit. *d. §. & in seruitute.* Quarta: Nisi ex matre ab hostibus redempta natus sit. *d. §. & in seruitute.*

X. Ex-

x. Exceptio: Nisi defunctus libertinus fuerit. *l.2.§.1.ff.ad S.C.Tertyll.*

xi. Exceptio: Nisi filius infans decesserit, reprobatur *l.1.C.ad S.C.Tertyll.* Hęc de secũdi generis exceptionibus, desumptis ex persona filij defuncti, cuius generis plures etiam vide *supr.ca.1. exc.1.cum sequentib.* Sequuntur nunc exceptiones desumptę ex personis eorum qui matri pręferuntur.

xii. Exceptio: Nisi adgnati defuncti supersint, reprobatur *Inst.de Senatusc.Tertyll.§.sed cum antea.* Plane in quibusdam adgnatorum speciebus admittitur, *vt ex sequentib.exceptionib.patet.*

xiii. Exceptio; Nisi liberi defuncti supersint. *Inst.de S.C. Tertyll.§.præferuntur.l.2.§.liberi.ff.d.tt.l.si matre.11.C.de legitimis liberis.item Nouell.cap.118.§.si quis igitur.* Huius exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi liberi sint adoptiui, quæ tamẽ reprobatur *d.§.liberi. Concordat l.æquissimũ.5.in pr. Dig.ad S.C.Tertyll.* Altera: Nisi liberi adoptiui, & rursus emancipati supersint. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit *per ea quæ proposita sunt supr. c.2.exc.2.distinct.1.* verum eius duplicatio est: Nisi liberi naturales adoptati, & rursus emancipati supersint. *l.2.§.liberi.ibi, adoptiui.ff. ad S.C.Tertyll.* Tertia replicatio: Nisi nepos defuncti ex adoptiuo filio natus supersit, reprobatur *l. æquissimum. 5.in prin.ff.d.tt.* Quarta: Nisi filius defuncti apud hostes sit, vel adhuc in vtero sit, reprobatur *l.2. §.si vero apud hostes.ff.ad S.C.Tertyll.* Quinta: Nisi liberi defuncti de adeunda hæreditate deliberẽt, reprobatur *l.in suspenso.8.ff.d.tt.& d.l.2.§.sed si quis decessisset, in fin.ff.ad S.C.Tertyll.* Sexta; Nisi liberi defuncti hæreditatem repudiauerint. *d.l. 2. §.sed si sint.§.sed si quis deceſſ.ibi, sed quod idem. & §. ita demũ.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi is qui hæreditatem repudiat, habeat cohæredes, qui eam agnoscant. *d.§.ita demum.* Altera duplicatio est: Nisi filius qui se abstinuit, postea in integrum sit restitutus, vt sibi adire liceat. *d.l.2.§.si bonorum.* Septima replicatio: Nisi filius defuncti post patrem mortuus sit, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi post aditam hæreditatem vel bonorum possessionẽ petitam mortuus sit. *d.l.2.§.sed si infanti.* Huius triplicatio prima est: Nisi cum furioso filio petita esset bonorum possessio, is nõdum sanæ mentis factus decesserit. *d.l.2.§.si quis ex liberis.* Altera triplicatio est: Nisi cum venter in possessionem missus esset, natus ante acceptam bonorum possessionem decesserit. *d.§.si quis ex liberis.* Huius triplicationis quadruplicatio est: Nisi suus adgnascatur posthumus. *d.§.si quis ex liberis. ibi, si non suus patri adgnascatur.* Tertia triplicatio est: Nisi filius solam Carbonianam possessionem acceperit, eaq; accepta decesserit. *d.l.2.§ sed si quis eum.* Octaua replicatio; Nisi filius à patre in adoptionem alij sit datus, reprobatur certo modo *d.l.2.§.sed si quis deceßisset. Concordat Inst.de hæred. quæ ab intestato defer. §.admonendi.* Plane iure nouo filia, quamuis in adoptionẽ data sit, nihilominus per bonorum possessionem Vnde liberi succedit, *vt ostensum supr.c.2.exc.3.de iure nouo.* Itaque secundum illud ius nouum mater cum filia admitti non poterit. Hæc de decimatertia exceptione, cuius plures replicationes vide *supr.cap.2.*

xiv. Exceptio; Nisi pater defuncti supersit. *Inst.de Senatusc. Tertyll.§.pater vero l.2.§.obiicitur.ff. ad S.C.Tertyll. l.si ad patrem.10.ff.de suis & legitimis hæred.item l.2.C.ad S.C.Tertyll.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non naturalis, sed adoptiuus pater sit. *l.2.§.obiicitur.ibi, pater autem.& l. patrem.3.ff.ad S.C.Tertyll.* Secunda replicatio, sumpta ex causa, ex qua pater hæreditatem filij vendicat, reprobatur *d.l.2.§.vndecunq; autem.* Tertia replicatio est; Nisi patre in adoptiua familia existẽte, adgnatus defuncti supersit. *d.l.2.§.si sit adgnat.* Quarta: Nisi patre in adoptiua familia existente, soror defuncti consanguinea supersit. *d.l. 2.§.si sit consang.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi consanguinea soror hæreditatem non adierit. *d.§.si sit consang.* Quinta replicatio est; Nisi pater hæreditatem filij omiserit. *d.§.si sit consanguinea ibi, quoniam omittente eo. Concordat d.l.2.§. sed si ipsa.* Sexta replicatio est; Nisi mater eadem & soror sit defuncti filij, approbatur simul & distinguitur *d.§.sed si ipsa.*

De iure nouo.

Hactenus de iure antiquo, quo exceptio proposita approbata, simul & distincta est. Plane iure nouo exceptio proposita reprobatur, ita vt superstite patre, matre & fratribus vel sororibus defuncti, siquidem defunctus sui iuris fuit, pater & mater simul succedant, in semissem tamen vsusfructus bonorum filij, proprietate illius semissis, & reliquo semisse pleno iure ad fratres vel sorores pertinente. Sin autem filius defunctus in patris fuit potestate, tunc in proprietatem bonorum mater pro dimidia parte sororibus existentibus, vel pro virili parte existentibus fratrib. succedit, vsufructu in solidum apud patrem remanente. *quod ius proponitur l. vlt. §.si autem defuncta. C.ad S.C. Tertyll.* vbi ait Imper. Patri aut matri vsusfructus totius semissem. Alia exemplaria habẽt: Vsumfructum totius successionis pro besse. Mutatur autem hæc pars, siue bes, siue semis, in totum vsumfructum, *l.de emancipatis.13.ibi, vsumfructum autem eius patri totum.C.de legitimis hæred.*

Alia mutatio.

Plane iure nouissimo exceptio proposita alio modo mutatur, vt pater non obstet matri, sed simul & pater & mater defuncti pleno iure pro virili quisque parte succedat. *quod ius proponitur Nouell.cap.118.§.consequens.ibi, si eundem gradum omnes.*

xv. Exceptio: Nisi auus vel proauus defuncti supersit, reprobatur *l.2.§.sed neque auus.ff.ad S. C.Tertyll.Concordat Inst.eod.tt.§.pater vero.ibi, non etiam auus.* Plane admittitur, si nepote ab auo manumisso, pater quoque defuncti supersit, hic enim facit, vt auus paternus matrem excludat. *l. æquissimum.5.§.si ex filio.ff.eod.tt. Huic concordat l.1.§. nepos.ff.si à parente quis manumiss.*

xvi. Exceptio: Nisi fratres vel sorores defuncti supersint. Hæc exceptio approbatur iure antiquo. *Inst.de Senatusc.Tertyll.§.frater autem. Concordat l.si qua.4.§.quem quidem.C.ad S.C.Tertyll.* Huius exceptionis replicatio prima esse videtur: Nisi fratres vel sorores sint non naturales, sed adoptiui. Sed reprobatur *l.si quis.7.ff.eod.tt.* Altera est, quod si soror defuncti supersit, mater cum sorore

sorore illa admittatur. *d.§.frater autem. Concordat l.2.§.si sit consanguinea.ff.eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi frater quoque supersit, tunc enim mater in nullam partem succedit. *d. §.frater.* Tertia replicatio est; Nisi non consanguinei, sed vterini sint fratres. *Hæc constat ex d.§. frater, vbi semper consanguineorum fratrum fit mentio.* Plane replicatio hæc tollitur iure nouo, *de quo infr. proxime*, rursus tamen approbatur iure nouissimo, *de quo infr.cap.prox.reg.2.exc.3.*

De iure nouo.

Plane iure nouo exceptio proposita mutatur ac reprobatur, ita vt fratres non excludant matrem, sed mater pariter cum illis admittatur. *quod ius proponitur l.si quis.7.in pr.C.ad S.C.Tertyllianum. Concordat Inst.eod.tt.§.sed cum antea.ibi, excepta fratris. M.I.R.lib.4.cap.6.reg.6.except.7.* Sane quod in *d.l.7.* dicitur, si solæ sorores & mater defuncti vel defunctæ supersint, quod tunc dimidiam mater, alteram vero dimidiam omnes sorores habeant, id mutatur, & ad similitudinem fratrum redigitur, inque virilem portionem admittitur, *Nouell. constit.* 122. *§.item quia mater. Cui concordat Nouell. constit.* 118. *§.consequens.ibi, si cum ascendentibus. & Nouell.constit.22.§.si itaque filius.ibi, quod si filius.* Quinimo interdum mater fratres simul & sorores excludit, scilicet non ex vtroque parente defuncto coniunctos. *de qua re dicetur infra cap.prox.reg.2.exc.2.& 3.*

xvii. Exceptio; Nisi filij fratrum defuncti supersint, reprobatur eodem modo quo superior proxima. *d.vers.quod si filius. Cui concordat d.vers. si cum ascendentibus.*

xviii. Exceptio: Nisi defuncti patruus eiusve liberi supersint, reprobatur *l.si quis.7.in princ. ibi, patruo scilicet. C.ad S.C. Tertyllian. M.I.R.d.reg 6. except.8.*

xix. Exceptio; Nisi filius cum patre perierit, vt ignoretur vter alteri superuixerit, reprobatur *l.qui duos.10.§.cum bello.ff.de rebus dubiis.*

xx. Exceptio; Nisi mater cum filio perierit, vt ignoretur, vtrum mater, an filius ante decesserit, reprobatur simul & distinguitur *l. cum pubere.23.cum lege sequente.ff.d.tt.* Hactenus de successionibus ascendentium pariter & descendentium dictum est, nunc de successione collateralium dicetur.

DE SVCCESSIONE COLLATERALIVM adgnatorum & cognatorum.

Cap. V.

Propositio huius Capitis habetur *Nouell. constit.118.§.restat.*

i. Regula, De collateralibus in genere. Proximi quoque ex transuerso cognati defuncto ab intestato succedunt, *d.Nouell.constit.* 118. *§.cæterum. Concordat Institut. de legitima adgnatorum successione, in princip. M.I.R. d.cap.6. reg.7.* Propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi descendentes ex defuncto supersint. *l.vlt. C. de legitimis liberis.* Huius replicatio prima esse videtur; Nisi descendentes fœminini sexus sint, vel per fœminiuum sexum defuncto cognati. Sed reprobatur *d.l.vlt.* Altera replicatio est; Nisi descendentes hæreditatem repudiauerint, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est; Nisi bonorum possessionem Vnde liberi repudiauerint, hoc enim casu nihilominus bonorum possessionem Vnde legitimi possunt agnoscere. *l.2.in princ.ff.vnde legitimi.*

ii. Exceptio: Nisi ascendentes ex defuncto supersint, approbatur simul & distinguitur *Nou. const.118.§.consequens ibi, si igitur.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi frater aut fratris filius sit, hic enim cum ascendentibus admittitur. *d.vers.si igitur. de qua re vide infr.reg.prox.exc.2.* Sed & plures replicationes vide *supr.cap.prox.*

iii. Exceptio: Nisi cognati sint fœminini sexus, his enim, quamuis proximis, præferuntur iure antiquo vel remotioris gradus adgnati. *Inſtit. de legitima adgnat. succeſſ. §. cæterum.* Huius exceptionis iure antiquo replicatio prima est: Nisi soror defuncti consanguinea sit. Huic enim proposita exceptio non obstat. *d. §. cæterum. ibi, quod ad fœminas vero.* Plura de replicatione vide *infr.reg.3.* Altera replicatio est: Nisi non adgnatus vllus, neque proximior cognatus supersit. *d. §.cæterum.vers.sed quia sane. Concordat l. 2. §. hæc autem, in fin.ff.vnde legitimi.*

De iure nouo.

Plane nouo iure exceptio proposita reprobatur, *vt patet ex d.§.cæterum.& lege XII.tab.14.in prin. vsq; ad §.in his igitur.C.de legitimis hæred.* Sane quod ibi ait Imp. Legem xii. tab. bene humano generi prospexisse, illi contradicere videtur. *Inst.de Senatusc.Tertyll.in princ.* Concordat propositæ exceptioni reprobatæ *Nouell. ca.118.§. nullam vero.item Nouell.cap.21.M.I.R.d.reg.7.except.1.* Hæc de tertia exceptione, iure quidem antiquo approbata, iure vero nouo reprobata, sint dicta.

iv. Exceptio: Nisi non per virilis, sed per fœminini sexus personas defuncto sint cognati. *l. ad intestati.5.C.de legitimis hæredib. Inst.de S.C.Tertyll. in princ. item Inst.de seruili cognatione.§.amotis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi adgnati nulli supersint, vel illi qui supersunt hæredes esse nolint, vel nõ possint, tunc enim vocantur per fœminini sexus personas defuncto cõgnati. *Inſtit. de succeſſione cognatorum, in princ. & §.eos etiam.* Declaratur replicatio proposita definitione adgnatorum. *Inst.de legitima adgnat.succeßione.§.1 item l.2. §.1.ff.de suis & legitimis.* Sed plura de definitione & differentia adgnatorum & cognatorum vide *infr.cap.7.quæst.3.diuis.1.* Concordat item propositæ replicationi *l.1.in princ.ff. vnde cognati, item l.2. in princ.ff.eod.tt.*

De iure nouo.

Plane iure nouo exceptio proposita mutatur ac reprobatur *Nou.const.118.§.quin in omnibus & §. nullam vero.in fin.M.I.R.d.reg.7.exc.2.*

v. Exceptio: Nisi gradu sint remotiores cognati. De hac exceptione & pluribus aliis vide *infr.cap prox.*

vi. Exceptio: Nisi vltra sextum gradum sint cognati, approbatur simul & distinguitur *Inſtit. de succeſſ.cognatorum.§.fin.l.1.§. hæc autem.ff. vnde cognati.item l.octauo.9.in princ.ff.eod.tt.M.I.P.lib.5. cap. 5.regul.6.except.1.M.I.R.d.reg.7.except 3.* Huius replicatio prima est: Nisi adgnatus defuncti sit, hic enim etiam post sextum gradum admittitur *d.§.fin.& d.l.9.in princ.* Altera replicatio est: Nisi ex so-

BIBLIOTECA GRANADA

ex sobrino sobrinaue natus nataue sit. *d. §. fin.* & *d.l.*1.§.*hæc autem.* Hæc de prima regula, cuius plures exceptiones vide *infr.cap.prox.& cap.*9. Nunc de cognatis in specie agendum est.

II. Regula, De fratribus defuncti. Hi defuncto fratri regulariter ab intestato succedunt. *l.*1. §.*post suos.ff.de suis & legitimis hæred.l.amitæ.*5.*C.communia de successionib. item Nouell.ca.*118.§ *si defunctus. M.I.R.d.c.*6.*reg.*8. Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi descendentes superfint. *d.* §. *si defunctus. & l.sancimus.* 11. *C.communia de successionibus.* Huius replicatio est: Nisi descendentes abstinuerint se hæreditate. *l. defunctis.* 6. *C. de legitimis hæred.* Altera exceptio est: Nisi ascendentes defuncti superfint. *d.*§.*si defunctus.M.I.R.d.reg.*8.*exc.*1. Huius replicatio prima est: Nisi frater defuncti sit ex vtroq; parẽte defuncto cognatus, hic enim cum ascendentibus vel primi gradus admittitur in virilem portionem. *Nouell.c.*118.§.*consequens. ibi, si igitur. item ibi, si cum ascendentibus.* Altera replicatio est: Nisi mater vel alia fœminini sexus persona ex ascendentib. superfit, hanc enim frater excludit, quæ replicatio approbatur quidem iure antiquo, reprobatur vero iure nouo, *de qua re dictum supr.cap.prox.reg.*5.*exc.*16. Plures huiusmodi replicationes vide *supr.cap.prox.* Plane iure antiquo quidem exceptio proposita fuit reprobata, *per ea quæ proposita sunt supr.cap.prox.reg.*2.*exc.*2. Tertia exceptio est: Nisi frater ex vno tantum, non vtroque parente defuncto fuerit cognatus, approbatur simul & distinguitur *Nouel.c.*118.§.*si defunctus.& Nouell.c.*84.*item l.vlt. C. communia de successionib.M.I.R.d.reg.*8.*except.*2. Plane iure quidem antiquo exceptio proposita in fratribus quidem eodem patre, quamuis non eadem matre natis, reprobatur *Inst. de legitima adgnat.succes.*§.1.*ibi, nec requiritur. Cui concordat l.*1.*C.de legitimis hæredib.* Sed hæc iure nouo sublata sunt, & exceptio proposita approbata, *per ea quæ paulo superius sunt proposita.* Verum huius Exceptionis replicatio prima est: Nisi ex vtroque parente fratres non supersint, tunc enim ex vno parente fratres admittuntur. *d.*§.*si defunctus.ibi, his vero non subsistentibus.item d.l.vlt,ibi, vel si etiam non. C. communia de successionib. Cui concordat etiam l.meminimus.*15.§.*sed nec fratrem. C.de legitimis hæred.M.I.R.d.except.*2.*repl.*1. Huius replicationis duplicatio est: Nisi fratris ex vtroque parente cognati filius filiaue supersit, hic enim excludit fratres consanguineos vel vterinos solum. *Nouell.c.*118.§.*vnde consequens.* Altera replicatio est: Nisi res à patre vel matre fratris consanguinei vel vterini ad defunctum sint profectæ. In his enim ex vno parente, à quo res profectæ sunt, frater cognatus præfertur cæteris fratribus vel ex vtroq; parente natis. *l. de emancipatis.* 13. *ibi, exceptis rebus. C. de legitimis hæredib. M.I.R. d.except.*2. *replic.*6.*& d.cap.*6.*reg.*15.*excep.*3. Quarta exceptio: Nisi fratres patri suo non extiterint hæredes, reprobatur *l.* 1. §. *post suos.ff. de suis & legitimis hæred. Concordat l.vlt.ff.vnde legitimi.* Quinta: Nisi fratres nunquam in potestate patris extiterint, reprobatur *d.*§.*post suos.item d.l.vlt.* Sexta: Nisi non naturales, sed adoptiui sint fratres, reprobatur *d.l.* §.*fin.* Reliquas propositæ regulæ exceptiones vide *infr.cap.prox.item cap.*9.

III. Regula, De sororibus defuncti. Hæ similiter ac fratres defuncto ab intestato succedunt. *quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt supr. reg. prox.in princ. Concordat Instit. de legitima adgnat. succes.*§. *cæterum. ibi, quod ad fœminas. item l.consanguinitatis.*3. *C. de legitimis hæred.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex defuncto supersint descendentes. *quæ exceptio cum approbetur per ea quæ proposita sunt supr.reg.prox.exc.*1.*tum approbatur etiam l.intestato.*4. *C. de legitimis liberis.* Altera exceptio est: Nisi ascendentes ex defuncto supersint. *Et hæc approbatur per ea quæ proposita sunt supr.reg. prox. except.*2.*in princ.* Verum eius replicatio prima est: Nisi ascẽdentes sint per fœmininum sexum, seu materni, non paterni, approbatur exemplo *l. in successione.* 9. *C. de legitimis hæred.* Plane iure nouo replicatio proposita cum similibus reprobatur *Nouell.c.*118.§.*consequens.ibi, nulla differentia.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *supr. reg.prox.exc.*2. Sed & plures propositæ regulæ excepti. vide *supr.d.reg.prox.*

IV. Regula, De fratrum & sororum liberis. Hi quoq; ad hæreditatem patrui, amitæ, auunculi vel materteræ suæ vocantur. *l.* 2.§.1.*ff. de suis & legitimis hæredib.M.I.R.d.c.*6.*reg.*9. Huius regulæ exceptio prima est. Nisi frater vel soror defuncti superfit. *Inst.de legitima adgnat. succes.*§.*hoc etiam addendum, in fin. &* §. *si plures. l. consanguinitatis.* 3.*C.de legitimis hæred. item l.lege.*14.§.*penult. ibi, scil. vbi fratres.C.eod.tt.M.I.R.d.reg.*9.*exc.*2. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi frater vel soror hæres esse nolit, vel non possit. *l.meminimus.* 15.§.*cum autem tertio. ibi, successionis videlicet iure. C. eod.tt.* Altera replicatio est: Nisi frater vel soror superstes defuncto ex vno tantum parente fuerit cognatus, frater autem, ex quo filius superest, ex vtroq; parente. *Nouell.c.*118.§.*vnde consequens.*

De iure nouo.

Plane iure nouo exceptio proposita reprobatur *Nou.c.* 118. §. *quod si defuncto.*§. *si defunctus.& §. id autem priuilegij.* Sed admittitur primum, si frater superstes ex vtroq; parente defuncto fuit cognatus, frater autẽ præmortuus, ex quo superest filius, ex vno tantũ parente. *d.c.*118.§. *& ecõtrario. Concordat Nouell.c.*127.§.*hoc vero sancimus.* Deinde, si supersint etiam ascendentes, cum quib. frater superstes coniungitur, tunc enim fratris præmortui filius excluditur. *d.c.*118.§.*sed & ipsis.* Quę tamen distinctio iure nouissimo tollitur ac reprobatur *Nouell.c.*127.*in prin.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi descendentes supersint, hoc enim casu excluditur fratris vel sororis filius, *secundum ea quæ proposita sunt sup.reg.*2.*exc.*1. Tertia: Nisi ascendentes supersint. Hęc exceptio ipso quidẽ iure subsistit, verũ eius replicatio est: Nisi frater præmortuus defuncto ex vtroq; parente fuerit coniunctus, huius enim filius cum ascendentib. admittitur, *secundum ea quæ proposita sunt supr. reg.*2. *exc.* 2. vbi etiam aliam propositæ exceptionis vide replicationem. Quarta exceptio est: Nisi nõ fratris, sed sororis filij filiæue sint, approbatur quidem iure antiquo, *secundum ea quæ proposita sunt supr. reg.* 1.*except.*4. Reprobatur vero iure nouo, *Inst.de legitima adgnat.succes.*§.*hoc etiam addendum. l.lege.*14. § *in his igitur.& l.meminimus.* 15. §. *cum autem tertio. C.de legitimis hæredibus.* Quinta exceptio: Nisi filius filiaue sit fratris emancipati. De hac cum similibus huc pertinentibus vide *infr.cap.prox.*

V. Regula, De patruo defuncti, auunculo amita & matertera. His quoq; ab intestato hæreditas competit. *Inst.d.*§.*hoc etiam addendum. Concordat iisdem verbis d.l.*14.§.*in his igitur.ibi, & eo quidem mortuo.C.de legitimis hæred.* Plane iure antiquo patruus materteræ, quamuis in eodem gradu constitutus, præferebatur, *secundum ea quæ proposita sunt supr.reg.*1.*exc.*4.*in princ. Cui iuri antiquo concordat l.patruo.* 7. *C. de legitimis hæred.* Sed hoc ius hodie mutatum & sublatum est, *vt ostensum supr. d.exc.*4. *in fin.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi frater vel soror defuncti supersit. *Inst.d.*§.*hoc etiam addendum.ibi, scilicet vbi frater & soror.item d.l.* 14.§.*in his igitur.ibi, scilicet vbi fratres.* Quæ quamuis hodie in fratrum & sororum filiis sublata sint, *vt ostensum supr.reg.prox.exc.* 4. *in fin.* tamen in patruis, auunculis, amitis & materteris mutata non inueniuntur. *Concordat Inst.de legitima adgnat. succes.*§.*si plures.* Altera exceptio est: Nisi fratrum vel sororum defuncti filij filiæue supersint. *Nouell.const.*158.§.*quandoquidem.*

VI. Regula, De fratribus patruelibus & consobrinis. His quoq; defuncti hæreditas ab intestato regulariter quidem non denegatur. *l.*1.*C. vnde cognati.* Declaratur hæc regula definitione consobrinorũ *Inst.de legitima adgnat.succes.* §. 1.*ibi, eodem numero sunt.* Exceptio est: Nisi alij gradu præcedant. *d.l.*1. Huius exemplum proponitur *l. auunculo.*6.*C.communia de successionibus.*

VII. Regula, De pluribus eiusdem gradus. Omnibus defertur hæreditas. *Inst. de legit. adgnator.succes.*§.*si plures. Concordat l.*2.§.*legitima.ff.de suis & legitimis hæred.* Huius regulæ exceptio prima est in adgnatis & cognatis defuncti, qui quamuis eodem gradu sint, tamen adgnati excludebant cognatos, iure scilicet antiquo, secus iure nouo. *de qua re dictum supr.reg.* 1.*except.*4. Altera exceptio est in patruo & filiis fratrum defuncti, hi enim quamuis eodem gradu sint, tamen filij fratrum excludunt patruum defuncti. *Nou.const.* 118. §. *quandoquidem.* Tertia: Nisi ex iis qui pari gradu sunt, alij ex descendentibus sint, alij ex adscendentibus vel collateralibus. *Inst.de seruili cognat.*§.*repetitis.* Quarta: Nisi quibusdam, qui eiusdam gradus sunt, aliqua exceptio obstet, approbatur *per ea quæ proponentur infr. cap. prox. except.*3. *cum sequentibus.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM SUCCESSIONUM & REGULARUM GENERALIBUS.

CAP. VI.

HActenus de successionibus descẽdentium, ascendentium & collateraliũ, seu ex transuerso venientium, est dictum, quarum successionum præter exceptiones speciales hactenus propositas, quædam aliæ sunt generales & communes, quæ si non omnibus, at plerisque saltem obiici possunt. Istæ exceptiones hic ad finem sunt subiiciendæ.

1. Exceptio: Nisi alij gradu sint proximiores, tunc enim gradu remotiores regulariter quidem excluduntur. *Instit.de legitima adgnat.succes.in princ.*§. *non tamen omnibus.&* §.*si plures.l.*2.§.*hæc hæreditas. &* §. *legitima. ff. de suis & legitimis hæred, item l.*1. §. *penult. ff. vnde cognati. M.I.R. d. reg.* 9. *except.gener.*1. Exemplum proponitur *l.consanguinitatis.*3. *C.de legitimis hæred.* Aliud *l.auunculo.*6.*C. communia de succes. Concordat item Nouell.const.*118.§.*consequens. ibi, si multi ex.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi remotior sit ex descendentibus, proximior ex ascendentibus, vel ex collateralibus, hoc enim casu descendentibus gradu remotioribus exceptio proposita non obstat. *Inst. de seruili cognat.*§.*repetitis. Concordat Nouell.c.*118.§.*si quis igitur.* Altera replicatio est: Nisi remotior sit ex ascendentibus proximior ex collateralib. hoc enim casu remotior proximiori præfertur. *d.cap.* 118.§.*consequens.ibi, si igitur cum.* Huius duplicatio est: Nisi frater vel soror defuncti supersit, hi enim cum ascendentibus admittuntur. *d. vers. si igitur cum, de qua re vide supr.cap.prox. reg.* 2. *except.*2. Tertia replicatio est: Nisi filius defuncti supersit, & ex alio filio nepos, vel nepos defuncti, & ex alio filio vel nepote pronepos, hic enim nepos vel pronepos, quamuis gradu remotior, cum patruo suo succedit auo defuncto, *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.cap.*2. *except.*11. *M.I.R. d.except.gener.*1.*repl.*1. Quarta: Nisi frater defuncti supersit, & ex alio fratre filius, hi enim pariter succedunt, quamuis dispari sunt gradu, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox.reg.* 4.*except.*1.*in fin.M.I.R d.except.*1.*repl.*2. Quinta: Nisi ex collateralibus alij per masculinum, alij per fœmineum sexum defuncto sint cognati, hoc enim casu per masculinum sexum defuncto cognati, quamuis remotissimo sint gradu, iis qui per fœmininum sexum defuncto cognati sunt, præferuntur, quæ replicatio iure quidem antiquo approbatur, reprobatur vero iure nouo, *per ea quæ proposita sunt supr.cap.prox.reg.*1.*exc.*4. Sexta: Nisi proximiores gradu hæredes esse nolint. *l.* 1. §.*quibus.ff. de successorio edicto.l.*2.§.*si mater.ff. ad S. C. Tertyll.item Inst. de bonor. possess.* §. *cum igitur. ibi, & si intra.* Huius replicationis duplicatio prima: Nisi tempus petendæ bonorum possessionis proximiori non sit elapsum, reprobatur *l.* 1.§. *qui semel.ff. de successorio edicto.Instit.de bonor.possess.* §. *si quis itaque.item l.*1.§. 1.*ibi, plane si tempora.ff. si tabulæ test. nullæ extab.* Altera duplicatio est: Nisi cum proximior antea hæreditatem agnouisset, postea per in integrum restitutionem sese rursus abstinuerit. *l.*2.*ff.de successorio edicto.* Tertia duplicatio est: Nisi ex adgnatis proximiore consanguineo repudiante, remotior adgnatus velit adire. *l.* 2, *in princ.ff.de suis & legitimis hæred.*

De iure nouo.

Plane iure nouo duplicatio proposita mutatur ac reprobatur *Instit. de legitima adgnat. succes.*§. *placebat.* Quarta duplicatio est: Nisi proximus, qui bonorum possessionẽ ex vna parte repudiauit, ex alia parte admittere possit, tunc enim remotior non admittitur, approbatur exemplo *l.* 2.*in prin.ff.vnde legitimi. Concordat l.*2.§ *si mater.ibi, sed si mater.ff.ad S.C.Tertyll.* Septima replicatio est: Nisi gradu proximus, antequam hæreditatẽ adiret, mortuus sit. *l.*1.§.*si intra.ff. de successorio edicto.l.* 2.*in prin.ibi, aut ante decesserint.ff. de bonor. possess. secund.tabul.l.*2.*C.de success.edicto.item l.si infanti.*18.§. *fin vero vel non.C.de iure deliberandi.* Huius replicationis

tionis duplicatio prima est in adgnatis, inter quos successio non erat, quæ iure quidem antiquo approbatur, verum iure nouo reprobatur *Inst. de legitima adgnat. succes. §. placebat.* Plures duplicationes vide *supr. lib. prox. ca. 20. reg. 1. exc. 1. repl. 1. cum seqq.* Octaua replicatio est: Nisi proximus eo tempore, quo constat eum, de cuius hæreditate agitur, intestatum decessisse, mortuus sit, hoc enim casu admittituris, qui antea tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, remotior erat, si modo nunc proximus reperiatur. *Instit. d. tt. §. prox. & §. non tamen omnib. l. 2. §. interdum. & §. prox. ff. de suis & legitimis hæredib. l. si quis. 5. ff. eod. tt. l. 1. ff. vnde legitimi. l. si ex duob. 4. ff. eod. tt. l. 1 §. proximus. ff. vnde cognati. item l. cum furiosus. 7. §. tali ita aq. ibi, eo scil. obseruando. C. de curatore furiosi.* Nona replicatio est: Nisi deliberante matre defuncti, adgnatus proximus fuerit mortuus, tũc enim matre postea hæreditatem repudiante, vlterior succedit. *l. 2. §. si mater. ff. ad S. C. Tertyll.* Decima: Nisi deliberante filio de hæreditate matris adeunda, proximus adgnatus decesserit, tunc enim repudiante postea filio, vlterior adgnatus succedit. *l. 1. §. vtrum. ff. ad S. C. Tertyllianum.* Vndecima: Nisi prægnante vxore defuncti proximus hæres decesserit, tunc enim nõ nato posthumo, vlterior admittitur, approbatur exemplo *l. item prætor. 8. fin. ff. de suis & legitimis hæredib. Concordat l. 1. §. si quis proximior ibi, sed vbi natus. ff. vnde cognati.* Duodecima replicatio videtur esse: Nisi proximus nondum sit natus, vel sit apud hostes. Sed reprobatur *l. 2. in pr. ff. de suis & legitimis hæredib. & l. 1. §. si qua proxim. ff. vnde cognati.* Decima tertia: Nisi proximus per exceptionem repelli possit. *d. §. si quis proxim. vers. nam si post mortem. l. 2. in pr. ff. de bonorum poss. secundum tab.* Huius replicationis species seu exempla sunt exceptiones sequentes. Concordat item *l. 2. §. fin. ff. ad S. C. Tertyll. item l. 1. C. de successorio edicto.* Decima quarta replicatio est: Nisi filius defuncti sit emãcipatus, & ex eo nepotes in potestate defuncti constituti, hic enim nepotibus non obstat pater, tanquam gradu proximior, quo minus cum eo coniungantur. *de qua re dict. supr. cap. 3.* Hæc de prima exceptione, eiusque replicationibus sint dicta.

II. Exceptio: Nisi vnus tantum defuncti cognatus supersit, reprobatur *l. 1. §. proximus. ff. vnde cognati. Concordat Inst. de legitima adgnatorum successione. §. si plures. ibi, nam & proprie. item l. qui duos. 10. in prin. ibi, & prox. ff. de reb. dubiis.*

III. Exceptio: Nisi testamento exhæres scriptus sit, reprobatur *l. liberis. 13. ff. de doli mali excep. l. filium. 20. in pr. ibi, sed cum exhæredatio. ff. de bonorum possessione contra tabul. l. 1. § fin. ff. si tabulæ testam nullæ extabunt. item l. vlt. de liberis & posthumis. M. I. R. d. reg. 9. excep. 2.* Plane admittitur exceptio proposita primum, si testamentum, in quo quis exhæredatus est, valeat, nec rumpatur irritumue fiat. *Nouell. const. 1. §. exhæredatos.* Huius distinctionis replicatio prima est; Nisi hæres scriptus, postea hæres institutus sit. *l. si filium. 21. ff. de liberis & posthumis.* Altera replicatio est; Nisi cum generaliter testator omnes filios suos exhæredasset, quidam filius eius sit, quem putauit mortuum esse, huic enim exhæredatio non nocet. *l. Titius. 25. in princ. ff. eod. tt.* Tertia; Nisi ab alio quã de cuius hæreditate agitur, sit exhæredatus. *l. 1. §. post suos. ibi, etiam si. ff. de suis & legitimis hæredibus.* Plures huius distinctionis replicationes vide *supr. lib. prox. cap. 14.* Secundo admittitur exceptio proposita, si per cõtra tabulas bonorum possessionem testamentum impugnatur, hac enim accepta, nihilo magis exhæredatus admittitur. *l. filium. 20. in pr. ff. de contra tabul. bonorum poss.* Tertio admittitur, si nepotes ex filio emancipato patri suo coniungantur, his enim exhæredatis obstabit exceptio. *quæ distinctio approbatur per ea quæ proposita sunt supr. cap. 3. except. 9.* Postremo admittitur, si nepotes ex filia defuncta in locum matris suæ succedentes, cum auunculis suis vel materteris ad aui vel auiæ hæreditatem adspirent, his enim exhæredatis proposita exceptio obstabit. *l. si defunctus. 9. ibi, nisi forte auia. C. de legit. liberis.*

IV. Exceptio: Nisi præteritus testamento, contra tabulas bonorum possessionem non petierit, hic enim, adita à præscriptis hæredib. hæreditate, bonorum possessionem Vnde liberi, vel Vnde legitimi petens, exceptione repellitur *l. 2. ff. si tab. test. nullæ ext. ab.*

V. Exceptio: Nisi ab intestato hæres hæreditati futuræ renunciauit, reprobatur *l. vlt. ff. de suis & legitimis hæredibus l. pactum. 3. C. de collationibus. M. I. P. lib. 5. cap. 5. reg. 6. except. 2. repl. 1. M. I. R. d. reg. 9. exc. 3. repl. 3. de qua re vide item supr. lib. prox. cap. 1. quæst. 5. caus. 6. item infr. c. 9. exc. 14. repl. 10.*

VI. Exceptio; Nisi cognati sint capite deminuti, vel emancipati. *l. cap. 11. ff. de suis & legitimis hæredib. l. 1. §. si filius. ff. eod tt. item l. 1. in fin. ff. vnde legitimi.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex nouis legibus, non ex lege XII. Tabularum hæreditas deferatur, *d. l. 11. Inst. de senatusconf. Orphitiano. § sciendum. item l. 1. § capitis. ff. ad senatusconf. Tertyllianum.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi maxima vel media capitis sit deminutio. *d. §. capitis. vers. nisi magna. Cui concordat l. 1. §. qui mortis. ff. ad senatusconf. Tertyllianum.* Altera replicatio videtur; Nisi post delatam hæreditatem, seu post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, capite sint deminuti. Sed reprobatur *l. cap. 3. ff. vnde cognati. l. cap. 11. ff. de suis & legitimis hæred. item l. 1. §. capitis. ibi, primae. & §. qui mortis. ff. ad senatusconf. Tertyll.* Tertia replicatio est; Nisi post peritam bonorum possessionem capite sint deminuti. *l. vlt. ff. si tabulæ testamenti nullæ extab.* Quarta; Nisi capite deminuti, rursus sint restituti, & pœna liberati, approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. qui mortis. ff. ad senatusconsultum Tertyll. l. 1. §. fin. ff. vnde cognati. item l. 1. §. fin. ff. de contra tabulas bonorum poss.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi seruus pœnæ effectus, liber rursus sit factus. *d. §. qui mortis. Cui concordat l. is qui, 7. ff. vnde cognati.* Quinta replicatio est; Nisi legitimi hæredes desint, tunc enim capite deminuti adgnati ad bonorum possessionem Vnde cognati admittuntur. *l. legitimis. 5. ff. d. tt. Concordat Instit. de success. cognatorum. in prin. ibi, nam adgnati.* Sexta; Nisi frater vel soror defuncti sint emancipati. His enim ista capitis deminutio non obstat. *Inst. d. loco. item titulo de seruili cognat. §. fin. l. meminimus. 15. §. cum igitur Prætor. C. de legitimis hæred. item l. 1. C. communia de success.* Septima replicatio est; Nisi liberi sint defuncti emancipati, nã nec his emancipatio iure nouo nocet. *de qua re vide supr. cap. 2. exc. 2.* Octaua: Nisi in ipsa emancipatione emancipato legitima iura specialiter sint reseruata. *l. si ab eo. 11. C. de legitimis hæred.*

De iure nouo.

Hactenus de iure antiquo, quo exceptio proposita partim approbatur, partim distinguitur, est dictum. Iure sane nouo, quod ad minimam capitis deminutionem seu emancipationem attinet, exceptio proposita tollitur ac reprobatur *Nouell. c. 118. §. quin in omnibus.* Plura de exceptione proposita vide *infr. cap. prox. quæst. 4 exc. 5. & 6.*

VII. Exceptio: Nisi cognatus tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, sit apud hostes, reprobatur *l. 1. §. fin. ff. vnde cognati.* Plane hæc sunt intelligenda de postliminio reuerso, ideoq; referenda ad ea quæ dicta sunt *sup. exc prox. repl. 4.*

VIII. Exceptio: Nisi cognati, qui defuncti hæres existit, bona fisco sint vindicata, reprobatur *l. certa. 4. in fin. C. de iure fisci.*

IX. Exceptio: Nisi cognatus operas suas, vt cum bestiis pugnaret, locauit, reprobatur *l. 1. §. qui operas ff. ad senatusc. Tertyll.*

X. Exceptio: Nisi cognatus rei capitalis sit damnatus. *l. edicto. 13. ff. de bon. poss.* Huius replicatio prima est; Nisi relegatus tantum sit. *d. l. 13.* Altera: Nisi matris hæreditas petatur. *d. §. qui operas.*

XI. Exceptio: Nisi per adoptionem cognatus sit, approbatur simul & distinguitur *l. non facile. 4. §. in adoptionem. ibi, sed in ea. ff. de gradib. cognator.* Huius replicatio est: Nisi quo ad ius adgnationis, hoc enim per adoptionem adquiritur, non ius cognationis. *d. vers. sed in ea. Cui concordat Instit. de legitima adgnat. success. §. per adoptionem. l. 2. §. parui. ff. de suis & legitimis hæred. l. 1. §. fin ff. eod tt. item l. 1. §. cognationem. ff. vnde cognati.* Cuius duplicatio est: Nisi adoptio per emancipationem sit soluta. *l. capit. 3 ff. d. tt. Concordant ea quæ proposita sunt supr. c. 2. except. 2. distinct. 1.*

XII. Exceptio: Nisi cognatus in potestate parentis sit, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. 4. reg 5. except. 1.*

XIII. Exceptio: Nisi cognatus naturalis filius fuerit, non legitimus, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. c. 1. quæst. 1. exc. 7. c. 2. de senatusc. Orphitiano, exc. 4. c. 4. reg 5. exc. 8. item supr. lib. 4. c. 24. quæst. 3.*

XIV. Exceptio: Nisi cognatus post mortem eius, de cuius hæreditate agitur, sit natus, reprobatur *l. vlt. ff. vnde cognati. l. intestato. 3. §. vtiq; & ex. ff de suis & legitimis hæred. item l. vlt. ff. de ventre in possess. mittendo.* Plane admittitur primum, si viuo eo, de cuius bonis agitur, nondum fuerit conceptus postea natus *d. l. vlt. l. 1. §. si quis prox. ibi, sed hoc ita. ff. vnde cognati. l. item prætor 8. in principio. ff. de suis & legitimis hæred.* Deinde, si natus sit post decem menses mortis eius, de cuius bonis agitur. *l. intestato. 3. §. fin. ff d. tt.*

XV. Exceptio: Nisi post mortem matris execto ventre editus sit, reprobatur *l. 1. §. qui mortis. ibi, sed etsi. ff. ad senatusconf. Tertyll. l. 1. §. si qua ff. vnde cognati.*

XVI. Exceptio: Nisi cognatus post mortem, captiuitatem vel deportationem patris sui natus sit, reprobatur *l. vlt. ff. vnde legitimi. l. 1. §. penult. & vlt. ff. de suis & legitimis hæred. Item Instit. de legitima adgn. success. §. ij etiam.*

XVII. Exceptio: Nisi cognatus patri suo non extiterit hæres, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. reg. 2. except. 4.*

XVIII. Exceptio: Nisi cognatus seruus sit, vel in seruitute matris conceptus. *l. 1. §. 1. ff. vnde cognati.* Huius exceptionis replicationes vide *sup. cap. 1. quæst. 1. except. 1.*

XIX. Exceptio; Nisi cognatus ex serua muliere natus sit, ipso quidem iure, quo & præcedens, subsistit, quoniam ex seruis non nisi serui nascũtur, verum eius replicatio prima est: Nisi vel cõceptionis, vel natiuitatis, vel medio tempore mater fuerit libera. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. c. 4 reg. 5. exc. 9. repl. 1.* Item alias replicationes vide *supr. d. except. 9.*

XX. Exceptio: Nisi pater cognati capite fuerit diminutus, reprobatur *l. hi quorum. 4. ff. de suis & legitimis hæred.* Cui contradicere videtur, quoad ius antiquum, *Inst. de successione cognator. in princ. ibi, nam adgna. Cui concordat l. meminimus. 15. §. cum igitur ibi, sed nec filij. C. de legitimis hæred.*

XXI. Exceptio: Nisi pater cognati fuerit deportatus, reprobatur *l. 1. §. post suos. ibi, sed etsi ff. de suis & legitimis hæred.*

XXII. Exceptio: Nisi pater cognati operas suas, vt cum bestiis pugnaret, locauit, vel rei capitalis damnatus est, reprobatur *l. 1. §. qui operas, in fin. ff. ad senatusconf. Tertyll.* Hactenus exceptiones aduersus successiones descendẽtium, ascendentium & collateralium communes seu generales expositæ sunt, quarum tamen plures vide *infr. cap. 9.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane prædictarum exceptionum replicatio generalis hæc est: Nisi ascendentes, descendentes & ex latere adgnati, vel alij qui defuncto succedant, desint, tunc enim cognati, propositis exceptionibus non obstantibus, admittuntur. *l. 1. & 2. in pr. ff. vnde cognati.* Exemplum proponitur *Instit. de success. cognatorum, in princ. ibi; nam adgnati.* Plane replicatio hæc, quamuis quibusdam exceptionibus hactenus enumeratis vtiliter obiici possit, tamen in vniuersum omnibus eam sine discrimine obstare, non est dicendum.

DE COGNATIS ET ADFINIbus digresso.

CAP. VII.

ANtequam ad reliquas personas, quibus ab intestato hæreditas competit, accedamus, pro declaratione præcedentium definitiones, diuisiones, species & gradus cognatorum hic proponendæ sunt, quibus quædam etiam de adfinibus subiicientur.

I. Ratio huius tituli seu capitis proponitur *l. Iurisconsultus. 10. in prin. ff. de gradibus.*

II. DEFINITIO COGNAtorum.

Definitio nominis proponitur *l. non facile. 4. §. 1. ff d. tt. Concordat l. 1. §. 1. ff. vnde cognati.* Alia habetur *d. l. 10. §. nomen. ff. de gradibus.*

III. DIVISIONES COGNAtorum.

I. Diuisio in naturales, ciuiles & communes

cognatos, item, in agnatos & cognatos, proponitur *d.l.4.§.cognationis.ff.de gradibus. Concordat Nouell.c.118.§.1.* Sane definitio & differentia adgnatorum & cognatorum habetur *l. Iurisconsult. 10. §.cognati sunt.& §.cognationis ff.de gradib.l.inter.5. in princ.ff.vnde legitimi. Instit. de legitima adgnat.tutela.§. 1.item Inst. de legitima agnat. succes. §. 1. & l.2.§. adgnati.ff.de suis & legitimis hæred.*

Mutatio iuris.

Plane iure nouo differentia inter adgnatos & cognatos est sublata. *Nouell.cap.118.§. nullam vero.* Hæc de prima diuisione cognatorum.

11. Diuisio, quod alij superioris sint gradus, alij inferioris, alij ex transuerso, proponitur *Inst. de gradib.cognat. in pr. l. 1. in prin. item l.τέμματα 9.ff. eod tt.* Hisce legibus secunda diuisio cognatorũ, sumpta ex triplici gradu, proponitur. Hic autem de gradibus quædam sunt notanda, & primum quidem ratio nominis, quæ habetur *l.Iurisconf. 10.§.gradus.ff.de gradib.* Deinde quot gradus cognatorum numerentur, definitur *l.non facile.4.in princ.ff.d.tt.* Cuius ratio redditur *M.I.P.d.c.5.reg.7.* Tertio notanda est ratio, quà cognosci possit, quoto quisque gradu alteri sit cognatus, *quæ proponitur d.l.10.§.at quoties.* Quarto, cum triplices sint gradus cognatorum, *vt supr.dictum est*, superioris ordinis, inferioris, & ex transuerso siue à latere, superior cognatio parentum est, inferior liberorum, de quib. proponitur notabile *d.l.10. §.parentes.* A latere cognationis species proponuntur *ibid.* Sed singulæ singulorum generum & graduũ species proponentur *infr.quæst.5.* Hactenus ergo de diuisionib. cognatorum & singulorum generum descriptione est actum.

IV. EXCEPTIONES ADVERsus cognationes & adfinitates.

I. Exceptio: Nisi seruilis sit cognatio. *l.Iurisconsultus.10.§ non parcimus.ff.de gradibus. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.prox.exc.18.& 19.*

II. Exceptio: Nisi libertinorum sit cognatio vel adfinitas, reprobatur *l.non facile. 4.§.libertini. eod.tt.*

III. Exceptio: Nisi ex iniustis nuptiis nati sint, approbatur *d.l.4.§.sciendum. Concordat Inst. de succes.cognator.§.vulgo quæsito.*

IV. Exceptio: Nisi per adoptionem sint cognati, approbatur simul & distinguitur *d.l.4.§.in adoptionem.* Huius replicatio est: Nisi quoad ius adgnationis, adoptatus enim adgnatus fit, non cognatus, *d.§.in adoptionem. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.prox.exc.11.*

V. Exceptio; Nisi cognatus sit emancipatus, vel alij in adoptionem datus, approbatur simul & distinguitur *d.§.in adoptionem. l.si filium.5.ff.eod. tt.item Instit.de nuptiis.§.inter eos.ibi, sed si tu.* Huius exceptionis replicatio est, quoad ius cognationis vel adfinitatis, solum enim ius adgnationis, quod tamen hodie sublatum est, non cognationis vel adfinitatis per emancipationem tollitur, *vt patet ex d.§.in adoptionem. Instit. de legitim.adgnat. tutela.§.fin. item Instit. de capitis deminutione. §. quod autem.* Plura de exceptione proposita vide *supr. cap.prox.except.6.*

VI. Exceptio: Nisi cognatus capite sit deminutus, *l.non facile.4.§.fin.ff.de gradib.cognat. Concordat Instit.d.§.quod autem.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi minima sit capitis deminutio. *d.§. quod autem. Cui concordat Instit.de legitima adgnat.tutela.§.fin.* Cuius duplicatio est; Nisi adgnationis. nam hoc etiam minima capitis deminutione amittitur. *Instit.d.§.fin.* Sed plura de exceptione proposita vide *supr. cap. prox. exc.6.* Item plures exceptiones aduersus cognationes & adfinitates vide *supr.d.cap.prox.*

VII. Species & nomina cognatorum secundum septem gradus cum suis definitionibus enumerantur *Institut. de gradibus cogn. §.primo gradu, vsque ad §. hactenus. l.1.§.primo, vsque ad fin. legis, cum duabus legibus sequentibus. l.Iurisconsultus. 10.§. transeamus, vsque ad fin.legis. Digest. de gradibus & adfinibus & nominibus eorum. M.I.P.d. cap.5.regul.*

8. Pro quibus declarandis vide arborem cognationis adiectam.

ARBOR,

ARBOR, SEV POTIVS SCHEMA GRADVVM COGNATIONIS.



VI. DE ADFINIBVS.

Propositio huius membri habetur *l. non facile. 4.§.sed quoniam.ff.de gradib. & adfinibus.*

I. Definitio adfinium, tam nominis quam rei, proponitur *d.l.4.§.adfines.*

II. Causa adfinitatis nuptiæ sunt. *d.§.ad fines.*

III. PROPRIA.

I. Regula: Gradus adfinium nulli sunt. *d.l.4. § gradus.M.I.R.lib.5.cap.5.reg.9.*

II. Regula: Contra adgnatos & adfines testimonium dicere inuitus nemo cogitur. *l.iurisconsultus.10.in pr. ff.de gradibus & adfinibus.* Sed plura de hac re vide *sup.lib.2.cap.19.de testib.*

III. Regula: De matrimonio inter adfines interdicto vide *sup.lib.4.cap.3.*

IV. Exceptiones contra adfines vide supra *quæst.4.*

V. Species & nomina adfinium enumerantur *l.non facile.4.§.nomina vero.ff.de grad. & adfin.*

De socero, socru, genero, nuro, prosocero, prosocru, progenero, pronuru proponitur *d.l.4. §.gradus.& §.potest.item l.Labeo.6.in pr.ff.eod.tt.*

De sponsi sponsæque patre & matre: item filij sponsa, filiæq; sponso, *l. Seruius.8.ff.de gradibus & adfin.Concordat l.cum pater.4.ff.ad l.Pomp. de parricid. M.I.P.d.c.5.reg.11.* Hisce partim concordat, partim contradicit *l.Labeo.6.ff.de grad.& adfin.* Contradicit item *Inst.de nuptijs.§.si vxor.ibi: nam constat.*

De vitrico & nouerca, item priuigno & priuigna, proponitur *l.non facile.4.§.vxor liberis.& §.priuignus.ff.de gradibus & adfinib.item l.priuignus.7.ff.eod.tt.* Plane patris sponsa nouerca dici non potest. *Inst.de nuptijs.§ si vxor.*

De viri fratre & sorore, item duorum fratrum vxoribus, habetur *d.l.4.§.viri frater.ff. de gradib. & adfinibus.M.I.P.d.c.5.reg.13.* Hæc de cognatis & adfinibus pro declaratione superiorum sint dicta: nunc ad propositam reuertamur.

DE SVCCESSIONE MARITI & vxoris, nec non aliorum quorundam.

CAP. VIII.

POst successionem descendentium, ascendentium & collateralium, de reliquorum quoq; successionibus videndum, & primum de successione mariti & vxoris defuncti.

I. AN VXOR MARITO, ET MARITUS vxori defunctæ succedat?

Regulariter quidem coniunx coniugi defuncto vel defunctæ ab intestato succedit, *Inst.de bon. possess.§.sunt autem.ibi: septimo.item ibi: aliam vero.M.I.R.lib.4.cap.6.reg.10.* Verum eius exceptio prima est: Nisi superstites liberi, parentes vel cognati defuncti. *l.vnica.C.vnde vir & vxor. l.constat.3. C.quorum bonorum.M.I.R.d.reg.10.exc.1.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi superstes cõiunx sit inops, defunctus locuples; tunc enim succedit cum liberis defuncti. *Nou.c.53.§.quoniam vero. Concordat Nou.c.117.§.quia vero pridem.ibi: vxor autem.item Nou. c.74.§.quoniam autem.ibi.& illa siquidem.M.I.R.d.exc. 1.repl.1.* Cuius replicationis duplicatio prima est: Nisi vel defunctus sit inops, vel superstes locuples sit. *d.c.53.§.hæc itaq;. & Nou. c.117.§.hæc autem dicimus.* Altera duplicatio est: Nisi non mulier, sed maritus sit superstes, qui inops locupleti vxori succedere desideret. *d.§.hæc autem, in fin.M.I.R.d. repl.1.dupl.2.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi defunctus coniunx superstiti in testamento vel ab intestato aliquid reliquerit: ad hoc enim relictum capiendum proposita exceptio illi non obest. *d.§.hæc autem.item Nou.c.53. & hæc itaq;.* Tertia replicatio est: Nisi vxor moriatur, relictis filijs vel nepotibus ex marito superstite. hoc enim casu maritus superstes habet vsumfructum in bonis, quæ à matre vel auia ad liberos suos peruenium: in solidum quidem, si liberi sint in eius potestate: sin autem liberi sint emancipati, non nisi virilis portionis vsumfructum habet. *l.si viua.3.C.de bonis maternis.* Hæc de prima exceptione eiusque replicationibus sint dicta.

II. Exceptio: Nisi iniustum fuerit matrimonium. *l.vnica.in pr.ff.vnde vir & vxor.* Huius exemplum proponitur *l.ancillæ.9.C.communia de success.* Huius replicatio est: Nisi quis legitimis liberis non relictis, neque vxore legitima, concubinam reliquerit, & liberos ex ea: hoc enim casu concubina partem eius substantiæ cum liberis successionis iure adquirit. approbatur simul & declaratur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.4 c. 24.quæst. 4.reg.2.exc.2.*

III. Exceptio: Nisi mortis tempore vxor non sit, sed matrimonium fuerit solutum. *l.vnica. §.vt autem.ff.vnde vir & vxor.* Huius exceptionis replicatio hæc videetur esse: Nisi iniustum fuerit diuortium. reprobatur *d.§.vt autem.*

IV. Exceptio: Nisi vxor superstes non iure diuerterit à marito defuncto. *d.§.vt autem.*

II. IN QVOTAM PARTEM VXOR defuncto marito succedit?

Regulariter quidem in solidum succedit, *secundum ea quæ proposita sunt sup.q.prox.in pr.* Verum eius exceptio est: Nisi vxor inops locuplete marito liberis relictis defuncto successerit: tunc enim in quartam hæreditatis partem succedit. *Nou.c.53.§.quoniam vero.ibi.& sicut scripsimus. M.I.R. d.c.6.reg.11.* Huius replicatio prima est: Nisi quarta pars centum librarum auri quantitatem excesserit: tunc enim id quod excedit, ei non debetur *Nouell.c.117.§.quia vero.ibi.quæ tamen.* Altera replicatio est; Nisi vxor à marito legatum acceperit: tunc enim legatum hoc in quartam computatur ita vt eo computato ad id solum quod quartæ parti deest, agi possit. *d.c.117.§.præterea.& d.§.quoniam vero.ibi.si tamen.legatum. M.I.R.d.reg.11.exc.1.* Tertia: Nisi plures quam tres liberos defunctus reliquerit; tunc enim vxor superstes non nisi virilem habet portionem. *d.c.117.§.vxor autem. M.I. R.d.reg.11.exc.2.* Quarta; Nisi liberos reliquerit defunctus sibi cum superstite vxore communes; tunc enim non nisi vsumfructum vxor in dicta parte habet. *d.§.vxor autem.vers.ita videlicet.*

III. EVENTVS.

Res vxoris mariti creditoribus non sunt obligatæ, nisi quatenus marito successerit. *d.c.117.§. si quas vero. De quare vide inf.lib.15.aduersus quos competat actio, c.5.reg.4.exemplo 4.*

DE RE-

DE RELIQVORVM successione.

I. Regula, De adfinibus. Adfinitatis iure nulla successio permittitur. *l.adfinitatis.7.C.communia de successionibus l.vitrico.4.C.eod.tt.*

II. Regula: De patrono defuncti patroniq; liberis vide *sup.lib.6.cap.21.& 22.*

III. Regula, De nutritoribus. Nutritoribus nec ciuili nec honorario iure defertur hæreditas. *l.nutritoribus.10.C. communia de success.*

IV. Regula, De eo qui ægroti à suis relicti curam gessit, proponitur *Nouell.c.115. §.si quis de prædictis.ib.quod si extraneus.*

V. Regula, De ijs quibus nouo aliquo iure hæreditas defertur, habetur *l. vnica.ff.vt ex legibus Senatusueconf. Inst.de bonor.posses.§. septima. item l.veluti.3.§.fin.ff.de petit.hæred.*

VI. Regula: De hæredibus hæredum vide *sup.lib.prox.cap.20.reg.1.*

VII. Regula, De fisco. Cæteris hęredibus deficientibus, fisco defertur hęreditas, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.3.cap.11.quæst.1.caus.7. Concordat l.2.§.fin.ff.ad Senatusc.Tertyll.* Sed & eius exceptio prima est: Nisi nauicularius aliquis nullo hærede relicto decessit, huic enim non fiscus, sed corpus nauiculariorum succedit. *l.1.C.de hæred. decurionum.* Altera exceptio est: Nisi miles sine hærede decesserit: tunc enim non fiscus, sed vexillatio, in qua militauit, succedit. *l. 2. C. eod.tt.l.si quis.6.§.eius qui in fin.ff.de iniusto test.* Tertia: Nisi cohortalis decesserit, nullo hærede relicto. Huic enim non fiscus, sed cohors succedit. *l.si quis.3.C. d.tt.* Quarta: Nisi curialis decesserit sine hærede; *l.intest.4.C.d.tt.* Quinta: Nisi fabricẽsis aliquis sine hęrede decesserit. *l.vlt.C.d.tt.* Plures propositę regulæ exceptiones vide *sup.d.lib.3.c.11.q.1.caus.7.*

VIII. Regula, De collegio, ex quo decessit quis. Hoc regulariter quidẽ non succedit defuncto. *l.collegium.8.C.de hæred.inst.* Huius regulæ exceptio est: Nisi collegium speciali priuilegio subnixum sit. *d.l.8.* Cuius species vide *sup.reg.prox.exc. 1.cũ sequentib.* Huius exemplũ est in Ecclesia, quæ clericis succedit, *per ea quæ habẽtur sup.lib.3.c.3.re.4.*

IX. Regula: Si duo, quorum alter alteri, si superuixisset, hæres futurus erat, simul decesserint, vt ignoretur vter prior, vter posterior fuerit mortuus: vtrius hæredibus hæreditas deferatur, definitur *sup.lib.2 cap.24.reg.13.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM regularum, seu successionum generalibus.

CAP. IX.

HActenus, quibus ab intestato hæreditas competat, aliquot regulis propositis expositum est: quarum exceptiones aliquot generales supersunt, hic ad finem propositæ quæstionis subijciendæ.

I. Exceptio: Nisi ab intestato hæres aduersus defunctum fuerit ingratus, *Nouell.c.22 § quod si filius.ibi: vt quod de ingratis.M.I.R.lib.4.c.6.reg.14. exc. gen.1.* Declaratur hæc exceptio definitione ingratitudinis, *d.c.22.§.at vero ingratitudinem.* Huius exceptionis species sunt exceptiones proxime sequentes.

II. Exceptio: Nisi hæres defunctum capitali iudicio accusauit. *d.§.at vero ingratitudinem. ibi: qui criminalem. Concordat l.qui cum.14.in prin.ff.de bon. libertor.* Contradicit *l.cognatus.6. ff. vnde cognati.* Sed dici potest, hanc legem per verba d.§. at vero ingratit. mutatam ac sublatam esse.

III. Exceptio: Nisi hæres defunctum furiosum non curauit. *Nou.c.115.§.si quis de prædictis.*

IV. Exceptio: Nisi hæres vitæ defuncti fuerit insidiatus. *d.§.ad vero ingratit.* vel defunctum occiderit, vel partem eius cui defunctus successit. *l. Lucius Titius.9.ff.de iure fisci. Accedit M.I. R.post d.reg. 14.exc.gen.2.cum seq.*

V. Exceptio: Nisi hæres defunctum omnibus bonis exuere fuerit conatus. *d.§.ad vero ingratit.*

VI. Exceptio: Nisi hæres defunctum ab hostibus captum noluit redimere, *Nou.c.115.§.verum hæc quidem.& §.his factorum.*

VII. Exceptio: Nisi hæres defunctum testari prohibuit. *Nouell.const.115.§.si de eo.& §.si parentes. Concordant ea quæ proposita sunt sup.lib.proxim.cap.19. exc.35.*

VIII. Exceptio: Nisi ab intestato hæres testamentum defuncti agnouit, & legatum ex eo percepit. *l.parentib.8.in fi.C.de offic.test.l.postquã. 43. in fi.ff.de petit.hæred.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi non sit calumnia hæredis manifesta, sed errore interueniente agnouit ex testamento legatum. *d.l.43.Cui concordat l.post legatum.5.in pr.& §. de eo vero. ff. de his quæ vt indignis.* Cuius duplicatio prima est; Nisi causa cognita iudicialiter videatur. *d.§.de eo vero.versic. prohibendi autem. Cui concordat l.postquam.43.in fin.ff.de petit.hæred.* Altera duplicatio est; Nisi legatum quod accepit, non restituat. approbatur simul & distinguitur *d.l.43.in pr.*

IX. Exceptio; Nisi hæres hæreticus sit. approbatur *sup.lib.3.cap.8.q.3.reg.9.*

X. Exceptio: Nisi mulier hæres à defuncto sit dotata. reprobatur *l.1.in fin.C.de legitimis hæred.*

XI. Exceptio; Nisi hæres futuræ hæreditati renunciauit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.cap.6.except.5.item inf.lib.15.cap.15.exc.15. M.I.R. d.reg.14.except.gen.8.*

XII. Exceptio; Nisi hæres intra tempus legitimum hæreditatem non adijt, nec bonorum possessionem petijt. approbatur simul & declaratur *Instit.de bonor.poss.§.§.cum igitur. l. 1. in prin.ff.de successorio edicto.l.quæ diu.68.§.fin ff.de adquir.hæred.l. veluti.4.ibi: aut tempore bonorum.ff.de bonor.possess. l.emancipata 4.C.qui ad bonor.possess.admitt.l.1.§. quibus ex.ff.de successorio edicto.l.2.item l.non hoc. 4. cum l.seq. C.vnde legitimi.M.I.R.d.reg.14 exc gen.7.* Declaratur exceptio proposita definitione temporis legitimi *Inst.d.§.cum igitur. vers. liberi itaq;. Concordat l.2. C.qui ad bonor possess.admitt.M.I.R.d.exc.7.in pr.* Regulariter igitur, nisi hæres intra centum dies agnouerit bonorum possessionem, proposita exceptione repellitur. Cuius replicatio prima est; Nisi parentes vel liberi defuncti bonorum possessionem petant. his enim largius tempus tribuitur. *Inst.d.loco. Cui concordat l.1.§.largius.ff. de successorio edicto.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi intra annũ non agnouerint vel petierint parẽtes vel liberi. *d.§.largius.& Inst.verb. liberi itaq;.* Sed huius triplicationes sunt inf. replicationes sequẽtes. Altera duplicatio est; Nisi quis à patre suo impuberi filio substitutus, ex hac causa bono-

bonorum possessionem petat. huic enim centũ dierum præscriptio obstat. *d.l.1.§.si quis autẽ.* Tertia duplicatio: Nisi pater aut filius defuncti non suo, sed serui hæredis instituti nomine bonorum possessionem petat. reprobatur *d.l.1.§ non solum.* Quarta: Nisi contra tabulas bonorum possessionem pater petat, reprobatur *d.§.non solum.* Quinta: Nisi filius non vt filius, sed vt agnatus, vel tanquam cognatus bonorum possessionem petierit. reprobatur *l.si cohæredi.4.§.filius. ff. quis ordo in bonor possess.* Sexta: Nisi pater tanquam manum fortis filij, bonorum possessionem petat. reprobatur *d.l.4.in fin.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione sint dicta. Altera replicat. est: Nisi scriptus hæres ex eo testamento, quod subiacet inofficiosi querelæ, bonorum possessionem petat. huic enim præsenti quidem sex mensium spacium, absenti autem annus ad adeundã hæreditatem præfinitur: preinde centum dierum præscriptione non repellitur *l.scimus.37.§.illud præterea.ibi: sancimus itaq; C.de inoffic.test.* Tertia replicatio est: Nisi nondum delata fuerit hæreditas. *l. quamdiu.68.ff.de adqu.hæred.* Plane quando dicatur delata hæreditas, & per consequens dies bonorum possessionis petendæ currere incipiant, dicetur *inf cod.lib.cap.11.* Quarta replicatio est: Nisi non potuit petere vel adire de facto vel de iure. *Inst.de bonorum posses.§.in petenda.l.2. in pr.ff.quis ordo in bonorum possess.item l.si quis. 23. in fine.ff.de hæredum institut.* Quinta: Nisi prætor postulationibus se non dederit, vel absens fuerit. *d.l.2.§.in bonor.* Huius duplicatio prima est: Nisi bonorum possessio de plano peti potuit. *d. l.2. §.dies bonorum.* Altera: Nisi in proxima ciuitate Prætor se postulationibus dedat. *d.l.2.§.si præses.* Sexta replicatio est: Nisi venter in possessione fuerit. *d.l.2.§.si venter.* Septima: Nisi propter ignorantiam non adierit vel petierit bonorum possessionem. *l.quamdiu 5.C.qui ad bonorum posses, admitt.l.quicunq;.8. C.eod. tt.l.licet.8.C.de iure deliberandi l,2.in princ.ff. quis ordo in bonorum possess.item l.si plures.9.ff.de bonorum posses. M.I.R.d.except.7.repl.1.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi propter ignorantiam non facti, sed iuris non adijt. *l.in bonorum.10.ff.d.tt.* Cuius triplicatio prima est: Nisi tale ius sit, quod neque per se, neq; consulẽdo peritiores scire potuit. *d.l.10.vers.scientiam cã. Concordat l.2.§.si.ff.quis ordo in bonorum posses.* Altera: Nisi mulier ius ignorauit. reprobatur *l. iuris.6.C.qui ad bonorum posses. admittuntur.* Hæc de prima duplicatione. Secunda duplicatio: Nisi pater sciuit, filio hærede instituto ignorante. reprobatur *l.circa.3.ff. quis ordo in bonorum posses.* Plane admittitur, si pater infantis filij nomine bonorum possessionem petere potuit: hic enim scientia patris nocet filio. *l.seruus.7.§. fin.ff.de bonor.posses.* Tertia: Nisi filiofamilias hærede instituto, pater ignorauit filio sciente. *l.1.C. qui ad bonor.posses.admit.* Octaua replicatio: Nisi propter rusticitatem nõ adierit. *l.quicunq;.8.C.qui ad bonor.posses.admitt.* Nona: Nisi propter absentiam non agnouit. *d.l.8.l.Pomponius.85.in prin.ibi: & filium qui matris. de adqu. hæred. item l.si quis. 23.in fin. ff.de hæred.inst.* Decima; Nisi hæres fuit apud hostes. *l.qui ex liberis.11.§.filius.ibi, & anni.ff.de bonor.pos. sec.tabul.* Vndecima; Nisi tabulæ testamenti nondum fuerunt apertæ. reprobatur *l in bonor.10 ff.de bon.possess.* Duodecima; Nisi institutus hæres furiosus sit. *l.1.ff.de bonor.possess.furioso compet. Concordat l.cum furiosus.7.§.tali.ibi, sin autem in furore.C.de curatore fur.osi.* Decimatertia; Nisi hæres infans sit. reprobatur *d.l.1.* Cui contraficere videtur *l. seruus. 7.§.fin.ff.de bonor.posses.* Decimaquarta; Nisi ab intestato hæres testamentum iniustum dixit, vel falsum accusauit. *l.cum quidam 14.ff.de bonor. posses.* Huius duplicatio est; Nisi ob id quod furdus testator fuerit, testamentũ eius impugnauerit. hoc enim casu, nisi intra centesimum diem à morte testatoris computãdum ab intestato petierit bonorum possessionem, excluditur. *l.octaui.9.§.fratris.ff.vnde cognati.* Decimaquinta replicatio; Nisi seruus hæres institutus, postquam dies petendæ bonorum possessionis cessit, venditus sit. reprobatur *l.cum filiofamilias.5.§.finali.ff.quis ordo in bonorum possess.* Decimasexta; Nisi cum filiofamilias bonorum possessio delata esset, is patrem certiorare non potuit; vel pater ob absentiã non potuit iubere filium adire. *d.l.5.in princip. Concordat l. cum quidam.30.in princ.ff.de adqu.hæred.* Decimaseptima; Nisi militis bonorum possessio ex testamento intra statutum tempus non sit petita. reprobatur *l.in fraudem.15.§.fi.ff.de militari test.* Decimaoctaua; Nisi legitima hæreditas, non honoraria bonorum possessio petatur; huic enim præscriptio centum dierum non obstat. *l.1.C.de legitimis liberis. Concordat l.si aut.4 in fin.C.de legitimis hæred.* Decimanona; Nisi suus hæres sit defuncto. hic enim proposita præscriptione non excluditur. *l.in suis.14.ff.de suis hæred.l.in suis 11.ff.de liberis & posthumis.l.1.§.qui sunt in potestate.ff.si quis omissa causa test. Inst.de hæred.quæ ab intest.defer.§ sui autem.l.qui in aliena.6.§.interdum.ff.de adqu.hæred. l si fratris.3. in princip.C.de iure deliberandi.l.licet.8.item l.suum.13.C. eod.tt.l.cum furiosus.7.§.fin vero perpetuo.C.de curatore furiosi.M.I.R.d.exc.7.repl.2.* Vicesima replicatio est; Nisi municipes vel aliud corpus hæredes sint instituti. Hæc replicatio videtur approbari *l.bona autem.3 §.municipib.ff de bon. posses.* Sed contradicit *l.1.§.fin.ff.de libertis vniuersitatum.* Vicesimaprima; Nisi ipso die centesimo agnouerit. *l.1.§.quod dicimus.ff de successorio edicto.* Vicesimasecunda; Nisi alius antea hæredis nomine petijt. ipso quidem iure subsistit; verum eius duplicatio est; Nisi hæres intra centesimum diem petitionem suo nomine ab alio factam, ratam non habuerit. *l.bonor. 24.ff.rem ratam haberi. Concordat l. cum filiofam.5.in pr.ibi: præteritis autem.ff.quis ordo in bonor.posses.* Sed & plures duplicationes vide *sup.lib.2.ca.13.q.3. exc.4. repl.1.* Vicesimatertia replicatio est; Nisi hęres partem antea delatam agnouit; hoc enim casu opus non habet partem postea adcrescentem, vel alio modo delatam, denuo petere. *l.si liber homo.57.§. Titius ex.ff. de hæred. instit. Concordat l. 2.§.si duo.ff.de bonor.possess.sec.tabul. Vide item inf.cap.14.reg.2.except. 4.repl.6.* Vicesimaquarta replicatio est; Nisi alia iusta causa impedimento fuerit. *l.quicunq;.8.C.qui ad bon.posses.admit.* Vicesimaquinta; Nisi hęres sub conditione, quæ in ipsius potestate non est, sit institutus, eaq; pendeat, hoc enim casu postea exceptione non repellitur, sed interim creditores in bona mittũtur, & bonis curator datur. *l.si quis. 23.§.*

23.§.item si conditioni.ff.de hæredum institut. Hæc de duodecima exceptione, eiusque replicationibus sint dicta.

XIII. Exceptio: Nisi hæres inutiliter adijt hæreditatem, approbatur, eiusque species proponuntur *inf.cap.13.*

XIV. Exceptio: Nisi hæres hæreditatem repudiauerit. *l.is qui.13.in prin.ff. de adquir. hæred. l.1.§. qui semel.& §.quibus.ff.de successorio edicto.l.si cohæredi. 4.in princ.ff.quis ordo in bonorum possess. Institut.de hæred.qual.& differ.§.penult.item l.scimus.22.§. cum igitur.ibi: similiq; C.de iure deliberandi.M.I.P.lib.lib.5.c.5. reg.6.except.2.M.I.R.lib.4.cap.6.reg.9.except.gen.3.& reg.14.except.8.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex vna parte edicti repudiauit, ex alia admittere velit hæreditatem: vel institutione repudiata, adierit ex substitutione. huic enim proposita exceptio non obstat. *l.nec is.17.§.hæres.ff. de successorio edicto.l.2.§.si mater.ibi: sed si mater.ff. ad S.C. Tertyll.l.quoties.91.ff.de regul.iuris.l.suum.13. C.de iure deliberandi.l.filius.41.ff.de adquir.hæred. l. 2. in prin.ff. vnde legitimi.item l.si tu.75.§.fin.ff. de adqu. hæred.M. I.R.d.except.8.repl.10.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi contra tabulas bonorum possessionem omittens ab intestato succedere velit. huic enim replicatio proposita non prodest. *l.2. ff.si testam.tabul.nullæ extab.* Altera duplicatio est: Nisi hæreditatem repudiet is qui postea ex testamento vult hæres esse. approbatur simul & distinguitur *l.nec is.17.§.hæres.ff.de adqu.hæred.* Tertia: Nisi simul ex vtraque vel omni parte repudiet. *l. illud.76.ff.eodem tt.M.I.P.d.except.2.replic.1.* Quarta: Nisi is qui suam portionem repudiauit, adcrescentem portionem velit agnoscere. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.prox.cap.22.reg.1. in pr.* Hæc de prima replicatione eiusque duplicationibus sint dicta. Altera replicatio est: Nisi error vel ignorantia repudiantis interuenerit. *l.in repudianda.23.ff.de adqu.hæred.l.is qui.15.cũ l.seq.l.is qui.13. §.si quis dubitet.item l.nec is.17.in pr.ff.eod.tt.* Tertia replicatio est: Nisi alius quam hæres repudiauerit. *l.1.§.vnusquisq;.§.tutor.& §.furiosi.ff. de successorio edicto.l.tutor.8.ff. de bonorum possess. l. is qui. 13. §. fin. cum l.seq.ff.de adquir.hæred.item l.cum non solum. 8. §. sancimus.& §.sin vero pater.C.de bonis quæ liber.l. renitente.11.C.de iure deliberandi.item l.2.C.de repud.bonorum possess.M.I.R.d.regul.14.except.8.replic. 1. cum seq.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi dominus seruo hærede instituto, hæreditatem repudiauerit. *l.1.§.per seruum.ff.de successorio edicto.* Quarta replicatio est: Nisi is hæreditatem repudiauerit, qui eam adire & adquirere non potuit. *l.nolle. 4.ff.de adquir.hæred.l.is potest.18.ff.eod.tt.* Qui autem non possint adire hæreditatem vide *inf.c.13.* sed & eius species est *inf.repl.prox.M.I.R.d.exc.8.repl.11.* Quinta: Nisi impubes hæreditatem repudiauerit. *l.pupillorum.5.C.de repud.hæred. M.I.R.d.exc.8.repl. 6.* Huius duplicatio est: Nisi tutore autore impubes repudiauerit. *d.l.Concordat l.1.§.tutor. in fine. ff. de successorio edicto.M.I.R.d.repl.6.dupl.1.* Sexta replicatio est: Nisi suus hæres hæreditatem repudiauerit. *l.si quis.8.ff.de iure deliberandi.M.I.R. d.except.8. repl.7.* Huius duplicatio prima est: Nisi res hæreditariæ sint alienatæ. *d.l.8.Concordat l.si quis.6. in pr. C.de repudianda hæreditate. M.I.R.d.replic.7. duplic. 2.* Cuius duplicationis triplicatio est: Nisi sub hærede in minore ætate constituto, res hæreditariæ venditæ sint: tunc enim per in integrum restitutionem impetrat vt adire possit. *d.l.6.§.finali.* Altera duplicatio est: Nisi intra triennium postquam repudiauit, non mutauerit voluntatem. *d.l.6.§.1.* Huius triplicatio est: Nisi minor vigintiquinque annis fuerit, cum repudiaret, vel in vtili quadriennio constitutus: tunc enim ab eo tempore quo maior factus est, septem habet annos ad mutandam sententiam. *d.l.6.§.sin autem vel minor.* Tertia duplicatio est: Nisi cum suus hæres adijsset hæreditatem, postea transigendi animo eam rursus omiserit. ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est: Nisi transactio nullo dato vel retento seu promisso sit facta. *quæ tripl.approbatur l.suus. 3. C. de repudianda hæreditate.* Secunda replicatio est: Nisi filius matris hæreditatem repudiauit, & antequam adgnatus eam adiret, mutauerit voluntatem. *l.filius. 6.§.filius.ff. ad Senatusconf.Tertyll.* Octaua; Nisi filius naturalis curiæ oblatus paternam repudiauerit hæreditatem. *l.quoniam.4. C. de naturalibus liberis.* Nona; Nisi dolo alterius hæredis persuasus, hæreditatem omiserit. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi alius exceptione proposita vtatur, quam is cuius dolo hæreditatem omisit. *l. apud Celsum.4.§.si cum legitima.ff.de dol. mali exceptione.* Decima; Nisi nondum delatam sibi hæreditatem repudiauerit. *l. qui superstitis.93.ff.de adquir.hæred.l.nec is.17.§.fin. item l.in plurium.69.ff. eodem tt. Concordant item ea quæ habentur sup.capit.6. except.5.M.I.R.d.capit.6.regul.9.except.3.replicat.3.& regul.14.except.generali 8.replicat.8.* Huius replicationis exemplum etiam est, si hęres institutus ante conditionem institutionis existentem repudiet; hoc enim casu nihil agi. *d.l.69. vers.si vere ei. Cui concordat l. is qui. 13. in princip.ff. eodem tt.M.I.R. lib.4.cap.7.reg.8.exc.6.* Item exemplum est, si substitutus repudiet, instituto hęrede adhuc deliberante. *quod proponitur d.l.13.§.substitutus.* Contradicit *M.I.R.d.exc.8.repl.8.* Aliud habetur *l.1.§.decretalis.ff.de successorio edicto.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi idem & institutus & legitimus hæres simul vtramque repudiauerit. *l.in plurium. 69.in fi.de adqu.hæred.Concordat l.illud.76.ff.d.tt.* Vndecima replicatio videtur; Nisi hæres institutus, causa falsi testamenti nondum finita, hæreditatem repudiauerit. Sed reprobatur *l.nec is.17.in pr. ff.d.tt.* Duodecima est; Nisi hæreditas furioso delata, repudiata sit, eo in furore constituto. *l.1.§. furiosi.ff.de successorio edicto. Concordat l.cum furiosus. 7. §.tali.C.de curatore furiosi.* Decimatertia; Nisi absente aduocato hæres hæreditatem repudiauerit. reprobatur *l.1.C.de repudiata bonorum possessione.* Decimaquarta; Nisi non verbis repudiauit. reprobatur *l.recusari.94.ff.de adqu.hæred. vide item inf. cap.14.reg.1.exc.22.* Decimaquinta; Nisi tempus aditionis nondum præterierit. reprobatur *l.1.§. qui semel.ff.de successorio edicto.* Decimasexta; Nisi aduersus repudiationem in integrum sit restituendus. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est; Nisi cum antea aduersus aditionem esset restitutus hæreditatem repudians, postea rursus aduersus eam repudiationem in integrũ restituí desideret adire volẽs. *lege cum non solum.8.§.non autem filio. C. de bonis quæ*

liberis

liberis. Hæc de 14. exceptione eiusque duplicationibus sint dicta: de qua tamen plura vide *inf. cap.14.*

XV. Exceptio: Nisi cum eidem duplici iure deferretur hæreditas, vnum elegerit, cui exceptio obstat: hoc enim casu ad alterum regressus illi dandus non videtur, cum prius eligendo alterum repudiasse videatur. Sed reprobatur *l. Claudius.96.ff.de adquir.hæred.l.legitimam 8.ff.de petit. hæred.l.hæreditas.3. C.eod.tt.item l.mater.19.ibi:nec enim quæ testam ff.de inoffic.testam.* Hæc exceptio reprobata species seu exemplum est replicationis secundæ *sup.exc.prox.*propositæ. Plura de hac exceptione vide *inf.lib.vlt.cap.vlt.in verbo Renunciatio.*

XVI. Exceptio: Nisi hæres hæreditatem ad alium voluit transferri.*l.non vult.6.ff.de reg.iuris.*

XVII. Exceptio: Nisi hæres ab alio tanquam debitor hæreditarius conuentus, exceptionem aliquam opposuit.approbatur simul & distinguitur *l.si præteritus.15.ff.de contra tab.bonor.possess.*

XVIII. Exceptio: Nisi hæres defuncti vindictam omisit, *De hac re vide inf. cap.17.quæstione 4. reg.7.8.& 9.*

XIX. Exceptio: Nisi hæres cohæredibus qui in potestate defuncti fuerunt, bona vel dotem non contulerit.*De hac re vide inf.cap.15.& c.16.*Hæc de exceptionibus aduersus regulas successionum generalibus, quarum tamen plures vide *sup.cap. 6.item sup.lib.prox.cap.17.exc.11.cum seqq. item inf.lib. 12.cap.8.caus.15.cum seqq.*

QVID QVANTVMQVE HÆreditatis ab intestato cuique competat?

CAP. X.

HActenus causæ, ex quibus hæreditas ab intestato competit, item quibus ea competit, expositum est. Sequitur tertia quæstio, quid scilicet quantumque hæreditatis cuique ab intestato competat.

I. Regula, De omni commodo & incommodo, proponitur *l.hæres.37.ff.de adqu.hæred.Concordat l.1.cum duabus legibus sequentibus. ff. de bonorum posses.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi iura sint personalia: vt vsusfructus, vsus, priuilegia, vel onera personalia. Hæc enim ad hæredē non transeunt.*de qua re alibi est dictum.* Altera exceptio: Nisi res alienare prohibitæ sint. reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.6.cap.4.caus.1.exept.8.repl.1.*

II. Regula: De collatione bonorum & dotis vide *inf.cap.15.& cap.16.*

III. Regula: Vni duo in solidum hæredes esse non possunt.*l.quod contra.183 in fin.ff.de reg.iuris.*

IV. Regula: Pluribus hæredibus ab intestato existentibus, in viriles portiones hæreditas diuidenda. *l.inter.H.C.familiæ erciscundæ.l.si cogitatione. 21.ibi.pro virili.C.eod.tt.l.nepotib.3.C.vnde legitimi.Nouell.const.118.§.at si multi. item l.si quis.7.§.sin autem defuncta.C.ad S.C.Tertyl.M.I.R.lib.4.c.6.reg.15.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi nepotes vel pronepotes cū patruis succedant. hoc enim casu tantam partem capiunt, quantam eorum parens, si viueret, erat accepturus.*Inst.de hæredib. quæ ab intest.§.cum filius.ibi:& quia placuit. & §. fin.item Nou. cap.118.§.si quis igitur.ibi:ita tamen vt.*Idem iuris est, si frater defuncti & alterius fratris filij simul succedant.*Nouell.const.118.C.quod si defuncto.* Plane hæc exceptio iure antiquo distinctionem recipiebat in nepotibus vel pronepotibus per fœmininum sexū descendentibus, aut matre, vel aula defuncta. hoc enim casu nepotes vel pronepotes ex filio vel filia nati, non in solidum in eam partem, quā illorum parens habiturus esset, succedebant: sed in duas tantum partes eius portionis, quam parens, si viueret, esset habiturus.*l.si defunctus.9.C.de legitimis liberis.Inst.de hæred. quæ ab intest. §.item vetustas.ibi:sed vt amplius.item l.illam.19. ibi: de modo quidem.& § fin.C.de collationibus.*

Mutatio iuris.

Sed iam dicta distinctio mutatur ac tollitur *Nouell.const.118.§.neq; illo.*Verum secunda exceptio est: Nisi cognati ex duobus vel pluribus fratribus aut sororibus nati, defuncto succedant. hoc enim casu non in capita, sed in stirpes diuisio videtur facienda. Sed reprobatur *Inst.de legit. adgn.success.§. hoc etiam addendum, in fin.l.2.§.hæc hæreditas. ff. de suis & legit.hær.l.lege.14.§.fin.ibi:illo proculdubio.C.de legit. hæred.item l.meminimus.15. §.cum autem tertio. ibi. illo etiam obser.C.eod.tt.M.I.R.d.reg.15.exc.1.*Plane admittitur exceptio proposita in solis nepotibus & alijs descendentibus, parentum suorum hæreditatem sibi vindicantibus: inter hos enim hereditas in stirpes, non in capita diuidetur.*Inst.de hæred.quæ ab intest.§.cum filius, in fin.& §.fin.item l.2.C.de legitimis liberis.M.I.R.d.exc.1.dist.1.* Tertia exceptio est: Nisi ascendentes plures eiusdem gradus succedant, quorum alij paterni, alij materni generis sunt. Hoc enim casu non in capita fit diuisio: sed paterni quidem generis ascendentes dimidiam, materni autem alteram dimidiam accipiunt, vel plures, vel pauciores.*Nou.const.118.§.si eundem.M.I.R.d.reg.15.except.2.* Quarta: Nisi pater & mater, item fratres & sorores defuncti simul succedant. hoc enim casu pater & mater vsusfructus bonorum semissem habent: reliquum fratres & sorores.*l.si quis.7.§.sin autem defuncta: C.ad S.C. Tertyll.* Cui quodammodo contradicit *l.de emancipatis.13. C.de legitimis hæredib.*de qua re vide *sup. cap.4.reg.5. exc.14.*vbi etiam huius exceptionis replicationes vide & mutationem. Quinta exceptio est: Nisi mater & sorores defuncti simul succedant. tunc enim mater dimidiam, & sorores, quotcunque tandem sint, reliquam dimidiam habebunt. *l. si quis.7.in pr.C.ad S.C.Tertyll.* Plane tollitur exceptio hæc iure nouo.*de quo vide sup.d.cap.4.reg.5.exc.16.in fin.*Sexta exceptio est: Nisi vxor defuncto cum liberis succedat. tunc enim vxor non nisi quartam habet partem. approbatur simul & distinguitur *sup.cap.8.q.2.* Septima: Nisi vnus cohæredum apud hostes sit, vel nondum natus. reprobatur *l.1. §.si ex tribus.ff.de bonorum possessione contra tabulas.*

V. Regula: Si hæres cohæredem ventrem habeat; quantum ei debeatur, definitur *inf. cap.13. reg.4.*

VI. Regula: De iure adcrescendi vide *sup. libro prox.cap.22.*

VII. Regula, De ijs in quibus defunctus proprietatem tantum habuit, vsufructu penes ipsius patrem iure patriæ potestatis remanente. Hæc defun-

defunctus non ad hæredem institutum, vel ab intestato veniētem transfert, sed ad fratres quibus proprietas communis est: nisi liberi defuncti supersint.*l.quæcunq;.4. vers.eo videlicet obseruando. C.de bonis quæ liberis.* Contradicere videntur *ea quæ habentur sup.lib.4.c.22.q.4.reg.11. Vide item inf.cap. prox.q.1.excpt.13.*

QVANDO ET QVO IVRE HÆreditas defertur?

CAP. XI.

I. QVANDO DEBEATVR SEV deferatur tam ex testamento, quam ab intestato hæreditas?

DElata hæreditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi. *l. delata. 151. ff. de verborum significat.* Quando autem illud intelligatur, definitur per exceptiones sequentes. Regulariter autē delata intelligitur hæreditas, mortuo eo, de cuius hæreditate quæritur. *l vnica,§ cū igitur.C.de caducis tollendis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi incertum sit de statu defuncti. *l.2. §.si quis decesserit.ff. vnde legitimi. Concordat l.1. §.1.ff. ad SC. Tertyll.* Cuius replicatio est; Nisi ipse hæres certus sit de statu defuncti. tunc enim quamuis alias incertum sit, nihilominus ipse adire potest. approbatur exemplo *l. Pomponius. 85.§.rei ff. de acquir.hæred.* Altera exceptio est: Nisi de testamento dubitetur, vtrum valeat, necne? *l.cum falsum.46.ff.de acquir.hæred. l.1.C. de bonor.possess.secundum tabul.l.ventre.83.ff.de acquir.hæred.* Huius exceptionis eadem replicatio est, quæ præcedentis, hæc scilicet; Nisi ipse hæres de iure testamēti sit certus.*d.l 46.l.cum quidam.30 § fin.de acquir. hæred. item l.nec is.17. in princ.ff eod.tt.* Tertia exceptio est: Nisi alius proximior hæres esse possit. tunc enim vlteriori nondū hæreditas defertur. approbatur, simul & definitione proximioris & vlterioris hęredis declaratur,*l.2.in princ.& §.defertur ff.de bonor. posses.secund.tabul. Concordat l.vnica,§ cum autem.C. de caduc. toll.* Huius exceptionis species sunt infr. exceptiones proxime sequentes. Plane eius replicatio est; Nisi proximior hæres repudiauerit, vel per exceptionem repelli possit. tunc enim vlteriori defertur.*d.l.2.in prin. l.si cohæredi.4. in prin.ff. quis ordo in bonor.poss.seruetur. Concordant item ea quæ proposita sunt sup.c.6.except.1 repl.13.* Huius replicationis duplicatio videtur esse; Nisi quis ita substitutus sit, si institutus intra certum tempus hæreditatem non adiret. hoc enim casu videtur, quamuis ante tempus certum esse cœperit, institutum audire non posse, non tamen substituto statim deferri. Sed reprobatur *l.si quis.71.ff. de acquir.hæred.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup c.6 exc.1.* Quarta exceptio est: Nisi filius contra tabulas bonorum possessionem accipere possit. hoc enim casu scriptis hæredibus nondum defertur ex testamento hæreditas. *l.2. in princ.ff.de bonor.possess.secund.tabul.* Quinta: Nisi institutus hæres adire possit. hoc enim casu substituto nondum hæreditas intelligitur delata. *l. quamdiu 68. in princ.ff. de acquir. hæredit. l. quamdiu. 3.ff d tt.l. denique. 4. ff. de iniusto testamento. item l.2. § defertur,ff.de bonor.posses.secund.tabul.* Sexta: Nisi testamenti tabulæ nondum fuerint apertæ. reprobatur *l.1.§.sufficit. ff. d. tt. Concordat l. vnica.§. cum igitur.& §.nouissimo.C.de caduc. toll.* Septima: Nisi cōditio institutionis vel substitutionis nondum extiterit. reprobatur *l.si quis. 23.in princ.ff. de hæredib.instit.Concordat l.2.§.1.ff.de bonor.possess.secundum tabul.* Plane admittitur primum, si ita institutio facta sit: Vter ex fratribus meis Seiam vxorem duxerit, ex dodrante mihi hæres esto: vter non duxerit, ex quadrante hæres esto. *d.l.2.§.si quis ita, in fine.* Deinde, si institutio sub conditione facta, inutilis sit. *l. hi demum. 6 ff. de bonor.poss.secund.tabul.* Tertio admitti videtur, si seruus sub conditione institutus hæres adeat. sed hæc distinctio reprobatur *l.si seruus.10.ff.eod.tt.* Quarto admittitur, si filius, qui est in potestate testtaoris, sub conditione hæres sit institutus, & cohæredē habeat. hoc enim casu cohæres expectare debet, donec conditio in persona filij existat, approbatur simul & distinguitur *l. suus quoq;. 4.ff. de hæred. instit.* Octaua exceptio; Nisi alij ex Carboniano edicto bonorum possessio sit data. reprobatur *l. 1.§.1. in fine.ff.si tabul. testam. nullæ extab.* Nona est; Nisi posthumus speretur proximior defuncto hæres futurus, vel testamentum rupturus. *l. cum quidam. 30.§. 1.ff. de acquir. hæred. l. intestato. 3.§. vtique & ex. ff. de suis & legitimis haredib. l. 2. in princ. ff.eod. tt. item l. ventre. 83 in princ. ff. de acquir. hæred.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi posthumus cohæredem habeat nō vlteriorem; huic enim nihilominus nondum nato posthumo hæreditas defertur.*d.l.30.§.suum. & d.§. vtique & ex. ibi, inde & partem.* Pro qua autem parte cohæres adeundo fiat hæres, dicetur *infr.cap.13.reg.4.* Cuius replicationis duplicatio est; Nisi suus hæres testamento institutus sit, posthumo præterito. *l. si filius 16.ff.de liberis & posthumis.* Altera replicatio est; Nisi proximus à posthumo sciat mulierem prægnantē non esse.*d.l.30.* Hulus duplicatio prima est: Nisi ipse solus, non alius mulierem putet prægnantē nō esse.*d.l.30.§.quod si ipse.* Altera; Nisi falso putauit prægnantē non esse.*d.l.30.§.quid ergo.* Tertia; Nisi ipsa mulier hæres se prægnantem fingat. reprobatur *d.§.quid ergo. vers.sed etsi ipsa mulier.* Tertia replicatio: Nisi mulier neget se esse prægnātem. reprobatur *d.l.30.§.quod dicit.* Quarta; Nisi reuera prægnans mulier non sit. Hæc replicatio ipso quidē iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi proximus à posthumo eam prægnantem esse putet.*d l.30.§.1. ibi, aut putatur esse.& §.sed & si ipsa. ibi, per contrarium.* Huius triplicatio prima est; Nisi unus hæres vel posthumi cohæres mulierem putet esse prægnantem, quæ non est. *d.l.30.§.suum. Concordat l.intestato.3.§. vtiq; & ex.ibi, est autem tractatū. ff. de suis & legit hæred.* Altera triplicatio est: Nisi filiofamilias vel seruo hærede instituto, pater vel dominus putet prægnantē esse, non filius vel seruus.*d.l.30.§.pen.*Hæc de nona exceptione sint dicta. Decima exceptio est; Nisi hæreditas ex testamento adiri possit. hoc enim casu ab intestato non defertur. *l. quamdiu. 39.ff. de acq. hæred. l.in plurium.69.in pr.ff.eod.tt.l.quamdiu.89.ff.de reg.iur.l.antequam.8.C.communia de success. item l.2.C. vnde liberi.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi ita sit hæres institutus, si legitimus seu ab intestato veniēs hæres esse nolit, hoc enim casu hæredi

redi ab intestato prius hæreditas defertur. *l. si quis.* 80. *ff. de hæredib. instit.* Alias replicationes vide *sup. excep.* 4. & 9. quæ hic replicationum loco poni etiam possunt. Vndecima exceptio; Nisi suus hæres esse possit, hoc enim casu legitimo nondum delata intelligitur. *l. inter.* 5. §. *fin. ff. vnde legitimi. Cõcordat l.* 2. *C. vnde liberi.* Duodecima; Nisi seruus pure hæres institutus, ex die libertatem acceperit. *l. quoties.* 9. §. *si seruus. ff. de hæred. instit.* Decima tertia: Nisi vsus fructus hæreditatis penes alium sit constitutus, hoc enim casu proprietario nondũ videtur delata hæreditas, vt eam ad suos hæredes transmittere possit. sed reprobatur *per ea, quæ habentur sup. lib.* 4. *cap.* 22. *q.* 4. *reg.* 11. Contra tamen videtur ex iis, quę habentur *sup. lib. prox. c.* 20. *reg* 1. *except.* 1.

II. QVO IVRE HÆREDITAS DEferatur, seu quæ bonorum possessio competat?

Huius loci regula proponitur *l.* 2. §. *fin. cum l. seq. ff. vnde legitimi.* Similis habetur *l. vnic. ff. vt ex legib. Senatusve consultis.* Sed & plures huiusmodi regulas, vide *supra sub vnaquaq; successionis specie.* Hactenus de hæreditate tam ex testamento, quam ab intestato. Sequuntur tamen aliquot hæredum officia post delatam hæreditatem competentia, istis hæreditatibus communia, hic subiicienda.

DE OFFICIIS HÆREDVM post hæreditatem delatam.

DE IVRE DELIBERANDI, ET INuentario conficiendo.

CAP. XII.

I. QVIBVS COMPETIT IVS deliberandi?

PRima regula; Regulariter quidem omni hæredi, tam ex testamento, quam ab intestato venienti competit. *Inst. de hæred. qualit. & differ.* §. *extraneis. Concordat l. cum antiquiorib.* 19. *in princ. C. de iur. deliber.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi hæres sit necessarius, approbatur, declaratur atq; distinguitur *per ea quæ habentur inf.* Altera exceptio est; Nisi hæres semel repudiauerit vel adierit hæreditatem, seu pro hærede gesserit. *d. l.* 19. §. *ideoq; sancimus.* Plura de hac exceptione, vide *inf. de adeunda & repudianda hæreditate, cap. prox.*

II. Regula, De hærede hæredis. Huic quoq; deliberandi ius competit. *d. l.* 19. §. *& si quidem. Cõcordat Nouell. const.* 158.

III. Regula, De domino, seruo hærede instituto, proponitur *l.* 1. *in princ. ff. de iure deliberandi.*

II. QVO ORDINE, SEV quando cuique ius deliberandi competat?

Eo ordine, quo cuique defertur hæreditas. *l. si plures.* 10. *ff. de iure deliberandi.*

III. QVOTIES DELIBERANdi ius competat?

Regulariter vniculq; hæredum non nisi semel dandum. *l. scimus.* 22. §. *sed quia quidam, C. de iure deliberandi.* Huius regulæ exceptio est: Nisi magna causa vlteriorem deliberationem requirat. *l. necnon.* 3. *cum l. seqq. ff. eod. tt.*

IV. QVAMDIV IVS DELIBERandi competat?

I. Regula, Hoc pendet ex arbitrio ius dicentis. *l.* 1. §. *fin. ff. de iur. delib. Concordat l. si curatoris.* 9. *in fine. C. eod. tt. M. I. R. d. lib.* 4. *c.* 7. *reg.* 1. *except.* 1.

II. Regula: Minus centũ diebus ad deliberãdum dandi non sunt. *l.* 2. *ff. de iur. delib. M. I. R. d. exc.* 2.

III. Regula, Plus anno non est concedendũ. *l. scimus.* 22. §. *sed quia quidam. C. de iur. deliber. Concordat l. cum antiquioribus.* 19. *C. eod. tt. M. I. R. d. regul.* 1. *in princ.*

V. ADIVNCTA ET EVENtus deliberationis.

I. Regula, De copia instrumentorum inspiciendorum deliberanti danda, proponitur *l. Aristo.* 5. *in prin. ff. de iur. deliber. Concordat l. Aristo.* 28. *ff. de acq. hæred.*

II. Regula, De rebus hæreditariis interim non alienandis, habetur *l. ait prætor.* 7. *in princ. ff. de iure deliberandi.* Huius regulæ exceptio prima & generalis est: Nisi iusta causa alienandi Prætori videatur. *d. l.* 7. *in princ. &* § *in causa.* Altera; Nisi res tractu temporis deteriores futuræ vendantur. Hæc exceptio species præcedentis specialiter approbatur *l. Aristo.* 5. §. *si maior. ff. eod. tt.* Tertia; Nisi ob æs alienum soluendum alienatio fiat. *d.* §. *si maior. Concordat l. ait prætor.* 7. §. *fin. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi in alimenta filio deliberanti alienetur. *l. filius.* 9. *ff. eod. tt.* Quinta; Nisi res in quas sumptus sunt faciendi, vendantur. *l. Aristo.* 5. §. *fin. ff. de iure deliber.* Reliquas causas ex quibus alienatio fieri possit, vide *sup. except.* 1.

Replicationes generales.

Plane propositarum exceptionum replicatio generalis prima est; Nisi sine permissu Prætoris fiat alienatio. *l. ait prætor.* 7. § *fin. ff. eod. tt.* Altera; Nisi cum essent res mobiles tempore perituræ, vel aliæ res superuacuæ, res immobiles vel magis necessarias impensarum nomine vendiderint. *l. igitur.* 6. *ff. d. tt.*

III. Regula, De non agendo interim, proponitur *d. l.* 7. §. *quid sit. ff. de iure deliber.*

VI. ADFINE remedium, seu de Inuentario conficiendo, constituitur *l. scimus.* 22. *C. de iur. delib. Cõcordat Instit. de hæred. qualit. & differ.* §. *sciendum. item Nouell. const.* 1. §. *fiat igitur, M. I. R. d. c.* 7. *reg.* 2.

DE ADEVNDA VEL AGNOSCENDA hæreditate, & pro hærede gerendo.

CAP. XIII.

PRima regula, Adeundo & pro hærede gerendo hæres hæreditatem acquirit, tam quoad commoda, quam incommoda hæreditaria. *Inst. de hæred. qual. & differ.* §. *item extraneus. M. I. R. d. c.* 7. *reg.* 6. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ante a sese abstinuerit. *l. si cohæredi.* 4. *in princ. ff. quis ordo in bon. poss. seruetur. l.* 1. §. *qui semel. &* §. *ex quibus. ff. de succes. edicto. item l. sicut.* 4. *C. de repud. hær.* Cuius exceptionis replicatio est: Nisi idem institutus & substitutus, omissa institutione ex substitutione adierit. *l. si tu.* 75. §. *fin. ff. de acq. hæred.*

II. Exceptio: Nisi hæreditatẽ nondum delatam

tamen adierit. *l. si quis.* 21. §. 1. *ff. de acq. hær. l. quamdiu.* 68. *ibi, quia intra diem. ff. eod. tt. l. puberem.* 12. *C. de iure delib. l. neminem.* 27. *ff. de acq. hæred. item l. vlt. in fin. C. qui ad bonor. poss. admitt. M. I. R. d. reg.* 6. *except.* 16. Plane quod hæres ante delatam hæreditatem apprehendit, postea delata hæreditate auferendum et non est. *l. vlt.* § *fin. ff. ad SC. Tertyll.*

III. Exceptio: Nisi ante quæstionem de familia interfecti testatoris habitam hæres adierit. *De hac re vide inf. cap.* 17. *quæst.* 3. *regul.* 2, *item quæst.* 4. *reg.* 8.

IV. Exceptio: Nisi inutiliter fuerit institutus hæres. *l. si is.* 22. § *fin. ff. de acq. hæred. Concordat l. hi demum.* 6. *ff. de bonor. poss. sec. tabul.*

V. Exceptio: Nisi alius quam hæres adiit vel petiit bonorum possessionem, approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio prima est: Nisi iussu hæredis alius eius nomine petierit. *l. bona autem.* 3. §. *acquirere. ff. de bonor. poss.* Huius duplicatio prima est; Nisi seruus iussu hæredis perat, reprobatur *l. seruus. in princip. ff. de bonorum possess.* Altera: Nisi seruus alienus vel liber homo iussu hæredis petierit. *l. si quis.* 25. *in princ. ff. de acquir. hær.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi liber homo, qui bona fide possidetur, hęres sit institutus, & iussu bonæ fidei possessoris adierit. *de qua re vide sup. lib.* 9. *c.* 20. *reg.* 3, *except.* 11. Tertia duplicatio est; Nisi seruus, in quo hæres vsumfructũ habet, iussu eius hæreditatem adiit. *d. l.* 25. *Concordat l. aditio.* 45. §. *præterea. ff. de acq. hæred.* Quarta; Nisi seruus hæreditarius iussu hæredis adierit. *l. hæres.* 43. *ff. de acquir. hæred.* Quinta: Nisi mutus seruus iussu domini adierit, reprobatur *l. pater.* 92. §. *fin. ff. d. tt.* Sexta: Nisi fœmina iussu hæredis petierit, reprobatur *l. seruus.* 7. *in pr. ff. de bon. poss.* Septima; Nisi is, qui iussit, antequam petatur, furere cœperit. *l. si quis.* 48. *ff. de acq. hæred. Concordat l. qui seruum.* 47. *ff. d. tt.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi hæres aditionem seu petitionem ab alio factam, ratam habuerit. *l. bona.* 3. §. *acquirere. ff. de bon. poss.* Huius duplicationes vide *sup. lib.* 2. *c.* 13. *q.* 3. *except.* 4 *item sup c.* 9. *except.* 12. *repl.* 22. Tertia replicatio est; Nisi postquam bonorũ possessio ab alio petita est, hæres furiosus sit factus. *l. quoties.* 16. *ff. d. tt. Concordat l. bonorum.* 24 *in fin. ff. rem ratam haberi.* Quarta; Nisi actor vel alius municipij, vel alterius collegij hæredis instituti nomine adierit. *l. bona.* 3. §. *à municipibus. ff. de bon. poss.* Quinta; Nisi tutor hæredis adierit. *l. seruus.* 7. §. *impubes. & l. tutor.* 8. *ff. d. tt. l. bonorum.* 7. *C. qui ad bonor. possess. admitt. item l. si infanti.* 18. *ibi, parente vero. C. de iure deliberandi.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi tutor nõ bonorum possessionem petierit, sed pro hæredis tutore aliquid in hæreditate inscio pupillo gesserit. *l. potuit.* 5. *C. de iure deliberandi.* Cuius triplicatio est; Nisi pupillus infans sit. *d. l.* 18. *ibi, parente vero.* Altera duplicatio; Nisi hæreditas plus incõmodi quam commodi habeat, reprobatur *l. si pupillo.* 11. *ff. de bon. poss.* Sexta replicatio est; Nisi parẽs hæredis adierit. *l. si infanti.* 18. *C. de iure deliberandi. l. si filiofamilias.* 4. *C. d. tt. item l. qui in aliena.* 6. *sed et si non. ff. de acquir. hæred.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi recusante filio, pater adiit; tunc enim non acquiritur filio, sed patri solum, in cuius potestate est filius. *l. cum non.* 8. §. *sancimus itaq; C. de bonis quæ liber.* Altera duplicatio est; Nisi hæres in potestate adeuntis parentis nõ sit, approbatur simul & distinguitur exemplo matris. *l. Paulus.* 15. *ff. de bon. poss.* Hæc de quinta exceptione eiusq; replicationibus sint dicta.

VI. Exceptio: Nisi filiusfamilias vel seruus hæres hæreditatem adierit. *l. qui in aliena.* 6. *in prin. ff. de acquir. hæred. Concordat l. cum non solum.* 8. §. *sancimus, C. de bonis quæ liberis. M. I. R. d. regul.* 6. *except.* 1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iussu patris vel domini hæreditatem adierit. hoc enim casu iubenti patri vel domino hæreditas adquiritur. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. lib.* 9. *c.* 20. *reg.* 2. & 3. Eius autem duplicatio prima est: Nisi iussus non præcedat, sed sequatur. *l. si quis.* 25. §. *iussus. ff. de acq. hær.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi bonorum possessio à filiofamilias sit petita, vel legitima hæreditas ex SC. Orphitiano adita. hæc enim aditio rata potest haberi. *l. qui in aliena.* 6. *in prin. ff. d. tt.* Altera duplicatio; Nisi non præsens, sed per nuncium vel per epistolã pater iusserit. reprobatur *d.* §. *iussus.* Tertia; Nisi generaliter, non specialiter iussit. *d.* §. *iussus.* Quarta; Nisi viuente adhuc eo, de cuius hęreditate agitur, iusserit. *d.* §. *iussus.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi rumor fuit, eum esse mortuum. *d.* §. *iussus. vers. plane si rumor.* Quinta duplicatio est; Nisi ante apertas testamenti tabulas iusserit. reprobatur *d. vers. plane.* Sexta: Nisi iussus excesserit fines mandati. approbatur exemplo *d. l.* 25. §. *si coram.* item aliis exemplis *d. l.* 25. §. *sed si mandauit. & l. eum qui.* 51. §. *filiusfam. ff. d. tt.* Huius duplicationis triplicatio prima est; Nisi cõditio patris iubentis non deterior sit facta. *d.* §. *sed si mandauit.* Altera triplicatio est; Nisi cũ filius aliquid facere iussus esset, quod sine aditione fieri nõ potuit, filius adierit. hoc. n. casu quamuis nominatim adire iussus non sit, valet tamen aditio. *d. l.* 25. §. *sed quid si mandauit.* Septima duplicatio: Nisi sub hac conditione, Si expediat adire; vel, Si putas adire, adito. reprobatur *d.* §. *sed quid si mand. uit, in fin.* Octaua; Nisi filio & patre, vel seruo & domino simul hęredib. institutis, filius vel seruus iussu patris, aut domini adierit. hoc. n. casu iussus & aditio tantũ pro ea parte, ex qua filius vel seruus hæres institutus est, valere videtur, non etiam pro parte ex qua ipse pater vel dominus est institutus. Sed reprobatur *per ea quæ proponuntur inf. regul. proxim.* Nona duplicatio est; Nisi iubentem postea ante aditionem pœnituerit. *l. si quis.* 25. §. *finali. ff. de acquirenda hæredit.* Decima; Nisi iubens sese adrogandum dederit ante aditionem. *d.* §. *finali.* Vndecima; Nisi iubens ante aditionem sit mortuus. *l. si per epistolam.* 50. *ff. de acquir. hæred.* Duodecima; Nisi iubens ante aditionem furere cœperit. *l. qui seruum.* 47. *ff. d. tt. Concordat l. si quis.* 48. *ff. d. tt.* Decima tertia; Nisi iubens incertus sit, vtrum ex asse, an pro parte institutus sit filius: item vtrum institutus, an substitutus, an ab intestato sit hæres. *l. pater.* 92. *in princ. ff. eod. tt.* Decima quarta; Nisi iubẽs mutus sit reprobatur *d. l.* 92. §. *mutus.* Decima quinta duplicatio est; Nisi seruus postquam iussus est, ante aditionem fuerit alienatus *l. Antistius.* 61. §. *finali. ff. de acquir hæred. Concordat Instit. de hæred. instit.* §. *alienus.* Decima sexta; Nisi alius quam dominus vel pater iussit. ipso qui sẽ iure subsistit, verum eius triplicatio prima est; Nisi fisci seruo hærede instituto, procurator

Cæsaris iusserit. *l. si quis. 25. §. si fisci. ff. de acquirenda hæreditate. Concordat l. aufertur. 46. §. penult. ff. de iure fisci.* Altera triplicatio est: Nisi seruus dotalis mariti iussu adierit. *l. seruus. 58. ff. soluto matrimonio.* Decima septima duplicatio est: Nisi pater in potestate sui patris existens, filium adire iusserit. *l. filiusfamilias. 91. ff. de acq. hæred.* Decimaoctaua: Nisi seruus plurium, non omnium dominorum iussu adierit. reprobatur *l. seruus. 63. ff. eod. tt.* Decimanona: Nisi plures domini hæredis instituti, non simul, sed separatim iusserint. reprobatur *l. non solus. 67. ff. eod. tt.* Hæc de prima replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. de qua re plura vide *sup. lib. 9. cap. 20. reg. 2. & reg. 3.* Altera replicatio est; Nisi pater vel dominus aditionem à filio vel seruo factam, ratam habeat. *De hac re vide sup. replic. prox. dupl. 1. Sane approbatur l. si quis. 25. §. iussus. ibi, aut quid si petitum. ff. de acq. hæred.* Tertia replicatio est: Nisi pater sit furiosus. *l. cum hæres. 52. in princ. ff. eod. tt.* Quarta; Nisi pater reipublicæ causa absens, filium iubere non potuit. *l. cum quidam. 30. in prin. ff. eod. tt.* Quinta; Nisi pater vel dominus simul cum filio vel seruo institutus, ex sua parte adierit. reprobatur *l. si ex. 36. §. eod. tt.* Sexta; Nisi filius vel pater diu possederit hæreditatem à filio aditam. *l. si filiusfamilias. 10. C. de petitione hæreditatis. Concordat l. qui in aliena. 6. § sed etsi. ff. de acquir. hæred.* Hæc de sexta exceptione, eiusque replicationibus sint dicta.

Mutatio iuris.

Plane exceptio proposita in filiofamilias videtur mutata, cum iure nouo & sine consensu patris hæreditatem adire possit. *l. cum non solum. 8. §. siue econtrario. C. de bonis quæ liberis. M. I. R. lib. 4. cap. 7. reg. 6. except. 1. in fine.*

VII. Exceptio: Nisi is, cui bonis interdictum est, hæreditatem adierit. reprobatur *l. mutum. 5. in fine. ff. de acq. hæred.*

VIII. Exceptio: Nisi pupillus vel impubes hæreditatem adierit. *l. more. 8. in princ. ff. eod. tt. Concordat l. seruus. 7. §. impubes. ff. de bonor. posseß. M. I. R. d. regul. 6. except. 8.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tutoris authoritas interuenerit. *l. potuit. 5. C. de iure deliberandi. Concordat l. si infanti. 18. §. finali. C. eod. tt. M. I. R. d. except. 8. replic. 1.* Cuius replicationis duplicatio prima: Nisi infans sit pupillus. reprobatur *d. l. 18. parente. Concordat l. pupillus. 9. ff. de acquir. hæred.* Plane admittitur, si infans fari non possit, *vt ex iam dictis constat. Cui concordat d. l. 1. C. ad Senatusconsf. Tertyllian. M. I. R. d. replic. 1. duplic. 2.* Altera duplicatio esse videtur; Nisi is tutor author factus sit, qui tutelam non gerit, sed reprobatur *l. pupillum. 49. ff. de acquirenda hæreditate.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi impubes, qui in alterius potestate est, eius iussu, in cuius est potestate, hæreditatem adierit. *l. more. 8. §. fin. ff. de acquir. hæred.* Tertia: Nisi pupillus suus hæres sit defuncto. *Instit. de hæred. quæ ab intest. §. sui autem, in fin.* Quarta: Nisi Iudex impuberi, sine tutoris authoritate bonorum possessionem petenti, sciens permiserit. *l. bonorum. 7. C. qui ad bonor. poss. admitt.*

IX. Exceptio; Nisi furiosus hæreditatem adierit. approbatur simul & distinguitur *l. furiosus. 62. ff. de acquir. hær. Concordat l. cum furiosus. 7. §. si vero perpetuo, cum seqq. C. de curatore furiosi.*

X. Exceptio: Nisi mutus aut surdus hæreditatem adierit. reprobatur *l. mutum. 5. in pr. ff. de acq. hær. l. pater. 92. §. fin. ff. d. tt. Instit. de hæred. qualit. & differ. §. fin. item l. 2. ff. de bon poss. furioso, &c.*

XI. Exceptio; Nisi cœcus hæreditatem adeat. reprobatur *d. l. 2.*

XII. Exceptio: Nisi duobus institutis, à quibus posthumus exhæredatus est, qui à substitutis exhæredatus non est: alter institutorum sine altero adierit. *l. si ego. 19. §. fin. ff. de iniusto testam.*

XIII. Exceptio; Nisi ciuitas vel aliud corpus aut collegium hæreditatem agnoscat. reprobatur *l. bona 3. §. à municipibus, ff. de bonor. poss.*

XIV. Exceptio: Nisi absens bonorum possessionem petat. reprobatur *l. seruus. 7. in pr. ff. d. tt.*

XV. Exceptio: Nisi is, qui adit, incertus sit de iure suo, vel erret. approbatur exemplo *l. 1. §. semel. ff. secundum tabulas. M. I. R. d. reg. 6. except. 12.* Aliud exemplum est huic non absimile: Si is, qui hæreditatem adit, ignorat testatorem esse mortuũ. *quod proponitur l. qui hæreditatem. 19. ff. de acq. hæred. l. hæres. 32. in princ. ff. eod. tt. item l. nec nos. 4. C. de postliminio.* Tertium exemplum est: Si de conditione testatoris incertus sit, vtrum testari potuerit, necne? *l. hæres. 32. §. fin. ff. de acquir. hæred. Concordat l. sed si 34. in prin. ff. eod. tt.* Huius exempli replicatio est: Nisi incertus sit, vtrum testator apud hostes, an ciuis Romanus decesserit. *l. quod si. 33. ff. d. tt.* Quartũ exemplum est: Si ignorat, vtrum ex testamento, an ab intestato sit hæres. *Instit. de hæred. qualit. & differ. §. pro hæred. ibi, dummodo sciat l. pater. 92. in pr. ff. de acq. hær. l. 1. §. semel. ibi scientiam. ff. secund. tabulas. item l. si is. 22. ibi: nam vt quis. ff. de acquir. hæred.* Quintum exemplum est; Si ignoret, ex institutione, an ex substitutione sit hæres. *quod proponitur d. l. 92. in princ.* Sextum; Si ignorat, vtrum pro parte, an ex asse sit hæres. *d. l. 29. in prin.* Plane huius exempli replicatio prima est: Nisi ex parte institutus vẽtrem cohæredem habeat, & ignoret cohæredẽ seu posthumum non nasciturum. *l. illud. 5. ff. si pars hæredit. pet. l. 1. §. interdum. ff. d. tt. l. cum quidam. 30. §. suum. ff. de acq. hær. item l. intestato. 3. §. est autem. ff. de suis & legit. hæred. M. I. R. d. exc. 12. repl. 1.* Altera propositi exempli replicatio est; Nisi ex parte institutus ignoret cohæredem suam portionem repudiasse, & ita se ex asse hæredem effectum. *l. si quis. 21. §. fin. ff. de acq. hæred.* Tertia replicatio est: Nisi ex parte se institutum sciens, ignoret pro qua parte sit institutus *d. l. 21. §. sciendum.* Contradicit *l. ex semisse. 74. ff. eod. tt.* Hæc de sexto exemplo eiusq; replicationibus sunt dicta. Septimum propositæ exceptionis exemplum est: Si is, qui hæreditatem adit, ignorat vtrum pure, an sub conditione hæres sit institutus. *l. hæres. 32. §. sed etsi scit. ff. de acq. hæred.* Huius exempli replicatio est; Nisi cũ pure institutus esset, putauit se sub cõditione institutum, eaq; conditione, quam putabat, impleta adiit. *l. sed si 34. §. sed etsi cum. ff. d. tt.* Octauum exemplum est: Si dubitet, vtrum testamentum ex quo adit, valeat, necne? *l. eum qui 51. in princ. & l. cum falsum. 46. ff. eod. tt.* Nonum; Si ignoret hæres conditionem, sub qua institutus est, extitisse. *l. multum. 20. ff. de condit. & demonst. Concordat l. 2. in fin ff. eod. tt. M. I. R. d. except. 12. in pr.* Contradicit *l. si quis. 21. §. fin. ff. de acq. hær.* Hæc de exemplis. Plane propositæ exceptionis replicatio generalis est: Nisi hæres de sua conditione dubitet

dubitet, vel erret, hoc enim ipsi adeunti non obstat. *d. l. 20. l. sed si. 34. in prin. l. qui in aliena. 6. §. si is qui. l. qui putat. 73. §. fin. item l. qui se. 95. ff. de acquir. hæred.* Altera replicatio est; Nisi ignoret tabulas testamenti apertas esse. *l. multum. 20. §. fin. ff. de condit. & demonstr.* Hæc de 15. exceptione sint dicta.

XVI. Exceptio: Nisi coactus adierit vi vel metu. *l. is qui in aliena. 6. §. fin. ff. de acq. hær. l. si metus. 84. ff. d. tt. l. bona. 3. §. inuito. ff de bonor. poss. l. nec emere. 16. C. de iure deliber. item l. vlt. C. vnde legitimi.* Plane is, qui rogatus est hæreditatem restituere, vrgeri potest à fideicommissario, vt hæreditatem adeat, eamq; sibi restituat, idq; ex SC. Trebelliano. *de quo infra lib. 13. dicetur.* is tamen, qui compulsus adiit, defenditur per exceptionem, siue is, qui compulit, postea accipiat hæreditatem, siue non. *l. 1. §. sed si quis ff. de separationib.*

XVII. Exceptio: Nisi iussu quasi domini vel patris adierit. *l. qui putat. 73. §. qui bona. ff. de acquir. hæred. Concordat l. si liber homo. 57. in prin. C. de hæredib. inst. l. cum aliquis. 21. C. de iure deliber. item l. qui in aliena. 6. §. si is qui. ff. de acquir. hæred.*

XVIII. Exceptio; Nisi non tanquam hæres adeundi animo, sed ex alia causa quid in rebus hæreditariis gesserit. *l. pro hærede. 20. ff. de acquir. hæred. Inst. de hæred. qualit. & differ. §. pro hærede. l. 1. C. de repud. hæreditat. l. non hoc. 4. C. vnde legitimi. M. I. R. d. reg. 6. except. 9.* Exempla proponuntur *l. si is. 22. ff. de acquir. hæred.* Aliud exemplum, si quasi socius gesserit, proponitur *l. Iulianus. 42. §. si in societate. & l. duo fratres. 77. ff. d. tt.* Aliud *l. si quis. 72. ff. de acquir. hæredit.* Aliud *l. si quis. 21. in princ. ff. d. tt.* Aliud *l. eum demum. 86. in princ. ff. d. tt.* Aliud est: Si deliberandi animo literas & rationes hæreditarias inspicere desideret. *quod proponitur l. qui hæres. 29. ff. d. tt.* Item aliud est: Si res hæreditarias propter funeris impensas distraxit, vel seruos manumisit. *quod habetur l. 1. C. de iure deliber.* Plura huiusmodi exempla vide *inf. cap. prox. reg. 2. except. 7. cum seqq.* Plane propositæ exceptionis replicatio est; Nisi id faciat vel accipiat, quod citra nomen & ius hæredis facere vel accipere non poterat. *l. pro hærede. 20. §. Papinianus. in fin. ff. de acquir. hæred.*

XIX. Exceptio: Nisi in diem vel sub conditione hæreditas sit adita. *l. actus legitimi. 77. ff. de reg. iur.*

XX. Exceptio: Nisi sub hac conditione, Si soluendo sit; hæreditas sit adita. *l. eum qui. 51. §. fin. ff. de acquir. hæred.*

XXI. Exceptio; Nisi non solenniter bonorum possessio sit petita ab adeunte. reprobatur *Instit. de bon. posseß. §. fin. l. vlt. C. qui ad bonor. possess. admitt. l. Cretionum. 17. C. de iur. deliber. Concordant item ea, quæ proposita sunt sup. eod. cap. in princ. item inf. except. prox.* Plane admittitur exceptio proposita, si causa cognita bonorum possessio sit danda. *l. bona. 3. §. si causa. ff. de bonor. posseß.*

XXII. Exceptio; Nisi nihil hæreditarium attigerit, nec teneatis, qui adit. reprobatur *l. gerit. 87. de acquir. hæred. l. si auia. 6. C. de iure deliberandi. l. si sorori. 14. C. d. tt. item l. non hoc. 4. C. vnde legitimi. M. I. R. d. reg. 6. except. 10.*

XXIII. Exceptio; Nisi ex alia parte edicti adiit, cui nondum delata fuit hereditas. approbatur exemplo *l. filium. 60. ff. de acq. hæred.*

XXIV. Exceptio; Nisi pro parte adierit, pro parte repudiauerit hæreditatem. *l. 1. cum l. seq. & l. ex semisse. 74. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Quod pro parte agnoscens hæreditatem, in solidum hæres fiat, quamuis pro parte saltem velit hæres esse. *l. si solus. 79. in princ. & l. si ex asse. 10. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 4. c. 7. regul. 7.* Altera; Nisi ex pluribus partibus institutus, vnam vel quasdam adierit, quasdam repudiauerit, in quibus substitutum habet. reprobatur *d. l. 79. l. quidã. 20. C. de iure deliberandi. l. cum hæres. 52. §. fin. ff. de acq. hær. l. qui ex duabus. 53. in princ. ff. d. tt. item l. si quis. 33. ff. de hæred. instit. M. I. R. d. reg. 7. except. 1.* Tertia replicatio est; Nisi ex parte institutus, & ex parte substitutus, partem ex qua institutus est adierit, partem ex qua substitutus est repudiauerit. reprobatur *d. l. si quis. 35. in princ. ff. de acquir. hæred. item l. qui patri. 59. ff. eod. tt. M. I. R. d. c. 7. reg. 10. except. 3. replic. 1. dupl. 1.* Plane admittitur replicatio proposita, si institutus, qui adiit, antequam ex substitutione portio deferatur, mortuus sit. hoc enim casu substitutio ad hæredem eius non transfertur. *l. toties. 80. ff. de acquir. hæred.* Quarta replicatio est; Nisi is, cui necessario aliquid in testamento fuit relinquendum, institutus debitam partem agnouerit, reliquam repudiauerit, approbatur exemplo *l. si libertus. 40. ff. de bonis libertorum.* Sed & plura de exceptione proposita eiusq; replicationibus, vide *inf. cap. prox. reg 2. except. 4. repl. 6.*

XXV. Exceptio; Nisi cum infantis nomine hæreditas adita esset, infans statim mortuus sit, reprobatur *l. infantis. 3. C. qui ad bonor. posseß. admittuntur.*

XXVI. Exceptio: Nisi hæreditas non sit soluendo. reprobatur *l. si te. 10 C. de iure deliber.*

XXVII. Exceptio: Nisi rem alienam non hæreditariam, adeundi animo apprehẽderit. reprobatur *l. si quis. 21. §. 1. ff. de acquir. hæred. Concordat l. gerit. 87. ff. d. tt.*

XXVIII. Exceptio; Nisi non intra legitimum tempus adierit, vel agnouerit. approbatur *per ea, quæ habentur sup. c. 19. except. 12.*

Hæc de exceptionibus aduersus aditionem hæreditatis. Sed & plures vide *inf. cap. prox. item sup. c. 9. except. 14.* quæ enim exceptiones repudiationi obstant, eædem obstant quoq; hæreditatis aditioni. *quod approbatur l. si quis. 21. §. 1. ff. de acquir. hæred.*

PRO QVA PARTE ADEVNdo fiat hæres?

II. Regula: Qui ex parte pure, ex parte sub conditione institutus est, nemine cohærede dato, adeundo pro vna parte, ex asse fit hæres. *l. cum hæres. 52. § fin. ff. de acquir. hæred. l. qui ex duabus. 53. in princ. ff. d. tt. item l. si quis. 33. ff. de hæred. instit.*

III. Regula: Ex asse scriptus hæres, pro parte adeundo ex asse fit hæres. approbatur *per ea, quæ proposita sunt supra reg. 1. except. 24 replic. 1. M. I. R. lib. 4. c. 5. reg. 21.*

IV. Regula: Si is, qui adit, cohærede ventrem seu posthumum habeat: interim ex parte quarta hæres erit. *l. antiqui. 3. cum l. seq. ff. si pars hæreditatis petatur. Concordat l. sed etsi. 28. §. fin. ff. de iudiciis. M. I. R. d. c. 7. reg. 7.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi in rerum natura certum sit, eam prægnantem non esse, quæ prægnans esse putatur *l. intestato. 3.*

§.*est autem.ff.de suis & legit.her.l.illud.5.ff.si pars hæred. petat.* Altera exceptio est: Nisi vnum tantum in ventre gerat. *l.cum quidam.30.§.suum.ff.de acq.hær. Concordat l.1.§.si ex trib.ff.de bon.poss.contra tabul.*

v. Regula Si pater & filius simul hæredes instituti sunt; filius iussu patris adeundo, etiam patris portionem acquirit. Idem est in domino & seruis simul institutis. *l.si ego.26.ff.de acquir. hæred.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi pater à sua parte per exceptionem remoueatur. *l.si quis.* 10 *35.§.pen.ff.d.tt.* Altera: Nisi non pater & filius, sed duo fratres, qui sunt in eiusdem potestate, simul sint instituti. *d.l.35.§ fin.*

vi. Regula, Contra tamen patre & filio simul instituris: nisi ex sua parte pater adierit, non ideo ei acquiritur portio filij. *l.si ex.36.ff.de acquir. hæred.*

vii. Regula, Si quis ex sua parte adiit, etiam portionem postea adcrescẽtem acquirit sine noua aditione. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. c.9.except.12.repl 23.* Sed & plura de hac regula aliisq; similibus, vide *inf.cap.prox.reg.2.except.4.*

EVENTVS.

viii. Regula, Si hæres hæreditatem adire differat, quid iuris sit, definitur *l.si quis.23.ff.de hæred. instit.* Plura de hac re vide *sup.lib.2.c.32.item sup.c.9. except.12.* Sed & plures huiusmodi effectus, vide *sup.cap.prox.except.6.*

ix. Regula: Hæres sub conditione institutus, agnita bonorum possessione substituto cauere 30 tenetur. *de quo vide sup.lib.13.cap.11.q.1.except.3.* Hactenus de adeunda hæreditate.

DE REPVDIANDA HÆREditate.

CAP. XIV.

PRima regula: Repudiata hæreditate, hæres nec hæreditatem petere, nec commodis hæreditariis frui potest, quæ regula approbatur simul & distinguitur *per ea, quæ proposita sunt sup. c.9. except.14.*

ii. Regula, Repudiata hæreditate, hæres oneribus hæreditariis obligatus nõ est, nec actionibus hæreditariis tenetur. *l.si paterna.3. C. de reuocandis iis quæ per fraudem.l.vlt.C.de primipilo.l.1.C.de repud.hæred.item l.scimus.22.§.cum igitur.ibi: similiq; modo. C. de iure deliber. item l. eum qui.4.C.arbitrium tutelæ.M.I.R.d.c.7.reg 10.* Plane propositæ regulæ exceptiones hæ sunt. 50

i. Exceptio: Nisi seruus à domino hæres institutus hæreditatem repudiauerit. *Instit. de hæred. qualit.& differ.in princ.Concordat l.necessariis.57.§.fin. ff.de acq.hær.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi seruus hæres institutus, à viuo testatore fuerit manumissus. *Instit. de hæred. instit.§.seruus autem à domino.Concordat Instit.de hæred.qualit.& differ. §.cæteri.ibi, seruus quoq;* Altera replicatio est: Nisi alio modo seruus libertatem sit consecutus. *l.testamento.88 ff.de hæred instit. Concordat l.si seruus.7.in pr.* 60 *ff d.t.* Tertia: Nisi libertas seruo à testatore debebatur. *l.si seruo.82.ff.de hæred. instit. l. pater.52. in fine. ff.d.tt. item l.vlt.§. fin. ff.de vulgari substit.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum sub cõditione, vel in diem seruo libertas deberetur, conditio defecerit, vel dies nondum venerit. hoc enim casu nihilominus testatoris hæres fit necessarius. *d. §.fin.l.seruus 3.§. qui fideicomm. ff. de hæred. institut.l.si seruum.70.§.si quis hæc.ff.de acquir.hæred.* Quarta replicatio est: Nisi seruus testatori pecuniam dederit, vt manumittatur. Hæc replicatio præcedentis replicationis species specialiter approbatur *d. l.70.§.si quis.* Quinta: Nisi seruus hæres institutus, à domino sit alienatus. *Instit.de hæred. instit. §. seruus autem à domino.ibi, quod si alienatus.l.si seruus. 7. in fin. & l.qui filio.38.§.si quis seruum ff.eod.tt.* Huius replicationis duplicatio prima esse videtur; Nisi non ab ipso testatore, sed ab hærede seruus sit alienatus. sed reprobatur *d.l.7.in fine.* Altera duplicatio est; Nisi dominus postea seruum alienatum receperit. *l.quoties.9.§.seruus.ff.de hæred.instit.Concordat l. seruũ.48.in princ.ff.d.tt.* Tertia: Nisi inutilis sit alienatio. approbatur exemplo *l. seruus. 74.ff.de hæred. instituend.* Sexta replicatio est; Nisi seruus testatori cum alio communis hæres sit institutus. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est; Nisi testator postea reliquam serui partẽ redemerit. approbatur simul & distinguitur. *l.sed & si.6.§.si seruum. ff. de hæred. instit. Concordat l.si seruus 16.in pr.ff.de vul.subst.* Altera duplicatio est: Nisi seruus communis ab omnibus dominis hæres sit institutus. *l.duo socij.8 ff.de hæred.instit.*

Mutatio iuris.

Plane iure nouo replicatio proposita reprobatur, *de quo dictum sup. lib. 6. cap. 6. except. 11.replicat.17.*

Septima replicatio est; Nisi seruus tẽpore facti testamenti testatoris non fuerit. tunc.n.hæredem eum institutum, quamuis postea redemerit, necessarius hæres ei nõ efficitur. *l.si alienũ.47.in pr. ff.de hær.inst.* Huius duplicatio est: Nisi seruus castrensis peculij à patre hæres scriptus sit, & filio pater superuixerit. *l.proponebatur. 9.ibi: vnde Marcellus.ff.de castr.pecul.* Octaua replicatio est: Nisi seruus hæres institutus, alij pignori sit obligatus *l.2. C.de necess.hær.* Huius duplicatio est: Nisi seruus debitum creditori offerat. *l.pignori.30.ff.de hæred. instit.* Nona replicatio: Nisi seruus alienus ab hostibus redemptus, hæres sit institutus. reprobatur *l.si seruus.70.in prin.ff.de acq.hær.* Decima: Nisi idem seruus pluriũ dominorum necessarius sit hæres. reprobatur *l.si seruus 65.ff.de acq hær.* Vndecima: Nisi seruus castrensis peculij à patre hæres sit institutus. *l.ex castrensi.18.in princ.ff.de castren.pecul.* Huius duplicatio est: Nisi filio pater superuixerit. quę approbatur *sup.repl 7.dupl.1.* Duodecima replicatio est: Nisi libertas serui hæredis instituti impediatur. *l.si non 81.in prin.ff.de hæred.instit.* Decimatertia: Nisi is, qui soluendo non est plures seruos hæredes necessarios instituerit. *l. qui soluendo. 40.cum l.seq.ff.eod.tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi duobus seruis necessariis hæredibus institutis, alter mortuus sit. *d.l.40.* Altera duplicatio est: Nisi priore loco scriptus. hic enim nihilominus liber & hæres fit necessarius. *l.qui soluendo. 58.ff. de hær.instit.Concordat l.si non. 81.§. temporibus.ff.eod.tt.* Decimaquarta replicatio: Nisi hæreditas à cohęrede serui non fuerit adita. reprobatur *l. ex parte. 58.ff.de acquir.hæred.* Decimaquinta: Nisi seruus, cui directis verbis libertas in testamento data est, postea sine libertate pupillo substitutus sit. reprobatur *l.cum quidam.4.ff. de necessariis hæredibus.*

Decima-

Decimasexta: Nisi dominus testator apud hostes decesserit. reprobatur *l.lege Cornelia.12.§.quare seruus.ff.qui testam.facere possunt.* Hæc de replicationibus propositæ exceptionis, quarum plures vide *supr.lib.9.capit.10.except.98.repl.cat.1.duplic.1.cum sequentibus.*

ii. Exceptio: Nisi suus hæres sit. approbatur quidem iure antiquo legis xii. Tabul. *Inst. de hæred.qual.& differ.§.sui autem, vsq; ad §.cæteri, M.I.R.libro 4.c.7.reg.10.except.1.* Declaratur *Pap.decis.230.* 10 *de qua re vide M.I.R.lib.4.cap.1.reg.4.except.8.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi nepos hæres institutus, post testamentum factum natus sit, viuo adhuc patre suo, qui pater postea emancipatur. hoc enim casu nepos succedendo in locum patris non fit suo hæres necessarius, sed voluntarius, *l.Gallus 29.§. fin. ff. de liberis & posthumis.* Altera replicatio est: Nisi suus sese post mortem parentis dederit adrogandum. *l. sub conditione.20. ff.de liberis & posthumis.* Huius duplicatio est: Nisi 20 post delatam sibi hæreditatem se dederit adrogãdũ. *d.l.20.* Cuius triplicatio videtur esse: Nisi ante apertas tabulas se adrogandum dederit. verum reprobatur *l.seruus.3.§.fin.ff.de hæred. instit.* Tertia replicatio: Nisi suus hæres in potestatem patris recidat. reprobatur *l.qui in aliena.6.§.interdum.ff.de adq.hæred.* Quarta: Nisi pater testator apud hostes decesserit. reprobatur *l.lege Cornelia.12. in fin ff. qui testam facere possunt.* Quinta replicatio est: Nisi ita institutus sit hæres, Si voluerit: vel sub conditione quæ in eius est potestate. *elicitur ex l.iam dubitari.84.§.fin.ff.de hæred. instit.* 30

Mutatio iuris.

Hactenus de iure antiquo, quo exceptio proposita approbatur simul & distinguitur, est dictum. Plane iure nouo Prætorio reprobatur, & suis hæredibus abstinendi potestas præstatur, *l. necessarius.57.ff.de adq.hæred. Concordat Inst. de hæred. qualit.& differ.§.sui autem, in fine.* Huius iuris noui exceptio est: Nisi suus hæres ita institutus sit, Si voluerit hæres esse: vel sub alia conditione, quæ in ipsius est potestate: & is voluerit hæres esse, vel conditioni paruerit. hoc enim casu abstinendi potestatem amplius non habet. *l.iam dubitari.84. §.fin.ff.de hæred.instit.* Plures huius noui iuris exceptiones vide in sequentibus.

iii. Exceptio: Nisi hæres hæredis hæreditatem repudiauerit. *l.si quis.7.§.fin.ff.de adquir.hæred.* Huius replicatio est: Nisi hæres defunctus, ante aditam hæreditatem, vel post eam repudiatam decesserit. hoc enim casu eius hæredi abstinendi potestas datur. *d.l.7.§.si filius. l.ei qui.12.l.Iulianus. 42.in pr.& l.si is.56.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi filius testatoris impuberi fratri fuerit substitutus. hoc enim casu, mortuo fratre impubere, ipse substitutus testatoris hæreditatẽ omittere non potest. *d.l. 42. vers. sed quod in fratre.* Sed plura de hac duplicatione vide *supr.exc.prox. item infr.except.prox.repl.5.dupl.2.* Sed & de exceptione proposita vide plura *infr.repl.5.*

iv. Exceptio: Nisi hæres qui repudiat hæreditatem, antea sese hæreditati miscuit, vel eam adiuit. hoc enim casu rursus se abstinere non potest. *Instit.de hæred.qualit.& differ.§ sed siue is, l.necessariis.57. ibi: puberibus autem.ff.de adquir. hæred. item l. sicut. 4. C. de repud. hæreditate. M.I.R. d.reg.10. exc.3.* Huius replicatio prima est: Nisi impubes hæreditati se miscuerit. *l.impuberibus.11.ff.de adquir. hæreditate. Concordat d.l.57.ibi: sed impuberibus quidem.* Altera replicatio est: Nisi minor vigintiquinque annis temere damnosam adierit hæreditatem. *d.l. 57.ibi, sed tamen & puberibus. Cui concordat Inst.de hæredit.qualit.& differ.§.sed siue is, in fin.* Tertia: Nisi facto inuentario hæreditatem adierit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supra capite 12. quæst.6.* 10 Quarta: Nisi metus causa hæreditatem adierit. *l. si metus.84.ff.de adquir.hæreditate.* Quinta: Nisi alterius hæreditatem adiuit. *l.ei qui.12 ff.d.tt.l.2.C.de legitimis hæredib.l.si liber homo.57.§.fin.ff. de hæred.inst. Concordant item ea quæ proposita sunt supr.except. prox. replic.1.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi eius hæreditatem adierit, quæ antea hæreditatem, de qua agitur, agnouerat. tunc enim vnam hæreditatem adeundo, alteram repudiare amplius non potest. *d. § fin. Cui concordant ea quæ* 20 *proposita sunt supr d except.prox.in princ.* Altera duplicatio est: Nisi ab eo de cuius hæreditate agitur, impuberi filio substitutus, ex substitutione impuberis filij hæreditatem adierit, repudiata patris testatoris hæreditate. hoc enim casu proposita replicatione non defenditur. *l. paterfamilias. 12.ff.de priuilegiis creditorum.* vbi ait Iurisconsultus: Idem in substituto filio hærede seruandum non est. Hic alia exemplaria habent, Seruandum est: omissa particula Non. qua lectione admissa, duplicatio proposita d.l.12. reprobatur: non approbatur. Cui concordat *l.Iulianus.42.in prin.ff.de adq. hæred.* Plane admittitur in filio testatoris impuberi fratri substituto: *vt pater ex d.l.42. in pr.* Sexta replicatio; Nisi pro alia parte adiit hæreditatem, non pro ea quæ nunc defertur, & quidem ex alia causa. reprobatur *l.testamento.6.C. de impub. & aliis substitutis. l.si certarum.17.§. Iulianus. ff. de militari testament. l.si ego.26.ff. de adq hæred. Concordant item ea quæ proposita sunt supr.cap.prox.regul.1.except.24.& reg. 2.item sup.lib prox.cap.22.reg.1.exc.10.* Plane admittitur replicatio proposita primum, si duobus hæredibus institutis, vterque hæreditatem adierit, & postea alter per in integrum restitutionem rursus sit abstentus. eius enim portio alteri inuito non adcrescit. *l.filium. 60.§.fin.ff.de adquir. hæredit.* Huius distinctionis duplicatio prima est; Nisi necessarius defuncti pro parte hæres se abstinuerit. tunc enim alteri eius portio inuito adcrescit, nisi & suam partem relinquat. *l.cum hæreditate.55. ff. d.tt.* Altera; Nisi quis sponte adcrescentem portionem suscipiat. *l.penult.ff.d.tt.* Deinde admitti videtur replicatio proposita, si institutione repudiata, ex substitutione adiuit. Sed hæc distinctio reprobatur *l.si tu.75.ff.de adq hæred.* Plane admittitur, si institutus impuberi testatoris filio substitutus quoque sit. nam hoc casu ex substitutione impuberi succedenti paterna hæreditas inuito non adcrescit, quam repudiauit. *l. quæsitum. 40.ff. eod.tt.* Tertio admittitur replicatio proposita, si is cui adcreuit portio quam recusat, vtranq; portionem tam suam quam adiuit, quam adcrescentẽ, omittere sit paratus. *approbatur inf.repl. prox.* Plures distinctiones, quibus replicatio proposita admittitur, vide *supra d.exc.24.* Septima replicatio est; Nisi ei qui ex sua portione adiuit hæreditatẽ, postea alia portio adcreuerit. hoc enim

caſu in totum ſe rurſus poteſt abſtinere, propoſita exceptione non obſtante. *l. cum hæreditate. 55. cum lege ſequente. ff. de adquirenda hæreditate. Concordat l. ſi pupillus. 79 ff. ad Senatuſconſ. Trebell.* Huius duplicatio prima eſt: Niſi creditores eius parte quam adiuit, ſint contenti. *d. l. 55. in fine.* Altera duplicatio eſt: Niſi poſtquam alterius portio ei adcreuerat, ſuam adierit. *l. ſi duo. 38. ff. de adquir. hæred.* Hæc de replicationibus propoſitæ exceptionis: quarum plures vide *ſupr. cap. prox. reg. 1.*

Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Plane iam dictarum replicationum duplicatio videtur eſſe: Niſi antequam ſe rurſus abſtineat, in iudicio à creditoribus fuerit cõuentus & condemnatus. reprobatur *l. defendente. 21. ff. de authoritate tutorum. Concordat l. penultim. ff. de adquirenda hæreditate.*

v. Exceptio: Niſi repudiata inſtitutione, ex ſubſtitutione adierit. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. except. prox. replicatione 6. diſtinct. 2.* Huius replicatio eſt: Niſi inſtitutus pupillariter quoque ſubſtitutus, omiſſa patris hæreditate, impuberis hæreditatem ex ſubſtitutione adierit: huic enim repudianti ſequens aditio non nocet. *l. quæſitum. 40. ff. de adquir. hæred. Concordat l. Iulianus. 42. in prin. ff. eod. tt.* Huius duplicatio eſt: Niſi ex aſſe, non ex parte inſtitutus, omiſſa inſtitutione ex pupillari ſubſtitutione adierit. hoc enim caſu, quia patris hæreditas non eſt adita, nec pupillare teſtamentum valet. *d. l. 40. verſ. ſed eleganter.* Plane duplicatio hæc magis pertinet ad ea quæ propoſita ſunt *ſupr. cap. 9. except. 14. repl. 1.*

vi. Exceptio: Niſi repudians vel pater eius, in cuius eſt poteſtate, diu hæreditatem poſſederit. *l. qui in aliena. 6. §. ſed etſi non. ff. de adquir. vel amittenda hæredit. Concordat l. ſi filiusfamilias. 10. C. de petitione hæreditatis.*

vii. Exceptio: Niſi repudians patrem ſepeliuit. reprobatur *l. pro hærede. 20. in prin. ff. de adquirenda hæreditate.*

viii. Exceptio: Niſi repudians ſepulchri violati agit. reprobatur *d. l. 20. §. fin. Concordat l. quæſitum eſt. 10. ff. de ſepulcro violato.*

ix. Exceptio: Niſi repudians precium omittendæ hæreditatis acceperit. *l. ſi quæſtionis. 24. ff. de adquirenda hæred. Concordat l. 2. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.*

x. Exceptio: Niſi repudians debitum hæreditarium exſoluit. *l. 2. C. de iure deliberandi.*

xi. Exceptio: Niſi repudians ſeruos aut iumenta hæreditaria pauit, vel diſtraxit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. pro hærede. 20. § ſeruos. ff. de adquir. hæred.*

xii. Exceptio: Niſi repudians ſeruos hæreditarios manumiſit. *l. Iulianus. 42. §. ſi ſeruũ. & l. Pomponius. 85. §. fin. ff. eod. tt.* Huius replicatio eſt: Niſi non vt hæres, ſed ex alia cauſa ſeruos hæreditarios manumiſit. *d. l. 42. §. finali. Concordat l. 1. C. de iure deliberandi.*

xiii. Exceptio: Niſi repudians à ſtatulibero pecuniam conditionis implendæ cauſa accepit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. pro hærede. 20. §. Papinianus. ff. de adquir. hæred.*

xiv. Exceptio: Niſi ſub conditione, quæ in ipſius eſt poteſtate, inſtitutus conditioni paruerit. *l. iam dubitari. 84. §. fin. ff. de hæreditate inſtituenda.* Huius exemplum proponitur *l. Antiſtius. 61. in pr. ff. de adquir. hæred.*

xv. Exceptio: Niſi teſtamentum falſum dixit repudians. *l. cum quidam. 14. ff. de bonorum poſſeſſione.*

xvi. Exceptio: Niſi repudians moriturus petiit, vt in fundo hæreditario monumentum ſibi extrueretur. *l. Pomponius. 85. §. fin. ff. de adquir. hæred.* Plures huius generis exceptiones, quæ pro hærede geſtionem præſumunt, cum ſuis replicationibus vide *ſupr. cap. prox. reg. 1. except. 18.*

xvii. Exceptio: Niſi repudians fundos hæreditarios comparauit. *l. ſi is qui. 90. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi bona fide comparauit. *l. 2. C. de repud. hæred.*

xviii. Exceptio: Niſi non iuſtam repudiandi cauſam habuerit. reprobatur *l. quia. 4. ibi. nec intereſt. item l ſed & ſi. 9. §. quod ſi ſuſpectam. ff. ad Senatuſc. Trebellianum.*

xix. Exceptio: Niſi decreta ſit bonorum poſſeſſio. *l. 1. §. decretalis. ff. de ſucceſſ. edicto.*

xx. Exceptio: Niſi repudians aliquid ex hæreditate amouit, vel amouendum curauit. *l. ſi ſeruum. 70. §. prætor ait. ff. de adquir. hæred.* Huius exceptionis replicatio prima, ſumpta ex re amota, reprobatur *d. l. 70. §. ait prætor.* Altera replicatio eſt: Niſi ſine dolo malo amouerit. *d. l. 70. §. amouere:* Tertia: Niſi poſtquam ſe abſtinuit, amouerit. *d. l. 70. §. finali.*

xxi. Exceptio: Niſi ex cauſa primipili filius defuncti conueniatur: huic enim non prodeſt abſtinuiſſe patris hæreditate. *l. cum ex. 4. C. de primipilis.*

xxii. Exceptio: Niſi non ſolenniter adito prætore vel alia ſolennitate vſus repudiauerit. reprobatur *l. recuſari. 94. ff. de adq. hæred. l. ei qui. 2. ff. d. tt. item l. recuſare. 6. in prin. ff. ad S. C. Trebell.* Hactenus de exceptionibus ſecundæ regulæ.

iii. Regula: Cui exceptio repudiatæ hæreditatis competat, definitur *l. ſi pupillus. 88. ff. de adquir. hæredit.*

iv. Regula: Geſta ab eo qui abſtinuit ſe poſtea hæreditate, rata ſunt habenda. *l. quoties. 44. ff. eod. tt. Concordat l. ſi non. 6. §. ſi pupillus. ff. de rebus iudic. author. poſſid.*

DE COLLATIONE BO-norum.

CAP. XV.

AD officia hæredum pertinet conferre bona & dotem. de qua re nunc agendum.

i. RATIO huius collationis proponitur *l. 1. in prin. ff. de collat. bonorum.*

II. CAVSA EX QVA BONA ſunt conferenda.

Si filius defuncti emancipatus cum liberis vel fratribus, qui in defuncti poteſtate manſerunt, bonorum poſſeſſionem petat: bona ſua illis conferre tenetur. *quæ cauſa ſeu regula approbatur d. l. 1. in pr. l. ſi emancipati. 9. C. de collat. item l. filius. 9. ff. de collat. bonorum. M. I. R. lib. 4. cap. 7. reg. 11.* Huius regulæ exceptiones ſunt hæ.

i. Exceptio: Niſi nullo incommodo affectus eſt is, qui manſit in poteſtate defuncti, per aditionem fratris, ſeu filij emancipati. *d. l. 1. §. pater. Concordat*

cordat l. filium. 20. §. videamus, ibi: & hoc ſit. ff. contra tabul.

ii. Exceptio: Niſi ex teſtamento parenti ſuccedatur, vel filius emancipatus ex teſtamento patris quid acceperit. huius enim nomine ei qui in poteſtate manſit, conferre non tenetur. *d. §. pater. ibi, vel maxime. Cõcordat l. 1. C. de collationib.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi pater collationem præceperit. *d. l. 1.* Altera: Niſi filius in poteſtate retentus & exhæredatus, inofficioſi querela mota, teſtamentum reſciderit. reprobatur *l. pater. 6. cum lege ſequente. ff. de dotis collatione.*

Mutatio iuris.

Plane iure nouo exceptio propoſita tollitur & reprobatur *Nouell. conſt. 18. §. illud quoq;.*

iii. Exceptio: Niſi diuerſo iure ad hæreditatem vocentur emancipatus, & in poteſtate retentus. *l. pater. 6. cum l. ſeq. ff. de dotis collatione. l. filium. 20. §. videamus. ff. contra tabulas.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi æquitatis ratione, vel niſi filio in poteſtate manente hærede inſtituto, filius emancipatus contra tabulas bonorum poſſeſſionem petierit, inſtitutus non petierit. *l. ſi filius. 10. ff. de collat. bonorum. Concordat l. 1. in princ. ff. de dotis collatione.*

iv. Exceptio: Niſi filius per imperiale reſcriptum ſui iuris ſit effectus. reprobatur *l. liberos. 18. C. de collationib.*

v. Exceptio: Niſi filio emancipato legitima iura in emancipatione ſint reſeruata. reprobatur *l. ſi ab eo. 11. in fin. C. de legitimis hæredibus.*

vi. Exceptio: Niſi filius emancipatus fuerit in alterius poteſtate vel familia. reprobatur *l. 1. §. is quoque. ff. de collatione bonor. Concordant ea quæ habentur infr. quæſt. prox. reg. 1.*

vii. Exceptio: Niſi filius in adoptiua familia exiſtens, ab adoptiuo patre fuerit emancipatus. *d. §. is quoq;.* Huius replicatio eſt: Niſi in fraudem ab adoptiuo patre fuerit emancipatus. *d. §. is quoque. verſ. ſed ita demum. Concordat l. ſi quis. 5. in princ. ibi: & tamen & ibi. ff. eod. tt.*

viii. Exceptio: Niſi tempore mortis parentis filius nihil in bonis habuit. approbatur *per ea quæ habentur infr. quæſt. 5. reg. 2. excep. 4.* Sed & eius replicationes ſunt *infr. except. prox. 9. & 10.*

ix. Exceptio: Niſi nepos emancipatus, poſt mortem demum aui editus ſit. *l. 2. in princ. ff. de collatione bonorum.*

x. Exceptio: Niſi filius tempore mortis patris apud hoſtes fuerit. reprobatur *l. 1. §. qui ab hoſtibus. ff. d. tt.*

xi. Exceptio: Niſi teſtator collationem fieri prohibuit. *Nouell. conſt. 18. §. illud quoque. ibi: niſi ipſe admonuerit.*

xii. Exceptio: Niſi filius emancipatus hæreditatem repudiauerit. *l. penultim. C. familiæ erciſcundæ. Concordant ea quæ habentur infra cap. prox. quæſt. 1. except. 3.* Hæc de ſecunda quæſtione, eiuſque exceptionibus ſint dicta: ſed & plures exceptiones vide *infra quæſt. 6. reg. 1.*

III. QVI CONFERRE teneantur?

De parente, in cuius poteſtate eſt is, cui bonorum poſſeſſio competit, proponitur *l. emancipato. 4. ff. de coniungen. cum emancip. liberis. l. 1. §. is quoque qui. ff. de collatione bonorum. item l. ſi quis. 5. in princ. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio eſt: Niſi parens paratus eſt eum, cui bonorum poſſeſſio competit, emancipare. *d. l. 5. in princ. d. §. is quoque qui. d. l. 4. in fine. item l. ſi pater. 6. ff. ſi tabulæ teſt. nullæ extab.*

IV. QVIBVS CONFEREN-da bona?

Regulariter quidem omnibus cohæredibus ſuis emancipatus, vel in aliena familia conſtitutus, conferet. *l. 1. §. 1. ff. de collatione bonor. M. I. R. d. c. 7. reg. 12.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi cohæredes in poteſtate defuncti non permanſerunt. his enim non conferendum. *l. prætor. 3. §. quoties. ff. d. tt. l. 1. §. fin. ff. d. tt. item l. ſi emancipati. 9. in prin. C. eod. tt. M. I. R. d. regul. 1.* Cuius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi cohæres ſit cohæredi hæres in poteſtate morientis conſtituti. *l. 1. §. ibid. ff. de collatione bonorum.* Huius duplicatio eſt: Niſi ſuus cohæres ante acceptam bonorum poſſeſſionem deceſſerit. *d. §. ibidem. verſ quod ſi ante.* Altera replicatio eſt: Niſi emancipatus in locum ſui patris, qui defuncto ſuus hæres fuit, ſuccedat. *Hæc replicatio non abſimilis priori approbatur l. 1. §. ſi ſit filius. ff. de coniung. cum emancipato liber. Concordat d. l. 1. §. emancipatus. ibi. nam etſi alius.* Tertia replicatio eſt: Niſi liberi qui in poteſtate manſerunt, emancipato patri coniungantur. hoc enim caſu emancipato quoque confertur. *d. l. 1. §. fin.* Aliam replicationem vide *M. I. R. except. 1.* Altera exceptio eſt: Niſi filius in poteſtate retentus, teſtamento fuit exhæredatus. huic enim non conferendum. *l. filium. 20. §. videamus ff. de contra tabulas.* Tertia: Niſi poſt mortem parentis, de cuius bonis agitur, filius natus ſit. reprobatur *l. poſthumo. 11. C. de collationibus.* Quarta: Niſi cohæres filius defuncti, & in poteſtate eius eſſe negetur, & ex Carboniano edicto in poſſeſſionem mittatur. reprobatur *l. prætor. 3. §. emancipatus. ff. de collatione bonorum. Concordat l. penult. & vlt. ff. de Carboniano edicto.* Quinta: Niſi is, cui conferendum eſt, nondum ſit natus. *l. vltim. ff. de collatione bonorum.* Sexta: Niſi filius qui fuit in poteſtate morientis, hæreditate ſe abſtinuerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: verum eius replicatio eſt: Niſi aduerſus id quod ſe abſtinuerat, in integrum ſit reſtitutus. *l. 1. §. plane. ff. de collatione bonor.* Septima: Niſi nepotes filio emancipato coniungantur. tunc enim his ſolis nepotibus, non aliis cohæredibus filius emancipatus conferre tenetur. *l. 1. in princ. ibi: iiſque duntaxat. & §. emancipatus. ff. de coniungendis cum emancipatis liberis. l. ſi quis. 5. in princ. ibi, hiſq; duntaxat. ff. ſi teſt. tabulæ nullæ extab. item l. 1. §. ſi ex dodrante, in fin. ff. de collatione bonorum.* Huius exceptionis replicatio videtur eſſe: Niſi filius ſit emancipatus cum duobus nepotibus, quorum alter in locum filij à defuncto fuerit adoptatus. hic enim nepos, quamuis patri non coniungatur, ſed ipſe fratris loco ſit: tamen ei quoq; conferendum videtur. Sed reprobatur *l. prætor. 3. §. fin. in fine. ff. de collatione bonorum.* Octaua exceptio eſt: Niſi cohæredes ſint filius defuncti, & ex alio filio duo pluresue nepotes, vel pronepotes, quorum vnus conferre tenetur: hic enim ſolis fratribus ſuis conferet, non patruo: vel fratribus deficientibus, ſoli patruo, non patruo magno. *l. 1. §. ſi ſit nepos. ff. de dotis collatione. Concordat l. 1. §. fin.*

§.fin.ff.de coniung.cum emancipatis liberis. Nona: Nisi filius emancipatus fratres habeat cohæredes, & ex altero fratre filios vel nepotes. hoc enim casu videtur exemplo superioris exceptionis solis fratribus, non etiam fratris filiis vel nepotibus conferendum. Sed reprobatur l.si nepotes.7.ff. de collat. bonorum. Concordat l.1.§.si sit filius. & §.emancipatus. ibi: nam & si alius. ff. de coniungendis cum emancip. liberis. item l.1.§.si sit nepos. ibi: sed si sit neptis.ff.de dotis collat.

V. QVID ET QVANTVM conferendum?

I. Regula: Pro virili parte singulis collatio facienda, ita vt qui confert, partem faciat. l.1.§.fin. ff.de collat.bonorum. l.2 § si tres. item l.prætor.3.§.quoties ff d.tt. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi diuersarum hæreditatum hæredibus conferat. d.l.2 § si ex emancipato. Altera; Nisi nepotes in patris locum successerint. his enim non virilis portio debetur, sed tanta, quanta eorum patri, si viueret, conferretur. l.si nepotes 7.ff. de collatione bonorum. Concordat l.1.§.emancipatus. ibi: nam et si alius. & §.si sit filius.ff.de coniungendis cum emancip.liber. Tertia: Nisi pater cum filiis sit cohæres. hoc enim casu pater cum filiis vnam habet partem. dicta l.1.§.finali. Quarta: Nisi liberi emancipato patri coniungantur. hoc enim casu partem dimidiam retinet, & reliquam dimidiam filiis confert. d.§.emancipatus.ibi, nunc videamus. Quinta: Nisi nepotes in locum patris succedentes, conferant. hoc enim casu omnes vnam tantum partem faciunt. l.si nepotes.7.in fine.ff.de collat bonorum. Hæc de prima regula.

II. Regula: Vniuersa bona quæ habuit tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, regulariter sunt conferenda. Quæ regula ex superioribus patet. cuius exceptio prima est: Nisi suo hærede ex dodrante, extraneo ex quadrante hærede instituto, filius emancipatus contra tabulas bonorum possessionem petierit. hic enim tantum pro quadrante bona sua conferet. l.1.§.si ex dodrante.ff.de collat.bon. Ex quo colligitur, emancipatum non pro maiore parte bona sua conferre cogi, quam suo hæredi per bonorum possessionem abstulerit: cui tamen sententiæ plures aliæ leges repugnant. Altera exceptio est: Nisi nepotes in locum patris succedentes, conferant. hi enim non vniuersa bona sua, sed pro [illegible] parte quã ex hæreditate capiunt, conferre [illegible] videntur. Sed reprobatur l.2.§.si duo.ff. de collatione bonorum. Tertia exceptio est, quod ad æs alienum deducendum l.ea demum 6.in fine. C.de collationibus. Concordat d.l.2.§.illud autem.ff.de collat.bonorum. Huius exceptionis replicatio est: Nisi sub conditione debeat.d.§.illud. Quarta exceptio est: Nisi post mortem parentis filius qui conferre debet, adquisierit. hoc enim conferendum non est. d.l.6.l.si donatione.13.item l.nec emancipati.15.C.d.tt Huius replicatio est: Nisi fructuum nomine quid sit consecutus l.filius.5.§.fin.ff.de dotis collat. Quinta exceptio est: Nisi quid acceperit ante mortem patris, quod post mortem demum patris ei debebatur. l.Paulus.11 ff.de collat.bonorum. Sexta: Nisi sub conditione quid filio debeatur. Hæc exceptio partim approbatur, partim reprobatur l.2.§.id quoq;. ff.de collat.bonorum. Septima: Nisi ab ipso defuncto quid filius emancipatus adquisierit. reprobatur l.vt liberis.17.§.fin. C.de collationibus. l.si donatione.13. item l.illud.20.in prin.C.d.tt.M.I.R.lib.4.cap.7.reg.13. Octaua: Nisi dignitatis nomine aliquid filio à patre sit datum. l.1.§.sed an.ff.de collat.bonor. Nona: Nisi filius dotem ab vxore accepit: hæc enim conferenda non est. l.1.§.emancip.ff. de collat.bonor. Concordat l.prætor.3.§ emancipati.ff.eod.tt. Decima exceptio est: Nisi quid dotis nomine pro filia sua filius vel alius aliquis dedit. hoc enim conferendũ non est. l.filium.4.ff. de collat bonor. Concordat l.1.§.fin.ff.de dotis collat. Vndecima: Nisi castrense vel quasi castrense peculium sit. l.1.§.nec castrense.ff.de collat.bon. l.filiæ.12. ibi, si hoc neq;, C.de collationib. item l.vt nemini.21. ibi si hoc neq;, C.de collationibus. item l vt nemini 21.ibi, vt enim. C.d.tt. Duodecima: Nisi id sit, quod parentibus in quorum potestate filius extitit, adquiri non potuit. d.l.12. Decimatertia: Nisi castrense vel quasi castrense peculium filij sit, qui est in potestate eius qui conferre tenetur. approbatur simul & distinguitur l.1.§.si is qui bona.ff.de collat.bonorum. Decimaquarta: Nisi stipendia sint, cæteraque salaria. l.cum duobus.52.§.idem Papinianus. ibi: quamuis filius. ff. pro socio. Decimaquinta: Nisi filio legatum sit sub hac conditione, Cum pater eius morietur. approbatur simul & distinguitur l.1 § si emancipato, cum sequente.ff. de collat bon. Decimasexta: Nisi ratione quartæ, quæ impuberi arrogato debetur, lucratus sit. approbatur simul & distinguitur d.l.1.§ si impubere. Decimaseptima: Nisi actione iniuriarum filio debeatur. l.2.§.emancipatus ff.de collat.bonor. Decimaoctaua: Nisi actione furti filio debeatur. reprobatur d.§.emancipatus. Decimanona: Nisi alienauit vel perdidit aliquid filius. hoc enim conferendum non est d.l.2.§.de illis. Huius exceptionis replicatio est: Nisi dolo vel culpa filij perierit. d.§.de illis. Cui concordat l.1.§.conferetur.ff.d.tt. Cuius duplicatio est: Nisi dolo egit ne adquireret, non vt amitteret. d.§.conferetur.

VI. EVENTVS COLLATIONIS, & si collatum non sit.

I. Regula: Si nec cautum, nec collatum sit: filio emancipato bonorum possessio denegatur. l.posthumo.11.in fin.C.de collat l.filiam.16.C.d.tt.item l.postquam.5.§.Imperator ibi, sicuti cum.ff.vt legator.causa caueatur. Huius regulæ præter exceptiones supr. quæst.2. enumeratas, & aliæ sunt: quarum prima est: Nisi propter inopiam cauere non possit. l.2.§.fin.ff.de collat.bonor.l.1.§ si frater, & §.si cum duobus.ff.eod.tt.item l.postquam.5.§.Imperator.ibi, sicuti cum ff.vt legator.causa caueatur.

II. Exceptio: Nisi collatum sit, vel postea conferre sit paratus. approbatur simul & distinguitur l.1.§.quamuis.ff.de collat.bonor. Huius replicatio prima est: Nisi cum non satis constet de bonis emancipati, non caueatur. d.§.quamuis.vers.sed cum possint. Altera: Nisi cum duobus cõferre deberet, alteri contulerit, alteri nõ, approbatur certo modo d.l.1.§.si cum duob. Tertia: Nisi non vniuersa bona contulerit. approbatur simul & distinguitur per ea quæ proposita sunt supr.quæst.prox.reg.2. Quarta: Nisi post acceptam demum bonorum possessionem, conferre sit paratus. reprobatur l.prætor.3 in prin.ff.de collat.bonor. Quinta: Nisi antea per contumaciam, vel alio animo conferre noluit. repro-

batur

batur l.1.§.quod si per. & §.si cum duobus. ibi, sic tamen. ff.de collat.bonor.item l.nonnunquam.8.ff.d.tt. Hæc de secunda exceptione.

III. Exceptio: Nisi de bonis conferendis cautum sit: approbatur simul & distinguitur l.1.§.iubet.ff.de collat.bon. Huius replicationes eædem sunt quæ superioris proximæ.

IV. Exceptio: Nisi in bonis paternis tantum remittat, quantum conferre debet. d.l.1.§.quamuis.ibi, sed etsi tantum.

V. Exceptio: Nisi rem aliam pro portione conferenda dederit. d.§.quamuis.vers.etsi nomen.

VI. Exceptio: Nisi diuisio hæreditatis facta sit. reprobatur l.si soror.8.C.de collationib. Hæc de prima regula, cuius plures exceptiones vide supr.q.2.

¶ II. Regula: Soli ei qui in potestate defuncti mansit, prodest non conferenti denegatas actiones, non aliis eius cohæredibus. l.2.§.si duo.ff.de collat. bonor. Concordat l.prætor.3.in princ. ibi, sed si non cauerit.ff.d.tt.

III. Regula: De curatore bonis constituendo, vel danda portione ei qui in potestate est, si caueri non possit, vide supr.reg.1.except.1.

IV. Regula: Si cautum sit, sed non collatum: actio in non conferentem datur in id, quanti ea res est. l.si quis.5.§.fin.ff.de collat.bonor. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non sit interpellatus. d.§.fin. Altera exceptio: Nisi partem contulit. reprobatur d.§.fin. Tertia: Nisi conferre non possit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est: Nisi dolo eius factum sit, quo minus possit. d.§.fin. Quarta exceptio est: Nisi se à bonorum possessione abstineat. l.prætor.3.§.emancipatus ff.de collat.bonorum.

V. Regula: Si is qui contulit, postea sese abstineat hæreditate: condictione id quod contulit, repetit. d.§.emancipatus.vers.sed & si.

DE DOTIS ET ANTENVPTIALIS donationis collatione.

CAP. XVI.

I. CAVSA EX QVA DOS ET ANTE nuptias donatio conferenda, cum suis exceptionibus.

SI ea quæ defuncto parenti succedit, dotem accepit, vel is qui succedit, donationem ante nuptias: in diuisione hæreditatis fratribus eam conferre tenetur. l.vt liberis.17.C.de collationibus. l.pactum.3.in fin.C.eod.tt.item l.quoniam.29.C.de inoffic.testam. Plane propositæ causæ seu regulæ exceptiones sequuntur: in quibus si quid de dote conferenda vel non conferenda dicetur, idem etiam de antenuptiali donatione erit intelligendum. Quod & in sequentibus aliis quæstionibus & regulis obseruari debet.

I. Exceptio: Nisi filia à patre hæres sit instituta. l.filiæ.4.in prin.& l.filiam.7.C.de collationib. Huius replicatio prima est; Nisi parens testator conferri dotem iusserit. d.l.7. Concordat l.vnica.§.videamus igitur, in fin.C.de rei vxoriæ actione. Altera replicatio videtur esse: Nisi filia hærede instituta, contra tabulas bonorum possessio sit accepta. Sed reprobatur per ea quæ proponuntur infr. except. prox. Tertia: Nisi filia hæres instituta, cum fratre emancipato præterito, omissa causa testamenti ab intestato successerit. reprobatur l.filius.5.ff.de dotis collat. Plane exceptio proposita iure nouo videtur sublata, de quo supr.c.prox.quæst.2.exc.2.in fin.

II. Exceptio: Nisi contra tabulas bonorum possessione accepta, filia in testamenti tabulis hæres sit instituta. l.si filia.3.in prin.ff.de dotis collat. Concordat l.si filius.23.in fin.ff.si quis omissa causa test. Plane propositæ exceptionis replicatio est: Nisi filia in testamento ex minore parte hæres instituta, per contra tabulas bonorum possessionem plus acceperit. approbatur simul & distinguitur d.l.3.

III. Exceptio: Nisi filia parenti defuncto non successerit. l.vlt.ff.de dotis collatione.l.pen. & l.si pater.4.ff.eod.tt. Huius exceptionis replicatio prima: Nisi legatum à defuncto filia acceperit. reprobatur d.l.4. Cui concordat l.à patre.10.C.de collationib. Altera replicatio est: Nisi omisso iure prætorio, ex iure ciuili filia patri successerit. l.1.in princ.ff.de dotis collat. Sed de hac replicatione vide supr. item cap.prox.quæst.2.except.3.repl.1.

IV. Exceptio: Nisi filia in defuncti potestate manserit. reprobatur l.filiæ.12.cum l.sequente.C.de collationibus.

V. Exceptio: Nisi filia in alterius sit potestate seu familia. reprobatur l.2.ff.de dotis collat. Plura de exceptione proposita vide supr.cap.proxim.quæst.2.except.6.

VI. Exceptio: Nisi matrimonium adhuc duret, cuius dos erat conferenda. reprobatur l.dotis.5.C.de collationib. Concordat l.si filiæ.20.in princ.ff.familiæ erciscundæ. Plane pater filiæ, suis fratribus conferens dotem, quam pro filia dedit, constante matrimonio conferre non tenetur. quæ distinctio approbatur l.pater.71. ibi: nec conferre.de euictione. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.prox.quæst.5.reg.2.except.10.

VII. Exceptio: Nisi cum filia fratribus de conferenda dote cauisset hoc modo, vt quod à marito recuperasset, solueret: ipsa cõstante matrimonio decesserit, reprobatur d.l.20.in prin.

VIII. Exceptio: Nisi dote sub conditione promissa, conditio adhuc pendeat. reprobatur l.1.§.si sub.ff.de dotis collat.

IX. Exceptio: Nisi pater diuiso inter liberos patrimonio, filio multo amplius quam filiæ reliquerit. l.ex parte.39.§.1.ff.familiæ erciscundæ.

X. Exceptio: Nisi aduersarius vicissim non conferat ea quæ à defuncto accepit. l.illud.20.§.adhæc.C.de collationibus. Concordat l.filiæ.12.in fin.item l.vt liberis.17.§.fin.C.d.tt.

XI. Exceptio: Nisi alius dotem reddi sit stipulatus, non filia. l.1.§.si in stipul.ff.de dotis collat. Huius exceptionis replicatio est: Nisi alius mulieris negotium gerens, stipulatus sit vel acceperit. d.§.si in stipulationem. Cui concordat l.vt liberis.17.ibi: nulla discretione.C.de collationibus.

XII. Exceptio: Nisi promissa tantum dos sit pro muliere, nondum data. reprobatur d.l.1.§.etsi tantum. & §.filiam. Concordat l.2.C.de collationib.

XIII. Exceptio: Nisi non à defuncto, sed ab alio dos pro filia data sit. approbatur simul & distinguitur l.filiæ.4.l.vt liberis.17.item l.illam.19.§.talem igitur.C.eod.tt. Huius replicatio est: Nisi iis qui in potestate defuncti fuerunt, dos fuit conferenda, non emancipatis: tunc enim etiam aliunde adueniens dos est conferenda. d.l.4.

Muta-

Mutatio iuris.

Plane replicatio hæc mutari ac tolli videtur *l. vlt. C. eod. tt.*

XIV. Exceptio: Nisi maritus soluendo non sit. approbatur *per ea quæ proponuntur infr. quæstione 4. regula 4.*

XV. Exceptio: Nisi diuisio hæreditatis sit facta. reprobatur *l. si soror. 8. C. de collationibus.* Hæc de exceptionibus aduersus collationem dotis. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *supr. c. prox. quæst. 1.*

II. QVI CONFERRE DOtem teneantur?

I. Regula, De patre in cuius potestate est ea, cuius dos est, proponitur *l. 2. in fin. ff. de dotis collat.* Plura de hac regula vide *supr. cap. prox. quæst. 3.*

II. Regula, De hæredibus mulieris, habetur *l. illam. 19. C. de collat.*

III. QVIBVS DOS EST conferenda?

Regulariter quidem omnibus cohæredibus filiæ dos est conferenda. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. quæstion. 1 in princip.* Huius autem regulæ exceptio prima: Nisi cohæres in familia seu potestate defuncti non fuerit. reprobatur *l. filiæ. 4. in fin. C. de collationib. Concordat l. vt liberis. 17. in princip. C. d. tt.* Altera: Nisi cohæredis hæres sit, vel fratris filius vel filia. reprobatur *l. si maritus. 14. C. de collationibus. Concordat l. illam. 19. C. eod. tt.* Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *sup. cap. prox. quæst. 4.*

IV. QVID ET QVANTVM dotis nomine conferendum?

I. Regula: Pro virili parte dos conferenda, ita vt conferentis persona partem faciat. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. quæst. 5.*

II. Regula, De vsuris conferendis, si in collatione mora sit facta, proponitur *l. filius. 5. §. fin. ff. de dotis collatione.*

III. Regula, De impensis deducendis, *l. 1. §. cum dos. ff. eod. tt.*

IV. Regula: Si maritus non sit soluendo: id quod maritus facere potest, tantum conferendum. *d. §. cum dos.* Huius regulæ exceptio est: Nisi cum mulier, marito ad inopiam vergente, dotem repetere posset, id culpa sua non fecit: tunc enim in solidum conferenda dos est. *Nouell. const. 97. §. sed & illud.* Hæc de quarta regula.

V. Regula: Si dos tantum promissa, non etiam data est: filia fratres pro portionibus hæreditariis liberare tenetur. *quæ regula approbatur per ea quæ habentur supr. quæst. 1. except. 12.*

V. EVENTVS COLLAtionis dotis.

Si mulier non conferat dotem, denegantur ei actiones hæreditariæ. *l. filiæ. 12. in princip. C. de collationibus. l. si maritus. 14. item l. filiam. 16. C. d. tit.* Sed & plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *supr. d. reg. 1.*

DE VINDICANDA MORTE DEFVNcti, & quæstione de familia necati habenda, suppliciogq; sumendo.

CAP. XVII.

AD officia hæredis pertinet etiam vindicare mortem testatoris occisi, & de seruis quæstionem habere: de quo restat agendum.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS DE SERuis quæstio habenda, & supplicium sumendum est.

Si cum dominus vim paceretur & occideretur, seruus ei auxilium non tulit. *Hæc causa seu regula approbatur l. 1. in prin. & l. cum dominus. 19. ff. de Senatusconf. Silaniano. M. I. R. lib. 4. cap. 7. reg. 15.* Huius causæ seu regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi non dominus, sed alius quis occisus dicatur. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi aliquis ex liberis domini sit occisus. *l. 1. §. domini appell. ff. de S. C. Silaniano.* Huius duplicatio prima: Nisi is qui occisus est ex liberis domini, non fuerit in eius potestate. reprobatur *d. §. domini appell.* Altera duplicatio est: Nisi filius domini alij in adoptionem datus, occisus sit. *d. §. domini autem.* Tertia: Nisi filius domini adoptiuus sit occisus. reprobatur *d. §. domini autem.* Quarta: Nisi filio occiso, matris, non patris seruus adfuerit. *d. l. 1. §. de matris.* Quinta: Nisi filio domini occiso, pater sit apud hostes. reprobatur *d. l. 1. §. si pater.* Sexta: Nisi post mortem domini filius eius sit occisus. *d. §. si pater.* Septima: Nisi seruo in testamento pure legato vel manumisso, filius domini post mortem patris occisus sit. reprobatur *ibid.* Octaua: Nisi filius domini exhæredatus occisus sit. approbatur simul & distinguitur *l. si exhæredatus. 10. in prin. ff. de S. C. Silaniano.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi pater domini sit occisus. *l. 1. §. si pater. ff. de S. C. Silaniano.* Tertia: Nisi alumnus domini sit occisus. reprobatur *d. l. 1. §. domini appel. in fin.* Quarta: Nisi maritus vel vxor domini sit occisus vel occisa. *d. l. 1. §. si vir.* Huius duplicatio est: Nisi à marito domino vxor sit occisa, vel contra. reprobatur *l. si quis. 3. §. si maritus. ibi: sed si exaudissent. ff. de S. C. Silaniano.* Quinta: Nisi domini gener vel nurus occisus occisaue sit. *l. 1. §. sed neque. ff. de S. C. Silaniano.* Sexta: Nisi occisus bona fide seruum possedit, vel vsumfructum in eo habuit. reprobatur *d. l. 1. §. qui seruum.* Hæc de prima exceptione.

II. Exceptio: Nisi serui vsusfructus alienus sit. reprobatur *d. l. 1. §. 1.*

III. Exceptio: Nisi seruus alij pignori datus sit. reprobatur *d. l. 1. §. seruus.*

IV. Exceptio: Nisi seruus pro parte alterius sit. reprobatur *d. l. 1. §. domini.*

V. Exceptio: Nisi seruus alij legatus sit. reprobatur *l. 1. §. serui appell. & §. si pater ab hostibus. vers. idem Scæuola. ff. de S. C. Silaniano.*

VI. Exceptio: Nisi seruo libertas sit relicta. reprobatur *d. §. serui appell. Concordat l. si quis. 3. §. de his quoq; & §. de his qui ante. ff. d. tt.* Plane admittitur in eo cui fideicommissaria libertas pure est relicta, *l. 1. §. serui appell. ibi: sed in eo. ff. de S. C. Silaniano.*

VII. Exceptio: Nisi non seruus occisi sit, sed liber-

libertus. reprobatur *l. si exhæredatus. 10. §. finali. cum l. seq. ff. d. tt.*

VIII. Exceptio: Nisi seruus impubes sit, *l. 1. §. impubes. & §. impuberi. ff. de S. C. Silaniano.* Huius replicatio prima est, Quod terreri saltem & ferula cædi impubes debet, *d. §. impuberi.* Altera: Nisi nõ multum sit à pubertate. Tertia: Nisi postea cædem non prodidit. Quarta: Nisi impubes particeps cædis fuit. Hæ tres posteriores replicationes approbantur *l. excipiuntur. 14. ff. eod. tt.*

IX. Exceptio: Nisi seruus ætate defectus sit. *l. si quis. 3. §. ignoscitur. ff. eod. tt.*

X. Exceptio: Nisi seruus ob valetudinem opem ferre non potuit, *d. l. 3. in princip. M. I. R. d. reg. 15. except. 3.*

XI. Exceptio: Nisi seruus surdus, cæcus, mutus vel furiosus sit. *d. l. 3. §. ignoscitur.*

XII. Exceptio: Nisi seruus absens fuit, & non sub eodem tecto. approbatur & declaratur *l. 1. §. hoc autem Senatusc. vsq; ad §. impubes. ff. de S. C. Silaniano.* Declaratur item *l. talis. 12. C. de his quibus vt indignis.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi seruus absens etiam dominum clamantem audire potuit. *quæ replicatio ex iam propositis constat.* Altera: Nisi seruus à domino periclitante profugerit, hoc enim casu absentiæ ratione non excusatur. *d. l. 1.* Tertia: Nisi absens seruus sceleris fuit conscius. *d. §. hoc autem Senatusconsultum.*

XIII. Exceptio: Nisi metu mortis seruus domino auxilium non tulit. reprobatur *l. 1. §. hoc autem Senatusconsultum. ibi: serui quoties. & §. hoc rescriptum. ff. de S. C. Silaniano. M. I. R. d. reg. 15. except. 3.*

XIV. Exceptio: Nisi seruus non potuit domino ferre auxilium. *l. 1. §. occisorum. ibi: hoc idcirco. & l. si quis. 3. §. si cum omnes. ff. d. tt.* Quo §. exceptio proposita approbatur (*cui accedit M. I. R. d. reg. 15. except. 1.*) simul & prima eius replicatio reprobatur, hæc scilicet: Nisi cum plures domini inuaderentur, vni auxilium tulit, alteri non. Altera replicatio est: Nisi non clamauerit seruus. tunc enim quamuis alia ratione auxilium ferre nõ potuit, non tamen excusatur. *l. cum dominus. 19. ff. de S. C. Silaniano. & l. 1. §. hoc autem. ibi: serui quoties. & §. hoc rescriptum. ff. d. tt. M. I. R. d. except. 1. repl. 1.* Tertia: Nisi aliqua ratione domino auxilium ferre potuit, nec fecit, quamuis illum liberare non potuerit. *d. l. 19.*

XV. Exceptio: Nisi seruus vulneratus fuit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. penultim. ff. de S. C. Silaniano.*

XVI. Exceptio: Nisi seruus fuerit inclusus vel vinctus. *l. si qua. 3. §. subueniatur. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi data opera se includi passus sit. Altera: Nisi cum posset erumpere, non erupit. *quæ duæ replicationes ex d. § constant.*

XVII. Exceptio: Nisi seipsum interfecerit dominus. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. si sibi manus. ff. de S. C. Silaniano.*

XVIII. Exceptio: Nisi hæres defunctum, vel vnus ex dominis alterum occidisse dicatur. reprobatur *l. etsi certus. 6. §. quamuis. ff. d. tt.*

XIX. Exceptio: Nisi maritus ab vxore, vel contra vxor à marito in cubiculo occidatur. approbatur simul & distinguitur *l. si quis. 3. §. si maritus. ff. de S. C. Silaniano.*

XX. Exceptio: Nisi maritus vxorem in adulterio deprehensam occiderit. *d. §. si maritus.*

XXI. Exceptio: Nisi dominus non sub tecto, sed in itinere sit occisus. reprobatur *l. 1. §. cum dominus. ff. eod. tt.*

XXII. Exceptio: Nisi non per vim vel cædem, sed veneno vel alio clandestino modo. *l. 1. §. occisorum. ff. de S. C. Silaniano.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi per vim venenum sit infusum. *d. §. occisorum.* Altera: Nisi seruus sceleris conscius vel particeps fuerit. *approbatur ibidem.*

XXIII. Exceptio: Nisi appetitus tantum, non occisus sit dominus. *l. etsi certus. 6. § fin. cum l. seq. ff. de S. C. Silaniano.*

XXIV. Exceptio: Nisi non constet dominum esse occisum. *l. 1. § item illud. ff. d. tt.*

XXV. Exceptio: Nisi certus sit percussor. reprobatur *d. l. 6. in prin. ff. d. tt.*

XXVI. Exceptio: Nisi tulerit auxilium seruus. *l. 1. § excusantur. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg 15. except. 4.* Huius replicatio prima est: Nisi dolo malo tulit auxilium. *d. § excusantur. M. I. R. d. except. 4. replic. 1.* Altera: Nisi nihilominus dominus interfectus sit, saluo seruo. reprobatur *ibidem. M. I. R. d. except. 4. replic. 3.* Tertia: Nisi non pro virili sua auxilium tulit, *approbatur ibid. M. I. R. except. 4. repl. 2.*

XXVII. Exceptio: Nisi dominus superuluens nihil de quoquã seruorũ est conquestus. *d. l. 1. §. fi.*

XXVIII. Exceptio: Nisi mortifere vulneratus dominus testamento facto officium seruorum purgauit. *l. 2. ff. eod. tt.*

II. QVOMODO DE SERVIS QVÆstio habenda & supplicium sumendum?

I. Regula: Quid quæstio significet, definitur *l. 1. § item illud, in fin ff. de S. C. Silaniano.*

II. Regula: Quid quærendum primo, quid deinde, definitur *l. prius. 17. ff. d. tt.*

III. Regula, De probatione criminis, proponitur *l. si quis. 3. §. 1. ff. d. tt.*

III. QVANDO QVÆSTIO habenda & supplicium sumendum?

I. Regula: Ante apertas testamenti tabulas quæstio habenda. *l. si quis. 3. §. quod ad causam. ff. de S. C. Silaniano.* Plura de regula proposita eiusq; exceptionibus vide *infr. quæst. prox. reg. 7.*

II. Regula: Ante aditam hæreditatem quæstio habenda, & supplicium de seruis sumendum. *d. l. 3. §. non tantum. Vide item infr. quæst. prox. reg 8.*

IV. EVENTVS QVÆSTIONIS habendæ vel habitæ, & supplicij sumpti.

I. Regula: Si seruus alienatus fuit, de quo supplicium sumptum est, precium emptori à venditore reddendum. *l. Senatusconsulto. 8. in pr. ff. de S. C. Silaniano.*

II. Regula, De præmio eorum qui requirunt seruos fugitiuos, & denunciant, proponitur *l. lege Cornelia. 25. in prin. ff. d. tt.*

III. Regula, De seruis fugientibus, quibus in testamento libertas est relicta, habetur *d. l. 25. §. 1.*

IV. Regula: Qui seruum sceleris obnoxium receperit vel celauerit, lege de sicariis tenetur. *l. si quis. 3. §. si quis eorum. ff. de S. C. Silaniano.*

V. Regula: Seruus qui necem domini vindicat vel arguit, liber fit. approbatur quidem ipso iure; verum eius exceptio prima est: Nisi nõ vltro

ad accusandum seruus venit, sed accusatus ipse crimen in alium transtulit. *d.l.3.§.vtrum autem.ff. de S.C.Silaniano.* Altera: Nisi seruus ad libertatem perduci non possit. reprobatur *d.l.3.§.hi quoque.* Tertia: Nisi seruus alij ex stipulatu debeatur. reprobatur *d.l.3.§.si ex stipulatu.* Quarta: Nisi seruus alij sit legatus. reprobatur *l.seruum.12 ff.d.tt.* Quinta: Nisi seruus testatori cum alio communis fuit. reprobatur *l.domino.16.ff. d.tt.*

VI. Regula: Si ob quæstionem de familia habendam, & sumendum supplicium, non possit adiri hæreditas: nihilominus hæreditas ad hæredes hęredis defuncti transmittitur. *de quo sup.lib.9. cap.20.reg.1.except.1.repl.4.* Item, si ob eandem causam tabulæ testamenti aperiri non potuerunt. & ob id conditio intra certum diem implenda fuit ignorata: excusatur hæres. *de quo infr.lib.14.cap.2. except.23.* Idem est, si is cui libertas in eodem testamento relicta est, damnum aliquod ob moram aditionis passurus esset. *l. cum Silanianum.11. de his quibus vt indignis.*

VII. Regula: Si ante quæstionem de familia habitam tabulæ testamēti apertę sint, in centum aureos actio datur popularis. *l.lege Cornelia.35.§.ex hoc edicto.ff.de S.C.Silaniano.* Item: Si ante quæstionem de familia habitam tabulæ testamenti apertæ sint; hæredi tanquam indigno hæreditas auferitur, & fisco vindicatur. *l.si ea.3. C. de his quibus vt indignis.* Huius duplicis regulæ seu pœnæ exceptio prima est: Nisi dominus veneno vel alio clādestino modo perierit. *l.1.§.occisorum, in fine.ff.de Senatusc Silaniano.* Altera: Nisi testator ipse sibi mortem consciuit. *d.l.1.§.si quis non.* Tertia: Nisi tabulæ non fuerint ligatæ vel consignatæ. reprobatur *l.si quis.3.§.aperire.ff. eod.tt.* Quarta: Nisi clam, non palam aperuit. reprobatur *d.§.aperire.* Quinta: Nisi quis ignorans testatorem esse occisum, aperuit. *d.l.3.§.si quis ignorans. Concordat l.si antequam.23.ff.eod tt.* Sexta: Nisi sine dolo malo aperuerit. *d.§.si quis ignorans.* Septima: Nisi linum tantum inciderit, non autem tabulas aperuerit. *d.l.3.§.si quis tabulas.* Octaua: Nisi non totum testamentum, sed partem tantum eius aperuit. reprobatur *d.l.3.§.si autem non.* Nona: Nisi codicillos tantum aperuit, non testamentum. reprobatur *d.l.3.§.si quis codicillos.* Decima: Nisi id quod iure non valet, aperuit, reprobatur *ibid.* Vndecima: Nisi pupillares tabulæ tantum sint apertæ. reprobatur *d.§.si quis codicillos.in fin.* Duodecima: Nisi alius aperuit, non reus conuentus. *l. si de pluribus.27.ff.de S.C.Silaniano.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi reo consentiente alius aperuit. *d.l.27.* Altera replicatio est: Nisi reus testamentum ab alio apertum recitauit, aut descripsit. *l.si quis.3.§.si alius aperuit.ff.d.tt.* Decima tertia exceptio est: Nisi quinquennium prēterierit. Hæc exceptio seu præscriptio approbatur simul & distinguitur *l.in cognitione.13.ff. eod.tt.*

VIII. Regula: Si ante quæstionē de familia habitam, & sumptū supplicium, hæreditas adita sit: supradicto edicto Prætoris est locus. *l.si quis.3.§.nō tantū.ff.de S.C.Silaniano.* Et bona publicantur. *l. necessarios.5.§.1.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.15.in prin.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi veneno, vel alio clandestino modo testator perierit, non per vim. *l.1.§.occisorū.in fin.& l.propter.21.in pr.ff.eod.tt.M.I.R. d.reg.15.excep.1.* Huius replicatio est: Nisi à familia dominus veneno interfectus dicatur. *d.l.21.in pr.* Altera exceptio: Nisi necessarius sit hęres. reprobatur *d.l.5.in prin.* Tertia exceptio: Nisi bonorum possessio petita, non hæreditas adita sit. reprobatur *d.l.5.in pr.* Quarta exceptio, sumpta ex specie bonorū possessionis petitæ, reprobatur *d.l.5.* Quinta: Nisi nō constet, testatorē esse occisum. *d.l.5.§.1.* Sexta: Nisi incuria testator necatus sit, vel medici insidiis. *d.l.5.§.fin.* Septima: Nisi testator filiusfamilias de castrēsi peculio sit testatus; reprobatur *l.Senatusconsulto.8.§.fi.ff.de S.C Silanian.* Octaua: Nisi hæres res vrgentes hæreditarias disponat, non adeundi animo. *l.hæres.20.ff.d.tt.* Nona: Nisi hæres suspectam hæreditatem dicens, eam compellatur adire & restituere. *l.si antequam.23.cum l.seq.ff. d.tt.* Decima: Nisi de inofficioso testamento saltem egit hæres. *l.& de inofficioso.18.ff.de S.C.Silaniano.* Plura de regula proposita vide *infr.reg.prox.*

De actione inultæ mortis.

IX. Regula, Si hæres non vindicauerit mortem defuncti, hæreditate tanquam indignus priuatur. *l.portiones.21.ff. de his quæ vt indignis. Concordat l. ei qui.20. ff.d.tt. M.I.R. lib.4.cap.4.except.4.* Huius regulæ exceptio prima videtur esse: Nisi hærede scripto omnimodo portio hæreditatis fuit relinquenda, veluti patrono. sed reprobatur *d.l.21. Concordat l.si sequens.15.§.fin.ff. de S.C.Silaniano.* Altera; Nisi quis incuria, vel medici insidiis sit necatus. reprobatur *l.necessarios.5.§.fin.ff.de S.C.Silaniano.* Tertia; Nisi defunctus veneno interfectus sit, reprobatur *l.cum fratrem.9. C. de his quibus vt indignis.* Quarta exceptio est; Nisi hæres minor fuerit annis vigintiquinque. *l.minorib.6.C.eod.tt.* Quinta; Nisi cædis authores reperiri non possint. *l.si ideo.7.C.eod.tt.* Sexta; Nisi hæres ab alio sit prēuentus. *l.sororem.10.C.d.tt.* Septima; Nisi accusationem hæres peregerit ad vindicandam defuncti mortem. *l.propter.21.§.fin ff.de S.C.Silaniano.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi perfunctorie accusatoris officio hæres sit functus. *d.§.fin.* Altera; Nisi reo absoluto non prouocauit. reprobatur *d.§.fi.* Tertia; Nisi appellatione à reo condemnato interposita, hæres appellationem non est prosecutus. approbatur simul & distinguitur *l.minorib.6.C.de his quib. vt indig.* Octaua exceptio videtur; Nisi hæres qui mortem defuncti vltus non est, sit mortuus. sed reprobatur *l.Caius.22.ff. de S.C.Silaniano.* Nona; Nisi ab intestato hæreditas competat. reprobatur *l.si sequens.15.§.fin.ff.de S.C. Silaniano.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *in duabus regulis proxime præcedentibus.*

X. Regula, Cui accusatio inultæ mortis competat? definitur in eo qui debitum fideicommissum à reo hærede accepit, *l.fideicommissum.26.ff.de S.C.Silaniano.*

XI. Regula, Quid veniat in actionem inultæ mortis? De fructibus proponitur *l.hæredem.17.ff. de his quæ vt indignis. Concordat l.1.C.eod.tt.* De legato hæredi relicto: hoc quoque priuatur. *l.si sequens 15.§.cum ex parte.ff. de S.C.Silaniano.*

XII. Regula, Euentus huius actionis primus est, Quod hæreditas hæredi mortem defuncti non defendenti ablata, ad fiscum pertineat. *quæ regula constat ex supradictis.* Eius autem regulæ exceptio hæc esse videtur; Nisi alius defuncti vindictā suscepit.

suscepit. quæ tamen reprobatur *d.l.15.in prin. Concordat l.sororem.10.C.de his quibus vt indignis.* Secundus effectus est, Quod actiones hęreditariæ non aduersus hæredē, cui hæreditas est ablata, sed aduersus fiscum competat. *de quo dicetur infr.de actionibus.* Tertius effectus est, Quod hæredi, cui tanquam indigno hæreditas ablata est, confusæ actiones sint restituendæ, siquidem negligentia defuncti vindictam omisit: sin autem dolo malo, non sint restituendæ. *De qua re dicetur alibi in confusione obligationum.* Hactenus de officiis hæredum post delatam hæreditatem, quibus non præstitis, à petitione hæreditatis per exceptionem submouentur. Nunc de actionibus, quæ pro persequenda hæreditate competunt, nobis est dicendum.

FINIS LIBRI DECIMI.

DE ACTIONIBVS, QVÆ PRO HÆREDITATE persequenda competunt.

LIBER VNDECIMVS.

DE PETITIONE HÆREDITATIS, prima actio.

CAP. I.

I. GENVS HVIVS actionis.

PRima regula: Mixta est actio, proprie tamen in rem. *l.sed & si 25.§.petitio.ff. de petitione hæred. l.sin autem.27.§.sed & is.ibi: cum enim in hæred.ff. de rei vendic. item l.hæreditatis.7.C.de petit. hæredit.*

II. Regula: Bonæ fidei actio est. *l. vlt.§ fi.C.d.tt.*

II. SPECIES HVIVS actionis.

I. Species: Si pars hæreditatis petatur. approbatur *l.1. in prin.ff.si pars hæred.petatur.*

II. Species: Possessoria hæreditatis petitio. *l.1. cum lege sequente.ff. de possess.hæred.*

III. Species est: Fideicommissaria hæreditatis petitio. *l.1.cum duab. legibus sequentibus.ff.de fideicommiss.hæred.petit.*

III. PROPRIVM HÆREditatis petitionis.

Eorum iudiciorum, quæ de petitione hæreditatis sunt, ea authoritas est, vt nihil in iudicium eius fieri debeat. *l.duas Pius.5.§.fin.ff.de petit.hæred. M.I.R. lib.4. cap.8.reg.2. De qua re vide item supr.lib.2. cap.23.quæst.1.reg.3.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS HÆREditatis petitio competit, cum suis exceptionibus.

I. Causa: Petitio hæreditatis competit partim ex iure actoris, partim ex facto rei conuenti: Ex iure actoris; puta, quia hæres est vel ex testamento, vel ab intestato. *de quo l.1. cum duabus legibus sequentibus. ff. de petit. hæred. l.1.§.1.ff. si pars hæred.petatur. item l.si debitor.42. ff. de petit. hæred.* Huius causæ exceptiones vide *in libris duobus præcedentibus.*

II. Causa: Ex facto rei conuenti petitio hæreditatis competit: puta quia hæreditatem partemue eius, vel rem aliquam possidet. *l.vnica. C.de alienat.iudicij mutandi causa.* Plura de hac causa vide *infr.cap.prox.* Sed & ex facto rei cōuenti competit hæreditatis petitio, si possessor hæreditatem dolo malo possidere desiit; *de quo itidem infr. cap. prox.reg.2.* Sed & huius generis species sunt causæ proxime sequentes.

III. Causa: Si possessor hæreditatis à debitoribus hæreditariis non exegit, vnde tempore liberati sunt. *l.sed & si.25.§.quod ait.in fin.ff. de petit. hæred.* Huius causæ exceptio est: Nisi exigere non potuit. *d.§.quod ait, in fin. Cui concordat l.si quid.31.§. penult.ff.eod.tt.*

IV. Causa: Si reus dolo possessionem noluit admittere. *d.l.25.§.perinde inquit.in fin.*

V. Causa: Si quid aliud dolo malo possessor hæreditatis egit. *l.nec vllam.13.§.nam & dolus.ff.de petit.hæred.d.l.25.§.quod ait.ibi: ita intelligendum.& §. qui vero prædo.*

VI. Causa; Si possessor dolo vel culpa in hæreditate versatus est, & sumptus quos facere debuit, non fecit. approbatur simul & distinguitur *l.si quid.31.§.sicut autem.& l.ei qui.54.§.fin.ff. d.tt.*

VII. Causa: Si possessor seruum hæreditarium occiderit. approbatur simul & distinguitur *l.si à patre.36.§.si possessor.ff. de petit.hær.*

VIII. Causa: Si seruus possessoris aliquid in re hæreditaria deliquerit. *l.illud.40.§.fin.ff.d.tt.*

IX. Causa: Si reus debitor sit defuncti, vel hæreditarius. *l.quod si.16.§.non solum.& l.nec vllam. 13.§.fin.cum duab.ll.sequentibus.ff.d.tt.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi in diem, vel sub conditione debitor sit. approbatur simul & distinguitur *l.quod si.16.in princip.ff.d.tt.* Altera exceptio est: Nisi debitor non dicat se hæredem defuncti. *l. si debitor.42. ff. eod.tt.* Tertia: Nisi quis absentis hæredis nomine, vel eius quem hæredem putabat, negocia hæreditaria gesserit. hic enim tanquam debitor hæreditarius petitione hæreditatis non tenetur, sed actione negociorum gestorum. approbatur simul & distinguitur *l. vlt.ff. si pars hæreditatis petatur.* Quarta: Nisi in re aliena tanquam hæreditaria negocium aliquod gesserit; hic enim tanquam debitor hæreditarius petitione hæreditatis non tenetur. *d.l.vlt.vers.illud enim vtiq.*

X. Causa: Si aliquis hæredis sit debitor. reprobatur *l.quod si 16.§.non solum.ibi: sed & si negocium.& §.idem scribit patronum.ff. de petit.hæred.*

V. QVIBVS PETITIO HÆreditatis competit?

I. Regula, De eo qui hæres negatur, proponitur *l.si debitor.42.ff. de petit.hæred.*

II. Regula, De eo qui hæreditatem mercatus est, *l.ei qui.54.in prin.ff.d.tt.*

III. Regula, De eo cui ex Trebelliano restituta est hæreditas, *d.l.54.in prin. & l.1. cum legibus sequentibus.ff.de fideicomm.hæred.petit.*

IV. Regula, De hærede eius cui ex Trebelliano hæreditas est restituta, habetur *l.nec interest.3. in princ.ff.cod.tt.*

V. Regula, De hærede hæredis. Huic quoque petitio hæreditatis competit. Quæ regula approbatur & distinguitur *supr. lib.9. cap.20.reg.1.*

VI. Regula, duobus eandem hæreditatem ex diuersis causis petentibus: vtri restituenda, proponitur *l.cum idem.57.ff. de petit.hæred.* De reliquis propositæ quæstionis regulis vide *supr.lib.9.c.20. item lib.10.cap.2. cum sequentibus.*

VI. VBI ET APVD QVEM IVdicem competat?

I. Reg. De loco vbi hæreditas est, & domicilio rei conuēti, proponitur *l.vnica.C.vbi de hær.agatur.*

II. Regula, De præside prouinciæ, habetur *l.si scriptum.11. C.de probationibus.*

VII. QVANDO ET QVAMdiu competit?

I. Regula: Post causam falsi finitam hæreditatis petitio competit. *l.diuus Pius.5.§.fin.ff.de petit. hæredit.*

II. Regula: Hæreditatis petitioni non nisi triginta annorum præscriptio obstat. *l. hæreditatis. 7.C.d.tt.M.I.R.lib.4.cap.8.reg.13.cum seq.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi contra titulo possidentes speciali actione agatur *d.l.7.Concordat l.hæreditatem.4. C. in quibus causis cessat longi temporis præscriptio.* Secunda: Nisi à patre vel domino eius qui hæreditatem tenebat, mortuo vel emancipato filio vel seruo, hæreditas petatur. hoc enim casu non nisi intra annum comperere videtur. Sed reprobatur *l.si à patre.36. in princ.ff.de petit.hæred.* Reliquas propositæ quæstionis regulas vide *supr. lib. 10.cap.11. quæst.1.*

VIII. ADIVNCTA ET EVENtus huius iudicij.

I. Regula: An possessor titulum suæ possessionis dicere cogatur, definitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.2. cap.17.quæst.2.reg.1.*

II. Regula: Possessor nihil ex ea hæreditate, de qua lis mouetur, alienare vel deminuere potest. *l.diuus Pius 5.in prin.ff.de petit.hæred.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cauerit possessor pro quantitate vel æstimatione hæreditatis præstanda. *d.l.5.* Cuius replicatio est: Nisi fideiussores, per quos cauit, non sufficiant. *l.si quo tempore. 41.§.& si fideiussores ff.d.tt.* Altera exceptio est: Nisi causa cognita iudicialiter videatur. *d.l.5. §.causa.* Tertia: Nisi funeris gratia deminutio fiat. *d.§.causa.* Quarta: Nisi pecunia intra diem non soluta, pignus distrahatur. *d.§.causa.* Quinta: Nisi in alimenta familiæ deminutio fiat. *d.§.causa.* Sexta: Nisi res mora perituræ, vel deteriores futuræ alienentur. *d.§.causa. Concordat l.non solum.53.ff.eod.tt.* Septima: Nisi necessariæ impensæ in res hæreditarias sint factæ. *d.l.53.* Octaua: Nisi testamentum possessor falsum dicat. reprobatur *l.diuus Pius.5.§. diuus.ff.de petit.hæred.* Nona: Nisi lis de hæreditate nondum sit inchoata. reprobatur *d.l.5.in prin.*

III. Regula: De actionibus hæreditariis pendente lite inferendis, proponitur *l.si bonæ fidei.49. ff.d.tt.*

IV. Regula, De actionibus interim excipien-
10 dis, habetur *l.cum hæreditatis.12. C.d.tt.*

V. Regula, De sumptibus quos possessor hæreditatis fecit, euicta hæreditate deducendis, seu ei restituendis, proponitur *d.l.12. l.in restituenda.4. C.d.tt.l.hæres.51.in prin.ff.de petit.hæ.item l.si quid.31. §.sicut autem.ff.d.tt.* Plane propositæ regulæ exceptio prima videtur esse: Nisi malæ fidei possessor sumptus fecit. sed reprobatur *l.si à patre.36. §.fin.* Altera: Nisi sumptus inutiliter facti sint, nullis perceptis fructibus. reprobatur *l.quod si 37.ff.d.tt.*
20 Tertia: Nisi res, in quam sumptus facti sunt, non extet. approbatur simul & distinguitur *l.plane.38. §.fin.ff.d.tt.* Quarta: Nisi non necessarij neque vtiles, sed voluptarij sumptus sint facti. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, & definitur seu declaratur exemplis contrariis *l.vtiles.39.in prin. ff.de petit.hæred.M.I.R.lib.13.cap.3 except.6.* Huius replicatio prima est: Nisi bonæ fidei possessor voluptarias impensas fecerit. *d.l.39.§ videamus.* Altera replicatio est: Nisi actor non patiatur ea quę
30 voluptatis causa fecit, tollere *d.l.39.in fin.* Quinta exceptio: Nisi hæreditas sit restituta, sumptibus non deductis. approbatur *per ea quæ habentur supr. lib.7.cap.5.quæst.6.reg.7.exc.6.* Huius replicatio est: Nisi ex voluntate defuncti possessor impensas fecerit. *l.hæreditas.50.ff.d.tt.* Sexta exceptio: Nisi filio hæreditatem à patre possessore petente, pater eos sumptus, quos in honorem filij fecit, deducere velit. reprobatur *l.vit.ff.de petit hæred.* Septima: Nisi pro parte tantum hæreditas euincatur.
40 reprobatur *l.sorori.6. §. fin. ff. si pars hæred. petatur.* Octaua: Nisi possessor contemplatione hæreditatis re sua lautius sit vsus: hos enim sumptus ex hæreditate non deducit. *l.sed & si.25. §. si quis. ff.de petit.hæred.* Nona: Nisi reus exceptionem sumptuum non opposuerit. reprobatur *d.l.vlt in fin.* Hæc de quinta regula, de qua eiusq; exceptionibus vide plura *supr.lib.7. cap.5.quæst.5.reg.7.*

VI. Regula, De reputatione eius quod possessor creditoribus hæreditariis soluit, proponitur *l.si*
50 *quid.31.in prin.vsq; ad §.sed si ipsi.ff.de petit.hæred. Concordat l.de hæreditate.5. C.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi possessor non caueat petitori de eo aduersus creditores defendendo. *d.l.31.* Cuius exceptionis replicatio est: Nisi bonæ fidei possessor sit. *d.l.31.* Altera exceptio est: Nisi possessor petitori condictionem, quam habet, non cedat. *d.l.31.* Tertia: Nisi indebitum solutum sit. *l.item veniunt.20. §.sed etsi senatus.ff.de petit.hæred.*

VII. Regula: Possessor deducet in restituenda
60 hæreditate id quoque quod sibi à defuncto debebatur. approbatur simul & distinguitur *d.l.31. §.sed si ipsi.* Huius regulæ exceptio est: Nisi malæ fidei possessor sit. quæ approbatur simul & distinguitur *d.§.sed si ipsi.*

VIII. Reg. De restituendo vel deducendo legato quod possessor petitori soluit, proponitur *l.cum is.*

l.cum is.44.ff.de petit.hæred. Concordat l.postquam.43. ff.d.tt.

IX. Regula, De legatis solutis euicta hæreditate repetendis vel deducendis, habetur *l.quod si. 17.ff.de petit. hæred.*

X. Regula, De deducendo eo quod patri vel domino debetur, *l.36. in prin. C.de petit.hæred.*

XI. Regula, De cauenda possessori indemnitate actionum nomine, quibus se obligauit, proponitur *l.illud.40.§. actiones.in fin.ff.d.tt.*

XII. Regula, De translatione actionum hæreditariarum ex Senatus. Trebell. restituta hæreditate, dicetur *infr.lib.13. cap.18.*

XIII. Regula, De actionibus, per quas præiudicium hæreditatis petitioni futurum est, differendis, vide *supr.lib.2.cap.23.quæst.1.reg.3.*

IX. ADFINIA REmedia.

Regulariter quidem, si hæreditas vel res hæreditaria petatur: petitio hæreditatis, non alia cōpetit actio: *vt patet ex iis quæ dicta sunt supr. quæst.4.* verum eius regulæ exceptio prima est; Nisi reus ex alio titulo, quam pro hærede vel possessore, rē possideat. hoc enim casu non hæreditatis petitio, sed specialis in rem actio competit. *l.hæreditatis.7.in fin.C.de petit.hæred. Concordat l.quod si.16. §. fin.ff.d.tt. item ea quæ habentur infr.cap. prox.reg.1.except.1.cum aliquot sequentib.* Altera exceptio est: Nisi ea res petatur, cuius vsucapionem à defuncto
cœptam hæres impleuit. hæc enim res vindicari
potest. *l.& non tantum.19.§. quod si pro emptore.ff.de petit.hæred.* Tertia: Nisi possessor hæreditatis rogatu actoris hæres sit institutus, vt sibi aliquando hæreditas restitueretur. hoc enim casu mandati actio est. *l.quidam.44.ff. de hær. instit.* Quarta: Nisi agatur ad hæreditatem diuidendam. hoc enim casu non petitio hæreditatis, sed familiæ erciscundæ actio est. *l.non possumus.7.ff. si pars hæ. petatur. Concordat l.1.§.proinde etsi, in fin.ff.d.tt.* Huius replicatio est; Nisi actor hæres negetur. *d.§. proinde. De qua re infr, in Parte 5.in familiæ erciscundæ actione tractabitur.* Quinta exceptio est: Nisi res in fraudem patroni actoris alienata repetatur: tunc enim Caluisiana competit actio. *l.quod si.16.§. idem scribit ff de petit.hæ.* Sexta: Nisi possessor alterius tanquam hæredis nomine negocia hæreditaria gesserit. hic enim non petitione hæreditatis, sed negotiorum gestorum actione tenetur. *l. vltim.§.negotiorum.ff.si pars hæ.petatur.* Septima: Nisi ex eo, quod possessor seruum hęreditarium occiderit, agatur, hoc enim casu etiam legis Aquiliæ actio est. *l.si à patre.36.§.si possessor.ff.de petit.hæ.* Octaua: Nisi res defuncto pignori data petatur. nam hoc casu etiam pignoratitia competit actio *l.& non tantum.19.§.& quidem.ff.eod.tt.* Nona: Nisi res petatur, quam defunctus alienam bona fide pro sua possedit. hoc enim casu etiam Publiciana competit actio. *d.§.& quidem.* Decima: Nisi seruitus petatur. *d.l.19.§ fin.* Vndecima exceptio est; Nisi contra voluntatem defuncti hæreditas petatur. hoc enim casu vel inofficiosi querela competit, vel contra tabulas bonorum possessio. *de quibus cum aliis petitionis hæreditatis adfinibus remediis vide infr.cap.4.cum capitibus sequentibus, vsque ad finem libri.*

ADVERSVS QVOS PETItio hæreditatis competit?

CAP. II.

PRima regula, De possessore hæreditatis vel rei hæreditariæ. Hic regulariter petitione hæreditatis tenetur. *l.regulariter 9.ff. de petit.hæred. M.I.R. lib. 4. cap. 8. reg.5.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non pro hærede neque pro pos-
10 sessore, sed alio titulo possideat. hic enim hæreditatis petitione non tenetur. *d.l.9. Cui concordat l.hæreditatem.4. C. in quibus cessat longi temp.præscript. M.I.R.d.reg.5.except.1.* Quid autem sit pro hærede possidere, definitur *l.pro hærede 11. ff. de petit.hæred.* Quid pro possessore, *d.l. 11.§.fin. cum duab. ll. sequentibus. Concordat l.quod si.16.§.Iulian. in fin.ff.d.tt.* Huius species proponitur etiam *l. prædonis.46.ff. d.tt.* Sed & plures eiusdem species sunt, si pro empto possideat. *d.l.4.* item pro donato. *l.16.§.*
20 *idem scribit.ff. de petit. hæred.* Hisce igitur speciebus possessorum exceptis, si qui alij possideant, neque pro hærede, neque pro possessore, sed titulo alio: petitione hæreditatis non tenentur, *vt ex d. l.4 constat,* eiusque species sunt *infr.* exceptiones proxime sequentes. Plane huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex alio titulo possidens, sciat titulum istum iure non valere. *l. nec vllam.13. §.1.ff.de petit. hæred. l.2. C. eod.tt.* Altera replicatio est: Nisi tanquam bonorum possessor possideat,
30 nam & hic pro hærede possidere videtur. *l.pro hærede.11.§.penul.ff.d.tt.* Tertia replicatio est: Nisi quis vniuersam hæreditatem titulo possideat: hic enim, quo minus petitione hæreditatis conueniri possit, proposita exceptione non defenditur, *l.nec vllam.13.§. quid si quis hæreditatem. §.si quis sciens. & §.apud Marcellum.ff. de petit.hæ.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi à fisco hæreditatem emerit. Quæ duplicatio reprobatur *d.l.13.§. item si quis à fisco.* Sed approbatur iure no-
40 uo *l.3.C. de quadriennij præscript.* Altera duplicatio est: Nisi libertus in fraudem patroni hæreditatem alienauerit: hoc enim casu non datur petitio hæreditatis, sed sufficit Caluisiana. *l.quod si in diem.16.§.idem scribit ff.de petit.hæred.* Quarta replicatio est; Nisi possessor tanquam hæres titulum sit nactus; puta quia ei à debitoribus hæreditariis est solutum, vel hæreditatem petens litis æstimationem est consecutus. *d. l.16. §. sed & is qui.* Huius exemplum est, Si conditionis implendæ
50 causa tanquam hæres accepit. *d.§. quid si quis versi. plane si accepta.* Quinta replicatio est: Nisi hæres possessoris conueniatur. *d.l.nec vllam.13.§.hæredem.* Sextæ replicationis loco notandum, quod quamuis titulo possidens hæreditatis petitione nō teneatur; rei tamen vindicatione ante impletam vsucapionem conueniri possit. *d.l. 16. §.fin. l.2. in fin. & l.7. in fin. C. eod.tt.* Huius duplicatio prima est: Nisi auctor possessoris bonam fidem habuerit, nec pretio factus sit locupletior; hoc
60 enim casu possessor rei vendicatione non tenetur, ne condemnatus ad suum authorem, qui ab hærede conueniri non potuit, habeat regressum. *l.vtrum autem.23. & l.sed etsi lege.25. §.1. vers. sed etsi res.ff.eod.tt.* Cuius triplicatio prima est; Nisi possessor condemnatus aduersus suum authorem regressum habiturus non sit. *d.l.25. §.item si rem.*

Altera: Nisi author malam fidem habuerit. *l. item videndum.* 18. *in princ. ff. eod tt.* Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est: Nisi author pro possessore iudicium suscipere sit paratus: tunc enim nec rei vindicatione possessor tenetur. *d. §. item si rem. versic. quid tamen.* Tertia: Nisi actor precium rei, quam reus possidet, sit consecutus. *d. l.* 25. §. *item si minori.* Hæc de sexta replicatione, cuius plures duplicationes vide in rei vendicatione. nam quæ aduersus eam opponi possunt exceptiones, eædem etiam propositę replicationi duplicando possunt obiici. Hactenus de prima exceptione, hoc est, de eo qui titulo possidet, sit dictum. Secunda exceptio est: Nisi possessor non suo, sed alterius nomine possideat. approbatur simul & distinguitur *l. nec vllam.* 13. §. *si quis absentis. ff. d. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi is qui alterius nomine possidet, non suo, sed alterius nomine conueniatur. *d. §. si quis absentis.* Altera replicatio est: Nisi absens alter possessionem suo nomine ratam non habeat: hoc enim casu ipse qui absentis nomine se possidere dicit, suo nomine tenetur. *d. §. si quis absentis. vers. nisi forte.* Tertia: Nisi is qui alterius nomine possidet, eius cuius nomine possidet, postea hæres existat. *l. cum multi. 9. ff. si pars hæreditatis petatur. Concordat l. vlt. § fin. ff. d. tt.* Quarta, Quod defuncto eo cuius nomine possessum fuit, is qui eius nomine possedit, cohæredib. defuncti negociorum gestorum actione teneatur. *d. l. vlt. in prin.* Quarta, Nisi tutor qui pupilli nomine possidet, conueniatur; vel tutor iure datus negetur. *l. si putas. 6. C. de petit. hæred.* Tertia exceptio: Nisi is qui pro hærede possidet, sciat se hæredem non esse. reprobatur *l. pro hærede. 11. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi possessor tanquam alterius possessoris hæres possideat, ignorans vtrum defunctus pro hærede vel alio modo possederit. reprobatur *l. nec vllam.* 13. §. *Neratius. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi reus pro hærede quidem possideat, sed tanquam hæres possessoris quondam defuncti, non eius de cuius hæreditate agitur. reprobatur *d. §. Neratius.* Sexta: Nisi minimam rem ex hæreditate reus possideat. reprobatur *l. regulariter. 9. cum l. sequente. ff. de petit. hæred.* Septima: Nisi non corpus, sed ius aliquod hæreditarium reus possideat. reprobatur *l. nec vllam.* 13. §. *fin. ff d. tt. Concordat l. vlt. §. fin. ff si pars hær. petatur.* Octaua: Nisi reus possidere desierit. Hæc exceptio tractabitur *infr. reg. prox.* Nona: Nisi cum eo qui possidere desiit, actum sit. reprobatur *d. l.* 13. §. *penult. in fin. l. sed & si.* 25. §. *perinde (inquit) ibi: vnde si sit alius. ff. d. tt. item l. Stichum.* 95. §. *dolo. ibi: cæterum. ff. de solutionib. l.* 7. *ff. de rei vendicat.*

II. Regula, De eo qui nihil ex hæreditate possidet, vel possidere desiit. Hic regulariter quidem hæreditatis petitione non tenetur. *l. nec vllã.* 13. §. *is autem. ff. de petit. hæredit. l. nec interest.* 3. §. *sciendum. ff. de fideicomm. hæred. petit. & l. quid autem.* 6. §. *si autem is. ff. si quis omissa causa test.* Huius exceptio prima est: Nisi tempore litis contestatæ possedit. *d. §. si autem is. Concordat l.* 41. *ff. ad L. Falcid. & l. non tantum.* 19. §. *veniunt. vers. imo et si. l. sed & si.* 25. §. *quod ait. vers. sed & culpa.* §. *etiamsi ante. & l. penult. ff. de petit. hæredit.* Plane huius exceptionis replicatio est: Nisi tutoris vel curatoris culpa res post litem cõtestatam sit amissa. *l. vlt. ff. de administr. tutor. ff. de petit. hæred.* Plura de exceptione proposita vide *infr. cap. proxim. reg.* 19. Altera exceptio est: Nisi liti se obtulit is qui non possidet. *l. nec vllam.* 13. §. *non solum. & l. qui se.* 45. *ff. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi actor ab initio litis sciuit eum non possidere. *d. l.* 45. Tertia exceptio est: Nisi iuris possessor sit. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. reg. prox. except.* 13. Quarta: Nisi dolo possidere desierit. *l. nec vllam.* 13. §. *item si quis dolo. &* §. *is autem qui. ff. de petit. hæred. item l. sed & si.* 25. §. *perinde. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi possessor hæreditatis conuentus sit, vel liti se offerat. *dict. leg.* 13. §. *penult. Concordat l. Stichum aut Pamphilum.* 95. §. *dolo. ff. de solutionibus.* Cuius replicationis duplicatio est: Nisi ipsius actoris adhuc aliquid interfit. *d. §. penult.* Altera replicatio: Nisi res apud alium extet. reprobatur. *d. §. perinde.* Tertia: Nisi res postea interierit. reprobatur *l. si patre.* 36. §. *si prædo. ff. de petit. hær.* Quarta est: Nisi dolo tutoris vel curatoris sui is qui in tutela vel cura est, possidere desierit. *l. dolus.* 3. *cum l. sequente. ff. quando ex facto tutoris.* Huius duplicatio prima est: Nisi pupillus vel furiosus ex dolo tutoris vel curatoris locupletior sit factus. *d. l.* 3. Altera duplicatio est: Nisi pupillus non cedat actiones, quas aduersus tutorem eo nomine habet. *l. vlt. ff. de administr. tutor.* Quinta exceptio est: Nisi culpa sua possidere desierit. *l. sed et si* 25. §. *quod ait. ibi; sed culpa. ff. de petit. hæred. item l. non tantum.* 19. §. *veniunt. ibi: imo et si. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi facto suo possessionem reus amiserit. *Hæc exceptio constat ex iis quæ supr. exceptione proxim.* 4. *dicta sunt. Cui concordat l. nec vllam.* 13. §. *apud Marcellum. ff. de petit. hæred.* Verum eius replicatio prima est: Nisi pupillus vel furiosus facto suo rem amiserit. *l. vltim. ff. de administr. tutor.* Altera replicatio est: Nisi ex causa fideicommissi hæreditatem, vel rem hæreditariam restituit. *d. l.* 13. §. *is autem qui. Concordat l. nec interest.* 3. §. *sciendum. ff. de fideicomm. hæred. petit.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi post petitam hæreditatem legatum vel fideicommissum restituit. *l. dolo.* 41. *ff. ad L. Falcid.* Altera duplicatio est: Nisi indebitum legatum vel fideicommissum soluit. *l. quod si.* 16. §. *item Iulianus. ff. de petit. hæred.* Huius triplicatio est; Nisi actiones suas, quas eo nomine habet, reus cedere sit paratus. *d. §. item Iulian. vers. sed his casib.* Tertia duplicatio est; Nisi aliqua parte retenta vel percepta, ex fideicommissi causa hæreditatem restituit. *l. nec vllam.* 13. §. *quid si quis. ibi: idem erit dicendum. ff. de petit. hæred.* Tertia replicato est; Nisi ex causa iudicati rem restituit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit; verum eius duplicatio est; Nisi iam mota hæreditatis controuersia, rem alij ex causa iudicati restituit. *quæ elicitur ex l. penult. ff. de petit. hæreditatis.* Quarta replicatio; Nisi creditoribus hæreditariis soluerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. capit. prox. quæst.* 6. *reg.* 6. Hæc de sexta exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Septima exceptio est; Nisi is qui possidere desiit, eo nomine actionem habet. hanc enim cedere tenetur. *l. quod si.* 16. §. *Iulianus scribit.* §. *idem Iulianus, in fin. &* §. *item Iulianus. ff. de petit hæred. item l. vlt. ff. de administr. tutor.* Octaua; Nisi reus occasione hæreditatis locupletior sit factus rem hæreditariam vendendo, vel aliquo accepto pro hæreditate restituenda, vel fructibus

ctibus ex hæreditate perceptis, vel à debitoribus hæreditariis exigendo, ad id enim restituendum nihilominus tenetur, *quæ exceptio cum aliis quibusdam approbatur Senatusconsulto l. item veniunt.* 20. §. *præter hæc, vsque ad* §. *ait senatus. ff. de petit. hæred. l. nec vllam.* 13. *ff. si quis, ibi, venditorem. item ibi, plane si accepta. item l. quod si.* 16. §. *sed & is qui. &* §. *idem Iulianus. ff. eod. tt. l.* 18. *ff. quod metus causa.* Prima replicatio videtur; Nisi non pars hæreditatis, sed tota petatur hæreditas. sed reprobatur *d. l.* 20. §. *ait senatus.* Altera; Nisi nõ vacantia fisco bona, sed ex alia causa hæreditas petatur. reprobatur *ibid.* Tertia; Nisi nõ fisco, sed alij hæreditas petatur. reprobatur *ibid. Concordat l. 1. in princ. C. de petit. hæred.* Quarta; Nisi non hæreditas petatur, sed peculiũ castrense, vel quid simile, reprobatur *d. l.* 20 §. *non solum.* Quinta; Nisi reus preciũ nõdũ receperit. reprobatur certo modo *d. l.* 20. §. *ait senatus. &* §. *red. actæ. Concordat l. quod si.* 16. §. *idẽ Iulianus. ff. d. tt.* Sexta replicatio est; Nisi reus euicta re vendita precium restituit. *d.* §. *ait Senatus. ibi, sed si vendidit.* Septima; Nisi res vẽdita, sit redhibita. *d. l.* 20. §. *sed et si res.* Octaua; Nisi reus emptori sit obstrictus, nec ei eo nomine ab actore caueatur. approbatur *ibidem.* Nona; Nisi res vendita interierit. reprobatur *verbis Senatusc. sup. ead. except. in princ. citatis. & d. l.* 20. §. *restituere. item l. nisi.* 33. *in fin. ff. eod. tt.* Declaratur replicatio proposita reprobata *l. de perditum.* 21. *ff. eod. tt.* Decima replicatio est; Nisi reus precio non sit factus locupletior. *l. verum.* 23. *ff. de petit. hær. Concordat l. sed et si.* 25. §. 1. *ibi, sed et si res. ff. d. tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi reus actionem aliquam precij perditi nomine habeat. hanc enim nihilominus præstare tenetur. Altera; Nisi reus malæ fidei possessor fuerit. *quæ duæ duplicationes approbantur l. item videndum.* 18. *in prin. ff. de petit. hæred.* Plura de replicatione proposita, vide *inf. cap. prox. reg.* 18. *exc.* 6. Vndecima replicatio est; Nisi reus tempore rei iudicatæ locupletior esse desierit. *l. si à domino.* 36. §. *penultim. ff. de petit. hæred.* Hactenus de octaua exceptione eiusque replicationibus est dictum. Plane venditione rei hæreditariæ factæ, non precium, sed res ipsa interdum à venditore venit restituenda: & interdum non precium, quo res vendita est, sed verum rei precium. *De quare vide inf. cap. proxim. regul.* 6. Nona exceptio est; Nisi reus prædo sit, vel malæ fidei possessor. hic enim & id quod non possedit, restituere tenetur. *quæ exceptio approbatur verbis Senatusconsulti sup. except. prox. in prin. citatis. Concordat l. sed et si.* 25. §. *quod ait. &* §. *perinde inquit. ff. eod. tt.* Declaratur exceptio proposita *d. l.* 25. §. *quod autem.* Huius exceptionis replicatio esse videtur: Nisi res non amplius extet. sed reprobatur *d.* §. *perinde. Concordat l. si à patre.* 36. §. *si prædo. ff. d. tt.* Altera replicatio; Nisi reus ab initio bona fide possidere cœpit. reprobatur *l. sed et si.* 25. §. *de eo autem. ff. de petit. hær.* Tertia est; Nisi in iure non in facto errauit possessor. *d. l.* 25. §. *scire autem.* Decima exceptio est; Nisi aliquid adhuc possideat. ad id enim nihilominus tenetur. *l. si quo tempore.* 41. §. *ex diuerso, in fin ff. de petit. hæred.* Vndecima; Nisi post petitam hæreditatem aliquid possidere cœperit. ad id enim nihilominus tenetur, quamuis antea non possederit. *l. item videndum.* 18. §. *si quis cum l. si quo tempore.* 41. *in princ. item l. si hæreditatem.* 4. *ff. d. tt. M. I. R. lib.* 4. *cap.* 8. *reg.* 6. Duodecima; Nisi cum acquirere posset, dolo fecit, quominus acquireret: de hoc enim nihilominus tenetur. *d. l.* 25. §. *proinde inquit. versic. accipies siue dolo. item l.* 1. §. *sane. ff. si quis omissa causa testamen. l.* 2. §. *sed & quid si dolo. ff. de hæred. vendit.* Hæc de secunda regula non possidentis, eiusq; exceptionibus sint dicta.

III. Regula, De socio defuncti, & eo, qui cum socio rem cõmunem possidet vel vendidit. Hoc casu non socius defuncti, sed alter vero hæredi tenetur. *l. si Titius.* 62. *ff. pro socio.*

IV. Regula, De actoris cohærede & extraneo hæreditatem possidentibus. Hoc casu non cohæres actoris, sed extraneus petitione hæreditatis tenetur. *l.* 1. §. *si ego ex parte. ff. si pars hæreditatis petatur.*

X. Regula, De patre & domino possessoris, proponitur *l. filiofam.* 34. §. *si seruus. ff. de petit. hæred.* Huius regulæ exceptio prima videtur esse; Nisi venditis rebus hęreditariis, seruus precium nondum sit consecutus. sed reprobatur *l. idem Iulianus.* 35. *ff. eod. tt. Concordant ea quæ proposita sunt sup. reg.* 2. *except.* 8. *repl.* 5. Altera; Nisi mortuo vel manumisso seruo vel filiofamilias, annus præterierit. reprobatur *l. si à patre.* 36. *in prin. ff. eod tt.*

VI. Regula, De ipso filiofamilias, habetur *d. l.* 36. §. *sed & à filiofamilias.*

VII. Regula de hærede possessoris, proponitur *l. nec vllam.* 13. §. *Neratius. ff. de petit. hæred. Concordat l.* 2. *C. d. tt.* Huius regulæ exceptio videtur esse; Nisi defunctus titulo vel pro emptore possederit, sed reprobatur *d. l.* 13. §. *heredem.*

VIII. Regula, Si à pluribus hæreditas possideatur, à singulis petendum. *l. sorori.* 6. *in princ. ff. si pars hæred. petat.* Huius regulæ exceptio videtur esse: Nisi pluribus possidentibus hæreditatem, plures etiam hæreditatem petant. hoc enim casu singulos à singulis petere debere videtur. Sed reprobatur *l.* 1. §. *quinimo. ff. d. tt.* Altera; Nisi tam actor quam reus partem hæreditatis possideat, & vterq; in solidum se hæredem dicat. reprobatur *d. §. quinimo. vers. proinde.* Tertia; Nisi hæreditas à cohærede actoris & extraneo possideatur. hoc enim casu non nisi aduersus extraneum competit actio actori. *d. l.* 1. §. *si ego ex.* Quarta exceptio: Nisi actor partem tantum hæreditatis à pluribus possessæ petat. hoc enim casu videtur satis, si ab vno tantum petat, à quo suam partem consequi possit. reprobatur *d. l.* 1. §. *item si cum. Concordat l. sorori.* 6. *in pr. ff. eod. tt.* Hactenus aduersus quos hæreditatis petitio competat, expositum est.

QVID ET QVANTVM VENIAT HÆREditatis petitione petendum?

CAP. III.

PRima regula: Vt diuidatur hæreditas, hac actione peti non potest. *l. non possumus.* 7. *ff. si pars hæred. petat.*

II. Regula, De omni re hæreditaria. Omnis res hæreditaria venit in petitione hæreditatis restituenda. *l. item videndum.* 18. §. *fin ff. de petit. hæred.* Quæ proposita regula approbatur, simul & prima eius exceptio reprobatur hæc; Nisi res sit incorporalis. *Cui concordat l.* 37. *ff. de acquirend. hæredit.* Plane admittitur exceptio proposita in seruitu-

tutibus. *l. & non tantum.* 19. §. *fin. ff. de petit. hæred.* Altera exceptio; Nisi talis res sit, in qua defunctus retentionem, nõ etiam actionem habuit. reprobatur *d. l.* 19. §. *veniũt.* Tertia; Nisi res sit, cuius vsucapio à defuncto cœpta, ab hærede impleta est. *d. l.* 19. §. *quod si pro emptore.* Quarta; Nisi res sit, quam defunctus pignori dederat. reprobatur *l. et qui.* 14. §. *hæres. ff. de petit. hæred* Quinta; Nisi res sit, quam possessor hæreditatis possidere desiit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. reg.* 2. Sexta; Nisi res vendita sit. reprobatur *per ea quæ proponentur inf. reg.* 6. Septima; Nisi res post mortem defuncti hæreditati accessit. reprobatur *l. item veniunt.* 20. §. *item non solum. ff. d petit. hæredit.* Octaua; Nisi aliunde, non ex ipsa hæreditate res accesserit. *d. §. item non solum.* Huius duo exempla proponuntur *l. aut vbi.* 24. *ff. eod. tt.* Aliud exemplum est, si seruus hæreditarius ex re ipsius possessoris aliquid acquisiuit. *l. per seruum.* 32. *cum l. seq. ff. de petit. hæredit.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ob pecuniam tardius solutam reus pœnam acceperit. *l. vtrum.* 23. §. *fin. ff. eod. tt.* Nona exceptio videtur; Nisi post petitionem hæreditatis in iudicium deductam reus rem possidere cœperit. Sed reprobatur *per ea, quæ habentur sup. cap. proxim. regul.* 2. *except.* 12. De reliquis huiusmodi exceptionibus vide *inf. regulas sequentes.*

III. Regula, De rebus non hæreditariis. Hæ regulariter in petitione hæreditatis non veniunt restituendæ. Cuius regulæ exceptio est: Nisi periculum earum ad hæredem pertineat. *l. & non tantum* 19. *in prin. ff. de petit. hæred.*

IV. Regula, De rebus hæreditatis gratia comparatis. Hæ veniunt in hæreditatis petitione. *l. item veniunt.* 20. *in prin. ff. de petit. hæred. M. I. R. d. cap.* 8. *reg.* 10.

V. Regula, De rebus pecunia hæreditaria cõparatis. Hæ non veniunt. approbatur simul & distinguitur *d. l.* 20. §. 1. *Concordat l sed etsi.* 25. §. 1. *ff. d. tt. M. I. R. d. c.* 8. *reg.* 8.

VI. Regula, De re distracta, & precio eius. Regulariter quidem precium rei distractæ in petitione hæreditatis venit, non res distracta. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. regul.* 2. *except.* 8. Exceptio prima est: Nisi prædo rem hæreditariam distraxerit: hic enim ad rem ipsam, non eius precium restituendum tenetur. *l. item veniunt.* 20. §. *cæterum si quis. & §. fin. ff. de petit. hæred.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi actor malit precium sibi solui, quam rem restitui. *d. §. cæterum si quis. versic. nisi forte. l. si & rem.* 22. *ibi, in prædone. item l. si à patre.* 36. §. *si prædo, in fin. ff. eod. tt.* Altera replicatio est; Nisi res ipsa deperdita sit, vel deminuta, vel reus eam ab emptore recipere nõ possit: hoc enim casu vel verum preciũ debetur, vel quãti actor in litem iurauerit. *d. l.* 20. §. *fin.* Plane huius exceptionis eædem sunt replicationes, quæ proxime præcedentis: quia post petitã hæreditatem omnis possessor reputatur malæ fidei. *l. sed etsi.* 25. §. *etiamsi. ff. d. tt.* Tertia; Nisi rem hæreditati non necessariam distraxit malæ fidei possessor. *l. nisi.* 33. *ff. de petit. hæred.* Quarta; Nisi debiti hæreditarij exoluendi gratia distraxerit *l. item veniunt.* 20. §. *simili modo. ff. eod. tt.* Altera exceptio est; Nisi post petitam hæreditatem res sit distracta; tunc enim, res non, preciũ debetur. *d. l.* 20. §. *quid si post.* Huius replicatio est; Nisi actor malit sibi precium restitui. *quæ approbatur ibidem, versic. at si forte.* Plures replicationes vide *inf. except. proxim.* Nam post petitam hæreditatem quis possessor prædo ve malæ fidei possessor censetur. *d. l.* 25. §. *etiamsi.* Tertia exceptio est; Nisi possessor rem restituere malit, quam precium. Huius exceptionis replicatio est; Nisi non id, quod vltra verum rei precium lucratus est possessor, velit restituere. Hæc exceptio cum sua replicatione approbatur *l. si & rem.* 22. *ff. de petit. hæred.*

VII. Regula, De vero precio rei hæreditariæ distractæ, & precio quo res distracta est. Regulariter non amplius debetur re distracta, quam precium quo res est distracta. *quæ regula approbatur d. l.* 20 § 1. Cuius exceptio est; Nisi malæ fidei possessor sit, qui rem ipsam restituere non possit; tunc enim ad verum rei precium tenetur, *d. l.* 20. §. *fin. de petit. hæred.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ex causa fideicommissi rem vel hæreditatem vendidit malæ fidei possessor. hoc enim casu ad id tantum quod accepit, tenetur. *l. in æstimationib.* 48. *ff. d. tt.*

VIII. Regula, De vsuris precij. Regulariter quidem vsuræ precij non debentur. *quæ regula approbatur verbis Senatusconsulti sup. cap. prox. reg.* 2. *except.* 8. *in prin. allegatis.* Huius exceptio prima est: Nisi post petitam hæreditatem; hoc enim casu vsuræ incipiũt currere. *d. l.* 20. §. *ait senatus.* Declaratur hæc exceptio verbis eiusdem Senatusconsulti. *d. l.* 20. §. *petitam autem.* Ratio huius exceptionis proponitur *d. §. petitã.* Concordat exceptioni propositæ *l.* 1. *C. de petit. hæred.* Altera exceptio est; Nisi malæ fidei possessor sit. hic enim etiam ante petitam hæreditatem vsuras precij debet; eo scilicet casu quo ad precium, non ad rem ipsam tenetur. *de qua re dictum sup. regul* 6. *except.* 1. *Approbatur hæc exceptio d. §. petitam.* Tertia exceptio est; Nisi possessori denunciatum sit, hæreditatem ad eum non pertinere. Hæc exceptio constat ex verbis Senatusconsulti *in d. l.* 20. §. *præter hæc.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi non ipsi possessori denunciatum sit, sed eius procuratori, quod ipse nescierit. *d. l.* 20. §. *ponamus.* Altera replicatio, sumpta ex persona denunciantis, reprobatur *ibidem.* Reliquas propositæ regulæ exceptiones, & SCti interpretationem, vide *sup. cap. prox. reg.* 2. *except.* 8.

IX. Regula, De vsuris pecuniæ in hæreditate inuentæ, proponitur *d. l.* 20. § *Papinianus. ff. d. tt.*

X. Regula De vsuris fructuum, habetur *l. hæres.* 51. §. *fin ff. eod. tt.*

XI. Regula, De fructibus & fœtu pecorum. Hi regulariter veniunt in petitione hæreditatis *l. item veniunt.* 20. §. *fructus. & §. cæterum si quis. l. sed etsi.* 25. §. *fin. item l. hæres.* 51. *in prin. ff. d. tt. Instit. de officio iudicis. §. & si hæreditas. l.* 2. *C. de petit. hæred. item l. pecuniæ.* 178. §. *hæreditas. ff. de verb. sign.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi fructus à possessore non sint percepti. approbatur simul & distinguitur *Instit. d. §. & si hæreditas. M. I. R. lib.* 4. *c.* 8. *reg.* 7. Cuius replicatio prima est; Nisi malæ fidei possessor sit reus. *d. §. & si hæreditas. Cui concordat l. sed & si.* 25. §. *quod autem ait. ibi, sed & fructus. ff. de petit. hæred. & d. l.* 2. *C. de petit. hæreditatis.* Altera replicatio est; Nisi post petitam hæreditatem fructus percipi potuerint. *Instit. d. §. & si hæred. l.* 1. *in fin. item d. l.* 2. *in fin. C. d. tt.* Tertia; Nisi reus dolo malo possidere desierit. *l. sed & si.* 25. §. *vtrum. ff. de petit. hæred.* Altera propositæ regulæ exceptio est; Nisi possessor fructibus perceptis nõ sit factus locupletior. approbatur simul & distinguitur *Instit. d. §. & si hæreditas. Cui concordat l. illud.* 40. §. *prædo. ff. de petit. hæredit.* Huius replicationes eædem sunt, quæ exceptionis superioris. Tertia exceptio est; Nisi petitor fructus non fuisset perceptures, si ipse non possedisset. reprobatur *l. cum hæreditas.* 56. *ff. d tt.* Quarta; Nisi reus ob id quod dolo possidere desierit, conueniatur. reprobatur *l. sed etsi.* 25. §. *vtrum. ff de petit. hæred.* Quinta; Nisi ex rebus pignori acceptis fructus sint percepti. reprobatur *l. si quo tempore.* 41. §. *finali. ff. eod. tt.* Sexta; Nisi ante aditam hæreditatem fructus sint percepti. reprobatur *l. item veniunt.* 20. §. *fructus. ff. de petit. hæred.* Septima; Nisi fructus fructuum petantur. reprobatur *l. illud.* 40. §. *prædo. & l. quod si.* 26. *ff. d. tt.* Octaua; Nisi deductis impensis, nihil vel parum fructuum nomine sit superfuturum. tunc enim hoc solum, quod superest, debetur. approbatur simul & distinguitur *per ea, quæ proposita sunt supr. cap.* 1. *quæst.* 8. *regul.* 5.

XII. Regula, De partu ancillarum, proponitur *l. ancillarum.* 27. *ff. de petit. hæred. Concordat l. item veniunt.* 20. §. *fructus. ff. eod. tt.*

XIII. Regula, De pensionibus ex locatione prædiorum perceptis, *d. l.* 27. §. *fin.*

XIV. Regula, De mercedibus colonorum, operis seruorum, item vectoris nauium & iumentorum, habetur *l. mercedes.* 29. *ff. eod. tt.*

XV. Regula, De eo, quod à debitoribus hæreditariis exactum & solutum est, proponitur *l. si quid.* 31. §. *fin. ff. de petit. hæred. l. quod si.* 16. §. *sed & is. & l. sed etsi.* 25. §. *petitio ff. eod. tt.* Huius exceptio prima est; Nisi indebitum possessori sit solutum. *l. item veniunt.* 20. §. *sed et si senatus. ibi: nam Iulianus. ff. de petit. hæred.* Altera exceptio est; Nisi ex causa transactionis cum possessore factæ, possessori sit solutum. hoc enim casu, cum transactio ista non profit actori vero hæredi, nec solutũ ex ea causa petere poterit. *l. Imperatores.* 3. § *fin. ff. de transact.*

XVI. Regula, De actionibus hæreditariis, & quas possessor nactus est, actori præstandis, habetur *l. illud.* 40. §. *actiones. ff. de petit. hæred. Concordant item ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. reg.* 2. *except.* 7.

XVII. Regula, De pecunia mutuo à possessore sub vsuris data, eiusq; actione. Vtrũ pecunia restituenda, an actio eius cedenda sit, est in electione actoris; Nisi bonæ fidei sit possessor reus. quæ regula cum sua exceptione approbatur *l. Iulianus.* 30. *ff. de petit. hæred.*

XVIII. Regula, De omni lucro, quod possessor percepit restituendo, proponitur *l. post Senatusconsultum.* 28. *l. euicta.* 55. *item l. si & rem.* 22. *in fin. ff. eod. tt.* Huius exceptio prima esse videtur: Nisi inhonestos fecerit quæstus possessor. sed reprobatur *l. si posses.* 52. *ff. de petit. hæred. l. ancillarũ* 27. §. *fin. ff. eod. tt.* Altera exceptio est: Nisi extrinsecus, nõ ex ipsa hæreditate sit lucratus. approbatur, simul & exemplis declaratur *per ea quæ proposita sunt sup. reg.* 2. *except.* 8. Tertia: Nisi pœnam ob pecuniam tardius solutam acceperit. reprobatur *d. reg.* 2. *except.* 9. Quarta; Nisi ex lege commissoria lucrum sensit. reprobatur *l. sed etsi.* 25. *in prin. ff. de petit. hæredit.* Quinta; Nisi ex lege Aquilia, vel alia actione quę inficiando crescit, duplum sit consecutus. reprobatur *l. euicta.* 55. *ff. d. tt.* Sexta exceptio est: Nisi possessor eo lucro locupletior factus non sit. *d. l.* 20. §. *præter hæc autem. ff. de petit. hæred. l. sed etsi.* 25. §. *consuluit, cum seqq. l. Iulianus.* 30. *item l. illud.* 40. §. *prædo. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi malæ fidei possessor sit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. reg.* 2. *except.* 9. Altera replicatio est; Nisi donauerit, & ἀπόδοχα acceperit. *d. §. consuluit.* Tertia: Nisi pro parte hæres, ex asse se putans hæredem, dimidiam hæreditatis partem consumpserit. *d. l.* 25. §. *adeo autem.* Quarta; Nisi de suo id erogaturus erat possessor, quod ex hæreditate consumpsit. *d. l.* 25 § *quod autem quis.*

XIX. Regula, De eo, quod possessor desiit possidere. Ad id petitione hæreditatis non tenetur, *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. reg.* 2. *in prin.* Cuius exceptio prima est: Nisi tempore litis contestatæ possederit. *d. reg.* 2. *exc.* 1. Huius replicatio est; Nisi bonæ fidei possessori res post litem contestatam casu fortuito perierit. *l. illud.* 40. *in pr. ff. d. petit. hæred. l. si quo tempore.* 41. §. *ex diuerso. ff. eod. tt.* Plane possunt replicationis loco annotari *supr. cap. prox. reg.* 2. *except.* 1. Plures propositæ regulæ exceptiones vide *d. reg.* 2.

XX. Regula; De eo in quantum locupletior factus est possessor, vide *sup. reg.* 18. *except.* 6.

XXI. Regula, De sumpribus quos fecit possessor, deducendis, vide *sup. c.* 1. *q.* 8. *reg.* 5.

XXII. Regula; Si actor cohæredes habeat, de quibus incertum est, vtrum sint hæredes exituri, nec ne? interim ille non totam hæreditatem petet, sed tantum, quantum habiturus esset, illis quoq; hæredibus existentibus. *l.* 2. *ff. si pars hæreditatis petatur.*

XXIII. Regula; Si actor cohæredem in vtero habeat, quantum petere debeat, definitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. prox. c.* 13. *reg.* 4. Sed & hoc casu incertæ patris vindicatio admittitur, *l.* 1. §. *fin. ff. si pars hæreditatis petatur.*

XXIV. Regula, De in litem iurando, proponitur *l. item veniunt.* 20. §. *fin. ff. de petit. hæred. Concordat l. sed etsi.* 25. §. *hæc verba. ff. eod. tt.*

XXV. Regula, Non quantum reus possidet, sed pro qua parte actor est hæres, venit in hæreditatis petitione petẽdum. *l.* 1. §. 1. *ff. si pars hæred. petat. M. I. R. lib.* 4. *c.* 8. *reg.* 3. *in fin.* Plane officio iudicis reus pro ea parte quam non possidet, est absoluendus. *l. licet.* 10. *ff. de petit. hæred.*

XXVI. Regula; Quoniam debitor quoq; defuncti & hæreditarius petitione hæreditatis tenetur, *vt sup. c.* 1. *q.* 4. *caus.* 9. *est ostensum.* quæritur, vtrum id quod in principalem venit actionem, etiam in petitione hæreditatis veniat, nec ne? quæ quæstio definitur *l. item veniunt.* 20. §. *prædiximus. ff. de petit. hæred.* Hæc de quæstione, Quid & quantum veniat in petitione hæreditatis? Sed & plures huius loci regulas, vide *sup. lib.* 9. *c.* 21. *& c.* 22. *item lib.* 10. *c.* 10. Hactenus de petitione hæreditatis.

DE INOFFICIOSO TESTAMENTO, *actio secunda.*

CAP. IV.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *Institut. de inoffic. testam. in princ. & l. non est, 4. ff. eod. tt.*

II. CAVSA HVIVS actionis.

Si liberi testatoris aut parentes in testamento inique exhæredati sint, vel præteriti; datur exhæredatis vel præteritis actio hæc ad rescindendum testamentum. *Instit. d. tt. in princ. l. inofficiosum. 3. ff. d. tt. item l. si maritus. 22. C. d. tt. M. I. C. lib. 5. cap. 5. reg. 17. M. I. R. d. c. 8. reg. 24.* Huius causæ exceptiones partim ex persona exhæredantis vel prætereuntis, partim ex persona exhæredati vel præteriti, partim ex causa exhæredationis, partim deniq; ex aliis exhæredationis vel præteritionis circumstantiis desumptæ, ordine sequũtur: & primum ea, quæ sumuntur ex persona exhæredantis vel prætereuntis testatoris.

I. Exceptio: Nisi miles liberos vel parentes suos in testamento suo inique exhæredauerit vel præterierit. *l. de inofficio. 9. C. de inoffic. testam. l. testamentum. 24. C. eod. tt. Concordant item ea quæ proposita sunt sup. lib. 9. c. 13. repl. 14. M. I. R. d. reg 24. except. 1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi veteranus fuerit miles. *l. Papinianus. 8. §. Papinianus ff. de inoffic. testam.* Altera replicatio est: Nisi testator à militia fuerit dimissus. Cuius duplicatio est: Nisi intra annum, postquam à militia dimissus est, decesserit. *d. l. 8. §. si quis in militia.* Tertia replicatio videtur; Nisi miles militis testamentum dicat inofficiosum. sed reprobatur *l. si instituta. 27. §. de inofficioso. ff. d. tt.* Reliquas propositæ exceptionis replicationes vide *d. replic. 14.*

II. Exceptio: Nisi filius familias de castrensi vel quasi castrensi peculio testamentum fecerit. *l. vlt. C. de inoffic. test. Concordat l. cum lege. 38. C. de episcop. & cleric.* Sed hanc exceptionem mutatam putat glossa *in d. l. vlt. ex Nouell. c. 123. §. presbyteri. M. I. R. d. reg. 24 except. 2.*

III. Exceptio; Nisi mater in suo testamento liberos suos inique exhæredauerit, vel præterierit. reprobatur *l. nam & 5. in princ. ff. de inoffic. testamento. Concordat Nouell. constit. 18. §. non licebit. ibi, atq; hæc.*

IV. Exceptio: Nisi nepos ex filio emancipato sit præteritus vel exhæredatus. reprobatur *l. neptem. 7. C. de inoffic. testam.*

V. Exceptio: Nisi per fœminas descendentes liberi præteriti sint, vel inique exhæredati. reprobatur *l. nam & 5. in princ. ff. de inoffic. test. & Nouell. c. 18. §. non licebit. ibi: atq; hæc.*

VI. Exceptio; Nisi adoptiui liberi inique exhæredati vel præteriti sint. reprobatur *Institut. de inoffic. testam. §. tam autem. Concordat l. quidam. 132. §. sed videamus. ff. de verbor. obligat.* Plane admittitur in filio à fœmina adoptato. *l. si suspecta. 29. §. quoniam, ff. de inoffic. testam.* Sed & admittitur, si adoptatus sit ab extraneo, non ab aliquo ex ascendentibus suis, *l. cum in adoptiuis. 10. §. sed ne articulum. C. de adopt.*

VII. Exceptio: Nisi filius inique exhæredatus vel præteritus, alij in adoptionem sit datus. approbatur simul & distinguitur *d. l. 10.*

VIII. Exceptio: Nisi inique exhæredatus vel præteritus, in testamẽto filius sit negatus. reprobatur *l. si instituta. 27. §. ei qui. ff. de inoffic. testam.*

IX. Exceptio; Nisi filius post testamentum factum natus sit. reprobatur *Instit. de inoffic. test. §. posthumus. Concordat l. posthumus. 6. in pr. ff. d. tt.* Plane admittitur si mater testatrix, ex qua posthumus natus est, in puerperio decessit, filiis suis hæredibus institutis. quę distinctio approbatur simul & distinguitur *l. si mater. 3. C. de inoffic. testam.*

X. Exceptio; Nisi prioris matrimonij liberi inique exhæredati vel præteriti sint. reprobatur *Nouell. c. 22. §. postremo & illud.*

XI. Exceptio; Nisi liberi inique exhæredati vel præteriti naturales sint, nõ legitimi. ipso quidem iure subsistit, *M. I. R. lib. 4. cap. 2. reg. 21. except. 110. replic. 4.* Verum eius replicatio prima est: Nisi mater testatrix liberos naturales præterierit, vel inique exhæredauerit. *l. si suspecta. 29. § de inofficio. ff. de inoffic. testam.* Altera replicatio est: Nisi naturales sint legitimati. *Nouell. c. 18. §. sed neq; hac. ibi, eadem hæc.*

XII. Exceptio; Nisi liberi ex nuptiis sine dotalibus instrumentis factis sint nati. reprobatur *d. §. sed neq; hac.*

XIII. Exceptio: Nisi filius sponte arenarius sit factus. *l. in arenam. 11. C. de inoffic. test. Concordat Nouell. const. 115. §. si præter voluntatem.* Huius replicatio est: Nisi defunctus parens eiusdem fuerit conditionis. *d. l. 11. & d. §. si præter voluntatem.* Alias replicationes vide *inf. except. 57.*

XIV. Exceptio; Nisi inique exhæredatus vel præteritus, ab intestato hæres esse non possit. *l. posthumus. 6. §. si quis ex his. ff. de inoffic. testam. M. I. R. lib. 4. c. 8. reg 25. except. 7.*

XV. Exceptio: Nisi inique exhæredatus vel præteritus hæredi scripto hæres existat. approbatur iure cõfusionis, quæ actio tollitur, si creditor debitori hæres existat, *per ea quæ habentur in ff. lib. 24. cap. 16. reg. 2.* Cuius replicatio est: Nisi pro parte tantum hæredi scripto hæres extiterit, vel defunctus pro parte tantum hæres sit scriptus: hoc enim casu pro ea parte, qua hæres non est, actionem de inofficioso testamento exercere non prohibetur. *d. reg. 2. ext. 6. Concordat l. si is. 31. §. si hæres. ff. d. tt. glossa in d. §. si hæres. in verbo Nocebit. l. debitori. 50. ff. de fideiussorib.*

XVI. Exceptio: Nisi exhæredatus vel præteritus legatario in re legata successerit. *d. §. si hæres. vers. diuersum. & l. si exhæredatus. 32. §. fin. ff. eod. tt.*

XVII. Exceptio: Nisi testator existimans filium decessisse, eum in testamento præteriit. reprobatur *l. si instituta. 27. §. fin. ff. de inoffic. test.* Plane quoad legata, nihilominus testamentum illud firmum manet. *l. cum mater. 28. ff. eod. tt.* Sequũtur exceptiones desumptæ ex causa exhæredationis.

XVIII. Exceptio; Nisi propter iustam causam sit exhæredatus. approbatur, simul & quæ sint iustæ exhæredationis causæ, declaratur *Nouell. c. 115. §. ad hæc aliud, vsq; ad §. memoria. M. I. P. lib. 5. c. 5. reg. 17. except. 1. M. I. R. lib. 4. c. 8. reg. 24. except. 8.* Huius replicatio prima est: Nisi causa exhæredationis testamento specialiter non fuerit inserta. *d. §. ad hæc aliud, de qua re vide sup. lib. 9. c. 14. except. 19. Cõcordat l. omni*

l. omni modo. 30. §. nam si nullam. C. de inofficioso testamento. Altera replicatio est; Nisi causa exhæredationis ab hærede scripto non fuerit probata. *quæ replicatio approbatur ibidem.* Tertia; Nisi post perpetratum delictum, ob quod exhæredari potuit, monasticam vitam elegerit. *Nouell. constit. 123. §. nullam autem licentiam. M. I. P. except. 1. repl. 1.*

XIX. Exceptio; Nisi exhæredatus vel præteritus testatori fuerit ingratus. approbatur simul & distinguitur *d. l. 30. in prin. ibi, si tamen non ingrati.*

XX. Exceptio: Nisi exhæredatus volente testatore voluerit repudium coniugi mittere. reprobatur *l. cum te. 18. C. d. tt. Concordat l. filia. 20. C. eod. tt.*

XXI. Exceptio; Nisi quod turpiter & flagitiose viuat filia, sit exhæredata. *l. si filiam. 19. C. de inoffic. test. Nouell. cap. 115. §. si cui ex prædictis. M. I. R. lib. 4. cap. 2. reg. 21. except. 115. replic. 5.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi parentes distulerint filiam elocare. *d. §. si cui ex. ibi, sed si filia.* Alias replicationes vide *sup. except. 17.*

XXII. Exceptio; Nisi quod monasticam vitam elegerit, sit exhæredatus. reprobatur *l. Deo. 42. §. hoc etiam. C. de episc. & clericis. Concordat Nouell. c. 123. §. nullam autem licentiam.*

XXIII. Exceptio; Nisi quod interdixerit defuncto testamenti factione, sit exhæredatus. *l. testamenti. 23. C. de inoffic. test. Concordat Nouell. c. 115. ff. de eo liberorum aliquis. & §. si parentes liberos.* Huius replicationes vide *sup. except. 17.*

XXIV. Exceptio: Nisi propter patris vel alterius odium mater filiam exhæredauit. reprobatur *l. si quis. 33. §. legis autem, C. de inoffic. test.* Hactenus exceptiones desumptæ ex causa exhæredationis. Sequuntur nunc reliquæ.

XXV. Exceptio: Nisi in testamento pupillari vel furiosi, quod pater ei fecit, sit exhæredatus vel præteritus. *l. Papinianus. 8. §. sed neq;. ff. de inoffic. test. Concordat l. humanitati. 9. ibi, vt occasione huiusmodi. C. de impub. & aliis substit. M. I. P. d. reg. 17. except. 2. M. I. R. d. reg. 24. except. 10.*

XXVI. Exceptio, desumpta ex persona hæredis instituti, reprobatur *l. si is qui. 31. §. quantum. ff. de inoffic. test. & l. Papinianus. 8. §. si imperator. ff. eod. tt.* Plane admittitur, vel saltem admitti videtur exceptio proposita in casibus sequentibus.

XXVII. Exceptio; Nisi pater præteriti vel exhæredati, in cuius est potestate, hæres sit institutus. reprobatur *l. filius. 12. in prin. ff de inoffic. testam.*

XXVIII. Exceptio; Nisi filius præteriti hæres sit institutus. approbatur simul & distinguitur *l. si ponas. 23. in pr. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi non præteritus, sed exhæredatus sit actor: tũc enim quia cõtra tabulas bonorũ possessionem non habet, *vt inf. dicetur,* inofficiosi querela illi non denegatur. *d. l. 23. vers. quod si exhæredatus. M. I. R. d. reg. 24. except. 23.* Altera replicatio; Nisi mater à filio sit præterita, tunc enim quamuis filia eius hæres sit instituta: nihilominus illi datur inofficiosi querela. *l. cum filium. 17. C. d. tt.*

XXXIX. Exceptio; Nisi seruus exhæredati vel præteriti hæres sit institutus. *l. nihil interest. 12. in pr. ibi, quinetiam, ff. de inoffic. testam.*

XXX. Exceptio; Nisi exhæredato vel præterito in testamento sit relicta. *De hac exceptione vide cap. prox.*

XXXI. Exceptio; Nisi exhæredato vel præterito aliquid in testamento sit relictum; tunc enim inofficiosi querela illi denegatur, & ad supplendam legitimam illi datur actio. *de qua vide inf. c. 6. in fine.*

XXXII. Exceptio: Nisi actori aliud superfit remediũ, quo defuncti bona adipisci possit. *Instit. de inoffic. test. §. tam autem. Concordat l. maximũ vitium. 4. ibi, nam cum vltimum. C. de liberis præterit. M. I. P. d. regul. 17. except. 3.* Huius proponitur exemplum *l. Papinianus. 8. §. si quis impubes. & §. quarta autem. vers. namq; si quis. ff. de inoffi. ioso testamento.* Huius replicatio est: Nisi quartam Trebellianicam deduxerit, vel deducere possit: hoc enim casu nihilominus legitimam potest deducere. *M. I. P. d. exceptio. 3. replicatio. 1. M. I. R. lib. 4. cap. 10. regul. 1. exceptio. 4.*

XXXIII. Exceptio; Nisi filius emancipatus præteritus sit. *l. si ponas. 23. in prin. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi non à patre, sed à matre sit præteritus. *l. filiam. 15. C. d. tt.* Rationem vide *inf. c. 17. q. 1. except. 4.* Nunc de exceptionibus, quæ sumuntur ex consequentibus exhæredationem seu præteritionem, est agendum.

XXXIV. Exceptio; Nisi exhæredatus vel præteritus iudicium defuncti agnouit, & id quod ei relictum est in testamẽto, petiit. *l. si is. 31. §. fin. ff. de inoffic. testam. l. post legatum. 5. in prin. ff. de his quæ vt indignis. item l. 8. §. si conditioni. l. si pars. 10. §. fin. & l. nihil interest. 12. §. si à statu libero. ff. de inoffic. test. M. I. R. d. reg. 24. except. 11.* Huius item exceptionis species sunt exceptiones aliquot proxime sequentes. Plane eius replicatio prima est; Nisi actor petens legatum, per exceptionem sit submotus, vel alias agnito iudicio euentus non responderit. *d. l. nihil interest. 12. §. si cum filius. l. 36. in princ. C. eod. tt.* Altera replicatio; Nisi viuo testatore iudiciũ eius agnouit. *l. 31. §. fin. ibi, post mortem patris, ff. de inoffic. test. Accedunt ea quæ habentur sup. lib. prox. c. 6. except. 5. & c. 9. except. 14. repl. 10.* Tertia replicatio est; Quod quãuis agnito iudicio testatoris querela inofficiosi testamenti cesset, tamen actio ad supplementum legitimæ non denegetur. Quæ replicatio approbatur & distinguitur *l. 35. §. & generaliter. C. de inoffic. test.* Quarta; Nisi non actori, sed alij legatum relictum actor petierit, vel acceperit. *l. si pars. 10. §. fin. vers. nisi id totum. ff. de inoffic. testam. l. si exhæredatus. 32. §. fin. ff. d. tt. Instit. eod. tt. § si tutor.* Cuius duplicatio prima est; Nisi alij relictum agnoscenti actori acquiratur. *l. nihil interest. 12. in prin. & l. 31. §. si hæres. vers. diuersum. ff. eod. tt.* Huius duplicationis triplicatio: Nisi non principaliter, sed per consequentiam actori, quod alij relictũ est, acquiratur; tunc enim actori exceptio proposita non nocebit, exemplo *d. l. nihil interest. 12. §. fin.*

XXXV. Exceptio; Nisi actor cum hæredibus institutis de bonis hæreditariis contraxerit, vel tanquam hæredibus soluerit. *l. si ponas. 23. §. si hæreditatem. ff. eod. tt.*

XXXVI. Exceptio; Nisi actor petenti ex testamento legatum, aduocationem præbuit. *l. vlt. in prin ff. eod. tt.*

XXXVII. Exceptio; Nisi actor hæres pro parte institutus, debitum hæreditarium pro sua parte soluit. *l. parentib. 8. §. qui autem. C. de inoffic. test.*

XXXVIII. Exceptio; Nisi actor in testamento scri-

to scripserit, se ei consentire. *l. si is qui. 31. §. fin. ff. d. tit.*

XXXIX. Exceptio: Nisi actor querelæ inofficiosi testamenti renunciauerit, vel transegerit. *l. si quando. 35. §. fin. C. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi hæres fidem transactioni non præstet. *l. si instituta. 27. in prin. ff. de inoffic. testam.* Altera: Nisi actor viuente adhuc testatore, querelæ inofficiosi testamenti renunciauerit. *l. si quando. 35. §. 1. C. d. tt.*

XL. Exceptio: Nisi instituta semel inofficiosi querela, actor destiterit. *l. Papinianus. 8. §. si quis post. & l. nam etsi. 15. §. hæredi. ff. d. tt. item l. si quis. 34. in fin. C. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi dolo scripti hæredis actor ab instituta querela destiterit. *l. eum qui. 21. in prin. ff. de inoffic. testam.*

XLI. Exceptio; Nisi semel actum sit. ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio prima est: Nisi cum prius filius egisse, postea pater defuncti suo nomine agat. *l. pater. 14. ff. de inoffic. testam.* Altera: Nisi ante falsum vel iniustum actor dixit testamentum, non inofficiosum. *l. cum qui. 14. & l. contra. 16. C. eod. tt.*

XLII. Exceptio; Nisi pater defuncti contra tabulas bonorum possessionem acceperit. reprobatur *l. filio. 16. §. contra. ff. de inoffic. testam.*

XLIII. Exceptio; Nisi bona hæredis vel defuncti ad fiscum sint delata. reprobatur *l. si hæredum. 10. C. eod. tt.*

XLIV. Exceptio; Nisi defunctus nil nisi seruos in patrimonio habens, libertatem eis testamento reliquerit. *l. Papinianus. 8. §. quarta autem. versic. cum igitur. ff. eod. tt.*

DE LEGITIMA, QVÆ INOFFICIOSI QUERELAM EXCLUDIT.

CAP. V.

PRæter exceptiones hactenus propositas numeratur & hæc; Nisi exhæredato vel præterito legitima sit relicta. hoc enim casu ab inofficiosi querela excludatur. quæ exceptio approbatur, simul & declaratur definitione legitimæ *Instit. de inoffic. testam. §. igitur quartam. & l. Papinianus. 8. §. quoniam. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 17. except. 4. M. I. R. d. reg. 24. except. 21.*

Mutatio iuris.

Plane iam dicta definitio legitimæ iure nouo mutatur, & pro quarta substituitur, triens quidem, si defunctus non vltra quatuor liberos reliquerit: sin autem plures reliquerit, semit. *Nouell. const. 18. in princ. vsque ad §. prohibemus. Nouell. c. 22. §. postremo & illud, in fin. item Nouell. cap. 39. §. ea itaque de re.* Excipitur à mutatione proposita decurio: qui liberis suis dodrantem bonorum tenetur relinquere. *d. Nouell. const. 18. versic. excipiatur autem. & Nouell. const. 138. §. si cui vero.* Hisce constitutionibus, quæ sit legitima, definitur. Nunc propositæ exceptionis replicationes ordine proponendæ sunt: quibus actor, quamuis legitimam ex bonis defuncti perceperit, adiuuatur, vt nihilominus inofficiosi querela vel ad supplementum actione vti possit.

I. Replicatio: Nisi non iure institutionis, sed alio modo actori legitima sit relicta. Hęc replicatio iure quidem antiquo reprobatur *Instit. de inoffic. testam. §. igitur quartam. Concordat Nouell. cap. 18. §. tandem ista nos. ibi: siue quis idipsum per modum institutionis.* Iure autem nouo approbatur *Nouell. const. 115. §. ad hæc aliud. ibi: etsi per quamlibet. M. I. R. d. except. 21. replic. 1.* Plane huius duplicatio est: Nisi actor, quod alio quam institutionis iure accepit, non restituat, vel conferat. *l. si non mortis. 25. in prin. vers. aut certe. ff. de inoffic. testam. M. I. R. d. repl. 1. dupl. 11.* Huius replicationis species sunt replicationes proxime sequentes.

II. Replicatio: Nisi ex causa legati actor legitimam sit consecutus, reprobatur quidem iure antiquo *per ea, quæ proposita sunt sup. repl. proxim. in prin. Concordat l. omni modo. 30. §. & hæ. quidem. C. de inoffic. test.* Sed iure nouo approbatur, *vt sup. replic. prox. est ostensum. M. I. R. d. repl. 1. in prin.*

III. Replicatio: Nisi mortis causa legitima actori sit data. reprobatur *l. Papinianus. 8. §. si quis mortis. ff. de inoffic. test.* Plane iure nouo approbatur, *de quo sup. repl. 1. in fin.*

IV. Replicatio: Nisi legitima actori inter viuos donata sit. Et hæc replicatio iure quidem antiquo reprobatur *l. si non. 25 in princ. ff. de inoffic. test. Concordat Inst. d. tt. §. igitur quartam.* Iure autem nouo approbatur *per ea, quæ proposita sunt sup. repl. 1. in fin. M. I. R. d. reg. 24. except. 17.*

V. Replicatio; Nisi actor in legitima sit grauatus. approbatur quidem ipso iure. *M. I. R. d. except. 21. repl. 5.* Verum eius duplicatio prima est: Nisi pupillaris in legitima substitutio sit facta. *l. Papinianus. 8. §. si quis impuberi. ff. de inoffic. testam. Concordat l. ex tribus. 26. C. eod. tt. M. I. R. d. replic. 5. duplic. 1.* Altera duplicatio est: Nisi post tempus sit grauatus in legitima, ita vt medio tempore ex fructibus rei relictæ legitimam colligere possit. *d. l. 8. §. vnde si quis. M. I. R. d. except. 21 repl. 6. duplic. 1.* Tertia: Nisi ex duobus filiis alter alteri post mortē suam restituere sit rogatus. *l. si pater. 12. C. de inoffic. testam.* Quarta: Nisi ob æs alienum hæreditarium & funeris impensam legitima minuatur. *l. Papinianus. 8. §. quarta. ff. d. tt. Concordant ea quæ habentur infr. lib. proxim. cap. 4. except. 40. replic. 12. duplic. 1. M. I. R. d. except. 21. in princ.* Huius triplicationes possunt numerari duplicationes præcedentes, item duplicatio inferior proxima. Quinta duplicatio est: Nisi ob libertates à testatore relictas, legitima minuatur. hæ enim pro proportione ex legitima deducuntur. *l. Papinianus. 8. §. quarta autem. ff. de inoffic. testam.* Sed duplicatio hæc hodie censetur mutata, *teste glossa in d. §. quarta item glossa in Nouell. const. 18. §. prohibemus. vers. relinquat.* Sexta: Nisi per Falcidiam ex asse hæres institutus, legitimam retinere possit. *d. §. quarta autem. M. I. R. d. except. 21. replic. 5. duplic. 2.* Plane iure nouo, quicquid ad grauandum actorem in legitima est adiectum, ipso iure non valet. *l. quoniam. 32. C. d. tt. M. I. P. d. except. 4 replic. 1. in fine. M. I. R. d. replic. 5. in fine. Accedunt item ea quæ habentur inf. lib. prox. cap. 4. except. 41. replic. 12. duplic. 1.*

VI. Replicatio: Nisi sub conditione vel ex tempore actori legitima sit relicta. ipso quidem iure subsistit. *M. I. R. d. replic. 5. in princ.* Verum eius duplicatio prima est: Nisi in gratiam actoris cōditio vel tempus sit adiectum. approbatur exemplo *l. filius. 25. C. de inoffic. testam.* Secundæ duplicationis loco notandum, quod conditio & tempus legitimæ adiectum, pro non adiecto habeatur.

l. quoniam. 32. C. d. tt. Huius triplicatio est: Nisi quid vltra legitimam actori sit relictum. in eo enim quod plus est, cōditio vel tempus adiectum valet. *l. scimus. 36. §. cum autem. C. d. tt.*

VII. Replicatio: Nisi actor legitimam non ex testatoris bonis, sed aliunde sit consecutus. *d. l. 36. § repletionem. M. I. R. d. except. 21. repl. 6.* Huius duplicatio est; Nisi ex fructibus medio tempore perceptis, legitimam consecutus sit actor. *l. Papinianus. 8. §. vnde si quis, cum sequentibus. ff. de inoffic. testam. M. I. R. d. replic. 6. dupl. 1.*

VIII. Replicatio; Nisi occasione militiæ adquisiuit actor. ipso quidem iure subsistit; verum eius duplicatio est: Nisi pecunia defuncti militia sit comparata. approbatur simul & distinguitur *l. omni modo 30 §. imputari. C. d. tt. M. I. R. d. except. 21. replicat. 8.*

IX. Replicatio: Nisi nudæ proprietatis, non pleno iure legitima sit actori relicta. *Nouell c. 18. §. prohibemus autem.*

X. Replicatio: Nisi dotis vel ante nuptias donationis nomine actor vel actrix acceperit id, quod aduersarius in legitimam computat. reprobatur *l. quoniam. 29. C. de inoffic. testam. Concordat l. vnica §. videamus. ibi: cum dos poßit. C. de rei vxoriæ actione. M. I. R. d except. 21. replic. 10.* Plane videtur replicatio de iure nouo approbari *per ea quæ dicta sunt supr. replic. 1. in fine.*

XI. Replicatio; Nisi ex collationibus fratrum actor acceperit id, quod aduersarius in legitimā illi computat. approbatur simul & distinguitur *l. illud. 20. §. hæc autem regula. C. de collationibus.*

XII. Replicatio; Nisi actor correo promittendi liberatione legata, simul & ipse liberatus sit; hoc enim in legitimam ei non computabitur. *l. nihil interest. 12. ff. de inoffic. testam.*

XIII. Replicatio; Nisi post mortem testatoris aucta hæreditate, minus legitima habeat actor. hoc enim casu, quamuis mortis tempore legitimam habuerit: tamen cum postea aucta sit hæreditas, augeri quoque ei legitimam debere videtur. Sed hæc replicatio reprobatur *l. cum quæritur. 6. C. de inoffic. test. M. I. R. d except. 21. replic. 12.*

XIV. Replicatio; Nisi connumerata parte fratris non agentis, actor minus legitima sit habiturus. *l. qui repudiantis. 17. in princ. & l. si ponas. 23. §. fin. ff. d. tt. M. I. R. d. except. 21. repl. 11.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi alter frater ad hæreditatem ad huc admitti possit. *d. l. 17. & l. Papinianus. 8. §. quoniam. ff. d tt. M. I. R. d. repl. 11. dupl. 1.*

XV. Replicatio; Nisi hæres litigare maluit, quā legitimam soluere. hoc enim casu vltra legitimā etiam tertia pars eius quod relictum est, actori debetur. *l. si quis. 33. in prin. C. de inoffic. test.*

XVI. Replicatio: Nisi per euictionem legitima sit deminuta. *l. scimus. 36. in prin. C. d. tt.*

RELIQVA IVRA DE INOFFICIOSO TESTAMENTO: NEC NON DE TERTIA ACTIONE AD SUPPLENDAM LEGITIMAM.

CAP. V.

AN exhæredatis vel præteritis in testamento, inofficiosi querela competat? in duobus capitibus præcedentibus est discussum. Sequuntur nunc reliquæ huius accusationis quæstiones.

I. QVIBVS INOFFICIOSI querela competit?

I. Regula, De liberis defuncti præteritis vel exhæredatis. *De hisce in præcedentibus est dictum.*

II. Regula, De parentibus defuncti præteritis, vel inique exhæredatis. His quoq; inofficiosi querela competit. *l. 1. ff. de inoffi. test. l. nam etsi. 15. in pr. ff. d. tt. l. cum filium. 17. C. d. tt. item Instit. d. tt. §. non autem. M. I. R. lib. 4. cap. 8. reg. 27.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi defunctus liberos reliquerit: ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi liberi defuncti à successione sint exclusi. *l. pater. 14. ff. de inoffic. test.* Altera exceptio videtur: Nisi defunctus alij in adoptionem fuerit datus. sed reprobatur *l. aduersus. 30. in princ. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi ex iusta causa parens sit exhæredatus. *l. liberi. 28. §. fin autem mater. C. d. tt.* Plura de exceptione proposita vide *supr. cap. 4. except. 17.* Sed & plures propositæ exceptiones vide *supr. in duob. capitibus præcedentibus.*

III. Regula, De fratre & sorore defuncti. His regulariter quidē inofficiosi querela non competit. approbatur simul & distinguitur *l. fratres. 27. C. de inoff. test.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi turpis persona hæres sit instituta. *d. l. 27. Concordat Inst. de inoffic. test. M. I. R. d. reg. 27. exc. 1.* Cuius replicatio prima est: Nisi frater vterinus sit, non consanguineus. *d. l. 27. in pr.* Altera replicatio est: Nisi seruus defuncti necessarius hæres sit institutus. Huic enim exceptio proposita non officit. *d. l. 27. in fin.* Secunda exceptio est: Nisi liberti non optime de patrono meriti sint instituti. *d. l. 27.*

IV. Regula, De reliquis collateralibus vltra fratrem & sororem. His inofficiosi querela non competit. *Inst. de inoffic. test. §. vltra fratres. l. 1. in fin. ff. eod. tt. item l. fratris. 21. C. eod. tt.*

V. Regula, De hæredibus præteriti, vel inique exhæredati. His regulariter inofficiosi querela non datur. Quæ regula approbatur quidem ipso iure: *M. I. R. d. capit. 8. reg. 28.* verum eius exceptio prima est: Nisi præteritus vel exhæredatus post præparatam litem, vel bonorum possessionem agnitam decesserit. *l. posthumus. 6. §. si quis instituta. ff. de inoffi. test. l. si pater. 5. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 28. exc. 2.* Declaratur exceptio proposita *l. quemadmodum. 7. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi filius familias præteritus, vel exhæredatus, post præparatam litem decesserit. *l. Papinianus. 8. §. 1. ff. de inoffic. testam.* Altera replicatio est; Nisi mutata voluntate is qui litem præparauit, decesserit. *l. nam etsi. 15. §. hæredi. ff. d. tt.* Altera exceptio est; Nisi præteritus vel exhęredatus agnita bonorum possessione vel hæreditate decesserit. *l. posthumus. 6. §. si quis instituta, in fin. ff. de inoffic. testam.* Tertia: Nisi cum venit præteritus vel exhæredatus ad mouendam querelam, decessit. *d. §. si quis instituta.* Quarta; Nisi constiterit, defunctum inofficiosi querela agere voluisse. *l. si pater. 5. C. de inoffic. test.* Quinta: Nisi liberi eius cui competit inofficiosi querela, hæredes ei extiterint. *l. si quis. 34. & l. scimus. 36. §. fin. C. d. tt. item l. si defunctus. 9. §. fin. C. de legitimis liberis.* Huius replicatio est; Nisi defunctus inofficiosi querela agens, exceptione potuit submoueri. approbatur exemplis *d. l. 34.*

VI. Regula, De parte exhæredati vel præteriti filiifamilias. Huic nomine filij competit inofficiosi

ciosi querela, quemadmodum & alia actio. cuius regulæ exceptio prima est: Nisi filius agi nolit. *l. Papinianus.8.in prin.ff.de inoffic.testam.* Altera: Nisi pater legatum in testamento sibi relictum agnouerit. reprobatur *l.filius.22 in prin.ff.eod.tt.*

VII. Regula: Si primus, cui competit querela inofficiosi testamenti, aut nolit agere, aut exceptione submoueatur, sequens admittitur. *l.si is.31. in prin.ff.de inoffic.testam.* Huius exemplum proponitur *l.pater.14. in fin.ff.d.tt. Concordat l.item si non.25.§.fin.ff.d.tt.*

II. ADVERSVS QVOS COMPETIT querela inofficiosi?

I. Regula, De scripto hærede. Regulariter aduersus scriptum competit hæredem. Quæ regula distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.c.4. quæst. 2 except.25. cum tribus exceptionib. sequentib. M.I.R. d. capit.8.reg.30.*

II. Regula: Fratre vel sorore actoris & extraneo hæredibus scriptis, aduersus extraneum tantum competit. *l.mater.19.ibi.sed non est.& l.circa.24. ff.de inoffi.test.*

II. Regula, De fideicommissario, cui ab hærede restituta est hæreditas, proponitur *l.1. Cod.de inoffic. testam.*

IV. Regula, De fisco, *l.si hæredum.10.C.d.tt.*

V. Regula, De vno ex pluribus hæredibus, *l.si non.25.§ si quis.ff. de inoffic.test.*

III. APVD QVEM COMpetat?

I. Regula: Ibi vbi reus domicilium habet, competit. *l.si suspecta.29.§.fin.ff.de inoff.test.*

II. Regula, De præside prouinciæ, proponitur *l.cum filium.17.C.d.tt.*

III. Regula, De procuratore Cæsaris, si fiscus conueniatur, habetur *l.si hæredum.10.eod.tt.*

IV. QVIBVS PRÆSENTIBVS inofficiosi querela competit?

De presentia legatariorum, quibus quid in testamento relictum est, proponitur *l.si suspecta.29. in prin.ff.de inoffic.test.*

V. QVID VENIAT IN HAC actione?

Si actori nihil in testamento relictum est: venit in hanc actionem, vt rescisso testamento, actori ab intestato hæreditas restituatur. *de quo dicetur infr.quæst.8.* Sin autem aliquid actori relictum est, minus tamen legitima: ad id solum competit actio, vt legitima actori repleatur. *de quo vide infra eodem capite.*

VI. QVANDO ET QVAMDIV competit hæc actio?

I. Regula: Intra quinquenniũ tantum competit hæc actio, posteaq; agenti quinquennalis præscriptio obstat. *l.si quis.34. in fin. ibi: vel quinquennio tacuit.C.de inoffic.test.M.I.R.d.cap.8.reg.31.* Huius exceptio prima est: Nisi nondum adita fuerit hæreditas: hoc enim casu quinquennium nondũ currit. *l.scimus.36.§.præterea.C.eod.tt.* Altera exceptio est: Nisi actor prius iniustum dixerit testamentũ. hoc enim tempus, quo iudicium iniusti testamẽti agitatum est, quinquennio non connumeratur. *l.contra.16 C.eod.tt.* Tertia: Nisi magna & iusta causa intercesserit, ob quam intra quinquennium actum non est. *l.Papinianus.8.§.finali.ff. dict.tt.* Quarta: Nisi actor fuerit minor 25.annis. *l.2.C.in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria.* Quinta: Nisi ad supplementum legitimæ agatur: tunc enim non nisi triginta annorum exceptio obstat. *Gribaldus in communibus opinionibus, in verbo Legitimo.Soarez in litera L. numero 90. M.I.R. d.regul. 31.exceptione 1.*

II. Regula: Non nisi ab adita hæreditate dies huius actionis cedit. *d.l.8.§.si conditioni.vers. quoniam ante.& § illud præterea.M.I.R.d.cap.8.32.*

VII. ADIVNCTA OFFICIA & iura actoris.

I. Regula: Queritur & probat hac actione actor, se inique exhæredatum vel præteritum, quasi testator non fuerit sanæ mentis. *Instit. de inoffic. test.in prin.Concordat l.2.l.inofficiosum.3. item l.nam & his.5.§ final.ff. d.tt.l.liberi.28. in prin. C. eod.tt.* Plane iure nouo actor probatione eius quod dictum est, releuatur, *per l.omnimodo.30. §. si tamen non ingrati.C.de inoffic.testam. Nouell. c.115. §.ad hæc quidem. versic.nisi forte ingrati. & §.verum hæc quidem. §.siue igitur omnes.& §.sancimus igitur.glossa in d.l.liberi.28.in verbo Probato.*

II. Regula, De cumulatione actionum prohibita, & electione actori danda, vtra prius velit experiri, proponitur *l.Papinianus.8. §.si quis irri: ũ. ff.de inoffic.testamento. M.I.R.lib.5.cap.1.reg.87. in principio.*

III. Regula: Ante finitum iudicium reo possessio auferenda non est. *l.2.C.d.tt.*

IV. Regula, De alimentis actori pendente iudicio à reo subministrandis, proponitur *l.si instituta.37.§.de inofficioso.ff.de inoffic.testam. M.I.R. lib.2. capit.10.regul.4.*

V. Regula: Actori, qui filius testatoris negatur, Carboniana bonorum possessio danda non est. *l.qui de inofficioso.20.ff. d.tt.*

VIII. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula: Si obtinuerit actor, testamentum rescinditur, & ab intestato successioni est locus. *l. Papinianus.8.§.si ex causa.ff. de inoffic.test. l.si maritus. 22.C.d.tt.item l.cum mater.28.in fin.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi is obtinuerit, qui ab intestato hæres non est. reprobatur *l posthumus.6. §.si quis ex his.& l.si non.25.§.si quis.ff.de inoffic.testam.* Altera exceptio est: Nisi non per sententiam, sed per transactionem obtinuerit actor. *l. si suspecta. 29.§.quamuis.ff.d tt.* Tertia: Nisi absente, & non respondente reo sententia sit lata. *l.qui repudiantis. 17.§.fin.cum l.seq.ff. de inoffic.test.* Quarta: Nisi pars iudicantium pro testamento pronunciauerit. approbatur simul & distinguitur *l.si pars.10. in princ. ff.d.tt.* Quinta: Nisi cum actor aduersus duos scriptos hæredes ageret, aduersus vnum obtinuerit, ab altero sit superatus. hoc enim casu nõ nisi pro parte testamentum rescinditur, ita vt actor ab intestato, reus ex testamento pro parte hæres habeatur. *l.nam etsi.15. §. filius qui. & l.circa.24.ff.de inofficioso testamen.item l.cum duobus.13.C.eod.tt.* Sexta: Nisi hæres ab intestato & extraneus hæredes sint scripti. hoc enim casu aduersus extraneum tantum actori actio competit; & ob id, quoad alterum hæredem scriptum, testamentum pro

eius

eius parte manet saluum. *l.mater.19. ibi, secundum quod.& l.si non.25.§.fin.ff.eod.tt.* Plures huiusmodi exceptiones vide *infr.lib.prox.cap.6. except.86.*

Quibus ab intestato successio competit?

II. Regula: Regulariter qui obtinuit, ab intestato hæres erit. *l.Papinianus.8.§.si ex causa. ff. de inoffic.testam.* Huius regulæ exceptio est: Nisi alioquin ab intestato successio obtinenti non competat, tunc enim nec hoc casu ad intestati successionem admittetur. *l.posthumus.6.§.si quis ex his.& l. filio.16.§.contra tabulas.ff.eod.tt.*

III. Regula: Aliis quoq; ab intestato hæredibus venientibus victoria rescissi testamenti prodest, vt ab intestato succedant. *l.qui repud antis 17. in princ.ibi, vide si de inofficioso.ff. de inoffic.testam.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alter ab intestato veniens, etiam exhæredatus vel præteritus inofficiosi querela non egit, vel agens non obtinuit. *d.l.17. in princ. l.si ponas.23. §.fin. item l.filio.16.in princ.ff.d tt.* Cuius replicatio est: Nisi alter adhuc agere possit de inofficioso, nec repudiauerit, vel agens nondum succubuerit. *approbatur per ea quæ proposita sunt supt.cap.prox.replic.14. duplic.1.* Altera exceptio videtur: Nisi alter ab intestato veniens, hæres institutus fuerit, & ex testamento hæreditatem adierit. hoc enim casu, tanquam ab intestato hæreditate repudiata, videtur repellendus. verum reprobatur *l.mater.19.ff. de inoffic. testam. Concordat l.si ponas.23 §. quod si exhæredatus.ff. eod.tt.*

IV. Regula: Nec legata nec libertates ex testamento debentur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur supr. regul.1. item infr. lib.prox. cap.6.except.86 item infr.lib.24.cap.16.reg.2.except.3.*

V. Regula, De confusis actionibus reo restituendis, proponitur *l.eum qui.21. § fin.ff. de inoffic.test.*

VI. Regula: Si hæres sub hac conditione, Si seruum suum manumisisset, institutus seruum manumiserit: precium serui à manumisso repetet. *l.si sub.26.ff.de inoffic.testam.*

VII. Regula: Si actor inofficioso testamento agens non obtinuerit: perdit etiam id quod ei in testamento est relictum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr.lib.prox.cap.8.causa 17.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Reg. Si inique exhæredatus vel præteritus possideat hæreditatem, per exceptionem querelam inofficiosi testamenti potest proponere. *l. Papinianus.8. §.si filius.ff.de inoffic.testam.*

I. Regula: De querela inofficiosæ donationis, si parens ad interuertendam inofficiosi testamenti querelam vni filiorum totum patrimonium donauit, vide *infr.lib.14.cap.16.*

III. Regula, De succedendo in virilem portionem cum scriptis hæredibus, proponitur *l.si mater.3.C.de inoff.testam.*

IV. Regula: De actione ad supplendam legitim m vide *infr.*

V. Regula: De contra tabulas bonorum possessione vide *infr.cap.7.* Alia adfinia remedia vide *supr.cap.4.except.30.*

DE TERTIA ACTIONE ad supplendam legitimam.

I. Regula: Si inique exhæredato vel præterito aliquid à defuncto sit relictum: non datur inofficiosi querela, sed ad supplendam legitimam agitur. *l. omni modo.30. in prin. vsq; ad §. imputari, cum quatuor legibus sequentibus. C. de inoffic.test.Nou.c.115. §.hæc autem ita.Instit.de inoffic.test. §.sed hæc ita.item l. si non.25.in prin.ibi, at si minus, ff.eod.tt. M.I.R. lib.4. cap.8.reg.24.except.22.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi in testamento non sit adiectum, vt legitima repleatur. reprobatur *Instit.d.§. sed hæc ita. Concordat d.l.30.in prin. ibi, vt siue adijciatur in testamento.item l.scimus.36.in prin.C.d.tt.* Altera: Nisi testamentum sit nuncupatiuum. reprobatur *l.quæ nuper.31. C. de inoffic.test.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *supr.cap.4.& cap.5.*

II. Regula: Quibus & aduersus quos competat actio proposita? item quando & quamdiu? vide *supr.eod.cap.*

DE CONTRA TABVLAS BONOrum possessione, quarta actio.

CAP. VII.

I. CAVSA, EX QVA COMPEtit hæc actio, cum suis exceptionibus.

Si liberi, vel parentes testatoris, vel alij quos ex aliqua parte hæredes institui necesse est, de quib.inf.quæst.prox.dicetur, in testamento præteriti sint: datur his cõtra tabulas bonorum possessio. *Instit.de bonor.possess.§.sunt autem.M.I.R.d.c.8. reg.51.* Huius exceptio prima est: Nisi miles liberos suos præterierit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.9.c.13.repl.14.* Altera: Nisi is de cuius bonis agitur, in adoptiua familia fuerit. reprobatur *l.si pater.17.ff.contra tabul. l.non tantum.3. §.si pater l.ex duob.14. §.fin. item l.vlt. in prin.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi is de cuius bonis agitur, in potestate patris sui remansit, nepote emancipato. hoc enim casu videtur, quod huic nepoti præterito cõtra tabulas patris sui bonorum possessio sit deneganda. verum reprobatur *l.si emancipatus.6. in prin. ibi, nepote quoque.ff. de bonorum possess.contra tabulas.* Quarta: Nisi fœmina liberos suos præterierit. *l.illud.4.§.ad testamenta.ff.eod.tt. Concordat l.filiam.15.C.de inoffic.testam.* Quinta: Nisi emancipati liberi præteriti sint. reprobatur *l.1. §. & sui iuris.ff. de bonor. possess. contra tabul. Concordat Instit. de exhæredat. liberor. §. emancipatos. item Institut. de hæredit. quæ ab intest. §. eadem hæc.* Plane admittitur in adoptiuis emancipatis, *vt ex iam dictis constat. de qua re vide infr. except.9. distin.1.* Sexta exceptio est: Nisi præteriti liberi in aliena vel adoptiua familia sint. *d.§.eadem hæc. l.non tantum.3.§. si emancipatus, ff. contra tabulas. item Instit. de hæredit. quæ ab intestato. §.sed ea omnia.ibi, testamento autem.* Huius replicatio prima est: Nisi non in totum præteriti sint liberi, sed ex aliqua parte hæredes instituti. tunc enim quamuis in adoptiua familia sint, nihilominus contra tabulas bonorum possessionem accipere possunt. approbatur simul & distinguitur *l.non putauit.8.§. in adoptionem. ff. de bonor. possess. contra tabulas. Concordat l. si post. 10.in princ.ff.eod.tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi ab alio non committatur edictum. *d.§.in adoptionem.* Altera: Nisi alio gradu hæredes sint in-

ſtituti, quam contra quem bonorum poſſeſſio petitur. *d.l.8.§.datur.* Tertia: Niſi filius adoptiuus alij in adoptionem datus, hæres ſcriptus, contra tabulas bonorum poſſeſſionem petat. *d.l.8.§. vt autem.* Quarta: Niſi nepote in adoptionem dato, & hærede inſtituto, pater eius adhuc viuat. *l.cum emancipatus.13.§. qui duos.ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* Quinta: Niſi non extraneo, ſed auo materno in adoptionem datus ſit hæres ſcriptus filius. reprobatur *l.poſt.10.§.1.ff.eod.tt.* Sexta: Niſi ex inſtitutione filius alij in adoptionem datus, hæreditatem adiit. *reprobatur d.l.10.§.ſi in adoptionem.* Septima: Niſi in adoptionem datus, inutiliter hæres ſit inſtitutus, vt ei hæreditas ex inſtitutione deferri non poſſit. *d.l.10.§.1. Concordat l.ſi in adoptionem.11.in prin.ibi, idem puto.ff.eod.tt.* Octaua duplicatio eſt: Niſi conditio, ſub qua inſtitutus eſt, defecerit. *d.l.11.in prin.* Hæc de prima propoſitæ exceptionis replicatione, eiuſq; duplicationibus ſint dicta. Sed & plures huiuſmodi duplicationes vide *infr. except.13.* Altera propoſitæ exceptionis replicatio: Niſi pater adoptiuus mortuus ſit. reprobatur *l.vtrum autem.9.ff. de bonor.poſſeſſ. contra tabul.* Tertia: Niſi à patre adoptiuo rurſus fuerit emancipatus. *l.ſi emancipatus.6.§.fin.ff.d.tt.* Huius duplicatio eſt: Niſi poſt mortem demum teſtatoris ab adoptiuo patre ſit emancipatus. *approbatur ibid.* Quarta replicatio eſt: Niſi præteritus parenti ſuo in adoptionem ſit datus, vel in eius familia manſerit. *l.non tantum.3.§.ſi quis filio.l.ſi retentus.7.item l.vlt.ibi, nam ſi aliter.item ibi, idemque. ff.d.tt. l.emancipato.4.ff. de coniung.cum emancip. liberis. item Inſt. de hæred. quæ ab inteſtato.§. ſed ea omnia. ibi, noſtra autem conſtit.* Hæc de ſexta exceptione, eiuſq; replicationibus ſint dicta. Sed & plura de ea vide *ſupr.lib.9.cap.13.except.181.replic.2.* Septima exceptio eſt: Niſi nepos teſtatoris præteritus, ex patre in adoptiua familia conſtituto ſit natus. *l.ſi emancipatus.6.§. ſi filius.ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas.* Huius replicatio prima eſt: Niſi nepos in adoptiua familia natus, poſtea ſit emancipatus. approbatur ſimul & diſtinguitur *d.l.6.§. plane ſi is. Concordat l.ex duobus.14.§.penult.ff.eod.tt.* Altera replicatio eſt: Niſi antequam filius ſe adrogandum daret, nepos ex eo natus ſit. *d.l.14.§.fin.* Octaua exceptio eſt: Niſi nepos præteritus habeat patrem adhuc viuentem *d.l.6.§.1.* Huius replicatio eſt: Niſi filio emancipato, & nepote in poteſtate retento, vterque præteritus ſit. *d.l.6.§.filio.* Plura de hac replicatione vide *ſupr. libro 10.cap.3.* Sed & plura de propoſita exceptione vide *ſupr.lib. 9.c.13.repl.5.item infr.except.15.* Nona exceptio: Niſi adoptiui liberi, non naturales præteriti ſint. reprobatur *l.1.in prin.ff.d.tt.* Plane admittitur, ſi adoptiui liberi rurſus fuerint emancipati. *Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.§. eadem hæc, in fin. & §.ſed ea omnia. ibi, teſtamento autem item l.1.§.& ſui iuris, in fin. ff.contra tabulas.* Decima: Niſi poſthumi liberi præteriti ſint. reprobatur *d.l.1.§. hæc autem.* Vndecima: Niſi præteritus apud hoſtes fuit. reprobatur *d.§. hæc autem. Concordat l.1.§.qui ab hoſtibus. ff.de collat. bonor.* Duodecima: Niſi præteriti hæredes inſtitui non poſſint. *l.non tantum.3.§. liberi. ff.de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* Decimatertia: Niſi non præteritus, ſed hæres inſtitutus ſit actor. *d. l.3.§.ſi quis ex liberis.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi alius præteritus committat edictum. *d.§.ſi quis, in fin.* Cuius duplicatio prima eſſe videtur: Niſi præteritus poſthumus nondum ſit natus. ſed reprobatur *l.illud.4.§. fin. ff.de bonor. poſſeſſ.contra tab.* Altera: Niſi præteritus contra tabulas bonorum poſſeſſionem non petat. reprobatur *l.ſi poſt.10.§.fin.ff.d.tt. Concordat l.nonnunquam.14.in prin.ff. de legatis præſt.indis, contra tab.bonor.poſſeſſ.petita.* Tertia: Niſi actor hæres inſtitutus, ex inſtitutione hæreditatem adierit. *l.ex duobus.14.in princ.ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabul.* Huius duplicationis prima triplicatio eſt: Niſi in adoptiua familia conſtitutus hæres inſtitutus ex inſtitutione adierit. *l.ſi poſt.10.§.ſi in adoptionem.ff.d.tt.* Altera triplicatio: Niſi non ipſe actor, ſed ſeruus eius hæres ſcriptus ſit. reprobatur *l. non tantum.3.§.final.ff.d.tt.* Quarta duplicatio eſt: Niſi idem exhæredatus & inſtitutus ſit. reprobatur *l.non putauit.8.§ ſi exhæredat.ff.de bon.poſſeſſ. contra tab.* Quinta: Niſi ſub conditione hæres ſit inſtitutus actor. *d.l.3.§. ſed ſi ſub. Concordat l.ſub conditione.18.in princ. ff.eod.tt.* Huius duplicationis triplicatio prima eſt: Niſi conditio defecerit. *d.§.ſed ſi ſub.* Altera triplicatio videtur eſſe: Niſi ſub ea conditione, quæ in ipſius poteſtate non eſt, hæres ſit inſtitutus. ſed reprobatur *d.l.3.§.ſi ſub ea.* Sexta duplicatio: Niſi nepos præteritus habeat patrem adhuc viuentem, ipſo quidem iure ſubſiſtit, verum eius triplicatio prima eſt: Niſi pater nepotis ſit exhæredatus vel emancipatus, nepote in poteſtate teſtatoris retento. *l.vlt. in pr.ff. de legatis præſt. contra tabul.bonorum poſſeſſ.petita.* Altera triplicatio eſt: Niſi pater nepotis in adoptionem alij ſit datus. *d.l.vlt.§.is tuius.* Hęc de prima propoſitæ exceptionis replicatione, eiuſq; duplicationib. ſint dicta. Altera replicatio: Niſi ſub conditione hæres ſit inſtitutus. reprobatur, ſed & admittitur certo caſu, *l.non tantum.3.§.ſed ſi ſub.ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* Decima quarta exceptio eſt: Niſi actor ſit exhæredatus, non præteritus. *l.non putauit.8.in prin.ff.de bonor.poſſeſſ.contra tabulas. Concordat l.vltim. ff. de liberis & poſthumis. M.I.R.d.reg.51. except.1.* Huius replicatio prima videtur eſſe: Niſi per alium edictum ſit commiſſum. ſed reprobatur *d.l.vlt. l.ſi poſt.10.§. exhæredati. ff. de bonorum poſſeſſ.contra tab.item l.filium.20.in prin.ff.eod.tt.* Altera replicatio eſt: Niſi inutiliter ſit exhæredatus. *d.l.8.§.non quæuis.* Huius replicationis ſpecies ſunt replicationes duę proxime ſequentes. Tertia replicatio eſt: Niſi ab vno ex hæredibus actor ſit exhæredatus. *d.l.8.§.ſi ab vno.* Quarta: Niſi ſub conditione ſit exhæredatus. *l.ſub conditione.18.in pr.ff. d.tt.* Quinta: Niſi in priore teſtamento exhæredatus, in poſteriore præteritus ſit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſi duob.12.§. ſi prius.ff. de bonor. poſſeſſ.contra tabul.* Sexta: Niſi ab alio gradu, quam contra quem petitur bonorum poſſeſſio, ſit exhæredatus. *l.non putauit.8.§.1.ff.d.tt.* Septima: Niſi à ſecundo gradu exhæredatus, à primo gradu ſit præteritus. approbatur ſimul & diſtinguitur *d.l.8.§.à primo, cum ſequentibus.* Octaua: Niſi actor ſua manu ſe exhæredem ſcripſerit. reprobatur *d. l.8.§.ſi quis ſua.M.I.R.d.exc.1.repl.1.* Nona: Niſi filius adoptatus ante adoptionem fuerit exhæredatus. approbatur ſimul & diſtinguitur *d.l.8.§. ſi quis emancip.* Decima: Niſi filius, dum apud hoſtes eſſet

eſſet, ſit exhæredatus. reprobatur *d.§.ſi quis, in fin.* Vndecima: Niſi actor, dum in adoptiua eſſet familia, ſit exhæredatus. reprobatur *d.l.8.§.ſi filium.* Duodecima replicatio eſt: Niſi à ſcriptis hæredibus hæreditas non ſit adita. *l.filium.20.in prin.ibi: ſed cum exhæredatio.ff.eod.tt.* Hæc de decimaquarta exceptione. Decimaquinta exceptio eſt: Niſi pater præteriti hæres inſtitutus ſit, vel exhæredatus. *l.illud.4.§.ſi quis filium.ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabul.l.1.§.ſi pater.ff. de coniung. cum emancip. liberis, item l.ſi emancipatus.6.§.1. ff. de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* Huius exceptionis replicatio prima eſt; Niſi pater emancipatus, nepos ex eo in poteſtate aui retentus præteritus ſit. *l.qui filium.25.in prin. ff.de legatis præſt.contra tabul.bonor.poſſeſſ.petita.* Plures huius exceptionis replicationes vide *ſupr. lib. 9 cap.13.replic.5.* Decimaſexta exceptio eſt: Niſi filius præteritus hæres ſit inſtitutus. reprobatur *l.ſi ponas.23.in princ.ff.de inoffic.teſtam.* Plane admittitur, ſi filius in præteriti ſit poteſtate, exemplo ſerui de quo *infr.except.prox.* Decimaſeptima exceptio eſt: Niſi ſeruus præteriti hæres ſit inſtitutus *l.non tantum.3.§.fin.ff.de bonor.poſſeſſ.contra tab.* Decimaoctaua: Niſi actor hæres inſtitutus ex inſtitutione hæreditatem adierit. approbatur ſimul & diſtinguitur *ſupr. except.13.repl.1. dupl.3. Sed & concordat l.ſi poſt.10.§ ſi in adoptionem.ibi; alias autem. ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabul.* Decimanona exceptio eſt: Niſi legatum ſibi vel ſe uo ſuo relictum præteritus agnouerit. *d.l.3.§.fin.d.§.ſi in adoptionem ibi: alias autem. l.ex duobus.14.in prin.ibi; nec enim, ff. eod.tt. item l.filium.5.§. conſtituere. ff. de legatis præſt. contra tabul. bonor.poſſeſſ.petita. l.ſibi 30.ff. de minoribus 25.ann.* Viceſima exceptio eſt: Niſi præterito fideicommiſſaria hæreditas ſit relicta ſub hac conditione, Si aui poteſtate eſſet liberatus. *l.ſi emancipatus.16 ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabulas.* Viceſimaprima: Niſi non naturalis nepos ſit præteritus, ſed à filio adoptatus *l.vlt.§.fin.ff.d.tt.* Viceſimaſecunda: Niſi nepos præteritus ex vxore contra voluntatem aui ducta, vel ignominioſa natus ſit. reprobatur *l.non tantum.3.§.ſi emancipatus.ff d.tt.* Viceſimatertia: Niſi teſtamentum, in quo actor præteritus eſt, iniuſtum ſit, aut ruptum, irritumue. approbatur ſimul & diſtinguitur *l.quod vulgo. 19. & l.ſi duob.12.§.fin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi mortis teſtatoris tempore teſtamentum valuit. tunc enim, quamuis poſtea ruptum irritumue ſit factum, nihilominus contra tabulas bonorum poſſeſſio competit. *d.l.19.* Exemplum proponitur *l.illud.4. in prin. ff. eod.tt. Concordat l.filium 20.in prin.ibi: quod ſi reoud.ff. d.tt. item l.ſed et ſi.10.in fin.ff.de legatis præſtandis. contra tab. bonor.poſſeſſ.petita.* Viceſimaquarta exceptio eſt: Niſi ante teſtatorē hæredes inſtituti deceſſerint. *Hæc exceptio quæ ſpecies eſt exceptionis præcedentis reprobatur d.l.10.in fin.ibi: quod ſi neq;. Cui concordat l.quod vulgo 19.in fin.ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabul.* Hæc de exceptionibus propoſitæ quæſtionis. Sed & plures vide *ſupr.lib.9. cap.13.*

II. QVIBVS BONORVM POSSESSIO contra tabulas competit?

I. Regula, De liberis defuncti præteritis, proponitur *l.1.§. vocantur. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Huius regulæ exceptiones vide *ſupr.quæſt.prox.*

II. Regula, De parentibus defuncti præteritis, habetur *l.1.in prin.ff.ſi à parente quis manumiſſus. Concordat l.æquiſſimum.5.in fin.ff.ad Senatuſc. Tertyll.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi adoptiuus parens ſit. *l.2.§.ſed neq; auus. ibi, ſed nec ad bonor.poſſ.ff. ad S.C.Tertyll.* Altera exceptio eſt: Niſi filius defuncti exhæredatus inofficioſum teſtamentum dicat. *l.filio.16.§.contra.ff.de inoffic.teſt.* Tertia: Niſi pater defuncti ſuperſit. tunc enim excluditur auus, quæ exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, verum eius replicatio eſt: Niſi defunctus nepos ab auo fuerit manumiſſus ſeu emancipatus. *l.1.§.nepos.ff.ſi à parente quis manumiſſus.* Quarta: Niſi parens accepta pecunia defunctum emancipauit. *d. l.1.§ ſi parens.* Quinta: Niſi parens à defuncto filio quid accepit, ne teſtamentum eius inquietaret. *d.§.ſi parens.* Sexta: Niſi defunctus teſtator miles fuerit. *d.l.1.§.eſt & alius.* Septima: Niſi parens coactus defunctum emancipauerit. *l.vlt. ff. ſi à parente quis.* Octaua: Niſi defunctus à parente actore non fuerit emancipatus. Hæc exceptio conſtat ex prædictis. Sed videtur iure nouo mutata & ſublata eſſe. *Nou.c.115.§ atq; hæc quidem.* Reliquas exceptiones vide *ſupr.quæſt.prox.*

III. Regula, De liberis manumiſſoris. Hiſce contra tabulas bonorum poſſeſſio non competit. *l.1.§.penult.ff.ſi à parente quis.*

IV. Regula, De patrono eiuſque liberis vide *ſupr.lib.6.cap.21.& cap.22.*

V. Regula, De hærede eius, cui bonorum poſſeſſio contra tabulas competit, proponitur *l.illud. 4.§.fin.cum lege ſequente.ff.de bonor.poſſeſſ. contra tab.*

III. QVID ET QVANTVM veniat in contra tabulas bonorum poſſeſſione?

I. Regula, Omne ius, quod hæres ſcriptus habet, actori reſtituere cogitur. *l.cum emancipatus.13. in pr.ff de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi parenti manumiſſori contra tabulas bonorum poſſeſſio competat. hic enim nō maiorem partem ſcripto hæredi auferet, quam patronus auferret. approbatur ſimul & diſtinguitur *l.Pacuuius.3. in prin. ff. ſi à parente quis manumiſſus.* Altera exceptio eſt: Niſi hæres inſtitutus ſit ex liberis defuncti, qui etiam ab inteſtato cum actore hæres futurus erat. hic enim partē, quam ab inteſtato habiturus erat, facit. *l.non putauit.8.§. fin.ff.de bonorum poſſeſſ.contra tabulas.* Huius replicatio eſt: Niſi hæres inſtitutus contra tabulas bonorum poſſeſſionem habere non poſſit. hoc enim caſu, quamuis ſit ex liberis defuncti, partem non facit. *l.ſi poſt.10.§.liberi.ff.eod.tt.*

II. Regula: Si vnus ex liberis defuncti hæres ſit inſtitutus; commiſſo per alium edicto, in contra tabulas bonorum poſſeſſione tantam partem habebit, quantā ab inteſtato habiturus eſſet, nō ex qua ſcriptus eſt hæres. *l.non putauit.8.§.fin.ff.de bon.poſſeſſ. contra tab. l.cum emancip.13.§.ſi pater. & §. fin.item l.ſi in adoptionem.11.§.fin.ff.eod.tt. l.1.§. filio.ff. de coniung. cum emancip. liberis. M.I.R. d.cap.8.reg.52.* Huius regulæ exceptio eſt: Niſi hæres inſtitutus ex teſtamento adire, quam contra tabulas bonorum poſſeſſionem petere malit. hoc enim caſu ea pars ex qua inſtitutus eſt, illi debetur. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ex duobus.14.§. ſed illud.*

ff. de bonorum possessione contra tabulas. l. filium. 5. §. sed si portio ibi: ad eum autem. ff. de legatis præst. contra tab. item l. is qui. 15. §. sed si vnus. ibi: ita autem tuendus. ff. eod. tt.

III. Regula: Si cum duo essent emancipati fratres, & vnus qui in potestate manserat, vnus ex emancipatis non contulerit: portio eius non vtrique fratri, sed alteri tantum, qui in potestate mansit, accedit. *quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt supr. lib. prox. cap. 15. quæst. 6. reg. 2.*

IV. EVENTVS CONTRA tabulas bonorum possessionis.

I. Regula: Legata & fideicommissa ex eo testamento, contra quod bonorum possessio accepta est, non debentur. *l. ita tamen. 27. §. quotiens ff. ad S. C. Trebell.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi solus hæres institutus, commisso per alium edicto, cõtra tabulas bonorum possessionem acceperit. *l. nonnunquam. 14. in prin. ff. de legatis præst. contra tabul. bonor. possess. petita. Concordat l. is qui. 15. §. sed vnus. ibi: sed si solus. ff. eod. tt.* Altera exceptio est: Nisi hæres institutus, commisso per alium edicto, & contra tabulas bonorum possessione ab alio accepta, is possessione ista, quam etiam accipere poterat, repudiata, ex testamento hæreditatem adierit. *l. si duo. 16. in fine. ff. de legatis præstandis. contra tabul. bonor. possess. accepta. l. virilis. 8. §. si adierit. ff. d. tt. l. ex duob. 14. §. sed illud obseruandum. ibi: & quod extraneis. ff. de bonor. possess. contra tabul.* Contradicit *l. is qui. 15. §. sed si vnus. ibi: descriptio. ff. de legatis præst. contra tabul. bonor. possess. petita.* Tertia exceptio: Nisi hæredi instituto & legatis onerato portio sua sit conseruata. reprobatur *l. filium. 5. §. fin. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi cum ab impuberis substituto relicta legata essent, is ex substitutione hæres extiterit. *d. l. 5. in pr. Concordat l. ex duobus. 32. §. fin. ff. de vulgari substit. l. etsi contra. 33. ff. d. tt. item l. vlt. §. fin. ff. de leg. 3.* Quinta: Nisi non legatum, sed mortis causa donatum sit. reprobatur *l. sed & si. 3. in prin. ibi: si autem except. ff. de legatis præstandis contra tab.* Sexta: Nisi parentibus, liberis defuncti, vel aliis similibus exceptis personis legata sint relicta. approbatur simul & distinguitur *infr. lib. 13. cap. 14.* Septima: Nisi alicui legatum sit relictum, ita vt exceptis personis restituat. *l. sed & si. 3. §. sed & si proponas. ff. de legatis præst.*

II. Regula: Ei qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, denegatur petitio, item retentio legatorum, & aliarum rerum ex defuncti voluntate habet. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur infr. lib. prox. cap. 8. causa 17.*

III. Regula: Patri manumissori, qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, nihilominus ius antiquum conseruatur. *l. 1. §. fi. ff. si à parente.*

IV. Regula, De actione de dolo, proponitur *l. virilis. 8. §. si adierit. ff. de leg. præst. contra tabulas, &c.*

V. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Exhæredatis non competit bonorum possessio contra tabul. sed querela de inofficioso testamento. *l. non putauit. 8. in prin. & l. si post. 10. §. exhæredati. ff. de bonorum possess. contra tabul. Concordat l. filium. 20. in prin. ibi, sed quemadmodum. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 51. except. 1.*

II. Regula: Etiam ab intestato bonorum possessio competit. *l. vlt. ff. de liberis & posthumis. Concordat l. maximum vitium. 4. §. sancimus. C. de liberis præteritis. M. I. R. d. cap. 8. reg. 53.* Huius regulæ exceptio est: Nisi non is qui in potestate defuncti mansit, sed emancipatus præteritus, omissa contra tabulas bonorum possessione, ab intestato bonorum possessionem petat: huic enim illa successio denegatur *l. 2. ff. si tabulæ testament. nullæ extab.* Hactenus de bonorum possessione contra tabulas.

DE VENTRE IN POSSESSIONEM mittendo. quinta actio.

CAP. VIII.

PRIMO: Ratio huius actionis proponitur *l. 1. in prin. ff. de ventre in possess. mittendo.*

II. CAVSA HVIVS actionis.

Si posthumo competat bonorum possessio, venter, id est mulier prægnans in bona defuncti mittenda est. *l. vbicunq; 7. in prin. & l. vlt. ibi, nam & ventrem. ff. eod. tt.*

Huius causæ exceptio prima est: Nisi posthumi pater adhuc viuat. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio prima est: Nisi posthumus natus patri in bonis aui iungatur. *l. 1. §. si pater. ff. de ventre in possess. mittendo.* Altera replicatio est: Nisi pater posthumi apud hostes sit. *d. l. 1. §. si filius.*

II. Exceptio est: Nisi posthumus sit exhæredatus. *d. l. 1. §. toties.* Huius replicatio prima est: Nisi exhæredatus aliquo casu hæres existere possit. *d. l. 1. §. sed etsi incertum.* Huius replicationis species etiam sunt replicationes sequentes. Altera replicatio est: Nisi sub conditione sit exhæredatus posthumus. *d. l. 1. §. sed etsi sub.* Tertia: Nisi à substitutis exhæredatus, ab institutis præteritus sit. *d. l. 1. §. si venter.* Quarta: Nisi exhæredatio ita sit facta, Qui mihi intra tres menses mortis meæ natus erit, exhæres esto: vel, Qui post tres menses. *d. l. 1. §. sed & si quis.*

III. Exceptio: Nisi posthumus natus, defuncto suus hæres futurus non est. *l. 1. §. toties ff. de ventre in possess. mittendo.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi posthumus filius sit defuncti. tunc enim, quamuis in aui potestatem sit recasurus, nihilominus in patris defuncti bona venter mittendus. *d. l. 1. §. etiam ex.* Altera: Nisi posthumus nepos sit defuncti. *d. l. 1. §. si filius. ibi, etsi hic nepos.* Tertia: Nisi mater posthumi aliunde se alere non possit. tunc enim, quamuis posthumus defuncto suus hæres futurus non est, tamen venter in possessionem mittitur. *l. extraneo. 6. ff. de ventre in possession. mittendo. Concordat l. vlt. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi posthumus nepos sit defuncto ex filio adoptiuo. reprobatur *l. 1. §. si filius. ff. de ventre in possess. mit.*

V. Exceptio: Nisi posthumus hæres negetur. approbatur simul & distinguitur *l. vbicunque. 7. §. interdum. ff. d. tt. Concordat l. 1. §. & generaliter. ff. d. tt.* Propositæ exceptionis species, necnon & replicationes vide *in exceptionibus duabus proxime sequentibus.*

VI. Exceptio: Nisi mulier vxor defuncti negetur, vel ex eo prægnans esse, approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. si ea quæ. ff. de ventre in possess. mitt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non sit manifesta mulieris calumnia, sed probabilis dubitatio. tunc enim nihilominus venter in possessionem est mittendus. *d. §. si ea quæ. Cui concordat l. si quis. 3. §. fin. ff. ne vis fiat ei, qui in possessionem missus erit.*

VII. Exceptio: Nisi mulier status controuersiam patiatur. approbatur simul & distinguitur *d. §. si ea quæ. & d. l. 3. §. fin.*

VIII. Exceptio: Nisi mulier mortis tempore defuncto vxor non fuit. reprobatur *l. 1. §. rectissime. ff. de ventre in possess. mittendo.*

IX. Exceptio: Nisi aliunde se mulier alere possit. reprobatur *l. curator. 5. in prin. ff. d. tt.*

X. Exceptio: Nisi mulier prægnans non sit. *l. 1. §. 1. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi deferente aduersario, mulier se prægnantem esse iurauerit. *l. cum mulier. 10. ff. de Carboniano edicto. Concordant ea quæ proponuntur inf. q. 5. reg. 18. exc. 1.*

XI. Exceptio: Nisi nemo alius sit cui bonorum possessio competit. reprobatur *l. vbicunq; 7. §. fin. ff. de ventre in possess. mittendo.*

III. QVI IN POSSESSIONEM sint mittendi?

Si defunctus duas fecerit prægnantes, vterq; venter in possessionem mittendus. *l. 1. §. si quis prima. ff. de ventre in possess. mittendo.*

IV. QVANDO MITTENDVS?

Si posthumus ab institutis exhæredatus, à substitutis præteritus sit: non nisi hæreditate substitutis delata, in possessionem posthumus mittendus. *d. l. 1. §. si venter.*

V. EVENTVS ET IVRA missi ventris.

I. Regula: Non possidet venter, sed magis custodiam rerũ & obseruationem præstat. *l. cum legati. 12. ff. quibus ex causis in possess. eatur.*

II. Regula: Ex bonis venter est alendus. *l. curator. 5. in prin. ff. de ventre in possess. mitt.* Plura de hac re vide *inf. reg. 6.*

III. Regula: Quamdiu venter in possessione esse debeat, definitur *l. 1. §. fin. cum l. seq. ff. d. tt.* Huius exceptio est: Nisi partui moueatur controuersia status. approbatur simul & distinguitur *l. vbicunq; 7. §. interdum. ff. d. tt.*

IV. Regula, De curatore ventri & bonis dando, proponitur *l. 1. §. quotiens. ff. de ventre in possess. mitt.* De eodem curatore habetur *d. l. 1. §. eligitur, vsque ad §. fin.* De officiis curatoris ventri dati proponitur *d. l. 1. §. mulier.* Sed & alia eius officia vide *infr. reg. 7. & 8.*

V. Regula, Si curator bonis constitutus non sit, inuentarium cõscribendum, & custos rerum ponendus. *d. §. eligitur. vers. quod si nondum. Concordat d. l. 1. §. quotiens.*

VI. Regula, De victu, vestitu & habitatione ventri ex hæreditate præstandis, tractatur *l. 1. §. mulier, cum §. sequente. ff. de ventre in possess. mittendo. Concordat l. habitatio. 4. item l. curator. 5. in princ. ff. eod. tt.*

VII. Regula, De officio curatoris ventri dati, proponitur *d. l. 1. §. idem si periculũ est.* Aliud officium eius habetur *d. l. 5. §. fin.* Plura eius officia vide *sup. reg. 4.*

VIII. Regula, De nihil deminuendo ex bonis, præterquam quod ad alendum pertinet, proponitur *l. 1. §. mulier. ff. de ventre in possessionem mittendo.*

IX. Regula: Id quod ad alendum ventrem ex bonis consumptum est, ratum manet, nec repetitur. *l. sumptus. 3. ff. d. tt. l. 1. §. sed etsi incertum, in fin. ff. d. tt. item l. vnica. §. interesse. ff. si mulier ventris nomine in possess.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi mulier sciens se prægnantem non esse, in possessione fuerit. *d. l. vnica. Concordat l. 1. §. fin. ff. de ventre in possess. mittendo.* Plura de hac exceptione vide *inf. cap. prox.* Altera exceptio videtur: Nisi is, qui natus est, repellatur. Tertia: Nisi mulier abortum fecerit. Hæ duæ exceptiones reprobantur *d. §. sed etsi incertum, in fine.*

X. Regula: Quod ad alendum ventrem consumptum est, velut æs alienum deducitur. *l. cum venter. 9. ff. de ventre in possess. mittendo.*

DE ACTIONE, SI MVLIER POSSESSIONEM ad alium transtulit.

XI. Regula; Ratio huius actionis proponitur *l. 1. in prin. ff. si ventris nomine muliere.*

XII. Regula, De causa huius actionis eiusque exceptionibus. Si mulier possessionem ad alium transtulit, actio proposita competit. *d. l. 1.* Cuius exceptio prima est; Nisi sine dolo malo possessionem ad alium transtulerit. *d. l. 1.* Declaratur exceptio hæc *l. 2. in prin. ff. d. tt.* Altera exceptio est; Nisi ab eo, qui in possessione est, id quod ei abest, actor consequi possit. *d. l. 2. §. si & patris.*

XIII. Regula; Aduersus quos competit actio proposita? De ipsa muliere & patre eius, in cuius est potestate, proponitur *d. §. si & patris. Concordat l. 1. in princ. ibi: nec solum. & §. fin. ff. si ventris nomine muliere.*

XIV. Regula Quid veniat in actione proposita? De eo quod actoris interest, habetur *d. l. 1. in prin. ibi actionemq; in tantum. Concordat l. 2. in fine. ff. d. tt.* Declaratur regula hæc *d. l. 1. §. interest.*

XV. Regula, Quamdiu detur actio hæc? Perpetua est *d. l. 1. §. fin.*

XVI. Regula, Ad fine remedium proponitur *d. l. 1. §. necessario.*

DE ACTIONE, SI MVLIER VENTRIS nomine in possessione calumniæ causa esse dicetur.

XVII. Regula: Ratio huius actionis proponitur *l. vnica. §. & hoc edictum. ff. si mulier ventris nomine.*

XVIII. Regula, De causa huius actionis. Si mulier calumniæ causa in possessione sit. Hæc causa declaratur *d. l. vnica. §. calumniam.* Huius causæ exceptio est; Nisi hærede deferente, mulier iurauerit se prægnantem esse. *d. l. vnica in prin. Concordat l. ait prætor. 3. §. quacunq; ibi: vnde Marcellus. ff. de iureiur.*

XIX. Regula, Quibus competat actio proposita, definitur *d. l. vnica. §. competit.* Huius exemplum seu species habetur *d. l. vnica. §. nonnunquam. Concordat d. l. vnica. §. idem iulianus.*

XX. Regula, Aduersus quos actio proposita competat? De patre mulieris proponitur *d. l. vnica. §. in parentem & §. fin.*

XXI. Regula, Quid veniat in hac actione? De eo, quod actoris interest, proponitur *d. l. vnica. §.*

simili autem. Declaratur illud interesse *d.l.vnica.§. interesse.item §.nonnunquam,cum seq.*

XXII. Regula; Quamdiu actio proposita cõpetat,definitur *d.l.vnica.§.hanc autem.*

XXIII. Regula;Euentus.De libertatibus testamento relictis conseruandis, proponitur *d.l.vnica.§.pen.* Hæc de ventre in possessionẽ mittendo.

DE CARBONIANO EDICTO, sexta actio.

CAP. IX.

PRimo: Ratio huius edicti eiusque actionis proponitur *l.Carbonianum. 3.§. duæ autem,iunt. ibi,diuus enim Hadrianus,ff.de Carboniano edicto.*

II. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS earumq; exceptiones.

I. Causa generalis: Si impuberi, cui bonorũ possessio competit, controuersia fiat, an inter liberos sit: nihilominus ei bonorum possessio datur, & controuersia in tempus pubertatis differtur. *Quæ causa approbatur l.1.in pr.ff. de Carboniano edicto d.l 3.§.duæ autem.item l.2.C.d.tt.*

II. Causa, Si impubes ex defuncto cõceptus negetur, vel ex matrimonio. *Hæc causa specialis approbatur l.Carbonianum.3.§.si mater.ff.d.tt.*

III. Causa, Si suppositus esse dicatur impubes.*l.1.§ fin.ff.d.tt.Concordat l.quod Labeo.9 ff.d.tt.*

IV. Causa, Si mater suppositi partus arguatur.reprobatur *l.1.§.fin.ff.de Carboniano edicto.*

V. Causa, Si mater impuberis adulterij accusetur.reprobatur *l.Titia.13.ff.d.tt.* Plane amittitur si pupillæ etiam quæstio bonorũ etiam moueatur. *d.l.13. Cui concordat l.si ventris.8.ff.de ventre in possess.mittendo.*

VI. Causa, Si mater impuberis serua dicatur. reprobatur *l.si impubes. 7.§.si mater.ff. de Carboniano edicto.*

VII. Causa, Si impubes negetur iure adoptatus.*d.l.6.in prin.*

VIII. Causa, Si impubes in adoptionem datus esse dicatur.*d.l.7.§.1.*

IX. Causa,Si impubes non in defuncti patris, sed superstitis aui potestate dicatur. *l. decessit. 8.§. item emancipatus.ff.de Carboniano edicto.*

X. Causa,Si impubes,emãcipato patre,in potestate aui retẽtus esse negetur.*l.1.§.si quis non.ff. d.tt.*

XI. Causa, Si impubes seruus dicatur. *d.l.2.§. sed etsi quis. Concordat l.1.C.d.tt.*

XII. Causa, Si defunctus seruus fuisse dicatur. *d.§.sed etsi quis.*

XIII. Causa, Si defunctus filius fam. esse dicatur.*l.decessit.8.in prin.ff.de Carboniano edicto.*

XIV. Causa, Si de testamento sit controuersia,vel de hæreditate,non de statu impuberis. reprobatur *l.1.§.si quis filium. l.Carbonianũ.3.§. quamuis.ff.d.tt.*Hactenus propositæ actionis causę sunt enumeratæ. Sequuntur nunc harum causarum, quæ quidem approbatæ sunt,exceptiones.

I. Exceptio; Nisi impubes sit is, cui controuersia sit.*d.l.3.§.impuberi,ff.de Carboniano edict.* Plura de hac exceptione vide *inf.quæst.vlt.reg.11.*

II. Exceptio; Nisi fœminæ controuersia moueatur.reprobatur *l.1.§.non solum.ff.d.tt.*

III. Exceptio; Nisi ei,cui controuersia fit,bonorum possessio non competat.*d.l.1.§.& generaliter.Concordat l.2.C.de Carboniano edicto.*

IV. Exceptio; Nisi exhæredatus sit is, cui cõtrouersia fit. *d.l.1.§. Pomponius. l. si impubes.7.§.sum vero.item l.cum sine.11.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi exhæredatus sit causa adiecta hac, quasi testatoris filius non sit. *l.1.§. idem aut.ff.de Carboniano edicto.* Altera replicatio est; Nisi ab intestato exhæredatus hæreditatem petat. *l.si impubes.7.§.interdũ ff eod.tt.* Tertia; Nisi exhęredatus de inofficioso testamento agat. Hæc replicatio reprobatur *l.qui de inofficioso.20.ff.de inoffic.test.*

V. Exceptio; Nisi hæres instituti sit is, cui controuersia fit. *l.1.§. Pomponius. ff. de Carboniano edicto.Concordat l.cum sine.11.ff.d.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi posthumus hæres instituius,dicatur partus subiectus. *d.§. Pomponius. ibi. nisi forte. Concordat l.Carbonianum.8.in prin.ff.d.tt.* Alterius replicationis loco notandum, quod quæstio status nihilominus in tempus pubertatis differatur. *d.l.3.§.1.*

VI. Exceptio; Nisi is,cui controuersia fit,non possideat hæreditatẽ, sed petat;vel contra reprobatur *d.l.§.parui refert. & §.si duo.ibi siue petitor.*

VII. Exceptio; Nisi impubes intra legitimum tempus ordinariam bonorum possessionem non agnoscat. *l. Carbonianum. 3.§. finali.cum l.seq.ff. eodem tit.*

VIII. Exceptio:Nisi ab intestato hæreditatem impubes petat.reprobatur *l.de bonis.6.§. huic.ff. de Carboniano edicto.Concordat d.l.3.in prin.ff.d.tt.*

IX. Exceptio; Nisi de inofficioso testamento impubes agat. *l. qui de inofficioso. 20.ff. de inoffic. testam.*

X. Exceptio; Nisi ex testamento hæreditatem impubes petat. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.except.5.*

XI. Exceptio; Nisi de bonis impuberi cõtrouersia non fiat.*l de bonis. 6.§. ita demum.ff. de Carboniano edicto. Concordat l.Titia.13.ff.d.tt.*

XII. Exceptio: Nisi de alia quam paterna hæreditate impuberi moueatur controuersia. *l. impubes.7.§.si pupillus.l.cum sine.11.in fine. item l. Carbonianum.3.§.si is qui.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi de materna hæreditate impuberi controuersia fiat. Hæc replicatio partim approbatur.partim reprobatur *l.de bonis.6.in prin. ff. eod.tt.* Altera replicatio est; Nisi simul & de paterna & alia hæreditate impuberi moueatur controuersia; tunc enim vtriusque hæreditatis controuersia in tempus pubertatis differenda. *d.l.6.§.1. Concordat l.si impubes.7.§.si pupillus, in fine. ff.d.tt.*

XIII. Exceptio; Nisi non de hæreditate,sed de legatis vel fideicommissis impuberi controuersia fiat.reprobatur *l.Carbonianum.3.in pr.ibi, & cum de fideicommissis.ff.de Carboniano edicto.*

XIV. Exceptio: Nisi debitores hæreditarij ab impubere cõuenti, negent illum defuncti filium esse.reprobatur *d.l 3.§.cum extaret.*

XV. Exceptio: Nisi ab ipso testatore vel patre impubes filius sit negatus. reprobatur *l.1.§.si quis non.ff.de Carboniano edicto.*

XVI. Exceptio: Nisi fiscus impuberi controuersiam faciat.reprobatur *d.l.1.§.sed et si fiscus.*

XVII. Exceptio; Nisi manifesta impuberis calumnia sit. *l. Carbonianum. 3.§. causæ cognitio.ff.de Carboniano edicto.*

XVIII. Ex-

XVIII. Exceptio; Nisi venter non sit inspectus: nec ea, quæ de inspiciendo ventre Prætor cauit,obseruata. *l.1.§.si cui ventrem. ff. de inspiciendo ventre.* Huius exceptionis replicationes, vide *sup. lib.10.c.2.except.9.distinct.1.*

XIX. Exceptio; Nisi non expediat pupillo differri cõtrouersiam. *d.l.3.§. duæ autem sunt.ff.de Carboniano edicto.*

XX. Exceptio; Nisi viuant adhuc subiecti partus participes. *l.2.ff.d.tit. Concordat l. 1.§.finali.ff. eod.tt.*

XXI. Exceptio; Nisi,etiamsi contra impuberẽ iudicaretur in status causa, nihilominus hæres sit futurus.*l.cum sine.11.ff.de Carboniano edicto.*

XXII. Exceptio; Nisi idoneos habeat pupillus, à quibus defendatur; eiusq; tutores experiri velint.*l.Carbonianum.3.§. duæ autem.ibi,cæterum si.ff. de Carboniano edicto.*

XXIII. Exceptio; Nisi pupillus non satisdet.*l. sed & si.5.§.fin.ff. de Carboniano edicto. Concordat l.penultim. & vlt.ff. eod. tt.l. prætor.3.§. emancipatus,ff.de collat.bonorum.l.Carbonianum.3.§.cum extaret,in fine. ff.de Carboniano edicto.item l.1. C.eod.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi quoad controuersiam in pubertatis tempus differendam.huic enim parti exceptio proposita non obstat. *d.l.1. vers. vel hac non oblata.* Altera replicatio est; Quod impubes nihilominus cum cæteris in possessionem admittatur & cæteri cum impubere. *d.l.1.* Plura de hac re vide *inf.q. vlt.reg.5.repl.3.*

XXIV. Exceptio; Nisi delato iureiurando à matre impuberis,aduersus eam iuratum sit, eam prægnantem non esse. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap.prox. quæst.2. except.10. item q.3.regul.18.*

XXV. Exceptio; Nisi viuo patre impuberis controuersia status sit cœpta. reprobatur *l.si vero. 3.§.illud tenendum,in fin. ff. de agnoscendis vel alienandis liberis.*

XXVI. Exceptio; Nisi annus ex eo tempore, quo sciuit controuersiam sibi moueri impubes, excesserit.*l.Carbonianum.3. §. fin. cum l.seq ff.de Carboniano edicto.*

III. QVAMDIV COMPETIT?

I. Regula: Intra annum.*d.l.3.§.fin.cum l.seq.*

II. Regula,Si impubes pubes factus sit,expirat hæc bonorum possessio. approbatur *infr.q.3. reg.11.*

IV. QVÆ differenda? vide *sup. q. 2 except.12.replic.2.* Sed & alia huius loci regula proponitur *d.l. 3 §.si quis liber.ff.de Carboniano edicto.*

V. QVOMODO COMPETAT? item adiuncta & euentus.

I. Regula, Causa cognita, cõpetit bonorum possessio.*l.1.in pr.ff.de Carboniano edicto.* Declaratur causæ cognitio *l.Carbonianum.3.§. causæ cognitio. & §.duæ autem.ff.d.tt.*

II. Regula; Perinde impuberi competit bonorum possessio, ac nulla ei controuersia moueretur. *d.l.1.in prin.item d.§.duæ autem. l.si impubes. 7. §.quoties.ff.eod.tt.*

III. Regula; Impubes possessor fit, non hæres.*d.l.3 §.missum ff.de Carboniano edicto.*

IV. Regula; Impubes actiones hæreditarias exercere non potest. approbatur *sup.reg.prox.* Cui tamen contradicere videtur *l. hæc bonorum. 15.ff. eod.tt.*

V. Regula; Cæteri hæredes nihilominus hæreditatem adire, & simul in possessione esse possunt. *l.sed & si.5.in prin.ff. de Carboniano edicto. Concordat l.1.§.ita autem.ibi,sed etsi ex Carboniano.ff.si tab. testam.nullæ extab.* Huius regulæ exceptio est; Nisi alio iure impuberi vere filio,alio iure cæteris hæredibus competat bonorum possessio. hoc enim casu, Carboniano bonorũ possessione impuberi data, cæteri hæredes interim non admittuntur.*l. scriptus.12.in prin.ff.de Carboniano edicto.* Cuius exceptionis replicatio prima est; Nisi cæteri quoque hæredes ex liberis sint defuncti, vt quacunq; ratione impubes, etiamsi vere filius esset, succederet: alios fratres suos non excluderet.*d.l.5.in prin.* Altera replicatio est: Nisi impubes vel non sit filius, vel ordinariam bonorum possessionẽ omisit, vel intra legitimum tempus non agnouit. *l.si impubes.7.§.fin.ff.d.tt.* Tertia; Nisi impubes non satisdet.*l.1.§.1.ff.de Carboniano edicto.* Huius duplicatio hæc esse videtur; Nisi cæteri quoq; hæredes non satisdent. sed reprobatur *l. sed & si. 5.§. quoties.ff.eod.tt.*

VI. Regula, De impubere ex bonis alendo, proponitur *d.l.5.§.an autem. ff. de Carboniano edicto. Concordat l. de inofficioso.10.ibi, & alatur.ff. de inoffic. testam.*

VII. Regula,De sumptibus in studia & alia necessaria pupillo præstandis,habetur *l.de bonis.6.§. non solum.ff.de Carboniano edicto.*

VIII. Regula; Is qui simul cum pupillo in possessionem est missus, ex bonis alendus non est,nec quicquam ex iis deminuet. *d.l. 6.§. qui pupillo.*

IX. Regula, De actionibus hæreditariis inferendis & excipiendis, proponitur *l.sed & si.5.§.1. ff.de Carboniano edicto.* De actionibus item excipiendis tractatur *l.si impubes.7. §.cum autem ex.ff. d.tt.* De eadem re proponitur *inf.reg.4.*

X. Regula; Ne instrumenta hæreditaria in potestatem aduersariorum pupilli redigantur, cauetur *d.l.5.§.maxime.*

VI. Regula, Si missus pubes factus sit,expirat hæc possessio.*l.Carbonianum.3.§.puberi,in fine.ff de Carboniano edicto.Concordat l.2.in fin,C.eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi cum duo impuberes controuersiam paterentur, vnus tantum eorum pubes sit factus.*d.l.3.§.ibidem.* Altera; Nisi cum duo impuberes essent, alter alteri controuersiam faciat. hoc enim casu, quamuis vnus ex illis pubes factus sit, nihilominus durat possessio.approbatur simul & distinguitur *d.l.3.§.si duo.*

XII. Regula; Post pubertatem missus rei,non actoris partes sustinet.*l.de bonis.6.§.fin.ff.de Carboniano edicto.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi non cauerit impubes. *d. §.finali.* Cuius replicatio est; Nisi adhuc cauere sit paratus. *d. §. finali.* Altera exceptio est; Nisi post decretam Carbonianam bonorum possessionem, antequam corporalem possessionem nactus sit impubes, pubes sit factus.*l.quæritur.14.ff.d.tt.*

XIII. Regula,Si post mortem contra impuberem iudicatum fuerit, denegantur ei actiones.*l. ideo. 4.in fine.ff.de Carboniano edicto.* Hactenus de Carboniano edicto.

DE

DE INTERDICTO QVORVM BONORUM, & de missione in possessionem ex l.3. C. de edicto D. Hadriani tollendo.

CAP. X.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.1. in prin. ff. quor. bonor.*

II. GENVS & nomen, *d.l.1. §. fin. Concordat Instit. de interdictis. §. sequens. ibi. adipiscendæ.*

III. CAVSA HVIVS INterdicti.

Si actori bonorum possessio competat, hoc interdicto possessionem corporalem adipiscitur. *d.l.1. in princ. Concordat l.3. cum l. seq. C. quor. bonor. M.I.P. lib.4 c.8. reg.54.* Huius causæ exceptio est: Nisi res sint vsucaptæ, *l.1. in prin. ff. d tt.*

IV. QVIBVS COMPETIT?

De proximioribus bonorum possessoribus. Hi vlterioribus præferuntur. approbatur exemplo *l.3. C. quor. bonor.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

1. Regula, De possessore. Hic regulariter hoc interdicto tenetur. *M.I.R. d.c.8. reg. reg.55.* Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi non pro hærede, neq; pro possessore, sed titulo possideat. *elicitur ex verbis interdicti sup. eod. cap. in prin. allegatis. Concordat d.l.2. C. quor. bonor. M.I.R. d. reg.55. except.1.* Declaratur *Inst. de interdictis. §. pro hærede.* Altera exceptio est: Nisi iuris possessor sit, seu debitor hæreditarius. *l.2. ff. quor. bonor.*

II. Regula, De eo, qui dolo malo possidere desiit, proponitur *verbis interdicti supra eodem capite in principio citatis. Cui concordat l.2. C. quorum bonorum.*

VI. EVENTVS.

Proprietati nihil hoc interdicto præiudicatur. *l.3. in fin. C. quor. bonor.*

DE MISSIONE IN POSSESSIONEM ex *l.3.* C. de edicto diui Hadriani tollendo, actio octaua.

1. VERBA huius legis proponuntur *d.l.3.* Ad quam intelligendam sciendum est, ab Augusto Imperatore legem de vicesima laram, quæ iubebat vicesimam partem hæreditatum testamento relictarum, fisco dependi. Hanc legem Hadrianus Imperator confirmauit, hoc addito: Ne qua mora fieret necessario vectigali, vt non solum statim post mortem testatoris tabulæ aperirentur: sed & scriptus hæres, qui hanc vicesimam pendet, mittatur in possessionem. Cum autem Lex illa de vicesima hæreditatis fisco dependenda esset sublata: placuit Imperatori Iustiniano legem quoq; Hadriani, quæ eius occasione lata est, & multis ambagibus difficultatibusq; implicita, tolli, aliamq; de mittendo hærede scripto in possessionem rerum hæreditariarum, magis expeditam in eius locum substituere.

II. CAVSA EX QVA DATVR actio proposita.

Si quis in testamento hæres scriptus sit, potest vi constitutionis propositæ exhibito testamento coram iudice petere, vt in possessionem rerum hæreditariarum mittatur. *d. l.3. C. de edicto D. Hadriani tollendo. M.I.R. d. cap.8. reg.59.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi testamentum cancellatum vel imperfectum appareat, vel alio vitio visibili laboret. *d. l.3.* Altera exceptio est; Nisi alius contradictor existat. *d.l.3. M.I.R. d. reg. 59. except.1.* Cuius replicatio est; Nisi causa altiorem indaginem requirat: tunc enim contradictione non obstante, nihilominus scriptus hæres in possessionem est mittendus. approbatur exemplis *l.1. C. d. tt. M.I.R. d. except.1. repl.1.*

III. QVI MITTENDI, SEV quibus hæc actio competit?

De instituto & substituto simul agente, proponitur *l.1. C. d. tt. de edicto D. Hadriani tollendo.*

IV. QVID VENIAT IN Actione proposita?

De bonis, quæ mortis tempore testatoris fuerunt, habetur *d.l.3.*

V. VBI COMPETAT Actio proposita?

Ibi, vbi res hæreditariæ sunt. *l. vnica. in princ. C. vbi de hæreditate agatur.*

VI. QVAMDIV COMperat?

Tamdiu competit, quamdiu etiam petitio hæreditatis. *d.l.3.*

VII. EVENTVS.

Nihilominus proprietatis actio seu petitorium iudicium superest. *d.l.3.*

Hactenus de actionibus, quæ pro hæreditate persequenda competunt, est dictum. Sed & ad eas quoq; pertinet familiæ erciscundæ iudicium: de quo tamen alio loco commodiore, infra scilicet parte proxima, tractabitur. De successionibus igitur tam ex testamento, quam ab intestato, satis sit dictum, Nunc de legatis & fideicommissis, eorumq; actionibus est dicendum.

Finis libri Vndecimi.

DE

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS.

LIBER XII.

DE DEFINITIONE AC DIFFERENTIIS legatorum & fideicommissorum: nec non de numero legatorum, vtrum scilicet vnum, an plura sint legata.

CAP. I.

I. DEFINITIO LEGATI.

EGATI appellatio in lege 12. Tabularum latissime patet. *l. verbis. 120. ff. de verbor. signific. M.I.R. lib.4. cap.9. regul.4.* Definitur item legatum *Inst. de legatis, §.1. l. legatum. 113. ff. de legat. 1. item l. legatum. 37. ff. de legat. 2. M.I.R. d.c.9. regul.1.*

II. DIFFERENTIÆ INTER LEgata & fideicommissa.

Porro inter legata & fideicõmissa hodie nulla fere est differentia, præterquam in verbis quibus quid relinquitur. Nam si quidem testator directis vtatur verbis in relinquendo, legatum dicitur: puta, Titio fundum do lego: Domum meam filius meus Seius præcipito, sibiq; habeto. Sin autem orationem ad personam hæredis, vel alterius, cui aliquid mandat, cõuertat, fideicommissum appellatur: puta, Rogo te hæres, vt Titio fundũ illum præstes: Volo vt filio meo Seio, tuo cohæredi, domum meam cõcedas; Rogo te Titi: vt fundum quem tibi legaui, post mortem tuam Seio filio meo reddas, restituas, &c. Hæc quidem differentia est inter legatum & fideicommissum, in verbis consistens: reipsa autẽ prope nihil differunt, vt paulo inferius demonstrabitur: quanquam olim plures inter legata & fideicommissa fuerunt differentiæ. Inter has prima & præcipua erat, quod legata obligatoria erant, fideicommissa nequaquam. Quæ differentia proponitur simul & tollitur *Instit. de fideicommissariis hæreditatib. in princ. & §. & quia prima.* Secunda legatorum & fideicommissorum differentia erat, quod à legatario fideicommissum quidem relinqui poterat, legatum vero non poterat relinqui. *Instit. de singulis rebus per fideicommissum relictis, in princ. ibi, quamuis.* Tertia differentia erat, quod intestatus moriturus fideicommissum relinquere poterat, legatum non poterat. *Instit. de fideicommissa hæreditat. §. præterea intestatus.* Quarta differentia est, quod hæreditas per legatum directis verbis in codicillis relinqui non potest, per fideicommissum potest. *Instit. de codicillis. §. codicillis. ibi, directo autem.* Quinta differentia erat, quod seruus, cui directis quidem verbis in testamento libertas erat relicta, testatoris omniumq; eius hæredum efficiebatur libertus: cui autem per fideicommissum libertas erat relicta, is eius solius libertus fiebat, cuius fideicommissum erat, vt seruum manumitteret. *Instit. de singulis rebus per fideicommissum relictis. §. qui autem.* Plura de hac re vide *supra lib.6. cap.1. quæst.4. reg.8.* Sexta differentia erat, quod fideicommissum post mortem hæredis vel legatarij relinqui poterat, legatum non poterat. Quæ proponitur ac tollitur *Instit. de legatis. §. post mortem. M.I.R. d. cap.9. reg.2.* Hæ & aliæ eiusmodi differentiæ erant inter legata & fideicommissa. Quas Imperator Iustinianus sustulit *Instit. de legatis. §. sed non vsq. l.2. §. & omnia. C. communia de legatis. §. l.1. ff. de legat.1. M.I.R. d. cap.9. regul.3.* Quibus legibus quamuis regulariter quidem omnes differentiæ legatorum & fideicõmissorum sunt sublatæ, tamen credo quasdam reperiri posse, quæ sublatæ nõ sint; qualis est supradicta quarta differentia. nec enim existimandum puto, quemadmodum hæreditas per fideicommissum in codicillis nullam solẽnitatem desiderantibus dari potest, aut ab intestato relinqui: ita quoque legari posse, vel directis relinqui verbis: aut cõtra. Regulariter tamen, quidquid hic de legatis dicetur, de fideicommissis quoque accipiendum erit, & contra. Quod & de mortis causa donatione dici potest. *l. & fideicommissum. 85 ff. de legat.3. item Instit. de donationib. §. hæ mortis causa.*

III. DIVISIO LEGAtorum.

Porro legatorum genera olim quidem quatuor fuerunt: vnum quod appellabatur per vindicationem, alterum per damnationem, tertium sinendi modo, quartum deniq; per præceptionem. quæ legatorum diuisio proponitur ac tollitur *Instit. de legatis. § sed olim quidem.* de qua re vide *inf. c.6. except.74. in princ.*

IV. DE NVMERO LEgatorum.

De numero legatorũ interdum solet quæri, vtrum scilicet vnũ, an plura sint legata? cuius loci regulas hic proponam. Istarũ prima hæc est: Tot sunt legata, quot res in legato expressæ. *l.2. ff. de legat.2. & l. & si.3. ff. de peculio legato. M.I.R. d. cap.9. regul.6.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi res non nominatim singulæ in legato sint expressæ. *d.l.2. ibi, nominatim.* approbatur etiam per exempla *d.l.2. & l. grege. 6. ff. eod. tt.* Secũda exceptio est; Nisi plures res alternatiue legentur. *l. si illud. 27. ff. de legat.2. l. cum illud. 25. in princ. ff. quando dies legato cedat. item l. si ex toto. 8. §. si ita legatum. ibi: quia vnum. ff. de legat.1.* Plane quoad repudiationẽ legati, censentur duo legata, non vnum: vt scilicet alterum agnosci, alterũ repudiari possit, *secundũ ea quæ dicentur infra c.6. causa 29. exc.4.* Quo pertinet *l. plane. 34. §. fin. ff. de legat.1. Concordat l. si quis. 8. §.1. ff. de legat.2.* Tertia exceptio est; Nisi plures res sub contrariis conditionibus fuerint legatæ. *l. si illud. 27. in princ. ff. eod. tt.* Quarta; Nisi alterum pure, alterum sub conditione legetur. *l. cum illud. 25. in princ. ff. quan-*

ff.quando dies legati cedit. Huius exceptionis exemplum etiam proponitur *l.cum sine.19.in prin.ff.d.tt.* Plane si ita legetur; Sempronio decem: aut si noluerit, Stichum hominem do lego. duo sunt legata.*de quo vide paulo superius except.2.in fin.* Quinta exceptio est; Nisi ita legatum sit; Si pœnum non dederit, centum dato. hoc enim casu non sunt duo legata, sed vnum conditionale. *d.l.19.in princ.ibi, quod si ita.ff.quando dies legati cedit.* Sexta exceptio est; Nisi pluribus rebus legatis, testator adiecerit, semel tantum se velle præstari; tunc enim vnum est legatum. *l.si ita in prin.ff de legat.1.* Hæc de prima regula, eiusq; exceptionibus sint dicta.

II. Regula, Fundo instructo, vel cum instrumento legato, duo sunt legata, non vnum. *l.1.in prin.ff.de instructo vel instrum.legato.*

III. Regula: Annuum legatum non vnum est legatum, sed plura. *l.si in singulos.4.ff. de annuis legatis.l.cum in annos.11.ff. eod. tt.l.cum in.10. cum l.seq.ff. quando dies legati cedat.item l.cum in.23.ff. d.tt.M.I.R. lib.4.c.10.reg.62.* Huius regulæ exceptio est: Nisi legatum cum præfinitione annorum in plures pensiones exonerandi hæredis gratia sit diuisum. *l.si cum.20.§.quando dies legat.ced.l.Firmio.26.§.pater. item l.nec semel.12.§.1.ibi: nisi forte.ff.eod. tt.l. codicillis, 18.in princ.ff.de annuis legatis.*

IV. Regula, De vsufructu alternis annis relicto, proponitur *l cum vsusfructus.13 ff. de vsufructu legato.*

V. Regula huius loci habetur *l. damnas.15.in prin.ff.eod.tt.*

¶ Hactenus de definitione legati, item de differentiis legatorũ ac fideicommissorum, de speciebus cognatis ac diuisione, necnon de numero legatorum est dictum. Nunc de effectibus legati dicetur; deinde de exceptionibus aduersus legata competentibus: tertio, de causis amittendi legati: quarto, de actione legatorum, eiusq; adfinibus remediis: postremo, de quibusdam legatorum speciebus.

DE EFFECTIBVS LEGATI.
CAP. II.

HOc capite primum de iure, quod legatario in re legata, præsertim aduersus hæredem competit, dicetur. Deinde, de actionibus & exceptionibus hæredi aduersus legatarium competentibus. Tertio, de actionibus, quæ legatario aduersus extraneum dantur. Quarto, de actionibus & exceptionibus extraneo aduersus legatarium competentibus. Quinto, de actionibus quæ hęredi aduersus extraneum competunt. Postremo, de actionibus & exceptionibus, quæ extraneo aduersus hæredem dantur.

Primi ergo generis regula prima hæc est: Quod dominium rei legatæ ad legatarium pertinear. *l.legatum.82.ff.d.leg.2. Concordat l.à Titio.66.§. fin.ff.de furtis. M.I.R. lib.3.c.13.reg.14.except.1.repl.8.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi nõ pure, sed sub conditione res sit legata. hoc enim casu pendente conditione dominium est hæredis. *d. l.82.Cui concordat l.arboribus.12.§.si fur decerpserit.ibi, exemplo.ff.de vsufructu & quemadmodum.item l.omnia. 32.§.1.ff.de leg.2.M.I.R.d.repl.8.dupl.7.* Altera; Nisi legatarius repudiauerit legatum. *d.l.28. Cui concordat l.si tibi homo.83.§. cum seruus.ff.de legat.3.item l. seruum filij.44.§.1.ff.de legat.1.* Tertia; Nisi res aliena legata sit. hoc enim casu quamuis legatarius legatum agnouerit, tamen tanquam dominus eam rem vindicare non potest; sed personalem tantum habet actionem aduersus hæredem, nisi in casu. *de qua re vide inf.lib.prox.cap.10.regul.1.in fine. M.I.R.d. replic.8.duplic.1.* Quarta; Nisi hæreditas nondum fuerit adita. tunc enim legatarij res non censetur. *l. & eleganter.7.§.item si seruum.ff. de dolo malo.M.I.R.d.repl.8.dupl.6.* Hæc de prima regula, eiusq; exceptionibus sint dicta. Plane quæcunq; exceptiones legatis opponi possunt, eædem propositæ quoq; regulæ non inepte opponentur.

II. Regula, Hæres rem legatam alienare non potest, nec pignori obligare. *l.si duobus.3.§.sed quia nostra. C. communia de leg. Leges concordantes vide inf. cap.10.caus.54.exempl.2.in prin. M.I.R.lib.5.cap.5.reg. 18.M.I.R.lib.4.cap.9.reg.8.* Exceptio prima est; Nisi sub conditione legatum sit relictum. Hoc enim casu alienatio rei ab hærede facta valet. *approbatur per ea quæ dicta sunt paulo superius reg. prox. except.1. M.I.R.d reg.8.except.11.* Huius tamen exceptionis replicatio est; Nisi postea legati conditio extiterit. *d.§.sed quia nostra. vers.sin autem.* Secunda exceptio est; Nisi legatarius legatum repudiauerit. *Et hæc exceptio constat ex iis, quæ dicta sunt sup. reg. prox. except.2. Concordat l. quædam sunt.16.ff. de reb.dubiis.* Tertia: Nisi cum hæres damnatus esset fundum aut centum dare, vtrum vellet: fundum vendiderit. *l.si quando.106.§.fin.ff.de legat.1.* Quarta; Nisi hæres prædium, ex cuius reditu annuum quid relictum est, alienauerit: hoc enim casu valet alienatio, saluo iure legati. *l.nihil.117.in princ.ff.de legat. 1.l.fundi.38.in prin.ff.de vsufr. leg. item l.liberto.21.in pr. ff de ann.legat.* Plures propositæ regulæ exceptiones, vide *inf.c.10.caus.54.exempl.2.item lib.13.c.17. membro.3.reg.16.item M.I.R.d.reg.8.*

III. Regula, Legatario rei legatæ nomine personalis, in rem & hypothecaria competit actio. *Instit.de legatis.§.nostra autem.De quo inf.lib.prox. cap.10.*

IV. Regula; Hæres legatario regulariter de euictione rei legatæ non tenetur. *l. si à substituto. 45.§.fin.ff. de legat.1.l.de euictione. 69.ff.ad SC. Trebell. l.cum pater.79.§. euictis.ff. de legat.2.item l.Sticho.36. §.fin.ff. de vsufructu legato. M.I.R. d. cap. 9. regul. 22.* Ex legibus iam propositis, præterquam quod regula proposita iis approbatur, prima etiam eius exceptio elici potest, hæc scilicet; Nisi testator sciens rem alienam legauerit. Loquuntur enim leges propositæ eo casu, quo testator rem suam esse credidit, vel credidisse videtur, quo casu legatum nullius est momẽti: altero autem casu, quo scilicet testator sciens rem alienam legat, valet legatum, *De quo vide inf.cap.5.except.49.M.I.R. d.reg.12. except.3.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi parens diuisionem bonorum inter liberos fecit: hoc casu, si vna aliqua res euincatur, ei cui euincitur, eius euictionis nomine datur aduersus fratres suos actio & exceptio. *l. cum pater.79.§.euictis.ibi, si tamen.ff.de legat.2.* Tertia; Nisi non certa aliqua species, sed genus legatum sit: hoc enim casu hæres legatario de euictione rei, quam soluit, tenetur. *l.si à substituto.45.§. hæres.ff.de leg.1.l.qui concubinam.29.§.si hæres.ff. de leg.3.*

l.hæres.58.ff. de euict.item l. si domus.70.§. de euictione. ff.de leg.1.M.I.R.d.reg.12.except.1. Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi legatarius, cui de re tradita fuit mota quæstio, non denunciauerit hæredi. *l.qui concubinam.29.§.si hæres, in fine.ff.de legat.3.* Quarta exceptio est: Nisi cum is qui prædium reipubl. emerat, illud legauerit, Imperator postea vendicationes prædiorum reipublicæ rescindat, restituto precio. hoc enim casu legatario quoque precium ab hæredibus restituendum. *l.qui solidum.80.§.1.ff.de legat.2.*

V. Regula: Si seruus ex causa legati solutus, legatario furtum fecerit, legatario eo nomine aduersus hæredem actio competit. *l. si generaliter. 107.ff.de legat.1.*

Hactenus iura & actiones, quæ competunt legatario aduersus hæredem. Plura huiusmodi iura vide *infra libro prox.cap.10. de actione legatorum, eiusque adfinibus remediis.* Sequuntur nunc actiones & exceptiones, quæ hæredi occasione legati aduersus legatarium competunt.

VI. Regula: Si hæres in rem legatam sumptus fecit, potest eos repetere, vel p[illegible]ceptionem retinere. *de quare vide infra libro prox. capite 6.quantum veniat? reg.22.*

VII. Regula: Si seruus legatus hæredi furtum fecerit, competit ei eo nomine aduersus legatarium tam actio quam exceptio. *l.à Titio.66.ff. de furtis, Concordat l.si seruus.66.ff. de legat.1.*

VIII. Regula: Si prædium legatum hæredis prædio seruit, competit ei eo nomine aduersus legatarium tam actio quam exceptio. *d.l.69. ibi: nam etsi fundus.l. legatum.113.§.fin.ff.de legat.1.item l. cum filius.78.§.dommus.ibi: diuersum.ff. de legat.2.*

IX. Regula: Si cum testator duo prædia haberet iuncta, alterum legauerit: potest hæres alteri quod retinet, seruitutem excipere. *l. testatrix. 20.in prin.ff.si seruitus vindicetur.l. Olympico.40.in pr. ff.de seruit. vrb.præd.* Propositæ regulæ contradicit *l.seruum.44.§.fin.ff.de legat.2.* Sed contradicunt ea quæ habentur *infr.lib.prox.cap.6.reg.3.*

X. Regula: Si legatarius rem legatam propria authoritate occupauit, hæredi interdicto Quorum legatorum tenetur, *de quo sup. lib.7.cap.18.* Sed & rem legatam hæres pendente legati conditione potest vindicare. *l.omnia.32.§.fundum.ff.de legat.2.*

XI. Regula: Si legatarius conditioni & modo legati non paret, eo nomine hæredi tenetur. *l.2. C.de his quæ sub modo.* Sed & approbatur exemplo *l.quidam.17.ff.de vsufructu legato.* Simile exemplum proponitur *l.liberto.21.§. Lucius.ff. de annuis legatis.* Sed & plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *infr. cap. 8.causa 15. item infra lib. prox.cap.8.cautela 1.& 2.*

XII. Regula: Si creditori compensandi debiti causa legatum est, legato accepto creditor debitũ petens, exceptione submouetur. approbatur exemplo *l.tutor.26.ff.de liberat. legata. M.I.R. d.c.9.regul.10.& lib.5.c.12.reg.30.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi legatum non perceperit legatarius. Secunda: Nisi cũ legatũ minor annis 25. percepisset, id restituere sit paratus. *Hæ duæ exceptiones approbantur d.l.tutor. 26.* Tertia: Nisi nõ compensandi debiti animo legatum sit. Quę exceptio ipso iure subsistit, eiusque exemplũ proponitur *l. Titia 19.§. qui Marco.ff. de annuis legatis. M.I.R. d.reg.10.exceptione 1.* Quarta: Nisi ipsum debitum creditori sit legatum, sed non totum: tunc enim, quamuis id quod sibi legatum est, ex testamento perceperit, nihilominus id quod deest, petere potest. *l. Aurelius.28.§.eum qui.ibi: idẽ quæsiit.ff.de liberation. legata.* Plura de regula proposita vide *M.I. R.lib.5.cap.12.regul.30.* Hactenus de actionibus & exceptionibus hæredi aduersus legatarium ratione legati competentibus sit dictum. Plura ad hunc locum pertinentia vide *infra inter causas amittendi legati: item lib.prox.cap.8. de cautionibus ab actore præstandis.&c.* Sequitur nunc de actionibus, quæ legatario ratione legati aduersus extraneum competunt.

XIII. Regula: Legatariis regulariter actiones hęreditariæ non competunt. *l.quoties.13.C.de hæredibus instit.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi actio ratione rei legatæ sit acquisita. approbatur simul & distinguitur exemplo eorum quę dicentur *infr.libro prox.c.4.de seruis legatis, reg.3.* Secunda exceptio est: Nisi hæreditas alicuius sit legata. hoc enim casu eius hæreditatis actiones legatario competunt. *l.cum filius.78.§.1.ff.de legat.7.* Sed & plura de hac re vide *infr. reg. prox. item lib. 13.cap.18.* Nunc de iis actionibus & exceptionibus dicendum, quæ extraneo aduersus legatarium ratione rei legatæ competere videntur, item de ære alieno hæreditario.

XIV. Regula: Legatarius actionibus hæreditarius non tenetur. *l.creditores.7.C.de actionibus hæreditariis. Concordat l.quoties.13.C. de hæred. instit. M.I.R. d.cap.9.reg.11.* Prima propositæ regulæ exceptio est: Nisi non personalis, sed in rem legatam sit actio. ea enim quoniam in quemuis rei possessorem competit, etiam aduersus legatarium qui rem possidet, danda est: veluti hypothecaria, & alia similis actio realis. Plane si res legata pignori sit obligata, ideoque legatarius hypothecaria conueniri possit, datur illi actio ex testamento aduersus hæredem, vt pignus luat. *de qua re dicitur infra cap.5.except.50.item libro proximo cap.3.regul.3.* Idemque dicendum, si ob præteritum vectigal, vel tributum, vel aliud onus reale legatarius cõueniri possit. *l.cum seruus 39.§. hæres.ff. de legat.1.* Plane ob onus reale, cuius dies post acceptum legatum cessit, legatarius omnimodo tenetur, nec illi aduersus hæredem dandus est regressus, quamuis vsusfructus rei tantum illi sit legatus. *l. quæro.28.ff.de vsufructu legato.* Plane si conductor prædium quod conduxit, alteri legauerit vtendum fruendum, hæres mercedem conductionis etiam in futurum tenetur præstare. *l. qui concubinam.29.§.qui hortos.ff.de leg.3.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi aliqua negociatione legata, eius nomine actio sit danda: ea enim aduersus legatarium qui legatum agnouit, dabitur. *l. cum pater. 79.§.mensæ ff.de legat.2.* Tertia: Nisi peculiũ legatũ sit, eius enim actiones legatario, & in legatariũ dantur, non quidem directo, sed per cessionem & cautionem. *de qua re vide infr. lib.14. capite 10.q.3.* Quarta: Nisi hæreditas in totum vel pro parte sit legata, vel per fideicommissum relicta: hoc enim casu actiones in legatarium vel fideicommissarium transeunt. *de qua re dicetur infr. lib.*

*13.cap.*18.*Sed & approbatur l.cum filius.* 78.§.1.*ff.de legat.*2.*Concordat l.si quis.*8.§.*fin. cum lege sequente.ff.d. tt.*Propositæ exceptionis replicatio esse videtur, Nisi non pars bonorum, sed æstimatio partis præstetur. Quæ tamen reprobatur *l.generali.* 32. §.*fin.in fine.ff. de vsufr. legato.* Quinta exceptio est: Nisi hæres sese rei legatæ nomine obligauerit: tunc enim legatarius ei cauere debet de indemnitate.*de qua re vide infra lib.prox.cap.*8.*cautel.*6.*&* 9.Sexta: Nisi hæreditas non sit soluendo: tunc n. si hæres confecto inuentario hæreditatem adiit,nec bona defuncti creditoribus hæreditariis sufficiant: datur creditoribus actio in legatarios pro quantitate legatorum. *l. vlt.* §. *etsi præfatum.ibi: sin vero creditores. C. de iure deliberandi.*

¶ Nunc de iis actionibus quæ hæredi aduersus extraneum,non legatarium, occasione legati competunt, dicendum.

XV. Regula: Si vnus hæredum legatum in solidum soluit ,competit ei eo nomine actio aduersus cohæredes.*l. fideicommissa.* 11.§.*si in opere.ff. de legat.*3.

XVI. Regula: Hæres qui hæreditatem vendidit,actione legatorum conuentus , actionem eo nomine aduersus hæreditatis emptorem habet.*l.*2.*C.de legatis.*

XVII. Reg.Si respublica vel pupillus, à quo alicui legatum est, ob illud legatum tardius solutum aliquod damnum patitur: in administratores & tutores suos actionem habet.*l. qui solidũ.* 80.§.*etiam.ff.de legat.*2.Idem dicendum est, si tutor à legatario non exegit cautionem.*de quo infra libro prox.cap.*8.*cautel.*3.*quæst.*7.

Sequitur postremo de actionibus & exceptionibus,quæ extraneo ratione legatorum aduersus hæredem dantur.

XVIII. Regula: Colono à legatario repulso, competit actio aduersus hæredem.*l. nihil proponi.* 117.§.*fin.ff.de legat.*1. *Concordat l. qui fundum.* 32. *ibi: quod si colonus.ff.locati & conducti.*

XIX.Regula: Debitori hæreditario, à quo debitum alii legatum est, exceptio aduersus hæredem competit.*l.si pecunia* 76.*ibi: nam si conueniatur. ff.de legat.*1.

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS legata.

CAP. III.

HActenus de effectibus legatorum tractatũ est. Quamuis autem regulariter legata sint præstanda,*vt patet ex lege* XII. *Tabularum, cuius verba allegata sunt supra c.*1.*in princ. item ex lege Falcidia, Inst.de fideicommissariis hæred. in prin.Nouell.*22.§.*atq; hoc primum.M.I.P. lib.* 5.*cap.*5.*regul.*19.*in prin.M.I.R. lib.*4.*cap.*9.*regul.*14.*in prin.*tamen regula hæc plures recipit exceptiones, sumptas partim ex persona testatoris legantis,partim ex persona legatarii, partim ex persona eius à quo legatum est, partim ex re legata,partim denique ex aliis legati circumstantiis.de quibus nunc ordine dicetur,& primum de iis exceptionibus, quæ sumuntur ex persona ipsius testatoris legantis.

I. Exceptio: Nisi testator ius testandi non habuerit *l.*2.*ff. de legat.*1. Huius exceptionis species sunt exceptiones proxime sequentes.

II. Exceptio: Nisi furiosus legauerit. *l.nec codicillos,*5.*C.de codicillis.*

III. Exceptio: Nisi filiusfamilias vel seruus legauerit.*l.*1.§.*sed si.ff. de legat.*3.*M.I.P. d.reg.*19.*exc.* 1.*M.I.R. d.reg.*14.*except.*1. Huius replicatio prima est: Nisi postea sui iuris effectus decesserit. *d.*§. *sed si.* Quæ recipit duplicationem hanc: Nisi in testamento, quod fecit, fideicommissum reliquerit.*d.*§.*sed si,in fine.*Secunda replicatio est:Nisi filiusfamilias miles sit.*l. filiusfamilias.*111. *in prin.ff. de legat.*1.*Concordat l.*1.§. *hoc autem, in fine. ff. ad S.C. Trebell.M.I.P.d.except.*1.*repl.*1.

IV. Exceptio, Nisi de statu suo dubitet testator.*l.*1.*in prin.ff.de legat.*3.

V. Exceptio. Nisi aqua & igni ei sit interdictum.*l.*1.§.*hi quibus.ff.d.tt.*

VI. Exceptio, Nisi deportatus sit. *d.l.*1.§.*deportatos.ibi: à præfecto.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi princeps sententiam præsidis vel præfecti de deportando nondum comprobauerit.*d.*§.*deportatos.*Altera, Nisi deportatus indulgentia Principis sit restitutus. *d.l.*1.§.*si quis plane.*

VII. Exceptio: Nisi capitali sententia damnatus sit. Hæc exceptio ipso iure subsistit,quia ita damnatus ciuitatem amittit,*vt suo loco dicetur.*Huius autem replicatio est: Nisi miles ex militari delicto sit damnatus.*l.si quis.*22. §. *miles.ff. de legat.*3. Plura de hac re vide *supr.lib.*9.*cap.*5.*except.*13.*replic.* 6.*item cap.*18.*duplic.*3.

VIII. Exceptio: Nisi testator non sit soluendo.Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur *infra cap.*11.*caus.*68.

IX. Exceptio: Nisi is qui legauit, intestatus decesserit.reprobatur *Instit. de fideicommiss. hæred.* §.*præterea.Concordat Instit.de codicillis.* §. *non tantum. l.non idcirco.*4 *C.de codicillis.l.si per* 3.*C.ad S.C. Trebell. l.& fine* 5.*C.d.tt.l.filiusfamilias.*111.*in prin.&* §.*qui intestato.ff. de legat.*1.*l.Titia.* 13. *ff. de inofficioso testam.l. vltim.*§.*Lucius.ff de legat.*2. *Concordat iisdem verbis.l. Lucius.*78.*in prin.ff.ad S.C. Trebell. M.I.R. d.regul.* 14. *except.*18. Plane si testamentum in quo legatum relictum est, vel iniustum sit, vel ruptum,aut irritum factum, ob eamque causam ab intestato locus sit,nec legata ex testamento peti possunt, *vt infra suis locis demonstrabitur.*

¶ Hactenus primi generis exceptiones, ex persona testatoris legantis desumptæ, propositæ sunt, sequitur secundum genus, earũ scilicet exceptionum, quæ sumuntur ex persona legatarii.

X. Exceptio, Nisi nomen legatarii descriptũ non sit.*l.Paulus.*5.*ff.de rebus dubiis.* Plane huius exceptionis replicatio proponitur *l. quem.* 26 *ff. de rebus dubiis.* Cuius duplicatio est, Nisi postea testator neminem designauerit. *l. qui plures.*18.*ff.de vsufructu legat.*

XI. Exceptio, Nisi incertæ personæ sit legatum. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur *Instit.de legat.*§. *incertis.M.I.R. d.regul.* 14.*except.*12.Declaratur *d.*§ *incertis.*Cuius iuris antiqui, quo exceptio proposita approbatur, replicatio prima hæc erat, Nisi ex certis personis incertæ legatum sit.*Instit.d.tt.*§.*sub certa.M.I.R.d.except.*12.*replic.*3. Secunda, Nisi huiusmodi legatum solutum sit.*Instit.d.tt.*§.*incertis autem personis.* Tertia, Nisi pauperibus erat relictum.*l. id quod* 24. *C. de episcopis & clericis.M.I.R. d.except.*12.*repli.*1. Quarta,Nisi in redemptionem captiuorum sit relictum.*l. nulli.* 28. *in principio. C. d. tt. M.I.R. d.except.*12.

*replic.*2.Quinta: Nisi conditionis implendæ causa incertæ personæ sit relictum.*l. Paulus.* 4.*ff.de rebus dubiis.* Sexta replicatio proponitur & approbatur,*l.quidam* 6.*ff.d.tt.* Possunt insuper replicationum loco hic annotari exceptiones proxime sequentes. Sed satis de iure antiquo sit dictum. Iure enim nouo exceptio proposita reprobatur, vt dictis replicationibus non sit opus. Reprobatur autem *Instit. de legat.* §.*sed nec huiusmodi.*

XII. Exceptio, Nisi ita legatum sit, Illi aut illi do lego.*l.cum quidam.*4.*C. de verbor. signific.* Quæ quidem exceptio proposita reprobatur:sed quod coniunctionem AVT pro ET interpretatur Iustinianus, perquam durum est.Neque enim vera est ratio, quam adfert, quod in interdicto Quod vi aut clam, AVT pro ET sumatur: cum longe aliud sit vi,aliud clam facere,nec possit vtrumque eodem tempore fieri. Melius itaque videtur Pomponius interpretatus esse dictam particulam AVT.ait enim: Hæredis est potestas in eligendo.*l.si ita.*44.§.*final.ff.de legat.*2. Ita etiam in proposito casu, si testator rogauerit hæredem, vt Titio aut Seio decem præstet, probabilius videtur testatorem hæredi potestatem eligendi cõcessisse. Sed præualet legum authoritas rationi disputandi.Plane si Titio aut Seio, vti hæres vellet,legatum relictum sit, propositæ constitutioni locus non est,sed hæres alteri dando ab vtroq; liberatur.*l.si Titio.*16 *ff.de legat.*2.

XIII. Exceptio: Nisi ita legatum sit, Illi aut illi,vter eorum prior Capitolium ascenderit. reprobatur *l.si seruus.*105.§.*huiusmodi.ff.de legat.*1.

XIV. Exceptio: Nisi ei cui hæres voler, legatum sit,reprobatur *l.vtrum* 8.§.*cum quid.in.ff.de rebus dubiis.*Plura de hac re vide *infr.capite* 7.*except.*79. *replic.* 4.

XV. Exceptio, Nisi ei qui nouissimus superuixerit,sit legatum.reprobatur *l.quoties.*12.*ff. de rebus dubiis.Concordat l.si seruus.* 105. § *hu usmodi. ff. de legat.* 1.

XVI. Exceptio: Nisi ita sit legatum, Illis qui testamentum meum signauerint. reprobatur *l.si quis.*15. *ff. de rebus dubiis.*

XVII. Exceptio: Nisi ita sit legatum: Lucio & Titio, vel alteri horum do lego. reprobatur *l.si quis testamento.*78.§.*his verbis.ff. de legat.*1.

XVIII. Exceptio: Nisi non appareat de quo testator senserit.*De hac re dicetur infra libro proximo, capite* 1. *quæstion.* 3. *item infra hoc lib. capite* 6.*except.*93.

XIX. Exceptio: Nisi ei sit legatum, qui capax non est,& cum quo testamenti factio nõ est. *Inst.de legatis.*§ *legari.M.I.R.d.reg.*14.*except.* 2. Cum iis autem testamenti factio est, qui ex alieno testamento vel ipsi capere possunt, vel aliis adquirere *Instit.de hered. qualit. & differ.*§.*testamenti.* Exempla vide *infra exc.* 20 28.*&* 29. *item supra lib.*4. *cap* 24.*quæst.*4 *regul.*1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non ob delictum legatarius capere non possit, sed propter vitium corporis sui, vel propter aliam probabilem causam. *l.filiusfam.*111.§.*si quid alicui.ff de legat.*1. Cuius duplicatio est:Nisi testator ignorauit legatarium talem esse, qui capere non possit. approbatur exemplo *l.fideicommiss.*11. §. *si seruo alieno. ff. de legat.* 3. Secunda replicatio est:Nisi legatarius qui capere non potest,alii restituere rogatus sit.*l.si fidei meæ.* 28.*ff.de legat.*3.*l.cũ ei.* 43. *ff. de legatis.*2. *l.mortuo.* 50.§. *Labeo, in fine.ff.d.tt.item l.cogi.*16.§.*hi qui solidum ff.ad S.C.Trebell.* Tertia replicatio est: Nisi ei qui solidum capere non potest,legatum sit sub hac conditione,Si hæredi tot dedisset. *l. sed si* 60.§.1.*ff.de condit.& demonstr.* Quarta: Nisi ei qui non est capax,aliquid amplius quam capere non potest, sit legatum.hoc enim quod excedit,debetur.Cuius duplicatio est: Nisi id quod excedit, lex Falcidia minuat.*l.quoties* 67.*ff.ad leg.Falcid.* Quinta replicatio hæc est, Nisi testator ei qui capere non potest,soluendi animo legauerit. *l. qui testamentũ.* 27.*ff.de probationib.* Ex qua, præterquã quod replicatio proposita approbatur, simul ẽt eius duplicatio elicitur talis.Nisi legatarius debitũ nõ probauerit.tunc n.videntur in fraudẽ legis ista verba adiecta,*Cui concordat l.cum quis.*35.§.*Titia.ff. de legat.*3.Sexta replicatio est: Nisi ita legatum sit,Si quando capere poterit.*l.in tempus.*60.*in princip.ff. de hæredibus instituendis.* Septima: Nisi miles ei qui capere non potest, legauerit. *l. si deportati.*7.§.*si miles.ff de legat.*3.*Concordat l. ex testamento.* 5. *C. de testamento militis.*Octaua, Nisi cum in singulos annos relictum esset, legatarius quibusdam annis capere possit,vel capere rursus cœperit. Nona est,Nisi seruo plurium sit relictum, quorum quidam capere possit. *l. cum in.*23. *ff. quando dies legati cedit.Concordat l. cum in* 11.*ff. de annuis legatis.* Decima, Nisi ei qui capere non potest, conditionis implendæ causa quid dandum sit. reprobatur *l.quod conditionis.*36. *in princip.ff.de mortis causa donatione.*

XX. Exceptio, Nisi vir vxori, vel vxor viro,inter quos matrimonium non consistit, legauerit.*l.qui contra.*4. *ff. de incestis & inutilibus nuptiis. l. si quis.*6.*C.eod.tt.l.vxori,*27.*ff.de vsufructu legato.l. Claudius.*13.*ff.de his quæ vt indignis, item l.*2 §.*item si quis.ff. d.tt.* Huius replicatio prima est, Nisi per errorem illegitimum contraxerint matrimonium.*d. l.*4.*vers.exceptis.*Secunda, Nisi minores annis matrimonium contraxerint. *d. vers. exceptis.* Aduersus iam dictas duas replicationes, duplicatio *in d.l.*4. introducitur. *vers. quos tamen ita demum.* Tertia replicatio est, Nisi tutor pupillam suam, vel is qui officium aliquod gerit, aliquam ex ea prouincia in vxorem duxerit, eique aliquid in testamento suo reliquerit,hoc enim casu mulieri ex testamento non denegatur actio. *l.* 2. §. *per contrarium.ff.de his quæ vt indign.auferr. l. præfectus.* 64. *ff.de ritu nuptiarum. item l. vlt. ff. de leg.* 1. Quarta Nisi miles vxori suæ, cum qua antea adulterium commiserat,aliquid legauerit. reprobatur *l. mulierem.*14.*ff.de his quæ vt indignis.* Quinta, Nisi cum ea quæ se patroni concubinam esse non pariter, stuprum sit commissum,eique aliquid relictum. *l. cum secundis.*16.§.*quoniam.ff.d.tt.*

XXI. Exceptio, Nisi ei qui quæue ex sese liberos non habet,legauerit.reprobatur *l.* 2. *C. de infirmandis pœnis cœlibatus.*

XXII.Exceptio, Nisi cœlibi, vel ei quæ non nubit, sit relictum.reprobatur *l.*1.*C.d.tt.*

XXIII. Exceptio, Nisi ei qui in rerum natura est,legetur.*l.si eo.* 4. *ff. de his quæ pro non script.l.vnica.* §. *& cum triplici.* &§. *in primo. C. de caducis tollendis,item l. quidam.* 14.§. *ego autem.ff. de iure codicillorum*

dicillorum. Huius exceptionis replicatio est: Nisi posthumo qui adhuc in vtero est, legetur. Quæ approbatur quidem, sed recipit duplicationem hanc: Nisi alieno posthumo sit legatum. Quæ duplicatio iure quidem antiquo approbatur, *Inst. de legatis §. posthumo.* Declaratur insuper *ibidē.* Huius duplicationis iure antiquo approbatæ distinctio seu triplicatio hæc erat: Nisi fratri posthumo per fideicommissum relinquatur. *l. pen. ff. de legat. 1.* Hæc quidem de iure antiquo: verum iure nouo supradicta duplicatio reprobatur, vt etiam alieno posthumo legatum relictum valeat. *Inst. d. §. posthumo. ibi: sed nec huiusmodi. de quo vide supr. except. 11. in fine.*

XXIV. Exceptio: Nisi ei qui in hostium potestate est, sit legatum. *l. si seruo. 98. §. final. ff. de legat. 1. Concordat l. si eo. 4. in fine. ff. de his quæ pro non scriptis, &c.* Huius replicatio est: Nisi ab hostibus sit reuersus legatarius *d. l. 92. §. final.* Secunda replicatio: Nisi seruo eius qui apud hostes est, sit legatum. *l. 1 ff. de captiuis.*

XXV. Exceptio, Nisi seruo sit legatum. reprobatur *l. si mihi. 12 §. regula. ff. de legat. 1.* Sit igitur huius loci regula hæc, Quod legatum seruo relictū sit vtile, cuius regulæ exceptiones hę sunt. Prima: Nisi seruo id sit legatum, quod libero legari non possit *l. et si. 5. ff. de seruitute legata. Concordat l. debitor. 84. §. fin. ibi: & ideo. ff. de legat. 2.* Secundo: Nisi legatum in persona domini non consistat. *d. §. regula.* Sequitur ergo, vt quibus ipsis legare non possumus, eorum quoque seruis non possimus legare. Huius exemplum proponitur *l. deportati. 7. in prin. ff. de leg. 3.* Cuius exempli duæ replicationes *in d. l. 7.* proponuntur. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi seruo hæreditario sit legatum. hoc enim casu, quamuis hæres scriptus non sit capax, tamen legatum seruo relictum valet. *l. si mihi & Titio. 57. §. si eo hærede. ff. de legat. 2.* Altera: Nisi res domini, vel id quod domino debetur, seruo eius legetur. *l. debitor. 84. §. fin. ff. de leg. 2.* Tertia exceptio est: Nisi proprio seruo quis leget *l. si seruis. 4. C. de legatis. l. Lucius 90. §. codicillis. ff. de legat. 2. l. si transferam. 20. ff. de adimend. legat. item l. ex fideicommisso 28 C. de fideicommissis. M. I. R. d. regul. 14. except. 3.* Videamus propositæ exceptionis replicationes, quarum prima est: Nisi testator seruum manumiserit, vel libertatem simul ei reliquerit *l. qui fideicommissariam 8. C. de fideicommissis. l. conficiuntur. 8. §. si ei seruo. ff. de iure codicillorum. l. si quis. 9. in princip. ff. de manumiss. testam. l. quidam. 19. ff. d. tt. item l. quæsitum. 88. §. duobus. ff. de legatis. 1. M. I. R. d. except. 3. replic. 1.* Propositæ replicationis duplicatio prima est. Nisi minor vigintiannis seruum suum manumiserit, eique quid legauerit. Hæc duplicatio approbatur ita, vt licet is seruus alienatus ad libertatem peruenerit, tamen nihilominus legatum valeat. *l. minor. 99. ff. d. tt.* Secunda duplicatio: Nisi fideicommissariam seruo libertatem dominus reliquerit. reprobatur *l. si quis. 86. ff. de leg. 2.* Tertia: Nisi ex die libertatem acceperit seruus, legatum pure. reprobatur *l. qui concubinam. 29. §. cum in testamento. ff. de legatis. 3. l. seruus. 16. ff. de annuis legatis. item l. seruo alieno. 110. §. 1. ff. de legatis. 1.* Quarta: Nisi libertatem sub conditione acceperit, legatum pure. *l. nam cum. 8. in fin. ff. quando dies legatorū. Concordat l. cum seruus. 80. in principio. ff. de condit. & demonstrat.* Propositæ duplicationis triplicatio prima est: Nisi sub eadem conditione legatum sit, sub qua libertas est relicta. *Quæ triplicatio constat ex iā dictis.* Secunda triplicatio est: Nisi cōditio ante aditam hæreditatē impleri possit, vel sit impleta. *d. l. 8. in fin. l. Iul. 84. §. fin. ff. de cōd. & demon.* vbi propositæ triplicationis quadruplicatio notanda est. *Cui concordat l. quæsitum. 88. §. præsenti. ff. de leg. 1.* Tertia triplicatio: Nisi pendente conditione libertatis, seruus sit manumissus vel alienatus. *l. qui filio. 38. §. si quis seruum. ff. de hæredibus instituend.* Quarta: Nisi sub hac conditione, Si hæres seruū non manumiserit: liber esse iussus sit. *l. quidam 19. in princip. ff. eodem tt. Concordat l. si quis. 9. in prin. ff. eodem tt.* Hæc de quarta duplicatione. Quinta duplicatio est: Nisi conditio libertatis defecerit. Hæc duplicatio ipso iure subsistit, sed eius triplicatio prima est: Nisi sub hac conditione, Si meus erit: libertas seruo sit relicta. hoc enim casu, quamuis conditio libertatis deficiat, nihilominus legatum valet. *l si intra. 45 §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* Secunda triplicatio est: Nisi ante defectam conditionem seruus fuerit manumissus vel alienatus. *l. qui filio 38. §. si quis seruum. ff. de hæredib. instituend.* Huius triplicationis distinctio est: Nisi post defectum conditionis sit manumissus. *de quo infr. prox.* Sexta duplicatio est: Nisi cum antea cum legato libertas seruo sub conditione esset relicta, seruus manumissus fuerit, postquā conditio libertatis defecerat. *d. § si quis seruum, in fine.* Septima: Nisi libertas serui adita hæreditate extrinsecus suspendatur. *l. cum filius. 78. §. seruus. ff. de legatis. 2.* Octaua: Nisi seruo libertas postea rursus sit adempta. *l. vlt. §. fin. ff. de alimen. leg.* Huius duplicationis triplicatio prima: Nisi iam alienato libertas à testatore adimatur. reprobatur *l. si seruo. 26. ff. eod. tt.* Secunda, Nisi iam manumisso libertas testamento relicta, rursus sit adempta. *d. l. 26. in fin.* Nona duplicatio est: Nisi ab alio quam à testatore seruus manumissus fuerit *l. seruis. 4. in fine. C. de legatis.* Huius triplicatio est: Nisi ab hærede ex causa fideicommissa manumittatur. *l. si quis. 86. ff. de legat. 2.* Decima duplicatio est: Nisi libertate seruo relicta, testator viuus eū manumiserit. reprobatur *l. si quis. 4. Digest. de manumissis testā* Hæc de prima replicatione aduersus propositā exceptionē. Secunda replicatio, Nisi statuliber sit. reprobatur *l. statuliberū 11. in pr. ff. de legat. 2. Concordat l. cū quæst. 30. §. Imper. Dig. de fideicom. libert.* Plane admittitur proposita replicatio duobus potissimum casibus, *d. l. 11. in princip.* Tertia replicatio est, Nisi seruus cui legatum est, à testatore fuerit alienatus, vel alii legatus. *l. seruo 71. in pr. Dig. de legat. 1. l. quæsitum est. 88 §. si quis Stichum. §. seruo legato. & §. cum seruus. ibi: hoc amplius. Dig. eodem tt. l. si à pluribus. 104. § final Dig. d. tt. item l. si optio 13. in pr. Dig. de optione legata.* Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi necessarius hæres institutus sit, tunc enim sequens legatum, propter regulam Catonianam inutile est *d. l. 13.* Alia duplicatio est, Nisi cum seruo libertas sub conditione legata esset, post defectum conditionis sit alienatus. *l. qui filio. 38. §. si quis seruum, in fine. ff. de hæredib. instituendis.* Tertia duplicatio, Nisi in seruo legato pars propter legem Falcidiam apud hæredem remaneat. reprobatur *l. Plautius. 49. in principio. ff. ad*

ff. ad legem Falcidiam. Quarta replicatio est: Nisi seruus alii cum testatore sit communis. *d. l. 49. item l. si Eros 11. in fine. ff. de optione legata.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi socius, qui seruum cū testatore habet communem, hæres sit institutus. *l. si socius 87. in prin. ff. de hæredib. instituendis.* Quinta replicatio hæc est, Nisi seruo proprio sub conditione testator legauerit. *d. l. 87. ibi: plane sub condition.* Huius duplicatio videtur poni *l. Stichus. 39 ibi: at quid in legato. ff. de manumissis testamento.* Sexta replicatio est: Nisi cum seruum cum libertate substituisset testator, postea legatum ei dederit hoc modo, Si hæres non erit. *l. diuus 26. ff. eod. tt.* Septima: Nisi seruis propriis alimenta sint relicta: ea enim illis officio iudicis sunt præstanda. *l. seruos. 17. ff. de alimentis legatis. Concordat l. seruo alieno. 110. §. 1. ff. de legat. 1. M. I. R. d. except. 3. replicat. 2.* Octaua: Nisi cū seruo proprio legatū esset, & testator optionē seruorum legasset, legatarius eum seruum cui legatum est optauerit. reprobatur *l. seruo 15. ff. de optione legata.* Plane admittitur, si tota familia ad vnum illum seruum reciderit, vt nullus alius possit optari. *l. si optio. 13. in princip. ff. eod. tt.* Nonæ replicationis loco notandū, quod quamuis hæres ad legatum seruo relictum præstandum cogi non possit: tamen vt id præstet, lege admoneatur, *l. quidam. 5. §. illo videlicet obseruando. C. de necessariis & seruis hæredibus.* Decima: Nisi miles iure militari testatus, seruo suo legauerit. *l. Lucius. 40. §. 1. ff. de testamento militari. Nouell. const. 78. §. vnde si cui. versic. deinde si miles.* Hæc de tertia exceptione eius regulæ, qua proposita 25. exceptio reprobatur. Quarta exceptio: Nisi seruo hæreditario sit legatum. reprobatur *l. legatum 113. §. seruo. ff. de legatis. 1. Concordat l. debitor. 84. §. finali. ff. de legat. 2.* Plane videtur admitti, si hæres scriptus non sit capax, vel legatum in eius persona non consistit, Quæ tamen distinctio reprobatur *l. si mihi 57. §. finali. ff. de legat. 2.* Quinta exceptio est, Nisi seruo hæredis legetur. *Institut. de legatis. §. an seruo hæredis. l. cum filiofamilias. 11. in princip. ibi: ac eum demum. ff. de legat. 1. item l. in ratione 30. §. penult. ff. ad legem Falcidiam.* Huius replicatio prima: Nisi seruus viuo testatore hæredis esse desierit, reprobatur *d. §. an seruo hæredis. versic. nec quicquam.* Secunda: Nisi sub conditione ei sit legatum, *Inst. d. §. an seruo l. si socius. 87. ibi: ibi quoniam & proprio. ff. de hæred. instit. item d. l. 30. §. penult. ff. ad legem Falcidiam.* Tertia, Nisi seruo communi testatori cum hærede legatum sit. reprobatur *d. l. 87.* Plane si hæredi & alii quam testatori seruus communis sit, vtiliter ei legatur, & totum legatū socio adquiritur. *l. Plautius. 49. versic. communi autem seruo. & versic. vltim. ff. ad legem Falcidiam.* Quarta: Nisi hæredis fideicōmissum sit, vt seruum manumittat. *l. si legatarius 8. §. seruo. ff. de legat. 3.* Sexta exceptio apponitur & reprobatur *l. seruo. 110. in princip. ff. de legat. 1.* Septima exceptio est: Nisi seruo pœnæ relictum sit. *l. quidam. 17. in prin. ff. de pœnis. l. in metallum. 12. ff. de iure fisci.* Sane propositæ exceptionis species sunt *infr. except. 28. & except. 29.* Hactenus de legato seruo relicto cum suis exceptionibus & exceptionum replicationibus sit dictum.

XXVI. Exceptio, Nisi domino serui hæredis instituti sit legatum, reprobatur *Instit. de legat. §. an seruo hæredis, in fine.* Ex quo constat, quod exceptio proposita admittitur. Si scilicet seruus iussu domini legatarii adierit hæreditatem, & ita legatarius per seruum hæres efficiatur. hoc enim casu legatum euanescit. *Concordat l. si à seruo. 20. ff. ad legem Falcidiam.*

XXVII. Exceptio: Nisi hæredi sit legatum. *l. legatum. 113. §. 1. ff. de legat. 1. l. & quidem 18. in fine. l. plane. 34. §. si duobus. l. quæsitum. 88. §. præsente. ff. eod. tt. l. Iulianus. 84. §. finali, in fine. ff. de condit. & demonstr.* Huius replicatio prima est: Nisi hæredi à cohærede sit legatum. *d. l. 123. §. 1. l. qui filiab. 17. §. fin. ff. de legat. 1. l. post emancipationem. 38. in prin. ff. de legat. 3.* Cuius replicationis duplicatio prima: Nisi hæreditate sese abstinuerit. reprobatur *d. l. 17. §. fin. ff. de legat. 1. de qua re dicetur infr. inter causas amittendi legati in persona legatarii consistentes.* Sed & alias duplicationes vide *in loco de iudicio familiæ erciscund. de prælegatis.* Secunda replicatio approbatur in casu *l. Titia 35. §. 1. ff. de legat. 2.* Tertia replicatio est: Nisi patri à filio hærede instituto sit legatum. Hoc enim casu, quamuis pater per filium hæres effici possit, legatum tamen ei relictum valet. *l. à filio. 25. ff. de legat. 1.* Quarta: Nisi hæredi hæreditas auferatur tanquam indigno, quod tacitam fidem accommodauerit, *l. eum qui. 18. §. finali. ff. de his quæ vt indignis.* Reliqua huius loci vide *in iudicio familiæ erciscundæ.*

XXVIII. Exceptio: Nisi in metallum damnato sit relictum. *l. quidam. 17. in princip. ff. de pœnis. l. in metallum. 12. ff. de iure fisci. l. si in 3. in pr. ff. de his quæ pro non script. habentur.* Huius replicatio est: Nisi in metallum damnato, in alimenta quid sit relictū: hoc enim ei debebitur. *d. l. 3 Concordat l. is cui 11. ff. de alimentis legatis.*

XXIX. Exceptio, Nisi ei qui in perpetua vincula damnatus est, legatum sit relictum. *l. 1. C. qui non poss. ad libert. peruen.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pœna sit liberatus. *d. l. 1.*

XXX. Exceptio: Nisi testibus testamenti, vel eis qui testamentum dictauerint, sit legatum. reprobatur *l. dictantibus. 22. C. de testamentis.*

XXXI. Exceptio: Nisi collegio sit legatum. reprobatur *l. cum Senatus. 21. ff. de rebus dubiis.* Quę exceptio proposita reprobatur, sub conditione tamen hac: Si collegium sit licitum. Ergo si collegiis illicitis legatum sit, exceptio locum habet. *M. I. R. d. reg. 14. except. 8.*

XXXII. Exceptio: Nisi ecclesiæ sit legatum. reprobatur *per ea quę habentur supr. lib. 3. cap. 6. de adquir. rebus, causa 1.*

XXXIII. Exceptio, Nisi ciuitati legatum sit. reprobatur *l. si quid 114. ff. de leg. 1. Concordat l. ciuitatibus. 119. in prin. ff. d. tt. M. I. R. d except. 8.*

XXXIV. Exceptio, Nisi parti ciuitatis sit relictum. reprobatur *l. si quis. 32. §. fin. Digest. de leg. 1.*

XXXV. Exceptio, Nisi vicis relictum sit. reprobatur *l. si hæres. 72. §. fin. Digest. d. tt.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS LEGATA, sumptis ex persona eius, à quo legatum relictum est.

CAP. III.

HActenus secundi generis exceptiones contra legata, ex persona legatarii desumptæ, propositæ sunt: sequitur tertiū genus, earum scilicet

licet exceptionum quæ sumuntur ex persona eius à quo legatur.

XXXVI. Exceptio, Nisi à semetipso alicui legetur. *De hac exceptione vide supra except.* 27. Item: Nisi non ab hærede, sed à legatario sit relictum. Hæc exceptio reprobatur *Instit. de fideicommiss. hæred.§.eum quoque.Concordat l.ex facto.*17. §.*non tantum.ff.ad S.C.Trebell.* Plura de hac re vide *infr. except.* 40.*repl* 12.

XXXVII. Exceptio: Nisi ab eo legatum sit, cum quo legatario non potest esse actio. *l. cum filiofamilias.*11.*in prin.ff.de legat.*1.*Concordat Instit.de legatis.§.an seruo hæredis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non seruo à domino, sed contra domino à seruo legetur, vel non filio à patre, sed patri à filio quo casu valet legatum. *Instit. de legatis.§.an seruo hæredis.in fine. de quo vide supr. except.*26. *item approbatur l.à filio.*25.*ff. de legat.*1.*l.cum legato.*17. *in fin.ff.quando dies legati cedat. item l.quæsitum.*88.*in prin.ff.de legat.*1. Secunda replicatio est, Nisi in id tempus fideicommissum relictum sit filio à patre, quo filius sui iuris sit. *l.filiam.*17.*ff. de auro, argento legato.* Proposita replicatio approbatur etiã in fideicommisso seruo à domino relicto, *l. quidã* 25.*§.si seruo.ff.ad S.C.Trebell.Cõcordat l.cogi.*16.*§.si pater.& 3.sed si seruo.ff.eod.tt.*

XXXVIII. Exceptio, Nisi ab eo sit legatum, qui in eiusdem est potestate, in cuius est legatarius. reprobatur *l. quæsitum.* 88. *in prin.ff.de legat.*1.

XXXIX. Exceptio: Nisi à furto, muto, vel ignorante relinquatur. reprobatur *l. cum pater.*79. *§.surdo.ff.de legat.*2.

XL. Exceptio, Nisi ab eo qui in rerum natura non est, sit relictum. *l. vnica.§. in primo itaque.ibi: nullo grauamine.C.de caduc.tollend.Concordat l.quidam. in prin.ff.de iure codicill.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi à nondum nato sit relictum, isque postea natus hæres existat. *l.*1.*§.pen.ff. de legat.*3.*Concordat l.ab exhæred.*123.*§.fin.ff.de legat.*1. Secunda replicatio est Nisi duobus hæredibus institutis, ab altero qui in rerum natura non est, legatum sit, tunc enim legatum debetur. *l. quidam.* 14 *ff.de iur.codicill.* Tertiam replicationem vide *inf. cap.*8.*caus.*42.*except.*1.*repl.*2.*dupl.* 2.

XLI. Exceptio, Nisi ab eo qui nihil, nel minus quam ab eo relictum est, ex testamento percipit, sit relictum. *l.ab eo.*9.*C. de fideicommiss. l. filiusfamilias.*111.*§.apud ff. de legat.*1.*l.*1.*§.sciendum. ff. de leg.*3. *l.sed & si.*6.*in fin.ff.d.tt.l.plane.*91.*§.fin. ff.de legat.*1.*l.*1. *§.si is qui.ibi: neminem enim.ff. ad S.C. Trebell.l.ex facto.*17.*§.non tantum,in fin.ff.d.tt.l.filiusfamil.*111.*§.vt quis.in fin ff de legat.*1.*l.cum pater.*79.*§.qui dotale.ff.de legat.*2.*l.sed cũ.*15.*D.de iur. cod.l. Imperator.* 72. *in prin. ibi: sed et si. D.de leg.*2.*Inst de sing.reb.per fideicom. relict. §.potest autem.item l.nomen.*33.*§. vni ex hæred. C. de legat.*3.*M.I.R. d.reg.*14.*except.*14.15.16.*&* 19. Hactenus leges, quibus exceptio proposita partim approbatur, partim declaratur, sunt propositæ: nũc replicationes huius exceptionis proponendæ sunt. Prima replicatio est, Quod is qui aliquid ex testamento accepit, quamuis non in maiorem partem obligetur, tamẽ in tantũ obligatur, quantũ percepit: *vt ex supradictis constat.M.I.R. d. exc.* 19. *repl.*6. Huius replicationis duplicatio est: Nisi aliquid ẽt conditionis implendæ causa dederit grauatus, hoc non ex legato deducetur. *l. non amplius.* 26.*in pr.D.de legat.*1.*Vide insuper infr.repl.* 12. *dupl.*6. Sed & alias huiusmodi duplicationes vide *infr.d. repl.*12. Secunda duplicatio est, Quod ad præstandam actionem teneatur. *l.Imper.*72,*in pr.D.de leg* 2. *Concordat l.si legatarius* 8.*in pr,D.de leg.*3. Tertia Nisi culpa legatarii acciderit, quo minus perceperit. *d.l.*8. Sed & plura de secunda replicatione vide *infr.lib.prox.c.*3.*reg.*4. Itẽ de tertia replicatione vide plura *infr.c.*9.*caus.*42.*cũ seqq.* Quarta replicatio est Nisi post tempus fideicommissum relictum sit, vt medio tempore, ratione fructuum & vsurarũ, legatario ex re legata maius lucrum accedat. *l.Imper.*72.*§.fin.D de leg.*2.*Concordat l.filiusfamil.*111.*§.apud Marcellum.D.de leg.*1. Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi cum legatarius post mortem suam plus quam ei legatum est, restituere esset rogatus, statim mortuus sit. *d. § apud Marcel.* Secunda duplicatio, Nisi non in diẽ, sed pure vnum fideicommissum sit relictum. reprobatur *in casu d.§.apud Marcellum.ibi: sed et si Titii.* Tertia, Nisi nõ fructus vel vsuras rogatus ex legato perceperit, sed ex alia causa lucrum ex legato senserit, hoc enim casu ad præstandum fideicommissum non tenetur. *l. Imperator.* 72.*§. si centum. D. de leg.*2. Quinta replicatio est, Nisi pecunia legata, rem propriam, quamuis maioris æstimationis, legatarius restituere sit rogatus. *d.§. si centũ. ibi: hoc ita.* Sexta: Nisi legatarius, qui nihil percepit, defuncto stipulanti promisit se restituturũ. *l.cũ quis.* 35.*§.pater.D.de leg.*3. Plane propositæ replicationi videntur contraria ea quæ habentur *infr. ead.exc. repl.*12.*dupl.*1.*repl.*5. Septima replicatio est: Nisi rogatus dominus vel pater sit eius qui aliquid ex testamento percipit. *l.cum filiusfamilias.*11.*in prin.D. de legat.*1.*Concordat l.si alienus.*64.*in pr. D. de legat.* 2. *M.I.R. d.exc.*19.*repl.*2. Huius replicationis duplicatio est: Nisi legatum vel hæreditas seruo vel filio relicta ad dominum vel patrem rogatum nõ perueniat. *d l.*64. Plane aduersus eum ad quem emolumentum peruenit, vtilis actio datur, vt subiicit ibidẽ Iurisconsultus. quod loco primæ triplicationis est notandum. *Cui concordat l. à patre.*4. *D. de leg.*3. Secunda triplicatio est, Nisi dominus seruũ vendiderit: tunc enim nihilominus fideicõmissum prẹstare cogitur. quẹ triplicatio approbatur distinctione *l.plane.*91.*§.*1.*D. de leg.*1. Octaua triplicatio: Nisi rogatus tutor vel curator sit eius qui aliquid ex testamento percipit. *l. ẽt.* 20. *C.de fideicommis.M.I.R.d.except.*19.*repl.*3. Huius duplicatio prima, Nisi tutor vel curator inutiliter sit datus. reprobatur *l.peto.*71.*§.mater filio D. de legat.*2. *Concordat l.codicillis* 34.*§.fin.D.de vsufructu legato.* Secunda: Nisi tutor sit à tutela excusatus, vel ex alia causa tutor esse nõ possit, reprobatur *d §. mater filio.* Tertia: Nisi ipsi pupillo à tutore fideicommissum sit relictum. *d.§. mater filio,in fine.* Nona replicatio est. Nisi rogatus administrator sit reipublicæ, cui legatum est. *l. si fuerit.* 5. *in princip. ff. de legat.* 3.*M.I.R.d.repl.*3. Decima, Nisi rogatus hæres sit eius qui aliquid ex testamento percepit. *d. l.*5. *in fine,cum l.seq.l.*1.*§. sciendum. ibi: non tantum.ff.d.tt. item l.si quis.*15.*§.fin.ff de libert.legat.l.si fundum.*89.*§. fin.cum l.seq.D.de legat.*1. Vndecima: Nisi rogatus in testamento sit manumissus. reprobatur *l.plane.* 91.*§.fin.cum leg.seq.ff.de legat.*1. *M.I.R. d.except.*19. *repl.*1. Videtur admitti replicatio hæc, si vice operarum

rarum manumissus aliquid dare iussus sit, quẹ tamen distinctio ibidem reprobatur *ibidem l.seq.*92. Duodecima replicatio: Nisi aliunde à testatore quid acceperit rogatus: tunc enim quamuis ex testamento nihil percipiat, nihilominus tenetur. approbatur primum in eo cui mortis causa donatum est. *l.cum pater.*79.*§.*1.*ff.de leg.*2.*l.si mulier.*3.*in princ.ff.de legat.*3. *Concordant item ea quæ habentur inf. lib.*14.*cap.*18.*auth.*2.*reg.*2. Huius replicationis in exemplo proposito duplicatio est: Nisi fructuarius proprietario vsumfructum mortis causa cesserit, quæ tamen reprobatur *d.l.*3.*§.finali.* Secundo replicatio proposita approbatur in eo cui inter viuos donatum est, *l.cum quis.*35.*§.pater.ff.de legat.*3.*Concordat l.Titia.*89.*§.Lucius.ff.de legat.*2. Tertio approbatur in eo cui testator debitum tulit, *l. si mulier.*3.*in princip ff.de legat.*3. Plane replicatio in casu proposito admittit duplicationem hanc: Nisi pignoris tantum obligationem testator ei, cuius fidei cõmisit, acceptam tulerit, *d.l.*3.*§.fi.* Quarto approbatur replicatio proposita in debitore testatoris. *l.si pecunia.*76.*ff.de legatis.*1.*l.si seruus.*105. *§.qui margarita.ff.de legatis.*1. Huius propositi exempli duplicationem vide *paulo inferius duplicat.*10. Postremo approbatur in eo, qui permissu creditoris donantis debitum à debitore est stipulatus: eius enim fidei cõmittere creditor potest. Quod approbatur exemplo *l. Seia.* 11. *ff. de dote relegata. Concordat l.cum pater.*79. *§. mater.ff.de legatis.*2. Ex his quæ hactenus proposita sunt, constat, eum qui à testatore aliquod emolumentum, quamuis non ex testamento, percepit, fideicommisso grauari potuisse: atque ob id replicationem propositam regulariter esse veram, ipsoque iure subsistere. Cuius replicationis duplicationes nunc sunt proponendæ. Harum prima est: Nisi rogatus perceperit id quod sibi etiam sine legato, vel alia donatione debetur, *l.si deportati.*7.*§.fin.ff. de legatis.*3.*Concordat l.verbis* 5.*ibi, quare nec fideicommitti. ff.ad leg.Falcid.* Huius duplicationis exemplum est: Si quis rem quæ est legatarii, ei leget, *l.cum quis.*35. *in princ.ff.de leg.*3. Aliud proponitur *l. cum quis.* 2. *§. vxor igitur. & §.finali.ff.de dote relegata.Concordat l.*1. *§.idem Iulianus ff.d.tt.* Aliud *in d.l.*2.*§. nam & si quis.* Aliud: Si à patrono, qui ex debita parte hæres institutus est, sit relictum, *l.cum patronus.*28.*in princ. ff.de legat.*2. Quæ autem sit debita pars patroni, vide *Institut.de success. libert.* Aliud: Si à testatoris parte, qui bonorum possessionem accepit, quid sit relictum, nam nec hic fideicommissa præstare compellitur, *l. Paconius ait.*3.*§.fin.ff si à parente quis manumissus fuerit.* Aliud: Si cum hæres rogatus esset vni è familia fundum relinquere, is ei fundum relinquens, rogauerit eum vt fundum extero restituat, *l.si vnum.*69.*§ sed et si fundum.ff. de legatis.* 2. Aliud demum est in filio, qui præteritus contra tabulas bonorum possessionẽ accepit, vel de inofficioso testamento egit, *l.quidam.*31.*C.de fideicõmissis.Concordat l.*2.*ff.de legat.*3. Simile exemplum proponitur in patrono præterito, *l.alieno.* 31.*§. si patronus.ff. de fideicommiss. libertorum.* Ex hisce exemplis quæ hactenus proposita sunt, patet, fideicommissa ab iis qui suum, & quod sibi debetur perceperunt, relicta, non esse præstanda: & propositam duplicationem regulariter veram esse. *M.I.R.lib.*4.*cap.*8.*reg.*2.*exc.*21.*repl.* 5. Cuius duplicationis triplicatio prima est; Nisi rogatus præter debitam portionem & aliud quiddam perceperit, quæ triplicatio approbatur in patrono *l. si libertus.*42.*in pr.ff.de bonis libertorum.l.*2.*§.final.ff. de dote releg.l.*1.*§.idem Iulianus quærit.ff.d.tt. & l. filiusfamil.* 111.*§.*1.*ff.de leg.*1.*M.I.R.d.repl.*5.*dupl.* 24. Plane si quid præter debitam portionem sub conditione fuerit relictum, fideicommissum quoque datum conditionale erit, *l.si ita.*44.*in prin. ff.d.tt.* Aliud propositæ triplicationis exemplum est *l. si vnum.* 69.*§. sed et si fundum.ff de leg* 2. Secunda triplicatio est; Nisi rogatus qui debitum percipit, aliquod commodum ex eo legato sentiat. Hæc triplicatio approbatur simul & exemplis declaratur *l. si deportati.*7.*§.fi.ff.de leg.*3. Huius exemplum etiã proponitur *l.*2.*in prin.§.& ideo hæres & §. mulier.ibi: saluo eo.ff.de dote relegata.* Plane si rem quis debeat ex stipulatu creditoris, cui rem legauerit, fideicommittere non poterit, licet ex legato commodum sentire videatur: quod dominium nanciscitur statim nec expectet ex stipulatu actionem, fortassis quis dicat & sumptum litis, quem sustineret, si ex stipulatione litigaret, eum lucrari: sed nequaquam dicendum est, huius fidei committere me posse. *l.si mulier.*3.*§.si rem.ff.de legat.*3. Tertia triplicatio est Nisi non id quod debetur, sed aliud pro debito sit rogato relictum, reprobatur exemplo dotis. *l* 2.*§.sed et si non dos. & §. mulier. ff. de dote relegata.* Quarta triplicatio: Nisi non ei cui debetur, sed seruo eius relictum sit, isque fideicommisso sit grauatus, reprobatur exemplo *l. si patronus.*45. *ff.de bonis libertorum.* Quinta: Nisi is cui debitum relictum est, promiserit se fideicommissum soluturum, reprobatur *l. si patronus.* 20. *in princip.ff. de donat.Concordat l. cum quis.*35. *in princip.ff.de legatis.*3. Sexta; Nisi ab intestato successurus erat à defuncto rogatus: hoc enim casu, quamuis etiam sine testamento id quod percepit, percepturus erat, tamen nihilominus legato grauatur, *per ea quæ proposita sunt supra except.*9. Hæc de prima duplicatione, cum suis triplicationibus. Secunda duplicatio est: Nisi grauatus casu fortuito, non iudicio testatoris quid perceperit, *l.sed & si.*6.*§.finali ff. de legatis.*3. Tertia; Nisi rogatus conditionis implẽdæ causa perceperit, reprobatur *l.quidam* 93.*§.fin. ff.de legatis.*1. Quarta: Nisi non ex causa institutionis, sed ex causa legati rogatus percipiat, reprobatur *Institut. de singulis rebus per fideicommissum relictis, in princip. l. si quæsitum.* 88. *§. cum seruus.ff. de leg.* 1. Quinta, Nisi rogatus ab intestato succedat. Hæc duplicatio videtur subsistere argumento superioris duplicationis primæ: sed reprobatur *per ea quæ habentur sup.except.*9. Sexta duplicatio est; Nisi rogatus tantum quantum percepit, conditionis implendæ causa hæredi dare teneatur, *l.ciuitatibus* 119.*§.fin. ff.de leg.*1. *Concordat l.non amplius.*26.*in pr. ff.d.tt.* Septima: Nisi rogato ita seruus sit legatus, vt eum manumittat, *l.plane.*91.*§.fin. ff.eod.tt.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi vice operarum rogatus sit aliquid dare, quæ tamen reprobatur *ibidem l.seq.* Altera triplicatio est; Nisi ex die vel sub conditione manumittere sit rogatus, *l.si mulier.*3.*§. Iulianus.ff.de legatis.* 3. Octaua duplicatio est: Nisi res rogato legata perierit, *l. quidam.* 93.*§.si tibi.ff. de legatis.*1. Nona, Nisi rogatus id quod ei relictum est, capere non possit. *de hoc vi-*

de sup. exc. 19. *repl.* 2. Hæc de 40. exceptione, cum suis replicationibus, & replicationum duplicationibus hic dicta: quanquam duplicationis loco hic etiam annotari potuit *inf. exc.* 43. *item M. I. R. d. reg.* 14. *exc.* 16. *cum tribus seqq.*

XLII. Exceptio, Nisi ab eo cui inutiliter legatum est, fideicommissum sit relictum. Item: Nisi ab eo qui nihil præter suum, vel id quod sibi debebatur percepit, sit relictum. De hisce & aliis similibus exceptionibus vide *duplicationes proximè præcedentes.*

XLIII. Exceptio; Nisi ab exhæredati substituto vel legitimo sit relictum, *l. cum quidam.* 24. *C. de legatis. l. ab exhæredati.* 123. *in princ. item l. plane.* 91. *in princip. ff. de legat.* 1. *M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 17. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi exhæredato legatum sit relictum, quæ tamen reprobatur *d. l.* 24. Secunda replicatio est: Nisi substitutus exhæredati, vel legitimus patri quoque hæres existat; tunc enim debetur legatum, *d. l.* 91. *in pr. ibi: nisi idem & patri hæres fuerit. Concordat l. qui fundum.* 86. §. *qui filios. ff. ad legem Falcidam.* Huius duplicatio est; Nisi non ex iudicio patris, sed alio modo bona paterna ad exhæredatum peruenerint, *d.* §. *qui filios. Concordat l. si pater.* 101. *in princip. ff. de leg.* 3. Tertia replicatio: Nisi miles ab exhæredati substituto legauerit, reprobatur *l. miles.* 41. §. *si miles. ff. de militari testamento.*

XLIV. Exceptio, Nisi à diuersis legatum sit relictum, reprobatur *l. quid ergo.* 53. §. *si quis. ff. de leg.* 1. De hac lege plura dicentur *infra in causa amittendi legati hac, Si res legati ad legatarium peruenerit.*

DE EXCEPTIONIBVS IN RE LEGATA consistentibus.

CAP. V.

HActenus exceptiones aduersus legata, in persona testatoris, legatarii, & eius à quo legatum relictum est consistentes, propositæ sunt; sequitur nunc quartum exceptionum genus, earum scilicet quæ in re legata consistunt.

XLV. Exceptio, Nisi certa res vel summa expressa non sit. Hæc exceptio absque cuiusquam indignatione iusta est; quoniam quemadmodum nec emptio nec venditio sine re quæ veneat, potest intelligi, *l. nec emptio.* 8. *in pr. ff. de contrahen. empt.* ita quoque nec legatum, sine re quæ legatur, *l. si sic.* 47. §. 1. *ff. de legat.* 1. *M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 20. Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi res sit expressa, in quam legatum sit erogandum, approbatur exemplo *l. quædam.* 30. *ff. de legat.* 2. Secunda replicatio est: Nisi ita legatum sit: Quantũ in codicillis Titio legauero, vel quantum per epistolam scripsero, *l. si ita.* 37. *ff. de condit. & demonstr.* Huius duplicatio est: Nisi testator postea nihil in codicillis demonstrauerit, quæ approbatur quidem ipso iure, recipit tamen triplicationem *l. cũ pater.* 79. §. *fi. ff. de legat.* 2. Tertia replicatio est: Nisi genus vel optio sit relicta, *M. I. R. d. exc.* 20. *repl.* 1. *de qua re dicetur inf. lib.* 14. *c.* 7. Quarta: Nisi testator scripserit, tertio cuidam, puta Titio, se indicasse, quantam partem vellet legatam, *l. Theopompus.* 14. *ff. de dote releg.* Plura ad hanc exceptionem pertinentia vide *inf. lib. prox. c.* 6. *reg.* 1.

XLVI. Exceptio: Nisi res quæ legata est, nulla sit, vel non inueniatur, *l. cum ita.* 33. §. *species. ff. de leg.* 2. *l. si sic.* 74. §. 1. *ff. de legat.* 1. *l. legaui.* 25. §. *contra autem. ff. de liberat. leg. l. si non.* 3. *& l. refert.* 5. *C. de falsa causa adiect. l. cum illud.* 25. §. *hæres. ff. quando dies legat ced. M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 28. Huius replicatio prima est: Nisi aliquando res existere possit, *de qua inf. except. prox. dicetur.* Secunda replicatio est; Nisi id quod debet legauerit, certa quantitate adiecta: tunc enim vtile est legatum, quamuis nihil debeat, *l. si sic.* 74. §. 1. *ibi, cum si decem. ff. de leg.* 1. *Inst. de legat.* §. *sed si vxori ibi, sed si quam. l. cum quidam.* 21. *ff. de legat.* 2. *l. Lucius.* 90. §. *quisquis. ff. d. tt. itẽ l.* 1. *l.* 2. *& l.* 5. *C. de falsa causa adiecta legato.* Plane si quis legauerit id quod sibi debetur, nihilque ei debeatur: quamuis certam quantitatem adiecerit, tamen legatum non valet; quod primæ duplicationis loco notandum. *d. l.* 74. §. *si mihi. ff. de legat.* 1. *Concordat l. legaui.* 25. *in pr. ibi, quod si nihil. ff. de liberat. leg.* Secunda duplicatio est: Nisi quis id quod non debebat, ignorans tanquam debitum, non legandi animo legauerit, *l. qui vxori.* 19. *in princip. ff. de auro, argento legato.* Tertia: Nisi legatarius tanquam debitum petens succubuerit, reprobatur *l. Lucius.* 91. §. *Semproniæ. ff. de legat.* 3. *Concordat l. Aurelius.* 28. §. *finali. ff. de liber. leg.* Quartæ duplicationis loco notandum, quod replicatio proposita tantum locum habeat in eo quod debet legato: in aliis autem non facile admittitur, nisi corpus certum extet falsa demonstratione legatum. Nec enim si ita legatum sit, Decem quæ in arca sunt: legatum vtile est, si nihil in arca inueniatur, quamuis certa quantitas adiecta sit, *de quo inf. replicat. vltim.* Quinta duplicatio: Nisi dominus seruo legauerit, quod ei debet, reprobatur *l. quibus diebus.* 39. §. *dominus. ff. de condit. & demonstrat.* Tertia replicatio est: Nisi non species, sed genus legatum sit, tunc enim, quamuis nihil eiusmodi in hæreditate defuncti inueniatur, nihilominus legatum valet, *l. cum ita.* 33. §. *species. ff. de legat.* 2. Dicit autem ibi Iurisconsultus, Species nominatim legatæ, &c. Ergo si non species, sed genus legatum sit, propositæ exceptioni locus non est. Huius exemplum proponitur *l. si cui.* 3. *in princ. ff. de tritico, vino legato. l. si pecunia.* 12. *in princip. ff. de leg.* 2. *& l. hæredes.* 25. §. *fin. l. cum l. seq. ff. familiæ erciscundæ.* Huius replicationis prima duplicatio, Nisi res immobilis generaliter sit legata. approbatur exemplo domus, *l. si domus.* 70. *in prin. ff. de legat.* 1. Quæ tamen lex duplici modo legitur. Secunda duplicatio est, Nisi electio sit relicta, *l. si ita.* 64. *in princip. ff. de leg.* 1. Quarta replicatio est, Nisi aliquid ex eo quod legatum est, inueniatur id enim ex causa legati debetur, *l. si quis seruum.* 8. §. *si quis legauerit. ff. de leg.* 2. De hac replicatione vide plura *inf. ca.* 10. *causa* 51. *exc.* 8. Hæc de 46. exceptione. Sed & plura ad eam pertinentia vide *inf. except.* 71 *de falsa demonstratione: item inf. lib.* 14. *c.* 1. *membro.* 2. *specie* 3.

XLVII. Exceptio, Nisi res legata in rerum natura non sit. Hæc except. cum per se constet, tũ approbatur etiam *l. si seruus.* 105. §. *qui quinque. ibi, vt vero quinque. ff. de legat.* 1. *M. I. R. d. regul.* 14. *except.* 27. Exemplum proponitur *l. quidam.* 7. §. *fin. ff. de tritico legato.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi aliquando res existere possit, vt fructus futuri, &c. *Instit. de legat.* §. *ea quoque res. l. quod in rerum.* 24. *in princ.*

princ. ff. de legat. 1. *item l. etiam.* 17. *& l. hæres.* 15 *ff. de leg.* 3. *M. I. R. d. exc.* 27. *repl.* 1.

XLVIII. Exceptio: Nisi res cuius commercium non est, sit legata. *Instit. de leg.* §. *non solum. l. cum seruus.* 39. §. *fin. ff. de leg.* 2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi legatarius rei legatæ commercium habere non possit, alius possit, *l. sed si res.* 40. *ff. de legat.* 1. *Concordat l. filiusfamilias.* 111. §. *si quid alicui. ff. d. tt.* vbi etiam propositæ replicationis duplicatio proponitur. Sed & alia eius duplicatio est: Nisi ob delictum legatarius rei legatæ commercium non habeat, *l. mortuo boue.* 50. §. *Labeo. ff. de leg.* 2. *Sed & approbatur duplicatio hæc per ea quæ dicta sunt sup. exceptione* 19. *ad quam exceptionem etiam pertinet.* Alia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi is à quo legatum est, eius rei commercium non habeat, alius habeat, *d.* §. *Labeo, in fine. de qua re vide sup. except.* 19. *replicatione* 2. Tertia replicatio est: Nisi quis ius quod in re sacra vel religiosa habet, legauerit, approbatur exemplo *l. monumenta.* 14. *C. de legatis.*

XLIX. Exceptio: Nisi res hostium vel quæ apud hostes est, sit legata, reprobatur *l. seruus.* 95. *ff. de leg.* 2. *Concordat l. id quod.* 9. *itẽ l. ab omnib.* 101. §. *etiã. ff. d. tt.*

L. Exceptio: Nisi res aliena sit legata, reprobatur *Institut. de legat.* §. *non solum. Institut. de singulis rebus per fideicommissum releg.* §. *potest autem. item l. cum alienam.* 10. *C. de legatis. M. I. R. libro* 4. *capit.* 9. *reg.* 14. *exc.* 21. Plane ius quo proposita exceptio reprobatur, recipit quasdam distinctiones, quarũ prima est: Nisi dominus rem vendere nolit. Quæ tamen distinctio reprobatur *d.* §. *non solum. l. non dubium.* 14. §. *finali ff. de legatis.* 3. *item l. qui concubinam.* 29. §. *finali. ff. d. tt. M. I. R. d. capit.* 9. *regul.* 51. Secunda distinctio est: Nisi res Cæsaris sit, vel alia cuius commercium non est, *l. cum seruus.* 39. §. *final. ff. de legat.* 1. *De hac distinctione vide sup. exceptione* 48. Tertia distinctio, qua exceptio proposita admittitur, est; Nisi testator rem suam esse putauit, vel alienam esse ignorauit. *Institut. de legatis.* §. *quod autem dix. Concordat l. si vnum.* 69. §. *si rem tuam. ibi, succursum. ff. de legat.* 2. *M. I. R. d. except.* 21. *distinct.* 10. Huius distinctionis replicatio prima est: Nisi cognato, vel vxori defuncti legatum sit relictum, *l. cum alienam.* 10. *C. de legat. Concordat l. Quintus.* 11. *in fine. ff. de auro, argento & mundo legato M. I. R. d. dist.* 10. *replicat.* 1. Secunda replicatio est; Nisi rem hæredis quasi suam testator leget, *l. si vnum.* 69. §. *si rem. ff. de legat.* 2. *M. I. R. d. distinct.* 10. *replicat.* 5. Tertia: Nisi postea res legata testatoris sit facta, approbatur exemplo castrensis peculii, *l. seruum.* 44. *in princip. ff. de legat.* 1. Quarta: Nisi legatarius rem vsuceperit. *l. Sticho.* 36. *in princip. ff. de vsufructu legato. M. I. R. d. distinct.* 10. *replicat.* 8. Quarta distinctio est: Nisi maritus fundum dotalem legauerit, *l. dotalem.* 16. *ff. de militari testamento. M. I. R. d. except.* 21. *distinct.* 3. Quinta distinctio est; Nisi fructuarius rem, cuius habet vlumfructum, legauerit, *l. vxor.* 20. *C. de legatis. l. quod in* 24. §. *si vsumfructum. ff. de leg.* 1. *M. I. R. d. except.* 21 *distinct.* 5. Sexta: Nisi pater rem filii castrensis peculii legauerit, reprobatur quidem, sed sub conditione hac: Si mortuo filio peculium apud patrem remanserit, *l. seruum.* 44. *in principio. ff. de legatis.* 1. *Concordat item l. proponebatur.* 9. §. *idem referebam. ff. de castrensi peculio.* Septima distinctio est: Nisi seruus alienus hæres institutus legetur. *l. legatum.* 113. §. *alienus. ff. de legatis.* 1. Octaua: Nisi hæredis vel legatarii res ab eo relinquatur, reprobatur *Institut. de singulis rebus per fideicommissum relegatis.* §. 1. *Institut. de legatis.* §. *non solum. item l. hæredũ.* 25. *C. de fideicommissis. M. I. R. d. exceptione* 21. *distinct.* 6. Nona: Nisi res legatarii ei legetur. *De hac re vide inf. exc.* 54.

LI. Exceptio: Nisi res alii obligata legata sit. reprobatur *Institut. de legat.* §. *sed & si rem.* Plura de hac re vide *inf. lib. prox. c.* 3. *reg.* 3. Sane si quis eum cui prædium debet, in compensationem debiti hæredem instituit, & ab eo prædium istud alii legauit; quamus hæreditatem repudiauerit, tamen nihilominus prædii legatum alii debetur, *l. cum pater.* 79. §. *cum pater. ff. de leg.* 2.

LII. Exceptio, Nisi rem litigiosam legauit, reprobatur *l. centesimus.* 4. §. *finali. C. de litigiosis.* Plane hoc casu non transfertur iudicium in legatarium, sed precium rei ab hærede ei soluendum; quod distinctionis loco notandum, *l. quicunque.* 3. *C. d. tt.* Quæ tamen distinctio corrigitur *per Nouell. constitut.* 112. §. *illud quoque.* vbi & alia propositæ exceptionis distinctio introducitur, talis scilicet: Nisi hæres testatoris in iudicio succubuerit; tunc enim nihil debetur.

LIII. Exceptio, Nisi rem alii debitam legauit, reprobatur *l. qui fundum.* 32. *in fine ff locati & conducti. M. I. R. d. regul.* 14. *exceptione* 22. Sane si rem alii legatam testator postea alii legauerit, prius legatum videtur ademptum, & posterius debetur, *de qua re infra dicetur.*

LIV. Exceptio: Nisi res legatarii ei sit legata. *Instit. de legat.* §. *sed si rem. l. Mæuius* 68. § *duorum, in fin. & §. fundo, in fine. ff. de legat.* 2. *l. cum quis.* 35 *in princip. ff. de legat.* 3. *item l. proprias.* 13. *C de legatis. M. I. R. d reg.* 14. *except.* 29. Huius replicatio prima; Nisi legatarius rem alienauerit, reprobatur *d.* §. *sed si rem. Concordat l. cætera.* 41. §. *tractari. ibi: quemadmodum. ff. de leg.* 1. Contradicit *l.* 2. *ff. de regula Catoniana.* Secunda replicatio est: Nisi sub conditione sit legata, *l. mea res.* 96. *ff. de condit. & demonstrat. Concordat l. cætera.* 41. §. *tractari. ibi: sed si sub. ff. de leg.* 1. Tertia: Nisi ita legatum sit, Quandocunque res eius non erit, *l. hæredem.* 18. *ff. de legat.* 2. *M. I. R. d. exc.* 29. *replic.* 3. Quarta: Nisi emptor venditori rem emptam nondum traditam legauerit, *l. cum seruus.* 39. §. *si Titius. ff. de legat.* 1. Quinta, Nisi res pignori alii sit obligata, *l. si tibi.* 83. *in pr. ff. de legatis.* 1. Sexta; Nisi testator aliquod ius in re habuit, *l. si domus.* 70. §. *finali. ff. de legatis.* 1. *l. si tibi.* 83. §. *finali ff. d. tt. item l.* 1. *ff de lib. leg.* Septima; Nisi alius ius aliquod in re legata habeat, reprobatur *l. Mæuius.* 68. §. *penult. ff. de leg.* 2. Plane admittitur, si res legata alii sit obligata pignori. *de quo paulo sup. replicat.* 5. *est dictum.* Octaua replicatio est; Nisi res alicuius seruo eius legetur, *l. debitor.* 84. §. *finali. ff. de legat.* 2. Nona, Nisi liberatio debitori legetur, *l.* 1. *in pr ff. de lib. leg.*

LV. Exceptio: Nisi debitum creditori sit legatum. *Institut. de legat.* § *ex contrario. l. si autem.* 29. *ff. de legat.* 1. *l. legaui.* 25. *contra autem. ff. de liberat. legat. l. cum pater* 29. *in principio. ff. de iure dotium. l. Aurelius.* 28. §. *finali. ff. de liber. leg. a. l. si mihi.* 97. *ff. de legatis.* 1. *l. si quando.* 106. *in principio. ff. de legatis.* 1 *l. si vnum.* 69. *in principio. ff. de legatis.* 2. *& l. qui fructus* 25. *ff. de vsufructu legato. M. I. R. d. except.* 29. Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi plus sit in legato, quam in debito, *d. l.* 25. *Concordat l. Mæuius.*

uius.68.in prin.ibi: debitor autem.ff.de leg.2.item l.legaui.25.§.contra. ibi, nisi in his speci.bus.ff. de liber. legat. Cuius replicationis species & exempla sunt replicationes sequentes. Secunda replicatio est: Nisi interfit creditoris, approbatur simul & declaratur *l.si debitor.11.ff.de liber.leg.M.I.R.d.except.29.replicat.7.* Tertia: Nisi actione ex stipulatu debeatur, *l.si creditori.28.§.finali.ff.de leg.1.* Quarta: Nisi honoraria actione debeatur, *d. l. si creditori. §.1.* Quinta: Nisi ex causa dotis debeatur, *Inst.de leg. §. sed si vxori.M.I.R.d.except.29.replic. 9.* Plenius enim est legatum, quam de dote actio, quia actio legati statim mortuo testatore competit: dotis autem actio iure quidem antiquo annua bima trima die, iure autem nouo post annum matrimonio soluto, *l. vnica.1.§. exactio. C.de rei vxor.act.l.1.§.verum est. ff.de dote releg.item l.debitor.84.in pr.ibi.sic & in dote. ff. de leg.2.* Diuersum est, si vxor marito, vel socer genero dotem promissam legauerit, hoc enim casu non valet legatum, *l.cum pater.29.in princip.ff.de iure dotium.* Sexta replicatio: Nisi ex die, vel sub conditione debeatur. *Institut. de leg. §. ex contrario. l. debitor.84. in principio.ff.de leg.2.l.idem est.14.ff. de liber. leg.* Huius replicationis duplicatio: Nisi dies vel conditio debiti viuo testatore extiterit, reprobatur *Inst.de leg §.ex contrario.in fin. Concordat l. verbis.§.fin.ff.ad leg.Falcid.* Contradicit *d.l.84.in prin.ibi, quod si viuo.ff.de leg. 2.* Sed & alia duplicatio est: Nisi idem sub eadem conditione legauerit, *l.Maeuius. 68.in pr.ibi.si enim idem.ff.de leg.2.* Septima replicatio hæc est: Nisi creditor exceptione submoueri potuit, & debitum nullum sit, *l. si creditori. 28. in principio. ff.de leg.1. l.si creditor.13. in fine, cum lege sequente.ff.de liber.legat.l.legaui.25.in fine.ff. eodem tit. l.si quando.106.in princip.ff.de leg.1.l.petitor 30. ff. de liber. legat.* Octaua replicatio est: Nisi creditor debitum petens succubuerit, *l.Aurelius.28.§.finali. ff. de liber. legat. Concordat l. Lucius. 91.§. Sempronia. ff. de leg. 3.* Nona: Nisi alterius quam creditoris interfit legatum solui: tunc enim quamuis legatum in persona creditoris sit inutile, alteri tamen cuius interest, datur ex testamento actio, approbatur, simul & exemplis declaratur, *l.si cui.49.§. si Titio. ff. de leg.1.l. Aurelius.28.§.cum qui.ff de liber.legat. M. I. R. d.exceptione 29. replicat. 8.* Aliud exemplum habetur *l.si filia.20.§.item Papinianus.ff. familiæ erciscundæ.* Alia exempla vide *inf. libro proximo, capit. 1, quæst. 3. regul.3.* Decima replicatio est: Nisi id quod domino debetur, seruo eius legatur, *l.debitor.84.§.finali.ff de leg.2.* Vndecima; Nisi cum ex pluribus vni cui vel e deberet, vnumque elegisset, mutandæ voluntatis potestatem habens, ei quod debet legauerit, reprobatur *l.si vnum.69.in princip ff. de leg. 2.* Duodecima: Nisi alia res simul cum debito sit legata, in hac enim consistit legatum, approbatur exemplo *l. post emancipationem.38. in princip. ff. de leg.3.* Decimatertia: Nisi alius, non ipse testator debeat: tunc enim interest creditoris, duos potius reos habere, *l.liberationem.3. §. finali.ff. de liberat.leg.* Hæc de 55. exceptione, cum suis replicationibus.

LVI. Exceptio: Nisi res incorporalis sit legata, reprobatur *Instit. de leg §.tam autem.l cætera. 41.in princip. ff. de leg.1.l.etiam ea. 17. in fin. ff. de leg 3.* Huius etiam exemplum est *l.qui concubinam. 29. §. qui hortos.ff.de leg.3.* Plane admittitur exceptio proposita, si ius aliquod personale quis habens, id alteri legauerit, cuius exemplum est exceptio sequens proxima.

LVII. Exceptio: Nisi fructuarius vsumfructũ legauerit, *l.quod in.24.§. si vsumfructum. ff. de leg.1.* Cuius replicatio est: Nisi proprietatem rei testator sit nactus, *d.§.si vsumfructum.* De hac exceptione dictum etiam est *sup.lib.7.c.26.exc.15.*

LVIII. Exceptio, Nisi vt aliquid fiat, vel non fiat, per fideicommissum sit relictum. Hæc exceptio reprobatur, *de qua re vide inf.lib. prox. cap. 4. de facto legato.*

LIX. Exceptio: Nisi hæreditas sit legata, reprobatur *l.mulier.22.§.si ff.ad S.C.Trebell.* Item: Nisi singulę res per fideicommissum relinquantur, reprobatur *Inst.de singulis reb.per fideic.relict.in pr.*

LX. Exceptio: Nisi nuda proprietas, vel omnium bonorum vsusfructus legetur, reprobatur, quoad nudam proprietatem, *l.antiquitas.14. C. de vsufructu legato.l.si pure.4.ff.de vsufr. leg.* Sed & à municipibus hæredibus scriptis detracto vsufructu legari proprietas potest; quia non vtendo possunt vsumfructum amittere, *l.Maeuius.68.§. fi. ff de leg.2.* Reprobatur, quoad vsumfructum omnium bonorum *sup.lib.7.cap.26.q.4.exc.7.*

LXI. Exceptio: Nisi quis hæreditatem suam alteri restituere, vel alium hæredem facere rogetur, *l.ex facto.17.in prin.ff.ad S.C.Trebell. M.I.R. d.reg. 14 except.23.* Ex d.autem l.17.constat, propositam quidem exceptionem approbari, veruntamen rogatum ad hæreditatem ipsius testatoris restituendam teneri: quod loco primæ replicationis est notandum, *Concordat l.filiusfam.111.§.vt quis hæredé. ff.de leg.1.* Secunda replicatio est, Nisi partem suæ hæreditatis restituere rogetur, *d.§.vt quis hæredem. Concordat l.Imperator. 72. §. cum quidam. ff. de leg. 2.* Tertia, Nisi hæreditatem Titii, cui successit, restituere rogetur; *l.ex facto.17.§.1.& l.ita tamen.27.§. Trebell.ff.ad S.C.Trebell.*

LXII. Exceptio: Nisi aqua sit legata, reprobatur *l.Mela.14.§.si ff.de alim.leg.it.*

LXIII. Exceptio, Nisi seruus hæres institutus legatus sit, *l.leg.itum. 113.§.alienus.ff.de leg.1.*

LXIV. Exceptio; Nisi seruus, cui libertas relicta est, legatus sit, *l.si idem.14.in princip.ff.de leg.2. l.si quis eum,14.in princ.ff.de vulgari substit.l.si seruus.36.§. fin.ff.d.tt.l.Titio.94 § fin.ff.de condit. & demonst. at. l. si peculium.10.§.si seruus.ff.de manumiss.testam. item l. Iulianus.40.ff.d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi libertas competere non possit, *l. qui testamento. 38.ff. de leg.2.l si seruus 105. § si seruus alienus ff.de leg.1 l.seruum.44.§.si idem seruus ff. eod.tt.* Sed & huius replicationis species sunt replicationes quæ sequuntur. Secunda replicatio est; Nisi sub conditione libertas relicta sit. *l.si post. 67. § si pure. ff. de leg. 1. l. si seruum. 20. ff. de vsufructu legato.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi conditio libertatis extiterit, *d. §. si pure.* Secunda duplicatio est; Nisi pendente libertatis conditione legatarius decesserit, *d.§.si pure.* Tertia; Nisi legatarius non caueat, ex stente conditione libertatis seruum restitui, *l.Iulianus.40.§.sed & cum.ff.de manumiss.test.* Tertia replicatio; Nisi ex die libertas relicta sit, vel post tempus, reprobatur *d.l.67.§.fin.* Cuius posterioribus verbis legis contradicit *l.peculium.67.§.finali.ff. de leg.2.* Quarta replicatio est; Nisi

Nisi cum ab instituto legatus esset, & à substituto libertas ei relicta, substitutus hæres non existat, *l. si quis.78.§.fin.ff.de leg.1.* Quinta: Nisi post libertatem adscriptam seruus sit legatus, eique libertas adempta, *l.si peculium.10.§. si seruus.ff. de manumiss. test.l.si seruus.50.ff.de fideicommiss.libert. item l. si idem. 14.in princ.ff.de leg.2.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi non euidenter constet, testatorem per sequens legatum libertatem antea datam adimere voluisse, *d.l.14.d.l.50.d.§.si seruus. item l. Lucius.40.§. item Lucius.ff. de militari test.* Sexta replicatio est: Nisi cum vni seruus legatus esset, ita vt eum manumitteret; alteri sit legatus sub hac conditione, si à primo manumissus non fuerit *l.si quis. 78.§. Stichum.ff de leg.1.* Septima: Nisi æstimationem serui, cui libertatem reliquit, testator legatario solui voluit, *l.Iulianus.40.§.fin.ff. de manumiss. testam.*

LXV. Exceptio; Nisi statuliber legatus sit. Hæc exceptio approbatur quidem, sed sub hac conditione: Nisi conditio libertatis defecerit, *l. si quis. 78.§.pen.ff.de leg.1.l.seruum.44.§.pen.ff.d.tt. item l.cũ ita.9.§.fi.ff.de option.legata.*

LXVI. Exceptio: Nisi res legata ædibus iuncta sit, *l.cætera.41.in prin. & §.item prohibentur. ff. de leg.1.item l.senatus.43.in prin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi res postea ab ædibus sit separata, quæ tamen reprobatur *d.l.41.§.tractari.* Plane si sub conditione legetur, poterit legatum valere, si existentis conditionis tempore ædibus iuncta non sit. *d.§.tractari.* Secunda replicatio; Nisi quis binas ædes habens, alteras legauerit; & ex alteris aliquid iunctum, ei cui ædes legauerit, reprobatur *d.l.41.§.item quæri.* Tertia: Nisi cum duobus vnam domum legasset, ex ea alteri eorũ marmora legauerit ad extructionem alterius domus, quam ei soli etiam legauerat, item: Nisi domum legauerit detractis marmoribus, vt ea hæres alii domui hæreditariæ adhiberet, approbatur, certo tamen modo, *d.l.41.§.si duobus.* Quarta: Nisi ad opus reipub. faciendum sit legatum, *d. l. 41. §. sed si quis.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi ad opus alterius reipub. quam in cuius territorio ædes sunt, legatum sit, *d.§.sed & si quis.vers.sed videamus.* Quinta replicatio: Nisi ædes non in vrbe, sed in alia ciuitate sint sitæ, reprobatur *d.l 41.§.hoc Senatusconf.* Sexta; Nisi non ædibus, sed alii ædificio iunctum sit id quod est legatum, reprobatur *d. l. 41.§.hoc senatusconf.* Septima: Nisi non sint affixa *d. l.41.§.item prohibentur.* Huius duplicatio prima est, Nisi in ædibus fuerint perpetuo quasi portio ædium, tunc enim quamuis adfixa non sint, distrahi tamen, & legari non possunt, *d.§.item prohibentur. vers.verum enimuero.* Altera duplicatio est: Nisi ad hoc sit parata res, vt ædib. adiungatur, quæ tamen reprobatur, *d.l.41.§.fi.* Octaua replicatio est; Nisi maritus diætam quam in vxoris hortis fecerat, quos in dotem acceperat, legauerit, *l.senatus.43.§. Marcellus.ff.de leg.1.Concordat l.Marcellus.45.ff. de donat. inter vir. & vxorem.* Nona est; Nisi illicite sit ædificatum *l.fideicommissa.11.§. si quis illicite.ff. de leg.3.* Decima; Nisi sine domus iniuria res auferri possit, *l.nutu.21.§.fi.ff.de leg.3.*

LXVII. Exceptio, Nisi res alii iuncta legata sit, reprobatur *l.si gemma.18.ff.de auro, argento legato.*

LXVIII. Exceptio, Nisi inquilini sine prædiis, quibus adhærent, legentur *l.si inquilinos.109.in pr. ff.de leg.1.*

DE RELIQVIS EXCEPTIONIBVS aduersus legata.

CAP. VI.

SVperiore Capite quarti generis exceptiones aduersus legata, ex re legata desumptæ, propositæ sunt. Sequitur quintum genus, earum scilicet quæ sumuntur ex causa & modo legati.

LXIX. Exceptio, Nisi pœnæ nomine sit legatum. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur *l.1.ff.de his quæ pœnæ causa.* Cuius iuris antiqui replicatio prima erat; Nisi præteritum, non futurum factum legato puniatur, approbatur exemplo *l.si ita.12.ff.de condit.& demonstr.* Altera erat; Nisi non pœnæ nomine, sed conditionaliter testator legauerit, subsistit quidem ipso iure, sed quãdo conditio, quando pœna intelligenda sit, declaratur *l.2.ff.de his quæ pœnæ nomine.* Plane iure nouo exceptio proposita reprobatur *Instit.de legatis.§.pœna quoq;.& l.vnica. C.de his quæ pœnæ nomine in testamento.M.I.R.lib.4.c.9.reg.14.exc. 30.*

LXX. Exceptio; Nisi error interuenerit, *l. quoties.9.in pr.ff.de hæred.inst. Concordat l.si quis.4.in pr.ibi, sed si in corpore.ff.de leg 1.M.I.R.d.reg.14 exc.31.* Proinde si quis rem alienam legauerit, suam esse putãs, non valet legatum, *vt ostensum est sup. cap. prox. exc. 49.dist.3.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi non in re, nec in corpore, sed in nomine sit erratum, *d.l.4.Concordat Inst.de leg. §.si quidem in nomine. l.demonstratio.17.in pr.ff.de cond.& demonst. item l.si Fortidianum.7.C.de legatis. M.I.R.d. reg. 31. replic.1.* Plura de hac replicatione vide *inf. de falsa demonstratione, exc.prox.* Plane propositæ replicationis duplicatio est; Nisi crassus error nominis sit, & supina ignorantia, approbatur exemplis *l.si quis 4.§. 1.ff.de leg.1.* Huius duplicationis ratio est; quia nõ stultis, sed errantibus subuenitur, *l.plurimum. 3. in fine.l.nec supina.6.& l.reg.9 §.quod si ideo. ff.de iuris ignorantia.* Secunda replicatio est, Nisi testator rẽ quam legat, alienam, vel ipsius legatarii esse putauit, *Inst.de legatis.§.si quis rem suam.* Idẽ multo magis dicendum est, si quis rem sibi legatam ignorans adhuc legauerit, posteaque cognouerit & voluerit ad se pertinere. *l.seruum.44.§.1.& l.si quis. 78.§.si Titius.ff.de leg.1.* Tertia replicatio est; Nisi plus vel minus scriptum sit, quam legare voluit, *l. qui quartam.15.in pr.ff. de leg.1.*

LXXI. Exceptio, Nisi falsa demonstratio interuenerit, reprobatur *Instit.de legatis. §. huic proxima.l.demonstratio.17.in princ.ff. de condit. & demonstr. l.falsa.32.in princ.l.si nominatim.33.in princ.item.l. quibus.39.§.qui dotalem.ff.d.tt.l.2.C.de falsa causa adiecta. l.vltim.C.d.tt.l. Quintus.11. ibi, quia certo corpore. ff. de auro legato.l.pen.ff.de reb.dubiis. item l. his verbis, 100. §.pater.ff.de leg.3.M.I.R.d.reg.14.except. 32.* Huius etiam exceptionis reprobatæ exempla simul & distinctiones vide *sup.except.prox item except.46* Huc etiam referri potest *l.si seruus.105.§. sed et si ei. ff. de leg.1.item l.patronus.34.§ libertis ff.de legat.3.* Inter conditionem igitur & demonstrationem hoc interest, quod si deficiat conditio, deficiat etiam legatum, demonstratione autem deficiente seu falsa existente, nõ vitiatur legatum. Hoc est quod Vlpianus, inter falsam demõstrationem (inquit)

& falsam conditionem siue cansam multum interest, *l.sic.74.§.nam inter.ff.de leg.1.* Sane Florentinus, Inter demonstrationem (inquit) & conditionem hoc interest, quod demonstratio plerunque factam rem ostendit, conditio futuram. *l. si nominatim.33.§.fi.ff.de condit. & demonstr.* Conditio igitur in futurum tempus concepta est, demonstratio in præteritum vel præsens. Cuius elegans exemplum proponitur *l.Stichum.6.ff.de leg.1.* Vide insuper de except. proposita *infr. lib.14.cap.1. membr.2.reg.3.*

LXXII. Exceptio, Nisi causa legati falsa sit, vel nulla, reprobatur *Inst.de leg.§.longe magis. l. demonstratio.17.§.quod autem iuris. ff. de condit. & demonstr. item l.cum tale.70.§.falsam.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.14.exc. 33.* Plane exceptio proposita quibusdam distinctionibus admittitur. Prima distinctio est; Nisi causa conditionaliter fuerit enunciata, *d.§.longe magis. Cui concordat d. l.17.§.quod autem iuris, in fine. M.I.R.d.exc.33.dist.5.* Secunda distinctio est: Nisi probetur alias legaturum non fuisse, *l.cũ tale. 70. §.falsam.ff.de cond.& demonstr.M.I.R.d. exc.33. dist. 2.* Tertia: Nisi cum hæc causa, quia rogatus aliquid acceperit, legato vel fideicommisso adiecta esset, ille nihil acceperit, approbatur exemplo *l. Titia. 35.in prin.ff.de leg.2.* Plane pro ea parte, quam rogatus accepit, tenetur, licet non acceperit totum. Quod replicationis loco notandum, *l. epistolam. 75.in prin. ff.ad S. C. Trebell.* Quarta distinctio est: Nisi legatum sit, vt aliquid faciat, hoc enim legatum sub modo est, non causa adiecta. Ideoque nisi fecerit, legatum ei aufertur, *de quo inf. cap. prox. causa 15. M.I.R.d.exc.33. dist.6.* Sequuntur nunc sexti generis exceptiones, desumptæ ex forma & verbis legati & fideicommissi.

LXXIII. Exceptio, Nisi sine verbis vel sine scriptura relinquatur, reprobatur *l. & in 22. C. de fideicommissis.l.& sine.5.C. de Senatusc. Trebell. item l. nutu.21.in princ.ff.de leg.3. M.I. R.d. reg. 14. except. 35.* Plane ex traditione clauium, & assignatione rerum non præsumitur fideicommissum. *Quod innuit Papinianus l.cum pater.79.§.pater pluribus. ff. de leg.2.*

LXXIV. Exceptio: Nisi imperfecta sit scriptura, & quædam verba omissa, reprobatur *l.si vnum. 69.§.si omissa.ff.de leg.2.l.si in test. 103.ff.de leg.1.l.10. C.de fideicommiss.* Plane admittitur, si scripta non congruant omissis, *d.§.si omissa.& d.l.79.§.cum imperfecta.*

LXXV. Exceptio; Nisi non solennibus & directis verbis sit relictum, reprobatur *l. in legatis. 21. C.de leg.2.in prin.C. communia de leg.& fideicomm.Inst. de leg.§.sed olim quidem.item Inst. de sing.reb. per fideic. vel.§.fin.l.fideicommissa.11.in princip. ff. de leg. 3. l. & eo modo.115.ff.de leg.1.l.etiam.112 ff.d.tt.l.si vnum 69.§. fin. ff. de leg. 2.l. Pamphilo.37.§.propositum. ff. de leg. 3. M. I. P. lib. 5. cap. 5.reg.19.except.5.M.I.R. d. reg. 14. except.34.* Sed etsi quis non dare, sed reddere iubeat, valet legatum: quia (inquit Labeo) qui reddere iubetur, simul & dare iubetur, *l. hæres, 98. in prin.ff. de leg.3.l.cum quidam.21.ff.de leg.2.* Item si hęres iussus sit facere vt Lucius centum habeat, Caius Iurisconsult. ait, cogendus est hæres centum dare; quia nemo facere potest vt ego habeã centum, nisi mihi dederit, *l.si hæres. 72. in princ. ff. de leg. 1.* Item si testator dixit, Rogo quicquid aut ego reliquero, aut vos ipsi habetis, commune vobis sit; fideicommissum valet, *l. testamento. 91. §. Lucius.ff. de leg.2.l.Lucius.78.in princ.& l.ex facto.17. §.si quis ff.ad senatusc. Trebell.* Sed etsi quis ita dixerit, Scio omnia ea quæ tibi relinquo, ad filios meos peruentura: fideicommisso æquiparatur, *l. Pamphilo.37.in pr. ff.de leg.3.l.pater 36. §. pater filium. ff.de leg.3.* Sed etsi quis ita scripserit, Sufficiant tibi vineæ, vel fundus; fideicommissum est, quoniam & illud fideicommissum esse arbitramur (inquit Vlpianus) Contentus esto illa re. *l.fideicommissa.11. §.si quis ita.ff.de leg. 3 l.peto.71.in pr. ff.de leg. 2.* Plane pater qui filio semissem dederat, & sororibus eius impuberibus quadrantes, quibus fratrem tutorem dedit, ita fuerat locutus: Fili contentus eris pro tuo semisse ducẽtis aureis, & vos filiæ pro vestris quadrantibus centenis aureis, vice mutua liberis fideicommissum hæreditatis reliquisse non videbatur (inquit Papinianus) sed æstimationem (vt à parentibus frugi fieri solet) patrimonii sui fecisse: nec idcirco fratrem iudicio tutelæ bonæ fidei rationes quandoque præscriptione demonstratæ quantitatis exclusurum, *l.cũ pater.79.§.pater qui.ff.de leg.2.* Casu igitur proposito excepto, si quis certa re vel parte contentus esse iussus sit, tã ipsi qui iussus est, ex fideicommisso cõpetit actio, pro ea re vel parte qua contentus esse iussus est, quam aliis pro reliqua parte, *l.cum quis.35.§.nupturam.ff.de leg.3.* Huic simile est & illud, Si quis retenta certa aliqua re vel parte, hæreditatẽ restituere est rogatus, nam & huic ex fideicommisso tam actio quam exceptio competit, *l.post emancipationem.38. §.fi ff.de leg.1.Concordat l.fideicommissa.11.§.cum esset. ff.de leg.3.item l.si seruus,105.§.qui margarit.in fin. ff. de leg.1.* Contradicit *l.in ratione.30.§.tametsi.ad l. Falcidiam.* Porro ex parte dimidia hæredi instituto per præceptionem fundum legauit quis, & ab eo ita petiit: Peto vt velis cohæredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem hocamplius te præcipere iussi, Clodium verum nepotem meum, cognatum tuum, quęsitum est, an pars fundi ex causa fideicõmissi nepoti debeatur? Respondit Scæuola, deberi, *l.præter.36.§.fi.& l.Lucius.91.§.fi.ff.de legat.3.* Sed etsi sic fideicommissum dedero ab hærede meo, Te rogo Luci Titi, vt ab hęrede tuo petas dari Mæuio decẽ aureos: vtile erit fideicõmissum, sc. vt mortuo Titio ab hærede eius peti possit, idq; & Iulianus respondit, *l.sed etsi. 6.in pr ff. de leg.3.l.miles.77.in prin ff.de leg.2.l.cum pater. 79.§.donation.ff.d.tt.* Sed & si testator vni nepotũ plus dari iussit, reliquis nepotib. etiam viriles partes videntur legatæ, *l.cũ filius.78.§ pater.ff de leg. 2.* Præterea verba enunciatiua in modum causæ prolata fideicommissum inducunt, quod approbatur exẽplo *l.emptor.65.§.fi.ff.de rei vendicatione.* Aliud exemplũ proponitur *l.pater.17.§.auus.ff.de doli mali exc.* Sed & aliud habetur *l. Titia. 35.§.fin.ff. de leg.1.* Plane proposita fideicommissi species non admittitur in casu *d.l.35.in pr.* Præterea verba sub specie modi & conditionis prolata, fideicommissum inducunt, *l.2.C.de his quæ sub modo legata relin.* vbi ait Imperator: Siue ad cõditionem, siue ad modum respiciant, &c. Hisce verbis videtur constitui, quod si alicui quid legatũ sit, Si Mæuio decem dedisset, Mæuium ex testamento ad præstanda sibi decem agere posse, verũ huic interpretationi repugnant quodam-

quodammodo verba quæ ibidem sequuntur, hęc videlicet in conditionib. post exitum earũ: Nisi quis ea accipiat ita, vt is cui sub conditione hac, Si Mæuio decem dedisset: insula legata est, non nisi postquam insulam ex causa legati acceperit, ad decẽ Mæuio præstanda per actionẽ cogi possit, quod habet rationẽ. *Concordat l. dedi tibi.3.§.fin. ff.de condict.causa data.* Sed & supradictæ interpretationi repugnat *l. si quis. 8. cũ l.seq.ff.si quis omissa causa testamenti.* Nisi quis dicat, alteram per alteram corrigi atque mutari: quod potest admitti. Sed & contradicit *l.in ratione.30.§.tametsi.ff.ad L. Falcidiã.& l.pater.8.ff.de dotis collat.M.I.R.d.exc.34.* Postremo legati quoque forma seu species est, Si quis hæres institutus sit, excepta certa aliqua re, puta fundo vel ædib. Quæ forma proponitur *l. si quis ita, 72. ff.de hæred.inst. Concordat l.Caius.88. in prin. ff. de leg.* Ex his quæ hactenus proposita sunt, constat, quibuscunq; verbis quid sit relictũ, posse eo nomine actionẽ institui, proposita exceptione nõ obstante. Habet tamen hæc regula suas etiam distinctiones, quarum prima est: Nisi per modum consilii & causæ finalis relictũ sit. Quæ approbatur exemplo *l.Iulia.66.§.ex his verbis.ff.de leg.3.* item alio exemplo *l.generali.32.in prin.ff. de vsufr. legato.* Aliud itẽ exemplũ propositæ distinctionis proponitur *l.cũ pater.79.§.mando.ff.de leg.2.* Cui cõtradicit *l.qui filiũ.74.in pr.ff.ad S.C. Trebell. M.I.R. d.reg. 14.exc.24.* Plane distinctio proposita replicationẽ recipit *l.fideicommiss.11.§.hæc verba.ff.de leg.3.* Hæc de prima distinctione reprobatæ exceptionis. Secũda distinctio proponitur *d.l.11.§.si ita quis.* Tertia *l.vxorẽ.39.in pr.ff.d.tt.* Quarta *l. Lucius.78.§.filiam. ff.ad SC.Trebell.* Quinta distinctio est, falsa legati demonstratio. *Quæ proponitur l. cũ tale.70.§ fin.ff.de cond. & demonstr.* Hæc de sexti generis exceptionibus contra legata, quæ desumptæ sunt ex forma & verbis legati ac fideicommissi. Quo etiam referri potest tractatus de verbis enunciatiuis: *de quo actum supr.lib.2.c.17.q.3.reg.3.exc.3.* Sequuntur nunc septimi generis exceptiones, desumptæ ex tempore ex quo & ad quod, item ex conditione sub qua legatur. Sciendum autem est, liberũ esse vel pure vel sub conditione relinquere fideicommissum, vel ex certo die. *Institut.de fideicom. hæred.§. potest autem quisque.*

LXXVI. Exceptio, Nisi post mortem hæredis vel legatarii sit legatum. reprobatur *Institut.de leg.§.post mortem. Concordat l. scrupulosam. 11. C. de contrah.stipulat.*

LXXVII. Exceptio, Nisi tam angusto tempore legatum sit, quo præstari non potest. reprobatur *l.si mihi.12.§.si quis.ff. de leg.2.* Est igitur hic replicatio constituenda aduersus exceptionem inferiorem 94.

LXXVIII. Exceptio, Nisi ad certum tempus sit legatum. reprobatur *l.vlt. C.de legatis.* Proinde seruo alieno ita legari potest, quoad seruiat, vel quoad seruus Titii erit. *l. seruo alieno. 110. in prin. ff.de leg.1.& l.debitor.84.§.seruo. ibi: calumniosa.ff.de leg.2.* Et filiofamilias, quoad in potestate patris est, in annos singulos dena dari possunt. *l. vlt. ff. de annuis legatis.*

LXXIX. Exceptio, Nisi sub turpi, impossibili, vel alia huiusmodi cõditione sit legatum. De hisce & aliis similibus exceptionib. vide *infr.lib.14. cap. 1. de conditionibus, seu legatis conditionalibus.*

LXXX. Exceptio, Nisi sub hac conditione, Si hæres volet, legatum sit. *l.senatus. 43.§. legatum. ff. de legatis 1.Concordat l.fideicommissa.11.§.quanquam.ff. de legat.3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ita sit legatum, Si fuerit arbitratus hæres, si putauerit, & c. *d.§.quanquam. Concordat l.si sic.74 in princip.ff.de leg.1. M.I.R. d.reg.14. except.36. repli.2.* Secunda replicatio est, Nisi ita legatum sit, Nisi hæres meus noluerit. *d. l. 11.§. sic fideicommissum. M.I.R.d.exception.36.repl.4.* Tertia, Nisi ita sit legatum, Cum hæres voluerit. *d. l.11.§.hoc autem legatum l.fideicommissa. 46.§. penult.ff. de fideicomm.libert.item l. Claudius. 17. ff. eod.tt. M.I.R. d. except.36. repl.1.* Quarta: Nisi vni ex pluribus, cui hæres voluerit, sit legatum. *l.vtrum.8.§.cum quidam. ff. de rebus dubiis. Concordat l.fideicommissa.46.§.fin.ff.de fideicommiss.libert.* Quinta: Nisi non expresse, sed tacite hæredis voluntati permittatur, approbatur exemplo *l.si ita.3. ff. de leg.2.* Sexta: Nisi libertas sub proposita conditione relinquatur. *d.l.46. in M.I.R. d.except.36.repl. 8.*

LXXXI. Exceptio, Nisi ita sit legatum, Si Titius voluerit, hæres meus Mæuio dato. *l. nonnunquam.50.in fin.ff.de condit.& demonstrationib.l.illa.32. in prin.ff.de hæredib.instituend.l. captatoriæ. 63.ff.de legat.l.si quis 66.§.atquin si quis.ff. de hæredib. inst. item l.captatorias.68.ff.d.tt.M.I.R.d.exc.36.in prin.* Contradicit *l.senatus.43.§. legatum.ff. de leg.1. item contradicit M. I. P.lib.5.cap.5.reg.19.exc.6.* Iam dictæ exceptionis replicatio prima est: Nisi ita sit legatũ: Si Titius arbitratus fuerit, vel arbitrari voluerit. *l.1.ff.de leg.2.* Secunda, Nisi conditio hæc, Si Titius voluerit: tacite insit legato, non expressa. Hæc replicatio approbatur *per ea quæ proponũtur infr. proxime.M.I.R.d.exc.36.repl.3.*

LXXXII. Exceptio, Nisi ita sit legatum Titio, Si Mæuius in Capitolium ascenderit. Hæc exceptio videtur approbari ratione exceptionis precedentis: verum reprobatur *l.nonnunquam.50.ff.de cond.& demon. Concordat l si quis. 66.ff. de hæred.instit. M.I.R.d. reg.14.except.37.*

LXXXIII. Exceptio: Nisi alicui quinquaginta sint legata, ita, si quinquaginta dedisset, *l.si fundus.65.in fin.ff.ad l.Falcidiam.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi fundus quinquaginta dignus legatus sit, ita, si quinquaginta dedisset. *d. l. 65.in princip.l.si cui.46.ff.de leg. 2. item l. si cui.49.§.fin.ff.de leg.1.*

LXXXIV. Exceptio: Nisi sub hac conditione, si hæres seruum alienauerit: is sit legatus. *l. Stichus.39.§.at quod in legato ff.de manumiss. testamento.* Nunc ad octauum genus exceptionum transeundum, quod sumitur ex loco & tempore quo legatur.

LXXXV. Exceptio, Nisi ante hæredis institutionem sit legatum. reprobatur *Instit. de leg.§. ante. Concordat l.ambiguitates 24. C. de testamentis.* Nonũ genus exceptionum earum est, quæ sumuntur ex instrumento, in quo legatum relictum est: cuius generis exceptiones nunc sequuntur.

LXXXVI. Exceptio, Nisi in testamento non iure facto, & imperfecto legatum sit relictum. *l. ex ea.29.in prin. ff. qui test.facere possint. l. fideicommissa.11.§.1.ff. de leg.3.l.si veritas. 23. & l. ex testamento. 29.C. de fideicom.item l.si quis.8.§. illud quoque.C.de codicillis.*

*dicillis. M.I.R. d.reg.*14.*exc.*38. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in testamento adiectũ sit, Hocque ratum esse volo, quacunque ratione licebit aut poterit. *l.ex ea.* 29. §. *fin.ff. qui test. facere possint. Concordat l.pen.§.fin.ff.de leg.*2.*M.I.R.d.exc.*38. *repl.*1. Secunda: Nisi adiecerit testator, se velle hoc vice codicillorum valere. *l.si miles.*3 §. *fin ff.de militari testamento. Concordat l.si quis.*8. §. *illud quoque C. de cod.M.I.R.d.except.*38.*repl.*2. Tertia: Nisi iureiurando præstari rogauerit testator. *l. cũ pater* 79. §. *filius.ff.de leg.*2.*M.I.R.d.exc.*38.*repl.*14. Quarta: Nisi Imperatori sit relictum. reprobatur *l. ex imperfecto.*23.*ff.de leg.*3 *l.cum hæredes.*7. *C.qui test.facere pos. l.ex imperfecto.*3. *C. de test. item l. nolumus.* 20. *C. d.tt.* Quinta: Nisi ob iniquam exhæredationem vel præteritionem iniustum sit testamentum. *Nouell. const.*115. §. *sane si vsuueniat. &* §. *si hæc ita. M.I.R.d. exc.*38.*repl.*3.*item d.lib.*6.*cap.*2.*reg.*21. *exc.*110.*repl.*21. Sexta: Nisi impedimentum, ob quod iniustũ est testamentum, viuo testatore cessauerit. *l. posthumus.*12.*ff.de iniusto, rupto & irr. test.* Plane replicatio proposita reprobari potius quam approbari videtur, *secundum ea quæ dicentur paulo inferius in replicationibus generaliorib.* Septima replicatio est: Nisi ob id non valeat testamentum, quod testator filium suum defunctum falso putans, alium instituit hæredem. *l.cum mater,*28. *ff. de inoff.testam.* Octaua, Nisi iidem hæredes, à quibus relictum est ex priore testamento iure facto succedant. reprobatur *l.si iure*18.*in fin.ff.de legat.*3. Nona: Nisi legatum ex iniusto testamento sit solutum, vel nouatio sit facta. *elicitur ex l.si veritas.* 23. *C. de fideicom.* Decima replicatio est *l.in testam.*38. *ff.de fideicõmiss. libert.M.I.R.d.exc.*38.*repl.*6. Vndecima: Nisi testamento iure facto, vel ab intestato in scriptura minus solenni petierit. *l. & in.* 22. *C. de fideicommissis.* Cuius duplicatio, Nisi cum antea in testamento significasset, si quid obsignatum recepisset, id vice codicillorum valere: postea in epistola non obsignata fideicommissa reliquerit. reprobatur *l.testam.*9.*in pr.ff.de legat.*1. Duodecima replicatio est: Nisi ab intestato quoque fideicommissum testator voluit præstari. *Hæc approbatur per ea quæ dicta sunt supr.cap.*3.*exception.*8. *item infr.cap.*9.*caus.*42. *exc.*1 *repl.*6. *Concordat l ex testamento.*29. *ibi: si non intestato. C de fideicommiss.* Reliquas huius loci replicationes vide alibi *de iniusto testamento.*

Duplicatio generalis.

Plane iam dictarum replicationum duplicatio generalis est: Nisi actor tanquã ex testamento petierit, quæ duplicatio approbatur simul & distinguitur *infr.lib.*9.*cap.vlt.quæst.*3.*reg.*1.*in fine.*

LXXXVIII. Exceptio: Nisi testamentum ruptum sit, aut irritum factum, *l.si quis.*83.*ff.de leg* 2. *Concordat l.*1.*in pr.C.de codicillis. M.I.R. d.reg.*14. *exc.* 38. Quibus autem modis testamenta rumpantur vel irrita fiant, dictum *supr. lib.*9.*c.* 17.*cum seqq.* Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi posterius testamentum non sit iure factum. *l.si iure.* 18.*ff.de leg.*3. Contradicit *M.I.R. lib.*4.*cap.* 4.*exc.*16. *repl.*1.*dupl.*4. Cuius solutionem vide *M.I.R. lib.* 4. *cap.*9.*reg.*14.*except.*39.*repl.*4. Secunda: Nisi tacitũ sit fideicommissum. Hæc replicatio approbatur hac ratione, quia rogatus tenetur probare etiam in fideicõmisso mutatã esse voluntatẽ testatoris: alioquin in posteriore testamento censetur repetitum, vel saltẽ ex sua cautione rogatus tenetur. *l.cum tacitum.*3.*ff. de probationib. Concordat l. Statius.*48.*ff.de iure fisci.* Tertia replicatio hæc est: Nisi in posteriore testamento testator comprehenderit, fidei hæredis se committere, vt prius testamentum valeat. *l.posthumus.*12. §. *fin. ff.de iniusto testam.M. I. R. d.repl.*1.*dupl.*6.*replic.* 2. Quarta: Nisi ruptum testamentum testator præcedens legatum confirmauit. *l.*1.*C.de codicillis.* Quinta, Nisi testator nomen tantum hæredis, à quo legata relicta sunt, induxit. *l. cum quidam.* 12. *in fine. ff. de his quæ vt indignis. Concordat l.cum secundis.* 16. §. *fin.ff. eod.tt.de qua re dicetur infr. inter causas legati amittendi, consistentes in persona eius, à quo est legatum relictum.* Sed & alias huiusmodi replicationes vide *supr.lib.* 8.*c.*17.*cum sequentib. item infra c.*7. *causa* 42. *except.*1. *repl.*6.*de non adita hæreditate. item infr. adiuncta actionis legatorum de priore & posteriore scripta. item M. I. R. d.exc.*16. Est insuper propositæ exceptionis species exceptio inferior proxima.

LXXXVIII. Exceptio: Nisi testamentum tãquam inofficiosũ sit rescissum: approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.prox. cap.* 6.*quæst.* 8.*reg.*1.*in princip.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi testator putans filium suum mortuum, eũ præterierit, ideoque testamentum sit rescissum. *l.cum mater.*28. *ff.de inoff.test. Concordat l.vlt. in fine.ff. de hæred.instit.* Altera replicatio est: Nisi libertas per fideicommissum relicta, præstita sit *l.cum exc.* 4.*C.de inoffic.testam.* Tertia: Nisi libertate relicta, post quinquennium querela inofficiosi testamenti mota sit. hoc enim casu nihilominus libertas legata debetur. *l.Papinianus.*8.§.*fin.ff.de inoff. testam.* Quarta: Nisi fideicommissaria libertas sit relicta. *l.si autẽ* 9 *ff.eod tt.* Quinta: Nisi ẽt ab hęredibus ab intestato venientibus sit relictũ. reprobatur. *l.patronus.*34.§.*fi.ff. de leg.*3. *Concordat l. Titia.*13.*ff.de inoff.test.* Sexta: Nisi facta sit collusio inter hæredem & exhæredatum, *l. si seruum pluriũ.* 50.§.*penult.ff.de leg.*1. Sane si suspecta collusio sit legatariis inter scriptos hæredes, & eum qui de inofficioso testamento agit, adesse etiam legatarios, & voluntatem defuncti tueri constitutum est: eisque permissum est, etiam appellare, si cõtra testamentũ pronunciatum fuerit. *l. si suspecta.* 27.*in prin.de inoffic. testam.* Septima replicatio est: Nisi pro parte testamentum per inofficiosi querelam rescissum sit, pro parte non. tunc enim ex ea parte quæ rescissa non est, legata debentur. *l.cum filius.* 78. *in princip. ff. de legat.* 2. *Concordat l.cum duobus.*13.*C.de inofficioso testamento.* Plane libertas relicta in hoc casu, in solidum debetur. *d.l.*78. *Cui concordat d.l.*13.*in fine.* Hæc tamen distinctio ad seruitutes, quæ similiter diuidi non possunt, non pertinet. *d.l.*78.

Mutatio iuris.

Plane iure nouo exceptio proposita mutata est & reprobata, *Nouell. const.*115.§. *cæterum si hæc versic.sane si vsuueniat.item* §. *si hæc ita obseruata.in fine.* Controuertitur *M.I.R. d.reg.* 14.*exc.*29. *replic.* 3. Hactenus propositæ exceptionis replicationes enumeratæ sunt: quarum tamen plures vide *supr.lib.prox.cap.*6.*quæst.*8 *reg.*1.

LXXXIX. Exceptio: Nisi cõtra tabulas bonorum possessio sit petita. hoc enim casu legata non debentur. approbatur simul & distinguitur *per ea*

*per ea quæ proposita sunt supr, lib.prox.c.*7.*quæst.*4.*reg.*1. Hæc de exceptionibus, quæ sumuntur ex testamento, in quo est legatum. Sed & plures huius generis exceptiones vide *infr. inter causas amittendi legati, in testamento & hæreditate consistentes.* Decimum genus exceptionum contra legata, sumptum est ex qualitate legati, cuius generis species hæ sunt.

XC. Exceptio, Nisi contra ius & bonos mores legatum sit. *l.si inquilinos.*109. §. *si quis scripserit. ff.de leg.*1.*Instit.d.leg.*2. §. *fin.l.vnica, in fin.C.de his quæ pœnæ.l.si legatum.*3.§.*fin.ff.de annuis legatis.*

XCI. Exceptio: Nisi turpe legatum sit, & probrosum. *l.turpia.* 54. *in princip.ff. de leg.*1.*Concordat l.vnica.*§.*finali.C. de his quæ pœnæ. & Institut. de legatis.*§.*finali.*

XCII. Exceptio: Nisi ineptum sit legatum. *l. seruo alieno.*110.§.*fin.ff.de leg.*1.

XCIII. Exceptio: Nisi nullius, præterquam testatoris, intersit. *De hac exceptione vide infr.lib.*14. *cap.*12.*except.* 4.

XCIV. Exceptio: Nisi impossibile sit legatum. *Instit.de leg.*§ *fin. Concordat l. vnica in fine. C. de his quæ pœnæ.M.I.P.lib.*5.*cap.*5.*reg.*19.*exc.*17. Huius exceptionis replicatio proponitur *supr. exc.*77.

XCV. Exceptio: Nisi dubium sit legatum, & incertum. *l.*2.*ff.de his quæ pro non scriptis.l. si quis.*28. *ff.de rebus dubiis.l.si fuerit.*11.*in pr.ff. eod.tt.M.I.R. d.reg.* 14.*except.*20. Plane quod *d.l.*1. de ademptione dicit Vlpianus, ei contradicit *l. si quis.* 3. §.*si duobus.ff.de adimendis legatis.* Propositæ exceptionis prima replicatio est: Nisi in ipsa relicta dubium sit legatum, puta, si non appareat de quo senserit testator. hoc enim casu non in totum inutile est legatum, sed electio est penes hæredem, quam rem dare velit. *de qua re vide infr.lib.*14.*cap.*7.*dicetur. Sed & approbatur l.vbi.*22.*in princip. ff. de rebus dubiis. Concordat l.qui habebat.*29.*ff. eodem tt.* Idem dicendum si rei legatæ quantitas vel summa non sit adiecta. nam interdum nihilominus valet. *de quo vide infr.lib.prox.cap.*9.*reg.*1. Sed & si testator artificium doceri iussit, nec genus artificii adiecit, nõ ob id inutile censetur legatum *l.Stichus.*12.*ff.de leg.* 3. Idque notandum loco secundæ replicationis: Tertia replicatio: Nisi cum dubium esset legatũ in persona legatarii, vnus probauerit de se sensisse testatorem. *l.falsa.*32.*in prin.ibi: sed si controuersia ff.de cond. & demonstr.* Quarta replicatio proponitur *l.si quis.*17.§. *fin. ff. de leg.*2. Sed de hac re vide *infr.lib.prox.cap.*1.*quæst.*3.*reg.*5.*except.*3.*repl.*1. Plane in rebus dubiis atque perperam scriptis ita interpretatio facienda est, vt testatoris voluntas magis valeat quam pereat: *de quo dicetur infr.inter adiuncta actionis legator.* Sequitur nunc postremum genus exceptionum, earum scilicet quæ sumuntur ex antecedentibus legatum.

XCVI. Exceptio: Nisi eandem rem antea alii quoque legauit testator. Hæc exceptio reprobatur, quia hoc casu priori ademisse legatum videtur, & in posteriorem transtulisse. *De qua re dicetur infr.cap.*8.*de adempt. & transl. legatorum.*

XCVII. Exceptio: Nisi antea legatum ademptum sit. *l.si mihi* 12.§.*fi. & l.si ita.* 14. *ff.de leg.*1. Huius exceptionis replicatio est: Nisi testator postea specialiter dixerit, prioris voluntatis se pœnituisse. *l.si quis.*21.*in prin.ff.de leg.*3.

XCVIII. Exceptio, Nisi rem legatam antea pro legatario promiserit testator vel soluerit. *l.huiusmodi.*81.§.*cum pater.ff.de leg.*1, *Concordat l. filia.*11. *C.de legatis.* Huius exceptionis in casu *d.l.*11. replicatio est, Nisi filia probet, patrem duplicare legatum voluisse. *l.cum pater.*29.§. *& siquidem.ff.de iure dotium.* Hactenus vndecim exceptionum genera aduersus legata cum suis speciebus proposita sunt. Superest vnum genus exceptionum, earum scilicet quæ sumuntur ex consequentibus legatum: cuius generis species hæc est.

XCIX. Exceptio: Nisi legatum in eam causam peruenerit, à qua incipere non potest. *l.si in* 3.*in fine ff.de his quæ pro non scriptis. &c.* Plures huius exceptionis species & exempla proponuntur *infr.capite proximo*: vbi & reliquas propositi generis species videre licet. Continet enim hoc genus causas amittendi legati iure dati, quæ non incommode hic ẽt exceptionũ loco possent proponi. Sed & plures exceptiones licet videre *infr. in singulis legatorum speciebus.* Nunc aliquot replicationes aduersus hactenus enumeratas exceptiones, generaliores nobis sunt proponendæ.

REPLICATIONES GENERALES aduersus hactenus propositas exceptiones.

I. Replicatio, Nisi res in eum casum recideãt, à quo ab initio consistere potuit. reprobatur regula Catoniana *l.* 1.*in princip.ff.de regula Catoniana.l.quod ab initio* 30. *l.omnia* 201. *& l.penultim.ff.de regulis iuris.M.I.P.d.except.*7.*replic.generali.*1. Huius regulæ exemplum est: Si quis rem meam mihi legauerit, eamque postea alienauero: non enim conualescit legatum rei meæ. Item, Si quis marmora & columnas legauerit ædibus iunctas: quamuis enim postea fuerint separatæ, non conualescit legatum. *l.cætera.*41.§.1.*ff.de legatis.*1. Plane regula Catoniana plures recipit exceptiones seu distinctiones, quibus replicatio proposita admittitur. Prima distinctio hæc est: Nisi legatum sit conditionale. *l.cætera.*41.§. 1. *in fine. ff. de legat.*1. *Concordat l.placet.* 4.*ff.de regula Catoniana.* Secunda distinctio est: Nisi tale sit legatum, cuius dies non nisi adita hæreditate cedit. *l. Catoniana.* 3. *ff. de reg. Catoniana.* Quæ autem huiusmodi sint legata, dicetur *infr.libro proximo, capit.*7.*regula* 1.*except.*12.*cum sequentibus.* Sane eius exemplum proponitur *l. cũ legato.*18.*ff.quando dies legator, cedit.* Tertia distinctio habetur *l.vltima ff.de reg. Catoniana.* quod scilicet regula Catoniana ad nouas leges non pertineat. Quas nouas leges hic denotet Iurisconsultus, glossa dubitat, & ego ignoro: Nisi eas leges intelligat, quæ post regulam Catonianam latæ in certis casibus contra istam regulam aliquid constituerunt. Quarta distinctio habetur *l.*2.*ff. d.tt.* Quinta *l.*1.§.1.*ff.d.tt.* Sexta distinctio est: Nisi pater rem filii castrensis peculii legauerit. hoc enim casu, si pater statim decederet, nullius momenti esset legatum, cum rem tanquam suam futuram legauerit, quæ tamen viuo filio ipsius non est. *l. seruum.*44. *in principio. ff. de legatis.*1. Sed & plures sunt propositæ regulæ distinctiones, quæ suis insertæ sunt locis.

II. Replicatio: Nisi legatum inutiliter dátũ, postea repetitum sit. *l. legata.*19. *in prin.ff. de legat.*1.

M.I.R.d.regula 14.*in fine.* Huius duplicatio est, Nisi tempus tantum legati soluendi, hæredis causa in repetitione sit adiectum. *dict.l.*19.*vers. & diuersum.*

III. Replicatio: Nisi legatum inutiliter datum, postea sub conditione sit ademptum. reprobatur *l.legata.*14.*in prin.ff. de adim. legatis.*

IV. Replicatio: Nisi hæres legatum inutiliter datum agnouit vel soluit. *l.non dubium.*16. §.*illud etiam C.de testamentis.l.* 2. *C. de fideicommissis.l si veritas.*23.*ibi: nec amplius. C.d.tt. item l.regula est.*9.§. *sed & Imperatores.ff. de iuris & facti ignorant.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi per errorem & ignorantiam hæres soluit.*l.fideicommissum.* 7. *C.de condict.indeb.Concordat l.vxori.*27.*ff.de vsufr. leg.* Hæc duplicatio habet suas triplicationes, quarum prima hæc est: Nisi per triennium legatum annuum sit solutum.*l.*1.*C. de fideicommissis.* Secunda: Nisi Ecclesiis & aliis venerabilib. locis relicta sint legata.*Instit.de oblig. quæ quasi ex contra. nasc.* §.*fin.* Tertia: Nisi iuris ignorantia lapsus soluit. Hæc triplicatio specialiter approbatur *l.regula est.* 9.§. *quod si ideo.& §.fin.ff.de iuris ignorantia.*

V. Replicatio: Nisi legatum inutiliter datum, in stipulationem deductum sit. *l. fideicommissum.* 62.*ff.de condict.indebiti.Concordat l.si veritas.* 23. *C.de fideicommissis.M.I.R. d.reg.* 14. *except.* 36. *repl.*2.

VI. Replicatio: Nisi hæres legatum negauerit.*Instit.de fideicomm.hæred.* §.*fin.*

VII. Replicatio: Nisi legatarius rem vsuceperit.*l.Sticho.*36.*in prin.ff.de vsufr. legato.* Plane habet replicatio proposita suas etiam duplicationes, quas vide *supr.lib.*7.

VIII. Replicatio: Nisi pro legato vel fideicommisso inutili sit iudicatum. *l.seruo.* 65. §. *cum prætor.ff.ad S.C.Trebell.*

IX. Replicatio: Nisi testator cauerit, ne leges in suo testamento habeant locum. reprobatur *l.nemo.*55.*ff. de leg.*1. Hæc de replicationibus aduersus supradictas exceptiones generalioribus sint dicta. Hoc tamen non est dissimulandum, iam enumeratas replicationes non sine discrimine omnibus supradictis exceptionibus obstare: sed esse quasdam exceptiones, quæ nulla istarum replicationum elidantur.

DE CAVSIS AMITTENDI LEGATI in persona testatoris consistentibus.

CAP. VII.

HActenus de exceptionibus aduersus legata; sequitur de causis legatorum corrumpentibus, ex quibus legata vtiliter data, irrita fiunt atque amittuntur: quarum quædam in persona testatoris positæ sunt, quædam in persona ipsius legatarii, quædam in persona eius à quo legatum relictum est, aliæ in re legata, aliæ in aliis legati circumstantiis: quæ nunc ordine proponentur, & primum eæ quæ in persona testatoris consistunt: quanquam quædam etiam huius generis causæ propositæ sunt *supr. in primo genere exceptionum contra legata, cap.*3. Quæ enim ibi exceptionum loco dicta sunt, eorum quædam etiam hoc in loco non incommode possent tractari: Verum ne sæpius eadem proponamus, iis quæ ibi proposita sunt omissis, ad reliqua accedamus.

I. Causa: Prima igitur amittendi legati causa hæc sit, Si testatoris memoria sit damnata. *l.cum filius.*76.§.*fin.ff.de leg.* 2.

II. Causa adempti legati. *quæ approbatur l.si ita sit* 13.*in pr.ff.de leg.*1.*Concordat l.datum.*17. *C.de legatis. M.I.R.lib.*4.*cap.*9.*reg.*14.*except.*42. Huius causæ exceptiones plures sunt.

I. Exceptio, Nisi non solenniter sit ademptũ, reprobatur *l.* 1.§.*fin.ff.de adim.legatis.l.si iure,*18.*ff.de leg.*3.*ibi: quia voluntate.l.fideicommissum.* 27. *C. de fideicommiss.l.nihil.*16 *ff.de adim.leg. Inst.de adempt.legat. in prin.* Sed & diui Seuerus & Antoninus rescripserunt, cum testator postrema scriptura, quapiã ratione motus, pessimum libertum esse adiecisset, ea quæ priore scriptura ei relicta fuerant, ademptа videri.*l.diui,*13.*ff. de alim.leg. l.libertus.* 29.*ff. d.tt.* Papinianus quoque *lib.* 19. *Quæstionum* ait, si post legata sæpius adscripta testator subiiciat, semel præstari velle, & hoc ante impletum testamentum fecerit, ipso iure videri cætera legata ademptа.*l.si ita.*14.*in fin.ff.de leg.*1. Ipso iure, inquit Iurisconsultus: quia si post perfectum testamentum eadem scripsisset in epistola vel codicillis, non nisi per exceptionem viderentur ademptа. Est denique & adimendi forma, si legatarius rogetur alii restituere. *Quæ proponitur l. generali.* 32. §. *vxori.ibi: idem quæsit.ff.de vsufructu legato.*

II. Exceptio, Nisi sub conditione ademerit. reprobatur *l.datum.*17.*C.de legatis.*

III. Exceptio, Nisi antequam legasset, ademit. reprobatur *l.si mihi* 12.§.*fin.ff.de leg.*1. *de quo vide supr.cap.*6.*except.*96.

IV. Exceptio, Nisi non in eodem testamento ademptum sit, sed in codicillis. reprobatur *Instit. de adempt.leg.in prin.& §.fin.ibi, siue codem testamento:*

V. Exceptio, Nisi pœnæ nomine ademptum sit. reprobatur.*de qua re dictum est supr.c.ap.*6.*in pr.*

VI. Exceptio, Nisi aliud quam legatum est, ademptum sit.*l.si quis.* 3. §.*si loci.ff.de adim.leg.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi fundo legato vsus fructus vel proprietas adimatur. *l.*2.*ff. de adim.leg.* Secunda replicatio est, Nisi homine legato, Stichus adimatur.*l. qui hominem.*11.*cum l.sequente.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi pars eius quod relictum est, sit adempta.*l.vlt.in pr.ff.de adim.leg.l.si quis* 3.§.*cũ Titio.item l.*2.*in fi.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi seruitus vel alias res quę diuisionem non recipit, pro parte sit adempta. approbatur exemplo viæ & libertatis relictæ, *l.legata.*14.§.*fin.ff.d.tt.* Altera duplicatio est, Nisi actu legato iter adimatur.*l.*1.*ff.eod.tt.*

VII. Exceptio, Nisi pars adimatur. reprobatur. *de qua re vide supr.prox.*

VIII. Exceptio, Nisi plus quam datum est, ademptum sit. reprobatur *l.si quis.* 3. §. *si quis plus.ff. de adimen.leg.*

IX. Exceptio, Nisi conditio adempta sit. reprobatur *d.l.*3.§. *conditio.*

X. Exceptio: Nisi non apparet, cui ademptum sit.*d.l.*3.§.*si duobus. Concordat l. fuerit.*11. *in prin.ff.de rebus dubiis.*

XI. Exceptio, Nisi alii quam cui datum est adimatur.*l.legatum.*21.*ff.de adim.leg.*

XII. Exceptio, Nisi seruo legato, & postea manumisso, legatum adimatur.*l.si seruus.* 27. §.*fin. ff.de adimen leg.*

XIII. Ex-

XIII. Exceptio: Nisi cum seruo legato legatum esset, ei alienato adimatur. reprobatur *d.l.*27. *in princip.*

XIV. Exceptio: Nisi is à quo legatum est, volente testatore legatario cauit, se legatum restituturum. reprobatur *l. cum quis.*35.§. *qui testament.ff.de leg.*3.

XV. Exceptio: Nisi fundum quem primum pure, deinde sub conditione eidem legauit, ita adimat, Fundum quem sub conditione legaui. reprobatur *l.si quis.*3.§.*si Titio.ff.de adim.leg.*

XVI. Exceptio: Nisi conditio ademptionis defecerit.*Hæc exceptio proponetur paulo infr.caus.prox. except.* 3.

XVII. Exceptio: Nisi testator post ademptionem mutauerit voluntatem. *l.si quis.*22. *in pr. ff.de leg.*3.

XVIII. Exceptio: Nisi talis sit casus, quo datio quoque legati inutilis esset.*l.legata.*14.§ *fin. ff.de adim.leg.* Hactenus exceptiones cõtra ademptionem legatorum sunt propositæ. Superest alius huius ademptionis locus, Quid scilicet & quantum ademptum sit. cuius loci regula prima est: Si non apparet quid sit ademptũ, maius ademptum esse existimandum est,*l.si ita.*14.*ff.de leg.*1. Secunda huius loci regula est, Quod ea quæ non sunt adempta vel mutata, valent.*l. alumnæ.* 30.§. *qui filias.ff.de adimendis legatis. Concordant ea quæ habentur infr.lib.proxim.cap* 6.*reg.* 25.*exc.*7. Huius regulæ exceptio est: Nisi cum vni hæredum prælegatum esset, alteri quoq; ex causa exæquationis prælegauerit. tunc enim, si priori prælegatum ademptum est, alteri quoq; prælegatum ademptũ esse videtur.*l.alteri.*25.*ff.de adimen.leg.* Tertia huius loci regula habetur.*l.Paula.* 27. §.*ff.de leg.*3. Quarta regula est, Quod si alterius hæredis in testamẽto nomen inductum est, portio tantum hæreditatis, non etiam prælegata ei videantur adempta. *l.cum quidam.*12.*ff.de his quibus vt indign.&c.* Hæc de secunda amittendi legati causa.

¶ III. Causa: Translatio legati, & si testator eandem rem postea alii legauerit *l.sicut.*5.*ff.de adimen.leg. Concordat Instit.de adempt. leg.* §. *transferri. M.I.R.d.reg* 14.*exc.*43. Sane translatio legati quadruplex est, Quæ diuisio approbatur & declaratur *l.translatio.*6. *de adim.leg.* Exempla propositæ causæ sunt *l.alumnæ.*30.§. *Titia. ff. de adim.leg.item l. cum quæstio.*23.*in princip. C. de legatis.* Plane causa proposita præter exceptiones paulo supr. enumeratas, & alias recipit: de quibus sequitur.

I. Exceptio: Nisi post mortem legatarii translatum sit. reprobatur *l. si quis.*3.*in pr.ff. de adim.leg.*

II. Exceptio: Nisi legatum in persona eius ad quem translatum est, deficiat. reprobatur *l.si transferam.*20.*ff. de adim. leg. Concordat l.plane* 34.*in prin.ff.de leg.*1.

III. Exceptio, Nisi conditio translationis defecerit.*l.quod si.*7. *ff.de adim leg.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi diuersum senserit testator.*d.l.*7. Secunda replicatio est, Nisi is à quo legatum translatum est, pendente conditione decesserit.*l.si legatum.* 10.*in prin.ff.d.tt.*

IV. Exceptio, Nisi is ad quem legatum translatum est, viuo testatore decesserit. *l. & ideo.* 8.*ff. de adimen. legat.*

V. Exceptio, Nisi cum legatum Titii translatum esset sub hac conditione, Si Titius priusquã accipiat, decesserit: hæres in mora soluendi fuerit.*l.si quis.*3.§.1.*ff.de adim.leg.Concordat l.quidam.* 25. *in prin. ff. ad S.C. Trebell.*

VI. Exceptio: Nisi legatum Titii sub hac conditione, Si Titio datum non sit, translatum sit. *l.si quis.*3.§.1.*ibi: sed & cum.ff.de adim.leg.* Huius replicatio est: Nisi Titius ante diem legati cedentem decesserit.*d.*§. 1. *Cui concordat l.si legatum.* 10.§.*fin.ff.d.tt.*

VII. Exceptio: Nisi non appareat, testatorẽ priori adimere voluisse. *l.si pluribus.*33.*ff. de leg.*1.*l.si Fortidianum.* 7. *in principio.C. de legatis.l. cum quæstio.* 23.*in prin.C.eod.tt.*

VIII. Exceptio proponitur *l. vxorem.*39.§.*codicillis.ff.de leg.*3.

IX. Exceptio: Nisi cum priori specialiter esset legatum, posteriori generaliter legetur. approbatur exemplo *d.l.*39. §.*Fœlicissimo.*

X. Exceptio: Nisi ita legatum sit, Amplius quã Titio legaui, hæres Seio decẽ dato. *l.si seruus.* 155. §.*si ita scriptum.ff.de leg.*1. Huic quomodo contradicit *l.si sic.*13.*ff.de leg.*3.

XI. Exceptio: Nisi alia res vel summa posteriori sit legata. approbatur exemplo *l. Paula.*27.*in prin.ff.de leg* 3. Hæc de translatione legati cum suis exceptionibus sint dicta. Plura de hac re vide *infr.lib.*14.*cap.*3.*condit.*24.

¶ IV. Causa: amittendi legati, est repetitio legati, si testator legatum repetierit, vel aliam rẽ eidem postea legauerit. tunc enim quasi nouatione facta, prius legatum tollitur. *l. translatio.* 6. *ibi: aut cum res.& l.si quis.* 3. §. *pennlt.ff. de adim. legat.l. Pamphilo.*37.§.*fin. ff. de leg.*3. *l.libertis.* 18.*in prin. ff. de alimentis legatis.* Cuius contraria exempla vide *infr.lib.*14.*cap.*5.*q.*2.*exc.*3. Plane propositæ causæ exceptio prima est, Nisi contraria sit voluntas testatoris.*l.cum centum.*9.*ff.de adimen. leg.* Secunda Nisi ita repetierit, Hoc amplius. *De hac re vide infr. libro prox.cap.*5.*reg.*18. Tertia exceptio proponitur *l.Titia.*19.§.*qui Marco.ff.de annuis legatis.* Quarta exceptio: Nisi postea in testamento iniusto sit repetitum, *l.si iure.*18.*ff.de leg.*3. Plura de causa proposita vide *infr.de actione legatorum, Quantum præstandum, cap.*6.*reg.*12.

V. Causa, Rei legatæ alienatio à testatore facta. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, si adimendi legati animo testator rem alienauit: *M.I.R. d.reg.*14.*except.*44. sin autem adimendi animum non habuit, sed necessitatis causa alienauit, legatum non extinguitur. quod notandum loco primæ exceptionis. *Quæ approbatur Institut. de leg.* §.*si rem suam.l.qui post.*3.*C. de legatis. item l. fideicommissa.* 11.§.*si rem suam ff de leg.*3. Qua præterquam quod exceptio proposita approbatur, simul etiam hæredi mutatæ voluntatis probatio imponitur. *Cui concordat etiam l.taberna.*7.*ff.de instructo legato. l.prædia.*28.§.*liberto.ff.d.tt l.Lucius.*22.*in fi.ff.de leg.*2. Concordat item propositæ exceptioni eiusq; regulæ *l.scribit.*35.§.*fin.ff. de auro, argento legato.* Ex quo & aliis prædictis constat, causam propositam ipso quidem iure reprobari, admitti autem per exceptionem hanc: Si adimendi animo testator alienasset. Verum ob commodiorem tractationem, fingimus causam propositam regulariter esse veram, & elidi per exceptionẽ hanc: Nisi nõ adimendi

mendi legati animo, sed ex causa necessitatis testator rem legatam alienauerit. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi per verbum futuri temporis res legata demonstrata fuerit. *d.l.35.§. fi.ff.de legat.3.item l.Stichum.9.ff.de leg.3.* Cuius replicationis duplicatio est, Nisi testator rem rursus redemerit. *l.filiæ.27.§.finali.ff.de condit.& demõstrat.* Secunda replicatio est: Nisi testator rem donauerit. *l.rem.18. ff. de adim.legatis.* Huius replicationis duplicatio: Nisi donatio inutilis sit. reprobatur *l.legatum.24.§ finali.ff.d.tt.* Tertia replicatio est, Nisi cùm quis rem ignorans sibi legatum alii legasset, postea cognoscens suum legatum repudiauerit; hoc n. casu, perinde ac si eam alii postea donasset, videtur legatum extingui, approbari videtur *l. seruum filii. 44.§.ff.de legatis.* Hæc de prima exceptione cum suis replicationibus. Secunda exceptio: Nisi testator rem alienatam postea receperit, reprobatur *l.cum seruus.15. ff. de adimend. legat.* Vbi etiam distinctio proponitur, sub qua exceptio proposita approbatur. Sed & alia huiusmodi distinctio habetur *l.filiæ. 27.§. fin ff.de condit. & demonstr.* Cuius distinctionis ratio hæc est: quia testator per verbum futuri temporis ancillam legatam demonstrauit. *de qua re vide paulo supr.exc.1. repl.1.* Tertia exceptio: Nisi inutilis sit alienatio. reprobatur *l. legatum.24.§. fin.ff. de adimend. legat. M.I.R.d.except.44.replic.1.* Quarta, Nisi pars tantum rei legatæ, sit alienata, vel vna res ex pluribus rebus legatis, tunc n. nihilominus altera pars vel res non alienata debetur *Instit. de legat.§.si rem suam, in fin.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi re principali cum accessione legata, res principalis fuerit alienata: tunc n. nec accessio debetur. *Institut.d.tt.§.si quis ancillas, in fin.l.1.§.finali.& l.si cui 5.ff.de instructo vel instrumento legato.* Cuius replicationis duplicatio est: Nisi ita legetur, Fundus & instrumentum. *d.l.5.* vbi videtur Iurisconsultus innuere, etiam fundo instructo legato, fundi alienationem non extingui instrumenti legatum: cui tamen contradicit *d.§.si quis ancillas.in fi.* Secũda repl. est: Nisi altera res ex causa exæquationis alteri sit legata. *l.alteri.25. ff.de adim.leg.*

VI. Causa amitttendi legati: Si testator rem filiæ legatam, postea pro ea in dotem dedit. *l.filia. 11.C.de legatis.1. Concordat l.huiusmodi. 81.§.cum pater. ff.de legatis.1.* Huius causæ duæ potissimum exceptiones sunt. Prima: Nisi non tota res pro filia in dotẽ sit data. Altera: Nisi hæres testatoris dotẽ sibi soluto matrimonio reddi stipulatus sit. *Quæ duæ excep. approbãtur l. cũ pater. 79.§.pater. ff.de leg.2.*

VII. Causa, Si testator pecuniã legata aliquid emit, vel eam in alios vsus conuertit. reprobatur *l.quidam.93.in prin.ff. de leg 1. Concordat l.pater.23.ff.de leg.1. Concordat l.pater.23.ff. de adim. leg. M. I. R. d.except.44.repl.6.*

VIII. Causa, Si actione legata testator debitum ipse exegit, vel accepto tulit, &c. De hisce & aliis huiusmodi causis dicetur *infr.de action.leg.*

IX. Causa, Si seruo legato, testator eũ postea in fundũ transtulit, vt ibi perpetuo esset. *l.filio.31.in prin.ff de adim.leg.* Sed & plures huius generis causas vide in sequentibus. veluti: Si testator lana legata vestimentum ex ea fecit, vel rei legatæ aliquid detraxit, &c. *vide infr. cap.10. de causis quæ in re legata consistunt.*

DE CAVSIS AMITTENDI LEGATI, in persona legatarii consistentibus.

CAP. VIII.

HActenus causæ amittendi legati, in persona testatoris cõsistentes, propositæ sunt: quã quam plures huiusmodi causæ proponentur *infr.* in sequentibus. Nunc ad secundum genus causarum transeundum, earum scilicet quæ in persona legatarii consistunt.

X. Causa: Si legatarius ante diem legati cedentem mortuus sit. *l.si post.5. in prin.ff. quando dies leg.cedit. M. I. R. d.regul.14.except.47.* Dies autem legati regulariter cedere dicitur, à die mortis testatoris, nisi sub conditione vel post diem incertum legatum relictum sit: tunc enim si mortuo testatore conditio nondum extitit, vel dies nondum venit, regula illa fallit, & non nisi conditione existente vel die veniente dies legati cedit, alter atque si post diem certum legatum sit relictũ. tunc enim, quamuis mortuo testatore dies nondum venerit, legati tamen dies nihilominus cessisse dicitur. *de qua re infr. dicetur lib.prox.c.7. M.I. R. d.except.47.in prin.* Si ergo legatarius viuo testatore mortuus fuerit, extinguitur legatum, nec ad hæredem eius quidquam transit. *l. vnica.§.& cum triplici.ibi: vel viuo testatore. C. de caducis tollend.* quod in persona Augustæ responsum est. *l. si Augustæ. 59.ff.de leg. 2.* Sed etsi legatarius simul cum testatore decesserit, item iuris est. *l.idem est 18 ff.de rebus dubiis.* Præterea etsi post mortem testatoris legatarius decesserit, ante conditionem tamen, sub qua legatum relictum est, existentem: ante diem legati cedentem decessit, nihilq; ad hæredem suum transmittit. *l. intercidit. 57. in prin ff.de condit.& demonstr. l. fideicommissa.11.§.sic fideicom. in fin.ff.de legat.3. l.si ita 64.§. illi si volet. ff.de legat.1. M.I.R. d exc. 47.* Si ergo legatarius antequam constituat decesserit, hæredi eius nihil debebitur. *l.si liber.57.§. si ita scriptum. D.de hæred.institut. l.in testamento.30.ff. de condit.& demonstr.* Porro quod dictum est, si legatarius ante existentem legati conditionem decesserit, extingui legatum: idem etiam obtinet, si cum post diem incertum legatum relictũ esset, legatarius ante diem illum existentem fuerit mortuus. Quod declaratur simul & approbatur *l.1.§.dies.ff. d.tt.l.si pecunia.12.§. fin.ff. de legatis.2. l.hæres.77.§.1.ff. de condit. & demonstr.l. si cum.4.ff. quando dies legati cedat. item l. huiusmodi.13. in fin.ff.d. tt.* Proinde & si quis ita legauerit, Si pœnum intra calendas non dederit, centum dato: & legatarius ante calendas decesserit, hæredi suo neque pœnum relinquet, quæ legata non est; neq; centum, quia dies legati non cessit. *l. cum sine.19.§. quod si ita.ff.quando dies leg.cedit. l si Titio.22. in pr.ff.d. tt.l.si cui 49.§. hoc autem legatum.ff.de leg.1.* Plane propositæ causæ exceptio prima est: Nisi testator tempus potius solutionis legatarii causa prorogare, quã cõditionẽ legato adiicere voluit. *l.Seius. 46.ff.ad SC.Trebell.l.penult.C.quando dies leg. ced. item l.Firmio.26.§.cũ ab hæredib.& l.si cũ.20.ff.d.tt.M.I R. d except.47.repl.2.* Secunda exceptio est: Nisi ita sit legatum, Cum morietur legatarius *l.si cum.4. in fi. ff.quando dies legati cedat. item l. hæres meus. 77.ff.de condit. & demonstratione.* Huic similis est exceptio:

ptio, Si cum quis sub conditione hæres institutus esset, & si hæres non esset, ei legatum esset, pendente institutionis conditione mortuus sit, tunc enim, cum conditio legati morte legatarii impleatur, non ita accipiendum est, ac si ante cõditionem legati existentem decessisset, sed legatum ad hæredem transmittit, quod notandum loco tertiæ exceptionis. *quæ approbatur l. ab omnibus 101.§.cum quidam.ff.de leg 1.* Quarta exceptio est, Nisi dies certus legato adiectus sit, puta calendis Martiis. hoc enim casu, quamuis ante diem venientem mortuus fuerit legatarius, nihilominus legatum ad hæredes transmittit. De qua exceptione cum suis replicationibus dicetur *inf.lib. prox. c. 8.reg.1.exc.1.* Quinta exceptio est, Nisi conditio talis sit, quæ remitti soleat, veluti si conditio falsa sit, impossibilis, probrosa, contra leges, &c. quibus casibus conditio legato adiecta pro nulla habetur, & dies legati statim post mortem testatoris cedit, etiam ante existentem legati conditionem, & per consequens proposita amittẽdi legati causa locum non habet. approbatur exemplo *l. quæ sub. 8.§.fin. ff.de condit.instrum.* Sexta exceptio est, Nisi principi sit legatum relictum, hic enim, quãuis ante diem legati cedentem mortuus fuerit, tamen legatum non extinguitur, sed ad successorẽ eius pertinet, *l.quod principi. 58.ff. de leg.2.* Diuersum obseruatur in principis vxore Augusta. *de quo vide sup.ead.causa.in prin.* Septima exceptio: Nisi cum filio vel seruo relictum esset, pater dominusque adhuc viuat, reprobatur *l.si habitatio.9.ff.quando dies legati cedat.* Plures huiusmodi exceptiones vide *inf.lib.prox.c.7.* Nunc ad reliquas amittendi legati causas transeundum.

XI. Causa; Si legatarius ante apertas testamenti tabulas decesserat, lege Papia legatum fiebat caducum; quæ tamen lex tollitur, & causa proposita reprobatur, *l.vnica, in princ. C.de caduc. tollen.* Qua extenditur etiam *l. vnica.§. quod scilicet. C. de his qui ante apertas tab. hæred. transf.* Cum enim ibi statuatur, liberos legata & fideicommissa à parentibus sibi relicta, licet ante apertas tabulas decesserint, ad hæredes suos transmittere, hoc ad alios etiam hac lege extenditur.

XII. Causa: Si legatarius ante aditam hæreditatem decesserit, reprobatur *l.hæredis. 7. ff. quando dies leg.ced.* Plane huius regulæ, qua causa proposita reprobatur, distinctiones potissimũ tres sunt. Prima est: N si talis res legata sit, quæ personæ cohæret, *l.si habitatio.9.ff.quando dies leg.ced.* Sane si alia etiam res alternatiue simul legata sit: in ea re dies legati etiam ante aditam hæreditatem cedit, *l.si vsusfructus.14.in pr.ff.eod. tt.* Secunda distinctio est: Nisi seruo testatoris manumisso, vel alii legato, legatum sit, *l.hæredis.7. in fin. cum l. sequente. ff. d. tt.* Tertia; Nisi hæredi sit prælegatum, huic enim ante aditam hæreditatem dies legati cedere non videtur, sed reprobatur *l.miles.77.§.fi.ff.de leg.2.*

XIII. Causa: Si legatarius, antequam sciret sibi legatum esse, decessit, reprobatur *l. vltim. C. quando dies leg.ced.*

XIIII. Causa: Si legatarius, antequam rem nactus sit, decessit, reprobatur *l.si Pontionilla.3.C. d tt.M.I.R.d.reg.14.except.48.* Hactenus de morte legatarii est dictum: sed alia huc pertinentia vide *inf.lib.prox.cap.7.*

XV. Causa: Si legatarius iussa testatoris non fecerit, & modum non impleuerit, *Nou.const.1.§. his ante à nobis definitis, cum sequentibus. M.I.P.lib.5.ca. 5.reg.19.except.8. M.I.R lib.4.capit.4. except.5. & d. regul.14.except 49.* Ratio proponitur *d. constit.1.§. neque quisquam.* Est & alia ratio: quia scilicet modus pro conditione sumitur *l.1.C.de his quæ sub modo.* Modus autem adscriptus, seu sub modo legatum videtur, si testator legatario aliquid præceperit; *l.demonstratio.17.§.fin.ff.de condit. & demonstr. Concordat d. const.1.§. illud quoque prospeximus, in fin.* Propositæ causæ exemplum est *l.liberto.21.§. Lucius.ff.de annuis leg.* Aliud proponitur *l. quidam. 17.ff. de vsufruct.leg.* Item aliud *l. cum alimenta.22.§. fin. ff. de alimentis legatis.* Propositæ causæ exceptio prima est: Nisi contra leges sit id quod legatarius facere iussus est. *d. const.1.§.his autem à nobis.* Huius exemplum proponitur *l.si quis.56.ff. de cond. & demonstr.* Aliud habetur *l. legatum. 16. ff. de vsufr. legato. Concordat item l. vnica. §. fin. C. de his quæ pœnæ.* Secunda exceptio est: Nisi testator specialiter expresserit, quamuis legatarius non fecerit quod iussus est, nihilominus illi legatum præstandum. *d.§.his autem à nobis. vers. aut maxime.* Tertia exceptio est: Nisi legatarius ex eorum numero sit, quibus necessario aliquid in testamento est relinquendum. *d. §. his autem à nobis. vers. si quidem ex illorum.* Quæ autem sint huiusmodi personæ, Imp. Iustinianus *in d. const.1.§.principio igitur,* declarat. Huius exceptionis replicatio est: Nisi huiusmodi personis plus quam il is ex lege debetur, relictũ sit. *d.§.his autem à nobis.vers.in maiorem autem. Concordat d.c.1.§.sed neque patronorum.* De hac exceptione vide plura *sup.cap.4.except.40.replic.12. duplic.1.* Quarta exceptio est: Nisi annus, ex quo ad obtemperandum testatoris voluntati à iudice admonitus est, nondum præteriit. *d.§.his autem à nobis.vers.si quis autem. M.I.R.d.exc.5.repl.3. & d. exc.49. replicat.1.* Ergo si ille annus nondum præteriit, ex proposita constitutione aduersus legatarium ad legatum restituendum agi non potest. Anno autem initium datur ex admonitione iudiciario decreto facta. Elicitur insuper ex his quinta exceptio talis: Nisi legatarius decreto iudicis ad obtemperandum non sit admonitus, *d. constit.1.§. illud quoque ibi: at quemadm.* Sexta exceptio est: Nisi pupillus sit legatarius, aut minor 25.annis. *d.constit.1.§.pupillus sane.* Septima: Nisi non in scriptis testamentum sit factum, reprobatur *d.constit. 1. §. quoniam vero.* Octaua; N si non stet per legatarium quo minus iussa testatoris faciat, approbatur exemplo *l.si fundum.89.§.si Titio.ff.de legat.1.* Aliud exemplum proponitur *l.Lucius. 90.§ quisquis. ff. de leg.2.* Plura de hac exceptione dicentur *inf. in loco de conditionibus.* Nona exceptio: Nisi testator modũ legato rursus ademit, vel ad alium transtulit, reprobatur *l. alumnæ.30.§.Seia.ff.de adim.leg.* Plane si testator adempto modo nihilominus legatum præstari voluerit, nihilominus debetur legatum, *de quo dictum paulo sup.exc.2.* Decima exceptio: Nisi non appareat ad cuius exemplum & similitudinem testator opus fieri voluit, *l.in testamento.26.ff. de cond.& demonstr. M.I.R.d.exc.49.repl.2.* Vndecima; Nisi cum iussit testator aliquid in foro fieri, non appareat de quo foro senserit. *Hæc exceptio tractatur l.quæ conditio,38.§.fin.ff.d.tt.* Præterhactenus

ctenus propositas exceptiones plures quoq; causa proposita recipit, nam quæcunque exceptiones legatis legatorumque actioni obstant, eędem etiam causæ propositæ possunt opponi. Sed & quæcunque aduersus defectum conditionis exceptiones *inf.* de conditionib. proponentur, huc non inepte possunt referri: quoniam modus legati conditioni æquiparatur, *vt dictum est sup.* Proinde reliquæ exceptiones ex dicto loco petendæ: item *inf. lib. prox. ex c.* 8. *de caut. modi impl.* Plane propositæ causæ adfine remedium est, quod hæres rogatus vel iussus à defuncto nõ quidem perdet, quod ex testamento percepit, ob id quod testatori non paret; sed tertiam quantitatem vltra id quod restituere rogatus est, restituere teneatur. *l. si quis.* 33. *in pr. C. de inoff. test.* Sed & ad modum implendum potest vrgeri, *de quo sup. c.* 2. *reg.* 12. item per exceptionem ad cauendum, *de quo inf. lib. prox. cap.* 8.

XVI. Causa amittendi legati: Si legatarius liberis testatoris tutor datus, sese à tutela excusauit, *l. post legatum.* 5. §. *amittere. ff. de his quæ vt indignis, &c. l. Nesennius.* 32. §. *recte ergo. ff. de excusationibus. item l. si legatarius.* 35. *in fine. C. de legatis. M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 51. Huius causæ exceptio prima est: Nisi non à defuncto tutor datus sit, sed ab aliis tutor petitus vel nominatus, *d.* §. *amittere. ibi diuersum. Concordat d. l.* 32. *in princip. cum l. ex his.* 34. *ff. de excusat. tut.* Secunda exceptio est: Nisi non iure testamẽto tutor sit datus, reprobatur *d. l.* 32. *Concordat l. vlt. ff. de confirm. tut.* Tertia: Nisi is datus sit tutor, qui etiamsi vellet, non posset esse tutor, *l. ab administratione.* 8. *C. de legatis.* Quarta: Nisi alias testator illi legatum dedisset, etiam sine tutela, *l. Nesennius.* 32. §. *fin. ff. de excusationib.* Contradicit *M. I. R. d. except.* 51. *replic.* 1. Quinta: Nisi filius testatoris sit cui legatum est, quique tutor est datus. *l. tutor.* 28. §. *quæ tutoribus. ff. de excusationibus.* Sexta: Nisi cum in testamento legatum datum esset, in codicillis postea factis tutor datus sit. Hæc exceptio approbatur, sed cum conditione, *d. l.* 32. §. *fin. cum l. sequente.* Septima: Nisi non ipsi tutori dato, sed eius filio legatum sit relictum, reprobatur, sub conditione tamen, *l. qui tutelam.* 28. *in princip. ff. de testam. tutela.* Octaua: Nisi ab extraneo hærede tutori dato legatum sit relictum, reprobatur *l. tutor.* 28. §. *quæ tutoribus. ff. de excusat.* Nona: Nisi alii restituere sit rogatus, *l. legatarius.* 27. *ff. de excusationibus.* Decima: Nisi à rerum prouincialium vel Italicarum administratione tantum se excuset, reprobatur *l. etiamsi.* 108. *ff. de leg.* 1. Vndecima: Nisi non à tutela se excuset, sed nolit administrare tutelam. reprobatur *l. quid autem.* 35 *ff. de excusationibus.* Duodecima: Nisi non se excusauit, sed vt suspectus à tutela remotus est, reprobatur *d. l.* 35. *in fin.* Decimatertia exceptio est: Nisi non legatum ei sit, sed pupillo sit substitutus, *l. amicissimos* 36. *in prin. ff. de excusationibus.* Hæc de 16. amittendi legati causa.

XVII. Causa: Si legatarius testamentum impugnauit, falsum aut inofficiosum dixit, amittit legatum in eo relictum, *l. qui falsas.* 6. *C. ad l. Corneliam de falsis. l. post legatum.* 5. §. 1. & §. *ei qui. ff. de his qui vt indignis. item l. si testamentum.* 6. *in fin. ff. de petitione hæred. M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 50. Idem dicendum de eo qui inofficiosum dixit testamentum, nec obtinuit, *l. Papinianus.* 8. §. *meminisse. ff. de inoff. testam.* Idem iuris est, si legatarius contra tabulas bonorum possessionem petiit, *l.* 2. *in prin. ff. de his quæ vt indignis, &c. Concordat l. sub conditione.* 18. §. *ei qui. ff. de bonor. possess. contra tab.* Huius causæ exceptiones plures sunt, quartum prima est; Nisi non falsum nec inofficiosum, sed iniustum dixit testamentum, *l. si testamentum.* 24. *ff. de his quæ vt indignis. l. post legatum.* 5. §. 1. *ff. d. tt.* Secunda: Nisi non suo, sed pupilli sui nomine testamentum impugnat, item aduocatus fisci nomine, *l. aduersus.* 30. §. *fin. ff. de inoff. testam. Instit. d. tt.* §. *sed si e contrario. item l. tutorem.* 22. *ff. de his quæ vt indig.* Huic similis est aduocatus fisci, *l. post legatum.* 5. §. *aduocatum. ff. de his quæ vt indignis, &c.* Tertia exceptio est: Nisi pater filii sui nomine egerit, *l. filius.* 22. §. *item quærebatur. ff. de inoff. testam.* Quarta: Nisi eius nomine, cui hæres legatarius existit, accusauerit, *d. l.* 22. §. *multo.* Quinta: Nisi accessorium, non principale testamentum impugnauit, *l. post legatum.* 5. §. *qui principale, in fin. ff. de his quæ vt indignis. Concordat l. hæredi.* 15. *in princip. ff. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi in isto accessorio legatum accusatori sit relictum. *d. l.* 15. Sexta exceptio: Nisi non in testamento principali, quod impugnat, sed in secundis tabulis vel codicillis legatum sit relictum, reprobatur *l. post legatum.* 5. §. *qui principale. ff. de his quæ vt indignis, &c.* Septima; Nisi legatarius minor sit ætate, *d. l.* 5. §. *ætati.* Cui quodammodo contradicit *l. tutorem.* 22. *in fin. ff. eod. tt. item l.* 2. *ibi, quam adimi pupillo necesse erit secundum iuris formam. C. eod. tt.* Octaua exceptio est; Nisi filius familias cui legatum est, accusauerit, approbatur cum conditione *l. post legatum.* 5. §. *si filiusfamilias. ff. de his quæ vt indignis.* Nona: Nisi non ipsi accusatori, sed seruo eius vel filio sit legatum, reprobatur cum conditione *d. l.* 5. §. *si pater.* Decima; Nisi non ipsi accusatori, sed ei cui hæres existit, sit legatum, *d. l.* 5. §. *qui accusaut. Concordat l qui Titii.* 7. *ff. eod. tt.* Vndecima: Nisi accusator ab accusatione destitit, *l. alia.* 8. *C. de his quibus vt indignis. Concordat l. Papinianus.* 8. §. *meminisse. ibi, sed ei demum. ff. de inoffic. testam.* Duodecima: Nisi absente accusatore secundum præsentem fuerit pronunciatum. *d.* §. *meminisse.* Decimatertia; Nisi alii restituere fuerit rogatus, *d.* §. *meminisse, in fin. Concordat l. legatarius.* 27. *in fine. ff. de excusationibus.* Decimaquarta; Nisi non testamento actori sit relictum, sed aliunde ei debeatur. *l. Papinianus.* 8. §. *si quis impubes, in fin. & l. etiamsi.* 11. *ff. de inoffic. testam. Concordat l. post legatum.* 5. §. *penult. ff. de his quæ vt indignis, &c.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi conditionis implendæ causa quid alicui dandum sit; hoc enim casu propositæ causæ locus est, quãuis legatum non videatur esse. *d.* §. *pen.* Decimæquintæ exceptionis loco potest hic annotari inferius *causa* 26. Decimæsextæ, *causa* 27. item Decimæseptimæ, *causa.* 38.

XVIII. Causa: Si legatarius alium qui testamentum impugnat, testimonio suo vel alio modo iuuit *l. post legatum.* 5. §. *his quoque cum sequentibus. ff. de his quæ vt indignis, &c.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi aduocatus fisci delatorem adiuuit. *d. l.* 5. §. *aduocatum.* Secunda; Nisi libertas relicta sit, reprobatur *d. l.* 5. §. *an libertas.*

XIX. Causa; Si legatarius testamentum celauit, *l. si legatarius.* 25, *C. de leg.*

XX. Causa: Si legatarius testatori maledixit. *l. si inimicitiæ.* 9. *ff. de his quæ vt indignis, &c. M. I. R. d. reg.* 14. *exc.* 46.

XXI. Causa: Si legatarius testatori status quæstionem mouit. *d. l.* 9.

XXII. Causa: Si legatarius testatorem de crimine capitali accusauit, approbatur exemplo *l. penult.* §. *Seia. ff. de adimen. leg.* Item alio exemplo *l.* 1. *ff. de his quæ vt indignis.*

XXIII. Causa: Si inimicitiæ capitales inter testatorem & legatarium interuenerint, *l. si inimicitiæ.* 9. *ff. d. tt. l. si quis.* 3. §. *fi. ff. de adim. leg. item l. ex parte.* 22. *ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 45. Propositæ causæ exceptio prima est; Nisi non capitales inimicitiæ intercesserint, sed leuis offensa, *d. l.* 3. §. *fin. M. I. R. d. except.* 45. *replic.* 2. Secunda exceptio est: Nisi in gratiam redierint. *l. quod si iterum.* 4. *ff. eod. tt.* Tertia: Nisi non legatum, sed hæreditas sit relicta, *l. ex parte.* 22. *ff. eod. tt.*

XXIV. Causa: Si negligentia & culpa legatarii testator sit mortuus, *l. indignum.* 3 *ff. de his quæ vt indignis, &c.*

XXV. Causa: Si legatarius vel hæres testatoris adhuc viuentis bona donauerit, *l.* 2. §. *fin. ff. de his quæ vt indignis. Concordat l. quidam.* 30, §. *fin. cum l. sequente. ff. de donationibus.*

XXVI. Causa: Si legatarius contra hæredem egit, quod dolo illius factum sit, quo minus testator testamentum mutaret, reprobatur *l. Lucius.* 90. §. *Sempronia. ff. de legat.* 2.

XXVII. Causa: Si legatarius vnum hæredem quasi per falsum adscriptum accusauit, reprobatur *l. Papinianus.* 4. *ff. de his quæ vt indignis.*

XXVIII. Causa: Si legatarius matrem eius, cui substitutus est, subiecti partus ream postulauit, *l. cum secundis.* 16. *in princip. ff. de his quæ vt indignis, &c.*

XXIX. Causa: Si legatarius legatum repudiauit, eius actio illi denegatur, *l. legatarius.* 38. §. 1. *ff. de leg.* 1. *l. seruum.* 44. §. 1. *ibi, si vero repudiauerit. item l. si tibi homo.* 83. §. *cum seruus. ff. eod. tt. l. ex repudiatione.* 26. *in princip. C. de fideicommiss. M. I. R. d. reg.* 14. *except.* 54. Huius causæ exceptio prima est: Nisi alius quam legatarius repudiauit. *d. l.* 26. *M. I. R. d. except.* 54. *repl.* 1. Cuius replicatio prima est: Nisi filius cui legatum est, sit in potestate patris repudiantis, tunc enim quia patri per filium legatum adquiritur, repudiare quoque illud potest exemplo domini, *de quo sequitur.* Secunda replicatio: Nisi dominus serui legatum repudiauit. *l. legatum.* 7. *ff. de leg.* 1. Secunda exceptio est: Nisi repudians de suo iure sit incertus, *l. in repudianda.* 23. *ff. de adquir. hæred.* Tertia: Nisi non omittendi legati animo fecit, approbatur exemplo *l. Titia.* 35. §. *Lucia. ff. de leg.* 2. Quarta: Nisi aliud legatum, vel ex alia causa debitum repudiauit, *l. sed duobus.* 5. *in princ. ff. de leg.* 2. Exemplum est *l. si Titio.* 10. *ff. de vsufruct. legato. & l. si seruo.* 98. *in pr. ff. de legat.* 1. Huius replicatio prima est: Nisi id quod repudiauit, onus habuit annexum. *d. l.* 5. Cuius elegans etiam proponitur exemplum *l. à filio.* 15. *in princ. ff. de aliment. leg. Concordat item l. si legatario.* 22. *in princ. ff. de fideicommiss. libertatib.* Secunda replicatio est: Nisi cum duobus eadem res esset legata, & vtriusque ius in vnius personam deuenisset, is legatum ex alterutrius persona repudiauerit; tũc enim ex alterius persona non nisi pro parte debetur, approbatur exemplo *l. si mihi.* 57. *in princip. ff. de leg.* 2. Aliud exemplum proponitur, sed cum distinctione, *l. si mihi pure.* 61. *ff. eod. tt. Concordat l. si duobus.* 41. *ff. de leg* 2. Tertia replicatio est: Nisi cum eadem res eidem ab instituto, & à substituto legata esset, ab instituto legatum repudiauit: tunc enim nec à substituto ei debetur, *l. si quis.* 78. §. *si paterfamil. ff. de leg.* 1. Huius prima duplicatio est: Nisi inutiliter ab instituto repudiauerit, puta pendente legati conditione. *d.* §. *si paterfamil. in fin.* Secunda; Nisi à substituto plus sit legatum: hoc enim quod excedit, nihilominus à substituto peti potest, *l. quid ergo.* 53. *in prin. ff. de leg.* 1. Hæc de quarta exceptione cum suis replicationibus. Quinta exceptio est: Nisi pro parte legatum fuerit repudiatum. *l. neminem.* 4. *ff. de leg.* 2. *l. legatarius.* 38. *in pr. ff. de leg.* 1. *l. grege.* 6. *ff. de leg.* 2. *item l. si cui.* 60. *ff. eod. tt. M. I. R. d. exc.* 54. *repl.* 2. Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi cum pluribus legatum debeatur, vnus ex iis legatum pro sua parte repudiauerit, quę approbatur supra dicto exemplo hæredum legatarii, *M. I. R. d. repl.* 2. *dupl.* 2. Aliud proponitur *l. vxorem.* 39. §. *agri plagam. ff. de leg.* 3. Item aliud *l. si quis.* 78. §. *si seruo. ff. de leg.* 1. Secunda replicatio est: Nisi creditor, cui debitum legatum est, legatum amplectatur. *l. Aurelius.* 28. §. *eum qui ibi, idem quæsiit. ff. de liberat. leg.* Tertia; Nisi pluribus rebus relictis, quasdam repudiauerit, quasdam non, *l. sed duobus.* 5. *in princ. ff. de leg.* 2. *M. I. R. d. repl.* 2. *dupl.* 1. *de qua re vide sup. except. prox.* Quarta, Nisi ita sit legatum, Titio fundum Seianum, vel vsumfructum eius do lego, *l. Lucio.* 23. *ff. de legat.* 2. *Concordat l. plane.* 34. §. *fin. ff. de leg.* Idem iuris est, si fundum & eius vsumfructũ legauit, *l. si Titio.* 10. *ff. de vsufr. leg.* Quinta replicatio proponitur *d. l.* 34. §. *fi.* Sexta exceptio est Nisi genere legato, species sit repudiata, *l. homine.* 8. *ff. de optione legata.* Septima, Nisi ante diẽ vel conditionem legati existentem repudiauit, *l. si ita.* 46. §. *si sub. ff. de leg.* 2. *M. I. R. d. except.* 14. *replic.* 3. Octaua; Nisi legatarius, postquam rem legatam vendidit ac tradidit repudiauit, *l. si partem.* 19. §. *fi. ff. quemadmodum seruit. amit.* Nona; Nisi alii rem restituere fuerit rogatus. *De hac re dicetur inf. inter causas amittendi legati, in persona eius, à quo legatum relictum est, consistentes.* Hæc de 29. amittendi legati causa.

XXX. Causa, Si conditio legatarii sit mutata. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, eiusque exemplum proponitur in eo, qui in metallum est damnatus, *l. si in metallum.* 3. *ff. de his quæ pro non scriptis, &c.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi legatarius in pristinum statum sit restitutus, *l. si liber.* 57. §. *si hæres. ff. de hæred. instit. l. eum qui.* 102. *ff. de condit. & demonstr. item l. intercidit.* 57. *ff. eod. tt.* Ex quibus etiam patet, quod si legatarius non ante, sed post diem legati cedentem in pristinum statum sit restitutus, exceptionem propositam ei non prodesse. Quod notandum loco primæ replicationis. Secunda replicatio est, Nisi seruus sit factus legatarius, tunc enim, quamuis ante diem legati cedentem libertatem receperit, tamen non videtur valere legatum semel extinctum, *l. intercedit.* 57. *ff. de condit. & demonst.* Hæc de prima exceptione. Secunda propositæ causæ exceptio est, Nisi libertus cui legatũ est, ingenuus sit fa-

sit factus, *l. falsa demonstratio.32.§.sed et si cui.ff.de condit.& demonstr.*

XXXI. Causa: Si cum cognatis legatum esset, aliquis ex iis cognatus esse desierit, reprobatur *l. si cognatis.20.in prin.ff.de rebus dubiis.* Proinde si per adoptionem sit cognatus, posteaque fuerit emãcipatus, nihilominus debetur ei legatum, sed si maxima vel media capitis deminutio interueniat, per quam non solum cognatio, sed etiam ciuitas amittatur, tunc prorsus extinguitur legatum. *de qua re dictum est sup. causa proxima.*

XXXII. Causa: Si vxor à marito, qui ei legauit, diuertit, & mortis tempore vxor eius non sit, *l. item legato.47.§.fi.ff.de leg.3. Concordat l.vxori.3.ff.de auro & argento legato.* Huius exceptio est: Nisi legatum adimi noluerit testator. *d.l.3.in fi.*

XXXIII. Causa: Si cum marito vel vxori legasset, breui tempore matrimonium durauit, reprobatur *l.non tantum.19.C.de legatis. Concordat l.si mihi.12.§.1.ff.de leg.1.*

XXXIV. Causa: Si fideicommissarius directam ex testamento petierit hæreditatem, postea ex fideicommisso agens non admittitur, *l. si quis.8.in pr.C.de codicillis.M.I.R.d reg.14.exc.56.*

XXXV. Causa: Si hæres, cui prælegatum est, hæreditatem repudiauit, vel non adiit, reprobatur, *l. qui filiabus.17.§.fin. cum l. sequente. ff. de leg.1. l.filio pater.84.item l.nam nec.86. ff. eod. tt. l. cum responso.12. C.de legatis.l.filiam.17. ff. de auro legato. l. apud Celsum.4.§.si quis ex vnica.ff. de doli mali except. l.si in testamento.22.§.fin.ff.si quis omissa causa testam.* Plane sunt quædam distinctiones, quibus causa proposita admittitur, vel saltem admitti videtur. Harum prima est: Nisi testator non alias legatum ei dari voluit, nisi & hæreditatem agnoscat, *l. sed si non.85.ff.de leg.1.* Secunda: Nisi ita sit legatum hæredi, Hoc amplius ei do lego, reprobatur *l.quid ergo.87.in princ.ff.de leg.1.* Tertia: Nisi testator inter hæredes verbis legatorum bona hæreditaria diuisit, *d.l.quid ergo, in fin.* Quarta: Nisi pecunia accepta hæreditatem repudiauit, *l. apud Celsum.4.§.si quis ex vncia. ff. de doli mali except.* Quinta: Nisi cum sub conditione vel ex die incerta hæres institutus legatum pure accepisset, ante diem aut conditionem datæ hæreditatis existentem fuerit mortuus, reprobatur *l.ab omnibus.101.§.cum quidam.ff.de legat.1.de quo inf.lib.prox.cap.7.reg.1.exc.4.*

XXXVI. Causa: Si legatarius ei à quo legatum est, hæres existat. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, *secundum ea quæ dicta sunt inf. lib.24.c.16.de confusionẽ obligationum, reg.2.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi pro parte tantum hæres existat legatarius: tunc enim pro reliqua parte, qua hæres non est, legatum exigere non prohibetur, *de qua exceptione vide d.reg.2.except.6.* Secunda exceptio est: Nisi cum vni ex pluribus deberetur legatum, vnus ex iis ei à quo legatum est, hæres extiterit: tunc enim reliquis nihilominus debetur legatum, *l. si vnum.69.§.sed si vno.ff. de legat.2.de quo inf. dicetur lib.14.cap.11. quæst.2. reg.1. except.5.& quæst.3.* Reliquas propositæ causæ exceptiones vide *d.reg.2.*

XXXVII. Causa: Si legatarius qui simul substitutus est, ex substitutione succedat, *l. Latinus Largus.85.ff.de leg.2.*

XXXVIII. Causa: Si legatarius ipse sibi vel seruo filioue suo, quem in potestate habet, vel domino patriue, in cuius est potestate, legatum adscripserit, *l.1 ff.de his quæ pro non scriptis, &c. Concordat l. diuus Claudius.15.in princip. ff. ad l. Cornel. de falsis.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi alii restituere sit rogatus, reprobatur *l. filius.14.§.fin. ff. ad l. Cornel. de falsis. Concordat l.vltim. ff. de his quæ pro non script. habent.* Secunda exceptio: Nisi testamentum sit militare, reprobatur *d.l.vltim.* Tertia: Nisi legatarius accepto legato decesserit, reprobatur *l.si quis.4.in prin.ff.ad l. Cornel. de falsis.* Plures propositæ causæ exceptiones vide *sup.lib.1.cap.29.causa 17.*

XXXIX. Causa: Si legatarius tacitam fidem accommodauit ad restituendum ei qui capere non potest. *l.1. in prin. ff.de iure fisci.l. in fraudem.10. in princip. ff. de his quæ vt indignis, &c. l. in tacitis.100. ff. de legat.1. item l. non intelligitur.3. in princ. ibi: quæri autem.ff.de iure fisci. M.I.R. d. reg.14. except.58.* Tacita autem fideicommissa quomodo detegantur, definitur *d.l.3.§.tacita.* Plane si gener socerum hæredem reliquerit, taciti fideicommissi suspicionem sola ratio paternæ affectionis non admittit, *l.penul.ff.de his quæ vt indignis, &c.* Proposita autem causa suas habet exceptiones, quarum prima est: Nisi palam, non tacite sit rogatus, *d.l.3. in princ.* Huius replicatio prima est; Nisi persona, cui restituendum est, non sit palam expressa, *l.Lucius.120.§.fi.ff.de leg.1.* Cuius duplicatio est; Nisi nõ in fraudem legis persona, cui restituendum est, sit omissa, sed casu, *l.non intelligitur.3. in princ. ff. de iure fisci.* Secunda replicatio est; Nisi res quæ relinquitur, non sit palam expressa, *l. ita.40.in pr. ff. de iure fisci.* Tertia: Nisi etiam tacite sit rogatus, reprobatur *l.non intelligitur.3.§.si quis.ff. de iure fisci.* Hæc de prima exceptione cum suis replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi capaci restituere sit rogatus. *l.1.C.de delatorib.* Huius replicatio; Nisi mortis tempore capere non potuit, reprobatur sub certa conditione *l.in fraudem.10.§.si quis.ff.de his quæ vt indig. aufer.* Tertia exceptio est: Nisi mortis tempore capere potuit is, cui restituere est rogatus. *l. non intelligitur.3.§.quando.ff. de iure fisci.* Quarta, Nisi portionem debitam acciPiat is qui rogatus est, approbatur exemplo patroni, *l. ita.40.§ fin.ff. de iure fisci.* Huius replicatio potest esse *inf.except.6.* Quinta exceptio est; Nisi viuo testatore is qui capere non potest, decesserit, *l.vlt.ff.de his quæ vt indig. &c.* Sexta; Nisi quadrantem, quem beneficio legis Falcidiæ retinet, non capaci restituere sit rogatus, reprobatur *l. si quilibet.23.ff.de his quæ vt indig.* Septima, Nisi pater in legato filii tacitam fidem accommodauit, *l. in fraudem.10.§.fin.ff.de his quæ vt indign.* Octaua, Nisi legatarius etiam pro parte hæres, hæreditatẽ restituere non capienti sit rogatus, tunc.n. legatum retinet, *l.eum qui.18.§.fi.ff.de his quæ vt indign. &c.* Nona; Nisi is qui tacite rogatus est, se detulerit, hoc enim casu non in totum amittit legatum, sed partem retinet, & reliqua pars ad fiscum pertinet, *de qua re vide sup.lib.3.cap.11.* Hæc de causa 39. Plane quid & quantum sit auferendum ei qui tacitam fidem accommodauit, dicetur *inf.cap.12.*

XL. Causa, Si legatarius in potestatem testatoris peruenerit. Hæc causa approbatur exemplo serui-

serui, *l.si in metallum.3.in fine. ff.de his quæ pro non scriptis habentur.*

XLI. Causa: Si legatarius rem legatam subtraxit, *l.non est dubium.5.C.de leg. M.I.R. d. regula 14. except.53.*

DE CAVSIS AMITTENDI LEGATI IN persona hæredis, & eius à quo legatum relictum est, consistentibus.

CAP. IX.

SEquitur tertium causarum genus, quibus legata amittuntur, earum scilicet quæ sumuntur ex persona eius à quo legatum relictum est,

XLII. Causa: Si is à quo legatum est, quod in testamento relictum est non percipiat, quia forte vel ante decessit, vel tanquam indignus remotus est, vel repudiauit, vel res ei legata periit, &c. *Hæc causa approbatur l. fideicommissum.77.ff.de legat.1. Concordat l. Imperator.72.in princ.ff. de legat.2. Sed & constat causa proposita ex iis quæ habentur sup.except.40.in princip.M.I.R.d.regul.14.except.61.* Exemplum proponitur *l. quidam.93.§.si tibi.ff.de legat.1.* Plane interdum, licet ad eum à quo legatum est, nihil perueniat; tamen ab alio ad quem portio eius peruenit, debetur, quod loco primæ exceptionis notãdum, *l. vnica §.pro secundo.ibi; sed omnes. & §. ne autem hoc.C.de caducis tollend. Concordat d. l. vnica.§. ne autem hoc.item Nouell. const.1.§ si vero nulla, cum seq. vsque ad §.hinc nos cura.* Sed quæ actio aduersus nõ rogatum competit? Vtilis ex testamento actio, *l. si alienus.64.in fine.ff de leg.2.* Huius exceptionis exemplum primum est: Si duobus vel pluribus hæredibus scriptis, is à quo legatum relictum est, hæreditatem repudiauerit, vel ex alia causa hæres nõ existat, & ob id portio eius cæteris cohæredibus adcrescat, tunc enim cum onere illis adcrescit, *l. si Titio.63.§.Iulianus.ff.de legat.2. Concordat l. cum pater.79.§.cum pater.item l.mortuo boue.50.§.fin.ff.eod.tt. l. vnica.§.vbi autem legatarii.C. de caducis tollendis. l. non iustam.4.C.de senatusconf. Trebell. l. si Titio.63. in prin. ff.de leg.2.* Contradicit *l. pater meus.29.§.fi. ff. de leg.1.* Quem tamen §. intelligendum reor de iure antiquo, post rescriptum Seueri sublato. Secundum exemplum est; Si institutus hæres non existat, tũc legata ab eo relicta à substituto debentur; *vt ex iis quæ sup.proxime exemplo primo dicta sunt, constat. Concordat l.si seruus.50.§.1.ibi, si tamen secundum, & l. ab exhæredati.123.§.finali.ff.de legat.1. l. cum pater.79.§.cum pater.in fi.& §. ab institut.ff.de legat.2.l.debitor.84.§.si primo.ff.d.tt.l.licet.73.ff. de legat.1. item l. non iustã.4.C.de senatusconf. Trebell. M.I.R.d.except.61.replic.1.* Plane exceptio proposita in exemplo proposito recipit aliquot replicationes, quarum prima est: Nisi contraria sit voluntas testatoris. *M.I.R.d.replicatione 1.duplicatione 1.* Secunda: Nisi alia res à substituto sit relicta. Tertia; Nisi causa ab instituto relinquendi cesset in persona substituti. Quarta: Nisi is cui ab instituto relictum est, ex parte sit substitutus. *Quæ quatuor replicationes approbantur l.licet.73.ff.de legatis.1.* Sane primæ replicationis duplicatio est; Nisi institutus in fraudem legatorum hæreditatem omisit. *l.1.C.si quis omissa caussa, &c.* Secundæ replicationis exemplum proponitur *l. si quis.78.§.finali. ff.de legatis.1.* Quinta replicatio est: Nisi institutus adiunctum vel cohæredem habeat, hic enim totum debebit, *l.quidam.14.§.fin.ff.de codicillis.* Sexta; Nisi in testamento militis ad tempus hærede instituto, alius post tempus substitutus sit, hic enim legata ab instituto relicta non debebit. *l.quærebatur.19.§.fin ff. de militari testamento.* Tertium exemplum est: Si, cum legatarii fidei commissum esset, legatum apud hæredem remaneat, tunc enim hæres fideicommissum præstare tenetur. *Quod proponitur l. pater meus.29.in princip. ff. de leg.2. l.si ab eo.9.ff.de vsu fructu legato.l. vnica.§.pro secundo.ibi, sed omnes §. ne autem.& §.in omnibus.C de caduc. tollen. item l. si adimendo.19.ff de adimendis legatis.* Quartum exemplũ est, Si, cum legatarii fideicommissum esset, legatum postea ad alium sit translatum; hic enim fideicommissum tenetur præstare. *l.Caio.13.in pr. ff. de aliment. legat.* Plane exemplum propositum recipit primam hanc exceptionem: Nisi testator fideicommissum ab eo in quem legatum translatum est, præstari noluit, *quæ ex præcedentibus constat.* Deinde recipit exceptionem hanc: Nisi ad quem translatum est legatum, alio fideicommisso speciali sit grauatus, approbatur exemplo *l. alumnæ.30.ff.de adimendis legat.l. licet.73. ibi, quid enim si aliã. ff.de legat.* Hæc de quarto exemplo. Quintũ propositæ exceptionis exemplum est: Si cum, pupillo hærede instituto, tutoris fidei commissum sit, is viuo testatore mortuus fuerit, vel alio modo tutor esse non possit; tunc enim nihilominus fideicommissum à pupillo hærede debetur. *Quod approbatur l.peto.71.§.mater.ibi: nec interest. ff. de legat.2.* Sextum exemplum est, Si is cuius fidei commissum, vel à quo legatum est, indignus hæreditate vel legato sit iudicatus, tunc enim nihilominus fideicommissum is ad quem portio indigni peruenit, puta fiscus vel alius, præstare tenetur. *l.2.§.fin.ff.si quis aliquem testari, &c. Nouell.constitut.1.§.si vero nulla. vsque ad §.hinc nos cura.l.si seruus.50.§.si quis ante.ff.de legat.1.l.2. in fine.ff.de aliment. legat. l. cũ fisco 9.ff.de Senatusc.Silan ano. l.dicitur.14.ff. de iure fisci.l.Marcellus 3.§ fi.ff.ad Senatusc.Trebell.M.I.R.d.repl.1.in prin.* Septimum exemplum est in persona domini & serui. *Quod proponitur l.si alienus.64.ff.de leg.2.Concordat l.à patre.4.ff. de legatis.3.* Plane si seruũ hæredem substitutum dominus, qui ipse rogatus fuerat fideicommissum præstare, priusquam adire iuberet, vendiderit, præstare id debet, cum per precium serui hæreditatis quoque æstimationem consequatur, *l.si seruum.28.in prin.ff.si quis omissa causa, &c.* Plura huiusmodi exempla vide *inf. lib.14. cap.8. de actione legat. Aduersus quos detur?* Nunc propositæ exceptionis generales replicationes dispiciendæ. Est autem prima eius replicatio: Si cum à substituto legatum relictum esset, institutus hæres existat; tunc enim nec ab instituto legatum debetur, quamuis ad eum hæreditas peruenerit. *l. quoties 13. C. de fideicommissis. Concordat in legato libertatis l.si quis.78.§.fin.ff.de leg.1.* Secunda replicatio est, Nisi legatum in persona eius à quo relictum sit, pro non scripto habeatur, puta quia in rerum natura non fuit, hoc enim casu nec ab alio, ad quem portio eius peruenit, legatũ debetur. *l.vnica.§.& cum triplici, cum seqq.C. de cad. toll.M.I.R.d.except.61.replicat.1.duplic.4.* Ait *in d.§.& cum triplici.* Imperator; Nisi perraro. Hisce verbis duplicationes aduersus replicationem propositam

tam denotantur. Earum duæ indicantur à glossa, quarum prima est: Nisi quis sibi in alterius testamento cum onere fideicommissi adscripserit, *quæ approbatur l.vlt.ff.de his quæ pro non scriptis, &c.* Altera: Nisi seruus ei qui in rerum natura non est, legatus sit, eiusque fideicommissum sit, vt seruum manumittat, *l.cum vero.26.§.si pro non.ff.de fideicom. libert.* Hæc de secunda replicatione cum duabus eius duplicationibus. Sed & plures duplicationes vide *sup.cap.4.exc.* 40. Tertia replicatio est: Nisi fideicommissum in facto consistat, quod alius quam rogatus facere non possit. *l. vnica.§.ne autem.C.de caduc.tollen.* Quarta replicatio est: Nisi cum legatum duobus vel pluribus disiunctim esset relictum, eius in cuius persona legatum deficit, fidei commissum sit: tunc enim alius solidum legatum sine onere fideicommissi adquirit, *d.l.vnica.§.sin vero non omnes, in fin. M.I.R. d. repl.* 1. *duplic.* 5. Quid autem sit coniunctim, quid disiunctim legare, *inf.* dicetur *lib. prox. cap. 6. quantum veniat? reg.25.except.17.in princip.Concord.at l.si separatim.29. ff.de condit. & demonstr.* Quinta replicatio est: Nisi voluntas testatoris sit contraria, approbatur exemplo *l.licet.73.ff.de leg.1.Concordat l. Caio.13.in prin. ibi, nisi aliud. ff.de alimentis legat.* Sexta; Nisi non adita ex testamento hæreditate, ab intestato succedatur, tunc enim, quamuis portio rogati perueniat ad venientes ab intestato, tamen hi legata præstare non coguntur, *l si nemo.142.ff de reg. iuris. Sed & approbatur per ea quæ dicta sunt sup. capite 6. except.86 in princ. M.I.R. d.reg.14.except.63.* Huius repl cationis duplicatio prima est: Nisi ab intestato quoque fideicommissum defunctus præstari voluit, *approbatur iis quæ dicta sunt sup cap 3.except.9.* eiusque exemplum proponitur *l. Lucius.* 90.§. *filiam.ff.de leg.2.l.si quis.3. in prin. & l. ab intestato.16. ff.de iure codicillorum.item l.si ita.9.ff.de leg. 3. M. I. R. d. except.63.repl.3.* Cuius duplicationis triplicatio est: Nisi testamentum inofficiosum sit pronunciatum, *l.Titia.13.in prin. ff. de inofficioso testamento.* Secunda duplicatio est, Nisi seruo testamento manumisso hæreditas per fideicommissum sit relicta. *l.idem est.13.§.fin. cum l. sequente. ff. de militari testamento.* Huius triplicatio est: Nisi hæres institutus viuente & sciente testatore mortuus fuerit; tunc enim, quia testator huic rei prospicere potest, nec facit, duplicationi propositæ locus non est, quæ tamen triplicatio in testamento militis non admittitur, *vt ex allegatis constat.* Tertia duplicatio est: Nisi ob id ex testamento non adeatur hæreditas, quod ii quibus in testamento quid relictum est, iussa testatoris non faciant: tunc enim etiam ab intestato venientes legatum vel fideicommissum præstare tenentur. *Notell. c.1.§ principio igitur.ibi enimuero si nemo, cum sequentibus.* Quarta; Nisi hæres institutus in fraudem legatorum accepta pecunia hæreditatem non adierit, vel omissa causa testamenti ab intestato adierit, *de hisce casibus paulo inferius dicetur.* Quinta: Nisi institutio per errorem testantis est nulla; tunc enim legata & fideicommissa etiam ab intestato censentur repetita: quæ duplicatio secundum communem doctorum opinionem approbatur *l. eam quam.14.C. de fideicommissis.* Alias huiusmodi duplicationes vide *inf. causa 67.* quæ enim ibi exceptionum loco proponuntur, hic duplicationum loco possunt accipi. Hæc de sexta replicatione. Septima replicatio est; Nisi rogatus ad præstandum fideicommissum cogi non potuit; tunc enim nec is ad quem rogati portio peruenit, ad præstandum fideicommissum cogi potest. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum recipit duplicationem hanc; Nisi rogatus propter suam personam seu ius personale ad præstandum cogi non potuit, approbatur exemplo *l. cum patronus. 28. ff.de leg. 2.* Octaua replicatio est; Nisi cum quis ab intestato fideicommissum nominatim reliquisset, is à quo relictum est, non sit ab intestato hæres, sed alius gradu remotior. *l. 1.§.fin. ff. de leg. 3.* Idem iuris est, si cum quis vnum putans sibi hæredem fore, eum rogauerit, postea plures hæredes ei existant, tũc enim legatum deficit; *de quo vide inf. lib. proxim. cap. 2. reg. 1. except. 1. replic. 9. duplic.* 1. Huius replicationis duplicatio est, Nisi ita sit relictum legatum: Quisquis mihi hæres erit, &c. *l.si quis.3.in prin.ff.de iure codicillorum.* Nona replicatio; Nisi ad fiscũ portio rogati perueniat, reprobatur *l.in facto.58.§.fi.ff.de condit. & demonstrat.l.vnica.§.hæc autem omnia.C.de caducis toll. item l.2. in fi.ff.de alimentis legatis.* Hactenus de prima propositæ causæ exceptione cum suis exemplis & replicationibus sit dictum. Secunda exceptio est; Nisi is à quo relictum est, cum possit, nolit adire hæreditatem; tunc enim cogendus est adire, & restituere fideicommissum. *Inst. de fideicommiss. hæred.§.sed etiam id quod præcipuum. de qua exceptione cum suis replicationibus inf.lib.prox.cap.17. dicetur in senatusc. Trebelliano.Concordat l.fideicommissa.11.§. cum cum esset quis.ff.de leg.3.* Plane quod ad prius fideicommissum attinet, vide *sup.cap.6.except.* 74.§. *huic simile.* Tertia exceptio est; Nisi in fraudem legatorum repudiauerit hæreditatem rogatus. *l. 1. §. fin.ff.si quis omissa causa test. &c. l.1.in princip.C. eod. tt. l. si seruus.* 105. §. *cum quid.ff. de legat.* 1. *l. si seruus.* 50.§.*si quis, in fin. ff.eod. tt.* Plane si rogatus in fraudem legatorum omisit hæreditatem ex testamẽto, siquidem pecunia accepta omisit, ipse tenetur legatariis; sin vero gratis omisit nullo accepto, aduersus possessorem legatariis datur actio. *quod constat ex supradicta l.1. C. si quis omissa causa test. cui concordat l.si quis.* 4. *in prin. ff. si quis omissa.* Plura de hac re vide *inf. lib. proxim. cap.* 13. *quæstion.* 3. Quarta exceptio est; Nisi accepta pecunia rogatus hæreditatem omisit. *l.2.cum l. sequ. & l. si non solus.10.* §. *fin.ff.eod.tt.* Sed quod ad quæstionem hanc (aduersus quem competat actio) attinet, de eo (vt dixi) tractabitur *inf.d.c.* 13. Huic similis exceptio est Si hæreditatem vel legatum vendidit, *de qua re vide d. capite 13. except. 19.replic.* 4. Quinta exceptio, Nisi rogatus sua culpa, vel per iniuriam iudicis amiserit hæreditatem vel legatum. *l. si seruus.50.§.1.ff.de leg.1.* Sexta, Nisi rogatus ex alia causa quid à defuncto accepit, tunc enim, quamuis non ex testamento adquirat, tenetur tamen fideicommissum præstare. *de qua re vide sup. cap.* 4. *except.*40.*replic.* 12. Septima, Nisi rogatus omissa causa testamenti ab intestato hæreditatem cœperit possidere, *de hac re dicetur inf. lib. prox. cap.* 13. Octaua: Nisi cum rogatus ob aliquam causam amisisset, in integrum sit restitutus, *l. si quis.* 41. *ff. ex quibus causis maiores vigintiquinque, &c.* Nona, Nisi fiscus, ad quem hæreditas peruenit, eam non agnoscat,

agnoscat: tunc enim recurritur ad hæredem. *l.si seruus.* 50.§ *si quis ante.ff.de leg.*1. Decima exceptio est: Nisi aliud quoddam legatum rogatus ex testamento percipiat. tunc enim, licet illud ex quo alimenta præstanda erant, vel quod restituere rogatus est, repudiauerit, nihilominus tenetur. *l.à filio.15.in prin.ff.de alimen.legatis.l.plane.91.§.si cui Stichus. & l. si seruus.* 105. §. *cum quid tibi.ff.de leg.* 1. Hæc de 42. amittendi legati causa, & eius exceptionibus sint dicta. Plures huiusmodi exceptiones licet videre *sup.cap.* 4. *except.*40.

XLIII. Causa: Si legatum eius, cuius fidei commissum est, repetitum sit, nulla fideicommissi mentione facta. *l.si tibi* 28.*ff.de adimendis legatis.Concordat l.nisi.3.§.item si ipse.ff si cui plus quam per l. Falcid. &c.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi repetendo legatum ei cuius fideicommissum est, ademptum sit, vel ad alium translatum: tunc enim fideicommissum censetur repetitum. *de quo vide sup.causa prox.exc.*1.*exemplo* 3.*&* 4. Secunda exceptio est: Nisi tacitum sit fideicommissum. *de qua re vide sup.cap.6.exc.*80.*repl.*2.

XLIV. Causa: Si is à quo legatum relictum est, pendente die vel conditione legati mortuus fuerit. reprobatur *l. legato. 63. ff. de condit. & demonstr.*

XLV. Causa: Si cum hæres institutus esset sub hac conditione, Si iurasset se Titio decem daturum, conditio iurisiurandi illi sit remissa. reprobatur *l.non dubium.*14.§.*hæres.ff.de legat.*3.

XLVI. Causa: Si rogatus, postea liberos adquisierit. Hæc causa approbatur in liberis testatoris rogatis, *l.cum acutissimi.*30.*C.de fideicommissis. l.generaliter.6.§.cum autem.C.de institutionibus vel substitut.l.cum auus.*100.*ff.de condit. & demonstr. l. ex facto.*41.*in prin.ff.de vulgari substit.* Plane causa proposita in liberis tantum testatoris, non aliis rogatis locum habet.

XLVII. Causa: Si rogatus hæres extiterit legatario vel fideicommissario. De hac causa, cum aliis similibus dictum est *inf.de confusione obligationum, in Parte 7.specie 2.* eiusque exemplum habetur *l.cum secundum.3.C.de fideicommiss.*

XLVIII. Causa: Si cum ab eo qui nouissimus moreretur, legatum esset, omnes simul decesserint. *l.si eius.34.ff.ad senatusconf. Trebellianum.*

XLIX. Causa: Si cum à tutore vel curatore hæredis legatum esset relictum, is tutor curatorve esse nolit, vel non possit. *De hac causa vide ea quæ dicta sunt sup.cap.*4.*exc.*40.*repl.*8.

L. Causa: Si bona rogati publicata sint, vel ad fiscum peruenerint. *De hac re vide inf.lib.proxim.cap.* 2.*reg.*5.

DE CAVSIS AMITTENDI LEGATI, in re legata consistentibus.

CAP. X.

QVartum causatum genus, quibus legata vtiliter data amittuntur, & in irritum recidunt, earum est quæ in re legata consistunt, cuius species in hoc capite sequuntur.

LI. Causa: Si res legata perijt, vel in hæreditate non inueniatur, approbatur *Inst. de legatis.§.si res legata.l.non amplius.* 26. § 1.*ff.de legatis.1.l.filiusfamil.*111.§.*fin.ff.d.tt.l.cum ita.*33.§.*species.ff.de leg.* 2.*l.si quis.*22.§.*fin.ff.de leg.*3.*l.in ratione.* 30.§.*diligenter. ibi: certis vero.ff.ad l.Falcid.l.Iano.* 86. *ibi: naue.ff.de legatis* 3.*l.qui vxori.*19.§ *fin.ff.de auro legato.M.I.R.lib.*4. *cap.* 9.*regul.*14.*except.*65.*& reg.* 57.*except.*1.*replic.*1. Huius causæ exceptio prima est: Nisi res dolo vel culpa hæredis, à quo relicta est, perierit. *l.cum res legata.*47.§.*item si res aliena.ff.de leg.*1. *l. & eleganter.* 7.§.*item si seruum, ff.de dolo malo.* Exemplum proponitur *l.quid ergo.*53.§.*penult.ff.d.tt.* Replicatio prima: Nisi leuis culpa hæredis fuerit. reprobatur *d. l.*47.§.*penult.l.si seruus.*105.§.*qui quinq;.ff.de leg.*1. Secunda replicatio est: Nisi is qui rogatus est, rem relictam nondum acceperit, nec quid præterea ex testamento capiat. tunc enim non nisi dolum malum præstare tenetur: & ob id, quamuis culpa eius res perierit, non tenetur. *d.l.*105.§ *cum quid tibi.* Tertia: Nisi per legatarium vel fideicommissarium steterit, quo minus rem legatam accipiat. tunc enim videtur, quod hæres culpam amplius præstare non debeat. Quod quidem vt verum est in culpa leui, ita certe in dolo malo, & culpa dolo proxima non obtinet: nec excusabitur, si forte rem abijciat, vel perdat vltro. *l.si hæres.ff. de tritico, vino legato.* Quarta: Nisi ob facinus hæres seruum legatum occiderit. *l.quid ergo.*53. §. *si hæres.ff. de leg.* 1. *Concordat l.qui seruum.*96.*ff.de verbor. obligat.* Hæc de prima propositæ causæ exceptione. Secunda exceptio est: Nisi facto cohæredis res legata perierit. hoc casu ipse quidem hæres, cuius facto res perijt, nihilominus tenetur, *vt ex prædictis patet*: alij autem cohæredes non tenentur. *quod approbatur l.si hæredu.*48.§.*fin.ff.de leg.*1. Tertia: Nisi hæres in mora soluendi fuerit. *l. cum seruus.* 39.§.*ipsius quoq;.l.cum res.*47.§.*fin.item l.si seruus.*105. §.*si seruus. ff. de legat.* 1. *l. si homines,*3.*C.de vsuris vel fruct. leg. item l. si vsusfructus.* 6.*ff. de vsufruct. legato.* Quarta exceptio: Nisi cum duobus res deberetur, hæres vni tantum soluerit, reprobatur *l.Titia* 36.§.*fin.ff.de leg.*1. Quinta: Nisi genus vel incerta species legata sit. Hæc exceptio approbatur à contrario sensu, *l.non amplius.*26.§.1.*ff.eod.tt.l.in ratione.*30.§.*diligenter. ibi: verum est autem.ff.ad l. Falcidiam.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi legatarius certam speciem oblatam noluit accipere. *l.huiusmodi.*81.§.*si cui.&* §.*Stichum.ff.de legat.*1. Secunda replicatio est: Nisi corpus ex distantibus capitibus sit legatum. hoc enim perinde est, ac si singula capita essent legata. approbatur exemplo *l.chorus.*77.*in princ ff. de legat.*3.*De qua re vide plura inf.lib.prox c.*3.*reg.*9.*&* 10. Sexta exceptio est; Nisi res quæ perierat, sit refecta & restituta. approbatur exemplo *l.hæres.*15.*ff.de leg.*3.*l.peculium.*67.§.*quadrigæ.ff.de leg* 2 *l.quid tamen.*10.§.*fin. cum l. sequente. ff.quibus modis vsusfruct. amittatur.l. quod in rerum.*24.§ *fin.ff.de legat.*1.*l.si chorus.*77.§.*area ff.de legat.*3.*l.si grege.*22.*in princ.ff.de leg.*1 *M.I.R.d. except.*65.*replic.*3. Huius exceptionis replicatio est; Nisi domo legata, & in totum destructa, alia sit ædificata. *l.si ita legatum.* 64.§ *fin.ff. eod.tt. Concordat l.taberna.*7.*ff.de instructo legato.M.I.R.d.replic.*3. *duplic.*1. Cuius duplicatio prima est; Nisi ijsdem tignis domus rursus sit ædificata. Hæc duplicatio in domo quidem reprobatur *l.qui res.*98. §.*aream, in fin.ff.de solut. Cui concordat l.quid tamen.*10. §.*nam etsi domus. ff. quibus modis vsusfruct. amittatur.* In naue autẽ approbatur *l.inter.*83.§.*sacram rem, ibi.nam etsi.&* §. *sed hæc dissimilia. ibi.sed & si reficienda.D.*

dæ.ff.de verbor.oblig. Sed & duplicatio dicta in naue recipit triplicationem hanc: Nisi ea mente dissoluta sit nauis, vt in alios vsus tabulæ conuerterentur. *d.§.ve.am.ibi:homini autem.d l.83.§.sed hæc dissimilia.ibi:& nauis si hac mente.ff.de verb.oblig.* Sed & aliam triplicationem recipit in naue duplicatio proposita, hanc scilicet: Nisi vsusfructus nauis sit legatus. *l.quid tamen.* 10.§.*in nauis.ff.quibus modis vsusfruct.amittatur.* Secunda propositæ replicationis duplicatio est: Nisi post mortem testatoris domo exusta, hæres nouam ædificauerit. *l. domos.58.ff.de leg.1.* Cuius triplicatio est: Nisi fideicommissarius sumptus in ædificando factos non restituat.*d.l.*58.Sed & triplicatio hæc rursus distinguitur hoc modo: Nisi res legata vel domus culpa hæredis interierit: tunc enim, quamuis fideicommissarius non restituat sumptus, non tamen illi deneganda est actio.Sed de sumptibus ab actore præstandis alibi dicetur copiosius.Septima exceptio: Nisi res legata non in totum perijt, sed in aliam speciem sit transmutata, vel ad materiam resoluta.*l.seruum filij.* 44. §.*si pocula.ff.de legat.1.l.item legato.*47.§.*penultim.& l.lana.* 86.*in fin.ff.de legat.3.l.si quis.*9.§.*hæc omnia,in fin.ff.de tritico legato.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ipse testator rem transmutauerit,non alius.*l.Seia.*6.*ff.de auro argento legato.Concordat l.cætera.*41.§.*fin.ff.de legat.1.* Cuius duplicatio est: Nisi testator non mutauit voluntatem. *Quæ constat ex ijs quæ dicta sunt paulo sup.cad.except.7.in princ.* Proinde hoc casu legatario onus probandi imponetur,testatorem scilicet in voluntate perseuerasse. Sed & alia propositæ replicationis duplicatio est in vino,quod postea testator aceti loco habuit.*l. si quis.*9. §.*item si quis vinum.ff. de tritico vino legato.* Secunda replicatio est: Nisi species ex re legata facta,ad suam materiam reduci non possit: tunc enim extinguitur legatum,*approbatur argumento l. quæsitum.*76.§.*illud.ff.de legat.*3. Ergo si non sint eius naturæ, vt in sua iuitia seu materias redigi possint,vires & iura materiæ non retinent, & ob id dominium transit in eum qui speciem ex ijs fecit-*de quo sup.lib.7.cap.1.causa 12.in princ. & except. 1.est dictum*: ideoque legatum quoque extinguitur. Huius replicationis exempla proponuntur *l.lana.*86.*ff.de legat.3.* Plane quod hic de veste ex lana legata facta dicitur, ei contradicit *l. seruum filij.*44.§.*si poculæ ff.de legat.1.* Distinguenda igitur est replicatio proposita hoc modo: Nisi testator in eadem voluntate perseuerauerit. *Nam in eo casu loquitur d.§.si pocula.* quod primæ duplicationis loco notandum. Sane quæcunque exceptiones d.cap.1.causa 12.annotatæ sunt, easdem hic duplicationum loco non inepte repeti posse puto. Tertia replicatio est: Nisi non proprietas rei, sed vsusfructus eius sit legatus: tunc enim specie mutata,vsusfructus legatum extinguitur.*de qua re dictum sup.lib.7.cap.*27. Hæc de septima exceptione, cuius leges certe variæ ac inter se diuersissimæ inueniuntur: nec melius (mea quidem sententia) possunt reconciliari, quam per propositas replicationes & duplicationes.Octaua exceptio est: Nisi aliquid ex re legata quæ perijt superfit: hoc enim debebitur, approbatur exemplis *l.si grege.*22.*ff.de legat.1.Concordat Instit.de legatis.* §.*si grex.M.I.R.d.except.65.repl.1.* Aliud exemplum proponitur *l.librorum.*50.§.*si Homeri.ff.de legat.3.* Item aliud est: Si pluribus reb. relictis,vnum aut alterum ex iis superfit:hoc enim debebitur. *Inst. de legat.*§.*si quis ancillas.l.si ancilla.* 61. *cum l. sequent. ff. de legat.1.l.& si.3.cum l.sequente ff. de peculio legato. item l.Titia.*39.*in princ.ff.de auro legato.*Sed etsi certo numero relicto, numerus ille non plenus reperiatur: id tamen quod reperitur,debetur. *l.si seruus.*105.§.*qui quinq; ff.de leg.1.l.si ita* 64.*in prin.ff.eod. tt.item l.si quis.*8.§.*si quis legauerit.ff.de legat.2.* Aliud item propositæ exceptionis exemplum est: Si duabus rebus alternatiue legatis, altera perijt. tunc enim nihilominus altera debetur,*de quo vide inf.lib.*14.*cap 7.quæst.1 except.* 22.*repl.*8. Sed & aliud proponitur *l. pediculis.* 33. §. *fin. ff. de auro legato.* Plane exceptio proposita in quibusdam casibus suas habet replicationes,quarum prima est: Nisi alterum alterius sit accessio.tunc enim principali sublato,nec accessorium debetur. *l. 2.ff.de peculio legato.* Huius exemplum proponitur *l.1.ff.d. tt. Concordat Instit. de legatis.*§.*si quis ancillas.item l.ex parte.*39.§.*duos.ff.familiæ ercisc.* Aliud exemplum est: Si fundus instructus, vel cum instrumento legatus sit. *Quod proponitur l.* 1. §. *fin. ff. de instructo legato. Concordat Institut. d.* §. *si quis ancill. in fin.* Tertium est in penu legata. *l. nam quod.* 4. *in princ.ff.de penu legata.& l.2.ff.eod.tt.*Quartum proponitur *l.mortuo boue.*50.*in prin.ff.de legat.2.*Quintum *l.lana.*86.§. *naue autem. ff. de legat.3.* Sextum *l.peculium.*67.§.*quadrigæ ff.de legat.2.* Plane replicatio proposita in ancilla cum natis,& seruo ordinario cum vicariis legato,locum non habet:*vt patet ex ijs quæ dicta sunt paulo superius eadem exceptione,in princip.* Quod notandum loco primæ duplicationis. Secunda duplicatio est: Nisi principale,mortuo demum testatore, & sic post moram factam perierit. *l. tunc.* 12.*ff. de peculio legato.* Tertia: Nisi testator viuus rem promiserat,& sic naturaliter ad eam soluendam obligatus erat. *l. cum pater.*79.§.*pater filiæ ff.de legat.2.*Quarta: Nisi post actionem in iudicium deductam, seu litem contestatam,res principalis perierit. *l. vtique.*16. *in princip.ff.de rei vindicat.* Secunda replicatio est; Nisi vsusfructus rei sit legatus.approbatur exemplo gregis *l.vltim.ff.quibus modis vsusfructus amitt.De qua re vide sup.lib.7.cap.*27.*causa* 5. *except.* 1. *replic.* 2. Tertia replicatio est;Nisi ex duabus rebus alterutra legata, legatarius alteram oblatam accipere noluit,eaque postea perijt: tunc enim nec superstes debetur.*l.huiusmodi* 81.§. *Stichum.& §.si cui homo.ff.de legat.1.Concordat Institut.de legatis.*11. §. *fin. ff. de legat.2.* Huius replicationis duplicatio est, Nisi electio sit legatarij. tunc enim altero mortuo, nihilominus alter debetur.*de quo dicetur inf.lib.*14. *cap.7.de option.& elect.legata.*Hæc de octaua exceptione,eiusque replicationibus.Nona exceptio; Nisi res aliena,non testatoris, fuerit legata. reprobatur *l.si quis.*22.§.*fin.ff.de leg.3.Concordat l.filiusfamil.*111.§.*fin.ff.de leg.3.* Plures huiusmodi exceptiones vide *inf.lib.prox.cap.3.reg.* 10. *item inf. in senatusc.Trebell.quæ restituenda?*

LII. Causa; Si res legata non compareat. Hæc causa similis est præcedenti,nisi quod hoc casu non in totũ liberetur rogatus;sed ad cauendum

dum teneatur, se eam rem requisiturum & præstaturum.Est igitur prima huius causæ exceptio; Nisi ad cauendum,& ad rem requirendam. *l.seruo legato.*68.§.*fin.ff.de leg.*1.*l.Titia.* 39.*in pr.ff.de auro legato.item l.cum seruus.*39.*ff.de leg.*1.Huius exceptionis replicatio est: Nisi legatarius sumptus ad requirendum præstare nolit. approbatur simul & distinguitur *l.si quis.*8.*in princ.ff.de leg.* 2.Cuius duplicatio est: Nisi post mortem testatoris res non comparere cœperit.*d.l.*8.*Cui concordat l.cum seruus.* 39 *in princ.ff.de leg.*1.Secunda exceptio est: Nisi res culpa hæredis non compareat.*l.cum res.*47. §.*itaque si Stichus.& §.item si res aliena.ff.d.tt.* Huius causæ exemplum est: Si seruus legatus in fuga sit. *de quo inf.dicetur eod.cap.causa* 56.

LIII. Causa: Si res in eum casum inciderit, quo ab initio legari non potuit. *l.si in met.allum.* 3. *in fin.ff.de his quæ pro non scriptis hab.* Huius exemplum primum est: Si locus religiosus sit factus. *quod proponitur l.quid ergo.* 53.§.*sed si mortuum. ff. de leg.*1.Quæ,præterquam quod exemplum propositum approbatur, simul etiam exceptio aduersus illud introducitur talis: Nisi culpa hæredis locus sit factus religiosus. tunc enim, quamuis non teneatur hæres ad ipsum locum præstandum, tamen ad æstimationem loci præstandam tenetur. *Concordat l.Mæuius.*68.§.*in fundo.ff.de leg.2. item l.vt. in princ. ff. de religiosis & sumptibus funer.* Huius exceptionis etiam replicatio *in supradict.*§. proponitur,hæc scilicet: Nisi voluntate defuncti hæres locum fecit religiosum. tunc enim nec ad æstimationem loci tenetur.Secundum propositæ causæ exemplum est:Si res legata ædibus iuncta sit:hoc enim casu extinguitur legatum, quoniam huiusmodi res legari non possunt:*vt dictum est sup.cap.*4.*exc.*65.*M.I.R.d.reg.*14.*exc.*67.Huius exempli exceptio est: Nisi hæres rem legatam ædibus iunxit,vel culpa hæredis sit iuncta.*l.cætera.* 41.§.*fin.cum lege sequente.ff.de leg.*1. Tertium exemplum est: Si homo legatus liber factus sit. *quod proponitur l.si alienum* 35.*ff.eod. tt. Concordat Instit.de legatis.*§.*si res legata.l.si seruus.*12.*ff.de senatusc.Silaniano. item l.seruum filij.*44.§.*si statuliberum. ff. de leg.*1. Huius exempli exceptio prima est:Nisi facto hæredis seruus sit manumissus. *Instit. d.*§.*si res legata. Concordat l.si inquilinos.*109.§.1.*ff.de leg.*1.Secunda: Nisi postea rursus seruus sit factus. *l.si chorus.*77.§. *fin.ff de leg.3.* Contradicit *l. si seruus.* 27.§.*fin.ff.de adim.legatis.* Tertia: Nisi inutiliter à testatore sit manumissus.reprobatur *l. fundum.*3.§ *fin.ff.de instrument.legato.* Contradicunt ea quæ dicta sunt *sup.c.*4.*except.*63.*repl.*1.Quod autem dictum est de homine legato manumisso, idem etiam iuris est in eo cui libertas in testamento relicta est. *de qua re vide sup.d.exc.*63.*&* 64. Quartum propositæ causæ exemplum est: Si res legata legatarij ex alia causa esse cœperit. *quod approbatur l.Mæuius.*68.§. *duorum.in fin.ff.de leg.*2.Sed de hoc exemplo quarto vide *inf.eod.c.caus.*57.Quintum exemplum est: Si seruus,cui legatum est, hæredis esse cœperit: nam & hoc casu extinguitur legatum seruo relictum.*per ea quæ habentur sup.c.*3.*exc.*25.*dist.*6. Cuius exceptio est: Nisi pro parte tantum hæredis esse cœperit: hoc enim casu pro nulla parte intercidit legatum,sed totum ad socium pertinet,*l.Plautius.*49.*ff.ad l.Falcid.*Hæc de 53.causa.

LIV. Causa amittendi legati est: Si res legata hæreditaria esse desierit,& ad extraneum peruenerit.Hæc causa reprobatur hac ratione,quia etiam alienæ rei legatum valet: *vt ostensum est sup.capit.*4.*exc.*49. Causæ autem propositæ reprobatæ exempla quatuor sequuntur, quorum primum est: Si testator rem legatam postea alij alienauit. non enim per istam alienationem extinguitur legatum,nisi adimendi animo testator alienauit. *de quo copiosius dictum sup.causa* 5. Secundum: Si hæres rem legatam alienauit; non enim ob id legatum amittitur. *l.quædam.*16.*ff.de rebus dubijs. l.seruo legato.*68.§.1.*ff.de leg.* 1.*l.si duobus.* 3. §. *sed quia nostra, vsq; ad finem legis.C.comm.de legatis.item l.nihil.*117.*in princ.ff.de leg.*1. *de qua cum aliis concordantibus dicetur in annuis legatis.* Proinde si hæres rem à se legatam alij legauerit,prius legatum præualet, nec hæredis legato extinguitur. *l.si quis.* 78.§.*si fundum.ff.de leg.*1.*l.si fundum.*103.*ff.de condit.& demonstr.* Plane habet causa proposita in exemplo proposito secundo suas exceptiones,quarum prima; Nisi hæres seruum legatum noxæ dederit. reprobatur *l. quid ergo.*53.§.*si hæres.ff.de leg.*1. Secunda; Nisi hæres legatas ædes ob damnum infectum possideri passus est.reprobatur *d.*§.*si hæres.*Tertia: Nisi hæres rem alij,cui eadem res legata fuit, tradiderit. reprobatur,certa tamen conditione,*l.Iulianus.*9. §.*si tibi decem.ff. ad exhibendum.* Similia huic exceptioni vide *inf.lib.prox.cap.*5.*reg.*58. Sed & propositæ legi concordat *l.*1.§. *si decem.ff.vt leg. seru.causa.* Quarta exceptio est; Nisi ob probabilem ignorantiam legati hæres rem alienauit; tunc enim hæres non tenetur.*d.*§ *si tibi decem vers. si tamen ignarus.* Tenetur tamen ad precium rei restituendum.*l.vltim.*§.*fin.ff.de leg.*2. Sed etsi non vendidit hæres,sed alio modo ob iustam ignorantiam consumpsit,per in factum actionem indemnitati legatarij consulitur aduersus hæredem. *l. si hæres.*65.*ff.de leg.*2.*Concordat l.quidam.*25.§.*si quis filium. ff.ad senatusconf.Trebell.* Quinta exceptio est; Nisi præsente & consentiente legatario hæres rem legatam alienauit.*l.nihil.*117.§.1.*ff.de legat.*1.*Concordat l.quoties.*11.*C.de fideicommissis.M.I.R.d. reg.* 14.*exc.*59. Huius replicatio prima est; Nisi ad precium consequendum legatario superest actio. *l.si fundum.* 89 *in princ.ff de legat.*1. Cuius duplicatio est; Nisi non probetur,ea mente consensisse legatarium, vt precium consequatur.*l.Lucius.*90.§.*insulam.ff.de legat.*2. Secunda replicatio est; Nisi non omittendi legati animo legatarius alienationi interfuerit.*l.Titia.*35.§.*Lucia.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi tantum vt pignori obligaretur, legatarius consensit.approbatur simul & distinguitur *l. testamento.* 91.§.*quatuor.ff.eod.tt.* Sexta exceptio est;Nisi res ab eo cui hæres alienauit,sit vsucapta. *l.Stichus.*36. *in princip.ff.de vsufructu legato.* Plures huiusmodi exceptiones vide *inf.lib.proxim. cap.*4.*de eo quod ad rogatum peruenit legato.regul.*11.*&* 12.*item inf.lib.*34. *cap.*3.*quæst.*3.*regul.*16. Hactenus de secundo exemplo,eiusque exceptionibus.Tertium propositæ causæ reprobatæ exemplum est; Si res legata à tertio quodam sit euicta. nam nihilominus in certis casibus hęres,vel ex testamento,vel ex stipulatu tenetur. *de quo vide sup. cap.* 1.*regul.*4. Quartum exemplum est; Si creditor rem legatam, sibi pignori obligatam, ex causa pignoris

vendidit. hoc enim casu legatum non in totum intercidit, sed precium rei debetur. *l. prædia. 6. C. de fideicommiss.* Competit ergo hoc casu non aduersus emptorem actio ad rem restituendam, sed aduersus hæredem ad precium præstandum. *l. qui solidum. 80. §. fin. ff. de legat. 2.* Plane interdum etiam aduersus emptorem ad rem restituendam datur actio, videlicet si vnus hæredum pignus emit. *l. testamento 91. §. quatuor. ff. d. tt.* Hæc de 54. causa amittendi legati.

LV. Causa: Si res legata ad hostes peruenerit. approbatur *l. quid ergo. 53. §. fin. ff. de legat. 1.* vbi per hæc verba posteriora, Si dolo præstabitur: exceptio aduersus causam propositam approbatur. *de qua dictum etiam est sup. cap. eod. causa 51. exc 1.* Sed & alia est exceptio, talis scilicet: Nisi vt caueat hæres de restituendo, si res postliminio redierit. *l. cum res. 47. §. sed & si alienus. in fin. ff. de legat. 1.*

LVI. Causa: Si seruus legatus aufugerit. reprobatur *l. huiusmodi. 81. §. legatum. ff. de legat. 1. l. cum seruus. 105. in prin. ff. d. tt.* Plane si seruus legatus fugerit, hæres duas potissimum exceptiones habet, quarum prima est: Nisi legatarius sumptus ad requirendum seruum præstare nolit. *l. si seruus. 105. in prin. ff. d. tt. Concordat l. si quis. 8. in princ. ff. de legat. 2.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi mortuo testatore seruus fugerit. *d. l. 8. in prin. Concordat l. cum seruus. 39. in princ. ff. de leg. tt. 1.* Secunda exceptio est: Nisi seruus alienus sit legatus, isque fugerit. tunc enim non nisi ad cautionem tenetur hæres. *l. cum res 47. §. sed etsi alienus. ff. d. tt.* Cuius replicatio prima est: Nisi duabus rebus alternatiue legatis, altera tantum, non vtraque absit. tunc enim cautione præstita hæres non liberatur. *d. l. 47. §. sed si Stichus.* Secunda: Nisi culpa hæredis seruus fugerit. *d. l. 47. §. sed & si alienus.* Sed causæ propositæ vide similem causam *sup. eod. c. causa 52.*

LVII. Causa: Si res legata ex alia causa ad legatarium peruenerit. *l. nutu. 21. §. 1. ff. de leg. 3. Instit. de legat. §. si res aliena. ibi. si vero ex causa. l. si mihi. 12. in princ. ff. de legat. 1. l. si quis. 78. §. si pater familias. item l. si seruus. 105. §. Stichum. ibi: sin ex duabus. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 14. except. 64.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi non ex causa lucratiua, sed ex onerosa causa res sit apud legatarium. *Inst. de legat. §. si res aliena. l. si à substituto. 45. in princip. ff. de legat. 1. l. huiusmodi. 81. §. qui seruum. item l. si seruus. 105. §. Stichum. ff. eod. tt. l. his verbis. 100. §. alumno. ff. de legat. 3. M. I. R. d. exc. 64. repl. 3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi partem tantum rei legatæ redemerit. tunc enim non nisi pro parte ex testamento illi competit actio. *l. non quocunq; 79. §. fundus, in fin. ff de leg. 1.* Secunda: Nisi nudam proprietatem rei emerit, vsumfructum autem ex causa lucratiua habeat. tunc enim proprietatis precium tantum ex testamento petere potest. *Inst. de legat. §. si cui fundus.* Tertia: Nisi ancillam matrem partus legati, non ipsum partum emerit. *d. l. non quocunq; 79. §. Iulianus. ff. de legat. 1. l. si quod. 75. ff. de leg. 2. item l. 12. §. fin. ff. de captiuis & postlimin. reuers.* Quarta replicatio est, Quod non nisi vsque ad precium quanti rem emit, ex testamento legatario competat actio. *l. plane vbi. 34. §. quod si rem. ff. de leg. 1.* Hactenus ergo de prima propositæ causæ exceptione. Secunda exceptio est: Nisi actori rei legatę nomine, quam ex causa lucratiua adeptus est, aliquid absit. *d. §. quod si rem. Concordat l. si seruus 105. §. Stichum. ibi: idemq; iuris. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi in alterutro legato Falcidiæ locus sit, vel actor eius hæres extiterit, qui non sit soluendo. *d. l. 105. §. Stichum. in fin.* Quarta: Nisi res actori aliquo casu possit auferri. *l. non quocunq; 79. in prin. ff. de leg. 1.* Huius exceptionis exemplum etiam est, si res actori legata fidei commissa sit, vt eum alij restituat, *Quod proponitur l. plane vbi. 34. §. quod si rem. & l. si seruus 105. §. Stichum ibi: sed si cum mihi. ff. de leg. 1.* Quinta exceptio: Nisi actor rem postea rursus alienauerit. reprobatur *l. Mæuius 68. §. duorum. ff. de leg. 2.* Sexta: Nisi alienam rem, non eandem, ex alia causa acceperit legatarius. approbatur exemplo *l. quæ fideicommissum. 81. ff. d. tt.* Huius exceptionis exemplum est *inf. except. 12. eadem causa.* Septima exceptio est: Nisi pars rei sit legata. tunc enim, quamuis partem rei legatæ adquisierit, ad reliquam partem nihilominus illi superest actio. *l. Titius. 80. ff. de legat. 1. l. non quocunq;. 79. §. fundus, in fin. ff. eod. tt. item l. Lucius. 22. in fin. ff. de leg. 3.* Contradicit *l. Mæuius. 68. §. duorum. ibi. sed si pars. ff. d. tt.* Sed locus iste videtur mendosus, & censeo legendum, Non perimit. Plane propositæ exceptionis replicatio est: Nisi certa pars demonstrata sit, puta, quæ Mæuij est. *d. §. duorum.* Octaua exceptio est: Nisi ex duabus rebus alterutra legata, alteram legatarius adquisierit. tunc enim nihilominus alteram petere potest. *l. non quocunq; 79. §. fin ff. de leg. 1. Concordat l. huiusmodi. 81. §. antepen. ff. eod. tt.* Nona, nisi non certa species, sed summa vel quantitas aut genus sit legatum, *l. Plane. 34. §. 1. ff. d. tt.* Exemplum huius exceptionis proponitur *l. Titia. 89 in prin. ff. de legat. 2.* Replicatio est: Nisi testator viuus rem eius generis soluit. *l. Seia. 6. in princ. ff. de auro legato.* Decima exceptio est: Nisi in duplum defunctus legatum legatario præstari voluit, *l. plane. 34. §. 1. ff. de legat. 1. Concordat l. nutu. 21. §. 1. ibi. nisi defunctus. ff. de legat. 3.* Huius replicatio est: Nisi certa species, non genus vel summa sit relicta. *Quæ constat ex ijs quæ dicuntur inf. lib. proxim. cap. 7. Quantum veniat? regul. 12.* Eiusque exemplum proponitur *l. Lucius. 90. §. impuberem. ff. de leg. 2.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi certa specie legata, testator precium quoque eius præstari voluit, tunc enim & res & precium eius debetur *l. nutu. 21. §. 1. D. de legat. 3.* Vndecima exceptio est: Nisi non legatario, sed seruo eius res sit donata. *l. si seruus. 105. §. 1. D. de legat. 1.* Duodecima: Nisi precium rei, non ipsam rem ex vna causa legatarius perceperit: tunc enim ex causa legati ad rem præstandam illi superest actio. *Inst. de legatis. §. si res aliena, in fin. Concordat l. plane 34. §. 1. D. de legatis. 1. M. I. R. d. except. 64. repl. 2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi eadem res eidem debeatur ex testamento defuncti, & ex testamento hæredis: tunc enim, si ex vno testamento accepit rei precium, ex altero testamento rem persequi non potest. *l. huiusmodi. 81. §. 1. D. d. tt.* Secunda: Nisi ab eodem testatore eidem bis eadem res fuerit relicta. tunc enim, si semel æstimationem consecutus est, ex alia causa rem ipsam persequi non potest. *l. si tibi. 83. §. 1. D. eod. tt.* Tertia: Nisi testator ipse vel hæres precium rei legatæ legatario soluit. *l. Lucius. 22. D. de leg. 2.* Hæc de 57. legati amittendi causa, eiusque exceptionibus sint dicta.

DE RELIQVIS CAVSIS amittendi legati.

CAP. XI.

HActenus quatuor genera causarum, ex quibus legata vtiliter data, irrita fiunt & extinguuntur, cum suis speciebus & exceptionibus proposita sunt: sequuntur in hoc Capite reliquę amittendi legati causæ.

LVIII. Causa: Si legatum solutum sit, extinguitur legati actio. Quæ causa sine cuiusquam contradictione regulariter quidem vera & iusta est: *M. I. R. d. reg. 14. exc. 73.* sed habet suas exceptiones, quarum prima est: Nisi non debito loco soluit vel obtulit. *Hæc exceptio constat ex ijs quæ dicta sunt inf. in Parte 7. de solutionibus, exc. 32.* Plane debitus locus regulariter is est, vbi res est. *l. quod legatur. 38. in pr. ff. de iudicijs.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi facto hæredis alio sit translatum. *d. l. 38. Concordat l. cum res. 47. in prin. ibi: sed si alibi. ff. de leg. 1.* Cuius replicatio est: Nisi sine dolo malo hæres alio transtulit. *d. vers. sed si alibi.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi testator alibi rem præstari voluit. *d. l. cum res. 47. in pr. ibi: sed si res. l. sed & si. 52. §. si liberto. cum sequenti ff. de iudicijs.* Tertia: Nisi non certum corpus legatum sit. *d. l. 47. in pr. ibi: sed si id petatur. l. quod legatur. 38. §. præterea ff. de iudicijs. item l. 1. ff. de annuis legat.* Huius replicatio est: Nisi alibi maior sit pars hæreditatis: tunc enim ibi, vbi petitur fideicommissum, hæres ad præstationem non est compellendus. *l. si fideicommissum. 50. in pr. ff. de iudicijs. de qua re vide inf. lib. prox. cap. 1. quæst. 2.* Quarta exceptio est: Nisi rogatus consenserit alio loco dari. *l. quamuis. 51 ff. de iudicijs.* Plura de regula proposita vide *inf. in Parte 7. de solutionib. exc. 32.* Secunda propositæ causæ exceptio est: Nisi non debito tempore soluit. *l. cum res. 47. in pr. ff. de legat. 1.* Cuius replicatio est: Nisi tempus ad soluendum hęres petat. *l. si domus. 70. §. in pecunia. ff. de leg. 1.* Tertia exceptio est: Nisi ante tempus sit solutum. De hac exceptione vide *inf. in Parte 7. de solutionibus, exc. 33.* Quarta: Nisi non solidum sit solutum. *l. Lucius. 78. §. fin. ad S. C. Trebell. Concordat l. cum pater. 79. §. pater certam. ff. de legat. 2.* Quinta: Nisi rei in solutum datæ aliquid iuris desit, vel deterior sit soluta. *l. Mæuius. 68. §. fundo. ff. de leg. 2.* Huius exemplum proponitur *l. huiusmodi. 81. §. ædes. ff. de leg. 1.* Aliud *l. si imaginem. 13. ff. de auro legato.* Item aliud *l. si seruus. 105. §. si seruus legatus. ff. de leg. 1.* Sexta exceptio est: Nisi eadem res sæpius sit legata. approbatur simul & distinguitur *l. plane vbi. 34. §. 1. 1. ff. de leg. 1.* Sed & de exceptione proposita vide *sup. cap. prox. causa 57. cum suis exceptionibus. item inf. lib. prox. cap. 6. quantum veniat? regul. 12.* Septima: Nisi cum ita res esset legata, vt si eam perdidisset, rursus ei legatum esset, rem in solutum datam legatarius perdiderit. approbatur simul & distinguitur *l. fideicommissa 11. §. si quis alicui. ff. de leg. 3. Concordat l. 1. §. si cui sit. ff. vt legatorum seu fideicommiss. seru. causa caueatur.* Octaua: Nisi in annos vel menses singulos sit legatum: tunc enim vna solutio non liberat à sequentibus annis *de quo inf. de annuis legatis.* Nona: Nisi ex reditu fructuum sextam partem legauerit: tunc enim idem est, ac si in annos singulos esset legatum. *l. defuncta. 58. §. Sempronios. ff. de vsufruct. & quemadm.* Decima: Nisi res in solutum data sit euicta. *De hac exceptione vide sup. cap. 2. reg. 4.* Sed & plures propositæ causæ exceptiones vide *inf. in Parte 7. cap. de solutionibus, cum sequentibus.* Possunt insuper quædam exceptiones supra causæ proximæ, hic quoque non inepte repeti. Sed & plures vide *M. I. R. d. reg. 14. exc. 74. repl. 1.*

LIX. Causa: Si hæres vel rogatus debitum pro legatario soluit. approbatur *per ea quæ habentur in d. parte 7. de solutionibus.*

LX. Causa; rogatus pro legataria dotem dederit. reprobatur *l. vxorem. 39. §. pater. ff. de leg. 3.* Controuertitur in testatore, qui postea dotem pro fideicommissaria dedit, *M. I. R. d. regul. 14. except. 70.*

LXI. Causa; Si causa legati non sit secuta, vel modus non impletus. approbatur exemplo *l. Titio. 69. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. regul. 14. except. 71.* Huius causæ exemplum seu simile est; Si is cui legatum est, modum legato adiectum non impleuerit. *de quo dictum sup. causa 15.* Sed & ad implendum modum legatarius potest cogi; *de quo dictum sup. cap. 2. reg 11.* Item aliud exemplum est; Si cum testator aliquem debitoris sui hęredem fore putaret, legauit ei ita, ne petat, sed compenset legatum cum eo quod testatori tanquam debitoris hæres debiturus sit; legatarius postea debitoris hæreditatem non adeat, sed legatum. *l. fideicommissa. 11. §. item si quis certam. ff. de legat. 3.*

LXII. Causa; Si causa, seu onus legato adiunctum, ad alium à testatore sit translatum. approbatur exemplo *l. alumnæ. 30. §. Seia. ff. de aliment. leg.* Huic simile est; Si causa seu onus sit finitum. quod tamen reprobatur *l. generali. 32. §. duas. ff. de vsufruct. leg.* Plura de hac re vide *inf. lib. 14. cap. 3. condit. 5. exc. 4.*

LXIII. Causa; Si conditio legati defecerit. *De hac causa dicetur inf. lib. 14. cap. 1. & 2.*

LXIV. Causa; Si testamentum, in quo legatum relictum est, ruptum sit, vel irritum factum. *De hac causa dictum est sup. c. 6. exc. 87.*

LXV. Causa; Si testamentum falsum dicatur. reprobatur, certa tamen conditione, *l. si testamentum. 6. in pr. ff. de petit. hæred. Concordat l. si in fraudem. 9. C. de legatis.*

LXVI. Causa; Si testamentum sit amissum. reprobatur *l. 1. §. sed consulto. ff. de his quæ in testamento delentur.*

LXVII. Causa; Si ex testamento hæreditas non sit adita, vel contra testamentum iudicatum: *vide sup. causa 42. except. 1. replic. 6. M. I. R. d. reg. 14. except. 69* Inter huius causæ exceptiones, quæ *sup. d. replic. 6.* propositæ sunt, numeratur & hæc; Nisi hæres institutus omissa causa testamenti ab intestato petierit hæreditatem; tunc enim nihilominus debetur legatum, vt *inf. dicetur.* Secunda causæ propositæ exceptio est; Nisi contra tabulas bonorum possessio sit petita. tunc enim, quibusdam exceptis personis, nihilominus legata debentur; *de quibus inf. etiam suo loco dicetur.* Tertia; Nisi hæres sua culpa, vel per iniuriam iudicis hęreditatem amiserit. *l. si seruus. 50. §. 1. ff. de leg. 1. Concordat l. si prolusorio. 14. §. quotiens. ff. de appellationibus.* Quarta; Nisi ad fiscum hæreditas peruenerit,

l. quidam.93.§.quoties.ff.de legat.1. De hac exceptione vide plura *sup.causa 42.exc.1.exempl.6.item d.exc. 1.repl.6.*

LXVIII. Causa: Si hæreditas non sit soluendo *l.etsi.17.ibi:nam cum.ff.de mortis causa donat.l.si hæres.68 ib.quamuis.ff.ad S.C.Trebell.l.successores. 16.C. ad l.Falcidiam.l.si vniuersæ.15.C.de legatis.l.scimus. 22. §.etsi præfatum.ibi: sin vero creditores. C.de iure deliberandi item l.in testamento.12.in fin.C.de test.militis.M.I. R.d.reg.14.except.60.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi aliquid deducto ære alieno in hæreditate supersit. Ex eo enim legata & fideicommissa sunt præstanda *d.l.15.M.I.R.d.exc.69.repl.1.* Elegans proponitur exemplum *l.quærebatur.81.ff. ad l. Falcidiam.* Ex qua constat, si hæreditas non in totum sit soluendo, eius quod in ea inuenitur, quartam partem hæredi deberi, ex reliquo legatarijs singulis pro rata portione satisfaciendum. Interdum tamen euenit, vt quibusdam legatarijs solida legata sint præstanda: quibusdam vero vel nihil, vel admodum parum. Cuius primum exemplum proponitur *l. Nesennius.22.§ seruo hærede.ff. ad l.Falcidiam.* Secundum *d.§.seruo hærede. ibi:sed etsi dominus.* Tertium *l.quia autem.6.in princ.ff. si quis omissa causa test.* Quartum *l.si post.17.ff.ad l.Falcidiam.* Hæc de prima propositæ causæ exceptione sint dicta. Secunda exceptio est: Nisi hæres hæreditatem, quæ soluendo non est, vendiderit, reprobatur *l.si hæres.3.in pr.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi creditores hæreditarij debiti partem hæredi per pactum remiserint. reprobatur *d.l 3.§.sed etsi.* Quarta: Nisi hæreditas non res aliqua specialis per fideicommissum sit relicta. *l.si hæres.68.in pr.ff.ad S.C.Trebell.* Hæc de 68. causa.

LXIX. Causa: Si hæredi de hæreditate moueatur controuersia. hoc casu legatario denegatur legati persecutio, nisi caueat euicta hæreditate legatum reddi. *de qua re vide inf.lib.proxim.cap.8. caut.4.*

LXX. Causa: Si tempus ad quod legatum est, sit finitum, approbatur *per ea quæ dicentur inf. lib. prox.c 8.caut.12.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi per hæredem steterit, quo minus legatum soluerit. *l.si vsusfructus 6.ff.de vsufructu leg.* Secunda exceptio est: Nisi cum in certæ conditionis euentum alicui legatum esset, conditio ista non in solidum sit impleta. Quæ distinguitur *l.cui.30.in pr.ff.de vsufruct.legat.* de quo cum alijs similibus vide *inf.lib.14.c.1.memb.3.exc.5.repl.1.dupl.1.tripl.1.*

RELIQVA DE AMISSIONE legatorum.

CAP. XII.

HActenus causæ, ex quibus legata vtiliter data, irrita fiunt & amittuntur, cum suis exceptionibus sunt propositæ: nunc euentus amissionis legatorum persequendi, Ad quos scilicet legatum inutile & amissum deuoluatur: quid item, & quantum deuoluatur: qui denique amissionis ac deuolutionis sint effectus.

I. AD QVOS LEGATVM INVTILE & amissum seu extinctum deuoluatur.

Prima huius loci regula est: Si ei legatum sit relictum, qui tempore facti testamenti in rerum natura non est, legatum apud eum à quo relictum est, remanet. reprobatur simul & distinguitur *l.vnica.§.in primo.C.de caducis tollendis.*

II. Regula: Si seruo testatoris legatum sit, possidentis melior conditio est *l.Lucius.90.§.codicillis. ff.de leg.2.*

III. Regula, Si vxor marito suo illegitimo quid legauerit, vel contra maritus vxori illegitimæ: legatum ad fiscum pertinet. *l.2.§.item si quis. ff.de his quæ vt indignis. Concordat l. Claudius. 13. & l. mulierem.14.ff.eod.tt.*

IV. Regula: Si is cui legatum relictum est, antequam dies legati cedat, mortuus sit, vel conditio legati deficiat: apud eum à quo derelictum est, manet. *l.vnica.§.sin autem aliquid. ibi. quod si in medio.& §.cũ tripl.ibi.vel viuo testatore, cum seq.& §.pro secundo.C.de caducis tollendis.l.si quis.17.in pr.ff.de leg.2. l.Iulianus.62.ff.eod.tt item l.pater.36.§. Tusculanus.ff. de leg.3.M.I.R.lib.4.ca 9.reg.16.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi is in cuius persona legatum deficit, substitutum vel coniunctum habeat. *l.vnica.§ sin autem aliquid.vers.nisi & hic.& §.pro secundo vers.nisi & in hunc.* Exemplum proponitur *l.libertis. 4.in pr.ff.de alimen.legat.* Sed & de hac re vide *infra lib.prox.cap.7.quantum veniat? reg.25.exc.17.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi ministerium tantum rogati defunctus elegit. *l.si quis.17. in pr.ff.de leg.2.Concordat l.pecuniæ.8.in fi.ff.de alimen. legatis.* Huius replicatio est: Nisi filiofamilias hærede instituto, pater rogatus sit ei post mortem suam hæreditatem restituere. tunc enim, quamuis non vt hæres, sed vt pater ac minister rogatus sit, tamen filio mortuo ad patrem pertinet. *l.cum filiofam.11.§.fin.ff.de leg.1.* Tertia exceptio est: Nisi principi legatum sit relictum. *l.quod pr.58.ff. de leg. 2.* Sed de hac re vide etiam *sup.causa 10.exc.6.* Hæc de quarta regula.

V. Regula: Si hæreditas adita non sit, ad quem pertineat, definitur *l.vnica §.cum autem.C.de caducis tollendis.*

VI. Regula: Si hæres vel legatarius iussa testatoris non fecerit, ad quos tunc relictum pertineat, definitur *Nou.c.1.§.principio igitur.ibi.si quis autem, cum sequentibus.M.I.R.d.cap.9.reg.17.*

VII. Regula: Si legatarius se à tutela excusauerit, legatum ab eo ad pupillum transfertur. *l.si legatarius.25.in fin.C.de leg.Concordat l.post legatum.5. §.amittere, in fin.ff.de his quæ vt indig. &c. M.I.R.d.c.9. reg.19.*

VIII. Regula; Si, cum pecunia alicui esset legata, vt seruum alienum redimeret & manumitteret, dominus seruum vendere nolit; rogatus pecuniam retinet. *l.non tantum.51.§.si alienum.ff.de fideicommissarijs libertatibus.*

IX. Regula; Si seruum sibi legatum vt manumittat, iute manumittere non possit, seruus apud legatarium manet. *l.si quis eum.36.ff. de condit. & demonstrat.*

X. Regula; Si legatum seu fideicommissum sit ademptum, non remanet apud rogatum, sed pertinet ad hæredem. approbatur exemplo *l. penult.§.matri.ff.de adimend.leg.*

XI. Regula; Si legatum ob id quod is cui relictum est, capere posse desierit, deficiat, remanet apud

apud eum à quo relictum est. *l. in fraudem.10.§.si quis.ff.de his quæ vt indignis.*

XII. Regula: Si quid superfluum remansit ex eo quod ad faciendum aliquid relictum est, vel ad erogandum, id ad eum qui rogatus est pertinet, non ad hæredem, approbatur exemplo *l.pecuniæ.8.in pr.D.de alim.legatis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ministerium tãtum eius qui rogatus est, defunctus elegerit. *l.si quis.17. in prin. ibi nisi duntaxat.D.de leg.2.* Secunda: Nisi id quod faciendum est, momentanea opera perfici possit, approbatur exemplo *d.l.8.§.fin.* Aliud exemplum proponitur *l.Lucius.90.§.1.D.de leg.2.* Tertia exceptio est: Nisi onus faciendi postea testator à rogato ad alium transtulit. *l.alumnæ.30.§. Seia.D.de adim.leg.* Quarta: Nisi genus eius quod superfluum est, alij sit legatum, approbatur exemplo *l.fin.§.fin.D.de auro legato.*

XIII Regula: Si in metallum damnatus sit is cui relictum est, non pertinet ad fiscum, sed manet apud hæredem. *l.si in 3.in princ.D. de his quæ pro non scriptis, &c.M.I.R.d.c.9.reg.20.*

XIV. Regula: Si legatarius testamentum impugnauit, & ob id legatum amisit, ad fiscum pertinet. *l post legatum.5.§.si is cui.D. de his quibus vt indignis, &c.l.2.in pr.D. eod.tt. item l.eius qui.29.§.fin. D. de iure fisci. Concordant & aliæ leges propositæ supr.ca.8. causa 17.in princ.*

XV. Regula: Si testamentum celauit, & ob id quod ei relictum est amisit, fisco non debetur, sed hæredi. *l.si vniuersæ.25.in fin.C.de legatis.*

XVI. Regula: Si testatori maledixit, vel status controuersiam ei mouit, is cui aliquid in testamento relictum est, & ob id relictum est amissum, fisco locus est. *l.si inimicitiæ.9.in fin.D.de his quæ vt indignis, &c.*

XVII. Regula: Si legatarius tacitam fidem accommodauit ad restituendum ei qui capere non potest, fisco defertur id quod ei relictum est *de quo vid.supr.cap.8.causa 39.*

XVIII. Regula: Si legatarius in testamento sibi legatum adscripsit, & substitutum habeat, ad substitutum pertinet. *l.1.in pri.D.de his quæ pro non scriptis, &c.* Hæc de prima huius capitis quæstione, ad quos scilicet legatum inutile & amissum pertineat, dicta sint. Plura huius loci vide *infr.de iure adcrescendi.* Plane videtur eorũ quæ hactenus proposita sunt, exceptio generalis esse talis: Nisi non in testamento legatum sit, sed ab intestato relictum, vel mortis causa donatum. Quæ tamen reprobatur *l. vnica. §. hæc autem omnia. C. de caduc. tollen.* Nunc ad secundam quæstionem transeundum.

II. QVID QVANTVMQVE amisso legato ad alium deuoluatur?

Huius loci regula prima est, Quod is qui legatum ex supradictis causis amissum restituere cogitur, etiam ad fructus restituendos teneatur. Quæ regula approbatur exemplis, quorum primũ proponitur *l.cum filius. 78.§. qui Mutianam.ff. de leg.2.* Secundum habetur *l.hæredem. 17.ff. de his quæ vt indignis, &c. Concordat l.1.in pr.C.eod tt.* Huius exempli exceptio est: Nisi ignorantia facti defuncti vindictã omisit. Quæ approbatur cum distinctione *d.l.17.* Tertium exemplum proponitur *l.cum qui 18.in princ.ff.eod.tt.* Quartum *l. quidam.17 ff.de vsufru.legato.* Quintum *l. vxori 27.ff. eod.tt.* Secunda regula est, Quod etiam vsuræ rerum distractarum, vel pecuniæ acceptæ sint restituendæ. *l.1.C.de his quib.vt indignis, &c.l.cum quidam.17.§. in tacito.ff. de vsuris. item l.eum qui.18.in pr. ff de his quæ vt indignis, &c.* Huius regulæ exceptio est; Nisi fructus non vendiderit, tunc enim nec vsuræ fructuum debentur. *d.l.18.in prin.* Plane regula proposita in vsuris fructuum mutatur ac tollitur *d.l.18.in prin.* Tertia regula: Si seruus legatus sit, id q; legatum amittatur quid & quantũ deuoluatur, definitur *l.si tibi homo.83.§.cum seruus. ff.de legat.1.* Quarta regula: Si ad plures legatum deuoluatur, quantum cuique debeatur, constituitur *l.vnica.§.sed vt manifestetur.§. in omnibus & §. in his itaque.C.de caduc.tollend.*

III. EFFECTVS AMISSIONIS & deuolutionis legatorum.

Huius loci regula prima est, Quod is ad quem legatum deficiens peruenit, etiam onus isti legato annexum sustinere cogatur. *de qua re dictum supr.cap.9.causa 42.exc.1.* Secunda regula. Quod is cui hæreditas ablata est, æs alienum soluere non teneatur. *l. eum qui.18.§. bonis. D. de his quæ vt indignis, &c.* Tertia regula, Quod ei cui hæreditas vel legatum, actiones confusę sint restituendæ. *l.legatarius.38.§.fin.D. de leg.1.* Huius regulæ exceptio est: Nisi tanquam indigno hæreditas sit ablata, tunc enim actiones confusæ non sunt restituendæ. *de quo vide infr.lib.24.cap. 16.reg.2.except.3.repl.1.*

***

FINIS LIBRI DVODECIMI.

DE

DE ACTIONIBVS, QVÆ PRO LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS PERSEQVENDIS COMPETVNT: ITEM DE L. FALCIDIA, & Senatusconsulto Trebelliano.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

DE ACTIONE LEGATORVM.

CAP. I.

HActenus de amissione legatorum sit dictum, nunc de legatorum actione, eiusque adfinib. remediis st dicendum. Est autem legatorum actio ex quasi contractu. *Quod approbatur Instit. de obligat. quæ quasi ex contractu, &c. §. hæres quoque. Concordat iisdem prope verbis l. ex maleficio. 4 §. hæres quoque. ff. de actionib. & obligationibus.* Datur igitur actio hæc, (*l. CAVSA.*) si alicui quid in testamẽto legatum sit, vel per fideicõmissum relictum, cuius causæ plurimæ sunt exceptiones in superioribus capitibus propositæ. Nam quæ *supr.* exceptiones aduersus legata, item causæ amittendi legati propositæ sunt, & hic aduersus causam propositæ actionis exceptionum loco repeti possunt. Sed & huc pertinent, quæ dicentur *infr. c. 8. de cautionibus ab actore præstandis.*

II. VBI, ET APVD QVEM COMPETAT actio legatorum & fideicommissorum?

Huius loci regula prima est, Quod ibi actio legati vel fideicommissi cõpetat, vbi maior pars hæreditatis est. *l. si fideicommissum. 50. in princ. ff. de iudiciis. l. vnica. C. vbi fideicomm. peti oportet. M. I. R. d. cap. 9. reg. 49.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi testator alibi præstari voluit. *d. l. vnica.* Secunda; Nisi ex qualitate rei relictæ vel personæ coniectura capi possit, testatorem alibi præstari luisse, approbatur duobus exemplis *l. sed & si 52. §. 1. & 2. ff. de iudiciis. Concordat l. cum res 47. in pr. ibi, sed si res. ff. de leg. 1.* Tertia: Nisi ibi, vbi petitur, maior sit pars hæreditatis, tunc enim præscriptio proposita, quasi alibi etiam sit hæreditas, regulariter non obstat. Verum exceptio hæc recipit replicationem hanc; Nisi ibi, vbi petitur, etiam plus sit æris alieni. Quæ replicatio locum quidem habet, si patrimonium eius loci vbi petitur, specialiter isti æri alieno soluendo destinatum est, alioquin non habet locum. *Quod approbatur l. si fideicõmissum. 50. §. tractatum. ff. de iudiciis.* Quarta exceptio est; Nisi res per fideicommissum relicta ibi sit, vbi petitur. *l. sed & si 52. §. si ea res. & l. quod legatur. 38. ff. eod. tt.* Quinta: Nisi nõ fideicommissum, sed satisdatio fideicommissi nomine petatur. *d. l. 52. §. fin.* Sexta; Nisi reus conuentus aliis defensionibus vsus hanc omisit. *d. l. 52. in princ. ff. de iudiciis.* Septima; Nisi fideicõmissum alibi soluere cœperit reus. *l. si fideicõmissum. 50. §. fin. ff. eod. tt.* Secunda propositi loci regula est, Quod etiam actor domicilium rei conuenti sequi debeat. *d. l. 50. §. sed & rescriptum.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi hæres alibi soluere cœperit. *d. l. 50. §. fin. cum l. sequente.* Secunda; Nisi reus cõuentus aliis defensionibus vsus hanc omisit. *l. sed & si 52. in princ. ff. eod. tt.*

III. QVIBVS COMPETAT legati vel fideicommissi actio?

Huius loci prima regula est de hæredibus legatarij, quibus legati actio competit. *Quæ approbatur l. si post. 5. in prin. ff. quando dies leg. cedit. Concordat l. si Pontiouilla. 3. C. quando dies legati cedit. M. I. R. d. cap. 9. reg. 39.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi legatarius ante diem legati cedentem decesserit, tunc enim legatum ad hæredem non transfert. Quæ exceptio patet ex iam propositis, deque ea cum suis replicationibus vide *supr. lib. prox. cap. 8. causa 10. M. I. R. d. reg. 39. exc. 1.* Secunda exceptio; Nisi legatarius ante diem legati venientem sit mortuus, reprobatur *per ea quæ dicuntur infr. cap. 7. in princ.* Tertia; Nisi vsusfructus, vel vsus, aliudve ius personale sit legatum. *de hac except. dictum supr. lib. 7. de vsufructu.* Eiusque exemplum proponitur *l. cum seruus. 39. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. l. libert. 21. §. fin. ff. de annuis legat. item l. patrimonij. 22. ff. de vsufruct. legato.* Quarta exceptio est; Nisi tessera, militia, vel tribus legata sit, reprobatur *l. mortuo boue. 50. § si Titio. ff. de legat. 2. M. I. R. d. reg. 39. exc. 3.* Reprobatur insuper exceptio proposita in tribu legata, *l. patronus. 34. in princ. ff. de legat. 3.* Quinta exceptio est; Nisi annuum sit legatum, tunc enim mortuo legatario reliquorum annorum legatum non debetur. *l. si in singulos. 4. l. in singulos. 8. & l. Caius. 12. ff. de annuis legatis. l. legatum. 10. ff. de capite minutis. M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 65. exc. 1.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi eius anni in quo decessit legatarius. Istius enim anni legatum morte legatarij non extinguitur. *l. in singulos. 8. in fin. & l. à vobis. 5. ff. de annuis legatis.* Secunda; Nisi exonerandi hæredis causa in plures pensiones legatum sit diuisum. *l. si cum 20. ff. quando dies legat. ced. de qua re vide sup. lib. prox. c. 1. q. 5. reg. 3.* Tertia; Nisi testator etiam hæredib. legatarij præstari voluit. *l. in annalib. 22. C. de legatis.* Hæc de quinta exceptione eiusque replicationibus. Sexta exceptio; Nisi hæres eo tempore, quo datum est legatum, nondum fuerit natus, reprobatur *l. si in personam. 21. C. de fideicommissis.* Septima; Nisi defuncto in legato vel directo vel per fideicommissum sit substitutum. Hæc exceptio sine cuiusquam cõtradictione est iusta,

iusta, hæredique legatarij sine dubio fideicommissarius eiusque hæres præferendus, cuius exemplum proponitur *l. 2. C. quãdo dies legat. cedit. & l. Titia. 89. §. Seia. ff. de lega. 2.* Plane quot sunt exceptiones aduersus legata eorumque actionem supra propositæ, tot etiam aduersus propositam exceptionem competunt replicationes. Octaua exceptio: Nisi cũ vni certa pecunia relicta esset, vt inde alimenta libertis præstaret, is plurib. hæredibus relictus decesserit, reprobatur *l. cum vnus. 10. in prin. ff. de alimentis legatis.* Nonæ exceptionis loco notandum, quod quibuscunque exceptionibus defunctis legatarius remoueri potuit, easdem etiam hæredi eius obstare. *l. si post. 5. §. iisdem. ff. quando dies legat. cedat.* Hæc de prima regula, eiusque exceptionibus sint dicta.

II. Regula: Si filiofamilias legatum est, patri competit actio, item si seruo sit legatum, domino regulariter actio competit. *d. l. 5. §. fin. M. I. R. d. c. 9. reg. 29.* Sane idem dicendum, si die legati cedente sui iuris existens, postea alterius iuris esse cœperit. *l. si vsusfructus. 14. §. fin. ff. quando dies legat. ced. De qua re vide infr. exc. 3. Concordat l. si vxorem. 5. C. de condit. insertis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi filius emancipatus, vel seruus manumissus fuerit, tunc enim ipsi, non patri vel domino competit actio. *l. filiusfamilias. 111. §. si fideicommiss. ff. de leg. 1. l. quæsitum. 88. §. duobus. & §. si quis Stichum. ff. eod. tt. l. si vsusfructus. 14. §. fin. & l. cum legato. 17. ff. quando dies legat. ced. l. qui filio. 38. §. si quis seruum. ibi, igitur cum seruus. ff. de hæred instit. l. si vxorem. 5. in fin. C. de condit. insertis. item l. si seruus. 27. §. fin. ff. de alimen. legatis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi sub conditione, si in patris vel domini potestate mansisset, filio vel seruo sit legatum. *l. filiofamilias. 41. ff. de condit. & demonstr.* Altera: Nisi cibaria seruis sint relicta, hoc enim casu, quãuis vnus ex iis sit manumissus, legatum tamen petere non potest. *d. l. 41.* Tertia: Nisi post diem legati cedentem liber sit factus. *l. si post. 5. §. fin. ff. quando dies legat. cedat.* Dies autem legati cedere dicitur à morte testatoris, *l. si post. 5. in prin. ff. eod. tt.* nisi vsusfructus legatus sit, tunc enim ab adita hæreditate dies cedit. *l. 2. ff. eod. tt.* Idem est, etsi sub cõditione sit legatum, quæ mortuo testatore adhuc pendet. *l. si vsusfructus. 14. §. fin. ff. quando dies legat. cedat. item l. quæ legata. 18. in princ ff. de regulis iuris.* Sed etsi in annos singulos sit legatum, cum plura sint legata, *vt supr. lib. prox. cap. 1. quæst. 5. reg. 3. est ostensum*, in singulis quoque annis dies legati cedit, & per cõsequens, etiamsi filius vel seruus post primum legati annum sui iuris sit effectus, reliquorum tamen annorum legatum sibi, non patri vel domino debetur. *l. nec semel. 12. in princ. ff. quando dies legat. cedat.* Sed & propositæ replicationis duplicatio est: Nisi dominus legatum repudiauerit, tunc enim seruo, quamuis post diem legati cedentem manumisso, competit actio. *l. si Pamphilo. 10. ff. de opt. legata.* Quarta replicatio est; Nisi pater cauere paratus sit, neminem amplius petiturum, reprobatur *l. 2. ff. vt legat. seruan. causa caueat.* Hæc de prima exceptione, eiusque replicationibus. Secunda exceptio est; Nisi filius emancipari, vel seruus manumitti, in testamento iussus sit. Hæc exceptio in filio quidem approbatur *l. quamuis. 15. C. de fideicommissis. l. duos. 68. ff. de condit. & demonstr. l. pater. 91. & l. si cui. 90. §. cui rei. ff. eod. tt.* In seruo autem reprobatur *l. Lucius. 78. §. tres hæredes. ff. ad senatusconsultum Trebellianum.* Tertia exceptio est; Nisi die legati cedente legatarius in actoris potestate non fuit. Hæc exceptio ipso iure subsistit, vt is in cuius potestate legatarius die legati cedente deprehenditur, legati actionem habeat, non is in cuius potestate antea fuit, vel in cuius potestatẽ postea peruenit. Veruntamen recipit replicationem hanc: Nisi die legati cedente liber existens, postea alterius iuris esse cœperit. *l. si vsusfructus. 14. §. fin. ff. quando dies legati cedat.* Quarta exceptio est: Nisi filio à patre hærede sit legatum. *l. fideicommissa. 11. §. si filio. Digest. de legat. 3.* Quinta; Nisi ita legatum sit, vt filio soluatur. *l. si vsusfruct. 14. §. si ita quis. ff. quando dies legati cedit.* Sexta: Nisi filio vel seruo sub conditione hac, Si sui iuris factus sit, legatum sit relictum. *d. l. 11. §. si cui ita. Concordat l. duos. 68. ff. de condit. & demonstrat.* Propositæ exceptionis replicatio videtur esse talis: Nisi filius vel seruus, cui sub conditione libertatis fideicommissum relictum est, postea eidem à quo relictum est, sine dicta conditione sit substitutus, & ex ista substitutione pater dominusve hæres existat, hoc enim casu videtur fideicommissum extinctum. Sed reprobatur *l. Latinus 85. ff. de legat. 2.* Septima exceptio est: Nisi post mortem patris filio sit legatum. *l. si post. 67. in prin. ff. de legat. 1. & l. denique. 3. §. si quid minori. ff. de minorib. 25. annis.* Octaua; Nisi id quod personæ cohæret, filio sit relictum. *d. §. si quod minori, in fine.*

III. Regula, De eo cuius interest. Ei quoq; cuius interest legatum præstari, competit actio, quamuis ei legatum non sit. *l. fideicommissa. 11. §. interdum. & §. plerunque. ff. de legat. 3. l. si cui. 49. §. si Titio, cum sequentibus. ff. de legat. 1. l. liberationem. 3. §. fin. cum l. sequente. ff. de liberat. legat. l. nomen. 33. §. fin. ff. de legat. 3. l. seruo legato. 68. §. si testator. ff. de legat. 1. l. non solum. 7. §. sed & si duobus hæredibus institutus. ff. de liberat. legat.* Plane quod in d. §. si testator, de genero & filia dicitur, illi partim concordat, partim contradicit *l. Titio centum. 69. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr.* Propositæ regulæ, præter in legib. allegatis proposita exempla, aliud exemplum est; Si, cum duo eiusdem pecuniæ debitores essent, vni liberatio sit legata, tunc enim alteri quoq; competit actio. *l. liberationem. 3. §. nunc de effectu. ff. de liberat. leg.* vbi ait Iurisconsultus: Si & eius contemplatione liberatio relicta sit. Ergo si eius contemplatione liberatio relicta non sit, non est ei danda actio vel liberatio. Quod exceptionis loco in exemplo proposito notandum. *Cui concordat d. l. 3. §. nunc de effectu. ibi, sed & si cum.* Aliud exemplum est: Si res aliena alicui sit legata, tunc enim domino quoq;, vt ea res redimatur, competit actio. *l. sed alienare. 32. §. si forte. ff. de fideic. liber. Concordat l. alieno. 31. §. §. fin. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De legato deficiente in personam eius cui legatum est. Ad quos pertineat, seu quibus eius legati actio seu portio competat, dictum est *lib. prox. cap. vlt. quæst. 1.*

V. Regula, De legato familiæ relicto, vel ita ne alienetur, aut ne de familia exeat. Quibus hoc legatum competat, dicetur *inf. lib. proxim. cap. 11. quæst. 2.*

VI. Re-

VI. Regula: Si pluribus sit legatum relictum, omnibus legati actio competit. Quæ regula vt per se vera est, *M.I.R.lib.4.cap.9.reg.43.* ita suas habet exceptiones, quarum prima est: Nisi ita sit legatum, Titio aut Seio do lego. Quæ exceptio iure quidem antiquo approbatur *l.cum pater.79.§.penult.ff.de legat.2.* iure autem nouo reprobatur *l.cum quidam.4.C.de verb.significat. Concordat l.Titius.24.cum duab ll.seqq.ff.de hæred.instit. M.I.R.d.reg.43. except.1.* Plane exceptio proposita admittitur, si Titio aut Seio, vtri hæres voluerit, legatum sit. *de quo cum aliis similibus paulo infra dicetur.* Secunda exceptio est: Nisi alter alteri sit substitutus, tunc enim vni tantum debetur. *l. si legata. 6. C. de legatis. l.si quis.8.§.penult.l.vt hæredibus.51. item l. cum pater.79.§.penult.ff.de leg.2.l.si quis.3.§.1.ibi, sed & cum. ff.de adimendo legat.* Tertia exceptio; Nisi vni ex pluribus, vel Titio aut Seio, vtri hæres volet, sit legatum, tunc enim non vtrique, sed tantum cui hæres volet, debetur legatum, approbatur simul & distinguitur *l.si Titio.16.ff.de lega.2. M.I.R. d.regul. 43.except. 2.* Huius replicatio prima est; Nisi hæres nullum elegerit, tunc enim omnibus competit actio *d.l.16.l.Labeo.21.§.fin.ff. de statuliberis. l. cum quidam. 24. §. idem ait.ff. de legat. 2.l. cum pater. 79. §. hæreditatem, in fin. l.si quis.17.§.fin. item l.si vnum.69.§.rogo fundum. ff. de legat.2. M.I.R. d.e except.2.repl.4.* Cuius duplicatio prima est; Nisi hærede in electione cessante vel mortuo, cæteri decesserint, tunc enim ei soli qui superest, competit actio legati. *dicto §. rogo fundum. vers. & ita demum. Concordat l. cum quidam. 24. §. idem ait, in fin.ff. de legat.2.* Contradicit *d.l.24.§. Scæuola autem.* Secunda duplicatio est; Nisi quidam sint absentes. Quæ certo modo approbatur *l. si tamen. 25. ff.de legat.2.* Tertia; Nisi rogatus inter viuos vni donauerit, reprobatur *l.cum pater. 79. §. si à filia. ff.de legat.2.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione. Secunda replicatio est; Nisi indignum hæres elegerit, reprobatur *l.cum quidam. 24. in princ. ff. de legat.2. M.I.R. d. except. 2. replic. 3.* Tertia; Nisi hæres, antequam eligat, in insulam sit deportatus, reprobatur *l.cum pater.79.§.hæreditatē.ff.de legat. 2.* Plane admittitur, si hæres seruus pœnæ sit effectus, nullo ante concepto filio. *l.ex facto. 17. §. si quis rogatus. ff. ad S. C. Trebellianum.* Quarta replicatio; Nisi cum hæres rogatus esset, ex filiis cui vellet, cum moreretur, restituere, viuus vni donauerit, reprobatur *l. cum pater.79.§. à filia.ff.de legat.2. Concordat l.filiusfamilias.111.§.diui Seuerus ff.de legat.1.* Quinta replicatio proponitur *l.hæredes mei 57.§.fin.ff.ad S.C.Trebellianum.* Sexta replicatio est; Nisi vno electo in testamēto, postea voluntatem mutauerit, tunc enim ei qui primo electus est, actio non datur. *l.si vnum. 69. in princ.ff.de legat.2.* Hæc de tertia propositæ regulæ exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Quarta exceptio est; Nisi cum ita relictum esset liberis, vt quisque promeruisset, quidam ex iis offenderint; tunc enim non omnibus debetur. *l.cum pater.79.§.rogo.ff.de legat.2.* Quinta: Nisi sine copula ET sit legatum, sed ita, Titio cum Seio, reprobatur *l.si inquilinos.109.§.si ita legatum.ff. de legat.1.l.illi cum illo.40.ff.de vsufruct. leg. l.Titiæ.36.§. nihil differt.ff.de legat.1.item l.si quis.7.in fin. ff. de vsufruct.adcresc.* Plane si quis ita leget, Fundum Seianum hæres meus Attio cum Dione Mæuij seruo dato: magis dicendum est, non solum fundum, sed etiam seruum Dionem esse legatum, maxime si nullas iustas causas habuit Dionē legandi. *l.si is qui.14.§.1.ff.de rebus dubiis.* Sed etsi quis legauerit Titio cum Mæuio, sine altero alter ad legatum admittitur, nam & cum dicit Prætor, Ventrem cum liberis in possessione esse iubeo, etsi non sint liberi, venter in possessionem mittetur. *l.si quis legat.118.ff.de legat.1.l.si tibi.10.ff.de legat.3.* Sexta exceptio est: Nisi vnus ex pluribus solidum legatum petat. *De hac re dicetur infra cap. 7.reg.25.* Hæc de sexta regula eiusque exceptionibus sint dicta: Plures eiusmodi exceptiones vide *infr.cap.7 reg.25.*

VII. Regula: Si inter duos vel plures dubitetur cui debeatur, hæres vnum potest eligere, cui soluat, *l.si quis.8.§.si inter.ff.de legat.2.* Plane interdum hoc casu neutri datur actio, sed legatum inutile censetur. *de quo supr.lib.prox.c.6.exc.95.*

VIII. Regula: Si filiis sit relictum, etiam filiab. debetur. *l.si ita.46.in pr.ibi, nam si ita.ff. de legat.2.* Item filiis naturalibus & nondum manumissis debetur. *l.Lucius.90.§.Damæ.ff.de legat.2.*

IX. Regula; Si filiabus relictum sit, filiis non debetur. *d.l.46.in princ.*

X. Regula: Si filiis vel filiabus legatum sit, etiam posthumis videtur legatum. *l.qui filiabus. 17. in princ.ff. de legat.1.& l.nomen.164.in prin.ff. de verb. sign.M.I.R.d.c.9.reg.40.*

XI. Regula: Fratribus relictum etiam sororibus debetur. *l.Lucius.19.§.quæsitum est.ff.de legat.3.*

XII. Regula: Si posteris sit relictū, solis liberis, non aliis debetur *l.quod his.81.§.fin.ff. de legat.3.*

XIII. Regula: Si Titio eiusq; hæredibus legatum sit, etiam hæredis hæredibus debetur. *l.in annalib.22.C.de legatis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vsusfructus ita sit relictus, tunc enim hæredum appellatione nō continentur hæredis hæredes. *de quo vide supr.lib.7.c.27.caus.1.exc.3.*

XIV. Regula: Si cognatis legatum sit, quibus debeatur, definitur *l.si cognatis. 20. in pr. ff. de rebus dubiis. vide insuper infr.lib.prox.c.11.quæst.2.*

XV. Regula: Si cognationi legatum sit, cognatis debetur *d.l.20.§.fin.*

XVI. Regula: Si ciuibus sit legatum, ciuitati debetur. *l.2.ff.de rebus dubiis.M.I.R.d.c.9.reg.31.*

XVII. Regula: Si cum vni incertæ personæ legatum esset, qui quæue illud fecerint, vel circa quem illud contigerit, duo vel tres extiterit circa quos illud contigerit, omnibus debetur legatum, approbatur exemplo *l. qui filiab.17.§.1.ff. de legat.1.* Sed & alio exemplo *l.Titius. 24.cum duabus legib.seqq.ff.de hæred.inst. Concordat l.si quis.78. §. his verbis.ff.de leg.1.* Item aliud propositæ regulæ exemplum videtur esse *l.vlt.ff. ad S. C. Trebellianum.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi testator comparatiuo vel superlatiuo gradu sit vsus, puta, Qui prior Capitoliū ascenderit, tunc enim, si duo simul ascenderint, neutri debetur. *l.si fuerit.11.in prin.ff. de rebus dubiis. de qua re vide supr. lib.prox.c.6 exc.94.* Secunda exceptio est; Nisi alia testatoris sententia probetur. *d.l.17.§.1.*

XVIII. Regula habetur *l. cum quis. 35.§.fin.ff. de legat.3.* Similis etiam regula habetur *l.Scæuola. 243.ff.de verbor.significat.*

XIX. Re-

XIX. Regula: Si vni ex pluribus debeatur, cui hæres volet, vel Titio aut Seio, &c. cui competat actio, vide *supr.eod.cap.reg. 6.*

XX. Regula, De vno ex pluribus legatariis. Etiam vni ex pluribus datur actio sine aliis. Quæ regula videtur recipere exceptionem hanc: Nisi ita sit legatum, Titio cum Mæuio, hoc enim casu non videtur alter sine altero admittendus. Verum exceptio hæc reprobatur *infr. lib.prox.c.1. membr.2.specie 4.*

XXI. Regula, De nudo executore. Nudo executori testamentorum, cui tantum legatum est, vt alij restituat, quique nullum aliud cōmodum ex testamento sentit, non datur legati actio. *l. Lucius.78.§.Mæuia.ff.ad S. C. Trebell.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi in alimenta sit relictum. *l.alio.9.in prin.ff. de aliment.legat.* Secunda exceptio est: Nisi in redemptionē captiuorum sit relictum. *l.nulli 28.§.1.C.de episcopis & clericis.*

XXII. Regula: Si quis Deo vel alicui sanctorum aliquid reliquerit, quibus detur actio, definitur *Nouell.const.131.§. si quis in nomine, vsque ad §. si quis venerabile. Vide item supr.lib.9. cap.10. except. 90.repl.4.* Hactenus de tertio loco actionis legatorum sit dictum, quibus scilicet actio ista cōpetat. Sequitur quartus eius actionis locus, Adversus quos detur?

ADVERSVS QVOS LEGATORUM actio competat?

CAP. II.

HVius loci prima regula est de hæredibus testatoris hæc: Hæredes testatoris actione legatorum tenentur. *l. legatorum.34. in princ. ff. de legat.2.l.si plures.96.ff.de legat.3.l.si quis.4.§.fin.ff.de legat.1.item l.si pluribus.45.in princ.ff.de legat.2.M.I.R. d.cap.9.reg.45.* Plane si pluribus hæredibus existentibus, vnus ex iis pro maiore parte, quam hæreditaria, legatorum petitione conueniatur, defenditur per exceptionem, quod primæ exceptionis loco aduersus regulam propositam est notandum. *d.l.34.M.I.R.d.reg.45.except.1.* Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi cohæredes non sint soluendo. Quæ tamen reprobatur *d.l.34.Concordat l. solent.3.§ fin.ff. de alimentis legatis.M.I.R. d.except.1.repl.4.* Secunda replicatio est: Nisi ab hæredibus nominatim sit legatum relictum, tunc enim singuli non pro hæreditariis, sed pro virilibus partibus tenentur. *l.si hæredes.121.ff.de legat.1. Concordat l.turpia.54.§.fin.ff.d tit.M.I.R.d.except.1.repl.3.* Nominatim autem legatum accipiendum est, quod à quo legatum sit intelligitur, licet nomen pronunciatum non sit. *l.nominatim.88.ff.de legat.3.* Ait Iurisconsultus *in d.l.121.* Propius est, vt viriles partes debeant, hoc est æquales, vt ex sequentibus potest colligi. *Concordat l.siue.17.ff.de duobus reis constit.* Tertia replicatio est: Nisi vnus promiserit testatori se soluturum. *l.Statius 48.in prin.ff.de iure fisci.* Quarta: Nisi indiuiduum quid legatum sit, tunc enim quilibet hæredum tenetur in solidum. *l.si is.79. §. quædam. ff. ad leg.Falcidiam. l. vlt. ff. de seruit. legat. item l.fideicommissa.11.§.penult.ff. de legat.3. M.I.R.d. except.1.repl.7.* Cuius duplicatio est: Nisi pecunia generaliter sit legata. *l.hæredes. 25.§. fin. cum lege sequente.ff.familiæ erciscundæ.* Quinta; Nisi alimenta pluribus relicta sint, tunc enim vel vnus hæredum eligendus est, à quo præstentur, vel distributio facienda pro rata, approbatur certo modo *l.solent.3.ff.de alimentis legatis.de quo infr.lib.prox. cap.5.quæst.5.* Sexta: Nisi pluribus hæredibus scripris, ita legauerit, Hæres meus dato, reprobatur *l.si plures.96.ff.de legat.3.l.si quis.4.§. fin.ff. de legat.1. item l.si pluribus 45.in princ.ff.de leg.2.M.I.R.d.except. 1.repl.1.* Septima: Nisi vnius hæredis res sit legata, hic enim videtur in solidum teneri, reprobatur *l.si tibi.83.§ penult.ff.de legat.1.* Octaua: Nisi vnus hæredum ob delictum suum conueniatur; puta quod seruum legatum occidit, tunc enim in solidum tenetur. *l.si hæredis. 48.§. fin. ff. de legat. 1.* Nona: Nisi ab vno nominatim sit legatum, hic enim in solidum tenebitur, cæteri non tenebuntur. *l.si plures.96.in fine.ff.de legat.3. M.I.R.d.except. 1.repl.5.& & lib.5.cap.1.reg.27.except.5.repl.7. dist.1.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi quis putans bona sua ad vnum peruentura, eum rogauerit, tunc enim, si postea ad alios quoque bona iure hæreditario perueniant, pro parte tantum hæreditaria rogatus tenebitur. *l. cum pater. 79. §. cum existimaret. ff. de leg.2. l. nonnunquam. 14.§.fin. ff. de legat. præstandis, contra tabul. bonor. possess. petita. item l.epistolam.75.in princ. C. ad S. C. Trebellianum.* Ex qua notandum & hoc, quod quamuis rogatus propter cohærede pro dimidia tantum parte teneatur, tamen pro reliqua dimidia parte interciderc legatum, nec ab hærede præstandum. *Cui concordat l.is qui.19.D. de iure codicill. item l.si quis.78.§.si libertus.D de legat .1. M.I.R. d. distinct.1.dupl.2.* Ait Iurisconsultus *in d.l.19.* Eorum tamen quæ pro parte præstari non possunt, nihil omnino præstandum. In hisce verbis continetur elegans amittendi legati causa, præter eas quæ propositæ sunt supra. Si enim, cum quis vnum putans sibi hæredem fore, eum rogauerit ad id quod diuisionem non recipit præstandum, duo postea extiterint hæredes, intercidit omnino legatum. Cuius tamen causæ exceptio est: Nisi libertas sit relicta, hæc enim nihilominus debetur. *l.cum pater.79.§.cum existimaret, in fin.D.de legatis. 2.l.qui grauat.11.cum ll. sequentib. D.de iure codicillorum.l.a reno.31.§.D.de fideicomm. libert.* Propositæ duplicationi contradicit *l. post emancipationem.38.in princ.D.de legat.3.* Hęc de prima propositæ replicationis duplicatione sint dicta. Secunda duplicatio est: Nisi rogati portio non sufficiat ad id, quod rogatus est, præstandum. *l.Titius.40.D.de legatis.3.* Tertia: Nisi postea codicilli ad omnes hæredes sint scripti, reprobatur *l.legatorum.34.§.qui plures.D.de legatis.2.* Quarta: Nisi is ad quem codicilli scripti sunt, rem non possideat, sed alius, approbari videtur *l.cum quis. 35.§.Seiam.D. de legat.3.* quamuis videantur repugnare *ea quæ dicta sunt paulo supr. replic.7.* Quinta duplicatio est: Nisi rem hæreditariam testator ab vno hæredum legauit, hoc enim casu non nisi partem, quam in re legata grauatus habet, præstare tenetur. *l. si quis.78.§. si libertus. D. de legatis.1. M.I.R. d. duplic. 2.* Hæc de nona replicatione cum suis duplicationibus. Decima replicatio est: Nisi cohæres hæreditatem non adierit, tunc enim alter hæres in solidum tenetur. *l. si duobus. 16.§.1.D.de legat.1.l.ciuitatib.119.l.Lucius.C.d.tt.l.si*

Titio,

Titio.63.ff.de legat.2. De qua re vide plura *supr.lib. prox.cap.6.causa 42.exc.3.exemplo.1.* Vndecima replicatio est: Nisi ita legatum sit, Titius hæres meus, aut Mæuius hæres meus Sempronio decem dato, tunc enim quilibet tenetur in solidũ. *l.si ex toto.8.§.1.ff.de leg.1. Concordat l.ille.25.in pr. ff.de leg.1.3. M.I.R.lib.4.c.9.reg.45.except.1.replic 6.* Duodecimo: Nisi cum ab omnibus legatum esset, postea vnus ab onere legati præstandi à testatore sit exemptus. *l.ab omnib.10 in prin.ff.de legat.1.* Decima tertia: Nisi cum ab omnibus hæredibus legatum esset, postea vnus præcipere atq; præstare iussus sit, hic enim in solidum tenetur. *l.si à plurib.104.in prin.ff.de legat.1. Concordat l.Titia. 35.§.penult.ff.de legat.2.* Decima quarta: Nisi vno in testamẽto, altero in codicillis hærede à milite instituto, legata in testamento, non in codicillis sint relicta, reprobatur *l.militis 36.in pr.ff.de militari testamento.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, hæredibus testatoris competente, eiusq; replicationibus sint dicta. Secunda exceptio: Nisi cum ita legatum esset, Quisquis mihi hæres erit, Selo centum dato, is hæres extiterit, qui tempore facti testamenti vel legati nondum fuit natus, vel statim mortuo testatore hæres esse nõ potuit, reprobatur *l.si ita 9.ff.de leg.3.* Plura de hac exceptione vide *supr. lib.prox.ca.9. caus.42. exc.1.repl.6.dupl.1.* Tertia: Nisi alius, non hæres à testatore rogatus sit, tunc enim aduersus rogatum, non aduersus hæredem defuncti cõpetit actio. *Quæ exceptio ipso iure subsistit, vt ex præcedentib. constat, de que ea re dicetur infr.reg.prox.* Quarta: Nisi res legata penes alium sit; approbatur *l.liber.21. §.largius.ibi, ex ea enim numer.ff.de annuis legat.* Sed reprobatur in casu *l.Firmio.26.§.1.ff.quando dies leg. ced.* plane si dimidia pars hæreditatis, quam hæreditatem hæres cum extraneo possidet; alicui per fideicommissum relicta esset, potest fideicõmissarius istam partem dimidiam non ab hærede, sed ab extraneo per in rem actionem petere. *de qua re dictum supr.lib.7.c.5.quæst.2.reg.2.* Cuius exemplum proponitur *l.cum quis.35.§.Seiam.ff.de legat.3.* Quinta exceptio; Nisi hæres hæreditatem vendiderit, reprobatur *l.2.C.de legatis.*

II. Regula: De legatario vel alio rogato. Aduersus hunc quoque legati seu fideicommissi actio competit. Quæ regula sine cuiusquam indignatione iusta est, verum eius exceptio prima est; Nisi legatario legatum sit ademptum, vel ex alia causa non adquirat, & ob id res legata apud hæredem remaneat, tunc enim actio nõ aduersus legatarium; cuius fideicõmissum est, sed aduersus hæredem testatoris datur. *de qua re vide supra lib.prox.c.9.caus.42 exc.1.exemplo 3.* Secunda exceptio est; Nisi testator demonstrare potius voluit, vnde pecunia legata sumenda sit, quam onerare personam. *l.Paula.27.§.fin.ff.de legat.3.* Tertia; Nisi id quod sibi debetur, alij legatum sit, tũc enim aduersus hæredẽ actio datur ad actiones præstandas. *Quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur infr.lib.prox.cap.8.in pr. Concordat l.si seruus. 105.§.qui margarita.ff.de leg.1.* Quarta; Nisi ita quis sit rogatus, vt accepta certa quantitate fideicõmissum alij præstet. *d.§. qui margarita. M.I.R.d.cap. 9 reg.46.* Quinta; Nisi non rogatus sit legatarius, sed post mortem alij legatum, reprobatur *l.codicillis.34.in princip.ff.de vsufructu legato.* Sexta: Nisi conditio tantum in legatarij personam sit collata, hæres autem nominatim rogatus. *l.si quis.3.§. si quis ita.ff.de adimend.legat.*

III. Regula, De hærede rogati, seu eius à quo legatum est. Hæres quoque eius à quo legatum est, legati actione tenetur. *l.cum ita.33.§.quod à legato.ff.de legat.2.l.sed & si 6.ff.de legat.3.l.si quis.36.ff. de cond. & demonstr. l. Plinius.35.§.fin. eod. tt. item l. quamuis.40.§.1.ff.ad S.C.Trebell.* Propositæ regulæ exceptiones vide *infr.lib.prox.c.3.quæst 6.*

IV. Regula, De eo ad quem portio legati peruenit, cum ad rogatum nihil peruenerit. *De hoc vide supr lib.prox.c.6.caus.42.exc.1.*

V. Regula, De fisco ad quem bona rogati peruenerunt. Et is legatariis tenetur. *l.Statius.48.§. fin.ff de iure fisci* Hæc regula non solum locum habet, si bona rogati ad fiscum peruenerint, sed & si portio eius, vel legatum ei relictum, vel ipsius defuncti hæreditas. *de quo dictum supr. lib. prox. c.9. caus.42 exc.1.exemplo 6.& repl.9.*

VI. Regula, De possessore rei legatæ, à quo res legata vindicari potest. *De qua re vide infr.cap. 10.reg.2.*

VII. Regula; Si is à quo legatum relictum est, hæreditatem vel legatum accepta pecunia vel in fraudem legatorum repudiauit, etiam aduersus eum ad quem peruenit, datur actio vtilis. *de quo vide supr.lib.prox.c.9.caus.42.exc.3.& 4.*

VIII. Regula: Si inter duos de hæreditate ex testamento sit controuersia, aduersus vtrunque datur actio legatorum. *l. hæc autem.4.§.si duo.ff.si cui plus quam per leg.Falcid.&c.*

IX. Regula; Si à filio vel seruo hærede legatũ relictum sit, aduersus patrem vel dominum cõpetit actio, quæ regula ipso quidem iure subsistit, *de quo infr.de actionib.est dictum. Approbatur etiam l.quamuis.40.§.1.ibi, vel pater.ff.ad S.C.Trebellianum* Eius autem exceptio prima est: Nisi filius emancipatus, vel seruus manumissus per se adierit hæreditatem, tunc enim aduersus ipsum filium vel seruum competit. *l. à patre. 4.ff.de legat.3.* Secunda; Nisi dominus seruum alienauerit, isque noui domini iussu adierit, tunc enim aduersus emptorem competit actio. *de quo infr. de Actionib. est dictum.* Eius autem replicatio est; Nisi cum dominus rogatus esset hæreditatem restituere, seruum certo precio vendiderit, tunc enim prior dominus venditor, non emptor tenetur, approbatur cum conditione *l.plane.91.§.1.ff.de legat.1.*

X. Regula, De curatore hæredis furiosi. Aduersus hunc quoque actio competit. *l.Liuius.49. §.fin.ff.de legat.2.*

XI. Regula: De altero legatario, cui res est restituta, vide *l.1.§.si decem. in fin.ff. vt leg. seruan. causa cau. de qua re vide etiam supr. lib.prox.cap. 16. caus.54. exemplo 2.exc.3.in fin.* Hæc de quarto legatorum actionis loco, Aduersus quos competat. Nunc quintus eius locus sequitur. Quid, quale & quantum veniat in ea petendum.

QVID VENIAT IN ACTIONE legatorum?

CAP. III.

HVius loci prima regula est, Quod legatarius hac actione agat ad soluendum, id quod est legatum. *de qua re vide infr. lib. prox. cap.11.caus.58.*

II. Regula: Si res aliena legata sit, tenetur hæres ad eam redimendam & præstandam, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt supr.lib.prox.c.5.exc.49.M.I.R.d.c.9.reg.51.*

III. Regula: Si res alij obligata legata sit, hæres ad eam luendam & præstandam tenetur, approbatur simul & distinguitur *l.si res obligat.57.D. de leg.1. Inst.de leg.§. sed et si rem. item l.prædia. 6. C. de fideicomm.ff. M.I.R.d.cap.9.reg.52.* Idem iuris est, si testator prædia legata postea pignori obligauit. *de quo vide supr lib.prox.cap.4.caus.5.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi testator legatarium luere rem obligatam voluerit. *d.l.57. Cui concordat Inst.de legit. §. sed et si rem suam, in fin.* Secunda: Nisi testator ignorauit rem obligatam fuisse. *d.l. 57. item Inst.d.§. sed et si rem suam. M.I.R.d.c.52.exc.1.* Cuius replicatio est: Nisi vel hanc vel aliam rem relicturus fuisset, si obligatam sciuisset. *d.l.57. Concord.at l prædia.6.C.de fideicommiss.* Plane proponitur & adfine remedium actionis ex testamento deluendo pignore *in d.l.57.* actio scilicet personalis, pro qua res fuit obligata, ea enim vt sibi aduersus hæredes cedatur, à creditoribus legatarius per exceptionem, vel officio iudicis consequi potest. Tertia exceptio est: Nisi testatori qui dotem relegauit, res obligata in dotem sit data. *l.antepenult.D.de dote relegata.*

IV. Regula: Si res legata sit amissa, si inuenirí in præsentia non possit, vel seruus legatus fugerit, venit in actionem legati, vt hæres caueat de re quærenda, & seruo persequendo, vel de inuenta restituenda. *de qua re vide supr.lib.prox.ca.10. causa 52.& 56.*

V. Regula: Ante diem vel conditioem legati existentem, legatarius agere potest, vt sibi caueatur, die veniente, vel conditione existente sibi legatum restitutum iri. *l. de qua cautione infr. dicetur peculiari capite.*

VI. Regula: Sed & venit in actione legatorum, vt hæres legatario de euictione caueat. *de qua re dictum supr.lib.prox.c.2.reg 4.*

VII. Regula: Si legatarius, cuius fidei commissum est, suum legatum nondum exegit, ad actionem suam præstandam tenetur. *quæ regula cõstat ex iis quæ dicta sunt supr. lib. prox.c.4. exc.40.repl. 2.* Vtrum autem in solidum, an pro quantitate fideicommissi actionem cedere teneatur, definitur *l.Imperator.72.in princ.D.de legat.2.*

VIII. Regula: Si nomen sit legatum, vel id quod sibi debetur, hæres ad præstandam actionem teneatur. *de qua re infr. dicetur de actione legata.*

IX. Regula, De eo quod rei legatæ accessit. Id quoque in legati actionem venit. *l.sæpe.16.D.de legat.3.l.si ex toto.8.in prin.item l quod in rerum. 24.§. si quis post.D.de legat.1.l.Iuniano.66.§.fin.D. de legat.3.l. fundum.3.in princ.ibi, sed & inedij.D.de instrument. legato.l.si mancipia.19.in princ.D.d.tt.l.si statuam.15.D. de auro legato l.grege legato.21. D. de legatis.1.Inst.de legatis.§.si grex.l.si areæ.40.D.de legatis. 2.l.seruum.44. §.si areæ D.de legatis.1.l.peculium. 67. in princ.D. de legatis.1.M.I.R.d.cap.9.reg.53.* Auro quoque legato vel argento, gemma ei inclusa legatario debetur, quod exemplum cum aliis similibus proponitur *l.cum aurum.20.§.perueniamus.cum l.seq.D.de auro legato.* Simile exemplum habetur *l.si quando.30. ff.d.tt.* De hisce posterioribus exemplis vide *infr. cap.prox.de auro legato; reg.4.* Porro regulæ propositæ exceptio prima est: Nisi testator partem adiectam separatam habuit. *l.cum fundus.10.D.de leg. 2.* Secunda: Nisi fructus sint rei legatæ, hi enim non cedunt accessionis loco. *de quo paulo inferius reg.11.* Tertia; Nisi mãcipia sint legata, tunc enim partus non debentur. *l.vxorem.39.§.sorori.D.de leg. 3.l.Licinius.49.in prin.D.legat.2.l.penult.D.de optione legata l.moram.14. D. de vsufructu & fructib.* Huius replicatio prima est: Nisi post moram facta partus sit editus, *d.l.14.l.partum.10.D.eod.ti.item l.cum seruus.39.§.ipsius quoq;.D.de leg.1.* Secunda: Nisi pater filiæ mancipia, quæ nubenti dedit, per fideicommissum reliquit. Tertia; Nisi maritus vxori mancipia, quæ viuus ei donauit, per fideicommissum reliquit. *quæ duæ replicationes approbantur l. cum pater.79.§.pater filiæ.D.de legat.2.* Quarta; Nisi fundus sit legatus, tunc enim etiam augmenta partium debentur. *l.fundum.3.in princ.D. de instrumento legato.* Quinta replicatio: Nisi hæreditas per fideicommissum sit relicta, tunc enim partus quoque in restitutione veniunt. *l.mulier.22.§.sed enim si quis.ibi, præterea et si.D. ad Senatusconf.Trebell.* Huius duplicatio: Nisi hæreditatem exceptis reditibus restituere sit rogatus hæres, reprobatur *l.deducta.58.§.hæreditatem. D.d.tt.* Contradicit *l. mora.14.in fin.D.de vsuris & fructibus.* Hęc de tertia exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Quarta exceptio est: Nisi non species, sed genus sit legatum, ita: Vestem meam, argentum meum, seruos meos do lego, tunc enim vestis, argentũ, vel serui, qui post testamentum factũ accedunt, non debentur. *l.si ita.8.D.de auro legato. Concordat l.medico.41.in prin.D. eod.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi per verbum futuri temporis sit legatum, veluti, Aurum quod meum erit, &c. *l. scribit.35.§ fin.D.d.tt.de qua re vide supr.lib.prox.ca.7. caus.5.exc.1.repl.1.* Secunda replicatio est; Nisi certum corpus ita sit legatum, Quod meum est. *l. nuper.83.§.& ideo elegans.D.de legatis.3.de quo inf.lib. prox.c.1.quæst.2.specie 3.repl.1.* Tertia; Nisi tempore testamenti testator emendum mandauerit. *l.cum quidam. 4. D. de auro legato.* Hæc de quarta exceptione. Quinta exceptio: Nisi ex causa pignoris accesserit, reprobatur, certo tamen modo, *l. Iuuiano.66 in princ D.de legatis.3.*

X. Regula, De eo quod rei legatæ decessit. Hoc non debetur. *l.quod in rerum.24.§.quod si post. & l.si ex toto.8.in pr.D.de leg.1.l.peculium.67.in pr.D. de legatis.2.item l.fundum.3.in princ.ibi, item de trimenra.D.de instrumento legato.M.I.R d.c.9 reg.54.* Sed & de regula proposita vide *supr. lib. prox. cap.7. causa 5.except.1.item cap.10.caus.51.* Plane si pluribus sit legatum, sed ex disparibus partibus, singulis pro rata decedit. Quod approbatur exemplo *l.si quis testamento.78 §.1 D.de leg.1.*

XI. Regula. De fructibus rei legatæ, vsuris, & omni causa & cõmodo. Fructus rei legatæ, vsuræ, & alia quæ reus ex re legata percepit, regulariter non debentur legatario. *l.si quis.23.D.de leg.1. l.in fideicõmissariam.18.pr.in pr.&§.quoties.D.ad S.C. Trebell, l.cum pater.79.§.filia.D.de leg.2.* Idem etiam iudicandum in partu ancillæ legatæ, *vt supr.reg.9. exc.3.est ostensum.M.I.R.d.cap.9.reg 55.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi post moram factam

fructus sint percepti, mora enim facta, fructus & omnis causa debetur, & vsuræ currunt. *d.l.23. l.is qui 26.ff.de legat.3.l in fideicommissariam.18.in pr. ff.ad S.C.Trebell.l.equis.8. & l.equis 39.ff.de vsuris & fructib.* Idem iuris etiam in vsuris est, & cæteris obuentionib. *l vsuræ.34.ff.d tt.l. cum res.47. in pr.l. quæsitum.88.§.fin.& l.nihil proponi.117.§.fin.ff. de legat.1.l.si quis.86.ff.de legat.2.l.Titia.69.§.vsuras.ff. eod.tt.item l patronus 34.in pr.ff.de legat 3.M.I.R.d reg. 55.exc.1.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi reus ad iudicium prouocauit, tunc enim moram non videtur fecisse, *approbatur per ea quæ habentur infr.in Parte 7.de rei debitæ interitu, except.7. repl.2.* Eius autē replicationis duplicatio prima est: Nisi iniuste ad iudicium prouocauit. *quæ approbatur per ea quæ dicta sunt d.repl.2 in fi.* Eiusq; exemplū proponitur *l.pen.ff.de vsur.& fructib.* Aliud *l.diui Seuerus.88.§.fin.ff.ad leg.Falcidiā. Concordat l.2. C.de vsur.vel fructib.leg* Secunda duplicatio est: Nisi cum reus legē Falcidiam obiiceret, legatarius partem legatorum accipere paratus sit, quā reus præstare noluit. *l. qui solidum.80. in princ.ff. de legat 2.* Secunda replicatio est: Nisi lis non fuerit contestata, tunc enim mora facta non videtur. *l.legat.4.C.de vsur.vel fruct.leg.at.l.C. d.tt. item l. quæsitum.88.§.fin.ff.de legat.1.* Plane proposita replicatio in alimentorum legato non admitittur, *de quo vide infr.lib.prox.cap.5.quæst.4.reg.4.* Tertia replicatio: Nisi maior pars anni ante diem legati cedentem excessit, reprobatur *l. Herennius.42.ff. de vsuris & fructibus.* Quarta: Nisi post sententiam dato legitimo restituendi tempore fructus sint percepti, reprobatur *l.in fideicommissi.3.in princ.ff. d.tt.* Quinta: Nisi hæres fructus non percepit, reprobatur *l cum seruus.39.§.fructus.ff. de leg.1.* Sexta: Nisi vasa sint legata, vel simile quid, tunc enim vsuræ non debentur, approbatur simul & distinguitur *d.l.3.§.fin.ff. de vsuris & fruct.* Septima: Nisi postea dederit hæres, tunc enim insequentis temporis nomine ob fructus non tenetur, quæ replicatio vt regulariter vera est, ita recipit duplicationem hanc: Nisi vsufructu legato, initio anni vti frui prohibuit, tunc enim, quamuis postea vti frui patiatur, tamen totius annui nomine tenetur. *l.2 ff.de annuis legatis.* Octaua replicatio: Nisi respubl. legatum debeat, reprobatur *l. qui solidum.80.§. etiam respubl.ff.de legat.2.* Nona: Nisi non simpliciter restituere fundum, sed vendere certo precio damnatus sit, tunc enim videtur, quod in ipsa venditione possit excipere fructus pendentes, reprobatur *l. qui concubinam.29. §.si fundum.ff.de legat.3.* Decima: Nisi quis accepta certa pecunia hæreditatē restituere sit rogatus, tunc enim, licet in pecunia danda fideicommissarius moram faciat, in vsuras tamen non tenetur. Vndecima: Nisi fideicommissarius non præstet hæredi ea quæ præstare iussus est, tunc enim hæres in mora esse non videtur. *Hæ duæ replicationes approbantur l.facta.63.§.rescripto.ff.ad S.C.Trebell.* Secunda exceptio est: Nisi tempus non hęredis, sed legatarij causā legato sit adiectum. *l.si it.1.44. §.Pegasus.ff.de legat.2.l.libert.21.§.filium, in fin.ff.de annuis legatis.l. in fideicomm.3.§. cum Pollidius.ff. de vsuris & fructib.item l.Lucius.78.§. hæredum.ff. ad S.C. Trebell.* Tertia: Nisi hæres cum incremento fideicommissum præstare iussus sit. *d.§.Pegasus.l.in fideicommissariam.18.in princ. item l.facta.63.§.si hæres ante.ff.ad S.C.Trebel.l.cum vnus.10.§.verbis.ff.de alim. leg M.I.R.d.reg.55.exc.2.* Huius replicatio est: Nisi seruus hæreditarius contēplatione hæredis hæres ab aliquo sit institutus. *d.l.63.§.si hæres ante, in fin.* Quarta exceptio est: Nisi quis rogatus sit post mortem suam, quidquid ex bonis supererit, restituere. *l in fideicommissi 3.§. nonnunquam. ff. de vsuris & fructibus.* Contradicit *l.deducta.58.§.pen.ff.ad S.C.Trebell.M.I.R.d cap.9.reg.70.except.3.* Quinta: Nisi quis rogatus sit, quidquid ex hæreditate ad se peruenerit, restituere, reprobatur, certis tamen conditionibus, *infr. cap.prox.de eo quod ad rogatum peruenit restit.reg.7.* Sexta: Nisi hæres coactus hæreditatem adiit, approbatur simul & distinguitur *l.ita tamen.27.§.1.ff.ad S.C.Trebell.M.I.R.d.reg.55.exc.5.* Septima: Nisi ex parte fideicommissarius, cui hæres coactus totam hæreditatem restituit, de fideicommisso conueniatur, reprobatur *l.ex asse.28.in princ.ff.d tt.* Octaua: Nisi hæres hæreditatem restituere rogatus, vsuras, pensiones & fructus restituta hæreditate nondum exegerit, vel perceperit, approbatur simul & distinguitur *l.postulante.44.§.& in huiusmodi ff. ad S.C.Trebell.de qua re vide infr.cap.vlt.q.4 reg.2. M.I.R.d. reg.55.exc.6.* Nona exceptio est: Nisi hæres hæreditario debitori hæres extitit, & ob id ex causa fideicommissi conueniatur, *l.deducta.38.in prin.ff.d. tt.* Decima: Nisi hæres vsuras à debitoribus hæreditariis exegit, has enim videtur cum ipsa hæreditate restituere debere, sed reprobatur *d.l.58. §.qui post.* Vndecima: Nisi hæres ad restituendam hæreditatis portionem post mortem suam grauatus, solutis legatis, & quarta cum fructib. deducta, non tantum in portione hæreditatis post mortem restituenda relinquatur, quantum in ea mortis testatoris tempore fuit, tunc enim id quod isti portioni deest, ex fructib. est supplendum. *l.ita tamen.27.§.hæres.ff.ad S.C.Trebell.* Similis exceptio proponitur *infr. c.prox. de eo quod ad reg. per reg.7.exc.3.* Duodecima: Nisi hæres vtatur beneficio legis Falcidiæ vel Trebellianicæ, tunc enim fructus in eam computantur. *de qua re vide infr.c.16.quæst.5.reg.1.exc.3.*

XII. Regula, De partu ancillæ legatæ. Hic perinde ac fructus regulariter non debetur. *de quo vide supr.reg.9.exc.3.eod.cap.*

XIII. Regula, De eo quod ad rogatum non peruenit. Ad hoc præstandum regulariter non tenetur. *de qua re vide infr. lib. prox. cap.9. causa 42. item cap.caus.40.*

XIV. Regula, De eo quod ex re legata superest. *de quo vide supr.lib.prox.c.19.caus.51.exc.8.*

XV. Regula, De re ipsa legata, & rei æstimatione. Regulariter quidem ipsa res legata debetur, non æstimatio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi ipsa res præstari non possit. *l.fideicōmissa.11.§.si seruo, in fin.ff.de legat.3.M.I.R.d.ca.9.reg. 57.exc.1.* Sane ipsa res præstari non potest duplici ratione, primum ipso facto, quia in rerum natura amplius non sit, deinde ipso iure, quando iure prohibendi non potest prestari. Nam quod contra ius est, id nec facere nos posse credendum est. *l.filius.15.in fin.ff.de condit. inst.* Huius posterioris generis exemplum est: Si legatarius rei sibi legatæ commercium non habet. *Quod proponitur*

nitur l.sed si res.40.ff.de legat.1. Cuius distinctiones vide *supr.lib.prox. cap.2.exc.19. repl.1. item cap.5. except.47.repl.1. Concordat d.l.11.§.si seruo. l.mortuo boue.60.§.si Titio.ff.de legat.2.* Item posterioris generis exemplum est: Si seruus legatus facto hæredis sit manumissus, tunc enim præstari ex causa legati non potest. Ergo æstimatio eius præstanda. *de quo vide supr.lib. prox. cap.19. caus.53. exempl.3. exc.1.* Aliud exemplum est: Si locus legatus dolo vel culpa hæredis religiosus sit factus. *de quo vide supr. d. caus.53. exemplo 1.* Prioris generis exemplum est: Si re aliena legata, dominus rei eam vendere nolit, tunc enim hæres æstimationem eius debet, *de quo vide supr. lib.prox.c.5.exc.49.dist.1.* Item: Si res legata dolo vel culpa hæredis, aut post moram periti: nam tunc cum nō sit liberatus hæres, æstimationem eius debet. *de quo vide supr.lib.prox.c.10. caus.51. except.1. cum sequentibus.* Huius loci exemplum est *l.quid ergo.53.§.si hæres. ff. de legat.1.* Item prioris generis exemplum est: Si res legata culpa hæredis non compareat. *De quo vide supr.d.cap.10.causa 52.except.2.* Plane propositę exceptionis replicatio est; Nisi ob factum testatoris res legata præstari non possit, puta quia seruum manumisit, hoc enim casu nec æstimatio eius debetur. *l. Iulianus.40.ff. de manumissis test.* Secunda est; Nisi pars bonorum sit legata, tunc enim in arbitrio hæredis est, vtrum rerum partes, an æstimationem præstare velit. *l. non amplus.26.§.cum bonorum.ff.de legat.1. Concordat l.generali.32.§.fin.ff. de vsufr. legato. M.I.R.d reg.57. exc.2.* Tertia; Nisi duobus eadem res in solidum separatim esset legata, tunc enim alteri res, alteri æstimatio debetur. *l.si pluribus.33.§.fin.ff. de legat. 1.de qua re infr.dicetur cap.6.quantum veniat, reg.25.* Idē iuris est, si cum duos reos promittendi eiusdem pecuniæ quis haberet, alterius rei debitum Titio, alterius Mæuio legauit. *l.non quocunq;.79. §.qui Caium.ff.de legat.1.de quo etiam infr.suo loco dicetur.* Quarta exceptio est; Nisi cum quis Stichum aut Pamphilum stipulatus esset. Stichum Sempronio, Mæuio Pamphilum legauit, tunc enim hæres alteri actionem, alteri alterius æstimationem tenetur præstare. *l. quod si quis.75.ff. de leg.1.* Contradicit *l.si Titius.52.in pr.ff.de legat.2.* Quinta; Nisi res legata ex causa emptionis, vel alia simili ad legatarium peruenit, tunc enim hæres rei æstimationem debet. *de qua re vide supr.lib.prox.ca.8. caus.57.exc.1.* Sexta; Nisi res legata, bona fide vendita sit, tunc enim hæres æstimationem dando liberatur. *l.vlt.§.vlt.ff.de legat.2. Concordat l.si fundum.89.in princ.ff.de legat.1 M.I.R.d.reg.55.exc.3.* Septima; Nisi certum auri vel argenti pondus sit legatum, tunc enim hæres præcium dando liberatur. *l.cum certum.10.ff.de auro legat. Concordat l.Titiæ.36.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi certa auri vel argenti species designata sit. *d.l.10.D. de auro leg. ibi, si non species designata sit. Concordat l.1.§.fin.ff.d.tt.* Secunda; Nisi iudex pronunciauit materiam deberi. *d.l.36.* Octaua exceptio est; Nisi alia probabilis sit causa, ob quam hęres æstimationem potius quam rem ipsam præstare velit. Hæc exceptio generalis est, & approbatur, distinguitur & declaratur *l. si dominus.70.§.qui confitetur.D.de leg 1.* Hactenus exceptiones contra regulam propositam enumerasse sufficiat. Istarum autem exceptionum replicatio generalis est: Nisi inutile sit legatum, vel irritum factum, tunc enim nec res, nec æstimatio debetur. *M.I.R.d.reg.57.exc.1.repl.2.* Cuius exemplum est: Si res cuius commercium non est, sit legata, *quod proponitur l.cum seruus.39.§.fin.D.de leg. 1.de quo vide supr.lib.prox.c.5.exc.47.* Item si statuliber legatus conditione existente liber sit factus. *l.seruum.44.§.pen.D.de legat.1. de quo vide supr. prox. c.10.caus.53.exempl.3.* Postremo, quanti æstimatio facienda sit, vide *infr.eod.lib.c.16.quæst.4.*

XVI. Regula, De rei dominio & vsufructu, vtrum debeatur. Regulariter quidem dominiū rei legatæ ad legatarium pertinet, non vsusfructus solum, verum huius regulæ exceptio prima est; Nisi vsusfructus specialiter sit legatus, tunc enim non proprietas, sed vsusfructus rei legatæ debetur. *de quo alibi.* Secunda exceptio est; Nisi fructus vel reditus sit legatus, tunc enim vsusfructus, non proprietas debetur. *l. per seruum.14. §.1.C.de vsu & habit.l.si quis ita.20. D.de vsufructu, & quemadm. item l. cum ita.41.ff.de vsufr.legato.* Idem est, si reditus patrimonij sint legati. *l.patrimonij. 22.ff.de vsufructu legato.* Tertia exceptio est; Nisi ita res alicui sit relicta, vt eam post mortem suam alteri restituat, tunc enim non proprietas, sed vsusfructus debetur. *l. vlt. D. de vsufructu earū rerum quæ vsu consumuntur.* Contradicit *l.species.16. D. de auro legato.* Quarta; Nisi pluribus reb. vni legatis, proprietatem ad aliū reuerti voluerit, hoc enim casu videtur vsusfructus vni legatus. Verum reprobatur *l.filios.39.ff. de vsufructu legato.* Quinta; Nisi ita seruus legatus sit, vt Titio seruiat, tunc enim nō proprietas serui, sed vsusfructus debetur. *l.vxori.24.§.fin.ff.de vsufructu legato.* Sexta: Nisi prædia libertis ita sint legata, Prædia ista libertis dari volo, vt ad ea quæ à viuente me acceperunt, adiiciantur illis cibarij & vestiarij nomine, reprobatur *l.libertis.4.in princ.ff.de alim.legat.*

XVII. Regula, De dominio & nuda proprietate, vtrum debeatur? Regulariter quidem plenum dominium, non nuda proprietas rei legatæ legatario debetur. Huius exceptio prima est: Nisi specialiter nuda proprietas sit legata. Cuius replicatio est; Nisi proprietate matri defuncti legata, postea contra tabulas bonorum possessio petatur, hoc enim casu matri tanquam exceptæ personæ plenum dominium debetur. *l.si extrāneo.46.in prin.ff. de vsufruct. & quemadm.* Secunda exceptio est; Nisi fundus & eiusdem fundi vsusfructus eidem sit legatus, tunc enim videtur vsusfructus legato repudiato, ex altero legato nuda tantū proprietas legatario deberi, sed reprobatur *l.si Titio.10.ff.de vsufr.legato.* Tertia: Nisi alij fundus, alij eiusdem fundi vsusfructus sit legatus, tunc enim fundi legatum nudam continere videtur proprietatem, reprobatur *l.si alij.19.ff. de vsufructu legato. Concordat l.1.§. si decem.ff. vt legat. nom.caueatur. M.I.R.d.cap.9.reg.58.* Ex quo etiam constat, cum cui fundus legatus sit, non nudam proprietatem habiturum, sed cum dimidia parte vsusfructus. Plane etsi duobus vsusfructus legatus sit, tamen dimidia vsusfructus pars, non triens ei cui fundus legatus est debetur, & contra, si duobus fundus sit legatus, & vni vsusfructus; in duas æquales partes vsusfructus diui-

ditur. *quod approbatur l. Sempronius. 26. §. fin. Digest. de vsufr. legat.* Quarta exceptio est: Nisi fundi legati vsusfructus alienus sit, hoc enim casu fundi legatum nudum videtur continere proprietatem. Verum reprobatur *l. Mæuius. 68. §. fundo. D. de legat. 2. l. is cuius. 26. item l. cum filius. 78. §. dominus. D. eod. tt.*

XVIII. Regula, De rebus diuersarum specierum, certæ alicuius speciei rebus legatis. Si res certæ alicuius speciei legatæ sint, res eius speciei debentur, quamuis etiam alterius sint speciei, approbatur exemplo seruorum. *l. seruis vrbanis. 99. §. seruo. D. de legat. 3.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alterius speciei res testator exceperit. *l. Titiæ. 36. in princ. ibi, quod si hoc modo. D. de legat. 1.* Secunda: Nisi alterius speciei res alij sint legatæ, tunc enim res vtriusq; speciei inter duos legatarios communicantur, quæ exceptio itidem approbatur exemplo *d. l. seruis vrbanis. 99. §. fin. D. de legat. 3. Concordat d. l. 36. in princ.* Propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi altera species alterius sit genus, hoc enim casu ei cui genus legatum est, ex legato speciei nihil debetur. *l. seruis vrbanis. 99. §. fin. D. de leg. 3. Concordat l. 1. in princ. D. de auro legato.* Secunda; Nisi in altera specie res plerunque sit versata, approbatur exemplo *l. legatis. 63. §. si vnus. D. de legat. 3.*

QVID VENIAT IN ACTIONE LEgatorum, aliæ regulæ secundum legatorum genera distinctæ.

CAP. IV.

DE SERVIS LEGATIS.

PRima regula: Seruis legatis, etiam ancillæ debentur. *l. qui duos. 60. in fin. D. de legat. 3. l. seruis. 79. in princ. D. d. tt. item l. inter stuprum. 101. §. fin. D. de verb. signific.*

II. Regula: Seruo legato, peculium eius non debetur, nec serui peculiares. *l. si legatus. 24. D. de peculio legato. M. I. R. d. cap. 9. reg. 81.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi nominatim quoq; sit legatum peculium. *d. l. 24.* Secunda; Nisi seruo ordinario vicarius seruus sit legatus. *l. si peculium. 6. §. vicario. D. d. tt. M. I. R. d. reg. 81. except. 1.* Tertia; Nisi fundus cum mancipiis & omni instrumento sit legatus. *l. fundo. 22. §. fin. D. de instrum. legato.*

III. Regula: Quod seruus legatus acquisiuit, ad legatarium pertinet. *l. si tibi. 83. §. cum seruus. & l. cum seruus. 39. § ipsius quoq;. D. de legat. 1.* Huius regulæ exceptio est; Nisi ante diem serui legati cedentem, & ante moram ab hærede in seruo legato præstando factam, seruus adquisierit, tunc enim non legatario, sed heredi domino serui adquiritur. *l. quod seruus. 29. D. de legat. 2. l. quæsitum. 88. §. si mihi. & §. fin. D. de legat. 1.* Cuius replicatio est; Nisi seruo legato vsusfructus legatus sit, tunc enim, quamuis is qui legauit vsumfructũ, mortuus sit, eiusque hæreditas adita, antequam eius qui seruum legauit, hæreditas adeatur, tamen vsusfructus legatũ ad eum cui seruus legatus est, pertinet hac ratione, quod vsusfructus legati seruo hæreditario relicti dies non ante cedat, quam hæreditas cuius seruus est, sit adita. *l. cum ita. 16. §. cum seruo. D. quando dies legati cedat.* Plura de regula proposita, eiusque exceptionibus vide *infr. eod. lib. cap. 7. quæst. 3. item supr. cap. prox. reg.*

IV. Regula: Seruis certi officij vel artificij legatis, ij qui postea ad aliud artificium transeunt, non debentur. *l. legatis. 63. §. si ex officio. D. de legat. 3.* Huius regulæ exceptio est: Nisi non ad aliud artificium, sed officium transierit *d. §. si ex officio. Concordat l. textoribus. 39. D. eod. tt.*

V. Regula: Seruis certi artificij vel officij legatis, si quidã ex iis & eius & alterius artificij vel officij sint, vtri debeantur, vide *supr. c. prox. reg. 18.*

VI. Regula: Seruo vicario legato, quid veniat, definitur *l. si Sticho. 21. D. de peculio legato.*

VII. Regula, De viris legatis, proponitur *l. seruis legatis 79. mulieribus. in fin. D. de legat. 3.*

VIII. Regula, De mulieribus legatis. *d. l. 79. §. mulieribus. Concordat l. argumento. 26. §. mulieri, in fin. D. de auro legato.*

IX. Regula, De ancillis, pueris, & puellis legatis, *d. l. 79. in princ.*

X. Regula: Iuuenibus legatis, quid veniat, definitur *l. non aliter. 67. §. Titius. D. de legat. 3.*

XI. Regula: Pueris septem annorum legatis, vtrum tempus quo legatur, an quo testator moritur, respiciendum sit, definitur *l. vxorem. 39. §. testamento. D. de legat. 3.*

XII. Regula: Filiis legatis, & nepotes continentur. *d. l. 39. §. concubinæ.*

XIII. Regula: Seruis vrbanis legatis, quid veniat, definitur *l. cum quæreretur. 58. §. 1. ff. de leg. 3.* Alia vrbanorum seruorũ definitio proponitur *l. seruis vrbanis. 97. D. d. tt. Concordat principio huius legis l. quemadmodum. 12. in prin. §. de suppellect. leg.*

XIV. Regula; Negociatoribus legatis vel exceptis, qui contineantur, definitur *l. legatis. 63. in princ. ff. de legat. 3.*

XV. Regula; Ornatricibus, & aliis artificibus legatis, qui quæue contineantur, definitur *d. l. 63. §. ornatricibus.*

XVI. Regula; Seruis cum peculio legatis, qui debeantur, definitur *l. si cui. 52. in princ. ff. de legat. 1. M. I. R. d. cap. 9. reg. 80.*

XVII. Regula; Seruo legato, vxor & liberi non debentur. *l. Seiæ. 20. §. idem quæsit. ff. de instrum. legat.* Plane fundo instructo legato, & contubernales seruorum debentur. *de quo infr. eod. cap. in fundo legato, reg. 5. except. 4.*

XVIII. Regula proponitur *l. qui habebat. 29. ff. de rebus dubiis.*

DE ANIMANTIBVS bruti legatis.

I. Regula; Mulis legatis etiam mulæ continentur. *l. qui duos. 90. ff. de legat. 3.*

II. Regula; Ouibus legatis, neque agni, neq; arietes debentur. *l. seruis legatis. 79. §. fin. ff. de legat. 3. Concordat l. legat. 63. §. fin. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est; Nisi non oues, sed ouium grex sit legatus. *d. l. 79. fin.*

III. Regula; Agnis legatis, quid veniat, definitur *l. cum quæreretur. 58. in princ. ff. de leg. 3.* Plane quandiu agnorum loco sint, ex vsũ cuiusque loci sumendum est. *l. legatis. 83. §. fin. ff. eod. tt.*

IV. Regula; Equis legatis quid debeatur, definitur *l. legatis. 73. §. penult. ff. de legat. 3.*

V. Regula; Iumentis vel bobus legatis, quid veniat, definitur *d. l. 63. §. 1. ff. de leg 3.*

VI. Regula; Pecoribus vel pecudib. legatis, quid

quid debeatur, definitur *l. seruis. 79. §. pecudibus. ff. de legat. 3. l. legatis. 63. §. pecorib. ff. eod. tt.* Alia huius loci regula est: Quod pecore legato vel excepto, pastores, ouiliones & ouilia pecus sequantur. *l. fundi. 26. §. fin. ff. de instrum. legato.*

VII. Regula: Auibus legatis, quid debeatur, definitur *l. auibus. 64. D. de leg. 3.*

DE CORPORE, QVOD EX DIstantibus constat capitibus, legato.

I. Regula: Grege legato, & ea quæ postea accedunt, debentur. *de quo vide supr. cap. prox. reg. 9. in princ.* Item ouium grege legato, agni & arietes debentur, *de quo vide supr. eod. cap. de animantib. brutis legatis, reg. 2. in fin.*

II. Regula: Equitio legato, fœtus etiam debentur. *l. equis. 39. in fin. ff. de vsur. & fruct.*

III. Regula: Armento legato, quid veniat, definitur *l. seruis. 79. §. pecudibus. ff. de leg. 3.*

IV. Regula proponitur *l. si chorus. 77. in princ. ff. de legatis. 3.*

DE FVNDO ET PRÆdiis legatis.

I. Regula: Prædiis legatis, hæres cauere debet legatario de instrumentis probationum, tempore necessitatis edendis, non ad ipsa instrumenta restituenda tenetur. *l. instrumenta. 24. C. de fideicom.*

II. Regula: Fundo legato pascua quoque, seu prata, & alia prædia in vsus fundi deputata, & eodem nomine nuncupata, legatario debentur. *l. Seiæ. 20. §. tyrannæ. ff. de instrum. legato. Concordat l. prædiis. 89. ff. de legat. 3. M. I. R. lib. 5. c. 6. reg. 26.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi & alius fundus alternatiue sit legatus, qui demptis pertinentiis isti fundo æstimatione fere par sit, tunc enim pertinentiæ non debentur. *l. 1. ff. de rebus dubiis.* Secunda; Nisi nõ eodem nomine appellauit testator. *l. prædia. 28. §. fin. ff. de instrum. legato.* Tertia; Nisi partes prædij diuersis testator locauit; reprobatur. *l. Caius Seius. 88. §. Titius. ff. de legat. 2.*

III. Regula: Sed & alia de pertinentiis fundi regula habetur *l. cum fundus. 21. ff. de instrum. legato.*

IV. Regula: Fundo legato, instrumenta fundi non debentur. *l. fundo. 14. ff. de suppellect. legata. Concordat l. 2. § fin. ff. de instructo legato.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi specialiter fundus instructus vel cum instrumento sit legatus, tunc enim instrumenta quoque debentur. *d. l. 14. De qua re vide infr. reg. prox.* Secunda: Nisi fundus instructus legatus sit ei, cuius fidei cõmissum est, vt fundum restitueret. *l. fundum. 3. in princ. ff. de instrumento legato.*

V. Regula: Fundo instructo, vel cum instrumento legato, ipsius fundi instrumenta, mancipia & alia quædam debentur, approbatur simul & declaratur *l. 2. C. de verborum significat. l. instrum. 8. l. quæsitum est. 12. §. sed si fundus. l. ville. 16. §. fin. item l. Seiæ. 20. §. fin. ff. de instrum. legato.* Huius regulę exceptio prima est; Nisi tẽporis causa quid in fundo sit, hoc enim non debetur. *d. l. 12. §. Papinianus quoq;. Concordat l. 1. C. de verborum signific.* Exemplũ proponitur *l. Seiæ. 20. §. idem quæsiit, cum testator. ff. de instrum. legat.* Secunda exceptio est; Nisi in aliũ vsum in fundum sint collata, puta custodiæ causa, vel vt venderentur. *l. quæsitum est. 12. §. sed si fundus, in fin. ff. de instrumento legato. Concordat d. l. 1. C. de verborum signifi.* Exemplum proponitur *l. cum quidam. 4. ff. de instrumento legato.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi defunctus ista quoq; dari voluit. *l. prædia. 28. §. adfini, in fin ff. d. tt.* Tertia exceptio est; Nisi serui mercede conducti fundum coluerint, hi enim legato non cedent. *l. Seiæ. 20. §. libert. ff. d. tt. Concordat inf. except. 8.* Quarta; Nisi sint contubernales seruorum, vt vxor & liberi seruorum, reprobatur *l. quæsitum est. 12. §. contubernales. ff. de instrum. legato. De hoc vide infr. quoq; eod. cap. de instrum. fundi legato, reg. 12.* Quinta; Nisi serui sim manumissi. *d. l. 12. §. Celsus. ibi, idem Celsus.* Huius replicatio; Nisi inutiliter sint manumissi, & libertas illis non competat, reprobatur *l. fundum. 3. §. fin. ff. de instrumento legat.* Sexta exceptio est; Nisi tempore quo dies legati cedit, non sint in fundo legato, ea enim non debentur. *l. Lucius. 29. ff. tt. Concordat l. si fundum. 28. ff. quando dies legati cedit.* Huius replicatio prima est; Nisi tempore quo dies legati cedit, seruus in fuga sit, hic enim nihilominus debetur. *l. seruus. 80. ff. de leg. 3. Concordat l. huiusmodi. 81. §. legat. ff. de leg. 1.* Secunda: Nisi seruus alio sit missus, ita vt in fundum reuertatur. *l. quæsitum. 12. §. idem respondit, prædiis. ff. de instrumento leg. l. Seiæ. 20. §. Pamphilæ. ff. d. tt. Concordat iisdem verbis l. quæsitum. 76. in pr. ff. de leg. 3.* Tertia: Nisi seruus testatorem peregre sit secutus. *l. prædia. 28. §. 1. D. de instr. leg.* Septima exceptio est: Nisi vrbicis rationib. potius functus sit seruus, quam rusticis. *d. l. 28. in pr.* Octaua: Nisi coloni finita conductione discesserint, hi enim non debentur. *l. Seiæ. 20. §. prædia. D. de instru. legato. Concordat supr. exc. 3.* Nona: Nisi nõ in fundo, sed adiectis agellis posita sint. Hæc exceptio similis est præcedenti sextæ eiusq; exemplum proponitur *l. prædia. 28. §. fin. D. de instrum. legato.* Decima: Nisi testator aliqua instrumenta & mancipia specialiter nominauit, tunc enim non nominata non debentur. *l. legat. 9. in pr. D. de supellect.* Exemplum proponitur *l. cum de lanionis. 18. §. cui fundum. D. de instru. legato. l. Seiæ. 20. in pr. D. eod. tt.* Propositæ exceptioni contradicit *l. quæsitum. 12. §. penult. D. d. tt.* Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *infr. de instrumento legato.*

VI. Regula: Fundo instructo legato, quæ præter ea quæ supra proposita sunt, debeantur, definitur *d. l. 12. §. si instructum, cum sequentibus.* Propositæ regulæ exceptiones eædem sunt, quæ sunt regulæ superioris.

VII. Regula: Fundo legato ita vti est, perinde est, acsi fundus instructus esset legatus. *l. prædia. 28. §. penult. D. de instrumento legato. l. quæsitum. 76. §. peto. D. de legat. 3. Concordat iisdem verbis l. qui habebat. 99. §. fin. D. d. tt.*

VIII. Regula: Fundo legato, vti optimus maximusque est, liber est præstandus. *l. seruo legato. 68. §. si fundus. D. de legatis. 1.* Item fundo legato, vti optimus maximusque est, instrumenta quoque venationis continentur. *l. fundo. 22. in pr. D. de instrumento legato.* Sed & alia propositi legati regula proponitur *l. Lucius. 91. §. collegio. D. de legat. 3.*

IX. Regula: Prædiis legatis, vti à me possessa sunt, instrumentũ & aliæ quæ ibi fuerunt, debẽtur, reliquis colonorũ exceptis. *l. prædiis. 89. §. ex his verbis. D. de legat. 3.* Vtrum autem hoc legatum

Vti possedi, idem sit, ac si fundus instructus legatus esset, proponitur quidem, sed non satis definitur *l.Sei.20.§.fi.ff.de instrumento legato.* Plura de regula proposita vide *infr. eod. cap. de iis quæ ibi sunt legata, reg.5.exc.8.*

x. Regula: Prædiis legatis sicut comparata sunt, alia prædia simul vno precio comparata nõ debentur, nisi re sitibus vtriusque possessionis confisis, & vno nomine appellatis *l.prædiis.89.§.Titio.ff.de leg.3.*

xi. Regula: Prædiis legatis, & iis quæ eorum prædiorum causa empta parataq; sunt, quid veniat peredum, definitur *l cum quæreretur.58.§. prædiis.ff.de legat.3.* Sed de huiusmodi legato inferius plura dicentur.

xii. Regula: Fundo, excepto ædificio, legato, quid veniat, definitur *l.si quis.78.§. qui fundum. ff.de legat.1.*

xiii. Regula: Fundo exceptis vineis legato, si nullæ sint vineæ, legato nihil decedit. *l.si quis.71.ff.de legat.1.*

xiv. Regula; Fundo vectigali legato, quid veniat, definitur *l.si domus.70.§.fin.ff.de legat.1.* Hactenus de fundo legato. Sane fundo legato cum iis quæ ibi sunt, quid debeatur, vide *infr.eod.cap.*

DE DOMO ET ÆDIBVS legatis.

i. Regula; Ædibus legatis, omne quod supra solum est ædificium debetur, approbatur simul & distinguitur *l.si cui.30.ff.de leg.3.*

ii. Regula: Domo legata, instrumentum eius non debetur, *l.fundo.14.ff.de suppellect.legata.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi instrumentum quoque domus specialiter sit legatum. *d.l. 14.de qua re paulo inferius plura.* Secunda exceptio est: Nisi fundus instructus cum domo legatus sit, tunc enim videtur domus quoque instructa legata. *l.Seia.20.§.Caio.ff.de instrum.legato.*

iii. Regula: Ædibus legatis, ea quoq; debentur, quæ ita illigata sunt ædibus, vt ibi perpetuo essent. *l.dolia.27.in prin.ff.de instrum.legato.*

iv. Regula: Domo legata, balneæ quoq; debentur, aporobatur simul & distinguitur *l.prædiis.89.§.balneas.ff.de leg.3.*

v. Regula: Domo legata, hortus quoq; vicinus domus causa cõparatus debetur. *d.l.89.§.pen.*

vi. Regula: Domo legata, insula quoq; domui adiuncta, simulque comparata debetur. *d.l. 79.§.fin.*

vii. Regula: Ædibus legatis, solum quoq; debetur, item iter & actus ad ædificium. *l.si quis, 78.§.qui fundum.ff.de legat.5.*

viii. Regula: Domus parte legata, in qua morari consueuit, quid debeatur, definitur *l.vxori.32.in princ.ff.de legat.3.*

ix. Regula; Domo instructa, vel cũ instrumẽto legata, quid debeatur, definitur *l. quæsitum est.12.§.idem respondit, domo.ff.de instrumen.legato.* Ex quo colligitur regula hæc, quod domo instructa legata, debeatur omne id quod in domo fuit, quo instructior ibi esset paterfam. vt sunt serui ostiarij, copiarij, diætarij, aquarij domui deseruientes, item mensæ eboreæ, libri, suppellex, vestis, &c. Quod ad suppellectilem attinet, ei concordat *l.si ita 15.§.domo.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi serui aliis rebus ac prædiis deseruiant. *l.Seia.20. §. Caio. in fin ff. de instr. legato.* Cuius replicatio est: Nisi serui domus causa parati sint, tunc enim quamuis & aliis prædiis deseruiant, nihilominus instrumento domus legato continentur. *d.§.idem respondit.ver.sed quod.* Secunda exceptio est: Nisi ad alium quam ad domus vsum pertineat. vt vinum. *l.si ita.15.domo.ff.d. tt.* Sed propositæ exceptioni videntur contraria exempla superius proposita de veste, mercibus, &c. Tertia exceptio est: Nisi non in domo, sed alibi sint reposita. Quæ recipit replicationem hanc: Nisi ad tempus alio sint translata. *l.Seia.20. §.instructis.ff. de instru. legat.* Quartæ exceptionis loco regula sequens notanda. Sed & alia huius loci vide *infr.de instrumento domus legato.*

x. Regula: Domo instructa legata, pecunia & instrumenta debitorum non debentur. *l.si mihi. 90.§.fin.ff.de leg.3. Concordat l.cum de lanionis.18.§. fin.ff.de instrum.legato.*

DE IIS QVÆ IBI SVNT legatis.

i. Regula: Iis quæ ibi sunt legatis, quæ debeãtur, definitur *d.l.18.§.Sabinus.* Ex quo patet, omnia quę in fundo vel alibi sunt regulariter legato cedere. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi sine iussu testatoris vel dolo legatarij in fundum sint congesta. *d.§.Sabinus.l.si vxori.40.§.fin.ff.de auro legato.item l.cum ita 33.in pr.ff.de lega.2.M.I.R.lib.4.c.9. reg.67.* Secunda; Nisi casu ibi sint, & ad tempus. *l. si fundus.42.ff.de legat.3.l.quæsitum.76.§.fin. item l.si ita 84.in fin.ff.eod.tt. l.Seia.20. §. idem quæsit, cum testator.ff.de instrum.legat.l.ex facto.35.§. rer. ff. de hæred. instit.item l.qui saltem.65.ff.de leg.3.* Sed & aliud exemplum in mercibus ibi repositis, proponitur *l. generali.32.§.vxori.ff.de vsufr.leg.M.I.R.d.c.9.reg.101. exc.2.* vbi etiam distinguitur. Tertia exceptio: Nisi deposita sint apud testatorem, vel ei cõmodata. *l. si vxori.40.§. cum ita.ff.de auro legato.* Quarta; Nisi quid extra is quæ ibi sunt, alij sit legatum, hoc enim non debetur. *l.quæsitum est.76.§.1.ff. de leg.3.* Huius exemplum proponitur *l.quæsitum est.12.§. fin ff.de instrum.legato.* Quinta; Nisi iis quæ ibi sunt legatis, quędam testator specialiter enumerauit, tunc enim reliqua quæ ibi sunt, non debentur. *l. cum lanionis.18.§.pen.ff.de instr.legato.* Plura de exceptione proposita vide *supr. eod. cap. de fundo legato. reg 5.exc.10.* Sexta exceptio est; Nisi mortis tempore non sint ibi, ipso quidem iure subsistit, verum recipit replicationẽ hanc: Nisi aliquo casu absit, & ibi esse soleat. *l.si ita 84.in fin.ff.de legatis.3. l.quæsitum.76.§.fin.ff. eod. toto titulo.l.si vxori.40.ibi, quia illa verba.ff.de auro legato.item l.ex facto.35.§.rer. ff de hæredib.instituendis.* Proinde si seruus ex fundo studendi causa alio sit missus, nihilominus debetur. *de quo vide supra eodem cap. de fundo legato, reg.5.except.6.repl.2.* Idem est, si seruus fugerit, *de quo dicta except.8.repl.1.est dictum. Huc etiam pertinet l.quæsitum est.12.§. idem respondit, domo.ff. de instrum. legato.* Septima exceptio: Nisi testamenti facti tempore non fuerint ibi, reprobatur, quia hoc casu etiam ea quæ postea accesserunt, debentur. *l.Iuniano.66.§.fin.ff. de legatis.3. de qua re vide supra cap.proximo, regul.9.* Octaua; Nisi res quæ ibi sunt, sint legatæ, hoc enim casu mancipia videntur

tur non deberi, verum reprobatur *l. omnia.32.§. fin.ff.de leg.2.l.Iuniano.66.§ fin.ff.de leg.3. l.quæsitum. 76.§.prædia item l.Lucius.91.§.quidam.ff.eod.tt.* Nonæ exceptionis loco notandum, quod numi & nomina debitorum, quæ ibi sunt, non debentur, *d.l.76.§.1.ff.de leg.3.l.Caius.88.in pr.ff.de leg.3. l.vxorem 39 §.legauerat.ibi item quæsium.l.si ita.84.in pr.l. prædijs.89.§.pater.item l.si mihi.90 in princ.ff. de leg.3. l.quæsitum.12.§.antepen.ff.de instr.legat.* Contradicit, quoad numos attinet *l.prædia,28.§.liberto, in fin.ff. d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi legatis ijs quæ ibi mobilia mea erunt, numi præsidij causa ibi sint repositi, tunc enim debentur numi. *l.si chorus.77.§.1.ff.de legat.3.* Decimæ exceptionis loco notãdum, quod instrumenta emptionum, quæ ibi sunt, non debeantur, *Quæ exceptio cum ex iam propositis constat, tum approbatur etiam l.si mihi. 90.in pr.ff.de legat.3.* Huius replicatio est: Nisi testator voluerit, tunc enim non instrumenta solũ, sed & instrumentorum prædia debentur. *de qua re vide infra c.prox.reg.20.* Vndecima exceptio est: Nisi pars vini vendita sit, tunc enim videtur reliquum vinum legato non contineri, tanquam venditori destinatum, sed reprobatur *l prædia.48. §.liberto.ff.de instr.leg.* Duodecima: Nisi pignori obligata sint testatori. hæc enim legato non videntur contineri. *l.qui habebat.99.in pr. ff. de leg.3.* Decimætertiæ exceptionis loco notandum, quod id quod ibi non sit, non debeatur. *M. I.R.d. cap.9.reg 66.* Cuius exceptionis proponitur replicatio *l patronus.34.§.Sempronio. ff.de leg.3.* Hæc de prima regula, eiusque exceptionibus.

ii. Regula habetur *l.his verbis. 100. in pr.vsq; ad §.pater famil.ff de legat.3.*

iii. Regula proponitur *l.nam quod.4.§.si cui.ff. de penu legata.*

* iv. Regula: Si id quod in vrbe est, legatum sit: quod extra murũ est, non debetur. approbatur simul & distinguitur *l.2.in pr.ff. de verb.signification. Concordat l.Alphenus.87.ff.d.tt.* Huius exceptio est: Nisi non quæ in vrbe, sed quæ Romæ sunt, sint legata: tunc enim, quamuis non intra murum, sed extra in continentib. ædificijs sit: legato cedit, *d.l.87.l.nam quod.4 §.si ita legetur. ff. de penu legata.l.cui.82.ff.de legat.3.item l vxorem.39.§. legauerat ff eod.tt.* Secunda exceptio est: Nisi non quæ in vrbe est, penum legauit: sed penum vrbanam. *d.l.4.§.si ita legetur.ff.de penu legata. Concordat l.vasa.12.ff. de supell legat.*

DE INSTRVMENTO ET instructo legato.

M.I.R.d cap.9.reg.75.

i. Regula, De instrumenti definitione, proponitur *l.quæsitum.12.in pr.ff.de instru.legato.*

ii. Regula, De proprio instrumenti, *l.vlt.ff.d.tt.*

iii. Regula; De differentia instrumenti & ornamenti, *d.l.12.§.si domus.*

iv. Regula, Instrumento legato, aliquando & personas legantium necesse est inspici. *l.cum de lanionis.18.§.1.ff.de instr.leg.*

v. Regula. Horreis instructis legatis, quid debeatur, definitur *l.quæsitum.12.§.idem respondit, instructis.ff.eod.tt.*

vi. Regula: Villæ instrumento legato, quid debeatur, definitur *l.si mancipia.19.§.fin.ff.eod.tt.* vbi ait Iurisconsultus: Supellectilem autem legato cedere. Huic contradicit *l.villæ.16.in pr.ff.eod.tt.*

vii. Regula, Vineæ instrumento legato, quid debeatur, definitur *d.l.16.§.1.*

viii. Regula, Nauis instrumento legato, quid debeatur, definitur *l.vlt.ff.de instr.leg.*

ix. Regula: Pictoris instrumento legato, quid veniat, definitur *l.item pictoris.17.in pr.ff.d.tt.*

x. Regula: Balneario instrumento legato, quid debeatur, definitur *l.tabernæ 13.§.fin. cum lege sequente.ff.de instrumento legato.l.item pictoris.17.§. fin.ff.d.tt.*

xi. Regula: Medici instrumento legato, quid veniat, definit *l.cum de lanionis.18.§.in instrument.ff. de instr.leg.*

xii. Regula: Cauponiæ tabernæ instrumento legato, quid veniat, definitur *l.si ita.15.in pr.ff.d. tt. Concordat l.item pictoris,17.§.fin ff.eod.tt.* Alia huius legati regula proponitur *l.cum quæritur.23.ff.d. tt.* item alia *l.tabernæ.13.ff.eod.tt.*

xiii. Regula: Piscatorio instrumento legato quid debeatur, definitur *l.item pictoris.17.§.1.ff. de instr.leg.*

xiv. Regula; Lanionis instrumento legato, quid debeatur, definitur *l.cum de lanionis.18.in pr. ff.eod.tt.*

xv. Regula, Pistorio instrumento legato, an pistores contineantur, declarat *d.l.18.§.1.*

xvi. Regula, De instrumento instrumenti proponitur *l.quæsitum est.12. §. sed an instrumenti.ff. eod.tt.*

DE INSTRVMENTO fundi legato.

i. Regula, De definitione instrumenti fundi; habetur *l.instrumento. 18.ff.de instr.leg.* Alia huius loci vide *inf.prox.reg.7.*

ii. Regula, De grege ouium, proponitur *l.de grege.9.ff.d tt. Huc pertinet inf.reg.23.*

iii. Regula, De apibus, *l.si reditus.10.& l. quæsitum est.12.§.si in agro, in fin.D.eod.tt.*

iv. Regula De auibus, *l.eadem.11.cum l.seq.§.si in agro, in fin.D.eod.tt.*

v. Regula, De frumento, quod cibarijs culorum paratum est, *d.l.12.in princ. Concordat l. cum de lanionis.18.§.item cum funaus, in fin.D.d.tt.*

vi. Regula, De frumento, quod feren di causa sepositum est, habetur *d.l.12.§.1. Concordat d.l. 18.§.item cum fundus.*

vii. Regula, De alijs quæ instrumento fundi continentur, proponitur *d.l.12.§.conseruandi. Concordat d.l.18.§.asinam.*

viii. Regula, De seruis, *d.l.12.§.Alfenus autem. Concordat l.si mancipia.19.in princ.D.d.tt.*

ix. Regula, De seruo quasi colono, *d.l.12.§. quæritur.* Plura de hac regula vide *sup.eod.cap.de fundo leg.reg.5.exc.8.*

x. Regula, De saltuario, habetur *d.l.12.§.saltuarium.l.si ita.15.§.fin.l.item pictoris.17.§ fin.D.de instruct.leg.*

xi. Regula, De pistore, tonsore, fabro, molitore, & alijs similib. proponitur *d.l.12.§.Trebatius. Huius etiam loci est d.l.11.§.cellarium.* De alijs huius generis vide *inf.reg.20.*

xii. Regula, De vxoribus & liberis seruorum, *d.l.12.§.vxores.& §.contubernales.*

XIII. Regula, De venationis & aucupij instrumentis, *d.l.12.§.si in agro.ff.de instructo legato.*

XIV. Regula, De instrumento quod ad plures agros pertinet, *d.l.12.8.si quis eod. Concordat l.ex facto.35. §. rerum.ibi: quare ne serui quidem.ff.de hæredib. instit.item l.cum quidam.4.ff.de instr.leg.*

XV. Regula, De ijs quibus etiam ad alios vsus paterfamilias vtitur, *d.l.12.§.si aliqua.*

XVI. Regula, De mola, machina, fœno & similibus, habetur *d.l.12.§.& molas.* Quod ad molas & asinam attinet, ei videtur contradicere *l. cum de lanionis.18.§.asinam.ff.eod.tt.* Concordat regulæ propositæ *l.dolia.27.§.fin.ff.d.tt.*

XVII. Regula, De rebus soli, & iis quæ solo continentur, habetur *d.§.& molas.in fin.* Idem in figlinis dicitur *inf.reg.24.*

XVIII. Regula, De supellectile & alijs quibus non fundus, sed paterfamilias fuit instructior, *d.l.12.§.supellex.& §.sed si fundus.*

XIX. Regula, De muliere villæ custode, *l.si ita 15.§.fin.ff.de instrum.leg.l.quæsitum.12.§.Trebatius.ff.d.tt.* De saltuario dictum est *sup.reg.10.*

XX. Regula, De vicillo, bubulco, putatoribus, pastoribus & fossoribus, habetur *l.cum de lanionis. 18.§.cum de villico.ff.de instructo legato.*

XXI. Regula, De peculio seruorum, *l.fundo. 22.§.fin.ff. d.tt. Vide supra eodem cap.de seruis legatis, regula 2.*

XXII. Regula, De instrumento coloni, *l.fundus.24.cum l.seq.ff.d.tt.*

XXIII. Regula, De pecore, quod fundus sustinere non potest, *l.fundi.26.in pr.ff.de instr.leg.*

XXIV. Regula, De figlinis fundi, *d.l.26.§.1.*

XXV. Regula, De rhedis & seliquastris, *l.instr. 4.ff.de supell.leg.* Reliquas huius loci regulas vide *sup.eod.c.de fundo legato.reg.5.eiusq; except.*

DE INSTRVMENTO domus legato.

I. Regula, proponitur *l.quæsitum.12.§.domus.ff. de instructo legato.*

II. Regula: De rebus adfixis, item sigillis, statuis, horologio, &c. *d.l.12.§.Papinianus quoq;.*

III. Regula, De fistulis, canalibus, & aliis huius generis, *d.l.12.§.fistulæ.* Alias huiusmodi regulas vide *sup.eod.c.de domo & ædibus legatis, reg.6.*

DE SVPELLECTILI legata.

M.I.R.d.cap.9.reg.86.

I. Regula, De definitione supellectilis, habetur *l.1.cum l.seq.ff.de supell.leg.* Alia definitio proponitur *l.supellectilis.6.ff.d.tt. Cui concordat l.Labeo.7. §.1.ff.d.tt.* Ex quo quid supellex sit, constat: simul etiam eius exceptio prima, quæ talis est: Nisi ad certum artificij genus pertineat, non ad communem vsum ipsius patrisfamilias. Sed & secunda exceptio ex ijs patet, scilicet: Nisi in aliam speciem cadat, puta penum, argentum, vestem, &c. Huius exemplum est: Si escarium aut potorium sit. *Quod proponitur l.cum quidam.8.ff.de supell.leg.* Cui tamen contradicere videtur *l.supellectile.3.§.vitrea. ff.d.tt.* Harum duarum exceptionum replicatio est: Nisi defunctus eam rem supellectili adscribere solitus fuerit. tunc enim, quamuis alterius generis vel speciei sit, videtur tamen supellectili adscribenda. reprobatur, sub hac tamen conditione: Nisi dubitetur, vtrum supellectilis ea res sit, an alterius generis. *l.Labeo.4.§.sed de his.ff. de supellect.legata. Concordat l.qui vestem.10.ff.d.tt.* Tertia exceptio: Nisi pretiosæ alicuius materiæ sint. reprobatur *d.l.3.§.vitrea.ff.de supellect.legata. l.Labeo. 7.§.nec mirum est.l.legata.9.§.supellect. & l.vasa.11.in fin.ff.d.tt.* Quarta: Nisi res sit pignori accepta: hæc enim non debebitur: *de qua re vide infra reg.7.* Quinta: Nisi magis deliciarum, quam vsus causa paratum sit. *d.l.11.*

II. Regula, De origine supellectilis, seu ratione nominis, proponitur *l.Labeo.7.in pr.ff. de supellectili legata.*

III. Regula, De speciebus ac pluribus supellectilis, *d.l.3.in princ.ff.de supell.leg.*

IV. Regula, De tapetis & alijs huiusmodi rebus, *l.de tapetis 5.ff.d.tt.*

V. Regula, De rhedis & seliquastris, *l.instrumenti.4.ff.d.tt.*

VI. Regula, De argento escario & potorio, *l. cum quidam. 8.ff.de supellectili legata. de quare vide sup. regul.1.exc.3.* Sed & de vasis escarijs & potoriis vide *ibidem.*

VII. Regula, De re pignori accepta, *l.legata. .§.fin.ff.d.tt.*

VIII. Regula, De veste, *l.qui vestem.10.ff.d.tt.*

IX. Regula: Pugillares & codices in supellectile non sunt. *l.supellectilis. 6.ff.d.tt.*

X. Regula, De ijs quæ deliciarum magis quam vsus causa parata sunt, *l.vasa.11.ff.d.tt.*

XI. Regula, De habitatione in qua supellex est, habetur *l.nunquam.13.ff.d.tt.*

XII. Regula: Vrbana vel rustica supellectile legata, quid veniat, definitur *l.quemadmodum. 12. ff.eod.tt.*

DE PENV LEGATA.

M.I.R.d.cap.9.reg.84.

I. Regula: Penu legata, debentur ea quæ esui potuique sunt. *l. qui penum.3.in pr.ff.de penu legata.* Proinde siue frumentum, siue quid leguminis in cella penuaria testator habuit, penore legata cõtinebitur. Sed & hordeum, siue familæ siue iumentorum gratia paratum, contineri, Ofilius libro decimosexto Actionum scribit. *d. l.3.§.siue autem.* Nomen autem penus (inquit Paulus) mihi traditum est, omnibus generibus dictum. *l. nã quod.4.§.nomen.ff.eod.tt.* Plane propositæ regulæ exceptio prima: Nisi nõ esse, sed per ea esse soleamus: vt est oleum, garum, muria, &c. reprobatur *d.l.3.§.sed Aristo, cum sequentib.* Secunda: Nisi non vsus patrisfamilias causa, eorumq; qui quęque circa eũ sunt, parata sint esculenta & potulenta, sed ob aliã causam. *d.l.3.§.sed quod diximus.* Exemplũ proponitur *l. nam quod.4.§.item si quis.ff.de penu legata.* Propositæ exceptionis in exemplo iam dicto replicatio est: Nisi promiscue vti solitus sit testator, vt nihil in penum suam separauerit: tunc enim penus nomine legatario debetur, quantum testatori ad annuum vsum sufficiebat. *d.§.item si quis Concordat l. cum quæreretur. 58.§. lana.ff.de legatis 3.* Tertia exceptio est: Nisi testator aliquid excepit. hoc enim non debebitur. *l.nam quod.4.§.fin.ff. de penu legat.* Quarta: Nisi alij quoq; aliquid, puta vinum, ex penu sit legatũ. hoc enim ei cui penus legata

legata est, non debebitur. *l.2.in pr.ff. de tritico legat.* Quinta: Nisi non alendi, sed medendi causa edatur vel bibatur. *l.non omne.5.ff.de penu legata.* Huius replicatio est: Nisi tam ad alendum, quam ad medendum pertineat, vt piper, ligusticum, &c. *d.l.5. in fin.* Sexta exceptio est: Nisi acetum sit extinguẽdo incendio destinatum. *l.qui penum.3.§.penori.ff.de penu leg.* Septima; Nisi alibi quam in domo sua, vel cœnaculo habuerit testator. reprobatur *l. vlt.ff.eod.tt.* Plane admittitur primum, si testator penum certi loci legauerit, puta quæ Romæ est. *de quo d.l.4.§.si ita legetur.ff.de penu legata.* Deinde, si penus legata sit, excepto vino quod Romæ erit: tunc enim sola ea penus quæ Romæ erit, debetur. *Quæ distinctio approbatur d.l.4.§.fin.* Hæc de prima regula, eiusque exceptionibus.

II. Regula: Penu legata, ea etiam sine quibus penus esse non potest, vt vasa debentur. *l nam quod.4.in princip.ff.de penu legata. Concordat l. qui penum.3.§.fin.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio proponitur *d.§.fin.*

III. Regula, De lignis, carbonib. & alijs, proponitur *d.l.3.§ ligna, cum sequentibus.& l.instrumentum.6.ff eod.tt.*

IV. Regula: Vrbana penu legata, quid veniat, definitur *d.l.4.§.si ita legetur.ibi: quod si vrbana. ff.eod.tt.*

V. Regula: Penu esculenta legata, quid debeatur definitur *d.l 3.§.plane.ff.d.tt.*

VI. Regula: Penu potulenta legata, quid debeatur definitur *d.l.3.§.potulenta.*

DE VINO LEGATO.

I. Regula: Vino legato, quid debeatur, definit *l.cum vinum.6.in princip.ff.de vino legato.* Sed & quid debeatur vel non debeatur, definit *l. si quis. 9.in princ ff.eod.tt.* Plane aduersus regulam propositam, quod ad ea quæ vini numero non continentur, attinet, exceptio generalis proponitur *d. l.9.§.hæc omnia.*

II. Regula, De aceto, quod vini numero regulariter non continetur, proponitur *d.l.9.§.item acetum.* Eius regulæ exceptio prima est: Nisi vini numero à testatore sit habitum. *d.l.9.§.hæc omnia, ibi: igitur & acetum. Concordat l.1.ff. de vino leg.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi alius, non testator, acetum vini numero habuit: tunc enim vini appellatione non continetur. *l.si cui.3.in pr.ff. eod.tt.* Secunda exceptio est; Nisi vinum quod legatum est, coacuit: hoc enim nihilominus debetur. *l.si quis.9.§.quod si totum.& §.item si quis.ff. de vino leg. Concordat item l.nuper.83.§.& ideo elegans.ff. de leg.3.* Sane pertinet hæc exceptio ad ea quæ dicta sunt *sup.lib.prox.cap.7.causa 5 exc.1.*

III. Regula: Vino legato, vasa quoque debentur. *l.si cui 3.§ si vinum.ff.de vino leg. M.I.R.d.cap. 9.reg.94 & lib.5.cap.6.reg.34.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vasa sint, in quæ vina diffusa sunt, vt ad perpetuum vsum reseruentur. *approbatur argumento l.vino.14 ff.d.tt.*

IV. Regula, De dolijs, cupis, vtribus & culleis, proponitur *d.l.3.§.in doliis. M.I.R.d.reg. 94. & d.reg.34.*

V. Regula: Vino cum vasis legato, quid debeatur, definitur *l.vinum.15.ff.de vino legato. Concordat l.cui vinum.6.§ item quamuis.ff d.tt.*

VI. Regula: Vino in amphoris legato, etiam id quod in vrnalibus est debetur. *l. vlt.in prin.ff. de vino legato.*

VII. Regula: Vino paterno legato, quid debeatur, definitur *l.si quis.9.§.fin.ff.d.tt.*

VIII. Regula: Vino peculiari legato, quid debeatur, definitur *d.§.fin.*

IX. Regula: Vino veteri legato, quid veniat, definitur *d.l.9.§ fin.cum tribus ll.sequentibus.*

X. Regula: Dulci vino legato. quid veniat, definitur *l.qui vinum.16.§.fin.ff.de vino legato.*

DE VESTE, VEL VESTIMENTIS legatis.

M.I.R.d.cap.9.reg.87.

I. Regula: Vestibus vel vestimentis legatis, quid veniat, definitur *l vestis.24.in pr.ff.de auro leg. l.cum aurum.29.§.idem Pomponius.ff d.tt.* Alia huius loci regula proponitur *l.vestimenti.23.ff.eod.tt.* Alia *l.vestis.24.§.fin.cum duab. ll.seqq. ff.eod.tt.* Alia *l. quamuis.27 ff.d.tt.* Item alia *l.Plautius.9.ff.eod.tt.*

II. Regula: Sua veste legata, quid veniat, definitur *l.argumento.26.§.si quis.ff.de auro leg.*

III. Regula: Virili veste legata, quid debeatur, definitur *l.vestis.25.§.vestimenta.ff.d.tt.* Alia huius loci regula proponitur *l.inter.34.ff.d.tt.*

IV. Regula: Puerili veste legata, quid debeatur, definitur *l.vestis.24.§.puerilia.ff.de auro legato.*

V. Regula: Muliebri veste legata, quid debeatur, definitur *d.l.24.§.muliebria.* Alia huius loci regula proponitur *l.argumento.26.§.muliebri.ff.eod.tt.* Item alia *l.inter.34.in fin.ff.de auro legato.*

VI. Regula: Communi veste legata, quid debeatur, definitur *l.vestis.24.§.communia.ff.d tt.*

VII. Regula: Familiari veste legata, quid veniat, definitur *d.l.24.§.penult.*

DE MVLIEBRIBVS legatis.

Huius legati regula proponitur *l.pediculis.33.§. item cum.ff.de auro legato.*

DE MVNDO MVLIEbri legato.

I. Regula huius legati habetur *l.argumento.26. §.mundus.ff.de auro leg.* Plane vnguenta quibus valetudinis causa vngimur, mundo non continentur. *d.l.26.§.fin.*

II. Regula proponitur *l.pediculis.33.§. Titia.ff. de auro legato. Concordat d l.26.§.sed & mulier.*

III. Regula, *l.si vxori.40.in prin.*

DE ORNAMENTIS MVliebribus legatis.

M.I.R.d.cap.9.reg.84.

I. Regula proponitur *l.argumento. 26.§.ornamenta.ff.de auro legato. M.I.R.d.reg.89.*

II. Regula, De alijs ornamentorum speciebus, proponitur *d.l 26.§.ornamentorum.*

III. Regula, De margaritis & alijs lapillis, *d.l. 26.§.penult.*

IV. Regula, De vestibus ornatus causa comparatis, *l.quamuis.27.in pr.D.de auro legato. Concordat l.ornamentorum.38.D.eod.tt.*

V. Regula, De ornamentis, quæ alium quoque vsum præbent, *d.l.27.§.fin.*

DE

DE AVRO ET ARGENTO legato.

M.I.R.d.cap.9.reg.88.

I. Regula: Auro vel argento legato, quid debeatur, definitur *l.cum aurum.20.in princ.ff. de auro legato.* Huius regulæ ratio proponitur *l. quæsitum est.76.§.illud fort.ausu.ff.de legatis.* Plane propositæ regulæ exceptiones proponuntur *l.cum aurum.20.§.idem Celsus.ff.de auro legato. Concordat l.pediculis.33.§.1.ff.eod.tt.*

De gemmis auro argentoque inclusis. Hæ quoque auro argentoque legatis, legato cedunt. *d.l.20.§.peruenimus.de qua re vide sup.c.prox.reg.in pr.*

De nummis, an debeantur, definitur *l.Quintus 28.§.1.ff.de auro legato.*

De scaphijs ventris causa habitis, an debeantur, definitur *d.l.28.§.penult.ff.d.tt.*

De vasis & arculis, an debeantur, definit *l. argent.51.ff.de legatis.3. Concordat l.cum aurum.20. in pr. ibi: nec ex vasis tanget.ff.de auro legato.* Huius regulæ exceptio est: Nisi argentum factum sit legatum. *d.l.20.§.1.*

De plumbo quo argentum continetur, proponitur *d.l.20.§.plane.*

De emblematis *d.l.20.§.similis modo.* Plane auro legato, emblemata non debentur *d.l.20.§.item Celsus.*

II. Regula: Certo auri vel argenti pondere legato, æstimationem soluendo hæredes liberantur. *l.1.§.fin.ff.de auro legato. Leges concordantes vide sup.cap prox.reg.15.except.7.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi certum genus argenti sit legatum. *d.§.fi. Concordat l.cum certum.10.ff.d.tt.* Huius exemplum est: Si facti argenti certum pondus sit legatum. *Quod proponitur l.cum aurum.20.§.1 ff.de auro legato.* Secunda exceptio est: Nisi iudex pronunciauerit, ipsam materiam deberi. *l.Titia.36.§.1.ff.d.tt.* Alia propositi legati regula proponitur *l. cum aurum.20.§.idem Celsus.ff.eod.tt.*

III. Regula: Auro vel argento facto legato, quid debeatur, definitur *l.cum aurum.20.§.argento facto.ff.de auro legato. Concordat l. Quintus.28. in pr.ff. d.tt.* Sed & aliæ auri facti species proponuntur *d. l.28.§.si factum.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vasa fabricari cœpta sint, nondum perfecta. reprobatur *l. cum aurum. 20.§.infecti.ff.de auro leg.* Secunda: Nisi vasa fracta sint & collisa. *d.l.28.§. cui aurum.* Tertia: Nisi non sui, sed alterius vsus causa testator parauit. reprobatur *d.l.28.§.si factũ.* Quarta: Nisi sub alio genere comprehendtãur. *d.l.28.§.fi.* Quinta: Nisi nummi sunt. hi enim argento facto non continentur. *d.§.fin.& §.1.*

IV. Regula; Facto auro vel argento legato, ea etiam quæ accedunt, debentur. *l.si quando.30. ff.de auro legato. Concordat l.pediculis.33.in princ.ff.d.tt. Sed de hac re dictum etiam supra capite proximo, reg.9.in principio.*

V. Regula: Infecto auro vel argento legato, quid debeatur, definitur *l. Quintus.28.§.si factum, in fin.ff.de auro legato. Concordat l.cum aurum.20.§.infecti.ff.eod.tt.*

VI. Regula: Cælato argento legato, quid debeatur, definitur *d.§.infecti, in fin.*

VII. Regula: Signato auro vel argento legato, quid debeatur, definitur *d.l.28.§.si autem.*

VIII. Regula: Escario argento legato, quid debeatur, definitur *l.cum aurum.20.§.si cui.ff.de auro leg. Concordat l.pediculis.33.§.quidam.ff.d.tt.*

IX. Regula: Potorio argento legato, quid debeatur, definitur *l.in argento.22.in princip.ff. d.tt.* De aquiminario habetur *d.l.22.§.fin.* Alia huius loci regula proponitur *l.pediculis.33.§.argento.ff. de auro legato.*

X. Regula: Auro vel argento suo legato, quid debeatur, vide *inf.de suis rebus relictis.*

XI. Regula: Viatorio argento legato, quid debeatur, definitur *l.vlt.in pr.ff.d.tt. De hac re dictum quoq; sup.c.prox.reg.9.except.4.*

XII. Regula; Balneario argento legato, quid debeatur, definit *d.l.vlt.§.vxori.*

DE SVIS REBVS RELICTIS, seu legatis.

I. Regula proponitur *l.Quintus.28.§. cui legatum.ff.de auro leg. l.suos.71.in prin.ff.de leg.3. item l. cum suæ.69.cum l.seq.ff.eod.tt.* Suis igitur rebus legatis, id debebitur legatario, cuius dominium testatoris fuit; nam id solum vindicare potuit. Plane si ita legauit testator; Aurum meum, vel quod meum est; Stichum meum, vel qui meus est, tunc non quod mortis tempore testatoris est, debetur legatario; sed quod eo tempore eius est, cum fit testamentum. Quod notandum loco primæ exceptionis; *de qua satis dictum sup.lib.prox.c. prox.reg.9.exc.4.item sup.c.7.caus.5.exc.1. Sed & de eo dicetur inf.de condit.* Secunda exceptio; Nisi pars rei alterius sit. reprobatur *l.si quis.72.ff. de legatis.3.* Plane si constet testatorem non alias voluisse rem ad legatarium pertinere, nisi in solidum sua sit, propositæ exceptioni est locus. *Quæ distinctio approbatur l.Iuniano.66.§.seruos.ff.de leg.3.* Sed & admittitur exceptio proposita in ea parte, qua testatoris non est. *l.serui.5.§.1.ff.de leg.1.* Tertia exceptio; Nisi vsus fructus rei alterius sit. reprobatur *l.si quis.72.ff.de legat.3. Concordat l.recte dicimus.25. in pr.ff.de verbor.significat.* Quarta; Nisi testator rem pignori dederit. reprobatur *l.suos.71.§.1.ff.de leg.3.* Quinta; Nisi tales sint serui, quorum operas testator locare solitus est. reprobatur *d.l.71.§.proinde.* Sexta; Nisi res sint quas venales testator habuit. *d.l.71.§.fin.* Septima; Nisi seruorum sint vicarij. *d.§.fin. Concordat l.seruo.15.ff.de peculio legato.* Octaua; Nisi veste sua legata, vestem aliquam in vsus suos non habuerit. *l.argum.26.§.si quis addiderit ff.de auro legato.* Nona; Nisi pluribus rebus legatis, si suę essent, aliquę ex ijs testatoris non sint; hoc enim casu videntur nec alię res quæ testatoris sunt deberi. sed reprobatur *l.falsa.32.§.finali.ff. de condit.& demonstratione.*

II. Regula; Suis rebus legatis, res quarum proprietas non ad ipsum testatorem pertinet, non debentur. Quæ regula cum ex præcedentibus constat, tum approbatur etiam simul & exemplo declaratur *l.suos.71.in pr.ff.de leg.3.* Aliud exemplum est in rebus pignori acceptis. *Quod proponitur d.71.l.§.1.ibi: creditor nequaquã.* Tertium est in rebus creditis, seu quæ testatori actione aliqua personali debentur. *l. Quintus.28.§. argento.D.de auro legato. Concordat l.scribit. 35. in principio.D.eod. tt.* Quo §. exemplum propositum approbatur, simul & distinguitur hoc modo; Nisi testator rem

rem suam alteri dederit, ita vt dominium penes se remaneat. hoc enim casu, quamuis creditum sit, & actione personali ea res testatori debeatur, tamen nihilominus ad legatarium pertinet. Quod loco primæ exceptionis in exemplo proposito est notandum. Secunda exceptio est; Nisi actione iudicati debeatur. *l. nepoti.6.ff.de instrum. leg.* Tertia: Nisi vniuersa bona sua legauit. hoc enim casu etiam quæ in actionibus sunt, debentur. *l.si legatus.30.§.si quis.ff. ad Senatusconf. Trebell. Concordat l.meorum.91.ff.de verb. significat.* Quarta: Nisi res sit à testatore bona fide possessa. hoc enim casu quamuis proprietas rei testatoris non sit, tamen suorum appellatione legatario debetur. approbatur exemplo serui, *l.suos.71.in pr.& l. nuper.83.ibi: sed potius & hic.ff.de leg.3.*

DE EO QVOD AD ROGATVM ex bonis peruenerit legato.

I. Regula, De eo quod aliunde, non ex testamento defuncti ad grauatum peruenit, proponitur *l.2.§.nam & si quis.ff.de dote relegata.* Aliud exemplum est, si quid rogato testator inter viuos donauit. *Quod proponitur l.si vnum.69.§ fi.cum l.seq. ff de legat.2.* Propositę regulę exceptio prima proponitur *l.sequens.70.ff.eod.tt.* Secunda est: Nisi in codicillis postea factis relinquatur. *l. cum pater. 79.§.fidei tuæ.ff.de leg.2.*

II. Regula, De rebus proprijs grauati, proponitur *l.qui vxori.19.§.pen.ff. de auro legato.*

III. Regula, De ijs quæ grauato à testatore debentur, proponitur exemplo dotis relegatæ *l.cum pater.79.§.fidei tuæ.ff.de leg. 2. Concordat l.2.§. mulier.ff.de dote relegata.*

IV. Regula, De eo quod rogatus debuit defuncto, proponitur exemplo dotis, *l.Lucius.78.§. filiam.ibi: idem quæsit.ff.ad S.C.Trebell.*

V. Regula, De prælegatis hæredi relictis, habetur *l.cum virum.16.C.de fideicommissis.* Cuius exceptio est: Nisi testator prælegata alienari prohibuerit. *l. Lucius. 78. §. pluribus.ff.ad senatusc.Trebell.* Plura de regula proposita vide *inf. eod.lib.cap.17. quæst.3 reg.3.exc.3.*

VI. Regula, De ijs quæ postea codicillis rogato legantur, proponitur *l. cum pater. 79. §.fidei tuæ.ff.de leg.2.*

VII. Regula, De fructibus perceptis, & ijs quæ vice fructuum sunt. Hæc regulariter non debentur fideicommissario. *l.quod his verbis. 81. in pr.ff.de leg.3. Concordat l.hæredes.57.in pr.ff.ad S.C.Trebell.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi creditori plus debito sit legatum, rogatusq; vt id quod ad eum peruenerit, restituat: hoc enim casu id quod debitum excedit, cum fructibus restituet. *l.2.§.finali.ff.de dote relegata.* Secunda exceptio proponitur *l.Balista 32.ff.ad S.C.Trebellianum.* Tertia exceptio est: Nisi quædam ex bonis sint deminuta, ea enim ex fructibus perceptis sunt supplenda, *l.scribit.33.ff.eod.tt. Concordat l.ita tamen.7.§.hæres. ff.d.tt.* Alias propositæ regulæ exceptiones vide *sup.cap.prox.reg.11.*

VIII. Regula, De eo quod ex hæreditate, quę ad rogatum peruenit, deminutum est. Hoc ex fructibus supplendum. *l.scribit.33.ff.ad S.C. Trebell.*

IX. Regula proponitur *l.Lucius.78.§.tres hæredes.ff.eod.tt.*

X. Regula habetur *d.l.78.§.quæ habebat.*

XI. Regula, De legitima, quæ debetur rogato à testatore. Item

XII. Regula, De dote & antenuptiali donatione. Hæ duæ regulæ proponuntur *Nou.const.39. §.hæc merito nos.* Plura de regula proposita vide *inf. cap.17.quæst.3.reg.16.exc.2.*

DE EO QVOD EX HÆREDITATE supererit, legato.

I. Regula: Quod medio tempore alienatum & deminutum est ex hęreditate, id non debetur. *l.in fideicommissi.3.§ nonnunquam.ff de vsuris & fructibus. M.I.R.lib.4.c.9.reg.69.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi interuertendi fideicommissi causa sint deminuta. *d.§.nonnunquam.l.Titius.54.in pr. ff.ad senatusconf. Trebellianum. M.I.R. d reg.69.exc.1.* Plane mutatur hæc exceptio iure nouo *Nou.const. 108.* Secunda exceptio est: Nisi non pro rata patrimonij parte, quod hæres habuit, sit diminutum. *d.l.54.§.diuus autem Marcus.* Sed & hæc reprobatur *Nou.const.108.* Tertia exceptio est: Nisi quantam hæreditatis partem rogatus non reliquerit fideicommissario. Hæc exceptio approbatur, præcedentibus duabus exceptionibus sublatis, *Nou.c.108.M.I.R.d.reg.69 exc.2.* Cuius replicatio prima est: Nisi ob tis causa quartam deminuerit. *de quare dictum quoq; sup.reg.prox.M.I.R.d.exc.2.repl.1.* Secunda: Nisi ob redemptionem captiuorum quarta sit diminuta. Tertia: Nisi rogatus non habeat aliunde quo se sustentet. nam & hoc casu illi conceditur deminuere quartam. *Hæ replicationes approbantur d.Nou.const.108.§.certe si ipsam etiam M.I.R.d exc.2.repl.3.& 4.* Hæc de tertia propositæ regulæ exceptione. Quarta exceptio: Nisi pignori tantum sit datum, ipso quidem iure valet, ita vt fideicommissarius luendi pignoris potestatem habere videatur: vt autẽ hæres rogati cogatur luere & prestare, hoc reprobatur *l.deducta.58. §.finali.ff.ad senatusconf.Trebell.* Quinta exceptio est: Nisi aliud pro eo quod ex hæreditate alienatum est, supersit: veluti precium ex re vendita redactum, vel alia res precio isto comparata. *l.Imperator.72.§.finali, cum lege sequente.ff.de legat.2.* Sexta: Nisi rogatus pecuniam hæreditariam creditoribus soluit: hoc enim casu fideicommissarius in creditorum locum, quibus solutum est, substituitur. *l.idem.74.ff.de legatis.2.*

II. Regula: Eo quod mortuo hærede superest legato, hæres ad cauendum fideicommissario tenetur de nihil ex quarta hęreditatis parte deminuenda. *Nou const.108.§.si nulla eiusmodi caus.ibi. vnde & cautionem. Concordat l.Titius 54.§ fin.ff.ad S.C. Trebell.*

III. Regula; De fructibus ex hæreditate perceptis vide *sup.cap.prox reg.11.exc 4.*

IV. Regula proponitur *l.cum pater.79.§.dulcissimis.ff.de leg.2.*

DE IIS QVÆ ALICVIVS causa parata sunt, legatis.

I. Regula proponitur *l.item legato.47.§.fin.ff.de leg.3.* Huius regulæ exceptiones vide *sup.reg.prox.*

II. Regula; Iis quæ vxoris causa empta vel parata

rata sunt legatis, quid veniat, definitur *l. hoc legatum.43. in princ. ff. de leg.3. l. si quid 45. in princ. item l. item legato.47. in princ. ff. eod. tt. l. vxori.14. ff. de auro legat.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res sint in dotem datæ, hæ enim hoc legato non continentur, approbatur simul & distinguitur *l. quæsitum.76. §. cum vir. ff. de leg.3.* Secunda: Nisi alius, non testator parauerit, reprobatur *d. §. cum vir.* Tertia: Nisi alterius, non vxoris causa empta vel parata sunt, reprobatur *l. si quid.45. §. inter emptum. ff. de leg.3. item l. hoc legatum 43 §. fin. ff. d. tt.* Quæ proposita exceptio reprobatur, hac tamen conditione: Dum id mulieris vsibus proprie attributum esset. Ergo si mulieris vsibus proprie destinatum non est, exceptioni propositæ locus est: quod loco primæ distinctionis notandum. Cuius replicationes vide *infra except.17.* Secunda distinctio est: Nisi vxori non sint adsignata. *l. si quid 45. §. fin. ff. de leg.3.* Tertia: Nisi concubinæ, non vxori ita sit legatum, reprobatur *l. qui concubinam. 29. in princ. ff. de leg.3.* Quarta: Nisi ita legauit, Quæ eius causa empta sunt, non parata. hoc enim casu quæ eius causa empta non sunt, quamuis sint ei destinata, tamen non debentur. *l. item legato. 45. §. item interest. ff. de legatis 3. Concordat l. si quid. 45. §. inter. ff. eod. tt.* Quarta exceptio est: Nisi communis vsus causa parata sint. *l. hoc legatum.43. ff. de legatis. 3. l. legatis.36. ff. de legat. 2. item l. Quintus. 11. in pr. ff. de auro leg.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non genus, sed species ita legetur. hoc enim casu, quamuis nec vxoris causa paratum sit, nihilominus debetur. *d. l. 11.* Secunda: Nisi maritus solitus sit quasdam res ab vxore quasi vsu mutuari; hoc enim casu nihilominus vxori debentur. *l. item legato.47. §. 1. ff. de leg.3.* Quinta propositæ regulæ exceptio: Nisi ante ductam vxorem maritus comparauit. reprobatur *l. hoc legatum.43. §. fin. ff. de legat.3. Concordat l. si quid.45. in prin. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi mortuo testatore comparatum sit. *l. 2. in princ. ff. de auro legato.* Septima: Nisi mortua vxore comparatum sit. *d. l. 2. §. at si viuente. Concordat l. apud. 5. ff. eod. tt.* Octaua: Nisi post diuortium emptum sit. *d. l. 2. §. fin.* Nona: Nisi virilia sint vxori destinata, reprobatur *l. item legato.47. in principio. ff. de legatis 3.* Decima: Nisi res alienæ sint. reprobatur *l. Quintus. 11. §. fin. ff. de auro legato.* Vndecima: Nisi alij quam vxori legatum ita sit, quod eius causa sit paratum. reprobatur *l. item legato.47. §. fin. ff. de legatis 3. Concordat l. qui concubinam. 29. in princip. ibi: idemq; vel in. ff. eod. tt.* Duodecima: Nisi concubinæ, non vxori ita sit legatum. reprobatur *d. l. 47. §. parti etiam. & d. l. 29. in pr.* Decima tertia: Nisi vxori non fuerint assignata. reprobatur *l. item legato.47. §. item interest. ibi: vtraque autem legat. ff. de legatis. 3. l. cum vxori. 56. ff. eod. tt.* Plane admittitur, si alterius, non vxoris causa parata sint: tunc enim, nisi vxori adsignata sint, non debentur. *l. si quid.45. §. fin. ff. de leg.3.* Decima quarta exceptio est; Nisi id quod vxori destinatum est, postea rursus sit ademptum. *l. nam ne.46. ff. de leg.3.* Decima quinta; Nisi aurum vxori destinatum conflatum sit. reprobatur *l. item legato.47. §. si vxori. ff. de leg.3.* Decima sexta; Nisi mortis tempore vxor testatoris non sit. *d. §. si vxori. Concordat l. vxori 3. ff. de auro legato.* Decima septima; Nisi vsibus vxoris destinata non sint. *Hæc exceptio constat ex ijs quæ dicta sunt supra eadem regula. exc.3. distinct.1.* Huius replicatio prima est; Nisi vsibus seruorum vel ancillarum vxoris sint destinata; tunc enim, quamuis non ipsi vxori sint destinata, tamen nihilominus debentur. *l. vxori. 14. in fi. ff. de auro legato.* Secunda; Nisi certa species ita sit legata, Quæ vxoris causa sit comparata; hoc enim casu, quamuis vxoris causa parata non sit, tamen debetur. *l. Quintus. 11. §. multum enim interest. ff. de auro leg.* Tertia; Nisi cum generaliter quibusdam legatis adiectum sit, Quæ vxoris causa parata sunt; nihil ex ijs vxoris causa sit paratum. approbatur simul & declaratur *l. cum quæreretur. 58. §. lana. ff. de leg.3.* Hęc de secunda regula eiusque exceptionibus sint dicta.

III. Regula; Si pluribus rebus enumeratis & legatis, adiecta sint hæc verba, Quæ vxoris causa paratæ sunt; vel, Quæque paratæ sunt; quid veniat, definitur *l. ea tamen. 44. ff. de leg.3. Concordat l. Quintus. 11. §. sed quod Quintus. D. de auro legato.*

IV. Regula; Si pluribus rebus legatis, adiecta sunt hæc verba, Seu quæ eius causa parata sunt; quid debeatur, definit *l. si quis. 31. D. de auro leg.*

V. Regula; Pluribus rebus legatis, denque auro & argento, adiectis hisce verbis, Quod eius causa paratum est; quid debeatur, definitur *l. hæres. 98. §. vxori. D. de leg.3.*

VI. Regula; Argento, quod vsus sui causa paratum est, legato, vel veste aut supellectile, quid veniat, definitur *l. cum in testamento. 29. D. de auro legato.*

VII. Regula; Iis quę tabernarum exercendarum, instruendarum pistrini, cauponiæ causa facta parataq; sunt legatis, quid veniat, definitur *l. si ita. in prin. D. de instructo legato.*

VIII. Regula; Prædijs & ijs quæ eorum prædiorum colendorum causa empta parataq; sunt, legatis, quid veniat, definitur *l. cum quæreretur. 58. §. fin. D. de leg.2.*

DE IIS QVÆ VIVVS DEdit vel donauit legatis.

I. Regula; Quæ post testamentum factum donauerit, non veniunt in hoc legatum. *l. vxori. 32. §. vxori. D. de leg.3.*

II. Regula; Quæ non sunt annua donata, non debentur. *l. Seio. 10. §. medico. D. de annuis leg. M. I. R. lib.4. cap.9. reg.71.*

III. Regula; Si alimentis quæ minus præstiterit relictis, varie alimenta præstitit, alio anno plus, alio minus, mortis tempus est spectandum. *l. Mela. 14. §. sed si alimenta. D. de alim. leg.*

IV. Regula, De ijs quæ testator suæ vtilitatis causa dedit, proponitur *l. Seio. 10. §. fin. D. de annuis legatis.*

V. Regula, De habitatione, habetur *l. Sempronio. 33. in principio. & §. 1. D. de vsufructu leg. item d. l. 10. §. fin.*

VI. Regula; Si cum ita legatum esset, Auri pondo tria quæ viuus præstabam; & alia quædam præstiterit, ea quoque debentur. *l. Titia. 19. §. fin. D. de annuis legatis.*

VII. Regula proponitur *l. à filio. 15. §. testator. D. de alim. leg.*

VIII. Regula habetur *l. alimenta. 16. §. final. D. eod. tt.*

RELI-

RELIQVÆ REGVLÆ QVÆSTIONIS huius, quid veniat in actione legatorum, iuxta ordinem alphabeti digestæ.

CAP. V.

PRima regula: Aceto legato, quid veniat, definitur *l. si quis. 9. §. si acetum. ff. de tritico legato.*

II. Regula: Aliena re legata, vel alij obligata, quid veniat, vide *sup. cap.3. reg.2. & 3.*

III. Regula: Alimentis legatis, quid debeatur, *inf. lib. prox. peculiari capite tractabitur.*

IV. Regula, Annulis legatis, quid veniat, definitur *l. argento.51. in fin. ff. de leg.3.*

V. Regula, Armarijs legatis, quid veniat, definitur *l. librorum. 50. §. fin. ff. d. tt.*

VI. Regula, Artificium vt doceat fideicommisso, quid veniat, definitur *l. Stichus. 12. ff. eod. tt.*

VII. Regula, Bibliotheca legata, quid debeatur, definitur *l. librorum. 50. §. sed si bibliothecam. ff. de legat.3.*

VIII. Regula, Balneo legato, quid debeatur, definitur *l. patronus. 34. §. codicillis. ff. d. tt.*

IX. Regula: Bonis legatis, seu bonorum vsufructu legato, quid debeatur, definit *l. vxori. 37. ff. de vsufructu legato.* Alia huius loci regula habetur *l. vlt. ff. eod. tt.*

X. Regula: Chartis legatis, quid veniat, definitur *l. chartis. 74 ff. de leg.3.* Huius regulę exceptio est: Nisi aliud voluntas defuncti, quæ certis coniecturis constat, velit. *l. librorum. 50. §. quod tamen. ff. eod. tt.* Alia huius loci regula proponitur *d. l. 50. §. chartis.* Item alia *d. l. 50. §. quid igitur.*

XI. Regula: Calendario legato, quid debeatur, definitur *l. qui filium 62. ff. de leg.3. Concordat l. Lucius. 90. in prin. ff. de leg.2.* Alia huius generis regula habetur *l. nomen. 33. §. filio. ff. de leg 3.*

XII. Regula: Carbonibus legatis, quid veniat, definitur *l. ligni. 53. §. si lignum. ff. de leg.3.*

XIII. Regula: Chirographo legato, ipsum debitum legatum intelligitur. *l. seruum. 44. §. eum qui. ff. de leg.1. l. qui chirographum. 57. ff. de leg.3. l. liberationem. 3. in pr. ff. de liberat. leg. l. mortis causa. 15. §. Titia. ff. de mortis causa donationib. l. auunculo. 28. ff. d. tt. item l. huiusmodi. 81. §. si ita legatum. ff. de leg.1. M. I. R. lib.4. cap.10. reg.84.*

XIV. Regula: Cibarijs relictis, quid veniat, definitur *l. diarijs. 21. ff. de alim. leg.*

XV. Regula, Communione bonorum legata, quid veniat, definitur *l. test. 91. §. Lucius. ff. de leg.2. Concordat ijsdē verbis l. Lucius. 78. in pr. ff. ad S. C. Treb.*

XVI. Regula: Dactyliotheca legata, quid veniat, definitur *l. librorum. 50. §. quod in bibliotheca. ff. de legat.3.*

XVII. Regula, Diarijs legatis, quid veniat, vide *sup. eod cap reg.13.*

XVIII. Regula, Gemmis legatis, quid veniat definitur *l. cum aurum. 20. §. gemmæ autem, vsq; ad finem legis, cum l. sequente. ff. de auro legato.*

XIX. Regula, Hoc amplius legato, superiora etiam legata repetuntur. *l. si tibi. 52. ff. de leg 3. l. Seio. 10. §. vxori. ff. de annuis legatis. item l. qui ita. 3. ff. de dote relegat.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi liberatione debiti legata, postea ita legatum sit: Hoc amplius, vsuram pecunię, quam mihi debet donec viuet, remitti volo, hoc enim casu legatum prius datum, minutum videtur. *l. Aurelius. 28. §. test. ff. de liberat. legat.* Secunda: Nisi cum alteri cuidam quid legatum esset, postea Titio hoc amplius decem sint legata. hoc enim casu Titio non nisi decem debentur, nec illud quoq; quod alteri est legatum. *l. si seruus. 105. §. si ita scriptum. ff. de leg. 1.* Cui quodammodo cōtradicit *l. si sic. 15. ff. de leg.3.*

XX. Regula, Imagine legata, quid veniat, definitur *l. si imaginem. 13. ff. de auro legato. Sed de hoc vide sup. lib. prox. cap. 12. causa 58. exc.4.*

XXI. Regula, Instrumentis prædiorum legatis, an ipsa prædia legata censeantur, definitur *l. his verbis. 100. §. item quæsit. ff. de legat.3.* Pertinent hæc ad ea quæ habentur *sup. cap. prox. de ijs quæ ibi sunt legatis, reg. 1. exc. 10.* Plane instrumentis emptionum donatis vel legatis, ipsæ res emptæ donatæ vel legatæ videntur. *l. 1. C. de donationibus.*

XXII. Regula, Italicis rebus legati, quid debeatur, definitur *l. ex facto. 35. ff. de hæred. inst.*

XXIII. Regula, Lana legata, quid debeatur, definitur *l. si cui. 68. ff. de legat.3.* vbi ait Iurisconsultus: Id legatum videtur, quod tinctum non est. Ergo tinctum lanæ appellatione non continetur. *Cui concordat d. l. 68. §. linum, in fin.* Contradicit *l. pediculis. 33. §. Labeo. ff. de auro legat.* Alia huius loci regula proponitur *l. lana. 86. in prin. ff. de leg.3. M. I. R. lib.4. cap.9. reg.96.*

XXIV. Regula, Lecto legato, quid veniat, definitur *l. librorum. 50. §. fin. ff. de legat.3. De hac re vide sup. cap.3. reg.9.*

XXV. Regula, Libris legatis, quid veniat, definitur *d. l. 50. in pr.* Alia huius loci regula, proponitur *d. l. 50. §. libris.* Tertia huius loci regula, de membranis puris, habetur *d. l. 50. §. quod tamen.* Quarta, de libris non perscriptis, nec perfectis, habetur *d. l. 50. §. vnde non male.* Quinta regula, de centum libris legatis, habetur *d. l. 50. §. 1.*

XXVI. Regula, Lino legato, quid debeatur, definitur *l. si cui. 68. §. linum. ff. de legat.3. M. I. R. d. c. 9. reg.97.*

XXVII. Regula, Lignis legatis, quid debeatur, definitur *l. ligni. 53. cum lege seq. ff. de leg.3. M. I. R. lib.5. cap. penult. in verbo Ligni.*

XXVIII. Regula, Libertate legata, non debetur peculium. *Institut. de legatis. §. peculium. M. I. R. d. cap.9. regul.82.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi libertas sub conditione dandi sit relicta, *l. denique. 8. §. interdum. ff. de peculio legato. Concordat Instit. d. §. peculium. in fine. M. I. R. d. reg 82. except.1.* Secunda; Nisi simul etiam seruus à reddendis rationibus liber esse iussus sit, reprobatur *l. dominus. 23. §. seruis. ff. de peculio leg. 1. to. Concordat l. si seruus 116. in fine. ff. de leg.1.* Alia huius loci regula est, Quod libertate seruo relicta, si rogatus in manumittendo eo moram faciat, omnia etiam ea quæ seruus post moram adquisiuit, restituere cogatur. *l. si quis. 86. ff. de leg.2.*

XXIX. Regula, Marmore legato, rudis tantum materia debetur. *l. quæsitum. 76. §. illud fortasis. ff. de leg.3.* Alia huius loci regula proponitur *l. hæres. 98. §. duæ. ff. eod. tt.*

XXX. Regula, Materia omni legata, quid veniat, definitur *l. Seruius. 55. & l. lana. 86. ff. eod. tt.*

XXXI. Regula, Massa legata, scyphi ex ea facti exigi possunt. *l. lana. 86. in fin. ff. de leg.3.*

XXXII. Regula: Militia legata, quid veniat, definitur *l. his verbis.* 100. §. *penult & §. fin. ff. d. tt.*

XXXIII. Regula: Minore vel maiore legato, quid veniat, definitur *l. qui lancem.* 32. *ff. de auro leg.*

XXXIV. Regula: Nomine legato, id quod debetur, legatum intelligitur. *l. seruum.* 44. §. *cum qui, in fine. ff. de legatis* 1. *Concordat l. qui chirographum.* 57. *in fine. ff. de leg.* 3.

XXXV. Regula: Nummis legatis, quid debeatur definitur, *l. si seruus.* 50. §. *fin. ff. de legatis.* 1. Alia huius generis regula proponitur *l. numis.* 73 *ff. de legatis.* 3. *M. I. R. d. cap.* 9. *reg.* 79.

XXXVI. Regula, Parte bonorum legata, vtrum rerum, an æstimationis pars debeatur, definitur *l. non amplius.* 26. §. *cum bonorum. ff. de leg.* 2. *Concordat l. generali.* 32. §. *fin. de vsufructu leg.* Alia huius loci regula proponitur *l. potest.* 27. *ff. de legat.* 1.

XXXVII. Regula: Peculio legato, quid veniat, *infra peculiari capite dicitur.*

XXXVIII. Regula: Prouincialibus rebus legatis, quid veniat, vide *sup. reg.* 21.

XXXIX. Regula: Purpura legata, quid veniat, definitur *l. si cui.* 68. §. *fi. ff. de leg* 3.

XL. Regula. Rationes reddere si seruus iussus sit, vel ve titus, quid veniat, *infra dicetur.*

XLI. Regula: Reliquis legatis, quid veniat. definitur *l. prædiis.* 89. *in prin. ff. de leg.* 3. Huius loci est *l. Osidius,* 95. *ff. eod. tt.* Alia huius loci regula habetur *l. cum optio.* 17. *ff. de optione legata. Huius etiam loci est l. Seiæ.* 20. § *prædia. ff. de instructo legato.*

XLII. Regula: Repetitis legatis, libertas quoque repetita censetur. *l. cum in.* 75. *ff. de leg.* 3.

XLIII. Regula: Tabulis legatis, quid veniat, definitur *l. chartis.* 74 *ff. de leg.* 3.

XLIV. Regula, Testudineis legatis, quid veniat, definitur *l. hæres.* 98. §. *fin. ff. d. tt.*

XLV. Regula: De vasis legatis, Cuius legati prima regula proponitur *l. cum aurum.* 20. §. *sed si vasa. ff. de auro legato.* Secunda regula: Corinthijs vasis legatis, quid veniat, definitur *l. hæres.* 98. §. *cui Corinthia. ff. de legatis.* 3. Tertia regula: Electrinis vasis legatis, quid debeatur; definit *l. pediculis.* 35. §. *Neratius. ff. de auro legato.*

XLVI. Regula: Versicoloribus legatis, quid veniat, definitur *l. si cui.* 68. §. *de versicoloribus. ff. de legatis* 3. *Huc etiam pertinet l. quæsitum.* 76. §. *coccum. ff. eod. tt.*

XLVII. Regula: Vendere iusso hærede, quid veniat, definitur *l. si cui.* 49. § *fi. ff. de leg.* 1. Huius regulæ, quantum ad verba postrema attinet, exceptio proponitur *l. testamento.* 91. §. *qui indiuisa* 11. *ff. de legat.* 2. Alia huius legati regula proponitur *l. concubinam.* 29. § *fundum. ff. de leg.* 3.

XLVIII. Regula: Vnguentis legatis quid debeatur, definitur *l. in argento.* 22. §. *vnguentis. ff. de auro legato.*

XLIX. Regula: Vsufructu legato, quid veniat vide *sup. lib.* 7.

L. Regula: Si alicuius fidei commissum sit, vt aliquem ibi, vbi est, senescere patiatur, quid debeatur ex hoc fideicommisso, definitur *l. Sempronio.* 33. §. *fin. ff. de vsufructo legato.*

LI. Regula: Si ita sit legatum: Hæres meus penum dato; aut si non dederit, decem dato. vtrum penus, an decem sint petenda, definitur *l. si penum.* 24. *ff. quando dies leg. ced.* Ex qua etiam patet si fundus legatus sit, & si fundus datus non fuerit, decem: vtrunq; peti posse, tam fundum & decem. sed alternatiue, perinde ac si ita legatum esset, Fundum aut decem, vtrum hæres voluerit, Seio dato quod regulæ loco notandum. Eius regulæ exceptio prima est: Nisi legatarius ante conditionem decem dandorum existentem decesserit: tunc enim, quia decem dandorum legatum in irritum recidit, ante conditionem eius existentem legatario mortuo, euenit vt solius fundi vel penoris legatum vtile sit, & peti possit. *d. l.* 24. *vers. quorum quia.* Plane si hæres à legatario interpellatus sit de fundo dando, nec dederit, decem dandorum conditio existit. *d. vers. quorum quia.* Sed si legatarius, antequam de fundo dando hæredem interpellauit, decessit: ante conditionem decem dandorum existentem decessisse dicitur; nec legatum decem dandorũ ad hæredem suum transmittit, *secundum ea quæ dicta sunt supr. lib. prox. cap.* 8. *causa* 10. Aliud exemplum est; Si fundus sit legatus, & si fundus intra calendas datus non sit, decem; tunc enim, si ante calendas nondum dato fundo legatarius decessit, pendente conditione decessit. Secunda exceptio est; Nisi ita sit legatum, si fundum non dederit, decem dato; vt non prius fundus sit legatus. hoc enim casu fundus peti non potest, sed sola decem sub conditione relicta. *d. l.* 24. *vers. plane si sic.* Propositæ regulæ eiusque exceptionibus concordat *l. cum sine.* 19. *in pr. ff. quando dies legat. ced. item l.* 1. §. *item si ita. ff. ad l. Falcidiam.* Sed & præter prædictas duas propositæ regulæ exceptiones, tertia quoq; talis est; Nisi lis de decem dandis cum hærede sit contestata: tunc enim fundum seu penum offerendo, hæres non liberatur. approbatur simul & distinguitur *l.* 1. *ff. de penu legata.*

LII. Regula; Si duæ res alternatiue sint legatæ, veluti fundus aut centum; vel vna res generaliter sit legata, veluti homo, eques, &c. electio est penes legatarium; & quam ille elegerit, ea ei debebitur. *de qua re inf. lib. prox. in peculiari capite de Electione legata dicetur.*

LIII. Regula; Si cum sæpius legatum esset, testator semel tantum præstari voluit, quid iuris, definitur *l. si ita.* 14. *ff. de leg.* 1. Huius regulæ exceptio est; Nisi testator specialiter adiecerit, prioris scripturæ se pænituisse, & velle vtrumq; præstari. *de qua re dictum sup. lib. prox. cap.* 6 *exc.* 96. & dicetur etiam de proposita regula *inf. cap. prox quantum veniat? reg.* 12.

LIV. Regula, De vocabulo Seu; proponitur *l. si quis.* 31. *ff. de auro legato.*

LV. Regula; Pronomen Qui, quæ, quod, legatis adiectum, ea minuit atque restringit. *l. ea tamen.* 44. *in fin. ff. de leg.* 3. Eius regulæ exceptio prima est; Nisi coniunctio copulatiua pronomini relatiuo sit adiecta. *d. l.* 44. *in pr.* Secundæ exceptionis loco notandum, Quod interdum tantum proximum legatum minuat pronomẽ Qui, quæ, quod, non superiora. approbatur exemplo *l. si quis.* 12. *ff. de auro leg. Cõcordat l. Plautius.* 9. *ff. eod. tt.*

LVI. Regula, De particula Cum, proponitur *l. cui vinum.* 6. *D. de tritico leg. Concordat l. si cui.* 52. *in prin. D. d. leg.* 1.

LVII. Regula proponitur *l. libertis.* 18. §. *posthumis. D. de aliment. leg.*

LVIII. Regula: Si, cum eadem res duobus esset legata, alteri sub conditione non faciendi, alteri sub conditione faciendi, priori cui sub conditione non faciendi res est legata, cautione Mutiana interposita, res sit restituta: tunc, si postea factum sit, posteriori id quod hæres ex cautione interposita consecutus est, hoc est, id quod interest, vel consequi potest, præstabitur. *l. cum sub.* 65. *ff. de condit. & demonstr. Concordat l. Titio.* 71. *ff. d. tt.* Alia ad propositam regulam pertinentia vide *sup. lib. prox. cap.* 11. *causa* 54. *exemplo* 2. *exc.* 3.

LIX. Regula: Si dominus colono fundi vsumfructum legauit, quid veniat petendum, definitur *l. cui vsusfructus.* 30. §. *fin. ff. de vsufruct. legato.*

LX. Regula: Si testator dixit, vnum hæredem magna onera sustenturum, & legata relicta præstaturum; per hæc verba sola legata, non etiam reliquum æs alienum hæreditarium soluere in solidum tenetur. *l. Titia.* 3 §. *penult. ff. de leg.* 2.

QVALE ET QVANTVM VEniat in actione legatorum.

CAP. VI.

HActenus tribus capitib. tractatum est, quid in actione legatorum veniat petendum: nunc quale & quantum legati nomine petendum sit, est explicandum.

I. Regula huius loci est, Quod talis res sit præstanda, qualis est. *l. legatum.* 113. §. *fin. l. si è subst. t.* 45. § *fin ff de leg.* 1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res dolo vel culpa hæredis deterior sit facta. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup. lib. prox c.* 11. *causa* 58 *exc.* 4. Secunda exceptio est: Nisi non certa species, sed genus sit legatum. tunc enim ipsius hæredis electio est, qualem rem velit præstare. *de quo inf. li. prox. c.* 7. *q.* 1. *exc.* 5. Huius replicatio prima est: Nisi pessimam rem præstet. approbatur exemplo serui, *l. si generaliter.* 107. *ff. de leg.* 1 Secunda: Nisi rem alienam præstet, vel quæ legatario ex aliqua causa possit auferri. it dem exemplo serui approbatur *l. si à subst.* 45. § *hæres. ff de leg.* 1. *l. qui concubinã.* 29. §. *si hæres. ff. de leg.* 3. *item l. Mæuius.* 68. §. *fundo ff. de leg.* 2. Rel quas propositæ exceptionis replicationes vide *inf. li. prox. c.* 7. *q.* 1. *exc.* 22.

II. Regula: Si fundus seruitutem debeat. liber tradendus non est, sed cum sua seruitute, quę regula cum ex præcedentibus constat, tum specialiter approbatur *l. seruo.* 68. § *si fundus. ff. de leg.* 1. *Concordat l. Mæuius.* 68. §. *fundo. ibi: non idem. ff de leg.* 2. Huius regulæ exceptio prima est. Nisi fundus, vti optimus maximus que est, sit legatus. *d.* §. *si fundus.* Secunda: Nisi fundus legatus hæredis fundo seruitutem debuit. reprobatur *l. legatum.* 113. § *fin. ff. de leg.* 1. Tertia: Nisi vtrunq; prædium ipsius testatoris fuerit; hoc enim casu non videtur alteri ab altero seruitus deberi. *l. seruum* 44. §. *fi. ff. de leg.* 1. Huius exceptionis replicatio est: Nisi seruitus nominatim in legato sit imposita, aut ita legatum, Vti nunc est. *l.* 1. *ff. de seruit. legat.*

III. Regula: Prædium non seruiens liberum tradi debet. *quæ regula ex præcedentib. constat.* Cuius exceptio prima est: Nisi hæres prædium vendere, non simpliciter dare sit iussus. hoc enim casu videtur, quod in ipsa venditione seruitutem possit excipere. Sed reprobatur *l. qui concubinam* 29. §. *si fundum ff. de leg* 3. Secunda: Nisi testator vtus sit prædio legato, tanquam seruiente alij suo prædio. tunc enim videtur, quod hæres etiam per exceptionem seruitutem possit retinere, verum reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. reg. prox. except.* 3. Tertia: Nisi seruitus nominatim in legato sit imposita, aut ita legatum, Vti nunc est. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. reg. prox. exc.* 3. *in fi.* Quarta: Nisi fundus, excepto ædificio quod in fundo est, sit legatus. *l. si quis testam.* 78. §. *qui fundum. ff. de legat* 1 Alias propositæ regulæ exceptiones vide *sup. lib. prox. cap.* 2. *reg* 9.

IV. Regula: Si prædio legato aliqua seruitus debeatur, ea quoq; præstanda. *l. huiusmodi.* 81 §. *ædes. & l. legatum.* 113. § *fin. ff. de leg.* 1.

QVANTVM VENIAT IN actione legatorum.

I. Regula: Si certa summa vel quantitas in legato non sit adiecta, regulariter quidem legatum inutile censetur. *de quo sup. lib. prox. c.* 5. *in prin. est d. tum.* verum interdum valet: tunc quantum debeatur definitur primum in facto legato, *l. quædam in testamento.* 30 *ff. de leg.* 2, deinde in genere vini, frumenti, legato, certa quantitate vel summa non adiecta, quantum debeatur, definitur *l. quidam.* 7. *in prin. ff. de tritico, vino legat. M. I. R. lib.* 4. *cap.* 9. *reg.* 14. *exc.* 2. *repl.* 2. *dupl.* 3. *trip.* 2. Tertio definitur in legato annuo & alimentorum, *l. cum alimenta.* 22. *in prin. ff. de alim. leg. Concordat l. si cui.* 14. *ff. de annuis leg.* Quarto quantitas permittitur arbitrio rogati. *l. cum filius.* 78. §. *patri. ff. de leg.* 2.

I. Regula, De definitione horum verborum, Quantas summas dictauero, proponitur *l. quisquis.* 93. *ff. de leg.* 3.

II. Regula: Si tantum sit legatum, quantum hæres vel vnus hæredum habet, quantum debeatur, definitur *l. si ita.* 44. *in princ ff de leg.* 2. *Concordat l. qui concubinam.* 29. §. 1. *ff. de leg.* 3. *M. I. R. d. c.* 9. *reg.* 103.

IV. Regula: Si pater dotem filiæ, arbitratu tutoris dari iussit, quantum debeatur, definitur *l. si filiæ.* 41. *ff. de leg.* 3.

V. Regula. Si ita sit legatum, Amplius quam Titio legaui, Seio hæres decem dato: quantum debeatur, definitur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. prox. reg.* 18.

VI. Regula: Si cum minus vellet legare testator, plus scripsit, vel contra: quantum debeatur, definitur *l. qui quantum.* 15. *in prin ff de leg.* 1.

VII. Regula: Si ita legatum, Titio fundum do lego, ita vt eum pro parte habeat: quantum debeatur, definitur *l. plane.* 44 §. *fin ff. d. tt.*

VIII. Regula, De duobus partibus legatis, proponitur *l. qui concubinam.* 29. §. *qui quatuor ff de leg.* 3.

IX. Regula, De eo quantum plane um per legem capere potest legato, proponitur *l. si ita* 53. *in prin. ff. de leg.* 2.

X. Regula, De particula Cum, habetur *l. si is qui.* 14. *in pr. ff de rebus dubijs.*

XI. Regula, De duabus summis sub contrarijs conditionibus legatis, *l. Titiæ.* 98. *ff. de condit. & demonstrat. M. I. R. d. cap.* 98.

XII. Regula, De legato repetito. Si legatum datum, postea sit repetitum, & sæpius relictum, non bis, sed semel debetur. *quæ regula approbatur*

per ea dicta sunt sup.lib.prox.cap.7.caus.4. Concordat l. plane 34.§ 1 ff.de leg.1. l.1.§. Mela.ff. de dote relegata. item l Mæuius.68.in prin.ibi:sane constitutio.ff.de legat. 2.M.I.R.d. cap.9, regul.102. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non certum corpus, sed eadem summa vel quantitas sæpius sit legata, tunc enim sæpius debetur. *d. l.34.§.sed si non corpus.l.si pluribus.45.§ fin.ff.de leg.2.item l.seruo alieno.110.§.si quis à primo.ff.de leg.1.* Cuius replicatio prima est: Nisi certum numorum, vini, &c. corpus sit sæpius legatum: puta, centum quæ in arca sunt. *d. §.sed si non corpus.* Secunda: Nisi prioris legati adimendi animo testator repetierit. *l.si pluribus.45.§. fin.ff.de leg.2. Concordat l. cum centum.9.ff.de adimen. legatis.* Præterea ex d.§.fin.constat, quod reo propositæ replicationis probatio incumbat, scilicet adimendi legati animo id postea esse repetitum. *Cui concordat l. quinquaginta. 12. ff. de probationibus.* Contradicit *l.plane.34.§.sed si non corpus.ff. de leg.1.l. cum pater.29.§. & siquidem.ff. de iure dotium. item l. translatio.6.ibi:sed si id.ff.de adimen.leg.* Tertia replicatio est: Nisi à pupillariter substituto repetierit: tunc enim non nisi semel debetur. *l.si seruo. 110.§.si quis à primo.ff.de leg.1.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi quid amplius à substituto sit legatum: hoc enim quod excedit, à substituto debebitur. *l.quid ergo.53.in prin.ff.de leg.1.* Quarta replicatio est: Nisi testator adiecit, semel tantum se præstari velle, *de hac replicatione vide sup. cap. prox.reg.53.* Quinta: Nisi eidem duæ summæ in duabus tabulis eodem tempore scriptis sint relictæ: tunc enim minima summa debetur. *l. Sempronius.48.ff.de leg.2.* Sexta: Nisi duæ summæ sub diuersis conditionibus eidem sint legatæ. *l.Titiæ. 98.ff.de condit. & demonstr.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi testator bis voluit idem legatum præstari, *l.quid ergo.53.§.1.ff. de leg.1.* Quid autem iuris sit, si eadem res duobus testamentis eidem sit legata, vide *sup.lib prox.c.10. causa 57.exc.12.* Tertia exceptio est: Nisi alia res postea eidem sit legata: tunc enim vtrunque legatum videtur deberi. Cuius replicatio est: Nisi alterum pro altero sit legatum. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup.lib.prox.cap.7.causa 4.in prin.* Quarta: Nisi postea filio vel seruo eius cui ante legatum est, legauit. *l.quid ergo.53.§.1.ff.de leg.1.* Reliqua huius loci vide *sup.lib prox.cap.7.causa 4.*

XIII. Regula: Si testator rem sibi cum alio communem legauit, non nisi pars quam testator habuit, debetur, *l.seruu.5 §.Labeo.& §.fin.ff.de leg.1.l. qui concubinam.29.§.qui fundum.ff.de leg 3.*

XIV. Regula: Si alicui sit legatum ita, vt si perdidisset, rursus ei sit legatum: quantum & quoties debeatur, definitur *l.fideicommissa.11.§.si quis alicui decem.ff.de leg.3.de qua re vide sup.lib. prox.c. 11.causa 58.except.6.*

XV. Regula: Si vni ex hæredibus sit legatum, deducta ea parte, pro qua hæres est, reliquum ei debetur. *l.plane.34.§.si duobus. l.ab omnibus.101.§.si Titio.item l.leg.115.§.1.ff de legat.1.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi hæres idemque legatarius hæreditate se abstinuerit. tunc enim in solidum ei debetur legatum. *l.qui filiabus.17.§.si cum l.sequent.& l.quæsitum.88.§.duobus.ff.d.tt.* Secunda; Nisi hæres rogatus sit, suam partem alteri restituere, retento horto vel fundo: hoc enim casu solidum hæredi debetur legatum. *l.post emancipationem.38.§.Seiam.ff.de leg.3.* Tertia: Nisi hæredi à cohærede sit legatum: tunc enim solidum ei debetur. *l.legatum.113.§.1.ff.de leg.1.*

XVI. Regula: Si cum vini amphoratum certus numerus ex fundo esset legatus, minus nascatur, quantum veniat, definitur *l.cum certus.5.ff.de vino legato.*

XVII. Regula: Si hæreditas non sit soluendo, quantum cuique ex legatis detrahendum, vide *sup.lib.prox.c.11.caus.68.* Item, si cum certus numerus pecuniæ vel alterius rei, quæ in arca vel alibi esset, relictus sit, minus ibi inueniatur: id quod inuenitur, tantum debetur. *l. si seruus.105.§.qui quinque.ff.de leg.1.*

XVIII. Regula: Si vltra dodrantem bonorum quis legauit, hæres ex singulis legatis potest deducere partem, vt quartam hæreditatis retineat. *de qua re dicetur inf.peculiari cap.de l.Falcid.*

XIX. Regula, Deminuto legato vel hæreditate, deminuitur etiam pro portione fideicommissum: approbatur simul & distinguitur *l. pœnales. 32.§ si Titio ff.ad l.Falcidiam. l.facta.63. §. si Titius.ff. ad S.C.Treb.item l.Plautius.42.§.fin.ff.de condit. & demonstr.* Propositæ regulę exceptio prima est: Nisi testator solidum fideicommissum præstari iussit. *d.§.si Titio.versic.nisi forte.* Secunda: Nisi libertas per fideicommissum relicta sit, ea enim solida præstanda est, regula proposita non obstante. *d.l. 32.§.fin.ff.ad l.Falcidiam.* Tertia; Nisi cum Sticho legato, rogatus esset legatarius Stichum aut Pamphilum alicui dare, Pamphilum dare velit; hoc enim casu Pamphilum in solidum debet. *l.si mihi.94.ff.de leg.1.* Quarta; Nisi alimenta per fideicommissum sint relicta. *l.cum pater.79.§.eorum in fi.ff.de leg.2.* Quinta; Nisi annuum sit fideicommissum. *l.liberto.21.§.1.D.de annuis legatis. Concordat l.maritum.25.§.fin.D.ad l.Falcid.* Porro non quemadmodum deminuto per Falcidiam legato, ob id deminuitur quoq; fideicommissum; ita quoque, si legatarius rogatus Falcidiam passus non est, ob id amplius quam per fideicommissum relictum est, restituere tenetur. *l.Marcell.3.in pr. ibi: quod autem in suspecta.D.ad S.C.Treb.*

XX. Regula; Si per contra tabulas bonorum possessionem portio eius à quo legatum est, deminuta sit vel aucta, legatum quoq; deminuitur vel augetur. *l.si hæres.122.D.de legat.1.l.vlt.D.de leg.3. l.& si contra.33.D.de vulgari & pupill.substit.l.filium 5. §.sed si impubes. D. de leg. præstand.contra tabul.item l. filium.20.§.legata.D.de bon.possess.contra tabul.* Sed de augenda vel deminuenda portione hæreditatis, &c. vide *inf.cap.13.quæst.4.reg.3.& 4.*

XXI. Regula; Minuit insuper fideicommissa id, quod hæredi onerato à defuncto vel hæreditate debetur; hoc enim deducet ex fideicommisso, vel solutum repetit. *l.ab omnibus.101.§. fin. D. de leg.1.* Exemplum proponitur *l.si seruus.69. D.d.tt.* Aliud *l.testamento.61.§.quatuor.D.de leg.2.* Propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi cum post tempus hæres hæreditatem restituere esset rogatus, medio tempore ex fructibus tantum perceperit, quantum sibi debetur à defuncto. *l.cum pater.79. §.Titio fratri.D.d.tt.* Secunda; Nisi cum id legatum esset, quod ex hæreditate post mortē hæredis superesset. hæres multa ex hæreditate cōsumpserit,

l.penult.

l.penult.ff.ad S.C.Trebell. Tertia: Nisi occasione vnius legati ante diem soluti hæredi debeatur: hoc enim non deducet ex alio legato. approbatur exemplo *l.Lucius.90.§.testator.ff.de leg.2.* Plura de hac re vide *inf.cap.16.quæst.5.reg.4.exc.4.*

XXII. Regula, De sumptibus quos hæres fecit deducendis, proponitur *l.mulier.22.§.sed enim, in fin.ff ad S.C.Trebell. Concordat l.vbi pure.19.§.fin.ff. eod.tt.* Vbi vocabulum Hæredi, id est fideicommissario, ob euitandam antinomiam interpretatur Glossa. *Concordat item l.generali.32.§.Lucius.ff. de vsufruct.legat.item l domos.58.ff de leg. 1. M.I.R. lib.4. cap.9.reg.129.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi ob culpam hæredis sumptus fuit faciendus. *de qua sup.lib.prox.cap.10.causa 51.exc.6.repl.1. dupl.2. in fin.* Secunda: Nisi hæres non deductis sumptibus legatum soluit, reprobatur *l.quod si nulla.59.ff. de legat.1.M I.R.d.reg.129.exc.2.* Tertia: Nisi sumptus non ab hærede, sed à legatario sint facti. *l. sumptus.60.ff.d.tt.* Quarta: Nisi mulieri dos à marito sit relegata hoc modo: Quidquid ad te dotis nomine peruenerit. *l.Mæuio.42.§.à me.ff.de leg.2.de qua re dicetur inf.lib.prox.c.6.de dote relegata.*

XXIII. Regula: Si idem legatum à pluribus debeatur, in quantum quilibet teneatur, dictum est *sup.cap.2.reg.1.exc.1.*

DE LEGATO PLVRIBVS RELICto, & de iure adcrescendi.

XXIV. Regula: Si legatum pluribus sit relictum, pro virili portione singulis datur actio. *l. legato.19.§.fin.ff.de leg.1.Instit.de leg.§.si eadem l. si pluribus.33.in prin.ff.de leg.1.l.plane.34. §.si coniunctim.& l.duobus.82.ff.d.tt.l.coniunctim.78.ff.de legat.3.l testamento.91.§.Lucius.ff.de leg.2.l.vnica.§. vbi autem legatarij.C.de caducis toll.l.eum, qui.56.in prin.ff.de verbor. oblig. & l.si quis. 78.in prin. ff.de leg.1. M.I.R.d.cap.9. reg.109.* Propositę regulę exceptio prima est: Nisi non coniunctim, sed separatim pluribus eadem res sit legata. hoc enim casu videtur legatum à priore ad posteriorem translatum, verum hoc non presumitur, nisi probetur. proinde exceptio proposita ipso iure reprobatur *l.si pluribus.33. §. quod si separatim.ff.de leg 1.Inst.de leg.§.si eadem res.l.vnica.§.vbi autem legatarij.ibi:sin autem disiunctim. C.de caduc.toll.M.I.R.d.reg.109.except.1.* Quid autem sit coniunctim, quid separatim vel disiunctim legare, definitur *Instit. d.§.si eadem res.item l.si Fordianum.7.in prin.C.de leg.* Cuius contrarium exemplum est *l.alumnæ.30.§.Titia.ff.de adim.leg.* Secunda exceptio; Nisi alij in partis, alij in pupillari testamento eadem res sit legata. reprobatur *l.plane.34. §.si coniunctim, in fin.ff.de leg.1.* Tertia: Nisi adimendi animo legatum ab vno ad alium sit translatum. *l.si pluribus.33. §. quod si separatim. ff. de leg.1.de qua re vide sup.lib.prox.ca.7.caus.3.* Quarta: Nisi quibusdam coniunctim, alij autem separatim eadem res sit legata. tunc enim non habent æquales partes in re legata: sed is cui separatim legatum est, dimidiam eius partem habet, quilibet ex duobus coniunctis quartam. coniuncti enim vnius personæ vicem sustinent. *l.plane.34.in pr.ff.d.tt.* Exemplum proponitur *l.si quis. 7. ff.de vsufru.adcresc.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi Titio & posthumo legatum sit: tunc enim pluribus natis, legatum inter Titium & natos in viriles partes diuiditur. *l.vtrum.8.in pr.ff.de reb. dub.* Sed & alia replicatio proponitur *l.Lucius.90.§.Lucius.ff. de leg.2.* Quinta exceptio: Nisi alteri semel, alteri sæpius eadem res sit legata. reprobatur *l.cum quæstio.23.§.fin.C.de leg.Concordat l.quid ergo.53. in pr. ff. de leg.1.* Sexta: Nisi pluribus alternatiue sit legatum. reprobatur *l.cum quidam. 4. C.de verbor. signif.* Septima; Nisi adiecta parte singulis sit legatum. *l.legata.19.§.fin.ibi: si partes adiectæ non sunt.ff. de leg. 1.l.cum quæst.23.§.fin C.de legatis.* Si ergo adiectum sit, pro qua parte res legata ad quemlibet pertinere debeat, hoc seruabitur. idem iuris est, si vnicuique certa res sit legata. *l.huiusmodi.81. §. penult. ff.de leg.1.* Idem iuris est, etsi in vnius tantum persona partem testator expressit; pro ea enim parte res ad eum pertinebit, & quod reliquum est, pertinebit ad collegatarium. *l. cum quæst.23.in prin.C.de legat.* Huius exemplum proponitur *l. vxorem.39.§.1.ff.de leg.3.* Plane si plus distribuit inter legatarios testator, quam in eius hereditate inuenitur, singulis pro rata decedit. Quod approbatur exemplo *l.si quis testam.78.§.1.ff.de leg.1. Concordat l.Marcellus.3 in prin.ff.ad S.C. Trebell.* Octaua exceptio est; Nisi testator vtrumque solidum legatum accipere voluit. *l.si pluribus 33.ibi.nisi ipse testator.ff.de leg.1.l.vnic.§.hæc autem ita.C. de cad. tollen. l.duos.14.ff.de vsufruct. legat.l.qui duos.13.§.fin ff.de legat.2.item l.non quocunque.79.§ qui Caium.ff.de leg.1.* Plane quod de electione rei vel precij seruanda ei qui prior de legata litem contestatus est, in supradicta l.33. Iurisconsultus dicit, illi concordat *l.si res.20.ff.de leg.3.M.I.R.lib.4.cap.10.reg.76.* Nona exceptio est; Nisi cum duos eiusdem pecuniæ reos testator haberet, alterius debitum Sempronio alterius Mæuio legauit; tunc enim vtriq; solidum debetur. *l.non quocunque.79. § qui Caium.ff. de leg.1. Concordat l.qui duos.13.in prin.ff.de leg.2.* Decima; Nisi cum plures essent eiusdem rei stipulandi, hæres iussus sit eis soluere; hoc enim casu quilibet in solidum agere potest, vel in id quod sua interest. *l.fideicom.11.§.plerunq; ff.de leg.3.* Vndecima; Nisi hæredibus ex disparibus partibus institutis eadem res sit legata. *l.quoties.23.in pr. ff. ad S.C.Treb. Concordat l.Lucius.78.§.pater.& §.Mæuia.ff. eod.tt. M.I.R.lib.4.cap.9.reg.109.exc.1.* Propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi cum testator hæredibus ex disparibus partibus institutis, portionem hæreditatis sub conditione dandi reliquisset, hæredes æquales partes conditionis implendæ cautio dare iussit; tunc enim etiam pro æqualibus partibus ad eos portio hæreditatis fideicommissaria pertinet. *l.quoties.23.ff.ad senatusc. Trebell.l.vtrum.8.§.fin.D.de rebus dubijs.* Secunda; Nisi in fideicommisso eos non hæredes, sed proprijs nominibus testator appellauit. *l.nonnunquā. 24.D.ad S.C.Trebell.l.turpia 54.§.fin. & l.seruus.66. §.fin.D.de leg.1.item l.2.in prin.D.de instr. leg. M.I.R.d. except.1.repl.1.* Duodecima exceptio est; Nisi seruo plurium dispares partes in seruo habentium sit legatum; hoc enim casu cuilibet pro ea parte quam in seruo habet, adquiritur. *l.si ser.50. in prin. D.de leg.1. Concordat l.& Proculo 20.in fin.D.de leg.2.* Decimatertia; Nisi domino & seruo, patri & filio sit legatum. tunc enim vtrūq; legatum consistit, & solidū pater vel dominus petere potest. *l.quid ergo.53.§.1.ibi: nam etsi mihi.D.de leg 1.* Huius replicatio est; Nisi seruus ante diem legati cedentem

manumissus,vel filius fuerit emancipatus. tunc enim,quia ipsi seruo filio competit actio, *vt dictum sup.cap 1.membr.3.reg.2.exc.1.* in partes æquales legatum scinditur.*l.si domino 96.ff.de leg.1.* Decimaquarta exceptio est: Nisi res legata diuisionem non recipiat.hoc enim casu singulis in solidum competit actio *approbatur per ea quæ dicta sunt inf.in Parte 5.cap. Quibus competat?reg.4.exc.4.repl. 4.* Plane vsusfructus diuisionem recipit; ideoque ex causa legati non nisi pro parte petendus ab vno ex legatarijs.*l.sed vsusfructus.80.ad l.Falcid.* Decimaquinta exceptio; Nisi alter in rem egit,alter in personam.reprobatur *l.si pluribus.33.in pr. ff. de leg.1.* Decimasexta: Nisi alter ex legatarijs agendo non rei partem sit consecutus; sed litis æstimationem: hoc enim casu videtur alteri solida res deberi.sed reprobatur *l.duob.82.ff.de leg.1.*

DE IVRE ADCRE-
scendi.

Decimaseptima exceptio est: Nisi legatum in vnius persona defecerit.tunc enim alteri iure adcrescendi solidum legatum debetur.*Inst de legatis. §.si eadem res.Concordat l.vnic.§.vbi autem legatarij.C. de cad.toll.M.I.R.d.cap 9.reg.111.*Exemplum proponitur *l.qui quartam.15.§.fin.ff.de leg.1.l.si duobus.16.§. fin.ff.eod.tit.l.quidam.6.§ fin.cum duabus ll.sequentibus. ff.de rebus dubijs.*Secundum exemplum habetur *l. si quis.78.§.his verbis.ff.de leg.1.Concordat l. Titius.24. cum duabus ll.sequentibus.ff.de hæred.inst.* Tertium *l. libertis.4.in prin.ff.de alim.legat.*Quartum proponitur *l.hæc scriptura.25.§ fi.ff.de condit.& demonstr.* Hactenus exempla propositæ exceptionis sunt enumerata; sequuntur nunc eius replicationes: quarum prima: Nisi non coniunctim, sed separatim eadem res pluribus sit relicta. approbatur *Inst.de leg.§.si eadem res.l.vnic.§.sin vero non omnes. C. de cad.toll.item l.1.§.interdum,in fin.ff.de vsufru. adcrescendo.M.I.R.d.reg.111.exc.1.* Secunda replicatio est; Nisi statim ab initio in alterius persona legatum non consistat: hoc enim casu alteri non adcrescit. approbatur exemplo *l.plane.34.§.si coniunctim.ff.de leg.1.* Aliud ergo iuris est,si ipso iure seu statim ab initio non consistat legatum in persona collegatarij:aliud,si ab initio vtiliter legatum relictum,postea deficiat.Plane si seruo testatoris cum alio communi sit legatum,iuri adcrescendi est locus.*de quo paulo inferius dupl.2.* Aliud exemplum est: Si alter,cui simul vel separatim legatum est,legati non sit capax.*Quod proponitur l.si Titio.7.ff.de leg.2.* Aliud: Si res legata sit alterius legatarij.*l.huiusmodi.81.§.si Titio.ff.de leg.1.* Aliud denique proponitur *l.si duob.16.in pr.ff.de leg.1.* Cui contradicit *l.vnic.§.& cum tripl.ibi.ea enim vel his.& § in primo itaq; C.de caducis toll.*Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi cum duobus esset legatum, vnus illorum hæres etiam sit institutus: hoc enim casu, quamuis ipso iure legatum à semetipso alteri inutiliter sit relictum, *secundum ea quæ dicta sunt sup.lib.prox cap.3.exc.27.* tamen alteri portio eius adcrescit. *l. plane. 34.§.si duobus.ff.de leg.1.*Huius triplicatio prima est: Nisi alter ex legatarijs hæredi, à quo legatum relictum est,hæres existat: hoc enim casu, quamuis in hæreditate hæredis etiam testatoris bona adquirat,& ita ipsi testatori succedat, tamen coniuncto partem facit. *d. §.si duobus.ibi:plane si alter.*

Secunda: Nisi alter ex legatarijs pro parte tantum testatori hæres existat. tunc enim non tota eius portio,sed pro ea parte, pro qua testatori hæres existit,coniuncto adcrescit.*l.legatum.113.§. 1.ff de leg.1.*Hæc de prima duplicatione propositæ replicationis,Secunda duplicatio est; Nisi testator seruo sibi cum alio communi legauit. hoc enim casu, quamuis ab initio legatum seruo relictum,quatenus testatoris est, non consistat: tamen in solidum alteri socio iure adcrescendi legatum debetur. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup. lib.prox.cap.3.exc.25.tertia exc.repl.4.* Huius triplicatio est; Nisi vnus ex socijs seruo communi partem quam in seruo habet, legauerit. tunc enim socio solidum non adquiritur, sed seruus liber fit.*l.2.C.de communi seruo manumisso.* Hactenus de secunda propositæ exceptionis replicatione sit dictum.Tertia eius replicatio est; Nisi non in totum defecerit legatum in vnius persona, sed adhuc pendeat,forte conditione legati in persona coniuncti adhuc pendente.tunc enim,quamuis coniunctus nondum legatum petere possit, tamen alteri non nisi pro parte legatum debetur. *l.plane.34.§.sed etsi in pupil.ibi.interim igitur.ff.de leg.1. & l.quidam.6.§.fin.cum duabus ll.sequentibus ff.de reb. dubijs.* Quarta replicatio est; Nisi dies legati cesserit; hoc enim casu,quamuis coniunctus mortuus sit, ad hæredem suum legatum transmittit, nec alteri coniuncto adcrescit.*l.libertis. 4.in pr. ibi post diem autem.ff.de alim. leg. M.I.R.d.reg. 111.exc.3.* Huius duplicatio prima est; Nisi alter alteri sit substitutus; tunc enim mortuo altero post diem legati cedentem, non transmittit ad hæredem suum,sed substituto adcrescit. *l. Titia.89.§. Seia.ff.de leg.2.*Plura de proposita duplicatione vide *sup.cap.1.quæst.3,reg.1.exc.7.*Secunda duplicatio est; Nisi duobus eadem re ab imperatore donata,alter ex ijs sine hærede decesserit; hoc enim casu portio eius ad alterum pertinet.*l.vnic.C.si liberalitatis Imp.socius sine hærede decesserit,lib.10.*Quinta replicatio est; Nisi ei,in cuius persona legatum defecit, ante diem legati cedentem res vel portio sit restituta,ipso quidem iure reprobatur, eiusque exemplum proponitur *l.vxorem.39.§. Seium.ff.de leg.3.* Admittitur autem in casu, qui proponitur *l.mulier.22.in pr.ff.ad S.C.Treb.* Sexta replicatio est; Nisi alteri conditio, sub qua ei legatum est,à lege sit remissa; tunc enim ei portio in alterius persona deficiens non adcrescit. approbatur simul & declaratur *l.mulieri.72.ff.de cond. & demonst.*Exemplum proponitur *l.Lucius.90.§.quisquis.ff.de leg 2.*Septima; Nisi seruo plurium communi sit legatum; tunc enim, quamuis legatum in vnius domini persona defecerit, alteri tamen non adcrescit.*l.& Proculo 20 ff.de leg.2.M.I.R. d.reg. 111.exc.2.*Octaua replicatio est *l.pater.36.§. filiam. ff.de leg.3.*Vbi glossa virilem partem interpretatur pro toto.quæ interpretatio si recipatur,verbis istis exemplum propositæ exceptionis,non replicatio nobis proponitur. Hactenus, an coniunctis portio deficiens adcrescat, tractatum est; nunc quibus adcrescat,explicandum.

QVIBVS PORTIO DEFI-
ciens adcrescat.

Huius loci regula est,Quod si eadem res duobus con-

bus coniunctim, & tertio separatim sit relicta, deficiente legato in persona vnius ex coniunctis, portio eius non ei cui separatim, sed ei cui coniunctim legatum est, adcrescat. *l. re coniuncti. 87.ff.de legat.3.*Exemplum est; Si Titio & Mæuio fundus sit legatus,posteaque idem fundus sit legatus Sempronio,hoc enim casu,si Mæuius moriatur ante diem legati cedentem,portio eius nō Sempronio,sed Titio in solidum adcrescit, quia is & re & verbis fuit cōiunctus.Sempronius disiunctus. *Concordat l.vnic. § sin vero quidam ex hæredibus.C.de caduc.tollen.* Propositæ regulæ exceptio est:Nisi non verbis, sed re tantum sit cōiunctus, tunc enim non præfertur alijs *d.l.87.*Cuius exēplum proponitur *l.Mæuio.42.in pr.ff.de legat.2.Concordat d §.si vero quid.vn.ibi,si autem ex his.* Plura de quæstione proposita;quibus adcrescat,vide *supr. lib.prox.c.12.quæst.1.item lib.9.c.22.reg.2.*

QVANTVM ADCRESCAT.

Huius loci regula est, Quod si plurib. portio deficiens adcrescat, singulis non pro ea parte, quam in legato habent, sed pro parte virili adcrescat. *l. vnic. §. vbi autem.ibi,pro virili. C.de caducis toll.* Hactenus de iure adcrescendi, de quo vide plura *supr.lib.eod.c.1.quæst.3.item lib.9.c.22.*

XXV. Regula: Si testator generaliter legata ab instituto relicta, à substituto duplicari voluit, quæ legata in duplum non debeantur, definitur *l.Lucius 90.§.impuberem.ff.de leg.2.*

XXVI. Regula: Si,cum quis rogatus esset alicui restituere hæreditatem,& post aliquod tempus dimidiam eius hæreditatis partem recipere, is deducta quarta parte hæreditatem restituit; quantum tempore existere recipere debeat, definitur *l.libert.21.§.filium.ff.de annuis legatis.*

XXVII. Regula:Si triginta annua bima;trima die sint relicta, quantum singulis annis debeatur, definitur *l.si legatum. 3.ff. de annuis legatis. de quo infr.lib.prox.c.4.quæst.7.*

XXVIII. Regula: Quanti res legatæ æstimandæ, vide *infr.eod.lib.c.16.quæst.4.*

QVANDO COMPETAT ACTIO LEGAtorum ex testamento, & quando dies legatorum cedat.

CAP. VII.

HActenus quid, quale,& quantum veniat in actione legatorum petendum,quatuor capitibus expositum est atq; tractatum, sequuntur nunc reliqui eius actionis loci explicandi.Proinde quando actio legatorum competat,& dies legatorum cedat, nunc est cognoscendum. Sane ante diem legati cedentem legatorum actio cōpetere non potest, sed postquam dies legati cessit,competit. Plane interdum nec post diem legati cedentem statim competit actio, quoniam dies quidem legati ante aditam hæreditatem cedere potest, actio autem legatorum nunquam, nisi adita hæreditate, potest competere. *l.hæredis. 7.in prin.ff.quando dies leg.ced.l.omnia.32.in princ.ff.de leg.2.* Proinde aliud est diem cedere, aliud diem venire. Cedere dies,cum incipit deberi legatū, venit dies, cum debitum legatum potest peti. Quod probatur simul & exemplis declaratur *l. cedere diem. 213.ff.de verb.signif.l.non tamen. 9. ff. vt legat.seruand. causa caueatur.* Inter diem autem cedentem, & diem venientem differentia hæc est, quod si legatarius ante diem legati cedentem moriatur, legatum ad suos hæredes non transmittat.*de quo supr.lib.prox.c.8.caus.10.*Secus autem, si ante diem venientem sit mortuus, hoc enim casu legatum nihilominus ad heredes eius transmittitur, dummodo post diem legati cedentem decesserit.*l.hæredis. 7.ff. quando dies legat. cedat.& l. cum illud.25.§.fin.ff.d.tt.M.I.R.lib.4. cap.9.regul.114.* Nunc ad propositum.

I. Regula: Dies igitur legatorum regulariter cedit,& per consequens legati actio competit à die mortis testatoris, quod loco primæ regulæ est notandum.*l.vnica.§.cum igitur.&§.in nouissimo. ibi,& dies legator.C.de cad.toll. l.si post.5. in pr.ibi, itaq; si purum ff quando dies legati cedat. item l. si dies. 21. in pr.ff.d.tt.M.I.R.d.c.9.reg.113.*Plane propositæ regulæ plures sunt exceptiones,quæ sequuntur.

I. Exceptio: Nisi non pure, sed in diem legatum vel fideicommissum sit relictum, hoc enim casu à die veniente legati dies cedit, approbatur simul & distinguitur *d. l. 21. in pr. ff. quando dies leg. ced.l.1.§.dies ff de condit.& demonstr.item l. vnic. §. sin autem aliquid.C.de cad.tollen.M.I.R.d.reg.113. except.1.* Huius replicatio prima est: Nisi dies certus legato sit adiectus,hoc enim casu statim à die mortis testatoris dies legati cedit, quamuis die legato adiecta non existente, actio non detur. *d. l.23.in pr.l.si post.5.in pr.ibi,si vero post diem.ff.d.tt.l.1.ff.de condit.& demonstr.l.Sempronius.26 in pr.ibi, dies quidem. ff.de vsufruct. legat.l.in quantitate.73.§.in diem.ff.ad l. Falcidiam.item l.vnic.§.cum igitur materiam.ibi,similique modo.C.de cad.tollen.M.I.R d.exc.1.repl 2.& d.c.9. reg.39.exc.1,repl.1.* Cuius duplicatio prima est;Nisi id in diem certum relictum sit, quod ad hæredem non transit. *l. si post.5. in princ. ibi, si vero post.ff. quando dies leg.ced. M.I.R. d. repl.2.dupl.1.* Secunda: Nisi præter diem certum, & incertus dies sit adiectus,approbatur exemplo *l. si cui.49.§.1.ibi, hoc aūt.ff.de leg.1.M.I.R.d.repl.1.dupl.1.*Reliquas propositæ exceptionis replicationes vide *infr. exc. prox.* quæcunq; enim eius exceptionis, eædem & huius sunt replicationes. Vide item *infr.reg.3.*

II. Exceptio: Nisi sub conditione sit legatum. hoc enim casu non nisi conditione existente legatum debetur,eiusque dies cedit.*l.si post.5.§.1.ff. quando dies legat.cedat.l.vnic.§.sin autem aliquid. C. de caduc.toll.item l.legat.40. ff. de condit. & demonstr. M. I.R.d.reg.113.except.2.* Huius replicatio prima est: Nisi talis sit conditio, quæ minus remittitur.*l si post.5. §.1.ff.quando dies leg.ced.*Quæ sint huiusmodi conditiones,dicetur *infr.lib.prox.c.2.* Secunda replicatio est:Nisi nō stet per legatarium, quo minus conditio impleatur.*d.l.5.§.1* Tertia:Nisi sub eadem conditione legatum sit relictum, sub qua hæres est institutus.*l si dies.21.§.fin.ff d.tt.l.aliquando.105.ff.de condit.& demonstr.item l.hæredis.7.§.tractari.ff quando dies legati cedat.*Quarta:Nisi ita sit legatum, Si hæres erit,vel, Si hæres hæreditatem adierit, Mæuio,decem dato. *l.si Titio.22.§.quædā. ff.d.tt.Concordat l.aliquando 105.ff. de cond. & demon.* Huius replicationis duplicationes vide *inf.li.prox. c.3.cond.6.reg.1.*Quinta replicatio:Nisi ita sit legatū,Siue illud factū fuerit,siue nō,reprobatur *l.huiusm.13.ff.quando dies leg.ced* Sexta:Nisi ab impuberis substituto ita legatum sit,Si intra pubertatem

filius decesserit, hoc enim casu, antequam filius impubes decesserit, dies legati cedit *l. hæredis.* 7. §. *inde dicimus, in fin. ff. d. tt.* Septima: Nisi duabus rebus alternatiue legatis, altera pure, altera sub cõditione sit legata, hoc enim casu alterius legati dies statim cedit, approbatur exemplo *l. si vsusfructus* 14 *in princ. ibi, argumentum. ff. quando dies leg. cedat. Con ordat l. si penum.* 24. *ibi, & si intereat. ff. d. tt.* Contradicit *l. cum illud.* 25. *in princ. ff. d. tt.* Octaua: Nisi id in conditione sit expressum, quod etiam tacite inerat, reprobatur *l. si intra.* 45. §. *fin. ff. de condit. & demonstrat.* Exemplum proponitur *l. si ita.* 64. §. *illi si volet ff. de leg* 1. Plane replicatio hæc admittitur in supradicta replicat. 4. Nona replicatio: Nisi sub conditione, Si volet, sit legatum, reprobatur *d.* §. *illi si volet. Concordat l. si ita.* 67. *ff. de condit. & demonstr. M. I. R. lib.* 4. *c.* 9. *reg* 14. *except.* 36. *repl.* 6. Plane admittitur, si ita legatum sit, Cum petiisset. *l. Titia.* 83. *ff. eod. tt. Concordat l. si decem.* 48. *ff. de verb. oblig.* Sed & admittitur in hæredum institutionibus. Quæ distinctio approbatur simul & distinguitur *l. verba hæc.* 12. *ff. de condit. inst. l. Cornelius.* 67. *& l. iam dubitari.* 84. *ff. de hæredib. instituen.* Decima replicatio est: Nisi cum ab instituto legatum relictum esset, cum moreretur, institutus hæres non existat, & ob id substitutus legatum debeat, hoc enim casu nõ videtur instituti mortem esse expectandam. Verum reprobatur *l. cum pater.* 79. §. *ab instituto, in fin. ff. de leg.* 2. Plane admittitur, si legatum ab instituto sub conditione relictum, à substituto sine conditione sit repetitum. *de quo infr. repl. prox.* Vndecima replicatio est Nisi legatum sub conditione relictum, postea sine conditione sit repetitum. *l. seruo.* 110. §. *si ab impubere. ff. de legat.* 1. *l. non ad ea.* 87. *ibi, si prius. ff. de condit. & demonstr. l. si cui.* 52. § *fin. item l. si fundum.* 78. §. *si pater familias. in fin. ff. de leg.* 1. *M. I. R. d. reg.* 113. *exc.* 2. *repl.* 1. Huius duplicatio prima est: Nisi amplius à substituto sit repetitum, quam ab instituto legatum est, hoc enim casu id quod concurrit cum summa ab instituto relicta, non statim debetur, sed conditione existente. *l. quid ergo.* 53. *ff. d. tt.* Secunda: Nisi sub eadem conditione legatum fuerit repetitum. *l. si quis,* 32. *in princ. ff. de leg.* 1. Tertia: Nisi cum sub conditione hæredi instituto, sine conditione legatum esset, hoc enim casu videtur in legato repetita conditio, approbatur *per ea quæ proponuntur infr. reg. ead. exc.* 4. Plane propositæ replicationi contradicere videtur *l. in repetendis.* 61. *ff. de leg.* 3. Duodecima replicatio est: Nisi conditio postea sit adempta. *l. si quis* 3. §. *conditio. ff. de adimen. legat.* Decima tertia: Nisi cum ita legatum esset, Cum moreretur hæres, is in insulam sit deportatus, reprobatur *l. cum pater.* 79 §. *hæreditatem. ff. de legat.* 2. Decima quarta: Nisi cum aliquid legatum esset sub conditione intra certum tempus non faciendi, nondum elapso illo tempore certum esse cœperit, id fieri non posse. *De hac re cum aliis similib. dicetur infr. reg.* 3. Decimæ quintæ replicationis loco notandum, quod si sub conditione sit legatum, ad cauendum ante existentem conditionẽ agi possit. *de qua re infr. cap.* 10. Decima sexta replicatio est: Nisi sub conditione non faciendi legatum sit, hoc enim casu, quamuis dies legati non nisi mortuo legatario cedat, tamen statim adita hæreditate ad legatum restituendum agi potest, cautione Mutiana oblata. *de qua re vide infr. cap. prox. de cautione Mutiana.* Huius duplicatio est: Nisi sub conditione non iterandi nuptias sit legatum, tunc enim annus à morte testatoris est expectandus, *de quo infr. d. loco.* Decima septima replicatio est: Nisi in præteritum vel præsens tempus conditio sit collata. *l. eas causas.* 78. *ff. de condit. & demonstr. l. institutur.* 10. § *fin. ff. de condit. inst. l. si ita.* 120. *in fin. ff. de verb. oblig. item Inst. eod. tt.* §. *condit.* Exemplum proponitur *l. in condit.* 19. §. *hæc scriptura. vers. proinde nec illud. ff. de condit. & demonstr.* Hæc de secunda exceptione. Sed & plura de ea vide *infr. lib. prox. c.* 2. *item supr. lib. prox. c.* 8. *causa* 10.

III. Exceptio: Nisi testator legati nomine satisdari iussit, vel satisdationem exigi prohibuit, hoc enim casu videtur, quod noluerit statim post mortem suam legatum solui. Verum reprobatur *l. vxorem.* 39. §. *fin. ff. de leg.* 3.

IV. Exceptio: Nisi legatarius etiam sub conditione hæres fuit institutus, vel aliquid aliud sub conditione ei fuit relictum. *l. cum seruus.* 18. *ff. de condit. instit. l. auia.* 75. *in princ. ff. de condit. & demonstrat. l. cum seruis.* 80. *in princip. l. libertus.* 106. *ff. d. tt. l. qui concubinam.* 29. § *cum in testament. ff. de leg.* 3. *l. vlt.* §. *marito. ff. de doli mali exc. M. I. R. d. reg.* 113. *except.* 6. Huius exceptionis prima replicatio est: Nisi nõ sub conditione, sed in diem incertum hæres sit institutus, hoc enim casu, quamuis dies incertus alioquin conditioni æquiparetur, *l. dies.* 73. *ff. de cond. & demonst.* tamẽ dies ille institutionis incertus in legato nõ videtur repetitus *l. ab omnib.* 101. §. *cum quidam. ff. de leg.* 1. Plane potest videri iam propositus paragraphus præcedentib. contradicere. Secunda replicatio est: Nisi conditio institutioni post legatum datum sit adscripta. *l. filium familias.* 27. *in pri. ff. quando dies leg. cedat.* Tertia: Nisi conditio in eo cui adiecta est, nihil operetur, hoc enim casu nec in alio repetita creditur, *l. si intra.* 45. §. *fin. ff. de condit. & demonstr.*

V. Exceptio: Nisi legatarius tanquam minister alij sub conditione restituere fuit rogatus. *l. quidam.* 93. §. *si scriptus. ff. de leg.* 1.

VI. Exceptio: Nisi testator diem legatorum postea protulit, vel sub conditione legata repetiit. *l. quod traditum.* 85. *cum sequentibus. D. de condit. & demonstr. Concordat l. quibus dieb.* 39. §. *quidam Titia. D. d. tt.* Plane exceptionis propositæ replicatio prima est: Nisi non ex interuallo, sed in cõtinenti dies vel conditio sit adiuncta. *l. non ad ea.* 87. §. *quod si pure ff. de condit. & demonst.* Cuius duplicatio est: Nisi cum commemoratione prioris legati posterius sit scriptum. *d.* §. *quod si pure.* Secunda replicatio est: Nisi cum pluribus legatis relictis hæc scriptura esset adiecta, Quas pecunias legaui, quibus dies adpositus non est, eas hæres meus annua, bima, trima die dato, certæ species sint legatæ, horum enim legatorum dies nihilominus statim cedit. *l. talis.* 30 *in princ. &* §. *item si legetur. D. de legat.* 1. Tertia: Nisi cum pluribus legatis relictis hæc scriptura esset adiecta, Quas pecunias legaui, quibus dies adpositus non est, eas hæres meus annua, bima, trima die dato, quibusdam legatis dies sit adpositus, horum enim dies ista scriptura non prorogatur. *d. l.* 30. *in princ.* vbi etiam quatuor huius replicationis exempla proponuntur. *Concordat l. si quis.* 52. *ff. de condit. & demon-*

demonstrat. Plane propositæ replicationi locus non est, si legata quibus dies est adiectus, non sint specialiter excepta. *l. Titio.* 76. *ff. de leg.* 2. Quarta replicatio est: Nisi dos vxori sit legata. *l. cum vulgare.* 4. *ff. de dote relegata.* Quinta replicatio est: Nisi cum diem legatorum prorogasset hac scriptura, Quas pecunias legaui, &c. postea quædam sint legata, ad sequentia enim legata scriptura ista non videtur pertinere, reprobatur *d. l.* 30. §. *fin. cum l. sequente. ff. de leg.* 1. Hæc de sexta exceptione, eiusque replicationibus sint dicta.

VII. Exceptio: Nisi legatum sub conditione sit ademptum. *l. aliquando,* 105. §. *fin. ff. de condit. & demonstr. l. quod pure.* 6. *in pr. ff. quando dies leg. cedat. l. si legatum.* 10. *in princ. ff. de adim. legatis.*

VIII. Exceptio: Nisi filiofamilias à patre hærede sit legatum relictum. *l. fideicommissa.* 11. §. *si filio à patre. ff. de leg.* 3.

IX. Exceptio: Nisi à patre filiæ sit ita legatum, vt eo amplius haberet, quam ex bonis patris habitura esset. *l. si legatarius.* 8. §. *fin. ff. de leg.* 3.

X. Exceptio: Nisi ita quis sit rogatus, Facias peruenire ad filium tuum. *l. vbi pure.* 19. *in prin. ff. ad S. C. Trebell. Concordat l. epistol.* 75. §. *fin. ff. d. tt.*

XI. Exceptio: Nisi legatum extrinsecus suspendatur, reprobatur *l. conditiones.* 97. *ff. de condit. & demonstr.* Declaratur *l.* 1. §. *fin. ff. d. tt. Concordat l. quod pure.* 6. *ff. quando dies legati cedat. M. I. R. d. reg.* 113. *exc.* 5. Exemplum proponitur *l. cum fine.* 19. §. *fin. ff. d. tt.* Aliud *l. si Titius.* 52. §. *fin. ff. de leg.* 2. Aliud *l. cum illud.* 25. §. *hæres, vsq; ad finem legis. ff. quando dies legat. cedat.* Item aliud *l. Firmio.* 26. *in pr. ff. d. tt.* Plura huiusmodi exempla vide *infr. exc.* 16. *cum sequentibus.* Plane in propositis exemplis dies quidẽ legati statim post mortem testatoris cedit, sed non statim agi potest, nisi vel res extiterit vel aliud quid eiusmodi euenerit; quoniam (*vt supra dictum est*) mora, non conditio, legato inicta est. Quod loco primæ distinctionis, qua exceptio proposita admittitur, est notandum. *Cui concordat l.* 1. *in prin. ibi, nisi vel ipsa. ff. de condit. & demonstr.* Secunda distinctio est: Nisi duæ res alternatiue sint relictæ. *l. cum ita.* 16. *in prin. ff. quando dies legat. cedat.*

XII. Exceptio: Nisi id sit legatum, quod ad hæredem non transit, vt vsusfructus, vsus, &c. tunc enim non nisi ab adita hæreditate dies cedit. *l.* 2. *cum l. sequent. l. si post.* 5. *in princ. l. si habitatio.* 9. *item l. cum ita* 16. *fin. ff. d. tt. l. vnic.* §. *libertatibus. ibi, except. C. de caducis toll.* Propositæ exceptionis prima replicatio est: Nisi alia res cum vsufructu alternatiue sit relicta, hoc enim casu, mortuo legatario ante adeptam hæreditatem, nihilominus eam rem quæ cum vsufructu legata est, ad hæredem suum transmittit, quamuis electionem non transmittat. *l. si vsusfructus.* 14. *in prin. ff. quando dies leg. cedat.* Secunda replicatio est: Nisi annuum sit legatum, hoc enim quamuis ad hæredem non transeat, *vt supr. suo loco est ostensum*, tamen statim à morte testatoris dies eius cedit. *l. nec semel.* 12. §. *item Celsus. ff. d. tt.* Idem est, etsi quotannis legetur. *de quo infr. reg.* 2. *except.* 1.

XIII. Exceptio: Nisi libertas sit relicta. *l. vnic.* §. *libertatibus. C. de cad. toll. Concordat l. iam cum* 8. *ff. quando dies legat. cedat.*

XIV. Exceptio: Nisi seruo testamento manumisso aliquid sit legatum. *l. hæredis.* 7. §. *fin. cum l. seq. ff. d. tt. Concordat l. vnica.* §. *libertatib. C. de cad. toll.* De legato seruo manumisso relicto, vide *supr. lib. prox. cap.* 3. *exc.* 2, 5. *tertia exc. repl.* 1. Huius exceptionis replicatio est: Nisi ante aditam hæreditatem seruus sit manumissus. *l. filiumfamilias.* 27. §. *fin. D. quando dies legat. cedat.*

XV. Exceptio: Nisi seruo legato legatum sit relictum. *l. cum legato seruo.* 17. *D. quando dies leg. cedat. l. cum ita.* 16. §. *cum seruo. & l. hæredis.* 7. §. *fin. D. d. tt. l. vnica.* §. *libertatib. C. de cad. toll.*

XVI. Exceptio: Nisi ab eo qui sub conditione hæres est institutus, vel cui sub conditione legatum est, fideicommissum sit relictum. Hęc exceptio exemplum est superioris exceptionis vndecimæ, & perinde ac illa reprobatur, *præsertim l. hæredis.* 7. *in pr. D. quando dies leg. ced. l. cum fine.* 19. §. *cum ab eo. item l. si dies.* 21. §. *fin. ibi, neq; enim per. D. d. tt. Cõcordat deniq; l. qui fundum.* 86. §. *si tu ex parte. D. ad l. Falcidiam.* Plane admittitur exceptio proposita in casu *l. patronum* 44. *in pr. C. de bonis libertorum.*

XVII. Exceptio: Nisi à substituto relictum sit legatum, & institutus adhuc deliberet. Et hęc exceptio supradictæ vndecimæ exceptionis exemplum est, reprobaturque *l. hæreditatem.* 7. §. *inde dicimus D. quando dies leg. ced. Concordat l.* 1. *D. d. tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi is a quo legatum est, nondum sit natus, vel sit apud hostes. Et hæc exceptio supradictæ vndecimæ exceptionis exemplũ est, reprobaturq; *d. l.* 7. §. 1. *ff. quando dies leg. ced.*

XIX. Exceptio: Nisi in codicillis legatum sit relictum, reprobatur *l. quod pure.* 6. §. *fin. D. d. tt.*

XX. Exceptio: Nisi sub conditione nõ nubendi sit legatum, hoc enim casu, quamuis in huiusmodi legatis sub conditione non faciendi relictis statim, oblata cautio Mutiana, detur actio, tamen intra annum agi non potest. *Nouell. c.* 22. §. *vnde sancimus.*

XX. Exceptio: Nisi duab. rebus alternatiue legatis, altera sub conditione sit legata, hoc enim casu, quamuis altera pure sit relicta, non tamen ante conditionem existentem agi potest. *l. Titio.* 21. *D. de vsufruct. leg.* Plura de hac re vide *supr. ead. reg. except.* 2 *repl.* 7.

¶ II. Regula: Si in singulos annos, vel quotannis legatum relictum sit, nõ semel, sed per singulos annos dies cedit, & initio cuiusque anni. *l. cum in* 10. *cum ll. sequentib. ff. quando dies legat. ced. l. habitationis.* 11. *ff. de vsufructu legato. l.* 1. *C. quando dies leg. ced.* Propositæ regulæ exceptio est: Nisi legatum cum præfinitione annorum in plures pensiones exonerandi hæredis causa sit diuisum, tunc enim non nisi semel dies eius cedit. *l. nec semel.* 12. §. *nisi forte euidens ff. quando dies legati cedat. de qua re vide supra lib. prox. c.* 1. *q.* 5. *reg.* 4. *exc.* 1. Plane eius quod dicitur, initio cuiusq; anni diẽ cedere, aliquot sunt exceptiones, quarũ prima esse videtur; Nisi non in singulos annos, sed quotãnis sit relictum, sed reprobatur *d. l.* 12. §. *sed & si quotannis. &* §. *nouissime.* Secunda: Nisi annua pecunia sit legata ad habitationem, vel quid aliud cõducendum, tunc enim quando ex locato potest agi ad pensionem seu mercedem præstandam, etiam legati dies cedit. *d. l.* 12. §. *si in habitat.* Tertia: Nisi annua ex fructu prædiorum sint legata, tunc enim non nisi fructibus perceptis legatum debetur. *l. Firmio,* 26. §. *pater. ibi, sed non initio. ff. quando dies legat. cedat.*

III. Re-

III. Regula: Si in diem quid sit relictum, statim quidẽ mortuo testatore dies legati cedit, sed non nisi die veniente competit actio. *de qua re dictum supr. eod. cap. in pr.* Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi cum ob certam causam in diem legatũ esset prolatum, causa illa ante diem veniẽtẽ cessauerit, tunc enim videtur mens testamenti cessare, & per cõsequens actio legati ante diẽ venientem competere, sed reprobatur *l. vxori. 35. ff. de vsufruct. leg. M.I.R. lib. 4. c. 10. reg. 40. exc. 14.* Cõtradicit *M.I.R. lib. 4. c. 9. reg. 114. exc. 1.* Secunda exceptio est; Nisi cum ab aliquo legatũ esset, cum ad annum puta vicesimum quintum peruenisset, is ante illam ætatem decesserit, hoc enim casu videtur legatario statim eo mortuo legatum deberi, reprobatur *l. liberr. 18. §. ab hæredib. ff. de alimen. leg.* Cui tamen videtur contradicere *l. à filiæ. 62. §. fin. ff. ad S.C. Treb.* Sed & plura de hac re vide *supr. lib. 6. c. 8. exc. 36. M.I.R. d. exc. 1.* Tertia exceptio est; Nisi cum à nudo ministro in diem legatũ esset, is se hæreditate abstinuerit. *l. codicillis. 18. §. fin. ff. de annuis leg.* Quarta; Nisi cum alicui legatũ relictum esset, cum annorum puta sedecim esset, & ad decimum sextum annum non peruenerit, alius ei in legato sit substitutus, is antequã ad decimum sextum annum peruenerit, mortuus fuerit, hoc enim casu substituto statim datur actio, non expectato eo tempore, quo institutus sedecim annorum futurus erat. *l. à filia. 62. §. fin. ff. ad S.C. Trebell.* Contradicit *l. Publius 35. §. Titia. ff. de cõdit. & demonstr.* Quinta exceptio est; Nisi cum alicui legatum esset, cum annorũ puta sedecim esset, is ante decesserit, hoc enim casu videtur eius hæredibus statim actio dari. Verum reprobatur *l. ex his 5. in fin. C. quando dies legati cedat.* Sexta; Nisi cum aliquid legatum esset sub conditione intra certum tempus nõ faciendi, nondum elapso eo tẽpore aliquid contigerit, ex quo certum sit illud fieri non posse, hoc enim casu videtur statim actio danda, reprobatur *l. si his. 4. §. fin. ff. de condit. & demonstr.* Septima exceptio proponitur *l. cum pater. 79. §. curatoris. ff. de leg 2.* Octaua exceptio est; Nisi cum quis alicui in diẽ restituere hæreditatẽ rogatus esset, is multa in fraudem fideicõmissarij ex ea hæreditate alienauerit hoc enim casu et ante diem venientem competit actio, approbatur exemplo *l. Imperat. 50. ff. ad S.C. Trebellian.*

IV. Regula: Si post annum aut post biẽnium sit relictum, quando competat actio, definitur *l. si ita. 44. § fin. ff. de leg. 2.*

V. Regula: Si legatum sit, Cum hæres volet, quando debeatur, definitur *l. vxorem. 39. § pen. ff. de leg. 3. Concordat l. fideicommiss. 11. §. sic fideicommiss. ff. d. tt. M.I.R. lib. 4. c. 9. reg. 113 exc. 4.*

VI. Regula; Si ita sit legatum, Rogo quandoque vt hęres meus Titio decem det, quando debeatur, definitur *l. rogo. 29. ff. quando dies leg. ced.*

VII. Regula; Si intra decem annos hæres dare damnatus sit, nouissimo die debetur. *l. si intra. 47. ff. de condit. & demonstr.* Contradicit *l. si ita. 41. §. fin. ff. de manumiss. test.*

VIII. Regula; Si sub cõditione non faciendi quid legatũ sit, mortuo demum legatario, vel eo cui nõ facere iussus est, dies legati cedit *l. pater 99. §. pen. ff. de cond & demonst. Concordat l. si ita. 101. ff. d. tt.* Sed de hac re plura *infr. in caut. Mutiana, c. prox.*

IX. Regula: Si post duorum mortem legatum relictum sit, vno mortuo pro parte dies cessit. *l. Lucius. 78. §. Caio Seio. ff. ad Senatusc. Treb.* Propositæ regulæ videtur contradicere *infr. lib. prox. cap. 1. quæst. 3. exc. 11.*

X. Regula: Si in diem legatum relictum sit, à die mortis testatoris tempus incipit currere, approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. eod. cap. reg. 1. exc. 1.* eiusq; exceptio prima est: Nisi testator aliud tẽpus adiecit, à quo currere debet, puta post biennium ab adita hęreditate, ipso iure subsistit, eiusque elegans exemplum proponitur *l. sicui 49. §. 1. ff. de leg. 1.* Huius exceptionis in casu proposito prima replicatio est: Nisi cum quis maior quatuordecim annis esset, testator id non ignorans ita legauit; Annua, bima, trima die, cum ad quatuordecim annos peruenerit, hoc enim casu nõ ab eo tempore triennium currit, quo quatuordecim annorum est factus, sed à tempore testamenti facti. *d. l. 49. §. 1. ibi, hæc ita.* Secunda propositi casus replicatio est: Nisi alia sit mens ipsius testatoris. *d. l. 49. §. 1. ibi, quod si testamenti.*

XI. Regula: De legato annua, bima, trima die relicto, ad quæ sese extendat, vel non, vide *sup. eo. cap. reg. 1. exc. 6. repl. 2. cum sequentib.*

XII. Regula; Si cum alicui legatum esset ita, Cum sedecim annorum erit, is decimũ sextum annum ingressus sit, nec compleuerit, nondum datur actio. *l. si cui. 49. in pr. ff. de legat. 1. l. ex his 5. in fin. C. quando dies leg. cedat. item l. non putabam. 46. ff. de condit. & demonstr.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ita sit legatum, Decimosexto ætatis anno. *l. si ita 4. in prin. ff. de manumiss. testam.* Secunda; Nisi filius testatoris granatus postea liberos sit nactus. *l. qui filium 74. § 1. ff. ad S.C. Treb.* Cuius ratio est; Quia licet filius pure granatus esset, tamẽ quia postea nactus est liberos, euanescit fideicõmissum, *per ea quæ habentur supr. lib. 9. c. 11. exc. 146.*

XIII. Regula, Seruo legato, priusquam tradatur, quæstio de eo est habenda. *l. seruus. 66. in prin. ff. de leg. 1.* Item seruo legato, non ante tradi debet, quam rationes explicauerit. *l. seruo. 68. §. seruus. ff. de legat. 1.*

¶ Hactenus de quæstione illa, quando dies legatorum cedat, & legatarij actio competat, sit dictum. Plura de cessione diei vide *supr. lib. prox. cap. 11.* Nunc de adiunctis actionis legatorum dicendum, hoc est, de officiis actoris, rei conuenti & iudicis in hac actione.

DE CAVTIONIBVS AB ACTORE in actione legatorum præstandis.

CAP. VIII.

I. DE CAVTIONE Mutiana.

PRimo: Cautio Mutiana dicitur, quod primum à Quinto Mutio Scæuola sit inuenta. *Nouell. cap. 22. §. enimuero quem deinceps, vers. sed hanc appendicem.*

2. Causa autem huius cautionis est; Si quid sub conditione non faciendi sit relictum, hoc enim casu legatario non aliter legati actio darur, quam cauerit se non facturum id quod testator fieri noluit. *l. Mutiana. 7. in prin. ff. de cond. & demonstrat. Concordat Nou. c. 22. §. enimuero quem deinde. vers. vnde sancimus, cum sequentibus. M.I.R. d. cap. 9. reg. 115.*

Huius

Huius causæ exceptio prima: Nisi non legatum sit, sed institutio hæredis sub conditione non faciendi facta, reprobatur *d. l. 7. & d. Nouell. ca. 22. §. ac prædictæ à nobis.* Plane admittitur, si quis ex asse hæres sit institutus sub conditione non agendi vel petendi debitum. *d. l. 7. vers. sed si ex asse.* Secunda exceptio est: Nisi alia etiam conditione suspendatur legati actio. *l. auia. 75. §. 1. ff. de cond. & demonstr.* Huius exemplum est *l. si ita. 101. ff. d. tt.* Tertia: Nisi viuo legatario conditio non faciendi possit impleri, hoc est, nisi viuo legatario quid contingere possit, ex quo certum fiat, id amplius fieri non posse, approbatur simul & declaratur *l. cum tale. 70. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. pater. 99. §. penult. ib. & ideo nec. l. hoc genus. 104 & l. auia. 75. §. Titio. ff. d. tt.* Huius replicatio est; Nisi si à liberis non decesserit, sit legatũ, hoc enim casu, quamuis viua matre liberi mori possint, & ita impleri conditio, tamen cautioni Mutianæ est locus. *l. l. cum tale. 70. in princ. ff. de condit. & demonstr.* Quarta exceptio: Nisi vsusfructus sub conditione nõ faciẽdi sit legatus, reprobatur *l. hæres. 77. §. quamuis. ff. d. tt.* Quinta: Nisi defunctus cautionem remisit. *Nouell. c. 22. §. enimuero. vers. vlt. M.I.R. d. reg. 115. exc. 1.* Hactenus de causa Mutianæ cautionis, eiusque exceptionibus.

3. Quibus Mutiana cautione cauendum?

Iis ad quos legatum deficiente conditione est peruenturum. *l. is cui. 18. ff. de condit. & demonstr. Concordat Nouell. cap. 22. §. enimuero quem. vers. ac prædictæ.*

4. Quo genere cautionis cauendum?

Hæc quæstio definitur in conditione nubendi. *Nouel. c. 2. §. enimuero quem deinde. vers. sed si quidem immobilis. cum sequentib.*

5. Quid cauendum, seu de qua re, definitur in conditione non nubendi, *d. vers. sed siquidem immobilis, cum sequentibus.*

6. Euentus, seu de actione quæ ex proposita cautione competit.

Quid veniat in eam actionem? De fructibus regula proponitur *l. hæres. 77. §. qui post. ff. de condit. & demonstr.* De vsuris *Nouell. c. 22. §. enimuero. vers. si numerata pecunia, cum sequentibus.*

7. Adfinia remedia huius cautionis.

Si non sit cautum, primum adfine remedium est, rei vindicatio. *Nouell. c. 22. §. enimuero quem deinde. vers. si fideiussorem.* Vbi & secundum propositæ cautionis adfine remedium proponitur. Tertium adfine remedium est exceptio. *Quod proponitur l. tutor. 26. ff. de liberat. legata. de quo supr. lib. prox. cap. 2. reg 12.*

DE CAVTIONE MVTIANA, IN CONditione non nubendi relicta.

Si sub conditione non nubendi relictum sit, quid iuris sit, quoad cautionem Mutianam attinet, in præcedenti generali tractatu *ex Nouel. c. 22. §. enimuero, cum sequentib.* est ostensum. Plura de conditione non nubendi vide *lib. prox. cap. 3. cond. 2.*

II. DE CAVTIONE MODI IMplendi, si sub modo legatum sit relictum.

Si sub modo relictum sit legatum, legatarius cauere tenetur hæredi de modo isto implendo. *l. si tibi. 19. ff. de leg. 3. Concordat l. quibus. 39. §. fin. ff. de condit. & demonstr. M.I.R. d. cap. 9. reg. 14. except. 66.* Propositæ cautionis exemplum etiam est: Si fundus vel res alia legata sit ita, ne alienetur, vel de familia exeat, hoc enim casu actor cauere cogitur, se fundum non alienaturum. *Quod proponitur l. si vnum. 69. §. sed & si fundum, in fin. ff. de leg. 2. l. peto. 71. §. fin. ibi; ita proximus quisque. ff. d. tt. item l. si quis. 3. §. si quis ita. ff. de admen. leg.* Aliud exemplum proponitur *l. cum in 48. item l. si cui 7. ff. de fideicom. libert.* Plane regulæ seu cautionis propositæ exceptio prima: Nisi non intersit hæredis id fieri, reprobatur *d. l. 19. ff. de legat. 3.* Secunda exceptio est: Nisi pecunia sit alicui legata, ita vt ea sibi aliquid emat. *l. Titio. 69. in prin. ff. de condit. & demonstr.* Huius replicatio est: Nisi minus industrio ita sit legata, vt ea sibi aliquid emat. *d. l. 69. in princ.* Tertia exceptio est: Nisi ita pecunia relicta sit, vt Mæuiam vxorem ducat, vel ne ducat. Quæ exceptio priore quidem casu reprobatur, posteriore vero approbatur *d. l. 69. §. 1.* Quarta: Nisi ita legatum sit, vt in certo loco moretur, approbatur simul & distinguitur *d. l. 69. §. Titio centum. M.I.R. d. except. 66. repl. 1.* Quinta: Nisi ita sit alicui legatum, vt ea res ab eo vel hærede post aliquod tempus alteri restituatur, hoc enim casu cautio non est à legatario exigenda, die existente fideicommissum ei cui relictum est, restitui. *l. Firmio. 26. §. cum ab hæredibus, in fin. ff. quando dies legati cedat. Concordat l. libert. 21. §. Largius ff. de annuis legatis.* Alias propositæ regulæ exceptiones vide *supr. lib. prox. cap. 8. causa 15.*

III. DE CAVTIONE EIVS quod amplius acceperit, vel defecerit, reddendi.

1. Causa huius cautionis est: Si incertum sit, vtrum legi Falcidiæ locus sit, hoc enim casu legatarius hæredi cauere tenetur de reddendo eo quod amplius accepit. *l. 1. in princ. Digest. si cui plus quam per legem Falcidiam, &c.* Huius cautionis ratio proponitur *d. l. 1. §. hæc stipulatio.* Similis ratio habetur *l. si cui 31. in fin. & l. 1. §. interdum. ff. ad l. Falcid.* Hisce legibus causa proposita approbatur, simul & aliquot exemplis declaratur. Primum exemplum est: Si à filio impubere hærede instituto, & eius substituto legata sint relicta, hoc enim casu, quoniam incertum est, vtrum legata à substituto relicta debeantur, vtputa impubere adhuc viuente, & ob id incertum est, vtrum lex Falcidia locum sit habitura, legata ab impubere relicta nõ alias soluuntur, quam proposita cautione præstita. *l. si is. 79. in prin. ibi, quod si pupillus. ff. ad l. Falcidiam.* Secundum exemplum est: Si quædam legata sint conditionalia, & ob id incertum est, vtrum inter legata sint computanda, tunc enim pura legata non nisi cautione præstita soluenda. *l. 1. §. si legata, cum sequentibus. ff. si cui plus. l. in lege. 45. §. in his legatis. l. in quantitate. 73. §. sed etsi legata. & l. si propter ea. 53. ff. ad l. Falcidiam.* Tertium exemplum est: Si in singulos annos quid sit relictũ. *l. 1. §. si in annos. D. d. tt.* Quartum: Si æs alienum hæreditarium

tarium incertum sit. *l.1.§.sed causa cognita.ff.si cui plus quam.* Hactenus exempla causæ propositæ cautionis enumerasse sufficiat, sequuntur nunc eius exceptiones, quarũ prima est: Nisi in diem certum legata sint relicta, hoc enim casu, quamuis statim legata peti non possint, non tamen ob id in puris legatis præstandis cautio est necessaria. *l nisi.3.§.si in plures.& § quoties.ff.si cui plus quam, &c. item l. in quantitate.73.§. in diem.ff.ad l. Falcidiã.* Secunda exceptio: Nisi non legatum sit, sed per fideicommissum relictum, reprobatur *l. si cui.31. in prin.ff.ad l.Falcid. Concordat l.1.§. sed causa cognita, in fin.ff.si cui plus quam, &c.* Tertia: Nisi mortis causa donatum sit, reprobatur *l.1.§. in mortis.ff.d. tt.* Quarta: Nisi in diuersis tabulis legata sint relicta, reprobatur *l.1.in prin.ibi, neque interest. ff.si cui plus.&c.* Quinta: Nisi lex Falcidia locum habere non possit, reprobatur *l.1.§.in quibusdam.ff.d.tt. de qua re paulo inferius.* Sexta; Nisi exceptione cautionis præstandæ non opposita, legata sint soluta, reprobatur *l. nisi.3.§. item sciendum, in fin.& §.fin. ff.si cui plus,&c.* Septima exceptio est; Nisi legatarius satisdare non possit. *l. cum non.6.ff.d.tt.* Sunt insuper & aliæ huiusmodi exceptiones, ex persona legatarij ductæ, *de quibus paulo inferius in quæstione, Qui cauere teneantur?* Secunda causa est; Si ob æs alienum hæreditarium incertum aliquid ex legatis sit detrahendum, quod vires patrimonij nõ sufficiant soluendis legatis. *l.1.§. in quibusdam. ff.d tt.* Tertia causa est; Si incertum sit, vtrum legatarius à quo fideicommissum alij relictum est, legatum partemve eius hæredi propter iam propositas causas restituere debeat, vt ei rursus à fideicommissario de fideicommisso parteve eius restituenda caueatur. *d.§. in quibusdam. vers. sed & legatario. Cui concordat l.videamus.5.ff.d. tt. de quo paulo infr. quæst.2.in fin. dicetur.* Quarta causa est: Si patrono hærede instituto & legatis grauato, incertum sit, vtrum legatis solutis legitimam quæ patrono debetur, ex hæreditate sit retenturus. *d.§. in quibusdam.* Vnde iusta interpretatione quinta causa elici potest, quod si filio hærede instituto, & legatis onerato, incertum sit, vtrum legatis solutis legitimam, quæ filiis debetur, sit habiturus, possit à legatariis proposita cautio exigi. Sexta causa videtur esse: Si possit fideicommissum à legatario relictum, in persona fideicommissarij deficere, in hũc enim casum videtur à legatario hæredi de legato restituẽdo cauendum. Verum hæc causa reprobatur *l. diuus. 7. ff. si cui plus quam per, &c. Concordat l.pecuniæ.8.in prin.ff. de alim.legatis.* Causa igitur proposita ipso iure reprobatur, nisi in certis casibus, quorum primus est: Nisi aperte cauere iussus esset à testatore. Secundus: Si nudus minister sit ad distribuendum. *de quo vide supr. lib.prox.cap.12.reg.2.exc.1.* Cuius exemplum proponitur *l.solent.3.§. debebit.ff. de alim.legat. de quo inf. lib.prox. de alim.legat. in fin.* Septima causa est: Si hæredi de hæreditate moueatur controuersia, hoc enim casu non aliter legata soluere cogitur, quam ei caueatur euicta hæreditate legata reddi. *de quo infr.caut.prox,* Nunc ad reliquos propositæ cautionis locos transeundum.

II. QVI CAVERE TENEANTVR?

De iis quibus alimenta minuta sunt legata. Hi cauere non tenentur. *l.nisi.3.§. quamuis.ff.si cui plus quam,&c.* De fisco & aliis dignitatibus proponitur *d. l.3.§. item sciendum.* De legatario & fideicommissario habetur *l.videamus.5 ff.d tt.*

III. QVIBVS CAVENDVM?

De hærede & legatario, vtri fideicommissarius cauere tenearur, definitum est *supr. d.l 5.ibi, caucbit autem. Concordat l.1.§.in quibusdam ibi, sed & legatario.ff.d.tt.*

IV. Quid cauendum, definitur *l.1.in princ.ff.si cui plus quam,&c.*

V. QVOMODO CAVENDVM?

Per fideiussores. *l.nisi.3.§.1.ff.d tt.*

VI. VBI CAVENDVM?

Si Romæ cauere non possit, remittendus est in prouinciam. *l.de die.8.§. tutor. ff. qui satisdare cogantur.*

VII. EVENTVS PROPOSITÆ CAUTIONIS.

Si cautum non sit hæredi pupilli, tutelæ actio datur aduersus tutorem. *l.1.§.1.ff. si cui plus quam, &c. l.si is.79.in princip.ibi, quod si pupillus.ff.ad l.Falcidiam. item l.reperitur.83.ff.d.tt.*

DE ACTIONE QVÆ EX PROPOSITA CAUTIONE COMPETIT.

1. Causa huius actionis est: Si postea certum esse cœperit, plus legatorum nomine solutum esse, quam per legem Falcidiam licet, ad id enim quod plus est, reddendum, vel quanti ea res est, legatarius hac actione potest conueniri *l. Falcidiæ.70.ff.ad l.Falcid.* Cuius causæ aliquot sequuntur exceptiones, quarum prima: Nisi legata diuersarum tabularum contribuantur, reprobatur *l.1.in princ.ibi, neque interest.ff.si cui plus, &c.* Secunda; Nisi dolo vel culpa hæredis hæreditas sit deminuta. *de qua except. vide infr. cautionem proxim.* Tertia: Nisi res legata apud legatarium perierit. *l.1.§.fin. cum sequentib.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi dolo legatarij res perierit. *l. nisi 3.in princip. ff. eod. tt.* Alias huiusmodi exceptiones vide *infr.* cautione proxima.

2. Quibus datur hæc actio?

De cohærede, qui stipulatus non est, Ei non datur actio. *l.pœnales.32.§. Iulianus.ff. ad legem Falcidiam. Concordat l.1.§.Marcellus.ibi, secundum quod.ff.si cui plus quam, &c.* De substituto, si institutus sit stipulatus. Et illi eo nomine competit actio. *l.in ratione.11.§.si filio suo, in fin.ff.ad l.Falcidiam. Concordat l.1.§.sed vt Pomponius ff.si cui plus quam,&c.*

3. Quid veniat in hanc actionem?

Interdum totum legatum restituendum. *l.1.§. hæc verba.ff.d.tt.*

4. Quomodo committatur stipulatio, & detur actio?

Statim conditione legati vel debiti existente. *l.Falcidiæ.70.ff.ad l.Falcidiam.*

5. Adfine huius actionis remedium est, condictio indebiti. *Quod approbatur per ea quæ dicta sunt supr. eadem cautione in princ.*

IV. DE

IV. DE CAVTIONE EVICTA re vel hæreditate, legata reddendi.

I. CAVSA HVIVS CAVTIONIS.

Si hæredi de re legata vel hæreditate ab alio mouetur controuersia, legatario, nisi cauerit re vel hæreditate euicta legata reddi, denegatur legati actio. *l.Licinius.49.§. fina.ff. de legatis. 2. l.si in fraudem. 9. C. de leg. l.si hæres. 8. ff. si cui plus quam, &c. l.qui peculium.17. ff. de peculio leg. l. hæc autem.4. §.fin. ibi; sed si petitor. ff. si cui plus quam,&c. item l. si testamentum.6.in prin. ff.de petit. hær.* Plane causa proposita suas etiam habet exceptiones, quarum prima est: Nisi nondum illata controuersia, quis litem tantum minatus sit. *l. hæc autem. 4. in pr. ff.si cui plus quam,&c.* Secunda, Nisi quis non suam, sed hæreditariam rem ex causa legati tradat, *d.l.4. §.hæc cautio.* Huius replicatio prima est, Nisi non ante, sed post motam litem rem hæreditariam tradat. *d.§.hæc cautio. Concordat l. dolo 41.ff. ad l. Falcid.* Cuius duplicatio est, Nisi non de iure testamenti sit controuersia, sed duo ex testamento in solidum hæreditatem sibi vendicent, puta quia eiusdẽ nominis sint, & ob id quilibet de se testatorẽ dicat sensisse, hoc n. casu, quia legatũ certum est, ẽt post motam controuersiam sine cautione res hæreditaria ab alterutro solui potest. *d. l.4.§.si duo.& §.sed cum de nomine.* Secunda replicatio est, Nisi eadem res alteri pure, alteri sub conditione sit legata: hoc n. casu ei, cui pure legata est, dare non debet, nisi cautione præstita eam reddi conditione alterius legati existente. *l. Iulianus. 9. §.si tibi.ff.ad exhiben.* Tertia exceptio: Nisi ante interpositam cautionem legatum sit solutum. reprobatur *l.nisi.3.§.fin.ff.si cui plus quam,&c.*

II. QVIBVS CAVENDVM?

Si cum de vsufructu legato controuersia esset, proprietas rei non sit penes hæredem, sed penes alium, proprietario, nõ hęredi cauendũ, *l.si non.9. in pr.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi proprietas Titio non pure, sed in diem incertum sit legata, tunc enim non Titio, sed hæredi cauendũ. *d.l.9.in fin.* Plura de regula proposita vide *supr. lib.7.cap.30.quæst.3.reg.2.*

III. VBI CAVENDVM?

Si Romæ cauere non possit, in muncipium remittendus. *l.de die.8.§.tutor.ff. qui satisd. cogantur.*

IV. EVENTVS, SEV DE ACTIONE quæ ex hac cautione datur.

Si euicta sit res vel hæreditas, ex hac cautione ad restituendum legatum agi potest. *l. nisi. 3.§.& generaliter.ff.si cui plus quam.&e.* Ex quo præterquam quod regula proposita approbatur, simul etiam prima eius exceptio constat, hæc scilicet: Nisi culpa ipsius stipulatoris res vel hæreditas sit euicta. *Cui concordat d. l.3 §.si legatarius.* Secunda Nisi is qui stipulatus est, vel cui cautum est, euicerit ex alia causa hæreditatem. reprobatur *d.l.3. §.item si ipse.* Tertia: Nisi stipulatio semel sit commissa. reprobatur *d.l.3.§.quæsitum.*

V. DE cautione boni viri arbitratu vtendi, fruendi, & finito vsufructu eum restituendi, vsufructu legato, vide *supr.lib.7.cap.30.*

VI. DE CAVTIONE HÆREDEM DEFENSVM IRI ADVERSVS ALIVM.

Huius cautionis primum exemplum proponitur *l.fideicommissa.11.§.plerumque euenit, in fi. ff. de leg.3.* Secundum *l.quid ergo.4. ff. de lib.leg.* Tertium *l.si seruo.18.ff.de peculio leg.* Quartum proponitur ac reprobatur *l.1.§.si hæres.ff. ad S.C.Trebell.* Quintum habetur *l.si à pluribus.104.in pr.ff.de leg.1.*

VII. CAVTIO.

Si hæres damnatus sit pecuniam credere, an legatarius de credito reddendo cauere teneatur, definitur *l. fideicommissa.11.§. si hæres.ff.de leg.3.*

VIII. CAVTIO.

Si alicui decem sint legata, ita vt si perdidisset, rursus ei sint relicta: vtrũ legatario nõ sit actio dãda, nisi cauerit salua fore decem, ne hæres secundo præstare cogatur, definitur *d.l.11.§.si quis alicui.*

IX. CAVTIO.

Si hæreditas alicuius sit legata, vel per fideicommissum relicta, legatarius vel fideicommissarius hæredi cauere tenetur, si eius hæreditatis nomine damnatus esset, id præstari. *l.cum hæreditas.36.ff.ad S.C. Trebell. Concordat l. qui concubinam. 29.§.cum ita legatum. ff. de legatis. 3. l.de euictione. 60. in fin.ff.ad S.C.Trebell.item l.Lucius.77.§.penult.ff.d.tt.*

X. CAVTIO.

Si seruo legato libertas sub conditione legata est, legatarius cauere debet, conditione existente seruum ad manumittendum redditum iri. *l. si pater.47.§.cum sub.fi.de fideicomm.libert.*

XI. CAVTIO.

Si Titio genero filię nomine dos sit legata, Titius legatarius cauere debet dotem mulieri reddi. *l.Titio.69.§.fin.ff.de condit.& demonstr.*

XII. CAVTIO.

Si ad tempus legatum sit, legatarius cauere tenetur, finito tempore legatum restitui. *l. vltima, in fin.C. de legat.*

XIII. CAVTIO.

Si eadem res duobus sit legata, non aliter alteri actio danda est, quam si cauerit legatum alteri reddi. *l.is cui.5.§. Titio.ff. vt in possess. leg. seruand. causa esse liceat.*

¶ Hactenus cautiones ab actore præstandæ propositæ sunt: de cautionibus autem à reo præstandis dictum est *supr.cap. 3.reg.4.cum seqq.*

DE RELIQVIS ADIVNCTIS ACTIONIS legatorum & officio iudicis.

CAP. IX.

PRima regula, Si legatũ vel fideicõmissum negetur, quid iuris, definitur *Instit.de fideicõm.hæred.§.& quia prima. Concordat l.vlt. C.de fideicommiss.*

Secunda regula: Coniectura in legatis & fideicommissis potest admitti. *l.cum proponebatur.66.ff. de leg.2.M.I.R.lib.4.cap,9.reg.116.*

Tertia regula: Ignorantia præsumitur. Itaque scientiam asserens, eam tenetur probare. *Instit.de legat.§.quod autem diximus, ibi: & verius est.*

Quarta regula, de ordine cognitionum, proponitur *l.non oportet.54 ff. de leg.2.*

Quinta regula habetur *l.in his.16.ff.de condit.& demonstr.*

Sexta regula: Quæstio de voluntate defuncti in arbitrio ipsius iudicis est.*l.voluntatu.7.C.de fideicommiss.* Exemplum huius regulæ proponitur *l. non aliter.67.§.Titius.ff.de leg.3.*

Septima regula: In legatis & fideicommissis posterior scriptura derogat priori. *l.si mihi.12.§. in legatis.ff.de leg.1.l. translatio. 6.§. fin. ff. de adim.leg.l. nihil.17.ff.d.tt.item l. si quis.14. in prin.ff. de vulg.substit.l.cum proponatis.3. C. de codicillis.l. clari.19. C. de fideicomm.l.non ad ea 87.ff.de cond.& demonstr.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi ita sit legatum, Quod infra legauero, id neque do, neque lego.*d.l.si mihi.12.§.fin.ff.de leg.1. Concordat l.si ita.14. in prin.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi testator in posteriore scriptura specialiter dixerit, prioris voluntatis se pœnituisse.*l. si quis. 22. in pr.ff.de leg.3.* Secunda exceptio est: Nisi postquam legatorum diem protulit testator, & alia legauit. hoc enim casu prolatio diei etiam ad posteriora pertinet legata.*d.l.12.§ fin. Cui concordat l.talis.30.§.fin. cum l. sequente.ff.de leg.1.* Tertia: Nisi posterior scriptura priori non sit contraria.*l. cum proponatis.3. C.de codicillis.* Huius exemplum est *l. Paula. 27.in prin.ff. de leg.3.* Aliud *l.seruo. 110. §. si quis à primo ff. de leg.1.* Quarta exceptio est: Nisi in continenti, non ex interuallo in eodem testamento vtraque scriptura interuenerit. *l. non ad ea. 87.ff. de condit. & demonstr.* Exemplum proponitur *l. si testam.27.in prin.ibi: sed si te.ff. de hæred.instit.* Huius exceptionis prima replicatio est: Nisi posterior scriptura plenior sit priore. tunc enim, quamuis vtraque in continenti scripta sit, posterior tamen valet.*l.si ita 65 ff.d.tt.* Secunda: Nisi cum commemoratione prioris posterius sit scriptum. *l. non ad ea. 87.in fine.ff.de condit. & demonstr.*

Octaua regula, De scripto & voluntate. Voluntas testatoris scripto præferenda. *l. Labeo. 7. §. fin.ff.de supellect. legata.l.si mihi. 12. §. fin.ff.de leg.1.l. penuli ff.d.tt.l.fideicommissa. 11.§.item si quis certam, in fine item l. non aliter.67. §. Titius.ff. de leg.3.l.cum de lanionis.18.§.asinam.ibi: optimum.ff de instr. leg. l.in conditionibus.19. in prin.D. de condit. & demonstr.l.pater.99. in prin. & §. conditionum. ff. d.tt.l. cum virum. 16.ibi: sane quoniam.C. de fideicom. item l.cum quæstion. 23.§.fin.C.de leg. M.I.P lib.5.cap.5.reg.20. M.I.R.lib.10 cap.1.quæst.1.reg.8.& lib.4.cap.9.reg.117.* Propositæ regulæ elegans exemplum proponitur *l. Titia. 35.§.fin.ff.de leg.2.l. Pamphilo.37. in prin. ff.de legat.3.* Plane proposita regula suas etiam habet exceptiones, quarum prima est: Nisi verba sint perspicua & aperta.*l.ille aut ille.25.in fine ff.de leg.3.l.Labeo 7.§.fin.ff de supell.legat.M.I.R.d.reg.117.exc.1.* Exemplum proponitur *l. si alii.19. ff.de vsufr. legato.* Secunda exceptio est Nisi diuersa testatoris sententia sit dubia, & non probetur. *l. non aliter 67.in pr.ff.de leg.3.M.I.R. d. reg.117.exc.2.* Huius exemplũ proponitur *l.prædia.28.idem quæsit ff. de instrum.leg.* Aliud *l Titia.35.Caius.ff.de leg.1.2.*

Nona regula: In rebus dubiis etiam respiciendum est ad morem regionis.*l.cum de lanionis.18.§. asinam.ibi:optimum.ff de instrum.legato.M.I.R.d.cap.9. regul.118.*

Decima regula: Cum in testamento ambigue aut etiam perperam scriptum est, benigne interpretari, & secundum id quod credibile est, cogitatum credendum est.*l. cum in 25.ff.de reb. dubiis.*

Vndecima regula: In ambiguis rebus humanio rem sententiã sequi oportet. *l.si fuerit.11.§.fi.ff.d.tt.*

Duodecima regula: Semper in dubiis id agendum est, vt quam tutissimo loco res sit bona fide contracta, nisi cum aperte contra leges scriptum est.*l.vbi est.22 & l.quoties.13.ff.d.tt.*

Decimatertia regula: In ambiguo sermone non vtrumque dicimus, sed id duntaxat quod volumus.*l.in ambiguo.3.ff.d.tt.*

Decimaquarta regula, de cumulatione actionum, proponitur *l.cum filius.78.§.penult.ff.de leg.2.* Cuius exceptio est: Nisi plures agant. Quæ tamen reprobatur *l. huiusmodi.81. § fin. D.de leg.1.*

QVÆ DE LEGATIS COMPETAT actio, deque eius actionis adfinibus remediis.

CAP. X.

PRima regula, De actione in personam, in rem & hypothecaria, proponitur *Instit. de leg. §. nostra autem constitutio.l.1.C. communia de legatis. l. 2.§. & sit omnib.C.eod.tt.* Concordat item, quantum ad actionem in rem attinet, *l.si duobus.3.sed in his omnibus casibus. C. d.tt.item l. seruo. 68. §. 1 ff. de legat.1. M.I.R.d.cap.9.reg.130. & lib.3. cap.13.reg.14.except.1. replic.8.* Plane quod attinet ad in rem actionem, regulæ propositæ exceptio est: Nisi res aliena sit legata. hoc enim casu non aduersus dominum rei ac possessorem ex legato nascitur actio, sed aduersus hæredem tantum, vt is eam rem à domino redimat & præstet.*de qua re dictum supr. lib.prox.cap.5.except.49.M.I.R.d.replic 8.dupl.1.* Huius replicatio est: Nisi res postea aliquo casu testatoris vel hæredis sit facta, hoc enim casu legatario competit etiam in rem actio, quamuis res testamenti facti tempore fuerit aliena. approbatur exemplo *l.si quis. 78. §. si Titius.ff. de leg 1.M.I.R. d. dupl. 1. tripl.1.*

II. Regula, De actione ad exhibendum, proponitur *l.quod legatur.38.§.fin.ff.de iudiciis. Concordat l.Iulian.9.§.si tibi.ff.ad exhibendum.l.si tibi. 8.§.fin.ff. de electione legata. l. 2. §.fin. D. de tritico legato. M.I.R. lib 4.cap.10.reg.79.*

III. Regula, Si relicta venerabilibus locis nõ præstentur, in duplum actio datur.*Instit.de actionibus.§.vi autem bonorum, in fin. & §. in duplum, in fin. M.I.R. lib.4.cap.9.reg.131.* In iure pontificio est pœna excommunicatio.*M. I. P.lib.5.cap. 5.reg.22.*

IV. Regula, Si incertum sit quantum petendum, etiam communi diuidundo actio est. *l. & si. 8.§.1.ff communi diuidundo.*

V. Regula, De incerti actione & in factum, proponitur *l.si hæredis.48 in prin. ff.de leg.1. l.si hæres. 65.D.de leg.2.l Iulianus.9.§.si tibi, in fin.ff. ad exhibendum.*

VI. Regula: Si rogatus defuncto stipulanti promisit, etiam ex stipulatu actio est.*l.cum quis.35. §.pater.ff.de leg 3.*

VII. Regula, De familiæ erciscundæ actione, si vni ex hæredibus sit prælegatum, proponitur *l.qui filiabus.17.§.fin.ff.de leg.1.*

VIII. Regula: Mandati ẽt actio est, si filius familias alium rogauit, vt se patiatur hæredem institui,

institui, eique patrifam. facto hæreditatem restituat.*l. quidam.44.§.fin.ff.de hæred. instit.*

IX. Regula: Si testator hæredem ex asse rogauit, vt ei monumentum vel quid aliud eiusmodi faceret, officium iudicis locum habet. *l. Quintus Mutius.7.§.fin.ff. de annuis leg. de quo infr. in facto legato.lib.prox.cap.12.M.I.R.d.reg.130. except.1.*

X. Regula, De exceptione & retentione proponitur *l.creditor.16.C.de legat.* Sed de hac re vide plura *infr.de liberat.legata.*

XI. Regula: Si hæres eandem rem, quam Titio restituere rogatus erat, eidem Titio in suo testamento legauit, non ex hæredis, sed ex priore testamento debetur.*l.si mihi.97.ff.de legat. 1.l.Lucius.90.§ Dama.& l. si vnum.69.in pr.ff.de leg.2.M.I.R. lib.3.cap.13.reg.4.* Propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum eadem res duobus in priore testamento legata esset, hæres eam rem alteri ex legatariis in suo testamento legauit. hoc enim casu tota res ei debetur, dimidia ex priore, altera dimidia ex hæredis testamento, *l.Mæuius.68. in prin.ff.de leg. 2.* Plura de regula proposita, eiusque exceptionibus vide *supr.lib.prox.cap.5. except.55.*

XII. Regula proponitur *l.si ita 37. ff. de condit. & demonstrat.*

¶ Hactenus de actione legatorum tractatum est; Ex quibus causis detur? Vbi & apud quem competat? Quibus detur, & aduersus quos? Quid, quale, & quantum in ea veniat petendũ? Quando competat? Quæ sint in ea actoris, rei conuenti & iudicis officia? Quæ deniq; eius adfinia remedia? De euentis huius actionis vide *supr.lib.prox.c.2.* Plane præter eius actionis adfinia remedia, quę hactenus sunt ꝓposita, sunt & plura: de quibus in seqq.capitib.nobis tractandum.

DE CAVTIONE LEGATORVM seruandorum nomine.

CAP. XI.

I. CAVSA HVIVS CAVTIONIS.

SI alicui legatum sit, vel fideicommissum relictum, potest etiam ante diem legati cedentem vel venientem agere, vt sibi de legato vel fideicommisso præstando caueatur. *l.inter omnes.12.§. fin.ff.qui satisdare cogantur.M.I.R. lib. 4. cap.6.reg.132.* Exemplum proponitur *l.filiusfam.111.§. iidem principes.ff.de leg.1. l. quidam.93. §. si scriptus, in fine. ff.d.tt. item l.cum Arthemidoram.4. in fine. C.vt in possess. legatorum, &c.* Prima propositæ causæ exceptio est: Nisi non in diem vel sub conditione, sed pure sit relictum, reprobatur *l.etiam.15. in prin. & l.hæc stipulatio.14.ff.vt legatorum nomine caueat.item l.is cui.5. §.Imperator.ff.vt in possess.leg. seruand.causa.* Secunda exceptio: Nisi non legatum sit, sed fideicommissum, reprobatur *d.l.14.in princip.* Tertia: Nisi non legatum, sed substitutio facta sit. reprobatur *l.inter omnes.12.ff.qui satisdare cogantur. Concordat l.Paulus notat.8.in pr.ff.de prætoriis stipulationibus.* Quarta Nisi ab intestato fideicommissum sit relictum. reprobatur *l.etiam. 15. §. fin. ff. vt leg. nomine caus.* Quinta: Nisi non hæres sit, à quo fideicommissum relictũ est, sed alterius nominis successor reprobatur *l is cui 5.§.si hæres.& §.constitutio, ibi: quamuis hæredes.ff.vt in possess.legat.seruan.causa.* Sexta: Nisi filio vel seruo à patre vel domino hærede sit legatum. approbatur simul & distinguitur *l. filio. 7.ff. vt legatorũ seruand.caus.* Huius replicatio prima est: Nisi pendente legati conditione filius emancipatus, vel seruus manumissus, cautionẽ petat. *d.l. 7.* Secunda: Nisi testator caueri à patre voluerit. Tertio: Nisi pater materue nuptias iterauerit. *Hæ duæ replicationes approbantur l. iubemus.6.§.in suprad. C.de S.C.Trebell.* Tertiæ concordat *Nouell. const. 22. §.placet.& d.l.6.§.fin.* Septima exceptio: Nisi is, à quo legatum relictũ est, diues sit, vel in dignitate positus. reprobatur *l.1.§.1 ff.vt legatorum seru.causa cau.* Octaua: Nisi non species, sed hæreditas aut aliud quoddam ius sit legatum. reprobatur *l.hæc stipulatio.14.in pr.ff.vt legatorum seruand. causa cau.* Nona: Nisi debitori liberatio sit legata. *l.1.§.si debitori.ff.vt in possess.legat.seruand.* Decima: Nisi minima res sit legata. reprobatur *l.quanuis.17.ff.d.tt.* Vndecima: Nisi aliud quam quod alicui legatum est, restituere sit rogatus. reprobatur *l. si is cui.5.§. missus, in fine.ff.eodem tt.* Duodecima: Nisi per calumniam satis petatur.*l.si is.3.§.1.ff.vt in possess. legatorum seruand.causa.* Decimatertia: Nisi certum sit, legatum non deberi. *l. hæc stipulatio.14.§.final.ff.vt legatorum seruan.causa cau.l.1.§.ei cui. & §.finali, cum duabus legibus sequentibus. ff. vt in possess.legatorum seruand.* Huius replicatio est: Nisi causa fideicommissi dubia sit, & non euidenter constet, fideicõmissum non deberi, *l.1.C.d.tt.* Decimaquarta exceptio est: Nisi lis de legato sit contestata. *l.1.§. plane si quis.ff.vt legatorum seruand.causa.* Huius replicatio est: Nisi prouocatum sit, & causa appellatione suspensa, *l. postquam.5 §. Imperator.ff. eod.tt.* Decimaquinta exceptio est: Nisi semel sit cautum.*l.si is.3.§.finali.ff. vt in possess.legatorum seruand.* Huius replicatio est: Nisi postea noua causa emerserit, ob quam fideiussio non sit idonea.*l.plane 4.ff.d.tt.* Huic simile est quod proponitur *l. 1.§. finali.ff.vt legatorum seruand.caus.cau.* Decimasexta exceptio: Nisi omissa causa testamenti, rogatus ab intestato succedat. reprobatur *l. ei quoque.13.ff. eod.tt.* Decimaseptima: Nisi legatum solutum sit. Hoc casu sine dubio cautionis onus cessat, *secundum ea quæ dicta sunt paulo supr.except.9.* Eius tamen replicatio videtur esse talis: Nisi ita sit legatum, vt si perdidisset rursus id sit relictũ: quæ tamen reprobatur *l.1.si cui.ibi. versa vice. ff. d. tt.* Decimaoctaua exceptio est: Nisi hæredi cautio à legatario sit remissa.*l.pactum.46.ff. de pactis.* Decimanona: Nisi testator cautionem remiserit.*l.2. C. vt in poss. legatorum seruand.causa.l.cum Arthemidoram. 4.in fin. item l.scire.7.C.d.tt.l.auia.75.§.finali. ibi: quocunque.ff. de condit.& demonstrat.M.I.R. d. regul.132. except.1.* Huius exceptionis replicatio: Nisi rogatus desinat esse soluendo. reprobatur *l.quæ filium.18. in pr. ff.vt legat.seruand.causa cau.M.I.R. d. except.1. replic.1.* Vicesima exceptio est: Nisi hæres hæreditatem ex Senatusconsulto Trebelliano restituit, approbatur simul & distinguitur *l. etiam.15.§.si & ab hærede.ff.eodem tt.* Vicesimaprima: Nisi legatarius scripturam testamenti non exhibeat. *l. postquam. 5.§ si dies.ff.eodem tt.* Vicesimasecunda: Nisi procurator cautionem exigens, non cauerit de rato. *l.si is.3 §.si procurator. ff. vt in possess.legatorum seruan.* Hæc de causa propositæ cautionis, eiusque exceptionibus sint dicta.

II. QVIBVS CAVENDVM.

Prima regula, de omnibus legatariis & fideicommissariis, proponitur *l. sed etsi. 13. ff. qui satisdare cogantur.* Huius regulæ exceptio: Nisi sub contrariis conditionibus illis sit legatum. reprobatur *l. prætoriæ. 7. §. fin. ff. de prætoriis stipulat. l. sed & 3. ff. vt leg. seru. causa. & l. etiam si. 9. §. fin. ff. vt in possess. leg. seru. causa.* Secunda regula, de hæredib. legatariorum, proponitur *l. 1. §. non solum. ff. vt leg. seruan. caus.* Tertia, de duobus eiusdem nominis de legato contendentibus, habetur *l. si duo. 16. ff. d. tt.* Quarta, de eo cuius iuri legatarius est subiectus, vt patre & domino, proponitur *l. 1. §. sed & procuratoribus, ff. eod. tt.* Huius exceptio est: Nisi sit emancipatus vel manumissus legatarius. *d. l. 1. §. fi.* Quinta regula, de legatario qui in alterius est potestate: & huic cauendum est, *l. sed & 3. ff. vt leg. seru. causa.* Sexta regula, de procuratore legatarii, proponitur *l. 1. §. sed & procurator. ff. eod. tt.* Cuius exceptio est: Nisi non mandatum illi sit, vel non de rato caueat. *l. si is. 3. §. si procurator. ff. vt in posseß. leg. seru.* Septima regula, de legatario, & eo cui à legatario per fideicommissum est relictum, proponitur *l. is cui. 5. §. si Titio. ff. d. tt.*

III. QVI CAVERE TENEANTVR?

Prima regula, De hærede & legatario, cuius fidei commissum est, proponitur *d. §. si Titio. Concordat l. si patronum. 44. in prin. ff. de bonis libertorum.* Secunda regula, De hæredibus hæredum, habetur *l. 1. §. non solum. ff. vt leg. seru. caus.* Tertia, De eo cui ex senatusc. Trebell. restituta est hæreditas, proponitur *d. §. non solum. Concordat l. si ex causa. 4. item l. etiam. 15. §. si & ab hærede. in fine. ff. eod. tt.* Quarta, De hærede ex parte & substituto, proponitur *l. 2. §. certe siue. ff. vt legator. seruand. causa.* Quinta, De diuitibus, & iis qui sunt in dignitatibus, *l. 1. §. semper. ff. d. tt.* Sexta, De ciuitate, *l. si quando. 6. §. fin. ff. d. tt.* Septima, De fisco, *l. 1. §. si ad fiscum. ff. vt leg. seruan. causa.*

IV. QVID CAVENDVM ET qua conditione?

Hnius loci prima regula proponitur *l. 1. in pr. ff. d. tt.* Secunda regula, qua conditione patri dominoue legatarii sit cauendum, vide *supr. quæst. 2. reg. 4.* Tertia regula, qua cõditione absentis procuratori sit cauendum, definitur *l. 1. §. procuratori. ff. vt leg seruand. causa.*

V. QVO CAVTIONIS GENERE cauendum?

Regulariter cauendum per fideiussores. *Quæ regula patet ex præcedentibus.* Cuius exceptio prima est: Nisi ciuitas caueat: hoc enim casu sufficit repromissio. *l. si quando. 6. §. fin. ff. vt leg. seru. causa.* Secunda: Nisi pater dominusue filio vel seruo caueat. *l. filio. 7. in fin. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi sub conditione hæres institutus substituto caueat, deficiente conditione hæreditatem ei restituit: hoc enim casu sufficit nuda repromissio, *l. Paulus notat. 7. in pr. ibi: & potest videri. ff. de prætor stipulat.*

VI. QVANDO CAVENDVM?

Si ab impuberis substituto legatum relictum sit, viuo impubere cautio à substituto exigi non potest. *l. is cui. 5. §. si ab impuberis, in fin. ff. vt in possess. legat. seruand. causa.*

VII. Vbi cauendum, definitur *l. postquam. 5. §. fin. ff. vt leg. seru. causa. Concordat l. de die. 8. §. hæres quoque. ff. qui satisdare cogantur.*

VIII. Officium iudicis huius loci definitur *l. si quando. 6. in prin. ff. vt leg. seru. causa.*

IX. ADFINIA HVIVS CAVtionis remedia.

Primum ac præcipuum cautionis adfine remedium est, vt si non caueatur, legatarius mittatur in possessionem bonorum hæreditariorum, *de quo infr. capite prox. dicetur.* Secundum: Si cautio sit omissa, ipsius legati actio ad exhibendum, & aliud competit. *Quod proponitur l. 1. §. si decem, in fin. ff. vt legat. seru. causa cau. Concordat l. Iulianus. 3. §. si tibi decem. ff. ad exhibendum.* Tertium est aduersus administratores reipub. qui cautionem non exegerunt. *l. contra. 8. C. vt in possess. leg. seru. causa.*

X. EVENTVS HVIVS cautionis.

Si debita cautio sit præstita, datur actio. *de qua paulo inferius.* Si indebita cautio præstita sit, ea potest condici. *l. 1. in prin. ff. vt in possess. leg. seru. causa.*

DE ACTIONE QVÆ EX CAVtione proposita competit.

I. CAVSA HVIVS Actionis.

Si conditione legati existente, vel die veniente, legatum non præstetur, vel dolo quid circa legatum sit factum. *l. 1. in princip. ff. vt leg. seruandorum causa cau.* Huius causæ exceptio prima, Nisi promissor conditione legati existente mortuus sit, eiusque hæreditas iaceat, reprobatur *l. si à te. 10. ff. eod. tt.* Secunda, Nisi hæres existente legati conditione sit apud hostes. *l. postquam. 5. in prin. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi causa indebito sit præstita. *l. 1. in pr. ff. vt in possess. leg. seruand. Concordat l. etiam. 15. §. si & ab hærede. ff. vt leg. seruand.* Quarta: Nisi legatum inutile sit, irritumue factum, aliaue exceptio legatorum petitioni obstet. *l. 1. §. si quis sub. ff. eod. tt.* Quinta, Nisi pater dominusue legatarii qui stipulatus est, legatarium in potestate sua habere desierit. hoc enim casu ex stipulatu illi actio denegatur: quia nec legati petitio illi datur. *l. 1. §. fin. ff. eod. tt.* Huius replicatio videtur esse: Nisi paratus sit pater cauere, neminem amplius petiturum. Sed reprobatur *l. 2. D. eod. tt.*

II. ADVERSVS QVOS detur?

Tutore cauente, in pupillum datur actio. *l. quæ filium. 18. §. fin. ff. vt leg. seruand. causa.*

III. Quando detur actio, definitur *l. cum legatorum. 8. cum l. sequente. ff. vt leg seru. causa.*

IV. QVID ET QVANTVM VENIAT in hac actione?

I. Regula: Vtrum res legatæ, an precia rerũ veniant, definitur *l. 1. §. item quæritur. ff. vt legat. seruandor. causa.*

II. Regula, De fructibus & vsuris, proponitur *d. l. 1. §. bellissime.*

IV. Regula: Hæres qui cauit, non in maiorẽ partem tenetur, quam pro qua est hæres, vel hæreditatẽ possidet. *d. l. 1. §. qui minorẽ.* Huius regulæ exceptio est: Nisi postea hæredi cohęredis quoq; portio

portio adcrescat. hoc enim casu, quamuis pro parte hæres sit, in solidum tamen is eiusque fideiussor tenetur. *l. si ab vno. 17. ff. vt leg. seruand. causa.*

DE MISSIONE IN POSSESSIONEM legatorum seruandorum causa.

CAP. XII.

I. CAVSÆ MISSIONIS.

PRima causa est: Si hæres non caueat legatorum nomine. hoc enim casu legatarius in possessionem rerum hæreditariarum mittitur. *l. 1. §. 1. ff. vt legat. seru. causa. l. si ex 4. item l. postquam. 5. §. imperator. ff. eod. tt. l. is cui 5. in pr. ff. vt in possess. legat. seru. causa. item l. filiusfam. 111. §. iidem principes. ff. de legat. 1. M. I. R. lib. 4. cap. 9. reg. 133.* Huius causæ exceptiones plures sunt, quarum prima: Nisi non stet per hæredem, quo minus caueat. reprobatur *l. 1. §. nõ exigit. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi non sit interpellatus hæres vt caueat. *d. §. non exigit, in fin.* Tertia: Nisi legatarius non caueat de possessione restituenda, conditione legati deficiente, vel cautione ab hærede præstita. Hæc exceptio, si post latam sententiam interposita appellatione quis sibi caueri desideret, approbatur, alioquin reprobatur *l. postquam. 5. §. imperator. ibi: si caueret. ff. vt legat. seruand. causa.* Ex quo constat, quod is qui fideicommissum petit, & obtinuit, appellatione ab hęrede interposita cautionem petere possit: qua non præstita, mittendus sit in possessionem rei ex fideicommisso petitæ. Item quod regulæ de missione exceptio hæc est: Nisi fideicommissarius nõ cauerit hæredi possessionem restitui, si in causa appellationis hæres obtinuerit. hoc n. casu fideicommissarius ob non præstitam cautionem non est mittendus in possessionem, sed res est sequestranda. Cuius replicatio videbatur esse talis: Nisi hæres victus non per inopiam, sed per contumaciam nolit cauere. hoc enim casu videbatur, quamuis fideicommissarius non caueret, nihilominus eum mittendum. Verum reprobatur *d. §. Imperator. vers. tametsi maxime.* Quarta exceptio est: Nisi postea ab hærede fuerit cautum vel solutũ. *l. si pecuniæ. 6. §. fin. ff. vt in possess. legat. seruand. l. si legatarii. 11. ff. vt legat seruand. causa cau. item l. si pro me. 46. §. fin. ff. de solut.* Cuius replicatio prima est: Nisi fideicõmissarius eius possessionis nomine ab alio litem patiatur, *l. is cui. 5. §. in possessionem. ff. vt in possess. leg. seruand. causa.* Secunda: Nisi missus eius possessionis nomine alii se obligauit vel præstitit, nec id ei ab hęrede restituatur, approbatur exemplo *d. l. 5. §. si alius.* Quinta exceptio: Nisi alius in possessionem sit missus. reprobatur *d. l. 5. §. qui prior. Concordat l. si fideicommissorum. 11. §. fin. ff. d. tt.* Plane admittitur primum, si alii certa res legata fuerit: is enim in ea re potior habetur. *d. l. 11. in pr.* Deinde si venter sit in possessione. *l. cum venter. 7. ff. vt in possess. leg. seru. causa.* Sexta exceptio est: Nisi bona testatoris sint distracta: tunc enim precium deponendum est. *l. postquam. 5. § fin. ff. vt leg. seruan. causa.* Septima: Nisi res à tertio quodam sit vsucapta. reprobatur *l. misso. 12. ff. pro emptore. item l. 3. in pr. ibi: quid ergo est. ff. pro hærede.* Alias huiusmodi exceptiones vide *supr. cap. prox. in prin.*

Secunda missionis causa est: Si legatario legatum non soluatur, vel eius nomine satisfiat. *l. is cui. 5. §. Imperator. ff. vt in possess. leg. seru. causa. Concordat l. certa. 6. in fin. C. d. tt. M. I. R. d. reg. 113.* Declaratur hæc causa *d. l. 5. §. satisfactionis. & §. satisfieri.* Huius causę exceptio prima est: Nisi hæredi satisdatio sit remissa. reprobatur *d. l. 5. §. satisfactionis.* Secunda: Nisi hæres pupillus sit, vel furiosus, vel adolescens, & tutorem vel curatorem nõ habeat. *d. l. 5. §. cessatum.* Tertia: Nisi hæreditas defuncti aliquandiu iacuerit. *d. §. cessatum.* Quarta, Nisi inutiliter fideicommissum sit relictum. *d. l. 5. §. constitutio.* Quinta. Nisi non hæredis, sed alterius fideicommissum sit. *d. §. constitutio. Cui concordat supr. cap. prox. except. 5.* Sexta: Nisi hæres sit condemnatus ad soluendum. reprobatur *l. etiamsi. 9. in pr. ff. vt in possess. legat. seruan. causa.* Hactenus de causis & exceptionibus missionis dictum est.

II. QVI IN POSSESSIONEM mittendi?

De pluribus legatariis mitti petentib. proponitur *l. is cui. 5. §. si plures. ff. vt in possess. legat. seruand.* Plura de hac re vide *supr. eod. cap. causa 1. except. 5.*

De municipibus & actore illorum habetur *l. municipiis. 12. ff. eod. tt.*

De filiofamilias legatario, eiusq; patre, proponitur *l. si filiofam. 11. ff. quib. ex causis in possess. eatur.*

III. IN QVARVM RERVM possessionem missio sit facienda?

Prima regula, de omnibus bonis hęreditariis, proponitur *l. quamuis. 13. ff. vt in possess. legat. seru. causa. l. postquam. 5. §. imperator. ibi: sed Prætor. ff. vt leg. seruand. causa. item l. is cui. 5. §. qui in possession. Digest. vt in possess. legat. seruand. item l. fundus. 9. ff. de annuis legatis.*

Secunda regula, de actionibus hæreditariis, habetur *l. sin nullæ. 10. ff. d. tt.*

Tertia regula, de rebus non hæreditariis. In harum rerum possessionem missio non est facienda. *l. is cui. 5. §. qui in possessionem. ff. vt in possess. legat. seruand. causa.* Exemplum proponitur *d. l. 5. §. si deposita.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res dolo hæredis hæreditaria esse desierit. *d. §. qui in possessionem. Concordat l. certa. 6. C. eod. tt.* Plane proposita exceptio non in omnibus est vera, sed habet suas replicationes Prætori cognoscendas & ponderandas. Harum prima est: Nisi non in necem legatariorum hæres alienauit. *l. si is cui. 5. §. dolum. ff. d. tt.* Secunda, Nisi non dolo, sed culpa hæres rem alienauit. Quæ replicatio quamuis ipso iure sit vera, admittit tamen duplicationem hanc, Nisi culpa lata sit. *d. §. dolum.* Tertia replicatio est, Nisi hæres locum hæreditarium fecerit religiosum aut publicum, vel seruum manumiserit. *l. vlt. D. vt in possess. legat. seruan.* Quarta, Nisi alterius quam hæredis dolo res hæreditaria esse desierit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est, Nisi hæredis hæres dolo fecerit. *l. si is cui. 5. §. si hæres, in fin. Dig. eod. tt.* Secunda, Nisi alterius nominis successor sit. *d. §. si hæres.* Tertia, Nisi eius cui ex S. C. Trebell. restituta est hæreditas, dolo sit factum. *l. si legatorum. 8. D. vt in possess. leg. seruan.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Secunda exceptio est, Nisi agri sint vectigales, vel res defuncto pignori datæ.

l.is cui.5.§.bonorum.ff.eod.tt. Tertia: Nisi res sint quę post mortem testatoris hæreditati accesserunt. hæc enim, quamuis testatoris nunquam fuerint, tamen in earum quoque possessionem legatarius mittendus. *d.§.bonorum.* Quarta: Nisi res sint alienæ à testatore bona fide emptæ. *d.§.bonorum, in fine.* Quinta, Nisi impuberis bona sint, cui testator substituit. *d.l.5.§.si ab impuberis.* Sexta: Nisi ipsius hæredis sint bona. reprobatur, certis tamen conditionibus, de quibus sequitur in regula prox.

Quarta regula, de rebus propriis ipsius hæredis. In has regulariter quidem legatarius nõ mittitur. verum eius exceptiones hæ sunt. Prima est: Nisi hæres non soluat legatum: tunc enim etiam in propria hæredis bona fit missio. *l.is cui.5.§.Imperator.ff.vt in possess.leg.seruand.l.certa.6.in fin.C.d.tt. item l.si quis.3.§.constitutum.ff.ne vis fiat ei qui in possess.* Secunda: Nisi res hæreditariæ nullæ sint. reprobatur *l.sin nullæ.10.ff.vt in possess.leg.seruand.*

Quinta huius loci regula proponitur *l.is cui.5.§.si ex duobus.ff.eod.tt.*

IV. EVENTVS MISSIONIS IN possessionem.

Prima regula: Si missus non admittatur, quo remedio adiuuetur, definitur *d.l.5.§.missus. Concordat l. si quis. 3.in princip.ff.ne vis fiat ei qui in possess.* Sed & misso datur actio in id quod interest. *l.si qui.14.§.1.ff.quibus ex causis in possess.eatur.* Item misso non est vis facienda, quo minus vtatur, fruatur. *l.is cui.5. §. quod si ex. ff. vt in possess. leg. seruand. causa.*

Secunda regula: Missus non proprietatem, sed ius pignoris nanciscitur. *l. qui legati.5.C. vt in poss. leg.seruand.l.filiusfam.111.§. iidem principes, in fin.ff. de leg.1.l.is cui.5.in prin.ff. vt in possess.leg.seruand.*

Tertia regula, Missus expellendi hæredis ius non habet. *d.l.5.in prin.*

Quarta regula, Missus creditoribus rei seruandæ causa in eandem possessionem missis potior non habetur. *d.l.5.§.postquam.* Huic quodammodo contradicit *l.si postquam.3.C.eod.tt.*

Quinta regula: Missus non possidet, sed magis custodiam rerum & obseruationem habet concessam. *l.cum legati.12.ff quibus ex causis in possess. eatur. De qua re vide supr.lib.7.cap.15.except.14. Concordat l.is cui.5.§.qui legatorum. ibi: in cæteris. ff. vt in possess.leg.seruan.causa.*

Sexta regula, de officio missi circa fructus, proponitur *d.§.qui legatorum.*

Septima regula, de rebus perituris, proponitur *l.si magistratus.11.ff.de priuilegiis credit. & d. §. qui legatorum ibi: quinima.*

Octaua regula: Interdũ mulier missa vescendi causa bona deminuet. *l.penult. ff. vt in possess. leg. seruand.causa.*

Nona regula: Nihilominus vt legatum soluatur, agi potest. *l.qui legati.5.in fin.C.d.tt.*

Decima regula: Si bona vendantur, missi causa potior est. *l.si postquam.3.C. vt in possess leg.seruand. caus.*

Vndecima regula: Legatis solutis, vel cautione præstita, legatarius è possessione decedere debet. *de qua re dictum supr.eod. cap. quæst.1.caus.1.exc.4.*

Duodecima regula, proponitur *l.is cui.5.§.quæri poterit.ff. eod. tt.*

SI QVIS OMISSA CAVSA TESTAmenti, ab intestato, vel alio modo possideat hæreditatem.

CAP. XIII.

I. CAVSA HVIVS ACtionis.

SEquitur alia species actionis legatorum, seu aliud eius adfine remedium: si scilicet causa testamenti, in quo legatum relictum est, omissa, ab intestato vel alio modo hæreditatem adierit is, à quo legatum relictum est: hoc enim casu nihilominus legatum debet. *l.1. in prin.ff.si quis omissa causa testamenti, &c. Concordat l.si Proculina.3.C.d.tt.* Declaratur causa proposita *d.l.1. §. prætermittere.* Exceptio prima est: Nisi iusta fuit causa omittendi causam testamenti. *l.quia autem. 6.§. non simpliciter.ff.eod.tt.* Elegans exemplum proponitur *l. cũ pater.79.§.Titio, in fine.ff. de legat. 2.* Secunda exceptio est: Nisi consentiente testatore causam testamenti omisit. *d.§. nõ simpliciter. & §.plane si nominatim.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non nominatim testator concessit. *d.§.plane.* Tertia exceptio: Nisi ab intestato quoque testator fideicommissa reliquit. reprobatur *d.l.6.in prin.& §.quid deinde.* Quarta: Nisi ex testamento hæreditas adiri non possit, vt puta iniusto eo existente, aut rupto. *l.2.C.si omissa sit causa testam.* Quinta: Nisi conditio institutionis defecerit, & ob id ab intestato sit locus. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, eiusq; exemplum proponitur *l.filiusf. 8.ff.si tabulæ testam.nullæ ex.* Plane huius exceptionis replicatio est, Nisi conditio fuit in potestate ipsius hæredis. *l.1.§. qui sub. ff. si quis omissa, &c.* Cuius duplicatio habetur *l.mater.27. §.1.ff. eod. tt.* Sexta exceptio est: Nisi cum hæres ex parte institutus hæreditatem repudiasset, cohærede postea quoque repudiante, hæreditas ab intestato priori sit delata. Hæc exceptio sub hac conditione, Si non prior colluserit cum cohærede, vt is quoque hæreditatem repudiaret: approbatur *l. quia autem. 6.§.si patronus ff. si quis omissa, &c.* Septima, Nisi seruus vel filius eius, qui ab intestato potuit esse hæres, sit institutus, non ipse dominus vel pater. reprobatur *l.1.§.l.&§.prætermittere ff.d.tt.* Plane admittitur, si pater dominusue per filium vel seruum hæres effici non possit: *l. excusatus.5.in fin.ff.eod.tt.* Octaua exceptio: Nisi seruus hæres institutus adire iussus, adire noluit. reprobatur *d.§. prætermittere.* Nona, Nisi hæres ab intestato ignorauit, vel se vel seruum hæredem esse institutum. *d.§. prætermittere in fin.* Decima, Nisi ab intestato hæres in testamento institutus, in legitima sua sit grauatus *l. excusatus.5. in princip.ff. si quis omissa.* Huius replicatio est, Nisi collusione cum cohærede facta, totam hæreditatem ab intestato possideat. *l. quia autem. 6. §.si patronus.ff.d.tt.* Vndecima exceptio, Nisi is qui omittit, hæres sit necessarius in potestate testatoris existens. reprobatur *l.1.§. qui sunt. ff. d.tt.* Duodecima: Nisi contra tabulas bonorum possessio peti potuit. reprobatur *l. si filius. 23.ff.d.tt.* Decimatertia: Nisi dolo tutoris pupillus omiserit. reprobatur *l.si dolo.24.ff d.tt.* Decimaquarta: Nisi non ab hærede qui hæreditatem omittit, sit legatum

legatum relictum: sed ab alio, puta legatarii fideicommissum, ipso quidem iure subsistit, verũ admittit replicationem hanc: Nisi dolo alterius, cuius fideicommissum est. factum sit, vt omittatur causa testamenti, *l.si quis.4.§.quanquam.ff. si quis omissa.* Decimaquinta exceptio: Nisi non causam testamenti, sed contra tabulas bonorum possessionem omisit, reprobatur *l.quia autem.6.§.penult. ff.d.tt.* Decimasexta, Nisi is qui causam testamenti omittit, non testatori, sed hæredi instituto ab intestato hæres existat, reprobatur *l. mater.27. in princ.ff.d. tt.* Decimaseptima: Nisi omissa institutione, ex substitutione adiit, *l.1.§.si proponatur.ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi domino vel patre hęrede instituto, seruus vel filius eius ei sit substitutus: tunc enim, si omissa sua institutione, pater dominusue ex filii vel serui substitutione adeat, edicto tenetur, *l.cui seruus.25.cum l.sequente.ff.eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi contra instituto filio pater sit substitutus, tunc enim, quamuis omissa institutione ex substitutione adiit, non tenetur, *d.l.Iulianus.26.§.fin.* Decimaoctaua exceptio: Nisi ei qui omisit causam testamenti, hæreditas possit euinci. *l. quia autem. 6. §. item si inuenerit. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi collusione facta euincatur. *d.§.item si inuenerit.* Secunda replicatio: Nisi munitus sit præscriptione contra causam euictionis, approbatur exemplo *d.§. item si inuenerit, in fine.* Tertia, Nisi legatarius caueat euicta hæreditate legata reddi. *l.1 §.toties igitur.ff. d. tt.* De hac cautione dictum *sup.cap.8.caut.4.* Decimanona exceptio est: Nisi is qui causam testamenti omisit, hæreditatem non possidet, *l. si quis. 17. ff. si quis omissa causa test. Concordat l.2.§.fin.C.eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fideicommissaria hæreditas, non legatum petatur, *d.l. 17.* Cuius duplicatio est: Nisi non hæreditas, sed res specialis per fideicommissum sit relicta *d. l. 17. in fin.* Secunda replicatio: Nisi aliquandiu ab intestato possedit, reprobatur *l.quia autem. 6.§. si autem is cui.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi dolo malo possidere desiit, *l.1.§.etsi non.ff.si quis omiss.* Huius duplicatio: Nisi nõ possederit, sed statim ab initio possessionem omisit, reprobatur *d.l.1. § penult.* De hac replicatione vide plura *sup.lib.proxim. cap. 9. causa 42. except. 3. & 4.* Quarta replicatio est: Nisi hæreditatem vendiderit, *l.si quis. 4. §. fin. ff. si quis omissa. Concordat l.si seruum.28.in princ. ff.eod. tt.* Quinta; Nisi vnam aliquam rem hæreditariam ab intestato possideat, *l.etsi.13.cum ll.sequentibus.ff.d. tt.* Plura de proposita exceptione vide *inf.eod.cap.quæst 3. item sup.lib.prox.cap.9.causa 42.* Vicesima exceptio est: Nisi is qui causam testamenti omisit, ex alia quam hæreditatis causa possideat. *l. 1. §. non quærimus. & l.vlt.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pater à filio hæres institutus, omissa hæreditate ex causa peculii possidere cœperit. *l. si certarum.17.§.si pater.ff.de militari testam.* Vicesimaprima exceptio, Nisi is qui causam testamenti omisit, non totam hæreditatem ab intestato possideat, sed vnam aliquam rem, reprobatur *l.etsi.13. cum ll. sequentibus.ff.si quis omissa causa test.* Vicesimasecunda, Nisi non sit legatum, sed hæres quis institutus sit sub hac conditione, Si Titius hæres erit, & Titius omisso testamento, ab intestato hæres existat, *l.si in.22. in princip. ff. eod. tt.* Plane hæreditas per fideicommissum relicta nihilominus debetur, *de quo inf.quæst. 4. reg. 2.* Vicesimatertia, Nisi legatarius instituto hæredi, qui causam testamenti omisit, fuit cohæres datus vel substitutus, *l.si non.10.§.cum substitutis.ff.si quis omissa, Concordat l. quidam.7.ff.eod.tt.* Huius replicatio est, Nisi legatarius ab intestato etiam non succedat, & iustam repudiandæ hæreditatis causam habeat, *l. si in testamento.22.§.fi.ff.eod. tt.* Vicesimaquarta exceptio est: Nisi legatarius conditioni legati non paruerit. *l.quia autem.6.§.fin.ff. eodem tt.* Vicesimaquinta Nisi legatarius legatum ab alio sit consecutus, *l.si ab instituto.11.ff eod.tt.*

¶ Hactenus de causa propositæ actionis, eiusque exceptionibus.

II. QVIBVS COMPEtit actio?

Si eadem res alteri ab instituto, alteri à substituto legata sit, vtri debeatur, definitur *l. si eadem. 20.ff.si quis omissa.*

III. ADVERSVS QVOS competat hæc actio?

Prima huius loci regula, de duobus institutis causam testamenti omittentibus, proponitur *l. duo.18.in pr.ff.si quis omissa.*

Secunda regula, de instituto & substituto, vtroque causam testamenti omittente, habetur *l.si non.10.§.si duo.ff.d.tt.* Plane si eadem res eidem ab instituto & substituto relicta sit, legatarius vtrum velit potest conuenire, *l.si ab instituto.11.in fin. & l.si pecuniam.3.in fin.ff.d tt.* Sane quod dicitur de eo qui pecunia accepta hæreditatem omisit, de hoc vide *sup.lib.prox.cap.9.causa 42.exc.4.*

Tertia regula, de eo qui simul possidet hæreditatem cum eo qui causam testamenti omisit, proponitur *l.si non. 10.in pr.ff.si quis omissa causa.*

Quarta regula, de eo qui omissa causa testamenti hæreditatem non possidet, & eo qui possidet, proponitur *l.2.l.si pecuniam.3.l.si quis. 4.in prin. & l.mater.27.§.fin.ff eod.tt.* Plane quod ad eum qui omissa causa testamenti, hæreditatem non possidet, attinet, de eo vide *sup. eod.cap exc.19.*

Quinta regula, de patre hæredis scripti, habetur *l.si filius.21.ff.eod.tt.*

Sexta regula, de hærede omittentis, proponitur *l.de libertatib.12.§.fin.ff.d.tt.*

IV. QVID VENIAT IN hanc actionem.

Prima regula, de libertatibus in testamento relictis, proponitur *d.l.12.in pr.l.si in testamento. 22. in pr.ibi, legatorum.l.si seruum.28.§.fi.l.qui omissa.29.ff.d. tt. & l.2.in pr.C.eod.tt.*

Secunda regula, de hæreditate relicta, proponitur *d.l.28.§.fin.ff.si quis omissa.* Plane si Mæuius hæres institutus sit sub hac conditione, Si & Titius hæres erit, Titio causam testamenti omittẽte, Mæuius hæreditatem petere non potest, *de quo vide supra exceptione 22.*

Tertia regula, Pro qua parte quisque ab intestato possidet, pro ea parte tenetur, *l.si dolo. 24. & l.duo.18.in princ.ff.d.tt.* Huius exceptio prima est, Nisi nominatim à singulis sit legatum, tunc enim quilibet suis legatariis tenetur, *l.si non.10.§.si duo.ff.d.tt.* Secunda. Nisi eadem res eidem & ab instituto

ſtituto & à ſubſtituto ſit relicta: tunc enim quilibet eorum in ſolidum tenetur, *l.ſi ab inſtituto.11. & l.ſi pecuniam.3.§.fi.ff.d.tt.* Tertia: Niſi inſtitutus pecunia accepta hæreditatem omiſit, tunc enim in ſolidum tenetur, *d.l.10.in pr.*

Quarta regula: Hæres omittentis in ſolidum tenetur, approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſi filius. 21.ff.ſi quis omiſſa.*

Quinta regula: Ei qui cauſa teſtamenti omiſſa, ab inteſtato poſſidet, beneficium legis Falcidiæ concedendum eſt, *l.duo.18.§.finali.l.quia autem.6.in pr.item l. cum ſeruus.25.in fine. cum l.ſeq.ff.eod. tt. l.ſi Proculina.3.ff.eod.tt.*

Sexta regula: Patrono, qui omiſſa cauſa teſtamenti ab inteſtato ſuccedit, legitima ſua ſalua permanet. *l.præterea.19.ff.ſi quis omiſſ.*

V. QVAMDIV COMPETAT hæc actio?

Perpetua eſt. *l.de libertatibus.12.§.final.ibi, & ideo. ff.eodem tt.*

DE LEGATIS PRÆSTANDIS, CONTRA tabulas bonorum poſſeſſione petita.

CAP. XIV.

I. CAVSA HVIVS actionis.

SI contra tabulas bonorum poſſeſſio petita ſit, quamuis regulariter reſcindatur teſtamentũ, tamen nihilominus quibuſdam exceptis perſonis ex edicto Prætoris legatorum actio competit. *quæ actio approbatur l.1.in prin.ff.de legat. præſt. contra tabul. bonorum poſſeſſ. petita.* Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi non ipſis exceptis perſonis, ſed iis qui iuri illorum ſubiecti ſunt, ſit legatum, *l.ſed etſi. 3.§.hoc autem ſolum. & l.hi quibus.23.ff.eod.tt.* Secunda: Niſi coniunctim cum extraneo illis ſit relictũ, reprobatur *d.§.hoc autem ſolum, in fine.* Tertia: Niſi exceptis perſonis ita legatum ſit, vt extraneo reſtituant, *l.ſed & ſi 3 §. item ſi quis. ff. d. tt.* Quarta: Niſi ab alio gradu relictum ſit, quam contra quẽ bonorum poſſeſſio contra tabulas eſt petita, *l.ſed & ſi.10.§.non omnia.ff.de legat. præſtand. Concordat l. filium. 20.§. finali.ff. de bonorum poſſeßione contra tabul.* Exemplum proponitur *d.§.non omnia.ibi, vt ecce.* Propoſita exceptio quaſdam recipit replicationes, *quod approbatur d.§.non omnia.ibi, ſed nonnunquam.* quas vide *in exceptionib. ſeqq.* Quinta exceptio eſt: Niſi is à quo legatum relictum eſt, hæres non exiſtat, tunc enim eius gradus legata nõ præſtantur, ſed à ſequenti gradu relicta, *d.l.10.§.vt ecce.ibi, ſi vero nemo. & §. final.* Huius replicatio eſt: Niſi is à quo legatum relictum eſt, cum poſſet, noluit eſſe hæres, & vltro repudiauit ob bonorũ poſſeſſionem contra tabulas petendam, *l. item à ſubſtituto.13.ff.eod.tt. Cui concordat l.ſiue autem.12.ff.d. tt.* Sexta exceptio eſt: Niſi legatum inutile ſit, *l.ſed & ſi.3.§.fi. cum l.ſeq.ff.de leg.præſt.* Septima: Niſi hæreditas ex teſtamento non adeatur, *l.ſed & ſi.10.§. quod ſi neque.ff.eod.tt.* Huius replicatio eſt, Niſi cum poſſit adiri ex teſtamento hæreditas, ſcripti hæredes eam adire nolint, tunc enim nihilominus debentur legata: quia ſi non fuiſſet metus petendæ bonorum poſſeſſionis contra tabulas, forte ex teſtamento adiiſſent, *l.at vbi.11.cum l.ſequente.ff.eod.tt. l.filium.20.§.ſi.ff.de contra tabulas bonorum poſſeſſ. l. illud.4.item l.quod vulgo.19.ff.eod.tt.* Octaua exceptio: Niſi res legata dolo hæredis ſcripti interierit, reprobatur *l. ſi emancipato. 17. ff. de legatis præſtandis contra, &c.* Nona: Niſi non emancipatus filius, ſed is qui in poteſtate eſt præteritus, contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit, *l.is qui.15. in pr. cum l.ſeq. ff.eod.tt.* Plane hoc caſu filius emancipatus hæres ſcriptus legata debet, *d. l. 16. item l. filium.20.§.legata.ff.de bonorum poſſeſſ. contra tabulas.* Decima exceptio eſt: Niſi is qui eſt in poteſtate defuncti, ſimul cum emancipato petere poſſit contra tabulas bonorum poſſeſſionem, *d. l.15.§. vnde ſi duo.* Huius replicatio eſt, Niſi is qui in poteſtate eſt, non præteritus, ſed ſcriptus ſit hæres, *d. l.15.§.quid ergo.* Vndecima exceptio eſt, Niſi pater præteritus, contra tabulas bonorum poſſeſſionem petens, legitimam ſit conſecutus, *l.Paconius. 3.§.fi.ff.ſi à parente quis manumiſſus.* Duodecima: Niſi patronus præteritus contra tabulas bonorum poſſeſſionem petierit. *Inſtitut.de ſucceſſ.libert.§. ſin autem ſine.ibi, ita ſine onere.* Decima tertia, Niſi non legatum ſit exceptis perſonis, ſed hæredes ſint inſtitutæ, reprobatur *per ea quæ dicentur inf. eod. capit.quæſt.4.regul.1.* Decimaquarta, Niſi mortis cauſa donatum ſit exceptis perſonis, reprobatur *inf.d.q.4.reg.2.*

II. Quibus competat propoſita actio, definitur *l.1.in pr.ff.de legat.præſt. Concordat l.1.C. de bon. poſſeſſ. contra tabul.*

De liberis exceptiones.

Prima exceptio: Niſi non filii, ſed nepotes vel pronepotes ſint defuncti, reprobatur *l.1.§.generaliter. & l.vltima §.is cuius, in fine, & §.finali.ff.d.tt.* Secunda, Niſi liberi ſint ex fæmineo ſexu deſcendentes, reprobatur *d § generaliter.* Tertia, Niſi liberi ius cognationis non habeant, *d.§. generaliter.* Quarta: Niſi in adoptionem dati ſint liberi, reprobatur *d.l.1.§. liberos autem. ff. de legatis præſtandis.* Quinta, Niſi adoptiui liberi ſint emancipati, *d. §. liberos autem.* Huius exceptionis & ſupradictæ tertiæ replicatio eſt, Niſi tempore quo dies legati cedit, inter liberos ſit, nec emancipatus, hoc enim caſu, quamuis adoptiuus poſtea emancipatus ſit, vel naturalis ius cognationis poſtea amiſerit, nihilominus ei datur actio, *l.interuenit.24.ff.d.tt.* Sexta exceptio, Niſi poſthumi liberi ſint, reprobatur *l.1. §. fi. cum l.ſequente.ff.de legatis præſtandis.* Septima, Niſi excepta perſona, cui legatum eſt, contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit, *l.filium.5. §. omnibus. ff. eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima eſt, Niſi inutiliter bonorum poſſeſſionem petierit, *d.l.5. §. ſi quis contra. Concordat l. qui filium.25.§.is cuius.ff.d.tt.* Secunda, Niſi is qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accepit, non legatum, ſed quid aliud ex teſtamento petat. Hæc replicatio reprobatur *d.l.5. §. non ſolum.* Tertia: Niſi alio edictum committente, filius hæres ſcriptus contra tabulas bonorum poſſeſſionem acceperit, reprobatur *l.bonorum.22.ff.de legat.præſt.* Contradicit *l.qui filium.25.§.is cuius.ff.eod.tt.*

De parentibus exceptiones.

Prima exceptio, Niſi non patri, ſed auo vel proauo defuncti ſit legatum relictum reprobatur *l.1. §.generaliter. ff. de legatis præſtand.* Secunda: Niſi ius cognationis non habeat. *d.§. generaliter.* Reliquas

quas huiuſmodi exceptiones vide paulo ſuperius *de liberis.*

De fratre & ſorore defuncti.

His non datur actio, *l.ſed & ſi.3.§.1.ff.de legatis præſtandis.*

De vxore nuruque teſtatoris exceptiones.

His etiam regulariter, acceptа contra tabulas bonorum poſſeſſione, legati actio non denegatur, *vt ex ſupradictis patet.* Eius regulæ exceptio prima eſt: Niſi non dotis nomine ſit illis relictum. *l. virilis.8.§.ſi quid vxori.ff.de leg. præſt.* Secunda: Niſi non nurui, ſed pronurui dotis nomine ſit legatũ, reprobatur *d.l.8.§.nurus.* Tertia: Niſi non res dotalis, ſed aliud pro dote ſit legatum, reprobatur *d. l. 8.§.finali.* Quarta: Niſi plus ſit in legato quam in dote, reprobatur *l.ſed & ſi.9. ff. eodem tt.* Quinta: Niſi non legatum ſit, ſed dotis nomine hæres ſcripta, reprobatur *l.ſed & ſi.10.in princip.ff.d.tt.* Sexta: Niſi legataria mortis tempore vxor non fuerit. *d.l.10.§.1.* Septima: Niſi cum nurui dos legata eſſet, ea mortis tempore filio defuncti adhuc ſit nupta, hoc enim caſu, cum conſtante matrimonio dotis actio non detur, nec legati petitio eſt concedenda. *d.l.10.§.ſi nurui.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi in iis caſibus, in quibus conſtante matrimonio etiam actio dotis datur, *d. §. nurui.* Octaua exceptio eſt: Niſi legataria dotem non dederit, *l.is qui.15.§.ei quæ.ff.de legatis præſtandis.*

III. ADVERSVS QVOS DAtur hæc actio?

Prima regula, De eo qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem accipit. Hic regulariter hac actione tenetur, approbatur *per ea quæ dicta ſunt ſup. eod.cap.in pr.*

Secunda regula, De hærede inſtituto, qui cõmiſſo ab alio edicto bonorum poſſeſſionem contra tabulas accepit. Hic quoque propoſita actione tenetur, *l.filium.5.§.fin. & l. is qui. 15.§. ſed ſi vnus. & § quid ergo.ff.de legatis præſtandis. &c.* Huius regulæ prima exceptio: Niſi inſtitutus, omiſſa contra tabulas bonorum poſſeſſione, ex teſtamento hæreditatem adierit, reprobatur *d.§.ſed ſi vnus. ibi: ſed ſi ſcriptus.d.l.15.§.quid ergo.ibi, vbi vero ſcriptus.item l. ſi duo.16.in fine.ff.eodem tt.* Altera: Niſi pater nepotis cui prælegatum eſt, contra tabulas bonorum poſſeſſionem petierit, hoc enim caſu videtur ſolus hæres inſtitutus teneri. Verum reprobatur *l. nepos.18 cum lege ſequente.ff.eod.tt.*

Tertia regula, De eo qui in poteſtate defuncti manſit præterito, proponitur *l.ſi duo.16.ff.d.tt. l.filium.20.§. legata.ff.de bonor.poſſ.contra tabul.*

Quarta regula: Pluribus contra tabulas bonorum poſſeſſionem petentibus, aduerſus omnes datur actio, quamuis vnus ex ſcriptis hæredibus nominatim ſit rogatus, *l.nonnunquam.14.§.fin.ff.de legat.præſtandis.*

Quinta regula, De ſubſtituto hæredis ſcripti, habetur *l.ab exhæredati.123.§. ſed ſi committente. ff. de legat.1 l.filium.5.in pr.ff.de leg.præſt. contra, &c. item l. vlt.§.fi.ff.de leg.3.*

Sexta regula, De liberis emancipati, qui cum ipſo coniungunt ur, proponitur *l. 2.ff. de coniungendis cum emancipato liberis.*

IV. QVID ET QVANTVM VEniat in actionem?

I. Regula, Non ſolum legatum, ſed & hæreditatis portio exceptæ perſonæ, ſi hæres ſit inſtituta, conſeruatur, *l.filium. 5. §. ſed ſi portio. ff. de legatis præſt. l.nam ſecundum.7.l.ſed & ſi.10.in pr.item l. virilis. 8.§.ſi quis ex.ff.eod.tt.*

II. Regula, De mortis cauſa donationibus, proponitur *l.ſed & ſi.3.in pr.ff.de leg.præſt.*

III. Regula, De virili portione. Exceptis perſonis non niſi virilis portio vel legati vel hæreditatis hac actione debetur, *l.virilis.8.§.ſi quis ex liberis.ff.eod.tt.* Declaratur hæc regula *d.l. 8. in princip. Concordat l. Saluius. 6. item l.nam ſecundum. 7.ff. eod. tt.* Propoſitę regulæ exceptio prima, Niſi excepta perſona non ex legato vel ex inſtitutione plus habeat virili portione, ſed ex mortis cauſa donatione, reprobatur *l.ſi filius.20.in princ.ff. eod. tt.* Secunda: Niſi excepta perſona ex inſtitutione vel legato minus habeat, quam virilis eſt portio: tunc enim tantum ei debetur, quantum ei in inſtitutione vel legato eſt relictum, approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupra lib.11.cap.7.quæſt.3.reg.2.exceptione* 1. Tertia: Niſi vxori vel nurui dotis nomine ſit legatum, vel portio hæreditatis relicta, *l.virilis.8. §. cum autem.ff.de legat.præſt.*

IV. Regula, Aucta vel deminuta portione hæreditatis ei qui hæres ſcriptus eſt pro ea quoque portione exceptis perſonis legata præſtare tenetur, *de qua regula dictum ſup. cap. 6. quantum veniat? regula* 20. Idem iuris eſt, ſi repudiante hærede ſcripto, eius portio adcreſcat emancipato, *l. ſi portio. 21. ff. de legatis præſtandis.*

V. Regula: Legata item extraneis relicta, liberorum & parentum legata augent, quo minus quarta ex iis retineri poſſit, *l.filium. 5.§. finali. ff. d. tt. l. & ſi contra. 33. ibi, ita vt augeantur. ff. de vulgari ſubſtitut. item l.ſi extraneo. 46. in princip. ff. de vſufructu & quemadmodum.* Contradicit *d.l.5.§.ſi legata.ff.de legatis præſtandis.* Sed de hac re *inf. cap. prox.* dicetur.

Hactenus de legatis in genere eſt actum: nunc de iis in ſpecie eſt agendum, & primum quidem de eo, ſi vltra dodrantem bonorum ſuorum quis legauerit: de qua legati ſpecie lex Falcid. eſt lata.

DE LEGE FALCIDIA.

CAP. XV.

PRimo: Cauſa & verba legis Falcidiæ proponuntur *l. 1. in princip. ff. ad leg. Falcid. Concordat Inſt.eod.tt.in princ. item l.in quantitate.73.§.fin.ff. ad l. Falc. M.I.P. lib.5.reg.21.M.I.R.lib.4.cap 10.reg.1.* Si ergo quis vltra dodrantem bonorum legauerit, hęres ex omnibus legatis quartam hæreditatis partem poteſt detrahere, cuius regulæ exceptiones ſequuntur.

I. Exceptio, Niſi miles in ſuo teſtamento legauerit, *l.in teſtamento.12.C.de teſtam.milit. Concordat l.in teſtamento.7.in pr.C. ad l. Falc.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi veteranus fuerit miles, *l.ad veterani.40.in princ. ff. d. tt.* Secunda; Niſi non in militia, ſed ante vel poſt legauerit, *l.ſi poſt. 17.l.ſi miles.91.item l.vlt.ff.d.tt. Concordat item l.ſi certarum.17.§.finali.cum lege ſequente.ff. de militari teſtament.* Tertia replicatio eſt: Niſi miles qui iure militari

litari legauit, annum post missionem superuixit. *l. si miles. 91. ff. ad leg. Falcidiam.*

II. Exceptio, Nisi testator apud hostes detestatus sit, reprobatur *l. 1. §. lex Falcidia. & l. si filius. 18. §. uec huic contrarium. ff. eod. tt.*

III. Exceptio; Nisi à principe legatum sit relictum, *l. si legatus. 30. §. fin. ff. ad S. C. Trebell.*

IV. Exceptio: Nisi hæres id egerit, vt fideicõmissum intercidat, *l. beneficio. 59. ff. ad legem Falcid. M. I. R. d. reg 11. exc. 17.*

V. Exceptio: Nisi hæres tacitam fidem accommodauit ad restituendum ei qui capere non potest, *d. l. 59. l. hæres. 11. ff. de his quæ vt indig. l. etiamsi. 3. C. ad leg. Falcidiam.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi is qui tacitam fidem accommodauit, domino vel patre suo volente hoc fecerit, *l. si tacitum. 13. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi in reliqua parte, in qua fraudem non adhibuit, *l. hæres. 11. ff. de his quæ vt indignis.*

VI. Exceptio: Nisi principi legatum sit relictum, reprobatur *l. & in legatis. 4. C. ad leg. Falcid.*

VII. Exceptio: Nisi municipib. vel ecclesiæ legatum sit relictum, reprobatur *l. 1. §. ad municipum. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 1. exc. 1.* Quoad ecclesiam corrigitur, teste gloss. *per Nou. 131. § si vero hæres.*

VIII. Exceptio: Nisi captiuis vel pauperibus fideicommissum sit relictum, vel hæreditas, *l. si quis. 37. C. de episc. & cler. M. I. R. d. reg. 1. exc. 2.*

IX. Exceptio: Nisi hæredi sit prælegatum: reprobatur *l. quod. 15. §. fideicommissum. ff. ad leg. Falcid.* Contradicit *l. cohæredibus. 17. C. eod. tt.* Plane admittitur primo, si hæredibus inuicem alteri ab altero sit legatum, vt is cui ab altero prælegatum est, alteri quoque aliquid restituere sit rogatus. *l. Nesennius. 22. in princ. & l. filio. 93. ff. eod. tt.* Deinde, si filiofamilias hærede instituto, pater restituere ei sit rogatus, *l. cum filiofamilias. 11. vers. denique. ff. de legat. 1.* Plura de hac exceptione vide *inf. cap. prox. q. 5. reg. 11.*

X. Exceptio; Nisi exceptæ personæ sit legatũ, reprobatur *l. pater. 28. ff. ad legem Falcidiam.*

XI. Exceptio: Nisi res indiuidua sit legata, *l. si ita. 79. final. ff. d. tt.* Plane hoc casu hæredi partis quã lex Falcid. aufert, æstimatio præstanda. *Quod approbatur d. §. final.* Exemplum proponitur *l. leg. 7. ff. ad leg. Falcid.* Aliud habetur *l. lineam. 26. §. fin. ff. d. tt.* Plura de hac re vide *inf. eod. cap. q. 4. reg. 3.*

XII. Exceptio: Nisi res aliqua incorporalis sit legata, reprobatur *l. 1. § non solum. ff. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi non testatoris, sed aliena res sit legata, reprobatur *d. §. non solum.*

XIV. Exceptio: Nisi dos mulieri sit relegata. *l. vsusfructus. 80. §. dos. ff. ad l. Falcid.* Plura de hac exceptione vide *inf. exc. 17.*

XV. Exceptio: Nisi res vxoris causa emptæ paratæ, vxori sint legatæ. *d. l. 80. §. fi.*

XVI. Exceptio: Nisi debitori liberatio sit legata, reprobatur *l. Nesennius. 22. §. fin. ff. ad leg. Falcid. de quo inf. cap. prox. quæ. 5. reg. 3. except. 9. replic. 2. Concordat l. cum pater. 79. §. mater. ff. de legat. 2.* Plane videtur admitti exceptio hæc, si debitor soluendo non sit, verum & hæc distinctio reprobatur *d. §. final. Cui concordat l. quærebatur. 81. §. sed cum debitori. ff. eod. tt.*

XVII. Exceptio: Nisi debitum creditori sit legatum. *l. si creditori. 28. §. fin. ff. de legat. 1. l. 1. §. idem Iulianus. ff. de dote relegata. l. si vnum. 69. §. 1. ff. de leg. 2.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi quid amplius debito sit legatum; in eo enim quod excedit, Falcidiæ locus est, *l. 1. §. si quis. ff. ad legem Falcidiam. l. verbis. 5. ff. eod. tt. item l. 1. §. idem Iulianus. ibi; quod si præterea. §. de dote relegata.* Cuius duplicatio est: Nisi ob id quod in diem, vel sub conditione debitum pure legatum sit, ampliùs legatum esse censeatur, hoc enim casu eius quod amplius est æstimatio non fit, nec lex Falcidia in eo habet locum. *d. l. 5.* Contradicit *l. 1. §. sed & marito. ff. de dote relegata.* Secunda replicatio est: Nisi alii, non creditori debitum sit legatum, ita vt id creditori soluat, approbatur exemplo dotis, *d. l. 1. §. item quærit.* Contradicit *l. cum dotem. 57. ff. ad leg. Falcid.* Tertia: Nisi creditori & alii fundus pro debito sit legatus, reprobatur exemplo dotis, *l. si Seia. 10. ff. de dote relegata.*

XVIII. Exceptio: Nisi instrumenta domino prædiorum sint legata, *l. si prædiorum. 15. C. ad legem Falcidiam.*

XIX. Exceptio, Nisi vltra dodrantem vniuersorum bonorum non sit legatum, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi vnius hæredis portio vltra dodrantem legatis sit exhausta, huic enim conceditur portionis suæ quartam partem ex legatis retinere, quamuis à cæteris hæredibus nihil sit legatum. *Instit. de lege Falcidia. §. & cum quæsitum. Concordat l. in singulis. 76. ff. eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi cum pupillo duo essent substituti, vnius portio sit exhausta legatis, alterius non, hoc enim casu videtur, quia impubes institutus non potuit vti Falcidia, nec substitutum ea vti posse. *l. 1. §. Marcellus. ff. si cui plus quam per, &c.* Contradicit *l. in ratione. 11. §. si filio. & l. si ita. 79. in princip. ff. ad legem Falcidiam. item l. cohæredi. 39. §. cohæres. ff. de vulg. substitutione.* Plura ad exceptionem propositam pertinentia vide *inf. cap. proxim. de contributione hæreditatum & legatorum.*

XX. Exceptio: Nisi in alimenta legatum relictum sit, reprobatur *l. diui. 88 in pr. ff. ad leg Falcid.*

XXI. Exceptio: Nisi ad monumentum extruendum sit legatum, reprobatur *l. 1. § fin. cum leg. sequente. ff. eod. tt.*

XXII. Exceptio: Nisi in opus publicum conficiendum, vel ad statuas ponendas sit legatum, reprobatur *l. in ponenda. 6. §. omnia. C. eod. tt.*

XXIII. Exceptio: Nisi legatum post tempus hæredi à legatario sit restituendum. *l. si à me. 29. ff. ad leg. Falcidiam.*

XXIV. Exceptio: Nisi seruus vt manumittatur legatus sit, *l. si seruus. 33. & l. sed si. 36. §. si solus. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi aliud quid legatum sit, vt seruus manumittatur, tunc enim in eo quod eius causa legatum est, legi Falcidiæ est locus. *l. in testatoris. 34. & l. sed si. 36. in pr. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio est; Nisi id quod post detractam Falcidiam superest, non sufficiat ad serui æstimationem. *l. decem. 6. ff. de fideicomm. libert.* Secunda replicatio est: Nisi præter seruum & aliud quiddam capiat legatarius, in eo enim quod præterea capitur, legi Falcidiæ est locus. *l. plane. 35. ff. ad leg. Falcid. l. sed si. 36. §. sed etsi aliud. l. cum quo. 56. §. Stichum. ff. eod. tt. item l. sed duobus. 5. ibi, pone eum,*

pone eum. ff. de legat. 2. Tertia; Nisi ex die vel sub cõditione seruus sit manumittendus. *l. cum quo. 56. §. is qui. ff. ad legem Falcidiam. Concordat l. sed si. 36. §. si incertum. ff. eod. tt.* Hæc de 24. exceptione, quæ tamen iure nouo mutatur, *Nouell. 18. §. prohibemus, teste gloss. ibidem in verbo Relinquit. item gloss. in leg. 8. §. quarta autem. in verbo, Sed nunquid ff. de inoffic. testam.*

XXV. Exceptio: Nisi ita res legata sit, ne alienetur. *Nouell. const. 119. §. si quis vnquam.*

XXVI. Exceptio; Nisi legatum quid sit, ita vt seruum suum vel alienum manumitteret. *De hac re dictum sup. exc. 24. repl. 1.*

XXVII. Exceptio; Nisi quid legatum sit sub hac conditione, Si tantum daret, quantum res legata æstimatur, reprobatur *l. si fundus. 65. ff. ad leg. Falcid.*

XXVIII. Exceptio: Nisi omissa causa testamenti, ab intestato succedatur. Item

XXIX. Exceptio: Nisi conditio legatario sit remissa. Hæ duæ exceptiones reprobantur *l. 1. §. ad eos. ff. eod. tt.*

XXX. Exceptio; Nisi ita legatum sit, Si legi Falcidiæ locus non sit. *Hæc exceptio tractatur l. qui quadringenta. 87. in pr. ff. ad leg Falcid.*

XXXI. Exceptio: Nisi testator hæredem Falcidia vti prohibuit. Hæc exceptio iure quidem antiquo reprobatur *l. quod. 15. §. 1. & §. fin. & l. Seius. 27. ff. eod. tt. l. si quis. 18. item l. si vt allegas. 11. C. eod. tt.* Hæc quidem de iure antiquo, quo exceptio proposita reprobatur. Iure autem nouo proposita exceptio approbatur *Nouell. const. 1. §. hæc autem dicimus. M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 1. exc. 5.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi testator non specialiter expresserit, se nolle vt hæres lege Falcidia vtatur, hoc enim casu etiam inuito testatore hæres ea potest vti. *d. §. hæc autem. & §. hinc nos cura. M. I. R. d. exc. 5. repl. 2.*

XXXII. Exceptio: Nisi decem legatis adiecit testator: Et quanto minus per legem Falcidiam capere potest, tanto amplius ei hæres dare damnas esto. Hæc exceptio etiam iure antiquo approbatur, *nimirum l. si in testamento. 64. ff. ad leg. Falcidiam. Concordat l. qui quadringenta. 87. in princ. ibi; quare cum quis. ff. eod. tt.*

XXXIII. Exceptio: Nisi alius in suo testamento caueri, ne hæres lege Falcidia in alterius testamento vtatur approbatur exemplo *l. pater. 14. §. auia. ff. ad legem Falcidiam.*

XXXIV. Exceptio: Nisi non legatum sit, sed donatum, *l. vbi ita 27. ff. de mort. causa don. Concordat l. Seia. 42. §. fin. ff. eod. tt.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non simplex, sed mortis causa donatio sit. *l. cum pater. 79. §. 1. ff. de legat. 2. l. si mortis. 5. C. ad leg. Falcidiam. l. si quis. 18. in fin. C. eod. tt. l. 2. §. fin. C. de mortis causa donat. item l. Seia. 42. in princ. ibi, mulier. ff. eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi cum debitor gratia donationis mortis causa alii soluere iussus esset, is mortuo creditore soluerit: hoc enim casu leg. Falcidiæ locus non est, *l. 79. §. Mæuio. ff. de legat. 2.* vbi etiam distinguitur. Secunda replicatio est, Nisi inter virum & vxorem sit donatum, *l. in donationibus. 12. C. ad leg. Falcidiam. Concordat l. cum hic status, 32. §. 1. ff. de donationib. inter virum & vxorem.*

XXXV. Exceptio; Nisi hæres solidum legatum soluerit. *l. 1. C. ad leg. Falcidiam. l. error. 9. item l. cum certum sit. 19. C. eod. tt. l. post mortem. 12. in fine. C. de fideicommissis. item l. si patronus. 20. §. final. ff. de donationibus. M. I. R. d. reg. 1. exc. 8.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi per errorem solidum soluerit, *l. si hæres. 68. §. fin. ff. ad S. C. Trebellianum. l. si sponsus. 5. §. si quis rogatus, in fine. ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. si per. 3. C. de S. C. Trebelliano. item Inst. de fideicommiss. hæred. §. sed quia stipulat. ibi: vel repetere solutum. Vide insuper infra adfinia huius legis remedia.* Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi non facti, sed iuris sit error, *l. regula est. 9. §. si quis ius. ff. de iuris & facti ignor. Concordat l. error facti. 9. in fine. C. ad legem Falcidiam.* Secunda; Nisi supina sit ignorantia. *Nouell. const. 1. §. sed neque illis.* Tertia: Nisi stipulatione de eo quod amplius solutum fuerit reddendo, sibi hæres non prospexerit, reprobatur *l. hæres. 21. ff. ad S. C. Trebellianum. l. 1. §. hæc stipulatio. ibi: quia etsi. ff. si cui plus quam. item l. si cui. 31. ibi. nam quamuis. ff. ad legem Falcidiam.* Hæc de prima replicatione, eiusque duplicationibus sint dicta. Secunda propositæ exceptionis replicatio; Nisi maritus vxori solidum legatum soluerit, reprobatur *l. si sponsus. 5. §. si quis rogatus. ff. de donationibus inter virum & vxorem.* Tertia, Nisi hæres sub hac conditione, Si solidum soluisset, sit scriptus, hoc enim casu quamuis implendæ conditionis causa solidum legatum soluerit, eius habet repetitionem, iure quidem antiquo, *l. si quis. 18. C. ad leg. Falcidiam.* Secus iure nouo, *de quare vide supra eod. cap. except. 31.* Quarta replicatio est; Nisi quasdam res legatas in solidum soluit hæres, non omnes, *l. si ex pluribus. 16. ff. ad leg. Falcidiam. l. in ponenda. 6. §. fin. C. eod. tt. l. quod. 15. §. non idcirco. ff. eod. tt.* Propositæ replicationis duplicatio est; Nisi diuersis, non vni, pluribus relictis, vni solidum soluerit, hoc enim casu & aliis solida soluere tenetur. *Nou. const. 1. §. non dabimus.* Quinta replicatio est, Nisi alius mandato testatoris, non ipse hæres solidum legatum soluit, *l. cum pater. 79. §. Mæuio. ff. de leg. 2.*

XXXVI. Exceptio, Nisi hæres promisit se solidum soluturum, *l. qui quod. 46. ff. ad leg. Falcid. l. cum certum. 19. C. eod. tt. item l. si patronus. 20. §. fi. ff. de donationibus. M. I. R. d. reg. 1. exc. 12.*

XXXVII. Exceptio, Nisi hæredi in vendenda hæreditate sit cautum solida legata præstari. *l. potest. 71. ff. ad leg. Falcid.*

XXXVIII. Exceptio, Nisi post mortem testatoris aucta hæreditate fructibus & aliis, hæres quartam partem si habiturus. *De hac re dicetur inf. cap. prox. in eo quod accessit bonis.*

XXXIX. Exceptio, Nisi post multum temporis hæres legatum restituat, & ex commodo medii temporis quartam habeat. *De hac quoque exceptione vide ibidem.*

XL. Exceptio, Nisi non confecto inuentario hæres hæreditatem adierit, *l. vlt. §. si quis autem. C. de iure deliberandi. & Nouell. const. 1. §. enimuero. M. I. R. d. reg. 1. exc. 13.*

XLI. Exceptio, Nisi hæres non sponte, sed coactus hæreditatem adierit, eamque restituerit. *l. nam quod. 14. §. qui compulsus. ff. ad S. C. Trebellianum. lex quia poterat. 4. ibi, nec quartæ. l. ita tamen. 27. §. Trebellianum. ibi, tuque sponte. item l. si patroni. 55. §. sed nec illud. ibi, vt nec Falcidiam. ff. eod. tt. l. non iustam. 4. in fine.*

in fine. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 1. *except.* 18. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non totam, sed partem hæreditatis coactus restituerit, *l. cogi poterit.* 16. §. *idem Mutianus. ff. ad S. C. Trebellianum.* Secunda: Nisi cum duo essent hæredes, vnus coactus adierit, alter sponte: hic enim quartam nihilominus potest retinere, *l. qui ita.* 66. *in princip. ff. eod. tt. Concordat l. si ita.* 19. *ff. de condit. institut.* Tertia: Nisi coactus pœnitentia ductus, sua sponte malit adire, approbatur eo casu, quando res adhuc est integra: vt si intra tempus deliberandi pœnitentia ducatur, *l. omnes,* 71. *ff. ad S. C. Trebell.* Idem iuris est, si pendente fideicommissi conditione coactus pœnitentia ducatur, *l. si patronus.* 55. §. *sed nec illud. ibi: nam pendente. ff. eod. tt.* Quarta replicatio: Nisi patronus ex debita parte hæres institutus, coactus adierit, reprobatur *l. si eius.* 64. §. *fi. ff. ad S. C. Trebell.*

XLII. Exceptio: Nisi hæres relictum ad pias causas non soluat, falsa vsus exceptione. *Nou. const.* 131. §. *si vero hæres.*

XLIII. Exceptio: Nisi hæres quædam subtraxit, quibus non subtractis Falcidia locum non haberet, approbatur *per ea quæ proponuntur infra capite proximo. quæst.* 5. *regul.* 6. Hactenus de cauta legis Falcidiæ eiusque exceptionibus sit dictum.

II. QVIBVS BENEFICIVM legis Falcidiæ competat?

Prima regula, de singulis hæredibus, proponitur *paulo sup. exc.* 19.

Secunda regula, de hærede hæredis rogati, *l. quanquam* 10. *C. ad leg. Falcid. Concordat l. cohæredi.* 39. §. *cum filiæ. ff. de vulgari substitutione. M. I. R. d. cap.* 10. *reg.* 2.

Tertia regula, de fisco ad quem hæreditas peruenit, proponitur *l. Marcellus,* 3. §. *fi. ff. ad S. C. Trebell. M. I. R. d. cap.* 10. *reg.* 3.

Quarta regula, de legatario & fideicommissario. Huic regulariter beneficium legis Falcidiæ non competit. *l. lex Falcidia.* 47. §. *finali. ff. ad leg. Falcid. l.* 1. §. *si is qui. ibi: quamuis Falcidia. &* §. *denique. ff. ad S. C. Trebellian. l. mulier.* 22. §. *finali. & l. facta,* 63. §. *si cum suspecta. ibi, nam si quid. ff. eod. tt. item l. cohæredi.* 39. §. *cum filiæ, in fin. ff. de vulg. substit. M. I. R. d. cap.* 10. *reg* 4. Propositæ regulæ exceptio prima: Nisi hereditas, non res specialis per fideicommissum rogato sit relicta, reprobatur *d. l.* 47. §. *fin. & d. l.* 22 §. *fin. ff. ad S. C. Trebell.* Secunda: Nisi hæres, postulante fideicommissario, coactus hæreditatem adiit, eamque fideicommissario restituit, hoc enim casu cum legatorum actio detur aduersus fideicommissarium, ex persona hæredis etiam Falcidia vti, & quartam retinere potest, *l. facta.* 63. §. *si cum suspecta ff. eod. tt.* Exemplum proponitur *l.* 2. *&* 3. *in pr. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non ex hæredis, sed ex sua persona fideicommissarius legatum debeat, *d. l.* 63. §. *si cũ suspecta. Cui concordat l. si patroni.* 55. §. *qui fideicommissariam. ff. ad S. C. Trebell.* Cuius duplicatio est: Nisi hæredi, non alii restituere fideicommissarius sit rogatus. *d.* §. *qui fideicomm. in fi.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est; Nisi ipse hæres Falcidia vti non potuit, *d. l.* 63. §. *si cum suspecta.* Tertia; Nisi ij quibus ex persona hæredis fideicommissarius tenetur, sint fideicommissarii vniuersales: ex fideicommissis enim vniuersalibus quartam retinere non potest, *l. ex asse.* 28. §. *fin. ff. ad S. C. Trebell. l. cogi poterit.* 16. §. *Mutianus. ff. eod. tt. item l. non iust.* 4. *in fin. C. eod. tt.* Tertia propositæ regulæ exceptio est, Nisi hæres qui quartam potuit retinere, in gratiam fideicommissarii eam non retinuit, *l.* 1. §. *denique. ibi. inde Neratius. ff ad S. C. Trebell. M. I. R. d. reg.* 4. *exc.* 1. Quarta; Nisi fideicommissarius Falcidiam ab hærede sit passus, eique sua portio sit per Falcidiam deminuta, hoc enim casu & ipso secundo fideicommisso pro rata portione detrahet, *l. facta,* 63. §. *si Titius. ff. d. tt. de qua re vide sup. c.* 6. *quantum veniat? reg.* 19.

III. EX QVIBVS, ET EX QVORVM legatis quarta detrahenda?

Ex singulis legatis pro rata portionis quarta detrahenda. *Inst. de lege Falcidia.* §. *fin. l. si quis.* 87. §. 1. *ff. de legat. l. pœnales.* 32. §. *annua. ff. ad leg. Falcidiam. Inst. de fideicomm. hæred.* §. *sed quia hæred. in fin. l.* 2. *C. ad leg. Falcid. M. I. R. d. cap.* 10. *reg.* 10. Huius regulæ exceptio prima est; Nisi quædam legata ante deductionem sint soluta, hoc enim casu ex reliquis nõdum solutis potest quarta retineri. *l. si ex pluribus.* 16. *ff. ad leg. Falcid.* Plane exceptio hæc intelligenda est, si eidem plura legata sint relicta, non si diuersis, nam hoc posteriore casu non ex alterius legato retinendum est, quod alteri vltra debitum est solutum. Secunda exceptio est; Nisi incertum sit, vtrum lex Falcidia locum sit habitura. *l. lex Falcidia.* 47. *in prin. ff. d. tt.* Tertia; Nisi miles vnum legatum reliquit iure militiæ, alterum extra militiam; hoc enim casu ex illo non detrahitur quarta, ex hoc detrahitur, *de qua re vide supra eod. cap. except.* 1. *replic.* 2. *&* 3. Quarta; Nisi domino & seruo sit legatum, hoc enim casu videtur ex domini legato quarta etiam, quoad serui legatum, retinenda, verum reprobatur *l. si pupillus.* 21. §. *fin. ff. ad leg. Falcidiam.* Quarta, Nisi rebus specialibus legatis, etiam hæreditas per fideicommissum sit relicta hoc enim casu videtur ex solo fideicommisso quarta retinenda, approbatur in casu *l. acceptis.* 92. *in prin. ff. eod. tt.* Alioquin exceptio proposita regulariter reprobatur *l. Marcellus.* 3. §. *item Pomponius. ff. ad S. C. Trebellianum. M. I. R. d. reg.* 10. *except.* 1. Sexta exceptio est. Nisi fundus & via legatus sit, hoc enim casu Falcidia non ex fundo, sed ex viæ precio deducitur, & ob id, si viæ precium minus sit, legatum viæ perit, *de quo infra eodem cap. quæst.* 7. *reg.* 2. Septima, Nisi fundus vel res aliqua ei qui Falcidia vel Trebellianica vtitur, à defuncto sit donata vel relicta, hoc enim casu quartam retinet in illo fundo, vel alia re sibi relicta, *l. filium.* 24. *C. famil. ercisc.* Reliquas huiusmodi exceptiones vide *sup. eodem cap. inter exceptiones aduersus leg. Falcid.*

IV. QVID ET QVANTVM retinendum?

Prima huius loci regula est, Quod quarta pars bonorum defuncti sit ab hærede retinenda, *Instit. de lege Falcidia, in princ. &* §. *fin. l.* 1. *in princ. ibi: dum ita detur. ff. eod. tt. Concordat item iisdem verbis. l. in quantitate.* 73. §. *fin. ff. ad leg. Falcidiam.* Idem dicendum, si non singulæ res legatæ sint, sed hæreditatem restituere quis fuerit rogatus: nam æque eius hæreditatis quartam partem potest retinere. *de quo infr. in S. C. Trebell.*

Secunda regula, de fructibus quartæ, proponitur *l. quod.* 15. §. *fructus. ff. d. tt. l. mulier.* 22. §. *si hæres. ibi: tunc enim. ff. ad S. C. Trebell. item l. si per.* 3. *C. eod. tt.* Sed de fructibus plura dicentur infra.

Tertia regula: Re indiuidua legata, non rei, sed æstimationis eius pars est retinenda. *l. si is.* 79. §. *fi. ff. ad leg. Falc.* Exemplum proponitur *l. pure.* 5. §. 1. *ff. de doli mali except. Concordat l. lege,* 7. *& l. lineam.* 26. §. *fin. ff. ad leg. Falcidiam.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi fundo & via legata, lex Falcidia plus auferat, quam est viæ precium: tunc enim legatũ viæ perit *l. si fundus.* 23. *ff. d. tt.* Secunda, Nisi seruitus sit personalis. Hæc exceptio in vsufructu approbatur *l.* 1. §. *si vsusfructus. & l. sed vsusfructus.* 80. *in pr. ff. eodem tt. l. vsusfructus.* 5. *in principio. ff. de vsufructu & quemadmodum.* Plane quantum ad vniuersalem legatorum æstimationem attinet, vsusfructus æstimatio est necessaria: quod loco primæ replicationis est notandum. *d.* §. *si vsusfructus, in fine.* Secunda replicatio est: Nisi operæ seruorum sint legatæ. *d.* §. *si vsusfructus. ibi: sed operis serui.*

V. QVAMDIV COMPETAT hoc remedium?

Huic iuri non præscribitur, *l. legis Falcidiæ.* 58. *ff. ad legem Falcidiam.*

VI. QVOD REMEDIVM EX LEge Falcidia competat, & quod eius adfine sit remedium?

Regulariter quidem per retentionẽ competit: sed etsi solidum legatum sit solutum, vel alio modo ad legatarium peruenerit, competit actio ad repetendam quartam. *l.* 1. §. *si legatarius. ff. ad leg. Falcid. l. lineam.* 26. *in princip. ff. eod. tt. item l. cum pater.* 79. §. *mater. &* §. *Mæuio, in fine. ff. de legat.* 2. Datur insuper ad reuocandam quartam partem actio ex stipulatu de eo quod amplius, &c. *de qua supr. cap.* 8. *cautel.* 3. Datur demum de dolo actio, si hæres à legatario falso persuasus solidum legatum soluit. *l. si legatarius.* 23. *ff. de dolo malo.* Per replicationẽ denique quarta recuperatur, si debitori liberatio sit legata. *l. quod.* 15. *ff. ad legem Falcidiam.*

VII. EVENTVS LEGIS Falcidiæ.

Prima huius loci regula est. Quod deminuto per legem Falcidiam legato, deminuitur etiam fideicommissum. *de qua re vide supr. capite* 6. *quantum veniat? regul.* 19.

Secunda regula: Deminuto per Falcidiam fundo legato, viæ legatum ad eum fundum pertinet. *l. Plautius.* 49. §. *finali. ff. ad legem Falcidiam.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi precium viæ maius sit, quam pars lege Falcidia ablata. *l. si fundus* 23. *ff. eodem toto tt.*

***

DE COMPVTATIONE ET ÆSTIMAtione bonorum legis Falcidiæ gratia facienda.

CAP. XVI.

I. ANTECEDENTIA.

PRima regula, de eligendo arbitro ad ineundã quantitatem bonorum, proponitur *l.* 1. §. *cum dicitur. ff. si cui plus quam per legem Falc. Concordat l.* 2. *C. de vsuris vel fructibus legatorum.*

Secunda regula, de denunciando absentibus fideicommissariis & creditoribus, vt ad arbitrum veniant, habetur *dict. l.* 1. §. *cum dicitur. ibi: solet tamen.*

Tertia regula, de instrumentis hæreditariis & rationibus edendis, proponitur *l. penultima.* §. *fin. ff. ad leg. Falcid.*

II. EVENTVS COMPVtationis.

Computatio huius legis gratia facta, legatariis absentibus non præiudicat. *l.* 1. §. *cum dicitur. ff. si cui plus quam per leg. Falcid.*

III. ADFINE REMEdium.

Hæres si malit accepta cautione de eo quod amplius, &c. solida legata soluere, quam hoc arbitrium seu hanc computationem subire, est audiendus. *d. l.* 1. §. *solet tamen, in fine.* Idem iuris est, si legatarius quoque hac cautione oblata, integrum sibi solui petat. *l.* 2. *C. de vsuris & fructibus legatorum.*

IV. MODVS COMPVTANDI & æstimandi.

Prima regula: Ante detrahendum quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud hæredem remanet. *Instit. de lege Falcid.* §. *finali. Concordat l. in quantitate.* 73. §. *finali. ff. ad legem Falcidiam.*

Secunda regula, de æstimatione huius legis gratia facienda, proponitur *l. in Falcidia.* 44. *& l. in lege.* 62. §. *finali ff. eod. tt.* Exemplum huius regulæ primum proponitur *l. cum pater.* 60. §. *fin ff. eod. tt.* Alia huiusmodi exempla proponuntur *l. precia.* 63. *in pr. ff. eod. tt.* Propositæ regulę exceptio prima: Nisi defunctus rem pluris vel minoris emerit, reprobatur *d. l.* 62. §. *fin.* Secunda: Nisi hæres rem alienam legatam, domino iusto precio vendere nolente, pluris quam quanti reuera est redemerit, reprobatur *l. alienus* 61. *ff. d. tt.* Tertia: Nisi defunctus rem pluris vel minoris æstimauit, reprobatur *l. quod.* 15. §. *fin. ff. ad legem Falcidiam.* Huius elegans exemplũ proponitur *l. si quis.* 78. §. *si libertus ff. de legatis* 1. Quarta exceptio est: Nisi ob incertitudinẽ quantitatis vel rei, ea facile æstimari nõ possit: hoc n. casu tanti æstimatio fieri debet, quanti res potest venire. approbatur exemplis, quorũ primũ proponitur *l. cum Titio.* 55. *ff. ad legem Falcidiam.* Secundum est, si nomen hæreditarium non sit soluendo: tunc enim tanti æstimandum, quanti venire potest. *l. quærebatur.* 19. *in pr in. ff. eod. tt. de quo infr. quæst.* 5. *regul.* 3. *except.* 9. *replic.* 2. Plane in legato sub conditione relicto, quamuis

uis incertum sit, tamen exceptioni locus non est. *l. in lege Falcidia. 45. §. in his legatis. ff. ad leg. Falcidiã.* Sane in alimentorum quoque & vsusfructus legato, quamuis & ipsum quoad quantitatem incertum sit, tamen propositę exceptioni locus nõ est. nec enim tanti æstimari debet, quanti vendi potest. sed alia eius æstimatio proponitur *l. hæreditatum. 68. in princip. ff. d. tt. de quo paulo infr. reg. 4.* Quinta exceptio est: Nisi fundus pignori sit obligatus: tunc enim tanti æstimandus est, quanti vendi potest. quæ exceptio exemplum est præcedentis, & approbatur *l. 1. §. si hæres. Digest. ad S.C. Trebell. Concordat l. mortis causa. 18. §. fin. ff. de mortis causa donat.*

Tertia regula: Præsentis temporis & loci æstimatio sequenda, non tamen ex ea caritate quæ raro accidit. *l. precia 63. §. fin. ff. ad leg. Falcidiam.*

Quarta regula, De alimentorum legato æstimando, proponitur *l. hæreditatem. 68. in prin. ff. d. tt. M.I.R. lib. 4. cap. 10. reg. 11.*

Quinta regula, de vsusfructus legato æstimando, habetur *d. l. 68. §. eoque nos iure. M.I.R. d. reg. 11.* Huius exceptio esse videtur, Nisi reipubl. vsusfructus sit legatus. Sed reprobatur *d. l. 68. §. sic denique.*

Sexta regula, de delegato in singulos annos relicto. Hoc legatum tanti æstimandum, quanti vendi potest. approbatur simul & distinguitur *l. cum Titio. 55. ff. ad legem Falcidiã.* Declaratur *M.I.R. d. capite* 10. *regul.* 12. Sed & distinguitur hoc modo: Nisi reipubl. in annos singulos sit legatum. *l. si hæres. 3. § fin. ff. eod. tt.*

Septima regula, de re pignori obligata æstimanda, ꝓponitur *l. 1. § si hæres. ff. ad S. C. Trebellianũ.*

Octaua regula, de nomine quod non est soluendo, æstimando. Hoc nomen legatum inter cætera legata non computatur, & nullius momenti reputatur. *l. Nesennius. 22. §. final. ff. ad leg Falcidiam.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi ipsi debitori liberatio sit legata. tunc enim in totum cõputatur. *de quo vide infr. quæst. 5. regul. 3. except. 9. replic. 2.* Secunda: Nisi nomine legato, aliquid exigi ab eo possit. hoc enim quod exigi potest, computatur. Tertia: Nisi nomen quod minus soluendo est, donationis causa alicuius creditori sit delegatum. tunc enim tanti æstimatur, in quantum debitor legatarius est liberatus. *Hæ duæ exceptiones approbantur l. mortis causa. 18. §. si donaturus. ff. de mortis causa donat. Concordat l. mortis causa. 31. §. si iusseris ff. eod. tt.* Reliquas huiusmodi exceptiones vide *infr. quæst. 5. reg. 3. except. 9.*

Nona regula, de legato sub conditione relicto æstimando, proponitur *l. in leg. Falcidia. 45. §. in his legatis. ff. ad legem Falcidiam.*

Decima regula, de legato in diem relicto, proponitur *d. l. 45. in prin. & l. in quantitate. 73. §. in diem. ff. d. tt. item l. nisi. 3. § quoties. ff. si cui plus quam per legem Falcidiam.*

Vndecima regula, de legato seruorum æstimando, proponitur *l. si duobus. 3. in prin. ibi cæteris autem. C. communia de legatis.*

V. QVÆ EXTRA VEL INTER bona defuncti, vel in quartam hæredis partem, item inter legata sint connumeranda?

I. Regula, De eo quod bonis post mortem testatoris accessit. Per hoc non augetur hæreditas defuncti. *Instit. de leg. Falcid. §. quantitas. Concordat iisdem verbis l. in quantitate 73. in prin. ff. ad leg. Falcid. l. in ratione 30. in princip. l. cum quo. 56. in princip. item l. in duplicib. 78. in princip. ff. eod. tt. l. scribit. 33. ff. ad S.C. Trebell. item l. eo tempore 50. §. si creditor. ff. de peculio. M.I.R. d. cap. 10. reg. 5.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi fructus mortis tempore pendeant. *l. in Falcidia 9. ff. ad leg. Falcidiam. M.I.R. lib. 4. cap. 9. reg. 55. except. 7. & d. reg. 5. except. 1.* Huius replicatio est: Nisi partus ancillæ sit mortis tempore conceptus. *d. l. 9. in fine.* Secunda exceptio est, Nisi pendente die vel conditione legati, hæreditati accesserit. *l. mulier. 22. §. si hæres. ff. ad S.C. Trebellianum l. in fideicommissi iam. 18. in prin. ibi: plane fructus. item l. deducta. 58. § ante diem. ff. eod. tt. l. quod. 15. §. quod auus, in fine. & §. fructus. ff. ad leg. Falcidiam. l. si filiusfamilias. 18. §. fin. l. Falcidiæ. 24. §. 1. l. sed si. 36. § fin. l. in lege Falcidia. 45. in princip. l. circa. 66. in princip. l. in quantitate. 73. §. in diem relicta. item l. qui quadringenta. 87. §. fin. ff. ad leg. Falcidiam. Concordat item l. Papinianus. 8. §. vnde si quis. ibi: fructus enim. ff. de inoffic. test. M.I.R. d. reg. 5. exc. 2.* Hactenus leges quibus exceptio proposita approbatur, enumerasse sufficiat: nunc eius exceptionis replicationes sunt proponendæ. Harum prima est: Nisi legatum purum sit, sed extrinsecus ex aliqua causa differatur: hoc enim casu fructus medio tempore percepti non computantur in Falcidiam. *l. mulier. 22. § si hæres. ff ad S.C. Trebellianum. Concordat l. 1 §. sed et si seruo ff. ad leg. Falcid.* Secunda, Nisi filius filiaue testatoris rogati sint post mortem suam hæreditatem restituere, hoc enim casu fructus medio tempore percepti in Falcidiam non imputantur. *l. iubemus. 6. in prin. C. de S. C. Trebell. M.I.R. d. except. 2. repl. 1.* Huius duplicatio prima: Nisi testator fructus in Falcidiam imputari voluerit. reprobatur *d. l. 6. M.I.R. d. except. 2. replic. 2. dupl. 1.* Secunda: Nisi alius quam filius vel filia testatoris rogata sit. Tertia: Nisi aliis quam fratribus aut filiis vel nepotibus suis restituere sit rogatus. *Hæ duæ posteriores duplicationes approbantur d. l. 5. §. fin.* Tertia replicatio est: Nisi fructus vel vsuras nullas perceperit rogatus. approbatur exemplo *l. deducta. 58. §. ante diem. ibi: cum autem. ff. ad S. C. Trebell.* Hæc de secunda exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Tertia propositæ regulæ exceptio proponitur & reprobatur *l. Falcidiæ. 24. §. fin. ff. ad leg. Falcidiam.* Quarta exceptio est: Nisi res testatoris ab hostibus capta, post mortem eius sit recuperata. *l. serui. 42. ff. eod. tt.* Quinta, Nisi per actionem quæ defuncto competebat, hæreditati accesserit, vel accedere possit. approbatur *per ea quæ dicentur infra, regul. 3.* Sexta Nisi nomen quod tempore mortis non fuit soluendo, postea soluendo esse cœperit. approbatur *infra regul. 3. except. 9. replic. 4.* Septima: Nisi cum sub conditione defuncto deberetur, conditio post mortem eius extiterit. approbatur *per ea quæ dicta sunt infra regul. 3. except. 16.* Octaua: Nisi quis sibi & filio suo impuberi testamentum fecerit. hoc enim casu, quantum ad impuberis hæreditatem attinet, eius, non testatoris mors spectanda videtur, verum reprobatur *l. in duplicibus. 78. in princ. ff. ad leg. Falcid.*

II. Regula: De eo quod bonis post mortẽ testatoris

testatoris decesserit. Per hoc hæreditas, quoad Falcidiam, non deminuitur. approbatur *per ea quæ dicta sunt supra regul prox. in princ. Cui concordat l. deducta. 58. §. ante diem, in fine. ff. ad SC. Trebellianum. M.I.R. d. capit. 10. regul. 6.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi per contra tabulas bonorum possessionem vel aliam similẽ causam hæreditas vel portio hæredis diminuatur. *l. in ratione. 11. §. imperator. ff. ad leg. Falcidiam.* Plura de exceptione proposita vide *supr. cap. 6. quantum veniat? regul. 19. & 20.* Secunda exceptio est: Nisi per sententiam iudicis hæreditati decesserit. *d. l. 11. §. cũ quidam.* Tertia: Nisi propter æs alienũ defuncti hæreditati decesserit. approbatur *per ea quæ dicentur infra reg. 4.* Quarta: Nisi res quæ post mortẽ testatoris periit, legata sit. hoc n. casu legatario, non hæredi res periit: Cuius replicatio est: Nisi genus seu res incerta, non species aliqua certa sit legata. Sed & huius replicationis duplicatio est: Nisi res aliqua incerta ex rebus certis sit legata. hoc n. casu rebus omnib. certis peremptis, & incertæ rei legatum perit. *Hæc exceptio cum sua replicatione & replicationis duplicatione approbatur l. in ratione. 30. §. diligenter. ff. ad leg. Fallid.* Sed plura de proposita exceptione cum sua replicatione vide *supr. lib. 9. cap. 10. caus. 51.* Quinta exceptio, Nisi culpa legatarii quid ex hæreditate perierit. *d. l. 30. in pr. ibi: si modo culpa legatarii careant. ff. ad leg. Falcidiam.* Sexta: Nisi ius aliquod personale fuit, quod cum persona ipsius testatoris est extinctum. *l. pœnales. 32. §. 1. ff. eod. tt.* Septima, Nisi simul cum ipso testatore perierit. *l. sed & 19. in fine. ff. de rebus dubiis.*

III. Regula, De actionibus defuncto competentibus. Hæ inter bona defuncti computantur. *l. bonorum. 49. § fin. ff. de verbor. signific.* Huius regulæ exceptio prima, Nisi actiones sint pœnales reprobatur *l. pœnales. 32. in pr. ff. ad leg. Falcidiam.* Secunda: Nisi populares sint actiones. *d. l. 32.* Tertia: Nisi iniuriarum sit actio. *d. l. 32. §. 1.* Quarta: Nisi actio nulla certa lege firmetur, sed natura tantum debeatur. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. id quod natura. Digest. ad legem Falcidiam.* Huius replicatio est, Nisi id quod naturaliter tantum debetur, solutum sit. *d. §. id quod natura.* Cuius elegans exemplum proponitur *l. si pupillus 21. in princip. ibi: vt etiam in Falcidia hæredi imputentur. ff. eod. tt. de quo infra regul. 13. exception. 3.* Quinta: Nisi aduersus hæredem defuncti actio competat. reprobatur *l. 1. §. si debitor. ff. ad legem Falcidiam.* Exemplum proponitur *l. maritus. 94. in principio. ff. eodem tt.* Plane si venditor emptoris hæres existens de euictiõne teneatur, non in duplum, sed in simplum fit computatio. *l. cũ emptor. 48. ff. ad leg. Falcidiam. de quo infra regul. 4. except 4. distinct. 4.* Sexta exceptio est: Nisi dies actionis nõdum cesserit, veluti si sub conditione debeatur. *Hæc exceptio tractatur l. in quantitate. 73. § magna. ff. eod. tt. Concordat l. cum quo. 56. in princ. ibi: sicuti cum conditio. ff. eod. tt.* Huic simile est, si defunctus quid post mortem suam sibi dari sit stipulatus. *De quo l. pœnales. 32. § 1. ff. d. tt.* Septima exceptio est: Nisi defunctus exigi debitum prohibuit. *l. pater. 14. §. aut ubi: sed huius quoque onus. ff. eod. tt.* Octaua, Nisi eadem actio alii quoque in solidum competat. *l. in lege Falcidia. 62. ff. ad leg. Falcid.* Nona: Nisi debitor hæreditarius minus sit soluendo. *l. precia. 63. § penultimo. & l. quærebatur. 81. in prin. ibi: quare cum nomen. ff. eod. tt.* Huius replicatio prima est: Nisi hæres ipse sit debitor hæreditarius, non soluendo existens. *approbatur per ea quæ dicentur infra replicat. prox.* Cuius duplicatio est: Nisi hæres non suo, sed filii vel serui sui nomine de peculio teneatur. *l. cum quo. 56. in princip. & l. si creditor. 82. ff. ad legem Falcidiam. de quo infra replic. 3.* Secunda replicatio est: Nisi ipsi debitori qui non est soluendo, liberatio sit legata. *l. Nesennius. 22. § fin. & l. quærebatur. 81. ff. eod. tt. item l. mortis causa. 30. §. Iulianus. & §. fin. ff. de mort. causa don.* Tertia, Nisi tempore mortis testatoris debitor fuerit soluendo. *l. in ratione 30. in prin. ibi: debitorum facta peiora nomina. ff. ad leg. Falcid.* Huius duplicatio est: Nisi pater dominusue hæres filii vel serui sui nomine de peculio teneatur. hoc enim casu non quantum mortis, sed aditæ hæreditatis tempore in peculio fuerit, inspicitur, *l. si creditor. 82. ff. ad leg. Falcidiam.* Huic quodammodo contradicit *l. cum quo. 56. in prin. ff. eod. tt.* Quarta replicatio est: Nisi debitor postea rursus soluendo esse cœperit. *d. l. 56. vers. & ego quæram. Concordat l. Nesennius. 22. §. final. ibi: nisi ex euentu. ff. eod. tt.* Hæc de nona exceptione. Decima exceptio: Nisi temporariæ sint actiones. reprobatur *l. pœnales. 32. §. honorariæ quoque. ff. ad leg. Falcidiam.* Vndecima, Nisi actio per exceptionem elidi possit. approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est: Nisi culpa hęredis debitor exceptionem sit nactus. approbatur exemplo *l. liberto. 26. in fine. ff. de bonis libertorum.*

IV. Regula: De actionibus aduersus defunctum competentibus, & ære alieno. Istæ actiones regulariter minuerunt bona defuncti. *Instit. de lege Falcidia §. fin. l. successores. 16. C. ad leg. Falcid. & l. si vniuersæ. 15. C. de legatis. de quibus vide supr. lib. 32. cap. 12. causa 66* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi actiones sint pœnales, vel aliæ quæ morte rei extinguuntur. *l. pœnales. 32. in prin. ibi: è contrario autem. & §. etenim ea demum. ff. ad leg. Falcidiam.* Cuius replicatio est, Nisi lis viuo testatore eo nomine sit contestata. approbatur exemplo *l. in ratione. 11. §. cum quidam. ff. eod. tt.* Secunda exceptio est, Nisi dies actionis mortuo demum testatore, vel post mortem eius cedat. reprobatur *d. §. etenim ea demum.* Plura de hac exceptione vide *supr. regul. prox. except. 6.* Sane propositæ exceptionis exemplum videtur esse *l. si dos. 84. ff. ad leg. Falcidiã.* Tertia exceptio est: Nisi temporaria sit actio. reprobatur *d. l. 32. § honorariæ.* Quarta: Nisi ipsi hæredi debeatur. reprobatur *l. in ponenda. 6. in prin. C. ad leg. Falcidiam.* Huius exemplum proponitur *l. qui fundum. 86. §. si quis. ff. eod. tt. Cui concordat l. irritum. 8. C. ad legem Falcidiam. item l. fundo. 4. ff. eod. tt.* Aliud exemplum proponitur *l. licet. 14. C. eod. tt. Concordat l. quod. 15. §. quod auus. ff. eod. tt.* Item aliud *l. cum hæres. 51 §. sed cum vxori. ff. ad S.C. Trebellianum.* Plane admittitur exceptio proposita primum, si debiti compensandi causa creditor hæres sit institutus. *l. si debitor. 12. ff. ad leg. Falcidiam. Concordat l. cum pater. 79. §. Titio fratri, in fine. ff. de legatis 2 de qua re vide supr. eod. lib. cap. 6. quantum veniat? regul 21. except. 1.* Huius distinctionis replicatio est: Nisi debitum quadrantem excedat. tunc enim quod quadrantem excedit, ex dodrante detrahendum. *l. quod bonis. 15. §. cum fideicommiss. ff. ad le-*

gem Falcidiam. Sed & alia propositæ distinctionis replicatio est: Nisi non specialiter sit expressum, compensandi debiti animo creditorem hæredē institutum. approbatur exemplo *d. l.* 15. §. *quod a-uus.* Hæc de prima distinctione, qua proposita exceptio admittitur, cum eius replicationibus sint dicta. Altera distinctio, sub qua admitti videtur, hæc est: Nisi testamentum militis sit. Sed reprobatur *l. in testamento.* 7. *C. ad legem Falcidiam.* Tertia distinctio est, Nisi defunctus non vni certæ personæ ex hæredibus debuerit, sed cui ipse voluerit. reprobatur *l. pater.* 54. *ff. eod. tt.* Quarta, Nisi ex stipulatione de euictione à defuncto hæredi debeatur. hoc enim casu non duplum, sed simplum æris alieni loco deducitur. *l. cum emptor.* 48. *ff. eod. tt.* Hæc de quarta exceptione reprobata, eiusque distinctionibus. Plura de hac re vide *supr. eod. lib. cap.* 6. *quantum veniat? regul.* 21. Quinta exceptio: Nisi eadem actio quæ aduersus defunctum competit, æque aduersus aliū quoq; in solidum competat. *Hæc except. tractatur l. in l. Fal.* 62. *ff. ad leg. Falc.* Sexta Nisi hæres hæreditatem, quæ non est soluendo, pluris vendiderit. reprobatur *l. si hæres.* 3. *in pr. ff. eod. tt.* Septima, Nisi hæres male vendiderit hæreditatem. *d. l.* 3. *in pr.* Octaua: Nisi hæres cum creditoribus hæreditariis pactus sit de parte debiti remittenda. reprobatur *d. l.* 3 §. *sed & si is.* Nona, Nisi non legatum sit, sed mortis causa donatum. reprobatur *l. circa* 66. §. *finali. ff. ad legem Falc.* Decima, Nisi non proprietas, sed vsusfructus bonorum sit legatus. reprobatur *l. vsufructu.* 69. *ff. eodem tt.* Vndecima: Nisi incertum sit æs alienum. hoc casu interponenda cautio est: *de qua sup. c.* 8. *caut.* 3. *in prin. exemplo* 4. Duodecima exceptio est, Nisi vnus hæredum æs alienum soluere sit damnatus. tunc enim cæteri hæredes æris alieni nomine nihil deducent. *l. in l. Falc.* 8. *ff. ad leg. Falcid. Concordat l. cum ab vno.* 55. §. *fin. ff. de leg.* 2.

v. Regula, De rebus ab hærede alienatis. Hæres in quartam partem hæredi computantur. *l. Marcellus.* 3. §. *res quæ. ff. ad S. C. Trebell.*

vi. Regula, De rebus ab hærede subtractis. Harum rerum hæres quartam non retinebit. *l. rescriptum.* 6. *ff. de his quæ vt indignis, &c. l. Falcidiæ.* 24. *in prin. ff. ad leg. Falcid. item Nouell. const.* 1. §. *sancimus igitur. M. I. R. lib.* 4. *cap.* 10. *reg* 7.

vii. Regula, De re quam hæres hæreditariā esse negauit. Et huius quartam non retinebit. *l. hæreditatum.* 68. §. *finali. ff. eodem tt. M. I. R. d. capite* 10. *regul.* 8.

viii. Regula, De re quam heres sua culpa amisit. Ea quoque ei in quartam partem imputatur. quæ regula approbatur exemplo *l. alicuius* 61. *ff. ad leg. Falc.* Aliud exemplum proponitur *supr. cap. prox. exc.* 5. Aliud *l. hære.* 15. *ff. de his quæ vt indignis, &c.* item aliud *l. in ponenda* 6. §. *fin. C. ad l. Falc. l. filiam.* 24. *C. famil. ercisc.*

ix. Regula, De statulibero, rebus communibus, & iis quarum vsusfructus alterius est: item de rebus pignori datis, & sub conditione distractis, proponitur *l. statuliber.* 38 *ff. eod. tt.*

x. Regula, De eo quod defunctus hæredi extra testamentum inter viuos donauit. Hoc in quartam partem ei imputabitur. *l. cum quo.* 56. §. *fin. ff. ad leg. Falcid. l. Titia.* 89. §. *fin. ff de legat.* 2. *itē l. filiū* 24. *C. famil. ercisc.* Plane proposita regula exceptionem recipit in dote, quam defunctus pro filia herede instituta dedit. *l. pater* 14. *in pr. ff. ad legem Falcidiam.*

xi. Regula, De eo quod hæredi prælegatum est. Hoc in quartam hæredi non imputatur. *l. quod autem.* 74. *l. quod bonis.* 15. §. *fideicommissum. l. Nesenn.* 22. *in pr. ibi. id quidem quod. l. Titia.* 85. *item l. in quartam.* 90. *in prin. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi hæreditas per fideicommissum relicta, non speciale legatum restituatur. tunc n. etiam prælegata in quartam imputantur hæredi. *d. l.* 90. *in pr.* Secunda, Nisi ob id hæredi sit prælegatum, ne Falcidia vtatur. *l. quod autem.* 74. *in fin. ff. ad leg. Falc.* Tertia: Nisi heredi à semetipso sit legatum, vel seruo eius: tunc enim legatum non valet, & per consequens in quartam hæredis cōputatur, *secundum ea quæ dicentur infr. reg.* 20. Idem est, & si filio vel seruo hærede instituto, ab eo patri vel domino sit legatum, paterque vel dominus postea per eum hæres efficiatur. *de quo etiam infr. d. reg.* 20. *dicetur.* Plura de regula proposita vide *supr. cap. prox. quæst.* 1. *exceptione* 9.

xii. Regula, De eo quod instituto impuberi prælegatum est, posteaque ad substitutum peruenit. Hoc in quartam substituto non imputatur. *l. cum pater.* 60. *in pr. ff. ad leg. Falcid.*

xiii. Regula, De eo quod heredi conditionis implendę causa datum est. Hoc heredi in quartam non imputatur. *l. id autem.* 75. *in prin. l. in quartam.* 90. §. *fin. l. ad veterani.* 40. §. *fin. & leg. Falcid.* 43. *ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non speciale legatum, sed hæreditas per fideicommissum relicta restituatur *l. in quartam* 90. *ibi: sed & quod implendæ. ff. ad leg. Falc. & l. filium.* 24. *C. famil. ercisc.* Secunda: Nisi statuliber de numis peculiaribus, non de alieno dedit. *l. id autem.* 75. *ibi. sane si ff. eod. tt. l. Falc.* 43. *ff. eod. tt. l. quod statuliber.* 40. *item l. quod conditionis.* 35. §. *certe quod. ff. de mortis causa donat.* Tertia, Nisi ita cui sit legatum, Si mutuum soluerit, hoc enim casu mutuum quod conditionis implendæ causa soluit, hæredi in quartam imputatur. *l. si pupillus.* 21. *ff. ad legem Falcid.* Quarta, Nisi non figura conditionis hæres accipere iussus sit. *l. in ratione.* 30. §. *tametsi. ff. d. tt.*

xiv. Regula, De re quam emere, & precio quo rem vendere heres damnatus est. Hoc in Falcidiam imputatur. *d.* §. *tametsi. ibi: quemadmodum. & § vendere. l. si dignum.* 19. *& l. qui fundum.* 86. *in pr. ff. ad legem Falcidiam.*

xv. Regula, De eo quo accepto vel deducto, heres hereditatem restituere iussus est. Hoc quartæ imputatur. *l. in quartam.* 90. §. *sed in fideicommiss. ff. ad leg Falc. Concordat Inst. de fideicommiss. hæred.* §. *si quis vna. l.* 8. §. *quarta autem. vers. Falcid. autem. ff. de inofficioso testamento.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi id quo accepto hæreditatem restituere rogatus est, rursus ab eo alii per fideicommissum sit relictum. *l. acceptis.* 92. *ff. ad leg. Falcid.* Secunda: Nisi non pecunia, sed prædio aliquo percepto hæreditatem restituere sit rogatus. *l. deducti.* 38 §. *numis. ff. ad S. C. Trebell. Concordat l. cum pater.* 79. *in princip. ff. de legat.* 2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi prædium maioris precii sit, quam portio hereditatis. *d.* §. *numis. in fine.* Tertia exceptio est, Nisi res, quā percipere iussus est heres sit alienа

aliena non testatoris. Hoc casu æstimatio eius retinenda. *l. hæres.* 72. *ff. ad Senatusconsultum Trebellianum.* Quarta: Nisi res quam percipere iussus est, pignori sit obligata. hoc enim casu non nisi quanti res ista vendi debet, tantum in quartam imputatur. *l.* 1. §. *si hæres. ff. eod. tt.*

xvi. Regula, De re quæ hæreditati possit euinci. Hæc inter bona defuncti non computatur. approbatur exemplo *l. quod bonis.* 15. §. *ex donationibus. ff. ad l. Falcid.* Huius rei exemplum seu species est supradicta regula 4.

xvii. Regula, De eo quod explicandarum venditionum causa impenditur, proponitur *l. quantitas.* 72. *ff. eod. tt.*

xviii. Regula, De funeris & monumenti impensis. Funeris quoque impensa æris alieni loco deducitur. *Instit. de leg. Falc.* §. *cum autem.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non in funus, sed in monumentum sit erogatum. *l.* 1. §. *fin. ff. ad l. Falcid.* Secunda, Nisi maritus, vxoris hæres existens, in funus eius impenderit. *l. si vir.* 6. *ff. eod. tt.*

xix. Regula, De pretio seruorum manumissorum. Hoc quoque ex hæreditate defuncti deducendum. *Instit. de l. Falcidia.* §. *cum autem. l. sed si.* 36. *in princip. ibi: sin vero hæres. ff. ad l. Falc. l. si. ea.* 13. *in fi. C. eod. tt. itē l. ita tamen.* 27. §. *fin. ff. ad S. C. Trebellianum.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi seruus ante diem libertatis cedentem decesserit. *l. in ratione.* 11. §. *si seruus. ff. ad leg. Falcid.* Cuius replicatio est: Nisi cum sub conditione libertas seruo relicta esset, ante conditionem seruus mortuus fuerit, posteaque conditio extiterit. *d. l.* 11. §. 1. Secunda exceptio est, Nisi dies vel conditio libertatis adhuc pendeat. hoc enim casu non tanquam manumissi precium statuendum est, sed tanquā statuliberi. *l. sed si* 56. §. *fin. cum l. seq. ff. ad l. Falc.* Tertia Nisi seruus manumissus alienus fuerit, non testatoris. reprobatur *l. eius serui.* 37. *ff. eod. tt.* Quarta: Nisi non ex testamento libertas seruo data sit, sed à prætore. reprobatur *l. æris alieni.* 39. *ff. eod. tt.* Hæc de decimanona regula, quæ tamen iure nouo videtur mutata, *per ea quæ habentur supr. capit. prox. quæst* 1. *except.* 24. *in fine.*

xx. Regula, de legatis inutilibus. Hæc hæredi in quartam imputantur. *l. non est dubium.* 50. *cum l. seq. l. in ratione.* 11. *in princ. l. id autem.* 75. §. *fin. l. quod si.* 77. *ibi: quia & legata. item l. ex asse.* 52. *ff. eod. tt.* Propositæ regulæ exempla sunt, si hæredi à semetipso vel seruo eius legatum sit. *l. in ratione* 30. §. *penult. ff. ad leg Falc.* Plura de exemplis propositis vide *supr. lib.* 12 *cap.* 3. *except.* 25. *&* 27. Aliud exemplum est: Si testator seruis propriis legauerit. *Quod proponitur d.* §. *penultim.* Sed & de hoc vide plura *supr. d. except.* 35. Aliud est: Si à seruo hærede domino legetur, dominusque per seruum hæres efficiatur. *l. si à seruo* 20. *ff. ad leg Falcid. & de hoc exemplo vide supr. lib.* 2. *c.* 3. *except.* 26. *& excep.* 37. Plane exemplo proposito insimili casu contradicere videtur *l. si à filio.* 25. *ff. de legat.* 1. Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi hæres legatum indebitum soluerit. reprobatur *l.* §. *item si ita. ff. ad leg. Falc.* Secunda: Nisi legatum propter rem quæ legata est, sit inutile: quia forte res sacra, sancta, publica, &c. sit legata. Huiusmodi enim legatum nec inter legata, nec in quartam hæredis computandam puto *ex l. in ratione.* 30. §. *fin. ff. eod. tt.*

xxi. Regula, De legato quod extrinsecus suspenditur. Hoc hæredi in quartam non imputatur, sed inter legata connumeratur. *l.* 1. §. *ad eos. ibi: sed etsi seruo. ff. eod. tt.*

xxii. Regula, De quarta quam non retinuit hæres ex quorundam legatis quæ solida soluit, Eam quartam ex aliorum legatis detrahere non potest. approbatur exemplo *l. Nesennius.* 22. *in pr. ibi: plane cæteris. ff. ad l. Falcidiam.*

xxiii. Regula, De portione vel hæreditate non grauata, quæ grauatæ accedit vel iure adcrescendi, vel iure substitutionis, vel alio simili modo. Ea quoque portio in quartam imputatur hæredi grauato. *l. in singulis.* 76. *cum l. seq. l.* 1. §. *id quod ex subst. item l. qui fundum.* 86. §. *qui filium. ibi: quod si extranei. ff. eod. tt.* Huius regulæ exemplum etiam est, Si idem ex parte pure, ex parte sub conditione hæres sit institutus, nam existente conditione, pars sub conditione data accedit parti pure datæ. *Quod proponitur d l.* 86. §. *si tu ex parte. ibi: de lege Falcidia. Concordat l. cohæredi.* 19. §. *cohæres. ff. de vulgari substitutione. itē l. in ratione.* 11. §. *penult. ibi: & aliam causam. &* §. *vlt. ff. ad leg. Falcidiam.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur, Nisi ex pupillari testamento pupilli portio non grauata substituto grauato adcrescat. hoc enim casu videtur, portio seu hæreditas pupilli accedens substituto, legatis à substituto relictis non prodesse. Verum reprobatur *l.* 1. §. 1. *ff. si cui plus quam per legem Falcidiam. Cōcordat d. l.* 11. §. *quod vulgo. &* §. *quæsitum. item l. in duplicibus.* 78. *in fine. ff. ad legem Falcidiam.* Secunda, Nisi legata ex portione grauata sint soluta, antequam minus grauata portio accesserit, reprobatur *l. qui fundum.* 87. §. *finali. ff. eod.* Tertia exceptio est: Nisi oneratus in institutione, omissa ea ex substitutione adierit, hoc enim casu legata ab eo, institutione relicta, nō augētur per id quod ex substitutione accedit, nisi generaliter, non nominatim ab eo fuerint relicta. *l.* 1 §. *id quod ex substitutione. ibi: sed ea quæ. ff. ad legem Falcidiam.* Quarta: Nisi hæreditas impuberi exhæredati grauatæ portioni ex pupillari substitutione accesserit. *l. quod supra.* 16. *ff. eodem tt.* Huius replicatio est: Nisi in secundis quoque tabulis, seu pupillaribus ab instituto legata sint relicta: tunc enim legata contribuuntur, & hæreditas pupilli accedens auget legata ab instituto in primis tabulis relicta. *l. in ratione.* 11. §. *finali. ff. eodem tt.* Quinta exceptio est, Nisi nō iure testamenti, in quo legata relicta sunt, portio deficiens grauato adcrescat: sed alia ratione, puta, quod cohæredem adrogauerit, vel illi hæres extiterit. *l.* 1. §. *si cohæredem. ff. ad legem Falcid.* Sexta, Nisi cum ex duobus impuberibus ei qui postremo moreretur, substitutus esset: is qui postremo moritur, priori mortuo fratri legitimus hæres extiterit, & ita substitutus vtriusque impuberis hæreditatem adquirat. hoc enim casu prioris impuberis defuncti hæreditas non imputatur substituto in quartam. *l. qui duos.* 40. *ff. de vulgari substitutione. Concordat l. pater.* 14. §. *finali. ff. ad legem Falcid.* Septima: Nisi dominus vel pater cohæredem seruum vel filium habens, per eum alteram quoque portionem non grauatam adquisierit: ea enim portio non videtur ei in quartam legatorum ab eo relictorum imputanda. Verum reprobatur *l. maritum.* 25. *in prin. ff. ad leg. Falcidiam.*

Idem in domino & seruo probatur *l. si pupillus.21. §.si ego.ff.eod.tt.Concordat l.Nesennius.22,§.seruo hærede.ff.eod.tt.* Octauæ exceptionis loco notanda est regula sequens proxima.

XXIV. Regula, De portione grauata non grauatæ accedente. Si portio grauata non grauatæ accedat, non contribuuntur legata, poteſtque is cui accedit portio grauata, ex ea retinere quartam, quamuis in sua portione quartam habeat. *l.1.§.si cohæredis.ff.ad leg. Falcidiam.Concordat l.quod si 77.§.fin.ff.eod. tt.* Exemplum proponitur *l.si pupillus.21.§.final.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi portio pupilli grauata ad substitutum non grauatum ex substitutione perueniat: hoc enim casu portiones confunduntur. *l. in ratione.11.§.quod vulgo. & §.quæsitum.ff. ad leg. Falcid. l.in duplicibus.78 in fin. item l. qui fundum. 86. §.qui filium.ff.eod. tt. l.1 §.si cui plus quam per leg. Falcidiam.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi pupillus prius patri hæres extiterit: tunc enim, si eo postea mortuo, portio eius ad substitutum perueniat, ex ista portione accedente substitutus quartam poteſt retinere, licet suam portionem habeat integram.*d.l.86 §.qui filium.* Altera: Nisi & alia legata à substituto in primis tabulis, tanquam ab instituto nominatim sint relicta.*l. in ratione.15.§.quæsitum. ibi: sed legata quæ. ff. ad leg.Falcid.* Secunda exceptio est: Nisi idem ex variis portionibus heres sit institutus atque grauatus. tunc enim portio grauata non grauatam cui accedit onerat.*d.§ quæsitum.verſ.aliam causam.& §.fin.l. cohæredi.39.§.cohæres.ff.de vulg.subſtit.l.qui fundum.86. §.si tu ex parte.ibi:de leg Falcid.ff.ad leg. Falcid.*

DE SENATVSCONSVLTO TREbelliano.

Cap. XVI.

HActenus de prima specie legatorum dictum est, quæ scilicet dodrantem bonorum excedunt: tunc de secunda specie hoc est, de hæreditate legata, vel per fideicōmiſsū relicta: de qua tractat S.C. Trebellianū. Primum itaq; de actione dispiciendum, qua fideicommissariam hæreditatem persequimur: deinde de effectu, seu de translatione actionum hæreditariarum.

I. CAVSA ACTIONIS ET SENAtusconsulti Trebelliani cum suis exceptionibus.

Actio hæc & Senatusconsultum Trebellianū competit ex testamento seu fideicommisso, quo alicuius fidei est commissum, vt restituat actori hæreditatem defuncti, eiusque partem: qua restituta, in actorem, cui hereditas eiusue portio restituta est, actiones hereditariæ transferuntur. *M.I.R.d.lib.4.cap.10.reg.14.* Cuius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi is qui fideicommissariam hæreditatem reliquit, intestatus mortuus sit, vel hæres ab intestato rogatus. reprobatur *l.1 §. hoc autem.ff ad S.C. Trebell. l.si per. 3. item l. & sine.C.eod. tt.l.vlt.C quando dies leg. cedat. M.I.R. lib.4.cap.9 reg. 14 except.18.* Sed & plura de hac exceptione reprobata vide *supr.lib.12 cap.3 except.9.*

II. Exceptio: Nisi filiusfamilias per fideicommissum reliquerit. approbatur *per ea quæ dicta sunt supra d.cap.3.except.3.* vbi etiam vide huius exceptionis replicationes.

III. Exceptio: Nisi filiusfamilias miles patrem de castrensi peculio restituendo rogauerit. reprobatur *l.si filiusfamil. 18 ff.ad leg.Falcid.*

IV. Exceptio, Nisi is qui fideicommisit, soluendo non sit.reprobatur *l. si hæres.68.in prin.ff.ad S.C. Trebellianum.*

V. Exceptio: Nisi non heres, sed alius rogatus sit.*l.mulier.22.§.fin. ff. ad S.C.Trebellianum.* Huius replicatio prima est, Nisi fideicommissarius vniuersalis sit rogatus,*l.1.§.de illo.& l.si patroni.55.§.qui fideicommissariam.ff.eod.tt.* Secunda: Nisi bonorum possessor sit, vel alius successor, qui rogatus est. *d.l.1.§.bonorum.* Tertia: Nisi hæredis heres, aut pater, vel dominus hæredis rogatus sit. *l.1.§.si filio. & l.quamuis. 40.§.1.ff.ad S.C. Trebellian.* Quarta, Nisi tutor vel curator heredis sit rogatus. *l.1. §.si filio.in fine.ff.eod.tt.*

VI. Exceptio: Nisi rogatus inutiliter hæres sit institutus, & testamentum inutile sit. *Instit. de fideicomm.hæred.§.in primis.*

VII. Exceptio: Nisi rogatus pro parte tantum sit heres.reprobatur *Instit.d.tt. §.nihil autem interest.de quo paulo infra.except.11.*

VIII. Exceptio: Nisi ex debita portione institutus sit heres rogatus. *l.patronus. 60. ff ad S.C. Trebell.* Huius replicatio est: Nisi liberis liberti patronus restituere sit rogatus.*l.si eius.64 §.fi.ff.eod.tt*

IX. Exceptio, Nisi filio vel seruo herede instituto, pater vel dominus filio vel seruo restituere sit rogatus.reprobatur*l.1.§.si filio. ibi: idem & si ipsi. ff.ad S.C.Trebellianum.Concordat l. quidam.25. §.si seruo.ff eod.tt.*

X. Exceptio: Nisi ciuitatibus sit fideicommissum relictum. reprobatur *l. omnibus. 26 .cum l. sequente.in prin.ff.eod.tt.& l.si per 3.C. eod.tt.*

XI. Exceptio, Nisi non tota hæreditas, sed pars eius per fideicommissum sit relicta. reprobatur *Inst.de fideicommiſſ.hæred.§. nihil autem. §.potest autem.& §. præterea intestatus.*

XII. Exceptio: Nisi non hæreditas, sed res aliqua per fideicommissum sit relicta, aut certa bonorum species. *l. quoties. 13. C. de hæredibus instituendis.Concordat l. cogi poterit.16. §. & generaliter & §.sed & miles.ff.ad S.C.Trebellianum.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi miles certam bonorum speciem per fideicommissum reliquerit.*d.§.sed & si miles.* Secunda: Nisi hereditas alterius, quæ ad testatorem peruenit, per fideicōmissum relinquatur.*d.l.16.§.sed et si quis.* Tertia: Nisi quis bona sua, vel omnia sua restitui rogauerit: tunc enim perinde ac si hæreditas relicta sit, actiones transeunt. *l. si legatus. 30. §.si quis bona. ff.ad S.C.Trebellian.* Huic quodammodo contradicit *l.si quis.8.§.fin. cum l sequente.ff. de legat. 2.* Quarta, Nisi filiusfamilias castrense peculium restitui rogauerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.except.3.*

XIII. Exceptio, Nisi non solennibus verbis hæreditas per fideicommissum sit relicta.reprobatur *l.vbi pure.19.§.1.ff. ad S. C. Trebell.Concordat l. Lucius.78.in prin ff.eod.tt.* Sed & plura de exceptione proposita vide *supr.12.cap.6.except.75.*

XIV. Exceptio, Nisi is qui rogatus est, tempus petendæ bonorum possessionis prætérire passus sit, reprobatur *l.facta.63.§.si quis bonorum.ff. ad S.C.Trebellianum.*

XV. Exceptio: Nisi hæreditas ex causa fideicommissi sit restituta. Huius replicatio prima est: Nisi non omne quod debetur, sit restitutum. *l.ita tamen.27.§.si ex Trebell.ff.ad S.C.Trebell.* Alias replicationes vide *inf.cap.prox.q.2.*

XVI. Exceptio, Nisi is qui rogatus est, hæreditatem adire, vel conditioni parere nolit: hoc casu cogendus est adire, *de quo sequitur.* Plures exceptiones vide *M.I.R.lib.4.cap.10.reg.14.*

II. DE COGENDO HÆREDE VT adeat hæreditatem, eamque restituat.

I. CAVSA EX QVA COGENDVS est, cum suis exceptionibus.

Si hæres rogatus hæreditatem adire nolit, desiderante fideicommissario adire cogendus est, & restituere. *l.quia poterat.4.ff. ad S. C. Trebell. Concordat Instit.de fideicom.hæred. §.sed si recuset. & §.sed etiam id quod.M.I.R.d.cap.10.reg.15.* Propositæ causæ seu regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi rogatus in dignitate positus sit, reprobatur *l.ille.13. §. tempestiuum ff. ad S.C. Trebell.de quo paulo inf.q.3.reg.1.Concordat l.sed & qui. 5. ff.eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi fiscus sit, cui hæreditas sit delata, reprobatur *l.recusare.6.§.si fisco ff.d.tt.*

III. Exceptio, Nisi municipes hæredes sint, vel collegium, reprobatur *d.l.6.§.item si municipes.*

IV. Exceptio: Nisi necessarius sit hæres, reprobatur *d l.6.§.sed & in filio.* Plane hoc casu, licet hæres non agnoscat hæreditatem, tamen nihilominus transferuntur actiones in fideicommissariū. *l.ita tamen.27.§.si pater.ff.ad S.C.Trebell.*

V. Exceptio: Nisi non scriptus hæres rogatus sit, sed legitimus ab intestato veniens, reprobatur *l.recusare.6.§.1.ff.eod.tt.*

VI. Exceptio: Nisi rogatus ex debita portione hæres sit scriptus, reprobatur *l.ita tamen.27.§.si patronus.ff.eod.tt.*

VII. Exceptio: Nisi rogatus capax hæreditatis non sit, reprobatur *l.cogi poterit.16.§.hi qui solidum. ff.ad S.C. Trebell.*

VIII. Exceptio: Nisi pupillus hæres sit, reprobari videtur *l.sed cum.12.in fi.ff.eod.tt.*

IX. Exceptio: Nisi rogatus pro parte tantum sit hæres, cuius portio deficiens ad cohæredem cum onere pertineat, *d.l.12.in princ.Concordat l.non iustam.4.C.de S.C.Trebelliano.* Contrarium propositæ exceptionis exemplum proponitur *l. cogi poterit.16.§.fi.ff.eod.tt.*

X. Exceptio: Nisi rogatus substitutum habeat, ad quem hæreditas perueniat, qui q; fideicōmisso quoque obstringatur.*d.l.4.C.de S.C.Trebell.* Huius replicatio est: Nisi substitutus alii restituere sit rogatus. *l facta.63.§.Iulianus ff.ad S.C.Trebell.*

XI. Exceptio: Nisi rogatus non compareat, vel sine hærede decesserit. *Hæc exceptio tractatur l. sancimus.7.§.fi.C.de S.C.Trebell.*

XII. Exceptio: Nisi rogatus absit, reprobatur *l.recusare.6.in pr.ff.ad S.C.Trebellianum.l.sed et si. 9. in princip. l.ille à quo.13.in princ.item l. si legatus.30. in pr. ff.eod.tt.*

XIII. Exceptio: Nisi rogatus nondum secum constituerit, vtrum velit adire, necne, reprobatur *d.l.30.Concordat l.recusare 6 in prin.ibi, siue incerta. ff. eodem titulo.*

XIV. Exceptio: Nisi hæres hæreditatem repudiauerit, reprobatur *l.nam quod.14.§. 1.ff. ad senatusc.Trebell.*

XV. Exceptio: Nisi rogatus sub conditione hæres institutus sit, conditioque nondum sit impleta, *l.sed et si. 9.§.fi.l.si cui.31.§.fi. ibi, cæteræ cond. item l.facta. 63.§.si sub condit. ibi, plus enim.ff.eod.tt.* Plane si conditio in potestate sit ipsius hæredis, eam adimplere cogendus est. *d. l.63.§.si sub.& d.l.31.§. fin. item l.si eius. 64. §.si necessarium.ff. eod. tt.* Hæres ergo sub conditione, quæ in eius est potestate, scriptus, eam hæreditatis restituendæ causa adimplere cogendus est. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi turpis vel difficilis sit conditio. *l facta. 63. §.si sub. ibi, si vero turpis.ff. ad senatusc. Trebell.* Secunda: Nisi in dando consistat, hoc enim casu, nisi fideicommissarius offerat quod dandum est, hæres cogendus non est, *l.sed sciendum.7.§ nam si ita. d.l.63.§.si dandæ & l si cui.31.§.si sub.ibi, vel si in dan. ff.eod.tt.* Tertia: Nisi talis sit conditio, quam Prætor solet remittere, *d.l.63. §.quod si conditio.* Quarta: Nisi nominis ferendi conditio sit, *d.l. 63. §. si vero nominis.* Quinta: Nisi difficilis sit conditio, *d. l. 63. §. si sub.ibi, si vero turpis. Concordat l. sed sciendum.7.§.fin.ff.eod.tt.* Sexta: Nisi dignitati vel ætati hæredis aut alteri non conueniat conditio. *d.l.7.§. si cum l.sequente.*

XVI. Exceptio: Nisi pater filio quem in sua potestate habet, rogatus sit restituere, reprobatur *l.cogi poterit.16.§.si pater. ff. ad senatusconsultum Trebellianum.*

XVII. Exceptio: Nisi dominus seruo suo restituere sit rogatus, *d.l.16.§. sed si seruo.* Huius replicatio: Nisi quis paratus sit domino de indemnitate cauere, reprobatur *d.l 16.§.idem quærit.*

XVIII. Exceptio, Nisi seruo testatoris fideicommissaria hæreditas sit relicta, hoc enim casu, quia non valet fideicommissum, *secundum ea quæ dicta sunt sup.lib.12.c.3.exc.25 tertia ex eptione:* nec cogi hæres potest. Huius replicatio est: Nisi libertas simul & hæreditas seruo per fideicommissum sit relicta. *l.mulier.22 §.non est dubitatum.ff. ad senatusconsultum Trebellianum.* Cuius duplicatio prima est, Nisi ab altero libertas, ab altero hæreditas seruo sit relicta, *l si res.52.§ seruus,cum l.sequente.ff eod.tt.* Plane duplicationis propositæ triplicatio prima est, Nisi portio eius à quo libertas seruo legata est, alteri à quo hæreditas eidem seruo relicta est, accreuerit, *d.l.52 § fi.cum l. seq.* Secunda, Nisi alter à quo libertas relicta est, seruum manumiserit, *l.cogi poterit. 16.§.fi.ff. ad senatusc. Trebell.* Hæc de prima duplicatione eiusque triplicationibus sunt dicta. Secunda propositæ replicationis duplicatio est, Nisi libertas in diem, hæreditas pure sit relicta, hoc enim casu ante diem libertatis venientem hæres ad adeundam hæreditatē cogi non potest, *l.si cui.31.§.1.& l.si patroni. 55. §. 1. ff.eod.tt.* Tertia, Nisi is qui soluendo non est, seruo libertatem simul & fideicommissariam hæreditatem reliquerit. Hæc duplicatio stricto quidem iure approbatur, verum æquitatis ratione reprobatur *l.facta.63.§ fi.ff.ad senatusc.Trebell.*

XIX. Exceptio: Nisi non hæreditas, sed res aliqua seu species per fideicommissum sit relicta. *l. nam quod.* 14. §. *non omnia. ff. d. tt.* Huius replicatio prima: Nisi indemnitatis cautio offeratur, reprobatur *d.* §. *non omnia. vers. tametsi.* Secunda replicatio est: Nisi quis bona, familiam, vniuersam rem, omnia sua, vel patrimonium, &c. restituere fuerit rogatus, *d. l.* 14. §. *si. cum ll. sequentibus.* Cuius duplicatio est: Nisi testatorem de pecunia tantum, non de vniuersa successione sensisse probetur, *l. cogi poterit.* 16. *in pr. ff. d. tt.* Tertia replicatio est: Nisi quis hæreditatem Seiæ, vel id quod ad se ex hæreditate peruenerit, restitui rogauerit, *d. l.* 16. §. *sed etsi quis non.* Quarta: Nisi miles certam bonorum speciem restitui rogauerit, nam & hoc casu rogatus cogi potest, licet non hæreditas per fideicommissum sit relicta, *d. l.* 16. §. *sed etsi miles.* Quinta replicatio proponitur in casu *l. Paulus.* 61. *ff. ad senatusc. Trebell.*

XX. Exceptio: Nisi hæreditas deducto ære alieno sit per fideicommissum relicta, reprobatur *l. cogi poterit.* 16. §. *inde quæritur. ff. d. tt.*

XXI. Exceptio: Nisi non suam, sed alienam hæreditatem testator per fideicommissum actori reliquerit, *l. ita tamen.* 27. §. *Trebellianum. ff. eod. tt.* Huius exceptionis prima replicatio est: Nisi alienam hæreditatem, quæ ad se peruenerit, testator per fideicommissum reliquerit, *d. l.* 16. §. *sed etsi quis.* Secunda: Nisi testator hæredem institutum, & filio impuberi substitutum, rogauerit impuberis filii hæreditatem restituere, *d. l.* 27. §. *à patre*

XXII. Exceptio: Nisi non totam, sed partem hæreditatis actoris restituere sit rogatus, reprobatur *d. l.* 16. §. *si quis hæres. &* §. *si seruo.*

XXIII. Exceptio: Nisi fideicommissarius ex alia causa hæreditatem possit adipisci, reprobatur *l. recusare.* 6. §. *Titius. ff. ad senatusc. Trebell. Concordat l. ita tamen.* 27. §. *qui rogatus. ff. eod. tt.*

XXIV. Exceptio: Nisi damnum quod rogatus sensurus est, per aditionem ei à fideicommissario non sarciatur, vel ei eo nomine non caueatur, *l. apud Iulianum.* 11. *in pr. d. l.* 27. §. *si perceptis. l. debitor.* 59. §. *in re autem. item l. recusare.* 6. §. *fin. cum l sequente. ff. eod. tt.*

XXV. Exceptio: Nisi alio loco restituere sit rogatus, reprobatur *d.* §. *fin.* Plane admittitur, si rogatus vel morbo, velætate, vel iure in locum illum peruenire non possit. *l. sed sciendum.* 7. §. *fi. cum l. sequente. ff. eod. tt.*

XXVI. Exceptio: Nisi in diem vel sub conditione restituere sit rogatus, nec dies venerit, aut cõditio extiterit, reprobatur *d. l.* 6. *in fin. l. apud Iulianum* 11. §. *fin. l. ille à quo.* 13. *in pr. & l. si cui.* 31. *in princ. ff. eod. tt.* Plane admittitur exceptio proposita, si hæres institutus, & impuberi filio substitutus, rogatus sit, quidquid ad se ex substitutione peruenerit, restituere, hoc enim casu viuo pupillo testatoris hæreditatem adire compelli non potest, *l. ita tamen.* 27. §. *à patre. ff. ad senatusc. Trebellian. de quo inf. quæst.* 7. *reg.* 2.

XXVII. Exceptio: Nisi, cum sub conditione fideicommissum relictum esset, conditio defecerit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi talis sit conditio, quæ solet remitti. *l. seruo inuito.* 65. §. *si testator. ff. ad senatusconsult. Trebell.* Plane iure quidem antiquo conditio hæc, Si non nupserit: remittebatur, secus autem iure nouo, *de quo in conditionibus dicetur lib. prox.*

XXVIII. Exceptio, Nisi, cum sub conditione nõ faciendi fideicommissum relictum esset, fideicommissarius cautionem Mutianam non præstiterit, *d.* §. *si testator. ibi, idem.*

XXIX. Exceptio: Nisi testamentum iniustum dicatur, reprobatur *l. ille à quo.* 13. §. 1. *ff. ad senatusc. Trebellianum.*

XXX. Exceptio: Nisi fideicommissum inutile dicatur, approbatur simul & distinguitur *d. l.* 13. §. 1.

XXXI. Exceptio, Nisi contra tabulas bonorum possessio sit petita, *l. ita tamen.* 27. §. *quoties. ff. ad S. C. Trebell.*

XXXII. Exceptio: Nisi bona defuncti venierint. *l. nam quod.* 14. §. 1. *ff. d. tt.*

XXXIII. Exceptio: Nisi hæreditas soluendo sit, vel non sit soluendo, reprobatur *l. quia poterat.* 4 §. *nec interest. & l. sed etsi.* 9. §. *pen. ff. d. tt.*

XXXIV. Exceptio: Nisi fideicommissarius sit absens, reprobatur *per ea quæ inf. prox. de procuratore proponentur.*

XXXV. Exceptio: Nisi semel adiit hæres coactus, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio esse videtur: Nisi ipsi hæredi post aditionem & restitutionem cohæredis portio adcreuerit. Quæ tamen reprobatur *l. Papinianus.* 43. *ff. ad senatusconf. Trebell.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup. eod. c. quæst.* 1. Sequitur nunc, quibus desiderantibus sit cogendus?

II. QVIBVS DESIDERANTIBVS HÆRES adire cogendus est?

Prima regula, de procuratore absentis. Hoc quoque desiderante hæres cogendus est, *l. apud Iulianum.* 11. §. *vtrum autem. ff. ad S. C. Trebell.* Huius regulæ exceptio est: Nisi de mandato dubitetur. *l. qui ita.* 66. §. 1. *ff. eod. tt.*

Secunda regula, De tutore & curatore desiderante, proponitur *l. seruo inuito.* 65. §. *si pupillo. ff. ad senatusconf. Trebell.*

Tertia regula, De domino & seruo, habetur *d. l.* 65. *in pr.*

Quarta regula, De eo cui fideicommissarius restituere rogatus est, proponitur *l. cogi poterit.* 16. §. *si ego. ff. ad S. C. Trebell. Concordat l. si patroni.* 55. §. *qui fideicommissariam. ff. eod. tt. M. I. R. lib.* 4. *c.* 10. *reg.* 16.

Quinta regula: De vno ex pluribus fideicommissariis, vide *inf. q.* 8. *reg.* 4.

III. A QVIBVS HÆRES SIT cogendus?

Prima regula, Si rogatus in magistratu sit, à superiore magistratu cogendus, *l. ille à quo.* 13. §. *tempestiuum. ff. ad senatusconsultum Trebellianum.*

Secunda regula: Pater à filio quoque Prætore cogi potest. *d. l.* 13. §. *fin. cum l sequente.*

IV. VBI COGENDVS?

Si absit, ibi vbi est, cogendus est. *l. sed etsi.* 9. *in pr. ff. ad S. C. Trebell.*

V. QVI COGENDI?

De vno ex pluribus rogatis. Vnus quoque ex pluribus rogatis cogi solus potest, *l. cogi poterit.* 16. §. *cum quidam. ff. ad S. C. Trebell. l. ita tamen.* 27. §. *quod si duo. item l. apud Iulianum.* 11. §. 1. *ff. eod. tt.*

VI. QVAM

VI. QVAM HÆREDITATEM adire sit cogendus?

Si filii impuberis hæreditas à substituto sit relicta, vt patris hæreditas adeatur cogi potest, *vt patet ex iis quæ sup. regula proxima sunt proposita.*

VII. QVANDO COGENDus hæres?

Prima regula: Etiam ante diem fideicommissi cedentem cogi potest, approbatur *per ea quæ dicta sunt paulo sup. exc.* 26.

Secunda regula: Si filii impuberis hæreditatem substitutus restituere sit rogatus, non nisi mortuo filio cogi potest, *l. ita tamen.* 27. §. *à patre. ff. ad senatusc. Trebell.*

Tertia regula: Etiam intra tempus deliberandi hæres cogi potest. *l. omnes.* 71. *& l. si legatus.* 30. *in pr. ff. eod. tt.*

Quarta regula: Legatus vel alius qui reipub. causa abest, etiam tempore absentiæ cogi potest, *de quo vide sup. eod. c. exc.* 12.

VIII. EVENTVS, SI HÆRES coactus adierit.

Prima regula: Si hæres coactus adiit hæreditatem, confirmantur omnia in eo testamento relicta, & ad illud pertinentia, *l. nam quod.* 14. §. *si quis compulsus. ff. ad senatusc. Trebell. Concordat l. qui plures.* 36. §. *fi. ff. de vulgari substit.*

Secunda regula: Coactus adire nullum commodum ex eo testamento consequitur. *l. ita tamen.* 27. §. *qui suspectam. &* §. *si perceptis. ff. ad senatusconsultum Trebellianum. l. quia poterat.* 4. *ibi, nam cum alieno periculo. l. nam quod.* 14. §. *qui compulsus. item l. si patroni.* 55. §. *sed nec illud. ff. eod. tt.* Iuxta regulam propositam nec quartam hæres potest retinere, *de quo sup. cap.* 15. *except.* 41. Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi filio impuberi sit substitutus, hoc enim casu, quamuis ex institutione noluit adire, ex causa tamen substitutionis impuberis hæreditatem petere potest, approbatur simul & distinguitur *l. ita tamen.* 27. §. *qui suspectam. ff. ad senatusc. Trebell.* Secunda: Nisi pendente fideicommissi conditione coactus, postea pœnitendo sponte adeat. *l. si patroni.* 55. §. *sed nec illud. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi cum nondum secum constituisset rogatus, vtrum vellet adire necne, coactus sit: tunc enim, si postea voluerit adire, à commodo non repellitur, *l. omnes.* 71. *l. sed etsi.* 9. §. *plane si quis. item l. si legatus.* 30. *ff. eod. tt.* Quarta: Nisi percepta certa quãtitate, quis hæreditatem restituere sit rogatus, hoc enim casu, quamuis coactus adierit hæreditatem, tamen quantitatem videtur percepturus. Quæ exceptio videtur approbari *l. fideicommissa.* 11. §. *cum esset. ff. de legat.* 3. Cui tamen contradicit *l. ita tamen.* 27. §. *si perceptis. ff. ad senatusc. Trebell.* Quinta exceptio est: Nisi rogato ita sit legatum, Si hæres non esset, tunc enim nihilominus illi debetur legatum. *d.* §. *si perceptis. Cui concordant ea quæ dicta sunt sup. exc.* 24. Sexta, Nisi fructus & alia sint, quæ coactus post aditionem percepit, approbatur simul & distinguitur *d. l.* 27. §. 1. *M. I. R. lib.* 4. *cap.* 9. *reg.* 55. *exc.* 5. Septima: Nisi conditionis implendæ cautio ei datum sit. *l. qui hærodi.* 43. §. *cum hæreditas. ff. de condit. & demonstrat.*

Tertia regula: Nullum onus ex ea hæreditate coactus sentit. *Instit. de fideicommiss. hæred.* §. *sed etiam id quod, in fin.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non legitimam non adeundi causam habeat rogatus, reprobatur *l. quia poterat.* 4. §. *nec interest. ff. ad senatusconf. Trebell. Concordat l. sed etsi.* 9. §. *quod si suspectam. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi cum ante fideicommissi conditionem existentem coactus adiisset, postea conditio fideicommissi defecerit, vel fideicommissarius ante conditionem existentem decesserit, reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. except.* 26. Tertia: Nisi cum coactus adiisset, postea fideicommissarius hæreditatem recipere nolit, reprobatur *l. si postulante.* 67. *in pr. ff. ad senatusconsul. Trebellian.* Quamuis ergo fideicommissarius hæreditatem recipere nolit, tamen coactus adire creditoribus hæreditariis non tenetur. Plane eius distinctio prima esse videtur: Nisi coactus creditorum fraudandorum causa hæreditatem adire noluerit. Quæ tamen *d. l.* 67. reprobatur. Secunda: Nisi fideicommissarius, antequam hæreditatem, quam coactus hæres adiit, reciperet, mortuus sit. hoc enim casu liberum videtur esse hæredi fideicommissarii, vtrum hæreditatem velit recipere, necne? Sed & hæc reprobatur *l. postulante.* 44. *in princ. ff. ad S. C. Trebell.* Tertia propositæ exceptionis distinctio est, Nisi hæres sponte, non coactus adiit, *l. qui totam.* 45. *ff. eod. tt.* Quarta propositæ regulæ exceptio: Nisi fideicommissarius ante restitutionem sine hærede decesserit, reprobatur *d. l.* 44. §. *quod si forte. Concordat l. apud Iulianũ.* 11. §. *vtrum autem. ff. d. tt.* Quinta: Nisi non totam, sed partem hæreditatis fideicommissarius petat, reprobatur *per ea quæ dicentur inf. reg. prox.*

Quarta regula, Ad eum, cui pars ex fideicommisso restituenda erat, si solus hæredem coegit adire, tota pertinet hæreditas cum suis oneribus, *l. cogi poterit,* 16. §. *si quis hæres.* §. *Mætianus. &* §. *idem Mætianus. ff. ad S. C. Trebell. item l.* 1. §. *sed & quoties. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi is qui coegit, solidum capere non possit. *l. si postulante.* 67. §. *fin. ff. ad S. C. Treb.* Secunda: Nisi post restitutam portionem hæredi coacto altera portio adcreuerit, reprobatur *l. Papinianus.* 43. *ff. d. tt.* Tertia: Nisi alter fideicommissarius postea partem suam suscipere velit, *l.* 1. §. *sed & quoties. ff. eod. tt.* Hactenus de cogendo hærede adire, secundo huius Capitis membro.

III. QVID ET QVANTVM VENIAT in actionem fideicommissi hæreditatis restituendæ?

Prima regula, De fructibus, vsuris & omni commodo, *de hac regula eiusque exceptionibus vide sup. cap.* 3 *reg.* 11.

Secunda regula, De eo quod per seruum hæreditarium est adquisitum. Hoc fideicommissario non debetur, approbatur simul & distinguitur *l. facta.* 63. §. *si hæres ante. ff. ad S. C. Trebell. Concordat l. quidam.* 25. §. *fi. ff. d. tt.* Huius regulę exceptio prima est, Nisi cũ incremẽto hæres restituere coactus sit hæreditatem. *d.* § *si hæres ante. vers. requirendum tamen.* de quo plura vide *sup. cap.* 3. *reg.* 11. *exc.* 3. Secunda exceptio, Nisi hæres coactus hæreditatem adierit, reprobatur cum conditione *l. ita tamen.* 27. §. 1. *ff. ad S. C. Trebell.* Tertia, Nisi post diem fideicõmissi cedentẽ seruus adquisiuerit. Hæc exceptio

ceptio approbatur *l.quidam.25.fin.ff.d.tt.* Alias huius regulæ exceptiones vide *sup.cap.3.reg.11.*

Tertia regula, De prælegatis ipsi hæredi, & fideicommissis eidem relictis. Hæc in restitutione hæreditatis non veniunt, *l.si Titius.94.ff. de legat. 3. M.I.R.lib.4 cap.10.reg.8.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi simpliciter portionem suam, non portionem hæreditatis restituere fit rogatus. *l. Marcellus 3.§.quidam.ff.ad S.C.Trebell.* Secunda: Nisi legatum vel fideicommissum hæredi relictum, sit inutile. *l.cum hæres.51.in princ.ff. eod. tt. de quo inf. reg.17.exc.1.repl.2.Concordat l.fidei commissariam.18.§. fin.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi ita fideicommissum sit relictum, Quidquid ex hæreditate ad te peruenerit, restituas, *l.cum virum.16.C.de fideic.de qua re vide sup. c.4.de eo quod ad rogat.peruen.reg.5.M.I.R.reg.18.exc.1.* Quarta, Nisi hæres coactus adiit, *de hoc vide sup. eod capite.de cogendo hærede, quæst. 8.reg. 2.* Quinta; Nisi testator specialiter & prælegata restitui iussit. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur, *M.I.R.d.reg.18.exc.5.* verum eius replicatio est: Nisi inter ista prælegata dos quoque vxori à marito sit relegata, hæc enim non debetur, nisi & eam specialiter testator maritus restitui iussit. Quæ replicatio cum sua distinctione approbatur *l.Lucius.78. §.maritus.ff.ad S.C.Trebell.M.I.R.d.reg.18.in fine, replicat.gener. 1.*

Quarta regula, De iis quæ hæredi conditionis implendæ causa data sunt. Hæc in hæreditatis restitutione non veniunt, *l.qui hæred.43.§. cum hæreditas.ff.de condit.& demonstr.* Contradicit *l. quod statuliber.41.ff.de mortis causa donatione.* Huius regulæ exceptio est, Nisi hæres coactus hæreditatem adiit, reprobatur *d.§. cum hæreditas.* Contradicit *l. in cui. 34.ff.de cond.indebiti.*

Quinta regula, De eo quod hæres creditoribus hæreditariis soluit. Hoc in restitutione hæreditatis deducendum, *l.ita tamen.27.§. qui ex Trebelliano, in fine.ff.ad senatusconf. Trebell.* Huius regulæ exceptio prima, Nisi restituta hæreditate illud non deduxit hæres, reprobatur *l.1.C.d.tt.* Secunda: Nisi naturale tantum fuerit debitum, *l.si eius.64.in pr. ff.ad senatusconf.Trebell.* Tertia: Nisi vsurarum nomine solucrit, *l.deducta.58. §. qui post. ibi, quod si fœnus.ff eodem tt.*

Sexta regula, De eo quod debuit defunctus hæredi. Hoc hæres deducere ac retinere potest. approbatur *per ea quæ habentur sup.cap.proximo, quæstione 5.regul 4.exc 4.item per ea quæ habentur sup. cap. 6.quantum veniat? reg.21.* Sed & de sumptibus, quos hæres in res hæreditarias fecit, deducendis, vide *sup.d.cap 6.reg.22.*

Septima regula De re ipsi hæredi à defuncto pignori obligata. Hæc non venit in hæreditatis restitutione, *l.debitor.59.in pr.ff.ad S.C.Trebell.*

Octaua regula. De re ipsius hæredis defuncto à tertio quodam legata. Hæc in restitutionem hæreditatis non venit, *l.si res aliena.52.in princ.ff.ad S.C. Trebell.*

Nona regula, De iis quæ testator inter viuos hæredi donauit, vel alio modo extra testamentũ dedit. Hæc in hæreditatis restitutione non veniunt, *l.sequens.70.ff.de leg.2. M.I.R.l.b.4.cap.10.reg. 24.de qua re vide sup. cap. 4. de eo quod ad rogat. peruen. reg.1.* Eius etiam exemplum proponitur *l. debitor. 59.§ fi.ff.ad senatusconf. Trebellianum.* Item aliud habetur *l. à filia.62.in pr.ff.eod.tt.* Plura de regula proposita vide *sup.d. reg.1.*

Decima regula, De precio seruorum hæredis ex causa testamenti manumissorum detrahendo, proponitur *l.ita tamen.27.§ fin.ff.ad S. C. Trebell. de quo vide sup.cap.prox.quæst.5.reg.19.*

Vndecima regula, De rebus quæ ad extraneum hæredem non transeunt. Hæ non veniunt in restitutione, approbatur exemplo *l. si patroni. 55. in princ.ff.ad S.C. Trebell.* Item alio *l.quia perinde est.42. in fi.ff.eod.tt.*

Duodecima reg. De eo quod hæredi à debitoribus hæreditariis solut. est. Hoc quoque restituendum. Huius regulæ exceptio est, Nisi ex naturali obligatione debebatur, cuius retentio quidem erat, sed non petitio, sed reprobatur *l. hæredi. 46.ff.ad S.C.Trebell.* Plane si post restitutam hæreditatem sit solutum hæredi, tunc is qui soluit repetet, *l.si eius.94.in pr.ibi, etsi eius mihi.ff.eod.tt.*

Decima tertia regula, De rebus quæ perierunt. Hæ non debentur, *l.mulier.22.§.sed enim.ff. ad S. C. Trebell.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi res dolo vel culpa hęredis perierint, *d.§.sed enim si quis.* Plures huius regulæ exceptiones vide *sub lib.12.c. 10.causa 51.*

Decima quarta regula, De nominibus, quæ soluendo esse desierunt. Nec istorum nominum periculum ad hæredem pertinet. *l.cum pater.79.§. hæreditatem post.ff.de leg.2.* Huius regulæ eædẽ sunt exceptiones, quæ regulæ præcedentis. Sed & eius exceptio hæc esse videtur : Nisi à quibusdam hæres pecuniam exegerit, sed reprobatur *l. deducta. 58.§.1.ff.ad S.C.Trebell.*

Decima quinta regula, De rebus vsucaptis. Nec hæres veniunt restituendæ. *l.mulier.22.§.sed enim, in fine.ff. eodem tt.*

Decima sexta regula, De rebus ab hærede alienatis, vel perditis, vel corruptis: item de seruis ab hærede manumissis. Harum rerum ratio in restitutione hæreditatis habenda. *l.si hæres.70.§.si hæres.ff.ad S.C.Trebell.Concordat l. si duobus. 3. §.sed quia nostra.C.communia de legatis.M.I.R.d. cap.10. reg. 25.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi hæres seruum hæreditarium manumiserit, reprobatur *d. §. si hæres.* Plane hoc casu ad precium serui manumissi hæres tenetur *l.quidam.25. §.si quis filium.ff. ad senatusconsult. Trebell.* Sed & ad æstimationem hæreditatis, quæ per seruum manumissum adquiri potuit, hæres tenetur. *d.§ si quis filium, in fin.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi filia hæres instituta, & restituere rogata, quædam in dotem ex ista hæreditate dederit: ea enim non restituentur fideicommissario, *l.mulier.22.§. cum proponeretur ff. ad senatusconsultum Trebell. Concordat Nouell. constitut.39.§.hæc merito, cum sequentibus. M.I.R. d. regul.25.exceptione 1.& d.lib. 4.capit.9 regul.8. except. 1.* Cuius replicatio prima est: Nisi hæres mulier tãtum ex fructibus hæreditatis perceperit, vt inde doti potuerit satisfieri, *d.§.cum proponeretur, in fine.* Secunda: Nisi ad dotem legitima filio portio sufficiat. *Noucll. constitut.39.§. hæc merito ibi, si ad dotem donationemue.* Tertia exceptio est: Nisi hæres quædam ex hæreditate ante nuptias donauerit, *d. §. hæc merito.M.I.R.d.regul.25.except 2.de quo vide sup.capite 4.de eo quod ad rogatum peruenit.regul.12.* Quarta: Nisi non hæres, sed testator alienauit. Hæc exceptio

ptio ipso quidem iure subsistit, eius tamen replicatio est: Nisi hæres rem à testatore p gnori obligatam non luit, & ob id à creditore vendita est, hoc enim casu hæres tenetur *l. Lucius. 78. §.Titia. ff.ad S.C. Trebell.* Quinta exceptio est: Nisi nõ hæreditas, sed id quod ex hæreditate superfuerit, per fideicommissum sit relictum. De hac exceptione eiusque replicationibus vide *sup. cap. 4. de eo quod superest legato.reg.1.* Sed & plura de regula proposita vide *sup.c.10.caus.54.exemplo 2.item sup.lib. prox. c. 2.reg.2.*

Decima septima regula, De rebus alii legatis, vel per fideicommissum relictis. Has quoque hęres fideicommissario restituere cogitur, *l.vit.C. de S.C. Trebell.de quo inf.cap.prox.dicetur.* Huius autem regulæ exceptio est: Nisi hæres deductis legatis hæreditatem restituere sit rogatus, *l.cogi poterit.16. §. inde quæritur. ff. ad senatusconsultum Trebellianum.* Cuius replicatio prima est: Nisi hæres non caueat fideicommissario, defensum iri eum aduersus legatarios, *d.§.inde quæritur, in fine.* Secunda: Nisi legata quædam sint inutilia: ea enim fideicommissario restituenda. *l.cum hæres.51.in princ.ff.ad senatusconf.Trebellianum.*

Decima octaua regula: De partu ancillarum & fœtu pecorum vide *sup.cap.3.reg.9.exc.3.repl.5.*

Decima nona regula, De rebus à fideicommissario subtractis. Hæ non veniunt restituendæ, *l.si certa.48.ff.ad S.C. Trebell.*

Vicesima regula, De quarta hæreditatis parte retinenda, proponitur *Instit.de fideicomm.hæredit. §. sed quia hæredes.M.I.R. d.cap.10.reg 30.* Plura de regula proposita vide *sup.cap.15. & 16.* Quæ enim in istis capitibus de quarta ex legatis retinenda dicta sunt, ad hunc quoque locum pertinent.

Vicesima prima regula, Cui pars hæreditatis per fideicommissum est relicta, si hæredem solus adire coegit, tota restituenda est hæreditas, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. de cogendo hærede, q.8.reg.4.*

Vicesima secunda regula: Si duobus duæ quadrantes hæreditatis per fideicommissum sint relictæ, & ambo vel alter ex illis cogat hæredem adire hæreditatem, singulis semis hæreditatis debetur, *l.ex asse.18.§.final. ff. ad S. C. Trebell.* Reliquas propositæ quæstionis regulas vide *sup. cap. 3. cum capitibus sequentibus.*

IV. EVENTVS ACTIONIS FIDEIcommissi & restitutionis hæreditatis.

Prima regula: Restitutio hæreditatis non tantum est solutio, sed successio, *l. non enim, 38. ff. ad senatusc.Trebell.*

Secunda regula: Dominium rerum transit in fideicommissarium, *l.facta.63.in pr.ff.d.tt.*

Tertia regula: Actiones hæreditariæ, tam inferendæ, quam excipiendæ, in fideicommissarium transferuntur. *De qua re inf.cap.prox.*

Quarta regula, Restituta hæreditate, is qui restituit, nihilominus hæres permanet, sed & is cui restituitur, hæredis loco habetur. *Inst.de fideicomm. hæred.§.restituta.M.I.R.d.cap.10.reg.32.* Plane is cui hęreditas ex fideicommisso restituebatur, aliquãdo hæredis, aliquando legatarii loco habebatur. Hæredis loco habebatur ex senatusconsulto Trebelliano, quo in eum transibant actiones, *l.postulante.44.§.sed quia non vt hæres.ff.ad S. C. Trebell.* Legatarii vero loco habebatur ex senatusconsulto Pegasiano, quo hæres onera hæreditaria sustinebat, fideicommissarius autem nequaquam, *de qua re Instit.eod.tt.§.post quod senatusconsultum, cum seqq.*

Quinta regula, Restituta hæreditate, non cõfunduntur seruitutes prædiorum hæredis & hæreditariorum, *l.si hæres.73.§.finali. ff. ad senatusconf. Trebellianum.*

Sexta regula: Restituta hæreditate, restituitur hæredi actio, quæ ei competebat aduersus defunctum. *De qua re dictum sup.cap.prox.q.5.reg.4.exc.4.*

V. ADFINIA REMEDIA ACTIOnis fideicommissi.

Prima regula, Si is qui restituere rogatus est, vel contumaciter, vel sine successore decesserit, vel fideicommissarius alii restituere debeat, ipso iure fit translatio, *l.sancimus.7.§.finali.C.de senatusc. Trebelliano.*

Secunda regula, Si filius fam. quem testator instituere volebat, alium rogauerit, vt patiatur se hærede institui, eique patrifamilias facto hæreditatem restituat; mandati actio est. *l quidam. 44. ff.de hæred.instituend.*

Tertia regula: Si hæres aliquid ex hæreditate fregerit, ruperit, vsserit, siquidem ante restitutã hæreditatem, actio fideicommissi: sin autem post restitutam hæreditatem fecerit, actio legis Aquiliæ competit, *l.si hæres.70.§ 1.ff.ad S.C. Trebell.* Plures huius loci regulas vide *sup.cap.10.*

VI. Quibus actio fideicommissi competat, vide *sup.cap.1.* Item, Aduersus quos competat, vide *sup. cap.2.* Item, Quando cõpetat, vide *sup.lib. prox. c.7.*

DE TRANSLATIONE ACTIONum hæreditariarum.

CAP. XVIII.

CAVSA, EX QVA ACTIONES hæreditariæ ad fideicommissarium transferuntur.

SI ex causa fideicommissi restituta sit hęreditas, actiones hæreditariæ tam inferendæ, quam excipiendæ, ab hærede ad fideicommissarium ex senatusconsulto Trebelliano transferuntur. *Inst. de fideicommiss.hæred.§.restituta.ibi: & Neronis quidem. §.sed si recuset.ibi.quo casu nullis. & §. sed quia stipulatio.ibi, si vero totam.item l.ita tamen, 27. §. qui ex Trebell.ff.ad S.C. Trebellianum. Concordat l. 2. C. eodem tt.* Sane verba & vsus Trebelliani senatusconsulti proponuntur *l.1.in pr.ff ad S.C.Trebell. M. I.R. d. cap. 10.reg.33.* Porro regula proposita declaratur *l.restituta 37.in pr.ff.eod.tt.*

De exceptionibus senatusconsulti Trebellianí.

Nunc propositæ regulæ & Trebelliani senatusconsulti exceptiones videamus, quanquam plurimæ propositæ sunt *sup.cap.prox.memb.1.&2* quæ enim ibi propositæ sunt, pleræq; & propositam regulam de actionib. transferendis distinguunt: sumptęq; sunt partim ex persona testatoris per fideicõmissum relinquentis & rogantis, partim ex perso-

persona rogati, partim ex re per fideicommissum relicta, partim ex consequentibus fideicommissum. Nunc ergo proponendæ sunt eæ exceptiones, quæ sumuntur ex circumstantiis restitutionis, ex persona puta restituentis, eius cui restituta est hæreditas, ex restituta, ex modo & tempore restitutionis, ex antecedentibus denique & consequentibus restitutionem.

I. Exceptio, Nisi alius quam hæres rogatus, ex causa fideicommissi hæreditatem restituit, approbatur *argumento l. mulier. 22. §. fin. ff. ad senatusconf. Trebell.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fideicommissarius vniuersalis restituit. Quæ replicatio cum aliis similibus approbatur *sup. cap. prox. quæst. 1. except. 5.* Sed & exemplum eius proponitur *l. 1. §. sed & quoties, in fi. ff. eod. tt.* Secunda replicatio est: Nisi alius iussu hæredis, vel ratã restitutionem hærede habente, restituerit, *l. restituta. 37. §. 1. ff. ad senatusconsult. Trebell.* Tertia, Nisi hæres hæredis rogati restituit, *l. si eius. 64. §. si quis rogatus. & l. qu[illegible]is. 40. §. 1. ff. eod. tt.* Huius duplicatio est: Nisi vnus ex pluribus hæredibus rogati restituerit; tunc enim non nisi pro parte restituentis transeunt actiones. *dict. l. 64. §. si quis rogatus.* Quarta replicatio est: Nisi fideicommissarius rogati defuncti successor restituit, *l. si patroni. 55. §. cui Titiana. ff. ad S.C. Trebellian.* Quinta: Nisi pater vel dominus rogati restituat. *l. 1. §. si filio. & l. quamuis. 40. §. 1. ff. eod. tt.* Sexta: Nisi tutor rogati restituit, reprobatur *l. restituta. 37. §. pupillus. ff ad S.C. Trebell.* Plane admittitur, si pupillus infans sit *d. §. pupillus.* Deinde, si absens sit, *d. §. pupillus. Cui concordat l sancimus. 7. in princ. ibi, vbi tamen pupillus. & §. hoc eodem. C. d. tt.* Septima replicatio est; Nisi curator furiosi rogati restituat, *l. cum hæres. 35. ff. ad senatusc. Trebell. Concordat d. §. hoc eodem.*

II. Exceptio, Nisi quis sibi ipsi restituat, vel se authore ei restituatur, approbatur exemplo tutoris *l. 1. §. fuit quæsitum. & l. restituta. 37. §. pupillus. ff. d. tt.* Plane huius exceptionis replicatio prima est. Nisi curatori adolescentis a adolescente restituatur, hoc enim casu curatoris authoritas ad restitutionem necessaria non est, *d. §. fuit quæsitum.* Altera replicatio est: Si collegium vni ex collegio restituere fuit rogatum, *d. l. 1. §. si autem.*

III. Exceptio, Nisi alii quam fideicommissario restituta sit hæreditas, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi voluntate fideicommissarii, vel ratam fideicommissario habente restitutionem, alii sit restituta, *l. restituta. 37. §. 1. ff. ad S.C. Trebell. l. seruo. 65. in princ. & §. fin. l. quamuis. 40. §. fin. cum duab. ll. sequentib. & l. si legatus. 30. § si filiofamil. ff. d. tt.* Secunda replicatio est: Nisi hæredi fideicommissarii sit restituta, *l. si eius. 64. §. penult. ff. ad S.C. Trebell.* Tertia: Nisi seruo fideicommissarii restituatur hæreditas, reprobatur *l. seruo. 65. in princip. ff. d. tt.* Plane admittitur, si dominus vel voluerit, vel ratum habuerit seruo suo restitui. *d. l. 65. in pr. & §. si pupillo. l. si legatus. 30. §. si filiofamilias. ff. d. tt.* Quarta replicatio est: Nisi cum seruo restituere rogatus esset, domino restituta sit, *d. l. 65. vers. neque interest.* Quinta; Nisi tutori fideicommissarii sit restituta. *l. sancimus. 7. in prin. C. de senatusc. Trebell.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi pupillus fari possit, & præsens sit, *d. l. 7. in principio. Concordat l. sed nec. 39. ff. ad S.C. Trebell.*

Sexta replicatio est, Nisi curatori fideicommissarii restituta sit hæreditas. *d. l. 7. §. idemque.* Septima; Nisi procuratori fideicommissarii sit restituta. *l. qui ita. 66. §. etiam absque ff. ad S.C. Trebell.*

IV. Exceptio, Nisi pupillo sine tutoris authoritate sit restituta, *l. restituta. 37. § fin. cum l. sequente. ff. d. tt.* Huius replicatio est; Nisi tutore authore, pupillo restituatur, *l. seruo. 65. §. si pupillo. ff. d. tt.*

V. Exceptio, Nisi furiosо & muto, qui nihil intelligit, restituatur, ipso quidem iure subsistit: eius tamen replicatio est; Nisi curatore authore ei restituatur. *d. §. si pupillo, in fin.*

VI. Exceptio: Nisi non tota, sed pars hæreditatis sit restituta, tunc enim non nisi pro ea parte actiones transferuntur, pro altera parte hæres tenetur vel agit, *l. si eius. 64. §. si quis rogatus. ff. ad S.C. Trebell.* Proinde si hæres retenta quarta hæreditatem restituit, pro ea parte quam retinet, actionibus hæreditariis tenetur & aget. *Quod approbatur etiam Instit. de fideicomm. hæreditatibus. §. post senatusconsultum, cum sequentibus.* Exemplum proponitur *l. 1. §. penult. ff. ad S.C. Trebell.* Propositæ exceptionis replicatio est; Nisi hæres non partem hæreditatis, sed certam aliquam rem vel summam ex hæreditate retineat, hoc enim casu nihilominus in solidum transferuntur actiones. *Instit. d. tt. §. si quis vna. l. si legatus. 30. §. multum. ff. ad S.C. Trebell. l. 1. §. fi. ff. d. tt.* Plane huius replicationis duplicatio prima, Nisi res vel summa quam hæres retinet, maximam hæreditatis partem contineat, reprobatur *Instit. d. §. si quis vna. vers. quinetiam.* Secunda duplicatio est: Nisi hæreditas restituta æri alieno hæreditario soluendo non sufficiat: tunc enim aduersus hæredem ratione rei vel summæ quam retinuit, datur actio. *l. 1. §. si is qui. ff. ad S.C. Trebell.*

VII. Exceptio, Nisi, cum pro parte tantum hæreditas esset restituenda, tota sit restituta, tunc enim in eo quod excedit, nõ transferuntur actiones, *l. facta. 63. §. si quis maiorem. ff. ad S.C. Trib.* Huius replicatio prima est. Nisi cum hæres ex S.C. Trebelliano, non ex iudicio testatoris posset retinere quartam, eam non retinuit, sed in solidum hæreditatem restituit, tunc enim in solidum quoque actiones transferuntur. *Instit. de fide comm. hæred. §. sed quia stipulat, ibi, si vero totam.* Huic quodammodo videtur contradicere *l. qui totam. 45. ff ad S.C. Trebell.* Secunda: Nisi coactus hæres adierit hæreditatem, eamque ex parte fideicommissario in solidum restituerit, tunc enim in solidum quoque transferuntur actiones, *de qua re vide sup. cap. prox. de cog. hærede, quæst. 8. reg. 4.* Tertia, Nisi certa aliqua re vel summa percepta, hæres hæreditatem restituere iussus, rem illam vel summam non perceperit, *d. l. 63. §. si quis maiorem, in fin.*

VIII. Exceptio, Nisi hæres deducto ære alieno hæreditatem restituere sit rogatus. *Hæc exceptio tractatur l. cogi poterit. 16. §. inde quæritur. ff. ad senatusconf. Trebell.*

IX. Exceptio, Nisi, cum fideicommissarius hæreditatem sibi ab hærede restitui stipulatus esset, ex stipulatu actione hæreditatem sit consecutus, non ex testamento actione, reprobatur, sed cum conditione, *l. facta. 63. §. 1. ff. eod. tt.*

X. Exceptio, Nisi ante diem vel conditionem restituta

restituta sit hæreditas. approbatur simul & distinguitur *l. sed et si. 10. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 12. regul 5. except. 16. repl. 1. dupl. 2.* Huius replicatio prima est: Nisi postea conditione existente, vel die veniente, fideicommissarius ratam habeat restitutionem. *d. l. 10.* Altera: Nisi hæres coactus ante diem vel conditionem existentem adierit & restituerit hæreditatem, *de qua re vide sup. c. proxim. de cog. hærede, except. 26.*

XI. Exceptio: Nisi post factam restitutionem hæreditas hæredi sit euicta. *l. si patroni. 55. §. fin. ff. ad senatusconsul. Trebell.* Huius replicatio prima est: Nisi lis de hæreditate ante restitutionem cum hærede nondum fuerit contestata. *d. §. fin. Cui concordat l. facta. 63. §. si hæres. ff. eod. tt.* Altera: Nisi is quoq; qui hæreditatem euicit, eam fideicommissario restituere sit rogatus. *d. l. 55. §. fin.*

XII. Exceptio: Nisi fideicommissarius hæreditatem rursus ex causa fideicommissi hæredi restituat. *l. si hæres. 70. in princ. ff. ad senatusconsult. Trebell.*

XIII. Exceptio: Nisi propter absentiam fideicommissarij periculum sit, ne dies actionis exeat. *l. cum hæreditas. 49. ff. d. tt.*

XIV. Exceptio: Nisi hæres fideicommissario hæres extiterit. *l. Stichum. 95. §. aditio. ibi, aliquando euenit. ff. de solut.*

XV. Exceptio: Nisi nondum fuerit restituta hæreditas. *l ita tamen. 27. §. qui ex Trebell. in fine. ff. ad senatusconsultum Trebellianum. Concordat l. cum Arthemidoram. 4 C. vt in posses. leg.*

XVI. Exceptio: Nisi ex fideicommisso militis hæreditas restituatur. reprobatur *l. si à milite. 29. sn prin. ff. de militari testam.*

II. QVÆ ACTIONES AD fideicommissarium transferantur?

I. Regula, De actione legatorum, proponitur *l. quidam. 8 C. de S.C. Trebell. l. 2. C. eod. tt. item l. hæreditariũ. 39. ff. de action. & obligat.* Huius regulæ exceptio est: Nisi hæres deductis legatis hæreditatem restituere sit rogatus. approbatur simul & distinguitur *l. cogi poterit. 16 §. inde quæritur. ff. ad S.C. Trebell. de quo sup c. prox. quæst. 2. except. 20.*

II. Regula, De iis actionibus, quorum dies eo tempore quo restituitur hæreditas, nondum cessit. Et hæ transferuntur ad fideicommissarium. *l. ita tamen. 27. §. qui ex Trebelliano. ff. ad S.C. Trebell.*

III. Regula, De actionibus in quibus lis cum hærede est contestata. Hæ ad fideicommissarium non transferuntur. approbatur exemplo *l. Lucius. 78. § rogatus. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De actionibus quæ ex contractu vel delicto ipsius hæredis oriuntur. Hæ non transeunt. approbatur exemplo *l. si hæres. 73. in prin. ff. d. tt.* Concordat, quoad contractus hæredis, *l. postulante. 44. §. fin. ff. ad S.C. Trebellian.* Quoad delicta, *l. si pupillus 79. § 1. ff. eod. tt.*

V. Regula, De actione quæ oritur ex delicto in re hæreditaria commisso. Nec huiusmodi actio ad fideicommissarium transfertur. approbatur exemplo *l. qui ita. 66 §. si damnum in seruo. ff. ad S.C. Trebell.*

VI. Regula, De actione operarum, & alia simili quæ ad extraneum hæredem non transit; nec ea ad fideicommissarium transit. *l. si patroni. 55. in prin. ff. d. tt.*

VII. Regula, De honorariis actionibus. Hæ ad fideicommissarium transeunt, *l. quamuis. 40. in prin. ff. eod. tt.*

VIII. Regula, De naturalibus obligationibus, ex quibus exceptiones tantum, non etiam actiones nascuntur. Et hæ transeunt. *d. l. 40. in prin. Concordat l. si eius. 64. in prin. ff. eod. tt.*

IX. Regula, De petitione hæreditatis. Et hæc ad fideicommissarium transit. *l. 1. cum ll. sequentib. ff. de fideicomm. hæred. petit.*

X. Regula, De actionibus quæ neque hæredi, neque in hæredem dantur. Hæ nec ad fideicommissarium transeunt. *l. nec interest. 3. §. fin. ff. d. tt.*

XI. Regula, De actione quæ competit defuncto, vel hæreditati aduersus hæredem. Hæc actio non transit ad fideicommissarium, sed fideicommissi actio datur. *d. l. 3 §. sciendum. ff. de fideicom. hæred. petit. l. debitor. 59. in prin. ibi, neq; pignoratitia, quoniam hæreditaria est actio. ff. ad S.C. Trebell. item l. matrem. 70. §. 1. ff. d. t.* Idem est, etsi hæres debitor hæreditario hæres extiterit. Nam ne hoc quidem casu fideicommissario in hæredem ciuilis actio datur, sed ex causa fideicommissi. *l. deducta. 58. in prin. ff. ad S.C. Trebell.* vbi etiam ratio propositæ regulæ indicatur: quia scilicet confusa est aditione hæreditatis actio, quæ Trebelliano non potest redintegrari. Sane videtur propositæ regulæ contradicere *l. ita tamen. 27. §. si ex Trebell. ff. eod. tt.* Sed lex ista loquitur magis de fideicommissi petitione, quam de actione ciuili.

XII. Regula, De actionibus popularibus, proponitur *l. populares. 7. in princ. ff. de popularibus actionibus.*

III. AD QVOS TRANSFERantur actiones?

De eo qui cum adire solus coegisset, totam hæreditatem recepit, & alio fideicommissario. In vtrunq; transeunt actiones. *l. 1. §. sed & quoties. ff. ad S.C. Trebell.* De hærede fideicommissarij. In eum quoque transeunt actiones. *l. postulante. 44. in princip ff. d. tt.*

IV. QVID VENIAT IN actiones translatas?

I. Regula: Non vltra tenetur fideicommissarius, quam ad eum peruenit ex hæreditate. *l. 1. §. si is qui. ff. ad S.C. Trebell.* Propositæ regulæ exemplum est *supr. quæst. 1. except. 6.*

II. Regula: De vsuris & pensionibus, ex die mortis testatoris hæreditati vel ex hæreditate debitis. Et hæ in actiones ad fideicommissarium translatas veniunt. *l. d. ducta. 58. §. qui post. ff. ad S.C. Trebell. Concordat l. postulante. 44. §. & in huiusmodi. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ex contractu ipsius hæredis, non defuncti, vsuræ pensiones debeantur. *d. §. & in huiusmodi, in fin.* Plura de hac exceptione vide *sup. q. 2. reg. 4.*

V. VBI COMPETANT ACTIONES translatæ?

Definitur hæc quæstio *l. qui ita. 66. §. fin. ff. ad S.C. Trebell.* Plane vbi fideicommissarius hæredem coegit adire, ibi quoque potest conueniri. *d. l. 66. §. si legatus.*

VI. EVENTVS TRANSlationis.

Hæredi agenti opponitur exceptio, isque aduersus agentes defenditur exceptione. *quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt sup. eod. cap. in prin.*

VII. ADFINIA REmedia.

Actio fideicommissi cōpet't. si aduersus hæredem qui hæreditatem restituit, est agendum. *de quo vide paulo superius eod. cap. quæst. 1. reg. 11.* Directa ciuilis actio datur hæredi, cui post tempus à fideicommissario restituitur hæreditas. *l. si hæres. 70. in princ. ff. ad S.C. Trebellianum.*

Finis Libri Decimitertij.

DE RELIQVIS LEGATI SPECIEBVS: ITEM DE DONATIONIBVS.

LIBER XIV.

DE CONDITIONIBVS ET *legatis conditionalibus.*

CAP. I.

TERTIA species legati est, legatum conditionale: de cuius speciei legatis, necnon & de hæredum institutionibus contractibusque conditionalibus, adeoq; de conditionibus in genere, in hoc capite & sequentibus tractabitur.

I. DIVISIONES CONditionum.

Cōditionum diuisio trimembris proponitur *l. in facto. 58. in prin. ff. de cond. & demon.* Prima diuisio est, quod conditio aut in dando, aut in faciendo, aut in euentu consistat. Altera, quod alia conditio sit affirmatiua, alia negatiua. In negatiuis cōditionibus locus est cautioni Mutianæ: *de qua dictū sup.* Tertia, quod alia expressa est, alia tacite inest: illa facti, hæc iuris appellatur conditio. *l. multum interest 20. ff. de condit.* Plane conditiones quæ tacite insunt, non faciunt legata conditionalia. *de qno vide sup. cap. 7. reg. 2. except. 11.*

II. SPECIES CONDItionum.

Prima species est, dies incertus. *quæ approbatur l. dies. 73. ff. de cond. & demonstr. l. talis. 30. §. sed etsi sub cond. ff. de leg. 1. item l. cum testator. 8. C. de test. manum.* Secunda species, modus est: *quæ approbatur l. 1. C. de his quæ sub modo legata.* Cui contradicit *l. libertas. 17. §. hac script. ff. de manum. test. l. Imperatores. 52. item l. Mæuia. 44. ff. d. tt. l. causam. 20. §. fin. ff. de manumiss. M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 37.* Sane, non quemadmodum conditio impedit legati actionem, ita etiam modus: sed sub modo relictum, statim peti potest, modo nondum impleto. *de quo inf. c. prox. except. 19. M. I. R. d. reg. 37.* Plura de proposita specie vide *sup. lib. 12. cap 2. reg. 11. & c. 8. causa 15.* Tertia species est, demonstratio in futurū concepta. *quæ approbatur l. Stichum. 6. ff. de leg. 1. de qua re vide sup. lib. 12. c. 7. causa. 5. exc. 1. repl. 1.* Huius speciei seu regulæ exceptio est: Nisi demonstratio in præsens vel præteritum tempus sit concepta, non in futurum. tunc enim vim conditionis non habet: & quamuis falsa demonstratio sit, nihilominus tamen legatum debetur. *de quo vide sup lib. 12. c. 6. except. 71.* Eius autem replicatio est: Nisi non certa species, sed genus legatum sit, demonstratione in præsens vel præteritum tempus adiecta. tunc enim demonstratio vim habet conditionis. *l. Quintus. 11. ff. de auro leg.* vbi ait Pomponius. Certo corpore legato, demonstratio falsa posita non perimit legatū. Ergo si corpus incertum seu genus sit legatum, falsa demonstratio nocet ac perimit legatum: quia habetur pro conditione. *Cui concordat l. nuper. 83. ff. de leg. 3.* Propositæ replicationis exemplum proponitur *l. testamento. 51. §. cum ita. ff. de manumiss. test.* Aliud *l. si sic. 74. ff. de leg. 1.* Sed & plura propositæ exceptionis eiusq; replicationis exemplaviде *sup. lib. 12. cap 5. exc. 46.* Quarta species, de præpositione Cum, proponitur & reprobatur *l. si ita. 13. §. sed etsi ancilla. ff. de manumiss. testam. l. si seruo. 31. §. 1. ff. de statuliber. l. si quis. 118. ff. de leg. 1. l. si tibi. 10. ff. de leg. 3. l. vxorem. 39. §. agri plagam. ff. d. tt. l. Lucius. 90. §. quisquis. ff. de leg. 2. item l. si cui. 52. in prin. ff. de leg. 1.* Idem iuris est, etsi mater cum natis sit legata. *de qua vide sup. lib. 12. c. 10. causa 51. except. 8.* Quinta species est, si quis acceptis centum, hæreditatem Titio restituere sit rogatus, hoc enim casu perinde habetur, ac si Titio hæreditas relicta sit sub hac conditione: Si hæredi centum dedisset. *l. à testatore. 107. ff. de cond. & demonstr.* Sexta species videtur, si testator demonstrauit, vnde pecunia ad legatum soluendum esset sumenda. sed reprobatur *l. quidam. 93. in prin. ff. de leg. 1.* Hęc de speciebus conditionū. Sed & plures huiusmodi species conditionum à iure reprobatas, vide *sup. lib. 12. c. 8. causa 10. exc. 1 itē lib. 3. c. 7. reg. 1. exc. 2. item infr. c. prox. de cond. deficiente.*

III. DE CONDITIONE impleta.

Si factum vel datum sit aut euenerit id quod in conditione continetur, impleta dicitur conditio, & ex testamento datur actio, *exemplo l. si quis. 39. ff. de iurgiurando.* quæ regula vt per se vera est. *M. I. P. lib. 5. cap. 5. reg. 23. M. I. R. l. b. 4. cap. 10. reg. 40.* ita plures recipit exceptiones: quæ ordine nunc proponentur.

I. Exceptio: Nisi pupillus sine tutoris authoritate conditioni paruerit, reprobatur *l. conditionibus. 5. in prin. ff. de condit. & demonstr. Concordat l. si pupillus 26. ff. de condit. instit.*

II. Exceptio: Nisi filiusfamilias vel seruus sine iussu patris vel domini conditioni paruerit. reprobatur *d. l. 5. §. fin.* Plane admittitur, seruo hærede sub conditione instituto: *quæ distinctio proponitur l. sub conditione. 25. ff. de condit. instit.*

III. Exceptio: Nisi alius, nō in cuius personam conditio collata est, conditioni paruerit. approbatur exemplo hæredis legatarij, *l. à testatore. 107. ff. de cond. & demonst. l. sub diuersis. 49. §. fin. ff. d. tt. item l. ab omnibus. 101. §. in testamento. ff. de legat. 1. M. I. R. d. reg 40. except. 1.* Sed & alia propositæ exceptionis exempla sunt exceptiones duæ proxime sequentes. Plane replicatio est: Nisi alius nomine eius qui conditione continetur, conditioni paruerit. *approbatur exemplo l. cum seruus. 104. ff. de verb. obligat. Concordat Instit. quib. modis toll. obligat. in prin. l. vlt. ff. de condit. inst. l. Arethusa. 1. ff. de statu hominum. M. I. R. d. except. 1. repl. 1.*

IV. Exceptio: Nisi testator ipse, non legatarius dederit. *l. cum tale. 70. §. falsam condit. in fin. ff. de condit. & demonstr.*

V. Exceptio: Nisi cum plures dare vel facere deberent, vnus tantum, vel non omnes paruerint, hoc enim casu cæteris qui non paruerint, non prodest impleta conditio. *l. si plures. 6. C. de cōdit. insertis. Concordat l. si ita. 13. in princ. ff. de manum. test.* Quod igitur ad eum qui non paruit conditioni, propositæ exceptioni est locus; alteri vero qui paruit, exceptio hæc non obstat. quod primę replicationis loco notandum. Cum ergo in duorum personas collata conditio est, vnusque solus conditioni paruerit, vel in vnius persona conditio impleta sit, non obest huic, quod in alterius persona cōditio defecerit. cuius exemplum proponitur *l. qui concubinam. 29. §. si Stichus. ff. de leg. 3. l. 2. § fin. ff. de condit. instit. l. falsa. 32. §. fin. ff. de condit. & demonst. l. si ita. 13. §. quæstio. ff. de manumiss. testam. item l. hoc articulo. 29. ff. de hæred. instit.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi in solidum alter conditioni non paruerit. tunc enim, quātus pro parte tantum paruerit, obstat ei proposita exceptio. *d. §. quæst. v. si vero simul. l. tales. 110. in prin. ff. de cond. & demon. d. l. 13. in prin. ff. de manum. test. & l. si quis. 13. §. si duo. ff. de statuliberis.* Ex quibus etiam patet, duplicationē iam dictam in iis quæ diuidi non possunt, locum habere: in iis veroquæ diuidi possunt, etiam vnus sine altero conditionem pro parte implendo ad legatum admittitur. quod triplicationis loco notandum. *l. si quis. 52. §. fin. ff. de cond. & demon. l. cui fundus. 54. §. dissimil. item l. qui hæredi. 43. §. si duorum. ff. d. tt. l. si legato. 11. §. 1 ff. de manumiss. test. item l. cui vsufruct. 30. in prin. ff. de vsufruct. legat.* Plane proposita triplicatio videtur distingui hoc modo; Nisi pecuniam duo in opus aliquod indiuiduum dare sint iussi. Sed reprobatur *l. tales. 110. §. de illo. ff. de condit. & demonstr.* Sed & iam dicta triplicatio distinguitur hoc modo: Nisi vnus legatarius pluribus hæredibus relictis decesserit: hoc enim casu vnus hæres legatarij pro sua parte conditioni parere non potest, *Quæ distinctio approbatur l. cui fundus. 54. in fin. ff. d. tt.* Hæc de prima propositę replicationis duplicatione sunt dicta. Altera duplicatio est: Nisi testator non nisi vtrunq; facere voluerit: tunc alter sine altero faciens, quamuis in solidum, ad partem legati non admittitur, *l. si ita. 13. in prin. ibi, nisi aliud expresserit testator. & §. item quæri potest. ff. de manu. test.* Cuius triplicatio est: Nisi hæredis institutio vel exhæredatio ita facta sit, Si vterq; fecerit, non alter sine altero, *l. paterfam. 42. ff. de hæred. instit.* Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi testator voluerit, vno faciente, alterū quoq; ad legatum admitti: tunc enim, si vnus paruerit conditioni, alter quoq; qui non paruit, ad legatum admittitur. *d. §. item quæri potest.* Hæc de quinta exceptione. Sane si conditio nō in legatariorum personam sit collata, sed aliorū, in quorū personis partim extiterit, partim defecerit cōditio, de hac re vide *inf. ex. 11.*

VI. Exceptio: Nisi cum duob. conditionis implendæ causa dādum esset, vni tantum sit datum. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est; Nisi cum duobus hæredibus dare iussus esset legatarius, vnus ex iis hæreditatem repudiauerit. tunc enim alteri tantum dando impletur conditio. *l. qui duob. 22. in fi. ff. de condit. & demonst.* Secunda replicatio est; Nisi alter ex iis fuerit mortuus. *l. tales. 110. in prin. ff. de cond. & demonst.* Cuius duplicatio est; Nisi post moram legatarij alter decesserit, tunc enim superstiti dando non implet conditionem. *d. l. 110.*

VII. Exceptio: Nisi alij quam cui dare iussus est, legatarius dederit, approbatur *per ea quæ habētur inf. in Parte 7. de solutionibus, except. 12. M. I. R d. reg. 40. except. 2.* Huius replicatio prima est; Nisi hæredi dare iussus, ei cui ex senatusconsl. Trebelliano restituta est hæreditas dederit. reprobatur *l. qui hæredi. 43. §. cum hæred ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. except. 2. replic. 3.* Secunda; Nisi hæredi dare iussus, ei qui contra tabulas bonorum possessionem accepit, dederit, approbatur *inf. except. prox.* Tertia; Nisi hæredi eius cui dare iussus est, dederit. *l. sub diuersis. 49. §. fin ff. de condit. & demonstr. Concordat l. cum ita. 92. §. fin. ff. d. tt. M. I. R. d. except. 2. repl. 8.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi non hæredi, sed Titio dare iussus sit. tunc enim hæredi Titij dando non implet conditionē. *d. l. 92. in prin.* Cuius triplicatio prima est; Nisi tempore mortis Titij is qui dare debuit pecuniam conditione cōprehensam habuerit. Hęc triplicatio in statuliberо quidem approbatur, in aliis autem legatariis reprobatur, *d. l. 92. §. sane si cum.* Altera triplicatio est; Nisi non simpliciter Titio, sed hæredi Titio iussus sit dare. *d. l. 92. §. fin.* Quarta replicatio est; Nisi tutori vel curatori eius cui dare iussus est, dederit. *l. si fundus. 13. ff. de condit. & demonst. Concordat l. Stichum. 95. §. vsumfructum. ibi, nam & si. ff. de solutionib. M. I. R. d. except. 2. replic. 7.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi collusio facta sit cum tutore in fraudem pupilli. Secunda; Nisi curatori adolescentis sit datum. *Hæ duæ duplicationes approbantur per ea quæ habentur inf. c. 3. condit. 8. reg. 2. except. 2. replic. 3. & 4.* Tertia duplicatio est; Nisi pecunia data in rem pupilli versa non sit. *d. §. vsumfructum. ibi, idq; ita recipi.* Quinta replicatio: Nisi domino eius cui dare iussus est, dederit, reprobatur *l. qui hæredi. 43. in princ. ff. de condit. & demonstrat. M. I. R. d. except. 2. repl. 2.* Plane admittitur primum in eo, cui libertas sub conditione relicta est. *dict. l. 43. §. certe statuliber.* Deinde, si voluntate serui domino detur. *l. Stichum. 95. §. vsumfructum. ibi, cæterum. ff. de solutionib.* Sexta replicatio: Nisi seruo eius cui dare iussus est, dederit. reprobatur, sed sub conditione, *d. l. 43 §. contra qui domino.*

VIII. Exceptio; Nisi hæreditate per contra tabulas bonorum possessionem euicta, nō ei qui hæreditatem euicit, datum sit, *l. is qui. 15. §. fin. ff. de legat. præstādis contra tab.* Huius exceptionis replicatio prima: Nisi non hæredi, sed Titio dare iussus sit. reprobatur *d. l. 15. §. fin.* Secunda; Nisi pro parte hæreditas per contra tabulas bonorum possessionem sit euicta. hoc casu etiam pro parte

hæredi, pro parte euincenti dandum est. *Quod approbatur exemplo l. si his. 4. in princ. ff. de condit. & demonstr.* Tertia: Nisi non hæredi, sed extraneo dare iussus sit. hoc enim casu ei cui dare iussus est, dando implet conditionem. Quæ replicatio sine cuiusquam contradictione est iusta.

IX. Exceptio: Nisi cum sub conditione hac, Si Titius alienauerit, legatum esset: Titius non extraneo, sed alicui ex familia vel corpore alienauerit, hoc enim casu non impletur conditio alienandi. *l. pater filium. 36. §. quindecim. ff. de leg. 3.* Plura de hac exceptione vide *inf. cap. 11. quæst. 1. except. 4.*

X. Exceptio: Nisi pro parte tantum impleta sit conditio. *l. cui fundus 54. in princ. ff. de condit. & demonstrat. Cõcordant etiam ea quæ habentur inf. in Parte 7. de solutionib. except. 15. M. I. R. d. reg. 40. exc. 5.* Huius exceptionis exemplum etiam est: Si sub hac conditione, si chirographum hæredi redderetur, legatum sit. hoc enim casu, quãuis chirographum redditum sit, non tamẽ debitum remissum, non in totum conditio impleta est. *l. huiusmodi. 81. §. si ita legatum. ff. de legat. 1.* Sed & alia huiusmodi exempla partim approbata partim reprobata, vide *inf. c. 3. de quibusdam conditionum speciebus.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi duob. sub conditione sit legatum. hoc enim casu etiam vnus pro sua parte conditioni parendo petere legatum potest. *d. l. 54. vers. dissimilis. M. I. R. d. except. 5. repl. 1. de qua re vide sup. except. 5. repl. 1.* Secunda replicatio esse videtur: Nisi duobus dare iussus sit, hoc enim casu videtur, quod si vni partem dederit legatarius, ad legatum pro parte admittatur. verum reprobatur *l. qui duobus. 22. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. except. 5. repl. 5.* Plane admittitur, si alter, antequam mora dandi facta sit, decesserit, *l. tales. 110. in prin. ff. d. tt.* Tertia replicatio est: Nisi legatarius solidum legatum capere non possit. tunc enim pro portione minuitur etiam id quod conditionis implendæ causa dandum est. *l. ei qui. 20. ff. de mortis causa donationibus. Concordat l. Plautius. 42. §. item scinditur. ff. de condit & demon.* Quarta: Nisi legatum eius qui dare iussus est, ob aliquã causam minuatur. tunc enim etiam id quod conditionis implẽdæ causa dandum est, pro portione minuitur. approbatur exẽplo replicationis præcedentis: item alio exemplo, quod proponitur *d. l. 42. in princ. ff. d. tt.* Aliud habetur *l. qui hæredi. 43. §. si pars. ff. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi legatum per legem Falcidiam sit diminutum. *d. l. 42. vers. diuersum est.* Quinta replicatio est: Nisi hæredi sub conditione dandi quid sit prælegatum. hic enim pro ea parte, qua hæres est, conditionem implere non cogitur. *d. l. 43. §. Plautius. Concordat l. ab omnibus. 101. §. item si iussus. ff. de leg. 1.* Ratio est, quod pro ea parte, pro qua hæres est, legatum non consistit. *d. l. 101. §. si Attio. de qua re vide sup. lib. prox. cap. 6. quantum veniat? reg 15.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi non prælegatum sit, sed hæres ex parte institutus sub conditione. *d. l. 43. §. Plautius.* Sexta replicatio est: Nisi per errorem & imprudentiam minus dederit legatarius, posteaq; reliquum soluat. *l. qui putat. 73. in prin. ff. de adquir. hæredit. l. qui duob. 22. ibi, nisi alteri quoq; ff. de condit. & demonst. item l. quamuis. 31. ff. d. tt. l. non potest. 99. ff. de reg. iuris.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr. except. prox. replic. 3. cum seq.*

XI. Exceptio: Nisi, cum sub pluribus conditionibus legatum esset, non omnes conditiones sint impletæ. *Instit. de hæredibus instituendis. §. penult. M. I. P. lib. 5. c. 5. reg. 23. except. 1 M. I. R. d. reg. 40. except. 6.* Exemplum proponitur *l. codicillis. 34 in princ. ibi, item quæsitum. ff. de vsufructu legato. Concordat l. si hæredis. 5 ff. de condit. instit.* Replicatio prima est: Nisi disiunctim conditiones sint adscriptæ. tunc enim sufficit vel vnam ex iis impletam esse. *d. l. 5. Concordat l. cum pupillus. 76. §. fin. ff. de condit. & dem. nstrat. itẽ l. in eo. 110. §. vbi verba. ff. de reg. iuris. M. I. P. d. except. 1. repl. 1. M. I. R. d. except. 6. replic. 1.* Cuius duplicatio videri poterat talis: Nisi conditio altera quæ defecit, in potestate fuerit accipientis. verum reprobatur *d. § fin.* Secunda duplicatio est: Nisi legato sub diuersis conditionibus, & in diuersis partibus testamenti relicto, non nouissima sit impleta. *l. si mihi. 12. §. in legatis. ibi, sed & si sub. ff. de legat. 1. l. sub diuersis. 49. in princ. ff. de condit. & demonstr. l. quod traditum est. 85. cum duabus ll. sequentibus. ff. eod. tt. item l. tutor. 8. §. in tutoris. ff. de testam. tutela.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi libertas sub diuersis conditionibus sit relicta. tunc enim non nouissima, sed leuissima cõditio spectanda. *d. l. 49. in prin. Concordat d. l. 85. cum l. sequen.* Leuissima autem cõditio dicitur, quæ ipsi seruo cõmodior est, quæq; ad libertatem perducit, quamuis natura grauior sit *d. l. 86. & l. leuissima. 34. ff. de condit. & demon.* Plane propositæ triplicationis duæ potissimum quadruplicationes sunt notandæ, quarum prima est: Nisi non directa libertas sit relicta, sed fideicommissaria. *l. in libertatibus. 5. ff. de manumiss. testam. Concordat l. per fideicommissum. 88. ff. de condit. & demonst.* Altera: Nisi libertas sub pluribus conditionibus coniunctim adscriptis sit relicta: tunc enim omnib. parendum. *l. quod vulgo. 45. ff. de manum. test.* Hæc de seruanda propositæ replicationis duplicatione sint dicta. Tertia duplicatio: Nisi plures conditiones negatiuæ disiunctim sint propositæ. hoc enim casu disiunctiua resoluitur in copulatiuam: & nisi omnes fuerint impletæ, non debetur legatum. approbatur exẽplo *l. Lucius. 83. ff. de hæredib. instit. Concordat l. generaliter. 6. in princ. C. de institutionibus sub conditione factis. M. I. R. d. repl. 1. duplic. 1.* Exẽplum aliud proponitur *l. si is. 14. §. fi. ff. de rebus dub.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione sint dicta. Secunda replicatio: Nisi vna conditio sit impossibilis. quamuis enim hæc non sit impleta, tamen sufficit alias impletas esse, quamuis omnes coniunctim sint adscriptæ. approbatur exemplo *l. si Mæuia. 43. ff. de hæred. instit. Concordat l. multa. 6. §. sed Seruius. ff. de condit. & demonstrat.* Tertia replicatio: Nisi ex verisimili coniectura contraria testatoris mens colligi possit. approbatur, certo tamen exemplo, *l. hæredes mei. 57. §. cum ita. ff. ad S. C. Trebel. M. I. R. d. reg. 40. except. 5. repl. 3.* Quarta: Nisi ita legatum sit, Illam & illam rem, si meæ erunt, cum moriar, Titio do lego: & in altera re conditio defecerit. tunc enim nihilominus altera, quæ testatoris est mortis tempore, debetur. *l. falsa. 32. §. fin. ff. de cond. & demon. Cõcordat l. 2. §. fi. ff. de cond. inst.* Quinta: Nisi idem plurib. institutionib. sub diuersis conditionib. hæres sit institutus: tunc enim sufficit vnam esse impletam. *l. si te. 27. §. fin. ff. de hæred. inst. Concordat l. si plures. 17. ff. de cõd. inst.* Hactenus de exceptione vndecima.

XII. Ex-

XII. Exceptio: Nisi plus quam dare iussus est, dederit. reprobatur *l. qui putat. 73. in prin. ff. de acquirend. hæred.*

XIII. Exceptio: Nisi legatarius vsuras eius quantitatis, quam inferre iussus est, non dederit. reprobatur *l. facta. 63. §. rescripto. ff. ad S. C. Trebell.*

XIV. Exceptio: Nisi alio modo, vel ex alia causa, quam in conditione comprehensum est, vel testator voluit, factum sit. ipso quidem iure subsistit. *M. I. P. d. reg. 23. except. 2. M. I. R. d. reg. 40. except. 8.* eiusq; exemplum proponitur *l. alumnæ. 30. §. fin. ff. de adim. leg.* Aliud habetur *l. si quis. 4. §. fin. ff. de manumiss. testam.* Aliud *l. Titio. 94. in prin. ff. de condit. & demonst.* Sed & aliud exemplum est: Si, cum quis hæres institutus esset ita, Si Titius quoque hæres erit: Titius omissa causa testamenti ab intestato fiat hæres. hoc enim casu alter non admittitur. *l. si in testamẽto. 22. in princ. ff. si quis omissa causa test. &c.* Aliud deniq; exemplum habetur *l. seruo. 58. ff. de condict. indeb.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi libertate seruo in testamento relicta, ei legatum sit sub hac conditione, Si liber erit: & testator viuus eum manumiserit. hoc enim casu nihilominus illi legatum debetur, quamuis non ex testamento liber fiat. *l. si quis. 4. in prin. ff. de manumiss. testam.* Secunda: Nisi cum aliquis hæres institutus esset hoc modo, si Titius quoque hæres esset, Titius coactus hæreditatem adierit. tunc enim nihilominus alter fit hæres *l. si ita. 19. ff. de cõdit. instit.* Tertia: Nisi cum alicui legatum esset, si morte patris sui iuris efficeretur. per emancipationem sui iuris sit effectus. *l. fideicommissa. 11. §. si cui ita. ff. de legat. 3. l. si ita. 15. ff. quando dies legat. ced. l. mulier. 22. in prin. ff. ad S. C. Trebell.* Quarta: Nisi cum alicui legatum esset sub conditione emancipationis, is more patris, vel alio modo sui iuris sit effectus. *l. si mater. 3. C. de instit. vel substit. Concordat l. vltim. C. de donationibus quæ sub modo, &c.* Quinta: Nisi cum mulieri legatum esset, si arbitrio Titij nupsisset, ea sine Titij arbitrio nupserit. *l. cum tale. 70. §. si arbitratu. ff. de condit. & demonst.*

XV. Exceptio: Nisi casu, non data opera datum vel factum sit. *l. 2. § fin. ff. d. tt.*

XVI. Exceptio: Nisi inutiliter & illegitime sit factum. approbatur exemplo *l. hæc conditio. 10. in prin. ff. d. tt. Concordat l. quod pupillæ. 30. ff. quando dies leg. ced.* Huius replicatio prima est: Nisi id quod inutiliter gestum est, ex post facto conualescat. *d. l. 30. & l. mulier. 20. §. si quis. ff. de condit. instit.* Secunda: Nisi postea rursus factum sit id quod antea est inutiliter factum *l. hæc conditio. 10. in prin. ibi, an tamen ff. de condit. & demonstr. Sed & de eadem re inf. dicetur except. 20.* Tertia replicatio proponitur *l. cum filius. 78. §. non iure. ff. de leg. 2. Concordat l. cum fundus. 10. ff. eod. tt.*

XVII. Exceptio: Nisi viuo testatore sit impleta conditio. *l. si iam. 11. §. fin. ff. de condit. & demonstr.* Vbi promiscuas conditiones vocat Iurisconsultus eas, quæ in potestate legatarij, cui impositæ sunt, consistentes facile impleri, ac sæpius iterari possunt: non promiscuas autem, quæ non facile impleri, nec sæpius fieri possunt, quamuis in potestate sint ipsius legatarij. *Concordat l. 2. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 40. exc. 11.* Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi conditio non facile impleri, nec sæpius iterari possit ab eo cui est imposita. *d. l. 2. l. conditionum. 89. l. Publius. 35. in princ. ff. d. tt. l. si quis. 7. C. de instit. vel substit. l. si vir. 59. ff. de condit. & demonstr. item l. si ita. 66. ff. d. tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi ante testamentum factum impleta sit conditio. *l. si iam. 11. in princ. & l. si ita. 66. ff. d. tt. l. si ita. 46. § fin. ff. de leg. 2. item l. solemus. 9. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. reg. 40. except. 12.* Huius replicatio prima est: Nisi id quod in cõditione comprehensum est, iterum fieri non possit. tunc enim conditio habetur pro impleta. *d. l. 11.* Secunda: Nisi testator ignorauit, cum testamentum fecit, id quod in conditione comprehensum est factum esse: tunc enim conditio habetur pro impleta, & legatum pro puro. *l. hæc conditio. 10. §. fin. ff. d. tt item l. si ita. 46. § fin. ff. de leg. 2.*

XIX. Exceptio: Nisi non debito tempore datum vel factum sit. Hanc exceptionem ipso quidem iure subsistere, nemo dubitat: eiusq; exemplum proponitur *Nouell. c. 1. §. illud quoq; prospeximus. M. I. R. d. reg. 40. except. 10.* Quod autem sit debitum tempus conditionis implendæ, quæritur. Definitur autem illud *l. conditionum. 89. ff. de condit. & demonstr. item l. si intra. 45. in princ. ff. d. tt.* Sed & in conditionibus quæ sunt in legatarij potestate, debitum tempus censetur, cum primum post mortem testatoris facere possit. *Quod approbatur exemplo l. hæc conditio. 28. ff. de condit. & demonstr. Concordat l. qui potest. 134. ff. de reg. iuris.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi per alium steterit, quo minus suo tempore legatarius dederit vel fecerit. *de qua re dicetur inf. c. prox. except. 20.* Secunda: Nisi non multo post tempus elapsum det vel faciat. Quæ replicatio cum aliis similibus proponitur *infr. in Parte prox. c. de actione ex stipulatu, except. 8.*

XX. Exceptio: Nisi antea conditio defecerit, vel inutiliter datũ vel factum sit: tunc enim postea dando vel faciendo non impletur conditio. reprobatur in casu *l. hæc cõditio. 10. in prin. ibi, an tamen. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. reg. 40. except. 9.* vbi etiam distinguitur.

XXI. Exceptio: Nisi alius ex eadem parte sub alia conditione fuit institutus, & ista conditio prior extiterit. tunc enim, quamuis conditio ex qua alius pro eadem parte fuit institutus, postea extiterit, nihil agitur. *l. si te. 27. ff. de hæred. inst. de quo infr. c. prox. except. 31.*

XXII. Exceptio: Nisi res alij antea fuit restituta. reprobatur *l. vxorem. 39. §. Seium. ff. de leg. 3.* Plane admittitur in casu, qui proponitur *l. mulier. 22. in prin. ff. ad S. C. Trebell.*

XXIII. Exceptio: Nisi, cum sub hac conditione, si Titio id quod testator debet, soluisset, legatum esset, testator ipse postea soluerit. tunc enim legatarius soluẽdo nihil agit. *l. cum tale. 70. §. falsam condit. in fine. ff. de condit. & demonstr.*

XXIV. Exceptio: Nisi cum sub conditione, Si consul factus erit, vel nupserit: legatum esset, viuo testatore consul factus consulatum resignauerit, vel viuo testatore nupta diuerterit: hoc enim casu nondum impleta videtur conditio. Sed reprobatur *l. si quis. 7. C. de instit. vel substit.*

XXV. Exceptio: Nisi propter aliam exceptionem legatum peti non possit. *l. ei qui. 13. ff. de cond. instit.* Præter hactenus ergo propositas exceptiones, & aliæ exceptiones, quæ actioni legatorum

opponi possunt, conditioni quoq; impletæ obstant. Sed & alias huiusmodi exceptiones vide *in c.3.in singulis conditionum speciebus.*

DE CONDITIONE PENdente ac deficiente.

CAP. II.

HVius capitis regula est, Quod deficiente vel pendente legati conditione, actio legatorum ex testamẽto denegatur. *Quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt sup.lib.prox.c.7.reg.* 1. *exc.* 2. *in prin.l.vnic.* §. *& cum triplici. ibi, vel ipsum relictum. C.de cad.toll.l.2.in prin.C.de instit.vel substit.l.falsa.*32. §.*si quis.ff.de cond. & demonstr. & l.si ea.*3. *C. de cond. insert.M.I.P.lib.*5.*c.*5.*reg.*24.*M.I.R.lib.*4.*c.*10. *reg.* 42. Sed & aliud propositæ regulæ exemplum proponitur *l.si quis.*80.*ff.de hæred. instit.* Sequuntur nunc propositæ regulæ exceptiones.

I. Exceptio: Nisi impossibilis sit conditio *l. obtinuit.*3.*& l.multa.*6.§.*fin.ff.de condit. & demonstr.l.*1. *item l.mulier.*20.*in prin.ibi, quia ἀδύνατον cõditio pro non scripta accipienda est.ff.de condit.instit. l. cum in secundo.*16.§.*fin.ff.de iniusto test.l.ab omnib.*101. §. *in testamento, in fin.ff.de leg.*1.*Inst.de hæred.instit.*§. *impossibil.item l.seruum.*48.§.*si in non.ff.de hæred. inst. M.I.R. d.reg.*42.*exc.*12. Propositæ exceptionis exemplum proponitur *l.si quis.*6.*ff.de cond.inst.* Sed & impossibilis conditionis species censetur, si quis hæres sub conditione non faciẽdi ex asse sit institutus. *l.si qui.*4.§.*fin.& l.mulier.*20 *in prin.ff.d.tt.* Postremo impossibilis conditionis species est: Si res, in qua & circa quam conditio implenda erat, ante testamentum factum perierit. *de quare inf.eod. c.exc.*22. *dicetur.* Plane conditio hæc, Si municipes iurassent; impossibilis non est, *l.municipib.*95.*ff.de cõd, & demonstr.*

II. Exceptio: Nisi conditio falsa sit. *l. cum tale.* 70.§.*falsam condit.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi post testamentum factum testator ipse debitum soluerit, & ob id conditio ex post facto falsa sit effecta. *d.*§.*falsam condit.*

III. Exceptio: Nisi conditio turpis sit, aut contra leges. *l.conditiones.*14.*ff.de condit.instit. l. conditiones.*9.*ff.d.tt.Instit.de legat.*§.*fin.l.vnica.*§.*fin. C.de his quæ pœnæ nomine. item l.in conditionib.*19.§.*fin.ff.de condit. & demonstr.* Estq; propositæ exceptionis exemplum *inf.exc.*10. Replicatio hæc esse videtur: Nisi in testamento militari sub turpi conditione quid sit relictum, verum reprobatur *l. si à milite.* 29..§.*edictum, in fin.ff.de militari testamento.*

IV. Exceptio: Nisi sub iurisiurandi conditione sit relictum. *l.in conditionibus.*19.§.*fin.ff. de cõdit. & demonst. l.quæ sub.*8.*in prin.ff.de condit.instit. l. si inquilinos.*109.§.*fin.ff.de leg.*1.*M. I. R. d.reg.*42.*excep.*15. Prima propositæ exceptionis replicatio: Nisi non hæreditas, sed legatum vel fideicommissum sub conditione iurisiurandi fuerit relictũ, aut mortis causa donatio facta, reprobatur *d.l.* 8.§.*hoc edictum.* Secunda: Nisi & alia conditio cum cõditione iurisiurandi sit cõiuncta. reprobatur *d.l. 8.* §. *si quis sub. Concordat l.hæc script.*25. *in prin. ff. de cond. & demon.* Tertia: Nisi Prætor non sit aditus ob remittendam conditionem. reprobatur *d.l.* 8. §. *de hoc iureiurando.* Quarta: Nisi libertas sub conditione iurisiurandi sit relicta, vel libertas cum legato. *l. si quis.*12.*ff.de manumissis test.* Huius duplicatio prima est: Nisi libertas pure, legatum sub iurisiurãdi conditione sit relictum. Altera: Nisi cum libertati & legato conditio iurisiurandi iniecta esset, seruus postea à testatore viuo sit manumissus. *Hæ duæ duplicationes approbantur d. l.* 12. §.*fin.* Quinta replicatio est: Nisi in testamento militari sub iurisiurandi conditione sit relictum. reprobatur *l.si à milite.* 29.§.*edictum.ff. de militari testam.* Sexta: Nisi conditio iurisiurandi de præterito vel de præsenti sit, non de futuro. *iuxta hanc replicationem glossa interpretatur l. municipibus.* 95. *ff. de condit. & demonstrat.* Septimæ & vltimæ replicationis loco notandum, Quod, quamuis conditio iurisiurandi hæredi vel legatario remittatur, tamen id quod se daturum vel facturum iurare iussus est, dare vel facere nihilominus cogatur. *l. quæ sub.*8.§.*quoties.ff. de condit.instit. l. hæc scriptura* 25.*in prin.ff.de condit.& demonstr.item l.non dubium est.* 14. §. 1.*ff. de leg.*3.

V. Exceptio: Nisi sub conditione hac, Si inuicem cauissent, se legata relicta reddituros: hæredes instituti sint. *l.si quis.*7.*ff.de condit.instit.* Plane exceptionis propositæ replicatio est: Nisi vni sit legatum ita, si hæredi cauisset, se id alteri restituturum. *l.huiusmodi.*81.*in prin.ff.de leg.*1.

VI. Exceptio: Nisi sub hac conditione, Si cautionem ab hærede legati nomine non exegerit, legatum sit. tunc enim quamuis cautionem exegerit, nõ tamen deficit legati conditio. *l.licet.* 12 *ff.vt legat.seu fideicommiss. seruand. causa caueatur. Concordat l.auia.*75.§.*fin.ff.de cond.& demon.* Is enim cui sub conditione cautionis non petendæ legatum est, quamuis petierit cautionem: tamen inutiliter petit, cum per illam conditionem cautio hæredi remissa videatur, & hæres ad cautionem præstandam conuentus, ob id se exceptione possit tueri. quocunq; enim iudicio voluntatis cautio legatorum vel fideicommissorum remitti potest. *de quo vide sup.lib.prox.c.*11.*excep.*19. Cum ergo frustra petierit cautionem legatarius, perinde est, ac si non petiisset: propterea conditione non est defectus, *argumento l.*1.§.*fin.ff. quod quisq; iuris in alium statuerit, ipse. &c.*

VII. Exceptio: Nisi sub hac conditione, Si nupserit, vel non nupserit: sit legatum. *De hac except. vide inf.c.prox.*

VIII. Exceptio: Nisi nominis ferendi conditio sit. reprobatur *l.facta.*63.§.*si dandæ pecuniæ. ibi, si vero nominis. ff. ad S. C. Trebell.*

IX. Exceptio: Nisi sub hac conditione, Si cauerit l. Falcidia se non vsurum. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur, reprobatur vero iure nouo. *de quare vide sup. lib.prox.c.*15 *except.*31.

X. Exceptio: Nisi mulieri legatum sit sub hac conditione, Si à marito diuertisset. *l.sed neq;.*8.*ff. de vsu & habitat. Concordat l.reprehendenda.*5.*C. de instit. & substit.* Plane si legatum sit mulieri sub hac conditione, Si non diuertisset: vel, Si cauisset se nõ diuersuram: conditio ei non remittitur. *l.*2.*C.de condition. inseritis.*

XI. Exceptio: Nisi sub hac conditione, Si reliquias testatoris in mare abiecerit: hæres sit institutus. *l.quidam*27.*in prin.ff.de condit. instit.*

XII. Exceptio: Nisi ita sit relictum, A te Seipeto, vt cum ad annum vicesimumquintum perueneris, militiã Sticho compares. hoc enim casu, quamuis Seius advicesimumquintum annum nõ peruenerit, sed ante mortuus sit, nihilominus tamen legatum debetur. *l.libertis.*18. §. *ab hæredibus. ff.de alimen.legat.*

XIII. Exceptio: Nisi ita quis rogatus sit, Si hæres erit, vel hæreditatem adierit. Hæc enim verba conditionem non faciunt. *l.si Titia.* 22. §. *quædam.ff.quando dies legat.cedat.* Huius replicationem vide *sup.lib.prox.c.*7.*reg.*1.*except.*2.*replic.*4.

XIV. Exceptio: Nisi ei conditionis implendæ causa dandum sit, cum quo non est testamenti factio. reprobatur *l.Mæuius.*53. *ff. de condit. & demonstr.*

XV. Exceptio: Nisi ita libertas seruo sit relicta, Si certas operas extraneo præstiterit. reprobatur *l.quæsitum est.*55.*ff.d.tt.*

XVI. Exceptio: Nisi is cui dare iussus est legatarius, suspectam dixerit hæreditatem, eamq; coactus adierit. *De hac re vide sup. lib.proxim. c.* 17. *q.* 3.*reg.*4.

XVII. Exceptio: Nisi incertæ personæ dare iussus sit. reprobatur *l. Paulus.* 4.*ff.de reb.dubiis.*

XVIII. Exceptio: Nisi conditio pœnæ nomine sit adiecta. reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. libro* 12.*c.*6.*except.*69.

XIX. Exceptio: Nisi non conditionaliter, sed sub modo sit legatum. *l.eas causas.*78.*ff.de condit.& demonstr.M.I.R.d.reg.*42.*except.*19.*repl.*1. *dupl.* 5. *& reg.*43.*ex.*1.*repl.*4. Plura de hac exceptione vide *sup. prox.q.*2.*specie.*2.

XX. Exceptio: Nisi solutionis tantum causa in gratiam creditoris vel actoris tempus aut conditio sit adiecta. approbatur *per ea quæ habentur sup. lib.*12.*c.*8.*causa* 10.*except.*1.

XXI. Exceptio: Nisi non stet per legatarium, quo minus conditionem impleat. *l.in omnibus.*39. *ff.de reg.iuris.l.*1.*C. de his quæ sub modo. & l. vter.* 23. §. *fin.ff.de condit.instit. M.I.P. d.reg.* 24. *except.* 1 *M.I.R. d.except.*19.*in prin.* Propositæ exceptionis exemplum proponitur *l.Titius.*14.*ff.de cond.& demonstr.* Aliud *l.cum filius.*78.§.*non iure.ff.de legat.*2. Aliud *l. mulier.*20.*in prin.ff.de condit. instit.* Item aliud *l. quibus diebus.*39.*in prin ff.de condit. & demonstr. Concordat l.quæsitum.*55.§.*fin.l.cum pupillus.*76.*in prin. ff. d. tt.item l. Titia.*35.§.*si ea condit.ff. de leg.*2. Aliud exẽplum proponitur *l.si fundum.*89.§.*Iulianus.ff.de leg.* 1. Aliud *l.Mæuia.*13.*in prin.ff.de annuis legatis.* Est & aliud propositæ exceptionis exemplum seu species, si per eum stet cõditionem non impleri, cuius interest ne ea impleatur. *Quæ species proponitur & approbatur l.iure ciuili.*23.*ff.de condit.& demonstr. l. Iulius Paulus.*79.§.*fin.si.eod tt. l.in iure ciuili.* 121. *ff. de reg.iuris.l.testam.*91.§.*fideicõmisit. ff.de leg.*2.*item l. cui vsusfructus.*30.*in prin.ibi, idem fieri.ff.de vsufr.legat.* Sed & propositæ exceptionis species est, si per eum stat, quo minus conditio impleatur, cui conditionis implendæ causa dandum vel faciendum fuit: vtputa, si is oblatum accipere nolit. *l.si ita.*3.*ff.de condit.instit.l.si fideicõmissa.*11.§.*cum esset.ff.de leg.* 3. *itẽ l.seruus.*34.§.*sed si hæres.ff. de statuliber.M. I. R. dict. except.*19.*in prin.* Idem dicendum est, si in faciendo conditio consistat. Cuius exemplum proponitur *l.si quis.*11.*ff.de condit.inst.* Aliud exẽplum est, si cum mulieri legatum esset sub cõditione hac, si Titio nupsisset, Titius eam in vxorẽ ducere nolit; vel contra, Si cum alicui legatum esset, si Seiam vxorem duceret, Seia illi nubere nolit, hoc enim casu nihilominus debetur legatum. *l. in testament.* 30.*ff.de condit. & demonstr. l.* 1. *C. de instit. vel substit.item l.*1.*C.de his quæ sub modo.* Aliud exemplum est, si cum ita legatum esset, si cum filio certo loco moraretur, filius alio migrauerit. *l. qui concubinam.*29.§.*vxori. ff. de legat.* 3. Alia propositæ exceptionis species est: Si is cui conditionis implendæ causa dandum vel faciendum est, mortuus sit. approbatur exemplo *l.turpia.*54.§.*penult. ff.de leg.*1.*Concordat l. quæ sub conditione.*8.§.*mortuo. ff.de condit.instit.item l.multa.*6.§.*si seruus.ff. de condit. & demonstr.* Aliud propositæ speciei exemplum est, si conditionis implẽdæ causa cum Titio quis tabernã exercere iussus sit, & Titius sit mortuus, *quod proponitur l.Lucius.*90.§.*quisquis mihi.ff.de leg.*2. *Sed & aliud habetur l.* 1.*C.de legatis.* Concordat exemplo proposito, simul & distinguitur illud *l. illis.*82. *ff.de condit. & dem.* Qui præterquam quod exceptio proposita in proposita specie approbatur, eius etiam introducitur replicatio prima, talis scilicet: Nisi alimenta relicta sint propter vtilitatẽ eius, cum quo legatarius morari iussus est, tunc enim mortuo eo, cũ quo morari iussus est, deficit alimentorũ legatum. Cuius duplicatio est: Nisi cũ alimenta vel annuũ legatum relictũ esset, si duorum vel pluriũ negotia gereret, vnus ex iis adhuc sit superstes: tunc n. pro eius parte durat annuum legatum. *l.Seio.*10.*in pr.ff.de annuis legatis.* Secunda propositę exceptionis replicatio est: Nisi cum sub cõditione nubẽdi, vel vxorẽ ducendi legatum esset, is cui nubere iussa est, vel ea quã vxorem ducere est iussus, decesserit. tunc enim, quãuis per legatariũ vel legatariam non stet, quo minus cõditioni pareat, tamen deficit legatum. *l.in test.*30.*ff.de condit.& demonst. Concordat l.legat.* 4.*C.de condit. insertis. M.I.R.d.c.*10.*reg.*44.*except.*1.*replic.*1. Huius replicationis duplicatio proponitur in casu *l. qui ex fratrib.*24.*ff.de condit.instit. Concordat l.*2.§ *si quis ita.ff.de bon.poss.secund. tab.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cum sub cõditione dandi esset legatum, is cui dandũ fuit, antequã ei daretur, sit mortuus. hoc enim casu, quãuis non stet per legatariũ, quo minus ei det, nihilominus deficit relictũ, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup.c.prox.memb.*3.*except.*7. *replic.* 3. *Concordat l.tales.*110.*in prin.ff.de condit. & demonst.* Quarta: Si cum vni ex duob legatum esset ita, vter ex iis Seiã vxorẽ duceret: Seia alteri nubere velit, alteri nolit. hoc enim casu alteri, cui Seia nubere non vult, non debetur legatum: quãuis verum sit, non per eum stare, quo minus eã ducat. *l.vter.*23.*ff.de cõdit. inst. Cõcordat l.*2.§.*si quis ita.ff.de bon.posses.secund. tab.* Quinta: Nisi cum is in cuius personã collata conditio est, antea oblatum accipere vel fieri noluisset, postea mutata voluntate voluit: hoc enim casu cessante legatario deficit cõditio, approbatur exemplo *l.pater.*99. § *fin.ff.de condit. & demonstr.* Sexta: Nisi non in legatarij, sed alterius personam & potestatem conditio collata sit: hoc enim casu, si alter conditioni parere vel nolit, vel non possit, legatario actio denegatur: quamuis non per eum, sed per alium stet, quo minus conditioni pareatur. Quo replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi per eum stet, cuius interest conditionem nõ impleri. *Qua duplica-*

duplicatio approbatur per ea quæ dicta sunt sup. ead.ex.§. est & aliud. Sed & alia eius duplicatio est *infr. excep. proxim.* Hactenus ergo de 21. exceptione sit dictum: quanquam eius aliquot species proponuntur *infr. in exceptionib. proxime sequentibus.*

XXII. Exceptio: Nisi cum alicuius arbitratu quid conditionis implendæ causa dandum vel faciendum esset, is arbitrari vel nolit vel nonpossit, aut ante mortuus sit. Hæc exceptio species est exceptionis præcedentis, & approbatur exemplo *l. multa. 6. in prin. ff. de cond. t. & demon.* Aliud exemplum proponitur *l. filiæ. 27. in princ. ff. eod. tt. Idem exemplum habetur l. cum tale. 70. §. si arbitratu. ff. eod. tt. item l. turpia. 54. §. si Titia. ff. de leg. 1.* Aliud propositæ exceptionis exemplum proponitur *l. si duobus. 3. §. sed etsi quis. C. communia de legatis.*

XXIII. Exceptio: Nisi res quæ conditionis implēdæ causa danda est, perierit. Et hæc exceptio species est superioris vicesimæ, & approbatur exemplo *l. ab omnibus. 101. §. 1. ff. de legat. 1.* Alio *l. qui dotem. 12. ff. de dote relegata.* item alio *l. turpia. 54. § penult. ff. de legat. 1.* Sed & aliud exemplum vide *supr. c. prox. except. 11. repl. 2.* Plane hoc casu, quo res quæ conditionis implendæ causa danda fuit, periit, nihilominus quidem legati dies cedit, idq; peri potest: sed legatarius ad æstimationem eius rei præstandam tenetur, quamuis non fuerit in culpa vel mora, quo magis illa res periret. quod primæ replicationis loco notandum. Quæ replicatio approbatur exemplo libertatis relictæ *l. cum quidam. 7. C. de conditionibus insertis.* Cuius duplicatio est, Quod nec ad æstimationem rei præstandam seruus vel legatarius teneatur, si is cui dare iussus est, rem ante interitum oblatam noluit accipere. *d. l. 7. vers. nisi & ipse* Altera replicatio est: Nisi post moram à seruo vel legatario factam res interierit: hoc enim casu deficit conditio, & per consequens ipsa libertas vel legatum. *d. l. 7. vers. nisi ipse seruus.* Sane quæ exceptiones *sup. lib. 12. c. 10. causa 51.* propositæ sunt, eas hic replicationum quoque loco arbitror repetendas.

XXIV. Exceptio: Nisi propter ignorantiam legatarius conditioni intra tempus præstitutum non paruit. approbatur simul & distinguitur *l. si quis. 3. §. fin. ff. de S. C. Silaniano.*

XXV. Exceptio: Nisi cum alicui hæreditas esset relicta, si hæredi certam quantitatem dedisset, hæres non percepta ista quantitate l. Falcidia sit vsus. *l. si hæres. 89. ff. ad l. Falcidiam.*

XXVI. Exceptio: Nisi cum is cui legatarius dare iussus est, legatario certam quantitatem debuisset, legatarius ei conditionis implendæ causa illud debitum accepto tulit. *l. si quis. 78. §. Titio. ff. de leg. 1. l. Iulianus. 44. ff. de condit. & demonst. M. I. R. d. reg. 42. except. 16.*

XXVII. Exceptio: Nisi cum in futurum concepta esset conditio, ante testamentum factum defecerit. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. eod. cap. except. 22. in prin. item sup. cap. prox. except. 11. repl. 2. M. I. R. d reg. 42. except. 3.*

XXVIII. Exceptio: Nisi conditio legato adscripta, postea rursus sit adempta. *l. si quis 3. §. conditio. ff. de adim. leg. & Iulianus. 44. ff. de condit. & demon.* Exemplum proponitur *l. si quis. 51. ff. eod. tt.*

XXIX. Exceptio: Nisi cum antea sub conditione esset legatum, postea pure sit repetitum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. li. prox. c. 7. reg. 1. ex. 2. repl. 11. M. I. R. d. reg. 42. ex. 17.*

XXX. Exceptio: Nisi conditio hæredi instituto in codicillis demum sit adiecta. *l. quidam. 27. §. fin. ff. de condit. instit. Concordat instit. de codicillis. §. fin.* Huius replicatio est: Nisi hæres in testamento sit institutus ita, Secundum conditiones infra scriptas: tunc enim, quamuis in codicillis conditio hæredi adscripta sit, nisi tamen eam impleuerit, hæres esse non potest. *l. si testamentum. 8. in fin. C. de instit. vel substit. sub conditione factis.*

XXXI. Exceptio: Nisi sub conditione quidem legatum sit, vel hæres institutus, conditio autem specialiter non sit expressa *d. l. 8. in prin.*

XXXII. Exceptio: Nisi cum idem ex vna parte pure, ex altera sub conditione hæres institutus esset, ex vna parte adierit, tunc enim, quamuis alterius partis conditio deficiat, nihilominus in solidum fit hæres. *l. si quis. 33. ff. de hæred. instit. M. I. R. d. reg. 42. except. 23.* Propositæ exceptionis replicatio est: Nisi in ea parte quæ sub conditione relicta est, substitutio sit facta. *l. si te. 27. ff. d. tt. M. I. d. except. 23. repl. 1.*

XXXIII. Exceptio: Nisi idem in eodem testamento ex eadem parte pure & sub conditione heres sit institutus. hoc enim casu conditionalis institutio nullius est momenti. *d. l. 27. vers. sed si te hæredem.* Idem iuris est, si idem in eodem testamēto primum sub conditione, deinde pure institutus est hæres, nam & hoc casu prior conditionalis institutio nihil operatur. *l. si ita. 65. ff. de hæredib. inst.* Sed de hac re vide plura *sup. lib. prox. cap. 9. regul. 7. except. 4.*

XXXIV. Exceptio: Nisi is sub conditione hæres sit institutus, ad quem ab intestato quoq; hæreditas pertinet. *l. si sub conditione. ff. de bonor. poss. ff. secundum tabulas. Concordat l. 2. §. 1. ff. d. tt.*

XXXV. Exceptio: Nisi cum seruo libertas & legatum sub eadem conditione relictum esset, alio modo liber sit factus. hoc enim casu videtur legatum sine conditione ei deberi. Verum reprobatur *l. hæres. 64. ff. de condit. & demonstr. Concordat l. Iulianus. 84. ff. d. tt.*

XXXVI. Exceptio: Nisi testator ipse vel alius dederit vel fecerit, quod legatarius implendæ conditionis gratia dare vel facere iussus est. reprobatur exemplo *l. cum tale. 70. §. falsam. in fin. ff. de condit. & demonstra.* Aliud exemplum proponitur *l. filio. 31. §. Seia. ff. de adim. legat.*

XXXVII. Exceptio: Nisi legatum ad alium peruenerit, quam ad eum cui relictum est. reprobatur exemplo *l. in facto. 58. §. fin. ff. de condit. & demonstr.* Plane quod ibi dicitur de fisco, idem etiam in persona hæredis legatarij locum habet. *quod exemplum proponitur l. si post diem. 5. §. ejdem. ff. quando dies leg. ced.* Sed quomodo hæredi legatarij præstabitur legatum conditionale, cum mortuo legatario ante legati conditionem existentē, euanescat legatum, nec ad hæredem transmittatur? Tu dic, proposita verba de iis conditionibus intelligenda, quę actionem legati non suspendunt: vt sunt conditiones quæ in nō faciēdo cōsistunt, itē legata sub modo relicta, nam quamuis modus æquiparetur cōditioni, non tamē differt actionē legati, nec suspendit: *vt sup. est ostensum.* Postremo reprobatur exceptio proposita. *l. vnic. §. ne autem h. t. C. hoc. C. de caducis tollend.* Plane admittitur, si coniunctæ personæ, cui eadem res pure legata erat, alterius portio, cui sub conditione legata erat, adcrescat. *l. si separatim. 29. ff. de condit. & demonstr.* Huius tamē distinctionis replicatio est: Nisi non pure, sed sub eademquoque conditione coniunctæ personæ, cui adcrescit, sit legatum. *l. si quis. 52. §. fin. ff. d. tt.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi in vnius tantum, non in alterius persona conditio sit adiecta. hoc enim casu is in cuius persona conditio adiecta non est, ad suum legatum admittitur, quamuis conditio alterius legati defecerit. approbatur simul & distinguitur *l. quæ conditio. 38. in princ. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. reg. 42. except. 25.* Huius replicatio prima est: Nisi non specialiter vni certæ personæ, sed generaliter omnibus conditio sit adscripta. *d. l. 38.* Secunda: Nisi personæ & re & verbis coniunctæ apposita sit conditio: tunc enim alteriquoque adposita censetur. approbatur exemplo *l. si seruo. 31. §. 1. ibi, aliam etiam. ff. de statuliberis.* Plane stricto quidem iure dicta replicatio subsistit, æquitatis autem ratione nequaquam: quod duplicationis loco notandum. *l. Iulius Paulus. 79. ff. de condit. & demonstr. l. testamento. 91. §. Seio. ff. de leg. 2. item l. si tibi. 10 ff. de legat. 3.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi legatum conditionale ab vno ad alium sit translatum: tunc enim sub conditione quoq; translatum esse censetur, quamuis nulla conditionis mentio in translatione legati sit facta. *l. legatum. 93. ff. de condit. & demonstr. Concordat l. legatum 24. in prin. ff. de adimen. legat. M. I. R. d. except. 25. repl. 1.* Cuius duplicatio est: Nisi conditio personæ cohæreat. *d. l. 24.* Quarta replicatio est: Nisi legatum conditionale in persona eius, cui relictum est, deficiens, ad alium deuoluatur, ad fiscum puta vel alium. hoc enim casu is ad quem deuoluitur, nihilominus conditioni parere tenetur, quamuis alij sit iniuncta. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. except. prox.*

XXXIX. Exceptio: Nisi conditio alij legato, quam quod petitur, sit adscripta. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi hæreditas eidem sub conditione sit relicta. hoc enim casu hæreditatis conditio etiam in legato repetita censetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. lib. prox. cap. 9. reg. 1. except. 4.* Sed etsi seruo libertas sub conditione relicta est, eidemq; legatum datum, in legato quoque conditio repetita censetur. *l. cum seruus. 80. in princ. ff. de condit. & demonstr.*

XL. Exceptio; Nisi cum hæres institutus esset sub hac conditione, Si viuo testatore pater eius mortuus esset; pater non mortuus sit, sed hæres institutus alia ratione potestate eius sit liberatus, *l. Gallus. 29. in princ. ff. de liberis & posthumis. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. proxim. except 14. replic. 3.* Hæc de conditione pendente ac deficiente sunt dicta. Plura huc pertinentia vide *sup. lib. 12. cap. 18. causa 10. & causa 10. item lib. 13. cap. 7.*

DE QVIBVSDAM CONDITIONUM SPECIEBUS. CAP. III.

I. DE CONDIT. SI nupserit.

PRima regula: Conditio hæc, Si vel cum nupserit: regulariter existit, & legatum debetur, si nupserit mulier. *M. I. R. d. c. 10. reg. 43. in prin.* cuius regulæ exceptio prima est: Nisi legatum à muliere translatum sit sub hac conditione, Si nupserit. vel: Nisi non mulieri, sed alij legatum sit sub hac conditione, Si nupserit mulier. *l. quoties. 21. ff. de condit. & demonst. M. I. R. lib. 5. c. 4. reg. 20. except. 11.* Huius exceptionis ratio proponetur *inf. conditione prox.* Eius autem replicatio est: Nisi seruo mulieri legato libertas relicta sit, si mulier nupserit. *l. Titio. 94. §. fin. ff. de cond t. & demonstr. Concordat l. vlt. ff. de statuliberis.* Plane quidem iure antiquo exceptio proposita approbatur, reprobatur vero iure nouo: *de quo inf. condit. prox.* Secunda exceptio: Nisi ancillæ alienæ ita legatum sit, cum nupsisset. reprobatur *l. si ancillæ. 56. ff. de condit. & demonstrat.* Tertia: Nisi cum ita legatum esset, si arbitrio Titij nupsisset: nupserit quidem, sed nō arbitrio Titij. reprobatur *l. cū tale. 70. §. si arbitratu ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 43. except. 3.* Quarta: Nisi illegitime nupserit. approbatur simul & distinguitur *l. hæc conditio. 10. § sed enim non omnes. ff. d. tt. Concordat l. quod pupillæ. 30. ff. quādo dies leg. ced. at.* Quinta: Nisi ante testamentum factum nupserit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. cap. 1. membr. 3. except. 18.* Sexta; Nisi non viuo testatore, sed post mortem eius nupserit, reprobatur *l. in conditionibus. 19. in princ. ff. de condit. & demonst. Concordat l. cōditionum. 89. §. illa vero. ff. eod. tt.* Septima: Nisi nōdum concubuerit. reprobatur *l. cum fuerit. 15. ff. d. tt.* Octaua: Nisi alij quam cui nubere iussa est, nupserit. *De hac exceptione vide inferius proxima except. 1. M. I. R. d. reg. 43. except. 1.* Nona: Nisi nuptiarum festiuitas non accesserit. *l. sancimus. 24. C. de nuptiis.*

Secunda regula; Cōditio hæc, Si vel cum nupserit; regulariter deficit, legatique actio denegatur, si non nupserit. *d. l. 24. C. de nuptiis. M. I. R. dict. cap. 10. reg. 44.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ei nubere iussit, cui nubere honeste non potest, vel cum quo ei nō potest esse matrimonium. *l. cum ita. 61. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. reg. 44. except. 3.* Cuius replicatio est: Nisi ei nubere iussa sit mulier, cui honeste nubere potuit. *d. l. 61. & l. Titio. 69. §. 1. ff. d. tt. item l. 2. C. de instit. vel substit. M. I. R. d. reg. 43. except. 1.* Secunda propositæ regulæ exceptio est: Nisi per eum cui mulier nubere iussa est, stet quo minus nubat. *l. in testamento. 30. ff. de condit. & demonstrat. M. I. R. d. reg. 44. except. 1.* Tertia: Nisi vir cui sub conditione nuptiarum, vel mulier cui sub conditione nubendi legatum est, vel hæreditas relicta, monasterium ingrediatur, aut clericatum suscipiat. Hæc exceptio cum aliis similib. approbatur *Nouell. c. 123. §. si quis sub cond. M. I. R. d. reg. 44. ex. 2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi vir vel mulier vitam monasticā rursus reliquerit. *d. §. si quis sub.* Secunda: Nisi in defectū conditionis ad redemptionē captiuorum, aut in causam pauperum sit relictum. tunc enim, quamuis vir vel mulier monasterium ingrediatur, tamen nihilo;

nihilominus deficiente conditione institutionis, substitutioni ac restitutioni locus est. *dict. §. si quis. vers. si tamen.* Reliquas propositæ regulæ exceptiones vide *infr. condit. prox.*

II. DE CONDITIONE, Si non nupserit.

De iure antiquo.

Iure antiquo conditio hæc, Si non nupserit: pro non scripta habetur, & licet nupserit mulier, tamen id quod ei sub conditione ista relictum est, non deficit, sed ei debetur. *Quod ius antiquum approbatur lege Iulia Miscella. de qua Nouell. cap. 22. §. enimuero quem deinceps. Concordat l. quoties. 21. ff. de cōdit. & demonstr. l. seruo. 65. §. si testator. ff. ad S.C. Trebell. l. 2. C. de indicta vidu. l. sed si. 60. §. fin. & l. cum tale. 70. § Mæuiæ. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. cap. 10. reg. 42. except. 8. & reg. 45.* Sunt tamen propositi iuris antiqui decem potissimum exceptiones. Quarum prima est: Nisi non simpliciter nubere prohibita sit mulier, sed alicui certæ personæ nubere sit prohibita. *l. cum ita. 61. in prin. & l. hoc modo. 62 in prin. ff. d. tt.* Secunda: Nisi non simpliciter, sed certo quodam loco nubere mulier sit prohibita. approbatur simul & distinguitur *d. l. 62.* Tertia: Nisi non simpliciter, sed ad certum tempus mulier sit prohibita. *l. cum tale. 70. §. Mæuiæ. ff. de condit. & demonstr. M. I. R. d. reg. 45. except. 1. replic. 1.* Huius exemplum proponitur *l. sed si. 60. §. fin. ff. d. tt.* Quarta exceptio est: Nisi sub contraria conditione eidem mulieri ab eodem sit legatum. *l. Titiæ. 98. ff. de condit. & demonstr.* Quinta: Nisi seruus mulier sit legatus, si non nupserit: & si nupserit, seruus liber esse iussus sit. *l. Titio. 94. §. fin. ff. d. tt. Concordat l. vltim. ff. de statuliberis.* Sexta: Nisi mulier legatum alij restituere sit rogata: tunc enim, quamuis cōditio ei remittatur, fideicommissum tamen ei nō remittitur. *l. non dubium est. 14. in prin. ff. de leg. 3.* Huius replicatio est: Nisi sub contraria conditione (puta, si nupserit mulier) fideicommissum ab ea sit relictum. *l. quoties. 21. ff. de condit. & demonstrat.* Septima exceptio est: Nisi alij, non mulieri legatum sit sub hac conditione, Si non nupserit mulier. *l. 1. C. de indicta viduitate.* Huius replicatio prima est: Nisi in fraudem legis patri mulieris ita sit legatum, vel contra. *l. hæres meus. 77. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* Secunda: Nisi alij coniunctim cum muliere ita sit legatum. *l. mulieri. 72. ff. de condit. & demonstr.* Tertia: Nisi legatarius mulieri restituere sit rogatus. *l. auia. 75. §. Titio ff. d. tt.* Octaua exceptio est: Nisi non mulieri sit legatum sub conditione non nubendi, sed viro, ita, Si vxorem non duxerit. reprobatur *l. legem. 3. in princ. C. de indicta viduitate. Concordat l. hæres meus. 77. §. fin. ff. de condit. & demonstr.* Nona: Nisi non ita, Si non nupserit: sed ita sit legatum, Si vel quoties vidua erit, aut si amiserit vxorem, vel quando ad cœlibatum peruenerit. *d. l. 3. C. de indicta viduitate.* Qua constitutione Imp. Iustiniani proposita exceptio approbatur, & præcedens proxima reprobatur. Quæ autem fuerit lex Iulia Miscella, cuius in ea fit mentio, nec non constitutio qua lex illa sublata est, apponetur *inf. except. prox.* Decima exceptio est: Nisi vir vel mulier, cui sub conditione non iterandi nuptias legatum est, non iurauerit, liberorum procreandorum causa nuptias se iterare: tunc enim conditio non nubendi ei non remittitur. *approbatur l. Iulia Miscella, cuius sententia proponitur Nouell. c. 22. §. enimuero quem deinceps. de quo vide paulo inferius.* Ista autem lex Iulia Miscella, simul etiam exceptio proposita, quam lex ista introduxit, tollitur ac reprobatur *l. 2. C. de indicta viduitate.* Qua lege exceptio proposita in fœminis reprobatur. In viris autem reprobatur *l. legem. 3. in princ. C. d. tt. Concordat Nouell. c. 22. §. enimuero quem deinceps.*

De iure nouo.

Hactenus de iure antiquo, quo conditio non nubendi remissa est: cuius iuris decem propositę sunt exceptiones. Sequitur nunc ius nouum, quo dictum ius antiquum tollitur, & conditio proposita non remittitur, atque ob id exceptiones enumeratæ superuacuæ habentur. Illud autem ius nouum proponitur *Nouel. c. 22. §. enimuero. vers. quia vero. M. I. R. d. reg. 45.* Iure igitur nouo, si deficit conditio non nubendi, deficit & legatum mulieri sub ista conditione relictum. Existit autem conditio, & per consequens legatum debetur, si mulier non nupserit. Cuius tamen elegans proponitur exceptio *l. pater. 99. in princ. ff. de condit. & demonstr.* Alias huiusmodi exceptiones conditionis non nubendi existentis, vide *sup. condit. 1. reg. 2.* Hactenus igitur de conditione non nubendi sit dictum.

III. DE CONDITIONE, SI liberos habuerit.

Prima huius conditionis regula est: Si liberos habuerit, conditio existit. Quæ regula vt per se vera est, *M. I. R. d. c. 10. reg. 48.* ita suas habet exceptiones, quarum prima est: Nisi adoptiui sint liberi. *l. si ita. 53. §. fin. ff. de leg. 2.* Secunda: Nisi nullos alios liberos habeat, quam quos testamenti facti tempore habuit. *l. solemus. 9. ff. de condit. & demonstr.* Tertia: Nisi viuo marito testatore liberi sint nati, reprobatur *l. si vir. 59 ff. de condit. & demonst.* Quarta: Nisi post mortem legatarij nascantur. reprobatur *l. sed etsi. 20. ff. ad S.C. Trebell. l. is cui. 18. ff. quando dies leg. ced. l. intelligendus. 153. ff. de verb. signif. item l. si quis. 147. ff. de reg. iuris.* Quinta: Nisi exciso ventre natus sit infans. reprobatur *l. etiam. 141. ff. de verb. signif.* Sexta: Nisi apud hostes sit filius. reprobatur *d. l. 141.* Septima: Nisi mortuus natus sit filius. *l. qui mortui. 129. ff. de verb. sign.* Octaua: Nisi liberi nati statim sint mortui. reprobatur *l. cum vxori. 4. C. quando dies leg. cedat. M. I. R. d. reg. 48. except. 1.* vbi etiam distinguitur. Nona: Nisi mulier legataria ex alio quam ex testatore liberos habuerit. *l. cum vir. 24. ff. de condit. & demonstr.* Huius replicatio est: Nisi testator specialiter expresserit, etiam ex alio liberos. *l. sed si. 60. in prin. ff. d. tt.* Hæc de prima propositæ conditionis regula sint dicta. Sed & plures exceptiones vide *infr. conditione proxim. reg. 2, item inf. lib. 25. c. 18. in verbo Liberi.*

Secunda regula: Si non habuerit liberos, conditio proposita deficit, & legati actio denegatur. Cuius exceptio prima est: Nisi legatarius vel legataria, cui sub ista conditione legatum est, monasterium ingrediatur, vel clericatum suscipiat. *Nouell. c. 123. §. si quis sub.* Secunda: Nisi legatarius, cui sub tali conditione legatum est, prægnante vxore decesserit. approbatur *per ea quæ dicta sunt paulo superius reg. prox. except. 4.* Plures exceptiones vide *infr. condit. prox. reg. 1.*

IV. DE CONDITIONE, SI sine liberis decesserit.

Prima huius conditionis regula: Si sine liberis mortuus fuerit, hæc conditio existit. *l. ex facto. 17. §. si quis autem. ff. ad S.C. Trebell. M. I. R. d. c. 10. reg. 49.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi filius quē habet, ante patrem vel simul cum patre decesserit. Secunda: Nisi incertum sit, vtrum pater, an filius prior decesserit. Hæ duæ exceptiones reprobantur *d. §. si quis autem.* Plura de hac re vide *sup. lib. 2. c. 24. reg. 13.* Tertia exceptio est: Nisi prægnante vxore decesserit. *l. si quis 147. ff. de reg. iuris. l. intelligendus. 153 ff. de verb. signif. item l. sed & si. 20. ff. ad S.C. Treb.* Huius replicatio est: Nisi posthumus viuus natus non sit. *l. is cui. 18. in fin. ff. quando dies leg. cedat.* Quarta exceptio proponitur *l. hæredib. 77. in prin. ff. ad S.C. Trebell.* Alias huiusmodi exceptiones vide *sup. cond. prox. reg. 2.*

Secunda regula: Si liberis relictis decesserit, conditio defecisse intelligitur, legatiq; actio denegatur. *l. ex facto. 17. §. si quis autem. ibi, aut igitur. ff. ad S.C. Trebell. M. I. R. d. cap. 10. reg. 50.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi adoptiui sint liberi, quos reliquit. *l. fideicommissum. 74. ff. de condit. & demonst. M. I. R. d. reg. 49. except. 3.* Secunda: Nisi liberos naturales reliquit. reprobatur, certo tamen modo, *l. ex facto. 17. §. si quis rogatus ff. ad S.C. Trebell. M. I. R. d. reg. 50. except. 1.* Tertia: Nisi ex illegitimo matrimonio nati sint liberi. reprobatur *l. hæredibus. 77. §. fin. ff. d. tt.* Quarta: Nisi liberi relicti post deportationem patris sint concepti. *l. ex facto. 17. §. ex facto. ff. d. tt.* Quinta: Nisi libertinus sit filius & collegatarius. reprobatur *d. l. 17. §. si quis rogatus ibi, & in libertino. Cōcordat l. cum pater. 79. §. volo. ff. de leg. 2. l. vlt. ff. de iure deliberandi.* Sexta: Nisi filius apud hostes sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi post mortem legatarij ab hostibus redierit. *l. etiam. 141. ff. de verb. sign f.* Septima: Nisi posthumi liberi sint. reprobatur *l. iubemus. 6. §. sin autem is. C. de S. C. Trebell. Concordat ea quæ dicta sunt sup. reg. prox. except. 3.* Octaua exceptio est: Nisi non filium, sed nepotem reliquerit. reprobatur *d. § sin autem is. Concordat l. 1. C. de condit. insertis. M. I. R. d. reg. 50. except. 7.* Nona: Nisi vnico tantum filio vel nepote relicto decesserit. Hæc exceptio reprobatur *l. pater. 99. §. ita fideicommisso. ff. de condit. & demonstr. Concordat d. l. 6. §. sin autem is. l. non est. 148. cum l seq. ff. de verb. signif.* Decima: Nisi liberi relicti hæredes defuncti non extiterint. reprobatur *l. filiusfamilias. 111. §. cum quis. ff. de leg. 1.* Vndecima: Nisi incertum sit, vter vtri superuixerit, vel simul cum patre filius interierit. *l. ex facto. 17. §. si quis autem. ff. ad S. C. Treb.* Plura de regula proposita vide *sup. condit. prox. reg. 1.*

V. DE CONDITIONE, SI VEL dum cum liberis erit; item, Si non à liberis recesserit.

Deficit hæc conditio, legatique actio denegatur, si à liberis recesserit. *l. 3. C. de condit. inserts. M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 51.* Eius autem regulæ exceptio prima est: Nisi per legatarium nō stetit, quo minus sit cum liberis. *d. Titiq. 35. §. si ea conditione. ff. de leg. 2. Concordat l. qui concubinam. 29. §. vxori, in fin. ff. de leg. 3.* Secunda: Nisi consilium retinuerit secum habendi liberos. *l. si quis. 8. ff. de cond. & demon.* Tertia: Nisi ob grauiorem seruitutē vitandam à liberis discesserit. *l. Ca o. 13 §. fin. ff. de alim. leg.* Quarta: Nisi liberi, cum quib. morari debui:, mortui sint. *d. l. 13. §. Imperator. l. Stichus. 20. § fi. ff. d. tt. l. annua. 20. in prin. ff. de annuis leg. item leg 1. C. de leg.* Contradicit *M. I. R. d. reg. 51. except. 1.* Propositæ exceptionis replicatio proponitur *l. illis. 82. in fin. ff. de cond. & demonstr. de qua vide sup. c. prox. except. 20. replic. 1.* Quinta exceptio est: Nisi is cum quo morari iussus est, assidue proficiscatur, & in loca longinqua. *Hac exceptio tractatur l. Mauia. 13. §. fin. ff. de annuis legatis.* Sexta: Nisi is cum quo morari iussus est, nihil amplius illi præstet, quam legatum est. *d. §. fin.*

VI. DE CONDITIONE, Si hæres erit.

Prima regula: Legatum ab aliquo ita relictum, Si hæres erit: conditionale non est. *l. hæc verba. 3. ff. de legat. 1. l. in conditionibus. 19. §. hæc scriptura. ff. de condit. & demonstr. l aliquando. 105. in prin. ff. d. tt. l. si dies. 21. §. fin. cum l seq. §. quædam. ff. quando dies legati cedat. M. I. R. d. cap. 10. reg. 52.* Proinde etsi hæres institutus, à quo ita legatum est, Si hæres erit: hæres non existat, nihilominus tamen institutus legatum debet. *l. antepenult. § fi. ff. de leg. 1.* Et si legatarius, antequam ille, à quo legatum ei relictum est, hæreditatem adeat, decesserit, nihilominus legatum ad suos hæredes transmittit. *l. si Titio. 22. §. quædam. ff. quando dies leg. ced.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi testator voluerit conditionem esse. *l. in conditionibus. 19. hæc scriptura. ff. de condit. & demonstr.* Secunda: Nisi duobus hæredibus institutis, Seio puta & Mæuio, dixerit testator: Si Seius mihi hæres erit, tunc hæredes mei Titio centum danto. *d. l. 22. §. fin.* Tertia: Nisi non legatum sit, sed institutio hæredis facta, si & alter hæres esset. *l. seruus. 3. §. si quis ita. ff. de hæred. instituit.*

Secunda regula: In iis ergo casibus, in quibus scriptura hæc, Si hæres erit: conditionem facit, conditio regularitec existit, si hęres extiterit. Cuius regulæ exceptiones hæ sunt. Prima: Nisi coactus hæreditatem adierit. reprobatur *per ea quæ habentur sup. c. 1. except. 41. repl. 2.* Secunda: Nisi ab intestato hæres existat. *l. si in testamento. 12. in prin. ff. si quis omissa causa testam. Concordat l cum filio. 3. & l. qui liberis. 8. §. hæc verba. ff. de vulg. substit.* Tertia: Nisi cum qui filio suo impuberi Seium substituisset, & ab ea legasset Titio ita, Si Seius mihi hæres erit: filius hæres extiterit, & intra pubertatem decesserit. hoc enim casu Seius substitutus impuberis, non testatoris hæres efficitur, & ob id videtur defecisse conditio. Verum exceptio hæc reprobatur *l. paterfamilias. 44. ff. de vulgari substit.* Quarta: Nisi hæres existens postea hæres esse desierit. reprobatur *l. in substitutione. 29. & l. ex facto. 41. §. Iulius. ff. d. tt.* Quinta: Nisi per alium existat hæres, vt dominus vel pater instituti. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 9. cap. 20. regul. 16.* Sexta: Nisi ex substitutione, non ex institutione hæres existat. reprobatur *l. ex duobus. 32. §. 1. ff. de vulg. substitut.*

VII. DE CONDITIONE, Si hæres non erit.

M.I.R. dict. cap. 10. *reg.* 53.

Prima regula: Existit hæc conditio, si hæres non sit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi ita institutio hæredis sit facta, Si Titius hæres non erit, Titius hæres non esto. approbatur, certo tamen modo, *l. vltim.* §.1. *ff. de vulgar. & pupill. subst.* Secunda: Nisi cum quis substituto substitutus esset sub hac conditione, Si substitutus hæres non erit: substitutus hæres non sit ob id, quia institutus hæres existat. tunc enim substituto substitutus cum instituto hæres esse nequit, quamuis conditio substitutionis extiterit. *l. cum in testamento.* 37. *in princ. ff. de hæred. instit.* Tertia: Nisi hæres non sit ob id, quod ante diem hæreditatis cedentem fuerit mortuus. reprobatur *l. vlt. ff. quãdo dies leg. cedat. Concordat l. ab omnibus.* 101. *§. cum quidam. ff. de leg.* 1. Quarta; Nisi aduersus repudiationem hæreditatis in integrum sit restitutus, & ita hæres efficiatur, reprobatur *l. ait prætor.* 7. *§. sed quod Papinianus ff. de minorib.* 25. *annis.*

Secunda regula: Deficit hæc conditio, & legati actio denegatur, si hæres extiterit. *l. in conditionib.* 19. *§. sed si sic. ff. de condit. & demonstrat.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi pro parte tantum hæres sit. reprobatur. *d. §. sed si sic. & §. si à Pr. mo.* Secunda: Nisi alter ex duobus hæres non extiterit. tunc enim, quãuis alter hæres extiterit, legatum tamen debebitur. approbatur in casu *d. §. si à Primo.* Tertia: Nisi cum seruus duorum hæres institutus esset, & ita esset legatum. Si seruus hæres nõ erit: seruus altero dominorum iubente, altero prohibente, hæreditatem adierit. *l. seruum.* 46. *in princ. ff. de vulgari substit.* Quarta: Nisi coactus hæreditatem adierit. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. lib. prox. c.* 17. *memb.* 2. *exc.* 24. Quinta: Nisi per contra tabulas bonorum possessionem hæres extiterit. reprobatur *l. in conditionib.* 19. *§. si patronus. ff. de cond. & demonstr.* Sexta: Nisi hæres existens, postea aduersus aditionem in integrum sit restitutus. *l. ait prætor.* 7. *§. sed quod Papinianus. ff. de minorib.* 25. *annis.* Plura de regula opposita vide *sup. li.* 9. *c.* 11. *exc.* 136.

VIII. DE CONDITIONE, SI rationes reddiderit.

Prima regula: De definitione huius conditionis proponitur *l. cum seruus.* 80. *§. quid ergo. ff. de condit. & demonstr. l. quamuis.* 31. *in prin. item l. Iulius Paulus.* 79. *§. hac conditione ff. d. tt. l. si seruus.* 31. *in princ. ff. de statuliberis.* Alia huiusmodi definitio proponitur *l. qui sub conditione.* 109. *ff. de condit. & demonstr.* Sed & alia huiusmodi definitio continetur *l. Thais.* 41. *§. Stichus ff. de fideicommiss. libert.*

Secunda regula: Existit hæc cõditio, si seruus rationes reddiderit, & reliqua soluerit. Quæ regula ex præcedentibus patet. Eius autem exceptio prima est: Nisi cum duobus sub conditione rationum reddendarum legatum esset, altero rationes reddere parato, alter non reddat rationes. approbatur certa conditione *l. si quis.* 13. *§. si duo. ff. de statuliberis.* Plura de exceptione proposita vide *sup. c.* 1. *quæst.* 3. *except.* 5. *re, l. c.* 1. Secunda exceptio est: Nisi alij quam hæredi rationes reddiderit, vel aliqua soluerit. Hæc exceptio vt regulariter vera est, ita suas habet replicationes, quarum prima est: Nisi hæres absens sit. tunc enim arbiter à magistratu dari potest, cui seruus rationes reddat. *l. si pater.* 47. *§. si Sticho. ff. de fideicommiss. libert. Concordat l. si cui.* 48. *ff. de condit. & demonst.* Secunda: Nisi hæres statuliberum vẽdiderit. hoc enim casu emptori reliqua soluendo conditio existit. *l. si statulibera.* 6. *§. fin. ff. de statuliberis.* Tertia: Nisi tutori hæredis impuberis reliqua soluerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi in fraudem hæredis cum tutore collusio sit facta. *l. qui filium.* 22. *in prin. ff. de manumiss. testam.* Quarta replicatio: Nisi curatori hæredis adolescentis reliqua soluit. reprobatur *l. Lucius.* 53. *ff. d. tt.* Hæc de secunda exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Tertia exceptio est: Nisi non omnibus hæredibus reliqua soluerit. *l. si quis.* 2. *ff. de statuliberis.* Quarta: Nisi non solidum sit solutum vel præstitum. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi per errorem & imprudentiam minus sit solutum. *l. quamuis.* 31. *ff. de condit. & demonstrat.* Secunda: Nisi reliquum sit obscurius, pro quo satisdare sit paratus. *l. statulib.* 5. *in princ. ff. de statuliberis. Concordat l. seruus* 34. *§. fin. ff. d. tt.* Tertia replicatio proponitur *l. Thais.* 41. *§. libertatem. ff. de fideic. liber.* Quarta proponitur ac reprobatur *d. l.* 41. *§. ab hæredib.* Quinta replicatio proponitur & varie tractatur *l. Sticho.* 40. *§. seruus. ff. de statulib.* Sexta habetur *d. l.* 40. *§. si.* Septima: Nisi quędam casu sine culpa eius qui rel. qua soluere debuit, perierint. *l. qui filium.* 22. *§. fin. ff. de manum. test. Concordat l. Thais.* 41. *§. Titius. ff. de fideic. libert.* Octaua: Nisi rationes sint non scriptæ. reprobatur *l. libertate.* 26. *in prin. ff. de statulib.* Reliqua quæ in ratione reddenda veniã, vel non veniant, vide *sup. reg.* 1. Sed & propositæ exceptionis species & exempla sunt exceptiones tres proxime sequentes. Quinta exceptio est: Nisi rationes & instrumenta non exhibuerit vel reddiderit. *l. si ita.* 13. *§. quæstio, in fin. ff. de manumiss. test. l. non solum.* 8. *§. is q. i reddere. ff. de liberat. leg. l. si cui.* 48. *ff. de cond. t. & demonst. item l. cum seruus.* 80. *§. quid ergo ff. d. tt.* Sexta exceptio est: Nisi ea quæ furto abstulit, non reddat. *l. Sticho.* 40. *in princ. ff. de statulib. l. Thais.* 41. *§. Stichus. ff. de fideic. libert. item l. cum testamento.* 4. *§. is cui. C. de test. manum.* Septima: Nisi debitores rationum desierint esse solũdo. reprobatur *l. qui sub.* 109. *in fin. ff. de condit. & demonstr. Cui concordat l. Thais.* 41. *§. fin. de fideicommiss. libert.* Octaua: Nisi non ibi, vbi oportet, rationes reddat, vel reliqua soluat. *l. tales.* 110. *§. fin. ff. de condit. & demonstr.* Nona: Nisi non debito tempore reddat. *l. Thais.* 41. *§. intra certa. ff. de fideic. libert.* Huius replicatio prima est: Nisi non stet per legatarium, quo minus intra statutum tempus conditioni pareat. *d. §. intra certa.* Cuius elegans exemplum proponitur *l. si hæreditas.* 28. *in prin. ff. de statulib.* Secunda replicatio est: Nisi testator tempus conditioni rationum reddendarum non adiecit. *l. Sticho.* 40 *§. Titius. ff. d. tt.*

Tertia regula: Deficit conditio proposita, & ob id legati actio denegatur, si seruus non reddiderit rationes, nec reliqua soluerit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi nulla sint rel qua. *l. Iulius Paulus.* 79. *§. hac conditione. ff. de cond. & demonstr. l. si seruo.* 31. *§. fin ff. de statulib. item l. cum testamento.* 4. *§. fin C. de testam. manumiss.* Secunda exceptio est: Nisi nullas rationes administrauerit. *l. Thais* 41. *§. penult. ff. de fideic. libert. Concordat l. libertate.* 26. *§. fin. ff. de statulib.* Tertia: Nisi per hæredem stet, quo minus rationes reddantur. *l. seruus.* 34. *§. Imp. & l. si intra.* 23. *§. fi. ff. d. tt. item l. si pater.* 47. *§. si Sticho, in fin. ff. de fideic. libert.* Huius replicatio est: Nisi seruus non offerat reliqua, vel aliud etiam impedimentum libertatis sit, quamuis hæres paratus esset audire rationes. approbatur simul & distinguitur *d. §. Imperator.* Quo præterquam quod replicatio proposita approbatur, simul etiã duæ eius duplicationes introducuntur. Prima: Nisi seruus se neget reliqua debere. Altera: Nisi reliquum sit obscurius, pro quo reddendo, si constiterit, satisdare seruus sit paratus. de qua posteriore duplicatione vide itẽ *sup. reg.* 2. *excep.* 4. *repl.* 2. Quarta exceptio est: Nisi per tutorem hæredis vel alium stet, quo minus reliqua soluantur. approbatur ipso iure, eiusq; replicatio est: Nisi seruus legatarius fraudis particeps sit, quo per alium stet. *l. qui filium.* 22. *§. itaq; etsi offer. ff. de manum. test.*

IX. DE CONDITIONE, SI MEVS vel meum erit, cum moriar.

Prima regula: Existit hęc conditio, & legati actio competit, si testatoris sit mortis tẽpore. approbatur exemplo *l. filia.* 26. *§. fin. ff. de condit. & demonstr.* Exceptio prima; Nisi vsumfructũ eius testator alienauerit. reprobatur *l.* 2. *in princ. ff. de cond. instit.* Secunda: Nisi partem in eo alienauerit. reprobatur, certa tamen conditione, *d. l.* 2.

Secunda regula: Deficit conditio proposita, & legati actio denegatur, si fuerit alienatum. *l. idem.* 49. *§.* 1. *ff. de hæredib. instituen.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi testator rem alienatam viuus receperit. *de qua exceptione vide sup. lib.* 12. *cap.* 7. *causa* 5. *except.* 2. Altera exceptio est: Nisi seruo hærede instituto sub hac conditione, Si testatoris erit: testator viuus seruum manumiserit. *d. l.* 49. *§. fin.* Plura de conditione proposita vide *sup. lib. prox. cap.* 4. *de suis reb. leg. item sup. hoc lib. c.* 1. *membro.* 2. *tertia species.*

X. DE CONDITIONE, CVM IN tutelam suam & ad pubertatem peruenerit.

Existit hæc conditio, si pubes factus fuerit. *l. cum filiofamiliæ.* 48. *in prin. ff. de leg.* 3. *Concordat Instit. de pupillari substit. in prin. ibi, & prius moriatur.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi filiæ familias ita sit legatum. *l. si filiæ familias.* 49. *ff. de leg.* 3. Secunda: Nisi mater filio suo, in patria potestate constituto, ita legauit, cum patrem haberet suspectum. *d. l.* 48. *§.* 1. *ff. de leg.* 3. Tertia: Nisi alia mens fuerit testatoris, & puberi ita sit legatum. *d. l.* 48. *§. quod si quis. & §. & ex his.* Quarta: Nisi furioso, prodigo, vel alij curatorem habenti, ita sit legatum. *d. l.* 48. *§. item si furioso.*

XI. De cõditione, Cum quatuordecim puta annorum erit: vel, Cum ad annum decimumquartum peruenerit, vide *sup. lib. prox. cap.* 7. *reg.* 12.

XII. DE CONDITIONE, SI TVtelam in decimumoctauum annum gesserit.

De hac tractatur *l. pater.* 99. *§. conditionem. ff. de condit. & demonstr.*

XIII. DE CONDITIONE, SI antequam res suas administrare possit, decesserit.

Hæc conditio definitur *l. cum filius.* 111. *ff. de cond. & demonstr. M.I.R. d. c.* 10. *reg.* 58.

XIV. DE CONDITIONE, Si arbitratus fuerit.

De boni viri arbitrio intelligenda est cõditio. *l. fideicommissa.* 11. *§. quanquam. ff. de leg.* 3. *M.I.R. d. cap.* 10. *reg.* 55. *& lib.* 5. *cap.* 5. *reg.* 40.

XV. DE CONDITIONE, SI demeruerit, vel te non offenderit.

Definitur hæc conditio *d. l.* 11. *§. proinde etsi ita. ff. de leg.* 3.

XVI. DE CONDITIONE, SI ME hæredem instituerit, vel quid mihi legauerit.

Definitur hæc conditio *l. mulier.* 20. *§. fin. ff. de condit. instit.*

XVII. DE CONDITIONE, SI IMpensam, quam in fundum feci, reddiderit.

Tractatur *l. quibus diebus.* 39. *§. quidam. ff. de condit. & demonstr.*

XVIII. DE CONDITIONE SI MOriatur antequam ei res restituatur.

Tractatur *l. quidam.* 25. *in princ. ff. ad S. C. Trebell.* Huius exceptio est: Nisi per hæredem steterit, quo minus restituerit. *l. si quis.* 3. *§.* 1. *ff. de adim. leg.*

XIX. DE CONDITIONE, SI VEL cum vidua erit, quoties vidua erit, si vxorem amiserit, & quando ad cœlibatum peruenerit.

Tractatur *l.* 3. *C. de indicta viduitate. Sed & tractatur l. filiæ.* 22. *ff. de ann. leg.*

XX. DE CONDITIONE, SI alieno hærede decesserit.

Definitur hæc conditio *l. ex facto.* 17. *§. fin. ff. ad S.C. Trebell.*

XXI. DE CONDITIONE, SI tabulas chirographi mei hæredi meo reddiderit.

Definitur hæc conditio *l. huiusmodi.* 81. *§. si ita legatum. ff. de leg.* 1.

XXII. DE CONDITIONE, SI primum matrem pepererit.

Tractatur *l. si fuerit.* 11. *§. fin. ff. de reb. dubiis.*

XXIII. DE CONDITIONE, qui prior Capitolium ascenderit.

Duobus simul ascendentibus, quid iuris sit, vide *sup. lib.* 12. *cap.* 6. *except.* 95.

XXIV. DE CONDITIONE, Si facere possit.

Existit hęc conditio, si facere possit. Cuius exceptio est: Nisi conditio sit contra leges, vel contra bonos mores. *M.I.C. lib.* 9. *cap.* 10. *exc.* 120. *repl.* 1. *dupl.* 2. *M.I.P. lib.* 5. *c.* 5. *reg.* 25.

XXV. DE CONDITIONE non faciendi.

Impletur hæc conditio, & ob id actio cõpetit, si legatarius cauerit se non facturum. *l. si qui. 4. §. fi. ff. de condit. instit.* Sane hæc cautio dicitur Mutiana, de qua cum propositæ regulæ exceptionibus vide *sup. lib. proxim. c. ap. 8. in princ.* Sed & existit conditio proposita, si non sit factum, quod ne fiat in conditione est comprehensum. Quæ regula vt per se vera est, ita recipit exceptionem hanc: Nisi cum alicui sub conditione faciendi quid esset legatum, & nisi fecisset, ad alium legatũ esset translatum per legatarium non steterit, quo minus faciat. tunc enim perinde habetur, ac si sub contraria conditione legatum ad alium translatum non sit. Idem iuris est, si legatarius antequam facere posset, decesserit, tunc enim ad alium sub contraria conditione inutiliter est translatum. cuius elegans exemplum proponitur *l. pater. 99. in prin. ff. de condit. & demonstrat.* Aliud vide *sup. lib. 12. c. 7. caus. 3. exc. 5.* Sane quæcunq; exceptiones *sup. c. prox.* enumeratæ sunt, aduersus defectum conditionis competentes, easdem etiam aduersus regulam propositam eo casu quo legatum sub conditione faciendi alicui relictum, sub conditione contraria non faciendi ad alium translatum est, non inutiliter opponi arbitror.

XXVI. De conditione non alienandi vide *inf. de legato familiæ relicto.*

XXVII. De conditione, Si filio meo quid acciderit, proponitur *l. in vulgari. 163. §. si quis ita. ff. de verb. sign.*

¶ Hactenus igitur de conditionibus & legatis conditionalibus, tertia legati specie, sit dictum. Sequitur quarta legati species.

DE ANNVIS LEGATIS.

CAP. IV.

I. SIMILE ET DIFferentiæ.

Simile est vsusfructus legato. Quod approbatur, simul & differentiæ inter hoc & illud legatum proponuntur *l. in singulos. 8. ff. de annuis leg.*

II. Plvra sunt legata, non vnum. *de quo vide sup. 12. cap 1. quæst. 5.*

III. SPECIES ANNVI LEGATI.

Prima species: Si ita sit legatum, Quotannis hęres totidem dato: annuũ est legatum. *l. nec semel. 12. §. nouissime. ff. quando dies leg. ced.* Secunda species: Si alicui quinquaginta sint legata, donec nubat, annuum est legatum. *l. legatum. 17. in prin. ff. de annuis legatis.* Tertia: Si ex reditu decẽ legata sunt die nundinarum, annuum est legatũ. *l. annua. 20. §. Attia. ff. de annuis legatis. M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 63.* Quarta: Si decurionibus de natalis sui certum quid præstari voluit, annuum est legatum. *l. cum quidã. 23. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 63.* Quinta: Si reipub. centum sint relicta per quadriennium cuiusdam certaminis, perpetuum censetur legatum. *l. cum erat legatum. 24. ff. d. tt.* Sexta si annua, bima, trima die sit relictum, annuum censetur legatum, *ex l. si legatum. 3. ff. de annuis legatis.* Septima: Si ex reditu certam partem fructuum legauit, annuum censetur legatum. *l. defuncta. 58. §. Sempronio. ff. de vsufr. & quemadmodum quis vtatur.*

IV. AN EX LEGATO ANnuo detur actio?

Regulariter ex hoc legato perinde ac ex aliis legatis dari actionem non dubitatur. *M. I. R. d. cap. 10. reg. 65.* Verum eius regulæ exceptio prima est: Nisi legatarius sit mortuus. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup. ib. prox. c. 1. quæst. 3. reg. 1. excep. 5.* Secunda: Nisi legatarius capite fuerit deminutus. reprobatur *l. legatum. 10. ff. de capitis deminut. Concordat l. in singulos. 8. ff. de annuis legat.* Tertia: Nisi à quo legatum relictum est, mortuus sit. Hæc exceptio regulariter reprobatur, *de quo paulo inferius membr. 6. dicetur.* Quarta: Nisi cum à fructuario ex reditu fundi annuum legatum esset relictum, vsusfructus sit extinctus. *l. Titia. 19. in prin. ff. de annuis legat. Concordat l. Stichus. 20. §. Titia. ff. de alim. leg.* Quinta: Nisi cum ex reditu fundi annuum legatum relictum esset, aliquo anno nulli vel minores fructus ex eo fundo fuerint percepti. hoc enim casu videtur, quod eius anni legatum nõ debeatur. Verum reprobatur *l. legatum. 17. § fi. ff. de ann. leg. l. ex eo. 13. ff. de vino legato. l. Lucius. 12. ff. de alim. legat. l. Fi mio. 26. in prin. ff. quando dies leg. ced.* Sexta exceptio: Nisi prædium, ex cuius reditu annuum legatum debetur, fuerit ab hærede alienatum. reprobatur *l. liberto. 21. in prin. ff. de annuis legat. Concordat l. nihil. 117. in pr. ff de leg. 1.* Septima exceptio proponitur & reprobatur *l. annuam. 6. ff. de annuis legatis.* Reliquas exceptiones aduersus annuum legatum vide *sup. in generali exceptionum aduersus legata tractatu.*

V. QVIBVS EX LEGATO annuo detur actio?

I. Regula: Hæredi legatarij non datur annuum legatum, vel eius actio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ dicta sunt sup. lib. prox. capit. 1. quæst. 3. reg. 1. excep. 5.*

II. Regula: Si sacerdotibus & ministris Ecclesiæ legatum sit, etiam successoribus in illud ministerium datur. *l. annua. 26. §. Attia. ff. de ann. leg.*

VI. ADVERSVS QVOS ex legato annuo detur actio?

Regulariter etiam aduersus hæredem rogati, seu eius à quo legatum relictum est, competit hæc actio, *secundum ea quæ dicta sunt sup. lib. prox. c. 2. reg. 3.* Verũ eius regulæ prima exceptio est: Nisi à fructuario legatum annuum sit relictum: hoc enim casu, quoniam morte fructuarij extinguitur vsusfructus, etiam legatum annuum extingui dicendum est. & ob id hæredes rogati non teneri. *l. Titia. 19. in prin. ff. de annuis legatis.* Secunda exceptio est: Nisi cum legatum annuum ad ludos ciuitati relictum esset, testator hæredes ludis præsidere voluerit: tunc enim hæredes hæredum non teneri videntur. Verum reprobatur *l. annuam. 6. ff. de annuis legatis.*

VII. QVID ET QVANTVM VEniat in actionem ex annuo legato competentem?

I. Regula: Si annua, bima, trima die (triginta forte) sint relicta, singulis annis dena debentur. approbatur simul & distinguitur *l. si legatũ. 3. ff. de ann. leg. M. I. R. lib. 5. c. 1. reg. 79.* Propositæ regulæ except. est: Nisi testator adiecerit, Pensionib. iniquis

quis. approbatur simul & declaratur *d. l. 3. §. sed si adiectum.*

II. Regula: Si legatarius fuerit mortuus, eius anni in quo decesserit, totum legatum hæredi eius debetur. *de qua re vide sup. lib. prox. cap. 1. q. 3. reg. 1. except. 5. repl. 1.*

III. Regula: Si mulieri legatum sit, Quoties vidua erit: eius anni quo rursus nubit, integrum legatum ei debetur. *l. filiæ. 22. ff. de annuis legatis.*

VIII. Adfine dictæ actionis remedium est, actio hypothecaria, & missio in possessionem rei seruandæ gratia. *l. fundus. 9. ff. de annuis legatis.* De hoc remedio vide plura *sup. lib. prox. cap. 12.* Sed & alia huius actionis adfinia remedia vide *supr. lib. prox. cap. 11.*

DE ALIMENTIS LEGATIS.

CAP. V.

Qvinta legati species est, alimentorum legatum: de quo in hoc capite tractandum.

I. AN EX LEGATO ALImentorum detur actio?

Regulariter quidem actionem dari, nemo est qui neget: *M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 66.* verum eius regulæ exceptiones hæ sunt. Prima est: Nisi legatarius fuerit mortuus, *approbatur per ea quæ dicentur inf. eod. cap. quæst. 2. reg. 2. item M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 31.* Secunda: Nisi in metallum damnato alimenta sint relicta. reprobatur *l. si in metallum. 3. in prin. ibi, extra causam alius. ff. de his quæ pro non scriptis hab. Concordat l. is cui. 11. ff. de alimentis legatis.* Tertie: Nisi legatarius ad pubertatẽ peruenerit. *Hæc exceptio tractatur l. Mela ait. 14. in prin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 66. exc. 1.* Quarta: Nisi cum alicui tanquam liberto alimenta relicta essent, is ius aureorũ annulorum impetrauerit: huic enim tanquã ingenuo, non liberto, alimenta videbantur nõ deberi. Verũ reprobatur *l. 1. ff. de iure aureor. annul.* Quinta: Nisi libertus, cui alimenta relicta sunt, sine liberis patroni defuncti egerit, reprobatur *l. libertis. 4. §. fin. ff. de alimentis legatis.* Sexta: Nisi legatarius iussa testatoris non fecerit. approbatur exemplo *l. libertis. 18. §. fi. ff. d. tt.* Plura de exceptione proposita vide *sup. lib. 12. c. 8. caus. 15.* Septima exceptio: Nisi legatarius intra multos annos alimenta nõ petierit. reprobatur *d. l. 18. §. manumissis.* Octaua: Nisi is cuius fidei commissum est, id legatum ex quo alimenta præstanda sunt, repudiauerit, approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. lib. 12. c. 9. causa 42. in prin.* Eius autem replicatio est: Nisi aliud legatum ex eodem testamento agnouerit. *l. à filio. 15. in prin. ff. de alim. leg.* Cuius rationem vide *sup. lib. 12. c. 8. causa 29. except. 14. repl. 1.* Sed & plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup. eod. lib. c. 9. causa 42.* Nona exceptio est: Nisi is cuius fidei commissum est, in compensationem alimentorum fideicommissario vineas legauerit. *l. cum alimenta. 22. §. fin. ff. de alim. legatis.*

II. QVIBVS EX ALIMENTOrum legato detur actio?

I. Regula: Si generaliter libertis alimenta relicta sunt, regulariter omnibus libertis testatoris alimenta debentur. Cuius regulæ exceptio prima: Nisi seruis legatis, quibus fideicommissaria libertas in eodem testamento est relicta. reprobatur *l. 2. in prin. ff. de alim. legat.* Secunda: Nisi antea vel postea quosdam libertos specialiter nominauerit, reprobatur *l. verba. 5. ff. d. tt. Concordat l. vlt. ff. de reb. dubiis.* Tertia: Nisi quibusdam libertis specialiter alimenta relicta sint, vel quid aliud sit legatum. *l. alimenta. 16. §. Basilicæ. ff. de alim. leg. Concordat l. Stichus. 20. in prin. ff. d. tt.* Propositæ exceptioni quodammodo contradicit *l. libertis. 18. in prin. item l. testamento. 19. ff. d. tt.* Quarta exceptio: Nisi cum ita esset legatum, Omnibus libertis meis cibaria, quæ viuus præstabam, dari volo: quibusdam viuus cibaria non præstiterit. reprobatur *l. à filio. 15. §. fin. ff. de alim. leg. Concordat l. testamento. 19. ff. d. tt.* Igitur multo magis ei dabitur legati actio, qui viuente patrono pecuniã annuam, item frumentum & vinum menstruum accepit. *Quod exemplum proponitur l. alio. 9. fin. ff d. tt.* Quinta: Nisi quendam libertum testator viuus de domo sua dimiserit, & cibaria quæ præstabat, dare desierit: huic enim inter cæteros libertos non dabitur alimentorum actio. Quæ exceptio approbatur cum conditione seu replicatione sua, *l. Lucius Titius. 90. §. Lucius Titius. ff. de leg. 2.* Sexta est: Nisi non testatoris sit libertus, sed liberti eius libertus. *l. Modestinus. 105. ff. de verb. sign.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi testator eum suum libertum nominauerit. approbatur cum conditione *l. alimenta. 16. §. libertis. ff. de alim. leg.* Septima: Nisi quidam libertus iussa testatoris non fecerit. *l. libertis. 18. §. fin. ff. de alim. leg.* Octaua: Nisi vnus ex libertis ius aureorum annulorum impetrauerit, reprobatur *l. 1. in prin. ff. de iure aureorum annul.* Nona: Nisi vnus ex libertis per collusionem ingenuus pronunciatus, postea collusione detecta conditioni suæ redditus sit. Huic enim non dabitur actio. *d. l. 1. in fine.*

II. Regula, De hæredib. legatarij. His non datur actio, apposita, *per ea quæ dicta sunt sup. lib. prox. c. 1. quæst. 3. reg. 1. exc. 3. & 5. Concordat l. libertis. 18. §. posthumis. vers. an etiam cibariorum. ff. de alimentis legatis.* Cuius exceptio est: Nisi post diem legati cedentem legatarius decesserit: ista enim alimẽta, quorum dies cessit, ad suos hæredes transmittet. *l. libertis. 4. §. sed etsi decesserit. vers. post diem. ff. d. tt.*

III. ADVERSVS QVOS EX alimentorum legato detur actio?

I. Regula, De hæredibus rogati. Hæres quoque hæredis rogati ad alimenta præstanda tenetur. *l. à filio. 15. in princip. ibi, idem quæsiit. ff. de alim. leg.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi rogatus pluribus hæredibus relictis decesserit, reprobatur *l. cum vnus. 10. in prin. ff. de alim. legat.* Secunda: Nisi rogatus proprio nomine sit appellatus in fideicommisso. reprobatur *l. alimenta. 16. in princ. ff. de alim. legat.* Tertia: Nisi à rogato alimenta nunquam sint petita. reprobatur *l. libertis. 18. §. manumissis. ff. d. tt.* Quarta: Nisi vsufructu fundi legato, legatarius rogatus sit ex fructibus fundi alimenta præstare: tunc enim mortuo legatario extinguitur vsusfructus, & alimentorum fideicommissum. *l. Stichus. 20. §. Titia. ff. de alim. leg. Concordat l. Titia. 19. in prin. ff. de ann. legatis.*

II. Regula: Is in quẽ prædium, ex quo alimenta præstanda sunt, translatũ est, ad alimenta præstanda

ſtanda tenetur. *l. Caio.* 13. *in prin. ff. de alimentis legat. de qua re vide ſup. lib.* 12. *c.* 9. *cauſ.* 42. *excep.* 1. *exemplo* 4. Sed & huius regulæ exemplum proponitur *l. Stichus,* 20. §. *item cum alimenta, ff. eod. tt.*

IV. QVID ET QVANTVM veniat in alimentorum legatum?

M.I.R. lib. 4. *cap.* 9. *reg.* 85.

I. Regula, De aqua, proponitur *l.* 1. *ff. de alim. leg.*

II. Regula: Cibaria & veſtitus & habitatio debetur. *l. legatis.* 6. *ff. d. tit. Concordat l. vlt. ff. d. tt. M.I.R. lib.* 4. *cap.* 10. *reg.* 68.

III. Regula: Quæ ad diſciplinam pertinent, hoc legato non continentur. approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l.* 6. *cum lege ſequente. M.I.R. d. ca.* 10. *regula* 69.

IV. Regula, De præteriti temporis alimentis. Hæc nihilominus debentur, quamuis nec petita, nec lis eo nomine fuerit conteſtata. *l. cum vnus.* 10. §. *verbis, cum l. ſeq. ff. de alim. leg. item l. libertis.* §. *manumiſſis. ff. d. tt.*

V. Regula: Si alimenta relicta ſint, non adiecta quantitate, quid iuris ſit, definitur *l. cum alimenta.* 22. *in prin. ff. de alim. legat. de quo vide ſup. lib. prox. cap.* 6. *quantum veniat, reg.* 1.

VI. Regula: Si alimenta præſtari iuſſit arbitrio hæredis, viri boni arbitrio modus eſt ſtatuendus. *l. verba.* 5. *in fine. ff. d. tt.*

VII. Regula: Si arbitratu boni viri filiæ alimenta relicta ſunt, quantum debeatur, definitur *l. cum vnus.* 10. §. *fin. ff. d. tt.*

V. EVENTVS LEGATI ALIMENTORVM, & de executore alimentis diſtribuendis dando.

De executore dando regula proponitur *l. ſolent.* 3. *ff. de alim. legat.* Ex qua tria notanda ſunt. Primum, ſi alimenta plurib. plures hæredes debeãt, legatarios diuidendos inter hæredes, vt alter ab altero ſua alimenta in ſolidum percipiat: aut vnũ ex hæredibus eligendum, qui ſolus legatariis alimenta præſtet. Deinde notandum, executorem diſtribuendis alimentis conſtitutum, cæteris cauere teneri de reddenda portione pecuniæ, vno aut altero ex legatariis deficiente. *Quod & approbatur l. pen.* §. *filiæ. ff. ad leg. Falc.* Plane cautio dicta exigenda eſt à nudo miniſtro præſtandorum alimẽtorum. Si autem vnus hæredum à defuncto iuſſus ſit percipere pecuniam, & alimenta præſtare, ad propoſitam cautionem præſtandam nõ tenetur: *de qua re dictũ ſupr. lib. prox. cap.* 8. *caut.* 3. *cauſ.* 6. *itẽ lib.* 12. *cap. vlt. quæſt.* 1. *reg.* 12. Poſtremo notandum, quod in fine propoſitæ legis dicitur de partibus eorum qui ſoluendo eſſe deſierint. *de qua re vide ſup. lib. prox. cap.* 2. *reg.* 3. *except.* 1. *repl.* 1. Accedit propoſitæ regulæ *M.I.R. d. cap.* 10. *reg.* 71.

DE DOTE RELEGATA. CAP. VI.

SExta legati ſpecies eſt, legatum dotis, ſi maritus vxori dotem relegauerit, vel filio pater, de qua nunc agendum,

I. AN, SI MARITVS VXORI dotem relegauerit, actio eo nomine detur?

Hoc caſu videbatur dicendum, actionem nullam naſci. Quoniam quando debitor creditori ſuo legat id quod ei debet, inutile eſt legatum, *ſecundũ ea quæ dicta ſunt ſup. lib.* 12. *cap.* 5. *except.* 55. *in pr.* Maritus autem vxori ſuæ poſt mortem ſuam dotem reſtituere debet, ſiue de dote reddenda ſtipulatio interuenerit, ſiue non. *l. vnica. C. de rei vxoriæ actione.* Verum hiſce non obſtantibus, dicendum eſt, propoſitã legati ſpeciem vtilem eſſe, *iuxta ea quæ dicta ſunt ſup. d. except.* 55. *repl.* 5. Regulariter igitur, ſi dos vxori à marito relegata ſit, ex eo legato naſcitur actio. cuius regulæ exceptiones hæ ſunt. Prima: Niſi vxor marito nullam dotem dederit, approbatur ſimul & diſtinguitur *Inſtit. de leg.* §. *ſed ſi vxori. Cõcordat l.* 1. §. *adeo. ibi, ſed etſi dotem. ff. de dote relegata.* Cuius replicatio prima eſt: Niſi certa pecunia, vel certum corpus demonſtratum ſit à teſtatore, tanquam doti ſibi datum: tunc enim, quamuis doti datum non ſit, nihilominus legatum debetur. *Inſt. d.* §. *ſed ſi vxori. Concordat l.* 1. §. *ſed ſi vxori. ff. de dote releg.* Secunda: Niſi non dos ipſa, ſed aliud pro dote ſit legatum. *l. cum ſcriptum.* 6. *ff. de dote releg.* Secunda exceptio eſt: Niſi dos vxori conſtante matrimonio ſit ſoluta. *l.* 1. §. *adeo. ff. d. tt.* Tertia: Niſi res in dotem data perierit. *d.* §. *adeo.* Huius replicatio eſt: Niſi pecunia vel quid aliud pro dote ſit legatũ. *l. vir vxori.* 8. *ff. d. tt.* Quarta exceptio: Niſi ſocer nurui conſtante matrimonio dotem relegauerit. approbatur, certa tamen conditione. *l.* 1. §. *Celſus. ff. de dote relegata.* Quinta: Niſi non directis verbis dotem relegauit, ſed ita: Vxor mea quod mihi dedit, è medio ſumat. reprobatur *l. vxori.* 17. *in prin. ff. de dote relegata.* Sexta: Niſi ante conuenerit, vt morte viri ſoluto matrimonio, liberis interuenientibus, dos apud mariti hæredem remaneret. reprobatur *l.* 1. *in prin. ff. de dot. releg. Concordat l.* 2. *ff. de pactis dotal.* Septima: Niſi alius quam vxor antea ſibi dotem ſibi reddi ſit ſtipulatus. Hæc exceptio approbatur cum ſua replicatione *l. qui dotem.* 16. *ff. de dote relegat.* Octaua: Niſi actor non caueat de indemnitate hæredi, ſi forte alius aliave dotis actione aduerſus hæredem experiri poſſit. approbatur exemplis 3. quorum primum proponitur *l.* 1. § *Celſus. ibi, ego puto. ff. de dote relegata.* Secundum *d. l.* 1. §. *per contrarium. & l. pater.* 7. *in prin. ff. d. tt.* Tertij exempli loco poteſt poni exceptio præcedens proxima, quamuis in ea nulla cautionis mentio ſit facta. Plane propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi omiſſa cautione, dos ex cauſa legati ſit ſoluta. *d. l.* 7. §. *ſi forte.* Nona exceptio eſt: Niſi teſtator maritus dotalem fundum alij locauerit. approbatur certo modo *l.* 1. §. *fin. ff. de dote relegat.* Decima: Niſi vxor legataria dotem promiſſam non ſoluerit. *l.* 1. §. *adeo. ibi, ſed etſi dotẽ. ff. d. tt.* Vndecima: Niſi dos marito legata, mulieri ſoluta ſit. *l.* 1. §. *idem Iulianus. & l. pater.* 7. §. 1. *ff. eod. tt.* Duodecima: Niſi mulier viciſſim hæredi teſtatoris ſit obligata. reprobatur *l. dote.* 5. *ff. de dote relegat.* Decimatertia: Niſi maritus dotem quam ab vxore ſua, cum adhuc ipſe in patris poteſtate eſſet, accepit, ei relegauerit, patri ſuo hæres nõ exiſtens. reprobatur *l. ſi filius familias.* 13. *ff. de dote relegata.*

II. QVID VENIAT IN ACTIONE dotis relegatæ?

Prima

Prima regula: Quod in actione dotis venit, idem etiam in hac actione. *l.* 1. *in prin. ff. de dote relegat. Concordat l. Mæuio.* 42. *in fin. ff. de leg.* 2.

Secunda regula, De fructibus, proponitur *l. videamus.* 38. §. *fin. ff. de vſuris & fructibus.*

Tertia regula, De impenſis deducendis habetur *l.* 1. §. *impenſæ. ff. de dote relegata. Concordat l. dote.* 5. *ff. eod. tt. M.I.R. d. cap.* 10. *reg.* 74. Huius regulę exceptio prima eſt: Niſi non certa corpora in dotem ſint data, ſed pecunia: ipſa enim corpora dotalia impenſis non minuuntur. *d.* §. *impenſæ. Concordat l. quod dicitur.* 5. *ff. de impenſis in rebus dotalibus factis.* de qua re plura vide *ſup. lib.* 4. *cap.* 13. *quæſt.* 2. *reg.* 1. Secunda exceptio eſt: Niſi non maritus vxori dorem relegauerit, ſed extraneus à marito ad hunc modum: Quidquid propter vxorem tuam ad te dotis nomine peruenit, id ei reſtituas. *l. Mæuio.* 42. § *à me. ff. de legat.* 2. Reliquas huius regulæ exceptiones vide *ſupr. lib.* 4. *cap.* 13. *q.* 2.

Quarta regula: Hoc legatum dotis Falcidia non minuit. *de qua re vide ſup. libro prox. cap.* 15. *exc.* 14. *&* 17.

Quinta regula: Quamuis amplius quid legatum ſit, quam in dote eſt, tamẽ id etiam quod excedit debetur. *l. cum ſcriptum.* 6. *ff. de dote relegata.*

Sexta regula huius loci proponitur *l. vxori.* 9. *ff. eodem tt.*

Septima regula habetur *l. vlt.* §. *fin. ff. d. tt.*

Octaua regula habetur *l. vir.* 8. *ff. de fundo dotali.*

III. QVANDO COMPETAT actio dotis relegatæ?

Si filio marito à patre dos ſit relegata, ſolutumque ſit matrimonium, vtrum actio relegatæ dotis ſtatim competat, an eo tempore, quo & dotis actio competit mulieri, definitur *l. pater.* 7. §. *ſed ſi priuſquam. ff. de dote relegata.*

IV. ADFINE REmedium.

Quod minus mulier hac actione conſequitur, id dotis actione conſequi poteſt. *l.* 1. §. *item quærit. ff. de dote relegata.*

V. EVENTVS PROPOſitæ actionis.

Si mulieri conſtante adhuc matrimonio ex teſtamento ſoceri dos ſit ſoluta, nihilominus marito actio ſupereſt ad dotem perſequendam. *l.* 1. §. *Celſus. ibi, ſi tamen hæc. ff. de dote relegata.* Sequitur ſeptima legati ſpecies.

DE OPTIONE, VEL ELECTIONE legata. CAP. VII.

I. CAVSA EX QVA DAtur optio vel electio legatario.

SI incerta res legata ſit, non certa aliqua ſpecies, regulariter legatarij eſt electio, quam velit accipere: non hæredis, quam dare velit. *Inſtitut. de legatis.* § *ſi generaliter. l. ſi ſeruus.* 105. §. *cum homo. ff. de legat.* 1. *l.* 2. *in prin. ff. de optione leg. l. plane.* 34. §. *fin. ff. de leg.* 1. *l. Lucio.* 23. *ff. de leg.* 2. *item l. qui duos.* 20. *ff. de leg.* 1. *M.I.R. d. c.* 10. *reg.* 75. Porro regulæ propoſitæ exceptiones hæ ſunt. Prima: Niſi legatarius, antequam eligat, deceſſerit: hoc enim caſu deficit legatum iure antiquo. *de quo vide inſr. eod. cap. quæſt.* 2. Secunda: Niſi certa ſpecie legata, non appareat de qua ſenſerit teſtator. *l. legato.* 37. §. *fin. l. ſi quis.* 32. §. *ſi quis plures. l. ſi domus.* 70. *in princip. & l. cum ſeruus.* 39. § *ſcio ex facto. ff. de leg.* 1. *M.I.R. d. regul.* 75. *except.* 1. Huius replicatio eſt: Niſi legatarius probet contrarium, ſcilicet teſtatorem de altera re ſenſiſſe. *d.* §. *ſcio ex facto.* Tertia exceptio eſt: Niſi ita legatum ſit, decem aut quindecim: hoc enim caſu non permittitur legatario electio, ſed minor ſumma debetur. *l. ſi ita.* 44. §. *fin. ff. de leg.* 2. Quarta: Niſi certa pars bonorum ſit legata. hoc enim caſu in arbitrio hæredis eſt, vtrum rerum partes, an æſtimationem velit præſtare. *l. non amplius.* 26. §. *cum bonorum. ff. de leg.* 1. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi earum rerum partes dare velit hæres, quæ ſine damno diuidi non poſſunt. *d.* §. *cum bonorum.* Secunda: Niſi cum res potius quam æſtimationem dare velit hæres, non ſingularum rerum partes det, ſed aliam rem totam, ex alia nihil. reprobatur *ibidem. l. ſeq.* 17. Quinta exceptio eſt: Niſi vinum, oleum, triticum, &c. legatum ſit, nõ adiecta qualitate: tunc enim in arbitrio hæredis eſt, cuius generis oleum velit præſtare. *l. cũ certum.* 4. *ff. de vino tritico legato. Concordat l. fideiuſſorem.* 52. *ff. mandati.* Huius exceptionis replicationes vide *ſupr. lib. prox. cap.* 6. *regul.* 1. *except.* 2. Sexta exceptio eſt: Niſi ita ſit legatum, Stichum Titio do lego, ſi Pamphilum non elegerit. hoc enim caſu non videtur in poteſtate legatarij eſſe Pamphili eligendi. Verum exceptio hæc reprobatur *l. cum ita.* 9. *in prin. ff. de optione legata.* Septima: Niſi altera res ex duabus, quarum optio legata eſt, perierit, vel abſit. hoc enim caſu videtur legatario electio adempta: verum nihilominus vel præſentem vel abſentis æſtimationem poteſt eligere. Exceptio igitur propoſita reprobatur *l. cum res.* 47. §. *ſed ſi Stichus. ff. de legatis.* 1. Octaua: Niſi altera res ex duabus alternatiue legatis ex cauſa lucratiua legatarij eſſe cœperit: hoc enim caſu videtur illi alterius petitio eſſe deneganda. verum reprobatur *l. non quicunque.* 79. §. *fin. ff. de lega.* 1. Nona: Niſi certa aliqua ſpecies legatario ſit ſoluta, vel ſeruo eius præſtita, illo iubente, vel ratum habente. *l. cum incertus.* 13 *ff. d. tt.* Decima: Niſi ſeruũ ab hærede manumiſſum elegerit. reprobatur *l. ſi cum.* 14. *ff. de opt. legata. Concordat l. ſi optio.* 3. *ff. quiẽ à quibus manumiſſi.* Vndecima: Niſi rem quam ſemel repudiauit, poſtea elegerit. reprobatur *l. homine.* 18. *ff. de optione legat.* Duodecima: Niſi eum qui ſub conditione à teſtatore manumiſſus fuerit, optauerit. *l. cũ ita.* 9. §. *fin. ff. eod. tt.* Eius autem replicatio eſt: Niſi conditio libertatis defecerit. *d.* §. *finali.* Decimatertia eſt: Niſi vna re ex pluribus legata, optimam legatarius elegerit. *l. legato.* 37. *in princ. ff. de legat.* 1. *Concordat l. ſi duobus.* 3. §. *ſed etſi quis. ibi, ita tamen. C. communia de legatis. M.I.R. d. regul.* 75. *except.* 4. Decimaquarta: Niſi cum alicui ſeruorum electio legata eſſet, non adiecto numero, pluresquam duos eligat. Hæc exceptio tractatur ac definitur *l.* 1. *ff. de optione legata. M.I.R. d. reg.* 75. *except.* 11. Decimaquinta: Niſi duabus alternatiue legatis, legatarius vtriuſque partem optauerit. *l. ſi ex toto.* 8 §. *fin. ff. de leg.* 1. *Concordat l. ſi quis.* 15 *ff. de leg.* 2. Decimaſexta: Niſi aliam rem quam quæ teſtamenti facti tempore teſtatoris fuerit, elegerit. *Hæc exceptio conſtat ex iis*

quæ dicta sunt supr. lib. prox. cap. 3. reg. 9. except. 4. Sed & approbatur exemplo *l. nomen.* 33. §. *filio. ff. de leg.* 3. Aliud exemplum est *l. vxorem.* 39. §. *testamento. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 75. *exceptione* 13. Contrarium exemplum proponitur *l. vlt. ff. de opt. legata.* Decima septima exceptio est: Nisi electione rei legata, huiusmodi materiæ res nullæ in hæreditate inueniantur. ipso quidem iure subsistit, *M. I. R. d. reg.* 75. *exception.* 5. verum eius replicatio prima est: Nisi aliæ similes res, vel eius generis, quamuis alterius materiæ, sint in hæreditate. *l. Seiæ.* 37. *ff. de auro legato.* Secunda replicatio proponitur & approbatur *l. Titia,* 39. §. *Sempronia. ff. eod. tt.* Decima octaua exceptio est: Nisi non debito tempore optauerit vel elegerit. approbatur simul & declaratur *per ea quæ proponentur infra eod. cap. quæstion.* 4. Decima nona: Nisi semel optatum sit. *l. apud Aufidium.* 20. *ff. de opt. leg. l. serui.* 5. *in princip. ff. de leg.* 1. *& l. si pluribus.* 33. *in fine. ff. eod. M. I. R. d. reg.* 75. *except.* 11. Huius replicatio prima est: Nisi filiusfamilias sine iussu patris optauerit. *l. Iulianus.* 10. *ff. de leg.* 1. Secunda: Nisi alienum seruum vel hominem liberum optauerit. *l.* 2. §. *data igitur. ff. de opt. leg.* Huius duplicatio est: Nisi hæres istum hominem ante electionem alienauerit vel manumiserit. *l. si cum* 14. *ff. eod. tt.* Tertia replicatio est: Nisi homine legato, statuliberum elegerit. *l. cum ita.* 9. §. *quæsitum. ff. de optione legat. M. I. R. d. except.* 10. *repl.* 8. Quarta: Nisi vini electione legata, acetum elegerit. *l.* 2. §. *fin. cum l. sequente. ff. de optione legata.* Huius duplicatio prima est: Nisi id acetum elegerit, quod testator vini numero habuit. *d.* §. *fin.* Altera: Nisi post degustationem acetum elegerit. *d. l.* 3. Quinta replicatio: Nisi legatarius ignorans sibi electionem legatam, rem quam solam sibi legatam putabat, petierit. reprobatur *l. si is.* 19. *ff. de legatis.* 2. Sexta: Nisi hæres non omnes res quarum optio relicta est, exhibuerit. approbatur simul & distinguitur *l. scyphi.* 4. *cum l. sequente. ff. de optione legata.* Exēplum proponitur *l. scilicet.* 3. *ff. eod. tt.* Prima duplicatio est: Nisi legatarius sciens & alias res esse, eas exhiberi non petierit, sed contentus iis quæ exhibitæ fuerint, elegerit. *d. l.* 4. Altera: Nisi sine dolo hæredis non omnes res exhibitæ sint. reprobatur *l.* 5 *ff. eod. tt.* Septima replicatio: Nisi legatarius nondum sumpserit rem, quā dixit se velle. reprobatur *l. apud Aufidiū.* 20. *ff. de optione legata.* Hæc de exceptione decimanona eiusq; replicationibus sint dicta. Vicesima exceptio. Nisi cum duob. electio data esset, alter tantum elegerit. reprobatur *l. si tibi.* 8. §. *vnius. ff. de optione legata. de quo infiā quæstion.* 6. *reg.* 1. Vicesima prima: nisi cum pluribus electio legata esset, illi inter se dissentiant. Hæc exceptio iure quidē antiquo approbatur, reprobatur vero iure nouo, certo tamen modo, *Inst. de legatis.* §. *optionis. ibi, & diligentiore. Cōcordat l. si duob.* 3. *in pr. C. commun. de legatis.* Vicesima secunda: nisi testator vel lex specialiter hęredi electionem permiserit. Hæc exceptio, quoad testatorem approbatur *Instit. de legatis.* §. *si generaliter. ibi, nisi aliud testator dixerit. M. I. R. d. reg.* 75. *exc.* 2. Quando autem lex hæredi electionē concedat, vide in exceptionibus præcedentib. Nunc huius exceptionis propositæ, quando scilicet nō legatario, sed hæredi vel à testatore vel à lege data est electio, replicationes sunt poponendæ. Harum prima est: Nisi hæres actionem habens, pessimam rem velit prę stare. Secunda replicatio est: Nisi hæres rem alienam, vel eam quæ legatario ex aliqua causa possit auferri, præstiterit. *Hæ duæ replicationes propositæ sunt sup. lib. prox. cap* 6. *in prin. reg.* 1. *except.* 2. Tertia replicatio est: Nisi electione serui hæredi data, furem dederit. *l. si generaliter.* 107. *ff. de leg.* 1. *Concordat l. si à subst.* 45. §. *hæres. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi hæres rem dederit, quæ postea est euicta. *l. qui conculinam.* 29. §. *si hæres. ff. de leg.* 3. Quinta replicatio est: Nisi hæres vnam rem soluerit. hoc enim casu electio illi est perempta. Cuius duplicatio esse videtur: Nisi hæres ignorans sibi electionem permissam, alteram rem tanquam debitam per errorem soluerit. sed reprobatur *l. si is.* 19. *ff. de leg.* 2. Sexta replicatio est: Nisi cum pluribus hæredibus electio cōpeteret, illi in eligendo dissentiant. *l. seruo.* 12. *ff. de optione legata.* Septima: Nisi hæres alteram rem ex duabus alternatiue legatis ante electionem alienauerit. reprobatur *l. si quando.* 106. §. *hæres. ff. de legat.* 1. Octaua: Nisi duabus rebus alternatiue relictis, vtram hæres voluerit, altera res perierit vel absit. hoc enim casu hæredi electio est adempta. *l. cum res legata.* 47. §. *sed si Stichus. ff. de leg.* 1. *Concordat l. statuliberum.* 11. §. *fin. ibi, si ante diem. ff. de legat.* 2. Huius replicationis duplicatio est: Nisi hæres, antequam res perierit, dixerit se eam præstare vel e : tunc enim interitu eius rei etiam ab alterius rei præstatione est liberatus. *l. huiusmodi.* 81. §. *Stichum. ff. de leg.* 1. *de quo sup. lib. prox. cap.* 10. *causa* 51. *except.* 8. *replic.* 3. *est dictum.* Nona replicatio est: Nisi hæres debito tempore non dicat, vtram velit præstare. *l. statuliberum.* 11. §. *fin. ff. de leg.* 2. Decima: Nisi semel hæres elegerit. *d.* §. *fin. Concordat l. huiusmodi.* 81. §. *Stichum. ff. de leg.* 1. *M. I. R. d. reg.* 75. *exc.* 7. Huius duplicatio esse videtur: Nisi hæres per errorem alteram rem dixerit se soluturum. reprobari videtur *l. si is.* 19. *in fin. ff. de leg.* 2. Hæc de vicesima secunda exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Vicesima tertia exceptio est: Nisi cuidam tertio testator electionem dederit. *De hac re vide sup. c.* 2. *exc.* 21. Vicesima quarta: Nisi duabus rebus alternatiue relictis, vna tātum res sit in hæreditate. reprobatur exemplo *l. si tibi.* 8. §. 1. *ff. de opt. legat. M. I. R. d. reg.* 75. *except.* 12.

II. QVIBVS DATVR optio vel electio?

1. Regula, hæredibus legatarij. Si legatarius antequam eligat, fuerit mortuus: iure quidem antiquo hæredibus eius non dabatur electio, iure autem nouo datur. *Instit. de legat.* §. *optionis. l. si duobus.* 3. *in princip. C. com. de leg. l. illud.* 19. *ff. de opt. legat. item l. nec semel.* 12. §. *penult. ff. quando dies leg. ced. M. I. R. d. regul.* 75. *except.* 9. *item lib.* 5. *cap.* 1. *reg.* 21. *except.* 10. *replic.* 2. Plane vsufructu aut decem alternatiue legatis, legatario, antequam eligat, mortuo: decem quidem legatum ad hæredes transit, electio vero nequaquam, cum vsufructus etiam electus cum legatario esset extinctus: quod primæ exceptionis loco notandum. *l. si vsusfructus.* 14. *in prin. ff. quando dies legati cedat.* Secunda exceptio est: Nisi duabus rebus alternatiue legatis, altera pure, altera sub conditione sit legata, & legatarius pendente cōditione decesserit. hoc

rit, hoc enim casu ad hæredes electio non transmittitur. *l. cum illud.* 25. *in prin. ff. quando dies leg. cedat.* Alterius tamen rei pure relictæ legatum ad hæredes transit. *de quo vide sup. lib. prox. cap.* 7. *reg.* 1. *except.* 2. *replic.* 7. Hæc de prima regula.

II. Regula: De electione seruo relicta, vtrum domino, an seruo manumisso competat, definitur *l. si Pamphilo.* 10. *ff. de optione leg.* Plura de regula proposita vide *sup. lib. prox. c.* 1. *quæst.* 3. *reg.* 2. *except.* 1. Est enim lex proposita distinctio quædam *d. exc.* 1. *replic.* 3.

III. ADVERSVS QVOS datur hæc actio electionis legatæ?

Etiam aduersus detentorem & possessorem rerum datur, vt res exhibeat eligendas, *l. si tibi.* 8. §. *fin. ff. de optione legata.*

IV. QVANDO COMPETAT electio vel optio?

I. Regula: Ante aditam hæreditatem optando vel eligendo nihil agitur, *l. optione.* 6 *ff. de optio. leg. l. Iulianus.* 10. *ff. de legat.* 1. *item l. si vsusfructus.* 14. *in prin. ibi, quamuis enim. ff. quando dies leg. cedat.*

II. Regula: Pendente legati conditione, optando nihil agitur. *l. cum illud.* 25. *in prin. ibi, nam pendente. ff. quando dies leg. cedat.*

III. Regula, De die à prætore decernendo, intra quem legatario sit eligendum, proponitur *l. mancipiorum.* 6. *in pr. ff. de opt. leg.* Alia diei præfiniendi causa proponitur *l. si tibi.* 8. *in princip. ff. dict. tt.* Propositæ regulæ exceptio videtur esse talis: Nisi non hæres, sed emptor hæreditatis diem legatario petat præfiniri. sed reprobatur *l. si optio.* 13. §. *finali. ff. d. tt.*

IV. Regula: Si ergo legatarius intra diem à Prætore præfinitum non elegerit, postea illi denegatur actio. *quæ regula ex iis quæ iam dicta sunt constat.* Eius autem exceptio est: Nisi die prætorio res adhuc sit integra approbatur simul & exemplis declaratur *d. l.* 6. §. *quid ergo. ff. de opt. leg.* Cuius replicatio est; Nisi in quibusdam res non sit integra; tunc enim etiam eorum in quibus res adhuc integra est, optio denegatur. *l. imo et si.* 7. *ff. eod. tt.*

V. QUAE competat actio? & adfinia remedia, vide *supr. lib. prox. cap.* 10. *reg.* 2.

VI. EVENTVS OPTIONIS & electionis.

I. Regula; Res sit communis legatariorum. *l. si tibi.* 8. §. *vnius. ff. de opt. leg.* Huius regulę exceptio est: Nisi alter legatarius non consentiat in eandē rem, quam alter elegit. hoc enim casu sorte dirimitur contentio, & is cui sors electionem dederit, totam rem quam elegerit habebit, collegatario partis æstimatione præstita. *l. si duobus.* 3. *in pr. C. comm. de lega.* Cuius replicatio est: Nisi alter, antequam consentiat, mortuus fuerit, vel furiosus sit factus. hoc enim casu, quamuis non consentiat, nihilominus res sit communis. *d. l.* 8. §. *vnius. ibi, quod si antè.*

De vindicatione rei electæ.

II. Regula, Re optata & electa, vindicatio eius competit. *l. nec semel.* 12. §. *fin. ff. quando dies legati cedat. M. I. R. lib.* 4. *c.* 10. *reg.* 80. Huius exceptio est: Nisi seruus optatus crimen aliquod commisisse dicatur. hoc enim casu hæres, vt quæstio de eo habeatur, per exceptionem eum retinere potest, *l. his consequenter.* 18. *in prin. ff. famil. ercisc.*

Quid veniat in hanc vindicationem?

III. Regula; Fructus rei electæ, item partus ancillę electæ, & id quod per seruum electum adquisitum est, ad legatarium non pertinet, nisi post moram factam. *de quo sup. lib. prox. c.* 3. 4. & 17. *quæst.* 3. *reg.* 2. *est dictum. M. I. R. d. reg.* 80. eiusq; exemplum proponitur *l. si Eros.* 11. *ff. de opt. leg. Concordat l. seruo.* 15. *ff. eod. tt.* Hactenus de optione legata, septima legati specie. Sequitur octaua species.

DE ACTIONE LEGATA, seu eo quod sibi debetur.

CAP. VIII.

I. AN EX HOC LEGATO detur actio?

SI actionem, seu id quod sibi debetur, testator legauerit, vtile est legatum, daturq; hinc aduersus hæredem actio ad cedendam sibi aduersus debitorem actionem. *Instit. de legat.* §. *tā autem. M. I. R. d. cap.* 10. *reg.* 85. Huius exemplum proponitur *l. cum seruus.* 39. §. *idem Iulianus. ff. de leg.* 1. Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi quid tanquā debitum sit legatum, quod non debetur, seu debitor exceptione se tueri possit. *l. si sic.* 74. §. *si mihi. ff. de leg.* 1. Cuius replicatio prima est: Nisi quantitate adiecta ita sit legatum, Quod Titius debet. Hæc replicatio quamuis in aliis admittatur, *de quo sup. lib.* 12. *cap.* 5. *except.* 46. *replic.* 2. *est dictum*: reprobatur tamen in actione legata *d.* §. *si mihi. ibi, quod si addiderit.* Secunda replicatio est: Nisi naturalis obligatio subsit, & naturaliter debeatur, quod quidem peti non possit, sed solutum possit per exceptionem retineri. *l. cum illud.* 25. §. *hæres. ff. quando dies legati cedat.* Tertia; Nisi debitum iure nouationis sit sublatum. *l. cum filius.* 78. §. *hæres ff. de legatis.* 2. Secunda exceptio est; Nisi cum duo alternatiue testatori deberentur, Stichus puta aut Pamphilus; alterum, puta Pamphilum, qui sibi debeatur legauerit, posteaque Stichum elegerit debitor seu promissor præstandum. *l. si Titius.* 52. *in pr. ff. de legatis.* 2. *Concordat l. si sic.* 74. § *finali. ff. de legat.* 1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi electio non sit promissoris, sed creditoris vel hæredis, à quo legatum relictum est. *l. plane.* 91. §. *si cui Stichus. ff. de legatis.* 1. Tertia exceptio est: Nisi cum duo alternatiue testari deberentur, Stichus puta aut Pamphilus: alteri Stichum, alteri Pamphilum legauerit. *l. quod si quis.* 75. *ff. de legatis.* 1. Quarta: Nisi id quod sibi sub conditione debetur, testator legauerit. *l. legata.* 40. *ff. de condit. & demonstr.* Hæc exceptio satis dura videtur, cum sub conditione debitum emi ac vendi possit. *l. nomina.* 17. *& l. multum.* 19. *ff. de hæred. vel act. vendita.* item donari. *l. spem futuræ.* 3. *C. de donationibus.* Quinta exceptio est: Nisi hæres actionem aduersus debitorem cesserit. *approbatur per ea quæ habentur infr. eodem capit. quæst.* 2. Eius autem replicatio videtur esse talis: Nisi debitor non sit soluendo. sed reprobatur *l. Lucius.* 90. §. *ciuibus. ff. de legatis.* 2. Sexta exceptio est: Nisi testator ipse pecuniam exegerit. *Instit. de legatis.* §. *tam autem, in fine. l. si sic.* 74. §. §. *proinde*

etsi Titio, ibi nam etsi viuus. ff. de legatis 1. *l. Lucius.* 90. *in princip. ibi non etiam id. ff. de legatis.* 2. *M. I. R. dict. reg.* 85 *except.* 2. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non eo animo testator exegit, vt fideicommissum extingueret, debitorve vitro pecuniam obtulit. *l. fideicommissa.* 11. §. *si rem suam. ibi, ergo etsi nomen. ff. de legat.* 3. *M. I. R. d. except.* 2. *replicatione* 3. Plane replicationis propositæ probatio ipsi legatario replicanti incumbit. *quod approbatur l. penult.* §. *fin. ff. de aliment. legat.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi testator pecuniam exactam rursus alij credidit, vel credito destinauit. *l. qui filium.* 62. *ff. de legat.* 3. *Concordat l. Lucius.* 90. *in princ. ff. de legatis,* 2. Septima exceptio est: Nisi testator debitori debitum acceptum tulit. *l. non quocunque.* 79. §. *qui Caium, in fine. ff. de legat.* 1. Octaua: Nisi testator debitum exigi postea vetuit. *l. Lucius.* 90. §. *ciuibus. ff. de legatis.* 2. Huius exceptionis replicatio est: Nisi debitori liberatione legata, id quod fideiussor debet, legatum sit. hoc enim casu hæres legatario litis æstimationem præstare cogitur. *l. damnatus.* 10. *in fin. ff. de liberat. legat.* Nona: Nisi debitum sit solutum, vel alio modo debitor liberatus. *l. si id.* 21. *in princ. ff. de liberat. legata. M. I. R. d. regul.* 85. *except.* 1. Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non ipsi testatori, sed hæredi eius exigenti debitum sit solutum. *d. l.* 21. §. *sed si sub.* Secunda: Nisi facto hæredis debitor sit liberatus. approbatur exemplo. *l. qui quos.* 13. *in prin. ff. de legat.* 2. *M. I. R. d. except.* 1. *replic.* 1. Alias propositæ exceptionis replicationes vide *supra except.* 6. Decima exceptio est: Nisi testator debitori hæres extiterit. *d. l.* 21. §. 1. Vndecima exceptio proponitur ac reprobatur *l. qui duos.* 13 *in princ. ff. de legatis* 2.

II. QVID VENIAT IN hanc actionem?

1. Regula: Aduersus hæredem testatoris actio ex testamento datur, vt legatario aduersus debitorem actionem mandet. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. eod. c. in princ. l. seruum.* 44. §. *eum qui, in fin. ff. de leg.* 1. *l. si sic.* 74. §. *proinde etsi, in fine. & §. si quis ita. ff. d. tt. l. legatum.* 102. *ff. de leg.* 1. *& l. si damnatus.* 10. *in princ. ff. de liberat. legat.*

11. Regula: Interdum datur actio aduersus hæredem, vt ipse contra debitorem experiatur, & id quod consecutus fuerit, legatario præstet. Huius exemplum vide *sup. hoc cap. except.* 2.

111. Regula: Interdum legatario æstimatio nominis ab hærede præstanda est. Cuius exemplum proponitur *l. quod si quis.* 75. *ff. de legat.* 1. Aliud *l. qui duos.* 13. *in prin. ff. de legat.* 2. Item aliud *l. si damnatus.* 10. *in fine. ff. de liberat. legata.*

1v. Regula, De debito, cuius dies mortis testatoris tempore nondum venit. Illud non debetur legatario. approbatur cum conditione *l. si scripsisset.* 47 *ff. de legat.* 2. *M. I. R. l. b.* 4. *cap.* 10. *reg.* 86.

v. Regula, De vsuris debiti, proponitur *l. nomen.* 33. *in prin. ff. de legat.* 3.

III. ADFINE REMEDIVM.

Legatarius omissa actione ex testamento aduersus hærédem, vtilem etiam habet actionem aduersus debitorem. *l. ex legato.* 18. *C. de legatis.*

DE LIBERATIONE LEGATA.

CAP. IX.

NOna legati species est, legatum liberationis: de quo in hoc Capite agendum.

I. AN HOC LEGATVM LIBERationis vtile sit, & ex eo actio detur, vel exceptio?

Regulariter quidem vtile est, paritque tam actionem, quam exceptionem. *l.* 1. *in princ. ff. de liberatione legata. l. liberationem.* 3. *in princ. ff. d. tt. Instit. de legatis.* §. *si quis debitori. l. cum necessitatem.* 18. *C. de fideicommissis. M. I. R. d. cap.* 10. *regul.* 88. Nunc regulæ huius exceptiones sunt proponendæ. Prima: Nisi non totum debitum sit remissum, sed pars eius. reprobatur *l. non solum.* 7. *in princ. ff. de liberat. legat.* Secunda: Nisi plus remissum sit, quam debetur. reprobatur *d. l.* 7. §. *sed etsi.* Tertia: Nisi debitum nullum sit, creditorque petens exceptione submoueri possit. *si l. creditor.* 13. *in princ. ff. de liberat. legat.* Exemplum proponitur *l. petitor.* 30. *ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi spes sit debitum iri. *l. videamus.* 27. *ff. de liberat. legata. Concordat l. si quis.* 5. §. *idem Iulianus. ibi, & parui. item ibi, nam & hunc, licet. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi certa res vel summa tanquam debita, quæ debita non est, expressa sit & remissa, reprobatur *l. legaui.* 25. §. *quod si etiam. ff. de liberat. legata. Concordat l. si sic.* 74. §. *si mihi. ff. de legat.* 1. Quarta exceptio sumitur ex causa debiti, ac reprobatur. Nihil enim interest, ex qua causa debeatur id quod remittitur. *l. non solum.* 8. §. *fin. ff. de liberat. legata.* Sed & si debeatur conditione indebiti, valet legatum. *l. creditori.* 24. *ff. de legat.* 3. Quinta exceptio: Nisi non testatori, sed hæredi vel alij debeatur. reprobatur *l. non solum.* 8. *in prin. ff. de liberat. legat.* Huius exemplum proponitur *l. si debitor.* 11. *in princip. ff. de liberat. legat.* Aliud *l. legaui.* 25. *ff. eod. tt.* Sexta exceptio est: Nisi non capaci liberatio sit legata. Cuius elegans replicatio proponitur *l. si is.* 29. *ff. de liber. legata.* Septima exceptio est: Nisi debitori qui non est soluendo, liberatio legata sit. Hæc videtur subsistere *ratione l. si creditor.* 13. *in princ. ff. de liber. leg.* verum reprobatur *l. Nesennius.* 22. §. *fin. ff. ad leg. Falc. Concordat l. quærebatur.* 81. §. *sed cum debitori. ff. d. tt.* Octaua exceptio: Nisi non directis verbis liberatio sit relicta. reprobatur *per ea quæ dicta sunt sup. lib.* 12. *cap.* 6. *except.* 75. Quibuscunq; igitur verbis liberatio sit relicta, nihil interest. *Cui concordat l. legaui.* 25. *in prin. ff. de liber. leg.* Sed & si testator ad debitorem scrij sit hæc verba, Contentus sis ista re quam mihi debes: liberatio legata censetur. *l. cum quis.* 35 §. *nuptura, in fin. ff. de legat.* 3. Itē, si hæres dotem, quam debet maritus, ei restituere iussus est, perinde est ac si iussus sit hæres dotem non repetere. *l. cum pater.* 79. §. *mater. ff. de legat.* 2. Sed & alia huiusmodi forma debiti rem tenendi proponitur *l. pater.* 17. §. *auus. ff. de doli mali except.* Item, si testator scripsit, solutam esse pecuniam quæ soluta non est, debitori liberatio legata censetur, nisi contrarium probetur. *l.* 1. *C. de falsa causa adiecta. Concordat l. si dotem.* 4. *C. d. tt.* Sed & interdum, si creditor debitori pignus reddi iussit, liberatio quoque legata censetur. *l.* 1 *ff. de liber. leg. de quo infr. quæst.*

quæst. 4. Postremo, si quis eum quem ab hostibus redemit, sibi ipsi legauerit, liberatio pignoris intelligitur legata. *l. senatus.* 43. §. *fin. ff. de leg.* 1. Nona exceptio: Nisi ad tempus liberatio sit legata. reprobatur *l. non solum.* 8. §. 1. *ff. de liber. leg. Concordat Inst. de legat.* §. *si quis debitori.* Huius exemplum proponitur *l. Aurelius.* 28. §. *centum. ff. de liber. leg.* Decima: Nisi sub conditione liberatio sit legata. *l. pure.* 5. *in prin. ff. de doli mali except.* Cuius exceptionis replicatio est: Nisi hæres debitum petens, non caueat debitori, conditione legati existente, pecuniam se redditurum. *d. l.* 5. *in princ.* Sane si non exacta cautione debitor soluerit, existente conditione legati, nihilominus illi ex testamēto actio cōpetit: *de quo inf. ex.* 12. *repl.* 2. *dupl.* 2. Vndecima exceptio est: Nisi debitori debitum sit remissum. ipso quidem iure valet, verum eius replicatio est: Nisi non per acceptilationem sit remissum, sed nudo tantum pacto. *l. liberationem.* 3. §. *nunc de effectu. ff. de liberat. legat.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum duo eandem pecuniam deberent, testatori vni liberationem legauerit: hoc enim casu sufficit eum pacto liberari, ne simul liberetur & alter. *d.* §. *nunc de effectu. vers. sed etsi cum alio. l. si quis.* 5. §. 1. *& §. idem Iulianus. ff. eod tt. item l. si damnatus.* 10. *ibi, paciści debet. ff. eo. tt.* Propositæ duplicationis triplicatio prima est: Nisi ijqui eandē pecuniam debent, socij sint, vel alio modo aliter soluēs, aduersus alterum habeat regressum. tunc enim, vni aduersus quem alteri datur regressus, liberatio legata est, non pacto, sed acceptilatione est liberandus. *approbatur l. liberationem.* 3 §. *nunc de effectu. vers. sed quid si socij. ff. de liber. legat.* Exemplum proponitur, simul & distinguitur *l. si quis.* 5 *in princ. & §. quod si fideiussor. & l. si damnatus.* 10. *in fin. ff. eod. tt.* Secunda propositæ duplicationis triplicatio est: Nisi filiofamilias liberatio sit legata. hoc enim casu, quamuis pater eius eandem debeat pecuniam, nihilominus tamen acceptilatione liberandus est filius. approbatur simul & distinguitur *l. si quis.* 5. §. *sed si damnatus. ff. de liber. legata.* Duodecima exceptio est: Nisi debitum sit solutum. *l. non solum.* 7. §. *liberatio. ff. de liberat. legat. l. si id.* 21. *in princ. item l. cum hæres.* 24. *in pr. ff. eodem tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum testator pecuniam exegisset, ita legauit, Quidquid mihi debuit, dari volo: non, Quod mihi deber. approbatur sub conditione *l. creditor.* 31. *in princ. ff. de liberat. legata.* Cuius duplicatio est: Nisi testator per errorem & ignorantiam debitum solutum esse ita legauit, Quidquid mihi debuit, dari volo. tunc enim actio legati est deneganda. *d. l.* 31. Secunda replicatio est: Nisi nō testator, sed hæres pecuniam exegit & recepit. approbatur, certa tamen conditione, *l. cum hæres.* 24. *ff. de liberatione legata. Concordat l. non solum.* 7. §. *liberatio. vers. vnde quærit. ff. eod. tt.* Propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi cum hæres debitorē suum liberare iussus esset, ante apertas tabulas ei ab eo sit solutum. *l. cum hæres.* 24. *in prin. ff. de liberat. legat.* Secunda: Nisi cum sub conditione liberatio legata esset, hæres pendente conditione debitum exegit. Hoc enim casu videtur, cum hæredi ante legati conditionem existentem liceat debitum exigere, *secundum ea quæ dicta sunt paulo superius except.* 10. hæredi solutum, postea existēte legati conditione non posse repeti. Verum duplicatio hæc reprobatur *l. non solū.* 7. §. *fin. ff. de liberat. legata. Concordat l. si id.* 21. §. *fin. ff. eod. tt.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cum sub conditione deberet, ante existentem conditionem soluerit, hoc enim casu aduersus liberationem legatam non proficit proposita solutionis exceptio. *l. si quis.* 5. §. *idē Iulianus. versic. huic patri. ff. de liberat. leg.* Decima tertia exceptio est: Nisi alia ratione liberatus sit debitor. *l. si id.* 21. *ff. de liberat. legata.* Decima quarta: Nisi postea debiti nouatio sit facta. approbatur *ratione exceptionis proxime præcedentis.* Eius autem replicatio est: Nisi testator in priore voluntate manserit. *l. vltima.* §. *final. ff. de liberatione legata.* Decima quinta exceptio: Nisi hæres debitori nondum debitum accepto tulerit. reprobatur *l. si creditoris.* 17. *C. de fideicommissis.* Hactenus de prima huius capitis quęstione, an legatum liberationis sit vtile, & ex eo detur actio vel exceptio.

II. QVIBVS ACTIO VEL exceptio ex liberatione legata competat?

Huius loci regula prima est de hæredibus debitoris; quibus, quemadmodum & ipsi debitori, liberatione legata, tam actio quam exceptio competit. *Inst. de legat.* §. *si quis debitori. l. non solum.* 8. §. 1. *& §. si verba. ff. de liberat. legata. item l. si quis.* 15. *in princip. ff. d. tt. M. I. R. lib.* 4. *cap.* 10. *reg.* 89. Huius regulæ exceptio est: Nisi legatum sit personale, vt testator solum debitorem liberari voluerit, non eius hæredem. *d. l.* 8. §. *tale legatum. Concordat l. Aurelio.* 20. *in princip. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi hæres testatoris ab ipso debitore viuo debitum exigere tentauit. tunc enim & hæres debitoris exceptionem habet. *d.* §. *tale legatum. ibi, si nihil viuo.*

11. Regula: Vni eo promittendi vel tutori liberatione legata, alter reus vel tutor non liberatur. *l. creditor.* 31. §. *Titia. ff. de liber. legata. Concordat l. liberationem.* 3. §. *nunc de effectu. ff. d. tt.*

111. Regula: Fideiussori liberatione legata, reo non datur exceptio. *l.* 2. *ff. de liber. legata. M. I. R. d. cap.* 10. *reg.* 90.

1v. Regula: Debitori liberatione legata, liberatur & fideiussor. *d. l.* 2. *Concordat l. si quis.* 5. *in princ. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 89.

v. Regula: Si filius familias debeat, patri liberatione legata, non liberatur filius: contra tamen filiofamilias liberatione legata, liberatur & pater. *d. l.* 5. §. *idem Iulianus. Concordat l. post emancipationem.* 6. §. *illud quæri. ff. d. tt.*

vi. Regula: Pupillis liberatione legata, non liberatur tutor. *l. Aurelius.* 28. *in princ. ff. de liberatione legata.*

III. ADVERSVS QVOS LIBEratione legata actio vel exceptio competat?

De hærede hæredis vel eius qui vetitus est debitum petere, proponitur regula *l.* 2. §. *fin. ff. de liberatione legata.*

IV. A QVO DEBITO LIberatio contingat?

M. I. R. dict. cap. 1. *regul.* 91.

1. Regula, De debito quod post testamentum factum

factum accessit. Ab eo debito non contingit liberatio. *l. Aurelius. 28. §. testamento. & §. Titius Seio. ff. de liberatione legata.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi posterius debitum ex priore nascatur, veluti vsurarum: tunc enim eius quoq; liberatio legata censetur. *d. l. 28. §. legatum. Concordat l. creditor. 31. §. Caio Seio. ff. d. tt.* Secunda: Nisi postea nouatione prioris debiti facta, alia summa sit adiecta. nã huius summæ postea adiectæ liberationem quoque legatam esse videri potest. verum reprobatur *d. l. 31. §. finali.*

II. Regula: Si pignoris liberatio legata sit, vtrum etiam debitum principale remissum videatur, definitur *l. 1. §. Iulianus. ff. de liberat. legata. Concordat l. vxori. 32. §. fin ff. de legat. 3. Concordat l. post pignus. ff. de pactis.*

III. Regula: Si ei qui duplici actione eiusdem pecuniæ nomine tenetur, liberatio sit legata, vtraque actio ei remissa videtur, nisi contrarium actum probetur, approbatur exemplo *l. si quis. 5. §. fin. ff. de liberatione legata.*

IV. Regula: Si patri qui de peculio tenebatur, liberatio sit legata, quid veniat in actionem ex testamento, definitur *l. post emancipationem. 6. in prin. ff. de liberatione legata.*

V. Regula: Si cum Stichus aut decem deberentur, Stichum petere hæres vetitus sit, etiam in decem liberatio contingit. *l. non solum. 7. §. 1. ff. de liberatione legata.*

VI. Regula: Si ad tempus liberatio relicta sit, eius temporis nec vsuræ nec pœnæ exigi possunt. *l. non solum. 8. §. videndum. ff. de liberat. legat.*

VII. Regula: Si negociorum gestorum actio remissa sit, vel rationes reddere quis vetitus sit, id quod dolo vel fraude gestum est, remissum non videtur, *d. l. 8 §. si hæres. Concordat l. Lucius. 12. item l. si quis. 9. ff. d. tt.* vbi etiam propositæ regulæ proponitur exceptio. *Concordat item l. si seruis. 116. ff. de leg. 1. l. cum tale. 70. §. Titius, in fin. ff. de condit. & demonstr. item l. Aurelio. 20 §. fin. ff. de liber. legat. M. I. R. d. c. 10, reg. 92.* Exceptio est: Nisi filius patri liberationem legauerit. *l. Aurelius. 28. §. Titius testam. ff. de liber. leg.*

VIII. Regula, Si quis rationes reddere vetitus sit, ea quæ exegit & accepit, remissa ei non videntur, nec etiam ea quæ ante debuit *d. l. 9. & d. l. 12. ff. d. tt. l. si seruus. 116. ff. de legat. 1. l. Aurelio. 20. §. fin. ff. de liberat. legata. l. dominus. 23. §. fin. ff. de pecu. leg. itẽ l. creditor. 31. §. inter cætera. & §. Titia. ff. de liber. leg. & l. Aurelius. 28. §. Mæuia. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 92.* Plane regulæ propositæ exceptio est *d. l. 28. §. Titius testamento.* Sed & exceptio eius proponitur *d. l. 28. §. Sticho testamento.*

IX. Regula: Si rationes reddere quis vetitus sit, non tamen ob id, quod nomine testatoris credidit, ei legatum videtur. *l. procurator. 23. ff. de liberat. legata.*

X. Regula: Si rationes reddere quis vetitus sit, nihilominus libros rationum restituere tenetur. *l. creditor. 31. §. inter cætera. ff. de liber. leg.*

XI. Regula: Si ei cui fundum vel habitationem ad tempus locauit testator, liberationem legauit, quid debeatur, definitur *l. si cui. 16. cum duab. ll. seqq. ff. de liberat. legata.*

XII. Regula: Si negociorum gestori liberatio sit legata, & pecunia quæ ei credita est, vel quam ille nomine testatoris alij credidit, remissa ei videtur. *l. cum ita. 19. ff. de liberat. legata.* Diuersum est, si rationes tantum reddere vetitus sit. hoc enim casu pecunia ab eo credita non continetur: *de quo paulo superius regula 9.*

XIII. Regula: Liberatione eius quod testatori debetur legata, id quod seruis eius debetur, remissum non videtur. *d. l. 19. vers. simili.*

XIV. Regula: Si actio tutelæ remissa sit, quid remissum sit, definitur *l. Aurelius. 28. §. Titius testamento. ff. de liberat. legata.* Plane regula proposita nihil aliud est, quam exceptio regulæ 7. & 8. ad quam deferenda.

XV. Regula: Si liberatione legata, postea vsuras debiti exigi prohibuerit testator, à sortis liberatione videtur recessum. *d. l. 28. §. testamento. ff. de liberat. legata.*

XVI. Regula: Si quis rationes reddere vetitus sit, quid legato isto contineatur, æstimationi iudicis relinquitur. *d. l. 28. §. filias.* Sane quid hoc legato contineatur, si quis rationes reddere sit vetitus, apertius indicatum est *sup. reg. 7. cum tribus legib. seqq.* sed & definitur hoc *l. si seruus. 116. ff. de leg. 1. M. I. R. d. reg. 92.*

XVII. Regula: Liberatione legata, ea quæ testator in domum legatarij transtulit, legato non continentur, nisi contrarium testatorem voluisse probetur. *l. Titia. 35. §. Caius. ff. de legat. 2.* Plura de regula proposita vide *sup. eod. cap. reg. 8.*

XVIII. Regula: Actione tutelæ contraria pupillis à tutore remissa, non continetur actio aduersus alium tutorem. *l. Aurelius. 28. in princip. ff. de liberat. legata.*

XIX. Regula: Liberatione legata, id quod testator viuus exegit, non debetur, *de quo vide sup. eo. c. quæst. 1. except. 12.*

XX. Regula: Si is qui rogatus est liberare debitorem suum, minus ex testamento percipiat, quam sibi debetur: vsque ad quantitatem eius quod rogatus ex testamento percipit, debitori competit liberatio. *l. 2. §. fin. C. de his quæ sub modo.* De hac re vide plura *sup. lib. 12. cap. 4. except. 40.*

V. QVOD REMEDIVM competat liberatione legata?

Tam actio competit ad liberandum, quam exceptio ad absoluendum. *l. liberationem. 3. §. nunc de effectu. ff. de liberatione legata. l. quod mihi. 12. ff. d. tt. l. doli. 88. ff. de doli mali excepti. Instit. de legatis. §. si quis debitori. & l. cum quis, 35. §. nuptura. ff. de legatis. 3. M. I. R. d. cap. 10. reg. 93.*

Ad fine remedium est ex conducto actio: quod proponitur & approbatur *l. si ei. 16. cum l. seq. ff. de liberat. legata.*

DE PECVLIO LEGATO. CAP. X.

Decima legati species est legatum peculij: de quo nunc agendum.

I. AN EX HOC LEGATO detur actio?

Regulariter actionem ex eo dari, dubium non est. Verum eius exceptio prima: Nisi prius peculium seruo legatum sit, quam libertas adscripta. reprobatur. *l. quidam. 14. ff. de peculio legato.* Secunda: Nisi peculium legatum sit, non deducto ære alieno

alieno. reprobatur *l. si peculium. 6. §. 1. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi nihil sit in peculio. reprobatur *l. ei quoque. 11. ff. de peculio legato.* Quarta: Nisi seruo cum peculio legato, seruus mortuus sit. tunc enim etiam peculij legatum extinguitur. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. lib. 12. cap. 10. caus. 51. except. 8. replic. 1.*

II. QVID LEGATO PECVLIO in actione veniat?

M. I. R. lib. 4. cap. 9. reg. 83.

I. Regula, De eo quod peculio accessit vel decessit. Id legatarij lucro vel damno est. *Instit. de legatis. §. si peculium. Concordat l. peculium. 67. in prin. ff. de legat. 2.* Propositæ regulæ exceptio est: Nisi post mortem testatoris peculium augeatur. tunc enim augmentum legatario non cedit. cuius exceptionis duæ sunt replicationes, quarum prima est: Nisi peculium ipsi seruo, non extraneo sit legatum. Secunda: Nisi augmentum ex ipsis rebus peculiaribus accesserit. Hisce enim duobus casibus augmentum, quãuis post mortem testatoris accesserit, legatario debetur. Quæ duæ replicationes cum sua exceptione approbantur *Inst. d. §. si peculium. Concordat l. denique. 8. §. vtrum autem. ff. de peculio legato. l. penult. ff. de peculio, item l. si hæreditas. 28. §. statuliber. ff. de statuliberis.*

II. Regula: Peculio legato, vicarij quoq;, & vicarij vicariorum continentur. *l. si seruus. 25. ff. de peculio legato.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vicariis quoq; libertas simul & peculium legatum sit. *l. si peculium. 6. § si seruus ff. eod. tt.* Secunda: Nisi vicarius manumissus sit. *l. si peculium. 10. in prin. ff. de manumiss. testam.*

III. Regula, De seruo peculiari manumisso. Hic peculio legato non continetur, *vt ex iam propositis constat.* Huius regulæ exceptio est: Nisi inutiliter sit manumissus: Quæ quidem exceptio valet, verum eius replicatio est: Nisi legatarius ipse seruum viuo adhuc testatore manumiserit. *l. cum dominus. 19. §. fin. cum leg. seq. ff. de peculio legato.*

IV. Regula, De rebus peculiaribus alij legatis. Hæ peculium minuunt. approbatur exemplo *l. denique. 8. §. item si seruo. ff. de peculio legato. Concordat l. dominus. 22. § final. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi non specialiter res aliqua peculiaris alij legata sit, sed generaliter, veluti ancillæ omnes, cum ancilla esset in peculio. hoc enim casu res peculiaris, quæ comprehenditur sub illo genere rerum alij legatarum, non minuit peculium. approbatur exemplo *l. seruo. 15. ff. eod. tt.*

V. Regula: Peculio legato, id quod domino eiusque seruis ac liberis aut hæredi debetur, deducitur. *l. si peculium. 6. in princ. ff. de peculio legato.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi dominus seruo debitum remiserit. *d. l. 6. §. 1. in fine.* Secunda: Nisi dominus non peculium, sed specialiter singulas res quæ in peculio sunt, legauerit. *l. si peculium. 10. ff. d. tt.* Tertia: Nisi seruo eiusdem peculij debeatur. *l. id quod. 9. in princ. ff. de peculio legato* Quarta: Nisi ob defensionem vicarij debeatur, & nõ seruus legatarius, sed vicarius serui, seu seruus peculiaris domino debeat. *l. Stichus. 16. & l. si Sticho. 21 ff. de pecul. legato.* Quinta: Nisi non ipsi domino, sed seruus eius conseruo suo debeat. reprobatur *l. si peculium. 6. in princ. ff. de peculio legato. Concordat l. denique. 8. §. 1. ff. d. tt.* Sexta: Nisi ob hoc debeat, quod conseruum suum vulnerauerit, vel deteriorem fecerit. reprobatur *l. id quod. 9. §. 1. ff. de pecul. legato.* Septima: Nisi ob id debeat, quod seipsum seruus vulnerauerit vel occiderit. *d. l. 9. §. fin.* Octaua: Nisi soluerit seruus hæredi. *l. dominus. 22. in princip. ff. de peculio legato.* Nona: Nisi non testatori, sed hæredi eius debeatur. reprobatur *l. si peculium. 6. §. fin. ff. de peculio legato. Concordat l. denique. 8. in princip. ff. d. tt.* Decima: Nisi res peculiaris alij sit legata. hæc enim ob debitum domini deminui non debebit. *l. si Sticho. 21. ff. de peculio legato.* Vndecima: Nisi omne peculium reddere iussus sit hæres. Hæc exceptio videtur approbari *l. Thais. 41. §. item quæro. ff. de fideicommiss. libert.* Duodecima: Nisi seruus liber factus debere cœperit. *l. dispensatorem. 62. ff. de solutionibus.* Decimatertia: Nisi seruus, cui libertas simul & peculium legatum est, ante aditam hæreditatem quid à debitoribus hæreditariis exegit: hoc enim debitum deducendum non est. approbatur simul & distinguitur *d. l. 62.*

VI. Regula, De eo quod conditionis implendæ causa dandum est. E hoc ex peculio deducẽdum. *l. denique. 8. §. itẽ quæritur. ff. de peculio legato.* Huius regulæ exceptio est: Nisi cum seruus non hæredi, sed alij dare iussus esset, hæres eum prohibuerit quo minus alij daret. reprobatur *l. si peculium. 10. in prin. ff. de statuliberis.*

VII. Regula: De eo quod seruus hæredi debet deducendo, vide *paulo superius reg. 5. except. 9.* De eo quod seruus hæredi vendidit de peculio deducendo, regula proponitur *l. denique. 8. §. item quæritur, in fin ff. de peculio legato.*

VIII. Regula, De eo quod dominus seruo debet. Hoc auget peculium. *l. si peculium 6. § sicut. ff. de pecul. legato. Concordat l. dominus. 23. §. testamẽto. ff. eod. tt.*

IX. Regula, De eo quod dominus scripsit se seruo debere. Hoc peculio legato non cedit. *l. si peculium. 6. §. penult. ff. de peculio legato.*

X. Regula, De pecunia, quam seruus domino pro libertate dedit, quatenus ea peculio legato cedat, definitur *l. seruus. 6. ff. de manumiss. Concordat l. denique. 8. §. his consequenter. ff. de peculio legato.*

XI. Regula, De eo quod hæres seruo debet. Id quoq; peculio legato cedit. *l. peculio. 5. ff. d. tt.*

XII. Regula, De rebus quas seruus in professione peculij non edidit. Hæc peculio legato nõ cedunt. Quæ regula approbari videtur *l. cum dominus. 19. in princ. ff. de peculio legato.*

XIII. Regula, De actionibus aduersus debitores peculiares cedendis, proponitur *d. l. 19. §. 1.*

XIV. Regula, De actionibus aduersus debitores, pro quibus seruus soluit, cedendis, proponitur *l. dominus. 23 in princ. ff. de peculio legato.*

XV. Regula huius loci habetur *l. vltima. ff. de peculio legato.* Hæc de secunda huius capitis quæstione sint dicta.

III. EVENTVS HVIVS legati.

I. Regula: Peculio legato, hæres ante cessionem nihilominus actiones habet aduersus debitores peculiares. *l. peculio. 5. ff. de peculio legato.*

II. Regula: Creditoribus peculiaribus nihilominus aduersus hæredem, nõ legatarium datur actio,

actio, & ob id hæredi de indemnitate à legatario cauendum *l.si seruo.18.ff.de peculio legato. Huic concordat l.qui peculium.17.ff.d.tt.* Contradicere videtur *l.1.§.per contrarium.ibi, & differentiam.ff. de dote relegata.* Hactenus de peculio legato, decima legati specie. Sequitur vndecima species, de legato familiæ relicto.

DE LEGATO FAMILIÆ relicto, vel ne alienetur.

CAP. XI.

I. CAVSA, EX QVA DATUR huius legati nomine actio.

SI legato familiæ relicto, vel ita ne alienetur, res legata fuerit alienata: tunc aliis eius familiæ datur actio ad repetendam rem alienatam. *Quæ causa approbatur l.peto.71.§.fin. ibi, sed si domus. ff.de legatis 2. Concordat l.sancimus.7. C. de rebus alienis non alienandis.M.I.R.lib.4.cap.10.reg.81.* Huius autem causæ exceptiones sunt. Prima exceptio est: Nisi in legato nõ alienandi causa non sit expressa. approbatur simul & distinguitur *l.filiusfamilias.111. §.diui Seuerus. ff.de legat.1.l. pater.36. §.Iulius Agrippa.ff. de legat.3. Concordat item iisdem fere verbis l.Lucius.91. in princip.ff eod. tt. M.I.R.dict. regul.81. except.2.* Secunda: Nisi res per vniuersitatem ad alium transeat. reprobatur *l.peto. 71. §. fratre.ibi, vel extero hærede instituto decesserit. & §. prædium, in fine.ff.de legat. 2. l.si quis.8. §. cæterum. C. de secundis nuptiis.l.Lucius.90. §.penult. ff. de legat. 2. item l. ita quis.135. §.ea lege.ff. de verborum obligationibus.M.I.R.d.reg.81.except.3.* Contradicit *l. quædam.62.ff.de adquir.rerum dom. l.pater.36.§.Iulius.§. fundum.item §.quindecim. & l.Lucius.91.in princ. ff. de legat.3.Cõtradicit denique Nouell.const.159.§.vnde tametsi testamentum.* Hanc antinomiam aliis soluendam relinquo. mihi quidem videtur exceptio proposita reprobanda potius, quam approbanda. Tertia exceptio est: Nisi necessitate vrgente, & creditoribus bona distrahentibus, res alienari prohibita alienetur. *l.filiusfamil.111.§.diui, in fine.ff. de legat.1.* Huius replicatio est: Nisi hæredis bonis venditis, hæres postea sit mortuus: tunc enim nihilominus emptores ad istam rem restituendam ex fideicommisso conueniri possunt. *l.peto. 71.§.prædium.ff.de legat. 2.* Quarta exceptio est: Nisi res alienari prohibita, vni è familia sit alienata. *l.pater. 36. §. quindecim. ff. de legatis. 3. M.I.R. d.regul.81.except.6.* Qui autem in familia connumerentur, & per consequens locum faciant huic exceptioni, vide *inf.quæst.2.reg.1. cum sequentibus. Concordat l.voluntas.4.C.de fideicommiss.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum hæres rem vni è familia legasset, eum rogauerit, vt eam alicui extero restituat hoc enim casu exterus, cui res ex causa fideicommissi restituta est, de ea restituenda potest conueniri. *l.si vnum.69. §. sed etsi fundum.ff.de legat. 2.* Secunda replicatio est: Nisi vni tantum, non omnibus è familia res sit relicta. *l.filiusfamil.111.§.cum pater.ibi, sed si omnes.ff.de legat. 1. Concordat l.si vnum.69.§.1. ibi, itaque si cum forte. ff.de legat.2. item l. is qui.92. ff. de legat.3.* Quinta exceptio est: Nisi omnium, quibus ex fideicommisso actio cõpetit, consensu res alienetur. *l. quoties.11.C.de fideicommiss.l.nihil.117.§.omnibus.ff.de legat.1.M.I.R.d.reg.81.except.13.* Sexta: Nisi ij, quibus actio hæc competit, ei qui alienauit hæredes existant, vel legata ab eo acceperint. hoc enim casu ratam alienationem habere coguntur. *l.ex qua. 191.ff.de regulis iuris.* Proinde etsi legatum relictum sit ei cui competit hæc actio, rogatusque sit rem alienari prohibitam extero præstare, fideicommissum valet. *l.si vnũ.69. §. sed etsi fundum. ibi, ita demum peti posse.ff.de legat.2.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi nõ omnes quibus competit actio, alienanti hæredes existant: tunc enim nihilominus datur actio his qui hęredes nõ sunt. *de quo infra quæst.2.regul.1.exc.5.* Septima exceptio est: Nisi nemo è familia supersit. *l.cum pater. 79. §. libertis, in fine.ff.de legat.2.* Octaua: Nisi cum filiis re aliqua relicta, prohibuisset ne ista alienaretur, nulli alij filij eius gradus supersint. tunc enim extinguitur fideicommissum, quamuis alij eius familiæ sint. *Nouell.const.159.M.I.R.d.reg. 81. except. 7.* Nona: Nisi nulli eius familiæ intra quartum gradum supersint. tunc enim, quamuis familię legatum relictum sit, tamen iis qui vltra quartũ gradum supersunt, non datur petitio fideicommissi. *Nouell.const.159.M.I.R.d.regul.81.except.9.* Decima exceptio est: Nisi actor non caueat, se vlteriorib. eius familiæ post mortem suam restituturum. *l. peto.71.§.fin.ff.de legat.2.* Vndecima: Nisi non ipsam domum alienauit, sed pensiones eius creditori suo delegauerit. *l.Lucius.90. §. instituto. ff. de leg.2.* Duodecima: Nisi tantum pignori obligauit, vel seruitutẽ imposuerit. reprobatur *l.sancimus. 7. C. de rebus alienis non alienandis.* Decimatertia: Nisi ob debitum hæreditarium prædia pignori obligauit, vel distraxit. approbatur certo modo. *l. pater.36.in prin.ff.de legat.3.*

II. QVIBVS DATVR EX hoc legato actio?

Huius loci prima regula est, Quod omnes eius familiæ admittantur ad petitionem fideicommissi. *l.peto.71.§.fin.ff.de legat.2.M.I.R.d. cap.10.reg. 82.* Declaratur hæc regula definitione familiæ, *l. vltim.C.de verb.signific.* Aliam familiæ definitionem vide *l.pronunciatio.195.cum l.seq.ff.eod tt.* Plane regulæ propositæ exceptio prima est: Nisi actor qui est de familia, gradu sit remotior, quem alij gradu antecedant. *d.l 71.§.fin.ff.de leg.2.M.I.R.dict. reg.82.excep.1.* Huius replicatio prima est: Nisi testator vlterioris gradus personas nominauerit. *l. cum ita.33.§.fin.ff.de leg.2.* Secunda replicatio est: Nisi proximioris gradus personæ decesserint. *l. peto.71.§.fin.ff.eod.tt. ibi, quod si cautio non fuerit.* Secunda exceptio est: Nisi actores nõ fuerint in vita tempore mortis testatoris, nec ex iis qui tunc vixerint, primo gradu fuerint procreati. approbatur simul & distinguitur *d.l 33. § fin.* Tertia: Nisi actores vltra quartum gradum defuncto testatori cognati fuerint. *Nouell.const.159.* Quarta: Nisi actores emancipati fuerint. reprobatur *l.peto. 71. §.fin.ff.de legat 2. Concordat l.filiusfamil 111. § cum pater.ibi, quod euenit.ff.de legat.1.* Quinta: Nisi quidam ex actoribus hæredes rogato existant, quidam non existant ei hæredes: hoc enim casu illis solis qui hęredes eius non sunt, cõpetit actio, aliis nõ competit. *d.§.cum pater.* Ratio huius exceptionis propo-

posita est *supra eodem capite, except.6.* Plane hæredes instituti partem faciunt, ita vt exhæredati, non nisi pro reliqua parte rem alienatam ex causa fideicommissi petere possint. *l.si vnum.69. §.1. ff.de legatis 2.* Sexta exceptio est: Nisi cum tribus è familia fundus relictus esset ita, ne alienaretur, vnus ex iis suam partem alienauerit: hoc enim casu videtur collegatariis tantum, non etiam aliis eius familiæ personis actio danda. Verum reprobatur *l.ut qui.92. ff. de legat.3.* Septima: Nisi actores suas etiam partes in re alienata alienauerint. *l.cum pater. 79. §. libertis. ff. de legat.2. Concordat Nouell. const.159. §.sancimus igitur.ibi: vtpote cum &.*

Secunda regula, De hærede eius cui competit hæc actio. Et huic, quamuis extraneus sit, competit hæc actio. *l.qui solidum.80.§.prædium.ff. de legat.2.*

Tertia regula, De libertis testatoris. Liberti quoque familiæ appellatione continentur, & ad hanc actionem admittuntur. *l. vlt. C. de verborum significatione.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cognati vel adfines defuncti supersint. *d.l. vltima.ibi vt post eos liberti peruenant.* Secunda: Nisi ab extraneis hæredibus illis libertas fuerit relicta. reprobatur *l.cum pater 79.§.fidei hæredum.ff. de legat.2.*

Quarta regula, De filiis libertorum. Et hi in familia esse reputantur. *d.l.79.§.cum inter.*

Quinta regula, De libertis hæredis. Hi in familia testatoris non computantur. Quæ regula videtur approbari *l.pater.36.§ duobus.ff.de legat.3.*

Sexta regula, De genero & nuru. His quoque familiæ nomen competit, & hæc actio. *l.vlt. §. & si quis per fraudem. Cod. de verborum significationibus. Concordat Nouell const.159 §. nunc certe cum Maria & Maria.*

III. QVID VENIAT IN hac actione?

Prima regula: Si quidam ex iis quibus competit hæc actio, ei qui rem alienauit hæredes existant, cæteris qui hæredes eius non sunt agentibus, non nisi pro virili parte competit actio. *l.si vnum.69.§.sed si vno.ff.de legat 2.* Huius regulæ exceptio est: Nisi alij qui hęredes sunt, suas quoque partes alienauerint: tunc enim aliis qui suas partes retinuerunt, in solidum datur actio. *l. cum pater.79.§ libertis.ff.de legat.2.*

Secunda regula: Si pars rei alienari prohibitæ apud hæredes remaneat, pars extero sit legata: pro ea tantum parte quæ extero relicta est, iis qui hæredes ex ea familia non sunt, competit actio. *l.si vnum.69. §.si duos.ff.de legat.2.*

Tertia huius loci regula proponitur *l. libertis. 106.ff.de condit. & demonstr.*

IV. QVANDO COMPETAT?

Bonis eius qui alienare prohibitus est, à creditoribus eius venditis, post mortem demum eius res ex causa fideicommissi vindicanda. *Quæ regula approbatur per ea quæ dicta sunt supr. eod.cap.quæst.1.except.3.in fin.* Hactenus de legato familiæ relicto. Sequitur duodecima & vltima species, facti scilicet legatum.

DE FACTO LEGATO.

CAP. XII.

I. AN LEGATVM FACTI vtile sit, & ex ea nascatur actio?

REgulariter vtile & obligatorium est hoc legatum. *Quæ regula approbatur Instit. de legatis. §.sed & tale.M.I.R. d.lib.4.cap.10.reg.94.* Aliud huius regulæ exemplum proponitur *l.si seruus.105.§. fin. ff. de legatis 1. Concordat l.fideicommissa.11. §.si hæres.ff.de legatis 3.* Aliud exemplum est, si hæres emere vel vendere sit iussus. *Quod proponitur l.etsi æquo. 65. ff. de legatis 1.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi impossibile sit id quod quis facere iussus est. *approbatur per ea quæ dicta sunt supra capite 2. exceptione 1. item libro 12. capite 6. exceptione 94.* Secunda exceptio est: Nisi legibus interdictũ sit id quod quis facere iussus est, aut alias probrosum. *approbatur per ea quæ dicta sunt supr.d.except.94.* Tertia: Nisi ineptum sit id quod quis facere iussus est. approbatur *supr. libro 12. capit.6.except.92.* Quarta: Nisi id quod quis facere iussus est, solam authoritatem testatoris respiciat, non alterius vtilitatem. approbatur certo modo *l. Quintus. 7. ff.de ann.legat.* Huius replicatio est: Nisi alterius quoque interfit fieri. *d.l.7.vers. ad authoritatem scribentis. Cui concordat l.Lucius.7.C.de auro legat.* Quinta exceptio est: Nisi nudum sit præceptum sine causa, & in nullius vtilitatem cautum. Hæc exceptio adfinis est præcedenti, & approbatur *per ea quæ habentur supra capite prox. in princip.except.1.* Sexta: Nisi quis aliquem iussus sit adoptare. *l.vxorem.39.§.hæres.ff.de legat.3.* Septima: Nisi quis filium suum emancipare iussus sit. *l.si filiusfamilias. 111.§ secundum vulgarem. ff. de legat.1.* Contradicit *l.sicut.90.ff. de condit. & demonstrat.* Octaua exceptio est: Nisi aliquem hæredem instituere iussus sit. *Hæc exceptio tractatur d.l.111. §. vt quis hæredem. de qua re vide supr. lib.12. cap.5. except.61.* Nona: Nisi quis iussus sit, ne testamentum faciat. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. lib.12. cap.6. except. 75. dist.1.* Decima: Nisi quis iussus sit omnem substantiam defuncti loco depositi apud se habere. *l. Lucius.78. §.Mæuius. ff. ad S.C. Trebellianum.* Vndecima: Nisi quis ædes destruere sit iussus. *Hæc exceptio approbatur l.filiusfamilias.111.§.ædes.ff.de legat.1.* Plura de hac re vide *supr.lib.12.cap.5 except.66.* Duodecima: Nisi debitor soluere iussus sit. *l.cum pater.79. §. curatoris ff.de legat.2.* Decimatertia: Nisi is qui facere iussus est, pecuniam dare malit, qua fieri possit. reprobatur *l.fideicommissa.11.§.fin.ff.de legat.3.* Decimaquarta: Nisi cum aliquem artificium docere iussus esset, genus artificij non sit expressum. reprobatur *l.Stichus.12.ff. de legat.3.* Decimaquinta: Nisi cum quis aliquid facere iussus esset, locus non sit adiectus, in quo sit faciendum. reprobatur exemplo *l.quæ conditio.38.§.fin.ff. de condit. & demon. M.I.R. lib. 4. cap. 9. reg.14. except.20. repl.4. & cap.10.reg.94.except.1.* Alias huiusmodi exceptiones vide *supr.lib.12.cap.8.caus.15.*

II. QVID VENIAT IN hanc actionem ex facto legato competentem?

I. Regula: Si educare aliquem iussus sit, quid veniat, definitur *l.rogatus.23.ff. de alimentis legatis.*

II. Regula: Si quis signum Dei ponere iussus sit in templo, cuius materiæ signum faciendum sit, definitur *l.Titia.39.§.finali.ff.de auro legato.*

III. Regula: Pecunia data non liberatur. *de qua re vide paulo supr.except.13.*

IV. Regula: Si, cum quis aliquid facere iussus esset, testator ipse postea partem eius fecerit: hæres vel legatarius facere iussus, reliquum quod superest faciendo liberatur. *l.Lucius.90.§.quæ marito. ff.de legatis.2.*

¶ Hactenus de specieb. legatorum sit dictum. Sane de vsufructu legato & seruitute dictum est *supr.lib.7.& lib.8.* De auro legato, penu legata, supellectile legata, & aliis pluribus dictum est *supr. lib.prox.cap.4.& seq.* Hactenus ergo de legatis & fideicommissis.

DE DONATIONIBVS IN genere. CAP. XIII.

PRIMO: Definitio nominis proponitur *l.senatus.35.§.donatio.ff.de mortis causa donat.*

II. DEFINITIO rei *l.donari.29.ff. de donat. Concordat ijsdem verbis l.donari.83.ff.de reg.iuris.* Sed & similis definitio proponitur *l. cuius. 53. ff. de reg. iuris. M.I.R.lib.4.cap.11.reg.1.*

III. GENVS.

Donatio non est bonæ fidei contractus. *Quod approbatur l.eum qui.22.in fin.ff. de donationibus.* Sed est contractus nominatus, qui adiuuatur *l.si quis argentum.35.§.sed si quidem. C. de donationibus. M.I.R. capit.11.regul.4.*

IV. DIVISIO donationis proponitur *Instit. de donationibus, in princip. & l.1.ff. eod.tt.* In qua donatio diuiditur in propriam & impropriam. Propriam donationem dicit Iurisconsultus, cum ea mente datur, vt res statim fiat accipientis, nec donans eam velit aliquo casu ad se reuerti: impropriam autem, cum sub conditione donatur, aut pure quidem donatur, sed ita vt sub certa conditione donatio resoluatur. Huius posterioris generis species proponit, mortis causa donationem, & donationem ante seu propter nuptias dictam. De mortis causa donatione infra dicetur, de donatione ante seu propter nuptias, dictum *supr.lib.4.cap.20.*

V. EFFECTVS DONATIONIS.

Effectus donationis sunt triplices. Datur enim ex donatione primum actio donatario aduersus donatorem. Deinde ex donatione datur actio donatori aduersus donatarium. Postremo ratione donationis interdum datur actio tertio aduersus donatorem vel donatarium. Primi generis est, actio ad rem donatam tradendam, *de qua infr. dicetur.* Est item huius generis actio de dolo, re donata, in quam donatarius sumptus fecit, euicta. *Quæ actio approbatur l.Aristo.18.§.fin.ff.de donat.M.I.R. d.cap.11.reg.8.* Secundi generis effectus primus est, actio quæ datur donatori ad reuocandam donationem, *de qua infr.* Secundus effectus est, actio qua donator donatarium ad obsequium placitorum compellit. Quæ actio proponitur & approbatur *l.legem.9.C. de donat.l.cum res.22.C.d.tt.l.hæreditatem 28.ff.de donationibus. & l.si donationis.3.in fin. C.de contrahenda emptione.* Propositi effectus exceptio est: Nisi illegitimum sit id quod in donatione conuenit. *l.donatio.25.in princip.C.de donat.l.2.C. ne fiscus vel respubl.procurat.* Sed plura de proposita actione vide alibi *in actione Præscriptis verb. item infr. cap.15. in princ.* Tertius secundi generis effectus est actio immodicæ donationis actis non insinuatæ. Quæ approbatur *l.vt mihi.21. ibi, sed ego. ff. de donat.* de qua re infr. dicetur *cap.prox.exc.30.* Tertij atque postremi generis effectus sunt, primus quidem actio inofficiosæ donationis: *de qua infr.* Secundus, actio mandati eius qui rem suam mandatu donatoris donatario dedit. Quæ actio approbatur simul & distinguitur *l.hoc iure.19.§.si quis dederit.ff.de donationibus.* Tertius huius postremi generis effectus videtur esse, quod creditores donatoris aduersus donatarium suas actiones exercere possint, *iuxta l.ex qua persona.191.ff.de regulis iuris.* Verum hic effectus reprobatur *l. æris alieni.15. C. de donationibus. Concordat l.cum res.22. ibi, creditoribus quidem. item l.si patri.24. C.d.tt.* Plane si res donata à donatore pignori fuit obligata, eius nomine in donatarium qui pignus possidet, actio hypothecaria non est deneganda. quæ distinctio approbatur *l.vltim.§.Lucius.in fine.ff.de donat.* Sed & elici potest hæc distinctio ex *d.l.15.verfic.si itaque nemini.* In summa actiones reales donatarius rei donatæ nomine competentes, quemadmodum alius quilibet possessor cogitur sustinere.

DE ACTIONE DONATARII AD rem donatam tradendam. CAP. XIV.

I. CAVSA HVIVS actionis.

SI alicui res aliqua sit donata. *l. si quis argentum. 35.§.sed si quidem.C.de donat. M.I.P. lib.5. cap.5.reg. 26.in princip.M.I.R.d.capit.11.regul.10.* Huius causæ exceptiones plures sunt pro varietate circumstantiarum, personæ scilicet donantis, & eius cui donatum est, rei donatæ, causæ, modi, &c. de quibus exceptionibus ordine nunc dispiciendum, & primum de iis quæ sumuntur ex persona donantis.

I. Exceptio: Nisi filius familias donauerit. *l.filiusfamilias.7. in princ.ff. de donationibus. Concordat l. contra iuris.28.§.si filius.ibi, nam cum verum.ff.de pactis. M.I.R.d.reg.16.except.1.* Huius replicatio prima est: Nisi iustam donandi rationem habeat. *d.l.7.§.1.* Secunda: Nisi libera peculij administratione concessa, hoc adiectum sit, vt & donare ei liceat. *d.l.7.§.item videamus.* Tertia: Nisi filius familias aliqua dignitate sit præditus. *d. l. 7. §. nonnunquam.* Quarta: Nisi mortis causa filius donauerit. reprobatur *d.l.7.§.pari autem.M.I.R. d.exc.1.repl.1.* Quinta: Nisi filius fam. rem castrensis, vel quasi castrensis peculij donauerit. *d.l.7.§.fi.* Sexta: Nisi volente & consentiente patre, filius donauerit. *l.in ædibus. 9.§.penult.ff.de donat. Concordat l.2.in princ.ff.eod.tt. M.I.R.d.exc.1.repl.1.& 3.* Huius duplicatio est: Nisi cum pater donare permisisset, filius mortis causa donauerit. *l.filiusfam.7.§.pari autem. ibi, sed enim meminisse.ff. de donat.*

II. Exce-

II. Exceptio: Nisi mutus aut surdus donauerit. reprobatur *l.qui id.34.§.mutus.ff.d.tt.*

III. Exceptio: Nisi mente captus donauerit. *l.Modestinus.23.§.fin.ff.d.tt.*

IV. Exceptio: Nisi senex donauerit. reprobatur *l.senectus.16. C.de donat.*

V. Exceptio: Nisi donator crimen commiserit. reprobatur *l.post contractum.15.ff.eod.tt.* Plane admittitur, primo, si condemnatio secuta sit. *d. l.15.* Altera distinctio est: Nisi crimen sit perduellionis. *l.donationes.32.§.fin.ff.d.tt.*

VI. Exceptio: Nisi parens filio quem habet in potestate, donauerit. *l.siue.17.in fine. & l.cum de bonis.11.C.d.tt.M.I.R.d.reg.10.except.2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pater postea filium emancipans, peculium ei non ademerit. *l.donationes.32.§.pater.ff.de donat. Concordat l.siue.17.C.eod.tt.* Secunda: Nisi cum partem bonorum patens filio donasset, emancipato delegauerit. *l.cum de bonis.11.in fin.C.eod.tt.M.I.R.d.except.2.replic.1.* Tertia: Nisi parens donator in eadem voluntate vsq; ad mortem perseuerauerit. approbatur simul & distinguitur *l.donationes.25. C. de donat.inter virum & vxo.M.I.R.d.except.2.repl.3.*

VII. Exceptio: Nisi maritus vxori, vel contra vxor marito donauerit, *De hac exceptione infr.dicetur capite 20.*

VIII. Exceptio: Nisi meretrici donatum sit. reprobatur *l affectionis.5.ff. de donat. M.I.R. d.cap.11. reg.10 except.9.*

IX. Exceptio: Nisi reipub. donatum sit. reprobatur certa tamen conditione, *l.hoc iure.19. in pr.ff. d.tt.* De hac re plura vide *supr.lib.3.cap.29.*

X. Exceptio: Nisi extraneo & ignoto sit donatum. reprobatur *l.in extraneos.29. C. de donat.*

XI. Exceptio: Nisi Infanti donatum sit. reprobatur *l.donaturum.3. C. de adquir.possess.* Iure autem antiquo non nisi per seruum vel tutorem infanti adquirebatur res donata, eiusque possessio: *de qua re vide supr.lib.7.cap.15.except.6.*

XII. Exceptio: Nisi nolenti & inuito donetur. *l.hoc iure.19.§.non potest.ff. de donat. l.inuito.70. ff.de reg.iuris.item l.inuitus.198.§.fin.ff. d.tt. M.I.R. d regul. 10.except.5.*

XIII. Exceptio: Nisi absenti donatum sit vel per epistolam, aut per nuncium. reprobatur *l.nec ambigi.6. C. de donat.l.absenti.10. item l.etiam.4. ff. de donat.M.I.R.d.reg.10.except.6.*

XIV. Exceptio: Nisi ei qui iam mortuus est, ab ignorante sit donatum. *l. Neratius.151. ff. de regulis iuris.*

Exceptio: Nisi res donata non fiat donatarij. *l.in ædibus.9.§.fin.ff. de donat.* Huius exemplum proponitur *l.si filius.14. Cod.d.tt.l.sed & si.15.§.final.ff.de contrahenda emptione. item l.tutor.21. in fine. ff. de administrat. tutor.* Plane leges propositæ magis de transferendo dominio loquuntur, quam de exceptione aduersus actionem propositã. Nec enim, quamuis non transferatur dominium in donatorem, ob id donator exceptione videtur esse tutus, ac si ad rem donatã tradendam conueniatur, *secundum ea quæ proponuntur paulo infr. except.23.*

XVI. Exceptio: Nisi quis res à maioribus adquisitas extero donauerit. reprobatur *l.si auia.19. C. de donationibus.*

XVII. Exceptio: Nisi quis rem sibi cum alio communem donauerit. reprobatur *l. portionem 12.C.de donat.*

XVIII. Exceptio: Nisi vxor dotem constante matrimonio donauerit. *l.constante.21.C.d.tt.*

XIX. Exceptio: Nisi res incorporalis donetur. reprobatur *l.in ædibus.9.in prin.ff.de donat.*

XX. Exceptio: Nisi habitatio sit donata. reprobatur *d.l.9.in prin. l.si gratuitam.17. in princ. ff. de præscript.verbis.item l.Attilius.27.ff.de donat.* Contradicit *l.Lucius.33.ff.eod.tt.* De hac antinomia vide *glos.in d. l.27.in verbis Sequentis temporis.*

XXI. Exceptio: Nisi quis spem futuræ hæreditatis donauerit. *l.quidam.30. cum lege sequente. ff. de donationibus.*

XXII. Exceptio: Nisi quis vniuersa bona sua donauerit. reprobatur *l.si quis argentum.35.§.sed & si quis. C. de donationibus. M.I.R. d.regul.10. except.10. replicat.1.*

XXIII. Exceptio: Nisi non donandi animo fecerit. *l.si præses.5.C.eod.tt.*

XXIV. Exceptio: Nisi in fraudem alterius donauerit. reprobatur *l.cum confitearis.4. C. de reuocand.donat.*

XXV. Exceptio: Nisi in breui epistola sit donatum. reprobatur *l.si aliquid.13. C.de donat.*

XXVI. Exceptio: Nisi mulier, marito & liberis absentibus alicui donauerit. reprobatur *l.velles.6. C.de reuoc.donat.*

XXVII. Exceptio: Nisi imperfecta sit donatio, vel verba insint superflua. Hæc exceptio vt per se vera est, ita recipit replicationem hanc: Nisi verba quædam superflua, quæ olim inseri solebant donationibus, sint omissa, ob id enim non vitiatur donatio. approbatur simul & declaratur *l.verba.37.C. de donat.*

XXVIII. Exceptio: Nisi sine scriptura facta sit donatio. reprobatur *l.in extraneos.29. in fine. & l.in donationib.31. in fine.C.d.tt.*

XXIX. Exceptio: Nisi nullis adhibitis testibus donatio sit conscripta, vel à testibus non subscripta. reprobatur *d.l.31.*

XXX. Exceptio: Nisi donator instrumento donationis non subscripsit. *d.l.31. verfic. ita tamen. Concordat l.nec ignorans.10.C.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi alius voluntate testatoris subscripserit. *d.l.31.ibi, vel alius voluntate eius. Concordat l.20. C.eod.tt.*

XXXI. Exceptio: Nisi cum donatio esset immodica, actis non sit insinuata. *l.donatio.25.in fine. C. de don. Concordat l.lata.27. item l.si quis argentum.35. §.sed in his omnibus. C.eod.tt.M.I.R. d.reg.10.except.19.* Quæ autem immodica sit donatio insinuationem requirens, varie definitur: iure quidem antiquissimo erat donatio ducentos excedens solidos, *Instit.de donat. §.& cum retro principum,* quod ius Imperator Iustinianus corrigens, statuit eam donationem insinuatione indigere, quæ trecentos solidos excedat, *l.sancimus.34.in prin.C.de donationibus.* tandem idem Imperator hanc suam constitutionem mutans, pro trecentis solidis quingentos statuit, *l.si quis.36.§.fin. C.d.tt. Concordat Instit. de donat.§. & cum retro principum. M.I.R. d.except. 19.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi donatio quingentorum solidorum quantitatem non excedat. tunc enim, quamuis actis insinuata non sit, nihilominus valet. *d.§.& cum retro.*

Cui concordat d. l. 35. §. sed in his omnibus. item d. l. 34. in principio. Cod. de donationibus. M. I. R. d. exceptione 19. replicatione 1. Secundæ replicationis loco notandum, quod quamuis donatio vltra quingentos solidos actis non insinuata non valeat, illud tamen intelligendum sit tantum de summa quæ quingentos solidos excedat, in reliqua summa nihilominus donatione subsistēte. *d. l. 34. § si quid autem. Nouell. cap. 162. §. sed & illud. & l. vt mihi. 21. §. sed ego. ibi: ita vt in reliquum. ff. de donat. M. I. R. d. except. 19. repl. 2.* Tertia replicatio est: Nisi plures res vel summæ diuersis temporibus donatæ, quingentos solidos excedant. *l. sancimus. 34. §. si quis autem. C. de donat. M. I. R. d. except. 19. replic. 3.* Quarta: Nisi annuum quiddam sit donatum, vt vnius aut alterius anni reditus non excedant legitimam quantitatem, plurium autem annorum reditus excedant, approbatur simul & distinguitur *d. l. 34. §. si quis autem.* Quinta: Nisi ante nuptias donatio sit. *Nouell. const. 129. in princ. de quo in antenuptiali donatione tractabitur.* Sane replicatio hæc olim specialis fuit in antenuptiali donatione facta fœminæ minori. *d. l. 34. §. insuper ante nuptias. C. de donationibus. item l. minoribus 17. C. de donationibus ante nuptias.* Tandem autem facta est proposita replicatio communis omnium ante nuptias donationum, *per d. cap. 119. in princip. de quare vide supr. libro 4. cap. 20. quæstion. 4. regul. 3. except. 5.* Sexta replicatio est: Nisi inter parentes & liberos facta sit immodica donatio. reprobatur *l. lata. 27. C. de donat. M. I. R. d. except. 19. repl. 14.* Septima: Nisi in pias causas facta sit donatio. Hæc replicatio videtur approbari *l. sancimus. 34. §. exceptis donationibus. C. eod. tt. M. I. R. d. except. 19. replic. 8.* Verum *d. l. 34. §. alias vero*, constituitur certa quantitas, scilicet quingētorum solidorum, intra quam donationes in pias causas sine monumentorum obseruatione fieri possint: quæ tamen quantitas tandem generaliter omnibus donationibus est concessa. *de quo dictum supra eadem exceptione, in princip.* Sane declaratur replicatio proposita definitione piarum causarum *l. illud. 16. C. de sacrosanctis ecclesiis.* Octaua replicatio est: Nisi in redemptionem captiuorum sit donatum. *l. si quis. 36. in princip. C. de donationibus.* Nona: Nisi iis donatum sit, quorum ædes incendio vel ruina sint consumptæ. *d. l. 36. §. eandem.* Decima: Nisi magister militum militibus donauerit. *d. l. 36. §. simili etiam.* Vndecima: Nisi Imperator alicui donauerit. *l. sancimus. 34. §. exceptis donationibus. C. de donationibus. Concordat l. illud. 16. in fine. C. de sacrosanctis ecclesiis.* Duodecima replicatio est: Nisi Imperatori facta sit donatio. *Nouell. const. 52. §. enimvero.* Decima tertia: Nisi vsuræ futuri temporis à creditore remissæ & condonatæ sint. *l. Modestinus. 23. ff. de donationib.* Decima quarta: Nisi donator immodicæ donationis delegatus sit creditori eius cui donatum voluit. hoc enim casu aduersus creditorem agentem non potest vti hac exceptione: sed potest vti actione aduersus donatarium, à quo est delegatus. *l. pure. 5. §. si eum. ff. de doli mali exceptione.* Decima quinta replicatio est: Nisi quis donaturus debitorem suum donatario delegauerit. hoc enim casu debitori delegato exceptio proposita non competit, ipsi tamen donatori deleganti condictio datur eius quod excedit modum legitimum. *l. vt mihi. 21. ff. de donationibus. M. I. R. d. except. 19. replic. 9.* Decima sexta: Nisi fideiussor donatoris, eo nolente, proposita exceptione velit vti: hoc enim casu, cum principalis renunciet exceptioni, nec eius fideiussori videtur danda. Verum reprobatur *l. fideiussori. 24. ff. de donat.* Decima septima: Nisi donatarius sciente donatore in loco ædificauerit, nec reddat donatori impensas. *l. pure. 5. § si donaui. ff. de doli mali except.* Decima octaua: Nisi donatio immodica actis sit insinuata. Hæc replicatio vt per se vera est, ita recipit duplicationem hanc: Nisi non suo loco seu apud suum magistratum sit insinuata. quæ duplicatio generaliter quidem reprobatur, cum nō intersit apud quemcunque magistratum insinuatio fiat, *l. in hac sacratissima. 30. C. de donationib. Concordat l. lata. 27. in fine. C. d. tt. M. I. R. d. except. 19. duplic.* 1. Plane duplicatio proposita admittitur, si donatio in vrbe Constantinopolitana sit facta. hoc enim casu, nisi apud magistratum census sit insinuata, tanquam suo loco facta insinuatio non valet. *d. l. 30. in princ. Cui concordat l. secundum. 32. C. eod. tt.* Plures duplicationes vide *M. I. R. d. repl.* 10. Decima nona replicationis loco notandum, quod fructus, partus & alia, quæ donator ob moram cum re donata præstat, donationem non augeant. *l. in ædibus. 9. §. ex reb. & l. cum de donatione. 11. ff. de donat. de quare vide infr. eod. cap. quæst. 3. regul. 2.* Vicesima replicatio est: Nisi mortis causa donatio facta sit. *approbatur infr. cap. 18. except. 10.* Vicesima prima: Nisi donatio in vltima voluntate sit confirmata. *l. donationes 25. §. si vero specialiter. C. de donat. inter vir. & vxor.* Hactenus de 31. exceptione, eiusque replicationibus est dictum.

XXXII. Exceptio: Nisi donatorem donationis pœniteat. reprobatur *Instit. de donationib. §. aliæ autem. l. irritam. 3. in prin. C. de vsucap. pro donato l. 2. cum duabus ll. seqq. C. de reuoc. donat. M. I. R. d. regul.* 10. *exc.* 21. Plane admittitur exceptio proposita in mortis causa donationibus, *vt infr. suo loco docebitur.*

XXXIII. Exceptio: Nisi donator rem postea alienauerit, vel pignori obligauerit. reprobatur *l. ad eum. 36. §. Lucius. ff. de donat.*

XXXIV. Exceptio: Nisi res ex causa donationis non fuerit tradita. Hæc exceptio iure quidem antiquo subsistit, quo ex donatione tanquam ex nudo pacto non poterat oriri actio. *M. I. R. d. reg.* 10. *except.* 22. cuius tamen iuris antiqui replicatio prima erat: Nisi donaturus iussu donatarij alij spopondisset. *l. 2. §. cum vero. ff. de donat. Concordat l. quis. 34. §. fin. ff. d. tt.* Secunda: Nisi actione donata debitor donatario stipulanti promiserit. *l. si pater. 35. in princ. ff. d. tt.* Tertia: Nisi numi donentur ea lege, vt statim donatori mutuo dentur. *l. qui id. 34. §. ea lege. ff. d. tt.* Quarta: Nisi donator vsumfructum in re donata retinuisset. *l. quisquis. 28. C. eod. tt.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr. ead. except. §. proinde quantum, cum sequentibus; item infr. cap. 20. exc. 39. repl.* 18. Hæc de iure antiquo. Iure autem nouo exceptio proposita reprobatur *Instit. de donationib. §. perficiuntur. l. si quis. 35. C. de donat. item Nouell. constit. 162. §. primum igitur.* vbi ait Imperator: Siquidem stipulatio interposita est. Quid ergo, si stipulatio interposita non est? nihilominus condictio danda est *ex d. l. si quis. 35. C. de donat. M. I. P. lib. 5. cap. 5. reg. 26. exc. 2.*

M. I. R. d. reg. 10. *exc.* 20. Sane re donata, non autem tradita, in personam quidem actio hodie nascitur ad eam tradendam: in rem autem agere, & rem vindicare donatarius tanquam dominus ne iure quidem nouo potest, *secundum ea quæ dicta sunt supr. lib. 7. cap. 1. causa 18 item c. 10. exc. 11.* Proinde quantum ad rei donatæ vindicationem attinet, exceptio proposita etiam nouo iure approbatur: & donatarius, cui res donata quidem est, sed nondū tradita, eam vindicans repellitur hac exceptione, Si res donata tibi à donatore fuisset tradita. Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi donator viumfructum rei donatæ sibi retinuerit; tunc enim res pro tradita habetur. *d. l. 35. §. sed si quidem. C. de donat.* Secunda replicatio est: Nisi tempore donationis res sit penes donatarium. *approbatur per ea quæ dicta sunt d. caus. 18. exc. 1. repl. 1.* Eius autem duplicatio est: Nisi donatarius ignoret, rem quæ penes se est, sibi esse donatam. *l. absenti. 20. ibi: sed si nesciat. ff. de donat.* Tertia replicatio: Nisi res alij tradita sit ad donatarium perferenda. reprobatur *d. l. 10.* Quarta: Nisi donator rem à procuratore suo exigendam donatario mandauerit: hoc quidem casu donatario actio cessa aduersus procuratorem tanquam rei vendicatio competit. verū eius replicationis duplicatio est: Nisi donator, antequam donatarius rem à procuratore exegerit, fuerit mortuus: tunc enim actio cessa aduersus procuratorē donatario danda non est, cum morte mandatoris mandatum soluatur. *l. si quidem. 8. C. de oblig. & act.* Quod Imperator ibi subnectit de mutuo, idem iure nouo de donatione est intelligēdum; vt quamuis donatario actio cessa aduersus procuratorē denegetur, uon tamen actio personalis ex causa donationis aduersus hæredes donatoris ei sit deneganda, *secundum ea quæ dicta sunt paulo supr. ead. exc. in pr.* Quinta replicatio est: Nisi donatarius voluntate donatoris rē donatam occupauerit vel perceperit. hoc, n, casu, quamuis ei manu donatoris nō sit tradita, nihilominꝰ dominus efficitur. approbatur exemplis *l. qui saxū. 6. ff. de donat.* Sexta: Nisi instrumentū emptionis rei donatæ donatario sit traditū. *l. 1. C. de don.* Septima: Nisi testator in suo testamēto scripserit, se viuum donasse. *l. ex hac. 16. ff. d. tt.* Ratio huius replicationis proponitur *l. si donatio. 5. C. de donat.* Plures huiusmodi replicationes vide *supr. lib. 7. cap. 1. caus.* 18.

XXXV. Exceptio: Nisi rescripto Principis donatio rescindatur. reprobatur *l. si donationem. 5. C. de reuocandis donat.*

XXXVI. Exceptio: Nisi donator postea liberos sit nactus. *l. si vnquam. 8. C. d. tt. Concordat l. si totas 5. C. de inoffic. donat. M. I. R. d reg.* 10. *except.* 23.

XXXVII. Exceptio: Nisi conditio donationis defecerit, vel causa non sit secuta. approbatur sub conditione *l. 2. §. fi. cum leg. seq. ff. de donat. M. I. P. d. reg. 26 exc. 3. M. I. R. d. reg.* 10. *exc.* 24. Huius replicatio prima est: Nisi non conditionaliter causa sit expressa. *d. l. 3. Cui concordat l. sed si mors. 13. §. fin. ff. de don. inter vir. & vxor.* Secunda: Nisi conditio non in continenti, sed ex interuallo sit apposita à donatore. *l. perfecta. 4. C de donat. quæ sub modo.*

XXXVIII. Exceptio; Nisi conditio post mortem demum donatoris extiterit, reprobatur *l. 2. §. si pecuniam. ff. de donat.*

XXXIX. Exceptio: Nisi donatarius ingratus fuerit aduersus donatorem. *Instit. de donationib. §. sciendum. & l. vltim. C. de reuocand. donat.* Quæ exceptio proposita approbatur, simul & declaratur, causis ingratitudinis, ex quibus actio vel exceptio proposita competat, enumeratis. Harum enim quinque recensentur, scilicet, si donatarius donatori atroces iniurias fecerit, si manus ei intulerit, si damnum dederit in bonis donatoris, si vitæ periculum ei intulerit, si denique leg. donationis non paruerit. *Concordat l. 1. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 26. except. 4 M. I. R. d. reg.* 10. *except 26. cum seq.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi alia ingratitudinis causa à donatore proponatur, quā eæ quæ propositæ sunt paulo superius. *d. l. vlt. ibi, ex his etenim tantummodo. &c. Concordat l. donationes. 9. C. d. tt. de reuoc. donat. M. I. R. d. except. 26. repl.* 1. Plane præter quinque ingratitudinis causas *supr. ex l. vlt. C. de reuoc. donat.* enumeratas, sexta additur *l. 1. C. eod. tt.* si scilicet libertus donatarius patrono donatori obsequium non præstiterit. Secunda replicatio est: Nisi mater donatrix iterauerit nuptias: tunc enim ob ingratitudinem filij donationē non potest reuocare, nisi ex certis causis. *l. his solis. 7. in prin. C. de reuoc donat.* Concordat simul & distinguit *Nouell. c. 22. §. mater sane* Tertia replicatio est: Nisi mater donatrix impudica fuerit. *d. l. 7. in fin.* Quarta; Nisi donator dum vixit, ob ingratitudinem donatarij donationem non reuocauit: tunc enim nec hæredi eius reuocare licebit. *l. vlt. §. hoc tamen vsque. C. de reuoc. donat. l. 1. in fine. & l. his solis. 7. §. actionem. C. eod. tt. M. I. P. d. except. 4. repl. 1. M. I. R. d. except. 26. replic. 2.* Quinta: Nisi donatarius sit mortuus. *d §. actionem. M. I. R. d, except. 26. repl. 3.* Sexta; Nisi res donata à donatario sit alienata. *d. l. 7. §. quidquid igitur.* Hæc de 39. exceptione, vel potius de actione ad donationem ingratitudinis ergo reuocandam, sint dicta. de qua actione infr. etiam dicetur *cap. prox.*

XL. Exceptio; Nisi donatarius postea eandem rem donatori donauerit. *l. si ea. 23. C. de donat.* Hactenus exceptiones propositæ actionis cum suis replicationibus sunt enumeratæ; nunc reliquos eius actionis locos persequamur.

II. QVIBVS DEBEATVR res donata?

Si viro in vsum vxoris donatum sit, ipsi vxori, non marito videtur donatum. *l. donationes. 32. §. species. ff. eod. tt,*

III. QVID VENIAT IN ACTIONEM ex donatione donatario competentem?

Huius loci regula prima est de vsu & proprietate rei donatæ, vtrū veniat. Quamuis autē re donata, non nudus vsus eius, sed proprietas regulariter debeatur; tamen regula hæc videtur admittere exceptionem hanc, Nisi donator dixerit, se in vsum filiæ ista marito eius concedere. quæ tamen reprobatur *d. l. 32. §. species. ff. de donationibus.*

II. Regula, De fructibus rei donatæ & omni causa. Fructus quoque & omnem causam donator post moram præstare tenetur. *l. Nesennius. 41. §. fundum. ff. de re iudic.* Contradicit *l. in ædibus. 9. §. 1. & l. cum de donatione. 11. ff. de donationib. item l. videamus. 38 §. si actionem. ff. de vsur.* de qua antinomia vide gloss. in *d. §. fundum.* Plane regulæ propositæ

excep. videtur esse talis: Nisi donatio sit quingentorum solidorum actis non insinuata: hoc.n. casu videntur fructus, partus & alia, tanquam modum donationis excedentia, posse à donatore retineri, *secundum ea quæ dicta sunt sup. exc. 30. repl. 2.* verum exceptio hæc reprobatur hac ratione, quod fructus, partus & alia non augeant donationem, nec in ea computentur. *l. cum de donatione. 11. ff. de donat. Concordat l. in ædibus. 9. §. ex rebus ff. d. tt.* Plane si non fundum, sed fructuum perceptionem donem, fructus percepti veniunt in computationem donationis. *d. §. ex rebus.*

III. Regula, De vsuris. Has donator post moram non præstat. *l. eum qui. 22. ff. de donat.*

IV. Regula: Instrumentis emptionem donatis, ipsæ res emptæ videntur. *l. 1. C. de donat.*

V. Regula: Argento donato, id præstari potest vel in speciebus, vel in æstimatione. *l. si quis. 35. in prin. C. de donat.*

VI. Regula: Reditu certo ex possessionibus donato, nec possessionib. specialiter expressis: ex quibus possessionib. debeatur, definitur *l. 35. §. 1.*

VII. Regula: Re generaliter donata, nec specialiter expressa, non pessima, nec optima debetur, sed mediæ æstimationis. *quæ regula cum ex prædictis constat, tum etiam approbatur d. l. 35. §. similiq.*

VIII. Regula: Si res donata in bonis donatoris non compareat, æstimatio eius præstanda. Item quanti æstimatio facienda sit, definitur *d. l. 35. §. sin autem.*

IX. Regula: Aduersus donatorem quoque in litem iurabitur ob dolum. *l. Nesennius 41. §. fundum in fine. ff. de re iudicata.*

X. Regula: Donator non nisi in id quod facere potest, proposita actione tenetur. *l. qui ex. 12. ff. de donationibus. l. diuus Pius. 29. ff. de regulis iuris. l. inter eos. 19. §. is quoque. ff. de re iudic. l. cum ex causa. 30. ff. d. tt. l. si extraneus. 33. in princip. ibi: hoc enim D. Pius. ff. de iure dotium. item Institut. de actionibus. §. sed etsi quis, in fine. M. I. R. libro 4. capit. 11. regul. 19.* Huius exceptio prima est: Nisi causa donationis in aliam actionem sit translata, puta in actionem de constituta pecunia, vel iudicati. reprobatur *l. qui id. 34. in princip. ff. de donationibus. Concordat l. Nesennius. 41. § finali. ff. de re iudicata.* Secunda exceptio est: Nisi donator à donatario delegatus alij promiserit, ab eoque conueniatur. *d. l. 41. in princip. l. qui id. 34. § finali. & l. Lucius. 33. ff. de donationibus.* Tertia exceptio est: Nisi hæres vel fideiussor donatoris conueniatur. hisce enim regula proposita non prodest. *d. l. 41. in principio. ibi: & sicut hæres. ff. de re iudicata.* Sed & plura de regula proposita vide *infr. lib. prox. cap. 10.*

IV. DE PROBATIONE ET PRÆsumptione donationis.

I. Regula, De instrumento donationis conficiendo, proponitur *l. donatio. 25. §. fin. C. de donat.*

II. Regula, De insinuanda donatione apud acta vide *supr. except. 30.*

III. Regula: Pactum de deposito, alij quam ei qui deposuit restituendo, non inducit donationem. *l. donationes. 32. §. eiusmodi. ff. de donat.*

IV. Regula: Si dominus consentiat alium rem suam eius nomine in censum deducere, donare videtur. *l. censualis. 7. C. de donat.*

V. ADFINE propositæ actionis remedium est, actio in rem, seu rei vindicatio: si scilicet res donata tradita sit, vel pro tradita habeatur. *approbatur per ea quæ dicta sunt sup. eod. cap. except. 33.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum alicui res donata tradita esset ad donatarium perferenda, antequam perferatur, donator sit mortuus. *l. 2. §. sed si quis. ff. de donationibus.* Secunda: Nisi aliena res donata ac tradita sit, approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. lib. 7. cap. 4. causa 1. except. 1. in princip.* eiusque exemplum proponitur *l. si filius. 14. C. de donationibus.* Tertia exceptio est: Nisi donatarius non tanquam donatum, sed tanquam mutuum sibi datum, vel alio animo accipiat. *l. si ego. 18. in princip. ff. si certum petatur.*

DE ACTIONE AD REVOcandam donationem.

CAP. XV.

HActenus de actione, quæ datur donatario aduersus donatorem ad rem donatam tradendam, dictum est: nunc contra dicetur de actione quę donatori datur ad donationem reuocandam.

I. CAVSÆ HVIVS actionis.

Harum tot & tales sunt, quot & quales exceptiones *sup. cap. prox.* aduersus actionem donatarij sunt enumeratæ. Quæ enim ad rem donatam retinendam donatori sunt exceptiones: eædem, si donatario res tradita sit, ad recuperandam rem eidem sunt agendi causæ. Proinde quæ ibi exceptionum loco proposita sunt, huc quoque causarum loco possunt referri. *M. I. R. d. cap. 11. reg. 27.* Est insuper actionis propositæ causa: Si donatarius legi donationis non obtemperat. *Quæ causa proponitur l. 1. C. de donat. quæ sub modo.* Plura de causa proposita vide *supr. c. prox. exc. 36. & exc. 38. in pr. item c. 13. q. 5. secundi generis effectu 2.* Sed & causa propositæ actionis est: Si, cum res ad certũ tempus esset donata, tempus i lud sit finitum. *l. 2. C. de don. quæ sub modo.* Huius causæ exceptio est: Nisi conuenerit, vt finito donationis tempore res alij restituatur. Hæc exceptio iure antiquo reprobatur *l. quoties. 3. C. d. tt. de quo paulo inf. quæst. prox. reg. 1.* Hæc de causis propositæ actionis sint dicta. Plane recipiũt causæ huius actionis exceptiones quasdam generales, ordine nunc proponendas. Harum prima est: Nisi ob rem vel causam sit promissum. hoc enim casu nõ tanquam in mera donatione res propter ingratitudinem donatarij, vel aliam similem causam potest reuocari. quæ exceptio videtur approbari *l. hoc iure. 19. §. fin. ff. de donat.* Propositæ exceptionis exemplum est: Si remunerãdi causa quid detur. *Quod proponitur d. l. 19. §. 1. l. Attilius Regulus. 27. item l. si pater. 35. §. fin. ff. eod. tt.* Aliud exemplum habetur *l. quæ liberti. 8. ff. de donat. M. I. R. d. cap. 11. regul. 10. exc. 26. repl. 5.* Aliud denique exemplum est: Si is qui naturaliter ad præstandum obligatus erat, præstitit vel promisit. *l. hoc iure. 19. §. si quis seruo. ff. eod. tt.* Propositæ exceptionis replicatio videtur esse: Nisi causa non sit secuta. hoc enim casu videtur locus esse repetitioni. *de qua re vide supr. capit. proxim. except. 36.* Secunda exceptio est: Nisi alliquo iure cogente dedit vel promisit, Hæc exceptio

ptio species est præcedentis, & approbatur *l. donari. 29. ff. de donat. l. rem legatam. 18. in fin. ff. de adim. leg. item l. si vnum. 69. §. si de Falcidia. ff. de leg. 2. M. I. R. d. dupl. 5.*

II. QVIBVS DETVR hæc actio?

I. Regula, De eo, qui donauit, & eo, cui donatarius finito donationis tempore restituere iussus est, proponitur *l. quoties. 3. §. C. de donationib. quæ sub modo.*

II. Regula, De hæredibus donatoris. His quoq; actio proposita cõpetit, quemadmodum & aliæ actiones. *M. I. R. d. c. 11. reg. 28.* Quæ regula vt per se vera est, ita recipit exceptionem hanc: Nisi ob ingratitudinem donatarij donationem velint reuocare. Hoc enim casu illis denegatur actio, *per ea quæ dicta sunt sup. cap. except. 38. repl. 4.*

III. ADVERSVS QVOS detur?

De hæredibus. Aduersus hos ob ingratitudinem defuncti donatarij non datur actio. *l. his solis. 7. §. actionem. C. de reuocandis donat. M. I. R. d. except. 26. repl. 3.*

IV. QVID VENIAT?

De iis quæ donatarius ingratus bona fide alienauit, vel vendidit. Hæc non reuocantur. *d. l. 7. §. quidquid igitur.*

V. QVÆ ACTIO DETVR?

Non solum cõdictio, sed etiam vindicatio donatori competit. *l. 1. C. de donationibus quæ sub modo. Concordat l. si sponsus. 5. in fine. cum l. seq. ff. de donat. inter vir. & vxor. M. I. R. d. c. 11. reg. 31.* Huius regulæ exceptio est; Nisi ob ingratitudinem donatarij res reuocetur. tunc enim ea, quæ bona fide alienata sunt, non reuocantur. *de qua re vide sup. cap. prox. except. 38. repl. 6.*

DE ACTIONE INOFFICIOSÆ donationis.

CAP. XVI.

I. SIMILE.

ACtio inofficiosæ donationis per omnia similis est querelæ de inofficioso testamento. *l. non conuenit. 9. C. de inoffic. donat. l. 1. in fin. cum l. seq. item l. cum donationib. 6. in fin. C. d. tt.*

II. CAVSA HVIVS actionis.

Si quis immodicam fecerit donationem in alium, liberis & parentibus donatoris competit actio ad præstandam vel supplendam legitimam. *Quæ causa approbatur rescripto Imperatoris Alexandri l. Titia. 89. §. Imperator. & §. fin. ff. de leg. 2. de quo inf. q. 3. Concordat l. 1. C. de inoffic. donat. l. cum donationib. 6. cum l. seq. C. eod. tt. item Nouell. c. 92. M. I. P. lib. 5. cap. 5. reg. 29. M. I. R. d. c. 11. reg. 32.* Propositæ causæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi nõ extraneo, sed alicui ex liberis donatio sit facta. reprobatur *l. 1. C. de inoffic. donat.*

II. Exceptio; Nisi ei quem in potestate habet, pater donauerit. *l. 2. C. d. tt.*

III. Exceptio: Nisi maritus vxori donauerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, *iuxta ea quæ dicentur paulo inf. exc. 5.* quoniã huiusmodi donatio ipso iure non valet. verũ eius replicatio prima est; Nisi vxor postea alij, marito cõsentiente donauerit. *l. si liqueat. 8. §. nam quod vxor. C. de inoffic. donat.* Hæc de prima replicatione aduersus exceptionem propositam. Sane quot sunt exceptiones aduersus donationẽ inter virum & vxorem ipso iure non subsistentem, *de quibus inf. c. 20. dicetur.* tot etiam aduersus exceptionem propositam replicationes competere, credendum est.

IV. Exceptio; Nisi donator intestatus decesserit. reprobatur *l. precib. 3. C. de inoffic. donat.* Cui cõtradicere videtur *l. si filius. 20. §. fin. ff. de leg. præst. contra tabulas bonor. possess. petita.* Ad dissoluendam hanc antinomiam, Azo verbũ Queri, de portione bonorũ possessionem cõtra tabulas interpretatur, non de querela inofficiosæ donationis. Sed dici etiam potest, hæc verba Martiani ICti per dictam *l. 3. C. de inoffic. donat.* esse sublata.

V. Exceptio; Nisi alia actione, vel alio modo donatio possit rescindi. approbatur exemplo *l. si filius. 4. C. de inoffic. donat. Concordat l. cum donationib. 6. ibi: nec beneficio ætatis. C. eod. tt.*

VI. Exceptio; Nisi actor voluntatem donatoris in eo, quod ei relictum est, agnouit. approbatur ex contrario sensu *d. l. 6. C. de inoffic. donat.* Vbi ait Imper. Si voluntatem eius non agnouisti. Ex his verbis elici potest exceptio proposita, quod si actor voluntatem donatoris agnouerit, illi deneganda sit actio.

VII. Exceptio: Nisi actori legitima sit data. *d. l. 6. ibi: nec tantum dos. Concordat Nouell. c. 92. §. 1.*

VIII. Exceptio; Nisi actor bona donata donatario etiam vendiderit. *l. cum res. 4. C. de cont. empt.*

IX. Exceptio; Nisi actor in donatorem fuerit ingratus. *Nouell. const. 92. §. fin.*

X. Exceptio; Nisi donatarius donatoris defuncti hæreditate sese abstineat. reprobatur *d. Nouell. const. 92. §. nequeuntibus.* Hæc de causa propositæ actionis, eiusq; exceptionibus sint dicta. Plures huiusmodi exceptiones vide *sup. lib. 11. c. 4.* nam quæ exceptiones aduersus querelam inofficiosi testamenti ibi opponũtur, eædem etiam propositæ actioni recte opponuntur, cum ad similitudiaem inofficiosi testamenti sit introducta: *vt dictum sup. eod. cap. in prin.*

III. QVID VENIAT IN hac actione?

Hac actione non in totum infirmatur donatio, sed siue aliquid, siue nihil actori à defuncto sit relictum, agitur ad præstandam vel supplendam legitimam eius, quod actor habiturus esset, si donator ante factam donationem decessisset. *l. si totas. 5. C. de inoffic. donat. l. si liqueat. 8. in prin. C. eod. tt. item Nouell. cap. 92. §. 1. M. I. R. d. cap. 11. reg. 34.* Ait Imperator. *in d. l. 8.* Quod donatum est, pro ratione quartæ deminuetur. scilicet eius, quod actor habiturus esset, si donator donationem non fecisset, & intestatus decessisset. nam hæc iure antiquo legitima erat portio, quæ inofficiosi testamenti querelam excludebat. *Instit. de inoffic. test. §. igitur quartam. & l. Papinianus. 8. §. quoniam autem. ff. eod. tt.* Hodie vero legitima portio censetur, siquidem quatuor filij defuncti supersint, vel pauciores, tertia totius substantiæ defuncti pars; sin autem plures supersint, dimidia. *Nou. c. 18. in princ.* Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis liberos non habens, omnia bona sua partemve

bonorum donauerit, posteaq; liberos sit nactus: hoc enim casu non pro parte, sed in totum donatio rescinditur. *l. si vnquam. 8. C. de reuocan. donat. M.I.R.d.c.11.reg.10.excep.23.& reg.34.excep.1.*

IV. ADFINIA PROPOSITÆ actionis remedia.

Primum adfine remedium est querela inofficiosi testamenti. *de quo vide sup.hoc cap.in pr.* Secundum, actio familiæ erciscundæ. *l.2. C. de inofficiosis donat.* Tertium, si mortis causa donatum sit, ratio legis Falcidiæ. *l.si mortis causa.5.C.ad leg.Falc.* Quartum, in integrum restitutio. *de quo vide sup.hoc cap. q.2.except.5.*

V. QVIBVS, aduersus quos, quando & quamdiu competat hæc querela inofficiosæ donationis, & alia vide *sup.lib.11.c.4.cum capitibus seqq.* nam quæ inofficiosi testamenti iura sunt, eadem etiam sunt inofficiosæ donationis, *vt dictum sup. eod. cap.in princ.*

DE MORTIS CAVSA DONATIONIBUS.

CAP. XVII.

HActenus de donationibus earumq; effectibus in genere dictum est; sequitur de quibusdam donationis speciebus, & primum de mortis causa donationibus.

I. DEFINITIO mortis causa donationis proponitur *Instit.de donationib.§.mortis causa. & §. & in summa. item l.1.ff. de mortis causa. M.I.R.d c.11.reg.37.* Huius definitionis exceptio est: Nisi donatio aliud speciale nomen habeat. *l. mortis causa. 30. in prin.ff.d.tt.*

II. DIVISIO huius donationis proponitur *l.2. ff.de mortis causa donat. d.l. 30. §. rursus. & l. Senatus censuit.34.§.mortis causa donat.ff.eod.tt.*

III. PROPRIA huius donationis habentur *d.l. l.34.§.donatio.ff.de mortis causa donat.*

IV. SIMILE MORTIS CAVSA donationis.

Mortis causa donationes ad exemplum legatorum sunt reuocatæ. *Instit.de donationib.§. hæ mortis causa. l. vlt. §.fin. C. de mortis causa donationibus. si mortis.14.§.fin.l.etsi debitor. 16. in fine. item l. illud.36. in prin.ff.eod.tt. Concordat Nouell.c.87.§. nam cum scirent.M.I.R,d.c.11.reg.38.*

V. SPECIES COGNATA EST, mortis causa capio, de qua hic agendum.

I. DEFINITIO mortis causa capionis proponitur *l.mortis causa.30. in prin.ff.de mortis causa donat. M.I.R.d.c.11.reg.39.*

II. DIFFERENTIA à mortis causa donatione, *l.inter.37.ff.eod.tt.*

III. SPECIES MORTIS CAVSA capionis.

Prima species est id, quod cõditionis implendæ causa capitur, *quæ species ex iam dictis patet. Concordat l. qui precio. 8. §. nam & quod.ff.eod. tt. l.mortis causa.30.§.sine donatione.ff.eod.tt. & l.Mæuius.53.in fi. ff.de condit.& demonstr.* Secunda species est; Si precio accepto quis hæreditatem vel legatum prætermiserit. *d.l.8.in prin.ff.de mortis causa donat. Concordat d.l.30.§.sine donatione.ff.eod.tt.* Tertia species est; Si pecunia accepta hæreditatem adiuit. *d.§.sine donatione. ibi, vt vel adeat hæreditatem. Concordat l. eum qui.20.ff.eod.tt.* Quarta species proponitur *l.si mulier.12.ff.de mortis causa donat.* Quinta *l.mortis causa.30.§.sed & dos.ff.d.tt.* Sexta species est; Si cum alicui ita legatum esset, Si hæres penum non dederit, decem dato: hæres penum dederit. *l. 1.§. item si ita, in fine.ff.ad l.Falcid.*

VI. EFFECTVS MORTIS causa donationis.

I. Regula: Res vxori à viro mortis causa donata non efficitur eius, nisi mortuo marito. *l.sed interim.11.in princ. & §.si vxor rem.ff.de donat.inter vir. & vxor.* Huius regulæ exceptio est: Nisi donator maritus sit deportatus. *l.sed si.13.§.1.ff.eod.tt.*

II. Regula; An maritus seruum, quem mortis causa vxori donauit, cum libertate hæredem instituere possit, definitur *l.vxori. 22. de donat.inter vir.& vxor.*

III. Regula; Id quod rei donatæ post donationem ante mortem donatoris accessit, vel seruus donatus acquisiuit, mortuo donatore ad donatarium pertinet. *l.si mortis.39.ff de mortis causa donat. Concordat l.si is.20.ff.de donat.inter vir.& vxor.*

DE ACTIONE DONATARII AD REM mortis causa donatam petendam.

CAP. XVIII.

INter effectum mortis causa donationis numerantur etiam actiones ad rem donatam petendam ac repetendam, de quibus nunc dicendum est: & primũ de actione, quæ ad rem mortis causa donatam petendam datur.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS cum suis exceptionibus.

Causa huius actionis est, si alicui mortis causa sit donatum, quæ causa ipso quidem iure subsistit *ex Nouell.c.87.§.cæterum. M.I.R. d.cap.11. reg.40.* Sed eius exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi is, qui donauit, testamẽtum facere non possit. approbatur ex contrario sensu *l.cum hic status.32.§.si miles, in fin.ff. de donat.inter vir. & vxor.M.I.R.d.reg 40.except.1.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi filiusfamilias voluntate patris donauerit. *l.tam is.24.§.fin.ff. de mortis causa donationib.M.I.R.d.except.1.repl.1.* Secunda; Nisi filiusfamilias miles donet. *l.si mortis. 14. §. idem Marcellus.ff.eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi is, qui intestatus decessit, mortis causa donauerit, reprobatur *l.tam is. 24.in prin.ff.de mortis causa donat.*

III. Exceptio; Nisi non soluendo sit is, qui mortis causa donauit, *l.etsi debitor, 16.ff.eod.tt. Concordat l.circa.66.§.fin.ff.ad l.Falcid.*

IV. Exceptio; Nisi ei donatum sit, cui legari non potest. approbatur ex contrario sensu *l.omnibus.9.ff. de mortis causa donat. Concordat l.Senatus. 34. in prin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi cum tempore donationis nõ esset capax donatarius, tempore mortis donatoris capere possit. *l.in mortis causa.21.ff.d.tt.* Secunda; Nisi cum in annos singulos donatũ esset, donatarius quibusdam annis capere possit, reprobatur *l.Senatus. 34.§.fin.ff.d.tt.*

V. Exceptio; Nisi vir vxori, vel contra vxor viro mortis causa donauerit. reprobatur *per ea, quæ dicentur inf.cap.20.except.10.*

VI. Exceptio: Nisi res non sit tradita. *l. inter. 37.in princ. ibi, nam mortis. ff. de mortis causa donat.* Plane exceptio hæc iure nouo est sublata: *M.I.R. lib.4.c.11.reg. 40.except.5. de qua re dictum sup. cap. 14. except.33.*

VII. Exceptio: Nisi in annos singulos mortis causa sit donatum. reprobatur *l. mortis causa.33.ff. de mortis causa donat.*

VIII. Exceptio: Nisi donatori eo tempore quo donat, nullum vitæ periculum immineat. reprobatur *l.2. in princ. l.mortis causa.30.§.rursus.l.Senatus. 34.§. mortis. item l. mortis causa. 3. cum tribus ll. seqq.ff.eod.tt.*

IX. Exceptio; Nisi non suæ, sed alterius mortis causa donauit. reprobatur *l. mortis causa. 17. in princ. ff. de mortis causa donationib. l. mortis causa. 11.ff. eod.tt.item l.nec fratris.3.C.eod.tt.*

X. Exceptio: Nisi donatio actis non sit insinuata. reprobatur *l.vt.C de mortis causa donat. Concordat Nouell.c.87.§.nam cum scirent. M.I.R. d.c.11.reg. 10.except.16.repl.4.*

XI. Exceptio; Nisi donator ob sceleris conscientiam mortem sibi consciuit. Item

XII. Exceptio: Nisi memoria donatoris post mortem eius sit damnata. *Hæ duæ exceptiones approbantur argumento l. cum hic status. 32. §. si maritus. ff. de donationib inter vir. & vxor.*

XIII. Exceptio: Nisi donator pœna capitis fuerit affectus. *l.si aliquis.7.ff.de mortis causa donat.*

XIV. Exceptio; Nisi donator conualuerit. *l. non videtur.31.ff de mortis causa donat. Concordat l.apud Celsum. 4. §.1. ff. de dolo mali except. M.I.R. d. reg. 40. exc.8.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi in donatione ita conuenerit, vt nullo casu eius sit repetitio. *l.si alienam.13.§.fin.l.vbi ita.26.item l Senatus.34.§. nam sic. ff. de mortis causa donationib.* Secunda replicatio: Nisi res aliena donata sit, eaq; à donatario vsucapta. reprobatur *d.l.13.in prin.* Tertia; Nisi liberatione debiti donata, debitor etiam tempore fuerit liberatus. reprobatur *l.quod debitori. 23.ff.eod.tt.* Reliquas propositæ exceptiones vide *inf.except.prox.*

XV. Exceptio; Nisi donator mutauerit voluntatem, eumq; pœnituerit. *l.qui mortis.29.ff. de mortis causa donat. Concordant ea, quæ proponuntur inf. q.4. M.I.R.d.reg.40.excep.9.* Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi donator potestati mutandæ voluntatis specialiter renunciauerit. *Nouel.c.87.§.cæterum.ibi, & si quidem hoc velint.& §.nam cum scirent: M.I.R. d.except 9.repl.1.* Secunda replicatio est: Nisi specialiter conuenerit, vt omnimodo non reddatur. approbari videtur *l. si alienam.13. §.Marcellus.item l.vbi ita donatur.27.ff.de mortis causa donat. Concordat l. Senatus.34. §. nam etiam sic.ff.eod.tt. M.I.R. d.except.9.repl.2.* Tertia; Nisi in donatione conuenerit, vt tantum vno certo casu res reddatur. tunc enim reliquis casibus videtur renunciatum. Hæc replicatio videtur approbari *per ea quæ proposita sunt sup. repl. prox. Concordat l.qui precio.8.§.fin.ff.d.tt.*

XVI. Exceptio: Nisi donatarius ante donatorem fuerit mortuus. *Instit. de donationibus. §. mortis causa, in fin. Concordat l.etiamsi. 6. C. de donat.inter virum & vxor.M.I.R. d.reg. 40. except.11.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi simul tã donator quam donatarius decesserint, vt ignoretur vter prior perierit. *l.si hi.25.ff. de mortis causa donationib.Concordat l.cum hic status.32. §. si ambo. ibi, proinde rectissime.ff.de donationib.inter vir.& vxor.* Secunda replicatio est; Nisi cum filiofamilias vel seruo donatum esset, pater dominusve superuiuat. reprobatur sub conditione *l. si filiofamilias. 22. & l.si seruo. 43. ff. de mortis causa donationib.* Hæc de exceptionibus actionis propositæ, necnon de causis actionis *inf.cap. prox. proponendæ.* Sequuntur reliqui propositæ actionis loci.

II. QVIBVS DATVR hæc actio.

I. Regula, De seruo, cui donatum est manumissio, & domino eius: vtri detur, definitur *d.l. 43.§.fin.* Sed & plura de regula proposita vide *sup. lib.13.c.1.q.3.reg.2.except.1.*

II. Regula; Si filiofamilias mortis causa donatum sit, isq; mortis donatoris tẽpore paterfamilias inueniatur, ipsi acquiritur, non patri. *l.sed interim.11.§.idem ait. ff.de donat.inter vir.& vxor.*

III. Regula: Si patrifamilias donatum sit, qui mortis donatoris tempore filiusfamilias inueniatur, non ipsi, sed patri acquiritur. *d.l. 11. §. per contrarium.*

IV. Regula, De substituto ei, cui mortis causa donatum est. Et huic datur actio. *l.ei cui. 10. ff. de mortis causa donat. l. vnica.§.sin autem aliquid, in fin. C. de caducis tollendis. item l. 1. C. de mortis causa donat.* Plura de hac re vide *sup.lib.12.c.4.except.40.repl.12. in princ.*

III. QVID ET QVANTVM VEniat in hanc actionem?

I. Regula, De eo, quod rei donatæ post donationem accessit, proponitur *l.si mortis causa.39.ff.de mortis causa donationib.*

II. Regula; Si immodice vel inofficiose donatũ sit mortis causa, quarta ratione Falcidiæ retineri potest. *quæ regula approbatur per ea quæ habentur sup.lib,prox.cap.15.except.34.repl.1.* Cuius regulæ exceptio est: Nisi ita donatum sit, vt nullo casu reuocetur. *l. vbi ita. 26.ff. de mortis causa donationib. Concordat l.Seia.41.§.fin.ff.eod.tt.*

IV. QVANDO COMPETIT hæc actio?

Non nisi post mortem donatoris. *l.non videtur. 31.ff.de mortis causa donat. Concordat l.mortis causa.33. in fin.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio videtur esse talis; Nisi cum quis Titio bona sua donasset & tradidisset, retẽto sibi eorum vsufructu, ita vt Titio ante donatorem mortuo, liberis eius sint donata, Titius ante donatorem mortuus sit: hoc enim casu liberis Titij ad cautionem præstãdam aduersus donatorem actio videtur danda. Verum exceptio hæc reprobatur *l.Seia.41.in prin.ff.de mortis causa donationib.*

V. QVÆ EX MORTIS DONAtione competat actio, quæq; eius adfinia sint remedia?

Prima regula: In rem actio donatario competit. *l.si mortis causa. 28.ibi, mortuo eo. item ibi: interim autem.ff.de mortis causa donat.*

Secunda regula: Si donatariorum alter alteri sit sub-

sit substitutus, existente conditione fideicommissi actio competit. *l.1. C.cod.tt.*

Tertia regula: Si debitori chirographa vel liberatio mortis causa donetur, hæredi debitū petenti obstat exceptio. *l.mortis causa.17. §. Titia.ff.de mortis causa donat.l.auunculo.27.ff.eod.tt. Concordant insuper ea quæ proposita sunt sup.lib.13.c.5.reg.12.*

DE ACTIONE AD REVOCANDAM mortis causa donationem, & rem repetendam.

CAP. XIX.

PRimo: Causæ huius actionis, propositæ sunt exceptionum loco *sup.cap.proxim. q.1. præsertim exc.14.cum seqq.* Quæ ergo ibi dicta sunt, ad hunc quoq; locum pertinent: quæq; ibi replicationum loco posita sunt, hic exceptionum loco sunt repetenda. Sed & huiusmodi exceptionum vna & hæc est; Nisi donator non reddat impensas, quas donatarius in rem fecit. *l.si mortis causa.14.ff. de mortis causa donat.*

II. ADVERSVS QVOS DEtur hæc actio?

Si cum duos reos promittendi haberet, vni acceptum tulit, nihilominus alteri poterit cōdici, *l.Senatus.34.§.si duob.ff. de mortis causa donat.*

III. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula, De hac re donata, & rei precio, vtrum veniat petendum? Regulariter quidem ipsa res donata venit condicenda. Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi filiofamilias mortis causa donatum sit: tunc enim aduersus patrem de peculio actio datur. approbatur simul & distinguitur *l.si filiofamilias.18.ff. de mortis causa donat.* Secunda exceptio est; Nisi donatarius rem alienauerit. tunc enim precium rei condicendum. *d.l.18.in fin. Concordat l.si is.38.ff.eod.tt.* Plane si res donata à donatario alienata sit, in arbitrio ipsius donatoris est, vtrum precium, an rem ipsam velit condicere. *l.illud.36.§.fin.ff.d.tt.* Quanti autem res sit æstimanda, si precium eius restituendum sit, vide *sup.lib.prox.c.16.q.4.*

II. Regula: Si nomen debitoris, qui non est soluendo, sit donatum, quid condicendum, definitur *l. mortis causa. 17. §. si donaturus. ff. de mortis causa donat. Concordat l.mortis causa. 30. §. si iusseris.ff. eod.tt.*

III. Regula: Fructus quoque condicuntur. *l. videamus.38.§. item si indebitum. ff. de vsuris & fructib. M.I.R.lib.4.c.11.reg.45.*

IV. QVANDO COMpetat?

Etiam dum pendet, an conualescere possit, repetere potest donator. *l.mortis causa.15.ff. de mortis causa donationibus. Sed de hac re vide sup.cap.proxim.except.15.*

V. QVÆ ACTIO COMPEtat, quæq; eius sint adfinia remedia?

I. Regula: Condictio competit rei donatæ. *l.Senatus.34.§. nec dubitauere.ff. de mortis causa donat. l.mortis causa.18.§.si donaturus, in fin.item l.qui mortis. 29.ff.eod.tt.*

II. Regula: Etiam in rem actio competit donatori. *d.l.29.item l.si mortis causa.28.ff.eod.tt.M.I.R. d.c.11.reg.46.*

III. Regula: Datur etiam in factum actio. *l. mortis causa.17.§.si donaturus, in fin.ff.de mortis causa donationib.*

DE DONATIONIBVS INTER virum & vxorem.

CAP. XX.

SEquitur de alia specie donationis, quæ est ipso iure nulla, quando scilicet vxor viro, vel contra vir vxori donauerit. Sit igitur huius capitis principalis propositio ac regula talis. Quod donatio inter virum & vxorem nullius sit momenti, nec obligatoria. *l.1.cum ll.seqq.ff. de donat. inter virum & vxor.l.sed si vir.31.§. quod legaturus, in fine.ff.eod.tt.l.cum multæ.20.§.simplices. C. de donat. ante nuptias. item Nouell. constit. 74.§. illud quoq; mel.ius. M.I.P.lib.5.cap.5.reg.30. M.I.R. d.c.11.reg.47.* Nunc propositæ regulæ exceptiones cum suis replicationibus ordine dispiciamus, quæ certe multæ & variæ sunt, partim ex personis donantium, & iis quibus donatur, partim ex re donata, partim ex specie seu forma donationis, ex causa & modo, ex tempore donationis & consequentibus desumptæ.

I. Exceptio: Nisi ante nuptias sponsus sponsæ, vel contra hæc illi donauerit. *l.inter eos. 27.ff. de donat.inter vir.& vxor.& l.1.§.fin.ff.de donat.M.I.R. d.reg.47.except.17.* Huius replicatio prima; Nisi nuptiæ eodem die quo donatio facta est, fuerint secutæ. reprobatur *d.l.27.Concordat l.Seia 66. §.fin.ff.de donat.inter vir. & vxorem.* Plane admittitur, si in domo viri donatio die nuptiarum sit facta. *l.cum in te.6.C.de donat.ante nupt.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est; Nisi cum ante nuptias promissum esset, in tempus matrimonij collata sit donatio. *l.cum hic status. 32.§. si sponsus. ff. de donat.inter vir. & vxor. Concordat l. quod sponsæ.4. C.de donat. ante nupt.* Plane hoc casu non simpliciter inutilis censetur donatio, sed causa cognita, quod duplicationis loco notandum. *l.si ita. 97.§. fin.ff.de verb.obligat.* Tertia replicatio est; Nisi cum sponsus alicui rem dedisset sponsæ dandā, is post nuptias demum mulieri dederit. approbatur sub conditione *l.si sponsus 5. in princ.ff. de donat.inter virum & vxor.* Plane replicatio proposita cum superiore proxime fundatur in iure antiquo, quo donationes non nisi re tradita perficiebantur: quod tamen ius postea sublatū est, & constitutū, vt etiam sine traditione vel sola stipulatione, imo nudo consensu donatio perficiatur. *De qua re dictū sup.c.14.except.33.* Cum itaq; causa seu ratio propositarum replicationum sit sublata, non inepte quis dixerit & ipsas replicationes sublatas esse: iuxta vulgarem regulam, quæ est; Cessante causa, cessat effectus. Quarta replicatio est; Nisi cum ante nuptias sponsus sponsæ rem alienam donasset, post nuptias permutatione facta suam dederit. reprobatur *l.si donatæ.36.§.fin.ff.eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi post solutū matrimonium donauit. Hæc exceptio ipso quidē iure subsistit, eiusque exemplum proponitur *l.donatio.4.in fine. C.de donat.inter virum & vxor.* Verum eius replicatio prima est; Nisi diuortium non sit legitimum. *l.si non.35.ff.eod.tt.* Secunda; Nisi diuortium sit simulatum. *l.vir mulieri. 64. & l.cum hic status. 32.§.si mulier.ff.eod.tt.*

III. Exceptio: Nisi donatio facta sit, antequā mulier in domum mariti deduceretur, vel tabulæ dotis signarentur. reprobatur *l.Seia.66. in prin. ff.de donat.inter vir.& vxor.*

IV. Exceptio; Nisi matrimonium non consistat, vel nullum sit. *l.hæc ratio.3.§.videamus.ff.d.tt.* Plane exceptio proposita stricto quidem iure subsistit, æquitatis autem ratione nequaquam: quod replicationis loco notandum. *d.§. videamus. vers. sed fas non est. Cui concordat l. cum hic status. 32. §.fin.ff.eod.tt. & l. si ex voluntate. 7.C. de donatio.inter vir.& vxor.* Propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi quis eam quæ nōdum viripotens est, in vxorem duxerit, hoc enim casu, quamuis matrimonium non consistat, tamen donatio etiam æquitatis ratione non infirmatur. *l. quod vir. 65. & l. cum hic status. 32.§. si quis sponsam. ff. eod. tit.* Cuius triplicatio est: Nisi cum tanquam vxori donatum esset, sponsalia nulla præcesserint. *d. §. si quis sponsam.* Secunda duplicatio est; Nisi non vxoris, sed concubinæ loco habeat quis eam, cui donat. hoc enim casu donatio nec æquitatis ratione infirmatur. *l. hæc ratio. 3. §. videamus, in fin. ff. de donationib.inter virum & vxor.* Huius duplicationis triplicatio prima est; Nisi miles concubinæ suæ donauerit. *l.si ancillam.3.C.eod.tt.* Secunda; Nisi postea eam duxerit in vxorem. reprobatur *l.donationes.32.in prin.ff.de donationib.*

V. Exceptio; Nisi alius quam maritus vel vxor coniugi donauerit. Hæc exceptio per se quidem vera est, sed habet suas etiam replicationes, quarum prima est; Nisi is, qui in potestate est mariti, donet vxori: vel contra, qui in potestate est vxoris, donet marito. hoc enim casu nihilominus donatio inutilis est. *l. hæc ratio.3. §. qui in eiusdem.ff. de donat.inter vir.& vxor.* Propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi filiusfamilias de castrensi peculio matri suæ donet, vel vxori patris. *d.l.3.§. quare etsi.* Secunda; Nisi seruus mariti, in quo alius habet vsumfructum, donet vxori ex eo peculio, quod ad maritum non pertinet. reprobatur *d.l.3.§.si seruus.* Tertia; Nisi liber homo marito bona fide seruiens, vxori eius donet. *d. l. §.si seruus.* Quarta; Nisi seruus marito cum alio sit communis, reprobatur ita, vt pro mariti parte inutilis sit donatio, *l. si seruus. 38. in princ. ff. eod. tt. de quo inf. except.26.* Hæc de prima replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Secunda replicatio est; Nisi is in cuius potestate est maritus, vxori donet: vel contra, is in cuius potestate est vxor, donet marito. *l.si sponsus.5.§. generaliter. ff. de donat.inter vir.& vxor.l.hæc ratio.3. §. ab vxoris.ff. eod. tt.l.si vt proponis.5. C. eod. tt.* Tertia: Nisi is, qui in eiusdē est potestate, in cuius maritus vel vxor est, marito vel vxori donauerit. *d.l.3.§.qui in eiusdem.§. prohibetur.& §.ab vxoris.* Hæc de tribus propositæ exceptionis replicationib. specialiter sint dicta. Harum replicationū duæ potissimū sunt duplicationes generales. quarum prima est; Nisi alter in alterius potestate non sit. tunc enim quamuis pater sit vel frater, &c. nihilominus recte donat. *d.l.3.§.sed & his, in fin.* Huius duplicationis exemplum primum proponitur *d.l.3.§.socrui.* Aliud *l.si te.23.C.eod.tt. Concordat l.si mater.12. C.de donationib. ante nuptias.* Tertium *l.vitricus.60. in prin.ff. de donat.inter virum & vxor* Quartum *l.si seruus.38.in fin. ff.eod.tt.* Hæc de prima duplicatione generali. Altera duplicatio generalis est; Nisi à marito vel vxore facta donatio valeret; tunc enim ab aliis, qui alioquin ratione potestatis donare prohibentur, donatio facta debet valere. *l.si eum. 26.§. fin.ff.de donat.inter virum & vxorem. Concordat l.donatio.4.C.eod.tt.* Postremo præter prædictas tres replicationes, quarta quoq; propositæ exceptionis replicatio est; Nisi alius nomine mariti vel vxoris, aut marito vel vxore iubente, alterutri donet. nam nec hoc casu donatio valet, quamuis ab alio facta. *l.hæc ratio.3.§.non tantum autem. & l.si sponsus.5.§.generaliter.ff.eod.tt.* Exemplum est; Si maritī debitor eo delegante vel iubente vxori soluerit. *de quo infr.* Item, si maritus donaturum sibi vxori donare iusserit. *de quo inf.except.7.rep.1.*

VI. Exceptio; Nisi alij quam maritō vel vxori donatum sit. Hæc exceptio & ipso iure subsistit, & easdem quas superior proxima recipit replicationes & duplicationes. Est igitur prima propositæ exceptionis replicatio; Nisi ei, qui in potestate est mariti, vxor donet; vel contra, ei qui est in potestate vxoris, à marito donetur. *l.hæc ratio.3. §.sed & his.ff.de donat.inter vir. & vxor. l. si vxor.19.ff. eod.tt.* Exemplum proponitur *l.si prædia.58.§.fin.ff. eod.tt.* Propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi mater filio in castra eunti donauerit. *l. hæc ratio.3.§. qui in eiusdem. ibi, secundum hæc.ff.eod.tt.* Secunda; Nisi in mariti potestate non sit filius. approbatur *per ea quæ dicta sunt sup. except.prox. dupl. gener.1. & secundum hanc interpretantur l. si constante. 19.C.de don.inter vir.& vxor.* Secunda replicatio est; Nisi ei in cuius potestate est maritus, vxor donet; vel contra maritus donet ei, in cuius potestate est vxor. *d.l.3.§.sed & his.* Cessante ergo patria potestate, & in hoc casu valet donatio. Vnde si vxor mariti donet, valet. *d.l.3.§.socrui.* Reliquas propositæ exceptionis replicationes & duplicationes vide *sup.except.prox.* Nam & ad hanc exceptionem pertinent, quæ ibi sunt dicta.

VII. Exceptio; Nisi non inter maritum & vxorem, sed inter alios facta sit donatio. Et hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, recipitque replicationem hanc: Nisi ij, qui maritum & vxorem in sua potestate habent, vel qui eorum iuri subiecti sunt, sibi inuicem donent. *l.2. C.de donat. inter vir.& vxor. Concordat l.si sponsus.5.§.generaliter. ff.eod.tt.* Plane & huius replicationis eædem sunt duplicationes, quæ propositæ sunt *supr. except.5. in fin.*

VIII. Exceptio; Nisi Imperator Augustæ, vel contra illa huic donauerit. *l.donationes.26.C.eod.tt.*

IX. Exceptio: Nisi donans nō fiat pauperior, vel accipiens locupletior. *l.si sponsus.5.§. vbicunq; igitur. & l.sed & si.25.ff.eod.tt. M.I.P.lib.5.cap.5.reg.30. exc.1.M.I.R.d.reg.47.except.13.* Sed & propositæ exceptionis, quantū ad primam eius partē attinet, exemplum proponitur *d.l.5.§.si maritus.* Aliud *l. sed si vir.31.§.quo legaturus.ff.eod.tt.* Tertium exemplum est: Si maritus rem alienam, non suam donauerit. *l.sed & si.25.ff.eod.tt.* Plane exceptio proposita

posita non habet locum, si maritus eum, qui ei donaturus erat, vxori donare iusserit. quod loco ꝛ plicationis notandum. *l. hæc ratio. 3. §. fin. cum l. seq. ff. de donatio. inter vir. & vxor. Concordat l. si quod. 56 ff. eod tt.* Hæc de priore propositæ exceptionis parte dicta sunt. Posterioris partis exemplum primum est; Si sepulturæ causa maritus vxori donet. *l. si sponsus. 5. §. concissa. ff. de donat. inter vir. & vxor. de quo inf. except. 18.* Aliud proponitur *d. l. 5. §. Marcellus.* Item aliud est, si cum vxor sibi à marito donata quid emisset, illud perierit; puta seruus emptus decesserit, &c. *Quod proponitur l. si id. 28. §. si ex decem. ff. d. tt.* de quo cum aliis similibus *infr.* dicetur *cap. prox. q. 4 reg. 1.*

x. Exceptio; Nisi mortis causa donatum sit *l. si eum. 9. §. fin. cum l. seq. ff de donat. inter vir. & vxor. M. I. R. d. reg. 47. except. 2.* Huius exceptionis replicatio prima; Nisi non ob iustum mortis metum maritus vxori donauerit. reprobatur *l. Fulcinius. 42. ff. de mortis causa donat.* Secunda; Nisi nō vir, sed socer nurui vel genero mortis causa donauerit. *l. mortis. 53. in prin. ff. de don. inter vir. & vxor.* Huius duplicatio est; Nisi non vir, sed filij sui mortis causa socer nurui donet. *l. mortis causa. 11. ff. de mortis causa donat. Concordat l. si eum. 26. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Tertia replicatio; Nisi ita sit donatum mortis causa, vt res statim fiant accipiētis reprobatur *l. sed interim. 11. §. 1 ff. d tt.* Quarta; Nisi donator seruum donatū postea cum libertate hæredē instituerit. reprobatur sub conditione. *l. vxori. 22. in fin. ff. d. tt.* Quinta; Nisi vxor donataria postea diuerterit. *d. l. 11. §. penult.* Sed de hac replicatione vide plura *inf. exc. 39. repl. 17.* Sexta; Nisi donatarius maritus viua donatrice decesserit. *l. si vir. 52. §. fin. ff. eod. tt.* Plura de replicatione proposita vide *sup. c. 18. exc. 16.* Septima; Nisi res ei, qui à muliere ad eam accipiendam interpositus erat, tradita, nullo temporis momēto eius fuerit facta. *l. sed interim. 11. §. idem Marcellus. ibi, quia debeat ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ratio est, quod donatio traditione olim perficiebatur, eaque inutili existente, nec donatio vtilis esse poterat. Cum autem hodie etiam sine traditione perficiatur donatio, *vt ostensum inf. cap. 14. except. 33. in princ.* & ita ratio propositæ replicationis sit sublata; ipsam quoq; replicationem cum replicationibus sequentibus, quæ ex hac pendent, sublatam esse credendum est. Octaua replicatio est; Nisi is, cui res donata traditur, sui iuris non sit. hoc enim casu res tradita accipientis non fit, & ob id traditio ac donatio non valet. Hæc replicatio subsistit ratione replicationis præcedentis, verum eius duplicatio est; Nisi tempore mortis donatoris sui iuris inueniatur. *d. l. 11. §. maritus.* Nona replicatio est; Nisi interpositus, qui rem donatam à marito accepit, & vxori tradidit, viuo donatore decesserit. *d. l. 11. §. idem Marcellus.* Huius duplicatio est; Nisi à donatore non à donatrice fuerit interpositus. *d. §. idem Marcellus.* Decima replicatio est; Nisi interpositus, qui rem donatam accepit, post mortem demum donatoris rem dederit. approbatur sub conditione *d. l. 11. §. si vxor.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *inf. except. 39.*

xi. Exceptio; Nisi diuortij causa donatum sit *d. l. 11. §. fin. Concordat l. vitricus. 60. §. fin. cum seqq. ff. eod. tit.* Huius replicatio prima est; Nisi diuortium non statim sequatur donationem. *l. quæ tamen. 12. ff. eod. tt.* Secunda; Nisi mors alterutrius statim donationem sequatur. *l. sed si mors 13. in prin. ff. eod. tt.*

xii. Exceptio; Nisi in alimenta vxori maritus annuum vel menstruum præstet. *l. mutus. 73. §. manente. ff. de iure dotium l. si quis. 21. final. & l. sed si vir. 31. §. antepen. ibi: sed si impensas. ff. de donat. inter vir. & vxorem item l. sicut. 10. C. eod. tt.* Qua exceptio proposita approbatur, simul & prima eius replicatio introducitur, talis scilicet; Nisi res nondum fuerit tradita. Quæ iure quidem antiquo subsistit, iure autem nouo videtur esse sublata, *secundum ea quæ dicta sunt sup. c. 14. except. 33. in prin.* Concordat huic exceptioni & replicationi *l. si id. 28. §. fin. & l. si stipulata. 33. in princ. ff. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio prima; Nisi alio modo vxor possessionem rei sit nacta, vt per exceptionē se defendat. reprobatur exemplo *l. quidam 22. ff. de pactis dotalibus.* Altera; Nisi maritus in vita donationem non reuocauerit. approbatur *inf. except. 39. repl. 18.* Sed & tollitur replicatio proposita iure nouo. *De quo d. replic. 18. in fine dicetur.* Secunda propositæ exceptionis replicatio est; Nisi aliquid ex eo, quod annui nomine datū est, supersit. hoc enim quod superest reuocabitur. approbatur simul & distinguitur *l. ex annuo. 15. in princ. ff. de donat. inter virum & vxorem.* Duplicatio prima est; Nisi id quod supersit, vires dotis non excedat. tunc enim reuocari non potest. *d. l. 15.* Secunda; Nisi vxor de suo, aut pecunia mutuata impendit. tunc enim quod postea à marito annui nomine accepit, non tanquam supersit reuocabitur. *l. si id. 28. §. illud constat. ff. de donat. inter virum & vxorem.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est; Nisi non maritus vxori, sed contra vxor marito annuum præstet. *l. si stipulata. 33. §. si vxor. ff. d. tt.* Quarta; Nisi de damno dato in iis rebus, quarum vsum maritus vxori annui nomine concessit, agatur. *l. mortis. 53. §. fin. ff. d. tt.*

xiii. Exceptio; Nisi non in profectionem vxoris maritus impendit. *l. si quis. 21. in prin. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

xiv. Exceptio; Nisi in alimenta familiæ & iumentorum vxoris maritus donauit. *d. l. 21. §. fin. ibi. suosq; homines. Concordat l. si prædia. 58. §. item cum. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi mancipia non in vsu communi sint, sed domestica vxoris aut venalia. *d. §. item cum. Cui concordat l. sed si. 31. §. fin. ff. eod. tt.*

xv. Exceptio; Nisi in hoc donauerit, vt pro communi filia in dotem daret. *l. siue vxor. 34. ff. de donat. inter vir. & vxor. Concordat l. profectitia. 5. §. si quis certam. ibi: hoc in matre. ff. de iure dotium. M. I. R. d. reg. 47. except. 9.*

xvi. Exceptio; Nisi ita dedit, vt post mortem suam filio cōmuni restituat. approbatur sub conditione *l. Sulpicius. 49. ff. de don. inter vir. & vxor.*

xvii. Exceptio; Nisi donauerit ad refectionem ædificiorum incendio cōsumptorum. *l. quod si. 14. ff. eod. tt.*

xviii. Exceptio; Nisi sepulturæ causa donauit, vel ita vt Deo dicaret, vel publico vsui. *l. si sponsus. 5. §. concessa. ff. eod. tt.* Huius replicatio est; Nisi donatarius id quod sibi donatum est, non in eam causam in quam datum est, conuerterit. *d. §. concessa.*

cessa. ibi ita demum. Cuius duplicatio est; Nisi mulier donataria suam pecuniā in eam causam conuerterit, in quam à marito pecuniam acceperat. tunc enim, quamuis pecuniam à marito donatam vel retinuerit, vel in alios vsus conuerterit, nihilominus valet donatio. *l. quod autem. 7. §. 1. & l. si id. 28. §. illud constat. ff. d. tt.*

xix. Exceptio; Nisi propter nuptias donatum sit. *l. cum multæ. 20. §. sancimus itaq;. C. de donat. ante nupt. de qua re vide sup. lib. 4. c. 20.*

xx. Exceptio; Nisi seruus donatus sit ita, vt manumittatur *l. quod autem. 7. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. Concordat l. maritus. 22. C. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi talis sit seruus donatus, qui omnino ad libertatem peruenire nō possit. *l. si eum. 9. in prin. ff. eod. tt.* Secunda; Nisi antequam seruus manumittatur, matrimonium sit solutum. *l. si ante 8. ff. d. tt.* Tertia; Nisi vxor operas manumisso imposuerit. reprobatur *d. l. 9. §. si pecunia.* Quarta; Nisi vxor accepta pecunia seruum manumiserit. approbatur sub conditione *d. §. si pecunia.*

xxi. Exceptio; Nisi maritus pecuniam vxori donatam, sibi reddi stipulatus sit, si culpa eius diuortium fieret. reprobatur *l. ea quæ. 57. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

xxii. Exceptio; Nisi in casum deportationis vel exilij sit donatio facta. *l. sed si. 13. §. & alias placet & l. inter. 43. ff. eod tt.*

xxiii. Exceptio; Nisi xeniolum dedit, vel natali die donauit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi munus immodicum sit datum. *l. sed si vir. 31. §. antepenult. ff. eod. tt.*

xxiv. Exceptio; Nisi honoris adipiscendi causa donatum sit. *l. quod adipiscendæ. 40. cum duabus ll. seqq. ff. de donat. inter vir. & vxor. Concordat l. si propriis. 21. C. eod. tt.*

xxv. Exceptio; Nisi cum ante nuptias alienum annulum sponsus sponsæ dederit, post nuptias maritus vxori suum dederit. *l. si donatæ. 36. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

xxvi. Exceptio; Nisi res aliena donata sit. *l. sed & si. 25. ff. eod. tt.* Plane si rem communem sibi cum alio maritus vel socius vxori donauerit, pro parte mariti non valet donatio. *l. si seruus. 38. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

xxvii. Exceptio; Nisi non proprietas, sed possessio tantum sit donata. reprobatur *l. inter. 46. ff. eod. tt.*

xxviii. Exceptio; Nisi operas serui præstiterit. *l. si id. 28. §. si quas. & l. sed si. 31. §. 1. item l. si vir. 18. ff. eod. tt.*

xxix. Exceptio; Nisi non donatum, sed alio modo inter virum & vxorem contractum sit, vel aliud gestum. quæ exceptio ipso iure subsistit, eiusq; exemplum est, si venditio inter eos sit contracta. *l. quod autem. 7. §. si vxor à marito. ff. de donat. inter virum & vxorem. Concordat l. sed si. 31. §. duo, in fin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 47 except. 12.* Aliud exemplum est, permutatio inter maritum & vxorem facta. *l. si prædia. 58. in princ. & l. si donatæ. 36. §. fin. ff. eod. tt.* Propositæ exceptionis replicatio est; Nisi donationis causa gestum sit, puta venditio facta vel quid aliud. *Hæc replicatio ex prædictis patet; sed & approbatur l. hæc ratio. 3. §. sciendum. ff. eod. tt. M. I. R. d. except. 12. replic. 1.* Huius replicationis exempla hæc sunt. Primum proponitur *l. si sponsus. 5. §. si debitor. ff. eod. tt.* Secundum *d. §. si debitor.* Tertium *d. l. 5. §. si donationis.* Quartum *d. l. 5. §. si vxor.* Quintum exemplum est; Si pluris vel minoris dos vel res cōmodata donationis causa sit æstimata. *quod proponitur l. quod autem. 7. §. si maritus. ff. eod. tt.* Sextum; Si maritus donationis causa in res vxoris impendit. *l. in voluptarius. 11. §. fin. ff de impensis in reb. dot. fact.* Septimum; Si maritus vxori actionem dotis & vsurarum eius remiserit. *l. pro oneribus. 20. C. de iure dotium. Concordat l. si quis. 21. §. si vxor. ff. de donat. inter vir. & vxorem.* Plane replicatio proposita in exemplo proposito recipit duplicationem hanc; Nisi in alimenta maritus vxori dotem concedat. *d. l. 21. §. fin. de qua re vide sup. except. 12 & except. 14.* Octauum exemplum est; Si societas donationis causa sit contracta. *l. cum hic status. 32. §. si inter. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Nonum; Si venditio donationis causa sit contracta. *quod exemplum proponitur d. §. si inter. l. quod autem. 7. § si vxor à marito. ff. eod. tt. l. si non verum. 15. & l. creditor. 20. C. eod. tt.* Decimum; Si locatio donationis causa sit facta. *l. si vir. 52. in princ. ff. de donat. inter vir. & vxorem.* Vndecimum; Si depositum donationis causa minoris æstimatur. *d. l. 52.* Simile exemplum habetur *paulo superius exemplo quinto.* Duodecimum; Si dos constante matrimonio vxori sit restituta. *de quo vide sup. lib. 4. c. 11. exc. 36.* Hactenus exempla propositæ replicationis enumerata sunt; nunc eius duplicationes videamus. Harum prima est; Nisi non in totum contractus, puta venditionis, &c. donationis causa sit celebratus, sed pro aliquā parte. tunc enim id solum, quod in eo contractu donationis causa conuenit, non valet; contractus autem ipse per se subsistit. *l. cum sponsus. 5. §. circa venditionem. ff. de donat. inter virum & vxorem. Concordat l. sed si vir. 31. §. si duo. & §. si vir vxori. item l. si vir. 52. in princ. ibi: depositum est, ff. eod. tt.* Secunda; Nisi donator in eadem voluntate vsque ad finem vitæ perseuerauerit. *De hac re vide inf. except. 39.* Tertia; Nisi id quod in diem debebatur, donationis causa ante diem sit solutum. *l. sed si vir. 31. §. quod vir. ff. de donat. inter virum & vxorem.* Quarta; Nisi cum maritus percepta certa quantitate rogatus esset vxori hæreditatem restituere, quantitate non percepta, nec quarta deducta hæreditatem restitueret. *l. si sponsus. 5. §. si quis rogatus. ff. eod. tt.* Quinta; Nisi ex alterutrius materia alterius nomine species sit confecta. hoc enim casu species ei acquiritur, cuius nomine facta est, quamuis ex alterius materia donata. *l. si mulier. 29. § fin. cum l. seq. & l. sed si vir. 31. §. 1. ibi; sed viri nomine. ff. eod. tt.* Plane hoc casu is, cuius lana fuit, vtilem habet actionem ad precium lanæ consequendum, *vt ex iam dictis constat.* Sed etsi vestimentum, quod mulier sua lana viri nomine confecit, viri efficiatur, *vt iam est dictum:* non tamen contra, si vir sua lana vxoris nomine vestimentum confecerit, id vxoris efficitur. *quod approbatur d. l. 31. in prin.* Plura de re proposita vide *sup. lib. 7. c. 1. causa 12.* Plures propositæ replicationis duplicationes vide *sup. except. 9.*

xxx. Exceptio; Nisi habitatio gratis sit concessa. *l. si vir. 18. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

xxxi. Exceptio; Nisi aliarum extrinsecus personarum vel rerum causa commissa sit. approbatur sub conditione *l. si sponsus. 5. §. generaliter,*

ter.ff.eod.tt. Huius replicatio est: Nisi causa mixta possit separari. *d.l.5.§.1.& §.generaliter.*

XXXII. Exceptio: Nisi diuortium inter maritum & vxorem sit factum. reprobatur *l.& ideo. 62.§.fin.ff.eod.tt.*

XXXIII. Exceptio: Nisi sibi inuicem donauerint, vel donataria donatori rursus donauerit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur: verum admittitur primum sub hac conditione, Si ambo simul decesserint. *l.cum hic status. 32. § si ambo. ibi: proinde rectissime. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

Secundo in casu, qui proponitur *l.vlt. ff. eod.tt.* Tertio in casu de quo *inf.except. 38.repl.3.*

XXXIV. Exceptio: Nisi donataria donatori contra ampla legata reliquerit. reprobatur *l.quæ iam.48.ff.de donat.inter vir.& vxor.*

XXXV. Exceptio; Nisi donatum ædificio iunctum sit. reprobatur *l.de eo. 63. & l.Marcellus.45.ff. d.tit.*

XXXVI. Exceptio: Nisi ex re donata vxor suo vel viri nomine speciem aliquam fecerit. *de hac re vide sup.excepi.29.repl.1.dupl.5.*

XXXVII. Exceptio: Nisi in integrum restitutio contra donationem non sit petita, vel donatio rescissa. reprobatur *l.hæc ratio.3.§.sciendum.ff d.tt.*

XXXVIII. Exceptio; Nisi res donata perierit, vel à donatario consumpta sit. *l. si id.28. in princ.& §.si ex decem.ibi: quemadmodum.ff.d.tt.item l.si fruct.8. C.eod.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi dolo mulieris factum sit, ne res extet. *l.si mulier. 37.ff. eod.tt.* Secunda: Nisi mulier ex pecunia donata rem aliquam emerit, eaque rursus vendita aliam emerit, quæ posterior perijt. reprobatur *l.si mulier. 29.in prin.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi donator ad aliã rem donatam restituẽdam conuentus, compensationem opponat: hæc enim vtilis est, quamuis actor rem sibi donatam consumpserit. *l. quod autem.7.§.si vir & vxor.ff.de donat. inter vir. & vxorem.* Huius duplicatio est; Nisi morte, non diuortio solutum sit matrimonium. *l. cum hic status. 32. §. quod ait oratio, in fin.ff. eod.tt.* Sed & plura ad exceptionem propositam pertinentia vide *sup. cap.proxim.q.4.reg.1.item supr.except. 9. item except.12.13. & cum seqq.*

XXXIX. Exceptio; Nisi donator, dum viuit, donationem non reuocauerit, approbatur Senatusconsulto seu oratione Imp. Antonini, *d.l.32.§. ait oratio.* De tempore & authoribus huius Senatusconsulti, necnon de vi & effectu, proponitur *d.l.32.in prin.* Concordat exceptioni propositæ *l.1. l. donatio.4.item l.ex verbis.14. C.eod.tt. M.I.P.lib.5.c.5. reg.30.except.2.M.I.R.d.reg.47.except.9.* Propositæ exceptionis replicatio prima: Nisi non inter virum & vxorẽ facta sit donatio, sed inter eos, qui vel in eorum potestate sunt, vel in quorum potestate sunt maritus & vxor. reprobatur *l. cum hic status. 32. §. oratio. & §. si nurus. ff. de donat.inter vir. & vxor.* Secunda: Nisi filiusfamilias donauerit. Hæc replicatio generalis est omnium donationum exceptio, *de qua sup.cap.14.except.1.* Huius autem replicationis duplicatio prima est: Nisi consensu patris donauerit. *l.donatio.4. ibi: vel patris sui. C.eod.tt.* Secũda; Nisi filiusfamilias miles castrense peculium donauerit. *l. cum hic status.32.§.si filiusfamil.ff.eod.tt.* Tertia replicatio est: Nisi donatorem pœnituerit in vita. ipso quidem iure subsistit, *M.I.P.d.except.2.repl.1. M.I.R. d.except.9. replic.4.* verũ eius duplicatio prima est: Nisi postea ante mortem desierit pœnitere. *d.l.32.§.pœnitentiam.& §.si diuortium.ibi, quid ergo.* Secunda: Nisi donator non euidenter voluntatem reuocauerit. *d.§.pœnitentiam, in fin.* Quarta replicatio est: Nisi socer, qui donauit, postea nuncium miserit. *d.l.32.§.si socer.* Quinta; Nisi donator rem alienauerit, vel pignori obligauerit. *l.si maritus. 12. C. de donat. inter vir.& vxor.* Huius duplicatio prima est: Nisi cum rem donatã pignori obligasset donator, nihilominus donandi animum retinuerit. *l. cum hic status.32.§.si maritus.ff.eod.tt.* Secunda; Nisi ante donationem maritus rem pignori obligauerit. *d.§.si maritus.vers.nam & si. Cui concordat l.siquidem.31.in prin. C.d.tt.* Tertia: Nisi donator ipse donationem reuocare non potuit. *d.l.13.§.fin.* Quarta: Nisi partem alienauit. hęc enim pars non alienata, in donatione manet. *l. cum hic status. 32. §. quasdam.ff.de donat.inter vir. & vxor.* Quinta; Nisi pignori tantum obligauerit. Hæc duplicatio iure quidem antiquo reprobatur *per ea, quæ dicta sunt paulo superius eadem replic.in prin. & duplic.1.* Verum iure nouo approbatur *Nouell. c. 162. §. primum igitur.ibi, vt tametsi maritus.* Sexta replicatio est: Nisi donator seruus sit effectus. *d l 32.§.si donator.* Huius duplicatio est: Nisi pœnæ seruus sit effectus. *l.res vxoris 24.C.eod.tt.de quo paulo inf.repl.8.duplic.1.* Septima replicatio: Nisi donator ab hostibus sit captus. reprobatur *l.vlt.C.d. tit. Concordat l.cum hic status.32.§.si ambo.ff.d.tt.* Octaua: Nisi donator iudicio publico sit damnatus. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est: Nisi antequam crimen committeretur & damnatus sit, maritus donauerit. *l.res vxoris.24. C. de donat. inter vir. & vxorem.* Secunda; Nisi damnatus nihilominus ius testamenti faciendi habeat. *d.l.32.§.si miles.* Nona replicatio est: Nisi donator sibiipsi ob sceleris conscientiam mortem consciuit. *d.l.32.§.si maritus.* Decima: Nisi memoria donatoris post mortem eius sit damnata. *d.§. si maritus.* Vndecima: Nisi socer, qui donauit, viuo adhuc filio vel filia decesserit. *d.l.32.§. oratio, in fin. Concordat l.si vt proponis. 5. C. eod. tt.* Duodecima; Nisi socer, qui donauit, postea filium maritum emancipauerit. *d.l.32.§.in hac autem.& § si con socer.* Decimatertia; Nisi donataria serua sit effecta. *d.l.32.§.si donator.ibi, proinde.* Decimaquarta; Nisi donataria prior decesserit, viuo donatore. *l.à marito.18.ibi, vel prior. C.de donat. inter virum & vxor.l.etiamsi.6.item l.creditor.20.in fin.C.eod.tt.d.l.32. §.si ambo.ibi, oratio. & §. si nurus. item l.si inter.9.ff. de rebus dubiis.M.I.P.d.except.2. repl.2. M.I.R. d. except.9. repl.1.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi donator adhuc velit donationem valere. *d.l. 32.§.si diuortium.* Secunda: Nisi cum nurus socero donasset, socer ante nurum decesserit, solo marito filio suo hærede relicto. *d.§.si nurus.* Tertia; Nisi donator & donataria patiter decesserint, vel ignoretur vter prior decesserit. *l.si inter.9.ff.de reb. dub. Concordat l.cum hic status.32.§. si ambo.ff.de donat. inter vir.& vxor.* Hæc de decimaquarta replicatione sunt dicta. Decimaquinta replicatio est: Nisi donator maleficiis donatariæ dicatur extinctus. ipso quidem iure subsistit exemplo legatorum, verum eius duplicatio est: Nisi hæres donatoris

toris propria authoritate res donatas abstulerit. *l.si maritus.11.C.de donat.inter virum & vxorem.* Decimasexta replicatio est; Nisi illegitimum fuerit matrimonium, *approbatur per ea quæ dicta sunt supra eod.cap.except.4.replic.1.item per ea quæ dicta sunt supra lib.12.cap.3.except.20.* Decimaseptima; Nisi post donationem diuortium sit factum. *l.sed interim. 11.§.penult.ff.de donat.inter virum & vxorem. Concordat l.marito. 18. ibi, nec si post. & l.si vt proponis. 5. C. eod. tt, item l.cum hic status.32.§.in hac autem donatione.ibi, constante.ff. eod.tt.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi maritus nihilominus post diuortium velit donatum, idque expresserit. *d.l. 32.§.si diuortium.* Secunda; Nisi postea matrimonium fuerit restauratum. *d.§. post diuortium.* Tertia; Nisi non tam diuortium, quam frigusculum quoddam fuerit. *d. §. diuortium, in fine.* Quarta; Nisi sine effectu nuncius sit missus. Hæc duplicatio ipso quidem iure approbatur; verum eius triplicatio proponitur *d.l.3.§.si socer nurui.* Decimaoctaua replicatio est; Nisi promissum tantum sit, non etiam traditum donationis causa. *approbatur quidem iure antiquo, l Papinianus. 23.ff. de donat. inter virum & vxorem.M.I.R.d.except.9.replicat.3.* Huius replicationis duplicatio prima erat; Nisi annuũ mulier à viro, vel contra vir à muliere esset stipulatus. *l.si stipulata.33 in princip. & in fin.ff. eod.tt.* Secunda duplicatio erat; Nisi ita donasset, vt id quod donatum est, in dotem haberet. *l.si quis.59. ff.eod.tit.* Hæc de iure antiquo. Iure autem nouo replicatio proposita reprobatur, *nempe Nouell. c.162.in prin.* Decimanona replicatio est; Nisi donatio maior quingentorum solidorum actis non sit insinuata. *l.donationes. 25. C. de donat, inter vir. & vxor.M.I.R.d.except.9.replic.6.* Contradicit *M.I.R. d.cap 11.reg.10.except.19.replic.4.* Huius duplicatio est; Nisi donator in vltima sua voluntate specialiter donationem confirmauerit. *d.l. 25. §. si vero.* Vicesima replicatio; Nisi non donatum sit, sed quid aliud donationis causa gestum vel contractum. reprobatur *l. cum hic status. 32. §. siue autem res.ff. de donat. inter virum & vxorem.* Vicesimaprima; Nisi id quod donationis causa inter virum & vxorem gestum est, etiam alio iure vel inter cæteros non subsistat; tunc enim morte donantis non confirmatur. *d.l.32.§. si inter.* Vicesimasecunda; Nisi vsus tantum à marito vxori sit concessus. tunc enim res ipsa donata non videtur. Ideoque morte non confirmatur donatio. *l.mortis.53.§.fin.ff.de donat. inter virum & vxorem.M.I.R.d. except. 9.replic.5.* Vicesimatertia; Nisi hæreditas donatoris non sit soluendo. hoc enim casu creditoribus hæreditariis rem donatam persequentibus exceptio proposita non obstat. *l.si non.15.C. eod.tt.*

¶ Hactenus exceptiones contra donationem inter maritum & vxorem factam, & ipso iure nõ subsistentem, sunt propositæ. Replicationes autem harum exceptionum generales, vide *sup. except.proxim.item sup.except.10.eod.cap.* Nunc ad effectus huius donationis transeundum.

DE ACTIONE AD REVOCANDVM ET repetendum id quod inter virum & vxorem inutiliter donatum est.

CAP. XXI.

PRimo; Causa huius actionis est, donatio inter coniuges facta, ipso iure non subsistens, de quã causa cũ suis exceptionibus, & exceptionum replicationibus dictum *sup, cap.prox.*

II. QVIBVS HÆC actio detur?

I. Regula, De marito, qui donationis causa debitorem suum vxori delegauit, & ipso debitore, vtri detur actio, proponitur *l.vir.39.ff.de donat. inter vir.& vxor.*

II. Regula: Si, cum matrimonium esset illegitimũ, alter alteri donauerit, fisco ad reuocandum datur actio. *l.cum hic status.32.§.fin.ff.d.tt.*

III. Regula; Hæredibus donatoris non datur repetitio, nisi ex pœnitentia donatoris defuncti. *d.l.32,§.ait oratio.de qua re vide sup. cap.proxim.except.39.*

III. QVÆ ACTIO detur?

I. Regula: Rei vindicatio cõpetit, siquidem res extat; sin autem res consumpta sit, condictio nascitur. *l.si sponsus.5.§.fin.cum l.seq.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.si don.36 in prin. l.vir.39. l.si stipulata.33. §.si vxor. item l. vxor. 55.ff. eod.tt.* Ait I.C. *in d.§.fin.* Vt siquidem extet res, vindicetur. Huius exceptio videtur esse talis; Nisi ædibus iuncta sit. Verum reprobatur *l, de eo. 63.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Ait insuper I.C. Si consumpta sit, condicatur. Huius exceptio est; Nisi dolo malo donatarij consumpta sit, vel non extet; tunc enim ad exhibendum, vel damni iniuriæ agi potest. *l.si mulier.37.ff.eod.tt.*

II. Regula; Est insuper propositæ actionis adfine remedium, actio de peculio aduersus patrem donatarij. *Quod approbatur l.si prædia.58.§.fin. ff.de donat. inter vir.& vxor.* Sed & aliud propositæ actionis adfine remedium proponitur *l. quod autem.7.§.si maritus.ff.eod.tt.*

IV. QVID VENIAT IN hanc actionem?

I. Regula: Venit in hanc actionem, si res non extat, quatenus locupletior factus est donatarius. *l.si sponsus.5.§.fin ff.de donat. inter vir.& vxorem. l.si cum.50 §.fin.ff. eod. tt.l.si fructus. 8.in fin. C. eod.tt. item l pro oneribus.20.C.de iure dotium.* Exemplia huius regulæ vide *sup.cap.prox.except.9. in fin.* Sed & exemplum huius regulæ proponitur *l.si id.28.§.si ex decem.ff.de donat.inter virum & vxorem.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi res quam pecunia donata emit, pluris æstimetur, quam est pecunia donata. hoc enim casu, non quanto locupletior facta est vxor petetur, sed pecunia donata. *d.§.si ex decem.l.quod autem.7.§. idemq; ait, in fin, item l.vxor.55.in fin.ff. eod.tt.* Plane si res empta deterior sit facta, vel perierit aut in totum, aut pro parte; tunc nõ decẽ, quæ donata sunt, sed quanti id quod ex re empta superest æstimatur, petendum. Quæ distinctio approbatur simul & distinguitur *d.§.si ex decem.vers.quod si ex decem.* Secunda exce-

BIB. GR. NADA

exceptio est; Nisi precio rei pecunia donata emptæ, mulier aliquid etiam de sua pecunia addiderit: tunc enim nõ quanti res empta est restituendum, sed proportione pecuniæ donatæ. *l. quod autem.7.§.eleganter.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Tertia; Nisi maritus creditori vxoris soluerit.tunc enim, quamuis mulier ex eo credito non sit locupletior facta,nihilominus in solidum tenetur. *l.si cum.50.l.quod autem.7.§.si vxor rem.ff.d.tt.* Quarta: Nisi litis contestatæ tempore fuerit locupletior. *d.l.7.in princ.& §.idemq;.* Quinta; Nisi donatarius non sit soluendo.reprobatur *l.vxor.55.ff.d.tt.* Sexta; Nisi donataria donatori stipulanti sub certa conditione promiserit se restituturam, & ex ea stipulatione agatur.*l.ea quæ.57.ff. de donat. inter virum & vxorem.* Septima; Nisi non donandi animo dederit, vel in res vxoris impenderit, *l. de his.17.C.eod.tt.l.etsi.9.ibi, siue negocium eius gerens.& ibi, etenim vel in solidum.C.eod.tt.item l.si prædia.58.§.fin. ff.eod.tt.* Octaua; Nisi donator à donataria conueniatur ex simili causa donationis: tunc enim per exceptionem solidam rem cõseruare potest. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. cap.proxim. except.38.repl.3.* Nona; Nisi locupletior ex re donata sit factus donatarius in tantum, quanta res fuit donata.Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, *secundum ea quæ dicta sunt sup.ead.reg.in prin.* Verum eius replicatio prima est; Nisi ex vsuris pecuniæ donatæ sit factus locupletior. *l. ex annuo.15.§.fin. cum l.seq.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Secunda; Nisi ex fructibus rei donatæ factus sit locupletior. *l.de fruct.17.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi obsonia, vnguenta aut cibaria familiæ emerit. *l. si vir.31.§.penult.ff.de donat.inter vir.& vxor.* Plures huiusmodi replicationes,vide *sup.cap.prox.except.9.in fin.item inf.in regulis seqq.* Sed & plures propositæ regulæ exceptiones,vide *sup.cap.prox.except.38.*

II. Regula: Si non reddatur res,æstimatio eius præstanda.*l.si donatæ.36.in prin.& l.sed si vir.31.§.1.ibi,vt is lanæ vxori precium præstet.ff.d.tt.*

III. Regula, De re ex pecunia donata empta. Eam donator vindicare non potest.*l.etsi.9.in prin. C.de donat.inter vir.& vxor. Concordat l.si filij.16.C. eod.tt.* Huius regulæ exceptio est; Nisi donatarius non sit soluendo. tũc enim donatori vtilis in rem emptam competit actio.*l.vxor.55.in fin.ff.d.tt.*

IV. Regula, De fructibus rei donatæ. Hi non repetuntur.*l.de fructibus.17.ff.de donat, inter vir.& vxor.* Huius regulæ exceptio est; Nisi non suis operis donatarius fructus ex re donata perceperit, sed aliunde.*l.fructus.45.ff.de vsuris & fruct.*

V. Regula, De vsuris pecuniæ donatæ. Nec vsuræ veniunt in hanc actionem.*l.quod autem.7.§. idemq; ait, in fin.ff. de donat.inter vir.& vxor.* Huius regulæ exceptio: Nisi donatarius vsuras ex re donata perceperit.reprobatur *l.ex annuo.15.§.fin,cum l.seq.ff.eod.tt.*

VI. Regula, De eo, quod seruus donatus adquisiuit. Hoc in hanc venit actionem restituendum.*l.de fructibus.17.in fin.& l.si vxor.19.ff.d.tt.* Exceptio prima; Nisi seruus ex re ipsius donatarij adquisiuerit. reprobatur *d.l.19. Concordat l.per seruum.57.ff.de acquir.rer.dom.* Plane donatarius pecuniam suam, qua res empta est,vel per exceptionẽ retinere potest, vel per condictionem recuperare.*d.l.9.in fin.* Secũda; Nisi seruus per quẽ adquisitum est,non ipse sit donatus, sed pecunia donata emptus.reprobatur *l.si id.28.§.Iulianum.ff. de donat. inter vir. & vxor.* Qui contradicere videtur supradictæ regulæ tertiæ: item supradictæ *reg.1. except.1.*

VII. Regula,De vestimento ex lana donata facto.Illud donator vindicare non potest.*l.si mulier. 29.§.fin.& l.sed si vir.31.§.1.ibi,sed viri nom.ff.eod.tt.*

VIII. Regula,De domo in area donata, ædificata. Ista domus à donatore potest vindicare. *d l. 31.§.si vir vxori.* Huius regulæ exceptio est: Nisi donator vindicans non restituat impensas operis.*d.§.si vir vxori.Concordat l.cum vir.10.ff.de doli mali except.* Sed plura de regula proposita,*sup.lib.7.c.1. causa 10.*

IX. Regula: Si donationis causa res minoris vendita sit, non in totum re'oluitur venditio,sed quod donationis causa ex precio remissum est, condicitur. *l. si sponsus. 5. circa venditionem, in fin.ff.de donat.inter vir.& vxor.Concordat l.sed si vir.31.§.si duo. ff.eod.tt.*

X. Regula: Si res viro cum allo cõmunis à socio viri vxori donata sit,tantum pro ea parte, qua res viri est,reuocatur donatio *l.si seruus.38.ff.eod.tt.*

V. ADIVNCTA ET EVENTVS propositæ actionis.

Prima huius loci regula, Si de iure huius donationis quæratur, proponitur *l.si id.28.§.si quas serui.ibi,& sane non amare.ff.de don.inter vir.& vxor.*

II. Regula,Si dubitetur,vtrum tãquam negocium vxoris gerens, an donãdi animo vir in rem eius impenderit,habetur *l.vtrum.47.ff.eod.tt.*

III. Regula,Si dubitetur, vnde quid ad vxorem peruenerit, præsumitur ex bonis viri ad eam peruenisse. *l.Quintus.51.ff.eod.tt. Concordat l.etiamsi. 6.in fin.C.eod.tt.*

IV. Regula: Reo cõuento litis æstimationem offerenti, de euictione ab actore cauendum. *l.si donatæ.36 in pr.ibi,caueriq;.ff.de don.inter vir.& vxor.*

¶ Hactenus de donatione inter virum & vxorem. Sed & alios huius donationis effectus,vide *sup.c.5.q.6.*

DE ACTIONE, SEV EO QVOD SIbi debetur donato.

CAP. XXII.

SEquitur alia donationis species,scilicet donatio actionis. Regulariter autẽ donatio actionis,seu eius quod sibi debetur,vtilis est. *l.§.1.& §. cum vero.ff.de donat.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi delegatio non interuenerit, & debitor donatario stipulante non promiserit. *l.1.in princ. C.de nouationib.* Exemplum proponitur *l.siquidem, 8.C.de oblig.& actio.* Propositæ exceptionis replicatio est;Nisi pecunia eius nomine,cui donatum voluit,sit credita.*l.vlt.§.fin.ff.de don.* De hac re plura dicentur in condictione mutui, quibus scil.ea detur?Sane exceptionis propositæ ratio est, q̃ olim donatio sine rei traditione nõ perficiebatur: pro traditione autẽ nominis donati erat, si donatarius à debitore stipulatus erat, vel eius nomine pecunia credita. Hodie vero,cum dicta ratio sit sublata *per ea quæ dicta sunt supr. cap. 14.except.33.in princ.* & solo consensu perficiatur donatio: credendum est,exceptionem etiam propositam esse sublatam, vt etiam sine delegatione & stipulatione

tione valeat donatio nominis seu actionis, ita tamen vt donatarius agere possit aduersus donatorem ad cedendam sibi actionem aduersus debitorem,si stipulatus non sit. Secunda propositæ regulæ exceptio: Nisi debitor non consenserit nomen suum donari.reprobatur *l.2.C.de donationibus.* Tertia exceptio est.Nisi debitor exceptione aliqua se aduersus donatorem tueri possit. *l.2. §.aliud iuris.ff. d.tt.* Quarta: Nisi conditionale sit debitum, reprobatur *l.spem.3. C.de donat.* Quinta; Nisi donatarius ante litis contestationem decesserit. reprobatur *l. illam subtilem.33.C.d.tt.* Hactenus de donationibus tam in genere, quã in specie actum est. Sane de antenuptiali donatione & dote,quæ & ipsa donationis species est,vide *sup.lib.4.*

Libri Decimiquarti,atq; adeo Quartæ Partis Methodi finis.

METHODI IVRIS CIVILIS
PARS QVINTA:
DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIbus ex contractu descendentibus.

DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS, CONTRActibus & pactis conuentis in genere, cum duabus condictionibus generalibus.

LIBER XV.

Absolutis causis iuris lucratiuis, dicendum nunc de causis iuris onerosis, vt sunt obligationes & actiones ex contractu & quasi contractu, item ex delicto & quasi delicto descendentes. Prius tamen obligationum & actionum tractatus generalis præmittendus.

DE OBLIGATIONIBVS, ET primum quid & quotuplex sit obligatio.

CAP. I.

PRIMO: Definitur obligatio *Instit.de obligationibus, in princ.* quod sit iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ secundum nostræ ciuitatis iura, *M.I.R. lib. 5. cap.1. reg.6.*

II. DIVIDITVR obligatio prima quidem diuisione,quod aut naturalis sit,aut ciuilis.*M.I.R. d cap.1.reg.1.* Naturalis obligatio illa dicitur, quæ sola naturali æquitate nititur, nullo iure ciuili suffulta: imo sæpe iure ciuili reprobata, *vt ex speciebus sequentibus apparet.* Ciuilis autem obligatio dicitur, ex qua iure ciuili prodita est actio, licet ex naturali iure originẽ trahat. Sic emptio, venditio, locatio, conductio, quamuis ex iure naturali seu gentium descendat, *l. ex hoc.5.ff. de iustitia & iure.* ciuilem tamen obligationem parit: quoniam iure ciuili actio eo nomine prodita est. Naturalis obligatio etiam definitur *l. cum amplius. 84.in fin.ff.de reg.iuris.* Huius species sunt,prima quidem quæ ex pacto nudo nascitur. Nam iure naturali ac gentium æquum est pacta quamlibet nuda seruari.*l.1.in princ.ff.de pactis.* Sed ius ciuile ex pacto nudo actionem non dat, sed exceptionem tantum *l.iure gentium.7.§.sed cum nulla.ff.eod.tt.* Igitur naturalis obligatio dicenda.

Secunda naturalis obligationis species est, si pupillus cum aliquo contrahat sine tutoris authoritate. tunc enim naturaliter obligatur, *l.1.§. fin.ff.de nouationib.* ciuiliter non obligatur, *l. obligari.42.ff.de actionib.& oblig.* Huius exceptionem vide *inf.cap.prox.except.1.repl.2.*

Tertia species est in seruo contrahente. Nam & hic ciuiliter non obligatur, cum serui iure ciuili pro nullis habeantur, sed naturaliter obligatur.*l.serui.13.ff.eod tt.M.I.R.d.reg.1.*

Quarta species est in filiofamilias mutuam pecuniam accipiente. Nam & hic iure quidem ciuili ad mutuum reddendum non est obligatus, cum exceptione SC. Macedoniani defendatur. *l.1.in prin.ff. de ad SC.Macedonianum.* Naturali vero iure est obligatus. Ideoq; solutum ex hac causa repetere non potest. *l.sed si paterfamil. 9.§.fin.cum l.seq.ff.ad SC.Macedonianum.*

Hæ naturalis obligationis species sunt: quarum tamen plures colligi possunt. Propria vero naturalium obligationum sex sunt potissimum; quorum primum est (vt diximus) quod solo æquitatis vinculo sustineantur, nullo iure ciuili suffultæ. *Quod probatur etiam l.Stichum. 95.§.naturalis.ff.de solutionib.* Vt igitur ciuilis obligatio iuris vinculum dicitur,*de quo sup.* ita naturalis obligatio dicitur vinculum æquitatis.

Alterum proprium est,quod naturaliter obligati improprie debitores dicantur. *l.fideiussor.16. §.fideiussor.ibi,nam licet minus.ff. de fideiussoribus.* Huius ratio est, quia proprie debitor intelligitur is, à quo inuito exigi pecunia potest. *l.debitor. 108.ff. de verbor.signific.* Ab eo autem,qui naturaliter tantum est obligatus, inuito exigi pecunia non potest; cum aduersus eum non detur actio, vt sequitur.

Tertium naturalis obligationis proprium est,

quod ex eâ nulla detur actio, sed exceptio tantum. Hoc approbatur primum exemplo pacti nudi, *l. iurisgentium. 7. §. sed cum nulla. ff. de pactis.* Approbatur item exemplo pupilli mutuum accipientis, & post pubertatem soluentis. *l. naturaliter. 13. §. fin. cum l. seq. ff. de condict. indebiti.* Tertio approbatur exemplo serui contrahentis, cuius nomine solutio facta est, *d. l. 13. in prin. Concordat l. hæres. 21. §. quod si hic. ibi, & tamen nihilominus. ff. de fideiussoribus.* Quarto approbatur exemplo filiifamilias mutuam pecuniam accipientis, & post emancipationem soluentis, *l. sed si. 9. §. fin. cum l. seq. ff. ad SC. Macedonianum. l. naturales. 9. ff. de actionib. & obligat. Concordat iisdem verbis l. fideiuss. 16. §. fideiussor. ff. de fideiussor. M. I. R. d. c. 1. reg. 2. & 10.* Propositi proprij exceptio est: Nisi naturalis obligatio ciuili aliqua lege adiuuetur. *l. legit. 6. ff. de pactis.* Huius exemplum proponuntur *l. si quis argentum. 35. §. si autem hoc minime. C. de donationib.* Hæc de tertio proprio naturalium obligationum.

Quartum proprium est, quod quamuis alias accessoriũ sequatur naturam sui principalis: tamen obligatio fideiussoria & pignoraticia naturali obligationi accedẽs pariat actionem, quamuis ipsa principalis obligatio actionem non pariat. *l. fideiussor. 16. §. fideiussor. ff. de fideiussoribus. l. naturaliter. 13. in prin. ibi, & ob id. ff. de condict. indebiti. item l. res. 3. ibi, vel tantum natural. & l. quæsitum. 14. §. fin. ff. de pign.*

Quintum proprium est, quod si fideiussor naturalis debitoris, pro quo intrecesserat, hæres extiterit: fideiussoria obligatio non extinguatur, quamuis secus in alio fideiussore eueniret. *l. Stichum. 95. §. quod vulgo. ff. de solutionib.*

Sextum proprium est, quod naturalis obligatio pacto conuento de nõ petendo ipso iure tollatur: cum aliæ obligationes per pactum non ipso iure, sed per exceptionem tollantur. *l. Stichum. 95. §. naturalis ff. de solutionib.* Plura de hac re vide *inf. c. 16. repl. 14. dupl. 1.* Ex his, quid tam ciuilis quam naturalis obligatio sit, & in quibus inuicem differant, constat.

Altera obligationum diuisio, quod alia ciuilis sit, alia prætoria, proponitur & declaratur *Instit. de obligationib. §. 1. & §. ciuiles.* Vbi sciendum est, ius ciuile duplici modo sumi. primum quidem generaliter: quo casu comprehendit etiam sub se ius prætorium. Deinde specialiter, pro eo, quod non est prætorium: vt sunt leges 12. Tabularum plebiscita, Senatusconsulta, principum constitutiones. Tertia obligationum diuisio habetur *Instit. de obligationib. §. sequens.* Aut enim ex contractu sunt, aut ex quasi cõtractu: aut ex maleficio, aut ex quasi maleficio. *Concordat l. 1. in princ. ff. de actionib. & obligat. M. I. R. d. cap. 1. regul. 5.* Hæc diuisio sumpta est à causa obligationum efficiente: quanquam præcedentes quoque duæ ex eodem loco sunt desumptæ. Nam duo sunt, quæ ad omnem obligationem simul & actionem producendam requiruntur, ius nimirum & factum: quorum neutrum sine altero ad procreandam obligationem & actionem efficax est. Vnde si quis priuatus olim feras bestias cepisset, nulla ex hoc facto orta fuisset obligatio: quoniam ius, quo feræ bestiæ capi à priuatis prohibentur, nondum erat. *Institut. de rerum diuis. d. feræ igitur.* Nunc autem cum hoc ius sit, oritur ex hoc facto obligatio simul & actio. Ita contra, licet ius sit, quod furtum quadruplo sit puniendum: si tamen nemo sit, qui furtum facit, non potest oriri furti nec obligatio, nec actio. Vtroque autem tam iure quam facto concurrente, nascitur obligatio. Ius autem aut naturale est, aut ciuile. Vnde prima diuisio sumpta est, qua obligationum alia naturalis, alia ciuilis dicitur. Sed & ius ciuile, aut prætorium est, aut non prætorium. Vnde altera diuisio est desumpta, qua obligatio diuiditur in ciuilem & prætoriam. Istæ igitur duæ diuisiones desumptæ sunt ex iure, ex quo obligatio descendit. Ex facto autem desumpta est proposita tertia diuisio. Nam omne factum ex quo obligatio nascitur, aut contractus est, aut quasi contractus: aut maleficium, aut quasi maleficium. Contractus autem definitur *l. Labeo. 19. ff. de verbor. signific.* Sed & sic definiri potest contractus, quod sit placitum atque conuentio duorum pluriumve in idem ad dandum, faciendum vel præstandum quid alteri ab altero. *de quo inf. lib. prox. c. 1.*

Subdiuisiones propositæ tertiæ diuisionis.

Quarta diuisio, seu potius subdiuisio obligationum ex contractu descendentium, sumpta ex causa & modo contractus, proponitur *Instit. d. tit. de obligationibus. §. fin.* Obligationum enim ex contractu descendentium quatuor sunt species: aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu. *Concordat iisdem verbis l. 1. §. 1. ff. de actionibus & obligationibus.* vbi tamen omittitur tertia species, quæ literis contrahitur. *M. I. R. d. regul. 5.* Quid sit re contrahere definitur *l. obligamur. 51. §. 1. ff. de actionib. & obligationib.* Huius quatuor species enumerantur *l. 1. ff. de actionib. & obligationib.* hæ scilicet: mutuum, commodatum, depositum, pignus. *Concordat Instit. quibus modis re contrah. obligat.* vbi quinta species additur, nimirum indebiti solutio. Quid sit verbis contrahere obligationem, definitur *d. l. 1. §. verbis. Concordat d. l. 51. §. verbis.* Quid sit literis contrahere obligationem, definitur *Instit. de literarum obligat.* Huius contractus, qui fit literis, aliud proponitur exemplum *l. vltim. in princ. ff. mandati.* Plane si quis donandi animo in rationibus suis scripserit, se alicui debere, per hanc scripturam non obligatur. *l. nuda. 26. ff. de donationib.* Hæc de literarum obligatione. Quod ad postremum genus propositæ diuisionis attinet, eius definitio & species proponuntur *Instit. de obligationibus ex consensu. Concordat iisdem prope verbis l. 2. ff. de act. & obligat. l. obligamur. 51. §. consentientes. ff. d. tt. & l. si stipuler. 35. §. fin. ff. de verb. obligat.*

Quinta diuisio, seu alia subdiuisio contractuũ est, quod alij sint nominati, alij innominati. *l. iurisgentium. 7. in princ. ff. de pactis.* Horum species & exempla habentur *l. naturalis. 5. ff. de præscriptis verbis.* Hactenus igitur definitiones & species obligationum ex contractu descẽdentium sunt propositæ. De obligationibus ex quasi contractu, item ex maleficio & quasi maleficio descendentibus, infra suis locis dicetur.

Sexta

Sexta obligationum diuisio, itidem ex causa seu facto sumpta, proponitur simul & declaratur *l. obligamur. 51. ff. de action. & obligat.*

Septima obligationum diuisio est, quod aut nostro, aut alieno nomine obligemur. *quæ proponitur l. 1. §. sed aut proprio. ff. de act. & obligat.*

Octauæ diuisionis loco notandæ sunt quatuor causæ obligationum formales: *quæ proponuntur l. obligationum. 43. ff. de act. & obligat.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS causas obligationum generalioribus.

CAP. II.

EXiis quæ *supr. cap. prox.* proposita sunt, non solum genera obligationum, sed & earundem causæ patent. Quamuis autem regulariter ex cõtractu, quasi contractu, ex maleficio & quasi maleficio nascantur obligationes: tamen causæ istæ plures recipiunt exceptiones, partim generales & communes, partim speciales & proprias: quib. aut ipso iure obligationem non pariunt, aut exceptionis ope infirmantur. Ex hisce generaliores quidem exceptiones in hoc capite proponemus, specialioribus ad suas species reseruatis.

I. Exceptio: Nisi pupillus fecerit, puta contraxerit, vel deliquerit. *l. obligari 42. ff. de action. & obligat. M. I. R. d. reg. 5. except. 1.* Huius ratio proponitur *l. pupillus. 149. ff. de reg. iuris. Concordat l. 1. §. furiosum. ibi: huic proximus. ff. de act. & oblig.* Declaratur exceptio proposita definitione pupilli. *l. pupillus. 239 in prin. ff. de verb. signif.* Plane in patris etiam potestate constitutus impubes, pupillus recte dicitur *l. vlt. §. pupillus. ff. de verb. oblig.* Propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi tutoris authoritas intercesserit. *d. l. 42. l. in negotiis. 5. ff. de reg. iuris. item l. 1. §. furiosum. ff. de action. & obligat. M. I. R. d. except. 1. replic. 3.* Huius replicationis duplicationes vide *supr. lib. 5. cap. 15 quæst. 2. reg. 1.* Sed & eius duplicatio est: Nisi filiusfamilias impubes authore patre contrahat. *l. si seruus. 141. §. pupillus. ff. de verb. oblig.* Altera replicatio est: Nisi naturaliter. Nam naturaliter pupillus obligatur. *d. l. 42. & l. 1. §. fin. ff. de nouat. M. I. R. d. except. 1. replic. 5.* Huius duplicatio est: Nisi pupillus infans sit. approbatur, teste Accursio, *l. pupillus. 58. ff. de action. & oblig. & l. quod pupillus. 51. ff. de condictione indebiti. M. I. R. d. replic. 5. dupl. 1.* Tertia replicatio est: Nisi pupillus locupletior sit factus. *l. apud Celsum. 4. §. si quis pupillo. ff. de doli mali & metus except. l. naturaliter. 13. §. fin. cum l. sequente. ff. de condict. indebiti.* Quarta: Nisi ex quasi contractu agatur, ex hoc enim obligatur pupillus. *l. furiosus. 45. ff. de action & oblig.* Quintæ replicationis loco notandum, quod exceptio proposita pupillo tantum competat, non etiam ei qui cum pupillo contraxit. *Instit. de author. tutor. §. vnde in his causis. item l. contra. 28. in prin. ibi: ex diuerso. ff. de pactis. M. I. R. d. except. 1. replic. 4.* Sexta replicatio est: Nisi maior sit quatuordecim annis: hic enim obligatur. *l. obligari. 42. in vocabulo Pubes. ff. de act. & oblig. Concordat l. puberes. 101. ff. de verb. obligat. M. I. R. d. except. 1. repl. 6.* Plane duplicationis loco notandum, quod pubes minor vigintiquinque annis in integrum restitui possit, *de qua re vide ff. de minorib. vigintiquinque annis. M. I. R. d. repl. 6. dupl. 1.*

II. Exceptio: Nisi furiosus contraxerit vel deliquerit. *l. in negotiis 5. ff. de reg. iuris. Concordat l. 1. §. furiosum. ff. de action. & oblig. M. I. P. lib. 1. cap. 6 quæst. 3. reg. 3. except. 2. M. I. R. d. reg. 5. except. 2.* Ratio proponitur *l. furiosi. 40. ff. de reg. iuris. item Instit. de inutil. lib. stipulat. & furiosus.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi curator furioso author fiat. Sed reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. except. proxim. replic. 1.* Altera est: Nisi ex quasi contractu agatur. *l. furiosus. 45. ff. de action. & obligat.* Huius exemplum proponitur *l. si à furioso. 23. §. fin. ff. eod. tt.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod ei qui cum furioso contrahit, exceptio proposita non detur. *d. l. 23.*

III. Exceptio: Nisi seruus gesserit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur *l. serui. 13. ff. de action. & obligat. l. obligari. 42. in fin. ff. eod. tt. l. in personam. 22. in princ. ff. de reg. iuris. item Instit. de inutilibus stipulat. §. item inutilis. in fin. M. I. R. d. reg. 5 except. 6.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex delictis: ex his enim serui quoque obligantur. *d. l. 13. ff. de action. & obligat. Cui concordant ea quæ proposita sunt supr. lib. 6. capite 10. quæst. 13. reg. 9. except. 3.* Secunda replicatio est: Nisi naturaliter. *d. l. 13.* Huius ratio proponitur *l. quod attinet. 32. ff. de reg. iuris. Concordat l. naturaliter. 13. ff. de condict. indebiti.* Tertiæ replicationis loco notandum, quod seruus dominum suum obliget alteri, contrahendo quidem actione de peculio, vel de in rem verso, vel quod iussu, vel actione tributoria, vel institoria, vel exercitoria: delinquendo autem actione noxali. *de qua re alibi tractabitur.*

IV. Exceptio: Nisi filiusfamilias contraxerit vel deliquerit, reprobatur *l. filiusfamil. 38. ff. de act. & obligat. Instit. de noxalibus action. § fin. l. tam ex. 57. ff. de iudiciis. item Instit. de inutilib. stipul. §. item inut. lis, in fin. M. I. R. d. reg. 5. except. 5.*

V. Exceptio: Nisi inter patrem & filium, qui in eius est potestate, gestum sit. *l. actiones. 6. ff. de act. & obligat. l. ne cum. 16. ff. de furtis. l. lis nulla. 4. ff. de iudiciis. l. si à me. 11. in fin. ff. eod. tt. item Instit. de obligat. quæ ex delicto nascuntur. §. hi qui in parentum. ibi, quia nec vlla. item Instit. de inutilibus stipul. §. item inutilis. M. I. R. d. reg 5. except. 8.* Plane propositæ exceptionis replicatio est: Nisi in castrensi vel quasi castrensi peculio: in hoc enim inter patrẽ & filium tam obligatio, quam actio subsistit. *d. l. 4. l. pater. 15. §. 1. ff. de castrensi peculio.* Item concordat, quoad quasi castrense peculium, *gloss. in d. l. 4.* Quid autem sit castrense & quasi castrense peculium, vide *supr. lib. 4. cap. 22. quæst. 1. except. 3. cum sequentibus. item cap. 23.*

VI. Exceptio: Nisi inter dominum & seruum gestum sit. *l. siue 6. Cod. an seruus ex suo facto. Instit. de oblig. quæ ex delicto nascuntur. §. hi qui in parentum. ibi, quia nec ex alia vlla. l. serui. 17. in prin. ff. de furtis. l. nullo modo. 7. in prin. ff. ad L. Cornel. de falsis. l. lis nulla. 4 ff. de iudiciis. l. interpositas. 13. §. fin. C. de transactionib. item Instit. de inutilib. stipul. §. item inutilis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi dominus tabulas testamenti, in quo seruo libertas relicta est, supprimat: ex hoc enim seruo aduersus dominum accusatio competit. *d. l. 7. ff. ad L. Cornel. de falsis. Concordat l. in certis. 53. ff. de iudiciis.* Altera: Nisi seruus dominum de annona, censu aut falsa moneta accuset. *d. l. 53.* Tertia: Nisi dominus seruo fideicommissariam libertatem debeat. *d. l. 53.* Quarta; Nisi seruus suis numis se redemptum dicat.

d.l.53. Quinta: Nisi sub hac conditione, Si rationes reddiderit: liber esse iussus, contra dominum agat de rationibus recipiendis *d.l.53.* Sexta: Nisi ex pacto manumissionis seruus agat. *d.l.53.* Septima: Nisi post manumissionem inter dominum & seruum gestum sit. *l.serui. 17. in prin. ibi, plane si manumissus. ff. de furtis. l. siue. 6. in fin. C. an seruus ex suo facto.* Octaua: Nisi post gestum seruus alienatus vel manumissus sit, reprobatur *d.l.17. in prin. & d. l.6.* Nona: Nisi reuera seruus non sit, sed pro seruo bona fide possessus. *l. homo liber. 54. §. item promittendo. ff. de acquir. rer. domin. Concordat l. liber homo. 118 in prin. ff de verb. oblig.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi liber homo bona fide possessus, non adquisiturus erat etiam vero domino: tunc enim nec bonæ fidei possessori obligatur. *d. §. item promittendo. vers. vt tamen.* Altera: Nisi non de possesso possessori, sed contra de hoc illi obligando agatur. *d.l.118. in prin.* Decima replicatio est: Nisi seruus communis sit: inter hunc enim & alterum ex sociis obligatio consistit. *l. proinde. 7. §. si seruus. ff. de stipulat. seruor. l. si duo. 17. ff. de acquir. rer. domin. item l. an inutilis. 8. §. accepto, in fin. ff. de acceptilat.* Vndecima: Nisi pecunia domino à seruo promissa vt manumitteretur, sit manumissus. *l. promisse. 3. C. an seruus ex suo facto, &c. Concordat authore Accursio l. in liberto. 77. ff. de solut.* Duodecima: Nisi naturalis sit obligatio. *l. quibus diebus. 39. §. dominus, in fin. ff. de condit. & demonstr.* Decimatertia: Nisi cum seruus ab alio negociis gerendis præpositus esset, dominus eius rei gratia cum eo contraxerit. *l. sed & si 11. §. fin. cum l. seq. ff. de institor. action. Concordat l. si eum. 5. in princ. ff. de exercit. action.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr. lib. 19. cap. 3. quæst. 2. except gener. 1.*

VII. Exceptio: Nisi alio animo gestum sit, quam vt obligatio contraheretur. *l. obligationum. 3. §. non satis ff. de action. & obligat. Concordat l. si quis. 41. §. fin. ff. ad L. Aquiliam. M.I.R. d. reg. 5. except. 9.* Huius loci sunt contractus imaginarij, qui non obligant: quia alio animo fiant. *l. contractus. 53. ff. de action. & obligat. l. cum ea. 21. C. de transactionib. item l. nuda. 55. ff. de contrah. empt. M.I.R. d. except. 9.* Plane Paulus: Imaginaria venditio non est (inquit) pretio accedente. *l. 16. ff. de reg. iuris.* quasi dicat Iurisconsultus: Ad rem venditam tradendam conuentus, frustra exceptione proposita vtetur, si pretium accepit.

VIII. Exceptio: Nisi sine dolo malo gestum sit. Hæc exceptio species est præcedentis, & approbatur *l. qui iniuriæ. 55. in prin. ff. de furtis. l. in furti. 51. §. recte. ff. eod. tt. l. 2. §. hac actione is demum. ff. vi bonor. raptor. l. si non. 5. in prin. C. de iniuriis. M.I.R. d. reg. 5. exc. 12.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex contractu obligatus aliquid contra fidem contractus perperam gessit vel neglexit. hoc enim casu, quamuis dolo careat, nihilominus tamen tenetur, approbatur simul & distinguitur *l. contractus. 23. ff. de reg. iuris. M I.R. d. except. 12. repl. 1. cum seq.* Cuius duplicatio prima est: Nisi contractus depositi sit, vel precarij, vel alius in quo nulla vtilitas versatur eius qui culpam commisit. tunc enim de solo dolo, non etiam de culpa tenetur. *d. l. 23. Concordat l. si vt. 5. §. nunc videdum. ff. cõmodati.* Huius triplicatio prima est: Nisi merces accessit. *d. §. nũc videndum.* Altera: Nisi de culpa quoque præstanda conuenit. *d. §. nunc videndum. Concordat d. l. 23.* Tertia: Nisi lata culpa interuenit. Nam & hæc in deposito & similib. contractibus dolo æquiparatur. *l. magna. 226. ff. de verb. signif. Concordat l. antepen. ff. depositi.* Declaratur triplicatio proposita de finitione latæ culpæ, *l cedere diem. 213. §. fin. ff. de verb. signif. & l. latæ. 223. in prin. ff eod. tt.* Quarta triplicatio est: Nisi cùm res commodata reddita esset, commodator eam apud commodatarium reliquerit, postero die rursus ei roganti commodaturus. *l. si vt. 5. §. si de me ff. cõmodati.* Hæc de prima duplicatione eiusq; triplicationibus sunt dicta. Altera propositę replicationis duplicatio est: Nisi conuenerit ne culpa præstetur. tunc enim non nisi de dolo tenetur. *l. contractus. 23. ibi: sed hæc ita. ff. de reg. iuris.* Tertia: Nisi casu & vi maiore quid acciderit. tunc enim etiam in iis contractibus, in quib. reus non solum dolum, sed & culpam præstat, excusatur. *d. l. 23. §. fin.* Ratio proponitur *l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. & per. ad ciuit pertinent.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi culpa casui interuenerit, vel eum præcesserit. *elicitur ex d. §. fin. Concordat l. si vt. 5. § quod vero senectute. ff. commodati.* Sed & huius triplicationis species & exempla sunt *triplicationes proxime sequentes.* Altera triplicatio est: Nisi imperitia rei conuenti acciderit. *l. imperitia. 174. ff. de reg. iuris l. si quis. 9. §. Celsus. ff. locati. Instit. de l. Aquilia. §. imperitia. l. illicitas. 6. §. sicuti. ff. de officio Præsidis. Concordant item ea quæ proponuntur infr. lib. 19. cap. 6. quæst. 1. causa 9. except. 1. replic. 2.* Tertia triplicatio est: Nisi præceptoris nimia sæuitia acciderit casus. *l. præceptoris. 6. ff. ad L. Aquiliam.* Huius exemplum proponitur *l. sed & si. 5. §. fin. ff. eod. tt.* Quarta triplicatio est: Nisi dum immiscet se rei ad se non pertinenti, casus acciderit. *l. culpa. 36. ff. de reg. iuris.* Plures triplicationes vide *infr. lib. 17. cap. 4. quæst. 1. exc. 3.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione eiusq; duplicationibus sint dicta. Altera replicatio est: Nisi de damno dato agatur ex l. Aquilia: hoc enim casu propositæ exceptioni locus non est. *Instit. de l. Aquilia. §. iniuria. ibi: nam alioqui. M.I.R. d. repl. 1.* Sed plura de hac re dicentur *infr. vbi de l. Aquilia eiusq; actione tractabitur.* Sed & de exceptione proposita eiusque replicationibus plura dicentur in singulis obligationum speciebus, præsertim *infr. lib. 17. cap. 4 quæst. 1. except. 3. repl. 2.*

IX. Exceptio: Nisi metus causa gestum sit. *Vide infr. cap. 15. except. 16.*

X. Exceptio: Nisi per iracundiam sit gestum. *l. quidquid. 48. ff. de reg. iuris. M.I.R. d. reg. 5. except. 11.* Huius exemplum de vxore diuertente, & breui reuersa, proponitur *d.l.48.* Aliud habetur *l. Imperatores. 29. §. mulier grauida. ff. de probationibus.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi perseuerauerit in eo quod per iracundiam gessit. *d.l.48.* Altera: Nisi per iracundiam delictum vel crimen sit cõmissum: in delictis enim & criminibus iracundia non excusat. *l. aut facta. 16. §. causa. ibi, puniuntur. ff. de pœnis. Concordat l. si non. 5 ibi, si autem. C. de iniuriis. M.I.R. d. except. 11. repl. 1.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi ex iusta ira crimen sit commissum. approbatur exemplo *l. Gracchus. 4. in fin. C. ad l. Iul. de adulteriis. M.I.R. d. repl. 1. dupl. 1.*

XI. Exceptio: Nisi per errorem & ignorantiam quid gestum sit. *l. in totum. 76. ff. de reg. iuris.* Plura de hac exceptione vide *infr. cap. 15. except. 15.*

XII. Ex-

XII. Exceptio: Nisi iussu patris vel domini gesserit. *l. is damnum dat. 130. ff. de reg. iuris. De quo vide supr. lib. 1. cap. 13. except. 4.*

XIII. Exceptio: Nisi iussu magistratus gesserit. *l. non videntur. 127. §. fin. ff. d. tt. M.I.P. lib. 5. cap. 6. reg. 1. except. 1.*

XIV. Exceptio: Nisi iure suo vsus gesserit. Ex hoc enim gesto alteri non obligatur. *l. nullus. 56. ff. de reg. iuris.* Huius exceptionis elegans exemplum proponitur *l. 2. §. penul. ff. de aqua pluuia arcenda.* Aliud habetur *l. quod autem. 6. §. apud Labeonem. ff. quæ in fraudem creditorum. l. nihil. 171 ff. de reg. iuris. l. Proculus. 26. ff. de damno infecto. item l. quod & lex. 3. §. is tamen. ff. de libero homine exhib.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iure suo vtatur non tam vt sibi prosit, quam vt alteri noceat. *d. §. penul. & l. 1. §. denique Marcellus. ff. eod. tt. de aqua pluuia arcenda.* Exemplum proponitur *l. virilis. 8. §. si adierit. ff. de legat. præstan. contra tab.* Altera replicatio est: Nisi iure suo vtens officiat alteri, in quo ius nocendi non habet. approbatur exemplo *l. domum. 61. ff. de reg. iuris.* Aliud exemplum est, si is qui soluendo non est, res suas alienauerit, vel debitores suos liberauerit. *de quo in tt. quæ in fraudem creditorum.*

XV. Exceptio: Nisi sciente & consentiente aduersario gestum sit. *l. nemo. 187. ff. de reg. iuris. M.I.P. d. reg. 1. except. 2. & d. lib. 5. cap. 12. reg. 39. M.I.R. d. reg. 5. except. 13.* Huius exemplum proponitur *l. 1. §. vsq; adeo. ff. de iniuriis.* Aliud *l qui vas. 49. §. qui ex voluntate. ff. de furtis.* Tertium exemplum habetur *l. quod autem. 6. §. præterea illud. ff. quæ in fraudem creditorum.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi aduersarius deceptus vel errans consenserit. *l. nihil consensui 116. §. fin. ff. de reg. iuris. Concordat l. si per errorem. 15. ff. de iurisdictione.* Cuius duplicatio est: Nisi in iure, non in facto errauerit. *l. regula est. 9. in prin. ff. de ignor. iuris & facti.* Eius autem exemplum proponitur *l. cũ donationis. 33. C. de transactionibus.* Hactenus de exceptionibus generalioribus, quæ causis obligationum & actionum possunt obiici, ex personis gerentium, item ex causa & modo gerendi desumptis. Sumuntur autem plures etiam ex consequẽtibus eius quod gestum est: *de quibus alibi, vbi de liberationib. tractabitur.* Sed & speciales exceptiones vide *passim sub suis speciebus.* Nunc ad effectus obligationum, hoc est, ad actiones transeundum.

DE ACTIONIBVS, ET PRIMUM quid & quotuplex sit actio?

CAP. III.

I. DE DEFINITIONE actionis.

DEfinitur actio *Instit. de actionib. in prin. Concordat iisdem verbis l. nihil aliud. 50. ff. de action. & obligat.* Plane actionis verbum nunc generalem, nunc specialem habet significationem. *l. pecuniæ verbum. 178 §. actionis. ff. de verb. signif. M.I.R. lib. 5. c. 1. reg. 7.* In speciali significatione actio sumitur *l. actio. 27. ff. de action. & oblig.* In generali *l. actionis. 34. ff. de verb. signif.* Sane in libro hoc proposito actio generali, non speciali significatione accipitur. Sed & interdum agere is dicitur, qui exceptione vtitur: *l. 1. ff. de exceptionibus.* In qua significatione hic actionis vocabulo non vtimur, De eo vide *infr. lib. 24. cap. 1. quæst. 2.*

II. DE DIVISIONIBVS actionis.

I. Diuisio, sumpta ex persona eius aduersus quem actio competit, quod scilicet aut in rẽ sint, aut in personam, proponitur *l. actionum. 24. in pr. ff. de action. & obligat, item Instit. de actionibus. §. omnium. M.I.R. d. cap. 1. reg. 11.* Differentiæ autem harum actionum quatuor sunt potissimum: quarũ prima ex causa sumitur. Nam actio in personam ex obligatione aliqua intenditur, vel ex contractu, vel ex quasi contractu: vel ex maleficio, vel ex quasi maleficio. In rem autem actio non ex obligatione aliquâ principaliter mouetur, sed ex dominio actoris, aut alio aliquo iure actori in re competenti: vtputa quia pignori ei sit obligata. Altera differentia sumitur ex persona eius aduersus quem agitur. Nam actio in rem semper aduersus eum competit, qui rem, de qua cõtrouersia est, possidet: actio autem in personam datur aduersus eum qui actori obligatus est: nec interest vtrum rem, cuius gratia agitur, possideat, necne. Plane interdum etiam aduersus rei possessorem actio personalis competit: vt actio quod metus causa, ad exhibendum, &c. Quę actiones personales in rem scriptæ vocantur: & nihil aliud sunt, quam actiones ex negotio aliquo gesto vel maleficio competentes, nõ solum aduersus eum cum quo gestum est, sed & aduersus quemuis rei possessorem. Sic & interdicta omnia, in rem concepta quidem sunt, vi autem personalia sunt. Actiones igitur personales, duplices sunt. aliæ mere personales, aliæ in rem scriptæ. Tertia differentia est in nomine. In rem enim actio, Vindicatio dicitur: in personam autem, Condictio. *d. §. omnium, & §. appellamus autem.* Quarta differentia, sumpta ab effectu, proponitur *l. & an eadem. 14. §. actiones. ff. de exceptione rei iudicatæ.* De qua re plura vide *infr. lib. 24. cap. 14. except. 4.* Hæc de prima actionum diuisione sunt dicta.

II. Diuisio, sumpta ex facto ex quo agitur, proponitur *l. actionum. 24. §. actionum. ff. de action. & obligat.* Similis obligationum diuisio, sed melior, proposita est supr. *cap. 1. diuis. 3.*

III. Diuisio, sumpta ex iure ex quo agitur, quod scilicet aut ciuilis sit, aut honoraria, habetur *d.l. 24. §. fin.* Similis obligationum diuisio proposita est *supr. cap. 1. diuis. 2. Concordat item Institut. de actionibus. §. sed istæ quidem.* Vbi vtriusque generis species & exempla enumerantur. Plane honorariæ actiones, quæ & prætoriæ appellantur, regulariter quidem annales sunt. *Instit. de perpet. & temp. action. in princ.* Cuius exceptio est: Nisi rei persecutionem contineant. approbatur simul & declaratur *l. in honorariis. 34. ff. de action. & obligat. Concordat Instit. d. tt. in prin.*

IV. Diuisio, itidem ex iure quo agitur sumpta, hæc est: quod alia directa sit actio, alia vtilis. Directa est, quæ ex ipsis verbis legis datur: vtilis vero, quæ cessantibus verbis ex mente legis iusta interpretatione competit. Vtputa dicit lex Aquilia: Si quis alteri damnum fecerit, quod vsserit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res erit in dieb. triginta proximis, tantũ æs domino dare damnas esto. *l. si seruus. 26. §. tertio autem. ff. ad L. Aquil.* Si quis igitur seruum vel pecudem alicuius vsserit, fregerit, ruperit; ex iam dictis verbis legis actio com-

competit, quæ dicitur directa. *d.l 26.§.si quis igitur.* Si quis autem alienum vinum vel frumentum consumpserit, ex dictis quidem verbis actio non competit: quia lex de vsto, fracto & rupto, non de consumpto vel effuso loquitur. Quia tamen mens legislatoris & hæc fuit, vt quis de consumpto quoque teneatur: ex mente legis competit actio, quæ dicitur vtilis. *l.qui occidit.30.§.si quis alienum.ff.eod.tt.* Quoties autem deficit actio vel exceptio directa, vtilis actio vel exceptio danda est. *l.quia.11. & l.quoties.22.ff.de præscriptis verbis.* Nihil vero interest, vtrum directa quis, an vtili actione agat vel conueniatur. Nam vtraq; actio eiusdem potestatis est, eundemque habet effectum. *l.actio neg.gestor.46.ff.de negotiis gestis.*

v. Diuisio, sumpta ex re quæ in actionem venit, seu fine, quod scilicet quędam rei persequendæ gratia comparatæ sunt, quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ sunt, habetur *Instit. de actionibus.§.sequens illa.M.I.R.d.cap.1.reg.14.*

vi. Diuisio, itidem ex re quæ in actionem venit sumpta, quod scilicet aut in simplum conceptæ sunt, aut in duplum, aut in triplum, aut in quadruplum, proponitur *Instit.d.tt.§.omnes autem.*

vii. Diuisio est, quod quædam bonæ fidei sint, quædam stricti iuris. *Instit. eod. tt. §. actionum autem.M.I.R.d.cap.1.reg.15.* Stricti iuris actio est ex stipulatu. *l.vnica.§.sed etsi non ignoramus. C.de rei vxoriæ actione.* Sed & aliæ actiones præter in d.§.actionum autem, enumeratas, stricti iuris à Doctoribus esse censentur. Plane bonæ fidei actionum propria sunt: primum quidem, quod non ex verborum solennitate, sed ex solo consensu contrahentium sustinentur. *l.nihil.116.ibi, qui & bonæ fidei. ff. de reg. iuris.* Secundum proprium est, Quod bona fides, non ius strictum in hisce actionibus consideratur. *quod approbatur l.bonam fidem.4. C.de actionib. & obligat.* Bona autem fides æquitatem summam desiderat: quæ vtrum æstimanda sit ad merum ius gentium, an vero cum præceptis ciuilibus & prætoriis, tractatur *l.bona fides.31.ff.depositi.* Tertium proprium proponitur *l. quia tantundem.5.ff.de negotiis gestis.* Tantũdem enim in bonæ fidei iudiciis officium iudicis valet, quantum in stipulatione nominatim eius rei facta interrogatio. Ex quo loco patet, quod in stricti iuris contractibus alter alteri non nisi in id, de quo nominatim conuenit, obligetur, quo præstito liberetur. *l.exhibitionis.7. C. ad exhibendum.* In bonæ autem fidei contractibus etiam vltra id, de quo nominatim actum est, alter alteri ex bono & æquo obligetur. Cuius exemplum habetur *l. & eleganter.7.§.non solum.versic.si non est cautum. ff. de dolo malo.* vbi dicitur, Si doli clausula contractui non sit subiecta, siquidem bonæ fidei contractus sit, nihilominus ob dolum commissum ex eo contractu actionem competere. *Cui concordat l.si quis.9.in prin.ff.eod.tt.* Si vero stricti iuris contractus sit: ex eo contractu ob dolum commissum agi non posse, sed de dolo actionem necessariam esse. Quod tamen ad bonæ fidei contractus attinet, distinguendum est inter dolum principalem, qui causam dedit contractui, & incidentem. Nam si quis dolo inductus contraxerit, alias non contracturus, hic dolus principalis appellatur, & ipso iure contractum facit nullum, vt ex eo actio non detur. *d.l. & eleganter.7. in prin. vers. siue nullam esse venditionem, cum sua glossa.* Quartũ proprium est, quod in bonæ fidei iudiciis libera potestas permittatur iudici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat. *Instit. de actionib.§. in bonæ fidei.* Quintum proprium, quod ea quæ sunt moris & consuetudinis, in bonæ fidei iudiciis venire debeant, proponitur *l.quod si.31.§ quia assidua. ff. de ædilitio edicto.* Sextum proprium est, quod & affectus ratio in bonæ fidei iudiciis habeatur. *l. cum seruus.54.ibi: placuit enim.ff.mandati.M.I.R.d.cap.1.reg.46.except.1.* Septimum: Bonæ fidei non congruit de apicibus iuris disputare. *l.si fideiussor.29.§.quædam.ff.mandati.* Octauum: Quod ea quæ contra bonos mores desiderantur, in his iudiciis non recipiuntur. *l.generaliter.5.ff.de vsuris.*

viii. Diuisio, itidem ex adiuncto iudicis officio sumpta, quod alia actio arbitraria sit, alia non, proponitur *Institut. de actionib.§. præterea quasdam. M.I.R.d.cap.1.reg.14.*

ix. Diuisionis loco notanda sunt actionum genere, quæ enumerantur *l. actionis verbo.36.ff.de actionib. & obligat. item Instit. de actionibus.§. quædam actiones.* Hactenus actionum diuisiones cum singulorum generum definitionibus, speciebus & propriis proposuimus. Quanquam possent plures adhuc eiusmodi diuisiones colligi. Nam quædam actiones ad hæredes transeunt, quædam nõ transeunt. Item aliæ annales sunt, seu temporales, aliæ perpetuæ, &c. Sed de hisce alibi suis locis tractabitur: vt, de priore quidem *infr. cap. prox. reg. vlt.* de posteriore *in temporalib. præscriptionib.* Ad reliquos igitur actionum locos transeundum.

QVIBVS COMPETAT ACTIO?
CAP. IV.

QVod ad causas actionum earumque exceptiones generales attinet, non est hic nobis immorandum, cum de iis *supr. cap.1. & 2.* satis sit dictum. Nunc igitur quibus actio competat, dicendum est.

I. Regula, De filiofamilias & patre eius. Filiofamilias contrahente vel delictum patiente, non ipsi, sed patri eius competit actio. approbatur simul & distinguitur *l.filiusfamilias.8. ff. de act. & obligat. Concordat Instit. per quas personas nob. obligat. adquir. in princ. M.I.R.d.cap.1.reg.16.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi iniuriarum sit actio, Quod vi aut clam, Depositi vel Commodati. *Hæc multiplex exceptio approbatur d.l.8.* Altera: Nisi in factum sit actio. *l.in factum.12.ff.de action. & obligat.* Huius exceptionis interpretationem & replicationes vide *in gloss. d.l.12.* Tertia exceptio est: Nisi pater absens sit, & nemo sit qui patris nomine agat. *l.si longius.18.§.si filiusfamilias.ff.de iudiciis. Concordat l.si libertus.12 ff.de in ius vocando. M.I.R.d.reg.16.except.1.* Quarta: Nisi pendente conditione causæ, ex qua actio competit, filius sui iuris sit factus. *l.si vsusfructus.14.§.fin.ff. quando dies legator. cedat. l.si vxorem.5.C.de condit. insertis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi stipulatus sub conditione sit filius, non legatum ei sub conditione relictum. *l.si filiusfamilias.78.ff.de verb. obligat. Concordat iisdem verbis l.quæ legat.18.§.fin. ff. de regulis iuris.* Quinta exceptio est: Nisi cum filiusfamilias stipulatus esset hoc modo, Quantam pecuniam Titio credidero, fide

fide tua esse iubes? emancipatus crediderit. *l.quidam.132.§.fin. ff. de verb. obligat. & l.si debitori.47.§. si filiusfamilias. ff. de fideiussoribus.* Sexta: Nisi in tempus emancipationis filius sit stipulatus, reprobatur *l.vltim.ff.de stipulat. seruorum.* Septima: Nisi de castrensi peculio agatur. *l.miles 4.§.1.ff. de castrensi peculio.M.I.R.d.reg.16.except.2.* Octaua: Nisi de iis rebus agatur, quarum vsusfructus tantum patri, proprietas filio adquiritur. reprobatur *Instit. per quas personas nob. obligat. adquir. in prin. ibi: scilicet patre. l.1.§.1.C.de bonis maternis. item l.cum non solum.8.§.vbi autem. C.de bonis quæ liberis. M.I.R.d.reg.16.except.4. repl.1.* Nona: Nisi patre recusante, filius hæreditatem adierit. *d.l.8.§.sancimus. ibi: & filius simili modo.* Decima: Nisi cum filius familias patre apud hostes constituto, contraxisset, pater apud hostes moriatur. approbatur simul & distinguitur *l.bona eorum.22.§.quod filius.ff de captiuis.* Plura de hac re vide infr. *lib.25.cap.15.quæst.2 reg.2. & 3.* Aliam exceptionem vide *M.I.P. lib.5. cap. 6. reg.3. except.1.* Hæc de prima regula eiusq; exceptionibus sunt dicta.

II. Regula, De seruo & domino. Seruo contrahente, vel delictũ patiente, domino, non seruo competit actio. *l.nec seruus.41.ibi: itaq; quod seruo.ff.de peculio. Inst per quas pers. nobis oblig adq. in prin. item Inst. de stipul. seruor. in prin. M.I.R.d.cap.1.reg.17.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi post contractam obligationẽ seruus fuerit manumissus. sed reprobatur *l.quæcunq;.55.ff.de act. & oblig.* Plane admittitur in casu, *de quo infr. except.11.* Item in alio casu, *de quo infr. lib.18.cap.3.except.7.replic.2.* Altera exceptio: Nisi seruus in tempus manumissionis fuerit stipulatus. reprobatur *l.vlt. ff. de stipul. seruor.* Tertia: Nisi seruus hæreditarius obligationem adquisierit. reprobatur *Instit. de stipul. seruor. §. 1. Concordat l.qui à seruo.15.ff.de action. & obligat.* Quarta: Nisi seruus non nominatim domino suo sit stipulatus. reprobatur *l.siue mihi 15 ff.de stipul. seruor. l.1 in prin.ff.eod.tt. item Instit.d.tt.§.siue autem.* Quinta: Nisi seruus eius qui apud hostes est, stipuletur. reprobatur *l.1.ff.de captiuis.* Plura de hac exceptione vide *infr. cap.15.except.26. repl.13. dupl.3 triplic.1. item lib.25.cap.15.quæst.2.reg.4.* Sexta: Nisi seruus vniuersitatis sit stipulatus. reprobatur *l.si seruus.3.ff. de stipul. seruor.* Septima exceptio est: Nisi seruus alij nominatim sit stipulatus. *l. seruus.30. & l.seruus. 14.ff.d.tt.* Octaua: Nisi factum contineat stipulatio. *Inst.d.tt.§.sed cum factum. l.stipulatio.38.§.hi qui sunt. & §.hæc quoq; ff. de verb. oblig. M.I.R.d.reg.17.except.1.* Nona: Nisi operas sibi seruus sit stipulatus. *l.si seruus.38.ff.de stipul. seruor.* Decima: Nisi vetante domino seruus sit stipulatus. reprobatur *l.seruus. 62.ff.de verb. oblig.* Vndecima: Nisi cum sub conditione seruus adquisierit actionem, existente conditione liber sit factus. Hæc exceptio approbatur in legatis, distinguitur in stipulationib. *l.quæ leg.18. ff.de reg. iuris.* Plura de regula proposita, aliisque similib. vide *supr. lib.7.cap.2.*

III. Regula, De pluribus dominis seruo communi contrahente. Regulariter quidem singulis dominis pro parte quã in seruo quisq; habet, actio adquiritur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur supr. lib.7.cap.2.reg 4.*

IV. Regula, De vno ex pluribus quibus actio competit. Si plures sint consortes eiusdem litis, etiam vni ex pluribus, absentibus cæteris, competit actio. *l.1.C.de consortib. eiusdem litis. l.eadem dicemus.4.§. fin. ff. de verb. oblig. item l.in executione.85.§. pro parte. ff. d.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vnus consortum cæteris absentib. in solidum velit experiri. hoc enim casu exceptio illi obstabit. *d.l.1.* Cuius replicatio prima est: Nisi præsens absentium nomine agendi habeat mandatum. Hæc absque controuersia est iusta. Huic similis est & altera replicatio hæc: Nisi præsens de rato caueat. *l,2.C.d.tt.* Huius duplicatio prima est; Nisi lis cæteris præsentib. non sit inchoata. *Hæc duplicatio elicitur, authore Accursio, ex d.l.2.* Sed videtur reprobanda potius *per ea quæ proposita sunt supr. lib.2. cap.9. quæst.4.exc.1 repl.6.* Altera duplicatio est: Nisi certum sit, præsentem contra voluntatem absentium experiri. hoc enim casu etiam de rato cautione oblata in solidum agens non est audiendus. *l. Pomponius.40.§.fin.ff.de procuratorib.* Hæc de secunda replicatione, eiusque duplicationib. Tertia replicatio est: Nisi plures sint rei stipulandi. hoc enim casu vnus eorum cæteris etiam absentibus in solidum potest experiri. *l.2.ff.de duobus reis constit. Concordat l.si rem.31.§.si duo.ff.de nouationib.* Sed & plura de hac re vide *infr. lib.16.cap.10.* Quarta replicatio est: Nisi res quæ petitur, diuisionem non recipiat. *l.2.§.ex quo quidem ff.de verb. oblig. l.2.§.restitutionem. ibi: ideoq; ff. de prætoriis stipul. & l.viæ.17.ff. de seruitutibus.*

v. Regula, De possessore. Huic non datur actio. *l.1.§.interdictũ.ff.vti possidetis. M.I.R.d.c.1.reg.24.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi possessor in sua possessione turbetur, vel suo qualiter velit vti prohibeatur; hoc. n. casu illi ad retinendam possessionem interdictum competit Vti possidetis, vel Vtrubi, Itẽ actio iniuriarum, *d.§.interdictũ autẽ, item l.iniuriarum.13.§.si quis me.ff.de iniuriis.* Altera exceptio est: Nisi confessoria vel negatoria actione agatur. Hæc enim etiam possessori datur, *Inst. de actionib.§.æque si agat. ibi, quod genus actionis.*

vi. Regula, De alio quam cui debetur. Actionẽ alij competentẽ alius exercere non potest. *l.nemo alieno.165.ff.de reg. iuris. l.soluendo.38.ff.neg.gest. l.item si cum.5.§.fin. ibi, quoniam conueniendi.ff.d.tt. item l.naturalis 5.§.sed si facio. ibi, sine quo exigi. ff. de præscriptis verbis. M.I.R.lib.5.c.1.reg.19.* Elegans exemplum proponitur *l.loci corpus.4.§.cõpetit aũt.ff.si seruitus vindicetur.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi ei qui agit, à creditore mandatũ sit vt ageret. Hoc enim casu alieno nomine actio cõpetit. approbatur simul & distinguitur *sup. lib.2.c.5.* Altera: Nisi creditor actionẽ actori alienauerit. *l.certi.9. C. de hæred. vel act. vend.* Quæ exceptio proposita approbatur, simul & prima eius replicatio, sumpta ex genere actionis alienatæ, reprobatur. *M.I.R d reg.19.exc.1.* Altera replicatio est: Nisi actio cessa & mandata nõ sit à creditore ei cui est alienata, seu actori. approbatur simul & distinguitur *l.fin. C.quando fiscus vel priuatus. M.I.R.d.exc.1.repl.1.* Huius replicationis ratio hęc est: quia quemadmodũ se habet traditio in reb. corporalib⁹, ita quoq; se habet cessio in actionib. seu rebus incorporalibus. Vt igitur is cui res vendita vel alio modo alienata est, eam rem vendicare non potest, nisi fuerit & tradita, *l.si ager. 50.ff.de rei vendicat.* ita quoque actio alienata exerceri non potest, nisi fuerit & cessa vel mandata.

Huius

Huius replicationis duplicatio est, Quod quamuis actio cessa non sit, & ob id directa non detur, vtilis tamen ei cui alienata est, competat actio. *d. l. fin. Cui concordat l.1.cum l.seq. C. de obligat. & action. item l.postquam 7 C.de hæredit. vendita.l.ex nominis.8. item l.certi 9.C.eod.tt.M.I.R.lib.5.cap.6.reg.55.* Tertia replicatio est: Nisi is qui alienauit & cessit actionem seu mandauit, antequam actor eam in iudicium deduceret, mortuus sit. hoc enim casu perinde est, ac si actio mandata non sit: cum mandatum morte mandantis soluatur. Ideoq; non directa, sed vtilis actio competit. *d.l.1.* Quarta: Nisi actio pro modico precio sit alienata vel cessa. hæc enim cessio, quia simulata præsumitur, & animo vexandi aduersarium, nõ valet. approbatur simul & distinguitur *l. per diuersas. 22. C. mandati. M.I.P. lib.5.cap.6.reg.4.M.I.R.d.except.1.repl.2.* Huius replicationis aliquot subiiciuntur duplicationes *in d.l. 22.* quarum prima est: Nisi quantum pro ea est precij nomine solutum, eiusq; precij sunt vsuræ: in tantum eius cessio valebit, vltra non. *M.I.R. d. replic.2.duplic.1.* Altera; Nisi cohæredes inuicem sibi actiones hæreditarias cesserint. *M.I.R.d.replic. 2.duplic.2.* Tertia: Nisi creditori actio à debitore in solutum cedatur. *M.I.R. d. replic. 2. duplic.3.* Quarta: Nisi ei qui res alienas possidet, ius aliquod, pignoris puta vel retentionis, in iis rebus ab alio cedatur, quo aduersus vindicantem exceptione tueri se possit. *M.I.R. d. replic. 2. duplic. 4.* Quinta: Nisi cum pluribus actio vel res alia legata esset, illi inuicem cessione actionis eius quod relictum est faciant, vel ab hærede impetrent. *M.I.R.d.replic.2.duplic.5.* Sexta: Nisi actio non vendita, sed donata sit. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi donatio sit simulata, vel actio pro parte vendita, pro parte donata sit. hoc enim casu non vltra id quod precij nomine solutum est, actionis cessio valet. *l.ab Anastasio.23.C.eod.tt.ff.mandati.* Hæc de quarta replicatione eiusq; duplicationibus sunt dicta. Sed & plura de ea vide *infr.cap. 15 except.19.* Quinta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi iudicij mutandi causa facta sit actionis cessio, vt reo conuẽto durior actor substituatur. *l.cum miles.12.ff.de alienatione iudicij mutandi causa.* Sexta: Nisi creditor soluto debito non in continenti, sed ex interuallo soluenti actionem cesserit. *l.Modestinus. 76.ff. de solutionibus. Concordat l.1. C.de contrario iudicio tutelæ.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi in solutione vel ante conuenit vt mandarentur actiones. *d.l.76.ibi: vel cum conuenisset.* Septima replicatio: Nisi debitor cum creditore, qui actionem cessit, transegit. ipso quidem iure subsistit, verũ eius duplicatio est: Nisi debitor ei cui cessa actio est, nomen suum emi mandauit, eique stipulanti promisit. *l.apud Celsum.4.§. quod si quis.ff.de doli mali exceptione.* Hæc de secunda propositæ regulę exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Tertia exceptio est: Nisi mandatu actoris creditor sit stipulatus vel contraxit. *Hæc exceptio approbatur infra lib.16.cap.5.reg.1.* Quarta exceptio est: Nisi actoris intersit. tunc enim, quamuis alij debeatur, actori tamen pro suo interesse actio deneganda non est, approbatur exẽplo *l.1.cum duabus legibus sequentibus. ff. de liberali causa.* Alia eius exempla vide *supra lib.13. cap.1. quæst.3. regul.3.* Quinta exceptio est: Nisi quis alio capitali pœna damnato appellet. huic enim, quamuis eius nihil intersit, nec damnatus consentiat, appellatio permittenda. *l.non tantum.6.ff. de appellationibus.* Sexta: Nisi actor, tutor vel curator sit eius cui competit actio. *Hæc exceptio tractata est supr. lib.5.cap.11.officio 2.regul.1.* Septima: Nisi mater impuberis filij actionem intendat. reprobatur *l.liberto.30.§.quanquam ff negocior.gestor.* Octaua: Nisi actor sit creditor eius cui competit actio. reprobatur *l.hæredem.3. C. de hæredit. action. Concordat l.si soluere.7.C.de nouationibus.* Plane admittitur exceptio proposita in casibus sequentium exceptionum. Nona: Nisi reus se soluturum actori constituit, vel ei sit delegatus. tunc enim, quamuis alij teneatur, tamen proposita exceptione non defenditur, *d.l.7.* Decima: Nisi nomen rei conuenti actori à creditore pignori sit obligatum. *l.si conuenerit.18. in princip.ff.de pignoratitia actione. Concordat l.grege.13.§.cum pignori. ff. de pignoribus.* Vndecima; Nisi creditor cui competit actio, aliis condemnatus sit, & non soluendo existat. tunc enim iis quibus est condemnatus, aduersus eius debitores actio deneganda non est. *l.2. C. quando fiscus vel priuatus. l.1. C. de condict. ex lege. l.à diuo Pio.15.§.in venditione. ibi: quod si nec. ff. de re iudicata. item l.ciuitates.8.ff. quod cuiusq; vniuersitatis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi aliunde ex bonis condemnati actori satisfieri possit. *Quæ replicatio ex legibus iam propositis constat. Concordat l. non prius. 4.C.quando fiscus vel priuatus.* Altera replicatio est: Nisi reus debitorem condemnati se esse neget. *l. si debitum.3.C.eod.tt.* Duodecima exceptio est: Nisi actor hæres sit eius cui competit actio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr. regul.prox.* Decima tertia: Nisi creditor nomine actoris contraxerit, tanquam eius tutor vel curator. approbatur *per ea quæ habentur supr.lib.5.c.1.q.8. regul. 4.*

VII. Regula, De hæredibus creditoris. Actio quæ datur defuncto, regulariter quidem etiam eius hæredibus competit. *l.hæres. 37. ff. de adq.hæred.M.I.R.lib.5.cap.1.reg.21.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi ex certa re, non parte hæres sit institutus. *l.quoties.13.C.de hæred.instit.* Cuius replicatio est: Nisi vnus tantum hæres scriptus sit, vel omnes ex certa re. hoc enim casu ex parte videntur instituti. approbatur simul & distinguitur *supr. lib.9.c.19, de reliquis institutionum circumstantiis, exc. 105.* Secunda exceptio est: Nisi hæres sese hæreditate abstinuerit. *l.vlt.ff.de adq.hæred.* Huius exceptionis replicationes vide *supr.lib.10. cap.9.except. 12.& exc.14.* Tertia exceptio est: Nisi actio sit pœnalis, reprobatur *Inst. de perpetuis & temp.act. § non autem omnes, ibi: sed hæredib. Concordat l.1. §. hæredes. ff.de priuatis delictis.M.I.R.lib.5.cap.10.reg.13.* Plane admittitur in actionum speciebus, quæ sequuntur. Quarta exceptio est: Nisi actio sit iniuriarum. *d.§.non autem omnes. Huius leges concordantes vide infr. lib.22.cap.12.reg.13.* Quinta exceptio est: Nisi actio sit de eo quod quis parentem vel patronum sine permissu Prætoris in ius vocauerit. *l.pen.ff.de in ius vocãdo.* Sexta: Nisi de deiecto & effuso, vnde liber homo periisse, vel damnũ in corpore passus esse dicitur, actio sit. *l.si vero.5.§. hæc autem.ibi quæ autem de eo.ff. de his qui deiecerint.* Septima: Nisi actio in factũ sit de calumniatorib. *l.hæc actio.4.ff.de calum.*

Repilca-

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane trium exceptionum proxime præcedẽtium, & si quæ sunt similes, replicatio cõmunis est: Nisi lis à defuncto fuerit cœpta, tunc enim eius quoque hæredi actio qualiscunq; competit. *l.nemo enim.87.ff.de reg iuris. Concordat Inst. de perpet. & temp.act.§.pœnales autem.* Octaua exceptio est: Nisi vnus ex pluribus hæredibus in solidum experiri velit, cum sit pro parte hæres, huic enim obstabit exceptio, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.reg.4.exc.1.item l. 2.§.incertam. ibi, at in contrarium.ff. de prætoriis stipul. M.I.R.de reg.21.exc.4.* Sed & præter replicationes *d. exc. 1.* propositas, numerantur & plures, quarũ prima est: Nisi vnus hæredum actione hypothecaria agat, tunc enim in solidum ei cõpetit actio. *l.1.C.si vnus ex plurib.hæred.* Altera: Nisi testator vni hæredum nomen prælegauerit. *l.1.C. de exceptionibus.* Tertia; Nisi cohæredes adhuc in vtero habeat, reprobatur *l. sed etsi. 28.§.fin.ff.de iudiciis.* Quarta: Nisi cohæredes nõdum adierint, reprobatur *l.2. D. si pars hæred.petatur.* Quinta: Nisi res diuisionem non recipiat. *De qua re vide infr.cap. prox.reg.5.exc.7.repl.2.* Nona exceptio est; Nisi ius aliquod personale petatur. *approbatur infr.lib.16.c. 4.exc.2.repl.1.dupl.1.item cap.5.reg.6.* Hactenus de hærede creditoris.

VIII. Regula, De hærede hæredis, proponitur *l.2.C.communia de successionibus.* Sed & plura de hac re vide *supr.lib.9.cap.20.reg.1.*

IX. Regula, De capite minuto. Huic actio nõ datur, approbatur & distinguitur *infr. lib.25.c.15. q.4.reg.2.* Hactenus quib. competat actio.

ADVERSVS QVOS COMPETIT ACTIO, per quos, item vbi & apud quem.

CAP. X.

PRima regula, De seruis. Aduersus seruos nõ datur actio. *l.cum seruis.107.ff. de reg. iuris. Concordat l.seruus. 6. C. de iudiciis. l.cum debitoris.7.C.d.tt. Concordant item ea quæ proposita sunt supr. cap.2. exc.3.* Huius regulę exceptio est: Nisi seruus manumissus fuerit, tunc enim ex eo quod in seruitute gessit, interdum conueniri potest. *de qua re vide supr. lib.6.c.10.q.13.reg.9.item lib.10.c.5.q.1.exc.2.*

II. Regula, De filiofamilias. Aduersus filiumfamilias æque ac aduersus patremfamilias competit actio. *l.tam ex contractib.57.ff.de iudiciis.* Plura de regula proposita vide *supr. cap. 2. except.4. item infr.lib.21.c.6.quæst.3.*

III. Regula, De minoribus ætate. Etiam aduersus hos datur actio. *l.sub prætext. 4. C. de hæred. actionibus.* Plane huius regulæ exceptio prima est; Nisi minor tutorem vel curatorem non habeat, à quo defendatur; hoc enim casu in eum actio danda non est, quemadmodum nec sententia in eum ferenda. *de quo supr.lib.1, cap 29. quæst.3. exc.7.* Si itaque minor tutorem vel curatorem non habeat, actor rogabit eos qui pupillo tutorem petere tenentur, vt petant, & si hi petere neglexerint, accedet magistratum de tutore pupillo cõstituendo, vt suam aduersus eum actionem instituere possit. *De qua re dictum supr. lib. 5. cap. 5. quæst.2.reg.2.except.1.replic.2.* Altera exceptio est: Nisi pupillus filius defuncti esse negetur. Hæc enim actio præiudicialis in pupillum non datur, sed in tempus pubertatis differtur. *approbatur edicto Carboniano.de quo supr.lib.11.cap 9.* Tertia excẽptio est: Nisi minor infans sit. *l.quique.4.in princ.ff. de in ius vocando.* Plane hoc casu tutor eius conueniendus, non infans. *l.1.§.sufficit.ibi, ita tamen.ff. de administrat.tutor.*

IV. Regula, De alio quam qui contraxit vel deliquit. Ex contractu vel delicto vnius regulariter aduersus alium actio non competit. *l. 1. C. vt nullus ex vicariis. Concordat l.cum te.3.§.fin.C.ne vxor pro marito. l. nullam. 4. C. de executoribus. M.I.R. lib.5, cap.1.reg.26.* Huius exemplum proponitur *l.ob causam.3. C. de obligat.& act. Aliud l. nimia. 11. C. eod.tt.* Tertium exemplum habetur *l.vltim.Cod.ne filius pro patre.* Quartum *l. 1. C. ne vxor pro marito. l.2.item l.cum te.C.d.tt. Nouell.constit.53.§.penult.item Nouell.ca.117.§.si quas vero, iisdem prope verbis.* Quintum exemplum proponitur *d.l.3. vers. cum neque.* Sextum *d. l. 3. vers.quomodo matres. Cui concordat l. vlt. C. eod.tt.* Septimum *l.patris.3. C. ne filius pro patre. l. 2. C. d. tt. item l.si pater. 3. C. qui bonis cedere possunt.* Octauum exemplum proponitur *l.1. C. ne filius pro patre. Concordat l.si filius. 4. C.cod. tt.M.I.R. d.cap.6.regul.7.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi pater de contractu filij quem habet in potestate, conueniatur, hic enim pro filio actione de peculio, vel de in rem verso, vel alia simili tenetur. *d.l.1. Concordat Instit. quod cum eo qui in alterius potestate est, gestum esse dicetur. de qua re vide infr.lib.21. cap.6. cum sequentibus.* Altera exceptio est: Nisi dominus serui sui nomine, nam & hic serui nomine de peculio, de in rem verso, noxali & aliis similibus actionibus tenetur. *De quibus vide d. cap. 6. cum sequentibus.* Tertia: Nisi reus pro alio fideiusserit, vel se soluturũ constituerit, vel vt alij crederetur mandauerit, tunc enim alterius nomine vel actione ex stipulatu fideiussoria, vel de constituta pecunia, vel mandati actione tenetur. *M.I.R.d. reg.26.except.7.* De quibus actionibus vide *infr. lib. 21. cap. 1. cum sequentibus.* Quarta; Nisi reus debiti partem pro alio soluerit, reprobatur *l. vlt. C. ne vxor pro marito.* Quinta: Nisi pupillus vel adultus ex contractu tutoris vel curatoris sui conueniatur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.5. cap.1. quæst.8. reg.5.* Sexta; Nisi debitor pro creditore suo conueniatur. Hęc exceptio regulariter quidem reprobatur, admittitur tamen in certis casibus. *De qua re vide supra cap.proxim.reg. 6.except.8.cum tribus sequentibus.* Septima: Nisi possessor rei pro alio pignori obligatæ, actione hypothecaria conueniatur, approbatur infra, *lib. 17.cap.16.in actione hypothecaria.* Octaua; Nisi reus aliquid à debitore ciuitatis, postea soluendo non existente, comparauerit. *l.2. C. de debitoribus ciuitatum.* Plane exceptio hæc tantum ciuitatibus competit, non aliis priuatis. *l. scimus. 22.§.sin vero creditores, ibi, sed nec aduersus. C.de iure deliberandi.* Nisi in fraudem creditorum quid sit alienatum à debitore, id enim per actionem Paulianam reuocatur. *De qua vide D. quæ in fraudem creditorum.* Nona exceptio est; Nisi reus lucrum ceperit ex persona debitoris. *l. ex qua persona.191.D. de regul.iuris.* Huius exemplum proponitur *l.1.in princ.D.de institoria actione.* Aliud *l. si non solus.10.in*

princ.ff.si quis omissa causa test. Aliud in hærede debitoris proponitur *l.si tertius.6 §.fin.ff. de aqua pluuia arcenda. De hoc exemplo vide infr.reg prox.* Est item exempium propositæ exceptionis actio de in rem verso. *De qua alibi.* Huius exceptionis replicatio prima est in persona mulieris, pro qua debitor dotem dedit, *l.2. C. de reuocandis iis quæ per fraudem.* Altera in eo, cui quid à debitore legatum est, hic enim ob id factum defuncti præstare non tenetur; approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.12. cap.2. reg.14.* Tertia replicatio est in eo cui debitor quid donauit, hic enim ob id debitoris factum non præstat, approbatur simul & distinguitur *supr. lib. prox.cap.13.quæst.5. in fin.* Quarta est in eo, cuius absentis negocia gesta sunt, hic enim lucrum quidem percipit ex eo quod gestum est, damnũ autem non præstat. *l.si negotia.10. ff. de negotiis gestis.* Quinta replicatio in socio adsumpto proponitur *l.& quicquid.21.ff.pro socio.* In summa, exceptio proposita plures recipit replicationes quã habet species. Hæc de nona exceptione. Decima exceptio: Nisi reus recepturus sit à debitore quod pro eo præstat, reprobatur *l.nemo.130.ff.de regulis iuris.* Huius exceptionis reprobatæ exemplum elegans proponitur *l.supra iter.11.§.apud Ferocem.ff. de aqua pluuia arcenda.* Plane admittitur exceptio hæc in quibusdam casibus, *vt l.& ancillarum. 27. §. si quis cum seruo. ff. de peculio. item l. 2. §. item etsi in facto.ff.de verbor.obligat.* Alias leges concordantes vide *infr.reg.prox.except.7. repl.5.* Plane huius exceptionis in casibus iam dictis replicatio est: Nisi reus actionem, quam habet, actori cedere sit paratus. *l.quod debetur.51. in fin ff.de peculio.* Vndecima exceptio; Nisi auctor pro possessore conueniatur, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.7.cap.5.except.13.* Duodecima: Nisi mandatu rei alius contraxit vel deliquit. Hæc exceptio approbatur regula vulgari hac: Quod quis per alium facit, hoc ipse fecisse videtur. *Cui concordat l.1.in prin.ff.quod iussu. l.is damnum dat.131.ff. de regulis iuris.item l.hoc iure.194.ff.eod.tt.* Plura de hac re vide *infr.lib.21.cap.7.cum sequentibus.* Decimatertia exceptio est: Nisi reus ratum habuit, quod alius nomine eius gessit, *d.l.194.l.1.§.sed & cum quis.ff. de vi & vi armata.& l.ei qui.§.fin.C.quod cum eo qui in aliena.M.I.P.lib.5.cap.6.reg.8.excep.1.* Decimaquarta: Nisi reus tabernæ vel naui præfecit eum qui gessit, approbatur *actione institoria & exercitoria. De quibus infr.suo loco dicetur.* Decimaquinta: Nisi dolo rei conuenti ab alio factum sit, approbatur exemplo *l. non solum.11. in prin. ff. de iniuriis.* Decimasexta; Nisi vnus hæredum contra ac promisit defunctus, fecerit, hoc enim casu etiam cæteri eius cohæredes tenentur, approbatur *per ea quæ proponuntur infr. reg. prox.except.7. replic.5.& 6.* Eius autem replicatio prima videtur esse: Nisi ita defunctus promiserit, Per se hæredemque suum Titium non fieri; his enim cæteri videntur excusati, verum reprobatur *l. Iulianus.331. in princ ff.de verbor. obligat.* Altera: Nisi pro parte solui possit quod est promissum, approbatur *per ea quæ proponuntur infr.reg.prox.exc.7.in pr.item repl.6. dupl.1.& 2.* Hactenus propositæ regulæ exceptiones sunt enumeratæ, quarum tamen plures ex diuersis actionibus colligi possunt, vt ex iudicio publico de adulteriis, de eo qui adulterio perpetrando domum præbuit, ex actione furti, de eo qui sciens rem furtiuam suscepit, &c.

v. Regula, De hæredib. debitoris. Actio quæ competit aduersus defunctum, competit etiam aduersus eius hæredes, approbatur *ratione nonæ exceptionis supr.reg.prox.propositæ.M.I.R.lib.5.ca 1.reg.27.* Huius autem regulæ exceptio prima est: Nisi pœnalis sit actio, & ex dolo defuncti agatur. *l.pupillum.111.§.in hæredes.ff. de reg.iuris. l.1. in princ. ff.de priuatis delictis. item Instit. de perpetuis & temp. action. §.non autem omnes.M.I.R.d.reg.27.exc 1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex dolo & maleficio defuncti quid ad hæredẽ peruenerit, de eo enim tenebitur. *l.sicuti.38.ff. de reg. iuris.l.in honorariis.34.§.honorariæ ibi, vt tamen lucrum. ff.de actio.& oblig.l.toties.44.ff.de reg.iuris.item l.vnica. C.ex delictis defunctorum.M.I.R.d.exc. 1.repl.2.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi hæres de eo quod ad se peruenit, non sit locupletior factus, reprobatur *l.cum prætor.169.ff.de reg.iuris.* Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi lis cum defuncto sit inchoata *l. omnes.25.ff. de action.& oblig. l.constitutionibus.32. item l. sciendum est.57.ff.eod.tt.l. nemo enim.87.in fin.l.pœnalia.124. item l.omnes actiones.181.ff.de reg.iuris.Instit. de perpet. & temp.action.§. pœnales.item l.1.C ex delictis defunctorum.* Huius replicationis duplicatio hæc esse videtur: Nisi lis non in iudicium deducta sit, sed eo nomine tantum preces principi oblatæ, sed reprobatur *l.1.C. quando libellus principi, &c.* Tertia replicatio est: Nisi pœnalis actio ex contractu descendat, *l.ex contractibus.48.ff.de action.& obligat.l. ex depositi.11.ff.d. tt.l.hoc iure.194.§.fin.ff. de reg. iuris. item l.ex ea parte. 121.§.fin.ff.de verbor.obligat.M.I.R.d.exc.1.repl.1.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi nihil ex dolo defuncti ad hæredem peruenerit. *Instit.de perpet.& temp.actionibus §.aliquando.* Contradicit *l. ad ea.199.§.fin.ff de reg.iuris.* De hac antinomia vide *glossam in d. §. aliquando.* Quarta replicatio est: Nisi ex stipulatu pœna petatur. *l.Lucius.47.Digest. de action. empti. M.I.R. d.except.1. replic.2.* Quinta: Nisi pupillo aduersus tutorem pœnalis actio competat, hæc enim morte tutoris non extinguitur, cum sibi soluere debuerit. *l.sed non. 10.ff. de act.tutelæ.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio: Nisi hæreditas non sit soluendo, reprobatur *l.more.8.§.1.ff.de adqu.vel omitt.hæred.M.I.R.d.reg.27.exc.2.* Plane admittitur, si hæres conscripto inuentario hæreditatem adierit, tunc enim, si emerserit postea grande æs alienum hæreditarium, non vltra id quod in hæreditate est tenebitur. *l.scimus.22.C.de iure deliberãdi.M.I.R.d.exc.2.dist.1.* vbi etiam distinguitur. Tertia exceptio est: Nisi hæreditate ab hærede vẽdita, creditores cum emptore hæreditatis egerint. *l.2. C.de pactis.* Quarta: Nisi hęres hęreditate se abstinuerit, approbatur simul & distinguitur *sup.li. 10.c.14.reg.2.* Quinta: Nisi hęres hæreditatẽ ex senatusconsulto Trebelliano restituerit, approbatur simul & distinguitur *sup.lib.13.c.18.* Sexta: Nisi hæres scriptus cum hæredibus ab intestato venientibus transegerit, reprobatur *l.Imperatores.3. in pr.ff.de transactionibus.* Contradicit *l.controuersia. 14.ff.d.tt.* Quæ antinomia conciliatur hac distinctione, quod priore casu agatur ex testamento, sine

sine quo actio legatariis non competit, in posteriore competit actio creditoribus hæreditariis etiam sine testamento. *gloss. in d. l.14. M.I.R. d. reg. 27.exc.4.* Septima: Nisi pro parte hæres in solidum conueniatur. *l.2.C.de hæred. actionibus.l.1.C.si certum petatur.l.2.C. si vnus ex pluribus hæred. l. in executione.85.§.prima species.ff.de verb.oblig.item l.2.§.incertam.ibi, in quibus.ff. de prætoriis stipulat. M.I.R. d.reg. 27.except.5.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi actione reali vel hypothecaria agatur de ea re quam vnus hæredum in solidum possidet, hic enim in solidum tenebitur. *d. l. 2. C. si vnus ex pluribus.l.2.C.de actionibus hæreditariis. l.si possessor.55. D. de rei vendicat. item l. 2. §. sed si vnus. D. de prætoriis stipulat.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi lite contestata possessor decesserit, tunc enim, quamuis vnus hæredum rem in solidum possideat, nihilominus pro parte est damnandus. *d.§. sed si vnus, in fine.* Altera replicatio est: Nisi res quæ petitur, talis sit, quæ diuisionem non recipiat. *l.ea quæ.152.D. de regu. iuris. M.I.R.d. except.5.replic.1. & lib.5.cap.1.reg.21. except.4. replic.1.* Huius exempla proponuntur *l.stipulationes.72. in prin. D. de verbor.obligat. l.2.in princ. D. d.tt. item l.viæ.17. D. de seruit.* Sane propositæ replicationis species sunt eæ quæ sequuntur. Sed & plura de hac re vide *infr.lib.16.cap.6.reg.9.* Tertia replicatio est: Nisi genus, nõ certa species debeatur, hoc enim casu singuli hæredes in solidum tenentur. *d. l. 2. versic. quædam partis quidem dationem.* Huius duplicatio est: Nisi cum vno hæredum actum sit, vel vni acceptolatum, tunc enim cęteri non nisi pro parte quę superest tenetur. *d.l.2.§.si tamen.* Quarta replicatio est: Nisi vna res ex duabus alternatiue debeatur. *d.l.2.vers.eiusdem conditionis. Concordat l.in executione.85.§. pro parte.ff. eod. tt.* Quinta: Nisi in faciendo, non in dando consistat obligatio. *d l.72.l.eadem dicemus.4.in fin.ff. de verb. oblig.d.l. 85.§.in solidum. & §. secunda.l.cum ex causa.139.ff.d. tt.l.fideicommissa.11.§.penult.ff.de leg.3.item l.2.§.restitutione.ibi, ideoque.ff.de prætoriis stipulat.M.I.R.d.except. 5.replic.2.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi pro sua parte vnus hæredum conuentus, pœnam vel interesse præstitit, hoc enim casu liberatur. *l.stipulationes. 72. §. Celsus tamen.ff. de verbor.obligat.l.cum ex causa.139. in fin.ff.eod.tt. item l. in executione.85.§.in solidum, in fin. ff. eod.tt.* Altera duplicatio est: Nisi factum diuiduum sit, quod ab vno hæredum in solidum præstari non possit, pro parte possit. *approbatur per ea quæ proponuntur infr.repl.prox.dupl.1.* Sexta replicatio est: Nisi pœna stipulationi sit subiecta, tunc enim, quamuis vnus hæredum pro sua parte stipulationi satisfaciat, tamen si cæteri cessent, nihilominus pœna in solidum committitur etiam aduersus eum qui suam partem soluit, itaque nisi in solidum præstiterit vnus hæredum, à pœnali stipulatione non liberatur. *l.stipulationum.5.§.fin. & l.in executione.85.§.penult.ff.de verbor. obligat.item l.hæredes.25.§.in illa.ibi, idem iuris. ff. familiæ erciscundæ. M. I.R. d. except.5.replic.4.* Contradicit *M.I.P. lib.cap. 7.regul.3.except.2.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi factum diuiduum sub pœna promissum sit, quod ab vno hæredũ in solidum præstari non potest, pro parte potest, tunc enim pro sua parte pręstando à pœna liberatur. *l.eadem dicemus. 4. §. Cato. ff. de verbor. oblig. l.inter cohæredes. 44.§.si quis stipulat.ff. familiæ erciscundæ. M.I.R. d. except.5.replic.2.duplic.1. & d.repl.4.dupl.1.* Altera: Nisi vnus hæredum conuentus pro sua parte pœnam præstiterit, tunc enim in solidum ad pœnã præstandam non tenetur. *d.§. Cato. ibi, ab omnibus hæredibus pœnam committi. Concordat supr.repl. prox. duplic.1.M.I.R.lib.5.cap.12.reg.5.except.10.repl.1.dupl. 3.triplic.2.* Septima replicatio videtur: Nisi hæredes ex certis rebus sint instituti, tunc enim, si vnius res pluris æstimantur, etiam in maiorem partem videtur conueniendus, quamuis pro æquali parte sit hæres. Sed reprobatur *l. ex facto. 35.§.vnde scio.ff.de hæred.instit.* Octaua: Nisi vni hæredum amplius quid sit prælegatum, reprobatur *d.§.vnde scio. Cui concordat l.1.C.si certum petatur.* Nona: Nisi vnus hæredum exceptione defendatur, hoc enim casu alter in solidum videtur conueniendus, reprobatur exemplo *l.Lucius.24.ff.de fideiuss.* Hæc de septima exceptione eiusque replicationibus sint dicta. Octaua exceptio est: Nisi vnus hæres contra contractum egerit, indeque agatur, hoc enim casu videtur ille solus teneri, & cæteros per exceptionem defendi. Sed reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. except.prox. replic.5. & 6.* de qua plura vide *supr. reg prox.except. 16.* Nona: Nisi defunctus promissor se & suum hæredem Titium obligauerit, hoc enim casu videntur cæteri exceptione defendi. Sed reprobatur *l.eum qui.56.§.1.ff. de verb. obligat.* Decima: Nisi testator vnum hæredem solidum æs alienum soluere iusserit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur, verũ hoc casu cæteris cohæredibus datur ex fideicommisso actio aduersus cohæredem, vt solidum æs alienum soluat. *l.nomen. 23.§.fin.ff.de leg.3.* Vndecima: Nisi inter hæredes conuenerit, vt vnus solidum æs alienum soluat, reprobatur *l.debitorum.25.C.de pactis. Concordat l. pactum.26.C.d. tt. M.I.R. lib.5. cap.1. reg. 26. except.5. replic.9.* Plane videtur admitti, si creditores secundum pactum hæredum ab vno in solidum vsuras acceperint. Sed hæc distinctio reprobatur *l.tale pactum.40.§.post diuisionem.ff.de pactis.* Duodecima exceptio: Nisi in faciendo, non in dando obligatio consistat, reprobatur *l. veteris.13. C. de contrah.stipul.M.I.R. d.reg.27.except.10.* Plane admitti videtur saltem, si in tempus mortis suæ promissor factum contulit. Sed & hæc distinctio reprobatur *l.vlt.C.eod.tt.* Decimatertia exceptio est: Nisi hæreditas hæredi tanquam indigno sit ablata. *l. eum qui.18.§. bonis. ff. de his quæ vt indignis.* Decimaquarta: Nisi cum diuersorum bonorum hæredes diuersi instituti essent, actio proposita non sit eorum bonorum, quorum hęres est reus conuentus. *l.si certarum.17.§. Iulianus. ff. de militari testam.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr. lib.10.cap.13.reg.1.*

vi. Regula, De capite deminuto. Aduersus hunc non datur actio. *de qua re vide infr. lib.24. cap.19.*

PER QVOS COMPETIT ACTIO? item vbi & apud quem?

Hactenus aduersus quos actio detur vel non detur, expositum est. Nunc videamus per quos actio competat.

I. Regula, De procuratorib. Etiam per procuratorem actio competit. *Inst. de iis per quos agere possumus.* Contradicit *M.I.P.lib.5.cap.6.reg.12.* Hæc regula plures recipit exceptiones, quas ordine vide *infr.lib.2.c.5.quæst.4.*

II. Regula: Per tutorem quoque & curatorem suum actor agere potest. *Inst.d.tt.* Leges concordantes, sed & exceptiones huius regulæ vide *supr.lib.5.cap.11.offic.2.*

III. Regula: Vbi & apud quem iudicem actio competat, vide *supr.lib.2.cap.2.*

IV. Regula: Euentus, si alibi quam debetur agatur, vide *infr.cap.prox.reg.9.§.loco plus.*

QVID VENIAT IN ACTIONEM?

CAP. VI.

NVnc quid veniat in actionem petendum, per regulas exponemus, quanquam quædam ad hanc rem pertinentia proposita sunt *sup. cap.3.quæst.2.diuis.5.& 6.*

I. Regula, De eo quod interest. Si non præstatur id quod debetur, ad id quod actoris interest cōpetit actio. *quæ regul. approbatur per ea quæ proposita sunt infr.lib.16.c.6.reg.1.M.I.R. lib.5.c.1.reg.31.* Plane cum quæritur, quatenus actoris interest, de facto, nō de iure quæritur. *quatenus.24.ff.de reg. iuris.* Tam autem damnum quod actor passus quam lucrum quod amisit, iudex æstimabit. *l.si commissa.13.ff.ratam rem haberi l.2.§.fin. ff. de eo quod certo loco dari. l.si fundus.33. ibi, in quo etiam. ff. locati. item l.vnica.§. & hoc non solum. C. de sententiis quæ pro eo. M.I.R.d.c.1.reg.33.* Plane regula hæc, vt & lucrū veniat in id quod interest, quasdam recipit exceptiones, *vt l.si sterilis.21.§.cum per vēditorem.ff. de act. empti. l.l.si is 73. in fin. ff de furtis. de quib. vide passim. in singulis actionib. M.I.R.reg.33.* Cum autē æstimatio eius quod interest, iudicis arbitrio sit relinquenda, ne modum in eo definiendo excedat iudex, constituitur *l.vnica. C. de sententiis quæ pro eo quod interest,* ne duplum sortis æstimatio eius excedat. *M. I.R. d. c.1. reg.34.* Plura de regula proposita vide *infr.lib.16.c.6.reg.1. item lib.18.c.11.reg.11.12.& 13.*

II. Regula, De eo quanti ea res. In quibusdā actionib. reus non in id quanti actoris interest, sed quanti ea res est condemnatur. Quod approbatur exempl. *l.si seruus.27.§.tertio autem. ff. ad l. Aquiliā.* Proponitur & aliud *l.prætor ait.4.§.hæc autem actio. ff. vi bonorum raptorū.* Declaratur regula proposita *l.hæc verba.193.ff.de verb.signif. Concordat l.inter hæc verba.179.ff.d.tt. item d.§.hæc autem actio.*

III. Regula, De litis æstimatione. Quādo res ipsa quæ petitur, præstari non potest, preciū eius venit à reo præstandum, quanti iudex eam æstimauerit, quam litis æstimationē vocant. *M.I.R.d. c.1.reg.38.* De qua quæri solet, cuius temporis vel cuius loci æstimatio sit præstanda, cum eadē res alio tempore & alio loco pluris æstimetur, quam alio, de hac re traditur regula *l.si merx.4. ff. de condict. triticiaria.* Regulariter enim in rei æstimatione spectandum est tempus, item locus quo petitur, vt tanti æstimetur, quāti tunc vel eo loco valet. *Cui regula concordat l.vinum.22. ff. si certū petatur.* Imo locus & tempus contractus. *M. I.R. d.c.1.reg. 38. cum seq.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi locus vel tempus, quo dari debuit, in contractu sit adiectum, vel ipso iure definitum, tunc enim eius loci vel temporis æstimatio præstanda est, quo res fuit soluenda. *quæ exceptio iam dictis legibus approbatur. Concordat l.quoties.59. cum lege sequente. ff. de verb. oblig. l.cum quis.21. ff. de act. & oblig. l.si calendis. 11. ff. de re iudicata. itē l.ratio.3.§.fin. ff. de act. empt. M.I. R.d.reg.38.exc.1.* Altera exceptio est: Nisi locus quo solui debuit, sit adiectus, tunc enim tanti æstimanda lis est, quanti valet eo tempore, quo ad eum locum peruenire potuisset. *l.idemerit.60. ff. de verb. oblig.* Tertia: Nisi non res, sed eius æstimatio in obligationē sit deducta, tunc enim tanti æstimanda lis est, quanti eo tempore quo stipulatio est cōtracta, res valet. *l.fundum.28. in fin. ff. de nouationib.* Quarta: Nisi cum fideiussor rem debitam pro eo soluisset; postea mandati actione æstimationem rei à reo repetat, hoc enim casu tempus solutionis, non quo mandati agitur, consideratur. *l.hominem.37 ff. mandati. & l.si is.50.§.fin. ff. d.tt.* Quinta: Nisi condictione triticiaria agatur. hoc enim casu tempus sententiæ ferendæ spectatur. *l.in hac actio.3. ff. de condict. triticiar.* Sexta; Nisi bonæ fidei actione agatur, hoc enim casu tempus ferendæ sententiæ spectatur. *l.sed mihi.3.§. in hac act. ff. commodati. M I.R.d.reg.38.except.2.*

IV. Regula, De valore & moneta. Præterea solet interdum quæri, cuius monetæ vel valoris pecunia veniat à reo soluēda, vtputa si, cum quis decē aureos esset stipulatus, vel rem suam decē aureis vendidisset, alter dicat Veronenses aureos deberi, alter Imperiales, de qua re proponitur regula *l.semper.34. ff. de reg. iuris. M.I.R.d.c.1.reg.47.*

V. Regula, Quale quidq; est cum petitur, tale dari debet. *l.2. ff. de vsuris & fructibus.*

VI. Regula: Cum de fraude disputatur, non quid habeat actor, sed quid per aduersarium habere non potuit, considerandum est. *l.generaliter. 78. ff. de reg. iuris.*

VII. Regula: Doli æstimatio non ex eo quod interest fit, sed ex eo quod in litem iuratur. *l. non à iudice. 64. ff. de iudiciis.* Plura de hac regula vide *infr.cap.9.*

VIII. Regula, De pœna promissa, proponitur *Inst. de inutilib. stipulat. §. alteri, ibi, pœnam enim. de quo plura vide infr.lib.16.c.9.*

IX. Regula; Si quis plus petierit, olim quidē causa cadebat, hodie vero in triplum tenetur, approbatur *Inst. de action. §. si quis agens. cum sequentib. M.I.P. lib.5.c.6.reg.16. M.I.R.d.c.1.reg.54.* Declaratur hæc regula *Inst.d.tt.§.plus autem.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi minor viginti-quinque annis plus petierit. Altera; Nisi iustus error interuenerit. *quæ duæ exceptiones proponuntur d.§.si quis agens.* Porro iure quoque nouo ex plus petitione causa cadit actor in casu, qui proponitur *l.vnica. C. de plus petitionib.* Tertia exceptio est; Nisi ante litem inchoatam actorē calliditatis pæniteat, & verum debitum confiteatur. *d.l. vnica.* Quarta; Nisi de causa sit transactum. *d.l.vnica.*

X. Regula; Si minus quam debetur petitum sit, vel aliud pro alio, quid iuris sit, vide *supr. lib.2. cap.10.quæst.7.reg.1.*

XI. Regula; Si in re petita dissenserint actor & reus, ea res in iudicium deducta censetur, quā dixerit actor, non reus. *l.inter. 83.§. si Stichum. ff. de verb. oblig.* Porro pręter hactenus exposita veniūt etiam in actiones vsuræ, fructus, accessiones & omnis causa, item id in quantum actor in litem iura-

iurauerit. Sed & interdum non venit in actionem vltra id quod reus facere potest, item compensationes oppositæ efficiunt, vt minus debeatur, de quibus singulis eo quo proposui ordine in capitibus sequentibus tractabitur.

DE VSVRIS.

CAP. VII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS VSVRÆ debeantur.

REgulariter quidem seu ipso iure vsuræ peti non possunt, nisi certis ex causis. *l. pignorib. 22. C. de vsuris. l.cum quidam.17.§. ex locato. ff. eod. tt. item l.Titius.25. ibi, respondi. ff. de præscriptis verbis. M.I. R.d.c.1.reg.56.* Quæ ergo sint causæ, ex quibus vsuræ peti possint, ordine sunt exponendæ.

I. Causa: Si vsuræ promissæ sunt, debentur. quæ causa seu regula ipso quidem iure subsistit. *M.I.R.d.c.1.reg.57.* verum eius exceptio prima est: Nisi nudo pacto promissæ sint, nulla stipulatione interueniente. *d. l.25.§. respondi.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ciuitas vsuras pacta sit, *l.etiam ex nudo.30. ff. de vsuris.* Altera: Nisi in contractu traiectitiæ pecuniæ vel simili de vsuris præstandis conuenit. *l.in quibusdā.7. ff. de nautico fœnore. & l.pericul.5. in fin. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi vsuræ ex pacto sint solutæ. *l. quamuis.3. C. d. vsuris.* Plane replicatio hæc locum habet in vsuris solutis retinendis, non autem in iis quæ postea currunt petendis. *de qua re vide infr. caus.7.* Quarta: Nisi per retentionē pignoris, approbatur simul & distinguitur *l.per retentione.4. C. eod. tt. l.pignorib.22. in pr. C. eod. tt. l.cum debitor.8. ff. ex quibus causis pignus tacite. item l.2. C. de fiscalib. vsuris.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi pactum de vsuris post pignoris traditionem interpositum est, nec de pignore pro iis retinendo quidquam conuenit. *d. l.4. vers. sed enim in causa.* Quinta replicatio est: Nisi frumento mutuo dato cōuenit, vt accessio eiusdem materiæ reddatur. *l. frumenti.12. C. de vsuris.* Secunda exceptio: Nisi instrumento vsurarū stipulatio conscripta non sit, reprobatur, *l.1. C. de vsuris.* Tertia: Nisi sortis stipulatio alteri facta sit, & ob id inutilis, hoc enim casu videtur vsurarum quoq; stipulatio inutilis esse. Verum reprobatur *l.si ita.126.§. Chrysogonus. ibi, sequens stipulat. ff. de verbor. obligat.* Quarta: Nisi pro speciebus creditis vsuræ sint promissæ, reprobatur *l.pro auro.25. C. de vsuris. Concordat l.si pro mutua.8. C. si certum petatur.* Quinta: Nisi oleo vel frumento mutuo dato cōuenit, vt eiusdem materiæ accessio vsurarum loco reddatur, reprobatur *l.oleo.23. C. de vsuris. Concordat l.frumenti.12. C. d.tt.* Sexta exceptio est: Nisi incertas vsuras sit stipulatus. *l.quod in stipulat.31. & l.tutor.41.§. fin. ff. d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi argentarius incertas vsuras sit stipulatus. *Nou.c.136.§. vsuræ sane.* Septima exceptio est: Nisi illicitas vsuras sit stipulatus. *l.pecuniæ 9. in pr. ff. de vsuris. M.I.R. d. reg.57. exc.1.* Sane quis sit licitus vsurarum modus, *infr. quæst. prox.* dicetur. Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi quoad id quod est intra legitimum vsurarū modum, in hoc enim stipulatio valet. *d. l.9. Cui concordat l.placuit.29. ff. eod. tt. & l.si pro mutua.8. C. si certum petatur.* Altera replicatio videtur: Nisi per retentionem pignoris illicitas vsuras exigat. Sed reprobatur *l.nihil interest.4. in pr. vers. nec pignora. ff. de nautico fœnore.* Tertia replicatio videtur: Nisi pro operis serui ad exigendam pecuniam missi maiores vsuras sit stipulatus. Sed & hæc reprobatur *d. vers. nec pignora.* Admittitur tamen, si is qui minores vsuras stipulatus erat, cum maiores stipulari potuisset, postea pro operis serui maiores sit stipulatus. *d.l.4.§. fin.* Plures huiusmodi replicationes vide *infr. d. quæst. prox.* Octaua exceptio est: Nisi vsurarum vsuras sit stipulatus, approbatur simul & distinguitur *d.l.29. Concordat infr. quæst. prox. reg.4.* Nona exceptio: Nisi debitor non fuerit interpellatus, vt solueret, reprobatur *l.pecuniæ. 9.§. vsurarum. ff. de vsuris. Concordat l.traiectitiæ.22. in pr. ff. de action. & oblig. M.I.R.d.reg.57. exc.2.* Decima: Nisi iudicium de sorte cœptum sit, reprobatur *l. cum stipulat.90. ff. de verb. obligat. l.1. C. de iudiciis. item l.lite.35. ff. de vsuris.* Vndecima: Nisi per creditorem stet, quo minus sors ei soluatur. *l. qui Romæ. 122.§. Seia. ff. de verbor. oblig.* Duodecima: Nisi falsa vsurarum causa sit adiecta stipulationi, quasi ex mutuo, cum ex vendito sors deberetur; reprobatur *l.si ex precio.6. C. si certum petatur.* Hæc de prima causa vsurarum, eiusque exceptionibus sunt dicta. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *infr. inter exceptiones generales.*

II. Causa: Si mora in soluenda sorte facta est, vsuræ ex mora debentur *l. cum quidam.17.§. quid enim & §. ex locato. ff. de vsuris. l.mora.32.§. in bonæ. ff. d.tt. l.quæro.54. in pr. ibi, vsuræ enim. ff. locati. l. item si 5.§. fin. cum lege sequent. ff. de negotiis gestis. l.Lucius 24. ibi, & est quidem. ff. depositi. l. in bonæ fidei.13. in pr. C. de vsuris. item l.2. C. depositi. M.I.P. lib.5. cap.6.reg.18. M.I. R.d.c.1.reg.58. in pr.* Sane quando mora facta intelligatur, relinquitur arbitrio iudicis decernendum, *l.mora.32. in pr. ff. de vsuris. M.I.R.d.reg.58.* Propositæ causæ exceptio prima est: Nisi debitor nō sit interpellatus vt solueret. *d.l.32. M.I.R. d.reg.58. exc.1.* Huius replicatio prima est: Nisi non fuerit qui interpellari potuerit. *l.sed & si 23. in fin. ff. de vsuris. Concordat l.2. ff. de nautico fœnore.* Altera: Nisi creditor fuerit minor annis. *l. in minorum. 3. C. in quibus caus. in integr. restit. necess. non est.* Tertia: Nisi non ex mora, sed ex stipulatu petantur vsuræ, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. caus. prox. exc. 9.* Quarta: Nisi certum tempus solutioni fuerit constitutum, *l.magnam.12. C. de contrah stipulat. M. I.R.d.except.1.repl.1.* Quinta: Nisi fisco vel aliis similibus debeatur, approbatur *per ea quæ proponuntur infr. caus. prox. cum sequent.* Secunda exceptio est: Nisi non opportuno loco sit interpellatus debitor. *l.mora.32. in prin. ff. de vsuris. M.I.R.d.reg. 58. repl.10.* Tertia: Nisi non reus conuentus, sed alius interpellatus moram fecerit. *d.l.32.§.1. M.I.P. d.reg.18. exc.1.* Huius exemplum proponitur in patre & filio moram faciente, *d.l.32.§. quid ergo.* Aliud in duobus reis promittendi, *d.l.32.§. sed si duo. Concordat l.in condemnatione.133.§. fin. ff. de reg. iuris.* Aliud exemplum est, si fideiussor interpellatus moram fecerit. *d.l.32.§. fin.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi reus interpellatus moram fecerit, huius enim mora nocet quoque fideiussori. *l.si quis.24.§.1. ff. de vsuris.* Quarta exceptio est: Nisi interpellatus qui moram fecit, non suo, sed alieno nomine teneatur, approbatur exem-

exemplo patris *l.mora.32.§.quid ergo.ff.de vsur.* item exemplo fideiussoris, *d.l.32.§.fin.* quanquam fideiussor ibi vtili actione teneri dicatur. Quinta; Nisi non creditor, sed alius debitorem interpellauit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, *M.I.R.d.reg.58.exc.3.* verum eius replicatio est: Nisi alius nomine creditoris interpellauerit. *l.si quis 24.§.mora.ff.de vsuris.M.I.R.d.except.3.repl.1.* Huius etiam exemplum proponitur *l.cum patrifamil.27.ff.d.tt.* Sexta exceptio est: Nisi pœnalis sit actio, in qua mora est facta. *l.1.C. de fiscalibus vsuris.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi actio pœnalis ex contractu vel quasi contractu descendat, approbatur exemplo *l.vlt.ff.de magistratib.conuenien.* Septima exceptio est: Nisi ex administratione reliquatus sit, eius enim vsuræ non præstantur. *l.constitutionibus.24.ff.ad municipalem.* Octaua: Nisi stricti iuris actio sit, qua debetur. Hæc exceptio videtur approbari *l.in minorum.3.C.in quib.caus.in integr.restit necess.* *Concordant ea quæ proposita sunt supr. eadem causa.in princ.* ea enim de bonæ fidei iudiciis loquuntur. Plane hoc casu in id quod actoris interest agitur. *de quo infr.in actione ex stipul.lib.16.c.6.reg.1.* Nona exceptio est: Nisi debitor postquam interpellatus est, potestatem sui fecit, & omissa est repetendi debiti instantia. *l.mora.32.§.& non sufficit, in fin.ff.de vsuris.* Decima: Nisi debitor interpellatus, dilationē ex iusta causa petat. *l.sciendum est.21.cum lege sequente.ff.d.tt.* Vndecima; Nisi debitor interpellatus ad iudicium prouocet. *l.si quis.24.in princ.& l.paratum.47.ff.d.tt.item l.qui sine.63.ff.de regul.iuris.M.I.R.d.reg.58.exc.5.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi dolo malo ad iudicium prouocet. *d.l.63.* Altera: Nisi iniuste ad iudicium prouocet. *d.l.24.M.I.R.d.exc.5.repl.1.* vbi etiam distinguitur. Duodecima exceptio est: Nisi interpellatus reipublicæ causa abesse cœperit, vel in oculis hostium ue potestate esse. *l.sed & si 23.ff.de vsuris.* Decima tertia: Nisi nemo sit cui soluatur. *l.pecuniæ.9.in fin.& l.cum quidam.17.§.si pupillo.ff.d.tt.* Decima quarta; Nisi sors propter exceptionem peti non possit. *l.lecta.40.§.fin.ff.si certum petatur.l.si pupillus.127.§.nulla enim.ff.de verb.obligat.* *Concordat iisdem verbis l.nulla.88.ff.de reg.iuris l.sciendum.21.§.fin.ff.de vsuris.l.sumptus.53.in fin.ff.de pactis.l.non solum.8.§.illud videndum.ff.de liberat.legat.M.I.P.d.reg.18.except.2 M.I.R.d.reg.58.except.7.item concordat l.eos qui.26.in princ.C.de vsuris.* Qua exceptio proposita approbatur, simul & reprobatur prima eius replicatio talis: Nisi dies vsurarum venerit, antequam exceptio contra sortem competere cœperit. Altera replicatio est: Nisi in parte tantum obstet exceptio, hoc enim casu nihilominus in altera parte mora contingit, approbatur exemplo *l.qui solidum.80.in princ.Digest.de leg.2.* Tertia replicatio est: Nisi cum emptor fructus ex re empta percepisset, nec precium propter exceptionem dilatoriam obstantem soluisset, postea cessante ista exceptione precium sine vsuris soluat, hoc enim casu cessat exceptio proposita, *per ea quæ habentur infr.lib.18.ca.16.quæst.3.regul.2.except.1.in princ.& replic.4.* Decima quinta exceptio est; Nisi fiscus moram fecerit, approbatur simul & distinguitur *l.cum quidam.17.§.fiscus.D.de vsuris.* Sed & plures exceptiones moræ, sumptas ex actionis specie, vide *in singulis actionum speciebus.* Hactenus igitur de altera causa vsurarum, hoc est, de mora, quæ tamen arbitrio potius iudicis, quam certis legibus relinquitur definienda, *per ea quæ proposita sunt supr. eadem causa, in principio.*

III. Causa: Fisco vsuræ debentur sine stipulatione & interpellatione. *d.§.fiscus.* *Concordat l.Herennius.43.ff.eod.tt.*

IV. Causa: Ei qui à fisco actionem comparauit, etiam ipso iure debentur vsuræ. *d.l.43.*

V. Causa: Argentario eius quod credidit, ipso iure debentur vsuræ. *Nouell.const.136.§.quia vero legem.& §.in ratiocinii.*

VI. Causa: Lite contestata vsuræ currunt. Hęc causa species superioris secundæ causæ specialiter approbatur *l.lite.35.ff.de vsuris.* Huius causæ eædem sunt exceptiones, quæ supra dictæ secundæ causæ.

VII. Causa: Si vsuræ longo tempore præstitæ sunt. *l.cum de in rem vers.6.ff.de vsuris.*

VIII. Causa: Si pignus datum sit, per retentionem pignoris vsuræ seruari possunt ex fructibus. *l.cum debitor.8.ff.ex quibus caussis pignus.* Aliæ leges concordantes vide *supra causa 1.except.1.replicat.4.*

IX. Causa: Ex sententia iudicis etiam vsuræ debentur. *l.1.C.de sentent.quæ sine certa quantit.* *Concordat l.in bonæ fidei.13.in fin.C.de vsuris.* Contradicit *l.1.§.nec tamen.ff.d.tt.*

X. Causa: Tutor ipso iure vsuras debet, donec tutela restituatur. *l.1.§.circa tutelæ.ff.eod.tt.De qua re vide supr.lib.5.c.8.quæst.5.reg.8.in princ.*

XI. Causa; Sententia lata, si intra quatuor menses iudicatum non fiat, ipso iure incipiunt currere vsuræ. *l.1.cum duabus legibus sequentibus.C.de vsuris rei iudicatæ.*

XII. Causa: Si socius vel alius ideo condemnandus est, quod pecunias cōmunes, vel eius cuius negocium gerit, inuaserit, vel in suos vsus conuerterit, ipso iure vsuras debet, *l.1.§.1.ff.de vsuris.* Plane quod etiam mora non interueniente vsuras præstari debere ibi Iurisconsultus inquit, illi quodammodo videtur contradicere *l.socium.80.in princ.ibi, sed si aut vsus.ff.pro socio.* Concordat proposita regulæ *l.qui sine.37.§.sed quas vsuras.ff.de negotiis gestis.*

XIII. Causa: Emptor post rem traditam ad vsuras precij ipso iure tenetur. *l.2.C.de vsuris.Concordat l.Iulianus.13.§.ex vendito.ff.de actione empti.* Plura de hac causa vide *infr.lib.18.cap.16.quæst.3.regul.2.*

XIV. Causa: Si debitor creditoris negocia gesserit, nec debitum à semetipso exegerit, approbatur *per ea quæ proponuntur infr.lib.20.c.5.quæst.4.reg.4.exc.3.* Plures huiusmodi causas vide *in singulis actionum speciebus.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Plane præter exceptiones hactenus in singulis causis vsurarum enumeratas, sunt & aliæ omnibus istis causis communes hic proponendæ.

I. Exceptio: Nisi sententia lata sit, non habita ratione vsurarum. *l.in bonæ fidei.13.C.de vsuris.l.si deposita.4.C.depositi.item l.sancimus.3.ibi, si enim nouatur.C.de vsuris rei iudicatæ.*

II. Exce-

II. Exceptio: Nisi nouatio facta sit. *d.vers.si enim nouatur.l.nouatione.18.ff.de nouationib.item l.emptor.27.ff.eod.tt.*

III. Exceptio: Nisi compensationis exceptio sortis petitioni obstet. *l.cum alter.11.cum leg.seq.ff.de compensationib.l.si constat.4.item l.etiamsi.5.C.eod.tt.l.eius quantitatis.7.C.de solutionib.* *M.I.R.lib.5.cap.1.reg.58.exc.7.*

IV. Exceptio: Nisi debitor sortem obtulit, & per creditorem stet quo minus sors ei soluatur. *l.si creditrici.6.C.de vsuris.* *Concordat l.debitor.7.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.58.exc.gen.1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi debitor postea conuentus, soluere noluit. hoc enim casu proposita exceptione non defenditur. *d.l.7.* Altera: Nisi non totum debitum obtulit debitor. *l.tutor.41.§.1.ff.de vsuris.* Huius duplicatio prima est; Nisi inter contrahentes id actum sit, vt per partes soluatur. *d.§.1.* Exemplum proponitur *l.lecta.40.ff.si certum petatur.* Altera; Nisi debitum non sit liquidum. tunc enim partis oblatio exonerat ab eius partis vsuris. *l.liquidam.21.D.si certum petatur.* Tertia replicatio est; Nisi debitor sortem oblatam non obsignauit, neque deposuit. Hæc replicatio videtur approbari *l.acceptam.19.C.de vsuris.Concordat l.obsignatione.9.C.de solutionib.M.I.R.d.exc.gener.1.replic.3.* Plane doctores *in l.qui Romæ.122.in pr.D.de verborum obligationibus*, communiter sentiunt, sufficere verbalem oblationem, ne currant vsuræ. Quæ tamen sententia videtur iam dictis legibus repugnare. Est sane propositæ replicationis duplicatio hæc; Nisi vsuræ nondum cœperint currere. tunc enim ne currant, verbalis oblatio sufficit. *l.si per te.9.C.de vsur.* Quarta replicatio est: Nisi non debito loco vel tempore sortem obtulerit debitor. *d.l.9.C.de solutionib.* Plura de exceptione proposita eiusque replicationibus vide *inf.lib.24.cap.9.exc.13.repl.2.*

V. Exceptio; Nisi creditor vsuras diu non petijt. *l.cum quidam.17.§.diuus.D.de vsuris.*

VI. Exceptio; Nisi sortis obligatio in iudicium sit deducta. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.causa.1.exc.10.* Plures huiusmodi exceptiones vide sup. in singulis causis vsurarum.

II. QVANTVM VSVRARVM NOmine debeatur, & à quo tempore vsuræ currant?

I. Regula; Dimidiam centesimæ vsurarum nomine regulariter stipulari, vel ex alia causa exigere licet, vltra non approbatur simul & distinguitur *l.eos qui.26.§.super vsurarum, vsq; ad finem legis.C.de vsuris.M.I.P.lib.5.c.1.reg.57.exc.1.* Erat autem centesima, vtputa vnus aureus pro centum aureis singulis mensibus soluendus; hoc est, centesima pars sortis singulis mensibus soluenda; quæ maior vsura dicebatur. Erat annua vsura pro centum aureis aurei duodecim; tot enim menses annus continet. Regulariter igitur dimidiam centesimæ, hoc est, singulis mensibus dimidium aureum, & singulis annis sex aureos pro centum aureis vsurarum nomine stipulari & exigere licet. Vel iusta vsura dicitur, quæ vigesimo anno sortem æquat; vt quinq; singulis annis pro centum. *Refert G. libr. 2. obser.9.num.1.vers.iusta pensio.* Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi creditor illustris sit persona, vel maioris dignitatis. tunc enim non nisi tertia centesimę exigere potest. *d.§.super vsurarum.* Altera: Nisi creditor ergasterijs præsit, vel negociator sit. hic enim bessem centesimæ exigere potest, *d.§.super.* Tertia: Nisi traiecticiæ pecuniæ vsura exigatur. tunc enim centesimam vsuram exigere licet. *d.§.super.* Declaratur hæc exceptio *l.1.ff.de nautico fœnore.* *M.I.R.d.exc.1.repl.3.* Traiecticia enim pecunia est, quæ trans mare vehenda creditur, ita vt creditor eius periculum substineat, non debitor; ideoq; huius pecuniæ maiores vsuras, hoc est centesimas, creditori licet stipulari propter periculum sortis quod sustinet. Cuius tamen exceptionis replicatio prima est: Nisi eo loco quo creditur, pecunia consumatur, nec trans mare vehatur. *d.l.1.* Huius duplicatio est: Nisi merces ex ea pecunia cōparatę, trans mare periculo creditoris vehantur. tunc enim, quamuis ipsa pecunia non transuehatur, tamen traiectitia erit. *d.l.1.* Secūda replicatio est: Nisi pecunia periculo creditoris non sit, vel esse desierit *d.l.1.vers.& interest.l.nihil interest.4.in pr.ff.d.tt.de nautico fœnore.item l.2.C.d.tt.* Tertia: Nisi nauis ad portum adpulerit. *l.1.C.d.tt.* Quarta: Nisi duplum excedat id quod vsurarum nomine exactum est: *l.nihil interest.4.§.quod in singulos.ff.de nautico fœnore.* Quinta; Nisi nudo pacto de vsuris conuenerit. reprobatur *l.in quibusd.7.ff.eod.tt.* Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio est: Nisi creditor periculum sortis sustineat. Hæc exceptio ad similitudinem exceptionis præcedentis approbatur *l.periculi.5.ff.de nautico fœnore.* Huius replicatio est: Nisi causa sit secuta, vt repetitio cesset. *d.l.5.ibi; si modo in aliā speciē non cadat.* quæ verba ita interpretatur Accursius. Sed & potest intelligi, vt etiamsi non secuta sit causa, repetere liceat non actione ex stipulatu, sed alia actione: quia non conuenit de restituenda. Reliquas replicationes vide *supra exc.prox.* Quinta exceptio est: Nisi non pecunia, sed species, vtputa vinū, frumentum vel oleū pro vsuris dentur. hoc enim casu licet centesimam in speciebus exigere. *l.eos qui.26.§.in traiectitijs.ibi: vel specierum.C.de vsur.Concordat l.oleo.23.C.eod.tt.* Plane ab agricolis non nisi octauam partem modij pro singulis modijs, vel pro singulis solidis singulas annuas siliquas licet exigere, *per ea quæ habentur Nouell.const.32.cum duab.constitutionib.sequen.* Sexta exceptio est: Nisi consuetudo loci maiores vsuras admittat. reprobatur *d.l.26.§.cæteros.ibi: nec liceat.* Admittitur tamen exceptio hæc in pecunia nautica. *Nou.const.130.* Septima; Nisi argentarij sint creditores, hi enim besses vsuras exigere possunt. *Nou.const.136.§.quia vero legem.& §.in ratiocinijs.* Octaua: Nisi fiscus creditor sit. reprobatur *l.fiscum.3.C.de fiscalib.vsuris.* Plane si fiscus successerit ei creditori, qui minores vsuras erat stipulatus, nihilominus fiscus maiores exigere potest, *l.cū quidā.17.§.si debitores.ff.de vsuris.* *Concordat l.fiscus.6.ibi: & quidem ff.de iure fisci.* Nona exceptio esse videtur: Nisi stipulatio vsurarū, constitutionem qua regula proposita approbatur, præcesserit. Sed reprobatur *l.de vsuris.27.in princip.C.de vsuris.* Decima; Nisi agricolis sub vsuris mutuum detur. Ab ijs enim pro singulis modijs octauam modij partem, vel pro singulis solidis singulas siliquas annuas licet exigere. *Nou.const.32.Concordat Nou.const.33.item cōst.34.* Vndecima; Nisi miles

creditor sit.reprobatur *d.constit.33.* Duodecima: Nisi mandator vel fideiussor ex stipulatione maiorum vsurarum conueniatur.reprobatur *l.constitutionib.C.20.de vsuris.* Decimatertia: Nisi creditor fructus pro vsuris ex prædio sibi pignori obligato percipiat. hi enim quamuis legitimum vsurarum modum excedant ,nihilominus tamen debentur. *l.si ea lege.17.C.eod.tt.* Decimaquarta: Nisi creditor pro vsuris habitatione vtatur, quæ vltra legitimum vsurarum modum locari potuit. *l.si ea pactione.14.C.eod tt.* Decimaquinta: Nisi pœnam,non vsuras sit stipulatus vltra legitimum vsurarum modum. reprobatur *per ea quæ habentur inf.lib.16.capite 9.specie 2.regula 3.exceptione 3.* Decimæsextæ exceptionis loco notandum , quod stipulatio vsurarum , vltra legitimum modum facta,non in totum est inutilis, sed pro ea tantum parte,quæ legitimum modum excedit. *l.si pro.8. C.si certum petatur,l.pecuniæ.9.in prin.l.placuit.29. & l.vsuras.20.ff.de vsuris.* Decimaseptima exceptio est: Nisi ex more regionis minores vsuræ pendantur.*l.1.in pr.ff.eod.tt.* Decimaoctaua: Nisi inter partes de minoribus vsuris soluendis conuenerit,& ijs sua die non solutis,maiores sint promissæ.approbatur simul & distinguitur *infra regul. 6.* Decimanona: Nisi pignus pro sorte & vsuris datum sit.reprobatur *l.precij.19. C.mandati.* Vicesima : Nisi quis pecuniam eius cuius tutelam vel curam gerit, in suos vsus conuerterit. hic enim maximas debet vsuras.*l.quod sine.37.§.sed quas vsuras.ff.de negocijs gestis.* Vicesimaprima: Nisi actione iudicati agatur : hoc enim casu centesima vsura debetur.*l.2.C.de vsuris rei iudicatæ.* Hæc de prima regula.

II. Regula:Iudex ex more regionis,vbi contractum est,vsurarum modum constituet. *l. 1. in pr.ff.de vsuris.Concordat l.in contraria.37.ibi:eas autem. ff.eod.tit.M.I.P.d.cap.1.reg.60.* Hulus regulæ exceptio est: Nisi illegitimæ vsuræ more sint receptę: *d.l.1.Concordat l eos qui.26.§.cæteros autem.ibi: nec liceat.C.de vsuris.*

III. Regula : Ne vsuræ sortis summam excedant,vel vltra duplum procedant.*l.de vsuris.27.§. cursum.C.eod.tt.l.si non sortem,26. §. supra duplum.ff. de condictione indebiti.item l,nihil interest.4. §. penultimo.ff.de nautico fœnore.M.I.R d.regul. 60.* Huius regulæ exceptio prima : Nisi per retentionem pignoris creditor vltra duplum consequatur. reprobatur *d.l.27.* Altera : Nisi vsuræ vltra duplum sint solutæ.reprobatur *d.l.26.* Tertia : Nisi particulatim vsuræ sint solutæ. *l. vsuræ. 10. C.de vsuris.* Plane iure nouo exceptio proposita tollitur ac reprobatur *Nouell.const.121.& Nouell.const.138.* cuius titulus siue inscriptio talis est: De interpretatione à principe facta , & vt vsuræ particulatim solutæ,duplum sortis non excedant. Argumentum item eius constitutionis hoc est : Præsens constitutio declarat quoque , neque vsuræ quæ per partes soluuntur,duplum debitæ sortis excedant. Cæterum verba constitutionis desunt. Quarta propositæ regulæ exceptio est : Nisi annui potius reditus soluantur,quam vsuræ.*Nouell. const.106.M.I.R.d.reg.60.exc.2.*

IV. Regula, De vsurarum vsuris.Hæ non debentur.*l.vltima.C.de vsuris. Concordat l.si non sortem. 26.§.supra duplum.ff.de condictione indebiti.* Huius regulæ exceptio est : Nisi sors cum vsuris ab vno debita , postea ad alium debitorem peruenerit, qui eam debere cœperit. hoc enim casu totum sortis vice fungitur.*l.qui negotiationem.57.§ ex duobus.ff.de administr.tutor.*

V. Regula,De vsuris fructuum. Hæ non debentur.*l.nec.15.ff.de vsuris.* Huius regulę exceptio est: Nisi petitione hæreditatis ij fructus,qui ante actionem illatam percepti hæreditatem auxerunt,petantur.horum enim vsurę debentur.*l.hæres furiosi.51.§.fin.ff.de petit.hæred.*

VI. Regula,De vsuris promissis. Hæ regulariter debentur *per ea quæ dicta sunt sup.q.1.caus.1. M. I.R.d.cap. 1.reg.59.* Eius exceptio prima est : Nisi cum minores vsuræ promissæ essent,postea conuenit vt ijs non solutis,maiores præstentur. hoc enim casu existente conditione maiores peti possunt.*l.pecuniæ.9.§.1.ff.de vsuris.Concordat l. 1.§. pacto. ff.de pignoribus & hypothecis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum conuenisset,vt minoribus sua die non solutis, maiores præstentur deinceps per singulas pensiones, si conditione data vsuræ non soluerentur : semel commissa stipulatione maiorum vsurarum, postea rursus minores sua die soluantur. hoc enim casu maiores peti non possunt.*l.Stia.12.ff.de vsuris* Altera replicatio est: Nisi cum conuenisset,vt minoribus sua die non solutis , maiores vsuræ ex die stipulationis interpositæ soluerentur.*l.cum quidam.17.in pr. ff.eod.tt.* Tertia: Nisi maiores illegitimæ sint promissæ.*l pecuniæ,9.§.1.ff.de vsuris.Concordat l. quamuis 8.C.eod.tt.* Quinta ; Nisi creditor post commissam stipulationem maiorum vsurarum nihilominus minores exegerit.*d.l.8.* Quinta:Nisi non per debitorem steterit , quo minus minores vsuras sua die solueret.*l si per te non stat.9.C.eod.tt. Concordat l.pecuniæ.9.§.1.ff.de vsuris.* Hęc de prima propositæ regulæ exceptione sunt dicta.Secunda exceptio est : Nisi per multos annos minores vsuræ præstitæ sint,quam sunt ꝓmissæ.*l.qui semisses.13.in pr.ff.eod.tt.l.aduersus.5.& l.quãtis.8.C.d.tt.M.I.P.lib.5. c.6.reg.14.M.I.R,d.reg.59.exc.1.& d.c.1.reg 48. exc. 5.* vbi controuertitur. Tertia;Nisi fiscus successerit in locum eius qui minores vsuras est stipulatus. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.reg.1.exc.8.*

VII. Regula;Si quis ita promiserit,Decem tibi dabo,qua die petieris,& eorum vsuras in dies triginta;ex die stipulationis,non petitionis vsurę currunt.*l.ita quis.135.in pr.ff.de verb.oblig.*

VIII.Regula;Si quis ex certo die vsuras menstruas sit stipulatus,& in continenti pactus sit ex sorte menstruos denarios trecentos reddi; non ex die,ex quo stipulatio vsurarum facta est,vsuræ currunt,sed ex singulis mensibus,quibus trecenta sortis ex pacto non soluuntur.*l.lecta.40.ff.si certum petatur.* Cuius legis casus & status talis est; Cõtinet cautio ibi proposita tres conuentiones. Vnam de tota sorte proximis calendis futuris soluenda. Alteram de vsuris menstruis soluendis,si sors sua die soluta non fuisset. Tertiam de sorte per vices soluenda,seu de particulari sortis solutione. Sorte nec calendis proximis,nec per tres vices, de quibus tertio loco conuenerat,soluta; quæritur,à quo tempore vsuræ currãt? Creditor dicit,ex die secundæ cõuentionis vsurarum, hoc est,ex calendis proximis stipulationis interpositæ eas

tæ eas currere. Debitor excipit: Si non postea conuenisset de sorte alio die seu per vices soluenda, Creditor replicando negat consequentiam, seu propositionem maiorem exceptionis propositæ.Status oritur talis; Vtrum stipulationi vsurarũ per pactũ posterius de sorte per certas vices soluenda,quoad diem vsurarum , sit derogatum?Paulus affirmat hoc argumento: Quamdiu sortem petenti obstat exceptio , vsuræ non currunt. Sed ante vices temporum,de quibus postremo conuenit,sortem petenti obstat pacti exceptio. Ergo ante vices illas non currunt vsuræ. Maiorem probat hac ratione : Mora non commissa,vsuræ non currunt. Sed quamdiu sortem petenti obstat exceptio,mora non committitur. Ergo,&c.Minor indubitati est iuris.Distinguendo tamen responderi potest hoc modo : Si non stipulatio vsurarum interuenisset. Nam ea interueniente etiam ante commissam moram,&ante actionis diem venientem vsuræ currunt.*l.pecuniæ 9.§.vsurarum.ff.de vsuris.l.1.C.d.tt.* Sed hic stipulatio vsurarum interuenit.Ergo,&c.Huic distinctioni seu obiectioni Paulus alia distinctione occurrit; hac scilicet:Si non pactum posterius de sorte per vices soluenda stipulationi vsurarum inesset. Huic argumenta duo alia ab aduersario opponebantur.Primum,pactum posterius ad sortis tantum,non vsurarum solutionem pertinere. Alterum,pactum illud ad exceptionem tantum,non etiam ad actionem seu petitionem vsurarum prodesse. Sed priori argumento Paulus respondet,vt iam est ostensum. Alteri respondet negando tam maiorem quam minorem eius propositionem. Tandem suę sententię subijcit exceptionem hanc: Nisi conuenerit , vt non soluta per suas vices sorte , ex die interpositæ stipulationis vsuræ currant.*Cui concordat l,huiusmodi.64.& l.si ita.126.in pr.ff.de verb.oblig.* Hæc sunt argumenta disputationis propositæ legis.

Mutatio iuris.

Sed & alio argumento ad sententiam Pauli potest responderi hoc modo : Si nouandæ prioris stipulationis vsurarum animo pactum posterius factum esset. Sed nouandi animo illud factum esse hodie non præsumitur,nisi probetur: imo nisi in eo expressum sit nominatim , illud prioris stipulationis nouandæ animo factũ esse. *Inst.quib.modis toll.obligatio.§.sed cum hoc. & l.vltima. C.de nouationibus.* Huic accedit consuetudo, optima legum interpres. *l. si de interpretatione. 37.cum lege sequente.ff.de legibus.* Videmus enim non raro stipulationibus vsurarum etiam in continenti pactum de sorte per vices soluenda subijci, quo debitor sensim se ab vsurarum onere releuet. Nec tamen quis dixerit,ideo minus vsuras die stipulationis currere. Eiusmodi autem est etiam pactum tertium,de quo quæritur. Nec inepte vocabulum Debeam,in eo positum,pro Possim, interpretari possumus : quemadmodum etiam accipitur *l.apud Cels.4.§.aduersus paren.ibi:puto excipere debere.ff de doli mali exceptione.l.2.in fi.C.si in causa iudicati pignus captum sit.l.Plautius.42.in princ. ff. de condit.& demonstr.l.1.in fin.ff.de distract.pign.l.1.in fin. C.de pactis pignor.& in aliis iuris locis plurib.* Censeo itaque sententiam Pauli,adeoq; legem propositam hodie mutatam ac sublatam esse.

III. GENVS ET SIMILE vsurarum.

I. Regula; Vsura in fructu non est.*l.vsura.121. ff.de verb.signific.*

II. Regula:Vsuræ fructuum vicem obtinent; nec à fructibus separari debent.*l.vsuræ.34.ff. de vsuris.* Hactenus de vsuris.

DE FRVCTIBVS, ACCESSIONIBVS & omni causa.

CAP. VIII.

I. AN FRVCTVS, ACCESSIONES & omnis causa in actionem veniat?

REgulariter quidem venit.*l.Iulianus.17.item l. præterea.20.ff.de rei vind.Inst.de offic. iud. §.etsi in rem.& §.etsi hæreditas.l.domum.5.in pr.C.de rei vendic. item l.si fundum.17.C.d.tt.M.I.R.lib.5.d.c.2. regul. 61.* Huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio:Nisi actione personali agatur: in hac enim fructus non veniunt. *l.videamus. 38.§.si actionem.ff.de vsuris.Concordat l.si filius familias. 78.§. fin.ff.de verb.oblig.M.I R. d.reg.61.exc.1.* Huius exceptionis replicatio prima est : Nisi fructus post rem in iudicium deductam percipiantur.*d.§.si actionem.Concordat l.cum fundus.31.in pr.ff.si certum petatur.l.2.ff.de vsur.l.partum.10.item l.in fideicommissi. 3.§.in his quidem.ff.d.tt.M.I.R.d.exc.1.repl.1.* Altera: Nisi per actionem personalem actor naturalem possessionem reuocet,cum ciuiliter possideat. *l. videamus.38.§.si possessionem.ff.de vsuris.* Tertia : Nisi actione,qua quis rem dari , vacuamq; possessionem tradi stipulatus est , agatur.*l.si stipulatus.4.ff. eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi vacuam possessionem tradi tantum sit stipulatus, non etiam rem dari. *l. ratio. 3.§.1.ff.de act.empti.* Quarta replicatio ; Nisi post moram factam fructus sint percepti.reprobatur *l.videamus.38.§.si actionem.ff.de vsuris.M.I.R.d.exc.1.repl.2.* Quinta : Nisi fundus ob rem datus condicatur vel repetatur;item,nisi dos repetatur nuptijs non secutis.*d.l.38. in pr.* Plura de hac actione , quoad fructus,vide *sup.lib.4.c.1.q.4.reg.6.* Sexta replicatio est;Nisi indebitum condicatur. Septima;Nisi res mortis causa donata repetatur, *Hæ duæ replicationes approbantur d.l.38 §.item si indebitum.* Octaua; Nisi Fauiana vel Pauliana actione agatur.*d.l.38.§.in Fauiana.* Nona;Nisi Quod vi metusue causa agatur. *d.l.38. §.item si vi.* Decima;Nisi ex empto agatur. Vndecima;Nisi pro socio agatur.*Hæ duæ replicationes approbantur d.l.38.§.ex causa.* Duodecima;Nisi interdicto Vnde vi agatur.*d.l.38.§.in Fauiana.* Decimatertia;Nisi interdicto Quod vi aut clam agatur,*d. l.38.§.in interdicto.* Decimaquarta;Nisi bonæ fidei actione agatur.*d.l.38.§.pen.* Decimaquinta; Nisi ex iure quo verbum Restituas continetur,agatur. *l.in condemnatione.133.§.cum verbum. ff. de reg. iuris.l. videamus.38.§.in Fauiana. ibi: nam & verb. ff. de vsur.* Decimasexta ; Nisi cum fundum dari stipulatus esset,eos fructus qui tempore stipulationis pendebant,tãquam partem fundi petat. reprobatur *l.si filius familias.78.§ fin.ff.de verb.oblig.* Hæc de prima exceptione eiusq; replicationibus sint dicta.

Sed

Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *in singulis actionis personalis speciebus.* Sequuntur nunc exceptiones ex re quæ petitur desumptæ.

II. Exceptio: Nisi res quæ vsui, non fructui est, petatur. reprobatur *l. cum in rem. 64. ff. de rei vendicat.* Huius exceptionis species sunt exceptiones proxime sequentes.

III. Exceptio: Nisi nauis petatur, taberna vel area. reprobatur *l. si nauis. 62. in pr. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Nisi argentum, vestimentum, vel alia similis res petatur. reprobatur *l. videamus. 19. ff. de vsuris.*

V. Exceptio: Nisi nuda proprietas petatur. *d. l. 19. Concordat l. ex diuerso. 35. in princip. ff. de rei vendic.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi vsusfructus medio tempore ad proprietatem fuerit reuersus. *d. l. 19. Concordat l. fructus. 33. in fin. ff. de rei vendicatione.* Altera replicatio est: Nisi quid proprietati per alluuionem vel alio modo accesserit. *l. idem est. 34. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio: Nisi vsusfructus petatur. reprobatur *l. videamus. 19. ff. de vsuris.*

VII. Exceptio: Nisi seruitus petatur, reprobatur *d. l. 19. §. fin.*

VIII. Exceptio: Nisi res quæ petitur perierit, vt ex ea fructus amplius percipi non possit. tunc enim, quia ex ea fructus percipi non possunt, nec æstimatio fructuum præstanda. *l. pen. ff. de rei vendic.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi quoad illud tempus, quo res periit: temporis enim antecedentis fructus restituendi. approbatur simul & distinguitur *d. l. pen. Concordat l. vtiq. 16. in prin. & l. Iulianus. 17. §. quod si dolo. ff. eod. tt.* Altera replicatio est: Nisi dolo vel culpa rei conuenti res perierit. *l. fructus. 33. in princ. ff. de rei vendic.* Tertia: Nisi mora à reo facta, res perierit. *l. Iulianus. 17. §. 1. ff. eod. tt.*

IX. Exceptio: Nisi res sterilis sit, ex qua fructus percipi non possint. approbatur exemplo hominis valetudinarij *l. penult. ff. de rei vendic. Concordat l. cum de operis. 6. §. 1. ff. de operis seruorum.*

X. Exceptio: Nisi seruus petitus impubes sit. *d. §. 1.* Plane si excessit infantiam seruus, huic exceptioni locus non est. *l. cæterum. 32. ff. de rei vendic.*

XI. Exceptio: Nisi res aliena, non actoris, ei per errorem sit adiudicata. reprobatur *l. ex diuerso. 35. §. 1. ff. de rei vendic.* Hactenus exceptiones desumptæ ex re, cuius fructus petuntur.

XII. Exceptio: Nisi postquam rem petitam vsuceperit reus, fructus ex ea percepit. reprobatur *l. si post. 18. cum duabus legibus sequentibus. ff. de rei vendicat. Concordat l. si à bonæ fidei. 21. ibi: vt tamen si interim. ff. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi reus bonæ fidei possessor fuit: hic enim de fructibus restituendis non tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 7. cap. 1. caus. 10. except. 11. item caus. 16. in pr. M. I. R. d. reg. 61. exc. 2.* Sed & inter eius replicationes numerantur & hę quæ sequuntur. Prima replicatio est: Nisi fructus apud bonæ fidei possessorem adhuc extent, nam ad fructus extantes, non consumptos, bonæ fidei possessor tenetur. *l. certum est. 22. C. de rei vendic. l. fructus pendentes. 44. ff. de rei vendic. M. I. R. d. exc. 2. repl. 3.* Altera: Nisi post litem contestatam fructus perceperit. *d. l. 22. Institut. de offic. iudic. §. etsi hæreditas, in fin. l. 2. C. de fructibus & litium expen. l. partum. 10. ff. de vsuris. item l. sed etsi. 25. §. etiam si ante litem. ff. de petit. hæred. Concordant: nisi per ea quæ habentur sup. lib. 11. cap. 1. reg. 11. except. 1. replic. 2.* Huius replicationis duplicatio videtur esse: Nisi cum bis eiusdem rei nomine ab eodem possessor conueniretur, post primam, non post secundam litem moram fructus percepit. sed reprobatur *l. fiscus. 38. in princ. ff. de iure fisci.* Tertia; Nisi possessor bonæ fidei hæres existat ei qui mala fide possidebat. *d. l. 2.* Quarta replicatio est; Nisi postquam cognouit rem alienam esse possessor, fructus percepit. *de hac replicatione vide sup. lib. 7. cap. 1. caus. 16. except. 1. repli. 1.* Quinta; Nisi locupletior ex fructibus consumptis possessor sit factus, Hæc replicatio similis supradictæ primæ replicationi approbatur *l. 1. ibi: nec non etiam fructus. C. de petit. hæred. M. I. R. d. except. 2. repl. 2.* Sexta; Nisi fructus sint naturales, non industriales; hoc est, quos bonæ fidei possessor suis operis non percepit, nec sua impensa. *l. fructus. 45. ff. de vsuris. M. I. R. d. exc. 2. repl. 3.* Plures replicationes vide *M. I. R. d. exc. 2.*

XIV. Exceptio; Nisi in causa principali actori obster exceptio. tunc enim nec ad fructus illi condemnabitur reus. *l. eos qui. 26. in pr. C. de vsuris.* Huius replicatio est; Nisi post litem contestatam res principalis interierit; tunc enim quamuis ab ea præstanda bonæ fidei possessor liberetur, tamen propter fructus adhuc durat actio. *l. neq. 16. in pr. ff. de rei vendic.*

XV. Exceptio; Nisi ex artificio serui, quod sumptibus possessoris seruus didicit, fructus sint percepti. *l. cæterum. 32. cum leg. seq. ff. de rei vendic.*

XVI. Exceptio; Nisi possessor reus fructus non perceperit. *l. si eius fundi. 77. in prin. ff. de rei vendicat. Concordant ea quæ proposita sunt sup. exc. 8. M. I. R. d. reg. 61. except. 6.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi à solo separati fructus fuerint. *d. l. 77.* Altera; Nisi actor percipere fructus potuisset. *l. si nauis. 62. §. fin. ff. de rei vendicatione. Concordat l. fructus. 33. in prin. ff. d. tt. M. I. R. d. exc. 1. repl. 1.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi bonæ fidei possessor sit reus: hic enim nec de ijs quos actor percipere potuisset, tenetur. *Instit. de officio iudicis. §. illorum autem.* Cuius triplicatio est; Nisi post litem contestatam: ex hoc enim tempore bonæ fidei possessor, quia malæ fidei esse incipit, etiam de percipiendis tenetur. *l. 2. C. de fructibus & expensis litium. Concordat l. 1. in fine. C. de petit. hæredit.* Altera duplicatio est: Nisi eius temporis quo res apud actorem fuit, nam huius temporis nec malæ fidei possessor de fructibus percipiendis tenetur. *l. Iulianus. 17. §. quod si dolo. ibi; sed fructus. ff. de rei vendicatione.*

XVII. Exceptio: Nisi post litem demum contestatam reus rem possidere cœperit. reprobatur *l. sin autem. 27. §. item si litis. ff. d. tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi post rem iudicatam fructus percepti sint, vel percipi potuerint: hi enim in actionem, de qua iudicatum est, non veniunt. *l. in fideicommissi. 3. §. in his quidem. ibi: certe post rem. ff. de vsuris.* Plane ad executoris cognitionem pertinent fructus postea percepti. *l. qui restituere. 68. in princ. ff. de rei vendicat.*

II. QVID

II. QVID ET QVANTVM FRVctuum nomine debeatur; & quæ sint fructuum species?

I. Regula; Fructus intelliguntur deductis impensis, quæ fructuum gratia fiunt. *l. quod in fructus. 46. ff. de vsuris. l. si à patre. 36. §. fin. ff. de petit. hæredit. l. fructus. 4. in fi. ff. de operis seruorum. item l. 1. C. de fructibus & litium expensis. M. I. R. d. cap. 1. reg. 62.* Plura de hac re vide *supra lib. 11. cap. 1. quæst. 8. reg. 5.*

II. Regula, De immaturis fructibus, proponitur *l. penult. ff. de vsufructu legato.*

III. Regula, De vsuris vide *sup. c. prax. in fine.*

IV. Regula, De vsuris fructuum, proponitur *l. neq. 15. ff. de vsuris.*

V. Regula, De pensionibus, & quod mercedis nomine ex re locata percipitur, *l. prædiorum. 36. ff. de vsuris. l. videamus. 19. §. præterea. & l. videamus. 38. §. ante matrimonium. ibi eadem ratio. ff. d. tt. item l. domum. 5. in pr. C. de rei vendic.*

VI. Regula, De operis seruorum, proponitur *l. in hominis. 3. ff. de operis seruorum. Concordantes leges vide sup. lib. 7. cap. 30. & 33. memb. 6. de operis seruorum.*

VII. Regula: In fructu pecudum, fœtus est, sicut lac, pili, lana. *l. in pecudum. 28. in prin. ff. de vsuris. l. equis. 8. ff. eod. tt. item l. bonæ fidei emptor. 48. §. fin. ff. de adquir. rer. dom.*

VIII. Regula: Partus ancillæ in fructu non est. *d. l. 28. §. partus. ff. de vsuris.* Plane quod iuris est in restituendis fructibus, idem etiam in partu restituendo obseruatur. *l. Iulianus. 17. §. idem Iulianus. ff. de rei vendic. l. præterea. 20. §. itaque. ff. d. tt. item l. 1. in fine. C. de rei vendic.*

IX. Regula: Ea quæ per seruum possessum adquisita sunt, in fructu numerantur. *l. Iulianus. 17. §. vsq. adeo. & l. præterea. 20. in pr. ff. de rei vendic. Accedunt ea quæ proponuntur sup. reg. 6. item lib. 7. cap. 5. de adfinibus remedijs, reg. 9.*

X. Regula, De arundine & sylua, proponitur *l. qui fundum. 40. §. cum fundum. ff. de contrah. empt. Concordat l. si fundi. 9. §. fin. ff. de vsufruct. & quemadmodum.* Huius regulæ exceptio est: Nisi quis manufata recipiat, vel paciscatur. hoc enim casu arbores & sylua non continetur. *l. cum manu satâ. 80. in pr. ff. de contrah. empt.*

XI. Regula, Fructus rei est, *vel pignori dare licere. l. vltima. ff. de vsuris. Concordat ijsdem verbis. l. fructus. 71. ff. de reg. iur.*

XII. Regula, De venatione, proponitur *l. venationem 26. ff. de vsuris.*

III. QVA ACTIONE FRVctus repetantur?

Definitur hoc *l. mala fide. 3. C. de condictione ex lege. Concordat l. si pignore. 22. §. si prædio. ibi. à prædone. ff. de pignor. actione.*

DE IN LITEM IVRANDO.

CAP. IX.

I. CAVSA EX QVA IN litem iuratur.

SI reus rem quæ petitur, non restituit: quanti sua interesse actor iurauerit, in tantum reus est condemnandus. *l. 1. cum leg. seq. in fin. ff. de in litem iurando. Concordat l. à possidentibus. 21. C. de rei vendicatione. M. I. R. lib. 5. cap. 1. reg. 64.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi sine dolo malo non restituat reus. *l. videamus 4. § fin. ff. de in litem iurando. l. in actionibus. 5. §. sed in his omnib. ff. eod. tt. l. Nesennius. 41. §. penult. ff. de re iudicata. l. qui restituere. 68. §. 1. ff. de rei vend. item l. 2. C. de in litem iurando. M. I. R. d. reg. 64. exc. 1.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi res ob interitum à iudice æstimari non possit. *d. l. in actionibus. 5. § fin.* Altera replicatio est: Nisi actione tutelæ agatur. hoc enim casu etiam ob leuem culpam in litem iuratur. approbatur simul & distinguitur *l. alio iure. 4. C. de in litem iurando. M. I. P. lib. 3. cap. 12. reg. 50.* Huius duplicatio est: Nisi non aduersus ipsum tutorem, sed aduersus heredem eius agatur. approbatur simul & distinguitur *d. l. 4. Concordat l. licet. 5. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 59. exc. 2.* Tertia replicatio est; Nisi ex vi facta agatur. *M. I. P. lib. 5. cap. 6. reg. 19.* Secunda exceptio est: Nisi ex causa deposita ad certam pecuniam agatur. approbatur simul & distinguitur *l. num. 3. ff. de in lit. iur. M. I. R. reg. 64. exc. 2.* Tertia: Nisi stricti iuris iudicio, veluti ex stipulatu vel ex testamento agatur. *l. alias. 6. ff. de in lit. iuran. M. I. R. d. reg. 64. exc. 3.* Huius replicatio est: Nisi res post moram debitoris perierit, vt eam iudex æstimare amplius non possit. *l. in actionibus 5. in fin ff. eod. tt.* Quarta exceptio: Nisi instrumenta exhiberi petantur. reprobatur *l. in instrumentis. 10. ff. de in litem iurando.* Quinta: Nisi tutelæ actione agatur. reprobatur *l. tutor. 8. ff. eod. tt.* Sexta; Nisi actor nolit in litem iurare, sed potius illum condemnari quanti ea res est. *l. quod si. 71. ff. de rei vendic. Concordat l. 2. in pr. C. de in litem iurando. M. I. R. d. reg. 64. exc. 4.* Huius exceptionis replicatio videtur esse; Nisi tutorio vel curatorio nomine agat. Sed reprobatur *l. videamus. 4. in pr. ff. d. tt.* Septima exceptio est; Nisi actor reo non caueat, per se non fieri possessionem eius rei non traditam iri. *l. hoc si res. 47. ff. de rei vendicat.*

II. QVI IN LITEM iurare possint?

I. Regula, De alio quam domino litis. Alius quam dominus litis in litem iurare non debet. *l. vulgo. 7. ff. de in litem iurando.* Huius regulę exceptio prima est; Nisi dominus tutorem vel curatorem habeat. tunc enim tutori vel curatori iurare permittitur. *l. videamus. 4. in prin. ff. eod. tt.* Altera, Nisi mater pupilli domini iurare velit. reprobatur *d. l. 4.* Tertia; Nisi dominus post litem contestatam actionem alienauerit. reprobatur *l. vulgo. 7. ff. de in litem iurando.*

II. Regula, De pupillo, proponitur *d. l. 4. in principio.*

III. Regula, De adolescente, *d. l. 4. §. adolescens.*

III. Quid iurandum, definitur *l. cum furti. 6. ff. de in litem iurando.*

IV. IN QVANTVM iurandum?

Iurare in infinitum licet: iudex tamen qui iusiurandum defert, modum statuere potest. *l. videamus. 4. §. iurare. ff. de in litem iurando. Concordat l. in actionibus. 5. in pr. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 19.*

V. AN-

V. ANTECEDENTIA.

De iureiurando prius deferendo proponitur *l.videamus.4.§.deferre.ff.de in litem iurando.*

VI. EVENTVS IVRIS-iurandi in litem.

I. Regula : Quanti actor iurauit, tanti condemnandus est reus, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.1.in pr.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi peieratum esse dicatur. reprobatur *l.vt ff.de in litem iurando.* Secunda : Nisi iudici ex magna causa aliter videatur. *d.l.4.§ pen. Concordat l.in action.5.§.1.ff.eod.tt.* Reliquas exceptiones vide *sup.quæst.1.*

II. Regula: Summa, in quam iuratum & sententia lata est, pacto minui non potest. *l.summa.3. C.de in litem iurando.*

III. Regula: Res ob præstitum iusiurandum non fit pluris. *l.1.ff.d.tt.*

IV. Regula, De periurio iurantis non facile quæritur. *l.vlt.ff.d.tt.*

VII. ADFINE REMEDIVM.

Si culpa, non dolo reus non restituit, lis à iudice æstimatur. *l.2.ff.de in litem iurando. Concordant ea quæ proposita sunt sup.q.1.exc.1.*

DE EO QVOD REVS facere potest.

CAP. X.

I. CAVSÆ EX QVIBVS datur hæc exceptio.

PRima causa: Si parentes à liberis conueniantur, non nisi in id quod facere possunt tenentur. *l.sunt qui.16.ff.de re iudic. Inst.de actionib.§.penult. item l.licet.7.in prin.ff.de obsequijs à liberis.*

II. Causa: Si patronus, patrona, horumue liberi vel parentes à libertis conueniantur. *Hæc causa legibus sup.causa prox.allegatis approbatur. Concordat l.patronus.17.ff.de re iudica.*

III. Causa: Si maritus ab vxore, vel contra vxor à marito conueniatur. *d. l.17. Concordat item l. vnica.§.cum autem.C.de rei vxoriæ actione.* vbi adduntur aliæ exceptiones, quas supra in Repetitione dotis posui. *Concordat l.non tantum,20.ff.d.tt.* Huius causæ exceptio est : Nisi rerum amotarum agatur. *l.si rerum.52.ff.eod.tt. Concordat l.si mulier.21.§ fin. ff.rerum amotarum.*

IV. Causa: Si miles conueniatur. *l. miles.6.in princ.ff.de re iudicata. Concordat ijsdem verbis l.item miles.18.ff.d.tt.* Secus in nobili. *M.I.R. libro 5. cap.1.regul.65.*

V. Causa: Si ex causa donationis agatur. approbatur simul & distinguitur *sup.lib.prox.cap.14. quæst.3.reg.10.*

VI. Causa: Si ex causa dotis agatur. *Inst. de actionib.§.item si de dote. l.patronus.17.ff.de re iudic. item l.sicut autem.21.cum leg.seq.ff.d.tt.* Huius causę exceptio est : Nisi pater vxoris ex dotis promissione soluto matrimonio conueniatur. *d.l.21.*

VII. Causa: Si actione pro socio agatur. *Inst.de actionib.§.pen. Concordat l.sunt qui in id.16.ff.de re iudic.* Huius causæ exceptio prima est : Nisi non vniuersorum bonorum socij sint. Hæc exceptio videtur approbari *d.l.16.* sed reprobatur *l.verum est. 63.in prin.ff.pro socio.* Altera exceptio est: Nisi causa cognita iudici aliter videatur. *l.sed hoc ita. 22.§. fin.ff.de re iudicata.* Tertia: Nisi reus socium se negauerit. *d.§ fin. Concordat l.si vnus.67.§ fin.ff.pro socio.* Quarta : Nisi ex dolo socij agatur. *l.sed hoc ita.22. §.fin.ff.de re iudicata.*

VIII. Causa : Si filiusfamilias sui iuris effectus, ex eo contractu quem cum in patris potestate esset, fecit, conueniatur: non nisi in id quod facere potest, tenetur. *l.2.in pr.ff. quod cum eo qui in alterius.l.2.C.quod cum eo qui in aliena potestate. l.si ex alio.8.C.d.tt.item l.& exhæredatum.49.in prin.ff.de re iudic.M.I.R.d.cap.1.reg.67.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi dum adhuc in potestate est, conueniatur. *l.si quis.44.cum leg.seq. ff. de peculio.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi in patris potestate constitutus filius conuentus & condemnatus sit, postea sui iuris factus, iudicati actione conueniatur. *l.si filiusfamilias.5.in pr.ff.quod cum eo qui in aliena.* Secunda exceptio : Nisi filius citra emancipationem sui iuris sit effectus, vel alij in adoptionem datus. reprobatur *l.2.§.fin.ff. quod cum eo, &c.* Tertia: Nisi patris hæres filius existat. *l.si ex alio.8.C.quod cum eo qui in aliena.* Huius replicatio prima est; Nisi ex modica parte filius patri hæres existat, *l.2.§.fin.l.pater.7.item l.sed & si.4.in pr.ff.d.tt.* Altera replicatio est ; Nisi filius coactus patris hæreditatem adijt, vt eam alij restitueret. *l.si filiusfamilias.5.§.fin.ff.eod.tt.* Quarta exceptio est ; Nisi filio ex S.C. Trebell. hæreditas patris sit restituta. *d.l.5.§.si filio.* Quinta; Nisi patrem familias contractus tempore se esse mentitus filius. *l.sed & si.4. §.1.ff.quod cum eo qui in aliena. l.eum qui.6. eod.tt. item l.qui cum.10.ff.de re iudicat.* Sexta; Nisi cum à filiofamilias quis stipulatus esset, patrifamilias facto crediderit. *l.si quis.3.§.fin.cum duabus ll. seqq.ff. de S. C. Macedon.* Septima; Nisi non ex contractu, sed ex delicto filius conueniatur, quod commisit in patria potestate constitutus. *l. sed & si.4.§.quanquam.ff.quod cum eo qui in aliena.* Octaua; Nisi post multos annos agatur ex eo quod contractum est. *d.l.4.§.sed an etiam.* Nona; Nisi cum filiusfamilias viuo patre conuentus & condemnatus esset, patre mortuo iudicati actione agatur. reprobatur *l.si filiusfamilias.5.in pr.ff.d.tt.* Hactenus causæ propositæ exceptiones.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. Exceptio generalis est; Nisi dolo rei conuenti factum sit, quo minus facere possit. *l.si quis. 51.in pr.ff.de re iudicata. l.verum est.63.§.hoc quoq; ff.pro socio.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi dolo fecit, quo minus adquirat quod adquirere poterat. *l.nemo.68.§.illud.D.d.tt.*

II. Exceptio; Nisi culpa rei conuenti factum sit, quo minus facere possit. reprobatur *d. §. hoc quoque.in fin.*

III. Exceptio; Nisi eo tempore quo pronunciatur, facere possit: *d.l.63.§.tempus.*

II. QVIBVS DATVR EXceptio proposita?

I. Regula, De procuratore & defensore rei conuenti. Huic quoq; eadem competit exceptio *d.l.63.§.1. Concordat l.si cum procuratore.23.D.de re iudicata.* Huius regulę exceptio est, Nisi mortuo reo procurator vel defensor damnetur. *d.l.23.* Cuius ratio est: quia exceptio proposita hæredi rei non datur, *vt paulo inferius dicetur reg.3.*

II. Regula, De patre & domino rei conuenti, His exceptio proposita non datur. *l. verum est. 63.§.patri autem.ff.pro socio.*

III. Regula, De hæredibus rei conuenti. His proposita exceptio non competit. *d.§.patri autem. l.sciendum.25.ff.de re iudicata. l.etsi.24.in fin. & l. Nesennius.41.ibi: & sicut hæres.ff.d.tt.l.sed & si.4.§.soli autem.ff.quod cum eo qui in aliena.*

IV. Regula, De fideiussoribus rei conuenti. His quoque exceptio proposita non datur. *l.& si. 24.in pr.ff.de re iudic.l.Nesennius.41.ibi: & sicut hæres. ff.d.tt.l.verum est.63.§.1.ff.pro socio. item l.exceptiones. 7.in pr.ff.de exceptionibus.*

III. ADVERSVS QVOS COMpetit exceptio proposita?

Si is cui exceptio proposita competit, sit delegatus: aduersus eum cui delegatus est, exceptio illi non competit. *l. Nesennius.41.in pr.ff.de re iudicata.* Sed & plura de regula proposita vide *inf.lib.14. cap.13.quæst.3.reg.7.*

IV. QVID VENIAT IN exceptione proposita?

I. Regula, De ære alieno non deducendo, proponitur *l.sunt qui.16.ff.de re iudic. l.inter eos.19. item l.& exhæredatum.49.cum l.seq.ff.d.tt.l.si filiusfam. 53.§.fin.cum l.seq.ff.soluto matrimonio.item l. verum est. 63.§.id quod facere.ff.pro socio.* Huius regulæ exceptio prima est : Nisi ex causa donationis agatur, tunc enim id quod donator alijs debet, est deducendum. *d.l.19.d.l.49. cum l.seq. & l.maritus.54.in fin.ff.solut.matrim.* Huius exceptionis replicationes vide *sup.lib.2.cap.35.reg.15.* Altera exceptio est: Nisi cum pro socio agatur, ex ipsa societate debeatur. hoc enim debitum deducendum est. *l.verum est.63.§.id quod facere.ff.pro socio.* Tertia: Nisi cum filius sui iuris factus, de eo conuenitur, quod in patris potestate constitutus contraxit, supersint alij creditores, cum quibus postquam sui iuris fuit, contraxit. Quarta: Nisi supersint alij creditores priuilegiati. *Hæ duæ exceptiones approbantur l. sed an hic.3.ff.quod cum eo qui in aliena.*

II. Regula, De relinquendo eo aliquid, ne egeat. *l in condemnatione.133.in pr ff.de reg.iur. l. inter eos.19.in fin ff.de re iudicata. l. cum ex causa. 30. item l. exhæredatum.49.cum l.seq ff.d.tt.*

III. Regula, De cautione à reo præstanda, vt si ad meliorem fortunam peruenerit, de reliquo sit satisfacturus, proponitur *l.verum est. 63.§. id quod, in fin.ff.pro socio.*

V. EVENTVS PROPOSItæ exceptionis.

Actor proposita exceptione submotus, quo minus solidum sit consecutus, id quod sibi deest, potest ab alijs socijs petere. *d.l 63.§.si cum tres. Concordat l.si vnus.67.in pr.ibi.sed si pretium ff d.tt.*

DE COMPENSATIONIBVS.

CAP. XI.

PRimo: Ratio & vsus compensationis proponitur *Inst.de actionib.§.penult. l.ideo.3.ff.de compensationib.item l.neq.6.C.d.tt.*

II. Definitio compensationis habetur *l.1.ff. de compensationibus.*

III. CAVSA PROPOSITÆ exceptionis.

Si quid actor reo conuento debet, compensatio fit. *quæ causa seu regula approbatur l.neque. 6. & l.si propter.8.C.d.tt.M.I.R lib.53.cap 6.reg.20.M.I.R lib.5. c.1.reg.68.* Simile exemplum proponitur *l.Titia. 48.ff.de solutionib.* Aliud *l.si ambo.10. in pr. ff. de compensationib. Concordat Inst.de actionib. §. in bonæ fidei. l. vlt. C.de compensationib. Concordant item ea quæ habentur paulo superius, q.1.* Plane causa seu regula proposita suas habet exceptiones, quæ replicationum loco compensationis exceptioni objici possunt. Earum aliæ sumuntur ex genere & causa actionis qua agitur, & cui compensationis exceptio objicitur : aliæ ex debito ex quo objicitur exceptio compensationis: aliæ deniq; ex alijs circumstantijs. Primi generis exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, sumpta ex genere actionis cui compensatio objicitur, regularitet quidem reprobatur *Inst.d.§.bonæ fidei. Cui concordat d.l. vltima, in pr.* Sed admittitur in quibusdam actionibus quæ sequuntur.

II. Exceptio: Nisi depositi agatur. approbatur *d.§.bonæ fidei. Concordat l.vlt.in fin. C.de compensationib. item l.si quis.11.C.depositi. M.I.P.d.reg.20.exc.1. M.I.R.d.reg.68.exc.1.*

III. Exceptio: Nisi actione commodati agatur. *l.vlt.C.de commodato.* Contradicit *l.in rebus commodatis.18.§.fin.ff. Commodati.* Controuertitur *M.I. R.d.reg.68.exc.2.*

IV. Exceptio: Nisi iudicati agatur. reprobatur *l.2.C.de compensationib.*

V. Exceptio: Nisi venditi actione preciũ petatur, reprobatur, nisi in casu. *l.si ex vendit.7. C.eod.tt.*

VI. Exceptio: Nisi stricti iuris actione agatur. reprobatur *Institut.de actionibus.§.in bonæ. ibi: sed & in stricti.*

VII. Exceptio : Nisi ex stipulatu agatur. reprobatur *l.si ambo.10.§ fin.ff.de compensat.*

VIII. Exceptio: Nisi ex maleficio agatur, reprobatur *d.l.10.§.qusties.M.I.R.d.reg.68 exc.3.*

IX. Exceptio: Nisi interdicto Vnde vi, vel simili actione agatur. *l.vlt.§.fin.C.de compensat.*

X. Exceptio: Nisi ob negotium copiarum expeditionis tempore mandatum agatur. *l. ob negotium.10.ff.d tt.*

XI. Exceptio : Nisi ciuitas ex calendario, vel ex vectigalibus, vel ex frumenti oleiue publici causa, vel ex tributorum alimentorumue causa, vel ex statutis sumptibus aut fideicommisso ciuitate relicto agat. *Hæc multiplex exceptio approbatur l. in ea 3.C.eod tt. Concordat l.aufertur.46.§. debitori lus. ff.de iure fisci.*

XII. Exceptio: Nisi frumentariæ pecuniæ nomine agatur. *d.l.3.* Cuius replicatio est; Nisi ob id quod arctiorem annonam ædilitatis tempore præbuerit, agatur. *l.ideo.17.ff.de compensat.*

XIII. Exceptio: Nisi alij actioni, quam cui destinata est, compensatio objicitur. *l.quod Labeo.13. ff.eod.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi subsidiaria actione aduersus magistratum agatur, reprobatur *l.si tutores.11. C.eod.*

C.eod.tt. Hactenus exceptiones ex genere causæ & actionis, cui compensario obijcitur, desumptæ, propositæ sunt. Quanquam huius etiam generis videri possint *inf.exc.28.cum sequentibus.* Sequuntur nunc eæ quæ sumuntur ex genere & qualitate debiti, ex quo compensatio obijcitur.

XV. Exceptio: Nisi natura tantum debeatur id quod compensatur, reprobatur *l. etiam.7.ff.de compensationibus.*

XVI. Exceptio: Nisi indebitum solutum compensetur. reprobatur quidem ipso iure: verum admittitur, si indebitum tale fuit, quod retineri quidem per exceptionem potuit, per actionem vero solidum non potest repeti. approbatur exemplo *l.2.C.d.tt.*

XVII. Exceptio: Nisi actione de peculio debeatur. reprobatur *l.debitor.19.ff.d.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi ex eo debeatur emptori à venditore actore, quod emptor prædium emptum à tertio cui obligatum fuit, liberauit. reprobatur *l.quoniam.10.C.d. tt.*

XIX. Exceptio: Nisi alius, non actor debeat, approbatur exemplo *l.pen.ff.de compensat.* Aliud exemplum proponitur *l.si cum.16.in principio.ff.eodem tt.*

XX. Exceptio: Nisi alterius stationis debitum compensetur, quam eius cui debitum petitur. *l.1. C.de compensat.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum tutores creditoris pupilli administrationem tutelæ diuisissent, vnius tui loci debitum petat: huic enim nihilominus compensatio obijci potest eius, quod alterius loci tutor reo debet. *l.inter tutores.15.ff.de administr.tutor.*

XXI. Exceptio: Nisi alij, non reo debeatur quod compensatur. *l.in rem suam.18.§.creditor. ff.de compensat. Concordat l.eius.9.C.d.tt. M.I.R. d. reg. 68. exc.15.* Huius exceptionis replicatio prima: Nisi creditor actoris creditum suum actori pro reo velit remittere. reprobatur *d.§.creditor.* Altera replicatio est: Nisi fideiussore conuento, ipsi principali reo debeatur. *l.verum est.4.ff.de compensat. & l.si quid.5.ff.d.tt.* Tertia: Nisi vnus ex duobus reis promittendi conuentus compenset id quod alteri reo promittendi debetur. Hæc replicatio ipso quidem iure approbatur. verum eius duplicatio est: Nisi duo rei socij sint. *l.si duo.10 ff.de duobus reis const.* Similis duplicatio proponitur *inf.c.17. exc.9.repl.2.* Quarta replicatio est; Nisi filius familias conuentus compenset id quod patri eius debetur. *l.si cum filiofam.9.ibi: sed si cum.ff.de compensat.* Quinta; Nisi procurator conuentus id quod domino debetur compenset. *l.in rem suam.18.in pr.& l.posteaquam.21.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio esse videtur; Nisi procurator qui compensat, de rato non caueat. sed reprobatur *d. l.21.* Aliam replicationem vide *M.I.R.d.exc.15.*

XXII. Exceptio; Nisi cum vnam rem ex duabus quam vellet reus, actor deberet, nondum constituerit reus quam habere vellet. *l. si debeas. 22.ff.de compensationibus.*

XXIII. Exceptio: Nisi non pure, sed in diem debeatur. approbatur *l.quod in diem. 6. in pr.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi dies non obligationis, sed solutionis vel executionis gratia sit additus. *l.si cum.16.§.cum intra.ff.d.tt.*

XXIV. Exceptio; Nisi certo loco debitum alio loco compensetur. reprobatur *l.pecuniam.15. ff.de compensationibus.*

XXV. Exceptio; Nisi debitum quod compensatur, per exceptionem elidi possit. *l.quæcunque. 14.ff.eod.tt.*

XXVI. Exceptio; Nisi debitum quod compensatur dubium sit, & non liquidum. *l.vlt.C.d tt. M.I.P.d.reg.20.exc.2.M.I.R.d.reg.68.exc.6.*

XXVII. Exceptio; Nisi lis eius debiti nomine quod compensatur, sit contestata. reprobatur *l.in compensatione 8.ff.de compensat.* Hactenus exceptiones ex debito quod compensatur, desumptæ; sequuntur nunc exceptiones ex persona actoris, item ex re petita.

XXVIII. Exceptio: Nisi respublica agat. reprobatur, nisi certis casibus, *l.in ea.C.3.d.tt.*

XXIX. Exceptio: Nisi fiscus agat. reprobatur *l.aufertur.46.§.vt debitoribus.ff.de iure fisci. Concordat l.vlt.ff.de compensat.* Plane admittitur in causa tributaria & stipendiorum, in precio rei à fisco emptæ, & in causa annonaria. *quæ distinctio habetur d.§. vt debitorib. Concordat l.in ea.3. C. de compensat. Item quoad precium rei à fisco empt.e, l.si ex.7.C.eod.tt.* Altera distinctio est: Si debitum quod compensatur & quod petitur, diuersæ sint stationis. Tertia: Nisi à fisco conuentus debitum quod compensat, intra duos menses non probauerit. *l.aufertur.46.§. qui compensat.ff.de iure fisci.*

XXX. Exceptio: Nisi non pecunia, sed species debeatur. *l.si non sortem.36.§.si centum, cum sua glossa, in verbo Cum pecunia.ff.de condict.indeb.l. quod dicitur. 5.in pr.ff.de impensis in reb.dotalib factis. l.si conuenerit. 18.ibi: ergo si id, cum sua glossa.ff. de pignoratitia actione. l.si ex ea.6.C.de rei vendicat.M.I.R.d.reg.68.exc.9.* Sed videtur obstare *l.vlt.in pr.C.de compensationibus.* vbi dicitur etiam in actionibus in rem locum esse compensationi. at rei appellatio speciem significat. *l.si in rem.6.in pr.ff.de rei vendic.* Ad quam antinomiam dissoluendam glossa *in d.l.vlt.in pr.* distinguit, vtrum res ipsa, quæ vendicatur, possit præstari, an non possit: vt priori casu compensatio locum non habeat, in posteriori casu, quo æstimatio præstanda est, habeat locum. Cui accedit communis Dd. opinio. *Baptist.à Vil.in litera C.num. 112.* Plane species quæ petitur, pignoris iure potest retineri, donec actor debitum soluat. *d.§.si centum.vers.ager autem retinebitur. & d.l.quod dicitur. 5.vers.manebit igitur maritus.& d.l.si conuenerit,18. in prin.vers.si vero corporis.* Vnde compensationis vocabulum interdum pro retentione sumitur: *vt l. in rebus commodatis.18.§.fin.cum sua glossa.ff.commodati.* In qua significatione etiam accipi potest *in d.l. vlt.in pr.C.de compensationibus.*

XXXI. Exceptio: Nisi compensationis exceptio ante sententiam non sit opposita. reprobatur *l.2.C.de compensationib.*

IV. Quibus compensatio competat? vide *sup. exc.21.repl.1.cum seqq.*

V. QVID ET QVANTVM veniat in compensatione?

I. Regula: Fideiussor conuentus tam id quod sibi, quam quod reo debetur, compensare potest. *l.verum est.4.cum l.seq.ff.de compensat.*

II. Regula: Si reus conuentus contra actorē actionem de peculio habeat, solidum debitum potest compensare, licet minus sit in peculio. *l.si cum filiofam.9.in pr.ff. de compensat.* Contradicere videtur *l.debitor.19.in fin.ff.d.tt.*

III. Regula: Si id quod certo loco dari debet, compensetur; id quoque venit in compensationem, quod interest certo loco dari. *l.pecuniam.5.ff.d.tt.*

VI. EVENTVS COMPENSATIONIS OPPOSITÆ.

I. Regula: Compensatio submouet creditorem petentem, & pro solutione habetur. *l.2.C. de compensationibus. l.si quis.115.in princ.ff.de regulis iuris. l. si constat.4.C.de compensat. l.in vicem.12.C.eod.tt. Concordant item ea quæ proposita sunt sup.quæst. 1.item q. 3. in prin.*

II. Regula: Sola petitio eius quod amplius debetur, relinquitur. *d.l.12.Concordat l.etiamsi.5.C. eod.tt.*

III. Regula: Eius quod compensatio excludit, vsuræ non debentur. *Quæ regula approbatur sup. cap.7.q.1.exc.gen.3.*

IV. Regula: Si reddantur ea quæ in compensationem venerant: non indebiti soluti repetitio, sed ante debiti exactio competit. *l.si velut. 13. C. de compensationib.* Huius regulæ exceptio est: Nisi tenuit compensatio. tunc enim soluta condicuntur. *l.si ambo.10.§.fin.ff.eod.tt.*

V. Regula: Si compensationis rationem iudex non habuit, salua manet petitio, nec rei iudicatæ exceptio reo postea agenti obstat. *l.quod in diem.6. §.si rationem.ff.de compensationibus.* Huius regulæ exceptio est: Nisi iudex expresse compensationem reprobarit. *d.§.si rationem.* Cuius replicatio est: Nisi non quasi non debitum reprobarit compensationem, sed propter aliquam exceptionum supra propositarum. *Quæ replicatio elicitur ex d.§.si rationem. ibi: quasi non existente debito.* Hactenus de ijs quæ in actiones venire solent.

QVANDO COMPETIT actio?

CAP. XII.

PRima regula: Si pura sit obligatio, statim agi potest. *l.in omnibus.14.ff.de regulis iur. Inst.de verb. oblig.§. omnis. item l.eum qui.41.§.quoties.ff.de verb.oblig. M.I.R.lib.5.c.1 reg.70.& 78.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non tantum temporis spacium præterierit, quo res dari vel opus promissum fieri possit. *l.nihil peti.146.ff.de regul. iur. Inst.de inutilib.stipulat.§.fin.l.si ita.14.cum l.seq.ff.de verb. oblig.l.existimo.98.§.fin.item l.interdum.73.in pr.ff. eod. tt.M.I.R. d.reg.70.exc.1.* Huius exceptionis species est *inf.exc.prox.* Plane quo modo tēpus illud, quo dari vel fieri possit, æstimandum sit, definitur *l. continuus actus.137.§.cum ita.vsq; ad §. illud inspiciendum.ff.de verb.oblig.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi difficultas dandi vel faciendi personæ sit, non rei vel naturæ. *d.l.137.§.illud inspiciendum.* Secunda: Nisi promissor in mora fuerit. *l.stipulat.72.§.fin.ff.de verb.oblig. Concordat l.ita stipulatus. 115.§.fin. ibi: Sabinus.ff.d.tt.* Secunda exceptio est: Nisi certo loco dari promissum sit. hoc enim casu tantum tempus expectandum est, quanto possit ad eum locum peruenirī. Quæ exceptio species est præcedentis, & approbatur *Inst.de verb.oblig.§.loca etiam. l.eum qui.41.§.quoties.ff. de verb. oblig. l.interdum.73 §. sic qui Carthagini. item l.continuus actus.137.§.cum ita.ff.d.tt.l.2.§.qui ita.ff.de eo quod certo loco.M.I.R.d reg.70.exc.2.* Huius exceptionis replicatio esse videtur: Nisi duobus reis promittendi acceptis, vnus eo loco sit, quo dari promissum est, sed reprobatur *l.eandem rem.9.§.fin.ff. de duobus reis constit.* Altera: Nisi fideiussore promittente, reus eo loco sit, in quo dandum est. reprobatur *l. si testam.49.sup.quæsitum ff.de fideiussorib.* Reliquas propositæ exceptionis replicationes vide *sup.exc. prox.* Tertia exceptio est: Nisi cum quis insulam fulciri stipulatus esset, insula nondum ruit. reprobatur *l.stipulationes.72.§.fin.ff.de verb. obligationibus. Concordat l.existimo.98.§.fi.ff.d.tt.* Quarta: Nisi postea couuenerit, ne intra certum tempus agatur. *l.2.§.item quæritur.ff.de doli mali except.* Plura de exceptione vide *inf.ca.16.* Quinta exceptio est: Nisi ita stipulatio facta sit: Quod te mihi illis calendis dare oportet, id dare spondes? *l.qui sic.47 ff.de verborum obligationibus. Concordat l.in diem.5.§.final.ff.de nouationib.* Sexta: Nisi alter reus promittendi in diem vel sub conditione promiserit. reprobatur *l.ex duobus.7.ff.de duobus reis constit. Concordat ijsdem verbis Inst.de duobus reis stipul.§.fin.* Septima: Nisi creditor eandem rem postea ab alio sub conditione fuerit stipulatus. Hæc exceptio ipso quidem iure nouationis subsistit; verum eius replicatio est: Nisi res pendente conditione perierit, vt certum sit posteriorem promissorem amplius tenēri non posse. *l. eum qui.56.§.fin.ff.de verb.oblig.* Octaua exceptio est: Nisi creditor debitorem id quod sibi pure debetur, alij sub conditione soluere iusserit. *l.pecuniam.36.ff.si cert.petat.* Nona: Nisi cum stipulatio de reddenda pecunia pure facta esset, antea conuenisset, vt quamdiu vsuræ soluerentur, fors non repetatur. *l.item quia.4.in fin ff. de pactis. Concordat l.2.§.item quæritur, si quis pure. ff. de dol. mali exc. & l.in diem.5.§.fin ff.de nouationib.* Decima; Nisi in futurum vsuras à debitore creditor acceperit. *l.qui in futurum.56.in pr.ff. de pactis. Concordat l.2.§.non male.ff.de doli exc.* Hæc de prima regula eiusque exceptionibus. Sed exceptionum loco hic repeti etiam possunt ea quæ habentur *inf.reg.8.cum sequentib.*

II. Regula; Si in diem contracta sit obligatio, ante diem venientem agi non potest; sed nec die veniente, nisi eo præterito *Inst. de verb. obligat.§. omnis stipulatio.l.obligationum.43. in princip.ibi: cuius natura.ff.de actionib. & oblig.l.nihil peti.146.ff.de regulis iuris.l.eum qui 41.§.fin ff.de verborum obligat. l. qui hoc anno 42.item l.centesimis.46.in princip.ff.d.tt. Inst. de inutilib.stipulat.§.penult.item l.certi condictio.9. in princip.ibi.cæterum.ff si certum petatur.M.I.R. d.cap.1. regul.71.* Huius regulæ species quoque seu exemplum est; si conditio adiecta obligationi diem in se habeat. *Quæ proponitur & approbatur l.veluti.27.§. fin.ff.de verborum obligat.l.stipulationum.72.§.si quis ita.item l.quidquid.99 §.fin ff.d.tt.l.vbi lex.101.ff.de reg. iuris.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi ita facta stipulatio sit, Decem hodie dare spondes? *l.liber homo.118.§.decem hodie.ff. de verbor. obligat.M.I.R.d.reg.71.exc 5.* Secunda; Nisi ita concepta

cepta sit stipulatio: Decem, quoad viuam, dare spondes? *l. eum qui. 56. §. qui ita. ff. d. tt. Concordat Inst. eod. tt. §. at si ita.* Tertia: Nisi quis pecuniam sibi dari stipulatus sit, qua die petierit. *l. ita quis promiserat. 135. in princ. ibi: item quæsitum. ff. de verborum obligat. M. I. R. d. reg. 71. exc. 6.* Quarta: Nisi ante diem certum esse cœperit, rem dari, vel opus promissum die veniente fieri non posse. reprobatur *l. insulam. 124. ff. de verb. oblig. Concordat l. in illa. 8. ff. d. tt. M. I. R. lib. 4. cap. 10. reg. 50. exc. 14.* Plane admittitur in casu, qui proponitur *d. l. 8. in fin. Concordant ea quæ habentur inf. reg. 7. except. 3.* Quinta: Nisi cum quis ita promisisset, Cum moriar: in insulam sit deportatus. reprobatur *l. ex ea parte. 121. §. in insulam. ff. de verborum oblig.* Sexta: Nisi ante diem ad interponendam cautionem agatur. *l. in omnibus. 41. ff. de iudicijs, M. I. R. d. reg. 71. exc. 2.* Septima: Nisi fiscus aduersus debitoris sui debitorem agat. *l. 1. C. de condict. ex legē.* Octaua: Nisi nundinis dari stipulatio sit facta, hoc enim casu primo nundinarum die actio competere videtur. Sed reprobatur *l. eum qui. 138. in pr. ff. de verborum obligationib.* Nona: Nisi ante calendas dare sit stipulatus. reprobatur *inf. reg. 14.*

III. Regula: Si quis calendis Ianuarijs dari stipulatus sit, intelligitur proximis calendis Ianuarijs dari stipulatus. approbatur simul & distinguitur *l. eum qui. 41 in pr. ff. de verbor. oblig. M. I. R. d. c. 1. reg. 73.*

IV. Regula: Ante calendas dari stipulari, nihil aliud est, quam calendis dari. *l. qui ante. 13. & l. eum qui. 56. §. qui ita. ff. d. tt. M. I. R. d. c. 1. reg. 76.*

V. Regula: Si quis calendis Ianuarijs vel Februarijs, post annum vel post biennium dari stipulatus est, calendis Februarijs vel post biennium debetur. *l. si ita. 12. ff. de verb. oblig. Concordat l. si ita. 109. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg. 73. exc. 2.*

VI. Regula: Si sub conditione obligatio contracta est, non nisi existente conditione actio competit. *l. certi condictio. 9. in pr. ibi: cæterum. ff. si certum petatur. Concordat Inst. de verbor. oblig. § ex conditionali. l. non quemadmodum. 35. ff. de iudicijs. item l. is damnum dat. 131. in fine. ff. de regulis iuris. l. cedere. 213. in princ. versic. vbi sub conditione. ff. de verborum significat. M. I. R. d. cap. 1. reg. 75.* Huius regulæ exceptio est: Nisi in præteritum vel præsens tempus conditio sit concepta. *l. conditio. 100. ff. de verb. oblig. Inst. eod tt. §. conditiones. l. cum ad præsens. 37. cum duabus legibus sequentibus. ff. si certum petatur. item l. si ita. 120. in fine. ff. de verb. oblig. M. I. R. d. reg. 75. except. 1.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi contrahentes conditionem extitisse ignorent. hoc enim casu actio non datur, priusquam rescierint eam extitisse. *l. hoc iure. 10. ff. de verb. oblig.* Plane quoad agendum, propositæ replicationi locus est: quoad obligandum vero, ei locus non est, *vt ex ijs quæ paulo superius proposita sunt, constat.*

VII. Regula: Si sub conditione non faciendi quid sit promissum, non ante competit actio, quam certum esse cœperit, id amplius fieri non posse. Si enim adhuc fieri possit, tanquam pendente conditione actio denegatur. *l. ita stipul. 115. ff. de verb. obligationibus. Concordat Inst. de verb. obligat. §. si quis ita. M. I. R. lib. 4. c. 10. reg. 40. except. 5.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi stipulatio non à conditione cœperit. approbatur simul & declaratur *d. l. 115. versi. Sabinus autem.* Secunda: Nisi dies conditioni insit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. reg. 2. except. 4.* Tertia: Nisi ita stipulatio sit facta, Si digito cœlum non attigero. *Inst. de inutilibus stipulationib. §. si impossibilis, in fin. l. impossibilis. 7. ff. de verborum oblig. l. in illa. 8. in fin. ff. d. tt. item l. si pupillus. 9. §. 1 ff. de nouationibus. M. I. R. lib. 5. cap. 1. reg. 75. except. 2.*

VIII. Regula: Si actor vel reus in magistratu sit temporali, differtur actio, donec magistratus sit finitus. *l. pars literarum. 48. ff. de iudic. l. 2. in princip. ff. de in ius vocando. l. senatusconsulto. 16. ff. de offic. præsidis. item l. si adulterium. 38. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. M. I. R. d. cap. 1. regul 81.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi fideiussor eius conueniatur, non ipse principalis. approbatur exemplo *l. si reus. 12 ff. iudicatum solui.* Altera; Nisi minor sit magistratus, qui sine imperio & sine potestate est. *l. nec magistratib. 32. ff. de iniur. Concordat l. quemadm. 29. §. municipales. ff. ad l. Aquil.* Tertia: Nisi repetundarum agatur. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 1. c. 7. act. 1. quæst. 4. reg. 1.* Quartæ exceptionis loco notandum, quod regula proposita hodie in Præside prouinciæ sit sublata, *Nouell. const. 86. §. porro si contingat.*

IX. Regula; Si reus reipubl. causa absit, actio aduersus eum differenda. approbatur simul & distinguitur *l. eundem. 16. §. ante. ff. de legationib. l. 2. in princip. ibi; nec eum qui equo. ff. de in ius vocando. item l. 1. cum l. seq. ff. eum qui appellauerit.* Huius regulæ exceptio est; Nisi antequam reipublicæ causa abesse cœperit, actio sit suscepta. *d. §. ante.* Plura de regula proposita vide *sup. lib. 2. capit. 2. quæst. 1. except. 15. replic. 5.*

X. Regula: Si reus sacra faciat, vel alioquin propter loci religionem discedere non potest, actio differenda est. *l. 2. in pr. ff. de in ius vocando.*

XI. Regula; Si reus cogatur alibi in iure vel certo loco sisti, differenda est aduersus eum actio *d. l. 2. §. fin. & l. quiq. 4. in pr. ff. d. tt.* Huius exceptio est; Nisi appellans appellationis causa absit. *l. 1. ff. eum qui appell.*

XII. Regula; Si reus vxorem ducat, vel rea nubat, differtur eius actio. approbatur cum alijs quibusdam *d. l. 2. § fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. de in ius vocando.*

XIII. Regula; Si reus iudex de alia causa cognoscat, differenda aduersus eum actio est. *d. §. fi.*

XIV. Regula; Si reus futurus ducat, vel iusta mortuo faciat, mortuumq; lugeat. ex hac enim causa actio differenda. *d. §. fin. l. vlt. C. de sepulchro violato. item Nouell. const. 60. in pr. vsq. ad §. porro & illud. M. I. R. cap. 1. reg. 82.*

XV. Regula; Si per actionem propositam maiori causæ præiudicium futurum est; ea differri debet, donec maior causa finiatur. Quæ regula cum alijs quibusdam approbatur simul & distinguitur *sup. lib. 2. cap. 23. reg. 3. cum seqq.*

XVI. Regula; Si reus non suo, sed alieno nomine sit obligatus; prius actio aduersus principalem est instituenda. *Nou. const. 4. De qua re inf. lib. 21. cap. 1, quæst. 6. reg. 2.*

XVII. Regula: Si hæres adhuc de adeunda hæreditate deliberet, vel inuentarium conficiat; differtur aduersus eum actio. *l. vlt. §. donec tamen. C. de iure deliberandi.*

XVIII. Re-

XVIII. Regula: Si ius testamenti pendet: hæres scriptus ex eo dilatoriam habet exceptionem. *l. qui cum. 14. ff. de act. & oblig.* Hæc regula est mutata *per l. vlt. C. de petit. hæred.*

XIX. Regula, De exceptione pacti inter certum tempus non petendi, proponitur *l. 2. §. item quæritur. ff. de doli mali except.*

XX. Regula; Si princeps reo dilatoriam exceptionem concessit, interim conueniendus non est. *l. 2. C. de precib. Imper. offer. M. I. R. d. c. 1. reg. 83.* Huius regulæ exceptio est: Nisi reus actori non caueat idonee, finito tempore debitum iri solutum. *l. vniuersa. 5. C. d. tt. M. I. R. d. reg. 83. exc. 1.*

XXI. Regula: Si reus dicat, se libellum principi obtulisse, & responsum expectare, actio differenda videtur. sed reprobatur *sup. lib. 2. c. 17. q. 2. exc. 27. repl. 2.* Plures huiusmodi exceptiones dilatorias vide *sup. lib. 2. cap. 11. quæst. 2. & 9.*

XXII. Regula; Propter ferias etiam differtur actio. *De quare vide sup. lib. 2. c. 1. q. 2.*

XXIII. Regula; De pœna si ante tempus agatur, proponitur *Inst. de exc. §. ergo ij quibus. M. I. R. d. cap. 1. reg. 68.* Hactenus, quando competant actiones expositum est: nunc quamdiu competant, est exponendum.

QVAMDIV COMPETAT ACTIO? & de temporalibus præscriptionibus, nec-non de reliquo actionum iure.

CAP. XIII.

OMnis actio aut temporalis est, aut perpetua id est vsque ad triginta annos competens. *Inst. de perpetuis & tempor. actionibus, in pr.* Actionum temporalium aliæ anno finiuntur, aliæ breuiori, aliæ longiori tempore. breuiori quidem, vt actio redhibitoria, quæ post sex menses expirat. longiori tempore competentes actiones alię biennio finiuntur, vt actio de dolo: alię triennio, vt vendicatio rei mobilis, bona fide ab alio possessæ, aliæ quadriennio, vt nunciatio bonorum vacantium: aliæ quinquennio, vt querela de inofficioso testam. Ita singulæ actiones temporales certum legib. tempus habent definitum, intra quod competant, & post quod temporali præscriptione excludantur. *M. I. R. lib. 5. c. 2. reg. 4. in pr.* De quo singulę actionum species sunt dispiciendæ. Quibus autem actionibus nullum certum à lege tempus est præfinitū, eæ olim quidem perpetuæ erant: hodie vero vsque ad triginta annos durant, *vt ex loco iam proposito constat. Cui concordat l. sicut in rem. 3. C. de præscript. 30. vel 40. annor. M. I. R. d. reg. 4. in pr.* Plane regulæ propositæ tam quoad temporales, quā quoad perpetuas actiones, quæ iure nouo triginta annis (*vt iam dictum est*) finiuntur, exceptiones generales communes hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi de iure publico, & publica vtilitate agatur. *l. præscriptio. 5. C. de operibus publicis. M. I. R. d. reg. 4. exc. 1.*

II. Exceptio; Nisi fiscus agat. reprobatur *l. iustas etiam. 6. C. de iure fisci. M. I. R. d. reg. 4. exc. 2.*

III. Exceptio: Nisi personalis sit actio. Hæc exceptio videtur approbari *l. neq. 5. C. quib. non obijcitur longi temp. præscrip.* Quam Accursius interpretatur de decem & viginti annorum præscriptione. Et recte quidem. Verum non inepte accipi potest etiam de iure antiquo, quo omnes huiusmodi actiones erant perpetuæ, postea autem iure nouo triginta annorum spacio conclusæ, *vt sup. eod. c. in pr. est ostensum.* Proinde minoris quidem temporis præscriptionibus exceptio proposita obstat, triginta vero annorum præscriptioni hodie non obstat. *Cui concordat l. sicut. 3. §. hæ autem. C. de præscriptionib. triginta annor. item l. 1. §. ad hæc cum nihil. C. de annal. except.*

IV. Exceptio: Nisi pignoraticia actione ad reddendum pignus agatur. *l. neq. 9 in pr. C. de act. pignorat. Concordat l. quo minus. 11. C. d. tt.* Has leges Accursius de minoris temporis, quā triginta annorum præscriptione interpretatur. Et recte quidem. Sed vsu receptum est, vt nec centū annor. præscriptione actio proposita submoueatur.

V. Exceptio; Nisi actio semel in iudicium fuerit deducta, & reus interpellatus. *l. vlt. C. de præscrip. 30. annor. l. omnes act. 181. ff. de reg. iuris l. 1. in fi. C. de præscript. longi temp. l. 2. & l. nec bona fide. 10. C. eod. tt. l. 1. §. exceptis. C. de annali except. l. si possessio. 4. C. quibus non obijcitur longi tempo. præscript. l. comperit. 6. ibi: sine quadam legitima. C. de præscript. 30. annor. item l. cum notissimi. 7. in pr. ibi. si non interrupt. C. d. tt. item l. nam postea. 9. §. si is qui, in fin. ff. de iureiurand. M. I. P. lib. 5. c. 2. reg. 4. exc. 9. & c. 6. reg 21. exc. 1. M. I. R. d. reg. 4. exc. 9.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi non reus, sed alius eiusdem rei nomine antea fuit conuentus *l. 1. C. de præscript. longi temp.* Cuius duplicatio prima est; Nisi reus malæ fidei possessor fit. *d. l. 1. ibi. bona fide transierint.* Altera; Nisi reus hæres sit eius qui antea eiusdem rei nomine fuit interpellatus. approbatur *arg. eorum quæ dicta sunt sup. li. 7. c. 9. exc. 12, repl. 1.* Tertia; Nisi vnus ex duob. vel plurib. reis promittendi, quiq; eadem actione tenentur, fuerit conuentus. hoc enim casu etiam aduersus alterum postea conuentum interrupta præscriptio est. *l. vlt. C. de duob. reis stipulan.* Quarta; Nisi domino absente procurator eius sit interpellatus. *l. 2. §. si vero post. C. vbi in rem act.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est; Nisi non actor, sed alius eiusdem rei nomine antea egerit. approbatur exemplo *l. 2. ff. pro donat.* Aliud exemplum proponitur *l. intra quatuor. 10. ff. de diuers. temp præscript.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi bonis vacantibus delatis prior preuaricatus sit; *d. l. 10.* Altera; Nisi alius antea nomine actoris egerit. *l. si quis. 24. § fin. ff. de vsuris.* Tertia; Nisi actor hęres extiterit ei qui antea egit. *l. vlt. §. sed licet. C. de præscrip. 30. annor.* Quarta; Nisi actor sit correus stipulandi, aut qui ante egit, vel cohæres. *l. vlt. C. de duob. reis stipulan.* Hæc de secunda replicatione. Tertia replicatio; Nisi ex alia causa vel alia actione nunc agatur, quam actū est antea, reprobatur *l. si ex multis. 3. C. de annali exc.* Exemplum proponitur *l. contra maiores. 16. C. de inofficioso test.* Quarta; Nisi post nouissimam conuentionem quadraginta anni excesserint. *l. vlt. §. quod nos corrigentes. item § fin. C. de præscript. 30. annor. Concordat l. 1. §. except. C. de annali except. M. I. P. d except. 1. repl. 1. M. I. R. d. exc. 9. repl. 8.* Quinta; Nisi apud compromissarium, non ordinarium iudiciū prior lis sit mota. reprobatur *l. cū ante. 5. §. plenius. C. de receptis arbitr.* Sexta; Nisi lis nondum fuerit contesta-

ta, sed principi vel præsidi tantum præces in causa sint oblatæ. *l.2.C.quando libellus principi datus. l.sicut.3.§.nec sufficiat.C.de præscript.30.annor.l.1. C.de officio præfecti prætor. M.I.P. d.excepr. 1.repl. 2. M.I.R. d. exceptione 9. replicatione 1.* Eius duplicatio prima est: Nisi annalis sit actio. *l.1. C. quando libellus principi datus. Concordat l. 2. C.eod.tt.M.I.R.d.replicatione 1. duplic.3.* Altera: Nisi reus propter absentiam, vel infantiam, vel aliam similem causam conueniri non posset, querela de ea re præsidi vel episcopo sit oblata. *l. 2. C. de annal.except. Concordat l.vlt.C.de episcopali audient. M.I.P. d. repl,2. dupl.1.* Septima replicatio est: Nisi noui tantum operis nunciatio sit facta. *l.alienam,13 ff.pro emptore.* Octaua: Nisi de dolo actio in iudicium deducta sit. hæc enim non continuatur per litis contestationem. *l.vlt.C.de dolo malo.* Nona; Nisi in integrum restitutio sit petita: hæc enim in iudicium deducta non interrumpit quadriennij præscriptionem, quæ ei obstat. *l.Papinianus.21.§. fin. ff. de minorib.25.annis. l.6.C.de tempor.in integr.restit. M.I.P.d.exc.1.repl.3.* Hæc de quinta exceptione eiusque replicationibus sint dicta.

VI. Exceptio; Nisi actor rem medio tempore tenuerit. *l.cum notißimi.7.§.imo & illud. C.de præscrip. 30.annor.*

VII. Exceptio: Nisi debitor medio tempore debitum agnouerit, vel cautionem reuocauerit, aut aliam dederit, vel pecuniam constituerit. *d.l. 7. §. sed etsi. Concordat l. item illa verba. 18. §. quod adijcitur. ibi: proinde & ff. de constitut. peculij.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi alius, non reus, debitum medio tempore agnouerit: vel non actori, sed alij. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit: verum eius duplicatio proponitur *l.vlt.C.de duob.reis stipul.*

VIII. Exceptio; Nisi actor experiundi potestatem non habuerit. *l. 1.ff.de diuersis temp. præscript. l. 2. §. penult.ff.de iudicijs.l.cum solito.8.§.fin.in fine. C. qui bona cedere possunt.* Plane proponitur exceptionis replicatio videtur esse: Nisi reus secum agendi potestatem faciat. tunc enim, quamuis actor experiundi potestatem non habeat, nihilominus tempus præscriptionis videtur currere. Sed reprobatur *d.l.1.l.præscriptione.7. ibi: quod si ex. C.quibus non obijcitur longi tem.præscript. l.si seruus.25. ff.de stipulat.seruor.* Contradicit *l.si seruus.4.ff.de diuersis temp.præscript.*

IX. Exceptio: Nisi propter aduersarij absentiam, infantiam, vel similem causam actor agere non potuit. Hæc exceptio approbatur certo modo *sup.except.5.repl.6.dupl.2.*

X. Exceptio: Nisi actor abfuerit, vel morbo laborauerit. *l.1.§.proinde siue ff. de diuersis temp.præscript. Concordat l.si possessio.4. C. quibus non obijcitur longi temporis præscript. l. ab hostibus. 6.l.1.item l. 2. C. eod.tt.M.I.P. lib.5.cap.3.reg.11 except.7.M.I.R.lib.5.cap. 2.regul.4.except.13.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi absens vel valetudinarius causam potuit mandare. *l.1.§.plane is qui. ff. de diuersi.temp. præscript.* Altera: Nisi longissimi temporis, hoc est, triginta annorum præscriptio obijciatur. hoc enim casu exceptio proposita cessat. *l.sicut.3.§. nec sufficit.ibi: non sexus.C.de præscript.30.annor.* Tertia: Nisi non necessario nec iuste actor abfuerit. *elicitur ex d.l.2.C.quib.non obijcitur longi temp. præscriptio.* Cuius exemplum proponitur *l.vlt.C.eod.tt.* Quarta replicatio est: Nisi res absentis per viginti annos bona fide sit possessa. hoc enim casu possessori vsucapio, & per eam præscriptio prodest, proposita exceptione non obstante. approbatur simul & distinguitur *sup.lib.7.cap.10.exc.17.*

XI. Exceptio; Nisi actor iure agere non potuit, approbatur exemplo *l.1.§. fin.C. de annali exc. Concordat l.sicut.3.§ quæ ergo.ibi.ex quo competere iure cœperunt.C.de præscript.30.annor. M.I.R. d.reg. 4.exc. 10.* Aliud exemplum proponitur *l.cum notißimi.7. §.illud autem. C.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi auctor actoris, vel is à quo actio in actorem translata est, experiri potuit, hoc enim casu, quanquam actor ipse ante cessam sibi actionem experiri non potuit, nihilominus computatur ei tempus quo potuit auctor. approbatur exemplo *l.si hæres.70.§.fin.ff.ad S.C.Trebell.*

XII. Exceptio: Nisi actor fuerit minor viginti quinque annis. *l. non est. 3. C.quibus non obijcitur longi temporis præscriptio. M.I.R. d.reg. 4.exception.11.* Huius exceptionis replicatio prima esse videtur: Nisi minor in integrum restitutionem non petierit. verum reprobatur *l. vlt. C.in quibus causis in integrum restitutio non est necess.* Altera est: Nisi triginta vel quadraginta annorum præscriptio obijciatur; aduersus hanc enim proposita exceptio non prodest. *d.l.vlt.Concordat l.sicut.3.§. nam cum ad eos.C.de præscript.30.ann.M.I.R.d.exc.11. repl.1.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi actor minor sit quatuordecim annis; hoc enim casu nec triginta annorum præscriptio illi currit. *d.l.3. ibi.sed pupillari ætate duntaxat. Concordat l.cum notißimi.7.in prin.ibi.aut si ætas impubes.C.eod.tt. M.I.R.d. repl.1.dupl.1.* Tertia replicatio est; Nisi actio pœnalis sit, vel accusatio criminalis. *l. auxilium. 37.in pr.ff.de minorib.25 annis.*

XIII. Exceptio; Nisi propter ignorantiam actor non egerit. approbatur exemplo *Nou. const. 119.§.cæterum.M.I.R.d.reg.4.exc.13.* Huius replicatio est; Nisi triginta annorum præscriptio obijciatur. *d.§.cæterum.Concordat l.sicut.3.in fin.C.de præscript.30.annor.M.I.R.d.exc.13.repl.1.*

XIV. Exceptio; Nisi vsuræ aliquot annis sint solutæ, vel annuum quod petitur. *l.si quis.8.§.fin. & l.cum notißimi.7.§.in his etiam. C. d.tt.M.I.R.d.reg. 4.exc.14.*

XV. Exceptio; Nisi præscriptioni sit renunciatum. *Hanc exceptionem tractant Doctores in retractu conuentionali.*

XVI. Exceptio; Nisi nouissimus dies nondum sit completus. *l.in omnibus.5.ff. de act. & oblig. Concordat l.vbi lex.101.ff.de reg.iuris M.I.R.d.reg.4. except. 18.* Huius exceptionis replicatio est in vsucapione, quæ approbatur *l.in vsucapione.15.in pr.ff. de diuers.temp.præscript. Concordat l.in vsucapionibus.6.ff. de vsucap.*

XVII. Exceptio; Nisi die intercalari computato tempus nondum sit finitum, reprobatur *l.2. ff.de diuersis temp.præscript.*

XVIII. Exceptio; Nisi reus intra tempus actoris negotia gesserit. *l.si negocia.31.ff. mandati. l.si autem.7.in prin.ff.de negotijs gestis. l. & qui natura.18.in prin.ibi, sicut iu.ff.d.tt.item l.tutor.69. in prin. ff.de fideiussorib.* Huius replicatio est: Nisi gestor ignorans se debere rē præscripserit, vel vsuceperit. *d.l.1.8.§. si cum me.ff.de negotiis gestis.* Hactenus propositę regulæ exceptiones sunt enumeratæ, quarum tamen plures licet colligere ex duplicationib. sequentibus. Nam duplicationes istæ hic exceptionum quoque loco poni possunt.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane iam dictarum exceptionum replicatio generalis est: Nisi quadraginta anni excesserint, tunc enim excluditur actio, dictis exceptionib. non obstantib. *l.omnes.4. C. de præscript. 30. vel 40. annor.M.I.P.lib.5.c.6.reg.21.repl.gener.1.M.I.R.d. reg. 4.in fin.repl.gener.1.* Huius replicationis generalis exemplū proponitur *supr.exc.5.repl.4.* Aliud *l.vlt. in fin. C. in quib.causis in integr. restitutio necess.non est.* Duplicatio autē propositæ replicationis prima est: Nisi Ecclesia agat. Huic enim iure antiquo nō nisi centum annorum præscriptio obstabat, quod tamen ius alio iure nouo postea mutatum est, & proposita duplicatio reprobata. *de qua re vide supr. lib.3. cap. 6. de priuilegiis Ecclesiæ, reg 4.* Altera duplicatio est: Nisi tributum vel functio publica petatur. *l.competit. 6. C. de præscript.30.annor.M.I.P.d.replic.gener,1.duplic,3.* Tertia: Nisi curialis suæ curiæ vindicetur. *l.præscriptionem. 5. C.d. tt.* Quarta: Nisi ciuitati donatum quid vel testamento relictum petatur. *l.vt inter.19.ibi,nec non iuri ciuitatum. C. de sacrosanctis Eccl.sitis. M.I.R. d.replic. gener.1.dupl.1.* Quinta: Nisi reus qui præscriptione vtitur, rem ex causa conductionis vel procuratoris nomine possideat. *l.2 C.de præscript.30.annor.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi dubitetur, vtrum in perpetuum, an ad tempus res fuerit conducta, tunc enim per quadraginta annorum possessionem præsumitur emphyteusis, seu in perpetuum locatio facta. *approbatur argumento l.comperit. 6.§. ideoque iubemus, C. de præscript. 30.annor. Concordat l.vlt.C. de fundis patrimonialib. lib. 11.item l.iuis emphyteuticii.11.C.d.tt.* Sex a duplicatio est: Nisi cum actor aduersario absente, infante vel furioso constituto, experiundi potestatem non haberet, de eo coram præside, vel Episcopo, vel testib. solenniter sit protestatus. *l.2.§. fin autē abfuerit, in fin. C.de annali exc.* Septima; Nisi nondū agere potuit actor, ex eo enim tempore quadraginta annorum præscriptio non computatur. *l. cum notißimi.7.§.illud autem.C.de præscript.30.annor.* Octaua: Nisi vsuræ aliquanto tempore solutæ sunt, illud enim tempus in quadraginta annorum præscriptione non computatur. *l.si quis.8.§. fin.C.d.tt.* Nona: Nisi actione pignoraticia ad reddendum pignus agatur. Hæc duplicatio approbatur iure cōsuetudinario magis quam iure scripto, *de quo dictum supr. exc.4.* Hactenus quamdiu competat actio, & de temporalibus præscriptionib. earumq; exceptionib. dictum est, de quibus vide plura *supr.lib.7.c.8.cum sequentibus.*

DE RELIQVO ACTIONUM iure.

I. Regula, De actionibus & illud notandum, quod cumulatio actionum regulariter fit prohibita. *l.singulis.6. D. de except. rei iudicatæ.l.nemo ex iis. 43.§.fin.D.de reg.iuris.item l.plura.52. D. de action. & obligat.M.I.R lib.5. cap.1. reg.87.* Huius regulæ exceptio est; Nisi ob factum rei conuenti incertum sit quæ potius competat actio, tunc enim plures cumulari possunt, approbatur, simul & exemplo declaratur *l.1.§.qui autem nonnunquam. D. quorum legatorum.M.I.R.d.reg.87.exc.1.*

II. Regula, Nemo inuitus agere cogitur. *l.vnica.C.vt nemo inuitus. l.creditor.20. C. de pignorib. item l.pupillus.4. C. de vsuris pupillarib. M.I.R. d.c.1. reg.91.* 91. Huius regulę exceptio prima est; Nisi quis ab aliquo diffametur, quasi debitor illius sit, vel res eius abstulerit, hoc enim casu diffamatus diffamantem iure cogere potest, vt aut actionem, quā se habere dicit, in iudicio proponat, aut à diffamādo cesset, approbatur exemplo *l.diffamari.5.C. de ingenuis manumißis. M.I.R. d.reg.91.exc.1.* Altera exceptio est; Nisi quis proposita in iudicio actione, & reo aliquandiu sumptib. litis vexato, desistat, tunc enim petente reo actionem prosequi tenetur. *Nouell.c.112.§.porro cum omnes. & §. priuilegio.* Hactenus de obligationibus & actionibus in genere actum est. Plane antecedentia & adiuncta actionis vide *sup.lib.2.c.1.quæst.5.*

DE PACTIS CONVENTIS, ET PRIMUM quid & quotuplicia sint.

CAP. XIV.

PACti conuentis definitio proponitur *l.1.D. de pactis. & l.pactum.3. Dig.de pollicitationibus.M.I.P. lib.5. cap.11. Pactum.* Sane pactum & conuentio parum inter se differre videntur, cum vtrumque sit consensus duorum pluriumve in idem ad dandum, vel faciendum, vel præstandum quid alteri ab altero, aut ad non dandum, vel non faciendum, vel non præstandum. *l.obligationum.3. in princ.D.de actionib. & obligationib.* Quod quidem de pacto generaliter sumpto intelligendum est, nam speciali significatione pactum dicitur tantum nudum illud pactum, vtputa cum dicimus, ex pacto actionem non dari. *de quo infr.suo loco tractabitur.* Quidquid igitur de pacto in posterum dicetur, de conuentionibus quoque & contractibus erit intelligendum, nec enim separatam tractationem requirunt.

DE DIVISIONIBVS ET SPECIEBUS pacti conuenti.

I. Diuisio conuentionis est, Quod alia nominata sit, alia innominata, *quæ proponitur l.1.§.fin.D. de pactis. Concordat l.iuris gent.7.in prin.D.d.tt.*

II. Diuisio pactorum est, Quod alia sint publica, alia priuata, quæ proponitur simul & declaratur *l.conuentionum.5.D.de pactis.* Plane quod ibi Vlpianus trimembrem diuisionem facit, cōtra legem diuisioni ab eo factum esse constat, cum legitima & iuris gentium conuentio sub priuata conuentione (*vt ipse Vlpianus ait*) comprehendatur. Similis iuris diuisio proposita est *supr.lib.cap.4.diuis.1.*

III. Diuisio est, quod alia pacta legitima sint, alia iuris gentium. *d.l.5.* Definitio legitima conuentionis proponitur *l.legitima.6.D.eod.tt.* Huius generis sunt verborum obligatio, cōtractus emphyteuticus, & similes, quæ meo iure ciuili subsistunt. Sed & si qua cōuentio ex iure gentiū originem trahat, iure autem ciuili comprobetur, eoque nomine introducta sit actio, legitima con-

conuentio dici poteſt: *quemadmodum ex d.l.6.ver. & ideo,patet. Cui concordat Inſtit. de obligat.§.ciuiles.* Cum itaque duplex ius ſit,gentium &ciuile,cõuentio quæ iure tantum gentium ſubſiſtit,nullo iure ciuili adiuta, naturalis obligatio dicitur. *de qua ſup.cap.1.diuiſ.1.* Aliæ autem ciuiles ſeu legitimæ omnes.

IV. Diuiſio eſt, quod alia conuentio actionẽ pariat, alia exceptionem tantum. *l. iuris gentium. 7.in princ.ff.de pactis.* De conuentione quæ tantum exceptionem parit,dicetur *infr.cap.prox.excep.11.* ſed & de ea dictum *ſupr.cap.1.*

V. Diuiſio eſt, quod pactum aliud ſit reale, aliud perſonale, approbatur ſimul & declaratur *d.l.7.§.pactorum autem. & l. tale pactum, 40. in princip.ff.d.tt.*

VI. Diuiſio eſt, quod alia pacta expreſſa ſint, alia tacite inſint. *l.2.ff.de pactis. M.I.R.lib.5.ca.3.reg.* 4.Igitur conuentionum aliæ expreſſæ ſunt,aliæ tacitæ, quæ ſcilicet ſine verbis tacito fiunt conſenſu, cum ſcil. quid præſumitur inter aliquos conueniſſe, quod tamen nominatim non eſt expreſſum. Cuius generis ſpecies hæ ſunt. Prima: Si debitori meo reddiderim cautionem,videtur inter nos conueniſſe ne peterem, cõuentioniſq; exceptio ei proderit.*d.l.2.* Huius ſpeciei exceptio eſt: Niſi pignus debitori redditum ſit,hoc enim caſu,quamuis pignus etiam cautio ſit,nõ tamen debitum remiſſum videtur.*l.poſt pignus.3.ff.eod.tt. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſupr. lib.14.c.9.quæſt.* 4.*reg.2.* Secunda tacitæ conuentionis ſpecies,de inuectis & illatis in prædium vrbanum, proponitur*l.item quia.4.in pr.ff.de pactis.* Plura de hac ſpecie vide *infr.lib.17.c.10.q.4.* Tertia ſpecies eſt, ſtipulatio dotis cauſa facta, nuptiis enim non ſecutis,tacite cõuentum videtur, vt ipſo iure euaneſcat ſtipulatio. *d. l. 4. §. huius rei.* Quarta ſpecies proponitur *d.l.4.§.fin.* ad quam intelligẽdam vide *infr.lib.prox.c.7.reg.5.* Quinta ſpecies proponitur *l.qui in futurum.56.in pr.ff.de pactis.* Qui enim in futurũ vſuras à debitore acceperit, tacite pactus videtur,ne intra id tẽpus ſortem petat. Sexta ſpecies, de acceptilatione inutili,taciti pacti de non petendo vim habentis, proponitur *l.ſi vnus.27.§. ſi acceptilatio.ff.de pactis.* Septima: Venditor hæreditatis taciti pacti exceptione, ne aduerſus ſe ageretur,defenditur, ſi creditores contra emptores actiones ſuas inſtituerint,*l.2.C.de pactis.* Octaua ſpecies eſt: Si quis id quod ſibi debetur,ab alio ſibi dari ſit ſtipulatus, hoc enim caſu prior debitor exceptione pacti conuenti defenditur, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. in perſona.30. §.qui pecuniam.ff.de pactis.* Hæc de ſexta pactorum diuiſione.

VII. Diuiſio eſt, quod conuentiones aut re fiunt, aut verbis, aut literis, aut conſenſu,*de qua vide ſupr.cap.1.diuiſ.4.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS pacta & contractus.

CAP. XVI.

REgulariter quidem pacta ſeruanda ſunt,&ex contractu tam obligatio quam actio naſcitur, *quæ regula cùm conſtat per ea quæ propoſita ſunt ſup. c.1.diuiſ.3. & 4. tum approbatur etiam edicto prætoris,l. iuris gent.7.§.prætor ait.ff.de pactis.* Cuius ratio proponitur *l.1.in prin.ff.d.tt. Concordat l. ſicut.5.C.de act. & oblig.item l.eo quod.10.ibi,nam ſi pro.C.ſi certum petatur. M.I.P.lib.5.c.7.reg.1.in pr. M.I.R. lib.5.c.3.reg.5. in princ.* Exemplum proponitur *l.ſi paſcenda.9.C.de pactis.* Huius regulæ exceptiones plures ſunt, partim ex perſonis paciſcentium,partim ex re in pactum deducta deſumptæ, partim ex cauſa & modo pactionis, partim ex aliis circumſtantiis, nunc ordine proponendæ.

I. Exceptio: Niſi cum pupillo pactum factum ſit,approbatur ſimul & diſtinguitur *ſupr.c.2.exc.1.item infr.lib.prox.c.3.exc.6.*

II. Exceptio: Niſi cum furioſo pactum factum ſit,approbatur ſimul & diſtinguitur *ſupr.d.c.2.except.2.*

III. Exceptio: Niſi cum mortuo vel ſurdo pactum factum ſit,reprobatur *l.item quia.4.§.1.ff.de pactis.l.vbi nõ.166.in pr.ff.de reg.iuris.item l. in quibuſcunq;.47.ff.de act.& oblig. M.I.R.d.reg.5.exc.1.* Plane exceptio hæc in verborum obligatione admittitur.*de qua re infra ſuo loco dicetur.*

IV. Exceptio: Niſi cum filiofamilias pactum factum ſit,reprobatur *ſupr.cap.2.except.4. M.I.R.d. reg.5.except.4.*

V. Exceptio: Niſi cum ſeruo pactum factum ſit,approbatur ſimul & diſtinguitur *d.cap.2.exc.3. Concordat l.ſeruus.3.C.de pactis.l.qui Romæ.122.§. Callimachus.ff.de verb.oblig.item l.melior.175.ff.de reg.iur.* Huius exceptionis replicatio etiam hæc eſt: Niſi per pactum ſerui melior domini conditio efficiatur. Nam hoc caſu ei qui cum ſeruo pactum fecit, propoſita exceptio non datur.*quæ replicatio legib.iam allegat. approbatur.* Item alia replicatio eſt: Nam domini pecuniam credendo ſeruus pactus ſit.*l.ſi autem dominicam.29.ff.de pactis.*

VI. Exceptio: Niſi inter dominum & ſeruum pactum ſit factum, approbatur ſimul & diſtinguitur *ſupr.c.2.except.6.*

VII. Exceptio: Niſi inter patrem & filiumfamilias pactum ſit factum, approbatur ſimul & diſtinguitur *ſupr.d.c.2.exc.5.*

VIII. Exceptio: Niſi non contrahendi animo ſit factum,approbatur *ſupr.d.c.2.exc.7.*

IX. Exceptio: Niſi non vtriuſque conſenſu factum ſit.*l.in omnibus.54.ff.de act. & oblig. Concordat l.1.§.adeo autem.ff.de pactis.*

X. Exceptio: Niſi ſine verbis conuenerit,reprobatur *l.oblig.51.§.fin.ff.de act.& oblig.l.ſi ſtipuler. 35.§.fin.ff.de verb.oblig.item l.2.in pr.ff.de pactis.* Plane admittitur in verborum obligatione,*de qua re ſup. lib.prox.c.3.exc.22 repl.1.*

XI. Exceptio: Niſi ſcriptura non interuenerit,reprobatur *l.pen.ff.de fide inſtrum.l.contrahitur.4. in fin.ff.de pignorib.item l.in re.4.ff. de fide inſtrum. l.pactum.17.C.de pactis.l.cum proponas.21.in pr.C.eod.tt.l. cum te.5.C.de tranſactionib.l.inſtrum.9.C.de fide inſtru. l.cum inſtrum.10.l.non idcirco.12.C.eod.tt.item l.etſi.3. C.de fide inſtrum.& iure haſtæ. Nou.c.73.§. verũ enimuero.item §.atq; hæc de.* Plane admittitur exceptio propoſita,ſi ab initio conuenit, vt contractus in ſcriptis celebraretur,hoc enim caſu, niſi ſcriptura rite interuenerit,nihil valet quod actum eſt. *l. contractus,16.C.de fide inſtru. Concordat Inſt.de empt. & vendit.§.in iis autem.M.I.R.d.reg.5.exc.12.*

XII. Exceptio: Niſi pactum nudum ſit.*l.iuris gentium.7.§.ſed cum nulla.ff.de pactis.l.legẽ.10.C.d.tt. l.dotale prædium.15.ff. de fundo dotali.l.1.C. de pactis conuentis ſuper dote.l.nuda.5.in pr. C.de contrah.ſtipul. item l.ſi tibi.27.C. de locato & conducto. M.I.P. d.reg.1. exc.1. M.I.R.d.reg.5. except.15.* Nudam pactionem vocant Iuriſconſulti conuentionem innominatam, ſolo conſenſu ſine rei traditione & ſine ſtipulatione factam, cuius exemplum in permutatione proponitur *l.1.§. item emptio. ff. de rerum permut.* Aliud *l.diuiſionis.45.ff.de pactis. Concordat l.cum proponas.21.ibi, quod ſi aduerſarius. C. eod. tt. M.I.R.d. except.15.* Eſt igitur propoſitæ exceptionis prima replicatio. Niſi contractus ſit nominatus, ſeu pactum nominatum, hoc enim nudum non dicitur,actionemque parit.*d.l.7.in princ.M.I.R.d.except.15.repl.2.* Altera replicatio eſt; Niſi rei traditio vel factum aliud præter conuentionem interuenerit,vt res non amplius ſit integra. *d.l.7.§. ſed etſi in alium.l in traditionibus.48.ff.d.tt.l.legem.10. C.de pactis. Concordat iiſdem verbis l.1. C. de pactis conuentis tam ſuper dote.l.vlt. C. de rerum permutat,item l. ſi dominus. 8. in fin.ff. præſcriptis verbis. M.I.R.d.except. 15.repl.3.* Tertia replicatio eſt: Niſi ſtipulatio interuenerit, vel ſubſecuta ſit pactum. *l.petens.27. C.de pactis.l.ſi certis.28.in fin. C.eod.tt.l.3. C. de rerum permutation. l. nuda. 5. C. de contrah. & committ. ſtipulat.item.l.ſcire debuiſti. 6. C. d.tt.M.I.R. d. except.15. replic.1.* Huius replicationis duplicatio prima eſt: Niſi non ſtipulandi animo ſtipulatio ſit ſubiecta.*l.iuris gentium.7.§. quod fere.ff. de pactis.* Altera: Niſi ſtipulatio ſit inutilis, hæc enim nudi pacti vim habet,*per ea quæ habentur infr.lib.prox.cap.2. reg.8. except.1. & lib.24.cap.11. quæſt.5. in fin. replic. gener.1.* Quarta replicatio eſt: Niſi pactum bonæ fidei iudicio inſit.*d.l.7.§. quinimo. M.I.P.d. except. 1.repl.1.& d.lib.5.cap.12.reg.31.M.I.R.d.exc.15.repl.4.* Huius duplicatio prima eſt: Niſi non in continenti, ſed ex interuallo pactum ſecutum ſit, approbatur ſimul & exemplis declaratur *d. §. quinimo. Concordat l.in bonæ fidei.13.C.de pactis.* Plane huius duplicationis triplicatio prima eſt: Niſi poſtea aliquid conuenerit, quod etiam ex natura cõtractus vel actionis debetur, tunc enim pactum ad agendum prodeſt etiam ex interuallo appoſitum. *quæ elici poteſt ex d.§. quinimo. verſ. item reſponſum.* Sed & approbatur exemplo *l.ſi vnus.27.§. quod & in ſpecie. ff. de pactis.* Altera triplicatio eſt, quod quãuis pactum ex interuallo adpoſitũ ad agendum non proſit,ad excipiendum tamẽ prodeſt. *d.l.7.§.ſed ex parte. Concordat huic triplicationi infr.repl.7.item l.pact.72.in princ,verſ. item vires habebit.ff.de contrahend.empt.* Tertia triplicatio eſt: Niſi re adhuc integra pactum ex interuallo factum ſit.*d.l.7.§.adeo autem. Concordat l.pacta.72.in princ. ibi,an idem dici.ff.de contrah. empt.* Quarta triplicatio: Niſi pactum ex interuallo adpoſitum detrahat, non adiiciat aliquid priori contractui. *d.l. 72.in princ.* Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio eſt: Niſi de pœna præſtanda ſine ſtipulatione conuenerit, approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſeruus.7.ff. de ſeruis export.andis.* Tertia duplicatio: Niſi de vſuris præſtandis ſine ſtipulatione conuenerit, approbatur ſimul & diſtinguitur *l.Titius.26.& reſpondi.ff. de præſcriptis verbis.l. quamuis.3.cum ſua gloſſa.C.de vſuris. M.I.R. d. replic.4. dupl.2.* Quarta duplicatio videtur; Niſi non bonæ fidei, ſed ſtricti iuris iudicio pactum inſit, reprobatur exemplo *l.lecta.40.ibi,quamuis ſententia diuerſa.ff.ſi certum petatur.* Hæc de quarta replicatione, eiuſq; duplicationib. ſint dicta. Quinta replicatio eſt; Niſi pactum aliqua lege adiuuetur.*lege legitima.6.ff.de pactis. M.I.R. d. exc.5.replic.5.* Huius legis exemplum eſt pactum donationis, ex quo tanquam ex pacto nudo & contractu innominato olim quidem non dabatur actio, donec Imp. Iuſtinian. *l. ſi quis argentum.35.§.ſed ſiquidem hoc minime. C. de donationib.* eo nomine actionem introduxerit.*M.I.R.d.repl.5.* Sexta replicatio eſt; Niſi aliquot annis, quod nudo pacto conuenerat,ſit ſolutum,reprobatur *l.ſi certis.28.C.de pactis.M.I.R.d.exc.15.repl.13.* Septima replicatio eſt, quod quamuis ex nudo pacto nõ naſcatur actio, exceptio tamen ex eo detur, ideoq; ſolutum repeti non poſſit.*l.iuris gentium.7.§.ſed cum nulla.ff.de pactis. M.I.R.d.exc.15.repl.15.* Huius replicationis rationem vide *ſupr. cap.1. de naturali obligat.* Eius exemplum proponitur *l ſi intra.41.ff.de pactis.* Igitur quod quis actione conſequi non poteſt, retinet exceptione, ſed & conſequitur per replicationem,*vt l.ſiue.28.C.de tranſactionibus.* Hæc de duodecima exceptione.

XIII. Exceptio: Niſi ſine cauſa conuentio facta ſit,item: Niſi cauſa conuentionis non ſubſiſtat,vel ſecuta non ſit.*l.2.§. circa.ff. de doli mali exc. M.I.R.d.reg.5.exc.16.*

XIV. Exceptio: Niſi dolo malo pactum ſiue conuentio facta ſit. *Hæc exceptio elicitur ex verbis edict.ſupr.eod.cap.in princip.allegatis. Concordat Inſtitut. de except.§.1.l.ſi quis.36. Digeſt. de verborum obligationib item l.dolo.5.C.de inutilib.ſtipulationib.* Declaratur definitione doli mali, *l. iuris gentium.7.§.de dolo malo.ff.de pactis.* Exemplum proponitur *l.cum poſtea.8.C.de pactis.* Aliud *l.aduerſus.3.C.de exceptionibus.* Huius exceptionis replicatio prima eſſe videtur: Niſi non in ipſo pacto, ſed poſtea dolus interuenerit. Sed reprobatur *d.l.7.§. dolo malo, in fin.* Plures replicationes vide *alibi in exceptione generali doli mali.*

XV. Exceptio: Niſi errore interueniente pactum factum ſit *l.in omnib. 56.ff. de actionib. & obligat.Inſtitut.de exceptionibus.§.1.l. nihil conſenſui. 116. §.fin.ff.de reg.iuris.l.ſi per errorem.15 ff de iuriſdict. l.in totum.76.ff.de reg.iuris.l 2.ff.de in integr.reſtit.* Exemplum proponitur *l. in perſona.30.§. qui pecuniam, in fin.ff.de pactis.* Aliud *l.ſi cum 51.ff. eod.tt.* Aliud *l. epiſtola.52.in princip.ff. d.tt.* Alia exempla proponuntur *l.ſi ego.18 ff.ſi certum petatur.* Huius replicationem vide *infr lib.17.cap.11 except.21.* Plura de hac except.tractabimus *infr.lib.24.c.2.item inf.lib. prox.cap.3.exc.26.*

XVI. Exceptio: Niſi vi metuſve cauſa pactum factum ſit. *l.1.in princip.ff. quod metus cauſa.* Huius ratio proponitur *l. nihil conſenſui.116.in princip. ff. de reg.iuris. Inſtit. de except §.1.l.dolo.5.C.de inutilibus ſtipulat.item l.ſi quidem. 9. C. de contrah. ſtipulat. M.I.P.lib.5.cap.7.reg.1.except.2. M.I.R.d.reg.5. except.12.* Huius exceptionis replicatio prima eſt; Niſi filius propter metum ſibi à parente incuſſum pactus ſit.*l.apud Celſum.4.§ fin.ff.de doli mali & metus except. Concordat l.licet.7.in princ ff. de obſequiis à liberis.* Cuius duplicatio prima eſt; Niſi filius ſe parentis hæreditate abſtinuerit.*d.§.fin.* Altera duplicatio eſt; Niſi filius ſit ſui iuris. *elicitur ex d.§. fin.*

fin.ibi. in cuius potestate fuerit. Secunda replicatio est: Nisi vanus timor fuerit. *l.vani.*144.*ff de reg. iuris.* Tertia: Nisi reus actione Quod vi metusve causa, egerit, & quadruplum sit consecutus. *l. item si* 14.*§.sed etsi quis per vim. Digest. quod vi metusve causa.* Quarta replicatio, sumpta ex persona eius qui metum intulit, reprobatur *l. apud Celsum.* 4. *§.metus causa. Digest. de doli mali except.* Quinta: Nisi metu accusationis institutæ vel futuræ pactus sit. *l.si quidem.*9. *C. de contrahend.stipulat. Concordat l.accusationis.* 10. *C. de his quæ vi metusve causa.* Plures huius exceptionis replicationes vide *infr.lib.* 25.*cap.*2.*quæst.*3.

XVII. Exceptio: Nisi aduersus leges, vel in fraudem legum pactio sit facta. *Hæc exceptio approbatur verbis edicti supr.hoc cap.in princ.allegatis. Concordat d.l.*7.*§. & generaliter. ff. de pactis l.nec ex prætorio.*27. *de regul.iuris. l.pacta.* 6. *C. de pactis. item l.non dubium est.*5.*ibi. nullum enim pactum. C. de legibus. M.I.P.d.reg.*1.*except.*3.*M.I.R.d.reg.*5.*excep.*17. Quid autem sit aduersus leges, & in fraudem legum pacisci, vide *supr.lib* 1.*cap.*2.*quæst.*10. Sane pactum contra leges duplici modo sumitur, primo quidem pro eo pacto, quod specialiter ac nominatim legibus prohibitum est, vt pacta mercatorum. *l.* 1. *C. de monopoliis.* Pactum de patrocinio hominib. rusticanis præstãdo, *l.*1. *C.vt nemo ad suum patrocinium.* Pactũ pupilli sine tutoris authoritate paciscentis, *l.cõtra iuris.*28.*in pr.ff.de pactis.* Hac priore significatione pacto contra leges sumpto, exceptio proposita generalis est, tam præcedentes, quam sequentes exceptiones contra pacta sub se cõtinens. Altero aũt modo pactũ contra leges factũ dicitur, cum non tam ipsum pactũ, quam res quę in pactum deducta est, specialiter ac nominatim legib. est prohibita, veluti furtũ, rapina, homicidium. Nam hæ res per se specialiter ac nominatim legibus prohibentur. Si contra istas leges, vt scil. furtum, rapina vel homicidium fiat, paciscamur, illud pactum proposita exceptione generaliter infirmatur, etiamsi specialiter aliqua lege pactum prohibitum non esset. Proinde huius exceptionis species seu exemplũ proponitur *l. iuris gent.*7.*§.sivt maleficium.ff.de pactis.* Huius etiam generis pactũ est, si cum lex aliquid fieri iubeat, contra paciscamur ne fiat, vtputa lex iubet in deposito dolum præstari, *l.contractus.*23.*ff.de reg.iuris.* Si itaq; is qui rem suam deponit & depositarius paciscantur, ne dolus in eo deposito præstetur, contra leges pactum est, ideoque non obligatorium *d.l.*23.*ibi,except.eo.* Sane in hac posteriore significatione pacto contra leges accepto, propositæ exceptioni concordat etam *l. ius public.* 39.*ff. de pactis l.inter.* 42.*ff.eod.tt.l.neq; pignus.* 45. *in fin.ff.de reg.iuris.l.quos prohibet.*7.*ff.de postulando. l. si vnus.*27. *§.pacta.ff.de pactis.* Huius exceptionis, pacto contra leges facto posteriore significatione sumpto, replicatio est: Nisi pactum aduersus leges factũ, ad rem priuatam tantum & familiarem, non ad publicam læsionẽ spectet. *d.§.pacta l. iuris gent.* 7.*§.si paciscar.ff.de pactis.M.I.R.d.exc.*17.*repl.*2. Huius replicationis ratio proponitur *l.si quis.* 29. *ibi, cum alia. C. d.tt. Concordat l.pactum.*46.*in fin.ff.d.tt.* Exemplum etiam proponitur *l.paciſci.* 31.*ff.de pactis.* Aliud *d.l.*46. Itẽ aliud *l.si quis.*49.*ff.d.tt.* Aliud item exemplum proponitur de eo, si exceptioni sit renunciatum. *l.sed & si* 4.*§.quæsitum.ff.si quis cautionib.* Proinde si quis fori præscriptioni renunciauerit, pactum valet. *De quo sup.*1.*lib.c.*2.*quæst.*1.*in fin.repl.gener.* 14. *Huc etiam pertinet l. nec ex prætorio.* 27.*ff.de reg.iuris.l.in emptionibus.*43.*ff. de pactis. l. contractus.*23.*ibi,sed hæc ita.ff.de reg.iuris. Concordant denig; ea quæ proponuntur inf.lib.*25.*c.vlt.in verbo Renunciare.* Plane huius replicationis duplicatio prima est: Nisi conuenerit, ne dolus præstetur, quoniã enim hæc conuentio ad rem priuatam, non ad publicam læsionem respicere videatur, tamen non valet. *l.si vnus.*27.*§.illud. ff. de pactis. l.contractus.* 23.*ibi,excepto eo.ff.de reg.iuris. l.*1.*§. illud non. ff. depositi. item l.in commodato.*17.*in pr.ff. commodati. M.I.R.d. repl.*2.*dupl.*1. vbi etiam distinguitur. Altera duplicatio est: Nisi conuenerit, ne furti vel iniuriarum agatur, si furtum vel iniuria fiat. *l.si vnus.*27.*§. pacta.ff.de pactis.* Huius tamẽ triplicatio est: Nisi post non ante furtum vel iniuriam factam ita conuenerit. *d.§.pacta.* Tertia duplicatio est: Nisi ad incommodum tertij pactum pertineat; tũc enim, quamuis non ad publicam læsionem pertineat, in præiudicium tamen tertij pactum non valet. *De qua re vide infr.c.*17. *aduersus quos?* Hæc de decimaseptima exceptione.

XVIII. Exceptio: Nisi aduersus bonos mores pactum factum sit, item, nisi de futura successione conuenerit. *l.ex eo.*4.*C.de inutilib.stipulat. Concordat l.pacta.* 6. *C. de pactis.* Exemplum huius exceptionis est, si de futura successione pactum fiat. *Quod proponitur d.l.*4. De quo plura vide *supr. lib.*9.*cap.*1.*quæst.*4.*causa* 6. Sed & concordat huic exemplo *l.pactum,* 3. *C. de collationib. d. M.I.R. reg.*5. *except.*23.° Plane huius speciei replicatio est: Nisi cum alter alteri hæreditatem per fideicommissum restituere esset rogatus, fideicommissum illud per pactũ sit remissum. *l. cum proponas.* 16. *C. de pactis. Concordat l. de fideicommisso.*11. *C. de transactionibus.M.I.R.lib.*4.*cap.*10.*regul.*13.*except.*2. Sed & plures propositæ speciei replicationes vide *supr. causa* 6. Aliud propositæ exceptionis exemplum seu species est *infr.except.prox.* Sed & plura de ea vide *infr.except.*39.

XIX. Exceptio: Nisi de quota litis (vt vocant) pactum factum sit *l. sumptus.* 53. *ff.de pactis.l.litem.* 15.*C.de procuratorib. l.si contra.* 20. *C.mandati. item l. salarium.*7.*ff.mandati.* Plura de exceptione proposita vide *supr.lib.*2.*c.*4.*de aduocatis,quæst.*5.*reg.*5. *item supr.c.*4.*reg.*6.*exc.*2.*repl.*4.

XX. Exceptio: Nisi conuenerit, ne dolus malus præstetur. De hac exceptione cum aliis similib. vide *supr. exc.*17.*repl.*1.*dupl.*1.*cum sequentib.*

XXI. Exceptio: Nisi conuenerit, ne quis re sua vt velit, vti possit. *l.penult. Dig.de pactis. Concordat l.quoties.*15.*in princip. Dig. de seruitut. M.I.R. lib.*5. *cap.*3.*regul.*5.*except.*24. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in ipsa rei traditione inter tradentem & eum cui traditur, conuenerit. *l. vlt. C. de pactis inter emptor. & venditor. Concordat l.in traditionib.* 48.*ff. de pactis.* Exemplum proponitur *l.ita quis.*135.*§.ea lege.Dig.de verb.obligat.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi pœnalis stipulatio pacto non sit subiecta, hoc enim casu, cum nihil intersit actoris, actio ei non datur. *l. quod si* 11.*ff.de religiosis. Concordat l.seruus.*7.*ff.de seruis exportandis.* Altera replicatio est: Nisi intersit paciscentis, ne alter re sua vt velit vtatur, approbatur exemplo *l.* 1. *§.si quis hoc.Dig.de aqua quotid.l. quoties.*15.*in pr.ibi,aliter atque. ff.de seruit.* Item alio exemplo *l.si creditor.*7.*§.fin. ff. de distract. pignorum. M.I.R.d.exc.*24.*repl.*1.

XXII. Exceptio: Nisi decem mutuo datis, conuenit vt viginti debeantur. *l.si tibi.*17. *in princ. ff.de pactis. Concordat l.rogasti.* 11. *§. si tibi decem. ff.si certum petatur.*

XXIII. Exceptio: Nisi impossibile quid in pactum sit deductum. *l.impossibilium.*145.*ff.de reg. iuris.l.verum est.*31.*item l.ea quæ.*177. *ff. d.tt. l. si stipuler.*35.*in princ.ff.de verb.obligat. item l.* 1.*§.si id quod.ff. de act.& obligat.M.I.P.lib.*5.*cap.*7.*reg.*1.*except.*6. Exemplum proponitur *l. non moriturum.* 8. *C. de contrahend.stipulat.* Aliud *l.ius autem adgnationis.*34.*ff. de pactis.* Item aliud *inst.de verb.obligat.§.loca etiam, in fin. Concordat l.*2.*§. qui ita,in fin.ff.de eo quod certo loco.* Plane propositæ exceptionis in casu iam dicto replicatio est: Nisi tam stipulator quam promissor suo, quem Carthagini habet, dispensatori antea mandauit, hic quidem vt daret, ille verò vt acciperet. *l.vlt. §. si inter eos. ff. de verborum obligationib.* Altera replicatio est: Nisi per promissorem steterit, quo minus facere possit. *l.si stipuler.* 35.*in prin.ff.d.tt.* Tertia: Nisi alij sit possibile. *l.continuus.*137.*§.si ab eo. ff.d.tt.* Quarta: Nisi pœnalis stipulatio impossibile quid contineat, per hoc enim principalis stipulatio non vitiatur. *l.si ita* 126.*§.fin.& i.si ita.*97.*in prin.ff.eod.tt.* Quinta: Nisi tale sit pactum: Ne facias furem, vel fugitiuum seruum meum. *l.non impossibile.*50.*ff.de pactis.* Sexta: Nisi tale sit pactum: Seruum sanum esse, furem non esse. *l.si ita.*31 *ff.de euictione.*

XXIV. Exceptio: Nisi factum alienum in pactum sit deductum. *l.stipulatio ista.* 38. *in princip.ff. de verbor. obligat. l.inter stipulantem.* 83. *in princ.ff.eod. tt. Instit.de inutilibus stipulat.* §. *si quis alium.& §.versa vice. item l. sicut reus.* 66. *ff. de fideiussoribus. M.I.R.d. reg.*5.*except.*31. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi insuper pœna promittatur, si alius non dederit vel fecerit, hæc enim pœnalis stipulatio valet. *d.* §. *versa vice. d.l.*38.*§.at si quis velit. & §.si quis dolum. M.I.R. d.except.*31.*repl.*1. Secunda replicatio est: Nisi quis promittat se effecturum vel curaturum, vt alius det vel faciat. *Institut.d.§. si quis alium. Concordat l. inter stipulantem.* 83.*§.*1.*ff. de verb.obligat.M.I.R.d.except.*31.*replic.*2. Tertia: Nisi alium sisti promittat. *l.quoties.*81. *in princip.Dig. de verbor. obligat. & l. stipulatio ista.* 38.*§.penult. Dig. eod.tt.* Quarta: Nisi dolum malum abesse abfuturumque esse promiserit, vel quid simile. *d.l.*83. *§.*1.*Concordat l.illa stipulatio.* 67. *in prin. Digest.eod.tt.* Plura de replicatione proposita vide *infr.lib.prox. cap.*4.*exc.*1.*repl.*2.

XXV. Exceptio: Nisi dolum malum abesse vel abfuturum esse spoponderit, itẽ, rem habere vel possidere licere, item, per te hæredemque tuum non fieri, &c. Hæ atq; huiusmodi alię exceptiones videntur subsistere ratione exceptionis præcedentis, sed reprobantur *per ea quæ supr.repl.prox.* 4.*sunt dicta.* De quibus (vt dixi) plura vide *infr.d. exc.*1. Sed & de stipulatione rem habere licere, vide *infr.lib.prox.c.*9 *specie* 3.*Concordat l.stipulat. ista.* 83.*§.hæc quoque.ff.de verb. obligat.*

XXVI. Exceptio: Nisi alij pactum factum sit. *l. Quintus Mutius.*73.*§.fin.ff.de reg.iuris.d.l.*38.*§.alteri.l.si ita.*126.*§. Chrysogonus.ibi, per iberam.ff.eod.tt. Institut.de inutilibus stipulat.* §. *si quis alij. & §. alteri.l. quæcunque.*10.*ff.de action. & obligat. l.cum* 3.*C.de contrah.& commit.stipulat.l.vt inter.*3.*& l. si aua.*6.*C.de inutilibus stipulat.M.I.R.d. reg.*5.*except.*33. Plane propositæ exceptionis plures sunt replicationes, quarum prima est: Nisi eius qui paciscitur, intersit alteri dari. *l.stipulatio ista.*38.*§.si stipuler. ff. de verbor.obligat. Institut.de inutilib.stipulat.§.sed etsi quis stipulat.item l.vt inter.*3.*in princ.ibi, nisi sua intersit.C.de inutilib.stipul.M.I.R.d.except.*33.*repl.*1. Huius replicationis sex proponuntur exempla *Inst.d.§.sed & si quis.* Quibus quasi per inductionem iurisconsultus propositam replicationem confirmat. Septimum exemplum proponitur *l. si vnus.* 27. *§.si cum reo.ibi,quod si sine.ff de pactis.* Plura ex sequentibus replicationib. colligi possunt. Secunda replicatio est: Nisi pater filio, vel dominus seruo dari sit stipulatus. *Inst.de inutil stipulat.* §. *ei vero qui. l.dominus.*39.*ff.de verb.obligat.l.*2. *C. de contrah.stipul. item l. si ex.* 28.*si ipsi, in fin. ff. de stipulat. seruor. M.I.R. d.except.*33.*repl.*3. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi pater filio emancipato, quem in potestate non habet, stipulatus sit. *elicitur ex d.* §. *ei vero qui. M.I.R. d.replic.*3. *duplic.*1. Cuius triplicatio est: Nisi dotem quam pro filia vel nepte pater vel auus dedit, soluto matrimonio ei eiusve hæredibus suis nepotibus reddi sit stipulatus. *l. Caius.*45.*in fin.ff.soluto matrimonio. Concordat l pater.* 7.*C.de pactis conuentis tam super dote.* Altera duplicatio: Nisi in id tempus pater filio sit stipulatus, quo in eius potestate amplius futurus non est, reprobatur *l.quodcunque.*45.*§. si ita quis.ff. de verbor. obligat.* Tertia duplicatio est: Nisi pater filio id dari stipulatus sit, quod ipsi patri per filium non adquiritur. *Institut.de inutilibus stipulat.* §. *ei vero qui. Concordat l.quod dicitur.*130. *Digest. de verborum oblig.* Quinta: Nisi factum filio pater stipuletur. *Hæc duplicatio approbatur d.l.*130.*M.I.R.d.except.*33. *replic.* 3.*duplic.*7. Tertia replicatio est: Nisi filius patri, vel seruus domino stipuletur vel paciscatur. *l. stipulatio ista.* 38. *§. alteri. ibi, præterquam.& §.hi qui sunt.Digest.de verbor.obligat.item l.per quos.*58. *Dig. de pactis.M.I.R.d.except.*33.*repl.*6.*&* 8. Huius replicationis duplicatio prima videtur esse: Nisi factum patri vel domino sit stipulatus. Altera: Nisi patri vel domino sit stipulatus filius vel seruus id quod sibi stipulari non potest. Hæ duæ duplicationes reprobantur *l.quod dicitur.*130. *in fin. Dig. de verbor.oblig.* Tertia: Nisi seruus vel filius patri vel alij, in cuius potestate non est, sit stipulatus. *d.l.* 38.*M.I.R. d.replic.* 6. *duplic.*1. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi patri vel domino qui est apud hostes, stipuletur, quamuis enim in eius potestate non sit filius vel seruus, eo apud hostes existente, tamen valet stipulatio *l.species.* 11.*§.fin.ff. de acceptilat* Cuius quadruplicatio est: Nisi pater vel dominus apud hostes decesserit. *d.* §. *fin. Cui concordat l.si seruus.*18.*§.seruus.ff. de stipulat. seruorum.* Quarta duplicatio est: Nisi seruus hæreditarius hæredi futuro stipuletur, vel domino defuncto, tunc enim, quamuis hic quidem dominus stipulantis serui fuerit, ille autem postea fiat, non tamen valet stipulatio *d.l.*18.*§.seruus.ibi, quomodo si seruus.l.si vnus.*27.*§.fin.Digest.de pactis.l.eius qui.*41.*§. quod*

quod si stipulatus.ff.si certum petatur. Quinta: Nisi adoptiuo patri filius paciscatur, reprobatur. *l.stipulatio ista.38.§.suæ personæ.ff.de verbor.obligat.* Sexta: Nisi ita stipuletur filius, Sibi aut patri dari. *l. Stichum.95.§.quæsitum.D. de solutionibus. De qua re vide infr.repl.11.duplic.1.* Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio est; Nisi seruus ei qui in eo vsumfructum habet, pactus sit.*l.si debitor.54.D.de pactis.* Plura de hac replicatione vide *supr.lib.7.c.2. reg.5.* Quinta replicatio est; Nisi seruus conseruo, vel filius patris seruo aut fratri, qui in eiusdem est potestate, pactus sit.*l si filius.40.D. de verb.oblig. Inst.de stipulat.seruorum.§.siue autem.l.1.§.quod meus. D.de stipulat.seruor. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.4.rep.2.except.4. M.I.R. d. except.33.repl.9.* Sexta; Nisi libertus patrono sit pactus, reprobatur *l.si ita.126.§.Chrysogonus.D.de verb.oblig. M.I.R.d. except.33.repl.10.* Septima; Nisi quis hæredi suo sit pactus vel stipulatus.*l.stipulatio ista.38.§.suæ personæ.& §.si quis ita.ibi, sed si quis.D.de verbor.oblig.item l. si ita.92.D.eod.tt.M.I.R.d.except.33.repl.47.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi vni tantum ex pluribus hæredibus stipuletur. *l.continuas 137.§.fin.D.de verb.obligat.M.I.R.d.repl.47.dupl.1.& d.lib.5.cap.1.reg 21.except.8.* Cuius triplicatio est; Nisi stipulatio in faciendo, non in dando consistat.*d.§.fin. Concordat l.auus 33. D. de pactis.M.I.R.d. dupl.1.tripl.1.* Altera duplicatio est; Nisi nominatim vni pactus sit testator, hic enim, quamuis postea paciscenti vel stipulanti hæres extiterit, proposita tamen replicatione non adiuuatur. *l.si tibi 17.§.si pactus sim.D.de pactis.* Huius triplicatio est: Nisi res hæredi suo, vni nominatim sit stipulatus. *d.l.33. Concordat l.Publia.26.in prin.D.depositi.* Octaua replicatio est; Nisi pœnæ stipulatio sit subiecta. *Instit.de inutilib.stipulat.§.alteri. Concordat l.stipulat.ista.38.§.alteri.D. de verb.oblig. M.I.R. d.except. 33.repl.23.* Nona; Nisi quis alterius nomine pecuniam credidit, hoc enim casu ei cuius nomine pecunia tradita est, cõdictio eius pecuniæ competit.*l.si ita.126.§.Chrysogonus.ibi. plane si liber. D. de verb.oblig. Concordat l.certi condictio.9.§.si numos. D.si certum petatur.M.I.R.d.except.33. repl.12.* Decima; Nisi alius quoque cui pactio facta est, sibi dari vel fieri sit stipulatus.*l.si auia 6.C.de inutilib.stipul.* Vndecima; Nisi quis alternatiue, puta sibi aut Titio, vel Mæuio domino suo aut Sempronio, sit stipulatus, hoc enim casu valet stipulatio, & obligatio quidem in stipulatoris persona subsistit, adiecto autem solui solummodo potest. *Inst.de inutilib.stipul.§.plane solutio. Concordantes leges vide infr. lib.24. cap.3. repl.4. M.I.R. d.except.33. replic.49.* Huius duplicatio prima est; Nisi in adiecti quoque persona obligatio subsistat; tunc enim quia incertum est, vtri actio danda sit, neutri competit actio, approbatur exemplo *l. item si seruus. 9.§. fin.cum l.sequente, D de stipul. seruor. Concordat l.sed si 11.cum duabus ll.sequentibus. D. eod. tt.l.qui res.98.§.si seruus.D.de solutionib.l.si ita.126.Chrysogonus.ibi, sed quod patrono.D.de verb.obligat.l.1.§.si fructuarius. D. de stipul.seruor.item l.si seruus.21.D.eod.tt.* Huius duplicationis triplicatio prima est; Nisi cum seruus duos dominos haberet, Primum scilicet & Secundum, non ita stipulatus sit, Primo aut Secundo, sed ita, Mihi aut Primo aut Secundo dominis meis, hoc enim casu sola adiectio inutilis est, non tota stipulatio. *d.l.11.* Altera triplicatio est: Nisi pater sibi aut filio suo dari stipulatus sit, hoc enim casu, quamuis pater filio quoque stipulari possit, valet tamen stipulatio.*l.eum qui.56.§.qui sibi aut.D.de verb.obligat. Concordat l.Stichum.95.§. quæsitum.D.de solutionibus.* Tertia: Nisi cum seruus communis Titij & Sempronij, soli Titio domino suo stipulatus esset, postea à fideiussore stipulatus sit Titio aut Sempronio.*l.fideiussor. 16.in pr. D.de fideiussoribus.* Hæc de prima propositæ replicationis duplicatione sint dicta. Secunda duplicatio: Nisi aliter adiecto quam sibi quis sit stipulatus, reprobatur *l. si seruus.141.§.cum mihi.Dig.de verb.oblig.l.qui res suas.98.§.mihi decem.D.de solution. l.obligationum.43.§. accessio. D. de action. & obligat.l. qui hominem.34.§.stipulatus sum.& l.qui res suas. 98. §. mihi Romæ. D. de solutionibus.* Tertia duplicatio est: Nisi cum quis sibi sub conditione, adiecto pure vel sub diuersa conditione dari stipulatus esset, conditio in persona stipulatoris defecerit, hoc enim casu tota stipulatio inutilis est.*d.§. cum mihi.* Plura de proposita replicatione vide *infr. lib.24.c.8.exc.10.repl.4.* Duodecima replicatio est; Nisi quis sibi & alij stipulatus sit, hoc enim casu stipulatio valet. *Inst.de inutilib.stipulat.§. quod si quis. M.I.R.d.exc.33.repl.48.* Huius duplicatio est: Nisi pro parte dimidia.*d.§.quod si quis. Cui concordat l.si mihi.110.in prin.D.de verb.oblig.* Hæc duplicatio distinguitur in emptione sibi & alij facta, hoc enim casu ementi in solidum adquiritur.*l.fundus.64.in fin.D.de contrah.empt.* Decima tertia replicatio: Nisi is qui alij stipulatus est, ipse ex stipulatu agat, reprobatur *l.multum.6.in fin. C.si quis alteri vel sibi, &c.* Decima quartæ replicationis loco notandum, quod stipulatori nihilominus pristina supersit actio, cui stipulatio alij facta accessit.*l.si ita. 126.§. Chrysogonus. ibi, superest. D. de verbor. obligat. Concordat l.Caius.45.ibi, quod cum ita est. Digest.soluto matrim.l.si cum 3.C.de contrah.stipul.* Decima quintæ replicationis loco notandum, quod quamuis ex stipulatione alij facta non detur actio, prosit tamen ad exceptionem, *quæ replicatio approbari videtur l.inter.26.§.filia.D.de pactis dotalib. M.I.P. lib.5. c.7.reg.1.except.7.M.I.R.d.except.33.repl.13.* Decima sexta replicatio est: Nisi cum quis alij tanquam hæredi suo pactus esset, is hæres non extiterit, hoc enim casu nihilominus aliis hæredibus pactum prodest.*l.tale.40.§.fin. D. de pactis.* Hæc de vicesima sexta exceptione, de qua vide plura *supr. lib.7.c.2.reg.6.de libero homine.*

XXVII. Exceptio: Nisi cum quis sibi aut alij dari stipulatus pactusve esset, alterius persona inutiliter sit adiecta, reprobatur *l.vlt.§.fin. D.de verbor.obligat.*

XXVIII. Exceptio; Nisi res aliena in contractum sit deducta.*l.de quæst.30.§.fin.C.de pactis.* Exemplum proponitur *l.2.D.de pignoraticia action.* Aliud *l.si post 24. C.de euict.* Item aliud *l.stipulatio ista.38.§.quæsitum. ff. de verb.oblig.* Huius replicatio prima est; Nisi res postea promissoris cœperit esse propria.*d.§.quæsitum.l.proinde.8.§. item si legatam.ff.si certũ petatur.Concordant item ea quæ proposita sunt supr.lib.7.cap.4 caus.1.except.1.repl.11.* Altera replicatio est; Nisi pœna pacto sit subiecta. *d.§. quæsitum.* Tertia; Nisi re aliena vendita, emptor ad rem sibi tradendam agat, hoc enim casu venditor

ditor proposita exceptione non defenditur. *l. rem alienam.28.§.1.ff. de contrah.emption.Concordat l. ex empt.11.§.1.ff.de action.empt.* Quarta: Nisi re aliena promissa, ex stipulatu ad eam tradendam agatur.*l.si is.15 §.fin.ff.de vsucapionibus.* Huius replicationis duplicatio prima esse videtur: Nisi area aliena promissa, dominus in ea ædificium posuerit, sed reprobatur *l.qui res suas.98.§ aream.ff. de solutionibus.* Altera: Nisi homo alienus promissus, à domino sit manumissus, *d.§.aream.* Plura de hac re vide *infr.c.3. exc.34.* Tertia: Nisi nauis aliena promissa; à domino sit dissoluta; approbatur simul & distinguitur *d.§.aream.*

XXIX. Exceptio: Nisi res à paciscente abire possit, reprobatur *l.plerunque fit. 205.ff. de reg. iuris.* Plane res litigiosa, quia per sententiam à nobis abire possit, alienari non potest; *de qua re vide infr. lib.2.c.6.de re litigiosa non alienanda.*

XXX. Exceptio: Nisi de sua re quis pactum fecerit.*l.neque pignus.45.ff.de regul.iuris. Concordat l. qui rem.15.ff.depositi.* Huius etiam exemplum est, si quis rem suam stipuletur: *quod proponitur l.nemo rem suam.82.in princ.ff.de verborum obligationib. Concordat Instit.de inutilibus stipulationib.§. idem iuris.ibi, rem suam.item l.1 §.idem iuris.ibi, nec minus.ff.de actionib.& obligationibus.* Huius exceptionis replicatio videtur esse talis: Nisi res postea stipulatoris esse desierit, hoc enim casu stipulatio conualescere videtur. Sed reprobatur *d.§.idem iuris.* Plane admittitur primum in casu *infr.replicatione proxim.* proposito, deinde in casu *l.qui decem.72.§. Stichũ. ibi, fingamus.ff. de solutionibus.* Altera replicatio est: Nisi cum quis rem suam sub conditione stipulatus esset, vel emisset, tempore existentis conditionis amplius sua non sit. *l.si rem.31.ff. de verb. obligat.l.existimo.98.in princ.ff.eod.tt. item l. cætera. 42. §.tractari.ibi, secundum eos.ff.de leg.1.* Tertia: Nisi eo tempore cum stipularetur, res stipulatoris nondum erat. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est; Nisi quis rem alienam in eum casum stipulatus sit, quo sua futura est. *Inst.de inutilibus stipul.§ item nemo. Concordat iisdem verbis l.nemo.87.ff.de verb.obligat.* Quarta replicatio est: Nisi quis precium rei suæ stipuletur. *l.nemo.82.in princ.ff.de verborum obligationib.* Quinta: Nisi quis à fure stipuletur, quod ei condictione furtiua debetur.*l.scire debemus.29.§.si à fure.ff.de verborum obligat.* Sexta: Nisi de possessione rei suæ sibi restituenda quis pactus sit. *l.si aliquem. 28. §. fin.ff.de adquirenda posses.Concordat l.nemo 82.in princip.ibi, sane rem meam.ff. de verborum obligat.* Septima: Nisi sua re data conuenerit, vt sub certa conditione sibi restituatur. *d. vers. sane si rem. Concordat l.ea quæ.57.ff.de donat.inter virum & vxorem.* Octaua; Nisi proprietarius vsumfructum rei suæ sibi restitui sit stipulatus. *l.eum qui.56.§.qui proprietatem.ff.de verborum obligat.* Nona: Nisi debitor rem pignori obligatam cõduxerit, vel precario rogauerit. *l.cum & sortis.35.§.fin.ff. de pignorat.act.* Hæc de tricesima exceptione.

XXXI. Exceptio: Nisi id quod sibi debetur, quis dari sit stipulatus, vel id quod ipso iure debetur in pactũ sit deductum, approbatur exemplo *l.1.C de pactis pignorat. Concordat l.qui bis.18.ff. de verbor.oblig.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi prior obligatio sit inutilis. *l.si dari. 25.ff.d. tt.* Altera: Nisi nouandi animo stipuletur id quod sibi debetur.*l.qui vsumfructum.58.in fin.ff.d.tt.* Tertia: Nisi cum id quod pure ante stipulatus esset, postea ab alio sub conditione stipuletur, & pendente conditione priori accepto feratur. *l.eum qui.56.§.fin.ff.de verb.oblig.* Quarta: Nisi aliud postea stipuletur, quam quod stipulatus est antea. *l. scire debemus.29.in pr.ff.de verb.oblig.l.fundum.28.ff.de nouat.item l.si ita.126.§.1.D.de verb.oblig.* Cuius duplicatio est: Nisi minus sit in posteriore stipulatione, quã in priore, tunc enim posterior stipulatio nihil valet, approbatur simul & distinguitur *l.qui vsumfructum.58.D.de verb.obligat.l.si pupillus. 9.§.fin.D.de nouat.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi in posteriore stipulatione specialiter sit expressum, eam prioris nouandæ animo factam esse.*d.l.58.* Altera: Nisi ab alio postea minus sit stipulatus, tunc enim vtraq; stipulatio valet.*l.eum qui.56 §.si à te.D.de verb.oblig.* Quinta replicatio est: Nisi quis à fure stipuletur id quod eum ex causa condictionis dare facere oportet. *l.scire debemus.29.§.si à fure, D. de verb. oblig.* Sexta: Nisi quis ita stipuletur, Quod mihi Titius debet, cum debitor esse desierit, dare spõdes? *l.huiusmodi.20.D.de verb.obl.* Septima: Nisi de cõstituta pecunia inde cõpetat actio.*de qua re vide inf.li.21.c.4.*

XXXII. Exceptio: Nisi res cuius cõmercium nõ est, in pactum sit deducta. *Inst.de inutil.stipul.§. idem iuris.* Huius exceptionis exempla sunt, si res sacra, religiosa, publica, liber homo in pactũ deducatur.*de quib infr.exc.prox.* Itẽ si Iudæus mancipium Christianum stipuletur vel emat, *quod proponitur l.vnica.C.ne Christiani mancipium, &c.* Sed & alia exempla proponũtur *Inst.de legat. §. non solum. ibi.sed si talis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi promissor rei cõmercium habere non possit, stipulator possit. *l.multũ.34.D.de verb.oblig.Concordat l.mortuo boue.50.§.Labeo.ibi, sed Proculus.D.de leg.2.*

XXXIII. Exceptio: Nisi res sacra, religiosa, publica, vel liber homo in pactũ deducatur.*l.inter. 83.§.sacram rem.D.de verb. oblig. Inst. de inutilib.stipul. §.idem iuris. & §. at ne statim. l.quod nullus. 142. D. de reg.iuris.l.§.si id quod.D. de action. & oblig.l.liber homo. 103.D.de verbor.obligat.M.I.R.lib.5.cap.3.reg.5.except. 36.* Huius exceptionis replicatio prima esse videtur: Nisi res sacra profana sit facta; vel liber homo seruus, sed probatur *d.§.sacram rem.* Altera; Nisi sub hac conditione, Si res sacra profana fiat, vel liber homo seruus, stipulatio sit facta, reprobatur *Inst.de inutilib.stipulat.§. at nec statim.l.inter.83.§.sed hæc dissimilia. D. de verbor. oblig.item l.si in emptione.34.§.liberum.D.de contrah.empt.* Tertia replicatio est: Nisi ædem sacram aut locum religiosum ædificari pactus sit vel stipulatus. *l. stipulatio ista.38.§.fin.D.de verb.oblig.*

XXXIV. Exceptio: Nisi res in pactum deducta in rerum natura nõ sit, vel alias præstari non possit. Hæc exceptio species est superioris exceptionis vicesimæ tertiæ; & specialiter approbatur *Inst.de inutilib. stipul. in princ.l.1.§.si id quod. D. de actionib.& obligat.l.inter.83.§. Stichum qui. ibi, si vero ex aliis.D.de verb.oblig.item l.liber homo.103.in fi.D.d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi res conspici possit, tunc enim, quamuis præstari non possit, nihilominus vtiliter in stipulatu deducitur.*d.§. Stichum.* Altera; Nisi res aliquando rursus

rursus præstari possit, vt res quæ est apud hostes. *l.vlt.ff.de action.empti & venditi.*

XXXV. Exceptio: Nisi post mortem suam quis sibi dari pactus vel stipulatus sit, aut post mortem suam promiserit, approbatur iure antiquo. *Instit.de inutilibus stipul.§.post mortem. M.I.R. d. reg.5.exc.37.* Cuius prima replicatio hæc erat: Nisi ita, Cum moriar, vel, Cum moriens dare spõdes? quis sic stipulatus. *Instit.d.tt.§.ita autem. Concordat l.quodcunque.45.§.1.ff.de verb.obligat.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi stipulatio in facto consistat. *l.centesimis.48.§.ff.eod tt.* Altera: Nisi vsumfructum ita, Cum moriar, stipuler. *l.vsumfructum.5.ff.de vsufructu leg to.* Plures duplicationes vide *infr.d. iure no o.* Altera replicatio est: Nisi ita stipulatus sit, Si moriar, vel, Si moriens. *d.l 45.§.non solum.* Tertia: Nisi post mortem alterius neque stipulantis neque promittentis stipulatio sit facta, *Inst. de inutilib.stipul. §.ita autem in fin.d.l.45.§.si ita quis.ff. de verb. obligat. item l.non moriturum.8.C.de contrah.stipul.* Quarta: Nisi post mortem suam alteri cui stipulari potest, dari sit stipulatus *d.§.si ita quis.*

Mutatio iuris.

Hactenus de iure antiquo, per quod exceptio proposita approbatur simul & distinguitur. Plane iure nouo reprobatur *Inst. de inutilib. stipulat. §. post mortem.l.scrupulosam.11. C. de contrah. stipul. item l.vnic. C. vt actiones ab hæredibus.* Admittitur autem primum quidem, si quis vsumfructum post mortem suam sit stipulatus. *l.vsumfructum.5.ff. de vsufructu legato.* Deinde, si quis post mortem vxoris dotem dari sibi stipuletur. *l.Iulianus.20.ff. de iure dotium.* Tertio admitti videtur, si stipulatio post mortem concepta, non in dando, sed in faciendo consistat, quæ tamen distinctio reprobatur *l.vlt.C.de contrah.stipul.*

XXXVI. Exceptio: Nisi sub conditione hac, Si volam, quis se obligauerit. *l. sub hac.7.ff. de act. & obligat.l stipulat.17.ff. de verbor.oblig. l.à Titio.* 108. *§.fin.ff.eod.tt.item l. hæc venditio.7. in princ.ibi, quemadmodum si quis.ff.de contrah.M.I.R.d.reg.5. except.39.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ita, Cum voluero, non, Si voluero, dabo, & constituerit se velle. *l.centesimis.46.§.fin.ff. de verb. oblig. M.I.P.d. except.39.repl.4.*

XXXVII. Exceptio: Nisi sub impossibili conditione contractum sit. *l. non solum.30.ff de action. & obligat. Instit. de inutilibus stipulat. §. si impossibilis. l.impossibilis.7.Dig.de verborum obligat.item l 1.§.idem iuris, in fin.Dig.de action.& obligat. M.I.R. d.reg.5. except.42.* Exemplum proponitur *l.si homo.69.ff.de verb.obligat.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi sub tali conditione, quæ iure impleri non potest, contractum sit. *l. continuus.137.§.cum quis sub.ff.de verb.oblig l filius.15. ff.de condit. inst.M I.P.lib.5.c.5.reg 25.*

XXXIX. Exceptio: Nisi sub conditione, quæ est contra bonos mores, si contractum, approbatur exemplo *l.Titia 134. in pr.in.ff.eod.tt.* Aliud proponitur *l.stipul 61.ff.eod.tt.* Item aliud *l.si ita. 19.ff.eod.tt.* Plura de exceptione proposita vide *supr.exc.18.item infr.exc.prox.*

XL. Exceptio: Nisi contra libertatem matrimonij pactum factum sit, & pœna sub hac conditione, Si diuertisset, sit promissa. *l.19.& d.l.134. in princ.l.2.C.de inutilibus stipulat.item l.Titio.69.§.1. ibi, huic sententiæ.ff.de condit. & demonstr.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi mulier à marito stipulata sit pœnam, si tempore matrimonij consuetudinem concubinæ habuisset. *l. ex ea.121. §. mulier.ff.de verb.obligat.*

XLI. Exceptio: Nisi conditio contractus incertam personam contineat, reprobatur *l.à Titio 108.ff.de verb.obligat.*

XLII. Exceptio: Nisi conditio pacti vel contractus defecerit. Hæc exceptio plusquam manifesta est, *M.I.P.lib.5.cap.7.reg.1.except.8. M.I.R.d. reg.5.except.50.* verum eius replicatio prima est: Nisi per cum cuius interest conditionem non impleri steterit quo minus ea impleatur. *l.in executione 85.§.fi.ff.de verborum obligat.inl.illa.50.§.fin. ff.eod tt.item l.in iure 121.ff.de reg iuris.* Altera replicatio est: Nisi conditio non in continenti, sed ex interuallo pacto vel contractui sit adiecta. *l.obligat.43.§.condit.Dig.de action & obligationibus.* Tertia: Nisi ita stipulatio sit facta, Decem cum petiero dari? hoc enim casu, quamuis antequam petierit moriatur, nihilominus ab hærede peti potest *l.si decem.48.ff.de verborum obligat.* Quarta: Nisi cum ita quis esset stipulatus, Si intra calendas datum fuerit, non intra, sed paulo post sit datum conditionis implendæ causa. *l. ita quis. 135.§.Seia. ff.de verbor.obligat.* Plura de exceptione proposita vide *supr.lib.14.c.2 & 3.*

XLIII. Exceptio: Nisi causa contractus non sit secuta, approbatur exemplo *l.2.§.circa.ff.de doli mali except. Concordat l.qui pecuniam.30.ff.si certum petatur.M.I.R.d.except.50.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi per stipulatorem non steterit, quo minus causa sit secuta, approbatur exemplo *l.dedi tibi.3.§.idem est.ibi, quin imo etsi nihil.ff.de condict.causa dati causa non secuta.*

XLIV. Exceptio: Nisi causa contractus sit finita. *d.§.circa.*

XLV. Exceptio: Nisi cum mortis causa quid conuenisset, promissor conualuerit, approbatur exemplo *l.apud Celsum.4.§.1.ff. de doli mali except.* Plura de hac exceptione vide *supr.lib.14.cap. 18.except.4.*

XLVI. Exceptio: Nisi cum arbitratu alicuius quid promissum esset, ille arbitrari nolit, vel non possit. *l.si quis.43. cum l. sequente. ff. de verborum obligat. l.si seruus. 141. in pr in. ff. eod. tt. item l.multa. 6. in princ.ff.de condit.& demonstr.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum opus ante calendas Iunias arbitratu stipulatoris faciendum esset, stipulator antequã arbitraretur, mortuus fuerit eo tempore, quo iam certum erat opus ante calendas Iunias effici non posse, approbatur simul & distinguitur *l. cum stipulatus. 113. in pr. ff.de verb.obligat.* Altera: Nisi cum quis stipulatus esset hoc modo, Illud aut illud, quod voluero, ante electionem decesserit, hoc enim casu nihilominus obligatio ad hæredes eius transit. *l.si stipulat 76 in princ ff.d.tt.*

XLVII. Exceptio: Nisi postea in contrarium conuenerit. *l.pacta.12.C. de pactis. Institut. quib.modis toll. obligat. §. fin item Institut de except.§.præterea. l.iuris gentium.7.§.adeo autem.ff.de pactis.item l.ab emptione. 57.ff. eod.tt. M.I.R.d reg.5.except.46.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi re secuta, post-

pta, postea in contrarium conuenerit. *d.l.57. Inst. d. §. fin.d.l.7. §. adeo autem. item l. 2. quando liceat ab empt. disced.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi re secuta in integrum restituta, in contrarium conuenerit. *d.l 57.* Altera replicatio est: Nisi eum ipso iure actio per pactum sublata esset, postea in contrarium conuenerit vt agere liceat, approbatur simul & declaratur *per ea quæ proponentur infr.cap. prox.repl.14.dupl.1.* Tertia: Nisi pro parte, non in totum à priore contractu recedatur, reprobatur *l.iuris gentium.7.§. adeo autem, & §.vnde illud.ff. de pactis.* Quarta replicatio est quoad personam fideiussoris, huic enim exceptio pacti de nõ petendo semel quæsita postea inuito per contrarium pactum non aufertur. *l.vltim. ff.d.tt.* Plures huius exceptionis replicationes vide *infr.cap.prox.*

XLVIII. Exceptio: Nisi instrumentum contractus sit amissum, reprobatur *l. cum instrumentis.10.C.de fide instrumentorum. l.statum. 6. C. eod.tt. l.longi.7.C.de præscript. longi temp.l.1. C. in quibus causis cessat longi temp. præscript. l.si constiterit.8. C. de fide instrum.M.I.P.d.reg.1.exc.9.M.I.R.d.reg.5.exc.48.*

DE REPLICATIONIBVS præcedentium replicationum generalibus.

Hactenus exceptiones contra pacta & contractus generaliores propositæ sunt & descriptæ: quanquam harum plures enumerari possunt. Nam si solutum sit id quod in contractum deductum est, vel acceptolatum, vel nouatum, vel in iudicium deductum, vel res interierit, ex contractu agenti obstabit exceptio. Verum hæ atque huiusmodi aliæ exceptiones generaliores sunt, quam vt hic sint tractandæ. Sed & plures huius generis exceptiones vide *infr.lib.prox. ca.3.* Sane pacti conuenti de non petendo exceptiones speciales vide *infr.cap.prox.* Sed & alias exceptiones contractuum speciales vide *in singulis cõtractus speciebus.* Nunc aliquot replicationes generales, quæ prædictis exceptionibus, præsertim iis quæ pactioni vel contractui insunt, obstant, vel saltem obstare videntur, restant proponendæ. Harum prima: Nisi iusiurandum de pacto vel contractu seruando sit præstitum, reprobatur *l.iuris gentium.7.§ & generaliter.ff. de pactis.l. non dubium est. 5. §. fin. C. de legibus. item l. si ex. 42. C. de transactionibus. item Nouell.ca.51. M.I.R. d.reg.1 in fin. repl.gener.1. M.I.R. d.reg.5. in fin. repl.gener.1.* Plane admittitur primum, si contractus ipso quidem iure valeat, sed per in integrum restitutionem rescindi possit, tunc enim in integrum restitutionem petenti, replicatio proposita obstabit. *l. 1.C.si aduersus vendit.* Deinde, si in pacto de non agendo & transactione iurauerit. *l.si quis. 41. C. de transactionib.M.I.R.d.repl.gener.1.*

II. Replicatio: Nisi stipulatio pacto interuenerit, reprobatur *d.l.7.§.& generaliter, in fin.& d.l. 5.§.fin.C.de legibus.*

III. Replicatio: Nisi conuenerit, ne exceptio obiiciatur. *l.pacta.12.C.de pactis. Concordat l.sed etsi.4. §.quæsitum.ff.si quis cautionibus.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi generaliter, non specialiter alicui certæ exceptioni sit renunciatum. *d.§.quæsitum.* Secunda: Nisi exceptioni doli sit renunciatum, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.exc.17.repl.1.dupl.1.* Sane quæ exceptiones pactis conuentis obstant, non in epre hic etiam duplicationum loco repeti possunt.

IV. Replicatio: Nisi id quod ex contractu inutili debetur, creditori à debitore legatum sit, & exceptio per legatum remissa. *l. si creditori. 28. in pr.ff.de leg.1. Leges concordantes vide supr.lib.12.c.5.exc. 54.repl.7.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi eadem exceptio legato obstet, quæ pacto vel contractui, approbatur exemplo *l.iuris gentium.7. §.& generaliter.ff.de pactis.*

V. Replicatio: Nisi pactum vel contractus inutilis officio iudicis vel magistratus imperio sit confirmatum, reprobatur *l.obligationes.26.ff.de action.& obligat. Concordat l.non dubium est.5.§. fin.C. de legib. M.I.P. d.reg.5. in fin.repl. gener.2.* Approbatur *M.I.P.d reg.1.in fin. replic. gener.2.* vbi etiam distinguitur.

VI. Replicatio: Nisi exceptione non opposita, pro contractu seu pacto sit pronunciatum, *l.2. C.sententiam rescindi non posse.*

VII. Replicatio: Nisi res in eum casum peruenerit, quo ab initio vtiliter in contractum potuit deduci, reprobatur *l.quod initio.29.ff. de regul. iuris, M.I.P.d.reg.1.in fin.replic.gener.3.* Huius replicationis reprobatæ species & exempla vide *sup. except. 30. replic.1. item except.33. replic.1.* Sed & aliud exemplum proponitur *l.si tibi.17.§. si pactus sim.ff.de pactis.*

DE EXCEPTIONE PACTI CONuenti de non petendo.

CAP. XVI.

HÆc exceptio species est eius exceptionis, quæ proponitur *supr.cap.prox.exc.47.* & specialiter approbatur *Inst.de ex.§.præterea.l.postquam. 4.C.de pactis.item l.creditori.5.C.eod.tt.M.I.R.lib.5.c.3. reg.6.* Exemplum proponitur *l.si tibi.17.§.de pignore.ff.de pactis.* Aliud *l.si donationis.18.C. de donationib.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pupillus pactum de non petendo fecerit. *l. contra. 28.in pr.ff.de pactis.* Cuius duplicatio est: Nisi pupillus pactus sit, ne à se petatur, & ipse proposita exceptione vtatur, tunc enim replicatio iam dicta illi non obest. *d.l.28.§.1. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.2.exc.1.repl.5.*

II. Replicatio: Nisi alius, non creditor, pactus sit ne petatur. *l.non debet.74.ff.de reg iuris. M.I.R.d.reg.6 exc.2.* Huius duplicatio prima esse videtur: Nisi tutor vel curator creditoris pactus sit ne petatur, sed reprobatur *l. contra.28.§.si curator.ff. de pactis.l.pactum.22. C. d.tt. item l. Imperatores.37.ff. eod.tt M.I.R.d.except.2.replic.1.* Altera: Nisi procurator creditoris pactum fecerit, reprobatur *l.non abstulit.4.C.de nouat.* Tertia: Nisi filius creditoris pactum fecerit de non petendo, reprobatur *l.filius 23.C. de pactis.l.in persona.30. in princ.ibi, sed cum. ff.eod.tt.item l.filiusfamilias.22.ff.de solutio.* Plane admittitur, si debitum sit peculiare. *de quo infr.replic. prox.dicetur.*

III. Replicatio: Nisi filiusfamilias vel seruus pactus sit ne petat. *l. contra.28.§. si filius.ff.de pactis.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi in rem paciscatur de peculiari debito, habeatq; liberam

beram peculij administrationem, nec eo pacto domini vel patris conditio fiat deterior. *d. §. si filius.* Altera: Nisi filiusfamilias paciscatur, ne agat ea actione qua ipse potest experiri. *l. in persona. 30. in prin. ff de pactis.* Exempla proponuntur *l. & hæredi. 21. § filiafam. ff. eod. tt.*

IV. Replicatio; Nisi quis non sibi, sed alij pactus sit, ne ab eo petatur. Hęc replicatio i. so quidem iure approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. 2. exc. 26. in prin.* verum eius duplicatio prima est: Nisi tutor vel curator pactus sit, ne à pupi lo vel adulto suo petatur, vel furioso *l. si contra. 28. §. si curator. ff. de pactis.* Altera: Nisi filiusfamilias ne à patre, vel seruus ne à domino petatur, pactus sit. *l. si tibi. 17. cum duabus ll. seqq. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi is qui bona fide seruit, pactus sit ne ab eo cui seruit, petatur. *l. adquir. 19 ff. d. tt.* Quarta: Nisi pater, ne à filio petatur, pactus si *l. & hæred. 21 §. non autem. ff. de pactis.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi ipse filius, non pater conueniatur, tunc enim exceptio pacti illi inutilis est. *d. §. nos autem.* Huius triplicationis quadruplicatio est, quod quamuis paciscente patre, filio pacti exceptio danda non sit, doli tamen exceptio illi non denegetur. *d. l. 21. § Iulianus.* Altera propositæ duplicationis triplicatio est: Nisi non nominatim actū sit, ne etiam à patre paciscente petatur. *d. §. nos autem.* Quinta duplicatio est: Nisi seruus pactus sit, ne ab eo qui in seruo vsumfructū habet petatur. *l. si debitor. 54. in pr. ff. de pactis. Concordat l. si debitor. 63 ff. de solutionibus.*

V. Replicatio; Nisi seruus pactus sit, ne à se petatur. *l. & hæredi. 21. §. 1. ff. de pactis.* Huius replicationis duplicatio est, quod quamuis pacti exceptio in casu proposito non detur, doli tamen exceptio domino prosit *d. § 1.*

VI. Replicatio; Nisi hæres ante aditam hæreditatem cum creditoribus hæreditariis paciscatur ne petant, vel vt debiti partem remittant, reprobatur cum conditione *l. iuris gentium 7. § si ante. ff. de pact.* Plane admittitur in seruo & filiofam. hæredibus institutis. *d. §. si ante. vers. sed si seruus & vers. sed & si quis.* Huius distinctionis duplicatio prima est; Nisi seruus pure, non sub conditione institutus pactus sit. *d. § si ante. ibi, quia sub conditione. item ibi, pure scriptos paciscentes* Altera duplicatio est, quod quamuis seruo & filiofam. hæredibus institutis, ante aditam hæreditatem paciscentib. pacti exceptio non prosit, doli tamen exceptio illis non sit deneganda. *d. §. si ante. vers quod in pacti.* Plura de replicatione proposita vide *infr. cap. 17. aduersus quos? exc. 3.*

VII. Replicatio; Nisi antequam dolus commissus sit, conuenerit ne ex dolo agatur; approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. exc. 17. replic. 1. dupl. 1.*

VIII. Replicatio; Nisi ante furtum vel iniuriam factam vel vim illatam conuenerit, ne furto, facto vel iniuria aut vi illata, eo nomine agatur. *l. si vnus. 27 § pacta ff de pactis.*

IX. Replicatio; Nisi ne publico iudicio agatur, conuenerit, approbatur simul & distinguitur *supr. lib. 2 cap. 41. exc. 12.*

X. Replicatio; Nisi ne deferatur ad fiscum, pactus sit. *l. in fisci. 4. ff. de iure fisci. Vide supr. lib. 2. c. 13, in fin. repl. genera. 2.*

XI. Replicatio: Nisi ne operis noui nunciationem exequatur, conuenerit, approbatur simul & distinguitur *l. iuris gentium. 7. §. si paciscar. ff. de pactis.*

XII. Replicatio: Nisi dolus vel error pacto interuenerit, approbatur exemplo *l. tres fratres. 35. ff. de pactis.* Aliud exemplum proponitur *l. si cum 51. ff. eod. tt.* Aliud *l. cum postea 8. C. de pactis.* Item aliud *l. aduersus. 3. C. de exceptionibus.*

XIII. Replicatio: Nisi pacto de non petendo ad certum tempus facto, tempus illud sit finitū. *l. si vnus. 27. §. si cum. ff. de pactis. Concordat Inst. de exc. §. temporales. ibi, nam finito.*

XIV. Replicatio: Nisi postea in contrarium pactum factum sit vt petatur, approbatur simul & distinguitur *d. l. 27. §. pactus ne peteret. Concordat l. pacta 12. C. de pactis M. I. R. d. reg 6. exc. 9.* Exemplum proponitur *l. emptor. 17. in pr. ff. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi actio ipso iure sit sublata, hoc enim casu per posterius pactum vt petatur, non resuscitatur, nec replicatio proposita competit. *d. §. pactus. M. I. R. d. exc. 9. repl. 1.* Hoc loco sciendū est, quid actionem sit ipso iure tolli, quid per exceptionem elidi. Ipso igitur iure tollitur actio, veluti solutione, nouatione, acceptilatione, &c. quibus modis debitor liberatur etiam antequam solutionis, nouationis vel acceptilationis exceptio fuerit opposita. Per exceptionem autem liberatur reus cum non sufficit aliquid factum esse, ex quo reus liberari possit, sed requiritur etiam, vt ex isto facto exceptio in iudicio sit opposita: Huius posterioris generis exemplum proponitur *l. eum qui. 56. §. qui ita stipulatur. ibi, quemadmodum is. ff. de verborum obligationibus, Concordat l. obligationum. 43. §. placet. ff. de action. & obligat. M. I. R. lib. 5. c. 12. reg. 1.* Quemadmodum igitur minor viginti quinque annis, cum quo aliquid gestum est, nisi in integrum restitutionem petierit & impetrauerit, perinde ac maior obligatus manet: *l. non omnia. 44. ff de minoribus viginti quinque annis.* Item quemadmodum is, contra quem in iure pronunciatur, nisi appellauerit, & per appellationis iudicem sententia fuerit rescissa, sententiæ cogitur parere, *l. 1. C. de his qui per metum iudic. non appell.* ita quoque se habet in iis liberationibus, quæ fiunt per exceptionem, vt quamdiu non fuerit opposita exceptio, debitor nihilominus maneat obligatus. Contra autem, vt longi temporis præscriptio contra minorem vigintiquinque annis non currit ipso iure, etiam absque in integrum restitutione, *l. sancimus. 5. §. fin. C. in quibus causis in integrum rest. necess. non est.* item vt sententia cōtra leges lata ipso iure non est obligatoria, etiam sine appellationis auxilio, *l. si expressim. 19. ff. de appell* ita quoque per acceptilationem, solutionem & similes causas ipso iure debitor liberatur, etiam exceptione nondū opposita. *M. I. R. lib. 5. c. 11. reg. 4. repl. 5. dupl. 1.* Quamuis autem Paulus Iurisconsultus nihil interesse dicat, ipso iure quis actionem nō habeat, an per exceptionem, *l. nihil. 112. ff. de reg. iuris.* tamen hoc intelligendum est solum, quoad agendi effectum. Nam vtroque casu reus absoluendus est, si exceptionem suam opposuerit. Alioquin in quibusdam plurimum interest. Primum enim, si per transactionem ipso iure actio sublata est,

acce-

acceptilatione nimirum interueniente, non potest prior actio resuscitari, licet transactio dolo malo facta sit, vel alio vitio laboret. Secus autem, si nudo pacto transactio sit facta, ita vt non ipso iure, sed per exceptionem actio prior elidi possit, tunc enim actio de qua transactum est, nihilominus in iudicium vtiliter deducitur, & si transactionis exceptio obiiciatur, de vitio eius potest replicari. *De qua re vide supr. lib. 2. ca. 41. quæst. 2. in fin. de repl. generali.* Sic etiam, si liberatio ipso iure contigit, & actio sublata est, non potest ea per actum posterius vt petatur, resuscitari, *vt in proposita duplicatione dictum est. Cui concordat l. qui res suas. 98. §. aream. ibi, in perpetuum. ff. de solutionibus.* Secus autem, si non nisi ope exceptionis actio infirmari potest, tunc enim pacisci licet vt petatur, quo pacto prior actio resuscitatur, & exceptio opposita replicatione pacti conuenti eliditur, *vt supr. eadem replic. in princ. est dictum. M. I. R. d. cap. 12. reg. 1.* Sciendum autem, quamuis pactum de non petendo regulariter quidem non nisi exceptionis ope actionem tollat, *vt supr. eod. cap. in princ. est dictum*, tamen interdum etiam ipso iure actionem tollere, & parere liberationem. Hoc est quod *l. nec ex prætorio. 27. ff. de reg. iuris*; dicitur, his verbis: Obligationem causæ pactione possunt immutari & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionem. Ipso autem iure pactum de non petendo actionem tollit, veluti iniuriarum. Quod exemplum proponitur *d. §. pactus. Concordat l. si tibi, 17. §. 1. ff. de pactis.* Alia exempla sunt eæ obligationes & actiones, quæ nudo consensu contrahūtur, hæ enim pacto de non petendo ipso iure tolluntur. *d § pactus. Concordat Instit. quib. modis toll. oblig. § fin. item l. nihil tam naturale. 38. ff. de reg. iuris.* Aliud exemplū est in naturali obligatione, quæ per pactum conuentum ipso iure tollitur. *Quod proponitur l. Stichum. 95. §. naturalis. ff. de solut. M. I. R. lib. 5. cap. 3. reg. 6. except. 9. repl. 1. & d. reg. 1. except. 1.* In hisce igitur speciebus & exemplis, in quibus obligatio & actio per pactum de non petendo ipso iure tollitur, pactum posterius vt petatur, non prodest paciscenti ad replicationem contra exceptionem pacti conuenti. Hęc de prima propositæ replicationis duplicatione. Secundæ duplicationis loco notandum, quod pactum vt petatur, prius pactum ne petatur, non ipso iure perimat, sed replicationis ope. *d. §. pactus.* Igitur quamdiu non est opposita replicatio ex pacto posteriore, pactū prius ne petatur, adhuc valet, nec est sublatum per pactum posterius vt petatur, quemadmodū etiam paulo superius de duplici liberationum genere diximus. Ratio huius duplicationis proponitur à dissimili, *d. §. pactus. ver. sicut tollitur.* Quib. sane verbis nihil aliud significatur, quam stipulationem parere obligationē & actionem, pactum vero exceptionem tantū. *De qua re dictum supr. c. 15. exc. 12.* Igitur stipulatio, quia obligationem & actionē parit, tollit etiam præcedentem obligationem ipso iure, vtputa acceptilatio. Pactum autem, quia obligationem non parit, sed tantum exceptionem, prius pactum non ipso iure tollit, sed replicationis ope. *Concordat Inst. de repl. in princ.*

XV. Replicatio: Nisi cum conuenisset de parte debiti non petenda, pars non sit expressa. *l. iuris gentium. 7. § fin. ff. de pactis.* Hactenus de replicationibus aduersus exceptionem pacti conuenti de non petendo. Quanquam earum plures licet colligere ex supra enumeratis contra pacta exceptionibus. Quib. autem, item aduersus quos dicta exceptio competat, item quid in ea veniat, quæque sint eius adfinia remedia; dicetur in capitibus sequentibus.

QVIBVS ET ADVERSVS QVOS EX pacto & contractu competat actio, exceptio vel replicatio.

CAP. XVII.

PRima huius loci regula est, quod conuentio cum vno facta, alij non prosit. Quæ regula approbatur ipso iure, eiusque exemplum proponitur *l. si tibi, 17. §. pen. ff. de pactis. M. I. R. d. c. 3. reg. 8.* Exceptio prima est: Nisi paciscentis intersit, tunc enim alij quoque pactum prodest. *l. fideiussoris. 23. in fin. ff. de pactis. l. & hæred. 21. §. fin. cum l. sequente. ff. de pactis. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. 15. except. 26. replic. 1.* Huius exceptionis species, item & exempla sunt exceptiones sequentes. Eius autem replicatio est: Nisi pactum sit personale, non in rem. *d. § fin. cum l seq. Concordat item l. idem. 25. §. ff. de pactis.* Quid autem in rem, quid in personam pactum sit, dictum *supr. 14. diuis. 5.* Huius replicationis prima duplicatio est: Nisi successor singularis pacto authoris sui vtatur, ei enim prodest pactum, quamuis personale. *l. si tibi. 17. §. pactum. ff. de pactis.* Altera: Nisi pater filij nomine qui pactus est, conueniatur, approbatur *infr. exc. 8. repl. 1. dupl. 1.* Altera exceptio est: Nisi auctoris pacto successor vti velit, huic enim prodest. *d. §. pactum.* Tertia: Nisi hæres vtatur pacto defuncti. Hæc exceptio species præcedentis approbatur *l. qui in ius. 137. in princ. D. de reg. iuris. Concordat l. hæres. 37. ff. de adquir. hæred. M. I. R. d. reg. 8. exc. 1.* Huius replicatio prima est: Nisi pactum sit personale, *approbatur l. idem. 25. §. 1. ff. de pactis. l. qui in futurum. 56. §. fin. ff. eod. tt. item l. si tibi. 17. § si quis. ff. de pactis. M. I. R. d. exc. 1. repl. 4.* Altera: Nisi quis aliquid pactus sit quoad viuat. *l. epistola. 52. §. fin. ff. de pactis. l. eum qui. 56. §. qui ita stipulatur. ff. de verb. obligat. item Instit. de verb. obligat. §. at si ita in fin.* Tertia: Nisi maritus cum vxore pactus sit, vt ea fundum sibi in dotem datum, & alij pignori obligatum luat, vel sibi vsuras præstet, ex hoc enim contractu hæredi mariti actio denegatur. *l. ex conuentione. 11. C. de pactis.* Quarta: Nisi quis alij pactus sit, non hæredi. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit *per ea quæ dicta sunt supr. cap. 15. except. 26.* verum eius duplicatio est: Nisi cum alij tanquam hæredi suo pactus esset, is hæres non extiterit, hoc enim casu nihilominus pactum hæredibus aliis prodest. *l. tale pactum. 40. §. fin. ff. de pactis.* Quinta replicatio est: Nisi defunctus vni hęredū nominatim pactus sit, hoc enim casu cæteris hæredibus actio vel exceptio denegatur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. c. 15. exc. 26. repl. 7. dupl. 1.* Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio est: Nisi is cui ex Senatuscons. Trebelliano restituta hæreditas est, vtatur pacto, quod fecit hæres qui restituit. *l. sicut. 8. §. 1. ff. quib. modis pign. vel hypothec. soluitur.*

Quinta: Nisi pupillus vtatur pacto tutoris sui, *l. tutoris.14.ff. de pactis. Concordant ea quæ proposit.1 sunt supr.cap.prox.replic.4.dupl.1.* Sexta: Nisi dominus procuratoris sui pacto vtatur. *l.rescriptum,10.§.fin. cum tribus ll.sequentibus. ff. d.tt.* Plura de hac exceptione vide *inf.lib.prox.c.5.reg.1.* Septima exceptio est: Nisi societas vtatur pacto magistri sui. *l.item magistri.15.ff. de pactis.* Octaua: Nisi pater eiusve hæres vtatur pacto filij, vel dominus pacto serui. *l.per quos.§8.ff.de pactis. Concordant ea quæ proposita sunt supr.c.15.exc.26.repl.3.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pactum sit personale. *l.idem. 25.§.1.ff.d.tt.* Cuius duplicatio est: Nisi pater eiusve hæres filij nomine, qui in personam pactus est, condeniatur, approbatur simul & distinguitur *l adquir. 19. cum duabus legibus sequentib. ff. de pactis.* Nona exceptio est: Nisi cum duo vel plures eadem actione vel eiusdem rei nomine tenereutur, vnus alterius pacto vtatur. *l.eandem.9.ibi.quare si socij.ff.de duobus reis const. & heredi.21.§. in iis. ff. de pactis. l.fideiussoris.23.in fin. item l. item. l.idem.25 in princ.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pactum sit personale *d.l.25.§.1.* Altera: Nisi socij eiusdem debiti non sint. *d. l.9.ibi, quare si socij.* Cuius species sunt replicationes sequentes. Similis replicatio proponitur *supr. c. 11. quæst.3.exc.21.repl.3.* Tertia replicatio est: Nisi vnus ex cohæredibus pactus sit. Eius enim pactũ aliis cohæredibus non prodest. *l.si actionem.24.C. de pactis.* Quarta: Nisi vnus curatorum pactus sit, eius enim pactum cæteris non prodest. *l. 1. C. de transactionibus.* Decima exceptio est: Nisi fideiussor pacto debitoris vtatur. *l. & heredi.21.§.fi.ff.de pactis.M.I.R.lib.5.c.9.reg.§.exc.20.* Huius ratio proposita est *supr.exc.1.* Exemplum proponitur *l.Stichum.95.§.fin. ff. de solutionibus.* Replicatio prima est: Nisi pactum sit personale. *l. nisi 22. ff. de pactis.* Altera: Nisi fideiussor soluens regressum aduersus debitorem non habeat. *l. quod dictum est. 32. ff. de pactis.* Tertia: Nisi sine sua persona reus pepigerit, ne à fideiussore petatur. reprobatur *l.si vnus 27.§.si cum reo ff.de pactis.* Quarta; Nisi debitor ne intra certum tempus petatur pactus sit, tempusque illud sit finitum. *d. § si cum reo.* Quinta: Nisi debitor postea in contrarium pactus sit, vt petatur *d.l.27.§.pactus ne peteret.ibi,eadem ratione.* Contradicit *l.vlt.ff.eod.tt.M.I.R. d exc.20.repl.1.* Sexta; Nisi cum hæres cum quibusdam creditoribus hæreditariis de parte debiti remittenda pactus esset, pactum illud etiam aduersus creditores absentes, & non consentientes, illi prosit. nam hoc pactum fideiussori vel mandatori aduersus non consentientes non prodest *l.si præcedente.§8.§.Lucius. ff. mandat.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi absens creditor pacto consenserit. *d.§.Lucius.* Altera; Nisi absens creditor partem debiti ab hærede acceperit, & ita pactum ratum habuerit. *d.§.Lucius vers.plane.* Hæc de decima exceptione. Vndecima exceptio; Nisi reus fideiussoris pacto vtatur, reprobatur *l.fideiussoris.23.in pr. ff.de pactis.* Plane admittitur, primum quidem, si fideiussori qui pactus est, in rem suam fideiussit. *l.etsi.24.ff. de pactis.* Deinde, si specialiter hoc actum est, ne & à reo petatur, hoc enim casu reo doli exceptio prodest. *l. idem. 25. §. finali. cum l. sequente. ff. de pactis.* Duodecima exceptio; Nisi fideiussor confideiussoris sui pacto vtatur, reprobatur *d.l.23. Concordat l.si stipulatus.15.§.si ex duobus. ff. de fideiussoribus.* Plane admittitur, si hoc specialiter actum est, ne & à confideiussore petatur. *l.videlicet.26.ff de pactis.* Decimatertia exceptio est; Nisi cum inter aliquos de seruo manumittendo conuenisset, seruus eo contractu vtatur ad se manumittendum. *l.qui Romæ.122.§.Flauius, in fin.ff de verbor.oblig.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hactenus propositæ regulę exceptiones sunt enumeratę, quarum replicatio generalis est: Nisi pactum in personam, non in rem sit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr exc.1.repl.1.*

Secunda regula: Si inter dominum & colonum conuenit, ne dominus à colono quid petat, domino, si à colono conueniatur, ex hoc pacto exceptio non datur. *l.si conuenerit.55. ff. de pactis.* Contradicit *l.cum emptor.5.in prin.ff.de rescind. vendit.item l.vlt.ff.de acceptilat.*

ADVERSVS QVOS EX PACTO & contractu actio, exceptio, vel replicatio competat?

Huius loci regula est, quod pactum alterius alteri non obsit. *Quæ regula approbatur l.imperatores. 3.in princ.ff.de transactionibus. l. si vnus.27.§. ante omnia. ff. de pactis. l. 1. cum duabus legibus sequentibus. C. res inter alios acta. M.I.P. lib. 5. cap. 7.reg. 1.except. 4. M.I.R.d.cap.3.regul 9.* Exemplum proponitur *l. debitorum.25.C.de pactis.Concordat l.pactum.26. C. eod. tt.item l.tale pactum. 40.§. post diuisionem. ff. de pactis.* Aliud exemplum habetur *l. inter debitorem. 42. ff. de pactis.* Aliud *l.transactione. 26. C. de transactionibus.* Item aliud *l.si tibi.17.§.penult.Dig.de pactis.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi pactum defuncti obiiciatur eius hæredi. *l quod ipsis. 185.ff.de regulis iuris.M.I.R.d.regul.9.except.6.* Exemplum proponitur *l.epistola.52.§.1.ff.de pactis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pactũ sit personale. *approbatur per ea quæ proponuntur supr. quæst. 1.regul.1.except.3.replic.1.* Altera exceptio: Nisi pactum vnius creditoris vel rei stipulandi, alij eiusdem crediti creditori vel reo stipulandi obiiciatur, reprobatur *l.si vnus.27. in princip. Dig. de pactis. Concordat l. si cum 3. C. res inter alios acta.* Plane admittitur in casu, *de quo infr. exc. prox.* Tertia exceptio est: Nisi hæres ante aditam hæreditatẽ cum maiore parte creditorum hæreditariorũ pactus sit de parte debiti remittenda, hoc enim pactum etiam allis creditoribus absentibus & non consentientibus obstat. *Quæ exceptio approbatur l.iuris gentium.7.§.si ant. & §.fin ff.de pactis.item l.rescriptum 10.in princ.ff.eod.tt. M.I.R. d.reg.9.except.4.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi inter creditores non conuenerit, quotam partem remittere velint. *d §.fin.* Cuius duplicatio est; Nisi iis dissentientibus, prætor suo decreto partem definierit. *d.§.fin.* Secunda replicatio est: Nisi non maior pars creditorum de parte debiti remittenda consenserit. *d.§.fin.* Huius duplicatio prima est; Nisi iis qui consenserunt, plus debeatur, quam aliis absentib. vel dissentientib. *l.maiorem. 8.ff.de pactis.* Cuius triplicatio prima videtur esse: Nisi

Nisi pluribus summis coadunatis, vni plus debeatur, alij dissentienti vna summa magna debeatur. reprobatur *d.l.8.§.cumulum.* Altera; Nisi vsuris demptis minor summa debeatur. reprobatur *d.l. 8.§.fin.* Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est; Nisi consentientes maiore dignitate præditi sint. *d.l.8.§.in numero.* Tertia; Nisi omnia ex vtraque parte in vnam æqualitatem concurrant. tunc enim consentientium vt pars debiti remittatur, sententia præferenda. *d.l. 8 §.fin autem.* Quarta; Nisi dissentientium plures eandem habeant actionem. hi enim pro vno computantur. *l.si plures.9.ff.d.tt.* Hæc de secunda replicatione, eiusque duplicationib. Tertia replicatio est; Nisi plures consentientes vnius personæ vicem sustineant. tunc enim, quamuis maior pars sit, tamen cedit sententiæ partis minoris. approbatur simul & declaratur *d.l.9.* Quarta; Nisi creditores dissentientes sint priuilegiati. reprobatur *l.rescriptum,10.in pr. ff. de pactis.* Quinta; Nisi creditores non consentientes hypothecam prætendant. *d.l.10.in pr. Concordat l.si præcedente.58.§.Lucius ibi.sicut pignus.ff.mandati.* Sexta: Nisi creditor dissentiens contra fideiussorem vel mandatorem, non contra reum principalem agat. *d. §. Lucius.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup.cap.56.repl.6.*

Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Plane harum replicationum omnium duplicatio generalis est; Nisi creditor dissentiens de parte debiti remittenda consensurus fuisset, nisi consensissent alij. *l.apud Celsum.4.in pr.ff.de doli mali exc.* Hæc de tertia exceptione.

Quarta exceptio est; Nisi cum hæres quorundam creditorum hæreditariorum mandatu adiisset hæreditatem, alias non aditurus, aliquis creditorum dolo non mandauerit. huic enim nihilominus ex mandatu aliorum obstabit exceptio. *d.l.4.in pr.* Quinta; Nisi cum quis debitoris nomine cum eius creditoribus pactus esset de parte debiti remittenda, is quoq; creditor eiusdem sit debitoris. tunc enim eadem exceptio illi obstabit, quam debitor aduersus alios creditores nactus est. Quæ exceptio in tutore pupilli nomine paciscente approbatur *l. cum in eo.44.ff. de pactis. Concordat l.cum hæreditas.58.ff.de administr. tutor.* Sexta; Nisi pactum cum emptore hæreditatis factum, venditori obijciatur. *l.si cum.16. ff.de pactis.* Septima; Nisi re aliena vendita, dominus rei pactus sit cum emptore, vt res venditori restituatur. hoc enim pactum venditori precium petenti obstat. *d.l.16.in fi.* Octaua; Nisi tutoris contractus vel conuentio obijciatur pupillo. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib.5.c.1.q.8.reg.5.* Huius exceptionis præter replicationes *d.reg.5.* enumeratas, & hæc est; Nisi tutor debitori pupillari pactum de non petendo fecerit. hoc enim pupillo non obest. *l.pactum.22.C.de pactis.* Nona exceptio est; Nisi pactum procuratoris obijciatur domino. approbatur simul & distinguitur *l.rescriptum. 10.cum tribus ll.sequentib.ff.de pactis.M.I.R.d.reg.9.exc. 1.* Decima, Nisi pactum magistri societatis societati obijciatur. *l. item, 15. ff.de pactis.M.I.R.d.reg.9. except.2.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane exceptionum iam enumeratarum replicatio generalis est, Nisi pactum in personam, non in rem sit conceptum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. prox. except.1.repl.1.*

QVID VENIAT IN ACTIONEM VEL exceptionem pacti vel contractus, seu in quibus prosit & obsit pactum.

CAP. XVIII.

HVius loci regula est, quod conuentio in alia re facta, in alia non noceat, nec prosit. *l.si vnus.27.§.ante omnia.ff.de pactis. M.I.P. d. cap.7.reg.2. exc.2.M.I.R.d.c.3.reg.10.* Huius regulæ exemplum proponitur *l.emptor.47.§.Lucius Titius. ff.de pactis.* Aliud *l.ex pluribus.89.in prin.ff.de solutionibus.* Exceptio prima est: Nisi cum decem deberentur, pactum factum sit de viginti non petendis. hoc enim casu decem petitis, nihilominus pactum nocet. *l.si vnus.27.§.si cum mihi.ff.de pactis. Concordat l.1. §.si stipulanti.ff.de verb.oblig.* Altera: Nisi cum viginti deberentur, pactum factum sit de decem non petendis. hoc enim casu viginti petitis, obstabit pactum in decem: quamuis alia videantur decem in pactum deducta, & viginti petita. *d.§.si cum mihi.* Tertia: Nisi cum decem aut Stichus deberentur, conuenerit ne decem petantur: & decem aut Stichus petantur. hoc enim casu non obstabit regula proposita, quasi aliud petatur, quam in pactum sit deductum. *d.l.27.§.sed si stipulatus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi nominatim conuenerit, vel sola decem non petantur, Stichus petatur. *d.§.sed si stipulatus.* Plura de hac exceptione vide *inf.lib.24.ca.11.quæst. 8.exc.4.* Quarta exceptio est; Nisi cum homo deberetur conuenerit ne Stichus petatur. hoc enim casu etiam alio homine petito, videtur obstare exceptio pacti, *ratione d.§.sed si stipulatus vers.nam vt solutione.* sed reprobatur *d.l.27.§.sed si generaliter.* Plura de hac exceptione vide *d quæst. 8.exc.5.* Quinta exceptio est: Nisi cum conuenisset de toto non petendo, singulæ partes petantur. tunc enim, quamuis aliud totum sit, aliud partes: nihilominus obstat pacti exceptio. approbatur exemplo *d.l.27.§.item si pactus.* Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *sup.lib.2.cap.41.quæst.2. except.17.*

QVÆ EX PACTO ACTIO vel exceptio nascatur, quæq; eius adsinia sint remedia.

CAP. XIX.

PRima regula: Si conuentio nominata sit, nascitur hinc actio empti, venditi, locati, conducti, pro socio, mandati, &c. *l.iuris gentium. 7. in pr.ff.de pactis.*

II. Regula: Si conuentio sit innominata, nascitur hinc actio præscriptis verbis. *d.l.7.§.1.*

III. Regula; Si stipulatio contractui interuenit, siquidem certa est stipulatio, certi condictio hinc oritur: sin autem incerta est stipulatio, datur hinc actio ex stipulatu. *Instit.de verborum oblig. in prin.*

in pr.l.si quis.24 ff.si certum petatur.l.debitor.7.in fin.C. de pactis.l.si pacto.14.item l.petens.27.C.eod.tt.

IV. Regula; Si pactum bonæ fidei iudicio insit; puta emptioni, venditioni, locationi, conductioni, &c. datur ex eo empti, venditi, locati, conducti, &c. actio. *l.iuris gentium.7.§.quinimo.ff de pactis. Concordat l.ex conuentione.11.in fin.C.de pactis.*

V. Regula: Ex pacto nudo non datur actio, sed exceptio tantum. *De qua re dictum sup.c.15.exc.12.*

VI. Regula: Exceptionis pacti conuenti de non petendo, adfine remedium est exceptio doli. *l.rescriptum.10.§.fin.ff.de pactis.*

VII. Regula: Exceptionis pacti conuenti de non petendo, adfine quoq; remedium est actio ex stipulatu, si stipulatio pœnalis est subiecta. *d.l. 10.§.si pacto. Concordat l.pacto. 15.ff. de transactionibus.* Plura de hac re vide *inf.lib.prox.cap. 9. de pœnali stipulatione.*

VIII. Regula; Si quis exceptione pacti tutus soluerit, condictione indebiti quod soluit repetere potest. *l.creditori.5.in fin.C.de pactis.*

IX. Regula: Exceptionis pacti conuenti adfine quoque remedium est in casu actio mandati. *l.iuris gentium.7.§.si ante.ibi: qui si mandato.ff.de pactis.* Hactenus de pactis conuentis & contractibus in genere actum: Antequam autem species singulorum contractuum cum suis actionibus prosequamur, actiones generales, Certi videlicet condictio, & Triticaria, sunt describendæ.

DE CERTI CONDICTIONE, *& de condictione Triticaria.*

CAP. XX.

I. CAVSÆ EX QVIBVS CERTI condictio competit?

PRima causa, eaq; generalis; Certi condictio generalis ex omni causa competit, & ex omni obligatione, ex qua certum petitur. *l. certi condictio.9.in pr.ff.si certum petatur. M.I.R. d.cap.3.reg.14.* Quid certum sit, definitur *l.certum.6.ff.eod.tt.* Exceptiones autem propositę regulæ vide *inf.lib.17. cap.1.de certi condictione ex mutuo,q.1.* Sane concordat propositæ causæ *l.1.ff.si certum petatur.*

II. Causa: Si quid vi fluminis in agrum alienum inportatum est, hac actione condici potest. *l.si quis.4.§.fin.ff.eod.tt.*

III. Causa: Res pignori data, pecunia soluta condici potest. *d.l.4.§.res pignori.*

IV. Causa: Fructus ex aliena re sine causa percepti, à domino condici possunt. *d.§.res.ibi: fructus* Huius causæ exceptio est: Nisi domini fructus non fuerint. *l.si vrbana.55.in fin.ff.de condict.indebiti.* Similis causa proponitur *l.cum fundus.31.§.seruum. ff.si certum petatur.* item alia *l.si eum.25.ff.eod.tt.*

V. Causa; Ex causa legati, Aquiliæ & furti competit. *Quæ triplex causa approbatur l. certi condictio.9.§.competit.ff.si certum petatur.*

VI. Causa: Si res nostra sine causa apud aliquem sit, condici potest. *l.rerum 25. in fin. ff. rerum amotarum.* Reliquæ causæ suis subiectæ sunt locis. Exceptiones autem harum causarum vide *inf.lib.7.cap.1.*

II. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

De eo cui ex senatusconsulto hæreditas est restituta, proponitur *l.certi condictio.9.§ sed etsi ex.ff.si certum petatur.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

De eo qui alieno nomine obligatus est, habetur *d.l.9.§.siue autem.*

IV. QVID VENIAT IN hac actione.

Omnis causa actori restituenda. approbatur simul & declaratur *l.cum fundus.31.in princ.ff.si certum petatur.*

V. QVANDO COMPETIT actio?

I. Regula: Non nisi conditione, sub qua creditum est, existente. *l.non omnis.19.in pr. ff.si certum petatur.l.proinde.8.in prin.item l.certi condictio.9.in pr. ibi cæterum si in diem.ff.eod.tt.* Reliquas huius loci regulas vide *inf.cap.12.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: De vindicatione & ad exhibendum actione, si inutiliter creditum sit, vide *inf.lib.17.c. 1.de certi condictione ex mutuo.quæst.6.reg.3.*

II. Regula, De actione ex empto, proponitur *l.cum fundus.31.§.seruum.ff.si certum petatur.*

III. Regula, De negociorum gestorum actione, proponitur *l.si cum.3.in fin. C.de contrah.stipulat.* Hæc de certi condictione generali: quanquam plura ad eam pertinent: licet colligere ex condictione certi ex mutuo. *De qua inf.lib.17. c.1.dicetur.*

DE CONDICTIONE triticaria.

I. Differentia huius actionis à certi condictione, sumpta ex re petita, proponitur *l.1.in pr.ff. de actione Triticaria.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS hæc actio competit.

Ex ijsdem causis hæc actio competit, ex quibus etiam superior proxima, scilicet ex omni contractu & ex omni delicto. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi pecunia numerata petatur. *d.l.1.* Altera: Nisi res immobilis petatur, reprobatur *d.l.1.* Tertia: Nisi res incorporalis petatur. *d.l. 1.* Quarta: Nisi suam rem quis petat. approbatur simul & distinguitur *d.l.1.§.fin. Concordat Inst.de actionib.§.sic itaq; discretis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi quis rem furto sibi ablatā condicat. *d.§.fi. Cui concordat d.§.sic itaq; discretis.ibi, plane odio furum.* Altera: Nisi rem vi sibi ablatam quis condicat. *d.§.fin. Concordat l.2.ff.de condict.Tritic.*

III. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Si quis fundum, à quo vi deiectus est, condicat: quid veniat condicendum, proponitur *d.l.2.*

II. Regula, De æstimatione. Cuius temporis æstimatio debeatur, definitur *l.in hac actione. 3.ff. de condict.Tritic.* Quæ tamen videtur contradicere ijs quæ proposita sunt *sup.cap.6.reg.3.* Sed & contradicit sibi ipsi; cum in principio tempus condemnationis, in fine tempus moræ spectandum asserat. Quod alijs æstimandum relinquo.

FINIS LIBRI DECIMIQVINTI.

DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.

LIBER DECIMVSSEXTVS.

QVoniam stipulatio & verborum obligatio omnibus contractibus interuenire potest, eosque in se transformare, *l.stipulationum.5.§.conuentionales.ibi.quarum totidem.ff.de verb.oblig.* in speciali contractuum tractatione ab illa ordiemur, primum de ipsa stipulatione & verborum obligatione in genere dicturi, postea de actione ex stipulatu, postremo de quibusdam stipulationis speciebus.

DE STIPVLATIONE ET VERborum obligatione in genere.

CAP. I.

I. DE DEFINITIONE AC DIFferentia stipulationis & verborum obligationis.

PRima regula; Stipulatio & verborum obligatio differunt, quemadmodum causa & effectus. Stipulatio enim est ipsa verborum conceptio, ex qua efficitur & nascitur illa obligatio verborum. Alterum tamen pro altero sumi solet.

II. Regula: Definitur stipulatio *d.l.5 §.stipulatio.ff.de verb.oblig.M.I.P.lib.5.cap.4.reg.1.*

III. Regula: Verborum obligatio definitur *Inst de verb.oblig.in pr.Concordat ijsdem verbis l.1.§.verbis.ff.de act.& oblig.Item concordat l.oblig.51.§.verbis.ff. eod.tt.* Interrogatio enim & secuta responsio stipulatio dicitur: obligatio autem quæ ex ea nascitur, dicitur verborum obligatio, *vt sup.est dict.*

IV. Regula, De ratione nominis, proponitur *Inst.de verb.oblig.§.1.*

V. Regula: Proprium stipulationum est, quod natura sua cautionales sint. *l.1.§. & sciendum.ff.de prætorius stipul.*

VI. Regula: Ex stipulatione duplex nascitur actio, certi videlicet condictio, & ex stipulatu actio. *De qua re vide inf.cap 8.reg.1.*

II. DE DIVISIONIBVS ET speciebus stipulationis.

Prima diuisio stipulationum, sumpta ex causa efficiente, quod scilicet aliæ iudiciales sunt, aliæ prætoriæ, aliæ conuentionales, aliæ communes, proponitur *l.stipulationum.5.in pr.ff. de verb.oblig.* Nam aut vltro ac volens quis stipulanti promittit, & dicitur stipulatio conuentionalis: aut coactus vel iudicis officio, & dicitur iudicialis: vel prætoris edicto, & dicitur prætoria: vel denique simul officio iudicis & edicto prætoris, & dicitur communis. *Concordat Inst. de diuisione stipulationum.*

II. Diuisio stipulationum, sumpta ex re in stipulatum deducta, quod scilicet aut in dando, aut in faciendo consistant, habetur *l.2.in pr.ff. de verb. oblig.Concordat Inst.eod.tt.§.non solum.*

III. Diuisio, itidem ex re in stipulatum deducta sumpta, est, quod quædam certæ sunt, quædam incertæ. quæ approbatur, simul & definitione vtriusque generis & specierum enumeratione declaratur, *l.stipulationum.74.cum l.sequen.ff de verb.oblig.* Vsus autem huius diuisionis est, vt sciamus quæ ex stipulatione nascatur actio. Nam ex certa stipulatione, certi oritur condictio: ex incerta vero datur actio ex stipulatu. *de qua re vide inf.cap.8.reg.1.* Certę stipulationis species hę sunt: prima quidem, si quis certam pecuniæ summam stipuletur; veluti aureos decem. Altera si quis certum fundum stipuletur: veluti fundum Tusculanum. Tertia, si quis certum hominem stipuletur: veluti Stichum. Quarta, si quis certi generis frumentum vel vinum optimum stipuletur. *d.l.74.§.1.Huic speciei concordat l.vbi autem 75.vers.at cum optimum.* Quinta certæ stipulationis species est: Si quis vinum, oleum vel triticum, quod in horreo est, stipuletur. *d.l.75.§. 1.vers.sed qui vinum.* Sexta: Si quis ita stipuletur, Decem aut Stichum, vtrum ego velim. *d.l.75.§. qui illud aut illud. De quo etiam paulo inferius.* Septima: Si quis ita sit stipulatus, Decem mihi aut Titio, vtrum ego velim, dare spondes? quæ tamen species partim certa est, partim incerta. *de qua vide item inf. de incerta stipulat. specie 8.* Octaua species est: Si quis certum quid dari sit stipulatus. *d.l.75.in fin.* Hæc de certa stipulatione. Incerta vero stipulatio definitur *d.l. 75.in pr.* vbi eius quoque species enumerantur: prima quidem, Si quis fundum sine propria appellatione, vel hominem generaliter sit stipulatus. *Cui concordat l.qui ex pluribus.106.ff.de verb.oblig.* Altera: Si quis vinum frumentumue sine qualitate dari sibi stipulatur. Tertia; Si quis bonum aliquod sit stipulatus. Quarta: Si quis vsum fructum stipuletur. Quinta: Si quis partum futurum, vel fructus nascituros sit stipulatus. Sexta: Si quis id quod in faciendo vel non faciendo consistit, stipulatus sit. Septima: Si quis vnam rem ex duabus sit stipulatus. Octaua: Si quis sibi aut Titio dari sit stipulatus. Hæc species reprobatur simul & distinguitur *l. iber homo.118.8.fin.ff.de verb oblig.* Nona: Si quis vsuras quascunq; sit stipulatus. *d.l.75.§.qui sortem.* Decima: Si quis pecuniam credi sibi sit stipulatus. *l.si pœnam.68.ff.de verb.oblig.*

IV. Diuisio stipulationum est, quod alia sit diuidua, alia indiuidua. approbatur simul & declaratur *l. in executione. 85. ff. de verborum obligationib.M.I.R.d.cap.4.reg.2.* De qua diuisione vide item *inf.cap.6.reg.19.item sup.lib.prox.cap.5. reg.5. exc.7.rep.2.*

DE NVMERO STIPVLATIOnum & obligationum.

CAP. II.

PRima regula: Tot sunt stipulationes, quot res in stipulationem sunt deductæ. *l. scire debemus.*

bemus.29.in prin.& §. at si quis.ff. de verborum oblig.l. quia dicitur.32.in prin.ff.de euictione l.plurib.140.in pr. ff.de verb.ob ig.item l.1.§ sed etsi mihi.ff.d.tt. M.I.R. d.c. 4.reg.3. Huius exemplum etiam est, si quis sortem stipulatus sit & vsuras. hoc enim casu duæ sunt stipulationes.*l.vbi autem.75 §.pen.ff.eod.tt.* Idem est, si quis aliquid dari vel fieri sit stipulatus, & nisi fiat, pœnam dari.*l.1.§.fin.ff.de stipul.seruorum l.obligationum.43.§.fi.ff.de act.& oblig item l.Titius.9. ibi: sed in pœna.ff.de seruis exportandis.* Aliud exemplum proponitur *l. si ita.126.§.1.ff.de verb.obligat.* Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi singulæ res non fuerint specialiter expressæ in stipulatione, nec separatim propositæ. *l. quod dicitur.86. ff.de verb.oblig.* Exempla proponuntur *l.scire debemus.29.§.1.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pluribus specialiter pactis vna stipulatio subijciatur. tunc enim, quamuis non singula separatim in stipulatione repetantur: tamen tot stipulationes sunt, quot res antea specialiter in pactum deductæ.*l.Titia.134.§.fin ff.de verb.oblig.Concordat l.plurib.140.in pr.ff.eod.tt.* Hæc de prima regula eiusque exceptione.

II. Regula: Si quis annua, bima, trima die dari stipulatus sit: tres sunt stipulationes, non vna. *d.l.140.§.1.*

III. Regula: Stipulatio in annos singulos vna est, non plures.*l si Stichum.16.§.fin.ff.de verb. oblig.M.I.R.d.cap.4.reg.4.*

IV. Regula: Si quis eandem rem pluribus diuerso tempore promiserit: plures sunt stipulationes.*Inst.de duob.reis stipul.in prin.ibi: nam si prius.*

V. Regula: Si reorum promittendi vel stipulandi alter alteri hæres extiterit: duas obligationes, non vnam sustinet. *l. si reus.13.ff. de duobus reis constit.Concordat l generaliter.5.§.est autem species.ff.de fideiussoribus.*

VI. Regula: Si creditorum vel debitorum eiusdem rei alter alteri hæres extiterit: duæ obligationes in vnius persona concurrunt.*quæ regula approbatur l.non est nouum.10.ff.de actionib.empti.l.hæres.21.§.non est nouum, in fine ff.de fideiussorib.* Sed plura de hac re dicentur *inf.lib.24.capit.16.de confusione oblig.*

VII. Regula: Si idem primum in diem, deinde pure fideiusserit: duas obligationes sustinet. *d.§.non est nouum.*

VIII. Regula: Si stipulatio alicui contractui interueniat: non duæ nascuntur obligationes, sed vna verborum.*l.si ita.126.§.Chrysogonus.ibi: superest ff.de verborum obligat. Concordat l.si ita.6.in fin. cum l.seq.ff.de nouationibus.* Huius regulæ exceptio est: Nisi stipulatio sit inutilis, *d.§.Chrysogonus.versic.plane si præcedat.l.certi conditio.9.§. numeraui.ff. si certum petatur.item l.si cum.3. C. de contrahendis stipulationibus.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS *stipulationem: seu de inutilibus stipulationibus.*

CAP. III.

REguliriter quidem stipulatio vtilis præsumitur, paritque actionem ex stipulatu, siquidem incerta est; sin vero certa, parit certi condictionem, *vt inf.demonstrabitur.M.I.R.d.c.4.reg.5.in pr.* Recipit tamen hęc regula plures exceptiones pro qualitate & varietate personarum tam stipulantis quam promittentis, rei in stipulationem deductæ, causæ, modi, & aliarum circumstantiarum, de quibus ordine dicendum; & primum de ijs quę sumuntur ex persona stipulantis.

I. Exceptio; Nisi infans vel infantiæ proximus stipulatus sit.*l.1.in pr.ff.de verb.oblig.Inst.de inutilib.stipulat.§.pupillus.item l.1.§.furiosum.ff. de act.& oblig.* Infans autem definitur minor septem annis, *l.si infanti.18.in pr.C. de iure deliberandi.* Exemplum proponitur *l.mulier.70.ff.de verb.oblig.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi septimum annũ excesserit, & loqui possit. tunc enim, quamuis infantiæ sit proximus, stipulatio tamen valet. *Inst.d. §.pupillus.& d.§ furiosum.* Cuius duplicatio videtur; Nisi sine tutoris authoritate sit stipulatus. sed reprobatur *Inst.d.§.pupillus. Concordat l.necẽ.5.C. de contrahen.stipul.*

II. Exceptio; Nisi furiosus stipulatus sit. *l. 1.§. furiosum.ff.de act.& oblig. Concordat Inst. de inutil.stipul.§.furiosus.*

III. Exceptio; Nisi mutus vel surdus stipulatus est.*l.1 in prin.ff.de verborum oblig.Inst. de inutilibus stipulat.§.mutum.item l.1.§.fin.ff.de act.& oblig.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi tardius exaudiat vel loquatur.*d.§.fin.* Altera; Nisi per seruos suos stipulentur.*l.1.§.1.ff.de verbor. obligationib.*

IV. Exceptio; Nisi is cui bonis interdictum est, sit stipulatus. reprobatur *l.is cui.6.ff.eod.tt.*

V. Exceptio; Nisi seruus sit stipulatus. reprobatur *l.3.ff.de stipulation. seruorum.* Admittitur tamen si seruus communis seipsum sibi stipuletur. *l.2.ff.d.tt.* Item admittitur, si seruus duorum vel plurium communis stipuletur, Illi aut illi dominis meis dare spondes? *l.9.§.fi. cum quatuor ll. seqq. & l.21.ff.eod.tt.* Huius rationem vide *sup.lib. prox.c. 15.exc.26.repl.11.dupl.1.*

VI. Exceptio; Nisi inter absentes stipulatio sit facta. *Inst.de inutilib.stipul.§. item verborum. l. 1. in pr. ff.de verb.obligat.l.vt inter.3.in pr.C.de inutilib.stipul. item l.continuus.137.in pr.ibi: & cominus responderi.ff.de verb.oblig.M.I.R.d. reg 5.exc.10.* Plane qui dicit, inter absentes stipulationem concepram; id probare tenetur. *de qua re vide inf.cap.7.reg.2.* Hactenus exceptiones desumptæ ex persona stipulantis, sequuntur nunc eæ quæ sumuntur ex persona promittentis.

VII. Exceptio; Nisi pupillus promiserit. *l.1. de inutilib.stipul.M.I.R.n.reg.5.except.1.* Plane exceptio hæc fideiussori pupilli non datur; quod replicationis loco notandum. quæ approbatur simul & distinguitur *l.si pupillus. 127 ff. de verb.oblig.* Cuius rationem vide *sup.lib.prox. cap.1. de naturali oblig.quarto proprio.* Eius autem duplicatio est; Nisi res promissa interierit.*d.l.127.* Plura de replicatione proposita vide *inf.lib.21.c.1.q.2.exc.12.repl.1.* Sed & plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup.lib.prox.cap.2.exc.1.*

VIII. Exceptio; Nisi minor vigintiquinque annis promiserit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.d.exc.1.repl.6.*

IX. Exceptio; Nisi is cui bonis interdictum est, promiserit.*l.is cui.6.ff.de verbor.obligat. M.I.R.d. reg.5.*

reg.5.exc.2. Declaratur exceptio proposita *l.1.in pr. ff.de curatorib.furiosor.*

X. Exceptio: Nisi furiosus promiserit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.libro proxim.capit.2. except.2.*

XI. Exceptio: Nisi mutus vel surdus promiserit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.exc.3.*

XII. Exceptio: Nisi filiusfamilias promiserit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.libro proximo, capit.2.except.4.* Plane admittitur in filiofamilias impubere, *l.si seruus.141.§.pupillus.ff.de verborum obligationibus.*

XIII. Exceptio: Nisi seruus promiserit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.d.cap.2.exc.3.*

XIV. Exceptio: Nisi inter patrem & filium, vel dominum & seruum stipulatio sit contracta. approbatur simul & distinguitur *d.c.2.exc.5.& 6.* Hactenus exceptiones ex persona tam stipulãtis quam promittentis. Sequuntur nunc exceptiones rei in stipulatum deductæ.

XV. Exceptio: Nisi legibus prohibitum sit id quod in stipulatum deductum est.*l.si stipuler.35. §.item quod.ff.de verborum obligat.l.iuris gentium.7.§. & generaliter.ibi.Marcellus.ff.de pactis.Instit.de inutilib. stipulat.§.quod turpi.item l.generaliter.26.cum l.seq. ff. de verborum obligationibus.* Reliqua ad propositam exceptionem pertinentia vide *sup.lib.prox.capit.15. except.17.*

XVI. Exceptio; Nisi id quod pondere, numero vel mensura continetur, sine adiectione ponderis, numeri vel mensuræ in stipulatum sit deductum.*l.ita stipulatus.115.in princ.ibi non secus. ff. de verborum obligationibus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ex antecedentibus & alijs coniecturis de pondere, numero vel mensura constet.*l.triticum.94.ff.eod.tt.*

XVII. Exceptio: Nisi fundus in genere sine nomine in stipulationẽ sit deductus.*d.vers.non secus.*

XVIII. Exceptio: Nisi quis domum ædificari stipulatus sit, non adiecto loco.*d.vers.non secus.Cui concordat l.qui insulam.95.ff.eod.tt.item l.2.§.si quis insulam.ff.de eo quod certo loco.* Huius exceptionis eadem replicatio est, quæ superioris 15.

XIX. Exceptio: Nisi cum conuenisset, vt certo die quid fieret, dies in stipulatione per errorem sit omissus. approbatur *l. ita stipulatus. 115.in pr.ff.de verb.oblig.*

XX. Exceptio: Nisi incertum tempus in stipulationem sit deductum. reprobatur per exempla *sup.lib.prox.c.12.reg.5.* Nunc sequuntur exceptiones contra stipulationem ex alijs circumstantijs, quam ex personis vel rebus stipulationis desumptæ.

XXI. Exceptio: Nisi non continuo actu stipulatio facta sit.*l.continuus.137.in prin.ff.de verb.oblig. l. 1.§.qui præsens.ff.eod.tt.item l.si ex duobus.12.in pr.ff.de duob.reis constit.M.I.R.d.reg.5.exc.9.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi modicum tempus, item modicus actus interuenerit.*l.duos reos.6.§.fi.ff. de duobus reis constit.Concordat l.1.§.qui præsens.ibi: si vero. ff.de verb.oblig.*

XXII. Exceptio: Nisi non solennibus verbis stipulatio sit facta. Hęc exceptio iure quidem antiquo approbatur *Instit.de verb.oblig.§.in hac re.* Iure autem nouo reprobatur *ibidem, & homines.10.C. de contrah.stipul.* Exemplum proponitur *l.Hand-litus.12.C.de fideiussorib* Aliud *l.1.§.si quis ita ff. de verb. oblig.M.I.R.d.reg.5.exc.12.repl.1.*

XXIII. Exceptio: Nisi interrogatus verbis non responderit, *d.§.si quis ita. M.I.R. d.reg.5.exc.11.* Huius replicatio est; Nisi non verborum obligatio, sed alia quæ solo consensu consistit, contrahatur.*l.si stipuler.35.§.fin.ff.de verb. oblig. M.I.R.d.exc. 11.repl.5.*

XXIV. Exceptio; Nisi aliter ac interrogatus est, responderit. *Inst.de inuti. stip. §.præterea inutilis. Concordat l.1.§.si quis simpliciter. & §. cum adijcitur.ff. de verborum obligat. M.I.R. d.regul. 5.exc.4.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi diuersitas responsionis stipulatori illico placuerit. *d. §. cum adijcitur.M.I.R.d.exc.4.repl.5.* Altera: Nisi quædam extrinsecus, & nihil ad præsentem actum pertinentia adiecta fuerint stipulationi. *l. quæ extrinsecus.65.in prin.ff.de verborum obligat.* Tertia: Nisi alia lingua respondeatur. approbatur *per ea quæ proponuntur inf.exc.prox.* Quarta: Nisi pluribus rebus à stipulatore propositis, vno verbo fit responsum, hoc enim casu quamuis non singula in responsione repetita sunt, valet tamen stipulatio. *Inst.de inutilibus stipul.§.præterea inutilis ibi: nam si hoc solum.& §.quoties.M.I.R.d.exc.4. repl.6.* Quinta: Nisi pluribus rebus à stipulatore expressis, promissor vnam ex his vel quasdam se daturum sponderit; in his enim nihilominus obligatio valet, quamuis quasdam res stipulationi in respondendo detraxerit.*quæ replicatio approbatur d. §. quoties.Concordat l.inter stipulantem.83.§.si stipulante.ibi. item si ego.ff.de verborum oblig.* Exemplum est, si me viginti interrogante, tu decem respondeas. *quod proponitur l.1.§.si stipulanti.ibi: ex contrario. ff. de verb. obligat.M.I.R.d.except.4.replicat.1.& 3.* Sexta: Nisi in respondendo summa vel species sit adiecta. hoc enim casu nihilominus summa vel species in interrogatione contenta debetur, quamuis adiecta in responsione non debeatur. *d. §.si stipulanti.* Idem approbatur in stipulatione specierum *d.l.1.§.sed etsi mihi.M.I.R.d.exc.1.& 2.replicat.4.* Septima replicatio est: Nisi ita interroganti, Mihi aut Titio dare spondes? tu respondeas, te mihi daturum. valet enim stipulatio, quamuis minus sit in responsione, quam est in interrogatione.*l si seruus.141.§.si ita stipulatus.ff.de verborum oblig.* Octaua; Nisi in rei quæ promittitur, vel personæ appellatione varietur. *l. si sub. 136.in principio.ff.de verborum obligat.l.quæ extrinsecus.65.§.final.ff.eod.tt. M.I.R.d.exc.4.repl.8.* Nona: Nisi in ijs contractibus, qui solo consensu fiunt, ad interrogationem non sit responsum. hoc enim casu nihilominus contractus valet.*l.si stipuler.35.§.fin.ff. de verb. oblig.* Hæc de 24.exceptione.

XXV. Exceptio: Nisi alia lingua respondeatur, quam interrogatio facta est. reprobatur *l.1. §.eadem.ff.de verb.oblig.Concordat Inst.eod.tt. §. vtrum autem Latina.M.I.R.d.exc.4 repl.9.*

XXVI. Exceptio: Nisi falsa demonstratio, vel falsa causa stipulationi interuenerit. reprobatur exemplo *l.si diuortio.21.ff.de verb.oblig.* Aliud exemplum proponitur *l.si ita. 120.ff.eod.tt.* Item alia exempla proponuntur *l si seruus.105.§.sed etsi ei. & §.qui quinque.ff.de leg.1.* Sed & plura de hac exceptione reprobata vide *inf.exc.prox.repl.1.*

XXVII. Ex-

XXVII. Exceptio: Nisi error stipulationi interuenerit. *Instit. de inutilibus stipulat. §. si de alta re. Concordat l. inter stipulantem. 83. §. si Stichum. ff. de verbor. obligat. l. continuus. 137. §. 1. ff. eod. tt.* Exemplum proponitur *l. Iulianus. 7. ff. de doli mali except.* Aliud *l. pater. 57. in prin. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in nomine, non in corpore sit erratum. *l. si in nomine. 32. ff. de verbor. obligat. Concordat l. si id. 22. ff. eod. tt.* Secunda: Nisi librarius in describenda stipulatione erraverit, *l. si librarius. 92. ff. de reg. iur. Concordat l. 2. C. de errore aduocatorum.* Tertia: Nisi quis delegatus ab eo quem creditorem suum esse putabat, creditori eius promiserit. approbatur simul & distinguitur *lib. 24. cap. 12. q. 3. reg. 7.* Plura de exceptione proposita vide *sup. li. prox. cap. 2. exc. 8.*

XXVIII. Exceptio: Nisi non contrahendæ obligationis animo stipulatio sit facta. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. proxim. cap. 2. exceptione 7. Concordat l. iuris gentium 7. § quod fere. ff. de pactis.*

XXIX. Exceptio: Nisi ex turpi causa stipulatio sit facta. *Instit. de inutilib. stipulat. §. quod turpi. Concordat l. si flagitij. 123 ff. de verb. obligat. M. I. R. d reg. 5. exc 8.* Exemplum proponitur *l. mercalem. 3. C. de condictione ob turpem causam.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ex turpi causa promissum solutum sit. tunc enim ratione propositæ exceptionis repeti non potest. *d. l. 5.* De qua re vide plura *inf. lib. 25. cap. 11. quæst. 1. exc. 1.*

XXX. Exceptio: Nisi libertatis onerandæ causa sit promissum. approbatur simul & distinguitur *sup. lib. 6. cap. 17. reg. 16.*

XXXI. Exceptio: Nisi stipulatio præpostere sit concepta. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbatur simul & declaratur *Instit. de inutilibus stipulat. §. item si quis ita.* Cuius replicatio est: Nisi ita stipulatio sit facta, Si Titius consul factus fuerit, tunc ex hac die in annos singulos dena dare spondes? *l. huiusmodi. 64 ff. de verborum obligationib.* Plane iure nouo exceptio proposita reprobatur *Inst d. § item si quis ita. Concordat l. præposteri. 25. C. de testamentis.*

XXXII. Exceptio: Nisi ita facta sit stipulatio, Quod tibi Titius debet, cum debitor esse desierit, dare spondes? reprobatur *l huiusmodi. 20 ff. de verbor. obligat.* vbi ait Iurisconsultus: Quod tibi Titius debet. Alij legunt: Quod mihi Titius debet. Quo casu replicatio hic notanda est eius exceptionis; de qua *sup. lib. prox. c. 15. exc. 31.* Plane harum exceptionum replicatio generalis est: quod stipulatio inutilis, vtile contineat pactum. approbatur exemplo acceptilationis *l. si vnus. 27. § si acceptilatio. ff. de pactis. l. an inutilis. 8. ff. de acceptilatione.* Aliud exemplum habetur *l. iuris gentium. 7. ff. de pactis.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi ne in pactum quidem consensum sit. *d. l. 7. in fin. ff. eod. tt.* Altera: Nisi tale insit vitium stipulationi, quod & pactum vitiaret. approbatur exemplo præcedentis duplicationis. Hactenus exceptiones aduersus stipulationem, desumptæ ex ijs quæ stipulationi insunt: quarum tamen plures vide *sup. lib. prox. c. 2. & cap. 15.* Plane harum exceptionum replicatio generalis est; quod stipulatio inutilis vtile contineat pactum; *exemplo l. 7. §. quod fere. & l. si vnus. 27. §. si acceptilatio. ff. de pactis.* Cuius duplicatio prima est: Nisi ne in pactum quidem consensum sit. *de qua re vide inf. lib. 24. cap. 11. q. 5. in fin.* Altera: Nisi tale insit vitium stipulationi, quod etiam pactum vitiaret. *de qua re vide d. q. 5. in fin.* Sequuntur nunc exceptiones ex ijs quæ stipulationem sequuntur.

XXXIII. Exceptio; Nisi in eum casum inciderit obligatio, quo ab initio incipere non potuit. *l. pluribus. 140. §. et si placet. ff. de verb. obligat. l. existimo. 98. in pr. ibi: & maxime. ff. eod. tt. Instit. de donationibus stipulat. §. item contra licet. item l. si in metallum. 3. in fin. ff. de his quæ pro non scriptis hab.* Huius exceptionis exempla seu species sunt exceptiones proxime sequentes. Sed & eius exemplum proponitur *l. si sub. 136. §. fin. ff. de verborum obligationib.* Replicatio prima est: Nisi is qui viam vel actum ad fundum stipulatus est, duobus vel pluribus heredibus relictis decesserit, hoc enim casu nihilominus durat obligatio, quamuis ab initio seruitus per partes adquiri non potuerit. *l. pluribus. 140. §. et si placet. ff. de verb. oblig.* Altera: Nisi culpa promissoris obligatio in eum casum inciderit, quo ab initio incipere non potuit. *Inst. de inutilib. stipul. §. item contra.* Sed & eius species cum alijs replicationibus vide *inf. in exceptionib. sequentib.*

XXXIV. Exceptio: Nisi res promissa sacra sit facta. Hæc exceptio species exceptionis præcedentis specialiter approbatur *l. inter stipulantem. 83. §. sacram rem. ibi. nam & cum quis. ff. de verb. oblig.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi facto vel culpa promissoris res sacra sit facta. *d. §. sacram. ibi: si sine facto.* Quomodo autem culpa promissoris hic sit dijudicanda, vide *inf. exc. prox.* Altera replicatio: Nisi res postea rursus profana sit facta. reprobatur *d. §. sacram.*

XXXV. Exceptio: Nisi homo promissus liber sit factus. *l. is qui. 51. ff. de verborum obligat. l. inter stipulantem. 83. §. sacram rem. ibi: nam & cum quis. ff. eod. tt. l. statuliberum. 9 §. illud tractatum. ibi: at si ante. ff. de statuliberis. l. si mihi. 82. ff. de solutionibus. l. qui res suas. 98. §. aream. ibi: si alienum ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi dolo culpaue promissoris homo promissus ad libertatem peruenerit. *d. l. 51.* Sane quomodo culpa promissoris hoc casu dijudicanda sit, definitur *l. si seruum. 91. §. sed si sit quidem. ff. de verborum obligation.* Altera replicatio est: Nisi seruus ab ipso promissore sit manumissus. cuius tamen duplicatio est; Nisi seruus manumissus ante moram decesserit. *l. is qui. 44. ff. de action. & obligat.* Tertia replicatio est; Nisi seruus promissus, tempore stipulationis vel postea promissoris fuerit. *d. l. 91. §. sed si sit quidem.* Huius duplicatio est: Nisi ex præcedente aliqua causa seruus promissori fuerit ablatus. *d. l. 91. §. item si homo.* Quarta replicatio est: Nisi post moram à promissore factam, seruus fuerit manumissus. *d. §. sed si sit quidem.* Huius duplicatio est: Nisi post moram factam promissor seruum offerendo moram purgauit. *approbatur inf. cap. prox. exc. 8.* Quinta replicatio; Nisi seruus liber factus, postea rursus in seruitutem redigatur. reprobatur *l. inter stipulantem 83 §. sacram rem. ibi nec reuocatur. ff. de verborum obligation. Concordat l. qui res suas. 98. §. aream. ibi: nec adimitur. ff. de solutionibus.*

XXXVI. Exceptio; Nisi seruus promissus ab hostibus captus sit. *d. §. aream. ibi: diuersum dicemus.* Cuius replicatio prima est: Nisi seruus postliminio redierit. *d. vers. diuersum* Altera: Nisi culpa promissoris seruus ad hostes peruenerit. approbatur simul & declaratur *per ea quæ proposita sunt supr. exc. prox. repl. 1.*

XXXVII. Exceptio, Nisi res promissa ex alia causa ad stipulatorem peruenerit. *l. inter stipulantem. 83. § si rem quam ff. de verborum obligat. l. eum qui 56. § si à te stipulatus. ibi: cum mihi fundum. ff. eod. tt. item l. omnes. 16 ff. de action. & oblig.* Exemplum proponitur *d. § si rem quam.* Replicatio prima est: Nisi res stipulatori rursus ex causa aliqua auferri possit. approbatur exemplo *d. § si rem. l. non videtur. 51. ff. de regulis iuris. item l. in perpetuum. 61. ff. de solutionibus.* Altera replicatio est, Nisi cum vnam rem ex duabus stipulatus esset, altera tantum ad stipulatorem peruenerit. hoc enim casu nihilominus altera peti potest. *l. si Stichum. 16. in princip. ff. de verbor. obligat. l si duo. 128. § fin. ff. eod. tt. & l. qui decem. 72. §. Stichum. ff. de solutionibus.* Tertia: Nisi nõ ex causa lucratiua stipulatio sit facta. *l. ex promissione. 18. ff. de action. & obligat.* Exemplum proponitur *l. si is qui. 17. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi non ex causa lucratiua res ad stipulatorem peruenerit. *d. l. 18. vers. sicut ex contrario. l. inter stipulantem. 83. § si rem quam. ff. de verborum obligat. item l. si is qui. 17. ibi: & contra. ff. de act. & obligat.* Quinta: Nisi cum quis rem sub cõditione stipulatus esset, pendente conditione rem nactus sit, & rursus amiserit. *l. existimo. 98. in pr. ibi: aut si hoc verum non est. ff. de verborum obligat.* Plura de exceptione proposita, eiusque replicationibus vide *supr. lib. 12. cap. 10. causa 57.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi stipulator vel promissor conditione stipulationis pendente mortuus fuerit, approbari videbatur iure antiquo, quo actio ab hæredibus & in hæredes non incipiebat. *de quo dictum supr. lib. proxim. cap. 15. exc. 35.* verum reprobatur *Instit. de inutil. stipul. §. cum quis sub. Instit. de verbor. obligat. §. ex conditionali. item l. si quis. 57. ff. de verbor. obligat. M. I. R. libro 5. cap. 1. regul. 21. exc. 10.*

XXXIX. Exceptio: Nisi alia stipulatio post primam sit facta. *l. Valeriano. 9. ff. de prætoriis stipulat.* Hactenus exceptiones contra stipulationem enumeratæ sunt, tam eæ quæ stipulationi insunt, quam quæ stipulationem sequuntur. Sed plures vtriusque generis vide *supr. lib. prox. cap. 2. & cap. 15.* Posterioris etiam generis plures vide *infr. lib. 24. de liberationib.* Sed & replicationes generales vide *supr. lib. prox. cap. 15. inter replicationes generales.* Hactenus ergo de ipsa stipulatione sit dictum. Nunc de effectu stipulationis est dicendum, hoc est, de actione ex stipulatu.

DE ACTIONE EX STIPVLATV. CAP. IV.

DE actione ex stipulatu dicturi, à causa huius actionis, eiusq; exceptionibus ordiemur. causam actionis ex stipulatu hic appello non ipsam stipulationem, quanquam ea principalis est huius actionis causa: sed cum non præstatur fides promissis. tunc enim stipulatio committi dicitur, & ex stipulatu actio nasci. Cuius exemplum proponitur *l. ita quis. 135. § ea lege. ff. de verb. obligat. M. I. R. lib. 5. capit. 4. reg. 16.* Plane huius causæ plures sunt exceptiones, partim desumptæ ex iis quæ stipulationi insunt, partim ex iis quæ stipulationem sequuntur: cuius vtriusque generis exceptiones in præcedentibus duobus capitib. sunt propositæ. Tertium genus exceptionum earum est, quæ sumuntur ex circumstantiis eius quod contra stipulationem est factum. cuius generis exceptiones nunc exponendæ sunt. Est igitur prima huius generis exceptio hæc: Nisi alius, nõ reus, contra promissum fecerit. approbatur hac regula vulgari, Quod nemo alterius facto debeat prægrauari. *M. I. R. d. reg. 6. exc. 9.* Cuius exemplum proponitur *l. stipulatio 38. in pr. ff. de verb. obligat.* Aliud *l. cum filiusfamilias. 49. §. si stipulatus sim. ff. eod. tt. Concordat l. inter artifices. 31. §. fin. ff. de solutionib.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi hæres promissoris contra aq promissum est, fecerit, *d. l. 38. in pr. ibi: obligatur etiam. & §. sed quatenus. M. I. R. d. except. 9. replic. 1.* Cuius duplicatio prima videtur esse: Nisi hæres ignorans stipulationem factam, contra eam faciat. Sed reprobatur *l. cum filiusfamilias. 49. §. in hac. ff. de verbor. oblig.* Altera duplicatio est: Nisi pupillus heres contra fecerit. *d. §. in hac.* Tertia esse videtur, Quod si vnus heredum contra stipulationem fecerit, non teneri in de alios cohæredes. Sed reprobatur *supr. libr. prox. cap. 5. regul. 4. except. 16. item reg. 5. except. 8.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi is contra fecerit, quem promissor prohibere potest, & cuius factum promissor præstare tenetur. *l. in illa. 50. in princ & l. inter stipulantem. 83. §. 1. ff. de verb. oblig.* Tertia: Nisi is fecerit, qui factum promissoris præstare tenetur. approbatur exemplo *l. hac stipulatione. 5. in prin. ff. vsufruct. quemadmodum caueat.* Quarta: Nisi specialiter alienum factum sit promissum, ideoq; vtiliter. approbatur *per ea quæ dicta sunt supr. lib. prox. cap. 15. except. 24. repl. 1. cum sequentibus.* Quinta: Nisi cum stipulatio in faciendo vel non faciendo consistat, vnus hæredum contra fecerit. hoc enim casu ex vnius facto et cæteri hæredes tenentur. *l. 2. §. item & si in facto. ff. de verbor. obligat. l. idem. 3. in fin. item l. eadem. 4. in prin. ff. eod. tt.* Sed plura de hac replicatione vide *supr. lib. prox. c. 5. reg. 5. exc. 7. replic. 5. & 6.* Sed & concordat *l. in executione. 85. §. quod si stipulatus. ff. de verb. obligat.* Sexta replicatio est, Nisi ex duobus reis promittendi alter contra fecerit; ex eo enim nihilominus alter tenetur. *l. ex duob. 18. ff. de duob. reis. const.*

II. Exceptio: Nisi alii quam stipulatori contra stipulationem factum sit. approbatur simul & distinguitur exemplo *l. stipulatio ista. 38. §. sicut autem. ff. de verbor. obligat.* Replicatio prima est, Nisi hæredi vel successori stipulatoris contra ac promissum est fiat. *d §. sicut autem.* Cuius duplicatio est: Nisi ius aliquod personale quis sit stipulatus. hoc enim ad hæredem non transit. approbatur exemplo *d. l. 38. §. si quis ita.* Alia exempla vide *infr. cap. prox. reg. 6.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi specialiter etiam heredi sit stipulatus. *d. §. si quis.* Altera replicatio est: Nisi cum quis, vt sibi domo vti liceret, stipulatus esset, vxor vel maritus stipulantis impediatur domo vti. *l. si stipu. 111. ff. de verb. oblig. Concordat l. 2. ff. de vsu & habitat.* Tertia: Nisi alius nomine stipulatoris faciens, facere sic prohibitus. *d. l. 111. vers. nam & si.* Quarta: Nisi ei cui vtiliter stipulatio facta est, cõtra ac promissũ est,

est, si factum approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. prox. cap. 15. except. 26. replic. 1. cum sequentib.*

III. Exceptio: Nisi per stipulatorem, aut saltem non per promissorem steterit, quo minus factum sit id, quod est promissum. *l. traiectitiæ 22. in pr. vers. non aliter. ff. de action. & oblig. Concordat l. stipulatus sine. 105. in fin. ff. de verb. oblig. M.I.P. lib. 5. c. 7. reg. 1. except. 12.* Exemplum proponitur *l. qui Romæ. 122. §. cohæredes. ff. de verborum obligation.* Aliud *l. si quis. 43 ff. eod. tt.* Aliud *l. ita quis. 135. §. Seia. ff. eod. tt.* Aliud *l. Seruius. 8. ff. de nautico fœnore.* Item aliud habetur *d. l. 22. ibi: nam etsi arbiter. ff. de actionib. & obligat.* Huius exceptionis replicatio videtur talis. Nisi stipulatore antea interpellante, promissor soluere vel præstare promissum noluit. Sed reprobatur. *l. si reus. 73. ff. de procuratoribus.*

IV. Exceptio: Nisi ob aduersam valetudinem non fecerit promissor. *l. apud Celsum. 4. §. si in arbitrum. ff. de doli mali except.*

V. Exceptio: Nisi ob ignorantiam contra ac promissum est, sit factum. reprobatur *l. cum filiusfamilias. 49. §. in hac ff. de verb. obligat.*

VI. Exceptio: Nisi promissor ad præstandum promissum non sit interpellatus. Hæc exceptio ipso quidem iure approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. prox. cap. 7. quæst. 1. causa 2. except. 1. M.I.R. d. reg. 6. exc. 2.* verum eius replicatio prima est: Nisi tempus stipulationi sit adiectum. *l. magnam 12. C. de contrah. stipul. Concordat l. traiectitiæ. 22. ff. de act. & oblig. M.I.R. d. exc. 2. repl. 1.* Altera: Nisi vsurarum stipulatio facta sit. hæc enim etiam sine interpellatione committitur. *l. pecuniæ. 9. § vsurarum. ff. de vsuris.* Plures huiusmodi replicationes vide *supr. lib. prox. cap. 7. quæst. 1. causa 2. except. 1.*

VII. Exceptio, Nisi ante diem stipulationis venientem promissor mortuus fuerit, & die veniente eius hæreditas nondum fuerit adita. reprobatur *l. ad diem 77. ff. de verb. oblig. l. si traiectitiæ. 9. ff. de nautico fœnore. l. Aristo. 5. in fin. & l. ait prætor. 7. §. fin. ff. de iure deliberandi.*

VIII. Exceptio: Nisi post moram factam promissor dare vel facere quod promiserat, sit paratus. *l. si seruum. 91. §. sequitur. ff. de verb. obligat. l. interdum. 73. §. fin. l. continuus. 137. §. item qui insulam. ibi transactoque item l. qui Romæ. 122. §. Flauius. ibi: item quæro an si ff. eod. tt. M.I.R. d. reg. 6. exc. 3.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi lis eo nomine sit contestata, tunc enim postea offerendo non amplius mora purgatur. *l. si insulam. 84. ff. de verbor. obligat. M.I.R. d. except. 3. replic. 1.* Huius replicationis duplicatio est, Nisi post litem contestatam id offeratur quod petitur, pœna forte, non quod in stipulationem deductum est. tunc enim nihilominus reus debet absolui. *instit. de perpetuis & tempor. action. §. fin.* Altera replicatio: Nisi cum antea domino petenti reus soluere noluisset, postea procuratore petente offerat. reprobatur *l. si reus. 73. ff. de procuratoribus.* Tertia: Nisi tempus in stipulatione sit adiectum. tunc enim post tempus offerendo mora non purgatur. *l. traiectitiæ. 22. §. de illo. ff. de actionib. & obligationib. Concordat l. si duo. 16. §. fin. ff. de constituta pecunia. M.I.R. d. exc. 3. replic. 2.* Plane huius replicationis duplicatio prima est: Nisi nõ multo post tempus offerat, nec quidquã actoris interfit. *l. ita quis. 135. §. Seia. ff. de verb. oblig. l. quod dicimus. 105. ff. de solutionib. l. si debitori. 21. ff. de iudiciis. l. sed & si. 17. ff. de constituta pecunia. l. diuus Antoninus. 7. ff. de in integr. rest. l. sancimus. 26. C. de fideiussorib. itẽ l. & si post. 8. ff. si quis cautionib. in iudicio. M.I.R. d. repl. 2. dupl. 3.* Altera duplicatio est, Nisi stipulator postea diem solutionis pecuniæ, vel operis faciẽdi protulerit. *Quæ ipso quidem iure subsistit. M.I.R. d. repl. 2. dupl. 2.* verum eius triplicatio prima est: Nisi eo tempore diem protulerit stipulator, quo iam certum esse cœperat, opus promissum intra diem statutum fieri vel perfici amplius non posse. *l. cum stipulatus. 113 in prin. ff. de verborum obligatio.* Altera: Nisi non stipulator ipse, sed seruus eius diem protulerit. approbatur simul & distinguitur *l. qui Romæ. 122. §. Callimachus. ff. de verbor. obligat.* Tertia duplicatio: Nisi die veniente promissor mortuus sit, eiusque hæreditas nondum adita. reprobatur *supr. except. proxim.*

IX. Exceptio, Nisi cum quis pro alio se soluturum promisisset, alius satis sit locuples. *l. si ita. 97. §. possum. ff. de verbor. obligat. l. si quis. 112. §. si quis ita. ff. eod. tt. item l. si quis. 13. in princip. ff. de re iudicata.* Huius exceptionis replicatio eadem est, quæ exceptionis proxime sequentis.

X. Exceptio, Nisi actoris nihil interfit datum vel factum esse id quod est promissum. approbatur exemplo eorum quæ proposita sunt *supr. except. proxim.* Aliud proponitur *supr. lib. proxim. cap. 15. except. 26. in prin.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi pœnæ stipulatio sit subiecta. tunc enim quamuis nihil interfit actoris, tamen nihilominus ad pœnam præstandam competit ex stipulatu actio. *Inst. de inutilib. stipul. §. alteri. ibi: pœnam enim.* Eiusque exemplum proponitur *d. except. 26. replic. 8. Concordat item l. idem. 3. ibi: nam pœna subiecta. ff. de verbor. obligat.*

XI. Exceptio: Nisi præstitum sit id quod est promissum *Instit. quibus modis toll. obligatio, in prin. M.I.R. d. reg. 6. except. 4.* Huius replicatio est, Nisi sine effectu præstiterit promissum. approbatur exemplo. *l. si Barsatoram. 13. C. de fideiussoribus.* Aliæ replicationes, sunt omnes exceptiones, quæ aduersus solutionem competunt. Hactenus exceptiones aduersus causam actionis ex stipulatu. Quarum tamen plures (vt dixi) vide *in duob. præcedentib. itẽ supr. lib. prox. c. 15.* Nunc reliquas quæstiones actionis ex stipulatu persequamur.

QVIBVS COMPETIT ACTIO EX STIPULATU? item aduersus quos?

CAP. V.

PRima regula, Procuratore stipulante, domino ex stipulatu actio datur. *l. si procuratori. 79. ff. de verborum obligationib. l. quod procurator. 68. ff. de procuratoribus l. si procurator. 28. in princ. & §. 1. ff. eod. tt. l. in omnibus. 5. ff. de prætoriis stipulat. l. 1. cum l. sequente. ff. de institor. action.* Huius regulę exceptio est, quod vtilis non directa, domino competat ex stipulatu actio. *d. l. 79. & d. l. 28. l. in causæ. 27. § fin. ff. de procurat. item l. possess. 49. §. fin. ff. de adquir. poss.*

II. Regula: Filiofamilias stipulante, patri cõpetit actio. *l. quodcunque. 45. in pr. & §. fin. de verb. obligationib. item Instit. de stipulation. seruorum. §. siue autem. in fin.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi patre apud hostes constituto, filius sit stipulatus. approbatur simul & distinguitur *l. bona. 22. §. quod filius. ff. de captiuis.* Huius exceptionis replicatio

plicatio prima est: Nisi pater ab hostibus reuersus sit. tunc enim patri, non filio competit actio, *d. §. quod filius. Concordat l. filius. 11. ff. de verbor. obligat.* Altera: Nisi filius, antequam pater apud hostes decesserit, mortuus fuerit. *d. §. quod filius.* Tertia: Nisi filius nominatim patri sit stipulatus, tunc enim nec filio stipulatio prodest. *l. si seruus. 18. §. seru. ff. de stipulat. seruorum.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Reliquas vide *supr. lib. prox. cap. 4. regul. 1.*

III. Regula: Seruo stipulante, domino competit actio. approbatur simul & distinguitur *d. ca. 4. reg. 2.*

IV. Regula: Si pater filio dari sit stipulatus, non filio, sed patri datur actio. Idemq; de domino dicendum, qui seruo suo stipulatur. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. prox. cap. 15. exc. 26. repl. 2. Concordat l. tum dos. 7. §. si vero filia. ibi: per patrem filiæ. ff. de pactis dotalibus. l. si tibi. 17. §. si pactus sim. ibi: & hoc Iulianus. ff. de pactis. item l. & hæredi. 21. §. nos autem. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum pater pactus esset, ne à filio petatur: non etiam adiecerit, ne & à se petatur. *d. §. nos autem.* Altera: Nisi pater filio tanquam futuro hæredi sit pactus vel stipulatus. *l. auus. 33. ff. de pactis.* Tertia exceptio est, Quod si pater pactus sit ne à filio petatur, filio doli exceptio prosit. *approbatur supr. lib. prox. cap. 16. repl. 4. dupl. 4. tripl. 1. quadrupl. 1.*

V. Regula, Si duo separatim eandem rem stipulati sint ita, si alteri data non esset: occupantis est actio. *l. si Titius. 9. ff. de verb. oblig.*

VI. Regula, De hæredibus stipulatoris. His eadem actio competit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. proxim. cap. 4. regul. 7. item cap. 17. reg. 1. exc. 3.* Eius exceptio prima: Nisi in faciendo, non in dando stipulatio consistat. reprobatur *l. veteris. 13. C. de contrahen. stipulat.* Altera: Nisi vsumfructum defunctus sit stipulatus. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. capite proxim. except. 2. replic. 1. duplic. 1.* Tertia: Nisi in annos singulos stipulatio sit facta. reprobatur *l. si Stichum. 16. §. fin. ff. de verborum obligationib.* Quarta: Nisi ita sit stipulatus defunctus, Quoad viuam, *l. eum qui. 56. §. qui ita stipulatur. ff. de verborum obligat.* Quinta exceptio: Nisi cum quis ita stipulatus esset, Sibi hæredique suo ire agere vel habere licere, vel quid simile: vnus ex hæredibus ire agere vel habere sit prohibitus. hoc enim casu soli prohibito, non etiam cæteris cohæredibus datur actio. approbatur simul & distinguitur *l. 2. §. fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. de verbor. obligationibus. l. eadem. 4. §. Cato. & §. fin. ff. eod. tt. item l. inter cohæredes. 44. §. si quis stipulatus. ff. familiæ erciscundæ.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pœnæ stipulatio sit subiecta. *d. l. idem. 3. vers. nam pœna.* Plane stricto quidem iure omnibus hæredibus committitur stipulatio pœnalis, vno prohibito: sed non prohibitis agentibus obstat doli exceptio, quod duplicationis loco notandum. *d. l. 2. in fin.* Hæc de sexta regula, cuius plures exceptiones vide *supr. lib. prox. cap. 4. reg. 7. item cap. 17. except. 3.*

VII. Regula: Si quis sibi aut Titio stipulatus sit, soli stipulatori, non etiam Titio datur actio. approbatur *supr. lib. proxim. cap. 15. except. 26. replic. 11.* Sed & plures propositæ quæstionis regulas vide *d. cap. 4. & d. cap. 17.* Aduersus quos autem ex stipulatu actio competat, dictum *supr. lib. prox. cap. 5. item cap. 17. quæst. 2.*

QVID ET QVANTVM IN ACTIONE, ex stipulatu veniat

CAP. VI

PRima regula, De eo quod actoris interest. Hoc regulariter venit in hac actione. approbatur exemplo *l. cum stipulatus. 113. §. fin. ff. de verbor. obligat.* Aliud exemplum proponitur *l. si fundum. 114. ff. eod. tt.* Item aliud *l. si quis. 112. §. fin. ff. eod. tt.* Concordat propositæ regulæ *l. si quis. 13. §. fin. ff. de re iudicata. l. stipulationes. 72. in prin. ibi: Celsus tamen. ff. de verbor. obligat. l. si pœnam. 68. in fin. l. quoties. 81. in prin. item l. ita quis. 135. ea lege. ff. eod. tt. l. vltim. ff. si quis in ius vocatus non ierit. M.I.R. lib. 5. capit. 4. reg. 8.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi stipulatio in dando, non faciendo consistat. tunc enim ad id quod promissum est tenetur, non ad id quod interest. *d. l. 13. §. fin. ff. de re iudicata. d. vers. Celsus tamen. l. vbi autem. 75. §. fin. ff. de verbor. obligat.* Cuius replicatio est: Nisi res promissa dari non possit. tunc enim reus ad interesse & ad precium eius tenetur. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. lib. proxim. cap. 9. reg. 3.* Altera exceptio est: Nisi pœna stipulationi sit subiecta. tunc enim non ad id quod interest, sed ad pœnam præstandam agendum. *approbatur per ea quæ proposita sunt. supr. cap. 4. exc. 10. repl. 1.* Tertia: Nisi actor ipsum promissum præstari malit, idque præstari possit. Quæ exceptio videtur approbari exemplo *l. stipulatio. 21. §. siue autẽ. ff. de operis noui nunciat.* Sed de hac re diuersæ extant leges. De quibus vide gloss. *in l. si quis. 13. §. fin. ff. de re iudicata. item infr. c. 8. reg. 6.* Quartæ exceptionis loco notandum, Quod si procurator sit stipulatus, nõ eius, sed domini interesse in hac veniat actionẽ. *l. quoties 81. §. fin. ff. de verb. oblig.* Plura de regula proposita vide *supr. lib. prox. c. 6. reg. 1.*

II. Regula, de fructibus, an & quatenus in hac actione veniant, vide *supr. lib. prox. cap. 8. exc. 1.*

III. Regula: Si plures res in stipulatione cõprehensæ sunt, siquidem promissor simpliciter responderit, Spondeo, ad omnes tenetur. Si autem quasdam ex his daturum se responderit: ad eas tantum tenetur. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 3. except. 23. repl. 5.*

IV. Regula: Si quis vnam rem ex duabus sit stipulatus, puta illam aut illam, vel genus: regulariter promissoris electio est, quam rem dare velit, nec potest actor alteutram tantum petere. *Instit. de actionib. §. huic autem qui loco. Concordat l. obligationum. 43. §. modus. ff. de actionibus & obligationibus. M.I.P. lib. 5. cap. 6. reg. 17. M.I.R. d. cap. 4. regul. 9.* Exemplum proponitur *l. plerumq; 10. § fin. ff. de iure dotiũ.* Aliud *l. si in emptione 34. §. si emptio. ff. de contrahen. empt.* Item aliud *l. miles. 6. §. decem ibi: is autem. ff. de re iudicata.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi stipulatori specialiter in stipulatione electio sit reseruata, *l. si quis. 112. in pr. ff. de verbor. obligat. Concordat d. l. 10. §. fin. ibi: siquidem fuerit adiectum. ff. de iure dotium M.I.R. d. reg. 9. exc. 1.* Cuius replicatio prima est: Nisi alius quam stipulator eligat. hoc enim quod alius elegerit, non debebitur. *l. si stipulatus. 76. in prin. ff. de verborum obligationibus. Concordat l. si seruus. 141. in prin. ff. eod.* Huius duplicatio est: Nisi hæres stipulatoris elegerit. *d. l. 71. in prin.*

prin. Altera replicatio est: Nisi stipulator semel elegerit, tunc enim alia res, quã postea elegerit, non debebitur. approbatur simul & distinguitur *l.si quis,112.in prin.ff. de verbor obligat.* Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi ita stipulatus sit, Quem volam: non, Quem voluero. Cuius triplicatio est, Nisi res in iudicium sit deducta. *Quæ duplicatio cum sua triplicatione d.l.112.approbatur.* Altera duplicatio est: Nisi alius, non stipulator semel elegerit, *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.repl.proxim.* Cuius triplicatio eit, Nisi stipulator electionem ab alio factam ratam habuerit. *l.si is.66.ff.de procuratoribus.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alterum interierit. tũc enim alterum quod superest, solum petetur: nec precium eius quod interiit, stipulator exigere potest. *l.Stichum.95.in prin ff.de solutionib. Concordat l.si in emptione.34.§.si emptio.ibi: idem dicendum.ff.de cõtrahen.empt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum stipulator alterum, antequam interiret, elegisset, promissor in eo soluendo morã fecerit. *d.l.95.in pr.* Hæc de primæ propositæ regulæ exceptione. Secunda est, Nisi tertio cuidam electio specialiter in stipulatione sit reseruata. *l.si ser.141.in pr.ff.de verbor.oblig.* Tertia: Nisi ita facta sit stipulatio, Per te non fieri, quo minus hominem ex his quos habes, sumam? *l.si sic.93. ff. de obligat.* Quarta: Nisi alterum interierit, tunc enim id quod superest, solum debetur. *l.2 §.qui Stichum.ff. de eo quod certo loco.l.plerumque 10. §.fin.ff. de iure dotium.l.si in emptione.34.§.si emptio.ibi: sed vno mortuo. ff.de contrah.empt.item l.Stichum.95.in prin. ibi: quod si promissoris.ff de solutionib. M.I.R. d. reg.9.except.2.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi alterum interierit, postquam id promissor stipulatori obtulit. tunc enim in totum promissor liberatus est. *l.stipulatus.105.ff.de verb.oblig.M. I.R.d. except. 2. repl. 2.* Plura de hac re vide *infr.lib. 24. cap.17. except. 12.* Quinta exceptio est: Nisi semel elegerit promissor. tunc enim postea aliud dando nihil agit: ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio prima est, Nisi pure stipulatio sit facta, hoc est, nulla mentione electionis promissoris facta. *l.eum qui. 138.§.fin.ff.de verb.oblig.* Altera, Nisi cum quis vendita domo habitationem aut decem sibi singulis annis exceperit. hoc enim casu emptor singulis annis mutare voluntatem, & vel habitationẽ vel decem præstare potest. *l.si sterilis. 21. §. fin.ff. de act.empt.* Reliquas propositæ exceptionis replicationes vide *supr.except.1.repl.2 duplic.1.& 2.* Sexta exceptio est: Nisi cum vna res deberetur, postea inter creditorem & debitorem conuenerit, vt alia res pro ea soluereturr: & creditor primam rem petierit. tunc enim alteram offerendo promissor nihil agit. *approbatur, authore Accursio, l.si quis 57.in pr.ff.de solutionibus.* Septima: Nisi in altera re stipulatio non consistat: puta quia sit stipulatoris. *l.qui decem. 72. §.Stichum.ff.de solutionibus. & l.si duo.128. §.eadem.ff.de verbor.obligat.* Quo exceptio proposita approbatur, simul & reprobatur eius replicatio talis: Nisi res in eum casum inciderit, quo vtiliter in stipulatũ deduci potuit: vt puta si res stipulatoris esse desierit. Plane admittitur, si quis genus in stipulationem deduxerit, nulla specie nominata. tunc n. quamuis res stipulationis tempore stipulatoris fuit, si tamen eius postea esse desiit, & stipulatori à promissore offeratur, liberatio illi contigit: quia hoc casu illi electio libera est. *d.§.Stichum.* Octaua exceptio est: Nisi quis Ephesi decem, aut Capuæ hominem sit stipulatus, nec promissor ante petitionem alterum soluerit. tunc enim actoris erit electio. *l. 2. §. Scæuola. ibi: proinde mixta.ff.de eo quod certo loco.* Nona, Nisi debitor postea alterum se daturum constituit. *l.illud aut illud.23.in prin ff.de constit.pecunia.*

v. Regula, Si quis decem aut quinq; stipulatus sit, quinque debentur. *l.si ita.12.ff. de verbor. obligat.Concordat l.si ita.109.ff.eodem tt. M. I.R.d.cap.4. regul.11.*

vi. Regula, Si quis sibi decem, & Titio decem dari stipulatur: decem non dena stipulatus videtur. *l.stipulatio ista.38 §.eum qui.ff.de verbor.obligat.Concordat l.eum qui 56.in prin.ff.eod.tt.* Huius regulæ ratio proponitur *l.si ita 109. in fin.ff. eod. tt.* Eius autem exceptio prima est: Nisi ita stipulatus sit, Mihi & Titio dena dare spondes? *l. vbi fideiussor.24.ff.de solutionibus.* Altera, Nisi adiectæ personæ inutiliter sit stipulatus. tunc enim sola quinque debentur. *l. si mihi 110. in prin.ff. de verbor. obligat. Concordat Instit. de inutilibus stipulationib. §. quod si quis sibi.*

vii. Regula: Si quis stipulatus sit id quod sibi debetur, illud solum debitum venit in stipulationem, quod præsenti die debetur, non id cuius dies aut conditio pendet. *l. cum stipulamur.ff. de verbor.obligationibus l.si stipulatus.76.§. cum stipulamur.ff.eod.tt.* Exemplum proponitur *l. si à colono. 89.ff.eod.tt.*

viii. Regula: Si quis ita à Seio stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, dare spondes? sine distinctione in omnes summas Titio creditas, Seius erit obligatus. *l. si ita 55. ff. de fideiussoribus.*

ix. Regula: Ita stipulatus, Quanto minus à Titio consecutus fuero? Si Titius nihil facere possit, promissorẽ in solidũ obligatum habet. *l.si ita 150.ff.de verb.signif.l.decẽ.116. in pr.ff. de verb.oblig. itẽ l.qui non.76.§. fin.cum duab.leg.seqq.ff.de hæred.inst.*

x. Regula, Si cum nihil deberet Seius, ita ab eo stipulatus sim, Amplius quã mihi debes, decem dare spondes? decem nihilominus debentur: Item: Si is qui quinque tantum in arca habet. ita promittat, Decem quæ in arca habeo, sola quinque debentur. Quæ regulæ cum aliis similicus approbantur, *per ea quæ proposita sunt infra.cap.3. except.25.*

xi. Regula, Qui aliquid dari stipulatur, dominium, non nudam possessionem stipulatur. *l.vbi autem.75.§.fin ff.de verbor.obligat.l.si ita 25.§.final. ff.de contrah.empt.l.si à substituto.45. §.fin.cum leg.seq. ff.de leg. 1.item l.videntur:127.in pr.ff.de iur.*

xii. Regula, Qui aliquid tradi stipulatus est, nudam tantum possessionem stipulatus videtur *l.si rem.28.ff. de verbor.obligat.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi vacuam possessionem tradi sit stipulatus. tunc enim intelligitur non solum possessionem, sed etiam dominium rei stipulatus. *l.in conuentional.52.§.fin.ff.d.tt.* Altera, Nisi stipulatio alicui cõtractui interuenerit, ex quo ita res tradi solet, vt transferatur dominium, vt est emptio, permutatio, &c. *l.ratio.3.§.1.ibi: quia & qui.ff. de act.empt.l.4.in prin.vers. verum si emptor.ff. de vsuris.*

xiii. Re-

xiii. Regula, Qui decem sibi dari curari stipulatus est, decem petere non potest. *l. illa.67.§. eum qui.ff.de verb.oblig.Concordat l.vlt.§.vlt.ff.si certum petatur.* Idem est, & si quis aliquem satisfacturum sit stipulatus: *l.promissor.21. in fin.ff.de constit.pecunia. M.I.R.d.cap.4.reg.6.except.7.*

xiv. Regula, Qui promittit sumptus factos in lite de re, non tenetur ad sumptus factos in lite de precio. *l.venditores.102.ff.de verb.obligat.*

xv. Regula: Annuum stipulatus ex die stipulationis sub certa conditione, quandocunq; conditio extiterit, ex die stipulationis annuum debebitur. *l.si ita.126. in prin.ff. de verb. obligation.l.huiusmodi.64.ff.eod tt.item l.lecta.40. in fin. si certum petatur.*

xvi. Regula: Vnusquisque ex duobus vel pluribus reis stipulandi in solidum habet actionem, & aduersus vnumquemque ex duobus reis promittendi in solidum actio competit. approbatur simul & distinguitur *infr. eod.lib.cap.10.*

xvii. Regula: Vnus ex hæredibus stipulatoris non nisi pro parte hæreditaria agere potest. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. prox. cap.4. except.1. item reg. 7. except. 7.*

xviii. Regula, Vnus ex pluribus hæredibus promissoris non nisi pro parte hæreditaria tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.prox.cap.5 reg.5. except.7.*

xix. Regula, Hic notanda est etiam alia stipulationum diuisio, quod alia sit diuidua, alia indiuidua. Quæ approbatur & declaratur *l. in executione.85.ff. de verb.oblig.* Ex qua patet, stipulationem aliam diuiduam esse, aliam indiuiduam, vel petitione & solutione simul, vel alterutra tantũ, aut petitione & solutione. Sunt igitur diuiduæ & indiuiduæ stipulationis quatuor species. Vna est diuidua petitione & solutione simul: *de qua vide supr.lib.prox.cap.5.reg.5.except.7.in prin.* Secunda est indiuidua tam petitione, quam solutione: *de qua vide d.exc.7.repl.5.* Tertia est diuidua petitione, sed indiuidua solutione: *de qua vide d. except. 7. replic.3.& 4.item infr.lib.24.cap.9.except.15. repl.1. duplic.1.* Quarta est diuidua solutione, sed indiuidua petitione: *de qua vide d.excep.17.replic.6.itẽ infr. lib.8. quæst.1.except.68. replic.5.duplic.2. Accedit M. I.R. d. cap.4.reg.1.*

xx. Regula, Si pluribus plures res ex eadem obligatione debeantur, regulariter quidem singuli in singulis rebus partes habent. approbatur simul & distinguitur *l.in stipulationibus.54. in princ. ff.de verb.obligat. Concordat l. cum Stichus.29.ff.de solutionibus.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non species, sed genera in stipulationem sint deducta. *l.54.Cui concordat l.29.item l.si centum. 117.ff. de verb.obligat.* Altera exceptio est: Nisi ea quæ pondere, numero vel mensura constant, in obligationem sint deducta, tunc enim numero inter eos fit diuisio *d.l.29.* Tertia: Nisi operæ in stipulationem sint deductæ. *del.54. §. operarum. ff. de verb. oblig.Concordat l.libertus.15.§.ideo.ff.de oper.libert.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi vna tantũ opera sit promissa. *d.§.operarum. ibi: quod si vnam operam &c.* Hactenus quid quantumque veniat in actionem ex stipulatu. Sed & plures huiusmodi regulas vide *supr.lib. prox.c.6. cũ aliquot c.seqq.*

DE ADIVNCTIS ACTIONIS EX STIPULATU, deque probationibus & præsumptionibus in stipulationibus dubiis & obscuris.

CAP. VII.

PRima regula: Si scriptum sit promisisse aliquem, præsumitur stipulatio facta, & quidem vtiliter: nisi contrarium probetur. *l.sciendum.30.ff. de verbor.obligat. Instit. de fideiuss. §. fin. item Instit. de inutilib.stipul.§.si scriptum.l. Titia.134.§.penultim.ff.de verb.obligat.item l.1. C. de contrah.stipulat. M.I.R. lib.5. cap.4.reg.14.*

ii. Regula: Si scriptum sit, stipulationem esse factam, præsumitur pro instrumento, quod sit facta, & inter præsentes: nisi contrarium probetur. *Instit.de fideiuss.§.fin.Instit.de inutilib.stipul.§.itẽ verb.oblig.& l.optimam.14. C.de contrah.stipulat.*

iii. Regula: Cum quæritur quid actum sit, verba contra stipulatorem sunt interpretanda. *l.stipulatio ista.38.§. in stipulationibus.ff. de verb.oblig. l.cum quæritur.27.ff.de rebus dubiis.l. Arrianus.46.ff.de actionib. & oblig. item l. quicquid.99. in prin.ff. de verb. obligat.* vbi etiam ratio huius regulæ proponitur. Eadem ratio proponitur *l. veteribus. 39. ff.de pactis.* Huius regulæ exemplum primum est, si is qui stipulatus erat, viginti petat, dicens se singulis dena stipulatum. *quod proponitur supra capite proximo, regul. 6.* Secundum exemplum est, si is qui stipulatus erat: Quod te mihi calendis Ianuariis dare oportet, Id dare spondes? dicat se pure sine die stipulatum. *quod habetur supra libro proximo, capite 12.reg.1.except.5.* Tertium exemplum est, si cum quis promisisset ita, Quidquid constitisset patrem meum tibi debere, soluam: post stipulationem, non ante, debitum patris cõstare cœperit. hoc enim casu, si dicat stipulator, actum inter eos esse, quandocunque constiterit debitum, promissorem obligatum: promissor contra, cum de præterito tantum tempore stipulatio sit concepta, nisi tempore stipulationis constituisset, se absoluendum: secundum promissorem contra stipulatorem interpretatio est facienda, *l.qui Romæ.122 §. Agerius.ff. de verborum obligationibus.* Plane huius regulæ exceptio est, Nisi verba pro stipulatore sint clara & aperta. tunc enim si promissor dicat aliud actum, nisi probauerit, pro stipulatore contra promissorem est pronunciandum. *d.l.99.l.ille aut ille.25. in fin. ff. de leg.3. Concordat itẽ reg.proxim.* Huius exceptionis exemplum proponitur *l.si mihi 110. §. si stipulatus.ff. de verb.oblig.* Aliud *l.plurib.6.ff.de acceptilationib.* Plura de regula proposita vide *infr. lib.8.c.10 q.5.reg.1.*

iv. Regula, In re dubia, verba potius sunt spectanda stipulationis. *l. si ita.126. §. Chrysogonus.ibi: plerumque enim.ff.de verb obligat. Concordant ea quæ proposita sunt supr.reg. prox.except.1.*

v. Regula, De quibus ante stipulationẽ conuenit, ea in stipulatione repetita creduntur. *l.Titia.134.§.§.idem respondit.ff.de verb.oblig.* Exemplum proponitur *l.item quia 4.§.fin.ff. de pactis.* Aliud *d.l. 134 §.fin.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex repetitione illa inutilis efficeretur stipulatio, *d.§.item respondit.* Exemplum proponitur *l. si ita. 126.§. Chrysogonus. ibi: sequens.ff. de verborum obligat.* Altera exceptio est, Nisi quis sortem stipulatus

latus esset quā die petierit, & vsuras in dies triginta: hoc enim casu dies qua petierit, in vsurarum stipulatione repetitus non videtur. *l.ita quis. 135.in prin.ff.d. tt.*

VI. Regula, Quoties tempus in stipulatione adiicitur, regulariter à die stipulationis incipit currere.approbatur exemplo *d. l.135.in pr.l.19.§. fin.ff.iudicatum solui.M.I.R.lib.5.cap.1.reg.72.* Cuius exceptio prima est: Nisi quis pro muliere dotem intra annum dare promisit.hoc enim casu annus non ex die stipulationis, sed ex die nuptiarum currere incipit.*l.tali stipulatione.48.in prin.ff. de iure dotium.* Altera exceptio est: Nisi quis dotem reddi stipulatus sit, si mulier intra annum constante matrimonio sine liberis decesserit. nam & hoc casu annus à die nuptiarum, non à die stipulationis est numerandus. *quæ exceptio approbatur argumento d.l.48.in prin.* Ita respondi consultus de casu, quo pater pro filio dotem dans, eam reddi stipulatus erat, si filia intra biennium sine liberis decesserit, eaque decesserat intra biennium à tēpore nuptiarum numerandū: sed si à die stipulationis biennium numeratum esset, post, non intra biennium decesserat.

VII. Regula: Quod minus est, quodque longius est, videtur in obligationem deductum. *l.si ita.109.in fin.ff. de verb.obligat.* Eiusque exemplum vide *supr.lib.prox.c.12.reg.5.* itē aliud *supr.c.prox.reg 5.*

VIII. Regula, Clausula generalis non refertur ad specificata.*l. doli clausula.119.ff. de verb. oblig. Concordat l stipulationes.53.ff.eod.tt.*

IX. Regula, In stipulationibus id tempus spectandum, quo fit stipulatio.*l.non omne.186.§.fin.ff. de regulis iuris.* Exemplum proponitur *l. quæ legata. 18.§.si filius.ff.eod.tt.Concordat l.si filiusfamilias.76.in prin.ff.de verb.oblig.* Aliud exemplum habetur *l. inter stipulationem.83.§.sacram rem. ibi: quamuis res sacra.ff.de verb.oblig.* Huius regulæ exceptio est: Nisi quis rem suam sub conditione sit stipulatus. tunc enim spectatur tempus, quo conditio existit, vt si eo tempore stipulatoris res amplius nō sit, valeat stipulatio. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.lib.prox.cap.15.except.30 repl.2.*

X. Regula, In prætoriis stipulationibus prætoris est interpretatio. *l. in prætoriis.8. ff. de prætoriis stipulationibus.*

XI. Regula, Stipulatio vtilis per inutilem nō vitiatur.*l.1.§. sed & si mihi, in fin.ff.de verb.oblig.* Hactenus regulæ præsumptionum, & obscurarum stipulationum. Sed & plures huiusmodi regulas vide *supr.lib.2.cap. 24.*

ADFINIA ACTIONIS EX stipulatu remedia.

CAP. VIII.

PRima regula, De certi condictione. Si certa est stipulatio, non ex stipulatu actio, sed certi condictio hinc competit. *quæ regula approbatur l. si quis.24 ff.si certum petatur.Concordat Instit. de verbor. oblig.in prin.* Hæc regula definitione ac speciebus certæ & incertæ stipulationis declaratur *supr.c.1. diuis.3.* quæ hic repete.

II. Regula, Si stipulatio inutilis alicui contractui interuenit: ex ipso contractu, cui interuenit stipulatio, superest actio. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.cap.2.regul.8.item supr.lib.prox.c.15. except.26.repl.14.*

III. Regula, De doli actione, si res promissa dolo alterius perierit, proponitur *l. arbitrio.18. §. fin.ff.de dolo malo. Concordat l.si fideiussor.19.ff. eod.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi post moram fideiussor animal promissum occiderit, tunc enim nihilominus ex stipulatu actio aduersus fideiussorem superest. *d.l.19. Sed & approbatur l. mora.88. in fine.ff.de verbor.oblig.*

IV. Regula: Si stipulatio inutilis vel imperfecta sit, ex doli clausula incerti competit actio ad stipulationem vtiliter interponendam vel perficiendam.*l.ex ea parte 121. in prin.ff. de verb.obligat.* Exemplum proponitur *l.si sine.22.§.si in stipulatione.ff.rem ratam haberi.*

V. Regula: De actione Quod iussu, proponitur *l.1.§.si quis igitur.ff de verb. oblig.*

VI. Regula: Si quis aliquid dari vel fieri stipulatus sit: & nisi fiat, pœnam quoque: tam ad rem quam ad pœnam agi potest, prout actori placuerit.approbatur exemplo *l. qui Romæ.122.§.Flauius. ff.de verb.oblig.* Alio *l.prædia.28. ff. de actionib. empti.* Alio *l.duo.71.in prin.ff.pro socio.* Alio *l. rescriptum.10. §.si pacto.ff. de pactis.* Item approbatur alio exemplo seu argumento *l.stipulatio. 21.§. siue autem.ff. de noui operis nunciatione. Concordat item l.ita stipulatus. 115.§.fin ff.de verbor. oblig. M.I.R. lib.5.cap.4.reg.18.* Plane contradicit regulæ propositę primum quidem *l.obligationum. 43 §. fin.ff. de actionibus & oblig.* Ex qua constat, priorem obligationem per sequentem pœnalem stipulationem nouari ac perimi. Igitur ex ea amplius agi non potest, vt detur vel fiat id quod sub pœna est promissum: sed ad solam pœnam superest actio. In qua sententia etiam plerique sunt Doctores, Zasius tamen & alii quidam proposita lege non obstante, censent priorem stipulationem per sequentem pœnalem non tolli: sed in arbitrio esse actoris, qua potius expediri velit. Cui sententiæ & ego accedo, non solum propter exempla superius proposita, sed quia iure nouo posterior contractus non nouat priorem, nisi specialiter in eo exprimatur, quod prioris nouandi animo fiat.*l.fin.C. de nouationibus. Instit. quibus modis toll. obligat. §. sed cum hoc quidam.* Stante igitur proposita regula firmā, videamus eius exceptiones. Harum prima est: Nisi nominatim conuenit, vt re non præstita, sola pœna petatur.*d.l.115.§.fin.ff.de verborum obligationibus.* Altera: Nisi alterum petitum sit, hoc est, vel res vel pœna: tunc enim actor à petitione alterius submouetur. approbatur *per ea quæ proponentur infra capite proximo, specie 2. regul.3.except. 2.M.I.R. libro 5. cap.3.regul.5.except.49.* Tertia, Nisi ita facta sit stipulatio, Si fundum non dederis, centum dare spondes? non ita: Fundum dare spondes: & si fundum non dederis, &c. *l.obligationum.43. §.penult.ff.de actionib. & oblig. l.ita stipulatus. 115.in fin.ff.de verbor.obligat.* Quarta exceptio est: Nisi ita seruus communis Tiii & Mæuii sit stipulatus, Decem calendis Titio dare spondes? & si decem calendis Titio non dederis, viginti Næuio dare spondes? hoc enim casu, si Titio decem calendis data non sunt: postea Titius ad decem danda agens, exceptione repellitur. *l.1. §.fin. ff. de stipulationibus seruorum.* Quinta: Nisi res ipsa præstari amplius non possit. tunc enim ad solam pœnam agitur non ad interesse. *Instit.de inutilibus stipulationbus*

§.*altri.*

§.*alteri. ibi, pœnam enim.* Hactenus de causa actionis ex stipulatu, eiusque exceptionibus dictum est: item quibus ex stipulatu actio competat? quid in ea veniat? quæ sint eius adiuncta & officia iudicis? quæ adfinia remedia? Aduersus quos competat? tractatum *sup.lib.prox.cap.5.item cap.17.qu.2.* Quando competat? vide *sup.eod.lib.proxim. cap.12.* Cum itaque de ipsa stipulatione, eiusque actione sit dictum: superest, vt nunc de quibusdam stipulationis speciebus in specie agamus.

DE QVIBVSDAM STIPVLATIONIS speciebus.

CAP. IX.

DE CONDITIONALI STIPVLATIONE, prima specie.

PRima regula, De definitione eius, proponitur *Instit.de verb.oblig.§.sub conditione.*

II. Regula: Pendente conditione stipulationis, nihil ex ea debetur, tantumque spes est debitum iri. *Inst.eod.tt.§.ex conditionali.*

III. Regula: Existente conditione stipulationis, ex ea competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi cum sub pluribus conditionibus stipulatio contracta esset, quædam tantum, non omnes extiterint, approbatur exemplis *l. si quis. 129.ff. de verb. oblig.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non coniunctim, sed disiunctim plures conditiones in stipulatum sint deductæ, *d.l. 129. Concordat l.si ita.63.ff.d.tt.* Cuius duplicatio est: Nisi plures conditiones negatiuæ disiunctim sint propositæ, tunc enim, quamuis vna extiterit, cæteris tamen deficientibus deficit stipulatio, *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.lib.14.cap.1.quæst. 3.except.11.repl.1.dupl.3.* Altera exceptio est: Nisi cū pœna promissa esset sub hac conditione, Si promissor quid non fecerit, per promissorem non steter, quo minus faciat, *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.c.4.exc.3.* Alias propositæ regulæ exceptiones vide *sup.lib.14.c.1.q.3.*

IV. Regula, Deficiente conditione stipulationis, ipsa deficit stipulatio, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.prox.c.15.except.42.item lib.14.cap.2.*

DE POENALI STIPVLATIONE, specie secunda.

I. Regula, De vsu huius stipulationis, proponitur *Instit.de verb. oblig.§.non solum.Concordat l. vlt. ff.de prætor.stipul.*

II. Regula, De forma concipiendæ stipulationis pœnalis, proponitur *d. §. non solum, ibi, itaque quis.Concordat l.cum quid.71.ff.de verb.oblig.item l.continuus.137.§.si vt aliquid.ff.eod.tt.*

III. Regula: Ex stipulatione proposita, si factum nō sit quod est promissum, regulariter quidem ad pœnam præstandam competit actio. Cuius exemplum proponitur *l. qui Romæ.122.§. fin.ff. de verborum obligationibus.M.I.R.lib.5.cap.4.regul.20.* Exceptio prima esse videtur, Nisi prætoriæ stipulationi pœna sit adiecta. Sed reprobatur *l. in omnibus.6.ff.de prætoriis stipulat.* Altera, Nisi rem ipsam, de qua in principali obligatione conuenit, actor petierit, eaque ei sit soluta, *l. apud Celsum. 4.§. Labeo ait, si de homine. ff. de doli mali except. l. vltima, in fin. ff. de eo quod certo loco. l. prædia. 28.ff. de actionibus empti.M.I.R. d.regula 20.except. 18.* Exemplum etiam proponitur *l.rescriptum.10.§.si pacto.ff. de pact.* Huius exceptionis replicationes duæ sunt, vna quidem hæc: Nisi ita specialiter conuenerit, vt commissa pœnali stipulatione, & rem & pœnam petere liceat. Altera: Nisi iuramento etiam prior contractus sit firmatus, *quæ duæ replicationes approbantur per ea quæ proposita sunt sup.lib.2.cap.41.except. 27.* Tertia replicatio est: Nisi vsurarum loco pœnalis stipulatio facta sit, *constat per ea quæ proposita sunt sup.lib.prox. cap.7.quæst.1.caus.1.exc.10.* Quarta: Nisi pro parte tantum solutio facta est, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.proxim.cap. 5.reg. 5. except.7.repl.6.in fin.item inf.lib.24.cap.9.except.15.replic.1.dupl.4.* Sed & eius exemplum est *l.9.§.si plurium.ff.si quis cautionibus.* Plane quæcunque replicationes solutionis exceptioni obstant, propositæ quoque exceptioni non inutiliter oblici possunt; veluti, Si non solidum quod sub pœna promissum est, præstitum vel solutum sit: Si aliud: Si solutum repeti possit, &c. Tertia exceptio est: Nisi nouatio obligationis sit facta, *l.si creditor.15.ff. de nouationib.* Quarta: Nisi vltra legitimum vsurarum modum pœnam quis sit stipulatus, *l. pœnam. 44.ff.de vsuris.l.cum allegas.15.item l.cum non.16.C.eod. tt.M.I.R.d.regul.20.except.3.* Huius exceptionis replicationes vide *sup. lib.prox. cap.7. quæst. 2. regul.1.* Quinta exceptio est: Nisi reus ad rem ipsam præstandam non fuerit interpellatus, approbatur & distinguitur *sup.cap.4.exc.6.M.I.R. lib. 5. cap. 4. reg. 20.except. 6.* Sexta: Nisi per creditorem steterit, aut saltem non per promissorem, quo minus id quod sub pœna promissum est, præstiterit, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 4. except.3.* Septima, Nisi eo tempore quo præstandum est sub pœna promissum, promissor mortuus sit, eiusque hæreditas nondum sit adita, reprobatur *sup.d. cap. 4. except. 7.* Octaua, Nisi principalis contractus, cui pœnalis stipulatio accessit, non subsistat, approbatur regula vulgari hac, Cum causa principalis non subsistit, nec ea quæ sequuntur, locum habent. *M.I.R.d.reg.20.exc.10.* Eiusque exemplū proponitur *l.si homo.69.ff. de verb. oblig.*

IV. Regula, Etiam aduersus hæredem datur hæc actio ex stipulatu pœnalis, quamuis aduersus defunctum non fuerit inchoata, *de qua re vide sup. lib.15.c.5.reg.5.exc.1.repl.4.*

V. Regula: Adfine actionis ex pœnali stipulatione remediū est, vt agatur ex contractu principali ad rem ipsam. *de qua re vide sup.cap.prox.reg.6.*

DE STIPVLATIONE REM habere licere, tertia specie.

I. Regula, Regulariter quidem stipulatio hęc, Rem habere licere, vtilis est, *l. stipulatio ista.38.in princip.ff. de verborum obligationibus.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi quis per alium habere licere promiserit, *d.l.38.* Plura de hac exceptione eiusque replicationibus vide *supra, libro proxim.cap.15 except.24.* Altera exceptio est, Nisi non suam rem, sed alienam habere licere promiserit, approbatur simul & distinguitur *d. leg. 38. §.quæsitum.* Tertia, Nisi seruus sibi habere licere sit stipulatus, reprobatur *d. l.38.§. hi qui sunt.*

ibi, sed si seruus. Quarta, Nisi seruus promiserit per se non fieri, quo minus alteri habere liceat, reprobatur *d.§.hi qui sunt.vers.sed mihi videtur.*

II. Regula, Declaratur stipulatio proposita *d.l.38.§.sed quatenus. & §.habere.ff.de verb. oblig. Concordat l.habere.188.ff.de verb.signific.*

III. Regula, Committitur stipulatio proposita, si stipulatori de re controuersia moueatur, *d. §.sed quatenus.Concordat l.nuda.§.ibi, huius etiam.C. de contrah. stipul. M.I.R. d.cap.4.reg.21.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi alius, non promissor controuersiam faciat, *l.stipulatio ista.38. in pr.ff. de verb. oblig.* Altera, Nisi alii quam stipulatori controuersia fiat, approbatur simul & distinguitur *sup.cap.4. exc.2.* Tertia, Nisi non de proprietate, sed de possessione vel alio iure actori fiat controuersia, reprobatur *d.l.3.§. si quis forte.*

DE STIPVLATIONE POENALI, si eum aliter quam vt filium obseruasset: quarta specie.

I. Regula: Committitur hæc stipulatio, si promissor filium exhæredauerit, vel emancipauerit, approbatur simul & distinguitur *l. quidam.132.ff. de verb.oblig.* Cuius exceptio est: Nisi promissor eum de quo promissio facta est, in locum filii adoptauerit, *d.l.132.vers.sed videamus.*

II. Regula: Is de quo stipulatio facta est, exhæredatus, de inofficioso aget, approbatur simul & distinguitur *d.l.132.vers.ergo exhæredatus.*

DE DVOBVS REIS STIPVLANDI & promittendi.

CAP. X.

QVinta stipulationis species, est si duo pluresue eandem rem promiserunt, vel stipulati sunt, de qua hic agendum.

I. Regula: Qui dicantur rei stipulandi & promittendi, definitur *Instit. de duob. reis stipul. in princ. Concordat l.1.ff.de duobus reis constit.M.I.R.d.cap.4.regul.22.* Exceptiones huius regulæ vide *infra regula proxima.*

II. Regula, Si duo sint rei stipulandi, singulis in solidum competit actio. Item, si duo sint rei promittendi, adue sus singulos in solidum actio datur. *Inst.d.tt.de duobus reis.§.ex huiusmodi. l.2. & l. in duobus.3.§.vbi duo.ff.eod.tt.l.1.cum duab.leg.seqq. C. de duobus reis.M.I.R.d.reg.22.* Plane regula proposita videtur mutata ac sublata *Nouell const.99.M.I.R. d.cap.4.reg.23. in fi.* Exceptio prima esse videtur: Nisi duo pluresve non stipulati sint simul vel promiserint, sed alio modo se obligauerint vel contraxerint, sed reprobatur *l.eandem rem.9.in pr.ff. de duob.reis constit.* Sed quod ibi Iurisconsultus etiam testamento duos reos constitui inquit, illi contradicere videtur *l.siue à certis.17.ff.d.tt.*

II. Exceptio: Nisi non sit adiectum, singulos in solidum stipulatos vel spopondisse, vel reos stipulandi aut promittendi esse, *l.res promittendi. 11. §.cum tabulis.ff.de duob.reis constit.l.exprimere.3.C. eod. tt.item Nouell.const.99.§.1.M.I.R.d.reg.22. exc. 1. & d. reg.23.exc.1.*

III. Exceptio, Nisi non eodem, sed diuerso tempore stipulati sint, vel promiserint, *l. si ex duobus.12.in princ.ff.de duob. reis constit.l.duos reos.6.§.duo rei.ff.eod.tt. Item Instit. d.tt.in princ. ibi, nam si prius.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi modicum tempus interueniat, *d.§.duo rei.*

IV. Exceptio: Nisi stipulatio prætoria sit, reprobatur *l.& stipulationum.14.ff.de duob.reis const.*

V. Exceptio: Nisi ex duobus promissoribus alter obligari non possit, approbatur exemplis *l. si ex duobus.12.§.fi.ff.d.tt.*

VI. Exceptio: Nisi mulier cum aliquo promiserit, approbatur simul & distinguitur *l. vir vxori. 17.§.final.cum leg.seq.ff.ad S.C.Velleianum.*

VII. Exceptio: Nisi non ipsi rei, sed seruus eorum communis sit stipulatus, reprobatur *l. si seruus.29.ff.de stipul.seruor.*

VIII. Exceptio: Nisi rei non sibi, sed seruo communi dari sint stipulati, reprobatur *l. si ex re. 28.§.si ipsi.ff.de stipul.seruor.*

IX. Exceptio: Nisi operarum stipulatio facta sit, reprobatur *l.nemo.5.ff.de duob. reis constit. M.I.R. d.reg.23.exc.2.*

X. Exceptio: Nisi id quod in stipulationem deducitur, in singulis personis proprium intelligatur, vt dos, vsusfructus, *& c.l. si id. 15. in princip. ff. d.tt.*

XI. Exceptio: Nisi res quæ alterius stipulatoris est, in stipulationem deducatur, *d.l.15.§.1.*

XII. Exceptio: Nisi vnus promittat, quanto minus ab altero stipulator consequi potest, hi enim duo non sunt rei promittendi, *l.decem.116.ibi, Paulus notat ff.de verb oblig.*

XIII. Exceptio: Nisi alius pure promittat, alius in diem vel sub conditione, reprobatur *l. ex duobus.7.ff.de duobus reis constituendis.M.I.R.d. reg. 23. exc. 3.*

XIV. Exceptio: Nisi cum apud duos deponeretur, vnus culpam quoque promiserit, alter nõ. *l.eandem rem.9.§.sed si quis ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi cum ambo culpam promisissent, alteri postea pacto culpa sit remissa, *d.§.sed si quis.vers.non idem.*

XV. Exceptio: Nisi duobus interrogatis, vnus tantum respondeat, *l.duos reos. 6. in pr.ff. de duobus reis constituendis.*

XVI. Exceptio: Nisi cum ita interrogati essent, Spondetis? respondeant, Spondeo: aut interrogati, Spõdetis? respondeant, Spondemus, reprobatur *l. duo rei.4.ff.d.tt.*

XVII. Exceptio: Nisi vni reo promittendi pecunia numerata sit, alteri non, reprobatur *l.propter 4.C.eod.tt.M.I.R.d.reg.23.exc.5.*

XVIII. Exceptio, Nisi ex alterius rei facto agatur, reprobatur *l.ex duobus.18.ff.d.tt.*

XIX. Exceptio, Nisi alter reus promittendi præsens quoque sit, & soluendo existat, *Nouell. const. 99.M.I.R.d.reg.23.exc.4.*

XX. Exceptio: Nisi cum res duobus commodata esset, re furto ablata, vnus ex iis agens duplũ sit consecutus. *l.vnde quæritur.7.ff.commodati.*

XXI. Exceptio: Nisi creditor à singulis partem virilem acceperit, *l.si creditores.18.C.de pactis.M.I.R. d.reg.23.exc.7.*

XXII. Exceptio, Nisi creditor vnum elegerit, hoc enim casu actio aduersus alterum illi videtur deneganda. Sed reprobatur *l.vlt.ibi, idemque in duobus reis.C.de duobus reis.*

XXIII. Exceptio: Nisi creditor singulos pro parte conuenire velit, *l.in duob.3.§. vbi duo. ibi, partes au-*

tes autem.ff.de duob.reis constit.Concordat l.reos promittendi.11.in pr.ff.d.tt. Hæc de secunda regula eiusq; exceptionibus sint dicta.

¶ III. Regula: Vno reorum promittendi liberato, liberatur & alter, approbatur simul & distinguitur *inf.lib.24.c.5.quæst.4.reg.2.*

DE EO QVOD CERTO loco dari oportet.

CAP. XI.

SExta stipulationis species est de soluendo in certo loco: ex qua oritur actio arbitraria, de qua hic agendum.

I. Ratio & vsus huius actionis proponitur *l.1. ff.de eo quod certo loco.l.ideo.3.ff.d.tt.item Instit.de actionibus.§.loco plus.ibi, propter quam causam.*

II. GENVS.

Arbitraria est actio. *Inst. de actionibus. §.præterea quasdam.Concordat d.l.3 ff.de eo quod certo loco.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS datur hæc actio?

I. Causa: Si quis certo loco rem dari sit stipulatus, *l.2.§.1.ff.de eo quod certo loco.*

II. Causa: Si quis alio loco, quam in quem stipulatio facta est, agat, non facta mentione eius loci de quo conuenit, reo per hanc actionem succurritur in id quanti sua interest suo loco actum esse, *d.l.2.in pr.& §.nunc de officio.item Instit. de actionibus.§.loco plus ibi, propter quam.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi actor suo loco, in quem stipulatio facta est, agat, tunc enim quamuis non faciat mentionem eius loci, recte tamen agit, *Instit. d.vers. propter quam, in fine.* Secunda: Nisi Ephesi aut Capuæ dari sit stipulatus, tunc enim si in alterutro horum loco petat, non habet necesse alterius loci mentionem facere, *l.2.§.si quis Ephesi.cum sequentibus.ff.de eo quod certo loco.* Tertia: Nisi Ephesi & Capuæ dari sit stipulatus, reprobatur *d.l.2.§. si quis ita.* Reliquas exceptiones vide *infra caus. proxim.*

III. Causa, Si alio loco, quam quo dare promisit, soluat debitor, *l.vnica. C. vbi conueniatur qui certo loco.d.l.2.in pr.& §.Iulianus.l.1. l. in bonæ fidei. 7. in fi.item l.is qui 9.ff.eod. tt.* Huius regulæ exceptiones hæ sunt. Prima: Nisi eo loco agatur, vbi vt solueretur conuenit, *l.quod si.4.in pr.ff. de eo quod certo loco.* Secunda: Nisi ibi vbi soluendum est, pecunia actori sit oblata, vel deposita, vel de soluendo eo loci caueatur, *d.l.4.§.interdum.* Tertia: Nisi non stipulatio facta sit, vt certo loco soluatur, sed vel hæres à testatore iussus sit, vel mutua pecunia data, vt certo loco reddatur, reprobatur *l.si hæres.5.cũ lege sequente.ff.de eo quod certo loco.* Plane admittitur, si in bonæ fidei contractu conuenit vt certo loco soluatur, hoc enim casu arbitraria actio non competit, sed bonæ fidei actio. *Quæ distinctio approbatur l.in bonæ fidei.7.ff.eodem tt.* Quarta exceptio: Nisi debitum solutum sit, reprobatur *l. 2. §. idem Iulianus.ff de eo quod certo loco.* Contradicere videtur *l. vlt.in fi.ff.eod.tt.* Quinta: Nisi post commissam stipulationem propositam fideiussor sit acceptus, videtur approbari *d.l.vlt.*

IV. ADVERSVS QVOS DATVR Actio proposita?

I. Regula, De mandatore, proponitur *l. si vt. 61.ff. de fideiussoribus.*

II. Regula, De fideiussore, habetur *l. centum Capuæ.9.ff. de eo quod certo loco.* Huius regulæ exceptio est, Nisi per reum, non per fideiussorem steterit, quo minus pecunia debito loco soluatur. *d.l.8.*

V. VBI ET APVD QVEM competat?

De loco, quo quis soluturum se constituit, & alio, *l.43.ff.de iudiciis.l.qui Romæ.122.in pr.ff. de verbor. oblig.& l.vnica.C.vbi conuenitur qui certo loco.*

VI. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. Regula, De eo quod actoris interest, proponitur *l.2.in pr.& § fi.ff.de eo quod certo loco. l. vnica, in fi.C. vbi conueniatur qui certo loco. item Instit. de action. §.loco plus.ibi, in qua scilicet.*

II. Regula: Sorte alibi soluta, non tota summa, sed interesse tantum manet in obligatione. *d. l.2.§.idem Iulianus.*

VII. ADIVNCTVM OFFICIVM IVdicis in hac actione.

Æquitatem ante oculos habere debet, *l.quod si. 4.in fi.ff de eo quod certo loco.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

Bonæ fidei actio, si in aliquo contractu bonæ fidei de loco solutionis conuenit, competit, non actio proposita, *l.in bonæ fidei.7.ff.de eo quod certo loco.*

DE PRÆTORIIS STIPVlationibus.

CAP. XII.

SEptima stipulationis species est, stipulatio prætoria, de qua in genere hic agendum, singulis eius speciebus suis locis subiectis.

I. Definitio prætoriarum stipulationum proponitur *l.stipulationum.5.§. prætoriæ.ff.de verb. obligationibus.*

II. DIVISIONES PRÆTORIARVM stipulationum, & species.

I. Diuiduntur in iudiciales, cautionales & communes, *l.1.ff.de prætor.stipul.*

II. Diuisio, quod aliæ satisdationem exigunt, aliæ nudam repromissionem, proponitur *d. l.1.§. stipulationum, vsque ad §.fi.*

III. Diuisio, quod aliæ rei restitutionem continent, aliæ incertam quantitatem, proponitur & declaratur *l.2.ff.de prætor.stipul.* Hæ sunt diuisiones & species prætoriarum stipulationum. De singulis suis locis copiosius tractatur.

III. PROPRIA PRÆTORIARVM stipulationum.

I. Regula: Legem accipiunt de mente prætoris, nihilque in illis est immutandum. *Quæ regula approbatur l.in conuentionalibus.52.in pr. ff. de verborum obligationibus.*

II. Regula: Prætoris est addere, detrahere vel immutare in his stipulationibus, item cognoscere, an stipulatio hęc sit interponenda, necne? *l.1.§. fi.ff.de prætor.stipul.*

III. Regula, Prætoris est interpretatio in his stipulationibus, eiusque mens æstimanda est, *l.in prætoriis.8.ff.d.tt.*

IV. CAV-

IV. CAVSÆ EX QVIBVS cauendum.

Causas ex quibus cauendum, vide in singulis stipulationis speciebus; vt in stipulatione, Ratam rem haberi, Iudicatum solui, Rem pupilli saluam fore, &c. Quarum causarum exceptio generalis est: Nisi semel sit cautum. Quæ vt ipso iure subsistit, ita recipit replicationem hanc: Nisi cautum esse desierit, *l. prætoriæ. 4 ff de prætor. stipulat.*

V. QVOMODO SEV QVO cautionis genere cauendum?

Regulariter quidem non nisi per fideiussores cauendum, *l. prætoriæ. 7. in pr. ff. d. tt. Concordat l. 1. §. stipulationum. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 2. cap. 7. regul. 37.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi nomine noui operis quod in publico fit, caueatur, tunc enim sufficit nuda repromissio, *d. §. stipulationum.* Cuius replicatio est: Nisi quis non suo, sed alieno nomine de opere publico caueat, hic enim satisdare debet, *d. § stipulationum. ibi, sed & hi quidem.* Altera exceptio est, Nisi de damno infecto ædium nomine caueatur, tunc enim sufficit nuda repromissio. *d. §. stipulationum. ibi, item ex causa.* Tertia: Nisi stipulatio duplæ interponatur, *d. §. stipulationum. ibi, stipulatio duplæ.* Quarta: Nisi fideiussores habere nõ possit, tunc enim iuratoria cautio sufficit, approbatur in casu *Nouell. const. 112. §. cæterum. ibi, quod si dicat. M. I. R. reg. 37. exc. 1.* Quinta: Nisi cautionis, non satisdationis vocabulum in lege positum sit, approbatur *per ea quæ habentur sup. lib. 2. c. 12. in prin.* Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *supra lib. 2. c. 14. q. 3.*

VI. QVID SEV DE QVA re cauendum?

I. Regula, Aut vt res restituatur, aut vt incerta summa præstetur, cauendum, approbatur simul & declaratur *l. 2. ff. de prætor. stipulat.*

II. Regula, In iis stipulationibus, in quibus de incerta summa, sed quanti ea res est, cauendũ: commodius est certam pœnam stipulari, *l. vltim. ff. eod. tt. Concordat Instit. de verb. oblig. §. non solum. ibi, & in huiusmodi.*

VII. QVIBVS CAuendum?

Et procuratoribus caueri potest. *l. generaliter. 3. ff. de prætor. stipulat.* Hactenus de prætoriis stipulationibus. Sed & plura ad eas pertinentia vide *supra in tractatu stipulationum generali.* De obligationibus igitur, quæ verbis contrahuntur, tam in genere, quam in specie satis sit dictum: nunc de obligationibus quæ re consistunt, est dispiciendum.

FINIS LIBRI DECIMISEXTI.

DE OBLIGATIONIBVS QVÆ RE CONTRAHVNTVR, EARVMque actionibus.

LIBER XVII.

DE MVTVO ET EIVS condictione.

CAP. I.

PRimo, Etymologia mutui seu tatio nominis proponitur *l. 2. §. appellata. ff. si certum petatur. Concordat institut. quibus modis re contrah. obligatio. §. 1.*

II. PROPRIVM MVTVI.

I. Regula, De subiecto mutui, proponitur *Instit. quibus modis re contrah. obligat. §. 1. l. 1. §. re contrahitur. ff. de actionibus & obligat. item l. 2. §. mutuis. ff. si certum petatur.*

II. Regula: In mutuo aliud pro alio, eiusdem tamen generis, soluitur, *d. §. mutui. d. l. 2. in pr. Instit. quibus mod. re contrah. §. 1. & §. item is cui. ibi, sed is ab eo. M. I. R. lib. 5. c. 12. reg. 5. exc. 6. repl. 11.*

III. Regula, Mutui datione transfertur rei dominium, approbatur *per ea quæ allegata sunt supra quæst. proxima.*

III. Differentia mutui & crediti proponitur *l. 2. §. creditum. ff. si certum petatur.*

IV. Differentia mutui & commodati habetur *Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. item is cui. l. 1. §. is quoque cui. ff. de action. & oblig. item l. 2. in princip. ff. si certum petatur.* Hactenus de ipso mutuo, nunc de eius actione dicendum.

V. DE CERTI CONDIctione mutuo.

I. CAVSA HVIVS ACTIOnis, cum eius exceptionibus.

Si mutuum datum sit, datur condictio certi ex mutuo. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. 1. in fine. M. I. R. lib. 5. ca 5. reg. 1.* Huius autem regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi non dominus mutuum dederit, approbatur simul & distinguitur *infra except. 13.*

II. Exceptio: Nisi seruus mutuum dederit, reprobatur, certis tamen conditionibus, *infra d. except. 13. replic. 4.*

III. Exceptio: Nisi filiusfamilias mutuum dederit, reprobatur *l. 2. §. si in mutui. ff si certum petatur.*

IV. Exceptio, Nisi pupillus crediderit, ipso quidem iure subsistit; verum eius replicatio est: Nisi pecunia à pupillo credita consumpta sit, *l. non omnis. 19. §. si pupillus. ff. si certum petatur.*

V. Exceptio: Nisi furiosus crediderit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi pecunia sit consumpta, vel in rem debitoris versa *l. si à*

l. si à furioso. 12. ff. si certum petatur. Concordat l. si à furioso. 23. in pr. ff. de act. & obl. ig.

VI. Exceptio, Nisi rector prouinciæ, vel aliquis ex iis qui circa eum sunt, crediderit, *l. principalibus. 33. ff. si certum petatur. Concordat l. eos qui. 3. C. d. tt. M. I. R. d. regul. 1. except. 1.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi officiales sint perpetui, *l. præsidũ. 34. ff. d. tt.*

VII. Exceptio, Nisi rectori prouinciæ mutua pecunia sit data, reprobatur *d. l. 34. in fine.*

VIII. Exceptio: Nisi quis iudici mutuam pecuniam dederit, *l. penult. C. si certum petatur.*

IX. Exceptio, Nisi filiofam. mutua pecunia data sit, approbatur simul & distinguitur *inf. ca. prox.*

X. Exceptio: Nisi pupillo creditum sit, *l. pupillus. 58. ff. de actionib. & obligat.* Plane huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pupillus ea pecunia locupletior sit factus, *l. apud Celsum. 4. §. si quis pupillo. ff. de doli mali except.* Altera: Nisi creditor pupillo hæres extiterit, *l. Stichum. 95. §. aditio. ibi: aliquando. ff. de solutionibus.* Plures huiusmodi replicationes vide *sup. lib. 15. c. 2. exc. 1.*

XI. Exceptio: Nisi debitori, qui consilium fraudandorum creditorum iniit, creditum sit, *l. ait prætor. 9. ff. de priuil. credit.*

XII. Exceptio: Nisi perdituro pecuniam quis crediderit. *l. si vero. 12. §. si adolescens. ff. mandati.*

XIII. Exceptio: Nisi aliena pecunia credita sit, *l. 2. §. in mutui. ff. si certum petat.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pecunia sit consumpta, *l. si à furioso. 12. §. fin. cum lege sequente. ff. si certum petatur. l. non omnis. 19. §. fi. ff. d. tt. item l. si à furioso. 23. §. fin. ff. de actionib. & oblig.* Altera replicatio est: Nisi is qui alienam pecuniam credidit, eam sibi reddi sit stipulatus, *l. 2. C. si certum petatur. Concordat l. eius qui. 41. §. quod si stipulatus. ibi, quod si sibi. ff. d. tt.* Tertia: Nisi quis alienam pecuniam crediderit eius nomine, cuius pecunia est, *l. si absentis, 4. C. eod. tt.* Quarta replicatio est: Nisi seruus vel filiusfamilias peculiarẽ pecuniam crediderit, *l. 2. §. in mutui. ff si certum petatur.* Huius duplicatio prima est: Nisi seruus fugitiuus crediderit. Altera: Nisi cõtra voluntatem domini seruus crediderit. *Quæ duæ duplicationes approbantur l. rogasti. 11. §. fin. ff. d. tt.* Harum duplicationum triplicatio est, Nisi pecunia credita sine dolo malo sit consumpta, *d. l. 11. in fine.* Quinta replicatio est: Nisi mandatu vel voluntate domini pecuniã eius quis crediderit. *d. §. in mutui.* Huius duplicatio est: Nisi mortuo demum domino mandante, crediderit, approbatur simul & distinguitur *l. eius qui. 41. ff. si certum pet.* Sexta replicatio est, Nisi is qui alienam pecuniam credidit, postea domino pecuniæ hęres extiterit, *d. l. 41.* De qua re vide plura *sup. li. 7. c. 4. causa 1. exc. 1.* Septima replicatio est: Nisi cum hæres legatam pecuniam credidisset, legatarius legatum postea repudiauerit. *l. proinde. 8 §. item si legatam. ff. si certum petatur.* Octaua; Nisi cum ex alia causa pecunia deberetur, creditor permiserit debitori, vt eam in causam mutui retineret, *l. singularia. 15. ff. eod. tt. de qua re vide item inf. exc. 17. repl. 1.* Nona: Nisi creditorus pecuniam debitorem suum mutuanti soluere iusserit. *d. l. 15. de qua re vide itidem d. exc. 17. repl. 3.*

XIV. Exceptio: Nisi communem pecuniam socius crediderit, *l. si socius. 16. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi cæteri socii consenserint. *d. l. 16.* Altera; Nisi pro parte, quam credens socius in pecunia credita habet, pro ea enim mutuum consistit, *d. l. 16. l. nam & si. 13. §. fin. ff. si certum petatur. item l. si is. 94. in pr. ibi, sin autem communes. ff. de solutionibus.*

XV. Exceptio: Nisi pecuniam à pupillo sibi creditam vel solutam alii crediderit. Hęc exceptio ipso quidem iure subsistit, tanquam alia pecunia credita, verum eius replicatio est; Nisi pecunia ab eo cui data est, consumpta sit, *l. non omnis. 19. §. fin. ibi, quapropter. ff. si certum petatur.*

XVI. Exceptio: Nisi hæres pecuniam alii legatam crediderit. Hæc exceptio eadem ratione subsistit, qua superior proxima, verum eius replicatio est, Nisi legatarius postea legatum repudiauerit, *l. proinde. 8. §. item si legatam. ff. d. tt.*

XVII. Exceptio, Nisi nulla re data vel accepta mutuum contrahatur, *l. 2. §. creditum. ibi, item mutuum. ff. si certum petatur.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi ex alia causa debitori cum creditore conuenerit, vt pecunia quam debet, mutua sibi concedatur, *l. singularia. 15. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio prima est, Nisi stipulatio non interuenerit, *l. si ex precio. 6. C. eod. tt. Concordat l. qui negotia. 34. in pr. ff. mandati.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi sine stipulatione conuenerit, vt pecunia deposita depositario credita sit, *d. l. 34. vers. nec huic simile.* Altera duplicatio est, Nisi pecunia deposita, & depositario vtenda concessa, nondum ab eo sit mota, tunc enim depositum in causam mutui non transit. *l. 10. ff. si certum petatur.* Cuius triplicatio est, Nisi non ab initio depositi, sed postea roganti depositario deponens pecunia deposita vti permiserit, tunc enim antequam ab eo mota sit, in causam mutui transit, *l. certi condictio. 9. §. fi. ff. d. tt.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est, Nisi mutuum petenti dictum sit, vt à debitore pecuniam acciperet, vel debitor petenti dare iussus sit, *l. qui negotio. 34. in princ. vers. item quod si ff. mandati. l. singularia. 15. in pr. & l. si me. 32. ff. si certum petatur.*

XVIII. Exceptio, Nisi aliud, quam quod pondere, numero, vel mensura constat, in causam mutui datum sit, *l. 2. §. 1. ff. d. tt.* Cuius replicatio est, Nisi aliud pro pecunia datum sit vendendum, vt precium in causam mutui verteretur. *l. rogasti. 11. in princ. ff. si cert. pet. Concordat l. si pro 8. C. d. tt.* Contradicit *l. qui negotia. 34. in princ. ibi. his argumento. ff. mandati.* Plane huius replicationis duplicatio: Nisi res vendita non sit, aut vendita quidem sit, sed precium nondum receptum: tunc enim non condictio mutui, sed præscriptis verbis actio est, *l. rogasti. 20. in princ. ff. de præscript. verb.*

XIX. Exceptio, Nisi pecunia creditori à debitore ita sit donata, vt ei statim mutua daretur. Hęc exceptio stricto quidem iure approbatur, reprobatur vero æquitatis ratione, *l. si tibi 20. ff. d. tt. Concordat l. qui id. 34. §. ea lege. ff. de donationib.*

XX. Exceptio, Nisi error interuenerit, approbatur exemplis *l. si ego. 18. ff. si cert. petat.* Contradicit *l. cum in corpus. 36. ff. de adquir. rer. dom.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi cum creditor debitorem suum ei qui mutuum rogauerat, promittere iussisset, is tanquam ab alterius debitore sit stipulatus, *l. si me. 32. ff. d. t.*

XXI. Ex-

XXI. Exceptio: Nisi ex die, in diem, vel sub cõditione mutuum sit contractum, reprobatur *l. omnia. 7. cum leg. seq. ff. si certum petatur.*

XXII. Exceptio: Nisi illicitas vsuras creditor sorti miscuit, reprobatur *l. vsuras. 20. ff. de vsuris.*

XXIII. Exceptio: Nisi creditor pro pecunia aliã rem diuersi generis reddi pactus sit, *l. 2. in prin. ff. si certum petat.* Plura de hac re vide *sup. quæst. 2. regul. 2.*

XXIV. Exceptio: Nisi stipulatio de reddendo mutuo intercessit, tunc enim verborum obligatio est non realis, *l. si ita. 126. §. Chrysogonus, ibi, superest. ff. de verb. oblig.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi stipulatio sit inutilis. *d. vers. superest. Cui concordat l. certi condictio 9. §. numerus, cũ seqq. ff. si certum petatur. item l. si cum 3. C. de contrah. stipul.*

XXV. Exceptio: Nisi in mutuo ex meo tuum non fiat, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. q. 1. cuius species est sup. exc. 13.*

XXVI. Exceptio: Nisi debitor vsuras soluat. *l. si bene. 33 ff. de vsuris.*

XXVII. Exceptio: Nisi pecunia mutua data, sine dolo vel culpa debitoris perierit, reprobatur *Instit. quibus mod. re contrah. oblig §. item is cui. l. 1. §. is quoque ff. de act. & oblig. item l. incendium. 11. C. si certũ petatur.* Plane admittitur in traiectitia pecunia, si conuenerit vt creditoris periculum sit, *l. fœnerator. 6. ibi, sed cum traiectitia. ff. de nautico fœnore.* Huius distinctionis replicatio prima est: Nisi non specialiter conuenerit de periculo à creditore sustinendo, *l. vlt. C. eod. tt.* Altera: Nisi antequam nauẽ nauigare conuenit, pecunia perierit, *l. in nautica 3. ff. de nautic. fœn.* Tertia: Nisi post diem quam de quo conuenit, pecunia perierit. *l. nihil interest. 4. in princ. item l. fœnerator. 6. in fin. ff. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio videtur esse: Nisi seruus creditoris, exigendis pecuniis præpositus, consenserit vltra diem præstitutum nauigari. Quæ tamen reprobatur sub conditione *l. qui Romæ. 122. §. Callimachus. ff. de verbor. oblig.* Quarta replicatio est, Nisi non tempestate maris pecunia perierit, sed quia nauis incidit in commissum fisco. *l. cum proponas. 3. C. de nautico fœnore.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hactenus exceptiones aduersus causam condictionis propositæ speciales enumeratæ sunt, quarum replicatio generalis est: Nisi pecunia sit consumpta, tunc enim certi condictio incipit cõpetere, plerisque istis exceptionibus non obstantibus, approbatur exemplis *l. non omnis. 19. §. si pupillus. ff. si certum petatur. l. rogasti. 11. §. fin. l. si à furioso. 12. §. fin. cum lege sequente. item l. si ego. 18. in fin. ff. d. tt.* Huius replicationis duplicatio est, Nisi cum quis pecuniam suam, tanquam donaturus dederit, alter tanquam mutuam acceperit, hoc enim casu etiam consumpta pecunia, certi condictio doli exceptione elidetur. *d. l. 18. ibi, quare si eos.* Hactenus de causa propositæ condictionis, eiusque exceptionibus.

II. QVIBVS CERTI CONDICTIO competit?

I. Regula: Si quis alterius nomine pecuniam crediderit, non ei qui credit, sed ei cuius nomine creditur, actio competit. *l. certi condictio. 9. §. si numos. ff. si certum petatur. l. 2. §. in mutui. ibi, id enim tale est. ff. d. tt. l. si ita. 126. §. Chrysogonus. ibi. plane si liber. ff. de verb. oblig. item l. 2. C. per quas personas nobis.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi ei, cuius nomine credidit, inutiliter sit stipulatus, tunc enim et qui credidit, actio non est deneganda, *l. si cum. 3. C. de contrah. stipulat.* Altera exceptio est, Nisi is cuius nomine pecunia credita est, creditum ratum non habeat, tunc enim credenti vtilis datur actio. *l. si absentis. 4. C. si certum petatur.* Tertia, Nisi eius nomine, qui mortuus est, quẽ viuere credebat, quis mutuum dederit, tunc enim ipsi danti, non hæredibus defuncti actio competit, *l. eius qui. 3. §. nam etsi tibi. & §. quod si stipulatus. ff. si certum petatur.*

II. Regula, Si quis alienam pecuniam credidit, credenti non domino pecuniæ ea consumpta condictio competit, *l. non vnde. 7. C. d. tt.* Plura de hac re vide *supra quæstione proxima, except. 13 replic. 1. cum sequentibus.*

III. Regula, Si procurator credidit, domino competit actio, approbatur *per ea quæ proposita sunt supra regul. 1.* Huius regulæ exceptio est: quod sola principalis actio domino competat, non etiam accessoria, hypothecaria puta vel ex stipulatu actio aduersus fideiussorem, *lib. 2. ibi, non autem hypotheca. C per quas personas nobis adquiratur.* Eius replicatio est, Nisi militis procurator crediderit, fideiussoremque acceperit, *l. si pecuniam. 26. ff. si certum petatur.* Plane iure nouo exceptio proposita reprobatur *d. l. 2.* Sed & vtilis actio non militi solũ, sed cuiuis etiam domino ex stipulatione procuratoris datur. *De quo dictum sup. lib. prox c. 5. reg. 1.*

IV. Regula, Seruo communi credente, cuilibet dominorum pro parte quam in seruo habet, competit actio: *l. nam & si. 13 §. fin. ff. si certum petatur.* Leges concordantes, item exceptiones propositæ regulæ vide *sup. lib. 7. cap. 2. reg. 4.*

III. ADVERSVS QVOS CONDICTIO proposita competit?

Aduersus alium, quam cui creditum est, actio non datur, *l. si non. 5. C. si certum petatur.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi reus promittendi conueniatur, tunc enim quamuis alteri reo pecunia sit numerata, tamen recte agitur, *d. l. 5.* De qua re plura vide *sup. lib. prox. cap. 10.* Altera exceptio est, Nisi fideiussor eius qui mutuum accepit, conueniatur. *d. l. 5.* Tertia, Nisi is conueniatur, in cuius res pecunia ab alio mutuo sumpta est, approbatur exemplo. *l. ciuitas. 27. ff. si certum petatur.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi cum administratori ciuitatis in res ciuitatis mutua pecunia daretur, pecunia in res eius non sit versa *d. l. 27.* Altera, Nisi non contemplatione domini rerum, creditor mutuum dedit, *l. eum qui. 13. C. si certum petatur.* Quarta exceptio est, Nisi is conueniatur, ad quem pecunia peruenit, reprobatur *l. non aduersus. 15. C. d. tt. Concordat l. eum cui. 13. C. de obligat. & actionib.* Quinta, Nisi is conueniatur, qui instrumento mutui subscripsit, reprobatur *l. mutuæ. 14. C. si certum petatur.* Sexta, Nisi quis alterius nomine tanquam nudus minister pecuniam acceperit, *l. si ex. 4. C. quod cum eo qui in alleno.*

IV. QVID

IV. QVID VENIAT IN ACtione proposita petendum?

I. Regula: Non eadem, sed alia res venit restituenda eiusdem generis & qualitatis. *De qua re vide supr. in princ. capitis, quæst. 2. reg. 2.*

II. Regula: Si conuenit vt diuersi generis res restituatur, non potest ea peti, nisi stipulatio intercesserit. *l. si non 5. §. fin. C. si certum petatur.*

III. Regula, Si conuenit vt minus restituatur, quam datum est: valet pactum. Sin autem conuenit, vt plus restituatur: non valet. *l. rogasti. 11. §. si tibi decem. ff. eod. tt.* Cuius posterioris regulæ exceptio est: Nisi cum periculo sortis aliquid amplius restitui conuenit. *l. periculi precium. 5. ff. de nautico fœnore.*

IV. Regula, De vsuris. Vsuræ regulariter quidem ex mutuo non debentur. *l. Titius. 25. ibi: respondi. ff. de præscriptis verbis. M. I. R. lib. §. cap. 5. regul. 3.* vbi etiam distinguitur. Sed de hac re vide *supr. lib. 15. capite 7.*

V. Regula: Cuius temporis, item cuius loci æstimatio sit sequenda, vide *supr. lib. 15. cap. 6. reg. 3.*

VI. Regula: Si quis communem pecuniam crediderit, vel plures simul, vel seruus communis: non nisi pro parte competit singulis actio. *l. nam & si 13. §. fin. ff. si certum petatur. Concordant ea quæ proposita sunt supr. quæst. 1. except. 14.* Huius exceptio est: Nisi conuenerit, vt sint rei stipulandi in solidum. *l. cum te. 9. C. d. tt.* Plura de hac exceptione vide *supr. libr. proxim. cap. 10.*

V. QVANDO COMPETAT?

I. Regula, Si pecunia deposita vti depositarium creditor permiserit, etiam nondum mota pecunia condictio competit, *l. certi condictio. 9. §. fin. ff. si certum petatur.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ab initio cum deponeretur, ita conuenit, vt depositarius si vellet, pecunia vteretur. *l. quod si. 10. ff. d. tt. Concordat l. 1. §. si pecunia apud. ff. depositi.*

II. Regula: Si in futurum vsuras accepit: tacite pactus est, ne intra id tempus sortem petat. *l. qui in futurum. 16. in prin. ff. de pactis.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, Si stipulatio interuenit mutuo, ex stipulatione obligatio oritur. approbatur simul & distinguitur *supr. quæst. 1. except. 23.*

II. Regula: Si pecunia credita sit, ita vt debitor pro creditore tributum ex vsuris penderet, & si quid superesset, sibi restitueret: præscriptis verbis actio est, *l. Titius. 25. ff. de præscriptis verbis.*

III. Regula, Si inutiliter mutuum datum sit: vindicatio & ad exhibendum actio competit, non certi condictio. approbatur simul & distinguitur *l. rogasti. 11. §. fin. ff. si certum petatur. Concordat l. si ego. 18 ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi pecunia sit consumpta. *approbatur per ea quæ proposita sunt supra quæst. 1. in fine. replic. gener. 1.*

IV. Regula, Si filiusfamilias viaticum suum mutuo dederit. extra ordinem ei succurritur. *l. cum filiusfamilias. 17. ff. si certum petatur.*

V. Regula, Si cum quis suam pecuniam dedisset mutuã, eamq; alteri inutiliter stipulatus esset, is cui stipulatus erat, eam exegerit: etiam negotiorum gestorũ actione creditor pecuniã repetere potest. *l. si cum. 3. in fin. C. de contrah. stipulat.*

VI. Regula, Si quis procuratori absentis mutuam dederit pecuniam: negociorum gestorum actio est, non ex mutuo condictio, *l. item si. 5. §. itẽ si procuratori. ff. de negotiis gestis.*

DE EXCEPTIONE SENATVSconsulti Macedoniani.

CAP. II.

PEndet hoc caput ex capite proximo præcedente, except. 9.

I. CAVSA HVIVS EXCEPTIONIS, cum eius replicationibus?

Si filiofamilias mutua pecunia data sit, creditori mutuum condicenti obstat exceptio: quæ approbatur Senatusconsulto Macedoniano, *l. 1. in pr. ff. ad S. C. Maced. l. si filius. 6. C. d. tt. Concordat item Inst. quod cũ eo qui in aliena potest. §. illud proprie. M. I. R. d. cap. 5. reg. 1. except. 4.* Huius exceptionis replicationes hæ sunt.

I. Replicatio: Nisi is qui mutuum dedit, ignorauerit filiumfamil. fuisse. *l. si quis. 3. in pr. ff. ad S. C. Macedonianum. l. 1. C. eod. tt. item l. Iulianus. 19. ff. d. tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi supina sit ignorantia creditoris. *d. l. 3. & d. l. 19.* Altera: Nisi creditor non in facto, sed in iure errauerit. *d. l. 3.* Tertia, Nisi cum duo essent creditores eiusdem pecuniæ, alter sciuerit filiumfamil. esse. hoc enim casu alteri sua ignorantia non prodest, *l. item si filiusfamilias. 7. §. non solum. ff. ad Senatusconsultum Macedonianum.* Quarta: Nisi cum duobus filiisfamiliarum simul mutuum dedisset, alterum eorum filiumfamilias esse sciuerit, tunc n. quamuis alterum patremfamilias putauerit, replicatio tamen proposita ei non prodest. approbatur simul & distinguitur *d. l. 7. §. item si duos.*

II. Replicatio: Nisi minor ætate filiofamilias mutuam pecuniam dederit, *l. si quis. 3. §. proinde & in eo. ff. ad S. C. Macedonianum. l. regula est. 9. §. 1. ff. de iuris & facti ignor. item l. verum. 11. §. fin. ff. de minorib. 25. annis.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi minor minori filiofamilias pecuniam crediderit. *approbatur per ea quæ proponuntur infr. lib. 24. c. 4. q. 4. except. gener. 11.*

III. Replicatio: Nisi filiusfamilias crediderit filiofamilias pecuniam. *l. si quis. 3. §. proinde & in eo, in fin. ff. ad S. C. Maced.*

IV. Replicatio, Nisi libertus in fraudem patroni filiofamilias crediderit. *l. si libertus. 6. cum duabus legib. sequentib. ff. si quid in fraud. patroni.*

V. Replicatio, Nisi ciuitas filiofamilias crediderit. reprobatur *l. nihil interest. 15. ff. ad S. C. Maced.* Hactenus replicationes desumptæ ex persona creditoris, propositæ sunt. Nunc sequuntur eæ quæ sumuntur ex persona eius cui creditum est.

VI. Replicatio, Nisi in pendenti sit, an filiusfamilias sit, cui mutua pecunia data est. reprobatur *l. 1. §. si pendeat. ff. d. tt.*

VII. Replicatio, Nisi publice paterfamilias credebatur is cui mutua pecunia data est. *l. si quis. 3. in prin. ff. ad S. C. Maced. Concordat l. 2. in prin. C. d. tt. M. I. R. d. except. 4 replic. 8.*

VIII. Replicatio, Nisi patremfamilias se simulauit. *l. qui cum. 10. ff. de re iudicata. Concordat l. apud Celsum. 4. §. contra Senatusconsulti. ff. de doli mali except. M. I. R. d. except. 4. replic. 9.*

IX. Replicatio: Nisi filius institor pecuniam mutuam sumpsit.approbatur simul & distinguitur *l.item si.7.§. interdum. ff. ad S.C. Maced. M. I.R.d. except.4. repl.15.*

X. Replicatio, Nisi in dignitate filius sit positus.reprobatur *l.1.§.fin.ff.d.tt.*

XI. Replicatio, Nisi filius miles sit. *l. filiusfamilias.7.§.sin autem miles.C.d.tt.*

XII. Replicatio, Nisi filius castrense peculium habeat,*l.1.§ fin. cum leg.seq.ff. ad S.C. Maced. M.I.R.d.except.4.repl.6.*

XIII. Replicatio, Nisi filiæfamilias pecunia sit credita.reprobatur *l.sed si.9.§. hoc Senatusconsultum.ff.eodem tt.*

XIV. Replicatio, Nisi nepoti, non filio creditum sit.reprobatur *l. si filius. 6. in fin.C.d.tt. Concordat l.filium.14.ibi:dixi.ff.d.tt.* Sequuntur nunc replicationes sumptæ ex causa ob quam pecunia mutua est accepta.

XV. Replicatio,Nisi in necessarias causas mutuam sumpsit pecuniam filiusfamilias. *l. in pupillo. 47.§.fin.ff.de solutionibus.l.2. ibi : aut in eam rem. C.ad S.C. Macedo. item l.Macedoniani. 5.in pr C.d.tt.* Huius replicationis duplicatio prima esse videtur: Nisi pecunia perierit.Sed reprobatur *d.l.47.§.fin.* Altera duplicatio est: Nisi creditor modum in mutando excesserit.*l.item si. 7. §. quod dicitur. ff. ad S.C.Macedonianum.*

XVI. Replicatio, Nisi in id acceperit mutuũ filius,vt pro sorore sua in dotem daret.*l. si filiusfamilias.17.C.ad S.C. Maced. Concordat l. item si 7. §. sed si filiusfamilias.ff. d.tt.*

XVII. Replicatio,Nisi in id acceperit mutuũ filius,vt pro filia sua in dotem daret. *l.profectitia.5. §.si filiusfamilias.ff.de iure dotium.*Hactenus replicationes ex causa mutui desumptæ. Sed & plures huius generis replicationes vide *infr. repl. 32. cum sequent.* Sequuntur nunc replicationes ex antecedentibus & aliis circumstantiis desumptæ.

XVIII. Replicatio, Nisi patris iussu vel consensu creditum sit,*l.Macedon.5. §.fin.C.ad S.C. Macedonianum.l.2.ibi:aut patris voluntate.item l.si permittente.4.C.d.tt.M. I. R. d. except.4.repl.12.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi pater posteaquam iussit, antequam crederetur, mutauit voluntatem. quæ duplicatio ipso quidem iure subsistit;verum recipit triplicationem hanc:Nisi creditor ignorauit voluntatem patris mutatam esse.*l.si tamen.12.ff.ad S.C.Macedon.* Altera duplicatio est:Nisi nepoti aui in potestate cõstituto,iussu patris creditum sit.*l.filium.14.ff.d tt.*

XIX. Replicatio:Nisi pater filium negotiationi proposuit, vel mortem peculiarem exercere passus sit.*l.item si.7.§. interdum. ibi. quanquam.ff ad S.C.Maced.M.I.R.d.except.4. repl.15.*

XX. Replicatio: Nisi fideiussor voluntate patris pro filio intercessit,*l.sed si 9.§.non solum. ibi: sed si non.ff. d.tt.*

XXI. Replicatio: Nisi sciente patre, filio creditum sit.*l.si tamen.12.in prin.ff.d.tt.*

XXII. Replicatio, Nisi sine vsuris filiofamilias creditũ sit.reprobatur *l.itẽ si.7.§ siue a. ff.eod.tt.*

XXIII. Replicatio, Nisi alia res quam pecunia numerata,credita sit.*d.l.7.§.mutui.M.I.R.d.exc. 4.repl.7.*Huius replicationis duplicatio est: Nisi fraus S. C. sit facta.*d.§.mutui.M.I.R.d.repl.7.dupl.1.*

XXIV. Replicatio, Nisi non mutuum datum sit,sed alio modo cum filiofamilias contractum. *l.si quis.3.§.is autem.ff. ad S.C.Maced.Concordat l. si filiusfamil.3.C.d.tt.l.item si. 7. in pr.& l.si quod.13. ff.d.tt. M.I.R.d.except.4.repl.1.* Huius replicationis duplicatio eadem est quæ præcedentis, hæc nimirum: Nisi fraus Senatusconsulto sit facta. *d. §. is autem. in fin. Concordat d.l.7.§.1.ff.eod.tt.*

XXV. Replicatio, Nisi cum quis à filiofamilias stipulatus esset,patrisfamilias facto crediderit, *l.si quis.3.§.fin.cum duabus legibus sequentibus. ff. ad S.C.Macedonianum.*

XXVI. Replicatio: Nisi antea à patrefamilias fuerit stipulatus, quodposteà filiofamilias facto credidit.reprobatur *l.contra.6.ff.eod.tt.* Sequuntur nunc replicationes ex consequentibus mutuum sumptæ.

XXVII. Replicatio: Nisi filiusfamilias pecunia locupletior sit factus, reprobatur *l.sed si. 9.§. hoc S.C.ibi: nec interest.ff.d.tt.*

XXVIII. Replicatio: Nisi pater contractum ratum habuit,vel partem solu t.*l.si filiusfamil.7.in pr.ff.ad S.C.Maced.Concordat l.item si.7.§.penult. ff. d. tt.M.I.R.d.except 4.repl.13.*

XXIX. Replicatio: Nisi pater,cum de mutuo certior esset factus,testationem contrariæ voluntatis non interposuit.*l si filiusfam.16. ff. ad S.C.Maced.M.I.R.d.except.4.reg.16.*

XXX. Replicatio: Nisi filiusfamilias sui iuris factus debitum agnouit.*l.5. C.d.tt.* Exemplum proponitur *d.l.7.§.fin.* Aliud *l.sed si.9.in pr.ff.eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est:Nisi per ignorantiam facti debitum agnouit. *l. vltima. ff. ad S.C. Macedonianum.*

XXXI. Replicatio, Nisi ex causa mutui filiofamilias dati solutum sit.tunc enim cessat repetitio.*de qua re in condictione indebiti dicetur.*

XXXII. Replicatio: Nisi pecunia mutuo accepta in rem patris sit versa. *l. item si 7. §. proinde si. ff.d.tt.M.I.R.d.except.4.replic.14.* Huius exemplum proponitur *l.si filiusfam.17.ff. d. tt.*

XXXIII. Replicatio: Nisi filius pecuniã mutuo acceptam in solutum dederit. *d. l.7.§.penult.* Huius replicationis duplicatio est. Nisi filius patri suo soluerit.*d.l.7.§ proinde,in fin.*

XXXIV. Replicatio:Nisi filiafamilias,cui mutua pecunia data est,ornamenta ea pecunia emit. reprobatur *l.sed si 9.§.hoc Senatusconsultum.ff.ad S.C. Macedonianum.*

XXXV. Replicatio,Nisi filius adrogatus postea restitutus sit vt emanciparetur.reprobatur *l.1. §.certe etsi.ff. d. tt.*

XXXVI. Replicatio,Nisi filius sui iuris sit effectus.reprobatur *l. 1.in pr.ibi : etiam post mortem parentis.& l.item si.7.§.sed etsi.ff.eod.tt.M.I.R.d.except.4. repl. 4.*

XXXVII. Replicatio : Nisi filius postea in alterius potestatem perueniat. reprobatur *d. l.7.§. si filiusfamilias.*

XXXVIII. Replicatio, Nisi non opposita exceptione hac,filius vel pater eius sit condemnatus.reprobatur *l.tamen etsi, 11.ff. ad S. C. Macedon. M.I.R.d.except.4.repl.5.* Hactenus replicationes aduersus exceptionem Senatusconsulti Macedoniani sunt enumeratæ.Nũc quibus exceptio hęc competat,dispiciendum.

II. QVIBVS HÆC EXCEPTIO competit?

I. Regula, De filio. Huic competit,quamuis sui iuris sit effectus.*l.sed si. 9.§. non solum. ff. ad S.C. Macedon. Concordant ea quæ proposita sunt paulo superius replic. 36.*

II. Regula,De patre. Patri quoque conuento exceptio proposita competit.*d.§.non solum. Cui concordat l.item si 7. §. quanquam.ff.eod.tt. & l.si filius. 6.C.eod tt.*

III. Regula. De hæredibus. His quoque exceptio datur *d.§.quanquam.*

IV. Regula, De fideiussore & mandatore. Etiam his datur exceptio. *l.sed si.9. §. non solum. ff. ad S.C.Macedonianum.Concordat d.l.7.§.idem ait.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi fideiussor vel mandator regressum nõ habeat ad filium vel patrem.*d.§.non solum.* Altera exceptio est:Nisi pater fideiussorem dederit.*approbatur per ea quæ proposita sunt supra quæst.prox.except.28.* Huius replicatio est:Nisi mortuo filio, pater fideiussorem dederit.approbatur simul & distinguitur *l. qui contra. 11.cum lege sequente.ff.de fideiussoribus. Concordat l.creditorem.18.ff.ad S.C. Macedon.* Tertia exceptio est: Nisi non contra Senatusconsultum filius mutuam pecuniam acceperit. Quarta Nisi mandator vel fideiussor dixerit, filium non accipere contra Senatusconsultum mutuam pecuniam. *Hæ duæ exceptiones approbantur l.si vero.12.§.si quis mandauerit.ff.mandati.*

V. Regula, De reo promittendi. Huic exceptio proposita denegatur. quæ regula ipso quidem iure subsistit: verum eius exceptio est: Nisi fraus Senatusconsulto sit facta. *l. item si. 7. §. idem ait.ff.ad S. C. Macedon.*

VI. Regula, De eo qui filiumfamilias institorem fecit. Huic quoque exceptio proposita denegatur.*d.l.7.§.interdum.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

De successoribus regula proponitur *d.l. 7. §. non solum.*vbi & plures huiusmodi regulas videre licet. Hæc de exceptione Senatusconsulti Macedoniani. De mutuo igitur, prima scilicet specie seu causa realis obligationis,satis sit dictum.

DE COMMODATO.

CAP. III.

I. PROPRIA COMMODATI, & differentiæ ab aliis contractibus.

PRima regula, De differentiis mutui & cõmodati,proponitur *supr.cap.1.quæst.4.*

II. Regula, De differentia commodati & vtendum dati,proponitur *l.1. §.1.ff. commodati.*

III. Regula: Commodatum solam vtilitatem continet eius cui commodatur. *l. si vt. 5. §. Commodatum.ff.eod.tt.*

IV. Regula commodantis est modũ finemq; commodati præscribere.approbatur simul & distinguitur *l.in commodato.17.§.sicut.ff d.tt.*

V. Regula: Rei commodatæ & proprietatem & possessionem retinemus.*l.rei commodatæ 8.cum lege sequente.ff.commodati. Concordat Instit. quib.modis re contrah.oblig. §. item is cui. M.I.R. lib.5.c.5.reg.6.*

VI. Regula: Ex cõmodato duplex actio nascitur,directa scilicet & contraria.*l.in commodato.17. §.sicut.ff. commodati. Concordat Instit. d. §. item is cui. item l.1.in prin.ff.commodati.* De vtraq; actione separatim in capitibus sequentibus dicetur.Sed exceptiones vtriq; cõmunes hic apponendæ sunt.

II. EXCEPTIONES ADVERSVS commodatum.

Regulariter quidem commodatum vtile præsumitur,ita vt ex eo tam obligatio quam actio directa & contraria oriatur,*vt iam est ostensum*: verũ eius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi filiofamilias vel seruo commodatum sit.reprobatur *l. sed mihi.3. §.si filiofamilias.ff.commodati.*

II. Exceptio: Nisi pupillo commodatum sit. *l.1.§.fin.cum lege sequente.ff.commodati.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tutoris authoritas interuenerit.*d.§.fin.* Altera: Nisi ex eo agatur,quod pubes factus in re commodata admisit. reprobatur *d.§.fin.* Tertiæ replicationis loco notandum,quod quamuis pupillus ex commodato non obligetur,ad exhibendum tamen & rei vendicatione teneatur.*d.§.fin.* Quarta replicatio est: Nisi pupillus re commodata locupletior sit factus.*l.sed mihi videtur.3.in pr.ff.eod.tt.*

III. Exceptio, Nisi furioso commodatum sit.*l.2.ff.commodati.*

IV. Exceptio: Nisi quis ei quem bona fide possidet,commodauerit.reprobatur *l.si is. 13. §.si libero.ff.d.tt.*Plura de hac re vide *supr.lib.15.cap.2.except.6.replic.9.*

V. Exceptio: Nisi res soli sit commodata, vel habitatio.reprobatur *l.1.§.1.ff. commodati. Concordat l.si gratuitam.17.in pr.ff.præscriptis verbis.*

VI. Exceptio, Nisi res quæ vsu consumitur commodata sit. *l.sed mihi videtur.3. §.fin. cum lege sequent.ff.commodati.* Huius exceptionis replicatio est,Nisi ostentandi gratia pecunia cõmodetur.*d. §.fin.Concordat l.si ego.18.in fin.ff. si certum petatur.*

VII. Exceptio, Nisi res aliena sit cõmodata. reprobatur *l.commodare.15.cum lege sequente.ff.cõmodati.Concordat l.non à iudice.64.in pr.ff.de iudic.*

VIII. Exceptio: Nisi mercede interueniente,nõ gratuito res sit commodata.*Instit. quib. mod. re contrah.oblig.§.commodata.Concordat l.si vt.5.§.nunc videndum ibi:nisi merces.ff.commodati.* Exemplũ proponitur *Inst. de locatione & conductione. §. præterea. Concordat l. si rem. 18. §.si cum vnum.ff. de præscriptis verbis. item l.si operas.26.ff. d.tt.*

DE COMMODATI ACTIONE DIRECTA.

CAP. IV.

I. CAVSÆ EX QVIBVS HÆC actio competit.

PRima causa,Si commodatarius re cõmodata aliter quam accepit,vtatur.*l.si vt.5.§. quinimo. ff commodati.l. qui seruum.33.§.si is cui rem.ff.de act.& oblig item l.qui re.78.in prin.ff.de furtis.*

II.Causa,Si in codice,quem tibi commodauerام,debitorem tuum tibi cauere feceris.*d. §.quinimo.*

III. Causa, Si cõmodatarius rem cõmodatam deteriorẽ fecerit.*l.sed mihi 3. §.1 ff. cõmodati. l. eum qui.10.in pr.itẽ l.in rebus.18.§.siue autem.ff.eod tit.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi sine culpa com-

commodatarii deteriori fit facta, *l. vlt. ff. d. tt. Concordat l. vlt. ff. ad l. Aquil.* Plura de hac exceptione vide *infr. exc. gener. 3.* Altera exceptio est: Nisi alius, non commodatarius rem deteriorem fecerit. *l. ad eos. 19. ff. commodati.* Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *infr. except. gener. 3.*

IV. Causa: Si rem quam tibi commodaui, vt pro debito tuo pignori obligares, non repignoras. *l. si vt 5. §. nunc videndum in quibus. ff. commodati. l. 27. ff. de pign. action. M. I. P. lib. 5. c. 7. reg. 4.*

V. Causa: Si commodatarius rem commodatam non restituat. *l. 2. cum l. seq. C. de commodato. M. I. R. d. c. 5. reg. 8.* Huius causæ exceptiones vide *paulo inferius inter exceptiones generales.*

VI. Causa: Si commodatarius rem commodatam non suo loco vel tempore, de quo conuenit, restituat. *l. si vt. 5. in pr. ff. commodati.*

VII. Causa: Si res cõmodata furto sit ablata. Hęc causa approbatur simul & distinguitur *infr. exc. 5.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi cõmodatum inutile sit, & non obligatorium. Hæc exceptio sine cuiusquã cõtradictione iusta est, cuius species vide *supr. c. prox. q. 2.*

II. Exceptio: Nisi alius, non commodatarius in re commodata dolo quid aut culpa fecerit. *l. ad eos. 19 ff. commodati.* Exemplum proponitur *l. si vt. 5. §. idem Labeo recte. ff. commodati.* Replicatio prima est: Nisi alius furto rem abstulit. *de qua re vide infr. except. 5.* Secunda: Nisi culpa serui commodati alia res simul commodata perierit. *d. l. 5. §. si me rogaueris.* Tertia: Nisi pater vel dominus commodatarii dolo in re commodata versatus sit. *l. sed mihi 3. §. penult. ff. commodati.*

III. Exceptio: Nisi res commodata perierit. *d. l. 5. §. quod vero. l. 1. §. is quoque cui. ff. de act. & obligat. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. item is cui. l. qui furtum. 16. in fin. ff. de condict. furtiua. item l. in rebus. 18. in prin. ff. cõmodati. M. I. P. d. c. 7. reg. 5. exc. 1. M. I. R. d. reg. 8. exc. 1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi dolo commodatarii res perierit. *l. si vt 5. §. nunc videndũ est. ff. cõmodati.* Cuius duplicatio videtur esse: Nisi cõuenerit ne dolus præstetur. Sed reprobatur. *l. in commodato. 17. in pr. ff. d. tt.* Altera replicatio est: Nisi culpa commodatarii interuenente res perierit. *d. §. nunc videndum. & §. sed interdũ. l. 1. §. 8. quoque cui. ibi: sed & maiorib. ff. de actio. & obligat. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. itẽ is cui. & l. in reb. 18. in pr. ibi: alioquin si cui. ff. commodati. Concordant denique ea quæ proponũtur infr. repl. prox. M. I. P. d. exc. 1. repl. 2. M. I. R. d. exc. 1. repl. 2.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi conuenerit vt solus dolus, non et culpa præstetur. *l. si vt. 5. §. interdũ ff. cõmodati.* Altera duplicatio est: Nisi commodatoris causa sit commodatum. tunc enim cõmodatarius solum dolum non etiam culpam præstat. *d. §. interdum. l. eum qui. 10. cum duabus legibus sequentibus. ff. cõmodati. l. si rem. 18. in pr. ibi: si vero mei. ff. de præscriptis verbis* Huius triplicatio est: Nisi non solum commodatoris, sed etiam commodatarii causa sit commodatum. *l. in rebus. 18. in prin. ibi: hæc ita. ff. cõmodati. Concordat l. si rem. 18 in pr. ff. de præscriptis verbis.* Tertia duplicatio est: Nisi vltro, non rogatus quis commodauerit. nam & hoc casu culpa à cõmodatario non præstatur. *l. si vt. 5. §. interdum. in fin. ff. commodati.* Quarta: Nisi commodato finito res perierit. quæ duplicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est: Nisi cum finito commodato commodatarius & sequenti die rursus commodatum rogaret, commodator rem interim penes eum reliquerit. approbatur simul & distinguitur *d. l. 5. §. si de me.* Hæc de secunda replicatione. Tertia replicatio est: Nisi commodatarius non exactam diligentiam & custodiam, quam bonus paterfamilias in suis reb. præstare solet, præstiterit. Hæc replicatio species replicationis proxime præcedentis est, & approbatur specialiter *l. in rebus. 18. in pr. ff. commodati. d. l. 5. §. custodiam. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. § item is cui, item l. 1. §. is quoque cui. ff. de action. & oblig. M. I. P. d. except. 1. repli. 3.* Duplicationes huius replicationis vide *supr. repl. prox.* Quarta replicatio est: Nisi res æstimata commodata sit. *l. si vt. 5. §. cõmodatum. ibi: et si forte res. ff. commodati. Concordat l. 1. §. fin. ff. de æstimatoria præscrip. verb.* Quinta: Nisi ita conuenerit, vt commodatarius omne periculum præstet. *l. 1. C. de commodato. M. I. P. d. exc. 1. repl. 2. M. I. R. lib. 5. cap. 12. reg. 20. except. 4.* Sexta: Nisi cõmodatarius, cum posset res commodatas saluas habere, suas prætulit. *d. l. 5. §. quod vero, in fin.* Septima: Nisi in itinere, dum res refertur, perit. approbatur simul & distinguitur *l. eum qui 10. §. fin. cum lege sequente. ff. commodati.* Eius duplicatio prima est: Nisi per eum referatur, quem iussit commodator. *d. l. 10. §. fin. Concordat l. si mea. 12. ff. d. tt.* Altera, Nisi nulla culpa commodatario imputari possit. *l. argentum. 20. ff. d. tt.* Hæc de tertia exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. de qua vide plura *supr. lib. 15. cap. 2. except. 8.*

IV. Exceptio: Nisi seruus commodatus aufugerit. *l. si vt 5. §. si me rogaueris. ff. commodati. Concordat l. in rebus 18. in pr. ibi: fugas seruorum. ff d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi culpa commodatarii seruus fugerit. *d. §. si me rogaueris.* Altera Nisi commodatarius seruum non custodierit. Hæc replicatio ipso quidem iure reprobatur, admittitur tamen in quibusdam casibus, qui proponuntur *d. l. 5. §. custodiam.*

V. Exceptio, Nisi res commodata commodatario furto sit ablata. reprobatur *ratione eius quod dictum supr. exc. 3. replic. 3. Concordat l. qui iniuriæ. 55. §. quod si seruus tuus. ff. de furtis.* Plane admitti videtur, si seruus commodatoris rem subripuerit. Sed & hæc distinctio reprobatur *d. l. 55. §. 1. l. rem mihi. 21. §. in exercitu. ff. commodati. item l. si mea causa. 12. ff. eod. tt.* Plane si seruus commodatus fugerit, auferens secum rem simul commodatam: commodatarius proposita exceptione defenditur. *l. si vt. 5. §. si me rogaueris, in fin. ff. commodati.* Reliquas distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur, vide *supr. except. 3. repl. 2. dupl. 1. cum seqq.*

VI. Exceptio, Nisi conuenerit ne dolus præstetur. reprobatur *l. in commodato. 17. in pr. ff. commodati.* Plura de hac exceptione vide *supr. lib. 15. c. 15. except. 17. repl. 1. dupl. 1.*

VII. Exceptio, Nisi non in re principali commodata, sed in accessoria quid dolo culpaue sit factum. reprobatur *l. si vt 5. §. vsque adeo. & §. si me rogaueris ff. commodati.*

VIII. Exceptio, Nisi semel actum sit. *l. in rebus. 18. §. siue autem. ff. commodati, l. qui seruũ. 33. si is cui. ff. de action.*

de action. & oblig. l. si is. 73. in pr. ff. de furtis. Instit. de oblig. quæ ex delicto. §. quæ de fullone. ibi: & alter utra. item l. manifestissimi. 22. in prin. C. de furtis. Huius etiam exemplum est: Si ex duobus qui commodati actione tenebantur, vnus conuentus sit & soluit. nam & hoc casu alter postea conuentus proposita exceptione defenditur. *l. si vt. 5. §. fin. ff. commodati.*

II. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competat?

De hæredibus commodatarii proponitur *l. de restituendis. 3. C. de commodato.* Huius regulæ exceptio est: Nisi hæres pro maiore parte quam hæres est, conueniatur. approbatur simul & distinguitur *l. sed mihi. 3. §. hæres. ff. commodati.* Cuius replicatio prima est: Nisi hæres totius rei restituendæ facultatem habeat. *d. §. hæres.* Altera replicatio est, Nisi ex facto ipsius hæredis agatur. *l. in commodato. 17. §. si ex facto. ff. commodati.*

III. QVID VENIAT IN ACTIONE proposita?

I. Regula: Id quod actoris interest, venit in hac actione. *l. sed mihi. 3. §. si reddita. & §. in hac. ff. cõmodati.* Cuius exceptio est: Nisi ex dolo rei conuenti agatur, tunc n. in quantũ actor in litem iurauerit, cõdemnatio fit. *l. nõ à iudice. 64. ff. de iudiciis.*

II. Regula, De æstimatione rei commodatæ. Cuius temporis æstimatio sit facienda, definitur *d. §. in hac.*

III. Regula, De lucro quod commodatarius occasione rei cõmodatæ accepit, proponitur *l. si is. 13. §. 1. ff. commodati.* Huius regulæ exceptio est: Nisi periculum rei cõmodatæ ad cõmodatarium spectet: vtputa si furto ei sit ablata. tunc n. si lucrum ceperit, retinet: puta furti actione duplum vel quadruplum consecutus. *d. §. 1. vers. neque enim ante. Cui concordat l. manifestissimi. 22. §. sed cũ in. C. de furtis.*

IV. Regula, De fructib. rei cõmodatæ, proponitur *l. videamus. 38. §. si possess. ff. de vsuris & fructib.*

V. Regula: Si duobus res commodata sit, singuli in solidum tenentur. approbatur simul & distinguitur *l. si vt. 5. §. fin. cum duab. leg. seqq. ff. commodati.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alter furti agendo duplum est consecutus. tunc n. alter non tenetur. approbatur sub conditione *l. vnde quæritur. 7. ff. eod. tt.* Altera: Nisi actor reo nõ cedat actionem quam aduersus rei socium haber. *d. l. 7. §. 1.* Plura de proposita regula eiusq; exceptionibus vide *supr. libr. prox. cap. 10.*

VI. Regula, Pater & dominus commodatarii non nisi de peculio tenentur. *l. sed mihi 3. §. si filiofamilias, cum sequent. ff. commodati.*

VII. Regula, Pluribus rebus commodatis, altera peti potest. approbatur simul & distinguitur *l. in commodato. 17. §. duab. ff. commodati.*

VIII. Regula, De re quæ rei commodatæ accedit, proponitur *supr. quæst. 1. except. 7.*

IV. EVENTVS ACTIONIS propositæ.

I. Regula: Si actor litis æstimationem consecutus est, rẽ facit rei cõuenti. *l. si vt. 5. §. 1. ff. commod.*

II. Regula, Litis æstimatione præstita ob rẽ cõmodatam non repertam, actor reo cauere debet de reperta reo præstanda. *l. si is. 13. in pr. ff. d. tt.*

III. Regula, Litis æstimatione præstita, si actor rem repertam non præstet: contraria commodati actione tenetur. *l. in cõmodato. 17. §. fi. ff. d. tt.*

IV. Regula, Actor reo actiones suas, quas rei commodatæ nomine habet, cedere tenetur. *l. in depositi. 12. ff. de re iudicata. Concordat l. vnde quæritur. 7. §. sed et si. ff. commodati.*

V. Regula: Reo furti actio competit, re commodata subrepta. *l. si vt. 5. §. fin. cum lege sequente. l. eũ qui. 10. §. 1. ibi: & ideo. & l. rem mihi. 21. §. in exercitu. ff. d. tt. item l. qui iniuriæ. 55. §. 1. ff. de furtis.* Sed & plura de regula proposita dicẽtur *infr. lib. 12. c. 3. reg. 11.*

ADFINIA REMEDIA.

Regulariter quidem re commodata, commodati actio competit, *vt ex præcedentib. patet.* verum eius regulæ exceptio prima est: Nisi inutile sit commodatum, & non obligatorium. tunc n. ad exhibendũ actio, & rei vindicatio cõpetit, approbatur exemplo *l. 2. ff. commodati.* Altera: Nisi merces interuenit. tunc enim ex locato & conducto actio competit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. q. 1. exc. 8.* Tertia, Nisi ita rem suam quis alteri vtendam dederit, vt vicissim eius rem vtendã accipiat, tũ n. præscriptis verbis actio est. approbatur *per ea quæ proposita sunt d. exc. 8. exemplo ibi proposito.* Quarta: Nisi habitationem quis commodauerit, tunc n. præscriptis verbis actio est. *l. si gratuitam. 17. in pr. ff. de præscriptis verbis.* Quinta: Nisi quis rem suam pro alio pignori dederit. tunc n. non commodati, sed mandati actio est. *l. si vt. 5. §. nunc videndum in quib. ibi: plane si ego. ff. commodati.* Sexta: Nisi commodatarius re aliter quam accepit, vsus sit. tunc n. etiam furti actione tenetur, & condictione furtiua. *d. l. 5. §. quinimo. l. qui furtum. 16. ff. de condict. furtiua. item l. si is. 73. in prin. ff. de furtis. M. I. R. lib. 5. cap. 5. reg. 10.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi putauit non inuito domino se aliter vti. *l. qui re. 78. in prin. ff. de furtis.* Sed plura de replicatione proposita dicentur *infr. lib. 22. c. 2. de furti actione, q. 2. causa 7. item except. gener. 25.* Septima exceptio est, Nisi commodatarius rem commodatam subripuerit, tunc n. & commodati & furti actione, item condictione furtiua tenetur. *l. qui seruum. 33. §. si is cui. ff. de action. & oblig.* Octaua: Nisi seruus commodatarii subripuerit rem commodatam. tunc enim etiam furti actio videtur competere. Sed reprobatur *l. qui iniuriæ. 55. §. quod si seruus. ff. de furtis.* Nona: Nisi seruus inuito domino rem eius scienti commodauerit. tunc enim etiã furti actio nascitur, & condictio furtiua, *l. si seruus. 14. ff. commodati.* Decima: Nisi de damno in re cõmodata dato agatur. tunc enim etiam legis Aquiliæ actio est. *l. in rebus. 18. §. siue autem. ff. commodati. l. qui seruum. 33. in fin. ff. de act. & obligat.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi commodati actione sit actum. *d. §. siue autẽ.* Cuius duplicatio est. Nisi in legis Aquiliæ actione aliquid amplius quam commodati actione actor est consecutus. ad hoc enim nihilominus legis Aquiliæ actio superest. *d. l. 33. in fine. Cui concordat l. vnde quæritur. 7. in fin. ff. commodati.* Vndecima exceptio est: Nisi filiofamilias vel seruo commodatum sit. tunc enim etiam actio de peculio competit. *l. sed mihi. 3. §. si filiofamilias. ff. commodati.* Duodecima: Nisi id quod vsu consumitur, cõmodatum sit. hoc enim

casu non commodati actio, sed ex mutuo condictio competit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæst. 2. except. 6.* Decimatertia: Nisi precario sit concessum. tunc enim interdictum de precario competit. *De quo vide supr. lib. 7. cap. 25.*

DE COMMODATI ACTIONE contraria.

CAP. V.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l. in rebus. 18. §. fin. ff. commodati.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS Actio proposita competit.

I. Causa: Si commodator vsum rei commodatæ intempestiue auferat commodatario. *l. in commodato. 17. §. sicut. ff. commodati. M. I. P. lib. 5. c. 7. reg. 5. exc. 2. & reg. 6.*

II. Causa, Si commodator sciens rem vitiosam commodauerit. *d. §. sicut. Concordat l. in reb. 18. §. item qui sciens. ff. eod. tt.*

III. Causa: Si seruus commodatus commodatario furtum fecit. approbatur sub conditione *l. penult. ff. commodati. Concordat l. si seruus. 31. in fine. ff. de pignoratitia actione.*

IV. Causa: Si commodatarius in rem commodatam sumptus fecit. *d. l. penult. l. in rebus. 18. §. possunt. ff. commodati.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi in alimenta serui commodati impendit *d. §. possunt.* Altera: Nisi modicæ, non magnæ sint impensæ. *d. §. possunt. vers. sed id quod.* Sane modica impendia videntur commode definiri posse, quę vsu ex re percepto sint minora vel paria, non maiora, *argumento l. 1. §. fi. ff. de pignor. & hypoth.*

V. Causa: Si commodator rem commodatã subripuit. approbatur sub conditione *l. rem mihi. 25. in prin. ff. commodati.*

VI. Causa: Si cum commodatarius pro re commodata perdita precium commodatori soluisset, ea deinde ad commodatorem peruenerit. *l. in commodato. 17. §. fin. ff. commodati. & d. l. 21. in pr.*

VII. Causa: Si cum mihi codicem commodasses, in quo chirographarius debitor mihi cauit, tu id deleueris. *l. si vt. 5. §. quinimo. ff. commodati.*

Exceptio præcedentium causarum generalis.

Plane causarum iam enumeratarum exceptio generalis videtur esse, Nisi directa commodati actio non commoueatur. Sed reprobatur *l. in commodato. 17. §. 1. ff. commodati.*

III. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Si cum re perdita commodatarius precium eius soluisset, postea commodator rem receperit: aut rem aut precium commodatario restituere debet. *d. l. 17. §. fin.*

II. Regula: Si seruus commodatus commodatario furtum fecerit, non vltra noxæ deditionem commodator tenetur. *l. si seruus. 63. §. circa cõmodatum. ff. de furtis.*

IV. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De exceptione compensationis, proponitur *l. penult. ff. commodati. Concordat l. creditoris. 15. in fin. ff. de furtis.*

II. Regula, De actione furti, proponitur *l. penult. ff. commodati.* Plane si commodator rẽ commodatam subripuit, furti actio non competit. *l. rem mihi. 21. in pr. ff. d. tt.* Nisi commodatarii interfit rem sibi subreptam non esse. *l. creditoris. 15. in fine. ff. de furtis.* Hæc de secunda specie seu causa realis obligationis: sequitur tertia, depositum.

DE DEPOSITO.

CAP. VI.

PRimo: Definitio depositi & ratio nominis proponitur *l. 1. in pr. ff. depositi. M. I. R. lib. 5. capite 5. reg. 11.*

II. PROPRIVM.

Proprietas & possessio rei depositæ apud deponentem manet. approbatur simul & distinguitur *l. licet. 17. §. fin. ff. d. tt. M. I. R. lib. 3. cap. 14. reg. 31. & d. cap. 15. reg. 12.*

III. DE EXCEPTIONIBVS aduersus depositum.

Ex deposito nascitur obligatio, simul & actio tam directa quam contraria. *Instit. quib. mod. re contrah. oblig. §. præterea & is. Concordat l. 1. §. is quoque. ff. de action. & oblig.* Huius regulæ exceptiones sequuntur.

I. Exceptio: Nisi seruus deposuerit. reprobatur *per ea quæ habentur infr. cap. prox. quæst. 3. reg. 5. M. I. R. d. cap. 5. reg. 13. exc. 1.*

II. Exceptio: Nisi apud pupillum depositum sit. ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio prima est: Nisi apud pupillum doli capacem depositum sit, & dolum is commisit. Altera: Nisi pupillus locupletior ex deposito sit factus. *Hæ duæ replicationes approbantur l. 1. §. an in pupillum. ff. depositi.*

III. Exceptio: Nisi res aliena deposita sit. reprobatur *l. 1. §. si prædo. ff. depositi. l. bona fides. 31. §. incurrit hic ff. eod. tt. & l. non à iudice. 64. in prin. ff. de iudiciis. M. I. R. d. exc. 1.*

IV. Exceptio, Nisi res ipsius depositarii eiusue filii vel serui apud eum deponatur. *d. l. 31. §. penult. & vlt. l. qui rem. 15. ff. eod. tt. item l. neque pignus. 45 ff. de reg. iuris.*

V. Exceptio, Nisi merces interuenit. *l. 1. §. si vestimenta. & § si quis seruum. ff. depositi.*

VI. Exceptio, Nisi cum ego quasi deponens tibi dedero, tu quasi mutuum acceperis. *l. si ego. 18. ibi: & si ego. ff. si certum petatur.*

VII. Exceptio, Nisi commendatum sit. reprobatur *per ea quæ proponuntur infr. lib. 25. cap. 18. in verbo Commendare.*

VIII. Exceptio, Nisi conuenit vt alia, non eadem res restituatur. *l. Lucius. 24. ibi; quod ita verũ. ff. depositi.*

IX. Exceptio, Nisi deponens sit deportatus. *l. bona fides. 31. in pr. ff. depositi.*

X. Exceptio, Nisi res deposita sit restituta. Hęc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est, Nisi alii quam deponenti restituit. quæ etiam regulariter quidem vera est, verum eius duplicatio prima est, Nisi sine dolo malo per errorẽ alii restituit. approbatur exemplo *l. 1. §. si rem. ff. depositi.* Alias propositæ replicationis duplicationes vide *infr. c. prox. q. 3.* Altera replicatio est, Nisi seruo restituerit. Et hęc replicatio ipso quidem iure subsistit, de quo in solutionis exceptione dicetur. verũ eius duplicatio est, Nisi sine dolo malo seruo deponenti restituit. approbatur simul & declaratur *l. quod seruus. 11. ff. depositi.*

Tertia

Tertia replicatio est, Nisi vni ex pluribus, quibus depositum debebatur, restituit, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio prima est: Nisi authore prætore restituerit, Altera: Nisi sine dolo malo vni restituit. Quæ duæ duplicationes approbantur *l. si stipulatus. 81. §. si lancem. ff. de solutionibus.* Concordat primæ duplicationi *l. ei apud quem. 5. §. fi. ff. depositi.* Tertia duplicatio est; Nisi cum res diuidua deposita esset, vni ex pluribus non nisi suam partem restituit, approbatur sub conditione. *l. 1. §. si pecunia in sacculo. ff. depositi.* Quarta replicatio est: Nisi rem deteriorem restituit. *l. 1. §. si res. ff. depositi. l. in rebus. 18. §. siue autem. ff. commodati. item l. qui tabulas. 42. ff. ad l. Aquiliam.* Quinta: Nisi alia res quam deposita est, reddita sit, *Institut. quib. mod. re contrah. obligat. §. præterea. ibi, quia & ipse.* Eius autem duplicatio est: Nisi quis pecuniam numeratam, non clausam neque obsignatam deposuit adnumerando: tunc enim tantundem pecuniæ soluendo depositarius liberatur. *l. in naue. 31. §. idem iuris. ff. locati & conducti.* Sexta replicatio est: Nisi non aliter restituit, quam numis acceptis. *l. vltim. ff. depositi.* Septima: Nisi quasi suam rem, non depositam reddidit, *l. 1. §. eleganter. ff. depositi.* Octaua: Nisi non suo loco quo debetur, reddat, *l. ei apud quem. 5. §. in sequestrum. ff. depositi.* Plura de replicatione proposita vide *inf. libro 24. de solutionibus. except. 32.* Nona replicatio est; Nisi post moram restituit. De hac replicatione vide *inf. ca. prox. quæst. 6. reg. 1.*

XI. Exceptio: Nisi depositarius rem depositam in ædem deposuit. *d. l. 5. §. fin. ff. depositi. Concordat l. 1. §. si pecunia in sacculo. ff. d. tt.* Hæc de ipso deposito, nunc de eius actionibus dicendum.

DE ACTIONE DEPOSITI DIRECTA.

CAP. VII.

I. GENVS HVIVS actionis.

PRima regula: Bonæ fidei actio est, *l. 1. §. hanc autem. ff. depositi.*

II. Regula: Rei persequendæ causa comparata est; interdum mista est. *Inst. de actionib. §. sequens.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS datur hæc actio.

I. Causa, Si non seruat legem contractus depositarius. *l. in penes quem. 6. C. depositi.*

II. Causa, Si depositarius re deposita vtatur, vel eam inuito domino contrectet, *l. si sacculum. 29. in pr. ff. depositi. Concordat l. si depositi. 3. C. d. tt. M. I. R. d. cap. 5. reg. 17.* Huius causæ exceptio est: Nisi nõ inuito domino putauit se ea re vti, *l. qui re. 78. in pr. ff. de furtis.*

III. Causa, Si depositarius rem depositam mutuo dedit, *l. si is. 8. C. depositi.* Plura de hac re vide *inf. causa 7. exc. 2. repl. 2.*

IV. Causa: Si tabulas apud se depositas aliis dederit, legerit, vel aduersario prodiderit, *l. 1. §. si quis tabulas. ff. depositi.*

V. Causa: Si depositarius rem deteriorem fecerit, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. q. 3. exc. 10. repl. 4.*

VI. Causa, Si dolo malo in re deposita sit versatus depositarius. Hæc causa generalis approbatur *Inst. quib. mod. re contrah. oblig. §. præterea, ibi, sed is ex eo solo. Concordat l. si quis. 13. in fi. ff. depositi.* Exceptiones eius vide *inf. inter exceptiones generales.*

VII. Causa: Si rem depositam depositarius nõ restituit, *d. §. præterea. M. I. P. lib. 5. cap. 7. reg. 7. M. I. R. d. cap. 5. reg. 13. in pr.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi res perierit, vel amissa sit, approbatur simul & distinguitur *d. vers. sed is ex solo. l. si fine. 20. ff. depositi. item l. 1. C. depositi. M. I. P. d. reg. 7. exc. 1. M. I. R. d. reg. 13. exce. 3.* Cuius replicatio prima est; Nisi dolo depositarii res perierit, vel amissa sit. *d. vers. sed is ex eo solo. & d. l. 1. M. I. R. d. exc. 3. repl. 1.* Altera replicatio videtur, Nisi culpa depositarii res perierit, vel amissa sit. Sed reprobatur *d. vers. sed is ex eo solo. item d. l. 2. M. I. P. d. reg. 7. exc. 6.* vbi contradicitur, *M. I. R. d. exc. 3. repl. 2.* Plane admittitur, primum quidem, si lata culpa depositarii res perierit. *d. l. 1. l. quod Nerua. 32. ff. depositi. M. I. P. d. exc. 1. repl. 1. M. I. R. d. repl. 2. dist. 1.* Secundo, si de culpa quoque præstanda conuenit, *l. 1. §. si conueniat. ff. depositi. Concordat l. 1. C. depositi. M. I. P. d. exc. 1. repl. 4.* Tertio, si merces deposito interuenerit, *l. 1. §. si quis seruum. ibi, in conducto. ff. depositi. item l. si vt certo. 5. §. nunc videndum est quid veniat, ibi, dolum in deposito. ff. commodati. M. I. P. d. exc. 1. repl. 3. M. I. R. d. repl. 2. dist. 2.* Quarto admittitur, si depositarius deposito se obtulit. *l. 1. §. sæpe euenit. ff. depositi. M. I. P. d. exc. 1. repl. 2. M. I. R. d. repl. 2. dist. 3.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est, Nisi conuenit de omni periculo præstando. *l. 1. §. sæpe euenit. ff. depositi. l. & Ariston. 39. ff. mandati. d. l. 5. §. nunc videndum est. ibi, aut si hoc ab initio. item l. 1. ibi, si non aliud. C. depositi. M. I. R. lib 5. cap. 12. regul. 20. exc. 4.* Quarta: Nisi is qui deposuit, depositario pecunia deposita vti permiserit, approbatur simul & distinguitur *l. certi condictio. 9. §. fin. cum leg. seq. ff. si certum petatur.* Quinta, Nisi cum emptorus prędia mutuam pecuniam rogasset, ita vt non nisi emisset, pecunia credita esset, creditor interim pecuniam apud eum deposuerit, *l. si quis. 4. in prin. ff. si certum petatur.* Sexta, Nisi merces interuenit, *l. si vt. 5. §. nunc videndum est, ibi, nisi forte. ff. commodati Concordat l. 1. §. si vestimenta. ff. depositi.* Septima, Nisi se deposito obtulit. *l. 1. §. sæpe. ff. depositi.* Octaua; Nisi res accepto iudicio perierit, *l. si in Asia. 12. §. fin. ff. depositi. M. I. P. d. exc. 1. repl. 5.* Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi depositarius restituendi facultatem non habuerit, *d. §. fin.* Altera, Nisi res etiam restituta eodem modo apud actorem erat interitura, *l. si plures. 14. §. siue autem ff. eod. tt.* Tertia, Nisi iustam litigandi causam habuit reus, approbatur exemplo *l. si quis. 13. in pr. ff. depositi.* Nona replicatio est, Nisi post rem à depositario venditam ea interierit, *l. 1. §. si rem depos. ff. depositi.* Decima, Nisi depositarius rem amissam postea receperit. *l. 1. §. inde scribit Neratius. l. planc si posit. 3. item l. si sine dolo. 20. in fine. ff. eod. tt.* Vndecima replicatio, Nisi re amissa non caueat depositarius eam receptam reddi, reprobatur *d. l. 20.* Hæc de prima propositæ causæ exceptione, eiusque replicationibus sunt dicta. Altera exceptio est, Nisi facultatem restituendi reus non habeat, *l. 1. §. Marcellus. ff. depositi.* Huius replicatio prima est, Nisi postea restituendi facultatem nactus depositarius non restituat, *d. l. 1. §. idem Neratius.* Altera, Nisi per depositarium factum sit, quo minus restituendi facultatem habeat, vt puta si alienauit, approbatur exemplo *l. desiderium. 7. C. depositi.*

Concordat l.si is.8.C.eod.tt. Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi sine dolo malo, putans rem suam esse, alienauit, approbatur simul & distinguitur *l.1.§.fi.cum duab.leg.seqq.ff.depositi.* Cuius triplicatio prima est, Nisi cum rem sine dolo vendidisset, precium non restituit, approbatur simul & distinguitur *d.§.fi.vers.an tamen.* Altera triplicatio est, Nisi cum possit rem alienatam redimere, non redimat. *l.plane.3.ff.eod. tt.* Tertia triplicatio est; Nisi rem receperit. *d.l.3.* Quarta triplicatio est Nisi actiones quas rei venditæ nomine habet, reus actori non cedat. *l.2.ff.eod.tt.* Altera propositæ replicationis duplicatio, Nisi misericordia ductus, hominem apud se depositum & vinctum soluerit, reprobatur *l.si hominem.7.in pr.ff.depositi.* Hęc de secunda exceptione. eiusque replicationibus. Tertia exceptio est, Nisi propterea non restituit, quod putet actori actionem non competere, *l. si quis.13.in prin.ff.depositi.* Quarta: Nisi conditio depositionis nondum sit impleta, *l.propter.5. C. depositi.Concordat l.1.§.Marcell.autem.ff.depositi.* Plura de hac re vide *inf.cap.prox.quæst.6.reg.1.* Quinta exceptio: Nisi alius depositario denunciauerit, ne ei qui deposuisset restitueret, reprobatur *l.si quis.11. §.fi.C.depositi.Concordat Nouell.c.88* Plane admitti videtur, si actor depositario non caueat, eum contra denunciantem defensum iri. Quæ distinctio approbatur quidem *d.§. fin.* sed mutatur ac tollitur *d.const.88.§. penult.* Hæc de septima causa eiusque exceptionibus.

VIII. Causa: Si depositarius rem non vt debet restituit: hoc est, non ei cui debet, non rem talem qualem debet, non suo loco vel tempore quo debet. De hac causa, eiusque speciebus vide *sup. cap. prox.quæst.3.except.9.repl.1. cum sequentibus.* Hactenus causæ propositæ actionis enumeratæ sunt cum suis exceptionibus specialibus. Sunt autem & aliæ istarum causarum exceptiones generales, De quibus nunc dicendum.

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. Exceptio: Nisi non depositarius, sed alius dolo in re deposita quid fecerit. *l.ad eos.19.ff. commodati.* Cuius replicatio prima est: Nisi pater vel dominus eius apud quem depositum est, quid dolo in re deposita egerit, *l.1.§ filiumfamil.ibi: plane vt Iulianus.ff.depositi.* Altera: Nisi is apud quem depositarius deposuit, dolo fecerit, approbatur certo modo *l.si is.16.ff.depositi.*

II. Exceptio: Nisi post litem contestatam quid dolo sit factum, reprobatur *l.1.§.non tantum.ff. depositi.*

III. Exceptio: Nisi conuenerit, ne dolus præstetur, reprobatur *l.1.§.si conueniat, ibi, illud.ff. depositi.Concordant ea quæ proposita sunt sup.lib.15.ca.15.except.17.repl.1.dupl.1.*

IV. Exceptio: Nisi conuenerit, ne depositi agatur *l.iuris gentium.7.§.si paciscar.ibi, sed etsi quis.ff.de pactis.Concordat l.si vnus.27.§.illud.ff.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi actum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est: Nisi cum altero ex duobus depositariis actum sit, qui nondum soluerit, *l.1.§.si apud.ff.depositi.*

VI. Exceptio: Nisi inutile depositum sit, & non obligatorium. Hæc exceptio ipso iure subsistit, eiusque species proponuntur *sup. cap.prox. qu.*

III. QVIBVS DATVR actio depositi?

I. Regula, De hæredibus cæterisque successoribus, proponitur *l.1.§. hæc actio. ff. depositi.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alii per fideicommissum hæreditas sit relicta. *d. §. hæc actio.* Cuius replicatio est: Nisi dies restituendæ ex senatusconsulto hæreditatis nondum venerit, *l. quæ filium.18.§. idem quæsit.ff. vt legator. seruand. causa caueatur.* Altera exceptio est: Nisi hæredi controuersia hæreditatis moueatur, *l. 1.§. apud Iulianum. ff. depositi.* Huius replicatio est: Nisi actor reo caueat, eum aduersus alterum defensum iri. *d.§.apud Iulianum.* Tertia exceptio est; Nisi pluribus existentibus, vnus vel non omnes depositum repetant. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est, Nisi maior pars hæredum depositum repetat, *l.si plures.14.in princ. ff. depositi.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup.capite prox.quæst.3.except.10, repl.3.item infra q.5.reg.9.*

II. Regula, De eo cui ex Trebelliano senatusconsulto hæreditas restituta est, proponitur *l.1.§. hæc actio.ff.depositi.*

III. Regula, De eo cui deponens rem restitui iussit vel pactus est, *l.penult.C. ad exhibendum. Concordat l.Publia.26.in pr.ff.depositi.*

IV. Regula, De eo qui deponi mandauit. Huic quoque datur actio, approbatur simul & distinguitur *l.1.§.si te rogauero.ff.depositi.*

V. Regula, De domino serui deponentis, proponitur. *d.l.1.§.si seruus meus.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur; Nisi seruus mortuus fuerit. Altera, Nisi seruus fuerit manumissus. Tertia, Nisi seruus fuerit alienatus. Sed hæ tres exceptiones reprobantur *d.l.1.§.si seruus deposuit.* Quarta, Nisi seruus hæreditarius deposuerit, reprobatur *d.l.1.§.item si seruus l.qui à seruo.15.in fine. ff. de act. & oblig.item l.cum hæreditas.9.C.depositi.*

VI. Regula, De eo qui deponentem bona fide possidet, vel in eo vsumfructum habet, proponitur *l.1.§.non solum.ff.depositi.*

VII. Regula, De filiofamilias, *l. Iulianus.19.ff. depositi.*

VIII. Regula, De fisco ad quem bona deponẽtis peruenerunt, *l.bona fides.31.in pr.ff.depositi.*

IX. Regula, De vno ex pluribus deponentibus. Etiam vni ex pluribus actio proposita competit, absentia aliorum non obstante. Cuius regulæ exceptio est; Sed pro parte tantum. Quæ approbatur simul & distinguitur *inf.q.5.reg.9.*

IV. ADVERSVS QVOS DATVR actio depositi?

I. Regula, De hæredibus depositarii, proponitur *l.die sponsaliorum.25.in princ.ff. depositi. l.si in Asia.12.§.cum sequestro.ff.d.tt.item l.si is.8.C.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima videtur esse, Nisi ex dolo & delicto defuncti agatur. Sed reprobatur *l.si hominem.7.§.1.ff.depositi.Concordat l.ex contract.48.ff.de act.& obl.Sed & concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 5.ca.5.exc.1.repl 3.* Altera exceptio est, Nisi pro parte hæres, in solidum conueniatur. *d.l. 7. vers. plures vero.Concordat l.quod tumultus.18.ibi, & pro hæred. ff. depositi.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi ex facto vnius hæredis agatur, tunc enim is qui fe-

qui fecit, in solidum tenetur, cohæredes non tenentur, *l.in depositi.9.cum lege seq. ff. depositi. Concordat d.l.18.ibi, in ipsum vero.* Cuius duplicatio est: Nisi ex vtriusque vel omnium hæredum facto communi agatur, tunc enim quilibet pro parte tenetur, approbatur simul & distinguitur *l.si duo.22.ff. eod.tt.* Huius triplicatio est: Nisi res circa quam hæredes dolum commiserunt, diuisionem non recipiat, tunc enim in solidum quisque tenetur, quamuis non solus dolo fecerit. *d.l.22.§.1.* Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi res deposita diuisionem non recipiat, tunc enim quisque hæredum in solidum tenetur, *d.l.22.§ 1.versic. plane nisi.* Cuius duplicatio est: Nisi re non restituta, ad æstimationem eius agatur. *d.l.22.in fi.*

II. Regula: Seruo depositum recipiente, aduersus dominum competit actio, non aduersus seruum, *l.1.§.filiumfamil.ff.depositi.* Huius regulæ exceptio est: Nisi seruus manumissus sit. Quæ tamẽ reprobatur *l.1.§. si apud.ff.depositi.* Plane admittitur, si ad rem depositam, quam manumissus possidet, restituendam agatur, *l.si apud.21. ff.eod.tt.*

III. Regula, Filiofamilias depositum recipiente, tam aduersus ipsum filium, quam aduersus patrem cõpetit actio, *l.1.§.filiumf.ff.depositi.* Quod dictum de patre, eius exceptio prima est: Nisi vltra id quod in peculio est, pater conueniatur. *d. §. filiumfam.* Cuius replicatio est. Nisi ex dolo patris agatur, *d.§.filiumfamil.Concordat l. depositi. 5. in pr. ff. de peculio.* Altera exceptio est: Nisi filius sui iuris factus, rem depositam teneat, *l.si apud.21.in prin. ff. depositi.*

IV. Regula, De eo apud quem, & eo cuius iussu depositum est, proponitur *l.1.§. idem Pomponius. ff.depositi.*

V. Regula, De fideiussore depositarii, habetur *d.§.idem Pomponius.vers.plane si fideiussisti.*

VI. Regula, De eo cui res oblata est deponendi causa, & eo qui suscepit, proponitur *l. die sponsaliorum.25.in pr.ff.depositi.*

VII. Regula, De eo cui depositarius rem depositam alienauit, *l.si is.8.in fine.C.depositi.*

VIII. Regula, De eo qui cum hæres depositarii non esset, tanquam hæres rem depositam vendidit, & pro ea precium accepit, proponitur *l. sed & si.4.ff.depositi.*

V. QVID QVANTVMQVE VENIAT in actione proposita?

I. Regula, De rebus quæ deposito accedunt. Hæ quidem depositæ non sunt, *l.1.§. quæ depositis. ff.depositi.* Veniunt tamen actione depositi restituendæ. *d.l.1.§. si cista.*

II. Regula, De fructibus, partu & omni causa, proponitur *l.1.§. hanc autem ff. depositi. Concordat l. videamus.38.§. si possessionem.ff.de vsuru & fructibus.*

III. Regula, De vsuris. Vsuræ in hac actione non veniunt, *l.Lucius.24.ff. depositi.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi de præstandis vsuris conuenit, *d.l.24.Concordat l.Publia 26.§. Lucius Titius. ff. eod.tt.* Altera exceptio est: Nisi mora in deposito restituendo sit facta. *l. die sponsaliorum. 25. in fine. ff. depositi.Concordat l.2.C.depositi.* Tertia: Nisi depositarius re deposita vsus sit, eamque in suos vsus conuertit, *d.l 25.in fi.l.si sacculum.29. in fi. ff. depositi. l.Quintus.28.ff.eod.tt.l.si depositi. 3. C. depositi. item l.si deposita.4.C.d.tt.*

IV. Regula, De re ex pecunia deposita empta proponitur *l.si ea.6. C.de rei vendicat.*

V. Regula, De precio rei depositæ venditæ, *l. 1.§.fi.cum tribus legib.seqq.ff.depositi.*

VI. Regula: In simplum regulariter depositi actio competit, approbatur simul & distinguitur ed cto prætoris, *l.1.§ 1 ff.depositi.M.I.R. lib. 5.c.5.regul.16.* Huius regulæ exceptio est: Nisi tumultus, incendii, ruinæ, naufragij causa depositum sit, tũc enim in duplum est actio. *d.§.1.Concordat Inst. de actionibus.§.sequens.ibi, plane si depositi. M.I.R. d. reg. 15. except.1.* Ratio huius exceptionis proponitur *d.l. 1.§.merito.* Declaratur *d.l.1.§. eum tamen.* Replicatio prima est: Nisi non aduersus ipsum depositarium, sed aduersus hæredem eius agatur, approbatur simul & distinguitur *d.l.1.§.1.l.quod tumultus. 18.ff.d.tt.item Inst.d.vers.plane si depositi.* Altera replicatio est, Nisi iusta ratione vel ignorantia motus, depositum restituere recusauit, approbatur exemplo *l.si quis.13.in pr.ff.depositi.*

VII. Regula, De iusiurando, proponitur *l.1.§.in depositi.ff.depositi.M.I.R.d.cap.5.reg.16.*

VIII. Regula; Pater & dominus depositarii non nisi de peculio tenetur *l.1.§. filiumfamilias. ff. eodem titulo.*

IX. Regula, Duobus deponentibus, & vno ex iis agente: non nisi pro parte competit actio, approbatur simul & distinguitur *l.1.§. sed si duo. ff. depositi.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi ita conuenerit, vt vel vni in solidum res restituatur, *d.§.sed si duo.* Altera exceptio est; Nisi apud sequestrum sit depositum. *l.licet.17.in pr.ff.eod.tt.* Tertia, Nisi res sit indiuidua, *d.l.1.§.si pecunia.in fin.* Quarta, Nisi maior pars actorum repetat, approbatur certo modo *l.si plures. 14. in pr.ff. eod. tt.* Quinta; Nisi pecunia obsignata sit deposita, reprobatur *l. 1.§.si pecunia.ff.d.tt.*

X. Regula, Seruo communi deponente, vnicuique dominorum pro parte competit actio, *l.1. §.si duorum.ff.depositi.*

XI. Regula, Si res apud duos vel plures deposita sit, vnusquisque tenetur in solidum. *l.1.§. si apud duos.ff.depositi.*

XII. Regula, Hæres pro ea parte qua hæres est, tenetur, approbatur simul & distinguitur *sup. quæst.prox.reg.1.exc.2.*

VI. QVANDO ET QVAMDIV competit actio proposita?

I. Regula, Vel statim depositum repeti potest *l.1.§.est autem.ff.depositi.M.I.P.lib.5.cap.7.reg.8* Huius exceptio prima est, Nisi conditio depositionis nondum existat, *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.quæst.2.causa 7.except.4.* Altera, Nisi tempus, ad quod depositum est, nondum venerit, reprobatur *d.l.1.§.penult.* Tertia, Nisi ita sit depositum, vt si vellet depositarius, deposito vteretur, tunc enim antequam vsus sit, non videtur competere actio, reprobatur *d.l.1.§.si pecunia apud.*

II. Regula, Actio depositi regulariter quidem perpetua est, cuius exceptio est, Nisi cum tumultus incendii, ruinæ vel naufragii causa depositum esset, hæres ex dolo defuncti conueniatur, tunc enim annalis est actio, *approbatur l.quod tumultus.18.ff. depositi.*

VII. ADIVNCTA PROPOsitæ actionis.

I. Regula, De re deposita ab actore designanda, proponitur *l.1.§.si quis argentum. ff. depositi. Concordat l.si in rem.6.ff.de rei vendicat.*

II. Regula, Si cista signata deposita sit, etiam res quæ in ea continentur, petiac designari possunt, *d.l.1.§.si cista signata.*

III. Regula: De probatione depositi, proponitur *Nouell.c.73.§.si quis igitur.*

VIII. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula: Condemnatus sit infamis, *l.qui depositum.10.C.depositi.*

II. Regula: Litis æstimatione præstita, res fit depositarii, *l.si fideiussor,30.ff.depositi.*

III. Regula, De actionibus reo ab actore cedendis, proponitur *l.in depositi.12.ff.de re iudicata.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter quidem ex deposito actio tantum depositi competit, non alia: *vt ex supradictis patet.* Cuius tamẽ regulæ exceptio prima est: Nisi merces interuenit, tunc enim ex locato & conducto actio est, *l.1.§.si vestimenta. & §.si quis seruum. ff. depositi.* Altera: Nisi te rogauero, vt rem meam apud Titium deponas, tunc enim etiam mandati actio est. *d.l.1.§.si te rogauero.* Tertia: Nisi cum quis rem suam alicui dedisset, Titio dandam vt custodiret, & si Titius non recepisset, is cui data erat eam custodiret: Titius rem non receperit, tunc enim rogatus mãdati actione tenetur, *d.l.1.§ quod si rem.* Quarta: Nisi quis rogauerit, vt rem suam ab alio recipiat & custodiat, nam & hoc casu mãdati, non depositi actio est *d.l.1.§. idem Pomponius.* Quinta: Nisi cum quis apud aliquem depositurus, iussus ab eo sit vt apud alium (Titium puta) deponat, apud eum deposuerit, tunc enim aduersus eum qui iussit, etiam mandati actionem habet. *d.§.idem Pomponius.ibi, idem quærit.* Sexta: Nisi alius, non dominus rem sine eius voluntate deposuerit, tunc enim dominus rei ad exhibendum actionem, & rei vendicationem habet, non depositi actionem, *l si res.8.C. ad exhibendum. Concordat l.seruus tuus.33.ff.depositi.* Septima: Nisi depositarius eiusve hæres rem possidere desierit, tunc enim etiam ad exhibendum actio, & rei vindicatio cõpetit, *l.1.§.si rem à seruo.ff.depositi.l.1. in fin. item l. si is qui deposit.8.in fin.C.eod.tt.* Octaua: Nisi depositarius re deposita inuito domino vsus sit, & ex eo agatur, tunc enim etiam furti actio competit, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.2. causa 2.* Nona: Nisi ex dolo depositarii agatur, tunc enim etiam condictio competit. *l. si quis.13. in fin. ff. depositi. Concordat l. qui furtum.16.ff.de condictione furtiua.* Decima: Nisi ex eo agatur, quod depositarius instrumenta deposita aliis legerit, vel aduersario prodiderit, tunc enim etiam iniuriarum actiò est, *l.1.§.si quis tabulas.ff.depositi.l.si quis.41.§. sed etsi quis. ff.ad l.Aquiliam.* Item falsi accusatio competit, *l.1.§.is qui deposita. ff. ad l. Corneliam de falsis.* Item eius delicti pœna capitalis proponitur *l. si quis 38.§. instrumenta. ff. de pœnis.* Vndecima exceptio est: Nisi ex eo agatur, quod depositarius rem deteriorem fecerit, vel tabulas apud se depositas deleuerit, tunc enim etiam legis Aquiliæ actio est, *l. qui tabulas.42.ff.ad l. Aquiliam.l.in rebus.18.§.sive autem. ff. commodati.* Duodecima: Nisi seruus depositus & custodiendus datus sit, vt operæ eius serui cum custodia pensentur, hoc enim casu præscriptis verbis actio est. *l.1.§.si quis seruum. ibi, quod si operæ.ff. depositi.* Decimatertia: Nisi ita pecunia sit deposita, vt Titio sub certa conditione daretur, hoc enim casu præscriptis verbis actio est, *l.si apud.19.ff. præscriptis verbis. Concordat l.si quis.9.§.Labeo.ff.de dolo malo.* Decimaquarta: Nisi sponsionis causa res deposita sit, hoc enim casu præscriptis verbis actio est, *l.si rem.18.§.fin. ff. præscriptis verbis.* Decimaquinta: Nisi cum vnus actorum suam partem ex re deposita recepisset, depositarius postea desierit esse soluendo, vel depositum perdiderit, hoc enim casu videtur alteri ad communicandam partem receptam aduersus alterum cõmuni diuidundo actio dari, sed reprobatur *l. vltim.C.depositi.* Decimasexta: Nisi quis apud nautam, cauponem vel stabularium res suas deposuerit, hoc enim casu datur actio in factum de receptis, *de qua sequitur inf. cap. prox.* Decimaseptima: Nisi apud eum qui rem emere volebat, res relicta sit, hoc enim casu præscriptis verbis actio est, *l. apud Labeonem.21.§.ff.ff.præscriptis verbis.*

DE ACTIONE IN FACTVM ADuersus nautas, caupones, stabularios, de receptis restituendis.

CAP. VIII.

QVia hæc actio ad finis est actioni depositi (*vt iam dictum est*) nec alio loco commodiore tractari potest: de ea nobis hic agendum est.

I. Verba edicti, quibus actio proposita introducitur, proponuntur *l.1.in prin.ff.nautæ, caupones, stabularii.*

II. Ratio huius actionis habetur *d.l.1.§.1.* Alia ratio proponitur *l.& ita.3.§..x hoc edicto.ff.eod.tt.*

III. GENVS HVIVS ACTIONIS.

In factum actio est. *d.§.ex hoc.* Item actio hæc partim ex contractu est si nautæ, cauponi, stabulario res specialiter sit adsignata: partim ex quasi maleficio, si illud factum non sit. *Instit.de oblig. quæ quasi ex delicto nasc. §. item exercitor. Concordat iisdem verbis l.ex maleficio.4.§.fi.ff.de action.& oblig.*

IV. CAVSA HVIVS ACTIONIS, cum suis exceptionibus.

Si res in naue, caupona, stabulo recepto non restituatur, vel furto sit ablata, aut damnum in ea datum: aduersus exercitorem nauis, cauponæ, stabuli actio datur, *l.nauta.5.ff nautæ, caupones, stabularii. Concordat l.1.in pr.ff.eod.tt.M.I.R. lib. 5, cap. 5. reg* 18. Huius causæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, Nisi non ipse exercitor nauis, sed alius in naui recepit, approbatur, declaratur simul & distinguitur *d.l.1.§. qui sint igitur.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi iussu rei alii res data sit. *d.§. qui sint igitur. vers. quanquam si ipse.* Altera: Nisi magister nauis receperit. *d. §. qui sint. ibi, per se vel nauis magistrum.* Tertia, Nisi quis ex

quis ex iis qui custodiæ gratia naui præpositus est, rem receperit, *d.l.1.§.& sunt quidam.* Quarta: Nisi aliquis ex ministris cauponis vel stabularii rem receperit, reprobatur *d.l.1.§. caupones.* Plane admittitur, si institori cauponæ vel stabuli sit datum. *d.§.caupones.*

II. Exceptio: Nisi exercitor ratis vel lyntrarius receperit, reprobatur *l.1.§.de exercitorib. ff. nautæ, caupones, stabularii.*

III. Exceptio: Nisi res non sint assignatæ exercitori nauis custodiendæ sed tantum in nauem missæ, reprobatur *l.1 §.fi.ff.d.tt.*

IV. Exceptio: Nisi nemo custodiæ gratia naui fuerit præpositus, reprobatur *d.l.1.§. & sunt quidam.ibi, sed etsi non extet.*

V. Exceptio: Nisi nauta prædixerit, vt vnusquisque vectorum res suas seruet, neque damnũ se præstiturum, & vectores consenserint, *l. debet. 7.§.1.ff.eod.tt.M.I.R.d.reg.18.exc.1.*

VI. Exceptio, sumpta ex re recepta, reprobatur *l.1.§.ait prætor.ff.nautæ, caupones. Concordat l.sed & ipsi.4.in fi.ff.d.tt.*

VII. Exceptio: Nisi res non dantis, sed aliena sit recepta, reprobatur certa conditione *d.l.1.§. item Pomponius.*

VIII. Exceptio: Nisi extra suum negocium caupo vel stabularius rem receperit, *l. & ita. 3. §. eodem modo.ff.nautæ, caupones.*

IX. Exceptio: Nisi actor gratis nauigauerit, vel in cauponam gratis diuerterit, reprobatur *l. licet. 6.in pr.ff.d.tt.*

X. Exceptio: Nisi nauta nautæ, vel caupo cauponis, vel stabularius stabularii res receperit, reprobatur *l. sed & ipsi.4.§.1.ff. nautæ, caupones.*

XI. Exceptio: Nisi nautæ inter se damnum dederint, vel furtum fecerint, *l. debet.7.§. sed siquidem.& l.licet.6.§.si seruo meo. ibi, sed si damnum. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi idem nauta sit & mercator, cui damnum datum est, *d.§.sed si quidem.* Altera: Nisi mesonauta damnum à nauta passus sit. *d.l.7.*

XII. Exceptio: Nisi aliquis non è familia nautæ, cauponis, stabularii, sed è vectoribus, vel viatoribus, vel alius quispiam rem abstulit, vel damnum dedit, *l.vnic. §. penult. & vltim. ff. furti aduersus nautas. Concordat l. licet. 6.§.in factum, in fin. ff. nautæ, caupones.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi nautæ, cauponi, stabulario res specialiter sit adsignata & data custodienda, hoc enim casu & aliorum factum præstare tenetur, approbari videtur *l.1.§.fi.cum duab. legibus sequentibus.ff.eod.tt.* Altera replicatio est: Nisi aliquis ex iis qui in caupona habitant, furtum fecerit, vel damnum dederit, *d.l.6.§.in factum. Concordat l.vnic.§.caup.ff furti aduersus nautas.* Tertia: Nisi aliquis ex iis quos nauta nauis, vel caupo cauponæ exercendæ causa ibi habet, furtum fecit vel damnum dedit, *d.§. caupo. Cui concordat d.l.vnic. in princ. Instit.de oblig.quæ quasi ex del.nasc.§.item exercitor.item l.debet.7.in prin. ff.nautæ, caupones.* Huius replicationis duplicatio prima esse videtur: Nisi nautę delinquentes liberi, non serui sint, sed reprobatur *d.l.7.in prin.* Altera: Nisi seruus actoris, exercitori nauis vel cauponi locatus aut commodatus, actori furtum fecerit, aut damnum dederit, reprobatur *l. licet. 6.§. si seruo.ff.nautæ, caupones.* Quarta replicatio est: Nisi seruus alicuius ex nautis fecerit, *l.debet.7.§. si seruus.ff.eod.tt.* Quinta, Nisi mesonauta fecerit, *d.l.7 §.sed siquidem.in fin.*

XIII. Exceptio: Nisi sine dolo & sine culpa ipsius exercitoris, cauponis vel stabularii furtum factum sit, vel damnum datum, reprobatur *l. & ita.3.§.ex hoc edicto.ibi, at hoc edicto.ff.nautæ, caupones.*

XIV. Exceptio, Nisi casu damnum datum sit, & vi maiore. *d.vers. at hoc edicto. Concordat d.l.3.§ inde Labeo.*

XV. Exceptio: Nisi non in naui, sed extra damnum datum sit, vel furtum factum, *l. debet. 7. in pr.ibi: sed non alias.ff.nautæ, caupones.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi res extra nauem receptæ sint. *l.& ita.3.§.1.ff.d.tt.*

XVI. Exceptio, Nisi alia eo nomine sit actio, reprobatur *d.l.3.§.ex hoc edicto. Concordat l.vnic.§.& in duplum, in fin.ff furti aduersus nautas.*

XVII. Exceptio: Nisi eo nomine actum sit, *d.l. 3.§ fin. Concordat l.licet.6 §.possumus.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio videtur esse, Nisi cum alio actum sit, vel alia actione. Sed reprobatur *d.§.possumus.*

XVIII. Exceptio, Nisi is qui damnum dedit, vel furtum fecit, mortuus sit, annusque excesserit ab eius morte, reprobatur *l.debet.7.§.hac autem.ff. eod.tt.*

V. QVIBVS DATVR ACTIO proposita?

De domino rei & eo qui rem receptori dedit, proponitur regula *l.1.§. item Pomponius. ibi: etenim nobis magis.ff.nautæ, caupones.*

VI. ADVERSVS QVOS DATVR actio proposita?

I. Regula. De hæredibus, habetur *l.& ita 3.§. hæc autem ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio est, Nisi res nautæ, cauponi vel stabulario specialiter nõ sit adsignata vel tradita custodienda, tunc enim tanquam ex maleficio, non ex contractu actio aduersus hæredem non datur, approbari videtur *l. debet.7.§.hæc iudicia.ff.eod.tt. Concordat Inst. de oblig. quæ quasi ex delicto.§ fin.*

II. Regula: Solus exercitor nauis, cauponæ vel stabuli tenetur hac actione, non etiam alii, *l.1. §.qui sint igitur.& §.caupones.ff.nautæ, caupones.*

III. Regula, De patre & domino exercitoris. Hi quoque hac actione tenentur, *l.& ita.3.§. si filiusfamilias.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi vltra id quod in peculio filii vel serui est, pater dominusve conueniatur, *d.§. si filiusfamilias.* Cuius replicatio est, Nisi voluntate domini vel patris seruus aut filius nauem exercuerit, *d.§. si filiusfamilias Concordat l.debet.7.§.fin.ff.eod.tt.* Altera propositæ regulæ exceptio est, Nisi cum res non specialiter seruo exercitori esset adsignata, seruus mortuus sit, tunc enim nec de peculio actio contra dominum datur, *d.l.7.§.proinde eum seruus.* Huius replicatio eadem est, quæ exc. præcedentis.

VII. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula, In duplum est hæc actio, *d.l.7.§.hæc actio. Concordat l.vnica.§.& in duplum. ff furti aduersus nautas.*

II. Regula, Rei persecutionẽ continet, ideoq; pœna simpli est, *l.& ita.3.§.hæc aũt.ff.naut. caupones.*

III. Re-

III. Regula; Pater dominusve exercitoris de peculio tenentur, approbatur simul & distinguitur *sup.quæst.prox.reg.3.*

IV. Regula: Si plures sint exercitores, singuli pro parte tenentur, *l.debet.7.§.si plures.ff.nautæ,caupones.*

V. Regula: Si seruus exercitoris furtum fecerit, vel damnum dederit: non noxalis est actio, sed in solidum. *l.& ita.3.§.item si seruus.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi res exercitori specialiter non sit adsignata vel tradita custodienda, tunc enim, quia, ex quasi maleficio agitur, noxæ dedendo seruum liberatur, *l.debet.7.§.seruorum autem.ff. eod.tt.Concordat l. vnica.§.serui vero sui.ff.furti aduersus nautas.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

Perpetua est actio. *d.l.3.§.hæc autem.& d.l. 7.§. hæc iudicia.*

IX. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula: Actor reo tenetur suas cedere actiones, *l. licet. 6.§.possumus.ibi: & si cum.ff.nautæ, caupones.*

II. Regula: Si exercitori specialiter res sit adsignata custodienda: ea ablata exercitori, non domino rei, furti actio competit, approbatur simul & distinguitur *l.sed & ipsi.4.in pr.ff.eod.tt. Concordat l.vnica.§.quod si recipit.ff.furti aduersus nautas.* Plura de hac re vide *inf.lib.22.cap.3.reg.5.*

III. Regula: Exercitor qui serui communis factum præstitit, eius quod præstitit repetitionem habet vel communi diuidundo, vel pro socio actione, vel ex conducto. *l.licet.6.§.si seruo.ibi, idem dicetur.ff.nautæ caupones.*

X. ADFINIA REmedia.

I. Regula, De furti & damni iniuriæ actione aduersus eum qui subripuit vel damnum dedit. Hac etiam actor vti potest, *d.l.6.§.possumus. Concordat l. vnic.§.& in duplum.ff.furti aduersus nautas.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi in factum actione sit actum. *d.§.possumus.& l.& ita.3.§.fin.ff. nautæ,caupones.* Altera: Nisi exercitori res specialiter sit data custodienda, tunc enim non domino rei subreptæ, sed exercitori furti actio competit, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.proxim. reg.2.*

II. Regula, De locati, conducti & depositi actione, proponitur *d.l.3.§.ex hoc edicto.* Hæc de actione in factum aduersus nautas, caupones, stabularios, in qua graues aliquot antinomiæ occurrunt, quas reconciliare sum conatus hoc modo: quod alia quidem lex loquatur, quando res specialiter exercitori adsignata vel tradita est custodienda: alia vero, quando id factum non est, sed simpliciter res in nauem, cauponam vel stabulum allata: quemadmodum ex prædictis patet, quæ solutio probabilis est, nec video qua alla ratione commodius istæ antinomiæ reconciliari possunt. Priore quidem casu actio proposita ex contractu esse dicenda est, posteriore vero inter actiones ex quasi maleficio descendentes numeratur; *de quo sup.quæst.3.dictum est.* Quamuis autem ex duplici causa descendat, tamen non duas, sed vnam actionem ponere malui, quia eadem vtriusque natura est, paucis exceptis, quæ per dictam distinctionem notaui. Nunc igitur ad propositum redeamus.

DE CONTRARIA DEPOSITI ACTIONE. CAP. IX.

PRimo: An ex deposito detur contraria actio, definitur *l.ei apud quem.5.in pr.ff.depositi.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS datur hæc actio?

I. Causa: Si depositarius in rem depositam sumptus fecit, approbatur exemplo *l.actione.23.ff. d.tt.Concordat l.si in Asia.12.in pr.ff.eod.tt.*

II. Causa: Si seruus depositus depositario furtum fecit, *l.si seruus.31.in fi.ff. de pignoraticia actione. Concordat l.si seruus.63.§.quod vero ad. ibi, idque euidentius.ff.de furtis.* Eius causæ exceptio est: Nisi culpa depositarii interueniente, seruus ei furtum fecerit, puta quia nimium ei crediderit, *d.§.quod vero ad.ibi, hæc ita putat vera esse.*

III. QVID VENIAT IN hac actione?

In litem non iuratur, *l.ei apud quem.5.in pr.ff. depositi.* Hæc de deposito, eiusque actione tam directa quam contraria sunt dicta. De sequestratione, quæ & ipsa depositi species est, dictum *sup.lib.2.c. 6.* Nunc de quarta specie seu causa, qua re contrahitur obligatio, eiusque actionibus dicendum, de pignore scilicet, cui hypotheca est adfinis, ideoque ab eo non separanda.

DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS. CAP. X.

PRimo, Etymologia pignoris proponitur *l. plebs est.238.§.pignus.ff.de verb.signif.*

II. DIFFERENTIA PIGNORIS & hypothecæ.

Pignus constituitur traditione, hypotheca vero nuda conuentione. *Instit.de actionibus.§.inter pignus.*

III. Diuisio pignoris in conuentionale & prætorium, proponitur *l. 2.in pr. C. de prætorio pignore. M.I.R.lib.5.reg.21.*

IV. CAVSÆ SEV MODI QVIBVS pignus vel hypotheca constituitur.

Pignus variis modis constituitur. Primum quidem ipso iure, quam tacitam pignoris obligationem vocant: cuius species hæ sunt. Prima species est in inuectis & illatis, quæ proponitur & approbatur *l.item quia conuentiones.4.in princip.ff. de pactis. Concordat l.vlt.C.in quibus causis pignus tacite contrah. M.I.R.lib.5.cap.5.reg.23.* Huius speciei seu causæ exceptio prima est: Nisi non in vrbana, sed rustica prædia conducta inuecta sint & illata. *l. eo iure.4. ff ex quibus causis pignus tacite contrah.M.I.R. d.reg.23. except.1.* Cuius replicatio prima est: Nisi in stabulum conductum inuecta sint & illata, *d.l.4.§.stabula.* Altera: Nisi sciente & volente domino in rustica prædia sint inuecta & illata, *l.certi iuris.5.C. de locato & conducto.M.I.R.d.exc. 1.repl.1.* Altera exceptio est, Nisi pensio sit soluta, *approbatur per ea quæ proponentur inf.cap.12.causa 1.* Eius autem replicatio pri-

catio prima est: Nisi ex aliis causis locati actio supersit, puta quia deteriorem habitationem fecerit. *l.2.ff.ex quibus causis pignus tacite contrah.* Tertia exceptio: Nisi horreum, diuersorium vel area sit conducta. reprobatur *l.si horreum.3.ff.d.tt.* Quarta: Nisi is cui conductor domus habitationem concessit, induxerit vel intulerit. *l.Pomponius.5.in prin. ff.eodem tt. Concordat l.in lege.24.§.si colonus.ff. locati & conducti.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi in eam summam, in quam habitationem conduxit is qui intulit. *l.solutum.11.§.solutam.ibi: plane in eam.ff.de pignoratitia actione.* Quinta exceptio: Nisi ad tempus, non vt ibi semper sint, illata fuerint. *l. in prædiis.7.§.finali.ff. ex quibus causis pignus tacite contrahatur.*

II. Species seu causa taciti pignoris; Fructus prædij tacite domino sunt obligati. *d.l.7.in prin.l. si in lege.24.§.si colonus.ff. locati & conducti. item l.qui fideiussor.53.in fin.ff.eod.tt.*

III. Species; Venditori res vendita pro precio tacite pignori est obligata. *l.hæreditatis.22.ff. de hæred.vel act.vendita. Concordat l.quod si nolit.31.§.idem Marcellus.ff.de ædilitio edicto.*

IV. Species: Res commodata commodatario ob impensas pignoris iure est obligata. *l.creditoris. 15.in fine.ff.de furtis.*

V. Species: Qui ad refectionem ædificiorum credidit, tacite ipsa ædificia pignori habet obligata. *l.1.ff.ex quib.caus.pign.tacite contrah.*

VI. Species: Facto pacto quod liceat vendere, intelligitur res pignori obligata, *l.creditor.3.§.fin.ff. qui potiores in pignore.*

VII. Species; Si mater tutrix nuptias iterauerit, bona secundi mariti pupillo pignori sunt obligata. *l.si mater.6.C. in quibus causis pignus tacite contrahatur.*

VIII. Species: Bona debitoris fisci tacite fisco sunt obligata pignori. *l.2.C.d.tt. M.I.R. d.capit.5 regul.24.*

IX. Species: Pro censibus & tributis publicis bona tacite pignori sunt obligata, *l.1.C.d.tt.l.1.in fin.C.si propter publicas pensitationes.*

X. Species: Si cum argentariis contractum sit, contrahentis bona tacite illis pignori sunt obligata. reprobatur *Nou.c.136.§.insuper.ibi: & vt exinde.item ibi: neq; enim temere.*

XI. Species est in bonis mariti, quæ vxori pro dote ipso iure pignori sunt obligata. approbatur simul & distinguitur *supr.lib.4.cap 14.quæst.5.reg.2. item lib.2.cap 35.reg.4.*

XII. Species est in bonis tutoris, quæ pupillo pro tutelæ rationibus tacite pignori sunt obligata. approbatur simul & distinguitur *supr.lib.5.cap.1. quæst.8.reg.7.item d.cap.35.reg.5.* Hæ sunt species, in quibus tacite seu ipso iure pignus constituitur, & causa proposita prima admittitur, quæ alioquin regulariter quidem reprobatur *l.si non.5.C. in quibus causis pignus tacite contrahatur.* Hæc de prima causa.

¶ II. Causa: Constituitur etiam pignus sola æquitatis ratione per exceptionem seu retentionem. *M.I.R.d.cap.5.reg.22.* Sic maritus ob impensas rem dotalem retinet. *De qua specie dictum supr. lib.4. c.13.* Sed & aliud propositæ causæ exemplum proponitur *l.si non sortem.26.§.si centum, in fin.ff.de condictione indebiti.* Aliud *l.1.C.si aliena res pignori.* Aliud *l.1.in prin.ff.quibus modis pignus soluatur.* Aliud *inf.eod. lib.cap.16 quæst.4.reg.1.except.6.* Aliud *l.1.in princip.ff. de pignoribus & hypothec.* Item aliud *l.vnica.C.etiam ob chirograph.* Huius causæ exceptio est: Nisi cum vitio & mala fide quis rem adeptus sit: tunc enim eam repetenti, exceptionem propositam frustra opponit, approbatur exemplo *l.si non.5.C.in quibus causis pignus tacite contrahatur. M.I.R. d. regul.22. exceptione 5.*

III. Causa; Si magistratus alicui ius pignoris tribuat. *l. non est mirum 26.ff. de pignoratitia actione. Concordat l.1.C.si in causa iudicati.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi nondum in possessionem rei missus sit creditor. *d.l.26.in fin.* Altera: Nisi possessio pignoris rursum amissa sit, approbatur quidem iure antiquo, reprobatur vero iure nouo. *l.2.C.de prætorio pignore.* Tertia: Nisi in hominibus ius pignoris magistratus alicui tribuat. reprobatur *l.1.C.d.tt.* Quarta: Nisi res alterius pro alieno debito pignori capiatur. approbatur exemplo *l.1.C. quando fiscus vel priuatus. Concordat Nouell. constit.52.in prin.* Plura de proposita exceptione vide *infr.cap.16.quæstione 6.regul.1.exceptione 14.* Hæc de tertia causa.

IV. Causa; Testamento quoque pignus constitui potest. *l.non est mirum. 26.ff. de pignoratitia actione.*

V. Causa: Traditio rei pignoris nomine facta. *l.1.in prin.ff.d.tt.*

VI. Causa: Solo etiam consensu pignus vel hypotheca constitui potest. *d.l.1. in principio.l.contrahitur.4.ff. de pignoribus, item l.si tibi.17.§.de pignore, ff.de pactis.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERsus pignoris contractum. CAP. XI.

HActenus causæ quibus pignus constituitur, enumeratæ sunt: quarum exceptiones generales, præsertim quintæ & sextæ, sunt hæ quæ sequuntur.

I. Exceptio: Nisi is qui pignori dat, ius dandi vel obligandi non habeat. approbatur simul & exemplis declaratur *l. vlt. C. si aliena res pignori data sit.* Huius species sunt aliquot exceptiones proxime sequentes.

II. Exceptio: Nisi non dominus rem pignori obligauerit, approbatur simul & distinguitur *inf. exceptione 40.*

III. Exceptio: Nisi mulier res suas pro alio pignori obligauerit. approbatur S.C. Velleiano. *De quo vide infr.lib. 21.cap.5.quæst.3.caus.10.*

IV. Exceptio: Nisi minor vigintiquinque annis, vel pupillus res suas pignori obligauerit. *l.1.in prin.ff.quæ res pignori obligari non possunt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tutoris authoritas non interuenerit. *d.l.1.* Altera: Nisi in ipsa emptione quam minor fecit, conuenerit vt res empta pignoris iure sit, donec precium soluatur. reprobatur *l.1.§.fin. cum l.seq.ff. de rebus eorum qui sub tutela.* Plura de exceptione proposita eiusq; replicationibus vide *supr.lib.5.cap.14.*

V. Exceptio: Nisi filiusfamilias vel seruus pignori obligauerit. *De hac duplici exceptione vide infr. except.40.replic.15.*

VI. Exceptio: Nisi inter absentes pignus contractum sit. reprobatur *l.creditor. 23. in fin. ff. de pignoribus & hypothec. M. I. R. libro 5. capite 5. regul. 27. exception. 1.*

VII. Exceptio: Nisi cum alio quam cum creditore de pignore conuenerit. *l. solutum. 11. §. per liberam. ff. de pignorat. action.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi mandante vel ratum habente creditore, alius pignus pactus sit. *l. si inter. 21. in prin ff. de pignorib. & hypoth.* Altera: Nisi actio personalis per alium creditori sit adquisita. tunc enim hypothecaria quoque per eundem eidem potuit adquiri. *l. 2. C. per quas pers. nobis adquiritur.* Tertia: Nisi cũ quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio pignus sit datum. reprobatur *l. is qui. 33. ff. de pignoribus & hypoth.* Quarta: Nisi filiofamilias contrahente, pater pignus pactus sit. Hæc replicatio ipso quidem iure subsistit, cum hoc casu patri actio sit danda: verum eius duplicatio est: Nisi cum filiofamilias legatum sub conditione deberetur, pater pignus pro eo pactus si vel accepit, & tempore existentis conditionis filius sui iuris existat. *l. si legati. 28. ff. eod. tt.*

VIII. Exceptio: Nisi pupillo pignus datum sit. approbatur simul & distinguitur *l. pupillo. 38. ff. de pignorat. actione.*

IX. Exceptio: Nisi ei qui emere non potest, res pignori sit obligata. reprobatur *l. in quorum. 24. ff. de pignoribus & hypothec.* Plura de hac re vide *infr. except. 23.*

X. Exceptio: Nisi non pignoris nomine, sed ex alia causa res creditori à debitore sit data. approbatur exemplo *l. petenti. 27. ff. de pignoratitia actione.* in cuius fine ait Iurisconsultus, Domino rerum propria actio aduersus suum creditorem competit: scilicet commodati actio. *de qua re vide supr. c. 4. quæst. 1. causa 4.*

XI. Exceptio, sumpta ex specie & qualitate obligationis, pro qua pignus constitutum est, reprobatur *l. res. 5. ff. de pignor b. & hypothec. Concordat l. si rem. 9. §. 1. ff. de pignor. action.*

XII. Exceptio: Nisi pro naturali obligatione pignus sit datum. reprobatur *d. l. 5. l. quæsitum. 14. in fin. ff. de pignorib. & hypoth. item l. naturaliter. 13. in prin. ibi, & pignus. ff. de cond. ct. indebiti.*

XIII. Exceptio: Nisi pro aliena obligatione pignus sit datum. reprobatur *l. res. 5. §. fin. ff. de pignor. & hypothec.*

XIV. Exceptio: Nisi pro obligatione in diem vel sub conditione contracta pignus datum sit. reprobatur *d. l. 5. §. & siue pura.*

XV. Exceptio: Nisi pro inutili obligatione pignus datum sit. *l. 2. ff. quæ res pignori obligari non poss.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi naturaliter saltem obligatio teneat. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. except. 12.*

XVI. Exceptio: Nisi pro parte tantum obligationis pignus detur. reprobatur *l. res. 5. ibi, & non solum. ff. de pignoribus & hypothec. Concordat l. Pomponius. 5. §. item illud. ff. ex quibus causis pignus tacite contrahen.*

XVII. Exceptio: Nisi vitiose & inutiliter pignus datum vel constitutum sit. Hæc generalis exceptio, tam præcedentes quam sequentes exceptiones sub se comprehendens, approbatur *l. cum vitiose 25. ff. de pignorib. & hypothecis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi procuratore rem domini inutiliter pignori dante, pecunia in rem domini sit versa. *l. 1. C. si aliena res pignori.*

XVIII. Exceptio, sumpta ex verbis quibus pignus constituitur, reprobatur *l. contrahitur. 4. ibi: nec ad rem. ff. de pignoribus & hypoth. l. in re. 4. ff. de fide instrumen. l. vlt. C. quæ res pignori obligari. item Nouell. c. 136. §. insuper de hoc. ibi: neq; enim temere. M. I. R. d. reg. 27. except. 2.*

XIX. Exceptio: Nisi Scriptura non interuenerit. reprobatur *d. l. 4. ff. de fide instrum. Cui concordant ea quæ proposita sunt supr. lib. 15. c. 15. except. 11. M. I R. d. reg. 27. except. 3.*

XX. Exceptio: Nisi in epistola non signata, & sine die consuleque scripta, de pignore conuenerit. reprobatur *l. mutuatus. 35. in princip. ff. de pignor. & hypoth.*

XXI. Exceptio: Nisi error interuenerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib 15. cap. 15. exc. 15.* Cuius replicatio est: Nisi in corpore sit consensum. *l. 1. ff. de pignor. action.*

XXII. Exceptio: Nisi non in ipso contractu, pro quo pignus datur, sed post vel ante contractum, de pignore conuenerit. reprobatur *l. res. 5. ibi: & hæc in præsenti. ff. de pignorib. & hypothec.* Hactenus exceptiones aduersus pignoris contractum, desumptæ tum ex persona eius qui pignori obligauit, tum ex persona eius cui pignori obligatum est, tum denique ex aliis huiusmodi circumstantiis, propositæ sunt. Supersunt adhuc duo exceptionum genera: vnum scilicet earum quæ sumuntur ex re pignori obligata, alterum earum quæ ducuntur ex consequentibus pignoris contractum. De quibus in sequentib. dicetur.

XXIII. Exceptio: Nisi rem quam quis emere non potest, pignori acceperit. *l. 1. §. eam rem. ff. quæ res pignori obligari non possunt. Concordat l. sed & 9. §. fin. ff. de pignor. & hypoth. M. I. R. d. 27. except. 5.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi res quidem emi & alienari possit, persona autem eam emere prohibeatur. tunc enim ea persona rem illam pignori accipere non prohibetur, quamuis eam emere non possit. approbatur exemplo *l. in quorum. 24 ff. d. tt.*

XXIV. Exceptio: Nisi generaliter bona pignori sint obligata. reprobatur *l. 1. in princip. ff. de pignor. & hypothec. Concordat l. Paulus. 29. in princip. ff. eod. tt.*

XXV. Exceptio: Nisi nomen debitoris pignori sit obligatum. reprobatur *l. si conuenerit. 18. in pr. ff. de pignor. action. Concordat l. nomen. 4. C. quæ res pignori oblig. poss. M. I. R. d. reg. 27. except. 8.*

XXVI. Exceptio: Nisi taberna pignori sit obligata. reprobatur *l. tabernam. 34. ff. de pignoribus & hypothec.*

XXVII. Exceptio: Nisi vsusfructus pignori sit datus. *reprobatur l. si is. 11. §. vsusfructus. ff. d. tt.*

XXVIII. Exceptio: Nisi seruitutes prædiorum pignori dentur. *d. l. 11. §. fin.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi rusticorum, non vrbanorum seruitutes sint. *d. §. fin. Concordat l. sed an. 12. ff. eod. tt.*

XXIX. Exceptio: Nisi rustici agros suos pignori dederint. *Nou. const. 33. ibi, nemine prorsus audente. item Nouell. const. 34. & const. 35.*

XXX. Exceptio: Nisi militia pignori sit obligata.

gata. ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio prima est: Nisi talis militia sit, quæ transit ad hæredes. Altera: Nisi pro pecunia, quæ in militiam comparandam mutua data est, militia pignori sit obligata. *Hæ duæ replicationes approbantur Nouell. const. 53. §. perpulchrum.* Tertia replicatio est: Nisi debitor qui militiam pignori dedit, sine vxore & liberis defunctus sit. tunc enim militiæ pignus conualescit. *d. §. perpulchrum. vers. certe si nemo.*

XXXI. Exceptio: Nisi quis rem, quæ nondum est in rerum natura, pignori obligauerit. reprobatur *l. & quæ nondum. 15. in prin. ff. de pignorib. Concordat l. 1. in prin. ff. d. tt.* Plane admittitur in fructu & partu eius fundi vel ancillæ, qui quæue contractus tempore debitoris non est. *l. potior est. 11. §. si de futura re. ff. qui potiores in pignore.*

XXXII. Exceptio: Nisi quis spem præmij ex virtute sua athletica consequendi pignori obligauerit. *l. spem. 5. C. quæ res pignori.*

XXXIII. Exceptio: Nisi locus religiosus pignori sit obligatus. *l. si monumento. 3. C. d. tt.*

XXXIV. Exceptio: Nisi liber homo pignori sit obligatus. *l. qui filios. 6. C. d. tt. Concordat l. creditor. 5. ff. quæ res pignori oblig. non poss. M. I. P. lib. 5. cap. 7. reg. 9. except. 1.*

XXXV. Exceptio: Nisi statuliber pignori sit datus. reprobatur *l. grege. 13. §. 1 ff. de pignorib.*

XXXVI. Exceptio: Nisi prædium vectigale, vel superficiarium pignori sit datum. reprobatur *l. tutor. 16 §. fin. cum l. sequente. ff. de pignor. actione. Concordat l lex vect. g. di. 31. ff. de pignorib. & hypoth.* Concordat item, quoad prædium superficiarium, *l. grege. 13. §. & in superficiariis. ff. d. tt. item l. etiam. 15. ff. qui potiores in pignore.*

XXXVII. Exceptio: Nisi res litigiosa pignori data sit. *l. 1. §. eam rem. ff quæ res pignori.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi quis rem, quam per sententiam amisit, postea pignori dederit. ipso quidem iure subsistit *per ea quæ proponuntur infr. lib. 24. cap. 15. reg. 2. except. 4. replic. 2. duplic. 1.* verum eius replicatio esse videtur: Nisi iniuste amiserit. Sed reprobatur *l. si superatus. 3. §. fin. ff. de pign. & hypothec.*

XXXIX. Exceptio: Nisi res creditoris ei pignori sit data. *l. neq; pignus. 45. ff. de reg. iuris.*

XL. Exceptio: Nisi res aliena, non debitoris, pignori sit obligata. *l. quæ prædium. 6. cum duabus legibus sequentib. C. si aliena res pignori data sit. item l. 2. C. eod. tt. l. qui filios. 6. C. quæ res pignori obligari. l. si quidem. 13. in fin. C. de donat. inter virum & vxorem. item l. 2. ff. de pignor. action. M. I. R. lib. 5. cap. 5. reg. 27. except. 6.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi sub hac conditione, Si debitoris facta fuerit: res aliena pignori sit obligata. *l. si fundus. 16. §. aliena. ff. de pignor. & hypothec.* Altera: Nisi debitor quasi dominium in re pignori obligata habeat. *l. si ab eo. 18. ff. eod. tt. Concordat l. si inter. 21. §. 1. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi voluntate domini debitor rem eius pignori obligauerit. *l. aliena. 20. in prin. ff. de pignor. action. Concordat l. petenti. 27. ibi: quod sibi etiam nunc. ff. d. tt.* Duplicationem vide *infr. replic. prox.* Quarta replicatio est: Nisi dominus pignoris cõtentionem ratam habuerit. *d. l. 20. Concordat l. si fundus. 16. §. 1. ff. de pignor. & hypothec.* Huius & proxime præcedentis replicationis duplicatio est: Nisi dominus consentiens ipse pignori dare non potuisset. *d. §. 1. vers. voluntas autem.* Quinta replicatio est: Nisi dominus sciens in fraudem creditoris dissimulauit. *l. 2. C. si aliena res pignori data sit. Concordat l. mulier. 11. in fin. C. de distract. pignor.* Sexta: Nisi dominus instrumentum pignoris sua manu scripserit. *l. fideiussor. 26. §. pater. ff. de pignorib. & hypothec.* Septima: Nisi dominus postea debitori hæres extiterit. *l. si Titio. 22. ff. de pignor. & hypothec.* Contradicit *l. rem alienam. 41. ff. de pignor. action.* De qua re vide Duaren. *disput. anniuers. lib. 2. cap. 4.* Octaua: Nisi debitor postea rei pignoratæ dominus sit factus. *d. l. 41. l. si fundus. 16. §. aliena. ff. de pignor. & hypothec. l. cum res. 5. Cod. si aliena res pignori data sit. item l. item si. 7. §. sed si filiusfamil. in fine. ff. ad S. C. Macedon.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi cum sub conditione vel tacita vel expressa, res pignori data esset: pendente conditione debitor dominium rei nactus, eam rursus alienauerit: ita vt nec tempore contractus, nec tempore conditionis existentis in bonis debitoris inueniatur. approbatur simul & distinguitur *l. qui balineum. 9. §. Titia. ff. qui potiores in pignore.* Altera: Nisi creditor sciuerit rem alienam esse. approbatur simul & distinguitur *l. 1. in princ. ff. de pignor. & hypothec.* Nona replicatio est: Nisi res debitori fuit debita. *d. l. 1. & l. creditor. 3. §. 1. ff. qui potiores in pign.* Decima: Nisi debitor ius in re habuit, quod obligauit. approbatur exemplo vsusfructus, superficiei & prædij vectigalis, *supr. except. 27. & exc. 36. item infr. repl. 12.* Vndecima: Nisi cum debitor rem suam alij pignori obligatam vendidisset, ac tradidisset, alius debitori ad pignus luendum pecuniam crediderit, & eandem rem ab eo pignori acceperit. reprobatur *l. 2. ff. de pignor. action.* Duodecima: Nisi debitor rem sibi pignori obligatam, alij pignori dederit. Hæc replicatio species est supradictæ decimæ, & approbatur *l. grege. 13. §. cum pignori. ff. de pignor. & hypoth.* Huius duplicatio prima est: Nisi prior debitor seu rei dominus pignus liberauerit, tunc enim secundi creditoris pignus resoluitur. *d. §. cum pignori. vers. quod si dominus. l. debitor. 40. §. fin. ff. de pignor. action. & l. 2. C. si pignus pignori datum sit.* Cuius triplicatio prima est: Nisi secundus creditor rem pignoris nomine datam vendidit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. C. eod. tt.* Secundæ triplicationis loco notandum, quod res à priore debitore in solutum data, in locum pignoris resoluti succedat. *l. grege. 13. §. cum pignori, in fin. ff. de pignor. & hypoth.* Altera duplicatio est: Nisi cum vlusfructus pignori datus esset, creditor plenum dominium vel proprietatem alij pignori dederit, & ita aliud quam quod pignoris iure habet. *l. 1. §. sed si vos. C. si pignus pignori datum sit.* Decimatertia replicatio est: Nisi res pignori data, debitori cum alio sit communis. hoc enim casu pro eius parte pignus valet. *l. vnic. C. si communis res pignori data sit. l. 1. in fin. ff. de Saluiano interdicto. item l. si fratres. 7. ibi: in quib. obligatio. C. communia vtriusque iudicij.* Huius duplicatio prima est: Nisi quoad partem alterius socij: in ea enim obligatio non subsistit. *Quæ duplicatio legibus iam propositis approbatur. Cui concordat l. 2. in princ. C. communi diuidundo. item l. creditor. 3. §. fin. in fin. ff. qui potiores in pignore.* Cuius duplicationis triplicatio prima est: Nisi cum

cum pars pro indiuiso pignori obligata esset, postea diuisio sit facta. tunc enim vtriusq; socij pars pro dimidia parte est obligata, nõ debitoris pars tantum. *l.si consensit.7.§.fin.ff. quib. modis pignus soluitur.* Altera triplicatio videtur: Nisi socio debitori communi diuidundo iudicio res tota sit adiudicata. Sed reprobatur *l.si quis. 6. §. idem scribit. ff. communi diuidundo.* Altera propositæ replicationis duplicatio videtur esse: Nisi postea res communis alteri socio tota sit adiudicata. Sed reprobatur *d.l.6.§.si fundus.* Hæc de decimatertia replicatione. Decimaquarta replicatio: Nisi filius rem patris pignori obligauerit. reprobatur *l. nec si. 4. C.si aliena res pignori data sit. Concordat l.item si.7.§.si filiusfamilias.ibi:patris tamen.ff.ad S.C.Macedon.* Plane admittitur in casu, de quo sequitur *infr. replic.proxim.* Decimaquinta replicatio est: Nisi filiusfamilias vel seruus liberam peculij administrationem habens, rem peculiarem pignori obligauerit. tunc enim quamuis domini rei pignoratæ non sint, valet tamen pignoris obligatio. *l.si conuenerit. 18.§.fin.cum l sequente.ff.de pignorat.actione. Concordat l.naturaliter.13.ibi, & si seruus.ff.de condictione indebiti.* Huius duplicatio est: Nisi filius vel seruus non pro se, sed pro alio pignori obligauerit. *l.1.§.1.ff. quæ res pignori.* Decimasexta replicatio est: Nisi tutor vel curator rem pupilli vel adulti pignori obligauerit. *l.tutor.16.in pr.ff.de pignor.act. Concordat l.solutum.11.§.fin.ff.eod.tt.* Huius duplicatio est: Nisi non in rem pupilli vel adulti, sed in rem ipsius tutoris vel curatoris pecunia sit accepta. *d.l.16. in princ. l.curator.3. Cod.si aliena res pignori. item l.si in rem suam. 7. C. eod.tt.* Decimaseptima replicatio est: Nisi procurator rem domini pignori obligauerit. *l.solutum 11. §. fin. cum l.sequente. ff. de pignorat. action.* Huius duplicatio est: Nisi procurator speciale mandatum non habuerit, vt pignori daret. *d.l.11. in fin. l.1. C. si aliena res pignori. item l.nexum. 8. C.eod.tt.* Cuius triplicatio prima est: Nisi vniuersorum bonorum procurator sit. *l. vel vniuersorum. 12 ff. de pignor.actione.* Altera triplicatio est: Nisi dominus ratum habuerit. *l.si inter.21. in princ. ff. de pignor.& hypothec.* Tertia: Nisi cum pecunia in rem domini versa esset, creditor pignoratitia exceptione vtatur. *d.l.1.C.si aliena res.* Decimaoctaua replicatio est: Nisi actor reipub.rem eius pro ea pignori obligauit. *l.si is.11.in prin.ff. de pign.& hypothec.* Decimanona: Nisi dominus rei pro debitore fideiusserit. approbatur simul & distinguitur *l.Pomponius. 5. §. fin. ff. ex quibus causis pignus tacite contrahat.* Vicesima: Nisi debitor soluto debito pignus repetat. hoc enim casu ei proposita exceptio non obstat. approbatur *per ea quæ proposita sunt infr.capit.20. quæst.1.exception.4.* Vicesimaprima: Nisi debitor, eiusue hæres, non extraneus possessor, hypothecaria actione conueniatur: huic enim exceptio proposita non competit. *l.si inter.21.§.1.ff. de pignorib.& hypothec.* Hactenus exceptiones aduersus pignoris contractum, quæ quidem ipsi contractui insunt, enumeratæ sunt atque descriptæ. Est & aliud genus exceptionum, ex consequentibus contractum pignoris desumptum, quando scilicet ab initio quidem contractus pignoris valet, sed ex post facto resoluitur. cuius generis exceptiones in causis sequentibus continentur.

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Plane prædictarum exceptionum replicatio generalis videtur esse talis: Nisi is cui pignus inutiliter obligatum est, id possideat. hoc enim casu ad exceptionem saltem videtur pactum prodesse. Sed reprobatur *l.cum vitiose. 25.ff. de pignor.& hypothec.*

DE CAVSIS, QVIBVS PIGNVS vel hypotheca soluitur.

CAP. XII.

CAusarum, quibus pignoris obligatio tollitur, & pignoratitia competit actio, aliæ circa principalem obligationem, pro qua pignus datum est, contingunt: aliæ circa pignoris obligationem accessoriam, quando scilicet salua principali obligatione, pignoris obligatio soluitur. De illis quidem in hoc, de his vero in sequenti capite tractabitur.

I. Causa, De solutione debiti. Tollitur igitur pignoris obligatio solutione eius quod debetur, & pro quo pignus fuit obligatum. *l.item liberatur. 6.in prin.ff. quib.modis pignus soluitur. l.si is.11. §.1.ff. de pignorib. & hypothec. l.solutum. 11. §. si in sortem. ff. de pignor.action.l.debitor.40.§.fin.ff.d.tt.l.creditor.20. C. de pignorib.l.si reddita.3. C. de luitione pignoris. l.neq; 9. cum l. sequente. C. de actione pignor. M.I.R. lib.5. cap.5. reg.27.except.9.* Plane propositæ causæ plures sunt exceptiones, de quibus sequitur.

I. Exceptio: Nisi alius, non debitor soluerit. reprobatur *l.si pro me.40.ff.de solutionibus.l.1.in prin. ff quibus mod. pignus soluitur.l. Paulus.12. §. fin. ff. d.tt. item l.si fundus.16.§. in vindicatione.ibi: si vero possideat. ff.de pignor. & hypoth.*

II. Exceptio: Nisi alij quam creditori solutum sit. approbatur quidẽ ipso iure, *de quo inf.in parte 7. de solutionib. dicetur*: verum eius replicatio prima est: Nisi voluntate creditoris alij sit solutũ. Altera: Nisi ei cui creditor hæres extiterit, sit solutum. Tertia: Nisi procuratori creditoris sit solutum. Quarta: Nisi seruo creditoris pecuniis exigendis præposito sit solutum. Quinta: Nisi creditori creditoris sit solutum. *Hæ replicationes omnes approbantur l.solutum.11.§.solutam.ff. de pign.act.*

III. Exceptio: Nisi cum fideiussor pignus possideret, non creditor principalis: creditori, non fideiussori sit solutum. reprobatur *l.fideiussor. 26. in princ.ff.de pignor.& hypoth.*

IV. Exceptio: Nisi pars tantum, non solidum sit solutum. *l.si rem. 9. §. omnis. ff. de pignor.act. l. in executione. 75. §. item si ita. in fin.ff. de verb.obligat.l.2. ibi: nam si vel modicum. C. debitorem venditionem. l.hæredes.25.§.idem iuris. ibi, idem obseruatur. ff familiæ erciscun.item l.2.in fin. Cod.de fideiuss. & mandat. M.I.R. d.cap.5.regul.27.except.9.replic.1.& regul.42.except.1. replic.4.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi plurib.rebus pignori datis: debitor quasdam ex iis luere velit parte debiti oblata. reprobatur *l.qui pignori.19.ff.de pign.& hypoth.* Altera: Nisi debitor pignus à creditore emerit, hoc enim casu, quamuis minoris emerit, non videtur illi actio pignoratitia deneganda. verum reprobatur *l.debitor.40.in prin.ff.de pign.act.* Tertia nisi vnus hæredum debitoris pro parte hereditaria soluens, etiã

pro

pro parte hæreditaria pignus perat. reprobatur *l.si necessarias.8. §.si vnus.ff.de pign.act.l.1. C. de luitione pignoris.item l.vnus.16.C.de distr.pign.* Quarta: Nisi pars soluatur, pars compensetur. *l. in vicem. 12. C. de compensationib.* Huius replicationis duplicationes vide *supr.lib.15.c.11.q.3.* Quinta replicatio est: Nisi id quod minus solutum est, ex post facto, ob quod pignus datum est, accesserit, vel ex alia causa, quam pro qua pignus datum est, debeatur. approbatur exemplo *l.si fundus.16. §. si pluris. ff. de pignor.& hypothec.* Huius duplicatio prima est: Nisi vsuræ debitum auxerint. *approbatur per ea quæ proponuntur infr.exception.proxim.* Altera: Nisi pœna commissa debito accesserit. *approbatur infr.excep.6.* Tertia: Nisi ob impensas in pignus factas debitum sit auctum. *l.si necessarias.8. § fin.ff.de pignor.action.* Quarta: Nisi creditor in possessione pignoris sit constitutus. tunc enim per exceptionem pignus etiam ius pecuniæ nomine, quæ sine pignore credita est, retinere potest. *l.vnica. §. at si in possessione.C.etiam ob chirographariam. Vide etiam supr. c.10.quæst.4causa 2.* Quinta duplicatio est: Nisi secundus creditor pignus à priore liberauit. tunc enim tam in suum, quam in prioris creditoris debitum, quod soluit, pignus retinet. *l.creditor.12. §.sciendum.ff qui potiores in pignore.l.cum secundus.in pr. ff.de distract.pignor.item l.secundus.22. C. de pignorib.& hypothec.* Similis duplicatio proponitur *l. in bello. 12.§.si pignori.ff.de captiuis.* Sexta duplicatio est, Nisi cum pro causa transactionis pignus obligatum esset, transactione rescissa ex pristina causa debeatur. approbatur exempo *l.vlt. ff. ex quibus causis pignus tacite contrah.* Hæc de quinta replicatione. Sexta replicatio videtur: Nisi possessor pignoris hypothecaria actione conuentus, pro parte tantum pignus possideat. hoc enim casu parte debiti oblata pro rata, videtur absoluendus. Sed reprobatur *l. 2. C. si vnus ex pluribus hæredibus.* Hæc de quarta exceptione eiusq; replicationibus & duplicationibus sint dicta.

V. Exceptio: Nisi vsuræ non sint solutæ. *l grege.13 §.fin.ff. de pignor.& hypoth.l.si necessarias. 8.§.fin. ff.de pignor.action.item l.solutum. 11. §. si in sortem. ff. eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi specialiter pro vsuris pignus non sit obligatum. *elicitur ex d.l.13. §.fin.item ex d. §. si in sortem.* Altera replicatio est: Nisi vsuræ sint illicitæ. *d.§ si in sortem.* Tertia: Nisi de vsuris præstandis nudo pacto conuenerit. reprobatur *l.per retentionem. 4. C.de vsuris.item d.§.si in sortem.* Quarta: Nisi creditor pro vsuris fructus pignoris percepit. *l.si is.11.§.1.ff.de pignor.& hypoth.*

VI. Exceptio: Nisi pœna sub qua debetur, commissa non sit soluta. *l.grege.13.§.fin.ff. de pignor.& hypothec.*

VII. Exceptio: Nisi reprobi numi in solutum sint dati. *l.eleganter.24. §. qui reprobos. ff. de pignor.act.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi creditor numos quos accepit, non reddat. *d.§ qui reprobos.*

VIII. Exceptio: Nisi cum socius vnus suam partem pignori dedisset, altero socio ad iudicium communi diuidundo prouocante, creditor licitando superauerit, ideoque tota res illi fuerit adiudicata, nec debitor illam partem creditori adiudicatam ab eo redimere velit, tunc enim quamuis suum debitum soluerit, nihilo magis illi pignoratitia actio datur. *l.communi.7. §. si debitor. ff. communi diuidundo.*

IX. Exceptio: Nisi ex alia causa quam pro qua pignus datum est, solutum sit. approbatur exemplo *l.vlt.ff. quib.modis pignus soluitur.*

X. Exceptio: Nisi ita conuenerit, vt non soluta intra certum tempus pecunia, pignus creditori addicatur: nec intra tempus statutum solutum sit. sed postea. reprobatur *l.quoniam.3.C.de pactis pignorum.M.I.P.lib.5 c.7.reg.10.M.I.R.d.reg.42.except.3.* Plane admittitur, si conuenerit non vt pro debito addicatur pignus creditori, sed iusto precio emptum sit. *de qua re vide infr. except.prox. M.I.R. d. except.3.dist.1.*

XI. Exceptio: Nisi cum conuenisset, vt intra certum tempus non soluto debito, res pignori obligata creditori iusto precio empta esset; intra tempus statutum non sit solutum, sed postea. *l.si fundus.16.§.fin.ff. de pignor.& hypoth. Concordat l.vlt. in prin.ff.de contrah.empt.M.I.R. d.dist.1.*

XII. Exceptio: Nisi res creditori addicta sit, approbatur simul & distinguitur *l.vetustissimam.3. §.fin autem in tempore. ibi: & postquam hoc. C. de iure dominij impetrando.* Eius replicatio prima est; Nisi post addictionem biennium nondum effluxerit. *d.vers.& postquam hoc.* Altera: Nisi creditor post pignus addictum vsuras à debitore acceperit. *l.2.C. d.tt.* Plura vide *infr.cap.14.reg.12.*

XIII. Exceptio: Nisi creditor pignus vendiderit. *l.si cessante.7.C. de distractione pignor. l.si prius. 8.in fin.C.eod tt.item l.2.C.si antiquior creditor. M.I.R. d.regul.42 except.2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non iure vendidit creditor. *l.cum contra. 4. C. si vendito pignore agatur. l.2. C.d.tt l.2.C. si propter publicas pensitationes. l.edicto. 3. C. si aduersus fiscum.* Huius replicationis species vide *infr.cap.15.* Altera replicatio est: Nisi fraudulenter creditor pignus vendidit. *d.l.3.l.1. C.si vendito pignore agatur.l.cum contra.4. C.eod.tt.l.creditor.4.ibi:si quid itaque.Cod.de distract. pignor. item l. si cessante. 7. in fin. C. d.tt.* Tertia: Nisi antea conuenerit, ne distraheretur pignus. *l.si conuenerit.4.in fin.ff. de pignor.action. M.I.R. d.exception.2. replicat.1.* Quarta: Nisi cum conuenisset de certo modo vel tempore distrahendi pignoris, creditor contra illud pactum vendiderit. *l vetustissimam 3.§. sancimus. Cod.de iure dominij impetr.* Quinta: Nisi minoris pignus venditum sit. *l.si vxor.3. C. si vendito pignore agatur. l. fundus.9.ff.de rescind.vendition.item l.edicto.3. C.si aduersus fiscum.* Sexta: Nisi creditor sibi pignus emerit, approbatur simul & distinguitur *l. & qui. 10.C.de distraction.pignorum.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi debitore distrahente, creditor emit. *d.l.10. vers. sane si debitore.* Altera: Nisi iudice ex causa iudicati rem pignori captam distrahente, creditor emerit, *l.2.C.si in causa iudicati pignus captum sit.* Septima replicatio est; Nisi secundus creditor vel fideiussor pignus emerit. *l.cum secundus.5. §. fin. ff.de distract.pignor.l.cum posterior. 6. ff.d.tt. l.si mandatu.59. §.1. ff. mandati. l.1. Cod.de dolo malo.item l.Paulus.59. ff. de fideiussoribus.* Octaua; Nisi vsufructu pignori dato, proprietas vendita sit, & ita aliud quam pignori datum est. *l.1. C.si pignus pignori datum sit.* Nona; Nisi nõ creditor domini, sed is cui creditor postea rem pignori dedit, eam vendidit. reprobatur

d.l.1.in fin. Decima: Nisi pignoris obligatio non valeat vel soluta sit. approbatur exemplo l. redemptores. 39. §. fin. cum l. sequente. ff. de rei vendicat. De hoc exemplo vide item infr. cap. 15. quæstion. 1. causa 2. except. 2. Huius replicationis species sunt causa proposita cum sequentibus. item exceptiones supr. cap. 11. ab except. 23. & cap. 12. propositæ. Vndecima replicatio est; Nisi creditor ita vendidit pignus, vt sibi illud redimere liceat. l. si creditor. 7. in princip. ff. de distract. pignor. Duodecima: Nisi ita venditio pignoris facta sit, vt soluto à debitore debito, à venditione recedatur. d.l.7.§. illud inspiciendum. Concordat l. si cum. 13. in prin. ff. de pignor. action. Decimatertia: Nisi debitor tempore venditionis fuerit minor 25. annis, vel reipubl. causa absens, vel ex aliis causis in integrum restitui possit. d.l.7. Plura de hac replicatione vide inf. lib. 25. cap. 4. quæst. 4. causa 30. Decimaquarta: Nisi cum ex causa iudicati pignora capta essent, debitor aduersus rem iudicatam in integrũ sit restitutus. l. si ex causa 9. in princip. ff. de minoribus vigintiquinque annis. Decimaquinta: Nisi à venditione pignoris recessum sit, vel res redhibita. l. voluntate. 10. §. fin. ff. quibus modis pign. soluitur. Decimasexta: Nisi debitor non debitum pro quo res pignori fuit obligata, sed precium quo res vendita est, emptori offerat. reprobatur l. 2. C. si antiquior creditor. & l. 1. C. si propter publicas pensitationes. Hactenus an vendito pignore debitori ad illud recuperandum detur actio, discussum est. Aduersus quos autem detur actio ista, item quid in ea veniat, vide infr. cap. 15. quæst. 6. reg. 13. cum regulis duab. sequentibus.

xiv. Exceptio: Nisi creditor rem alij pignori dederit. reprobatur per ea quæ proposita sunt supr. c. prox. exc. 40. repl. 12. dupl. 1. Hæc de prima causa liberandi pignoris eiusque exceptionibus sunt dicta. Sed & plura de istis exceptionibus, item plures eiusmodi exceptiones vide infr. lib. 24. de solutionibus.

¶ II. Causa, De consignatione & depositione debiti, si per creditorem stat, quo minus ei soluatur, proponitur l. aliena. 20. §. si per. ff. de pign. action. l. creditor. 20. C. de pignor. & hypoth. l. si reddita. 3. ibi: ac si non accepit. C. de luitione pignoris. l. neq; 9. ibi: vel his non accipientibus. C. de pignor. action. l. quo minus. 11. Cod. eod. tt. l. acceptam. 19. C. de vsuris. item l. potior. 11. §. fin. ff. qui potiores in pignor.

III. Causa, De compensatione debiti, proponitur l. debitor. 4. in fin. ff. qui potiores in pignore. Quæ autem compensanda sint, & in debitum computanda? vide infr. cap. 20. quæst. 1. & quæst. 4.

IV. Causa, De satisfactione. Si creditori alia ratione quam per solutionem satisfactum sit, liberatur pignus. l. satisfactio. 52. ff. de solutionib. l. item liberatur. 6. in princ. ff. quibus modis pignus soluitur. l. grege. 13. §. etiamsi. ibi: aut satisfactum. ff. de pignor. & hypothec. item l. si rem. 9. §. omnis. ff. de pignor. action. Declaratur hæc causa definitione satisfactionis, d. §. omnis. Exceptio prima esse videtur: Nisi creditor sit deceptus. Sed reprobatur d. §. omnis. Altera exceptio est: Nisi creditor satisfactionem non admittat. d. §. omnis. Cui concordat l. item liberatur. 6. §. qui paratus ff. quib. modis pignus soluitur. & l. quod si. 10. ff. de pignor. act. Tertia: Nisi fideiussores vel aliam cautionem creditor admisit quidem, sed non eo animo, vt à pignore recedat. d. §. omnis. & d.l.6. §. fin. Concordat l. grege. 13. §. etiamsi. ibi, licet is mihi. ff. de pignor. & hypoth.

V. Causa: Si acceptolatum sit debitum vel remissum. l. soluitur. 5. in princip. & §. si paciscatur. ff. quibus modis pign. soluitur. item l. solutum. 11. §. 1. ibi: idemq; ff. de pignor. action. Huius causæ exceptio prima: Nisi pactum sit personale. reprobatur d.l. 5. in princ. Altera exceptio est: Nisi pactum vel acceptilatio inutilis sit. l. debitum. 5. C. de remissione pignoris. Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum debitum inutiliter remitteretur, pignus vtiliter remitti poterat. hoc enim casu propter inutilem debiti remissionem non vitiatur vtilis pignoris remissio, quamuis tacita. Hæc replicatio (teste Accursio) approbatur l. 1. §. 1. ff. quibus modis pignus soluitur. Tertiæ exceptionis loco notandum, quod si debitum nudo pacto remittatur, pignus quoque non nisi exceptionis ope tollatur. l. si tibi. 17. §. de pignore. ff. de pactis.

VI. Causa: Si nouatio debiti sit facta. l. solutum. 11. princip. ff. de pignor. act. l. nouatione. 18. ff. de nouationibus. l. Paulus. 30. ff. d. tt. item l. vnic. in prin. C. etiam ob chirographar. pen. pign. teneri. Huius causæ exceptio prima est: Nisi nominatim conuenerit, vt res pignoris iure maneret obligata. d.l. vnica. & d.l. 11. in princip. Altera: Nisi per litis contestationem vel rem iudicatam nouatio facta sit: per eam enim nouationem pignus non intercidit. d.l. vnic. d.l. 11. in princip. l. grege. 13. §. etiamsi. ff. de pignor. & hypoth. item l. quamuis. 8. C. de pignor. & hypoth. Tertia: Nisi nouatio inutilis sit. l. nouatione. 18. ff. de nouationibus.

VII. Causa: Si principalis causa in iudicium deducta sit, & eo nomine condemnatio facta. reprobatur per ea quæ proposita sunt supr. causa prox. exceptione 2.

VIII. Causa: Si principalis actio, pro qua pignus datum est, sit sublata vel denegata creditori. Hæc causa ipso quidem iure subsistit iuxta regulam vulgarem, Principali non subsistente, nec accessorio locum esse, cuius exemplum etiam est supr. causa 5. & 6. item infr. causæ sequentes. M.I.R. lib. 5. c. 5. reg. 27. exc. 13. verum eius exceptio prima est: Nisi creditore in detentione pignoris constituto, naturale debitum manserit, vt creditori non quidem actio detur, sed exceptio nõ denegetur. hoc enim casu per exceptionem pignus retinet. l. 2. C. de luitione pignoris. Huius exemplum est, si creditori principali actione agenti obstat præscriptio temporis. quod proponitur l. qui occidit. l. 30. §. 1. ff. ad L. Aquil. Altera exceptio est: Nisi ex eo agatur, quod debitor rem pignori obligatam deteriorem fecerit: ideoq; minoris creditor vendiderit. hoc enim casu, quamuis principali actione creditor ceciderit, non tamen ex ea causa actio illi denegatur. l. seruum. 27. ff. de pignor. & hypoth. Tertia: Nisi cum fideiussor in suam obligationem pignus dedisset, debitor fideiussori hæres extiterit. hoc enim casu, quãuis fideiussoria obligatio, pro qua pignus datum est, tollitur. l. si duo. 93. §. fin. ff. de solut. pignoris. tamen obligatio durat. l. cum quis. 38. §. fin. ff. d. tt. Quarta: Si principalis actio minori spacio quam quadraginta annorum præscriptione est sublata. tunc enim hypothecaria actio nihilominus vsque ad quadraginta annos durat. l. intelligere. 2. cum sua glossa. C. de luitione pignoris.

IX. Causa, Si debitor delato sibi iureiurando iurauerit, se non debere. l. si deferente. 13. ff. quibus modis pignus soluitur. Concordat l. iusiurandum. 40. ff. de iureiurando.

X. Causa, Si debitor à iudice sit per sententiam absolutus d.l. 13.

XI. Causa, Si conditio principalis obligationis defecerit. l. res. 5. §. penult. ff. de pign. & hypoth. Huius elegans exemplum proponitur l. fœnerator. 6. ff. de nautico fœnore.

XII. Causa, Si tempus conductionis, pro qua pignus datum est, finitum sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio est; Nisi conductor finito tempore in eadem locatione permanserit. l. legem quidem. 16. in fin. C. de locato & conducto. Concordat l. item quæritur. 13. §. qui impleto. ff. locati & conducti. Huius exceptionis replicatio est: Nisi alterius, non conductoris res pignori fuerit obligata. approbatur simul & distinguitur d. §. qui impleto. vers. sed hoc ita.

XIII. Causa, Si pecunia, propter quam pignus datum est, numerata non sit. l. 1. C. si pignoris conuent. numer. pecuniæ. l. 2. C. eod. tt. item l. solutum. 11. §. 1. ff. de pign. act.

XIV. Causa, Si cum ob euictionem pignus datum esset, euictio cesset. l. 2. C. de pactis pignor.

XV. Causa, Si creditor debitori hæres extiterit, ipso quidem iure subsistit; M.I.R. d. reg. 27. except. 10. Verum eius exceptio est; Nisi pro parte tantum hæres extiterit. l. 1. C. de act. hæred.

XV. Causa, Si creditor debitoris negocia gessit, sibiq; soluere potuit. reprobatur l. diuortio. 34. §. illum etiam. ff. de negociis gestis.

DE CAVSIS QVIBVS PIGNVS VEL HYpotheca soluitur, circa ipsam pignoris obligationem accessoriam contingentibus.

CAP. XIII.

HActenus causæ pignoris corrumpẽtes, quæ quidem circa principalem obligationẽ, cui pignus accessit, contingunt, enumeratæ sunt; quanquam earũ plures enumerari possunt. nam tot fere sunt tollendi pignoris causæ, quot exceptiones sunt aduersus actionẽ principalem peremptoriæ. Restant nunc enumerandæ causæ, quæ contingunt circa ipsam pignoris obligationem accessorium.

I. Causa, Si pignoris obligatio finita est. Hæc causa generalis approbatur l. item liberatur. 6. in prin. ff. quib. modis pignus soluitur.

II. Causa, Si pignus remissum sit, & conuenit vt ab eo recedatur. l. maior annis. 23. C. de pignor. & hypothec. l. 2. in fin. C. de remissione pignoris. l. cum ex causa 9. in fin. C. d. tt. l. si rem. 9. §. & generaliter. ff. de pignor. actione. l. si tibi. 17. §. de pignore. ff. de pactis. item l. soluitur. 5. in prin. ff. quib. modis pignus soluitur. M.I.R. d. reg. 27. except. 11. Huius causæ exceptio prima est; Nisi alius, non debitor pactum de remittendo pignore fecerit. quæ exceptio ipso quidem iure subsistit. Verum eius replicatio prima est; Nisi procurator debitoris pactus sit pignus remitti. l. si consensit. 7. §. sed si cum. ff. quibus modis pign. soluitur. Cuius duplicatio est; Nisi procurator in rem suam pactus sit. Sed reprobatur l. sicut. 8. si procurator. ff. d. tt. Altera replicatio est; Nisi seruus debitoris pactum fecerit. d. §. sed si cum. Tertia; Nisi cum hæredi debitoris pactum factum esset, hæreditas ex Senatusconsulto sit restituta. nam & huic, cui restituta hæreditas est, pactum proderit. l. sicut. 8. §. 1. ff. quib. mod. pignus soluitur. Altera exceptio est; Nisi alius quam creditor debitori pactum de remittendo pignore fecerit. quæ exceptio ipso quidem subsistit: Verum eius replicatio est; Nisi procurator creditoris pactum fecerit. d.l. 8. §. si procurator. Tertia; Nisi filiusfamilias vel seruus creditor pactus sit, ne pignus petatur. reprobatur sub conditione d.l. 8. §. an pacisci possint. Quarta; Nisi ne pars pignori sit cõuenit, & cum altero possessorum agatur. reprobatur d.l. 8. §. si conuenerit. Quinta; Nisi cum, ne pars pignori esset, conuenisset, tota res à pignoris nexu eximatur. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi cum plures rem pignori dedissent, singuli pro sua parte, quam in re habebant; vni ex iis pignoris obligatio sit remissa, qui rem in solidum possidet. Sed reprobatur d.l. 8. §. si plures.

III. Causa, Si creditor cautionem super pignore debitori reddidit. l. creditricem. 7. C. de remissione pignoris.

IV. Causa, Si aliud pignus, vel fideiussor pro pignore datus sit. l. soluitur. 5. §. si conuenerit. ff. quib. modis pignus soluit. l. cum colono. 14. ff. eod. tt. l. quæ fundum. 50. in fin. ff. de iure dotium. item l. si rem. 9. §. omnis. ff. de pign. act. Sed & propositæ causæ exceptiones vide sup. cap. prox. causa 4.

V. Causa, Si tempus pignoris finitum sit. l. item liberatur. 6. in prin. ff. quib. mod. pign. soluitur.

VI. Causa, Si conditio pignoris defecerit. l. solutum. 11. §. si quasi. ff. de pign. act. Huius exemplum proponitur l. 2. C. de [illegible] p gn.

VII. Causa, Si dilato iureiurando debitor iurauit, rem non esse pignori obligatam, l. soluitur. 5. §. fin. ff. quib. mod. pign. soluitur.

VIII. Causa, Si cum pater legati nomine, quod filiofamilias sub conditione relictum erat, pignus pactus esset, filius pendente conditione sui iuris sit factus, l. si legati. 28. ff. de pignorib. & hypothec.

IX. Causa, Si rem pignori obligatam creditor alij pignori dederit; soluente primo debitore, vtrunque pignus euanescit. approbatur per ea quæ proposita sunt sup. c. 11. except. 40. repl. 12. dupl. 1.

X. Causa, Si fundo vectigali à possessore pignori dato, fundus ob non solutam pensionem pleno iure ad dominum redierit. l. lex. 31. ff. de pign. & hypoth.

XI. Causa, Si statulibero pignori dato, conditio libertatis extiterit. l. grege. 13. §. 1. ff. de pignorib. & hypoth.

XII. Causa, Si seruus pignori datus manumissus sit. approbatur simul & distinguitur sup. lib. 6. c. 6. except. 13.

XIII. Causa, Si seruus pignori datus ab hostibus captus sit. reprobatur l. in bello. 12. §. si pignori. ff. de captiuis.

XIV. Causa, Si vsusfructus pignori datus extinctus sit. l. sicut. 8. in princ. ff. quib. modis pignus soluitur.

XV. Causa, Si res pignori data extincta sit. d.l. 8. Cui concordat l. 1. §. cum prædium. ff. de pignorib. & hypoth. Huius causæ exceptio prima est; Nisi res

non in totum perierit, sed in aliam speciem sit mutata. *l.si fundus.16.§.si res. ff. d. tt.* Altera: Nisi res sit restituta, vel noua in locum eius facta. approbatur exemplo *l.Paulus.29.§. domus. ff. de pignor. & hypoth. Concordat l.vlt.ff. eod.tit.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi sumptus bonæ fidei possessori non restituantur. *d.§. domus.* Tertia exceptio est; Nisi alia res in locum eius, quæ periit, sit substituta. approbatur exemplo *l. grege.13. in prin.ff.de pignor.& hypothec. Concordat l.tabernam.* 34.*ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi non in genere, sed specialiter res in pignore constituendo sint designatæ. *quæ replicatio (Accursio teste) approbatur l.fideiussor.* 26.*§.fin.ff.eod tt.* Quarta exceptio est: Nisi aliquid ex re pignori obligata supersit. hoc enim in pristina pignoris causa manet. approbatur exemplo areæ, cuius domus pignori obligata exusta fuit, *l. Paulus.* 29.§. *domus.ff. de pignor. & hypothec. Concordat l.domo.21.ff. de pignor. action.* Quintæ exceptionis loco notandum, quod si dolo vel culpa debitoris res perierit, ad exhibendum teneatur. *l.seruum.* 27.*ff.de pignorib. & hypothec.*

XVI. Causa: Si creditor ancillam pignori obligatam prostituit, vel aliud improbatum facere coegit. *l.eleganter.*27.*§.fin.ff.de pign act.*

XVII. Causa: Si creditor pignus vendidit. approbatur quidem ipso iure, verum eius exceptio prima est; Nisi à venditione postea recedatur. *l. voluntate.*10.*§.fin.ff.quib.modis pignus soluitur.* Altera: Nisi ita vendidit creditor, ne discedat à pignore, antequam sibi satisfaciat. *l.si debitor.*4.*§.sed etsi ipse.ff.eod.tt.* Tertia; Nisi non pignus, sed principalem obligationem, pro qua pignus datum est, vendiderit. *l.soluitur.*5.*§. si conuenerit. ibi, aliud est.ff.d tt.* Quarta; Nisi quoad alium creditorem, cui eadem res pignori fuit obligata. huic enim non obstat venditio pignoris ab alio creditore facta. *l.1.ff.de distractione pignorum. l.2. C. de his qui in priorum creditor. locum succed. Concordat item l rei creditor.*17.*C.de distract.pignor.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi creditor, qui vendidit, potior fuerit in pignore. *l.quo minus.3.C si antiquior creditor.l.si generaliter.6. C. qui potiores in pignore.l.si in solutum.6.cum l.seq. C.de obligationib. & actionib.item l.1.in princ. C.si antiquior creditor.* Altera replicatio est: Nisi res vsucapta sit. *l.si creditore.7. C. de obligationib. & actionib.* Tertia; Nisi alius creditor admonitus ius suum persequi noluit. *l.si eo.6.C.de remissione pignoris.* Quintæ exceptionis loco notandum, quod quamuis venditione à creditore facta pignus esse desinat; tamen pignoratitia actio debitori denegetur. *de qua re dictum sup. cap.proxim. causa 1.except.*13.

XVI I. Causa: Si res in eum casum deuenerit, quo ab initio pignori obligari non potuisset. approbatur exemplo *l.penult.in fine, ff. de except. rei iudicatæ.* Huius causæ species, sed & exceptiones vide in causis sequentibus.

XIX. Causa; Si cum res pignori data, debitori sub certa conditione addicta esset, existente illa conditione res illi auferatur. approbatur simul & distinguitur *l.si res.3.ff.quibus modis pignus soluitur, Concordat l.vbi autem.4.§.sed & Marcellus.ff. de in diem addict.*

XX. Causa; Si debitor rem pignori datam in iudicio amisit. reprobatur *l.si superatus. ff. de pignor. & hypoth. Leges concordantes vide inf.lib.24. c.15 reg.2. ex ept.4.replic.2.*

XXI. Causa, De alienatione rei pignoratæ à debitore facta. Hæc causa regulariter reprobatur *l.si conuenerit.* 18.*§.si fundus. ff. de pignoratitia actione. l.distractis.*14.*C.de pignor. & hypoth. l. debitorem.* 15.*C. eod.tt.l. si ignorante.*3. *C. de remissione pignoris. l. res pignoris.*10. *C. eod. tt.l. si debitor.* 12. *C. de distractione pignor.item Nouell. const.* 112.*§. ab hac vero. ibi: sin debitor hoc, M.I.R.lib.5.cap 5.regul.* 28.*except.* 12. Plane admittitur causa proposita, primum quidem, si consensu creditoris rem pignori obligatam debitor alienauit, *l si debitor.*4.*§.*1.*ff. quib. modis pignus soluitur.l.Titius.*9.*§. fin.l. Lucius.*11.*item l.Paulus.*12.*in princ.ff.eod.tt.l.creditor.*118.*ff.de regul.iuris.l.2. C. de remissione pignoris, item l.cum te.*4. *C.eod.tt. M.I.R. d.except.*12.*dist.*1. Plane propositæ distinctionis exceptio prima est; Nisi postea rursus conuenerit, vt res pignori eidem obligata esset. tunc enim præcedens consensus ei non obest. *d.l.*4. Altera: Nisi creditor consentiens ius pignoris sibi reseruauerit. *l.si debitor.*4.*§.*1.*ff.quibus modis pign.soluitur. Concordat l.creditor.*12.*§.si tecum in fin.ff. qui potiores in pignor.* Tertia; Nisi venditio non valeat. *d.l.*4.*§.fin.* Quarta; Nisi venditio consensum non sequatur. *l.sicut.*8.*§.si voluntate. & §. superuacuum.ff. quib.modis pignus soluitur.* Quinta; Nisi venditio postea rescindatur, debitorq; rem receperit. *l.voluntate.*10. *in princ.ff.eod.tt. M.I.R. d.distinct.*1.*replic.*2. Huius exceptionis replicatio est; Nisi venditione salua debitor rem postea redemerit, vel alio modo nactus sit. *l. vlt.C.de remissione pignoris.* Cuius duplicatio est; Nisi dubitetur, vtrum ob rescissam venditionem, an ex alia causa rem debitor receperit, vt puta precio nondum soluto. tunc enim præsumitur ex rescissa venditione rē à debitore teneri. *l.sicut.*8.*§. superuacuum. ff. quib. modis pignus soluitur.* Sexta exceptio est; Nisi hæres debitoris rem venditam possideat. Eius replicatio est; Nisi non hæreditario, sed alio iure hæres rem à debitore vel ab alio acceperit. approbatur simul & distinguitur *d.l.*8.*§. illud videamus.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi dolo debitoris factū sit, quo minus creditori ex precio rei venditæ sit satisfactum. *d.§.illud videamus.vers.potest tamen dici.* Cuius triplicatio est; Nisi extraneus pignus possideat. huic enim dolus defuncti non obest, quamuis ab hærede causam possessionis habeat. *d.l.*8.*§. quod si is fundus.* Septima exceptio est; Nisi cum creditor consensisset ita, vt ex precio rei venditæ debitum reciperet, debitum non receperit. approbatur simul & distinguitur *d.§. quod si is fundus. vers. tutius tamen est. Concordat d.l.* 8.*§. sed si permiserit.* Eius replicatio est; Nisi dicta cautio non sit ab emptore præstita. tunc enim ob non seruatam fidem debitoris non datur hypothecaria aduersus emptorem. *d.vers.tutius.* Octaua exceptio; Nisi consensu creditoris non vendita sit res pignorata, sed alio modo alienata. reprobatur *d l.*8.*§. venditionis. Concordant ea, quæ proposita sunt sup. eadē distinct.*1.*in prin.* Nona exceptio est; Nisi cum debitor consensu creditoris pignus alij legasset, legatum sit repudiatū. *d.§.venditionis.* Decima; Nisi debitor rem ex causa venditionis nondum tradiderit, vel precium rei nondum sit consecutus. reproba-

probatur *d.l.*8.*§. si debitor.* Vndecima: Nisi alia specie alienationis cōsensit creditor rem alienari, quam est alienata. approbatur simul & distinguitur *d.l.*8.*§.sed si permiserit.* Duodecima; Nisi non eo precio quo cōsensit creditor, res sit vendita. approbatur simul & distinguitur *d.l.*8.*§.quod si consenserit.* Decimatertia; Nisi cum debitori concessisset pignus vendere creditor, alius nouus possessor vendiderit. *d.l.*8.*§.si debitor.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi cum debitori concessisset, hæres debitoris vendiderit. *d.l.*8.*§.si debitori.* Decimaquarta exceptio: Nisi non debitor, sed alius consensu creditoris vendiderit. reprobatur *d.§.si debitor.* Decimaquinta: Nisi non eo tempore quo creditor concessit, sed alio pignus venditum sit. *d.§.si debitor, in fin.* Decimasexta: Nisi debitor venditi actione ad rem tradendam conuentus absolutus sit, vel ad id quod interest condemnatus re non tradita. *l. voluntate.* 10. *in princ.ff. quibus modis pignus soluitur.* Decimaseptima: Nisi creditor, qui consensit, pupillus sit. approbatur simul & distinguitur *l. si consensit.* 7. *in princ. ff. quibus modis pignus soluitur.* Decimaoctaua: Nisi non creditor, sed alius eius nomine consenserit. approbatur simul & distinguitur *d.l.*7.*§.*1. Prima propositæ exceptionis replicatio videtur esse: Nisi alius, cui solui potest, consenserit. Sed reprobatur *d.§.*1. Altera; Nisi alius, qui consensit, speciale eius mandatum habuerit. *d §.*1. Tertia; Nisi tutor creditoris consenserit. *d.l.*7.*in princ.* Decimanona exceptio est; Nisi in partem tantum rei alienandam creditor consenserit. hoc enim casu reliquam partem persequi non prohibetur. *d.l.* 7.*§.si conuenerit.* Vicesima; Nisi creditor deceptus consenserit. *l.sicut.*8.*§.non videtur, in fin.ff.eod.tit.* Vicesimæprimæ exceptionis loco notandum, quamuis pignoris obligatio ex causa proposita euanescat, principalem tamen obligationem nihilominus durare. *l. Lucius Titius.* 11. *ff. quibus modis pignus soluitur.* Hæc de prima propositæ causæ reprobatæ distinctione, eiusque exceptionibus sunt dicta. Secundo admittitur causa proposita; si creditor instrumento venditionis subscripserit. *d.§. non videtur. ibi: sed si subscripserit. Concordat l. Titius.*9.*§. fin.ff. eod. tit.* Tertio admittitur causa proposita, si creditor alienationem pignoris à debitore factam, ratam habuit. *l. si debitor.* 4. *ibi: sed etsi non.ff. quibus modis pignus soluitur.* Quarto admitti videtur, si sciente & non contradicente creditore debitor pignus alienauerit. Sed hæc distinctio reprobatur *l.sicut.*8.*§. non videtur.ff. eod.tt.* Plane admittitur, si non debitore, sed alio creditore vel iudice rem distrahente, creditor admonitus ius suum persecutus non sit. *l.si eo.* 6. *C. de remissione pignoris. Concordat inf. distinct.* 8. Quinto admittitur causa proposita, si debitor, antequam pecunia sibi numeraretur, rem pignori obligatam alienauit. *l.Titius.* 4.*ff. quæ res pignori obligari non possunt. Concordant ea quæ proposita sunt sup.cap.*11.*exceptio.*40.*in prin.* Sexto admittitur, si debitor creditori pignus vendiderit. *l. Titius.*9. *in princ. ff. quibus modis pignus soluitur. Concordat inf.causa prox.* Huius distinctionis exceptio est: Nisi cum eadem res duobus vel pluribus obligata esset, vni, non omnibus, sine cęterorum consensu vendiderit. *l.*1. *C. si antiquior creditor, &c.* Septimo admitti videtur, si debitor rem quam pignori obligauerat, venditori redhibuerit. Sed hæc distinctio reprobatur *l. si debitor.* 4. *in princ. ff. quibus modis pignus soluitur. Concordat l.bouem.*33.*§.pignus.ff.de ædilitio edicto.* Octauo admittitur, si non debitor, sed fiscus vel alius potior creditor vendiderit. *l.si hypothecas.* 8. *C. de remissione pignoris. l.si eo.6. C. eod.tit. l.*1. *C. si propter publicas pensitat. Concordant item ea quæ proposita sunt sup. caus.*17.*except.*4. *replic.*1. Nono admittitur, si cum debitor rem alienam sub cōditione tacita vel expressa pignori dedisset, pendente conditione rem nactus eam alienauerit. *l. qui balineum.* 6.*§. fin. ff. qui potiores in pignore.* Postremo admittitur causa proposita, si res à debitore alienata sit vsucapta, vel præscripta. *De qua re vide inf. cap.* 16. *quæst.*8. *item sup.lib.*7. *c.*8.*q.*3.

XXII. Causa, Si creditor dominium rei pignoratæ nactus sit. *l.si rem.*29.*ff.de pign.act. & l.penult.in fine.ff.de exceptione rei iudicatæ. Concordant ea quæ proponuntur inf.c.*20.*q.*1.*except.*8.*M.I.R.d.reg.*27.*except.* 18. vbi etiam distinguitur.

DE IVRE TAM DEBITORIS QVAM creditoris in pignore.

CAP. XIV.

HActenus quinq; locos pignoris absoluimus: Etymologiam videlicet pignoris, differentiam, diuisionē & causas pignoris tam cōtrahendi quam dissoluendi, seu efficientes & corrūpentes, cum suis exceptionibus. Supersunt effectus pignoris, seu iura tam debitori quam creditori in re pignori obligata competētia. Qui locus etiam actionem hypothecariam, pignoratiam directam & contrariam, earumque adfinia remedia complectitur. De quibus actionibus dicetur, si prius reliquos pignoris effectus ꝓposuerimus.

I. Regula; Res pignori data manet in dominio debitoris. *l.cum & sortis.*35.*§.fin.ff. de pignor. act. Concordat l.pignus.*8.*C.eod.tt.*

II. Regula, Possessio pignoris ad creditorem pertinet. *d.§.fin.* Huius regulæ exceptio prima videtur esse: Nisi creditor rem debitori locauerit. Sed reprobatur *l.si pignus.*37.*ff.eod.tt.* Altera: Nisi quoad vsucapionem. hoc enim casu debitori sua possessio non est interrupta. Quæ exceptio cum aliis similibus tractatur *sup.lib.* 7.*cap.* 12.*except.*241 *repl.*3.

III. Regula; Debitor rem nihilominus vendere potest. *l.quamuis.6.ibi: melius. ff.de pignor.actio. Concordat Nouell. constit.* 112.*§. ab hac vero. ibi: integrum quidem.* Huius regulæ exceptio est; Nisi conuenerit, ne vendat. *l.si creditor.* 7.*§.fin.ff. de distract. pignor.*

IV. Regula, Debitor seruum alij pignoratum manumittere non potest. approbatur simul & distinguitur *sup.lib.6.c.6.except.*13.

V. Regula, Commodum & incommodum pignoris ad debitorem pertinet, non ad creditorem. *l.si inter.*21.*§.quidquid.ff.de pign.& hypoth.*

VI. Regula, Potest debitor rem à creditore precario rogare, & conducere. *l.cum & sortis.*35.*§. fin.ff.de pign.act.*

VII. Regula, Nec debitor, nec eius filius, rem à creditore emere potest. *l.debitor.*40. *in princ.ff.de pign.act.*

VIII. Re-

VIII. Regula, Creditor pignus à debitore emere potest. *l. rescriptum. 12. in princ. ff. de distract. pignor. l. Titius. 9. in prin. ff. quib. mod. pign. solu. item l. & qui. 10. ibi: sane si debitore. C. de distract. pignor.*

IX. Regula, Creditor locare pignus potest. *l. creditor. 23. in prin. ff. de pign. & hypoth.*

X. Regula, Creditor pignus vsucapere non potest. *Quæ regula approbatur in loco vsucapionis supra lib. 7.*

XI. Regula, Nomine pignori obligato, creditori vtilis competit actio. *l. cum conuenit. 20. ff. de pignor. & hypoth. Concordat l. grege. 13. §. cum pignori. ff. eod. tt.*

De addictione pignoris.

XII. Regula, Creditori pignus pro debito addicendum non est. approbatur simul & distinguitur *l. vetustissimam. 3. C. de iure dominij impetrand. l. in causa. 3. C. si in causa iudicati pignus captum sit. item l. & qui. 20. ibi, neque si sibi addixerit. C. de distract. pignor.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi emptor inueniri non possit; tunc enim pignus creditori potest addici. approbatur simul & distinguitur *d. l. 3. C. de iure domin. impetrando. Concordat d. l. 3. C. si in causa iudicati. l. 2. C. eod. tt. l. à Diuo Pio. 15. §. si pignor. ff. de re iudicata. item l. ordo. 3. C. de execut. rei iudicatæ.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi solennia creditor non impleuerit. *l. 1. C. de iure dominij impetr.* Declaratur replicatio proposita definitione solennium, quæ ante addictionem sunt implenda, *l. vetustissimam. 3. §. sin autem nulla pactio, cum sequentib. C. eod. tt.* Solennia autem ista sunt, primum quidem vt debitori, siquidem præsens est, denuncietur: sin autem absens, per sententiam declaretur, pignus, nisi luatur, venditum iri: deinde hac denunciatione facta, vel sententia interposita, expectandum biennium: quo finito, tertio loco, si debitor pignus non liberauerit, pignus vendendum, aut si emptor inueniri non possit, vt addicatur creditori petendum: quo facto, quarto loco id debitori præsenti denunciandum, vel absenti per sententiam manifestandum, certumque tempus ad liberandum pignus, statuendum. Sin autem absens nõ fuerit inuentus: tunc quinto loco aliud tempus tam ad requirendum debitorem, quam ad pignus liberãdum, statuendum erit: quo tempore finito, si non fuerit inuentus debitor, vel inuentus pignus non liberauerit, sexto loco petenti creditori pignus à principe addicendum est. Hæ sunt solennitates, quibus omissis prima replicatione exceptio proposita elidetur. Altera replicatio est: Nisi post addictum pignus intra biennium debitor paratus sit pignus liberare, tunc enim etiam addictum pignus creditori auferendum est. *d. l. 3. §. & postquam hoc.* Tertia; Nisi creditor id in quo debitum pignore amplius est, non remittat debitori. *l. à diuo Pio. 15. §. si pignora. ibi, addicantur autem. ff. de re iudicata.* Sed iure nouo replicatio hæc mutatur ac reprobatur *d. l. 3. §. sed siquidem minus in pignore.* Quarta replicatio est; Nisi creditor id in quo pignus debito amplius est, debitori non restituat, vel æstimationem eius præstet. *d. l. 3. §. sin autem minus quidem.* Quinta; Nisi post addictum pignus creditor vsuras à debitore acceperit. *l. 2. C. de iure dominij impetrando.* Sexta; Nisi omnia bona debitoris, pignori sibi obligata, creditor addici sibi petat. *l. 1. in fin. C. eod. tt.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus sint dicta. Secũda exceptio est; Nisi emptor, qui existit, indignũ precium præstare pro re velit, & minus quam est debitum, pro quo est obligatum pignus. *l. 2. C. si causa iudicati pignus.* Tertia; Nisi debitor creditori pignus vendiderit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. reg. 8.* Quarta; Nisi inter debitorem & creditorem conuenerit, vt non soluto intra certum tempus debito, creditor pignus iure dominij retineat. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. c. 12. causa. 1. except. 10.*

DE DISTRACTIONE PIGNORVM. CAP. XV.

I. CAVSÆ EX QVIBVS creditori pignus vendere licet.

PRima causa: Si inter debitorẽ & creditorem de pignore vendendo conuenerit, id seruabitur. *l. si conuenerit. 4. in princip. ff. de pignor. actione. Concordat l. vetustissimã. 3. §. sancimus, C. de iure dominij impetr.* Sed & huius causæ exceptiones, vide *inf. causa prox.*

II. Causa: Si non soluatur debitum, etiam ipso iure creditor pignus vendere potest. *d. l. 4. l. 1. C. de pactis pignorum. l. quæ specialiter. 9. C. de distractione pignor. item l. si in hoc. 14. C. eod. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 5. reg. 41.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi inter debitorem & creditorem conuenerit, ne pignus distraheretur. *l. si conuenerit. 4. ff. de pignor. action.* Cuius replicatio prima est; Nisi cum debitor in solutione cessaret, ter illi denunciatum sit, nec tamen soluerit. tunc enim creditori etiam contra pactum vendere licet. *d. l. 4.* Altera: Nisi cum posterior creditor pactum de non vendendo pignore fecisset, is postea pignus à priore creditore liberauerit, & ius eius fuerit consecutus. *l. Aristo. 3. §. fin. ff. quæ res pignor. obligar. non poss.* Altera propositæ causæ exceptio est: Nisi mulier pro alio pignus dederit. *l. mulier. 11. C. de distract. pignor. Concordat l. redemptores. 39. §. fin. cum l. sequente. ff. de rei vindic.* Tertia: Nisi eadem res alij quoque pignori sit obligata. *l. diuersis. 8. C. qui potiores in pignor. Concordat l. 1. ff. de distract. pignor.* Plane huius exceptionis replicatio est; Nisi is, qui vendit, prior seu potior sit creditor. *l. creditor. 12. §. Papinianus. ff. qui potiores in pignor.* Quarta exceptio: Nisi debitor prohibuerit ne venderetur. reprobatur *l. 1. C. debitor. vendit. pign. impend. non posse. Concordat l. 2. C. eod. tt.* Quinta; Nisi non creditor, sed debitor pignus possideat. reprobatur *l. si in hoc. 14. C. de distract. pignorum.* Sexta; Nisi debitor rem precario à creditore rogauerit. reprobatur *l. 2. C. d. tit.* Septima; Nisi ex fructibus creditor debitum sit consecutus. *l. 1. C. d. tit.* Octaua: Nisi debitor soluit, vel soluere debitum sit paratus. *l. si residuum. 5. C. de distract. pignor. l. si priusquam. 8. C. d. tt. item l. 2. ibi, si vniuersum. C. debitorem vendit. pign. M. I. R. d. reg. 41. except. 1.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi nõ solidum quod debetur, offerat vel soluatur. *l. quamdiu. 6. C. de distract. pignor. l. si necessarias. 8. §. si annua. ibi: sed omnibus. ff. de pignor. act. Concordant item ea quæ proposita*

posita sunt sup. cap. 12. causa 1. except. 4. Sed & alias huius exceptionis replicationes, vide *d. except. 4.* Hæc de exceptionibus propositæ causæ distrahendi pignoris. Sed & plures vide *sup. cap. 11. cum duob. seqq.* Ex quibus enim causis pignus vel ab initio inutiliter contrahitur, vel vtiliter contractum ex post facto dissoluitur: ex iisdem etiam pignoris venditio inhibetur. Item inter exceptiones propositæ causæ numerari possunt ea, quæ proposita sunt *sup. cap. 12. causa 1. except. 13. repl. 1. cum seqq.*

II. QVIBVS IVS VENDENDI PIGNORIS competat?

I. Regula: De priore & secundo creditore, quibus ambobus res pignori fuit obligata, vide *sup. c. 13. causa 17. except. 4.*

II. Regula, De hærede creditoris, proponitur *l. si necessarias. 8. §. de vendendo. ff. de pign. act.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi aliud actum sit. *d. §. vendendo.* Altera; Nisi pro parte hæres, in solidum vendiderit. ipso quidem iure approbatur, verum eius replicatio est: Nisi nomen debitoris pro parte hæredi in solidum sit adiudicatum. *l. arbiter. 11. ff. de distract. pignor.*

III. Regula, De alio quam cui pignus obligatum est, proponitur exemplo *l. si maritus. 19. C. de distract. pignorum.*

IV. Regula; Ex causa iudicati pignus captum, non à creditore, sed à iudice distrahitur. *l. 2. C. si in causa iudicati pignus capt. sit.*

III. QVID ET QVANTVM vendendum?

I. Regula: Quamuis pars debiti soluta sit, nihilominus totum pignus distrahi potest. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 12. causa 1. except. 4. in prin. Concordat l. solutum. 11. §. si creditori. ff. de pignor. act.*

II. Regula: Ex pluribus pignoribus potest vnum quod vult, creditor vendere. *l. creditoris. 8. ff. de distract. pign.*

III. Regula, De peculio serui pignori obligati non distrahendo, proponitur *l. 1. §. seruo. ff. de pignor. & hypoth.* Plures propositæ quæstionis regulas vide *inf. cap. prox. q. 6.*

IV. QVANDO IVS VENDENDI pignoris competat? item antecedentia.

I. Regula, De biennio postquam debitori denunciatum est, vel sententia debitore absente interposita, proponitur *l. vetustissimam. 3. §. sancimus. ibi, sin autem nulla. C. de iure dominij impetr. M. I. R. d. reg. 41. except. 3.*

II. Regula: Non ante diem quo pecunia soluenda est, pignus vendi potest. *l. cum soluendæ. 4. ff. de distract. pignor.*

III. Regula, Si annua, bima, trima die stipulatus pignus acceperit, non nisi omnibus pensionibus præteritis pignus vendere potest. approbatur simul & distinguitur *l. necessarias. 8. §. si annua. ff. de pignor. act.*

IV. Regula, De denunciando prius debitori, vel sententia interponenda de pignorum distractione, proponitur *l. vetustissimam. 3. § sancimus, cum seqq. C. de iure dominij impetrando. Concordat l. creditor. 4. in princ. C. de distract. pign.*

V. QVOMODO PIGNORA vendenda?

I. Regula, Vt solenniter & bona fide vendantur, proponitur *l. quæ specialiter. 9. & creditor. 4. C. de distract. pign.* Declaratur regula proposita, definitione solennitatis in pignore vendendo adhibendæ, *l. vetustissimam. 3. C. de iure dominij impetran.* Quoad solennitatem istam attinet, eius exceptio est: Nisi aliud de pignore vendendo inter debitorem & creditorem conuenerit. *Quæ approbatur d. l. 3. §. sancimus.*

II. Regula, vt pactio in vendendo pignore seruetur, proponitur *d. §. sancimus. Cui concordat l. si conuenerit. 4. in fin. cum l. seq. ff. de pign. act.*

III. Regula: Ad pignus vendendum creditor inuitus cogi non potest. *l. quamuis. 6. in princ. ff. eod. tt. Concordat l. inter eos. 51. §. creditor. ff. de fideiussoribus.*

VI. EVENTVS ET CONSEquentia pignoris venditionem.

I. Regula: Vendito pignore, creditori actio personalis denegatur. approbatur simul & distinguitur *inf. lib. 24. c. 20. causa 1.*

II. Regula: Venditor pignoris emptori de euictione non tenetur. *l. ex empto. 11. §. sententiam. ff. de act. empt. & venditi. l. si pignora. 50. ff. de euictione. l. 1. C. creditorem euictionem non debere. item l. & si. 10. in princ. ff. de distract. pignor.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum secundus creditor pignus vendidisset, prior creditor id euincat. *d. l. 1.* Altera: Nisi creditor euictionem se præstaturum cauit. *d. l. 1. Concordat l. 2. C. d. tt.* Tertia; Nisi creditor sciens rem sibi obligatam non esse, vel debitoris non esse, vendiderit. *d. l. 2. Concordat l. ex empto. 11. §. sententiam. ibi: dolum plane. ff. de act. empt.* Quartæ exceptionis loco notandum, quod creditor ad actionem pignoratitiam contrariam aduersus debitorem emptori teneatur. *l. in creditore. 38. ff. de euictione.* Quinta exceptio est: Nisi per exceptionem creditori precium petenti euictio opponatur. ipso quidem iure subsistit. Verum eius replicatio est: Nisi conuenerit, ne quid euictionis nomine præstetur. *l. cum ea. 68. ff. d. tt.*

III. Regula; Creditor pignus vendens, emptori ius suum, quod habet, cedere tenetur. *l. vlt. ff. de distract. pignor. Concordat l. in creditore. 38. ff. de euictione.*

IV. Regula, Creditor pignus, quod vendidit, euincere non potest. approbatur *per ea, quæ proposita sunt sup. lib. 7. c. 4. causa 1. except. 1. replic. 11.*

V. Regula; Emptor pignoris rei dominium consequitur, quamuis id non habuerit venditor. *l. qui à creditore. 18. C. de distract. pignor.* Huius regulæ exceptio est: Nisi res emptori tradita non fuerit. *l. qui prædium. 13. C. eod. tt.*

De superfluo debitori restituendo.

VI. Regula, Si pluris quam sibi debetur, creditor pignus vendidit, id quod plus est debitori restituendum. *l. penult. ff. de pignor. action. Concordat l. vetustissimam. 3. §. sin autem minus. C. de iure dominij impetr.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi precium ab emptore creditor nõdum acceperit,

l. ele-

l.eleganter.24.§.si vendiderit.ff.de pignor.act. Altera; Nisi creditor emptorem debitori delegare malit. reprobatur *l.penult. ff.d.tt.* Plane admittitur, si debitor, donec precium soluatur, expectare nolit. *d.§.si vendiderit.*

VII. Regula: Etiam vsuras superflui creditor tenetur restituere. *l.in eu.40.ff.de vsuris. Concordat l.penult.ff.de pign.act.* Huius regulæ exceptio est; Nisi creditor superfluo vsus non sit, sed tantum apud se depositum habuerit. *l. quamuis.6.§.fin.ff.d.tit.* Cuius replicatio est; Nisi moram in restituendo superfluo creditor fecerit. *l.si autem.7.ff.d.tt.*

VIII. Regula, De re ex superfluo precio comparata. Hæc non venit restituenda, sed ipsum precium. *l.secundum.20.C.de distract.pign.*

IX. Regula; Aduersus quos actio superflui competat? Non emptor, sed creditor eiusve hæres hac actione tenetur. *l.si creditore.5. C.si vendito pignore agatur.*

X. Regula: Quæ de superfluo competat actio? Pignoratitia. *l.secundum.20. C.de distract. pign. Concordat l.eleganter.24. §.si vendiderit. ibi, quod si accepit. ff.de pign.act.*

XI. Regula, Si viliori precio distraxit executor pignus prætorium, de dolo tenetur. *l.si pignora.50.in fin.ff.de actio.*

XII. Regula, Si contra pactum creditor pignus distraxit, furti actione tenetur. *l.si conuenerit. 4.§ fin.cum l.seq.ff.de pign.act.*

De actione qua debitor pignus à creditore venditum repetit.

XIII. Regula; Ex quibus causis hæc actio competat? Regulariter quidem debitori actio ad reuocandum pignus venditum non competit; sed habet regula hæc suas exceptiones & casus, quibus illi datur actio. De quibus vide *sup.cap.12. causa 1. except.13.*

XIV. Regula; Aduersus quos actio proposita competat? Aduersus creditorem, nō emptorem seu possessorem datur pignore non recte distracto actio. *l.si cessante.7.in fin. C.de distract. pign. l.1.in prin. C.si vendito pignore agatur. item l.si creditore.5.C.eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi emptor fraudem cum creditore participauerit. *d.l.1. in fine. Concordat l.cum contra.4.C.eod.tt.* Altera; Nisi creditor non sit soluendo. *d.l.1. ibi, quod si de bonis. Cui concordat l.si vxor.3. C.d.tt.* Tertia; Nisi creditor ius distrahendi non habuerit. approbatur simul & distinguitur *l.2.C.si vendito pignore agatur.* Exemplum proponitur *l.vlt.§.1.in fin.ff. ad SC.Velleianum.*

XV. Regula; Quid veniat in actione proposita? Regulariter id quod interest, vel rei precium à creditore, non res ipsa ab emptore est restituenda. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.reg.prox.*

DE ACTIONE HYPOTHEcaria.

CAP. XVI.

SVpersunt actiones, quæ tam creditori quam debitori ex pignoris contractu competunt. De quibus nunc dicetur, & primum quidem de iis actionibus, quæ creditori; hinc de iis, quæ debitori competunt, agetur. Creditori autem competit primum quidem ad persequendum pignus actio in rem, quā hypothecariam appellant: deinde actio personalis pignoratitia, contraria dicta; tertio interdictum Saluianum.

I. GENVS propositæ actionis, & definitio proponitur *Instit.de actionib.§.item Seruiana.*

Actio in rem est. *Quæ regula approbatur l.pignoris.17.ff.de pignorib. & hypoth. Concordat l.pignoris.18.C.d.tit.*

II. SPECIES cognata propositæ actionis est Seruiana actio, quæ proponitur *Institut.d.§ item Seruiana.*

III. CAVSA EX QVA actio proposita competit?

Si res creditori pignori sit obligata, eam à quocunque possessore persequi potest *l. si fundus.16.§.in vindicatione.ff.de pignor. & hypothec. Concordat l.2. C.si vnus ex pluribus hæred. M.I.R. lib.5.cap 5. reg.27.* Huius causæ seu regulæ exceptio prima est; Nisi reus non possideat. *d.§. in vindicatione.* Cuius replicatio est; Nisi dolo desierit rem possidere. *d.§. in vindicatione. M.I.R. d.reg.27.except.17.* Altera; Nisi rei restituendæ facultatem reus non habeat. approbatur simul & distinguitur *d.§. in vindicatione.* Tertia; Nisi & reo res pignori sit obligata. *l.si debitor.10.ff.de pignor.& hypoth.item l.1.§.si colonus.& l.2.ff.de Saluiano interdicto. M.I.R. d.reg.27. except.20.* Huius replicatio prima est: Nisi singulis pro parte res sit obligata *d.l.10.* Altera: Nisi actor prior vel potior sit in pignore. *l. creditor. 12.in prin.ff.qui potiores in pignore.* Aliam replicationem vide *M.I.R.d.except.20.* Quarta exceptio: Nisi res alij ante actorem fuerit obligata. reprobatur *d.l.12.versic.sed si cum alio possessore.* Quinta; Nisi reus antea ab alio creditore conuentus, litis æstimationem præstitit. *d.l.12.§ si quoniam.* Sexta: Nisi reus rem à potiore creditore emerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. c.13. causa 17.except.4. replic.1.* Septima; Nisi actor in possessione rei fuerit, eamque amiserit. reprobatur *l.2.C. de prætorio pignore. l.si is.11.§.1. ibi, itaq; si amiserit. ff. de pignor. & hypoth. & l. grege.13. §. & in superficiariis. ff. eod.tt.* Octaua; Nisi cum possessor rem emisset, preciumq; eius ad potiorem creditorem peruenisset; actor posterior creditor precium cum vsuris reo non restituat. *l.cum prior.3. ff. de distract.pignor. Concordant ea quæ proposita sunt inf.cap.17.reg.1. except.22.* Nona exceptio est; Nisi actor reo impensas non restituat. *l. cum postulassem.44.§.fin.ff. de damno infecto.* vbi ait ICtus; Cur ergo non emptori, &c. Hisce verbis videtur exceptio proposita regulariter reprobari. Sed iis contradicit *l.Paulus.29.§.domus, in fin.ff.de pignor. & hypoth.* Decima exceptio est; Nisi reus actori litis æstimationem præstet. *l.mulier.19.ff. qui potiores in pignore. M.I.R.d.reg.27.except.15.* Vndecima; Nisi semel actum sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est; Nisi propter exceptionem aliquam dilatoriam, quæ nunc cessat, antea reus sit absolutus. approbatur exemplo *l.grege.13.§.sub.ff. de pignor. & hypoth.* Altera replicatio est; Nisi antea reus fuit condemnatus. *l. si fundus.16.§.creditor ff.d.tit.* Hæc de exceptionibus propositæ regulæ. Sed & plures eiusdem exceptiones, vide *sup.c.2. cum duob.cap.seqq.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula; Alij quam ei, qui pignus paciscitur, hypothecaria actio competere non potest. quæ regula ipso quidem iure subsistit, *M.I.R. d.c.5. reg.28.* Verum eius exceptio prima est; Nisi alterius nomine quis pecuniam crediderit, pignusq; pactus sit. hoc enim casu ei cuius nomine pecunia credita est, actio competit etiam ad pignus persequendum. *l.2.C.per quas person.nobis acquir.* Altera exceptio videtur; Nisi aliena pecunia creditor quis pignus pactus sit. hoc enim casu domino pecuniæ pignoris persecutio videtur danda. Sed reprobatur *l. etsi frater.16. C. de pignor. & hypothec. Concordat l.si maritus.19.C.de distract.pignor.* Tertia exceptio est; Nisi quis nomen debitoris à creditore, qui pignus pactus est, comparauerit. *l.si in solutum.6.cum l.seq. C. de obligationib. & action.* Quarta; Nisi creditor, qui pignus pactus est, id alij pignori dederit; huic enim pignoris persecutio non est deneganda. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.c.11.exc.40.repl.12.* Quinta; Nisi alius pro debitore soluerit; & ius pignoris à creditore redemerit. *l.1.C.de his qui in priorum creditor locum succed.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi is, qui pro debitore soluit, specialiter sibi pignus pactus non est. *l.1.C.eod.tt.l.res obligatas.21.C. de pignor.& hypoth. l.1.in prin.ff.de quibus modis pignus soluitur.item l.Aristo.3.in princ.ff. quæ res pignori obligar. non possunt.* Plane propositæ replicationis duplicatio est: Nisi is, qui pro debitore soluit, & pignus liberauit, ipse pignus possideat. tunc enim, quāuis nihil de pignore conuenerit, per exceptionem tamen defenditur. *d.l.1.in princ. Concordant ea, quæ proposita sunt sup.cap.12. causa 2.* Sexta exceptio est; Nisi possessor pignoris à creditore conuentus, litis æstimationem præstiterit. hic enim in ius pignoris succedit. *l.2.ff. quibus modis pignus soluitur. Concordat l.mulier.19.ff.qui potiores in pignore.* Septima; Nisi hæres eius, qui pignus pactus est, agat. quæ exceptio sine cuiusquam contradictione est ista. Hæc igitur de prima propositæ quæstionis regula, eiusq; exceptionibus sint dicta.

II. Regula, Si eadem res duobus vel pluribus pignori sit obligata: prior tempore, potior est iure. De hac regula eiusq; exceptionibus, *vide inf. c.prox.*

V. ADVERSVS QVOS competat?

Persecutio pignoris in rem est. *de quo supr.q.1.* Ergo aduersus quemuis possessorem pignoris competit: idem aduersus eum, qui dolo desiit possidere. *de quo sup.q.3. except.1.repl.1. M.I.R. d.c.5. reg.29.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula; Si vniuersa bona pignori obligata sunt: regulariter quidem quidquid debitor habet, pignoris iure creditori tenetur, & actione proposita peti potest. approbatur *per ea, quæ proposita sunt sup.cap.11.except.24.M.I.R.d.cap.5.reg.30.* Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi cum eidē primum quidem res aliqua specialiter esset obligata, postea vniuersa bona obligentur, resque specialiter obligata sufficiat debito. tunc enim omnium bonorum persecutio inhibetur. *l.2.C.de pignor.& hypoth.* Altera; Nisi ea bona, quæ post pignoris contractum debitor adquisierit. reprobatur *l.si quis.9.C.quæ res pignori obligari. Concordat l.& quæ nondum.15.§.quod dicitur.ff.de pign. & hypoth. M.I.R.d.reg 30.except.1.* Tertia; Nisi res quam sibi pignori obligatam creditor debitorem alienare passus est. hæc enim, quamuis eam postea debitor ex aliqua causa receperit, in generali tamen hypotheca non continetur. *l.solita.11.C.de remissione pignoris.* Quarta; Nisi eæ res quas neminem credibile est specialiter pignori daturum fuisse. approbatur, simul & exemplis declaratur *l.obligatione.6.cum tribus legib. seqq. ff. de pignor. & hypothec. Concordat l.1. C. quæ res pignori obligari possunt. M.I.R.d.reg.30.exceptio.2.* Quinta; Nisi ea, quæ non ab ipso debitore, sed ab hærede eius sunt comparata. *l.Paulus.29 in princ ff. de pignor. & hypothec.* Sexta: Nisi seruus debitoris, qui consensu domini omnia eius bona obligauit. reprobatur *d.l 29.§.fin.* Septima; Nisi cum omnia, quæ in prædium inducta, illata, importata essent, pignori essent obligata; quædam ad tempus, quædam vt ibi perpetuo essent, fuerint inducta. *l. debitor. 32.ff. de pignor. & hypothec.* Octaua; Nisi pecunia quam debitor ab alio mutuam accepit. reprobatur *l.penult.§.fin. ff. eod. tt. M.I.R. d.reg.30.except.3.* Nona; Nisi res à debitore redhibita. reprobatur *l.si debitor.4 in princ.ff.quibus modis pignus soluitur.* Decima; Nisi res, quæ specialiter obligari non potuit. hæc enim nec in generali hypotheca continebitur. approbatur exemplo *l.spem.5. C. quæ res pignor. obligari possunt.* Huius etiam species est infra exceptio proxima. Vndecima; Nisi militia. hæc enim non continetur in generali hypotheca, ratione exceptionis præcedentis. Cuius replicatio est; Nisi militia creditoris nummis sit cōparata, vel comparata esse præsumatur. *l.super.27. C.de pignor. & hypoth. de qua re vide inf. quæst.9, reg.3.* Duodecima exceptio est; Nisi instrumenta agriculturæ. *l. executores.7 cum l.seq.C. quæ res pignori obligari possunt. M.I.R. d.reg.30. except.9.* Decimatertia; Nisi dos, mariti bonis obligatis. approbatur simul & distinguitur *sup.lib.2. cap.35 regul.4. M.I.R. d.reg.30. except.10.* Decimaquarta; Nisi res, quæ in dominio debitoris non sunt. approbatur exemplo *l.1. C. de priuilegio fisci.* item approbatur *per ea, quæ proposita sunt sup.cap.10. quæst.4. causa 3.except.4.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi res mariti, cuius vxor liberis prioris matrimonij ratione tutelæ gestæ est obligata cum bonis suis. *l. si mater.6. C. in quibus causis pignus tacite contrah.* Altera replicatio est; Nisi res fideiussorum & mandatorum debitoris. *Nouell. const.4.§.enimuero.ibi: simulac vero.* Hæc de prima propositæ quæstionis regula,

II. Regula, de iis, quæ ex animalibus pignori obligatis nascuntur. Hæc quoq; in proposita actione veniunt petenda. *l. Paulus.29.§ 1.ff.de pign. & hypoth.l.grege.13.in pr.ff.eod.tt l.1.C. de partu pignoris.item l.1 in prin.ff.de Saluiano interd.* Huius regulæ exceptio est; Nisi apud bonæ fidei possessorem nata sint cuius efficiantur. *d.l.29.§.1.* Cuius replicatio est; Nisi apud debitorem fuerint concepta, approbatur, *Accursio teste, l.si conuenerit.10.§. si fundus, ff.de pign.act.*

III. Regula, De fructibus rei pignoratæ. Hi quoq; in actione proposita veniunt. *l. quamuis.3. C.in quibus causis pignus tacite contrah.* Huius regulæ exceptio est; Nisi fructus sint cõsumpti. *l.1.§.cum prædium. ff.de pign. & hypoth.* Cuius replicatio est; Nisi post litem contestatam fructus sint percepti. *l.si fundus.16.§.interdum.ff.d.tt.*

IV. Regula, De iis, quæ ex fructibus pignoris comparata sunt. Hæc nõ veniunt in actione proposita. *l.quamuis.3.C.in quib.causis pign. tacite contrahitur.*

V. Regula, De iis, quæ ex pecunia pignorata empta sunt. Hæc quoq; pignorata sunt. *l.idemq;.7. §.fin.ff.qui potiores in pignore.*

VI. Regula, De re, in quam res pignorata mutata est. Et hæc pignoris iure est obligata. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. c. 13. causa 15. exc.1. cum duab.seqq.*

VII. Regula, De naui ex sylua obligata facta. Hæc obligata non est. *l.si conuenerit,18. §.si quis.ff.de pign.act.*

VIII. Regula, Vsus fructus, qui proprietati pignori obligatæ accessit, ipse quoq; obligatus est. *d.l.18.§.si nuda.*

IX. Regula, Quod prædio pignorato per alluuionem accessit, ipsum quoq; pignoratum erit. *d.§.si nuda. Concordat l.si fundus. 16. in pr.ff. de pign. & hypoth.*

X. Regula, Domo vel area pignori obligata, quid veniat, definitur *l.domo.21.ff.de pign.act. Concordat l.Paulus.29.§.domus.ff.de pign. & hypoth.*

XI. Regula, Taberna pignori obligata, quid veniat, definitur *l.tabernam.34.ff.d tt.*

XII. Regula, Inductis & illatis pignori obligatis, ea quæ ad tempus illata sunt, non tenentur. *l.debitor.32.ff.eod.tt.*

XIII. Regula, Instrumentis emptionum pignori obligatis, ipsæ res emptæ obligatæ credunturr. *l.2.C.quæ res pignori obligari non possunt.*

XIV. Regula, Si nomen debitoris pignori datum sit, quid & quantum veniat, definitur *l.nomen.4.C.eod.tt.*

XV. Regula, Si pars rei pro indiuiso pignori data sit; quid veniat re inter socios diuisa, definitur *l.si consensit.7.ff.quib.mod.pign.soluit.*

XVI. Regula, Si cum de auro obligando conuenisset, æs datum sit; vel ære dato, affirmatum sit id aurum esse: vtrum æs, an aurũ pignori obligatum sit, definitur *l.1.ff.de pign.act.*

XVII. Regula, De in litẽ iurando, In hac quoq; actione in litem iurandum. *l.si fundus.16.§.in vindicatione.ibi si vero dolo.ff.de pign. & hypoth.*

XVIII. Regula, De litis æstimatione. Reus litis æstimationem præstando liberatur. *de quo sup.q.3. except.9.* Quanti autem lis sit æstimanda, definitur *l.si inter.21.§.fin.ff.de pign. & hypoth.*

XIX. Regula, Si res absit, ad cautionem præstandam reus tenetur. *d.§.in vindic.ibi, sed si velit.*

XX. Regula: Si pluribus res sit pignori obligata simul vnicuique in solidum competit actio. approbatur simul & distinguitur *l.si debitor.10. & l.si fundus.16.§.si duo.ff. d.tt. item l.1.§.si colonus.ff. de Saluiano interdicto.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vnus aduersus alium, cui eadẽ res pignori obligata est, agat. tunc enim in nullam partem competit actio. *de qua re dictum sup.quæst.3. except.3.* Altera exceptio est: Nisi singulis pro parte, non in solidum res sit obligata. *d.l.10. d.§.si duo.d.l.1.§. si colonus.item l. & quæ nondum.15. §.fin.ff.de pignor. & hypothec.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum vni res pignori in solidum esset obligata, postea alteri obligetur in id quod res prioris creditoris debitum excedit; resq; à primo creditore fuerit liberata. tunc enim alteri in solidum est ligata. *d.l.15.§.fin.* Tertia exceptio videtur: Nisi eiusdem creditoris plures sint hæredes. hoc enim casu singulis non nisi pro parte hæreditaria videtur actio competere. Sed reprobatur *l.1.C.si vnus ex plurib.hæredib.*

VII. QVANDO COMPETAT ACTIO hypothecaria? & antecedentia eius quæ sint?

I. Regula, De denunciando prius debitoribus vt soluant, proponitur *l. debitores. 10. C. de pignor. & hypoth.*

II. Regula, Prius actio personalis tam aduersus reum, quam aduersus intercessores instituẽda. *Nou.const.4. §. enimuero. l. Moschis. 47. ff. de iure fisci.* Contradicit *l.distractis.14. & l.persecutione.24.C. de pignor. & hypoth M.I.R.lib.5.cap.5.reg.34.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi aduersus ipsum debitorem eiusve hæredes, non aduersus extraneos hypothecaria agatur. *d.§. enimuero. vers.certe contra princip. M.I.R. d.regul. 34. vers. secus si agatur.* Altera; Nisi personali actione conueniendi sint absentes. *d. §. enimuero.vers.eadem videlicet distinctione.* Tertia; Nisi res aliqua specialiter sit obligata, non vniuersa debitoris bona. tunc enim ad rem istam persequendam, etiam ante personalem actionem motam actio datur. *Nouell.const.112. §.ab hac vero.*

III. Regula, Si pro conditionali debito pignus obligatum sit, non nisi existente debiti cõditione hypothecaria datur actio. *l. grege. 13. §. si sub.ff.de pign. & hypoth.*

IV. Regula, Si pro debito in diem contracto pignus obligatum sit, etiam ante diem pignoris persecutio datur, approbatur exemplo *l.quæsitum. 14.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio est; Nisi cum debitum pure esset contractum, postea conuenerit, ne intra diem certum petatur. nam interim nec pignus peti potest. *l.soluitur.5. §. si paciscatur.ff. quib.mod.pign.soluitur.*

V. Regula, Si hypotheca sub conditione contracta sit, ante conditionem existentem non datur actio. *l.grege,13.§. si sub. ibi, sed si præsens. ff. de pign. & hypoth.*

VIII. QVAMDIV ACTIO HYpothecaria competit?

I. Regula; Hypothecariæ actioni non nisi quadraginta annorũ præscriptio obstat. approbatur simul & distinguitur *l. cum notissimi. 7. in pr. C.de præscript.30. vel 40.annorum. M.I.R. d. cap.5.reg. 38.* Cuius exceptio prima est; Nisi non aduersus debitorem eiusve hæredes, sed aduersus extraneos hypothecaria agatur. tunc enim decem vel viginti annorum præscriptio agenti obstat. *l.1. C. si aduersus creditorem præsc. oppon. Concordat l.2. C.eod. tt. M.I.P. lib.5.cap.7.reg.9.except.2.* Plura de proposita exceptione seu præscriptione decem vel viginti annorum, vide *infr. lib. 7. cap. 8. quæstio.3.*

effect.1.except.1. Plane huius exceptionis replicatio prima est; Nisi aduersus malæ fidei possessorem agatur, & eum qui sciuit rem alij obligatam esse. quę ipso quidem iure subsistit, quoad dictam decem vel viginti annorum præscriptionem. Verum eius duplicatio est; Nisi triginta annorum præscriptio obiciatur. Nam hæc etiam malæ fidei possessori extraneo prodest. *l. sicut. 3. in pr. ibi, eodem etiam.C.de præscript.30. annorum. Concordat l. cum notissimi 7. in princ.C.eod.tit.* Altera replicatio est; Nisi extraneus pignoris iure rem à debitore possideat. tunc enim ei non nisi quadraginta annorum præscriptio prodest. approbatur simul & distinguitur *d.l.7.§ sed cum illud.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione. Altera exceptio est; Nisi hæres debitoris rem pignoratam non iure hæreditario accepit, sed vel ab extraneo cõparauit, vel etiam ab ipso debitore, antequam ei hæres existeret. tunc enim præscriptione triginta annorum perinde ac extraneus possessor defenditur. *l.an vitium.5.§.fin.ff.de diuers.temp.præsc.* Hæc de prima regula.

II. Regula; Nisi ergo intra decem, viginti, triginta, vel quadraginta annos secundũ casus prædictos, hypothecaria actio mota sit, postea agenti temporis præscriptio nocebit. quæ regula vt ex præcedentibus constat, *M.I.R. d.reg.38.* ita eius aliquot exceptiones obiter sunt propositæ, *nimirum ex d.l.7.in prin.C.de præscript. 30. annor.* hæ scilicet; Nisi actor minor ætate fuerit. Item; Nisi res in iudicium ante fuerit deducta, vel conuentio facta. De quibus aliisq; exceptionibus similibus vide *sup.lib.15.c.13.*

IX. ADIVNCTA, SEV DE probationibus & præsumptionibus actionis hypothecariæ.

I. Regula; Creditori incumbit probatio debiti. *l.neg.9.in fin.C.de act.pign.*

II. Regula; Si dubitetur vtrum res pignori obligata tempore obligationis in bonis debitoris fuerit, necne? creditori probatio incumbit. approbatur simul & distinguitur *l. & quæ nondum. 15.§.quod dicitur.ff.de pign. & hypoth. M.I.R. d.c.5. reg. 36. & lib.2.c.9.reg.5.ex.ept.2.repl.7.*

III. Regula; Quoniam militia in generali hypotheca non continetur, nisi actoris pecunia sit comparata. *de quo sup.q.6.reg.1. except.11. dictum est:* actori militiam ex generali pignoratione vindicanti, incumbit probatio eam sua pecunia comparatam esse. quæ regula, vt ipso iure subsistit, ita recipit duas exceptiones: quarum prima est; Nisi debitor argentarius sit, vel negociator, qui sibi vel filiis suis aliisve militiam comparauit. hæc enim actoris pecunia præsumitur cõparata: nisi contrarium probetur. *quæ exceptio seu præsumptio probatur l.vltim.C.de pignor. & hypothec.* Altera exceptio est; Nisi argentarij debitor eiusve filius militiam comparauerit. *Nouell.const.136.§.secundum.*

X. EVENTVS HYPOTHECARIÆ actionis.

I. Regula; Possessori, qui litis æstimationem actori offert, actio cedenda. *l.mulier.19.ff.qui potiores in pignore.*

II. Regula; Possessor, qui litis æstimationem creditori præstitit, aduersus debitorem rem vindicantem exceptione defenditur; nisi ei debitum soluatur. *l.2.ff.quib.mod.pign.soluitur.*

III. Regula, Creditor, qui hypothecaria agens succubuit, personalem nihilominus actionem saluam habet. *l.1.in fine.C.si aduers.cred.præscrip. Concordat l.seruo.25.C.de pign. & hypoth.*

XI. ADFINIA REmedia.

I. Regula; In arbitrio creditoris est, vtrum hypothecaria, an personali actione agere velit. *l. distractis 14.C.de pign. & hypoth.l.persecutione.24. C.eod. tt.item l.vlt.C.de oblig. & act. M.I.R.lib.5.cap.5.reg.39.* Plane hæc quodammodo iure nouo sunt mutata. *de qua re vide sup.q.7.reg.2.*

II. Regula; Propria authoritate creditor pignus occupare non potest, etiamsi ita conuenit. *l.pignoris causa.10.in fine.C.de pign.act.l. creditores 3. C. de pign. & hypoth.item l.nominatori.11.C. eod.tt.* Contradicit *M.I.R.d.reg.39.*

III. Regula, Si conuenit vt creditor de pensionibus ipse creditum percipiat, vtilem in personam actionem habet. *l.cum conuenit.20.ff.d.tt.*

IV. Regula; Nomine pignori obligato, creditori vtilis in personam competit actio. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.c.14.reg.11.*

V. Regula; Ex prætorio pignore ad recuperandam possessionem actio in factum competit. *l.si is.11.§.1.ff.de pign. & hypothec. Sed de hac re vide item supra lib.7.c.19.*

VI. Regula, Si secundus creditor pignus vendiderit, quæ potiori creditori competat actio, definitur *l.1.ff.de distract.pignor.*

VII. Regula, Si creditori pignus furto sit ablatum, etiam furti actionem habet. *de qua re infra lib.22.c.3.reg.13.*

VIII. Regula, Etiam exceptio datur creditori ad pignus retinendum, interdum etiam hypothecaria actione deficiente. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.10.q.4.caus.2.*

IX. Regula, Si debitor dolo in pignore versatus est, vel rem deteriorem fecerit; datur actio pignoratitia contraria *de qua inf.c.18.*

X. Regula, Si colonus rem pignoris nomine in fundum inductam alienauit, Saluianum competit interdictum. *de quo inf.c.19.*

XI. Regula Si missus in possessionem vim patiatur; datur illi eo nomine interdictum, Ne vis fiat possidenti; & actio in factum. *de qua re vide sup.lib.7.c.19.*

QVI POTIORES IN PIGNORE VEL hypotheca habeantur.

CAP. XVII.

PEndet hoc caput ex quæst. 4. regul. 2. capitis proxime præcedentis. Eiusq; prima regula generalis hæc est; quod si eadem res duobus vel pluribus pignoris iure sit obligata, prior tempore potior sit iure. *l.potior est. 11. in princ.ff.qui potiores in pignore. l. si decreto. 2. cum duabus legib. sequentibus. item l.diuersis 8.C. eod.tt.l.2. C. de priuilegio fisci.item l. postquam.3.C.vt in possessionem legatorum. M.I.P. lib.5. cap.7.regul. 11. M.I.R. d.cap.5.regul. 40.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi duobus vel pluribus simul & eodem tempore eadem res sit obli-

ligata. *l. aliena.* 20. §. 1. *ff. de pign. act.* Cuius replicatio prima est; Nisi vnius debiti dies prius venerit, quam alterius. *l. insulam.* 13. *ff. qui potiores in pignore.* Altera; Nisi alter ex iis rem possideat. hic enim per exceptionem alterum petentem remouet. approbatur simul & distinguitur *l. si debitor.* 10. *ff. de pign. & hypoth.*

II. Exceptio: Nisi eodem die duobus eadem res sit obligata. *l. si fundus.* 16. §. *si duo, in fin. ff. d. tt. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 1.

III. Exceptio: Nisi priusquam debitor à creditore pecuniam accepisset, rem alij etiam obligauerit. *l. potior.* 11. *in princ. ff. qui potiores in pignore. Concordat l.* 1. *in fin. ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 3. Huius replicatio est; Nisi prior creditor partem pecuniæ prius numerarit, tunc enim, quamuis posterior creditor pecuniam dederit, & hypothecam acceperit, antequam prior reliquum numeraret: nihilominus prior potior est. *d. l.* 1. *M. I. R. d. except.* 3. *repl.* 1.

IV. Exceptio: Nisi ante diem prioris debiti cedentem, res alij etiam pignori sit obligata. reprobatur *l. qui balineum.* 9. *ff. qui potiores in pignore. l. potiores.* 11. *in princ. ibi, an idem dicendum sit. ff. eod. tt. item l.* 2. *C. qui potiores in pignore. M. I. R. d. regul.* 40. *except.* 4.

V. Exceptio: Nisi prior creditor, qui sine hypotheca credidit, post secundũ demum creditorẽ pignus accepit. *l. creditor.* 12. §. *si primus. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio; Nisi is, qui posteriore loco pignus accepit, priore loco credidit. reprobatur *per dicta sup. except. prox.*

VII. Exceptio: Nisi cum in diem de hypotheca conuenisset, ante diem venientem alij hypotheca obligata sit. reprobatur *l. creditor.* 12. §. *si primus. ibi, vnde si in diem. ff. qui potiores in pignore.*

VIII. Exceptio; Nisi prior post secundum aliam pecuniam credidit. *d. l.* 12. §. *si idem his. & §. Papinianus. ibi: vt primam tantum. item l. quærebatur.* 20. *ff. d. tt.*

IX. Exceptio; Nisi prioris pignoris cõtractus sit inutilis, posterior vtilis. approbatur quidẽ ipso iure, verum eius replicatio est: Nisi ex post facto prioris pignoris contractus cõualescat, veluti, si prior creditor à non domino pignus acceperit, posterior autẽ ab eodem iam domino facto. hoc enim casu prior, quamuis eius contractus ab initio fuerit inutilis, tamen quia ex post facto conualescit, posteriori præfertur. *l. creditor.* 3. §. 1. *ff. qui potiores in pignore. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 17.

X. Exceptio: Nisi creditor prior partem pro indiuiso, alter partem eandem pro diuiso pignori à socio acceperit. *d. l.* 3. §. *fin.*

XI. Exceptio: Nisi priori & posteriori res sub eadẽ conditione sit obligata. tunc enim existente conditione, in pignore concurrunt. *l. idemq;* 7. §. *fin. ff. qui potiores in pignore.*

XII. Exceptio: Nisi cum conuenisset, vt inducta pignori essent, rem aliquam postea alij pignori obligauerit, deinde induxerit. *l. potior.* 11. §. *si colonus. ff. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi prior tacite, posteriori expresse res pignori obligata. reprobatur exemplo *l. etiam.* 15. *ff. d. tt.*

XIV. Exceptio; Nisi fisco posteriori loco res cœperit esse obligata. reprobatur *l. si pignus.* 8. *ff. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 8. Plura vide *sup. lib.* 2. *c.* 35. *reg.* 1. *except.* 3.

XV. Exceptio; Nisi reipubl. res posteriore loco cœperit esse obligata. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. d. c.* 35. *reg.* 3.

XVI. Exceptio; Nisi mulieri ex causa dotis posteriore loco res mariti cœperit esse obligata. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. d. c.* 35. *reg.* 4. *except.* 6.

XVII. Exceptio; Nisi posterior ex causa damni infecti rem habere cœperit obligatam, & in eius possessionem sit missus. *l. his qui* 12. *ff. de damno infecto.* Contradicit *M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 9.

XVIII. Exceptio: Nisi posterior ex causa iudicati rem obligatam habere cœperit. reprobatur *l. sed &* 10. *ff. qui potiores in pignore.*

XIX. Exceptio; Nisi prior generaliter, posteriori specaliter res sit obligata. reprobatur *l.* 2. *ff. eod. tt. Concordat l. si generaliter.* 6. *C. qui potior. in pign. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 10. Plane admittitur primum, si priori, cui generaliter omnia bona sunt obligata, etiam quædam specialiter obligata sint, ex quibus illi satisfieri possit. tunc enim ad alia aliis specialiter obligata non admittitur. *l.* 2. *C. de pign. & hypoth. M. I. R. d. except.* 10. *dist.* 1. Deinde admittitur, si ex generali hypotheca quibusdam exceptis conuenit, vt excepta non aliter pignori essent obligata, quam si ex cæteris creditori satisfieri non possit. tunc enim in exceptis alij obligatis postea, prior creditor non admittitur conditione deficiente. *d. l.* 2. *ff. qui potior. in pign.*

XX. Exceptio; Nisi posterior de pignore vendendo conuenerit, prior non. reprobatur *l. creditor.* 12. §. *fin. ff. eod. tt.*

XXI. Exceptio; Nisi posteriori pignus traditũ sit. reprobatur *d.* §. *fin. vers. nam in pignore. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 16. *& lib.* 6. *c.* 13. *reg.* 18. *except.* 18.

XXII. Exceptio: Nisi posterioris pecunia pignus ab anteriore debito sit liberatum. *d. l.* 12. §. *à Titio. l. Claudius.* 16. *ibi plane cum tertius. l. huius enim.* 6. *l. vlt.* §. *fin. item l. qui à debitore.* 17. *ff. eod. tt. l. cum prior.* 3. *ff. de distract. pignor. item l. si potiores.* 3. *C. de his qui in priorum cred.*

XXIII. Exceptio; Nisi posteriori cõsensu eius, qui priore potior erat, res fuerit obligata. reprobatur *l. Paulus.* 12. *in prin. ff. quib. mod. pign. soluit.*

XXIV. Exceptio; Nisi posteriori, consensu prioris, res pignori sit obligata. *l. creditor.* 12. §. *si tecum. ff. qui potiores in pign. l. Titius.* 9. §. *final. ff. quib. modis pign. soluitur. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap.* 13. *causa* 21. *distinct.* 1. Huius exceptionis replicatio; Nisi vxor, cum maritum sub pignore haberet obligatum, patiatur idem pignus alij obligari. reprobatur *l. vir vxori.* 17. §. *si mulier. ff. ad Senatusconf. Velleianum. Concordat l. quamuis.* 8. *in princ. ff. eod. tit.*

XXV. Exceptio; Nisi in rem priori obligatam conseruandam vel reficiendam, posterior crediderit. approbatur *per ea quæ habentur sup. lib.* 2. *c.* 35. *reg.* 10. *M. I. R. d reg.* 40. *except.* 11.

XXVI. Exceptio; Nisi posterior pignus ab hostibus redemerit. *l. in bello.* 12. §. *si pignori. ff. de captiuis & postlim.*

XXVII. Exceptio: Nisi res posterioris creditoris pecunia sit comparata. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib.* 2. *c.* 35. *reg.* 15.

XXVIII. Ex-

XXVIII. Exceptio; Nisi à non domino res vtriq; creditori sit obligata. reprobatur *l. si non dominus.* 14. *ff. qui potiores in pignore.*

XXIX. Exceptio: Nisi ab alio posterior rem pignori acceperit, eiusque possessionem nactus sit. *d. l.* 14.

XXX. Exceptio; Nisi posterior creditor publicum sui pignoris instrumẽtum habeat, prior priuatam tantam scripturam. approbatur simul & distinguitur *l. scripturas.* 11. *C. d. tt. M. I. R. d. regul.* 40. *except.* 7.

XXXI. Exceptio; Nisi prior post secundum, debitum suum & pignus nouauit. reprobatur *l. creditor.* 3. *in princ. & l. creditor.* 12. §. *Papinianus. ff. d. tt. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 12.

XXXII. Exceptio: Nisi posterior creditor pignus possideat. reprobatur *d. l.* 12. *in prin. Concordat sup. except.* 21. *M. I. R. d. reg.* 4 *except.* 16. *& lib.* 3. *cap.* 13. *reg.* 18. *except.* 18. Plane admittitur primum quidem, si eadem res duobus simul, non diuersis temporibus sit obligata in solidum. tunc enim possessor potior est. *l. si debitor.* 10. *ff. de pignor. & hypoth.* Deinde, si eadem res à diuersis non dominis pignori sit obligata. *l. si non dominus.* 14. *in fin. ff. qui potiores in pignore.*

XXXIII. Exceptio: Nisi posterior non à priore, sed ab alio pignus petat. hoc enim casu illi, quod alius potior in pignore sit, obstare non debet. *l. creditor.* 12. *in prin. &* §. *si simpliciter. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi alius possessor à priore creditore rem emit. *d.* §. *si simpliciter.* De qua re plura vide *sup. lib.* 2. *c.* 35. *reg.* 17.

XXXIV. Exceptio; Nisi posterior pignus à debitore emit. reprobatur *l. qui à debitore.* 17. *ff. qui potiores in pignore. Concordat l. cum prior.* 3. *de distract. pignor.*

XXXV. Exceptio; Nisi posterior creditor eum, qui priore creditore potior erat, in iudicio vicerit. reprobatur *l. Claudius.* 16. *ff. qui potiores in pignore.*

XXXVI. Exceptio: Nisi posterior creditor pignora sua distrahi permittat, vt pecunia ei, qui priore creditore potior erat, soluta, in eius locũ succedat. *l. creditor.* 12. §. *penult. ff. eod. tt.*

XXXVII. Exceptio; Nisi voluntate prioris creditoris res vendita sit à debitore. *l. sicut.* 8. §. *illud videamus. ibi, quod si res fundus. ff. quib. mod. pign. soluitur.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi prioris creditoris debitum sit compensatum. *l. debitor.* 4. *ff. qui potiores in pignore.*

XXXIX. Exceptio; Nisi priori creditori debitum sit solutum. *d. l.* 4. *Cui concordat l. creditor.* 12. §. *si tecum. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi pignus in posterioris creditoris persona ex alia causa non subsistat. approbatur exemplo *l. qui balineum.* 9. §. *Titia. ff. eod. tt.*

XL. Exceptio; Nisi prior creditor pignus persecutus, litis æstimationem perceperit. *l. creditor.* 12. §. *si quoniam. ff. qui potiores in pignore.*

XLI. Exceptio: Nisi neutri res sit pignori obligata: tunc enim, non habita ratione temporis, ambo creditores pares sunt, *per ea quæ habentur sup. lib.* 2. *c.* 35. *reg. vlt.*

XLII. Exceptio: Nisi posterior creditor priori debitum offerat. *l.* 1. *& l. prior.* 5. *C. eod. tt. l. secundus.* 12. *C. de pignor. & hypothec. item l. diuersis.* 8. *C. qui potiores in pignore. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 14. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi creditori, qui offert debitum potiori, pignus non fuerit obligatum. *l. cum tibi.* 10. *in fine. C. eod. tt.* Altera: Nisi reipubl. priore loco res fuerit obligata. reprobatur *l. vlt. C. de his qui in prior. creditor.* Tertia: Nisi is, cui offeratur, oblatum accipere nolit. reprobatur *l. potior.* 11. §. *fin. ff. qui potiores in pignore. Concordat l.* 1. *C. eod. tit.* Quarta: Nisi prior creditor pignus vendiderit. *l. cum prior.* 3. *ff. de distract. pignor. l.* 1. *in princ. C. si antiq. credit. Concordant item ea, quæ proposita sunt sup. c.* 13. *causa* 17. *except.* 4. *repl.* 1. Huius replicationis duplicatio est: Nisi fideiussori vendidit. *l.* 2. *ff. de distract. pignor. Concordãt ea, quæ proposita sunt sup. cap.* 12. *caus.* 1. *except.* 13. *replic.* 7. Quinta replicatio videtur: Nisi debitor priori creditori pignus vendidit. Sed reprobatur *l.* 1. *C. si antiquior credit.* Sexta: Nisi non totum quod debetur, priori creditori offeratur. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. c.* 12. *caus.* 1. *except.* 4. Septima: Nisi non id etiam quod sine pignore priori creditori debetur, offeratur. reprobatur *l. vnica, in fin. C. etiam chirograph. pecuniam. Concordat l. vir vxori.* 17. §. *si mulier. ff. ad SCtum Velleian.* Octaua: Nisi non vsuræ etiam debiti seu precij, quo potior creditor rem liberauit vel redemit, offerantur. *l.* 2. *ff. de distract. pign. Concordat l. cum prior.* 3. *ff. eod. tt.*

In quibus rebus prior creditor alteri potior sit?

Hactenus, an prior creditor posteriori potior sit in pignore, discussum est: nunc in quantum potior sit, dispiciendum.

II. Regula, Si prior creditor post secundum aliam pecuniam eidem debitori credidit, in ea potior non est. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. reg. prox. except.* 8.

III. Regula: Etiam in eo credito prior creditor potior est, cuius dies dedit, postquam res secundo pignori est obligata. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. except.* 4. eiusq; exemplum proponitur *l. Lucius.* 18. *ff. qui potiores in pignore. M. I. R. d. reg.* 40. *except.* 11.

Quomodo ius, quod potior sit, proponendum?

IV. Regula, Per exceptionem, si possideat: & per replicationem, si agat, potior creditor suum ius proponere potest. *l. creditor.* 12. *in princ. ff. d. tt.* Hæc de eo, qui potiores in pignore habeantur. Sed & alias huius quæstionis regulas, vide *sup. lib.* 2. *c.* 35. *de priuilegiis creditorum.*

DE CONTRARIA PIGNORATITIA actione.

CAP. XVIII.

ALtera actio, quæ creditori ratione pignoris datur, est actio pignoratitia contraria. De qua nunc agendum.

I. CAVSÆ EX QVIBVS HÆC actio competit?

I. Causa: Si debitor creditorem in contrahendo pignore deceperit. *l. si pignore.* 54. *ff. de fideiussoribus. Concordat l. si rem.* 9. *in princ. ff. de pignor. action.*

II. Causa: Si debitor rem alij obligatam pignori dedit. *l. tutor.* 16. §. 1. *ff. eod. tt.* Huius causæ ex-

ceptio prima est: Nisi debitor ignorans rem alij obligatam pignori dederit. reprobatur *d.§.1.* Altera: Nisi creditor sciuerit rem alij obligatam esse. *d.§.1.* Tertia: Nisi pignus vtriq; debito persoluendo sufficiat. *l.si quis.36.in fin.ff.eod.tt.*

III. Causa, Si rem alienam pignori dederit debitor. *d.l.16.§.1.d.l.36. ibi, sed & si quis.l.si rem.9. in prin.ff.de pign. act.l.si Titio.22. C.de pign.& hypothec. item l. quæ prædium. 6. C. si aliena res pignori data sit.* Huius causæ exceptio prima: Nisi debitor ignorauit rem esse alienam. reprobatur *l. tutor.16.§.1. ff.de pignor.act.* Altera: Nisi creditor sciuerit rem esse alienam. *d.l.16.§.1.ibi: sed si sciens. Concordat l.1. in princ.ff.de pignor.& hypoth.* Tertia: Nisi debitor sit soluendo, reprobatur *l.cum debitore.32.ff.de pigner.act.*

IV. Causa, Si creditor ob euictionem pignoris venditi conuentus atq; condemnatus est. approbatur simul & distinguitur *l.si pignor.22.§.fin. cum l.seq.ff.de pign.act.*

V. Causa, Si cum creditori pignus addictũ esset, id ei sit euictum. *l.eleganter.24.in prin.ff.eod.tt.*

VI. Causa, Si debitor pignus, quod conduxit, vel precario rogauit, creditori non restituat. *l.si pignore.22.§.si post.ff.eod.tt.*

VII. Causa, Si debitor in dando pignore pro auro æs subiecit: vel cum æs pignori daret, affirmauit id aurum esse. *l.si quis.36.& l.1.in fine.ff.eod. tt.item l.cum æs.20.in prin.ff.de furtis.* Huius causæ exceptio est; Nisi id quod pignori datum est, sufficiat debito soluendo, *d.l.36.vers.plane si ea res.*

VIII. Causa, Si quasi soluturus pecuniam debitor pignus receperit, nec soluat. *l.si quasi.3.ff.de pignor.act.*

IX. Causa, Si debitor seruum pignori obligatum debilitauerit, vinxerit, occiderit. approbatur simul & distinguitur *l.seruum.27.ff. de pignor. & hypoth.*

X. Causa, Si debitor seruum pignori obligatum ad fugam solicitauit. ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio est; Nisi postquam creditor seruum vendidisset ac tradidisset, debitor eum ad fugam sollicitauit. *l. obligatis.15. C. de distract.pignor.*

XI. Causa, Si seruus pignori obligatus creditori furtum fecerit. approbatur simul & distinguitur *l.si seruus.31.ff.de pign.act. Concordat l.si seruus. 63.§. his etiam illud.ff.de furtis.* Huius causæ exceptio est: Nisi debitor seruum pro noxæ dedito relinquat. approbatur simul & distinguitur *d. ll.* Distinguitur hoc modo: Nisi debitor sciens furem pignori dederit.

XII. Causa: Si debitor seruum pignori obligatum artificiis instruxit, approbatur simul & distinguitur *l.si seruus.25.ff.de pignor.act.*

XIII. Causa, Si sumptus in rem vel ob rem pignori datam fecerit creditor. *l.si necessarias. 8. in princ.ff.eod.tt.l.creditor.6.in fine.C. de act.pign.item l.in summa.6. de pign. & hypoth.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi sumptus debitori onerosos creditor fecit, quos si debitor restituere cogeretur, re cariturus est. *l.si seruos.25.ff. de pignor.act.* Altera: Nisi non necessarios sumptus creditor fecit. *d.l.8.* De qua re vide plura *sup. lib.7.cap.5. quæst. 6. reg.7. item lib.4.c.13.quæst.1. except.1.* Hæc de causis propositæ actionis.

II. ADVERSVS QVOS datur?

Aduersus fideiussorem crediti non datur. *l.si in pignore.54.ff.de fideiussorib.*

III. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula, De eo, quod actoris interest proponitur *d.l.54.*

II. Regula, De vsuris, *l.nec enim.23.ff.de pignor. actio.*

IV. ADFINIA HVIVS actionis remedia.

Pignoratitia contraria actio plura & varia adfinia habet remedia, pro varietate causarum, ex quibus competit. De quibus vide *sup.singulas huius actionis causas, q.1.*

DE SALVIANO INTERDICTO. CAP. XIX.

SVperest tertia actio, quæ creditori ratione pignoris competit, ea scilicet, quæ ex interdicto competit Saluiano.

I. GENVS huius interdicti proponitur *Instit. de interdictis, §.interdictum quoque.*

II. CAVSA HVIVS interdicti.

Hoc interdicto dominus persequitur res coloni in fundum inductas, & pignori sibi obligatas. *d.§.interdictum quoq;. Concordat l.1.§.si colonus.ff. de Saluiano interdicto.M.I.R.lib.5.cap 5.reg.23.* Huius causæ exceptio prima: Nisi & possessori eadem res sit obligata. approbatur simul & distinguitur *d.§.si colonus. l.2.ff. eod. tt. item l.si debitor.10. in princ. ff.de pignor. & hypoth.* Sed & plura de exceptione proposita vide *sup.cap.16.q.3.except.3.* Altera exceptio est: Nisi rem communem, non propriam colonus pignoris nomine in fundum intulerit. Hæc exceptio pro parte quam colonus in re habet, reprobatur *d.§.si colonus.* Plura de hac exceptione vide *sup.c.11.except.40.repl.13.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

Aduersus debitorem duntaxat, non etiam aduersus alium possessorem competit. *l.1. C.de precario. Concordat l.2.in fin.ff.de Saluiano interdicto.* Huius regulæ exceptio est: quod vtile interdictum etiam aduersus extraneum possessorem detur. *l.1.in princ.& §.si colonus. ff. de Saluiano interd. M.I.R. d. reg. 23.except.12.*

IV. QVID VENIAT IN Actione proposita?

De paru ancillæ pignoratæ proponitur *l.1.in prin.ff. de Saluiano interd.* Plura de hac regula vide *sup.c.16.q.6.reg.2.*

V. ADFINE remedium huius propositæ actionis est actio hypothecaria. *approbatur per ea quæ proposita sunt paulo superius quæst.3.* Hæc de tribus actionibus, quæ creditori nomine pignoris competunt: nunc eæ actiones sunt proponẽdæ, quæ eiusdem pignoris nomine competunt debitori: qualis est actio pignoratitia directa, & ea quæ competit ex interdicto de migrando.

DE

DE PIGNORATITIA ACTIONE directa. CAP. XX.

I. CAVSÆ EX QVIBVS HÆC actio competit?

PRima causa: Si soluto debito pignus creditor non restituat. Hæc causa cum aliis similibus approbatur simul & distinguitur *supr. cap.12. caus. 1.cum sequentib. Concordat l.1.§.creditor quoq;.ff.de action.& obligat.M.I.P.lib.5.cap.7.reg.12.M.I.R.d.cap.5. reg.42.*

II. Causa: Si rem pignori datam deteriorem fecerit creditor. *l.creditor.6.C.de act.pignor. Concordat l.2.in fin. C.eod.tt.*

III. Causa: Si res pignori acceptas male tractauit creditor, seruos debilitauit vel vinxit. approbatur simul & distinguitur *l.eleganter.24.§.fin. ff.de pignoratitia actione.*

IV. Causa: Si creditor instrumentum pignori datum, debitori ad probandam suam causam nõ exhibuit. *l.vlt.in princ.ff.de pignor.act.*

V. Causa: Si creditor, recepto aliquam debitore debito, pignus ei cesserit, vel vendiderit. reprobatur *l.fideiussor.31. in prin.ibi, creditor.ff.de negotiis gestis.*

VI. Causa: Si creditor rem pignoratitiam pluris vẽdidit quam ei debetur, ad id quod amplius est, debitori restituendum actione pignoratitia conueniri potest. approbatur simul & distinguitur *supr.cap.15. quæst.6 cum seqq.*

VII. Causa: Si creditor seruitutes prædij non vtendo amisit. *l.creditor.15.ff.de pignor.act.*

VIII. Causa: Si creditor in re pignori obligata dolo vel culpa sit versatus. approbatur *infra exceptione proxima.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

I. Exceptio: Nisi casu, sine dolo malo creditoris, res pignori obligata perierit, vel deterior sit facta. *Institut. quibus mod. re contrah. obligat. §. fin. Concordat l.quæ fortuitis. 5. Cod.de act.pignor.item l.si nulla. 7. cum leg.seq. C. eod.tt.* Exemplum proponitur *l.vltim.§.fin.ff. de pignor. actione.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi culpa & negligentia creditoris res perierit, vel deterior facta sit. *l.si cum.13.§.final. cum lege sequente.ff.eod.tt. Institut. quibus modis re contrahatur obligatio. §. fin.l.si vt certo.5 §.nunc videndum.ibi: sed vbi vtriusque.ff.commodati. l.sicut.19. C. de pignor. & hypoth.item l.si creditor.4. C. de actione pignor.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi prætorium pignus est, & non ex conuentione, sed iudicis authoritate creditor in possessionem sit missus. hoc enim casu dolum solum, non etiam culpam præstat. *l. prætor ait.9.§. est præterea.ff. de rebus iudicis authoritate possidendis.* Altera: Nisi fideiussor, qui soluta pecunia pignus à creditore suscepit, ad illud restituendum conueniatur. reprobatur *l.2.ff. de pignor, & hypoth.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi de periculo quoque à creditore præstando conuenerit. *l.quæ fortuitis. 5. in fi.C.de actione pign.* Tertia: Nisi non ex consensu debitoris, sed sua authoritate creditor pignus acceperit, vel per denuntiationem debitori sui debitoris factam sibi pignus constituerit. *l. qui ratiario. 30.ff. de pignor.actione. Concordat Nouell.constit.88.*

II. Exceptio: Nisi debitum solutum non sit. approbatur quidem ipso iure. *M.I.R. d reg.42.except.1.* verum eius replicatio prima est; Nisi post acceptum iudicium debitum offeratur. *l.si rem.9. §.fin ff.de pignor.action.* Altera; Nisi debitor pro debito alia ratione satisfacere sit paratus. reprobatur *l.quod.10.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi inter debitorem & creditorem conuenerit, vt alia res pro pignore detur. *l.quæ fundum.50. in fine. ff. de iure dotium.* Quarta: Nisi cum creditor data opera instrumentum pignori obligatum, debitori ad causam suam probandam non exhibuisset, debitor inde damnum sit passus. hoc enim casu & ante solutum debitum competit actio. *l.vlt.in princ. ff. de pignor.actione.* Plane possunt hic replicationum loco recenseri omnes causæ seu modi, quibus præter solutionem pignus liberatur. *De quibus vide sup. capite 12.& cap.13.*

III. Exceptio: Nisi solutio non sufficiat ad liberandum pignus. Huius exceptionis species vide *supr. d.capite 12.caus.1.except.1.cum seqq.*

IV. Exceptio: Nisi aliena, non debitoris res pignori sit data. reprobatur *l.si rem.9.§.penult.ff.de pignor.action. l.si pignore.22.§. si prædo.ff.eod.tt.item l.si rescriptum.12.§.sed & cum.ff. de distract.pignor.* Plane admittitur exceptio proposita in casu, *de quo infr. except.prox.*

V. Exceptio: Nisi res creditoris ei pignori sit data. *l.reg;.45.ff. de reg.iuris.*

VI. Exceptio: Nisi creditor pignus vendidit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.cap.12.caus.1. except.13.*

VII. Exceptio: Nisi conuenerit, vt non soluto intra certum tempus debito, creditori pignus vendere liceret. reprobatur *l.pactum.3.C.de actione pignor.*

VIII. Exceptio: Nisi debitor creditori pignus vendiderit. *l.aliena.20.§.fin.ff. de pignor.action.l.Titius.34.ff.eod.tt.item l.& qui.10. ibi: sane si debitore.C. de distr.pignor. Concordant denique ea quæ proposita sunt supr.cap.14.reg.8.*

IX. Exceptio: Nisi creditori pignus in solutum sit datum. *l.cum dominam.13. C. de pignorib. & hypothec.*

X. Exceptio: Nisi debitor rem pignoratam creditori legauerit. *l.creditor.16. C.de legatis.*

XI. Exceptio: Nisi creditori res pignorata sit addicta. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.cap.12.caus.1.except.12.*

XII. Exceptio: Nisi cum creditor rem sibi pignori obligatam, in testamento suo alij legasset, & adiecisset eam rem se emisse, debitor testamentum illud signauerit. reprobatur *l. Caius.39.ff. de pign.actione.*

XIII. Exceptio: Nisi creditores pignus inter se diuiserunt, vel illud in diuisione vni creditorum sit assignatum. reprobatur *l.communi.7.§.inter eos.ff.communi diuid.*

XIV. Exceptio: Nisi possessor pignoris creditori hypothecaria agenti litis æstimationem præstitit. reprobatur *d.§. inter eos. vers. idemq; dicitur.*

XV. Exceptio: Nisi creditor rem pignori sibi obligatam, alij pignori dederit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt supra capite 11. except.40.replic.12. duplic.1.*

XVI. Exceptio: Nisi αὐτόχρεως sit: hoc est, res pignori obligata, vt ea creditor pro pecunia vtatur. reprobatur *l. si pecuniam. 33. ff. de pign. act.*

XVII. Exceptio: Nisi cum creditor pignoris nomine se obligasset, ei non caueatur eo nomine eum indemnem fore. *l. si necessarias. 8. §. 1. ff. eod. tt.* Hæc de exceptionibus propositarum causarum generalioribus. Sed & plures vide *supr. c. 12. caus. 1.*

II. QVIBVS ACTIO PIGNORATITIA competit?

Alij quam debitori actio proposita non competit. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi procurator vel tutor debitoris rem pignori dederit. tunc enim ipsi procuratori vel tutori datur actio. *l. solutum. 11. §. final. cum lege sequente. C. de pign. actione.* Altera: Nisi hæres debitoris agat. *l. si vxor. 12. C. de pignor. & hypothec.* Tertia: Nisi alius pro debitore soluit. huic enim videtur actio proposita competere. Sed reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. 16. quæst. 4. reg. 1. except. 5. replic. 1.* Plane per exceptionem possessor hypothecaria conuentus si soluat, impetrare potest vt sibi pignoris ius cedatur. *De qua re dictum supr. d. reg. 1. exc. 6.* Quarta exceptio est: Nisi alius pignus à debitore comparauerit. Hæc exceptio quoad personalem pignoratitiam actionem reprobatur, approbatur autem quoad actionem in rem seu rei vindicationem, *l. si dominium. 9. C. de pignor. & hypothec.*

III. ADVERSVS QVOS actio proposita competit?

Regulariter quidem non nisi aduersus creditorem eiusque hæredes actio proposita competit. cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi procurator vel tutor creditoris pignus acceperit. *l. solutum. 11. §. per liberam. ibi, & ideo ipsi. ff. de pign. act.* Altera: Nisi seruus crediderit. tunc enim aduersus dominum pignoratitia actio competit. *l. si creditor. 28. §. final. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi alius soluto debito pignus à creditore acceperit. Hæc exceptio quoad actionem pignoratitiam reprobatur, quoad rei vendicationem vel mandati aduersus fideiussorem approbatur *l. 2. ff. de pignor. & hypoth. Concordant ea quæ habentur infra quæst. 7. reg. 1. except. 8. & 9.*

IV. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula, De ipsa re pignori obligata restituenda. Regulariter quidem ipsa res pignorata venit hac actione restituenda. Cuius exceptio prima est: Nisi creditor rem vendiderit. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. c. 12. causa 1. except. 13.* Sed & eius replicationes vide *d. except. 13. item cap. 15. quæst. 6. reg. 6. cum seqq.* Altera: Nisi creditor rem perdiderit. tunc enim ad id quod debitoris interest, tenetur. *l. si creditor. 4. C. de actione pignor.*

II. Regula, De vsuris. Regulariter quidē creditor ad vsuras rei pignoratæ præstandas non tenetur. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi quis sine consensu debitoris propria authoritate per denunciationem vel attestationem nomen debitoris pignori sibi constituerit. hic enim adtrientes vsuras centesimę tenetur. *Nou. const. 88. §. agnoscat insuper. & §. nemini igitur. ibi, & insuper.* Altera exceptio est: Nisi fideiussor qui pignus à creditore liberauit, ad illud restituendum conueniatur. *l. Paulus. 59. in fine. ff. de fideiussoribus. Concordat l. si mandatu. 59. §. 1. ff. mandati.*

III. Regula, De fructibus rei pignoratæ. Ad hos restituendos, vel in sortem eiusque vsuras compensandas reus tenetur. *l. 2. C. de partu pignoris & omni causa. l. 1. C. de distract. pignor. item l. 1. cum l. seq. C. de actione pignor. l. quo minus. 11. C. eod. tt. l. ex prædiis. 11. C. de vsuris. l. si is. 11. §. 1. ff. de pignor. & hypothec. l. rescriptum. 12. §. si aliena. ibi, nam etsi maiores. ff. de distract. pignor. l. Paulus. 59. in fin. ff. de fideiussoribus. item l. si mandatu. 59. §. 1. ff. mandati. M. I. P. lib. 5. cap. 7. regul. 21 cum seq. M. I. R. d. except. 1. replic. 1. & d. cap. 5. regul. 44.* Huius regulæ exceptio videtur esse talis: Nisi debitor non in suam, sed alienam rem pignori dederit. sed reprobatur *l. si pignor. 22. §. si prædo. ff. de pignor. act.*

IV. Regula, De omni commodo quod pignori accessit restituendo, proponitur *l. si inter. 21. §. quidquid. ff. de pignor. & hypoth.*

V. Regula, De thesauro à creditore in fundo pignorato inuento, habetur *l. si is. 63. §. quod si creditor. ff. de adquirendo rerum dominio.* Plura de hac re vide *supr. lib. 7. cap. 1.*

VI. Regula, De eo quod occasione hypothecariæ actionis vel alterius hypothecæ nomine institutæ creditor percepit. Hoc quoque debitori restituendum, vel debito compensandum. *l. si inter. 21. § fin. ff. de pignor. & hypothec. l. sicut. 8. §. fin. ff. quibus modis pignus soluitur. l. si pignore. 22. in princ. ff. de pign. act. item l. creditoris. 15. in princ. ff. de furtis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi creditor à debitore non ab alio pœnæ nomine quid sit consecutus. *d. l. 22 §. 1. l. id quod. 74. ff. de solutionib. l. pœna. 42. ff. de condictione indebiti. l. si debitor. 81. ff. de furt. l. quod à quoquam. 47. ff. de reg. iuris.*

VII. Regula, De cedenda debitori actione ad rem persequendam, proponitur *l. si cum. 13. in prin. ff. de pignor. actione.*

VIII. Regula, De cautionibus à creditore præstandis, proponitur *l. creditor. 15. ff. d. tt.*

V. QVANDO ET QVAMDIV competit actio pignoratitia?

I. Regula, Non nisi soluto debito competit. approbatur simul & distinguitur *supr. quæst. 1. exc. gen. 2.*

II. Regula: Perpetua est actio. *de qua re vide supr. lib. 15. cap. 13. except. 4.*

VI. ADIVNCTA, SEV DE probationibus in hac actione.

I. Reg. Creditor dicens se rem perdidisse, illud tenetur probare. *l. si creditor. 4. C. de act. pignor.*

II. Regula, De eo, si creditor scripsit se rem emisse, probando, proponitur *l. Caius. 39. ff. eod. tt.*

VII. ADFINIA REmedia.

Regulariter debitori ex causis supradictis pignoratitia, non alia competit actio, *vt ex iis quæ supra proposita sunt pater.* verum eius regulæ exceptio prima est: Nisi & certi condictio generalis. *l. si quis. 4. §. res pignori. ff. si certum petatur.* Altera: Nisi ce-

Nisi celandi animo creditor rem retineat. tunc enim etiam furti actio competit. *l. si quis. 52. §. eum creditorem. ff. de furtis.* Tertia: Nisi pignore dato pecunia debitori numerata non sit. tunc enim rei vindicatio competit. *l. 1. C. si pignoris conuentionem numer. pecun. secuta non sit. Concordat l. 1. C. de non numerata pecunia.* Quarta: Nisi cum creditor opus haberet pecunia, debitor cum non posset soluere, rem suam ei dedit alij obligandam. *l. petenti. 27. ff. de pignorat. actione.* Quinta: Nisi creditor pignus alienauerit. tunc enim in rem actio competit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. capit. 12. causa 1. except. 13. replic. 1. cum replicationibus sequentibus. item supr. cap. 15. quæst. 6. regul. 14.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi debitor possessori precium rei quod creditori soluit, cum vsuris non restituat. *l. si creditor. 28. in princ. ff. de pignor. actione. l. 1. in fin. C. si vendito pignore agatur. l. fundus. 9. ff. de rescind. vend.* Altera replicatio: Nisi creditor iure pignus vendidit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. 12. caus. 1. except. 13. in princ. item c. 15. quæst. 6. regul. 14.* Huius duplicationes vide *d. except. 13. item d. except. 14.* Sexta exceptio est: Nisi ex eo agatur, quod apparitor prætoris pignus captum viliore precio vendiderit. tunc enim de dolo actio locum habet. *l. si pignora. 50. in fin. ff de euictione.* Septima: Nisi is cui debitor rem alienauit, agat. huic enim in rem actio competit. *l. si dominium. 9. C. de pignor. & hypothec.* Octaua: Nisi fideiussor soluto debito pignus suscepit, hic enim non pignoratitia, sed mandati actione tenetur. *l. 2. ff. de pignor. & hypothec.* Nona: Nisi alius quam fideiussor soluto debito pignus in se suscepit. hic enim negotiorum gestorum actione tenetur. *l. fideiussor. 31. in princ. ff. de negotiis gestis.* Decima: Nisi ex eo, quod creditor rem contra pactum distraxerit, agatur. hoc enim casu furti actio competit. *l. si conuenerit. 4. §. fin. cum lege seq. ff. de pignor. action:* Vndecima: Nisi legatarius legatorum seruandorum causa in possessionem missus sit. hic enim cautione præstita, vel legato soluto, per interdictum de possessione deiicitur. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. libro 13. capit. 12. quæst. 1. caus. 1. except. 4.* Duodecima: Nisi inquilinus soluta pensione prohibeatur inducta illata abducere. hoc enim casu interdictum de migrando datur. *de quo infr. cap. prox.* Hactenus igitur de actione pignoratitia.

DE MIGRANDO INTERDICTUM. CAP. XXI.

PRIMO: Verba huius interdicti proponuntur *l. 1. in prin. ff. de migrando.*

II. CAVSA HVIVS INterdicti cum eius exceptionibus.

Si inquilinus inducta illata in habitationem abducere à domino ædium prohibeatur, competit interdictum de migrando: *vt ex verbis interdicti constat.* Cuius causæ exceptio prima est: Nisi merces seu pensio habitationis non sit soluta. *d. l. 1. in princ.* Ergo non aliter interdictum hoc competit, nisi mercede vel pensione domus soluta. Cuius replicatio prima est: Nisi eo nomine sit satisfactum. *d. l. 1.* De qua re vide plura *sup. c. 12. caus. 4.* Altera replicatio est: Nisi per dominū domus fiet, quo minus ei soluatur. *approbatur verbis interdicti. De qua re vide supr. cap. 12. caus. 2.* Tertia replicatio est: Nisi res abducenda non sit ex iis rebus quæ pignori pro mercede sunt obligatæ. *d. l. 1. in prin. & §. illud notandum.* Sane quæ res sint tales, vt pignori non sint obligatæ, quamuis inductæ vel illatæ sint, vide *sup. c. 10. quæst. 4. caus. 1. specie 1. except. 1. cum sequentibus.* Quarta replicatio: Nisi pensio nondum debeatur. reprobatur *d. l. 1. §. si pensio.* Quinta: Nisi gratis inquilinus habitet. *d. l. 1. §. si tamen gratuitam.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio: Nisi res abducendæ inquilini non sint. reprobatur *l. 2. ff. de migrando. Concordat l. 1. §. illud notandum. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi non inquilinus, sed colonus abducere ea quę in fundum intulit, prohibeatur. *d. l. 1. §. 1.*

III. QVIBVS ET ADVERsus quos competit?

Hæredibus & in hæredes datur. *l. 1. §. final. ff. de migrando.*

IV. QVAMDIV COMpetit?

Perpetuum est. *d. §. fin.*

V. ADFINE remedium est, extraordinarium auxilium. *quod proponitur d. l. 1. §. 1.* Hæc de actionibus quæ debitori ratione pignoris competunt. Sed & interdum pignore vendito, ad id recuperandum debitori actio datur: *de qua dictum supr. capite 15. quæst. 6. regul. 13. cum sequentib.* Hactenus igitur de pignoribus & hypothecis sit dictum.

FINIS LIBRI DECIMISEPTIMI.

DE

DE EMPTIONE ET VENDITIONE, CVM suis actionibus.

LIBER DECIMVSOCTAVVS.

CVM hucusque de obligationibus & actionibus, quæ re, item de iis quæ verbis contrahuntur, sit dictũ: consequens est, vt de iis nunc dicamus, quæ contrahuntur consensu, quarũ definitio, species & proprietates propositæ sunt *sup.lib.15.c.1.diuis.4.in fin.* Inter has autem primum obtinet locum obligatio empti & venditi.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

CAP. I.

I. CAVSA ET ORIGO HVius contractus quæ sit?

PRima regula: Origo emendi vendendique à permutatione cœpit. *l.1.in princ.ff.de contrahenda emptione.*

II. Regula: Contractus emptionis & venditionis iure gentium consistit. *d.l.1.§.fin. Concordat l.ex hoc.5.ff. de iustitia & iure.*

III. Regula: Solo consensu emptio & venditio peragitur. *d.§.fin. Concordat Inst.de oblig.ex consensu.*

II. DEFINITIO NOminis.

I. Regula: Veteres emptionem & venditionem in appellationibus promiscue vtebantur. *l. veteres. 19.ff.de act.empti & venditi.*

II. Regula: Emptionis vocabulo lex XII. Tabularum omnem alienationem complexa est. *l. statuliberi.29.§.fin.ff.de statuliberis. M.I.R. libro 5. capite 6.regul.1.*

III. SPECIES EMPTIONIS & venditionis.

I. Regula: Rerum permutatio, venditio non est. *l.1.§.sed an sine, vsque ad §.fin. ff. de contrah.empt. Concordat Instit.de empt.& vendit.§. item precium.item l.naturalis.5.§. & si quidem. ibi, quia non placet.ff. de præscriptis verbis.M.I.R.d.cap.6.reg.2.*

II. Regula: Litis æstimatio venditionis species est. *l.1.ff.pro emptore. Concordat l.litis.3.ff eod.tt. M.I.R.d.cap.6.reg.4.*

III. Regula: Si res in dotem æstimata datur, venditio est. *l.qui balineum.9.§.fin.ibi. in proposito.ff. qui potiores in pignore. l. plerunq;.10. §.si ante. ibi, secutis igitur. ff. de iure dotium.item l.cum post.69.§.penult.ff. d.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi conuenerit, vt ipsa res æstimata, soluto matrimonio restitueretur. *d.l.69.§.cum res.*

IV. Regula: Consentire venditioni non est vendere. *l.aliud est. 120. in prin.ff.de reg.iuris.*

V. Regula: Si res ita vendita sit, ne dominium eius ad emptorem transeat, venditio non est. *l. cum manusata.80.§.fin.ff.de contrah.empt.*

VI. Regula: Si res æstimata vendenda datur, non est venditio. *l.1.in princ.ff.de æstimatoria.*

VII. Regula: Venditio simulata, venditio non est, sed donatio. *l.cum in venditione.36. ff. de contrahenda emptione. l.si donationis.3. item l.empti fides. 9.in fine.C. eod.tt.* Plura de hac re vide *infra capite 3. except.28.*

VIII. Regula: Si rem aliquam fieri nobis velimus, & nihil aliud quam pecuniam damus: emptio est; non conductio. *quæ species approbatur per ea quæ proponuntur infr. lib.prox. cap.5. quæst.1. except.1.* eiusque exemplum proponitur *l.conuenit, 65.ff.de contrah.emptione.*

IX. Regula: Si insulam tibi vendidi certa pecunia, & vt aliam meam insulam reficias: item si vendita area conuenit, vt ea ædificata, pars eius mihi reddatur; & emptio & venditio est, non locatio. *l.tenetur.6.§.1.ff. de action.empti.* Huius regulæ exceptio est: Nisi nulla pecunia interueniente tantum pro precio conuenit, vt aliam meam insulam reficeres. tunc enim contractus est innominatus, ex quo præscriptis verbis agendum. *l. insulam. 6. ff. de præscriptis verbis.* Plura de regula proposita vide *infr.cap.16. quæst.1. caus.3. except.2.*

X. Regula: Dedi pecuniam vt mihi Stichum dares: nulla est emptio, sed ob rem datio. *l.vltima. ff.de condictione ob causam.*

IV. EVENTVS VENditionis.

I. Regula: Venditor non habet necesse rem emptoris facere. *l.si ita.25.ff de contrah.empt.l.ex empto.11. in princip.ibi. quæres. ff. de action. empti. l.seruus. 30.§.fin. ibi. quamuis enim ff.eod.tt.item l.1.in princip. ibi.venditori.ff.de rerum permutatione.M.I.R. d.capit.6. reg.6.*

II. Regula: Emptor necesse habet numos venditoris facere. *d.l.1.in princip. ibi: emptor enim. Concordat d.l.11.vers.quæres.in fin.*

III. Regula: Alienatio cum fit, cum sua causa dominium ad alium transit. *quæ regula approbatur l.alienatio.67. ff.de contrah. empt. item l.fructus.13. in princip.C.de action.empti.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi aliquid nominatim sit expressum. *d.l.67.in fine.* Cuius replicatio est: Nisi in præiudicium tertij aliquid conuenit: vt puta vt venditor, non emptor onus seu tributum prædij sustineat, hoc enim tertio non nocet. *approbatur per ea quæ proposita sunt supra lib.3. cap.17. quæst.3. reg.7.exc.2.item lib.15.cap.17.quæst.2.in princ.* Altera exceptio est: Nisi obligatio sit personalis. approbatur exemplo *l.vltim.§.fi.ff.de contrah.empt.* Aliud exemplum proponitur *l.emptorem.9.C. de locato & conducto.*

IV. Regula: Emptori venditoris iura prosunt, ideoque eius defensionibus vti potest. *l.inuitus.198.§.penult.ff. de regul.iuris. l.dolia.76.§.eum qui.ff.de contrah.empt. item l.emptori.28.C.de euictionibus.*

V. Regula: Neq; nocere neq; prodesse emptori dolus

ri dolus venditoris debet. *l.sicut.37.ff. de act.empt. Concordat l.dolum.3.C. de periculo & commodo rei venditæ.* Plura de hac re vide *infr.cap. prox. except.18.*

VI. Regula: Emptor non habet necesse stare colono cui venditor locauit, nisi ea lege emit. approbatur simul & distinguitur *l.emptorem.9. C. de locato & conducto. Concordat l.si merces.25.§.qui fundum.ff.eod.tt.M.I.P.d.cap.6.reg.7.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ea lege emptor fundum emit, ne colonum expellat. *d.l.9. & d.§.qui fundũ. M.I.R.d.reg.7.except.11.* Altera: Nisi emptor alia ratione, quam pacto, locationi venditoris consenserit. *d.l.9.* Tertia: Nisi emptor sit fundi patrimonialis. hic enim tenetur stare colono. *l.cognouimus. 3.C.de mancip. & colonis patrimon.*

Euentus rescissæ venditionis.

VII. Regula: Si arra data, Alter sine alterius consensu à contractu emptionis & venditionis nondum perfecto recedat: siquidem emptor sit, perdit id quod arræ nomine datum est; sin autem venditor sit, duplum alteri præstare cogitur. *l.contractus.16.§. fin. C.de fide instrument. Concordat Instit. de empt. & vendit.§. ita tamen. M.I.R. d.cap.6. reg.9.*

VIII. Regula: Rescissa vel non rescissa venditione, arra emptori restituenda. *l.ex empto 11.§. is qui vinum, cum sequent.ff.de act.empti.l.2.C.quando liceat ab empt.disced. item l.ex arrali.3.C. de act. empti & venditi.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi emptor noluit stare emptioni, venditore stare parato, *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. regula prox.* Altera: Nisi cum inter emptorem & venditorem conuenisset, vt non soluto intra certum tempus precio, emptor arras perderet: intra statutum tempus precium solutum non sit. *l.1.C. de pact. inter emptorem & venditorem.*

IX. Regula, De precio soluto repetendo, si venditio vel inutilis est, vel alia ratione rescissa, proponitur *l.hanc legem.22. cum lege sequente.ff. de contrah.emptione.l.suæ rei.16.l.cũ ab eo.41.§.fin.l.senatus censuit.52.ibi, plane si mihi precium.item l.domum. 57.ff.eod.tt. l.cum hæreditatem.7.ff. de hæred.vel act. vend.t.l.necessario.8.§.quod si pendente. C de periculo & commodo re venditæ.l.ex empto.11.§.si quis virginem.ff. de act.empti.item l.si seruus.24.in prin.ff. eod.tt.* Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi soluto precio, nudo pacto conuenerit, vt ab emptione recedatur. tunc enim ad precium repetendum actio non datur. *l 2. C. quando liceat ab empt. disced. Concordant ea quæ proposita sunt supr. lib.15. cap.15. except.47.replic.1.*

X. Regula: Rescissa venditione, fructus medio tempore percepti venditoris sunt, non emptoris. *l.cum te.6. C.de pact.inter empt.& vendit. Concordat l.necessario.8.§. quod si pendente. C.de periculo & commodo rei venditæ. M.I.R. d.cap.6.regul.10.*

XI. Regula: Periculum & commodum rei venditæ regulariter ad emptorem pertinet, approbatur simul & distinguitur *infr.cap.prox.*

XII. Regula: Ex emptione & venditione actio empti & venditi oritur, de quibus cum adfinibus earum remediis dicetur *infr.cap.10.*

XIII. Regula: Exceptio quoque rei venditæ hinc oritur. approbatur simul & distinguitur *l.1.§.fin. ff. de except.rei venditæ.* Huius regulæ exceptio est: Nisi iusta ratione venditio sit inutilis. *d.§.fin.* Cuius species vide *infra in exceptionib. cap.3. cum sequentibus propositis.* Quibus autem & aduersus quos exceptio proposita competat, definitur *l.vlt.ff. de except.rei venditæ.*

DE PERICVLO ET commodo rei venditæ.

CAP. II.

PEriculum rei venditæ regulariter ad emptorem, non ad venditorem pertinet: ergo & commodum. *approbatur Instit. de empt. & vendit.§. cum autem.l.id quod.7.in princ.ff.de periculo & commodo rei venditæ.l.necessario.8.in princ.ff.d.tt.l.1. C.de periculo & commodo rei venditæ. l.cum speciem.5. C. eod.tt.l. sicut.12.C.de act.empti & venditi. item l.si solutura.39. in fin.ff.de solutionibus.M.I.R.d.cap.6.regul.11.* Plane proposita regula plures recepit exceptiones, de quibus sequitur.

I. Exceptio: Nisi emptio nondum fuerit perfecta. Hæc exceptio cum ex præcedentibus constat, tum approbatur etiam, simul & declaratur *l.necessario.8.in princ.ff. de periculo & commodo rei venditæ. Concordat l.domum.57.ff. de contrah.empt.* Sane propositæ exceptionis species, necnon replicationes vide *in exceptionibus sequentibus.*

II. Exceptio: Nisi conditio emptionis nondũ extiterit. *d.l.8.M.I.R. d.regul.11.except.3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi conuenit, vt etiam pendente conditione ad emptorem periculum spectet. *l.si in venditione 10. in prin.ff.de periculo & commodo rei venditæ.* Altera: Nisi ante existentem conditionem res emptori tradita sit. reprobatur *d.l.8.§.quod si pendente.ibi, & fructus medij.* Tertia: Nisi sub contrariis conditionibus emptio sit contracta, puta siue nauis ex Asia venerit, siue nõ venerit. *d.l.8.§.si ita res.* Quarta: Nisi res non in totum extincta sit, sed tantum deterior facta. *d.§. quod si pendente, in fine.* Plura de proposita exceptione vide *infra cap.3. except.47.*

III. Exceptio: Nisi cum res illa aut illa empta esset, nondum electio facta sit. approbatur simul & distinguitur *l. si in emptione.34.§. si emptio.ff. de contrah.empt.*

IV. Exceptio: Nisi res emptori nondum fuerit tradita. reprobatur *l.vlt.C.de periculo & commodo rei venditæ.l.cum inter.4.C.eod.tt.l.qui officij.62.§. fin. in fin.ff.de contrah.empt.Instit. de empt.§. cum autem.item l.eum qui.14.in princ.ibi.& sane.ff.de furtis.M.I.R. d.reg.11.except.4.*

V. Exceptio: Nisi venditor in mora tradendi fuerit. *d.l.4. & d.l.vltim. C. de periculo & commodo rei venditæ. item l lectos.12. cum duabus legibus sequentib.ff. eod.tt. M.I.R. d.regul.11.except.5.* Huius replicatio est: Nisi per emptorem quoque mora accipiendi sit facta. *l.si & per emptorem.51.in princ.ff. de act.empti & venditi.*

VI. Exceptio: Nisi vinum emptum nondum sit degustatum. *l.si quis.4.§. difficile autem est.ff. de commodo & periculo rei venditæ. Concordat l.si in emptione.34.§. alia causa.ff. de contrah.empt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non ita vinũ venit, vt degustaretur. *d.l.4.§. ex hoc apparet. Concordat l.1.in princip.ff. eod.tt.* Altera: Nisi cum dies degustationi esset præstitutus, intra illum diem emptor non degustauerit. ipso quidem iure subsistit,

sistit, verum eius duplicatio est: Nisi per venditorem steterit, quo minus intra statutum diem vinum degustaretur. *d.l.* 4. Tertiæ replicationis loco notandum, quod exceptio proposita in periculo acoris & mucoris tantũ obtineat locum, de isto enim periculo *d.l.* 4. specialiter loquitur. Aliud igitur præter acoris & mucoris periculum (vt puta si vinũ effusum sit, vel per vim ablatum) etiam ante degustationem post perfectam emptionem non ad venditorem, sed ad emptorem pertinebi; nisi venditor periculum in se susceperit. quæ replicatio cum sua distinctione seu duplicatione approbatur. *l.1.in princ.ff.eod.tt.* *Concordat l. quod sæpe.35.§.in his quæ.ff. de contrah.empt.*

VII. Exceptio: Nisi ea quæ pondere, numero vel mensura constant, vendita nondum sint adpensa, admensa vel adnumerata. approbatur simul & distinguitur *d.§.in his quæ.ff.eod.tt.* *Concordat l.1.§ sed & custodiam.ff.de periculo & commodo. M.I.R. d.reg.* 11. *except.* 1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non ad mensuram, numerum vel pondus sit venditum; sed omne vinum, vel omne frumentum quod ibi est: tunc enim etiam antequam admensa, adpensa vel adnumerata sunt, periculum ad emptorem pertinet. *d.§. in his quæ. d.l.1.§.sed & ante.item l.2. C.de periculo & commodo rei venditæ.* Altera: Nisi in nondum admensis, adpensis, vel adnumeratis vis maior contigerit sine culpa venditoris. *l 2. §. fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ.* Cuius exemplum est *l. si in venditione.* 10. *in fine.ff.eod.tt.* Idem obtinet in commodo quod per alluuionem vel alium casum fortuitum accessit; hoc enim ad emptorem pertinet. Quatamen casu distinguitur, Si venditor ignorans plus dixerit, quam est in re vendita cui accessit. tunc enim id quod accessit, commodo est venditoris. *l.Iulianus.*14.§.*si Titius.ff.de act.empti.* Plane propositæ replicationis duplicatio est: Nisi non species, sed genus certæ mensuræ venierit: hoc enim casu venditor omne periculum præstat. *l. si per emptorem.5. in verbo Omne periculum. ff. de periculo & commodo rei venditæ. Accedit glossa in d.l.2.* Cuius triplicatio est: Nisi per emptorem stererit, quo minus ei admetiatur. *d. l. 5. in fine. de quo vide item infr.repl.prox.* Tertia replicatio: Nisi per emptorẽ steterit, quo minus sibi admetiatur, adpendatur, vel adnumeretur. *l.si per.5.ff.eod.tt. M.I.R. d.except.*1. *replicat.*1.

VIII. Exceptio: Nisi ea quæ auersione venerunt, nondum sint auecta vel sublata. reprobatur *l.qui officij.62.§.final.ff.de contrahen.empt.* Plane admittitur exceptio proposita primum, si dolo venditoris factum sit. hoc enim periculum ad venditorem, non emptorem spectat. *d.§.fin.* De quo vide plura *infr.exc.*18. Secundo admittitur, si culpa venditoris damnum datum sit, vel negligentia. *l.si quis* 4.§.*si auersione.ff. de periculo & commodo rei venditæ.* Huius distinctionis replicatio est: Nisi post tẽpus auersioni constitutum, damnum contigerit. approbatur simul & declaratur definitione temporis, quo auehi vinum debet. *d.l.* 4. §. *vino. & l.si per emptorem.5.in pr.ff.eod.tt.* Plura de distinctione proposita vide *infr.exc.*19. Tertio admittitur exceptio proposita, si cum sua natura vinum venditum corruptum esset, venditor de bonitate eius adfirmauit: vel cum intelligeret bonitatem vini non duraturam, emptori id non indicauit. *l.si vina.*15.*ff.de periculo & commodo rei venditæ.*

IX. Exceptio: Nisi dies, in quem res vendita emptori addicta est, nondum venerit. approbatur simul & distinguitur *l.2. cum duabus ll.seqq. ff. de in diem addictione.* *Concordant ea quæ proposita sunt supra except.*2. Plane huius exceptionis replicatio est; Nisi emptio pure contracta sit, sub conditione autem resoluenda. approbatur simul & distinguitur *d.l.* 2. *Cui concordat l.vbi autem.*4.§.*fundo. ff. eod.tt.*

X. Exceptio: Nisi precium nondum sit solutum. reprobatur *l.2.in fin.ff.de contrah.empt.* *Concordat Instit. de empt. & vendi.in princ. item l.empti.*9. *C. de contrah.empt.*

XI. Exceptio: Nisi emptor seruum venditum conduxerit, donec precium soluatur, reprobatur *l.seruum.*16.*ff. de periculo & commodo rei venditæ.*

XII. Exceptio: Nisi emptio inutilis sit. approbatur exemplo *l.necessario.8.in princ. ibi.siquidem defecerit ff.eod.tt.*

XIII. Exceptio: Nisi venditor in se periculum recepit. approbatur simul & distinguitur *l.1. in princ.ff.de periculo & commodo rei venditæ* Exemplum proponitur *l.fistulas.* 78. §. *fin. ff. de contrah. emptione.* Prima replicatio est; Nisi consueto modo damnum datum sit, non inopinato. hoc enim damnum ad venditorem qui periculum suscepit, non pertinet. *quæ replicatio approbatur (teste Accursio) d.§.fin.* Altera replicatio est: Nisi cum venditor periculum vini venditi suscepisset, vinum sit degustatum. *d.l.1.in princ.* Huius duplicatio est: Nisi tempus sit designatum vlterius *d.l.*1. Tertia: Nisi cum venditor ad certum tempus periculum suscepisset, tempus illud sit finitum. *d.l.*1. Quarta: Nisi cum venditor vini venditi periculum suscepisset, vasa ab emptore sint signata. reprobatur *d.l.*1.

XIV. Exceptio: Nisi venditor custodiam rei venditæ promiserit, vel ipso iure debeat. *Instit. de empt. & vendit.§.quod si fugerit.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi vi maiore & casu fortuito damnum contigerit. hoc enim venditor non præstat. quamuis custodiam debeat. *l.si ea res.* 31.*in princ.ff.de act.empti.l.2.§.fin.ff.de periculo & commodo rei venditæ.l.si vendita.*11.*ff.eod.tt.* Cuius duplicatio est; Nisi vel leuissima venditoris culpa damnum contigerit, vel non maiorem quam in suis rebus diligentiam in re custodienda præstiterit. *d.l.11. l.custodiam.3.ff.eod.tt.item l.quod sæpe.35.§.si res vendita. ff. de contrah. emptione.* Plura de hac exceptione vide *infr. except.*19. Altera replicatio est: Nisi res tradita sit emptori. tunc enim à custodia præstanda venditor liberatur. De qua replicatione aliisque similibus vide *infr. d.except.*19.

XV. Exceptio: Nisi cum seruus emptus fugisset, venditor illum non vitiosum futurum antea promiserit. *l.si apud.*3. *C.de ædilitiis actionibus. M.I.R. d.reg.*11.*except.*6.

XVI. Exceptio: Nisi seruus emptus fugiens, ad venditorem rediit. *d.l.*3.

XVII. Exceptio: Nisi ex vitio præterito damnum in re vendita datum sit. *l.vlt.C.de periculo & commodo rei venditæ. l.*1. *in fine. C. eod.tt. l.si apud.*3.*in princ. C. de ædilitiis actionib.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi vinum emptum sua natura corruptum fuerit. approbatur simul & distinguitur *l.si vina.*15.*ff.de periculo & commodo rei venditæ.*

XVIII. Exceptio: Nisi dolo venditoris damnum vel lucrum contigerit. *l.dolum.*3.*C.d.tt. Inst. de empt.& vend.§.cum autem emptio.ibi: quidquid enim sine dolo.& § quod si fugerit. l.si per emptorem.5.ibi: nisi quod dolo malo venditoris interceptum est.ff. de periculo & commodo rei venditæ.item l.seruũ.* 16. *in fin.ff. eod.tt. Concordat quoad lucrum l.sicut.*37.*ff.de act.empti.*

XIX. Exceptio: Nisi culpa vel negligentia venditoris interuenerit. *l. vend.*36.*ff. eod.tt.Inst.de empt.& vendit.§.cum autem. ibi.quidquid enim. l. si vina.*15.*in fin.ff.de periculo & commodo rei venditæ.l. eum qui.*14.*in pr.ibi.& sane ff. de furtis. Concordant item ea quæ proposita sunt supra exc.*14.*replic.*1.*dupl.*1. *M.I.R. d. reg.*11.*exc.*7. Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi res emptori fuerit tradita. hoc enim casu nec culpam nec custodiam amplius venditor præstat. *l. quod si.*14.*in fin.ff.de periculo & commodo rei venditæ.* *Concordat l.lector.* 12.*ff.eod.tt.* Altera replicatio est: Nisi res ab emptore sit signata. *d.l.*14.*in fin.* Contradicit *l.*1.§.*aut igitur.ibi: sed & si non sint.& §.si dolium.ff.eod.tt.* Tertia replicatio est: Nisi per emptorem stet, quo minus res ei tradatur. *approbatur per ea quæ proposita sunt supra except.*5.*in princ.* Quarta: Nisi venditor eam præstiterit diligentiam, quam bonus paterfamilias in rebus suis solet præstare. *l.quod sæpe.* 35. §.*si res vendita.ff.de contrah.empt. Concordant ea quæ proposita sunt sup.exc.*14.*repl.*1.*dupl.*1.

XX. Exceptio: Nisi res furto venditori sit ablata. ipso quidem iure subsistit, ratione exceptionis præcedentis: verum eius replicatio prima est: Nisi venditor eam diligentiam, quam bonus paterfamilias adhibere solet, in re custodienda adhibuerit. *d.§.si res vendita. Concordat l. eum qui.*14.*in pr.ff.de furtis.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi venditor emptori actiones suas, quas ad rem persequendam habet, non præstet. *d.§.si res vendita.* Altera replicatio est: Nisi custodia rei venditori per pactum sit remissa. *d.§.si res.*

XXI. Exceptio: Nisi culpa vel negligentia seruorum venditoris damnum accidit. reprobatur *l. si vendita.* 11.*ff. de periculo & commodo rei venditæ.*

XXII. Exceptio: Nisi iussu venditoris seruus emptus aliquid fecit, quo damnum patitur. approbatur simul & distinguitur *l.si seruus.*54.*in pr. ff.de act. empti & venditi.*

XXIII. Exceptio: Nisi venditor actiones suas quas habet, quod res vel perijt vel deterior facta est, emptori non præstet. *l.quod sæpe.*35 § *si res vendita.ibi: tantum vt vindicationem.ff.de contrah.empt. l. si ea res.*31.*in princ.ff.de act.empti.Inst de empt. & vend. §.quod si fugerit.ibi. vtq; tamen. item l. eum qui.* 14. *in pr.ff.de furtis.*

XXIV. Exceptio: Nisi res aliena vendita sit. *d. §.si res vendita ibi. vnde videbimus.*

XXV. Exceptio: Nisi ex re venditoris aliquid rei venditæ accesserit. *l.Iulianus.*13.§.*sed et si quid.in fin.ff.de act.empti.*

XXVI. Exceptio: Nisi res vendita publicata sit. *l.si fundus.*33.*in prin.ibi.nam etsi vendideris.ff. locati & conducti.*

XXVII. Exceptio: Nisi res, antequam periret, sit redhibita. *l.*14.*ff.de except.* Cuius ratio est *inf.c.* 12.*quæst.*10.*in pr.*

XXVIII. Exceptio: Nisi pecunia data conuenit, vt Stichus vel alia res daretur. hoc enim casu magis est contractus innominatus, Do vt des, quam emptio & venditio: ideoq; periculum est dantis pecuniam. *l.vlt.cum sua glossa. ff. de condict.ob causam.* Hæc de exceptionibus aduersus regulam propositam. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *inf.lib.*24.*c.p* 17.

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS *contractum emptionis & venditionis.*

CAP. III.

QVanquam regulariter ex contractu emptionis & venditionis obligatio & actio hinc inde nascatur, & alia de quibus hactenus dictum est, & de quibus *inf.c.*10.*cum seqq.* dicetur, euenianr: *M.I.R.d.c.6.reg.*12. tamen regulæ illæ plures recipiunt exceptiones, desumptas partim ex ijs quæ emptioni & venditioni insunt, puta ex eius circumstantijs: partim etiã ex ijs quæ emptionẽ & venditionem vtiliter contractam sequuntur, quas exceptiones nunc ordine enumerabimus. Prius tamen leges, quibus regula proposita approbatur, proponemus. Approbatur igitur regula proposita *l.de contract.*3.*C.de rescind.vend.l.ratas.*7. *C.eod.tt.item l.res.*54.*ff.de contrah.empt.* Huius regulæ & aliarũ sup. propositarũ exceptiones hę sunt.

I. Exceptio: Nisi inter patrem & filium emptio sit contracta. approbatur simul & distinguitur *l.2.in pr.ff.de contrah.empt.*

II. Exceptio: Nisi furiosus emerit vel vendiderit. approbatur simul & distinguitur *l.2.C.d.tt.*

III. Exceptio: Nisi is cui bonis interdictum est, vendiderit. *l.sciens.*26.*ff.eod.tt.*

IV. Exceptio: Nisi pupillus emerit vel vendiderit. approbatur simul & distinguitur *l.Iulian.*13. § *si quis à pupillo.ff.de act.empt.* Huius replicatio prima est: Nisi quoad eum qui cum pupillo contraxit, hic enim pupillo obligatur, nec proposita exceptione defenditur. *d.§.si quis à pupill.* De qua vide plura *sup lib.*15.*cap.*2.*exc.*1.*repl.*5 Altera replicatio est: Nisi pupillus tutore authore emerit vel vendiderit. *d.§.si quis à pupillo.* De qua vide plura *d. exc.*1.*repl.*1. Tertia: Nisi postea rursus cum eodem pupillo eiusdem rei nomine tutoris authoritate interueniente contractum sit. *l.si id.*7.§.1.*ff.de rescindenda venditione.*

V. Exceptio: Nisi minor viginti quinque annis emerit, vel vendiderit. ipso quidem iure subsistit. *M.I.R. d.reg.*12.*exc.* 1. verum eius replicatio prima est: Nisi minor in integrum non sit restitutus. *De qua re dicetur inf lib.*25.*in restit. in integrum. M.I.R.d. exc.*1.*repl.*1. Altera replicatio est: Nisi quoad eum qui cum minore contraxit. hic enim minori est obligatus, quamuis minor aduersus eum in integrum restitui possit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.exc.prox.repl.*1. Huius duplicatio est; Nisi minor in integrum restitui petat. tunc enim alter quoq; in integrum est restituendus. *l. Iul.* 13. §. *si quis colludente.ff.de act.empt.* Minor igitur viginti quinq; annis emens aut vendens, ipso quidem iure obligatur, perinde ac maior qui cum eo contraxit; sed vt in integrum restituatur aduersus illum contractum, petere potest; quod maior qui cum minore contraxit, nõ potest. Si autem minor in integrũ aduersus cõtractum restitui velit;

tunc & is qui cum eo contraxit, idem petere potest. *De quare inf. lib. 25. in restitutionibus minorum dicetur copiosius.*

VI. Exceptio: Nisi filius familias emerit, vel vendiderit, reprobatur *l. tenetur. 6 §. si filiusfamilias. ff. de act. empt. Concordant ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. cap. 2. except. 4.*

VII. Exceptio: Nisi seruus emerit, vel vendiderit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. d. cap. 2. exc. 2. item l. si liberam. 10. C. quod cum eo qui in alien. potest.* Eius replicatio prima est: Nisi quoad personam domini. nam ex contractu serui domino datur actio, *vt patet ex ijs quæ proposita sunt sup. lib. 15. ca. 4. reg. 2.* Sed & contra dominum datur actio de peculio, de in rem verso, quod iussu, institoria, tributoria & exercitoria, *de quibus inf. lib. 21.* Altera replicatio est: Nisi seruus liber factus, rem emptam possidere cœperit. hoc enim casu ipsi seruo manumisso emptio exceptionem in factum præstat. *l. 1. §. si seruus. ff. de exc. rei venditæ.* Tertia: Nisi seruus habens liberam peculij administrationem, rem peculiarem vendiderit. tunc enim in solidum contractus valet. *l. si liberam. 10. C. quod cum eo qui in aliena potestate.*

VIII. Exceptio; Nisi tutor rem pupilli emat, vel curator eius cuius curam gerit, vel procurator domini res. *l. si in emptione. 34. § fin ff. de contrah. empt.* De hac re plura vide *sup. lib. 5. cap. 1. q. 4. item. cap. 15. quæst. 2. reg. 1. exc. 5.* Plane quod de procuratore dictum est, eius replicatio est: Nisi procurator ex auctione domini rem eius emat. *l. 2. §. procuratorem. ff. pro emptore.*

IX. Exceptio: Nisi is qui officium aliquod in prouincia administrat vel militat, quid in ea com parauerit. approbatur simul & distinguitur *sup. lib. 1. cap. 7. reg. 4. item lib. 3. cap. 21. reg. 36.*

X. Exceptio: Nisi quis non sibi, sed alij emerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. cap. 15. except. 26.* Cuius replicatio prima est: Nisi quis mandatu alterius illi emerit. *l. cum per eos. 7. C. si quis alteri vel sibi.* Altera: Nisi quis sibi & alij emerit. *l. fundus. 64. ff. de contrah. empt.* Plura de exceptione proposita vide *d. exc. 26.* Hactenus exceptiones desumptæ ex persona tam emptoris quam venditoris, nec non eius cui emptio facta est, propositæ sunt: sequuntur nunc exceptiones ex re empta desumptæ.

XI. Exceptio: Nisi sine re emptio facta sit. approbatur simul & distinguitur *l. nec emptio. 8. ff. de contr. empt. M. I. R. d. reg. 12. exc. 11.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fructus & partus futuri emantur. *d. l. 8. M. I. R. d. exc. 12. repl. 1.* Altera est; Nisi captus piscium, vel auiũ, vel missilium ematur. *d. l. 8. § aliquando. Concordat l. ex empt. 11. § fin. ibi. veluti cum futurum ff. de act. empt. M. I. R. d. exc. 11. repl. 2.*

XII. Exceptio; Nisi non appareat, quid, quale & quantum venditum sit. *Hæc exceptio similis præcedenti approbatur l. necessario. 8. in princ. ff. de periculo & commodo rei venditæ. Concordat l. empti. 9. in prin. C. de contrah. empt. M. I. R. d. exc. 11. in pr.*

XIII. Exceptio; Nisi res cuius commercium non est, empta sit. *l. sed Celsus. 6. in prin. ff. de contrah. empt. Concordat l. si in emptione. 34. §. omnium. ff. eod. tt.* Propositæ exceptionis species sunt exceptiones aliquot proxime sequentes. Sed & replicationes vide in ijsdem.

XIV. Exceptio: Nisi res sacra, sancta, religiosa vel publica empta sit, vel homo liber. *d. l. 6. Cui concordat l. hanc legem 22. ff. eod tt. M. I. R. d. reg 12. exc. 9. cum seq.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi quis ignorans rem sacram, religiosam, publicam, vel liberum hominem emerit. *l. & lib. 4. cum lege sequente. C. de contrah. empt. l. qui officij. 62. §. 1. item l. liberi hominis. 70. ff. eod. tt. l. Licinius. 4. ibi. responderit. ff. quibus ad libertatem proclamare non licet. item Instit. de empt. & vendit. §. fin.* Plane duplicationis loco hic notandum, quod in casu proposito non ad ipsam rem tradendam agi possit: sed tantum ad id quod interest emptoris, deceptum se non esse. *d. §. fin.* Altera replicatio est: Nisi res sacra, religiosa vel publica alij rei quæ venire potest, & vendita est accedat. *l. hanc leg. 22. cum duab. legibus sequentibus. ff. de contrah. empt.* Tertia: Nisi liber homo vel res sacra sub hac conditione, Cum seruus erit, vel res prophana erit: vendatur. reprobatur *l. si in emptione. 34. §. liberum. ff. de contr. emptione. Concordant ea quæ habentur sup. lib. 15. c. 15. exc. 33. repl. 2.* Quarta replicatio est: Nisi æde sacra diruta, area eius vendita sit. *l. æde sacra. 73. in prin. ff. de contrah. empt.* Quinta: Nisi quædam loca profana religiosis venditis accedant. in his enim accessorijs nihilominus venditio valet, quamuis in principali non valeat. *dcl. 73. in fi.* Sexta: Nisi ius quod quis priuatum in publico haber, vendiderit. approbatur exemplo *l. qui tabernas. 32. ff. d. tt.*

XV. Exceptio: Nisi res alienari prohibita, vendita sit. *l. sancimus. 7. C. de rebus alienis non alienandis.* Huius exceptionis eædem sunt replicationes quæ præcedentis.

XVI. Exceptio: Nisi res aliena vendita sit. reprobatur *l. rem alienam. 28. ff. de contrah. empt. Concordat l. si ita. 25. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 12. exc. 7.* Plane hoc casu ex empto quidem actio nascitur, *vt inf. suo loco dicetur.* sed dominium rei non transfertur. *De qua re vide sup. lib. 7. c. 4. caus. 1. exc. 1.* idque primæ distinctionis loco notandum. Altera distinctio, qua exceptio proposita admittitur, hæc est: Si emptor rem sciat alienam esse. *l. si in emptione. 34. §. item si & emptor. ff. de contrah. empt.*

XVII. Exceptio: Nisi socius rem communem vendiderit. reprobatur *l. falso. 3. & l. portionem. 4. C. de commun. rerum alienatione. De qua re vide sup. lib. 21. cap. 4. causa 1. exc. 1. repl. 14.*

XVIII. Exceptio: Nisi rem suam quis emerit. *l. suæ res. 16. cum l. sequente. ff. de contrah. empt. l. neq; 45. ff. de regul. iuris. l. si mater. 10. C. de contrah. empt. item l. huiusmodi. 81. §. qui seruum. ff. de leg. 1. M. I. R. d reg. 12. exc. 8.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi vsusfructus duntaxat ementis sit. hoc enim casu emptio proprietatis valet. *d. l. 16. M. I. R. d. exc. 8. repl. 1.* Altera: Nisi possessio rei aliena sit. hoc enim casu, quoad possessionem rei suæ, emptio valet. *l. si in empt. 34. §. rei suæ. ff. de contr. empt. M. I. R. d. repl. 1.* Tertia: Nisi sub conditione quis rem suam emerit, & tẽpore existentis conditionis sua esse desierit. *l. existimo. 61. ff. d. tt.* Quarta: Nisi pars rei aliena sit. pro ea enim parte emptio valet. *l. sed & si. 18. in prin. ff. de contrah. empt.* Quinta: Nisi causa ex qua emptor rem nactus est, inutilis sit, & res emptori possit auocari. hoc enim casu emptio valet. *l. cum res. 4. C. eod. titul.* Sexta: Nisi pendente conditione, sub qua res emptori legata est, emptio

emptio rei legatę à legatario facta sit. reprobatur *l. cui res. 29. ff. de action. empt.* Septima: Nisi debitor pignus à creditore emerit. reprobatur *l. si debitor. 39. in pr. ff. de contrah. empt. Concordat l. debitor. 40. in pr. ff. de pignor. act.*

XIX. Exceptio: Nisi res empta in rerum natura non sit, vel perierit. *l. sed et si. 15. in princ. ff. de contrah. empt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pars rei superfit, approbatur simul & distinguitur *l. domum. 57. ff. d. tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi minor pars rei venditæ superfit. *d. l. 57.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi venditor sciuerit rem perijsse, ignorante emptore: vel contra emptor sciuerit, ignorante venditore. *d. l. 57.* Altera duplicatio est: Nisi contemplatione eius partis quæ perijt, res sit empta. tunc enim, quamuis maior pars superfit, tamen emptio non valet. approbatur simul & distinguitur *l. arboribus. 58. ff. d. tt.* Tertia: Nisi duabus rebus emptis, altera ante venditionem perijt. approbatur exemplo *l. si duos. 44. ff. d. tt.* Quarta: Nisi domo empta, area tantum superfit. *d. l. 57. in pr.* Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi fructus vel partus futuri emantur, *l. nec emptio. 8. in prin. ff. de contrah. empt.*

XX. Exceptio: Nisi res quæ est apud hostes, vendatur. reprobatur *l. vlt. ff. de act. empt.*

XXI. Exceptio: Nisi venenum venditum sit. approbatur simul & distinguitur *l. quod sæpe. 35. §. veneni. ff. de contrah. empt. Concordat l. eiusdem legis. 3. in prin. ff. ad l. Corneliam de sicarijs.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi venenum adiectione alterius materiæ medicamento esse possit. *d. §. veneni.*

XXII. Exceptio: Nisi res incorporalis empta sit, puta seruitus. reprobatur exemplo *l. cum manusata. 80. §. 1. ff. de contrah. empt.*

XXIII. Exceptio: Nisi iter venditum sit ei qui fundum vicinum non habet. *l. tenetur. 6. §. si tibi. ff. de action. empt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi iter cum fundo vicino simul eidem veneat. *d. §. si tibi. vers. sed si fundum.*

XXIV. Exceptio: Nisi res maior minori accedens vendatur. approbatur simul & distinguitur *l. iustissime. 44. in prin. ff. de ædilitio edicto.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi alia res maior præter hominem minori accedat. *d. l. 44. Concordat l. si in empt. 34. in prin. ibi nec refert. ff. de contrah. empt.* Hactenus exceptiones aduersus emptionem & venditionem, tam ex personis contrahentium, quã ex rebus emptis desumptæ, propositę sunt: nunc tertium genus sequitur, earum scilicet quæ sumuntur ex re seu precio quo res empta est. Ratio autem precij elegans proponitur *l. 1. §. sed quia non semper. ff. de contrah. empt.*

XXV. Exceptio; Nisi nullum precium interueneri. *l. 2. in fin. ff. d. tt Inst. de empt. & vendit. §. precium autẽ. item l. empti fides. 9. in pr. C. de contrah. empt.*

XXVI. Exceptio; Nisi incertum sit precium. *Inst. d. §. precium. l. fin. C de contrah. empt. l. necessario. 8. in princ. ff. de periculo & commodo rei venditæ M. I. R. d. reg. 12. except. 10.* Exemplum proponitur *l. quod sæpe. 35. §. 1. ff. de contrah. empt.* Aliud *l. si quis. 37. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi cum precium in tertij arbitrium collocatum, is fuerit arbitratus, preciumque suo arbitrio definierit. *Inst. de empt. & vend. §. precium. & l. vlt. C. de contrah. empt.* Altera replicatio est; Nisi in rei veritate certum sit. tunc enim quamuis contrahentibus sit ignotum, valet tamen venditio, *l. hæc venditio. 7. §. huiusmodi. ff. de contrah. empt. M. I. R. d. except. 10. repl. 1.* Tertia; Nisi pro parte certum sit precium. tunc enim, quamuis pro parte incertum sit, non obstat. *d. l. 7. §. fin.* Quarta; Nisi in contractu aliquo conuenerit, vel in testamento legatum sit, vt res iusto precio vendatur. hoc enim casu nihilominus vt vendatur, agi potest, approbatur in contractu quidem *l. si fundus. 16. §. fin. ff. de pignor. & hypoth.* In legato autem *l. et si æquo. 65 ff. de leg. 1. M. I. R. d. exc. 10. repl. 2.*

XXVII. Exceptio; Nisi in alia re, quam in numerata pecunia, precium sit constitutum. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. c. 1. q. 3. reg. 1.*

XXVIII. Exceptio; Nisi minoris vel pluris vera æstimatione res vendita sit. reprobatur *l. in causa. 16. §. idem Pomponius. ff. de minoribus viginti quinq; annis. l. item si. 22. §. fin. ff. locati & conducti. l. ad rescindendum. 4. C. de rescind. vendit. l. si voluntate. 8. l. dolus. 10. l. venditor. 11. item l. quisquis. 15. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 12. exc. 9.* Plane admittitur exceptio proposita primum quidem, si minoris dimidio iusti precij res sit vendita. *d. l. 8. in fin. Concordat l. 2. C. de rescin. vend. M. I. P. lib. 5. c. 7. reg. 15. M. I. R. d. exc. 9. dist. 3.* Huius distinctionis replicatio prima est; Nisi emptor malit offerre quod vero precio deest. *d. l. 2. Concordat d. l. 8. in fi. M. I. P. d. reg. 15. exc. 1. M. I. R. d. dist. 3. repl. 1.* Altera; Nisi precium rei post venditionem sit auctum. hoc enim venditori non proderit. *d. l. 8. in fin. M. I. R. d. dist. 3. repl. 6.* Tertia; Nisi donationis causa minoris venditum sit. *l. si quis. 38. ff. de contr. empt. M. I. R. d. dist. 3. repl. 9.* Hæc de prima propositę exceptionis reprobatæ distinctione eiusq; replicationib. Secundo admittitur exceptio proposita, si dolus intercesserit; veluti si emptor dolo affirmans minimam esse hæreditatem, eam ab hęrede minoris emerit. *l. qui nondum. 4. C. de hæred. vend. Concordat l. si quis. 9. in pr. ff. de dol. mal. M. I. R. d. exc. 9. dist. 2.* Tertio admittitur, si cum dominus alij mandasset rem suam certo precio vendendam ille minoris vẽdiderit. *l. 1. §. Celsus. ff. de exc. rei vend.* Quarto, si fiscus vel creditor iure pignoris vel subhastationis res debitoris minoris vendiderit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. lib. prox. c. 12. causa 1. exc. 13. repl. 5. item lib. 2. cap. 34. q. 7. reg. 7 exc. 2.* Quinto, si minor annis, eiusue curator rem eius decreto interposito minoris vendidit. *l. si quidem. 11. in fi. C. de prædijs & alijs reb. minor.* Hactenus de precio quoq; emptionis & vẽditionis, nunc de exceptionib. desumptis ex causa & modo, alijsq; huiusmodi circũstãtijs emptionis & vẽditionis.

XXIX. Exceptio; Nisi imaginaria sit venditio, vel simulata. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. c. 2. exc. 7. item sup. hoc lib. c. 1. q. 3. reg. 7.* Huius exceptionis exemplum est, si donationis causa venditio sit simulata. *Quod proponitur l. cum in. 36. ff. de contrah. empt.* Plane exceptionis propositę in exemplo proposito replicatio est; Nisi donationis causa minoris vẽditio sit facta. hoc enim casu venditio valet. *l. si quis. 38 ff. de contrah. empt.* Huius duplicatio est; Nisi inter virum & vxorem viliore precio donationis causa facta sit. *d. l. 38.* Plura de hac duplicatione eiusque triplicationib. vide *sup. lib. 14. c. 10.* Hæc de prima repli-

replicatione. Altera replicatio est; Nisi precium venditor acceperit. hoc enim casu proposita exceptione amplius non defenditur. approbari videtur *l. imaginaria. 16. ff. de reg. iuris.*

XXX. Exceptio; Nisi debitor in fraudem creditorum res suas vendiderit. reprobatur *l. sciens. 26. in fin. ff. de contr. empt.* Plane hoc casu creditoribus actio datur ad reuocanda ea quæ in fraudem eorum sunt alienata. *De qua alibi.*

XXXI. Exceptio; Nisi quis in fraudem munerum bona sua vendiderit. reprobari potest *arg. d. l. 26 in fi.* Sed emptor hoc casu precio mulctatur. *l. hi qui. 17. C. de rescind. vend.*

XXXII. Exceptio; Nisi sumptibus necessarijs vel debito vrgentibus, dominus rem suam vendidit. reprobatur *l. non idcirco. 12. C. d. tt.*

XXXIII. Exceptio; Nisi vi metusue causa emit vel vendidit. *l. inuitum. 11. C. de contrah. empt. l. 1. C. de rescind. vendit. item l. si volunt. ate. 8. in prin. C. d. tt. M. I. R. d. reg. 12. exc. 14.*

XXXIV. Exceptio; Nisi dolus aduersarij interuenerit. *d. l 8. in princ. l. si dolo. 5. item l. dolus. 10. C. d. tt. M. I. R. d dist. 2 & d. reg. 12 exc. 13.* Propositæ exceptionis replicatio prima est; quod venditio dolo facta ipso quidē iure valeat, & non nisi per in integrum restitutionem rescindatur. *d. l. 10.* Ideoq; nisi intra quadriennium in integrum restitutio sit petita, contractus ialuus manet. *De quo inf. lib. 25. in restitutionib. in integrum dicetur.* Altera replicatio est; Nisi venditor qui se deceptum dicit, tempore contractus sciuit factum illlid, de cuius dolo postea conqueritur. *l. venditor. 11. C. eod. tt.*

XXXV. Exceptio; Nisi error interuenerit. *l. in venditionib. 9. in princ. ff. de contrah. empt.* Exemplum proponitur *l. si hæres. 5. ibi: sed si falso. ff. de act. empt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi non in corpore, sed in nomine sit erratum *d. l. 9. §. plane.* Altera; Nisi non in corpore, sed in materia vel in genere sit erratum, reprobatur *d. l. 9. §. fin. l. alioquin. 11. in pr. & l. cum ab eo 41 §. fin. ff. d. tt.* Admittitur autem in casu *d. l. 9. §. inde quæritur, cum lege sequente 11. in princ.* primum quidem, si acetum pro vino veneat. *quæ distinctio iam d. ll. approbatur.* Deinde, si in materia & qualitate simul ambo errarint. *l. quid tamen. 14. ff. eod. tt.* Contradicit *d. l. 41. §. fin.* Quæ antinomia reconciliari potest per distinctionem proxime sequentem. *Cui accedit glossa in l. alioquin. 11. in verbo Valebit. ff. de contrahend. empt.* Tertio admittitur replicatio proposita, quoad actionem ad id quod interest. hoc enim casu valet emptio & venditio ad actionem istam producendam. *l. si sterilis. 21. §. quamuis. ff. de actionib. empt. Concordat l. Labeo. 45. ff. de contrah. empt.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est; Nisi non in corpore, sed in qualitate rei sit erratum. *l. aliter. 10. ff. de contrah. empt. Concordat l. alioquin. 11. in fin. ff. d. tt.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi in sexus qualitate sit erratum, *d. l. 11. in fin.* Secundæ duplicationis loco notandum, quod quamuis ob errorē qualitatis non vitietur contractus, tamen ex empto competat actio ad contractum resoluendum, vel ad id quod emptoris interest præstandum. *l. ex empto. 11. §. si quis virginem. & l. si sterilis. 21. §. quamuis. ff. de action. empt. Concordat sup. replic. proxim. distinct. 3. item glossa in d. l. alioquin. 11.* Quarta replicatio est; Nisi non in re principali, sed in accessione error interueniat. *l. si in empt. 34. in pr. ff. de contr. empt.* Quinta; Nisi supina ignorantia vel error sit. *l. sed & si. 15. §. ignorantia. ff. de contr. empt.* Sexta; Nisi alius cui adquiritur actio empti vel venditi, sciuerit, eo qui contraxit ignorante. reprobatur *l. in huiusmodi. 12. ff d. tt.* Plura de hac replicatione vide *inf. lib. prox. 12. q. 3. exc. gen. 10.* Septima; Nisi is qui contraxit, sciuerit, eo cui actio adquiritur ignorante. *d. l. 12.* De qua re item vide plura *d. exc. 10.* Hæc de erroris exceptione, de qua vide plura *sup. lib. 15. cap. 15. exc. 15.*

XXXVI. Exceptio; Nisi inter absentes emptio & venditio sit contracta. reprobatur *l. vlt. C. si quis alteri, vel sibi sub alterius. Concordat l. 1. § fin ff. de contr. empt.*

XXXVII. Exceptio; Nisi sub conditione, vel in diem emptum vel venditum sit. reprobatur *Instit. de empt. & vend. §. penult.* Aliud exemplum, quo in diem facta est venditio, proponitur *l. cum manusata. 80. §. sylua. ff. de contr. empt.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi sub conditione hac, Si volam: vel, Si voles; emptio sit contracta. *l. in vendentis. 13. C. de contrah. empt. Concordat l. hæc venditio. 7. in prin. ibi: nam si in arbitrium. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi ita venditio sit facta, vt si displicuisset, res esset inempta. *l. si res. 3. ff. de contr. empt. Concordat l. si prædium. 4. in pr. C. de ædilitijs actionib.*

XXXIX. Exceptio: Nisi ita vt cum bestijs pugnat, dominus seruum vendidit. *l. domini. 42. ff. de contrah. empt.*

XL. Exceptio: Nisi alibi, quam vbi res est, venditio facta sit. reprobatur *l. 1. C. d. tt. Concordat l. quisquis. 15. C. de rescind vend.*

XLI. Exceptio; Nisi socer venditoris emptori renunciauit, ne compararet. reprobatur *l. si maior annis. 13. C. de rescind. vendit.*

XLII. Exceptio; Nisi ita vt dominium rei penes venditorem maneat, venditio facta sit. *l. cum manusata. 80. § fin. ff. de contr. empt.*

XLIII. Exceptio: Nisi arra data nulla sit. reprobatur *l. quod sæpe. 35. in princ. ff. d. tt. Concordat Instit. de empt. & vend. in pr. M. I. R. d. reg. 12. exc. 12.*

Hactenus exceptiones aduersus emptionis & venditionis contractum, desumptæ ex ijs quæ ipsi contractui insunt, enumeratæ sunt: superiunt eæ quæ contractum sequuntur, de quibus nunc dicetur.

XLIV. Exceptio: Nisi cum conuenisset, vt instrumentum emptionis & venditionis conficeretur: instrumentum illud non sit conscriptum, *Inst. de empt. & vendit. in prin. l. contractus. 16. C. de fide instrument.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non nominatim in ipso contractu de instrumento conficiendo conuenerit. *Inst. d. tt l non idcirco. 12. C. de contr. empt.*

XLV. Exceptio: Nisi cum conuenisset, vt instrumentum emptionis & venditionis conficeretur: instrumentum illud à contrahentibus non sit scriptum, vel saltem subscriptum, & ab eodem tabellione completum, omnibusq; partibus absolutum. *Inst. de empt. & vendit. in pr. Cui concordat d. l. 16. C. de fide instrumentorum.*

XLVI. Exceptio: Nisi fideiussor eu ctionis nomine non sit acceptus, reprobatur *l. non idcirco. 12. in pr. C. de contrah. empt.*

XLVII. Exceptio: Nisi precium non sit numeratum. reprobatur *l. empti fides. 9. C. d. tt. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. 2. exc. 10.*

XLVIII. Exceptio: Nisi conditio contractus defecerit, vel nondum sit impleta. *l. hæc venditio. 7. in prin. ff. de contrah. empt. l. si quis fundum. 37. in fin. ff. d. tt. item l. necessario. 8. in prin. ibi: quod si sub. ff. de periculo & commodo rei venditæ.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi per eum cuius interest conditionem non impleri, steterit, quo minus impleatur. approbatur exemplo *d. l. 7. in prin. Concordat l. Labeo. 50. ff. de contr. empt.* Altera: Nisi cum conditio in alicuius arbitrium esset collata, is aliter ac vir bonus arbitratus sit. approbatur exemplo *d. l. 7. in pr. Concordat l. in personam. 22. § generaliter. ff. de reg. iuris.* Tertia: Nisi ita, Siue naus ex Asia venerit, siue non venerit: venditio sit contracta. *l. necessario. 8. §. si ita res. ff. de periculo & commodo rei venditæ.* Quarta: Nisi non sub conditione venditio sit contracta, sed in defectum conditionis sit resoluta: vtputa, si melior conditio fuerit allata, vt ab emptione discedatur. hoc enim casu etiam meliore conditione allata, nihilominus perfecta venditio est, sed resoluitur. quæ replicatio in dicto exemplo approbatur *l. 2. ff. de in diem addictione. Concordat l. 2. §. si in diem. ff. pro emptore.* Aliud exemplum est, si ita sit contracta venditio, vt si displicuisset, res sit inempta. *de quo vide sup. except. 37. repl. 1.* Tertium, si ita contracta sit venditio vt nisi intra certum tempus precium solutum esset, res inempta esset. *l. 1. ff. de lege commissoria.* Quinta replicatio est: Nisi sub hac conditione, Si venditor fundum venditum alij pignori obligatum ante calendas liberasset: venditio sit contracta. Hæc enim verba non conditionem faciunt, sed modum. *l. cum ab eo. 41. ff. de contr. empt.* Sexta: Nisi consensu vtriusque postea conditio sit immutata. *l. sed Celsus. 6. §. fin. ff. de contr. empt.*

XLIX. Exceptio: Nisi causa venditionis non sit secuta, vel modus non impletus. reprobatur *l. ea conditione. 14. C. de rescind. vendit.* Plane admittitur, si modus adiectus causam dedit contractui, & minoris ob id venditio facta est. *l. cum te. 6. C. de pactis inter emptor. & venditor.*

L. Exceptio: Nisi emptor vel venditor pendente contractus conditione decesserit. reprobatur *l. necessario. 8. §. quod si sub condit ibi. quod si pendente. ff. de periculo & commodo rei venditæ.*

LI. Exceptio: Nisi inter venditorem & emptricem postea nuptiæ sint secutæ, hasq; diuortium. reprobatur *l. si Gaudentius. 6. C. de contr. empt.*

LII. Exceptio: Nisi res vendita interierit. *De hac re vide sup. cap. 2.*

LIII. Exceptio: Nisi cum fiscus vel creditor rem pignoris iure vendidisset, debitor postea debitum offerat. *De hac re vide sup. lib. prox. cap. 12. causa 1. exc. 13.*

LIV. Exceptio: Nisi proximior venditoris cognatus oblato precio rem retrahat. reprobatur *l dudum. 14. C. de contrah. empt. M. I. R. lib. 6. cap. 1. reg. 3.* vbi contradicitur.

LV. Exceptio: Nisi vel emptor vel venditor statim perfecta venditione de pœnitentia sua sit cōtestatus. reprobatur *l. non idcirco. 12. in fin. C. d. tt.*

LVI. Exceptio: Nisi venditor pœnitentia ductus duplum precium emptori restituere sit paratus. reprobatur *l. non est 6. C. de rescind. vendit.*

LVII. Exceptio: Nisi postea in contrarium conuenerit. *l. emptio. 3. in princ. ff. eod. tt. l. sed Celsus. 6. §. fin. ff. de contrah. empt. l. iuris gentium. 7. §. adeo autem ff. de pactis. Inst. quib. modis toll. obligat. § fin. item l. tempore. 8. C. de pactis inter empt. & venditor. M. I. R. d. reg. 12. exc. 16.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi re non integra in contrarium emptor & venditor paciscantur. *quæ ex legibus iam allegatis constat. Concordat l. 2. ff. de rescind. vendit. item l. 1. cum l. seq. C. quando liceat ab empt. disced. M. I. R. d. except. 16. repl. 1.* vbi etiam distinguitur. Cuius duplicatio est. Nisi re secuta in integrum restituta in contrarium conuenerit. *d. l. 1. Concordat l. ab empt. 57. ibi: Ariston. ff. de pactis.* Altera replicatio est; Nisi post interitum rei venditæ in contrarium conuenerit. *l. cum emptor. 5. §. empt. ff. de rescind. vendit.* Tertia: Nisi postquam emptor fideiussorem accepit, vel res in stipulationem deducta sit, in contrarium conuenerit. reprobatur *l. emptio. 3. ff. d. tt.* Quarta: Nisi alter tantum alteri acceptotulerit. hoc enim casu videtur accepto ferentem nihilominus ei cui accepto tulit, obligatum manere. sed reprobatur *l. cum emptor. 5. in pr. ff. d. tt. Concordat l. vlt. ff. de acceptilat.* Contradicit *l. si conuenerit. 55. ff. de pactis.* Quinta replicatio est: Nisi cum illa aut illa res empta esset, postea conuenit, ne alterutrius emptio maneat. hoc enim casu nihilominus vnius emptio manet. *l. si emptio. 4. ff. de rescind. vend.* Sexta: Nisi conditio adijciatur venditioni. *l. si id. 7. in pr. ff. d. tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum antea sub conditione contractum esset, conditio ista postea mutetur. *l. sed Celsus. 6. §. si. ff. de contrah. empt.* Septima replicatio: Nisi alius quam emptor vel venditor postea in contrariū pactus sit. ipso quidem iure approbatur, verum eius duplicatio prima est: Nisi filio contrahente, pater eius in contrarium pactus sit. *l. 1. ff. de rescind. vendit.* Altera duplicatio est: Nisi cum alius rem vendidisset, dominus rei pactus sit vt ab emptione discedatur, hoc enim casu tam venditori, quam domino paciscenti exceptio pacti obstat. *l. si cum. 16. §. fin. ff. de pact.* Octaua replicatio est: Nisi cum emptori duo heredes extitissent, venditor cum vno tantum pactus sit, vt ab emptione recedatur. reprobatur *l. iuris gentium. 7. §. vnde illud. ff. de pact.* Nona; Nisi pro parte tantum à priore contractu recedatur. reprobatur *d. §. vnde illud. & §. adeo autem.* Decima: Nisi pupillus postea sine tutoris authoritate in contrarium paciscatur. *l. si id. 7. §. fin. ff. de rescind. vendit. Concordat l. 1. ibi: sicuti, etsi pupillus. ff. d. tt.* Vndecima: Nisi alius quam qui pactum fecit, pacti exceptione vtatur; approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 13. cap. 17. reg. 1. in pr.* Huius autem replicationis duplicatio prima est: Nisi patre paciscente, filius pacti exceptione vtatur. *d. l. 1. in fin.* Altera; Nisi reo principali paciscente, fideiussor pacti exceptione vtatur. *l. empt. 3. ibi: an autem. ff. d. tt.* Sed & plura de replicatione proposita eiusq; duplicationib. vide *d. c. 17. reg. 1.* item plura de exceptione proposita eiusq; replicationibus vide *sup. lib. 15. c. 15. exc. 12. repl. 4. dupl. 1. item exc. 47.* Hactenus exceptiones aduersus emptionem & venditionem tam eæ quæ contractui insunt, quam quæ contractum sequuntur, ordine sunt enumeratæ atque descriptæ.

DE IN DIEM ADDICTIONE.

CAP. IV.

CVm hactenus de emptione & vēditione in genere sit actum, nunc de quibusdam emptionis & venditionis speciebus specialiter agendum erit. Nam de actionibus empti & venditi, quæ & ipsæ ad generalem tractatum pertinent, inf. dicetur. Species autem emptionis & vēditionis nunc describendę sunt hæ: In diem addictio: Lex commissoria: Hæreditatis & actionis venditio: Venditio mancipij ita vt exportetur, vel ne manumittatur, vel ne prostituatur: itē Permutatio species emptionis & vēditionis vetustissima, quanquam hodie peculiare genus cōtractus est.

1. Definitio in diem addictionis proponitur *l.1.ff.de in diem addictione.*

II. GENVS.

Pura est venditio, quę sub conditione resoluitur, *l.2.§.si in diem.ff.pro emptore.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ita sit contracta venditio, vt perficiatur, nisi melior conditio adferatur. *l.2.ff.de in diem addictione.*

III. CAVSA, EX QVA PROposita venditionis species resoluitur.

Si melior conditio fuerit allata, resoluitur hęc venditio. *l.vbi autem.4.§.cum igitur. ff. de in diem addict. M.I.R.lib.5.cap.6.reg.62.* Declaratur regula hæc definitione melioris conditionis *d.l.4.§. fin. cum lege sequente.* Plane habet proposita regula etiam suas exceptiones, quarum prima est: Nisi cum duobus res vendita esset, vnus ex illis emptorib. meliorem conditionem offerat, reprobatur *l. cum in diem.18.ff.de in diem addictione.* Altera: Nisi vnus ex pluribus venditorib. meliorem conditionem offerat, reprobatur *l.quod si.13.§.fin.ff.d.tt.* Tertia: Nisi pupillus sine tutoris authoritate meliorem conditionem offerat. reprobatur *l.si vend.14.§.sed & si pupillus.ff.eod.tt.* Quarta: Nisi seruus alienus meliorem conditionem offerat. reprobatur *d.§.sed & si pupillus.* Quinta: Nisi seruus vel filius venditoris meliorem conditionem offerat. *d.§.sed & si pupillus.* Sexta: Nisi dominus rei meliorem conditionem offerat. *d.§.sed & si pupillus.* Septima: Nisi seruus qui liber putatur, meliorem conditionem offerat. reprobatur *d.§.sed & si pupillus, in fin.* Octaua: Nisi is qui meliorem conditionem offert, soluendo non sit, reprobatur *d.l.14.§.sed si neuter. & §.sed & si pupillus, in fine.* Huius exceptionis reprobatæ distinctio videtur esse: Nisi prior emptor eum qui soluendo non est, subiecerit. Sed reprobatur *d.l.14.§.1.* Nona exceptio: Nisi emptor alium subiecerit, qui meliorem conditionem offerat. reprobatur *d.§.1.* Decima: Nisi posterior emptor non adferat meliorem conditionem. *l.vbi autem.4.§.cum igitur in fin. ff.de in diem addict. Concordat l.si venditor.14. in pr.ff. eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi faciorem precij solutionem, vel maturiorem adferat, vel leuioribus conditionib. emat, tunc enim, quāuis precio nihil adijciat, meliorē tamen conditionem adferre videtur. *d.l.4.§. melior.* Altera: Nisi fructus à priore emptore percepti, ad venditorem redierint. reprobatur *d.l.14.§. fin.* Vndecima exceptio est: Nisi falsus emptor sit subiectus. *d.l.4.§.cum igitur.* Duodecima: Nisi venditor aliam rem in posteriore venditione adiecit. approbatur simul & distinguitur *l. si prædio. 15. si fund.ff.de in diem addict.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi alia res priori rei venditæ adiecta minoris sit, quam id quod posterior emptor precio adiecit. *d.§.si fundus.* Altera: Nisi venditor sine dolo malo aliā rem priori postea adiecit. *l.si pen.ff.d.tt.* Decima tertia exceptio: Nisi posteriori emptori res etiam in diem sit addicta. reprobatur *l.quod autem.11.in pr.ff.de in diem addict.* Decima quarta: Nisi posteriori dies longior ad soluendum precium sit data. *l.si prædio.15.§.fin.ff.d.tt.* Decima quinta: Nisi mortuo venditore melior conditio adferatur. approbatur simul & distinguitur *d.l.15.in pr.* Decima sexta: Nisi pars tantum rei venditæ posteriori emptori addicatur, vel vnus venditorum posteriori suam partem addicere nolit. approbatur simul & distinguitur *l. quod autem.11.§.fi.cum duab.leg.sequentib.ff.de in diem addict.* Decima septima: Nisi res vendita ante allatā meliorem conditionem perierit. *l. quoniam.3.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi aliud supersit ex re vendita. tunc enim meliore conditione allata, nihilominus prior emptio resolui potest. approbatur simul & distinguitur *l. vbi autem.4.§.item Iulianus.ff.d.tt.* Cuius duplicatio est; Nisi fructus tantum supersit ex re vendita vel partus *d.§.item Iulianus.* Decima octaua exceptio est: Nisi prior emptor paratus sit adijcere precio, quod posterior adiecit. *l. licet autem. 7. cum lege sequente.ff.de in diem addict.* Decima nona: Nisi cum duæ res separatim in diem addictæ essent, & vtraq; simul à posteriore emptore sit empta aucto precio: non appareat, vtrius precio sit additum. *l.cum duo.17.ff.d.tt.* Vicesima, Nisi venditor nolit priorem emptionem resolui. approbatur simul & distinguitur *l.Sabinus.9.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi ita conuenit, vt allata meliore conditione liceret emptori resilire. *d.l.9.* Altera, Nisi creditor pignus in diem addixerit. approbatur simul & distinguitur *l.sed & si.10. ff.d.tt.* Tertia, Nisi duob. vel plurib. vendentibus, vnus ex ijs nolit emptionem pro sua parte resolui. reprobatur *l.quod autem.11.§.fin ff.d.tt.* Quarta, Nisi vno vel pluribus vendentibus, meliore conditione allata, pro parte emptionem resolui nōlint, pro parte velint. *l.quod si.13.ff.eod.tt.* Vicesima prima exceptio est; Nisi pluribus rebus separatim venditis, vnius precio adiectum sit, alterius precio adiectum non sit. tunc enim eius emptio cuius precio adiectum non est, manet. *l. cum duo. 17.ff.d.tt.* Hæc de exceptionib. propositæ regulæ.

IV. EVENTVS IN diem addictionis.

1. Regula, Res in diem addicta, emptor medio tempus dominus rei est, eamque vendicare potest, & pignori dare. *l.vbi autem.4. §. sed & Marcellus.ff.de in diem addict. Concordat l.si quis.41.in pr.ff. de rei vend.M.I.R.lib.3.cap.13.reg.15.exc.3.* Huius regulæ exceptio est; Nisi melior conditio sit allata. *d.l.41.in pr. Cui concordat d.§.sed & Marcellus.*

11. Regula, Emptor medio tempore rem vsucapere poterit, fructus lucratur, & periculum ad eum pertinet. approbatur simul & distinguitur *l.2.eum duab.leg.seqq.ff.de in diem addictione. Concordat l.vbi autem.4.§.fundo.ff.d.tt.*

111. Regula: Emptor medio tempore interdicto Quod vi aut clam, vti potest. *d.l. 4.§.idem Iulian.*

IV. Regula: Meliore conditione allata, venditor eius priorem emptorem certiorare debet. *l.necesse.8.ff.de in diem addict.*

V. Regula: Meliore conditione allata, prior emptor fructus perceptos venditori restituere tenetur, approbatur simul & distinguitur *l. item quod dictum.6.l.si venditor.14.§.1. & §.fin. item l. vbi autem.4.§.fundo autem.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi melior conditio alia non sit. *d.l.6.* Altera: Nisi prior emptor pretio adiiciat tantum, quantum adiecit emptor posterior; & ita emptio prior non resoluatur, reprobatur *d.l.6.§.si quis. Concordat l.vlt.ff.de iure fisci.* Plane admittitur, si vtraque addictio intra tempus messis vel vindemiarum sit facta. *d.l.vlt.*

VI. Regula; Meliore conditione allata, prior emptor actionem quam rei emptæ nomine habet, venditori restituere tenetur, approbatur exemplo *l.vbi autem.4. §. fundo.ff. de in diem addict. Concordat l.si quis.41.in pr.ff.de rei vendic.*

VII. Regula; Meliore cōditione allata, prior emptor venditori de dolo & culpa tenetur. *l.si venditor.14.§.1.ff.de in diem addict.*

VIII. Regula: Sed & meliore conditione allata, venditor priori emptori de sumptibus factis tenetur. *l.Imperator.16.ff.d.tt.*

IX. Regula: Meliore conditione allata, prior emptor de pretio quod soluit, sibi restituendo actionem habet non aduersus posteriorem emptorem, sed aduersus venditorem. *l.vlt.ff.d.tt.*

X. Regula: Meliore conditione allata, prior emptor furti nomine, quod seruus emtus fecit, actionem aduersus venditorem non habet. *l. inficiando.69.§.cum seruus.ff.de furtis.*

XI. Regula: Præter rem venditam nihil posteriorem emptorem sequitur. *l.si venditor.14.§. fin.ff.de in diem addict.*

DE LEGE COMMISSORIA.

CAP. V.

I. GENVS HVIVS EMptionis.

NOn est conditionalis venditio, sed pura, quæ sub conditione resoluitur. *l.1.ff. de lege commissor. Concordat l.2.§.Sabinus.ff.pro emptore. M.I.R.d.except.3.*

II. CAVSA, EX QVA HÆC species venditionis resoluitur.

Si cum res vendita esset hoc pacto, vt non soluto intra certū diem pretio, res esset inempta, pecunia intra diem statutum soluta non sit. Hæc regula ipso quidem iure subsistit: *M.I.R.lib.5.c.6. reg.12.exc.17. & reg.59.* verum eius exceptio prima est: Nisi nō stetper emptorem, quo minus ad diē pecunia soluatur. *l.traiectitiæ.22.in fin.ff. de act. & oblig.* Exemplum proponitur *l.vlt.ff.de lege commissoria.* Sunt etiam propositæ exceptionis species & exempla exceptiones aliquot proxime sequentes. Plane propositę exceptionis replicatio est: Nisi cum antea per venditorem factum esset, quo minus pecunia sua die solueretur, postea venditore accipere parato, emptor in mora sit, approbatur simul & distinguitur *l.si & 51.§.si quod fundum.ff.de act.empti.* Secunda exceptio est: Nisi nemo sit cui soluatur. *d.l.vlt. Concordat l.si fundus. 4.§.fin ff.d.tt.* Tertia: Nisi emptori à fisco denunciatum sit ne solueret. *d.l.vlt.ff. de lege cōmissoria.* Quarta: Nisi emptor vt solueret, non fuerit interpellatus, reprobatur *d.l.4.§.fin.* Quinta: Nisi intra diem mortuo venditore, emptor filiis eius impuberib. tutor sit datus, reprobatur *l.Seius.10. in pr.ff.de rescind.vendit.* Sexta: Nisi cum conuenisset etiam, vt non ante pretium soluatur, quam venditor de euictione satisdedisset, venditor nō satisdederit. *d.l.10.§.empt.* Septima: Nisi nō multo post moram emptor pretiū offerat, reprobatur *l.traiectitiæ.22.in fi.ff.de act. & oblig.* Octaua: Nisi post cōmissam legem venditor pretium vel pretij vsuras petierit. *l post diem.7.ff.de lege commissoria. Concordat l commissoriæ.4.C. de pactis inter emptorem. l.Æmilius.38.§.dicebam D.de minor.25.annis.* Nona: Nisi post commissam legem venditor partem pretij acceperit. *l.de lege.6.§.fin.ff. de lege commissoria.* Decima: Nisi venditor malit valere venditionem, quam resolui. *l.2.cum lege sequent.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi venditor cōmissoriam legem semel elegit vel nō statim constituat, vtrum eam legem exercere, vel pretium petere velit. *l.si fundus.4.§.eleganter.D.d.tt.*

III. EVENTVS RESOLVtæ venditionis.

I. Regula: Res sit inepta, & id quod ab emptore datum est, apud venditorem manet. *l.de lege.6.in princ.D.de lege commissoria. Concordat l.si fundus.4.§.sed quod.ibi, cum pretium.D.d.tt.*

II. Regula: Furti nomine, quod seruus inemptus factus emptori fecit, actio aduersus vēditorem non datur. *l. inficiando. 69.§. cum seruus. D.de furtis.*

DE ACTIONE QVÆ VENDITORI resoluta venditione competit.

Causæ ex quib. hæc actio competat?

III. Regula: Si intra diem constitutum emptor pretium non soluat, ex pacto venditori ad rem venditam recuperandam datur actio, quæ regula cum suis exceptionibus proponitur *supr. quæst.2.*

IV. Regula: Si res apud emptorem deterior sit facta, eo quoque nomine emptor venditori tenetur. *l.si fundus.4.in pr.D.de lege commissoria.*

V. Regula: Si res postea minoris vendita est, hoc quoq; (ex pacto tamē speciali) emptor venditori præstabit *d.l.4.§.in commissoria. Concordat l. sed Celsus.6.§.si fundus.D.de contrah.empt.*

Quid veniat in actione proposita?

VI. Regula, De fructibus restituendis, proponitur *l.lege.5.D. de lege commissoria M.I.R. d.cap.6. reg.60.* Huius regulæ exceptio est; Nisi emptor aliquam pretij partem soluit. *l.si fundus.4. §. sed quod ait.D.d.tt.*

VII. Regula; Nec in eo quod accessurum rei venditæ dictum est, emptio consistit. *l.de lege.6. §.idem respondit.D.d.tt.*

Quæ ex propositis causis competat actio, quæq; eius adfinia sint remedia?

VIII. Regula: Ex vendito actio competit. *l. sed Celsus.6.§.si fundus.D.de contrah.empt. Concordat l.si fundus.4.in pr.D.de lege commiss. item l. qui ea.3.C. de pactis inter emptorem.*

IX. Regula: In venditoris arbitrio est, vtrum commissoria lege vti, an pretium petere velit, approbatur simul & distinguitur *sup. quæst.2.exc.10.M.I.R.d.cap.6.reg.61.*

DE HÆREDITATE VENDITA.

CAP. VI.

I. DE ACTIONE EMPTI, SI hæreditas vendita sit.

I. CAVSÆ EX QVIBVS HÆC actio competit.

PRima regula: Si hæreditas vendita sit, emptori ad eam tradendam empti actio cõpetit.*l.qui filijfamilias.14. cum lege sequente. ff. de hæred. vendita.M.I.R.d.c.6.reg.5*. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi viuentis hæreditas venierit. *l.1.ff. d.tt.M.I.R.d.reg.51.exc.1.* Secunda: Nisi eius qui non est, nec fuit vnquam, hæreditas venierit. *d. l.1.l.cum hæreditatem.7.item l.quod si 8.ibi, si nulla est. ff.d.tt.* Tertia: Nisi hæreditas vendita ad venditorem non pertineat, reprobatur *d.l.8.* Quarta: Nisi nondum certus de quantitate hæreditatis, persuasus ab emptore eam tanquam exiguam vendidit, cum esset magna. *l. qui nondum.4.C.de hæred.vel act.vendita.* Quinta: Nisi pretium nondum sit solutum. *l. hæreditatis.12. ff. de hæred. vend.* Hæc de prima causa.

II. Regula: Si venditor quasi hæres hæreditatem vendidit, cum sibi ex S.C. Trebell. esset restituta, ad id quod emptoris interest, tenetur. *l.si quasi.16.ff.de hæred. vendit.*

III. Regula: Si venditor alienam hæreditatẽ vendidit, ad se nõ pertinentem, eius æstimationẽ debet, & in id quod emptoris interest, tenetur. *l.quod si 8.cum lege sequente.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio est. Nisi ita vẽditio facta sit, vt quod iuris esset vẽditori, id veniret. *l.quod si 10. cum lege sequente.& l.quod si sit.13.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi vẽditor sciens nihil ad se pertinere, ita vendiderit. *l.hoc autem.12.ff.eod.tt.*

II. QVID ET QVANTVM VENIAT in actione proposita?

IV. Regula: Quanta est hæreditas, tanta præstanda, approbatur simul & distinguitur *l.qui filij familias.14. in fine, cum lege sequente ff. de hæred.vend.*

V. Regula: Id quod tempore venditionis in hæreditate est, videtur venisse, approbatur simul & distinguitur. *l.2.§.1.ff.de hæred.vend.*

VI. Regula: Id de quo actum est, vendita hæreditate debetur. *d.§.1.l.nisi 15 item l.vlt.ff.d.tt.*

VII. Regula; Id quod ad venditorem occasione hæreditatis venditæ peruenit, debetur. *l. 2.§.1.ff.de hæred.vend.* Declaratur regula proposita *d.l.2.§ peruenisse.M.I.R.d.c.6.reg.53.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum institutus hæres etiam impuberi testatoris filio substitutus esset, & hæreditatem testatoris vendidisset, ex impuberis hæreditate ad eum peruenerit. *d.l.2.§. illud potest.* Cuius replicatio est: Nisi aliud conuenerit. *d. §. illud potest. vers. plane.* Altera exceptio est; Nisi venditor hæreditatis indebitum exegit *d. l. 2. §. solet quæri.* Tertia exceptio est: Nisi ob vim sibi, vel furtũ in re hæreditaria factum venditor pœnam sit cõsecutus. *l.vend.21. § fin.ff.de hæredit.vend.* Quarta: Nisi fundi hæreditarij occasione, quem in venditione hæreditatis excepit venditor, adquisiuit, reprobatur. *l.vlt.ff.d.tt.* Quinta: Nisi post venditam hæreditatem ad venditorem peruenerit, reprobatur *l.2.§.non tantum.ff.de hæred.vend.* Sexta: Nisi venditor id quod ad se peruenit, rursus perdidit vel alienauit. *d.l.2.§ illud tenendum.& §.non tantum, in fine, l.si vendit.3.item l.venditor.21. in fin.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est. Nisi dolo vel culpa venditoris res perierit. *d. l.3.Concordat d.§.non tantum.ibi, sed etsi quid.item ibi, sed etsi non dolo malo.* Altera replicatio est: Nisi nõ debitum soluerit venditor. *d.l.2.§.solet quæri.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi condemnatus indebitum soluerit. *d.§.solet quæri.in fine.* Tertia replicatio est: Nisi vendidit aliquid ex hæreditate venditor, hoc enim casu nihilominus tenetur. *l.venditor.21.ff.de hæred.vend. Concordat l.qui tibi.6.C.d.tt.* Huius replicationis duplicatio videtur esse: Nisi ante venditam hæreditatem res à venditore vendita sit, sed reprobatur *l.2.§. peruenisse, in fin.ff.eod.tt.* Quarta replicatio est: Nisi donauit venditor. *d. l. 2. § illud tenendum, in fin.* Quinta: Nisi aliquid ex re quæ periit supersit, hoc enim præstandum approbatur exemplo *l. venditor.21.§ fin.ff.de hæred.vendita.*

VIII. Regula, De eo quod ad venditorem nõ peruenit. Id non debetur. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi ad hæredem venditoris peruenerit. *l.2. §.non tantum.ff.d.tt.* Altera; Nisi dolo malo venditoris factum sit, quo minus ad eum peruenirit. *d.§.non tantum.* Tertia: Nisi culpa venditoris factum sit, quo minus ad se peruenerit. *d. §. non tantum, in fin. Concordat item d.l.21.ibi, at cum hæred. in fin.* Quarta: Nisi actiones suas venditor quas habet, non præstat. *d.l.2.§.peruenisse.* De qua re vide plura. *infr.reg.prox.*

IX. Regula, De actionibus quas venditor habet, emptori præstandis, proponitur *d.§.peruenisse. Concordat l.vendit.21.§.fin.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio videtur esse: Nisi venditor ipse adquisierit actiones, Sed reprobatur *d.l.2. §. non solum.*

X. Regula, De eo quod venditor defuncto vel hæreditati debuit, præstando, proponitur *l.si hæreditatem.20.ff.de hæred.vendit. Concordat l.2.§.illud quæsitum.ff.eod.tt.M.I.R.d.c.6.reg.57.*

XI. Regula, De ipsa re hæreditaria, & pretio eius, vtrum debeatur? Regulariter quidem ipsa res, non rei pretium debetur, approbatur simul & distinguitur *l.venditor.21.ff.de hæred.vend.* Plane huius regulæ exceptio est: Nisi venditor alij rem hæreditariam vendidit; tunc enim non rem, sed pretium debet. *d.l.21. vers. & siquidem si postea. Concordat l.2.§.peruenisse, in fin.ff.d.tt.* Cuius replicatio est: Nisi non ante, sed post hæreditatẽ venditam rem hæreditariã vendidit, tunc enim non pretium, sed rem ipsam debet, vel id quod emptoris interest. *d.l.21.vers.quod si antecessit.& §.quid si rem, item l.qui tibi.6.C.eod.tt.*

II. RELIQVI EVENTVS HÆreditatis venditæ.

Hactenus de actione empti, quæ vendita hæreditate competit, est dictum, sequuntur nunc reliqui huius venditionis effectus.

XII. Regula; Si venditor hæreditatis nomine quid præstitit, hoc imputare emptori potest, vel ab eo repetere. Quę regulæ approbatur quidem

dem ipso iure, verum eius exceptio prima est: Nisi indebitum quid venditor soluerit. *l. 2. §. solet.ff.de hæredit.vend.* Huius replicationem vide *d. §.solet, in fine.* Altera exceptio est; Nisi venditor ex suo facto condemnatus præstitit, non tanquã hæres, puta ex venditione quam fecit. *d.l.2. §. deniq; si rem. Concordat l.si ex plurib.18.in fin.ff.d.tt.* Huius replicatio est; Nisi pretium rei venditæ emptori hæreditatis sit solutum. *d.§. deniq.* Tertia exceptio est; Nisi alius, non venditor præstitit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi alius nomine venditoris præstitit. *d.l.2 §. siue ipse.* Quarta: Nisi venditori nihil absit. *d.§. siue ipse.* Quinta; Nisi eius rei nomine, quam venditor in venditione hæreditatis excepit, quid præstitit, approbatur simul & distinguitur exemplo *d l.2.§.apud Iulianum.* Aliud exemplum proponitur *d.l.2.§.si vendit.* Sexta; Nisi cum venditor hæreditatis emptori quoque postea hæres extitisset, eiusq; etiam hæreditatẽ vẽdidisset, prioris hæreditatis nomine quid præstitit, reprobatur *d.l.2.§.si Titius.* Septima; Nisi publici vectigalis vel tributorum nomine præstitit, reprobatur *d.l.2.§.si quid publici.* Octaua; Nisi in funus testatoris venditor impendit, reprobatur *d.l.2.§.quid si funere.* Nona; Nisi venditor nondum præstiterit, sed se obligauerit tantũ, reprobatur *d.l.2.§.fin.* Decima; Nisi cum pro parte hæres in solidum æs alienum hæreditariũ soluisset, & hæreditatẽ vendisset, non à cohæredibus, sed ab emptore hæreditatis id quod soluit, repetat, reprobatur *l.si ex plurib.18 D.de hæredit.vendita.*

XIII. Regula; Si defunctus venditori quid debuit, hoc ab emptore potest repetere, approbatur simul & distinguitur *l. 2. §. cum quis. & §.si Titius, in fin. & l.hæreditatem.24.D.d.tt.item l.si is.45. D.de condict.indebiti.*

XIV. Regula; Seruitutes per aditionem venditoris confusæ, venditori ab emptore sunt restituendæ. *l.2.§.cum quis, in fin.D.de hæred.vend.*

XV. Regula; Sicut lucrum, ita damnum & onus hæreditarium omne ad emptorẽ pertinet. *l.2.§.sicuti.D.d.tt.* Plane propositæ regulæ exceptio est, quod venditor hæres actiones hæreditarias excipere debeat, quamuis venditi actione consequi possit, vt id quod eo nomine præstitit, sibi ab emptore restituatur. *l.2. C. eod.tt. M.I.R.d. c.6.reg.56.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi in venditione nominatim cõuenerit, vt emptor creditoribus hæreditariis satisfaceret, reprobatur *d.l.2.in fin.* Altera; Nisi fiscus hæreditatem vendiderit. *l.1.C.eod.tt.*

XVI. Regula; Neque plus neque minus iuris emptor habet, quam hæres venditor. *l 2.in princ. D.de hæred.vendita. Concordat l.emptor.5. C.eod.tt. M. I.R.d.cap.6.reg.55.*

XVII. Regula; Emptor suo sumptu & periculo res hæreditarias à possessoribus persequitur. *l.1.C.de euictionibus.*

DE ACTIONE VENDITA.

CAP. VII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS ACTIONE vendita empti datur actio?

PRima causa; Si nomẽ venditum sit, ad actionem cedendam agi potest. Quæ causa ipso quidem iure subsistit, *M.I.R.d. c. 6. reg. 58.* verum eius exceptio prima videtur; Nisi in diem vel sub conditione debitor sit is cuius nomẽ venit, sed reprobatur *l.nomina 17.D. de hæred. vend. Concordat l.multum.19.D.eod.tt. M.I.R.reg.58 exc.1.* Altera exceptio est; Nisi cum sub conditione venditio facta esset, conditio defecerit. *d.l. 19.* Tertia; Nisi is cuius nomen venit, venditioni nõ consentiat, reprobatur *l.nominis.3.C.de hæred.vendita. Concordat iisdem verbis l.1.in fin. C. de nouat. & delegat.* Quarta; Nisi actio sit litigiosa quæ venit, approbatur simul & distinguitur *supr. lib.15.ca.4. reg. 6.exc.2.repl.4.*

II. Causa; Si is cuius nomen venit, venditoris debitor non sit, vel exceptione defendi possit. *l.si nomen.4.cum l.sequente. D. de hæred. vel action. vendita.l.si plus.74. §. fin. Dig. de euiction. item l. apud Celsum.4.§.quod si is.D.de dolt mali except.*

III. Causa; Si is cuius nomen venit, soluendo non sit, reprobatur *d l.4.in princ.D de hæred.vel act. vend.d.l.74.§.fin.item l.periculum.30. D. de pignor.& hypoth.* Plane admittitur primum quidem, si vẽditor sciens nomen non esse soluendo, id vendiderit eo dissimulato. *d.l.74.§.fin.* Deinde, si conuenit vt venditor præstet, si nomen soluendo non sit. *d.l.4.D.de hæred.vend.*

II. QVID VENIAT IN EMPTI actionem nomine vendito?

I. Regula; Omne ius quod venditor habet tam aduersus reum, quam aduersus intercessores eius, emptori cedere tenetur. *l.venditor.23.in pr.D.de hæred.vendita.* Huius regulæ exceptio est; Nisi aliter conuenit *d.l.23.*

II. Regula; Etiam pignus & eius persecutio emptori præstanda. *l.emptori.6.D.d.tt. Concordat l. ex nomine.8.C.eod.tt.*

III. Regula; Filiifamilias nomine vendito, etiam aduersus patrem actio cedenda est. *l.qui filiifamilias.14.in pr.D.de hæred.vendita.*

IV. Regula; Quidquid à debitore consecutus est venditor vel ex actione vel compensatione, id emptori restituere compellitur. *l. venditor. 23.§.fin.D.de hæred.vendita.*

III. EVENTVS RELIQVI ACtionis venditæ?

I. Regula; Emptori aduersus debitorem cuius nomen emit, competit actio, approbatur simul & distinguitur *supr.lib.15.c.4.reg.6.exc.2.*

II. Regula; Periculum pignorum nominis venditi ad emptorem pertinet. *l. periculum.30.D. de pignor.& hypothec.*

SI MANCIPIVM ITA VENIERIT, VT EXPORTETVR, &c.

CAP. VIII.

I. CAVSA ACTIONIS VENDIti, si seruus ita vt exportetur, venierit.

SI cum seruus vt exportetur, vel in aliquo loco moretur, venierit, cõtra legem vẽditionis fiat, ex vẽdito cõpetit actio, vel manus iniectio. Quæ causa seu regula approbatur quidẽ ipso iure, verum eius exceptio prima est; Nisi venditor legem venditionis remiserit. *l.1. Dig. de seruis exportandis. Concordat l.2.in fin.C. si seruus exportandus vene-*

veneat. Altera exceptio est: Nisi seruus qui exportandus venit, manumissus sit, reprobatur *l.1.& l. ancilla.3.C.d.tt.* Tertia: Nisi seruus contra voluntatem emptoris in locum interdictum fugerit. *l. Titius.9.in pr.ff.de seruis exportandis.* Huius replicatio est: Nisi voluntate secundi emptoris seruus in locum interdictum fugerit. *d.l.9.* Quarta: Nisi sine stipulatione de pœna præstanda conuenit, si aliter factum fuerit, approbatur simul & distinguitur *l.seruus.7.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi paciscentis interest. *d.l.7.* Altera: Nisi in gratiam serui venditor pactus sit. *d.l. 7.* Quinta exceptio est: Nisi alibi quam vnde exportandus venit, seruus moretur, approbatur exemplo *l.2.ff.de seruis exportandis.* Huius replicatio est: Nisi à minoribus exportandis in maioribus moretur, approbatur exemplo *l.cui pacto.5.ff. eod.tt.* Alio *l.vlt.C.si seruus exportandus veneat.* Sexta exceptio est: Nisi prior venditor manus iniectionem, si contra fiat, pactus sit, alter libertatem, hoc enim casu libertas præualet manus iniectioni. *l.Titius.9.§.fin.ff.de seruis exportandis.*

II. QVIBVS COMPETIT ACTIO vel manus iniectio?

I. Regula, De priore & posteriore venditore, vtri competat, definitur *d.l.9.§. quod si voluntate. Vide item infr.lib.prox.c.17.quæst.2 exc.2.*

II. Regula, De venditore & fisco. Regulariter quidem venditori, non fisco, competit iniectio manus, si contra venditionē factum sit, *vt ex supr. propositis constat.* Verum eius exceptio prima est: Nisi cum seruus exportandus venisset, is manumissus sit, posteaquam eo loco, vnde exportandus erat, moretur, hoc enim casu non venditori, sed fisco manus iniectio competit. *l.1.C.si seruus exportandus veneat.* Altera exceptio est: Nisi venditor pœnam, non manus iniectionem pactus sit, tunc enim venditori quidem pœnæ persecutio, fisco autem manus iniectio competit, *l.2.C.eo.tt.* Hæc de venditione sub modo, vt exportetur, facta de venditione autem, vt manumittatur, vide *supr.lib.6.c.8.exc.29.* Post emo de venditione, ne ancilla vendita prostituatur, & aliis similib. vide *infr.eod.lib.c.16.q.1.caus.3.item sup.lib.19.c.4.caus.16.*

DE RERVM PERMVTATIONE.

CAP. IX.

I. GENVS PERMVTATIONIS, & simile.

PRima regula: Species emptionis & venditionis vetustissima est permutatio, approbatur *Instit. de empt.& vendit.§. item pretium.ibi, vnde illud.* Plane permutatio hodie venditionis species nō est, sed contractus peculiaris & innominatus, *vt patet per ea quæ proponuntur infr.quæst.prox.item per ea quæ dicta sunt supr.c.1.quæst.3.reg.1.*

II. Regula, Permutatio vicina est emptioni. *l.2.ff.de rerum permutat.*

III. Regula: Permutatio vicem emptionis obtinet, estq; bonæ fidei. *l.2.C.de rerum permutat.*

IV. Regula: Permutatio emptioni similis est *l.vlt.ff.quib.ex causis in possess.eatur.*

II. DIFFERENTIÆ EMPTIONIS & permutationis.

I. Regula: In emptione & venditione alius emptor est, alius venditor, in permutatione non item. *l.1. in princ.ff.de rerum permutat. Concordat l.1.§. sed verior.ff.de contrah.empt.*

II. Regula: In emptione & venditione aliud pretium est, aliud merx, in permutatione vtrunque aut pretium, aut merx est. *d.l.1.§ sed verior. item Inst.de empt.& vendit.§. item pretium.*

III. Regula: In emptione & venditione emptor quidem necesse habet pretium venditoris facere, venditor autem non habet necesse rem emptoris facere. In permutatione vero aut vtriusq; rem fieri oportet, si vtrumque pretium sit, aut neutrius fieri potest, si vtrumq; merx sit. *l.1.§. multumque differunt.ff.de rerum permutat.*

IV. Regula: Emptio & venditio solo consensu perficitur, permutatio vero non nisi re tradita. *d.l.1.§. item emptio ac venditio.*

III. CAVSÆ, EX QVIBVS RE permutata competit actio?

I. Causa: Si aduersarius rem non tradat, competit actio. *d.l.1.§. fin. Concordant ea quæ proposita sunt infr.quæst.5.*

II. Causa: Si seruus datus non sit sānus, vel furtis noxiisq; non solutus, vel fugitiuus sit. *l.2. ff.de rerum permutat.*

III. Causa: Si res data euicta sit. *l.1.§. vnde si ea res ff.eod.tt.l.1.C.eod.tt.l.si permutationis. C. de euictionib.item l.naturalis.5.§. sed si dedi.ff.de præscriptis verbis.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi nudo pacto sine traditione vel stipulatione de rebus permutandis cōuenerit. *l.ex placito.3.C.de rerum permutat.Concordat l.1.§. item emptio.ff.eod.tt.M.I.R.lib.5.c.8.reg.4.*

II. Exceptio: Nisi res aliena sit permutata. *d. l.1.§.ideo Pædius.*

III. Exceptio: Nisi res permutata perierit. *l. naturaliter.5.§.& siquidem. ibi, sed si scyphos.ff. de præscriptis verbis.*

IV. ADVERSVS QVOS RE PERmutata competit actio?

De hærede eius cui res permutationis causa tradita est, & singulari successore, proponitur *l. cum precib.4.C.de rerum permutat.*

V. QVID VENIAT IN ACTIONE proposita?

Non quātum actoris interest, sed vt vel placitis stetur, vel res tradita reddatur. *d.l.4.l. quoniam. 5.& l.emptionem.7. C. d.tt. item l.1.§. fin. ff. de rer. permutat.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res permutationis causa accepta, venalis fuerat, eaq; sit euicta, tunc enim ad interesse actio datur. *l.1. C.d.tt.* Altera: Nisi actor ad interesse, quā ad rem ipsam agere malit. *l.naturaliter.5.§. & siquidem.ibi, in qua actione.ff.de præscriptis verbis.*

VI. QVÆ COMPETAT ACTIO, quæq; eius adfinia sint remedia?

I. Regula: Ex permutatione regulariter præscriptis verbis vel in factum actio competit. *d.§. & siquidem. Cui concordat l.1.§. vnde si ea res.ff. de rer. permutat.item l.cum precib.4.in fin.C.eod.tt.*

II. Regula: Si stipulatio interuenit, ex stipulatu actio est. *d.l.4.*

III. Regula: In rem actio non competit. *d.l.4.*

IV. Regula: Etiam cōdictio datur ob causam dati,

dati, causa non secuta, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.quæst.prox.* Hæc de emptione & venditione tam in genere, quam in specie sint dicta. Sequuntur nunc actiones exinde competentes.

DE ACTIONE EMPTI.

CAP. X.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS EMPTI actio competit.

CAusas actionis ex empto hic intellige non ipsam emptionem, *de qua supr. satis est dictum,* sed ea quæ venditor emptori ratione emptionis debet præstare. Nam iis non præstitis, ex empto actio competere incipit. *l. ex empto.11.in princ.ff.de actionibus empti.*

I. Causa; Si aliquid interementem vendentemque conuenit, ad hoc præstandum venditor ex empto actione potest conuenīri. *d.l.11.in princ. l.2.in princ.item l.tenetur.6.§.penult.ff.eod.tt.*

II. Causa: Si venditor dolo egit, & contra bonam fidem. *d.§.pen.l quæro.39.in fin.ff.eod.tt. item l.si cum fundum.68.§.fere aliqui.ff.de contrah. empt.* Declaratur causa proposita definitione doli mali, *l. ea quæ.43.§.fin.ff.d.tt.* Exemplum proponitur *l.1. 6.ff.de action.empt.* Item aliud *l.ex empto.11.§.deniq; ad.ibi, qui autem alienum.ff.eod. tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi nihil intersit emptoris, approbatur exemplo *l.fundum.7.ff.eod.tt.*

III. Causa: Si venditor rem venditam non tradat. *l.1.in pr.ff.de action.empti.d.l.11.§.1.&§ & ex empto.M.I.R.lib.5.c.6.reg.16.*

IV. Causa: Si venditor rem venditam suo tempore non tradat. *l.cum venditorem.10.C. de act. empti.*

V. Causa; Si venditor rei conditionem vel vitium dissimulat, aut obscure loquitur. *l.ea quæ.43. §.fin.ff.de contrah.empt. M.I.R. d.c.6.reg.14.* Huius proponitur exemplum *l.si sterilis. 21.§.1.ff. de act. empt.* Aliud *l.Iulianus.13.§.idem Iulianus.ff.eod.tt.* Aliud *l.quæro.39.ff.eod.tt.* Aliud *l.si post.9.in fin.ff.de periculo & commodo rei venditæ.* Item aliud *l. ædiles aiunt.38.§.idem refert Ofilium.ff.de ædilitio edicto.* Huius causæ species sunt causæ aliquot sequentes. Sed & de ea vide plura *infr.cap.12.*

VI. Causa; Si seruitutem quæ prædio vendito debetur, venditor non indicauit, vel obscure indicauit, vel negauit. *l.1.§.venditor.ff.de action.empti. Concordat l.in vendendo.66.§.si cum seruitus.ff.de contrah. empt. item l. qui libertatis. 69.§.sed & si quis. ibi, sic & qui fundum.ff.de euictione.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi venditor ignorauit seruitutem prædio deberi. *d.§.venditor. Concordat l.si sterilis.21.§.1.ff.de action.empti.* Altera: Nisi emptor sciuit prædio seruitutem deberi. *d.§.venditor.*

VII. Causa: Si seruitutem vel præstationem, quæ à prædio vendito debetur, venditor nō indicauit, vel obscure indicauit. *l.si quis.35.ff. de act. empti & venditi. l.quæro.39. ibi, cum hoc & apud veteres.& l.in venditione.41.ff.eod.tt. item l.si arborem.16. §.hæc lex.ff.de seruit. vrban. prædior. M.I.R.d.reg.14.*

VIII. Causa; Si venditor fines & iura fundi venditi non ostendit, vel instrumenta de iis non exhibet. *l.Titius hæres.48.ff.de act.empti. Concordat l. creditor.52.in princ.ff.eod.tt.*

IX. Causa; Si venditor in vendendo fundo confinem celauit. *l. quod sæpe.35.§.fin.ff. de contrah. empt.* Plane causa proposita in specie quidem proposita admittitur, si scil. emptor certioratus prædium empturus non fuisset, alioquin regulariter reprobatur *l.cum seruo.63.§.fin.ff.eod.tt.*

X. Causa: Si venditor in venditione serui nationem eius non indicauit. *l.quod si nolit.31.§. qui mancipia.ff.de ædilitio edicto.*

XI. Causa: Si venditor sciens rem alienā venditdidit, approbatur simul & distinguitur *infr.c.14.*

XII. Causa: Si creditor quasi rem sibi pignoris iure obligatam vendiderit, quę obligata non est. *l.ex empto.11.§ sententiam.ibi, dolum plane.ff. de action.empti.& l.2.ibi, vel etiam dolo.C.creditorem euictionem.&c. De qua re vide supr.lib.prox.cap.15.quæst. 6.reg.2.except.3.*

XIII. Causa: Si rem sacram, sanctam, religiosam, publicam, vel liberum hominem quis sciēs vendiderit. *l.qui officij.62.§.qui nesciens.ff.de contrah. empt.Inst.de empt.& venditione.§.fin. item l. ossa.8.§. 1.ff.de religiosis.*

XIV. Causa: Si rem emptoris, vel emptori debitam quis sciens ei vendat. *l. cui res.29.ff. de act. empti.Concordat l.huiusmodi.81.§.qui seruum. Dig.de legat.1.*

XV. Causa: Si res non integra vendita sit, vel tradita. *l.tenetur.6.§. si vas.ff. de action.empti.l.quidquid 27.& l.si seruus 54.§.fin.ff.eod.tt. item l. proinde. 33.ff.de ædilitio edicto.M.I.R.d.c.6 reg.17.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi non certum corpus, sed hæreditas, peculium vel quid simile venierit, hoc enim casu res hæreditariæ vel peculiares tales præstandæ, quales sunt. *d.l.33.* Altera: Nisi conuenit, vt qualiscunque res sit, præstetur. *l.si seruus.54.§.fin.ff.de action.empti & venditi.*

XVI. Causa: Si venditor interpolata pro nouis vendidit, vel orichalcum pro auro. *l. Labeo. 45.ff.de contrah.empt.*

XVII. Causa: Si venditor partum ex ancilla sterili vel annosa vendiderit. *l.si sterilis.21. in princ. ff.de action.empti.*

XVIII. Causa: Si quis seruum furem, fugitiuum vel noxium vendiderit. *l.si seruum.4.in prin.l. ex empto.11.§.etiamsi.item l.Iulianus.13.§.item qui furem.ff.d.tt.* Huius causæ exceptio prima: Nisi emptor serui nomine noxali iudicio conuentus, eū non defenderit, reprobatur *d.l.11.§ idem libro.* Altera: Nisi alienus seruus sit, qui venditus est, reprobatur *d.§.etiamsi.l.iustissim.44.§ fin.ff. de ædilitio edicto.Concordant item ea quæ proposita sunt infr.ca.4. quæst.3.exc.gener.5.* Plura de causa proposita vide *infr.c.2.quæst.3.caus.2.cum sequentibus.*

XIX. Causa: Si mulier pro virgine venierit *l. ex empto.11.§.si quis virginem.ff.de action.empti.*

XX. Causa: Si cum seruo vendito fideicommissaria libertas debetur, venditor emptori id non indicauit, approbatur simul & distinguitur *l.Titius.43.cum duab.ll.sequent.ff.eod.tt.*

XXI. Causa: Si venditor in vendendo statu-libero conditionem, sub qua libertas illi relicta est, non indicauit. *l.qui libertatis.69.§. sed etsi quis. Dig.de euictione. Concordat l.statuliberum.9.§. Digest. de statuliberis.* Plura de hac causa vide *infr.cap.14. causa 4.*

XXII. Causa; Si venditor statuliberum sub conditione decem dandorum venditum, dixerit

adquiritur actio. *l. qui alienam. 8. C. si quis alteri, vel sibi sub alterius. Leges concordantes vide supr. lib. 7. c. 3. quæst. 4. regul. 3.*

IV. Regula: Si seruus emerit, domino empti actio competit, quæ regula approbatur quidem ipso iure, verum eius exceptio prima est: Nisi vsusfructus alterius sit, tunc enim vsufructuario serui, nõ domino competit actio, quæ exceptio & ipsa iure subsistit *per ea quæ proposita sunt supr. lib. 7. c. 2. reg. 5.* verum eius replicatio prima est: Nisi nondum solutũ sit pretium. *l. bouem. 43. §. fin. ff. de ædilitio edicto.* Altera: Nisi ex re proprietatij pretium sit solutum *d. §. fin.* De quo plura vide *d. reg. 5. exc. 1.* Tertia: Nisi ante pretium solutum is qui in seruo vsumfructum habet, capite sit deminutus, & ita vsusfructus extinctus. *l. si seruus. 24. in pr. ff. de action. empt.* Plura de exceptione proposita vide *d. reg. 5.* Secunda exceptio est: Nisi seruus qui emit, ab alio bona fide possideatur, *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. lib. 7. cap. 2. reg. 6.* verum eius replicatio est: Nisi ex peculio quod ad dominum pertinet, non ex re possessoris pretium sit solutum. *d. l. 24. §. seruum.*

V. Regula: Procuratore emente, domino vtilis ex empto actio competit. *l. Iulianus. 13. §. si procurator, in fin. ff. de action. empti.*

III. ADVERSVS QVOS EX empto actio competit?

I. Regula, De alio quam qui vendidit. Alius quam qui vendidit, hac actione nõ tenetur, quæ regula approbatur quidem ipso iure, verum eius exceptiones hæ sunt. Prima: Nisi procurator vendiderit, hoc enim casu aduersus dominum eius vtilis datur actio. *d. § si procurator.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi colludente procuratore quis ab eo emerit, approbatur simul & distinguitur *d. l. 13. §. si quis colludente.* Secunda exceptio est: Nisi filius familias vendiderit, reprobatur *l. tenetur. 6. § filiusfamilias. ff. de act. empt.* Plane hoc casu etiam cum patre de peculio actio est. *de qua re alibi dicetur.* Tertia: Nisi tutores vendiderint, hoc enim casu aduersus pupillum empti actio datur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. 5. c. 1. quæst. 8. reg. 5.* Inter eius autem replicationes numeratur & hæc; Nisi ex dolo tutoris agatur. *de qua vide d. reg. 5. except. 2. Huic concordat l. Iulianus. 13. §. sed cum in facto. ff. de act. empti.* Quarta exceptio est: Nisi venditor mortuus sit, tunc enim aduersus eius hęredes empti actio datur. *l. creditor. 52. § prædium. & l. Lucius. 47. ff. d. tt. item l. qui à pupillo. 7. ff. de euictionibus.*

II. Regula: Duobus vel pluribus vendentibus, aduersus vnum eorum in solidum nõ competit actio. *l. cum apparebit. 47. ff. locati & conducti. & l. iustissime. 44. §. proponitur, in fin. ff. de ædilitio edicto. M. I. R. d. cap. 6. reg. 20.*

IV. QVANDO ET QVAMDIV empti actio competit?

I. Regula: Ante conditionem contractus existentem non competit actio empti. *l. bouem. 43. §. sub conditione. D. de ædilitio edicto.* Plura de hac regula vide *supr. c. 3. exc. 5.*

II. Regula; Empti actio perinde ac alia quæuis triginta annorũ præscriptione submouetur, *per ea quæ dicta sunt supr. lib. 15. c. 13. in pr.* Eius autem exceptio prima est: Nisi re post multos annos euicta, ex causa euictionis agatur. *l. empti. 21. C. de euictionib.* Altera: Nisi ex eo quod non caueatur, agatur, tunc enim intra sex mẽses tantum competit. *l. si venditor. 28. ff. de ædilitio edicto.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *d. c. 13.*

V. ADIVNCTA ACTIONum empti & venditi.

I. Regula: In re dubia interpretatio contra venditorem est facienda. *l. Labeo. 21. ff. de contrah. empt. l. in contrah. 132. in princ. ff. de reg. iuris. item l. veterib. 39. ff. de pactis.* Exemplum proponitur *l. cum in lege. 33. ff. de contrah. empt.* Aliud *l. si arborem. 16. §. hæc lex. ff. de seruit. vrbanor. prædiorum.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum in venditione dictum esset accedere Stichum seruum, non appareat de quo Sticho actum sit, tunc enim is debebitur, quem venditor intellexerit. *l. si in emptione. 34. in princ. ff. de contrah. empt.* Altera: Nisi cum verba contractus clara sint & aperta, emptor aliud actum esse dicat, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. 16. c. 7. reg. 3. exc. 1.*

II. Regula: In emptis & vẽditis potius mens contrahentium, quam verba sunt spectanda. *l. sed Celsus. 6. §. 1. ibi, in emptis enim. ff. de contrah. empt.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter ex causis *supr.* propositis non nisi ex empto actio cõpetit, cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi redhibitoria actione actor agere malit. *l. sciendũ. 19. §. dictum. ibi, nam qui ex. ff. de ædilitio edicto.* Sane de redhibitoria actione vide *infr. c. 12.* Altera exceptio est: Nisi emptori stipulanti promissum sit, tunc enim etiã ex stipulatu actio est. *d. §. dictum. ibi, secundum quod. M. I. R. d. c. 6. reg. 23.* Tertia: Nisi hæres testamento vendere iussus vendiderit, hic enim etiam ex testamento conueniri potest. *l. si hæres. 5. in prin. ff. de action. empt.* Quarta: Nisi emptor venditi actione conueniatur, tunc enim ex supradictis causis exceptio illi competit. *l. qui pendentem. 25. & l. in venditione. 41. in fin. ff. d. tt. item l. ex prædiis. 5. C. de euictionibus.* Quinta: Nisi emptor ex eo quod empta vindemia & tradita, vuas legere vel calcare, aut mustum euehere à vẽditore prohibeatur, agat, tunc enim ad exhibẽdum, & iniuriarum actio est. *d. l. 25.* Sexta: Nisi ita res empta esset, vt si displicuisset, redderetur, tunc enim etiam in factum actio est. *l. si cõuenit. 6. ff. de rescind. vendit. Concordat l. quod si nolit. 31. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto.* Septima: Nisi ex eo quod locus religiosus pro puro venierit, agatur. tunc enim etiam in factũ actio est. *l. ossa. 8. §. 1. ff. de religiosis.* Octaua: Nisi perfecta emptione arra repetatur, tunc enim condictio etiam competit causa dati causa finita. *l. ex empto. 11. §. ego illud. ff de act. empti.* Nona: Nisi rescissa emptione pretiũ vel arra repetatur, tunc enim condictio causa dati causa non secuta locum habet, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. c. 1. q. 4. reg. 8. & 9.* Decima: Nisi cũ seruus alicuius aliquid emisset apud aliũ constitutus, venditor rogatu serui rem vẽditam alij tradiderit, hoc enim casu dominus serui mãdati actionẽ habet aduersus eum cui res est tradita. *l. si mandauero. 22. § fugitiuus. ff. mand.* Vndecima: Nisi liber homo pro seruo se venire patiatur, hic enim ẽt in factum actione tenetur, *de qua vide inf. c. 15.* Sed & plures huiusmodi exceptiones & actio-

actionis ex empto adfinia remedia vide *infr. c. 12. cum sequentib.* Hæc de adfinib. remediis. Superest adhuc vnus actionis ex empto locus, de re scil. quæ per eam sit petenda: Quid scil. quantum & quale in eam veniat. *de quo sequitur.*

QVID, QVANTVM ET QVALE veniat in empti actione.

CAP. XI.

I. QVID VENIAT IN HAC actione?

PRima regula, De fructibus rei venditæ, proponitur *l. videamus. 38. §. ex causa. ff. de vsuris & fructib. l. Iulianus. 13. §. si fructib. ff. de act. empt. l. ratio. 3. §. si emptor, in fin. ff. d. tt. l. venditor. 21. §. at cum hæreditas. ibi, quemadmodum. ff. de hæreditate vendita. item l. fructus. 13. in pr. C. de act. empt. M. I. R. d. cap. 6. reg. 24.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ante contractam vel perfectam emptionem fructus sint percepti. *d. l. 13. Concordat l. 2. in fin. C. d. tt. M. I. R. d. reg. 24. exc. 1.* Secunda: Nisi sylua cædua ad tempus vendita sit, hoc enim casu glans nõ debetur emptori, approbatur simul & distinguitur *l. cum manusata. 80. §. sylua. ff. de contrah. empt.* Tertia: Nisi aliter inter emptorem & venditorem conuenerit. *d. §. si fructib. M. I. R. d. reg. 24. exc. 5.* Hęc de prima regula. Plane quæ fuctuum appellatione contineantur, vide *supr. lib. 15. c. 8. quæst. 2.*

II. Regula, De pensionibus quæ ex prædio vendito debentur, proponitur *l. Iulian. 13. §. si fructib. ibi, sin is ager. ff. de act. empt. M. I. R. d. reg. 24. exc. 3.*

III. Regula, De partu ancillæ venditæ, *l. si stipulatus. 4. §. fin. ff. de vsuris & fructibus. M. I. R. d. cap. 6. regul. 33.*

IV. Regula, De fœtu pecoris venditi, *l. post perfectam. 16. C. de action. empt. M. I. R. d. reg. 33.*

V. Regula, De eo quod post perfectam emptionem rei venditæ accessit, & omni commodo, *l. Iulianus. 13. §. sed & si quid. ff. tt.* Plura de regula proposita vide *supr. cap. 2.*

VI. Regula, De eo quod rei venditæ accessurum venditor dixit, proponitur *l. tenetur. 6. § si tibi iter, in fin. l. ex empt. 11. §. si quis rem. l. si quis. 26. item l. quicquid. 27. ff. eod. tt.*

VII. Regula, De iis quæ excepit venditor. Hæc non debentur emptori. *l. in emptionib. 43. ff. de pactis. Concordat l. 1. C. finium regundorum.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum venditor vsumfructum exciperet, dicens eum Titij esse, vsusfructus Titij non sit, reprobatur *l. fundum. 7. ff. de act. empti.* Altera: Nisi excepto vsufructu, is extinctus sit. *d. l. 7.* Tertia: Nisi cum frumenta sata excepta essent, quædam frumenta nascantur non manu, sed casu sata. *l. qui fundum. 40. §. fundi. ff. de contrah. empt.* Quarta: Nisi publica re excepta, fisci rem emptor petat. *l. pacta. 72. § fin. C. eod. tt.* Quinta; Nisi lapidicinis exceptis, post venditionem lapidicinæ repertæ sunt, hæ enim exceptæ non censentur. *l. in lege. 77. D. eod. tt.* Sexta: Nisi manusatis exceptis, quædam in perpetuũ sint sata, puta vites, arbores, &c. *l. cum manusata. 80. in pr. ff. d. tt.* Septima: Nisi vuis exceptis, vuæ quædã vini causa habeantur, hæ enim exceptæ non videntur. *l. qui fundum. 205. ff. de verb. signific.* Octaua: Nisi cum emptoris, non venditoris causa exceptum esset, emptor postea exceptũ petat, reprobatur *l. si vina. 6. ff. de periculo & commodo rei venditæ.*

VIII. Regula: Rutis cæsis exceptis, quid contineatur, definitur *l. fundi. 17. §. si ruta. ff. de action. empt.*

IX. Regula, De eo quod venditor rem venditam persequendo cõsecutus est, emptori præstando, proponitur *l. eum qui. 14. in pr. ff. de furtis.*

X. Regula, De instrumentis rei venditæ. Hæc non debentur, attamen cum opus erit, emptori sunt exhibenda, approbatur *argumento l. instrumenta. 24. C. de fideicommissis. Concordant ea quæ proposita sunt supr. cap prox. quæst. 1. caus. 8.*

XI. Regula, De eo quod emptoris interest. Si non præstet venditor quod præstare debet, regulariter ad id quod emptoris interest id præstitum esse tenetur. *l. 1. in pr. ff. de action. emp. l. ex empt. 11. §. idem ait. ff. eod. tt. l. si traditio. 4. l. cum venditorem. 10. item l. sicut. 12. in fin. C. d. tt. l. si cum fundum. 6. §. fin. in fin. ff. de contrah. empt. M. I. R. d. c. 6. reg. 22.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi venditor ignorans, non sciens quid fecit, hoc enim casu nõ id quod emptoris interest, sed quanti minoris emptor, si sciuisset, erat empturus, tenetur. *l. Iulian. 13. in prin. cum sequentib. ff. de act. empti. l. Labeo. 45. ibi, qui ait, siquidem. ff. de contrah. empt. item l. quoties. 61. ff. de ædilitio edicto. M. I. R. d. reg. 22. exc. 1.* Sed plura de exceptione proposita vide *infr. c. 13.* Altera exceptio est: Nisi antea aliquid præstitum sit, tunc enim eo deducto, eius quod interest fit æstimatio, approbatur simul & distinguitur *l. ex empto. 11. §. idem ait. ff. de act. empt.* Tertia; Nisi ex eo quod de duplo non caueatur, agatur, tunc enim dupli condemnandus est venditor. *l. 2. D. de euictione.* Hæc de vndecima regula. Sed & plures eius species, ex quibus ad id quod emptoris interest agitur, vide *supr. cap. prox. quæst. 1. in singulis causis.*

XII. Regula: Id quod interest, æstimatur circa rem, non ex eo quod extra rem est. *l. si sterilis. 21. §. cum per venditorem. ff. de action. empti.* Plura de regula proposita vide *supr. lib. 15. c. 7. reg. 1.*

XIII. Regula: Si res non tradatur, eius temporis & loci æstimatio facienda, quo pluris res venit, approbatur simul & distinguitur *l. ratio. 3. §. si per venditorem. ff. de action. empt.*

XIV. Regula, De vsuris & pœna promissa, proponitur *l. Lucius. 47. D. eod. tt.*

XV. Regula: Eo quod sibi debetur vendito, ad actionem solum præstandam venditor tenetur, approbatur exemplo *l. creditor. 52. §. inter. D. d. tt.* Plura de regula proposita vide *supr. c. 7. q. 2.*

XVI. Regula: Aqua vendita, etiam iter ad aquam debetur. *l. qui fundum. 40. §. in lege. D. de contrah. empt.*

XVII. Regula: Si illa aut illa res vendita sit, regulariter venditoris electio est, quam tradere velit, non emptoris. *l. si ita. 25. in pr. & l. si in emptione. 34. § si empt. D. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi altera ex iis perierit. *d. §. si emptio.* Plura de regula proposita vide *supr. lib. 16. c. 3. reg. 4.*

XVIII. Regula: Si cum Stichus seruus venditus esset, plures eiusdem nominis serui sint, vt non intelligatur qui Stichus venditus sit, is debebitur, de quo venditor sensit. *d. l. 34. in princ.*

XIX. Regula: Genere vendito, in potestate venditoris est, quid tradat, approbatur exemplo *l. comprehensum. 60. D. de contrah. empt.*

xx. Regula; Pluribus rebus emptis, de singulis ex empto actio est. *l. & si 33. ff. de act. empti.*

xxi. Regula: Si seruitus vendita sit, ad cautionem præstandam agendum est. *l. ratio. 3. §. si iter. ff. de action. empti.*

xxii. Regula: Doliis quæ in fundo sunt venditis, quæ debeantur, definitur *l. qui fundum. 40. §. penult. ff. de contrah. empt.*

xxiii. Regula; Si cum socius suam partem vendidisset, traditione nondum facta, alter socius ad communi diuidundo iudicium prouocauit, & tota res vel venditori vel eius socio adiudicata est, quid debeatur emptori, definitur *l. Iulianus. 13. §. idem Celsus. ff. de action. empti. Concordat l. communi. 7. §. si debitor. ibi, nam etsi partem. Dig. communi diuidundo.*

xxiv. Regula; Lacu empto & circa eum decem pedibus, decem pedes debentur circa lacum qui tempore venditionis fuerunt, non alij, si forte lacus postea creuit. *l. Rutilius. 69. ff. de contrah. empt.*

xxv. Regula: Horreis venditis, veniunt & dolia ibi defossa. *l. dolia. 76. in pr. ff. de contrah. empt.*

Seruo vendito quid veniat?

xxvi. Regula: Seruo vendito, peculium eius emptori non debetur. *l. quoties. 29. cum duab. legib. sequentib. ff. de contrah. empt. Concordat l. cum in venditione. 3. ff. de euictionibus.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi seruus cum peculio venierit. *l. si quis. 23. D. de act. empti.* Altera: Nisi post perfectam venditionem, non ex re peculiari quid adquisierit seruus, hoc enim peculium emptori debetur. *De qua re vide infr. reg. prox.*

xxvii. Regula; Seruo vendito, si quid seruus post perfectam venditionē adquisiuit, hoc emptori debetur. *l. Iulianus. 13. §. si quid seruo. & l. si quis. 23. ff. d. tt. item l. si per imprudentiam. 51. §. non mirū. ibi, vt cum seruus. ff. de euictionibus.* Huius regulæ exceptio prima videtur esse; Nisi contēplatione venditoris seruo vendito quid sit relictū, sed reprobatur *d. §. si quid seruo. Concordat l. cum autem. 23. §. fin. in fi. ff. de ædilitio edicto.* Altera; Nisi dies traditionis ex pacto sit prorogatus, vt venditori interim ex operis serui adquireretur. *d. § si quid seruo.* Tertia; Nisi ex re peculiari vel venditoris seruus quid adquisierit. *l. sed etsi. 31. ff. de contrah. empt.*

xxviii. Regula; Seruo vendito, non solum quod venditor per eum post venditionem perfectam adquisiuit, sed etiam quod emptor per eum adquirere potuisset, præstandum est. *l. si ea res 31. §. at si per me. ff. de action. empti.*

xxix. Regula, De eo quod statuliber venditus venditori conditionis implendæ causa dederit, emptori restituendo, proponitur. *l. item si. 3 ff. de doli mali except.*

Ædibus venditis quid veniat?

xxx. Regula: Ædibus venditis, ea debentur quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, approbatur, simul & exemplis declaratur *l. Iulian. 13. §. fin. cum trib. legib. sequentib. ff. de act. empti.* Huius exceptio prima est: Nisi ad tempus, non perpetui vsus causa paratū sit. *l. fundi. 17. §. Labeo. ff. d. tt.* Altera; Nisi ædificij causa paratum nondum ædificio sit applicatum vel perfectum. *d. l. 17. §. item quod insulæ. Concordant ea quæ proponuntur infr. reg. prox. exc. 9.* Tertia exceptio videtur; Nisi causa ob quam paratum est, sit finita. Sed reprobatur exemplo *l. & quanquam. 49. ff. de contrah. empt.*

xxxi. Regula, De rutis & cæsis, cæterisque quæ ædificio vendito inserta, inclusa vel adfixa non sunt. Hæc ædificiis venditis non debentur emptori. *l. fundi. 17. §. si ruta & cæsa. ff. de act. empt. Concordat l. in vendendo. 66. §. fin. ff. de contrah. empt.* Declaratur regula proposita *tum d. §. si ruta, tum etiam l. in rutis cæsis. 241. ff. de verb. signific.* Propositæ regulæ exemplum etiam sunt pisces & cætera animalia, quæ in piscina aut ædib. sunt. *Quod proponitur l. funes. 15. cum l. sequente. ff. de act. empt.* Aliud habetur *l. granaria. 18. in pr. ff. eod. tt.* Alia proponuntur *l. fundi. 17. in pr. ibi, sed & vinum ff. d. tt.* Item alia *d. l. 17. §. quæ pictæ.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est; Nisi nominatim ruta quoque & cæsa vendita sint. *d. l. 66. §. fin. ff. de contrah. empt. Concordat l. fundi. 17. §. si ruta. ff. de act. empt.* Altera; Nisi ieræ, claues, clauistra. *d. l. 17. in pr.* Tertia; Nisi fistulæ, vel canales. *l. si aquæ ductus. 47. cum duab. legibus sequentib. ff. de contrah. empt. Concordat l. si venditor. 38. §. Firmius. ff. de act. empt.* Quarta; Nisi rota per quam aqua trahitur, item situla seu vrna, qua aqua hauritur. *l. qui fundum. 40. §. fin. ff. de contrah. empt.* Quinta; Nisi castella plumbea, puteorum opercula, epistomia fistulis adplumbata, aut quæ terra continentur, item sigilla, columnæ, & personæ, è quarum rostris aqua salire solet. *l. fundi. 17. §. castella. ff. de act. empt.* Sexta; Nisi regulæ, & ea quæ regularum vicem obtinent, approbatur simul & distinguitur *l. granaria. 18. §. regulæ, ff. d. tt. Concordat l. malum. 242. §. plumbum. ff. de verb. signific.* Septima; Nisi structura alicuius loci ex tabulis facta, quæ æstate tollitur, & hyeme ponitur. *d. l. 242. §. fin.* Octaua: Nisi ex ædificio detracta vt reponantur. *l. fundi. 17. §. pen. ff. de action. empt. l. granaria. 17. in fin. ff. d. tt. item d. l. 242. §. fin.* Nona exceptio videtur; Nisi parata vt ædificio imponantur, sed reprobatur *d. §. pen. Concordat d. l. 18. item d. l. 17. §. item quod insulæ.*

xxxii. Regula, De instrumentis domus. Hæc quamuis ædificio vendito cohæreant, ædificij tamen non sunt, approbatur, simul & exemplis declaratur *l. fundi. 17. in pr. ibi, multa etiam. ff. de act. empt.* Plura de hac regula vide *supr. lib. 13. c. 4. de domo legata, reg. 2.*

xxxiii. Regula; Ædificio vendito, ius quoque seu seruitus ædificio debita emptori præstanda, approbatur exemplo aquæductus. *l. si aquæductus. 47. ff. de contrah. empt.*

xxxiv. Regula; Ædificio vendito, pila quoque ante domum constituta emptori debetur. *l. creditor. 52. §. fin. ff. de actionib. empti.*

xxxv. Regula; Ædibus venditis, statuæ basibus affixæ, aut tabulæ religatæ emptori non debentur. *l. statuæ. 245. ff. de verb. significat.* Contradicit *M. I. R. d. c. 6. reg. 28.*

xxxvi. Regula; Ædibus venditis, prothyrum emptori debetur. *d. l. 245. in fin.*

xxxvii. Regula; De concl. aul & porticu inter domum venditam & aliam quam venditor retinet, constituto. Ad eam domum pertinebit, ad cuius vsum est constitutum, & ex qua aditum habet. *l. penult. ff. de damno infecto.* Hæc de ædibus venditis, quid veniat? Sed & plures huiusmodi regu-

regulas vide *supr. lib. 13. c. 4. item supr. reg. 31. in fin. replic. gener. 1. cum duabus sequentibus.*

Fundo vendito quid veniat?

xxxviii. Regula: Fundo vendito, ruta cæsa & ea quæ solo non cohærent, emptori non debentur. *l. fundi. 17. in prin. D. de action. empti.* Huius exemplum primum est in piscib. in piscina constitutis, & cæteris animalibus. *Quod proponitur l. funes. 15. cum l. sequente. D. eod. tt.* Aliud in arborib. vento deiectis proponitur *l. si post. 9. D. de periculo & commodo rei venditæ.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi pali exempti hac mente, vt reponantur. *d. l. 17. §. fin.* Similis exceptio proposita est *supr. reg. 31. exc. 8.* Altera exceptio: Nisi parata vt fundo inserantur, reprobatur *d. §. fin.* Similem exceptionem vide *supr. reg. 31. exc. 9.* Tertia: Nisi sterquilinium & stramen, approbatur simul & distinguitur *d. l. 17. §. fundo.*

xxxix. Regula; Fundo vendito, instrumenta eius, quamuis defossa sint, emptori non debentur. *d. l. 17. in princ.*

xl. Regula; Fundo vendito, sepulchrū quoque in eo emptorem sequitur. *l. si mercedem. 53. §. si eum. D. de act. empti. Concordat l. æde sacra. 73. in fin. D. de contrah. empt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi ad sepulchrum ex publico sit aditus. *d. §. si eum.* Altera: Nisi sepulchrum nominatim sit exceptum. *d. § si eum.* Plura de regula proposita vide *infr. reg. prox. exc. 2.*

xli. Regula; Fundo vendito, littora & alia loca publica, sacra vel religiosa fundo coniuncta in modum eius non computantur. *l. littora. 51. D. de contrah. empt. Concordat l. id quod. 7. §. fin. D. de periculo & commodo rei venditæ. M. I. R. d. cap. 6. reg. 30.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi id actum sit, vt in modum agri cedant. *d. l. 51. item d. l. 7. §. fi.* Altera; Nisi in medio fundo sint constituta, vt aditum ex publico non habeant, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. reg. prox.*

xlii. Regula; Fundo vendito, insula nata prope illum fundum emptori debetur, approbatur quidem ipso iure, verū eius exceptio est; Nisi ea pars fundi vendita sit, ad cuius frontem insula nata non respicit, altera retenta. *l. inter eos. 29. cum l. sequente. D. de rerum dominio.*

xliii. Regula; Fundo vēdito, via, iter, actus vel alia seruitus non debetur. *l. in vendendo. 66. in pr. D. de contrah. empt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi in venditione dictum sit, seruitutem aliquam accessuram. *d. l. 66. Cui concordat l. tenetur. 6. §. si tibi iter, in fin. D. de act. empt.* Altera; Nisi fundo vendito seruitus à vicino prædio debeatur, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. reg. 33. item supr. ca. prox. quæst. 1. caus. 6* Huius exemplum proponitur *l. pen. §. plures. D. si seruitus vindicetur.* Hæc de fundo vēdito, quid veniat? Sed & plures huiusmodi regulas vide *supr. lib. 13. c. 4. de fundo legato.*

xliv. Regula; Fistulis rei venditæ adiectis, castellū quoq; ex quo fistulis aqua ducitur, accedit. *l. fistulas. 78. in pr. D. de cōtrah. emp.* Plura de quæstione proposita vide *sup. c. prox. in singulis causis.*

Exceptio præcedentium regularum generalis.

Harum regularum exceptio est; Nisi aliter inter emptorem & venditorem conuenerit. Quæ approbatur simul & distinguitur *supr. reg. 7.*

II. QVANTVM VENIAT IN empti actione?

i. Regula; Qua mensura vtendum sit, in potestate contrahentium est. *l. Imperatores. 71. D. de contrah. empt.*

ii. Regula; Si quis pro decē pondo olei quod natum esset, pretium constituerit, quinq; tantum pondo natis, non nisi quinq; petere potest, *l. si debitor. 39. §. verisimile. D. de contrah. empt.*

iii. Regula; Id tantum venit quod venditor sensit, non etiam id quod seruus eius errore vel dolo plus demonstrauit. *l. sed etsi. 18. §. si seruus. D. de contrah. emptione.*

iv. Regula; Si in venditione serui dominus dixerit, peculium eum habere decem, idq; accessurum esse, & in peculio plus vel minus sit, quantum debeatur, definitur *l. si venditor. 38. in princ. D. de action. empti.*

v. Regula; Si cum venditor mercedem fundi accessuram dixisset, conductor fundum alij pluris locauerit, hoc enim casu non tantum quanti conductor alij, sed quanti venditor suo conductori locauit, debetur. *l. insulam. 58. in prin. D. locati & conducti. Concordat l. si mercedem. 53. in princ. D. de action. empti.*

vi. Regula; Vnus ex pluribus venditoribus non nisi pro parte tenetur, approbatur simul & distinguitur *supr. c. 10. quæst. 3. reg. 2.*

vii. Regula; Fideiussor serui in solidū tenetur, quamuis dominus non nisi de peculio conueniri possit. *l. si seruus. 24. §. fin. D. de act. empti.*

viii. Regula; Vltra id quod conuenit, nihil potest exigi. *l. vltra. 15. C. de act. empti.* Huius regulæ exceptio est; Nisi mora facta sit, tunc enim ad id quod interest, competit actio. *d. l. 15. De qua re vide supr. cap. prox. reg. 11.* Sed & huius regulæ exceptiones sunt regulæ aliquot *supr. quæst. prox.* propositæ. Hæc de eo, quantum veniat in empti actione. Sed & huius quæstionis regulæ sunt *sup. quæst prox. reg. 12. 13. 23. & 24.*

III. QVALE VENIAT IN actione empti?

ix. Regula; Res vendita talis præstari debet, qualis est. *l. cum venderes. 59. D. de contrah. empt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vēditor fundum optimum maximumq; dixerit. *Quæ exceptio colligitur ex d. l. 59.* Altera: Nisi non integrum vel sanum præstet, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. c. 10. quæst. 1. causa 15.* Tertia; Nisi venditor sciens rei conditionem vel vitium, id non indicauerit, vel obscure indicauerit, approbatur *per ea quæ proposita sunt d. quæst. 1. caus. 5.*

x. Regula: Si venditor seruum venditum artificem dixerit, puta coquum, nec optimū nec pessimum artificem illum præstare debet. *l. sciendum. 19. §. illud sciendum. ff. de ædilitio edicto. Concordat l. si quid, 18. §. fin. D. eod. tt.* Plura de regula proposita vide *infr. cap. prox. quæst. 3. caus. 9. exc. 1.* Hactenus de actione empti in genere. Sequuntur nunc eius aliquot species & adfinia remedia.

DE REDHIBITORIA ACTIONE. CAP. XII.

PRimo; Verba edicti, quibus actio proposita introducta est, proponuntur *l. 1. §. 1. D. de ædilitio edicto.*

II. Ratio edicti huius proponendi, actionisque introducendæ, proponitur *d. l. 1. §. causa. Concordat l. ædiles aiunt. 38. §. causa autem. ff. d. tt.*

III. CAVSÆ, EX QVIBVS REDhibitoria actio competit.

I. Causa: Si in vendendo mancipio venditor morbum vel vitium eius non indicauit. *d. l. 1. in prin. M. I. P. lib. 5. c. 7. reg. 17. M. I. R. lib. 5. cap. 6, reg. 38.* Declaratur hæc causa definitione & diuisione morbi, *d. l. 1. §. sed sciendum.* Differentia morbi & vitij proponitur *l. inter fluvium. 101. §. verum. ff. de verb. signif.* Plane propositæ causæ exceptio prima est: Nisi non corporis, sed animi morbus aut vitium sit. *d. l. 1. §. apud Viuianum. & §. fin. cum tribus ll. sequentib. & l. animi. 65. in pr. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi animi vitium ex corporis morbo oriatur. *l. ob quæ. 4. in pr. & §. in summa. item l. 1. §. apud Viuianum. ibi, interdum tamen. ff. eod tt.* Altera replicatio videtur: Nisi per luxuriam animi vitium sit contractũ, sed reprobatur *d. l. 1. §. fin. ibi, etsi per luxuriam.* Tertia: Nisi tale animæ vitium sit, vt serui vsus nullus sit. *d. l. 4. § idem Pompon.* Quarta: Nisi animi vitiũ venditor expresse negauit, vel id se præstaturum promisit. *d. l. 4. §. & videmur.* Quinta: Nisi quoad empti actionem in id quod interest, vel quanto minoris, hoc enim casu exceptio proposita nõ obstat. *d. §. & videmur. Concordat d. l. 4. in pr. l. 1. §. apud Viuianum, in fin. & §. fin. ff d tt.* Hæc de prima exceptione eiusque replicationibus.

II. Exceptio: Nisi leue sit vitium, vel morbus leuis. *d. l. 4. §. fin. cum l. sequente. Concordat d. l. 1. §. sed sciendum. ibi, dummodo meminerimus.*

III. Exceptio: Nisi non sonticus vel perpetuus morbus sit vel vitium, sed temporarium, reprobatur *d. l. 4. §. illud erit.* Declaratur exceptio proposita definitione morbi sontici, *l. animi. 65. § quoties. ff. eod. tt.* Concordat exceptioni reprobatæ *l. Pomponius. 6. in pr. ff. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi morbus vel vitium ante vel post contractam venditionem accederit, nõ tempore venditionis fuerit. *l. 1. §. fin. ff. de ædilitio edicto.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi morbus tempore venditionis intermisit, non in totum fuerit sanatus, approbatur exemplis *l. qui tertiana. 53. ff. eod. tt.*

V. Exceptio: Nisi talis morbus sit, quo vsus hominis non fit deterior, approbatur exemplo *d. l. 6. §. 1. l. idem O filius. 10. §. sed si quis. item l. qui clauum. 22. in pr. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio: Nisi seruus tantum spado sit *d. l. 6. §. fin.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi membrũ virile penitus seruo absit. *l. si aũt 7. ff. d. tt.*

VII. Exceptio: Nisi lingua tantum seruo vendito absit, reprobatur *l. si cui. 8 ff. de ædilitio edicto.*

VIII. Exceptio: Nisi mutus tantum sit seruus, reprobatur certo modo *l. mutum. ff. d. tt.* Contradicit *l. 3. ff. eod. tt.*

IX. Exceptio: Nisi membrum vel digitus tantum seruo absit, reprobatur *l. idem O filius. 10. in princ. ff. de ædilitio edicto.*

X. Exceptio: Nisi iusto numero plures digitos seruus habet. *d. l. 10 sed §. si quis.*

XI. Exceptio: Nisi hydropicus tantũ sit seruus; vel myops, reprobatur *d. l. 10. §. item de hydropico.*

XII. Exceptio: Nisi ex oculis seruus laboret, & certo tempore nihil videat, reprobatur *d. §. item de hydropico.*

XIII. Exceptio: Nisi balbus tantum sit seruus, vel blæsus, vel atypus, vel tardius loquatur, vel varus aut varicus sit. *Hæc multiplex exceptio approbatur d. l. 10. §. fin.*

XIV. Exceptio: Nisi dens tantum seruo absit. *l. cui dens. 11. ff. de ædilitio edicto.*

XV. Exceptio: Nisi clauum tantum habeat, vel polyposus sit seruus, reprobatur *l. qui clauum. 12. in princ. ff. eod. tt.*

XVI. Exceptio: Nisi alterum tantum membrum ex duobus altero maius habeat seruus, approbatur simul & distinguitur *d. l. 12. in princ.*

XVII. Exceptio: Nisi gutturosus tantum sit seruus, vel oculos habeat præeminentes. *d. l. 12. §. si quis natura.*

XVIII. Exceptio: Nisi seruus scæua tantum sit, approbatur, declaratur simul & distinguitur *d. l. 12. §. item sciendum.*

XIX. Exceptio: Nisi os tantum seruo oleat, approbatur simul & distinguitur *d. l. 12. §. is cui os.*

XX. Exceptio: Nisi claudus tantum sit seruus, reprobatur *l. item claudus. 13. ff. de ædilitio edicto.*

XXI. Exceptio: Nisi gibbosus tantum, curuus, pruriginosus, scabiosus vel surdus sit seruus. *l. vel proterui. 3. cum l. sequente. ff. d. tt.*

XXII. Exceptio: Nisi mortuos tantum pariat ancilla vẽdita, reprobatur *l. quæritur. 14. in pr. ff. d. tt.*

XXIII. Exceptio: Nisi mulier vendita prægnans tantum sit. *d. l. 14 §. 1.*

XXIV. Exceptio: Nisi ancilla vendita puerpera tantum sit. *d. l. 14. §. puerperam.*

XXV. Exceptio: Nisi sterilis tantum sit ancilla vendita, approbatur simul & distinguitur *d. l. 14. §. de sterili.*

XXVI. Exceptio: Nisi vrinam tantum seruus continere non possit, approbatur simul & distinguitur *d. l. 14. §. item de eo.*

XXVII. Exceptio; Nisi vua tantum serui præcisa sit, approbatur simul & distinguitur *d. l. 14. §. idem ait.*

XXVIII. Exceptio; Nisi digitis coniunctis tantũ seruus sit natus, reprobatur *d. l. 14. § si quis digitis.*

XXIX. Exceptio; Nisi tantum arcta sit mulier, reprobatur *d. l. 14. §. mulier.*

XXX. Exceptio; Nisi tonsillas tantũ vel fauciũ tumores seruus habeat, reprobatur *d. l. 14. §. quis.*

XXXI. Exceptio; Nisi plus vel minus in mense purgetur ancilla vendita, reprobatur *l. quæ biu. 15. ff. de ædilitio edicto.*

XXXII. Exceptio; Nisi seruus varicosus tantum sit, reprobatur *l. varicosus. 50. ff. d. tt.* Hactenus exceptiones desumptæ ex specie & qualitate morbi vitiive. Alias exceptiones causæ propositæ, ex aliis circumstantiis desumptas, vide *infr. inter excep. generales.* Hæc igitur de prima propositæ actionis causa.

¶ II. Causa: Si seruus venditus erro sit vel fugitiuus, nec id emptori indicatũ. *Hæc causa approbatur verbis edicti d. l. 1. ff. d. tt.* Ratio huius causæ specialiter edicto expressæ proponitur *l. ob quæ. 4. §. animi autẽ. ff. d. tt.* Declaratur causa proposita definitione erronis & fugitiui *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 6. c. 12. reg. 1. & reg. 2.* Huius causę exceptio prima est; Nisi seruus post vẽditionẽ primũ fugerit, cum antea non fugisset. *l. actioni. 54. ff. de ædilitio edicto. Concordat l. si apud. 3. in prin. C. de ædilitiis actionib.* Cuius replicatio est: Nisi venditor seruum non fugiturum promiserit. *d. l. 3.* Altera exceptio est; Nisi seruum vinctum vendiderit. *l. si tamen 48. §. ei qui seruum. ff de ædilitio edicto.*

III. Causa: Si seruus venditus noxa solutus non sit, neque id emptori sit indicatum. *approbatur verbis edicti d. l. 1.* Declaratur *l. quis sit. 17. §. quod aiunt, cum sequentib. ff. d. t. & l. aliud est. 174. ff. de verb. signif.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi non priuatum, sed publicum crimen seruus commisit. *d. §. quod aiunt. vers. noxas. l. Lucius. §. fin. ff. de euict. item l. hæc stipulatio. 200. ff. de verb. signif.* Altera: Nisi non extraneo, sed venditori seruus furtum fecerit. *l. si furtum 52. ff. de ædilitio edicto.* Tertia: Nisi post venditionem seruus noxam commiserit. *l. cum in vendi tione. 3. ff. de euictione.*

IV. Causa: Si mancipium venditum capitalem fraudem admiserit, vel mortis consciscendæ causa quid fecerit, vel in arenam depugnandi causa ad bestias intromissus fuerit. *approbatur verbis edict. d. l. 1.* Declaratur *l. cum autem. 23. §. excipitur, cum sequentib. & l. bouem. 43. §. mortis. ff. eod. tt.* Huius causæ posterioris exceptio est: Nisi ob dolorem corporis mortem sibi conscire voluit. *d. §. mortis.* Sed & prioris causæ exceptio est; Nisi sine dolo malo seruus capitalem fraudem admiserit. *d. §. excipitur.*

V. Causa: Si talis sit seruus venditus, qui manumitti non possit, vel si sub pœna vinculorum à domino distractus est, vel à potestate aliqua damnatus, vel sit exportandus. *Hæc multiplex causa approbatur l. quis sit. 17. §. si quis talis. ff. de ædil. edict.*

VI. Causa: Si in vendendo iumento venditor morbum vel vitium eius non indicauit. *l. ædiles aiũt. 38. in pr. ff. de ædil. edict.* Ratio huius edicti, simul & simile proponitur *d. l. 38. §. loquuntur. M. I. P. lib. 5. cap. 7. reg. 17. M. I. R. d. cap. 6. reg. 38.* Declaratur causa proposita definitione iumentorum *d. l. 38. §. iumentorum. Concordat l. boues. 89. in prin. ff. de verb. signif.* Exempla proponuntur *l. bouem. 43. in pr. ff. d. ædilit. edict.* Plane huius causæ exceptio prima; Nisi non iumentum, sed pecus morbosum aut vitiosum venditum sit. reprobatur *d. §. iumentorum.* Altera: Nisi castratum tantum sit iumentũ. approbatur simul & distinguitur *d. l. 38. §. sedenim.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi animal per castrationem factum sit imbecillius. *d. § sedenim.* Altera: Nisi quoad empti actionem ad id quod interest. *d. § sedenim.* Tertia propositæ causæ exceptio est: Nisi transiungi tantum non possit iumentum. *d. l. 38. §. quæsitum.* Quarta: Nisi iumentũ alterum iugum non patiatur. reprobatur *d. §. quæsitũ.* Quinta: Nisi iumentũ errare & aufugere tantũ soleat. *l. Labeo scribit. 64. §. fi. ff. d. tt.* Sextę exceptionis loco notandum, q̃ pleraq; ea quæ de morbis & vitijs hominis venditi sup. dicta sunt, huc quoq; sint referẽda. *d. l. 38. §. loquuntur.*

VII. Causa: Si iumenta optime ornata vendens, ornamenta emptori non tradiderit. approbatur verbis edicti *l. 1. ff. eod. tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi non vendendi causa ornamenta iumento sint adhibita. *d. l. 38. §. vendendi.*

VIII. Causa: Si veterator pro nouitio venierit. *l. præcipiunt. 37 ff. de ædilitio edicto.* Declaratur causa proposita *l. vlt. §. seruus. ff. d. tt.*

IX. Causa: Si aduersus quam dictum promissumve sit, cum veniret, fuerit. *approbatur verbis edicti d. l. 1. & l. ædiles aiunt. 38. §. non tantum. ff. de ædilitio edicto.* Declaratur *l. quis sit. 17. §. fin. item l. sciendum. 19. §. dictum. ff. d. tt.* Concordat causæ propositæ *l. si quid. 18. in pr. ff. d. tt.* Exceptio prima est: Nisi mediocriter verum sit, quod dictum à venditore, promissumve est. tunc enim, quamuis non optimum vel summum est, causa tamen proposita cessat. *d. l. 18. §. hæc omnia. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. reg. 10.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi optimum dixerit venditor. *d. l. 18. §. venditor.* Altera exceptio est: Nisi commendandi vel iactandi, non obligandi animo dictum sit, *l. sciendum. 19. in princ. & §. ea autem. ff. de ædilitio edicto. item l. quod venditor. 37. ff. de dolo malo.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi specialiter non generaliter quid commendandi causa dictum sit: puta seruum coquum esse vel artificem, item aleatorem, furem non esse. *d. l. 19. Concordat l. ea quæ. 43. in pr. ff. de contrah. empt.* Tertia exceptio est: Nisi res ita in promptu fuerit, vt eam emptor non ignorauerit. *d. l. 43. in pr. & §. quædam.* Quarta: Nisi impossibile sit dictum promissumue. approbatur exemplo *l. non moriturum. 8. C. de contrah. & commit. stipul.* Quinta: Nisi cum venditor dixisset seruum furem non esse, domino, non alij seruus furtum fecerit. reprobatur *l. quod si nolit. 31. §. 1. ff. de ædilitio edicto. Concodat l. si furtum. 52. d. tt.* Sexta: Nisi cum seruum furtis noxijsque solutum esse promissum esset, is cui seruus furtum fecit, antequam eo nomine agat, emptori hæres extiterit. reprobatur *l. si emptori. 30. ff. de euictione.* Plures huiusmodi exceptiones vide *inf. inter exceptiones generales: item sup. lib. 15. & lib. 16. cap. 2.*

X. Causa, Si quid ita venierit, vt si displicuisset, redhibeatur. Hæc causa redhibitoriæ actionis approbatur *l. quod si nolit. 31. §. si quid ita. ff. de ædilitio edicto. l. si conuenit. 6. ff. de rescind. ven. item l. prædiũ. 4. C. de ædilitiis action.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi certum tempus, intra quod, si displicuisset, redhibendum sit, definitum non sit. *d. §. si quid ita.* Altera; Nisi sexaginta dies vtiles à tempore venditionis præterierint. *d. §. si quid ita.* Cuius tamen replicatio prima est; Nisi vlterius tempus pacto sit definitum. *d. §. si quid ita.* Altera; Nisi causa cognita, vlterius tempus à iudice concedatur. approbatur simul & declaratur *d. §. si quid ita.* Hactenus causæ redhibitoriæ actionis enumeratæ sunt; quarum tamen plures vide *sup. cap. 10. inter causas actionis ex empto.*

DE EXCEPTIONIBVS IAM dictarum causarum generalibus.

Plane causarum iam propositarum, præter exceptiones in singulis causis enumeratas, generales exceptiones aliquot supersunt, quę sequuntur.

I. Exceptio; Nisi alia res vitiosa præter mancipium vel iumentum vendita sit. reprobatur *l. si tamen. 47. §. non solum. ff. de ædilitio edicto. Concordat l. 1. in princip. item l. sciendum. 63. in princ. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 38. exc. 8.* Exemplum proponitur *l. etiam. 49. ff. d. tt. Concordat l. si prædium. 4. §. idem obseruatur. C. de ædilitiis actionib.*

II. Exceptio; Nisi simplariæ rẽs venditæ sint. *l. si tamen. 48. §. fin. ff. de ædilitio edicto.*

III. Exceptio : Nisi vitium vel morbus non sit in re principali vendita, sed in accessorio. reprobatur *l.quod si nolit.31.§.fin.cum lege sequente. & l.proinde.33.in prin.ff.eod.tt.* Plane admittitur, si hæreditate, peculio vel fundo cum instrumento vendito, res aliqua hæreditaria, peculiaris vel instrumentalis vitiosa sit. *quæ distinctio approbatur d.l. 33.ibi.sed hoc ita.*

IV. Exceptio : Nisi vsusfructus tantum rei venierit. reprobatur *l.si tamen.48.§.non solum.ff. de ædilitio edicto.*

V. Exceptio: Nisi aliena res vendita sit, & euicta. reprobatur *l.ex empto.11.§.et tamsi ignorans.ff. de act.emp.l.iustissime.44.§.fin.ff.de ædilitio edicto. item l. euicta.16.§.si seruus.ff.de euictione.*

VI. Exceptio: Nisi morbus vel vitium sit sanatum. *l.quod ita.16.ff.de ædilitio edicto. Concordat l.1.§. fin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi membro sanato, eo minus vti seruus possit. *l.idem Ofilius.10.in pr.ff.d.tt.* Altera: Nisi morbus intermisit, non in totum omisit. *l.qui tertiana. §3. ff.eod.tt.*

VII. Exceptio: Nisi venditor vitium vel morbum indicauit. *l.quæritur.14.§.si venditor.ff.de ædilitio edicto.M.I.R.d.reg.38.exc.4.*

VIII. Exceptio : Nisi conuenerit ne vitium vel morbus, si qui appareret, à venditore præstaretur. approbatur simul & distinguitur *d.§.si venditor.M.I.R.d.reg.38.exc.2.* Eius autem replicatio est: Nisi venditor sciens morbum non indicauit. *d.§. si venditor.M.I.R.d.exc.2.repl.1.*

IX. Exceptio: Nisi venditor ignorans sine dolo malo vitium reticuit, vel aliquid aliter dixit. approbatur verbis edicti *l.1.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.38. exc.3.* Contradicit *d.l.1.§.causa. Item contradicunt ea quæ proposita sunt sup.cap.10.quæst.1.exc.gen.1.*

X. Exceptio : Nisi emptor vitium intellexit, vel intelligere potuit. *l.1.§.si intelligatur ff. de ædilitio edicto.l.quæritur.14.§.fin.& l.si tamen.48.§.in ædilitiis.ff.d.tt.l.ea quæ.43.§.quædam.ff. de contrah. empt. item l.apud Celsum.4.§.item Labeo.ff. de doli mali exc. M.I.P.lib.5.cap.7.reg.17.exc.1.M.I.R.d.reg.38.excep.5.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi specialiter de vitio præstando conuenit. *d.§.item Labeo.* Altera: Nisi seruo emente dominus sciuerit, seruus ignorauerit. *l.cum mancipium.51.ff.de ædilitio edicto.* Huius duplicatio est: Nisi mandatu domini seruus emerit, *d.l.51. Concordat l.sed si.13.ff.de contrah.empt.* Tertia replicatio: Nisi seruo emente & sciente, dominus ignorauerit. reprobatur *d.l.51.* Quarta: Nisi procuratore emente & sciente, dominus ignorauerit. reprobatur *d.l.51.§.circa.* Plura de hac re vide *inf.c.15. quæst.1.exc.4.repl.1.dupl.2.* Quinta replicatio est: Nisi procuratore emente dominus sciat, procurator ignoret, *d.§.circa.*

XI. Exceptio: Nisi fiscus vendiderit. *l.1.§.illud sciendum.ff.de ædilitio edicto.*

XII. Exceptio: Nisi respub. vendiderit. reprobatur *d.§.illud sciendum.*

XIII. Exceptio : Nisi pupillaris sit venditio. reprobatur *d.l.1.§.in pupillarib.*

XIV. Exceptio : Nisi seruus vel filius familias vendiderit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt inf. quæst.5.reg.3.*

XV. Exceptio: Nisi liber homo vel seruus alienus, qui bona fide ab alio possidetur, vendiderit. reprobatur *l.cum autem.23.§.hæ actiones ff. de ædilitio edicto.*

XVI. Exceptio: Nisi non venditio, sed locatio vel alius contractus factus sit. *l.sciendum.63.ff.d.tt.* Exemplum proponitur *l.ad res.62.ff. d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi permutatio facta sit. *l.sciendum.19.§ emptorem.ff.d.tt.*

XVII. Exceptio: Nisi de dupla emptori à venditore cautum sit. reprobatur *l.si seruum. 4. in prin. ff.de action.empt.*

De exceptionibus sumptis ex consequentibus venditionem.

Hactenus exceptiones propositarum causarum generales, sumptæ ex ijs quæ venditioni insunt, enumeratæ sunt: restant eæ quæ ex ijs quæ venditionem sequuntur, sunt desumptæ.

XVIII. Exceptio: Nisi res vitiosa vel morbosa vendita interierit. reprobatur sub conditione *l.si hominem.47.in fine, cum lege sequente.ff.de ædilitio edicto.l.ædiles.38.§.loquuntur.ibi.etsi mortuum.ff. d.tt. l.euicta.16.§.si seruus.ibi.& quam actionem. ff. de euictione.* Plane admittitur exceptio proposita, si culpa emptoris vel eius familiæ procuratorisue res perierit. *quæ distinctio elicitur ex d.l.47.in fin.ibi.si tamen sine culpa.* De qua re vide plura *inf.quæst.10. reg.5.*

XIX. Exceptio: Nisi emptor mancipium emptum manumisit. *l.si hominem.47.ff.de ædilitio edict.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi sine culpa vel facto emptoris mancipium sit manumissum. *l.euicta.16.§.si seruus.ibi.& quam actionem. ff. de euictione.*

XX. Exceptio : Nisi seruus emptus venditori non restituatur. *l.vlt.C.de ædilitijs actionib.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi venditor emptori non restituat ea quę seruus emptus emptori furto abstulit. *l.quæro.58.in prin.ff. de ædilitio edicto.* Altera; Nisi seruus aufugerit. *l. euicta.16.§.si seruus.ibi.& quam actionem.ff.de euictione. Concordat l. 1.C.de ædilitijs actionib.* Plane huic videtur contradicere *d.l.vlt.C.eod.tt.* in qua, si Exhibere exponas cum Accursio pro Probare, nulla est antinomia. Tertia replicatio est; Nisi seruus mortuus sit. *quæ approbatur sup.exc.18.*

XXI. Exceptio; Nisi emptor non præstiterit ea quæ præstare debet. *l.illud sciendum.29.in pr.ff.de ædilitio edicto.* Sane quæ ab emptore præstanda sint, vide *inf.quæst.10.* Concordant ea quæ proponuntur *inf.quæst.6.reg.2.exc.1.*

XXII. Exceptio; Nisi res emptori sit euicta. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.exc.5.*

XXIII. Exceptio: Nisi venditor seruum emptori relinquat. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur inf.q.6.reg.7.exc.4.*

XXIV. Exceptio; Nisi emptor pœnitentia ductus retinere mancipium velit, & ab actione desistere. *l.si tamen.48.§.1.ff.de ædilitio edicto.*

XXV. Exceptio; Nisi eiusdem rei nomine semel sit actum. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est; Nisi ex alio vitio postea apparente rursus agatur. *d.l.48.§. penult.* Altera; Nisi pendente emptionis conditione, antea sit actum. *l.bouem.43.§.si sub condit.ff.eod.tt.* Tertia replicatio; Nisi æstimatoria, quanto minoris actum sit, reprobatur *l.si is.25.§.1.in fine.ff. de exc. rei iudicatæ.*

Repli-

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hactenus causæ redhibitoriæ actionis cum suis exceptionibus propositæ sunt: quarum exceptionum generalis replicatio est: Nisi res voluntate venditoris sit redhibita. *l.quod si nolit.31.§. in factum ff.de ædilitio edicto.* Sequuntur nunc reliqui propositæ actionis loci.

IV. QVIBVS COMPETIT actio redhibitoria?

I. Regula, De hæredibus & alijs ad quos ea res pertinet, proponitur verbis edicti *l.1.ff.eod.tt. & l.si tamen.48.§.ædilitiæ.ff.eod.tt.* Declaratur *l.sciendum.19.§.deinde aiunt.ff.eod.tt.*

II. Regula, De domino proprietatis & vsufructuario serui ementis, habetur *l. bouem.43.§. fin.ff.de ædilitio edicto.*

III. Regula: Vni ex pluribus quib. actio proposita competit, non datur. *l. quod si nolit.31.§. Marcellus.& §.si plures.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res redhibenda perierit, vel redhibita sit. *d.l.31.§.idem ait.* Altera: Nisi singuli pro parte emerint. tunc enim singulis ad suam partem redhibendam competit actio. *d. l.31.§. venditori.in fine.* Tertia: Nisi vnus in solidum reddat. *d.§.si venditori.*

V. ADVERSVS QVOS COMpetit actio redhibitoria?

I. Regula, De hæredibus venditoris, proponitur *l.cum autem.23.§.hæ actiones.ff.de ædilitio edicto. Concordat l.si tamen.48.§.ædilitiæ.ff.d.tt.*

II. Regula, De fideiussore venditoris, *l.Latinus.56.ff.eod.tt.*

III. Regula, De patre & domino venditoris, proponitur *l.cum autem.23.§. si seruus. & l.si seruus. 57.§.quod si seruus.ff.d.tt.*

IV. Regula, De vno ex pluribus, qui hac actione tenentur. Etiam vni ex pluribus redhiberi pro parte potest. *l.quod si nolit.31.§. si venditori.ff. de ædilitio edicto.*

V. Regula; Aduersus vnum ex pluribus venditoribus, cuius maior pars in venditione est, vel qui nulla parte minor est, actio redhibitoria competit, *l.iustissimi.44.§.proponitur.ff.d.tt.*

VI. QVID QVANTVMQVE VEniat in actione proposita?

I. Regula: Vt res redhibeatur. approbatur verbis edicti *l.1.ff.d.tt.* Declaratur *l.redhibere.21. in pr.ff.de ædilitio edicto.*

II. Regula, De precio à venditore restituendo, proponitur *l.debet autem.27.l.illud sciendum.20. §.condemnatio.l.quod si nolit.31.§.in factum.item l.cum in ea.59.in pr.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est. Nisi emptor non prius præstiterit ea quæ præstare iure debet, *l.ædiles 25.§.fin. l. quod si nolit. 31.§.illud plane.l.illud sciendum.29.in prin.item l.si seruus.57.in pr.ff.d.tt.* Plane propositæ exceptionis replicatio est: Nisi venditor inops sit. *l.videamus. 26.ff.d.tt.* Altera exceptio videtur; Nisi res in causa redhibitionis non fuerit. sed certo modo reprobatur *l.quod si nolit.31.§.in factum.ff.d.tt.*

III. Regula: Quantum precium sit restituendum, si vna res ex pluribus redhibeatur, definitur *l.si plura.36.ff.de ædilitio edicto.*

IV. Regula, Itidem de quantitate precij petendi, si vna res ex pluribus redhibeatur, proponitur *l.cum in ea.59.§.si quis.ff.eod.tt.*

V. Regula, De vsuris precij, habetur *l.illud sciendum.29.§.condemnatio.ff.d.tt.*

VI. Regula, Vt liberetur emptor obligatus precij nomine, proponitur *d.l.29.§. item emptori. Concordat d.l.59.in pr.*

VII. Regula, De damno emptori præstando, quod rei emptæ nomine sensit, item sumptibus quos fecit restituendis, proponitur *d.l.29.§.fin.l. 1.C.de ædilitiis actionib.l.cum autem.23.§.iubent. & §. Iulianus.ff.de ædilitio edicto.l.quæro.58.in princ.ff. d.tt.l. serui.17.§.cum autem.ff.de furtis.l.si seruus.63.§.his iam illud.ff.d.tt.item l.1.§.si quid autem, in fine.ff.d. ædilitio edicto.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi suo arbitrio sine voluntate venditoris quid emptor erogauit, hoc enim à venditore præstandum non est. *l.debet.27.ff.de ædilitio edicto.* Cuius replicatio est: Nisi necessitate iuris compulsus emptor erogauit. *d.l.27.in fine.* Altera exceptio est: Nisi impensas factas emptor in libello non nominatim posuit. approbatur simul & distinguitur *l.item si serui.30.§.quas impensas ff.d.tt.* Tertia; Nisi in cibaria serui emptor erogauit, hoc enim à venditore non præstandum. *d. §. quas impensas.* Quarta : Nisi venditor seruum pro damno & sumptibus emptori relinquat. *l.quod si nolit.31. in prin.l.cum autem.23.§.Iulianus ait ibi.quid ergo.l.quæro.58.in princ.ibi: nisi pro his.item l.illud sciendum.29.in fine.ff.eod.tt.*

VIII. Regula, Vt de damno & sumptu futuro præstando caueatur, proponitur *l.item si serui. 30. in prin.& l.redhibere.21.§.idem Pomponius.ff.de ædilitio edicto.*

IX. Regula, De duplo, si non soluat venditor, proponitur *l.redhibitoria.45.ff.de ædilitio edicto.*

X. Regula; Pater vel dominus filij vel serui vendentis nomine tenetur, quatenus in peculio est. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. prox.reg.3.*

XI. Regula, Quantum vni vel ab vno ex pluribus redhibendum sit vel præstandum, vide *sup. quæst.4.reg.3.item quæst.5.reg.4.*

XII. Regula; Quæ vicissim venditori ab emptore sint præstanda, vide *inf.quæst.10.*

VII. QVANDO ET QVAMdiu competit actio proposita?

I. Regula: Ante existentem venditionis conditionem redhibitoria actio non competit. *l.bouem.43.§.si sub.ff.de ædilitio edicto.*

II. Regula; Intra sex menses à perfecta venditione regulariter redhibitoria actio competit. *l.sciendum.19.§.fin.& l.ædiles.38.in prin.ibi: morbi autem.ff.d.tt.M.I.R.lib.5.cap.6.reg.38.exc.6.* Huius regulæ exceptio prima; Nisi ex eo quod dictum promissumue est, agatur. tunc enim ex die dictum promissiue tẽpus sex mensium currit. *d.§.fin.* Cuius replicatio est; Nisi dictũ venditionem præcessit. *l. si verò.20.ff.d.tt.* Altera exceptio est; Nisi sub cõditione venditio facta sit. tũc enim à die existentis cõditionis currit præscriptio. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.reg.prox.* Tertia exceptio est; Nisi emptor experiũdi potestatẽ non habuerit. *l.sciendum*

DE ACTIONE EX EMPTO, RE ALIENA vendita & euicta: item de actione duplæ ex stipulatu ob euictionem, necnon & ex aliis causis.

CAP. XIV.

I. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS, cum suis exceptionibus.

PRima causa: Si aliena res vendita sit. *lex empto.11.§.deniq; in fine ff.de act.empt. M.I.R. lib.5.c.7.reg.18.M.I.R.lib.5.cap.6.reg.40.* Huius causæ exceptiones vide *inf.inter except.generales.*

II. Causa: Si quis per fundum alienum vel cõmunem vendiderit seruitutem. *l.si quis.10.ff.de euictione. Concordat l.fundum.46.§.si per alienum.ff.d.tt.*

III. Causa; Si quis liberum hominem pro seruo vendidit. *l.minor.39.§.pater.ff.d.tt. Concordat l. Licinius. 4. ibi. venditio quidem. ff. quibus ad libert. proclam. non licet.*

IV. Causa; Si quis statuliberum dissimulata eius conditione vendiderit. *d.l.39.§.qui statuliberum. l. si per imprudentiam.51.§.1.ff.d.tt.l.2.§.fin.ff.de doli mali except. Concordant item ea quæ proposita sunt sup.c.10.q.1.caus.21.* Plane huius causæ exceptio est; Nisi emptor id quod conditionis implendæ causa à statulibero accepit, venditori non restituat, approbatur simul & distinguitur *d.l.2.§.fin.*

V. Causa; Si nomen quod emptum est, non sit soluendo. reprobatur *l si plus.74.§.fin.ff.de euiction.*

VI. Causa; Si res empta alij pignori fuit obligata. *l.cum tibi.22.C.de euictionibus.*

VII. Causa: Si res emptori sit euicta. *l.euicta.16.§.1.ff.de euictione.* Exceptiones huius causæ vide *inf.inter except generales.*

VIII. Causa; Si cum emptor rem emptam, nondum autem traditam sibi vendidisset, & ab emptore suo conuentus fuerit condemnatus, quia non tradidit. *l.si seruum.33.ff.d.tt.*

IX. Causa; Si emptor à possessore rem petens succubuerit. *d.l.16.§.1.M.I.R.d.cap.6.reg.45.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi ob exceptionem ex persona ipsius emptoris obiectam succubuerit. *l hoc iure.27.cum lege sequente.ff.de euictione. M.I.R. d.cap.6.reg.40.except.7.* Altera exceptio est; Nisi emptor seruitutem prædio empto petens succubuerit, approbatur simul & distinguitur *l.quod ad seruitutes.75.§.si vero emptor.ff.d.tt. Concordat l.vendendo.66.in pr.ff.de contrah.empt.* Tertia; Nisi in vna actione victus emptor habeat adhuc aliam. approbatur exemplo *l.minor.39.§.si seruus tuus.ff.de euictione. M.I.R.d.reg.45.exc.1.* Quartam exceptionem vide *inf.exc gener.32.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Hactenus causæ actionis ex stipulatu de dupla. Sed & plures eius causas vide *sup.cap.10.& ca. prox.* Plane istarum causarum, præsertim euictionis, exceptiones generales hæ sunt.

I. Exceptio; Nisi stipulatio interposita non sit. approbatur simul & distinguitur *d.l.66.in pr. item l.non dubitatur.6.C.de euictionib.*

II. Exceptio; Nisi in alia quam emptionis causa interposita sit stipulatio. reprobatur *l. sciendum.52.ff.de euictione.*

III. Exceptio; Nisi res nondum sit euicta. *l. qui rem.3.C.de euictionib. Concordat l.non tamen.24.ff. d.tt.M.I.R.d.reg.40. exc. 2.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi venditor sciens rem alienam vendidit, *l.seruus.30.§.fin.ff.de act. empt. M.I.R. d.exc.2.repl.2.* Altera; Nisi lis de re mota sit. reprobatur *l.si plus.74.§.mota.ff.de euictione. Concordat l.si status.18.C.de euictionib.* Tertia est; Nisi conuenerit, vt quæstione mota precium restitueretur. *l.siue.12.C.d.tt.*

IV. Exceptio; Nisi ex alia quam emptionis causa res euicta tradita sit. reprobatur *sup. exc. 2.* Exemplum eius proponitur in permutatione. *l. si permutationis.29.C.de euictionib.l.1.§.vnde si ea res.ff. de rerum permutation. item l.2.C.eod.tt.* Aliud exemplum habetur *l.si prædium.4.C.de euictionib. Concordat l.eleganter.24.in pr.ff.de pignor.act.* Aliud exemplum proponitur *l.si fratres.7. C.communia vtriusq; iudicij tam familiæ ercisc. Concordat l.si eum.66.§.fin.ff. de euictione.* Plane admittitur exceptio proposita in duobus casibus, de quibus *inf.in exc.prox.*

V. Exceptio; Nisi res euicta ex causa donationis fuerit tradita, approbatur simul & distinguitur *l.Aristo.18.§.fin.ff.de donationib.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi donator sciens rem alienam donauerit, *d.§.fin.* Altera; Nisi donator donatario de euictione cauit. *l.2.C.de euictionibus.* Huius duplicatio est; Nisi nudo tantum pacto de euictione donatario sit cautum. *d.l.2.*

VI. Exceptio; Nisi res euicta ex causa legati fuerit tradita. approbatur simul & distinguitur *sup.lib.12.cap.2.reg.4. Concordat l.si is.40.in fin.ff. de euictione.*

VII. Exceptio; Nisi creditor pignus vendiderit, approbatur simul & distinguitur *sup. lib.17.c. 15.quæst.6.reg.2.*

VIII. Exceptio; Nisi emptio inutilis sit. approbatur exemplo *l.2.§.si à furiosso.ff.pro emptore.*

IX. Exceptio; Nisi in alea res vendita sit. *l.2.§. ff.quarum rerum actio non datur.*

X. Exceptio; Nisi missilium nomine emptio facta est. *l.nec emptio.8.§.fin.ff.de contr.empt.*

XI. Exceptio; Nisi duabus rebus quinis emptis, & altera euicta, altera quæ apud emptorem remanet, decem æstimetur. reprobatur *l.si duos. 47.ff.de euictione. Concordat l.si duor.42.ff.de act.empt.*

XII. Exceptio; Nisi emptor sciuit rem alienam esse. *l.si fundum.27.C.de euictionib. M.I.R. d. reg. 40.exc.1.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi emptor de euictione sit stipulatus. *d.l.27. l.si fratres.7.§.fin.C.communia vtriusq; iudicij, tam familiæ. item l.apud Celsum.4.§.item Labeo.ff.de doli mali except. M.I.R.d.exc.1.repl.2.*

XIII. Exceptio; Nisi venditor indicauit in venditione rem alienam esse, vel euinci posse. approbatur *ratione exceptionis proxime præcedentis. Concordat l qui libertatis.69.in prin.ff. de euictione.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi in indicando venditor est mentitus. approbatur exemplo *l.si rem.62.§. fin.ff. de euictione.* Aliud exemplum proponitur *l.minor.39.§.fin.ff.eod.tt.* Alia exempla habentur *d.l.69.§.1.* Item aliud proponitur & distinguitur *d.l 69.§.seruus.* Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi venditor statuliberum decem dare iussum, dixerit viginti dare iussum esse. hoc enim casu non duplæ stipulatio com-

committitur, sed empti actio in id quod viginti deest. *d.§.1.vers.quid ergo.& §.seruus.l.qui alienam. 54.§.si hæres.ff.d.tt.item l.si duorum.42.§.similis.ff. de action.empti.* Altera duplicatio est: Nisi rationibus redditis liberum esse iussum, venditor dixerit centum dare iussum: & centum in reliquis sint. *d.§.seruus.* Tertia: Nisi cum sub alia conditione dixisset venditor, seruum liberum esse iussum, conditio ista prior extiterit, quam vera conditio. *l.fundum.46.§.cum tibi.ff.de euictione.* Quarta: Nisi post biennium liberum esse iussum venditor dixerit post annum liberum fore. *d.l.46.§.fin.* Quinta; Nisi decem dare iussum, venditor dixerit quinque dare iussum, & liber esse, *d.§.fin.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusque duplicationibus sint dicta. Altera replicatio est; Nisi cum dixisset statuliberum sub conditione dandorum decem, non adiecerit cui decem danda essent. *l.qui alienã.54.§.si hæres.ff.de euictione.* Tertia; Nisi venditor, cum indicasset statuliberum esse seruum; conditionem non adiecit; reprobatur *l.qui libertatis. 69.§.sed etsi quis.ff.de euict.* Quarta; Nisi cum dixisset venditor seruitutem fundum debere; speciem seruitutis non expressit. reprobatur *d.§.sed etsi quis. ibi.sic & qui fundum.* Hæc de 13. exceptione.

XIV. Exceptio; Nisi conuenerit, ne quid euictionis nomine præstetur. *l.cum ea.68.in prin.ff. de euictione. M.I.R.d.reg.40.exc.17.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi venditor sciens alienum, vel alij obligatum, ignoranti vendiderit. *l. tenetur.6.§.fin.ff.de act.empti. l.ex empto.11.§.deniq;.& §.fin.ff.eod.tt.M.I.R.d.exc.17.repl.1.* Altera replicatio est; Nisi quoad precium emptori restituendum. *d.l.11.§.qui autem, ibi: ibidem ait. M.I.R.d.exc.17. repl. 2.* Contradicit in casu; si creditor pignus vendidit. *d.l.68.in pr.*

XV. Exceptio; Nisi venditor cauerit emptori, neque per se neque per suos heredes fieri, quo minus ei habere liceat. hoc enim casu alio euincente, cessat euictionis actio. approbatur simul & distinguitur *d.§.qui autem. M.I.R.d.reg. 40.exc.5.* Plura de stipulatione Habere licere; vide *sup.lib. 16.cap.9.specie 3.*

XVI. Exceptio; Nisi res empta, postea euicta, emptori nondum fuerit tradita. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est. Nisi alij voluntate emptoris res tradita sit. *l.si quod.61.ff. de euictione.* Altera; Nisi res tempore venditionis apud emptorem fuerit. *l.si rem.62.in prin.ff.eod.tt.*

XVII. Exceptio; Nisi cum actione hypothecaria res vendita emptori esset euicta, venditor debitum soluendo rem liberauerit. *l.euictus.35.ff. de euictione.*

XVIII. Exceptio; Nisi venditor emptorem defendens, litis æstimationem soluerit euincenti. *l.si seruus.21.§.1.ff.d.tt.*

XIX. Exceptio; Nisi venditor emptori rem euictam postea offerat. reprobatur *l.emptori.67.ff. d.tt.* Plane admittitur, si vltra rem etiam id quod emptoris interest, præstet. *Quæ distinctio cum ex iam dictis appareat, tum approbatur etiam l.fideiussor.15. ff.de doli mali except.*

XX. Exceptio; Nisi res aliena vendita, postea emptoris ex causa lucratiua sit facta. reprobatur *l.Iulianus.13.§.si fundum.ff.de action.empt.* Plane admittitur, quoad actionem duplæ ex stipulatu. *De quo infra exceptionibus duabus proximis.*

XXI. Exceptio; Nisi is qui rem euicit, eam emptori, antequam abducat, donauerit, vel legauerit. *l.habere licere.57.§.fin.ff.de euictione.*

XXII. Exceptio; Nisi re aliena vendita, emptor domino rei hæres extiterit. approbatur simul & distinguitur *l.si vendideris.9.& l.si ei.41.§. item si domino.ff.eod.tt.*

XXIII. Exceptio; Nisi is qui rem euicit, sine hærede decesserit, ita vt res penes emptorem maneat. *l.habere licere.57.in pr.ff.de euictione.*

XXIV. Exceptio; Nisi re aliena vendita, emptor eam à domino redemerit, vel litis æstimationem soluerit. reprobatur *l.si rem.29. in pr.l.seruus.21.§.1.ibi.quamuis si ipse item l.euicta.16.§.1.ff.eod. tt.* Contradicit quoad duplæ actionem ex stipulatu. *l.si cum.66.§.si secundus.ff.eod.tt.* Plane exceptio proposita videtur admitti, si non ipse emptor, sed emptoris tutor ex re sua litis æstimationem præstiterit. Sed & hæc distinctio reprobatur *l.si pro.22.in pr.ff.eod.tt.*

XXV. Exceptio; Nisi re aliena vendita, emptor ea vsucepit, vel longissimi temporis præscriptione aduersus petentem defendi possit. *l. qui alieni.54.in princip.ff.de euictione. l.si obligata.19. C.eod.tt.item l.2.in fin. C. de rebus alienis non alienandis.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi dominus rei aduersus vsucapionem vel præscriptionem in integrum sit restitutus. *l. si cum. 66.§.si is qui.ff.de euictione.*

XXVI. Exceptio; Nisi cum emptor vsucapere posset, non vsucepit. *l.si dictum.56.§.si cum posset. ff.eod.tt.M.I.R.d.reg.40.exc.12.*

XXVII. Exceptio; Nisi emptor venditori, vel contra venditor emptori hæres extiterit. *l.si ei.41. in pr.& l.si is qui.40.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi ei cui emptor rem alienauit, ea euincatur, reprobatur exemplo legatarij *d.l.40.* Altera; Nisi pro parte tantum alter alteri hæres extiterit. *l.2.C.de euict.* Tertia; Nisi contra auctorem venditoris eiusque fideiussores agatur. *d.l.41.§.si is qui.*

XXVIII. Exceptio; Nisi emptor seruum alienum venditum manumiserit. *l. si seruus. 25. ff. de euictione. l.si hominem.47.ff.de ædilitio edicto. item l. vtique.21.in fin.ff.de liberali causa.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi quoad id, quod emptor ius patronatus in manumisso amittit. approbatur simul & distinguitur *l.sed hoc.26.ff. de euictione. l. Titius. 43. & l.idque.45. §.final.ff.de act. empt. item l.seruus.30. §.fin. in fine.ff.d.tt.* Altera; Nisi ex causa fideicommissi emptor seruum manumisit. *d.l.26.in fin.* Tertia; Nisi emptor aduersus manumissum in factum agat, quod sciens se liberum pro seruo venire passus sit. *l.vtiq;.21.§.fin.ff.de liberali causa.*

XXIX. Exceptio; Nisi cum emptor mancipium alienum ita emisset, vt si prostituisset, liberum esset; emptor id prostituerit. *l. si mancipium. 34.in pr.ff.de euictione.*

XXX. Exceptio: Nisi emptor rem emptam pro derelicto habuerit. *l.vlt.ff.d.tt.*

XXXI. Exceptio; Nisi mortuus in loco vendito voluntate emptoris sit sepultus. *l. si per imprudentiam.51.§.si quis locum.ff.de euictione.*

XXXII. Exceptio: Nisi cum emptor in re vendita retentionem qnidem haberet, petitionem autem non haberet: sua culpa possessionem rei amiserit. *l. si rem. 29. §. 1. ff. eod. tt.*

XXXIII. Exceptio: Nisi res aliena vendita ante euictionem interierit. *l. si seruus. 21. in prin. ff. eod. tt. Concordat l. si quis. 26. C. eod. tt. M. I. R. d. regul. 40. except. 4.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi venditor sciens alienam rem vendiderit. *d. l. 21.* Altera; Nisi post litem ex qua res euicta est, contestatam res perierit. *l. vtique. 16. ff. de rei vendic. & l. seruus. 11. in fine. ff. iudicatum solui. M. I. R. d. except. 4. replicat. 1. De qua re vide item sup. except. 3. replicat. 1.*

XXXIV. Exceptio; Nisi seruo alieno vendito, is ab emptore fugerit. approbatur simul & distinguitur *l. si seruus. 21. §. idem Iulianus. ff. de euictione.*

XXXV. Exceptio; Nisi non emptori, sed alij cui emptor alienauit, res sit euicta. reprobatur *l. si quod. 61. ff. d. tt. Concordat l. qui sibi. 33. in princip. ff. de solutionibus. M. I. R. d. regul. 40. except. 15.* Exemplum proponitur *l. si pro re. 22. §. si pro, cum duabus ll. seqq. ff. de euictione. Concordat l. quamuis. 75. ff. de iure dotium.* Aliud exemplum habetur *l. minor. 39. §. si seruus tuus. ibi. sed si seruus. ff. de euictione.* Plane exceptio proposita admitti videtur primum; si emptor rem emptam pro filia in dotem dederit, tunc enim, quamuis marito euincatur, non tamen patri emptori ex stipulatu actio euictionis nomine competere videtur. Sed hæc distinctio reprobatur *l. pater. 71 ff. de euictione.* Secundo admittitur, si emptor rem alteri legauerit, vel donauerit, vt nihil eius interfit eam euinci. *Quæ distinctio tum ex d. l. 61. elici potest, tum etiam ex ijs quæ proposita sunt sup. except. 38. cum seqq. M. I. R. d. exc. 1. distinct. 1.*

XXXVI. Exceptio; Nisi pars tantum rei sit euicta. reprobatur certo modo *l. 1. ff. de euict. l. minor. 39. §. si à me. item l. qui fundum. 45. ff. eod. tt.* Plane admittitur in homine vendito. *l. si dictũ. 56. §. in stipulatione. ff. eod. tt.* Sed & admittitur in casibus aliquot sequentibus.

XXXVII. Exceptio; Nisi domo vel naue vendita, cæmenta vel tabulæ euincantur. *l. naue. 36. ff. de euictione. M. I. R. d. reg. 40. exc. 24.*

XXXVIII. Exceptio; Nisi naue vendita, scapha sit euicta. *l. scapham. 44. ff. d. tt.*

XXXIX. Exceptio; Nisi parte fundi euicta, reliquum adhuc tantum sit; quantum in venditione dictum est. reprobatur *l. qui fundum. 45. ff. de euict.*

XL. Exceptio; Nisi ex pluribus rebus emptis, & vno instrumento descriptis, vna tantum sit euicta. reprobatur *l. cum plures. 72. ff. eod. tt.*

XLI. Exceptio; Nisi hæreditate vendita, singulæ res euincantur. *l. 1. C. de euictionibus.*

XLII. Exceptio; Nisi de finibus agri venditi emptori controuersia moueatur. approbatur simul & distinguitur *l. si fines. 10. C. eod. tt.*

XLIII. Exceptio; Nisi non principalis res vendita, sed ea quæ rei venditæ accessit, euincatur. reprobatur *l. euicta. 16. in princ. ff. de euict.* Plane admittitur quoad duplam, non enim in duplum, sed in simplum rei accessoriæ nomine competit actio. *d. l. 16. Cui concordat l. ex empto. 11. §. si quis rem. ff. de action. empti.* Sed & admittitur in casu, de quo *inf. exc. 45.*

XLIV. Exceptio; Nisi seruus vicarius ex peculio quod accessit seruo vendito, euincatur. *l. serui. 5. ff. de euictione.*

XLV. Exceptio; Nisi id quod tacite, non expresse rei venditæ accessit vel secutum est, euincatur. approbatur exemplo *l. quod ad 75. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 4. exc. 25.*

XLVI. Exceptio; Nisi id quod per seruum emptum adquisitum est, euincatur. reprobatur *l. venditor. 8. ff. eod. tt.*

XLVII. Exceptio; Nisi ancilla prægnante vendita, partus eius euincatur. *l. si prægnans. 42. ff. de euict.* Contradicit *d. l. 8. ibi: quare siue partus.*

XLVIII. Exceptio; Nisi vacca vendita, vitulus euincatur. *l. vaccæ. 43 ff. d. tt.*

XLIX. Exceptio; Nisi vsusfructus tantum rei euincatur. reprobatur *l. in vendendo. 66. in princ. ff. de contrah. empt. Concordat l. fundum. 46. in pr. ff. de euictione. M. I. R. d. exc. 25. repl. 1.*

L. Exceptio; Nisi nomine in solutum accepto vel empto, pignus quod prior creditor delegans accepit, euincatur. *l. cum ea. 68. in fin. ff. d. tt.*

LI. Exceptio; sumpta ex genere actionis qua res empta euincatur, reprobatur *l. si mancipium. 34. §. 1. & §. fin. ff. eod. tt.* Exemplum proponitur *l. minor. 39. in pr. ff. eod. tt. Concordat l. si cum. 66. §. si is qui. ff. eod. tt.* Contradicere videtur *l. qui res suas. 98. §. diuersum. ff. de solutionib.* Sed & alia propositæ exceptionis reprobatæ distinctio proponitur in actione Fauiana. *d. §. diuersum.*

LII. Exceptio; Nisi possessorio, non petitorio iudicio res euincatur. reprobatur exemplo *l. si quis. 35. ff. de act. empti.* Plane admittitur quoad actionem duplæ ex stipulatu. *d. l. 35.*

LIII. Exceptio; Nisi ex eo quod post contractam emptionem contigit, res empta euicta sit. *l. Lucius. 11. in pr. ff. de euictione. Concordat l. cum in venditione. 3. ff. eod. tt. item ea quæ proposita sunt sup. cap. 2. in prin. M. I. R. d. reg. 40. exc. 18.*

LIV. Exceptio; Nisi vi, non iure res emptori sit euicta vel ablata. *l. vlt. C. de act. empti. M. I. R. d. reg. 40. exc. 9.*

LV. Exceptio; Nisi dolo, errore vel imprudentia iudicis res sit euicta. *l. si per imprudentiam. 51. in pr. ff. de euiction. l. emptor. 8. in fine. item l. si non. 15. C. eod. tt. M. I. P. lib. 5. cap. 7. reg. 18. except. 3. M. I. R. d. except. 9.*

LVI. Exceptio; Nisi emptor sua culpa victus sit. *l. Herennius. 63. §. fi. ff. de euictione. Concordat l. si cum 66. in pr. ff. eod. tt. M. I. P. d. reg. 18. except. 2. M. I. R. d. reg. 40. exc. 8.*

LVII. Exceptio; Nisi emptor exceptionem quam habuit, non opposuit. Hæc exceptio proxime præcedentis exceptionis species specialiter approbatur exemplo *l. idque. 45. §. 1. ff. de actione empti.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi venditor sciens alienum vendidit. *d. §. 1. vers. omnibus.* Altera; Nisi venditor vel eius hæres rem euincat. *l. vindicantem. 17. cum l. seq. ff. de euictione.* Tertia; Nisi ob probabilem ignorantiam emptor exceptionem non opposuit. approbatur exemplo *l. Papinianus. 14. ff. de Publiciana in rem actione.*

LVIII. Exceptio; Nisi emptor à iudicio abfuerit.

fuerit. Et hæc exceptio superioris 56. exceptionis species, approbatur simul & distinguitur *l. si ideo. 55. in princ. ff. de euictione. l. emptor. 8. ibi: sed etsi. C. de euictionibus. item l. 1. in fin. C. de periculo & commodo rei venditæ. M. I. P. d. exc. 2.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi emptor absens per alium cuius ius agendi fuit, est defensus. *d. l. 55.*

LIX. Exceptio: Nisi ideo, quod pro emptore res pignori fuerit obligata, euicta sit. *l. fundum. 20. ff. de euictione.*

LX. Exceptio: Nisi spes habendi vel recuperandi rem euictam emptori superfit. *l. si seruus. 21. §. inde Iulianus. & l. euictus. 35. ff. eod. tt.* Exemplum proponitur *l. minor. 39. §. si seruus tuus. ff. eod. tt.*

LXI. Exceptio: Nisi emptor condemnatus non appellauit. reprobatur *l. Herennius. 63. §. Caia. ff. de euictione. M. I. R. d. exc. 9.*

LXII. Exceptio: Nisi mulier emptrix rem quam emit alienam, domino in dotem dederit. reprobatur *l. non tamen. 24. ff. d. tt.*

LXIII. Exceptio: Nisi non apud ordinarium, sed compromissarium iudicem res emptori est euicta, vel sine iudice restituta. *l. si dictum. 56. §. si compromisero. ff. eod. tt. Concordat l. si cum. 17. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 40. exc. 13.*

LXIV. Exceptio: Nisi cum statuliber pro seruo venditus esset, emptor decem, quæ statulibero conditionis implendæ causa accepit, venditori non restituat. approbatur simul & distinguitur *l. 2. § fin. ff. de doli mali exc.*

LXV. Exceptio: Nisi post mortem emptoris res fuerit euicta. reprobatur *l. sed & si. 23. ff. de euictione.*

LXVI. Exceptio: Nisi post multum temporis res fuerit euicta. reprobatur *l. empti. 21. C. de euictionib. M. I. R. d. reg. 40. except. 59.*

LXVII. Exceptio; Nisi semel sit actum. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi ex alia causa agatur. *l. quia dicitur. 32. in fin. ff. de euictione.* Altera: Nisi cum alio actum sit, approbatur exemplo *l. vtiq. 21. in prin. ff. de liberali causa.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum vno ex pluribus venditorib. sit actum. hoc enim casu cum alio agenti obstat exceptio. *l. si per imprudentiam. 51. §. fin. ff. de euictione.*

De denunciando venditori ab emptore, vt defensioni rei adsit.

LXVIII. Exceptio: Nisi emptor conuentus non denunciauit venditori eiusue hæredibus, vt defensioni rei adessent. *l. si fundo. 53. §. fin. ff. de euict. l. emptor. 8. & l. si parentes. 20. in fin. C. eod. tt. item l. 1. in fin. C. de periculo & commodo rei venditæ. M. I. P. d. reg. 18. exc. 1. M. I. R. d. reg. 40. exc. 20.* Huius exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi vsusfructus tantum sit euictus. Sed reprobatur *l. si ab emptore. 49. ff. de euictione.* Altera: Nisi mortuo venditore emptori lis moueatur. reprobatur *l. si per imprudentiam. 51 8. si Titius. ff. d. tt.* Tertia: Nisi venditor abfuerit, vel alia ratione per eum steterit, quo minus ei denunciari potuerit *l. si ideo. 55. §. fin & l. si dictum. 56 §. simili modo. ff. eod. tt. item l. si permutationis. 29. ibi: vel cum eorum. C. d. tt. M. I. R. d. exc. 20. repl. 1.* Quarta: Nisi emptori pacto remissa sit denunciandi necessitas. *l. Herennius, 63. in pr. ff. de euictione.* Quinta: Nisi denunciatio facta sit. *l. si cum. 17. C. de euictionib. Concordat d. l. 29. C. eod. tt. M. I. R. d. except. 20. repli. 9.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi alij quam auctori sit denunciatum, quæ ipso quidem iure subsistit, *M. I. R. d. re; l. 9. dupl. 7.* verum eius triplicatio est: Nisi procuratori venditoris sit denunciatum. approbatur certo modo *l. si dictum. 36. §. si præsente. ff. de euict.* Altera triplicatio: Nisi domino serui vendentis sit denunciatum. reprobatur *l. minor. 39. §. denunciare. ff. eod. tt.* Tertia triplicatio est: Nisi hæredi auctoris sit denunciatum. *l. si per imprudentiam. 51. §. 1. in fin. ff. de euictione. l. si controuersia. 9. item l. cum successores. 23. C. eod. tt.* Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi non communibus auctoribus vel hæredibus sit denunciatum. *l. si rem. 62. §. 1. ff. de euictione. Concordant ea quæ proponuntur inf. q. 3. reg. 2. in pr. M. I. R. d. repl. 9. dupl. 2.* Tertia duplicatio: Nisi pupillo denunciatum sit, non tutori. reprobatur *l. si dictum. 56. §. fi. ff. de euictione.* Quarta: Nisi fideiussori conuento non sit denunciatum. reprobatur *l. actore. 7. C. de euictionib.* Quinta: Nisi alius quam emptor denunciauerit. approbatur exemplo *l. si res. 59 ff. de euictione.* Sexta duplicatio sumpta ex tempore, quo denunciatur. reprobatur *l. si rem. 29. §. fin. ff. eod. tt.* Hactenus causæ propositæ actionis cum suis exceptionibus enumeratæ sunt. Sequuntur nunc reliqui euictionis & actionis duplæ ex stipulatu loci.

II. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

Regulariter quidem alij, quam emptori, actio proposita competit. quæ regula vt ipso iure subsistit, ita suas habet exceptiones. quarum prima est: Nisi emptore defuncto, hæres eius experiatur. *l. sed & si. 23. in fin. ff. de euictione. Concordat l. si emptori. 30. ff. eod. tt.* Altera exceptio est: Nisi procurator emptoris duplam sit stipulatus. approbatur simul & distinguitur *l. possessio. 49. §. fin. ff. de adquir. posses.* Tertia; Nisi emptor rem alienauit, hoc enim casu videtur alij, cui res alienata & euicta est, actio competere. Sed reprobatur *l. si res. 59. ff. de euictione. & l. cum ea. 68. §. fin. ff. eod. tt. Concordant ea quæ proposita sunt sup. q. prox. exc. 35.* Quarta exceptio est; Nisi seruus emerit. hoc enim casu domino euictionis actio competit. *l. minor. 39. §. si seruus tuus. ibi: sed si seruus. ff. de euictione.*

III. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

1. Regula; Regulariter aduersus venditorem, non alium, re euicta, competit actio. *M. I. R. lib. 5. cap. 6. reg. 4.* Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi non suo, sed alieno nomine vendiderit, hoc enim casu non is qui vendidit, sed is cuius nomine vendidit, tenebitur, *l. si cum. 66. §. fin. ff. de euictione. Concordat l. Iulianus. 13. §. si procurator. ff. de act. empti.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi procurator se pro euictione obligauerit, *l. procurator. 67. ff. de procuratorib.* Altera; Nisi quis alterius nomine sine mandato vel ratihabitione vendidit *d. l. 66. §. fi.* Altera exceptio est; Nisi quis tutorio nomine vendiderit. hoc enim casu non is qui vendidit, sed pupillus tenetur. approbatur

 simul

simul & distinguitur *l.illud.4 §.si impuberis.ff. de euictione.* Tertia: Nisi iussu iudicis per apparitores pignus condemnati captum atque distractum sit.hoc enim casu,euicta re, aduersus eum qui per illam distractionem liberatus est, hoc est, debitorem condemnatum datur actio. *l. si plus.74.§.1.& l.si pignora.50. ff. eod.tt.item l.si ob causam.13.C.eod.tt.* Quarta: Nisi creditor pignus vendiderit.hoc enim casu,euicta re, non aduersus venditorem,sed aduersus debitorem actio à venditore cedenda competit.*l.in creditore.38. ff. de euictione.* Quinta; Nisi alius pro venditore euictionis nomine fideiussit.hic enim etiam conueniri potest.*l.auctore.7.& l.si status.18. C. d. tt.item l.si ei. 41.§.si is qui.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non prius venditor ipse sit conuentus. *Nou.const.4.§.neq; hoc tantum.* Sexta exceptio est: Nisi venditor defunctus sit. tunc enim aduersus eius hæredes datur actio. *d.l.18. Cui concordat l.si controuersia.9.item l.cum successores.23.C.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima esse videtur: Nisi post mortem demum venditoris res sit euicta.hoc enim casu videtur, quia defunctus conuenirì non potuit,nec contra hæredem eius iure antiquo incipere actionem. verum reprobatur *l. qui à pupillo.7.ff.de euictione. Concordat l.cum per imprudentiam.51 §.non mirum.ff.eod.tt.* Altera: Nisi ipse homo euictus, cuius nomine actio competit, venditori hæres exiterit. reprobatur *l.sed & si. 19.§.si homo.& d.l.7.ff.eod.tt.* Septima exceptio est: Nisi vno ex locijs rem communem vendente,cæteri consenserunt, vel ratum habuerunt. tunc enim etiam cæteri non vendentes tenentur.*l.quidam.12.ff.de euictione.*

II. Regula: Pluribus vendentibus, vel vni venditori pluribus hæredibus existentibus; omnes tenentur.*l.cum ex causa.139.ff.de verb. obligat. Concordat l.in executione.85.§.in solidum.ff.eod.tt.M.I.R.d.cap.6.reg. 42.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi vnus cæteris absentibus emptorem defenderit,reprobatur *d.l.139.ibi: & quolibet eorum.d.§. in solidum.item l.si rem.62.§ 1.ff. de euictione.* Altera exceptio est: Nisi vnus pro sua parte euictionem præstiterit. hic enim amplius teneri non debet. *d.l.139.in fine.& d.§.in solidum.M.I.R.d.reg.42.* Tertia: Nisi cum actione hypothecaria res euicta esset,vnus suam partem debiti euincenti creditori soluit.reprobatur *l.rem hæreditariam.65.ff.de euictione.* Quarta: Nisi vnus tantum vendiderit. reprobatur *l.quidam.12.ff.eod.tt.* Quinta: Nisi cum vnus bessem,alter trientem vendidisset, semis euincatur. approbatur simul & distinguitur *l.minor.39.§ si à me bessem.ff.eod.tt.*

IV. QVID VENIAT IN actionem euictionis?

I. Regula: Euicta re, in id quod interest emptoris rem euictam non esse, competit actio. *l. venditor.8.ff.de euictione.l.si cum.66.§.fi.l.emptori.67. item l.euicta.70.ff.eod.tt.l.Titius.43.§.fin.ibi: nam empti iudicium.ff.de act.empti.l.si controuersia.9.C.de euictionib.l.si cum.17.in fi.l.empti.21. in fin.l. cum successores.23.item l.si permutationis.29.in fi.C.eod.tt.l.vlt. C. de commun.rer.alien.M.I.R.d.cap.6.reg.43.* Hactenus leges quibus regula proposita approbatur,enumeratæ sunt. Plane quatenus id quod emptoris interest rem euictam non esse,sit accipiendum declaratur *inf.reg.sequent.* Nunc huius regulæ exceptiones sunt proponendæ,quarum prima est: Nisi stipulatio de euictione præstanda interuenit. tunc enim non id quod emptoris interest, sed quod in stipulationem deductum est, debetur.*l.si tibi.25.C.de euictionib.l si plus.74.in pr.ff.eod.tt. item l.cum successores.23.in fine.ibi: si aliud non placuit. C.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fisco vendente,curator Cæsaris duplum vel triplum promiserit.hoc enim casu fiscus non nisi in simplum tenetur.*l.si curator.5.in prin.ff.de iure fisci.* Altera: Nisi per errorem simplum pro duplo in stipulationem sit deductum. *l. emptori. 37.§.si simplum.ff.de euictione.* Tertia: Nisi quantitas in stipulatione non sit definita. *l.si in venditione.60. & l.euicta.16.ff.eod.tt.* Quarta; Nisi cum antea ex alia causa ex stipulatu actum esset, & emptor quid consecutus esset: postea rursus agatur.tunc enim ex dupla promissa deducendum, quod antea emptor fuit consecutus.*l.cum fundus. 48.ff. de euictione.Concordat l.quia dicitur.32.ff.eod.tt.* Quinta: Nisi res accessoria, non principalis, sit euicta: tunc enim simplum tantum venditor præstat; quamuis duplum promiserit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.1.exc.43.distinct.1.* Sexta: Nisi cum venditor de dupla cauere non teneretur,per errorem nihilominus duplam promisit. reprobatur exemplo *l.qui hæres.49.§.si autem hæres.ff.familiæ erciscundæ.* Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi petente emptore venditor de dupla cauere noluit.tunc enim quamuis stipulatio nulla interuenerit, dupli condemnandus est venditor.*l.2.ff.de euict.* Tertia: Nisi ex causa iudicati pignus captum atq; distractũ sit.tunc enim is cui ad liberationem ista venditio proficit,re euicta non ad id quod emptoris interest, sed de precio duntaxat,eiusq; vsuris tenetur,*l.si plus.74.§.1 ff.eod.tt.* Quarta: Nisi cum venditor promisisset,per se hæredemque suum non fieri, quo minus rem emptori habere liceret, alius euicerit. hoc enim casu venditor non ad id quod interest, sed ad precium duntaxat restituendum tenetur. *l ex empto.11.§.qui autem habere.ibi.sed Iulianus.ff.de actionibus empti.* Quinta: Nisi conuenerit,nihil euictionis nomine præstitum iri.tunc enim ad precium duntaxat restituendum venditor tenetur. *d.§.qui autem.ibi.ibidem ait.* Sexta: Nisi id quod emptoris interest, duplum precij excedat. *l. Titius. 34.cum duabus legibus sequentib.ff. de actionib. empti.* Septima: Nisi dominus ex contractu serui conueniatur.*quæ exceptio approbatur inf.reg.12.*

II. Regula,De precio restituendo, proponitur *l.super.16.in fine.C.de euictionibus.Concordat l.quæro.58.§.item quæro.ff.de ædilitio edicto.* Huius regulæ exceptio est; Nisi nondum soluerit precium emptor.*l.Iulianus.13.§.offerri.ibi.vnde quæritur.ff. de actionib.empti.*

III. Regula,De vsuris precij; proponitur *l. euictis.18.ff.de vsuris & fructibus.*

IV. Regula, De eo quo res euicta post emptionem melior est facta præstando, *l.si cum.66. §.fin.ff.de euict. Concordat l.venditor.8.ff.eod.tt.* Huius exceptio prima est; Nisi quid euictionis nomine præstandum sit,in stipulationem sit deducendum.

cendum.*l.ex mille.64.§.si totus.ibi: nam ex contrario. ff eod.tt.* Altera: Nisi id in quo melior res est effecta,duplum precij excedat.tunc enim vltra duplum non debetur.*l.Titius.43.§.fin.cum duabus legibus sequentibus.ff.de act.empti.*

V. Regula: Si res post emptionem deterior est facta,hoc emptori,non venditori perijt:& eo minus emptori à venditore prædio euicto restituitur.*l.idq;.45.in pr.ff.de act.empti.l.euicta.70.in fine. ff.de euict.l.ex mill.64.in pr.ibi.nam quod perijt. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi quid euictionis nomine præstandum,in stipulationem sit deductum.tunc enim id non deminuitur,quamuis res detetior est facta.*d.l.64.§.si totus.*

VI. Regula, De impensis, quas emptor in rem euictam fecit; ei à venditore restituendis, proponitur *l.si controuersia.9.in fine.C. de euictionib.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi emptor in possessione constitutus, domino vindicanti exceptionem impensarum restituendarum non opposuit.*l.idq;.45.§.illud expeditius.ff.de actionib. empti.Concordat l.super.16.C.de euictionibus.* Cuius replicatio est: Nisi venditor sciens alienum vendiderit.*d.§.illud,in fine.* Altera exceptio est: Nisi emptor culpa sua rem amiserit; cuius retentionem quidem habebat,non autem petitionem.*l.si rem. 29.§.1.ff.de euictione.* Tertia: Nisi cum emptor rem alij rursus vendidisset, & secundo emptori rei nomine controuersia mota esset, emptor in secundo emptore defendendo quid impenderit. hoc enim duplæ actione ex stipulatu non repetit,repetit tamen actione ex empto *l. si cum. 66. §.si secundus.ff.de euictione.*

VII. Regula: Parte rei euicta,de toto agi non potest.approbatur *per ea quæ habentur inf. reg. prox. M.I.R.d.cap.6.reg.44.*

VIII. Regula: Parte rei euicta,æstimatio euictæ partis sumitur pro quantitate, non pro qualitate partis euictæ, comparatione ad precium emptoris facta,*l.qui libertatis.69. §.fin.ff. de euictione.Concordat l.1.ibi;siquidem.ff eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi pars pro diuiso sit euicta.tunc enim fit æstimatio qualitatis non quantitatis euictæ partis.*d.l.1.l.qui fundum. 45. l. non in. 14.item l.ex mille.64. §. cæterum.ff.eod.tt.* Cuius replicatio est: Nisi singulæ partes precijs certis venditę sint.tunc enim habetur ratio pręcij,quo pars euicta vendita est.*l.si fundo.53.in prin.ff. eod.tt.* Altera exceptio est: Nisi vsus fructus rei sit euictus.*l.sed & si.15.ff.de euict.*

IX. Regula: In æstimatione bonitatis euictæ partis,tempus venditionis,vel quo pars rei venditæ accessit,non euictionis spectandum. *l.bonitatis.13.cum duabus legibus sequentib.ff.d.tt.* Huius exceptio est: Nisi non ex stipulatu, sed ex empto agatur. *Quam Accursius approbat.Cui concordat etiam ea quæ proposita sunt sup.reg.4.& reg.5.*

X. Regula: Parte rei venditæ euicta, cum quæritur quanta sit euicta, & cuius quantitatis duplum præstandum: comparatio facienda est cum quantitate rei venditæ, quæ fuit tempore venditionis & traditionis, non quæ fuit tempore euictionis.approbatur exemplo *l.ex mille. 64. in princ.& §.quod si modo.ff.de euictione.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum quantitas rei venditæ,quæ fuit tempore venditionis, postea deminuta sit,& rursus aucta,vt tempore euictionis eadem sit quantitas,quæ fuit tempore venditionis.hoc enim casu pars euicta non solum ex ea quæ fuit tempore venditionis, sed etiam ex ea, quæ postea accessit, pro rata euicta censetur; quam ratam venditor non præstat.*d.l.64.§. quæsitum est.* Altera exceptio est; Nisi socius rem communem vendiderit, tradiderit,& duplum promiserit,sitque aliqua pars euicta. hoc enim casu quantitas euictæ partis non ex totius rei quantitate,sed ex quantitate partis,quam venditor in re habuit,est constituenda.*d.l.64.§.fin.* Tertia; Nisi non ad duplam ex stipulatu,sed ad id quod interest,ex empto agatur.hoc enim casu non quantitas quæ fuit tempore traditionis, sed ea potius quæ fuit tempore euictionis,æstimatur. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.reg.4.& 5.*

XI. Regula; Vsufructu rei venditæ vel seruo euicto,quanti æstimatio facienda, definitur *l.sed & si.15.ff.de euictione.*

XII. Regula; Dominus serui ementis quidem in solidum habet actionem; vendentis vero non nisi de peculio tenetur.*l.minor.39.§.si seruus.ibi.sed si seruus.ff.eod.tt.*

XIII. Regula; Ex stipulatu actio in duplum est,*vt ostensum sup.reg.1.exc.1.* Quid autem duplicandum sit,definitur *l.vtiq;.21.in pr.ff.de liberali causa.*

V. QVANDO ET QVAMDIV competat euictionis actio?

I. Regula; Non nisi re euicta competit.approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.1.exc.3.*

II. Regula; Euictionis actioni longi temporis præscriptio non obstat,*l.empti.21.C.de euictionib.*

VI. EVENTVS ACTIONIS propositæ.

Procurator, qui rem mandatu domini vendidit, quod euictionis nomine emptori præstitit, contraria mandati actione à domino recuperat. *l.Papinianus.14.ibi:sed quod iudicio.ff.de Publican.in rem action.*

VII. ADFINIA PROPOsitæ actionis remedia.

I. Regula; Re aliena vendita & euicta, regulariter empti actio est aduersus venditorem.*l.non dubitatur. 6. C.de euictionibus. l.sed tibi.25.C.eod.tt. l. ex empto.11.§.Iulianus. ff. de actionibus empti. l.quod si nolit.31.§.quia assidua.ff.de ædilitio edicto.item l. sed et si. 19. in princip.ff. de euictione.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi stipulatio de euictione præstanda interuenit. hoc enim casu ex stipulatu actio est. *quæ exceptio ex legib.allegatis constat.* cuius replicatio prima est; Nisi de euictione eius,quod rei venditæ accessit, agatur. hoc enim casu nihilominus ex empto actio est.*l.euicta.16.in princ. ff.de euictione.* Altera; Nisi cum rem alienam venditor sciens vendidisset,ea antequam euincatur. interierit, tunc enim nihilominus ex empto actio de dolo competit.approbatur *per ea quæ proposita sunt supra quæst.1.exception.33.replicat.1.* Altera propositæ regulæ exceptio est; Nisi non ex causa venditionis, sed legati res euicta tradita sit, tunc enim ex testamento actio est.*l.hæres.58.ff. de euictione.* Tertia; Nisi res euicta ex causa permutatio-

tationis sit tradita.tunc enim in factum actio est. *l.1.§.vnde si ea res.ff.de rerum permutatione.* Quarta: Nisi ex alia quam emptionis causa res euicta tradita sit,approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. q. 1. exc.4.cum sequente.*

II. Regula,De actione hypothecaria, proponitur *l.si non.15.C.de euictionib.*

III. Regula:De stellionatus crimine, si quis statuliberum sciens dissimulata eius conditione vendiderit,proponitur *l.statuliberum.9.§.1.in fine. ff.de statulib.*

IV. Regula,De actione in factum,si liber homo pro seruo se venire patiatur, proponitur *infra capite proximo.*

V. Regula,De exceptione venditori precium petenti opponenda,proponitur *inf.cap. 16. q. 1. exc.gener.6.& 7.*

VI. Regula : Si venditor eiusue hæres rem venditam velit euincere, in potestate emptoris est,vtrum eum per exceptionem remouere velit,an per actionem duplam vel id quod interest petere.*l.vindicantem.17.ff.de euict. l. Seia.73.in fin.ff. eod.tt.item l.venditrici.3.C.de reb.alienis non alienandis.*

DE ACTIONE IN FACTVM ADuersus liberum hominem,qui se pro seruo venire passus est.

CAP. XV.

CVm hæc actio ad fine sit remedium actionis ex empto,vel ex stipulatu de eu ctione:ideo de ea hic agendum.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

Si liber homo pro seruo sciens se venire patiatur,in factum actione tenetur. *quæ causa approbatur l.rectissime.14.cum legib.sequentib.ff.de liberali causa.* Huius causæ exceptio prima est : Nisi sine dolo malo se venire passus sit.approbatur simul & declaratur *d.l.14.in fi.* Altera: Nisi minor annis fuerit homo venditus,non capax doli.*l.siue.15.ff. eod. tt.* Tertia:Nisi vi metuue compulsus pro seruo se venire passus est.*l.imo.16.in prin. ff. de liberali causa.* Quarta:Nisi emptor liberum esse sciuit.*d.l.16.§. tunc habet.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi alij qui ignorauit, empti actio adquiratur.*l.in seruo.17.ff.d.tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi filiofamilias emente, patri adquiratur actio hoc enim casu scientia filij nocet patri. *d.l.16.§. quare.* Altera;Nisi dominus procuratori incertum hominem emi mandauit.hoc enim casu scientia procuratoris domino nocet. *d. §. quare.d.l. 17.l.non solus.22.§.& hæredi.in fin.ff.eod.tt.item l.cum mancipium.51.§.circa.ff.de ædilitio edicto.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi post venditionem demum emptor scire cœperit.*d.l.22.§. si eum.* Tertia : Nisi postea emptor cœpit dubitare. reprobatur *d. §. si eum, in fin.* Quinta exceptio : Nisi is cui empti actio adquiritur, sciuit hominem liberum esse.hoc enim casu,quamuis is qui emit ignorauerit : actio tamen denegatur. approbatur exemplo *d.l.16.§.fin.* Concordat in alio exemplo *l.in seruo.17.ff.de liberali causa.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi domino sciente, procurator ignorauit & agat.*d.l.51.§. circa,in fine.* Sexta: Nisi statuliber vel similis dissimulata conditione sua se venire passus sit. *l. rectissime. 14.ibi: quæ actio.ff.de liberal.causa.Concordat l.quidam.10.§. is cui.ff.de fideicom.libertat.* Ratio proponitur *l. Licinius.4.ff.quibus ad libert.proclam.* Septima exceptio, sumpta ex sexu hominis venditi, reprobatur *l.siue. 15.ff.de liberali causa.* Octaua: Nisi emptor hominem quem emit,manumisit, reprobatur *l.vtiq;.21.§.fin.ff.d tt.*

II. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

I. Regula : De hæredibus emptoris, proponitur *l.non solus.22.in pr.ff.de liberali causa.* Huius regulæ exceptio est ; Nisi hæres sciuerit hominem liberum esse.reprobatur *d.l.22.§ & hæredi.*

II. Regula,De domino, procuratore vel tutore emente proponitur *d.l.22.§.1.* Huius exceptio est;Nisi procurator vel tutor sciuerit hominem liberum esse.*approbatur sup.quæst.1.exc.1. repl. 1.dupl.2.*distinguitur *d.repl.1.in pr.*

III. Regula;De pluribus ementibus,habetur *d.l.22.§.sed etsi plures.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

Aduersus hæredes hominis empti non competit.*l.vtique.21.ibi:nec cum successoribus. ff. de liberali causa.*

IV. QVID QVANTVMVE IN hac actione veniat?

In duplum eius quod emptor dedit, vel ei eo nomine abest,hæc actio datur.*l.in tantum.18.cum duabus legibus sequentib.ff.de liberali causa.* Huius regulæ exceptio prima est;Nisi alij, non venditori dedit vel obligatus est. ipso quidem iure subsistit,verum eius replicatio est;Nisi iussu venditoris alij dedit,vel se obligauit.*l.vel obligatus.20.§.1. ff.d.tt.* Altera exceptio est;Nisi non emptor sed alius dedit.*d.§.1.* Tertia; Nisi obligatus emptor exceptione se tueri possit. *d. l. 20. §. obligatum.* Quarta;Nisi emptor contra venditorem agendo aliquid sit consecutus. hoc enim in duplum reo proficere videtur.reprobatur *d.l.20.§.fin.cum lege sequente.*

V. QVAMDIV COMPETIT hæc actio?

Annalis est actio.*vtiq;.21.ibi.quia placuit.ff.de liberali causa.Concordat l.non solus.22.§.fin.ff.d.tt.*

VI. Genus huius actionis proponitur *d.§.fin.*

DE ACTIONE VENDITI.

CAP. XVI.

HActenus empti actio cum adfinibus eius remedijs proposita atq; descripta. Nunc de actione venditi agendum, cuius adfinia aliquot remedia & species proposuimus *sup.c.4.6.& 8.*

I. CAVSÆ ACTIONIS EX vendito cum suis exceptionibus.

I. Causa generalis proponitur *l. Iulianus.13.§. ex vendito.ff.de action.empti.*

II. Causa; Si emptor non soluit precium.approbatur *d.§.ex vendito.l. venditi. 6. in fin.C.de act. empti*

empti.item l.fructus.13.§.fin.C.d.tt. M.I.R. lib.5. cap.6. reg.48. Huius causæ exceptio prima est:Nisi emptor pretium cōpenset,ipso quidem iure subsistit *per ea quæ dicta sunt supr. lib.15. cap.11. quæst.3. in princ.* verum eius replicatio est:Nisi vēditor emptori per errorē aliquid promiserit. *l. 2. C.de act. empti.* Plura de exceptione proposita vide *d.c.11.* Altera exceptio est: Nisi pretium solutum sit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est:Nisi non suam,sed alienam pecuniam emptor soluit, *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.cap.1.quæst.4.reg.2.* Altera: Nisi pecuniam venditoris ei soluit. *l.si seruos.7. C. de action. empti. Concordat l.vnica.C.si seruus extero se emi mandauerit.* Tertia: Nisi aliud pro alio sit solutum, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi venditor consenserit aliud solui. *l.precij.9.C. de rescind.venditione.* Quarta replicatio est: Nisi nō solidum pretium quod debetur,sit solutum. *l.2.in princ.C.de act.empt.* Huius duplicatio prima est: Nisi id pretium, de quo conuenit,solutum sit,ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio prima est : Nisi plus in admetiendo agro vendito inueniatur, quam in venditione est dictū, hoc enim casu in singula iugera certo precio constituto, etiam pro eo quod excedit,pretium soluendum,*l.qui fundum. 40.§.qui agrum.ff. de contrah.emptione.* Altera triplicatio est:Nisi emptor adhibitis iniquis ponderibus,venditorem decepit, eius enim quod iustum pondus excedit,nihilominus pretium debetur *l.si quis.32.D. de act.empt.* Tertia:Nisi venditor ab emptore dolo persuasus,rem minoris vendiderit, approbatur exemplo *l.Iulianus.13.§.per contrarium.ff. d. tt.* Hæc de prima duplicatione. Altera propositæ replicationis duplicatio est: Nisi vsusfructus rei venditæ postea alienus appareat, eius enim æstimatio ex pretio deducitur. *l.suarei.16.cum lege sequente.ff.de contrah.empt.* Tertia:Nisi pars rei vēditæ postea appareat aliena esse.*l.sed& si 18.in pr. D.d.tt.* Quinta : Nisi cum pretium constitutum esset certum in decem pondo olei quod natum esset,postea minus natum sit, tunc enim pro rata ex pretio decedit.*l.si debitor.39.§.verisimile.Dig. de contrah.empt.* Quinta : Nisi res empta tempore venditionis contrahentibus ignorantibus pro parte perierit. nam & hoc casu pro parte quæ periit,minuitur pretium,approbatur simul & distinguitur *l.domum.57.ff.de contrah.empt.* Sexta:Nisi minor agri modus, quam in venditione dictum est,inueniatur, approbatur simul & distinguitur *l.qui fundum.40.in princ.ff.d.tt.* Hæc de quarta replicatione. Quinta propositæ exceptionis replicatio est : Nisi vsuræ pretij non sint solutæ. De hac replicatione cum similibus vide *infr.quæst.3.* Sed & plura de exceptione proposita eiusque replicationibus vide *infr. lib. 24.* Item plures propositæ causæ exceptiones vide *infra inter exceptiones generales.*

III. Causa:Si emptor non præstat id quod inter eum & venditorem conuenit. *l.si venditor. 6.ibi,etenim alias remota.ff. de seruis exportandis. l.qui fundum.75.ff.de contrah.empt.l.si sterilis.21.§.si tibi.ff. de act. empt.* Aliud propositæ causæ exemplum proponitur *l. Iulianus.13.§.penult.ff.d.tt.* Aliud *l. fundi.79.ff.de contrah.empt.* Aliud exemplum est, si cum conuenisset, vt pretio intra diem certum non soluto,res inempta esset,fructusq;&omnis causa restitueretur, emptor intra diem certum pretium non soluerit.*quod proponitur l.si fundus.4. in princ ff.de lege commissoria.* Aliud est, si conuenit,ne ancilla vendita prostitueretur.*l.si venditor. 6.ff. de seruis exportandis.* Aliud, si insula vendita cōuenit,vt alia venditoris insula ab emptore reficiatur,vel pars areæ venditæ ædificetur,&venditori restituatur. *l. tenetur.6.§.1.ff. de action.empt.* Aliud proponitur *l.Iulianus.13.§. item si conuenerit. ff.d.tt.* Aliud est,si conuenit, vt restituto pretio à venditore eiusve hæredibus, res restituatur.*l.2. C.de pactis inter emptorem.Concordat l.si à te.7. C.eod. tt. item l.si vir. 12.ff. de præscriptis verbis. M.I.R. lib.6. cap. 2. quæst.4. in princ.* Aliud exemplum proponitur *l.Iulianus.13.§.si inter.ff.de action.empt.* Aliud denique propositæ causæ exemplum est, si conuenit inter emptorem & venditorem, vt si res ob legem commissoriā inempta esset facta, emptor præstaret, quanto minoris venditor postea eandem rem alij vendidisset. *quod proponitur supra lib.prox.ca.5.quæst.3.reg.5.* Aliud habetur *l.si maior. 14.C.de rescind.vend.* Sed & alia huiusmodi exempla suis inserta sunt locis. Plane propositæ causæ exceptio prima esse videtur: Nisi conuenit,vt inempta re facta, aliquid præstaretur, hoc enim casu soluta venditione, venditi actio competere non videtur. Sed reprobatur *l. sed Celsus. 6. §.si fundus.ibi, nec conturbari.ff. de contrah.empt. Concordat l.venditi.6.C.de action.empti.* Altera: Nisi conuentio in aliam contractus speciem cadat, reprobatur *l.fundi.79.ff.de contrah.empt. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.1.quæst.3.reg.9.* Plane admittitur exceptio proposita, si pretio non soluto inempta res sit facta, tunc enim propria contractus actio competit.*l.cum venderem.11.cum l.seq.ff.locati.* Tertia exceptio videtur: Nisi conuenerit,ne emptor re empta, pro vt vellet, vteretur.Sed reprobatur exemplis *supr.lib.15.cap.15. except.21.repl.1.& 2.* Quarta: Nisi conuenerit,ne seruus venditus manumittatur, & si manumissus esset,vt pœna præstetur, reprobatur *l.si venditor.6.ff.de seruis exportandis.* Plane admittitur,si manumissio effectum non habeat. *l.ea quidem.5. ibi,nec tamen.C.si mancipium ita fuerit,&c.* Quinta exceptio est: Nisi conuenerit,ne seruus emptus in Italia esset,& si contra factum esset, vt pœna præstaretur, approbatur simul & distinguitur *l. seruus.7.ff.de seruis exportandis.* Sexta:Nisi nihil interfit venditoris paciscentis, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi stipulatio pœnalis sit subiecta, approbatur exēplo *l.quod si 11.ff.de religiosis.* Altera:Nisi ob pactum adpositum minoris res venierit.*l.si venditor.6.in fin.ff.de seruis exportandis.* Tertia:Nisi affectionis venditoris gratia pactum sine pœna sit adpositum. *d.l.6.ibi, cæterum si ne. Concordat l.seruus.7.in fin.ff.eod.tt.* Septima exceptio est: Nisi conuenerit vt seruus venditus cum bestiis pugnet. *l.domini 42.ff.de contrah.empt.* Octaua:Nisi conuenerit, vt non soluto intra certum tempus pretio, duplum emptor præstet.*l.Iulianus.13.§. idem Papinianus.ff.de act.empt.* Nona:Nisi ab alio,nō ab emptore vel hærede eius contra pactum factum sit, ipso quidem iure subsistit,verum eius replicatio

est: Nisi cum ancilla vendita esset, ne prostitueretur, & si prostituta esset, venditori abducendi potestas esset, alius cui emptor ancillā vendidit, eam prostituit. *l. si quis. 56. ff. de contrah. empt. Concordat l. 1. § fin. C. si mancipiū ita venierit, ne prostituatur.* Decima exceptio est: Nisi conuentio tabulis venditionis non sit inserta, reprobatur *l. 2. in fin. C. d. tt.* Vndecima: Nisi cum alternatiue conuentio facta est, puta hoc aut illud, emptor alterum ex iis præstet, approbatur exemplo *l. sterilis. 21. § fin. ff. de act. empt.* Plura de hac exceptione vide *sup. li. 16. c. 6. reg. 4.* Duodecima exceptio est: Nisi cum habitatoribus in venditione habitatio excepta esset, vēditor ipse habitationē sibi petat. *l. si mercedem. 53. § fin. D. de act. empt.* Decima tertia: Nisi cum habitatoribus in venditione habitatio excepta esset, quidam ex habitantib. gratis habitēt, eosq; emptor habitare prohibeat. *d. § fin.* Decima quarta; Nisi cum libertis venditoris habitatio esset excepta, liberti illi mortui fuerint. *l. habitationum. 18. in pr. D. de periculo & commodo rei venditæ.* Hæc de tertia causa. Sed & plura de ea, eiusque exceptionibus vide *supr. lib. 15.*

IV. Causa; Si cum ancilla vendita esset, nè prostitueretur, in ministerium cauponę sit data. *l. vlt. C. si mancipium ita venierit, ne prostitueretur.*

V. Causa; Si venditor in rem venditam sumptus fecit, eosq; emptor non restituat. *l. Iulianus. 13. § præterea. ff. de act. empt.* Exemplum proponitur *l. si venditor. 38. § 1. D. eod. tt.* Concordat propositæ causæ *l. post perfectam. 16. C. de act. empt.*

VI. Causa; Si seruus venditus venditori post venditionē aut traditionem furtum fecit. *l. quoties. 29. cum l. sequente. D. de contrah. empt.* Huius causæ exceptio est; Nisi res furto ablata perierit. Cuius replicatio prima est; Nisi venditor conuentus exceptionē rei subreptę obiiciat, tunc enim, quamuis res perierit, per retentionem tamen eius æstimationem seruare potest *l. seruus. 30. in pr. D. de action. empt.* Altera; Nisi emptor rem, antequam perierit, vendidit, & pretium accepit. *l. vlt. D. de negociis gestis.*

VII. Causa; Si emptor lapides quos ex fundo emit, non tollat. *d. l. si is. 9. D. de act. empt.*

VIII. Causa; Si venditor rei suæ in re vendita seruitutē exceperit, & emptor suam seruitutem postea imponi rei venditæ non patiatur. *l. si tibi. 8. in pr. D. eod. tt. Cōcordat l. si binarum. 34. D. de seruit. vrb. prædior.* Huius causæ exceptio est; Nisi certa seruitutis species in excipiendo expressa nō sit. *l. in tradendis. 7. in pr. D. communia prædiorum. Concordat l. quidquid. 10. D. eod. tt.* Plures propositæ causæ exceptiones vide *supr. lib. 8.*

IX. Cuusa; Si emptor ruta cæsa venditori non restituit. *l. Celsus. 5. §. idem Iulianus. D. ad exhibendum.*

X. Causa; Si re vendita redhibita, emptor reliqua reddere nolit. *l. cum autem. 23. in princ. D. de ædilitio edicto.*

XI. Causa; Si meliore conditione allata, emptor fructus medio tēpore perceptos venditori non restituat. *l. Imperator. 16. D. de in diem addict.*

XII. Causa; Si emptor venditorem decipit. *l. vendit. 11. in pr. C. de rescind. vendit.* Huius causæ exemplum proponitur *l. Iulian. 13. §. per contrarium. C. de act. empt. Concordat l. si quis. in pr. D. de dolo malo.* Aliud huius causæ exemplum est, si emptor iniquis ponderibus adhibitis venditorem decepit. *l. si quis. 32. D. de actionib. empt. Concordat l. si quis. 53. §. si maiora. D. de furtis. item l. hodie. 32. §. si venditor. D. ad legem Corneliam de falsis.* Alia huius causę exempla vide *infr. in causis seqq.* Plane ex causa proposita etiam in integrum restitutio competit. *quod approbatur l. dolus. 10. C. de rescind. vend.*

XIII. Causa; Si fundo in diem addicto emptor minus idoneum emptorē subiecit. *l. si venditor. 14. in pr. ibi, sed verum est. D. de in diem addict.*

XIV. Causa; Si emptor vinum emptum non auehat, quo venditor vasis vti possit, approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. licet. ibi, ea propter. D. de periculo & commodo rei venditæ.*

XV. Causa; Si per emptorem stat, quo minus conditio emptionis existat. *l. Labeo. 50. D. de contrah. emptione.*

XVI. Causa; Si emptor fructus ad venditorem pertinentes inuasit. *l. 2. in fin. C. d. act. empti.*

XVII. Causa; Si vendito seruo vt manumitteretur, posteaque venditoris voluntate mutata, emptor seruum nihilominus manumisit, reprobatur *l. quæsitum. 8. D. de seruis exporandis.* Secus in mandato, *l. si hominem 30. D. mandati.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causæ actionis ex vendito enumeratæ sunt, singul. sq; speciales exceptiones sunt subiectæ, nunc generales siue communes exceptiones etiam ordine sunt proponendæ. Prima igitur exceptio generalis est: Nisi per venditorē factū sit, quo minus emptor id quod debet, prę-stiterit. Quę exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi cum postea per venditorem stare desiisset, emptor nihilominus non præstet quod debet, approbatur simul & distinguitur *l. si & 51. §. quod si fundum. C. de act. empti.*

II. Exceptio: Nisi nihil interfit venditoris, præstitum ab emptore, quod debebatur, non esse, approbatur simul & distinguitur *supr. caus. 3. except. 6.*

III. Exceptio: Nisi debitor rem suam pignori obligatam à creditore emerit. *l. quæro. 39. in pr. D. de action. empt.*

IV. Exceptio: Nisi venditor vicissim nō præstet ea quę debet emptori, approbatur exemplo rei nō traditæ, *l. qui pendentem. 23. D. de action. empt. l. pure. 5. §. si seruus, ibi, etiam mercis. D. de doli mali exc. Concordant item ea quæ proposita sunt supr. c. 10. quæst. 6. exc. 4. M. I. R. lib. 5. c. 6. reg. 48. exc. 1.*

V. Exceptio; Nisi res empta, redhibita sit vel redhibēda. *l. filiusfamilias. 14. D. de except. l. pure. 5. §. si seruus. D. de doli mali exceptione. item l. cum in c. 59. in pr. D. de ædilitio edicto.* Huius exceptionis replicatio prima; Nisi cum alius rem alienam voluntate domini vendidisset, domino pretium soluerit, reprobatur *d. §. si seruus.* Altera: Nisi cum duæ res vno pretio emptę essent, vna tantum sit redhibita. Quæ replicatio approbatur simul & distinguitur *d. l. 59. §. si quis duos.*

VI. Exceptio; Nisi res empta emptori sit euicta, approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est; Nisi conuenerit vt euictio præstetur. *l. cum ea. 68. in prin. D. de euictione. De qua re vide supr. c. 14. quæst. 1. exc. 14.*

VII. Ex-

VII. Exceptio: Nisi emptori de re empta moueatur à tertio controuersia, approbatur simul & distinguitur *l. habitationum. 18. in fin. ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. pater. 17. §. ex quadrante. ff. de doli mali exceptione. item l. si post. 24. C. de euictionib. M. I. R. d. reg. 48. exc. 4.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi venditor de euictione satisdare sit paratus. *d. l. 18. in fin. Concordat d. l. 24.* Altera: Nisi conuenerit, ne euictio præstaretur. *De qua vide supr. exc. prox.*

VIII. Exceptio; Nisi semel actum sit, approbatur quidem ipso iure, quo etiam rei iudicatæ exceptio, verum eius replicatio prima est: Nisi pendente venditionis conditione antea fuerit actum. *l. bouem. 43. §. si sub conditione. ff. de ædilit. edict.* Altera: Nisi de alia re sit actum. *l. & si 33. ff. de actionib. empt.* Huius duplicatio est; Nisi cum conuenisset vt aliquid fieret, & nisi factum esset, pœna certa præstaretur, ante vel ad pœnam, vel ad id quod fieri conuenit, sit actum; tunc enim postea ad alterum agenti exceptio obstabit, approbatur simul & distinguitur *l. prædia. 28. ff. eo. tt.* Hactenus causæ actionis ex vēdito cum suis exceptionibus, tam generalibus, quam specialib. sunt propositæ. Sed & plures huiusmodi exceptiones generales vide *sup. c. 3. cum sequent.* Nunc sequuntur reliqui actionis ex vendito loci.

II. QVIBVS EX VENDITO actio datur?

Regulariter non nisi venditori eiusve hæredib. competit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi procurator vendiderit, hoc enim casu vtilis domino ex vendito actio competit. *l. Iulianus. 13. §. si procurator. ff. de actionib. empt.* Altera: Nisi cum quis ancillam vendidisset ita, ne prostitueretur, eam emptor alij vēdiderit, qui eam prostituerit, hoc enim casu non priori, sed posteriori venditori videtur actio competere, reprobatur *l. si quis 56. ff. de contrah. empt. Concordant ea quæ proposita sunt supr. lib. prox. c. 8. quæst. 2. reg. 1.*

III. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

I. Regula: De pretio soluendo, & quantum pretij nomine soluendum, vide *sup. quæst. 1. caus. 2.*

II. Regula, De vsuris pretij. Hæ regulariter quidem non veniunt in venditi actionem. *l. initio. 5. C. de pactis inter emptorem. Concordat l. libertatis. 16. §. cum vsuræ. ff. de vsuris. M. I. R. d. ca. 6. reg. 49.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi post rem traditam. *l. Iulianus. 13. §. ex vendito. ibi, item vsuræ. ff. de act. empti. l. 2. C. de vsuris. & l. curabit. 5. C. de act. empt. M. I. R. d. reg. 49. exc. 1.* Huius exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi precaria tantum possessio tradita fuerit. Sed reprobatur *d. l. 13. §. possessionem.* Altera: Nisi post traditam possessionem venditor defunctus sit, & hæres incertus ei existat, reprobatur *l. euictis. 18. in fin. ff. de vsuris.* Tertia; Nisi pretium ab emptore fuerit depositum. *d. l. 18. in fin.* Quarta: Nisi nulla mora intercesserit, reprobatur *d. l. curabit. 5. in fin. C. de act. empt. M. I. R. d. except. 1. repl. 1.* Quinta; Nisi partem pretij soluerit, pro ea enim parte à præstatione vsurarum liberatur. *d. l. 5. in fin. M. I. R. d. except. 1. repl. 2.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi de vsuris quoque præstandis conuenit. *l. initio. 5. C. de pact. inter emptorem.* Tertia: Nisi emptor in soluendo pretio moram fecit. *d. l. 5. in fin. l. fructus. 13. in fin. C. de action. empt. item l. vlt. ff. de periculo & commodo rei venditæ. M. I. R. d. reg. 49. except. 2.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi pretium solutum sit sine vsuris. *l. qui per collusionem. 49. in fin. ff. de act. empt. Concordat l. si deposita. 4. C. depositi.* Altera: Nisi per venditorem steterit, quo minus ei pretium solueretur. Hæc replicatio ipso quidē iure subsistit, verum eius duplicatio est; Nisi venditore postea accipere parato, emptor non soluit. *l. si per emptorem. 51. §. fin. ff. de act. empt.* Plura de exceptione proposita, sed & de regula proposita, & aliis eius exceptionibus vide *supr. lib. 15. c. 7.*

III. Regula, De eo quod interest venditoris, pretium sua dissolutum esse. Hoc venit in actionem propositam. Quę regula approbatur simul & distinguitur *M. I. R. lib. 5. cap. 6. reg. 20. M. I. R. d. cap. 6. reg. 50. except. 2.* Sed eius exceptio est in lucro cessante; quod ratione interesse non venit in venditi actionem. *l. vlt. cum sua glossa. ff. de periculo & commodo rei venditæ. de qua exceptione vide item d. reg. 29. except. 2.*

IV. Regula; Non venit in hanc actionem, vt venditio rescindatur. *l. venditi. 6. C. de action. empt. Concordant ea quæ proposita sunt infr. quæst. 5. except. 2.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi aliud cōuenit. *d. l. 6.* Exemplum proponitur *l. sed Celsus. 6. §. si fundus. ff. de contrah. empt.* Altera; Nisi cum seruus, ignorante domino, se emi mandasset, emptus non manumittatur, hoc enim casu in arbitrio venditoris est, vtrum venditi actione pretium, an rescissa vēditione mandati actione seruum repetere velit. *l. vnica. in fin. C. si seruus extero se emi.* Reliquas huiusmodi regulas de eo quid quantumque veniat in actione proposita vide *supr. quæst. 1. inter causas huius actionis.*

IV. ADIVNCTA HVIVS IVDICIJ.

I. Regula, De dolo probando. Dolus ex minore pretij quantitate non præsumitur. *l. si voluntate. 8. C. de rescind. vendit.* Alias propositæ quæstionis regulas vide *supr. c. 10. quæst. 5.*

V. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter quidem ex causis *sup. quæst. 1.* propositis ex vendito actio, non alia competit. Cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi stipulatio interuenerit, hoc enim casu etiam ex stipulatu actio est, approbatur exemplo *l. filiusfamilias. 14. ff. de exceptionib.* Huius replicatio est; Nisi ex vendito sit actum, approbatur simul & distinguitur *l. prædia. 28. ff. de action. empti.* Altera exceptio videtur: Nisi emptore fidem fallente, venditor rem repetat, hoc enim casu in rem actio videtur competere. Sed reprobatur *l. 1. C. de action. empti. l. si non. 8. C. de contrah. empt. l. empt. 9. ibi, placito. C. eod. tt. l. dolus. 10. C. de rescind. vend. l. inciuile. 12. C. de rei vendicat. item l. venditi. 6. de act. empti.* Hæc de secunda exceptione. Alias exceptiones propositæ regulæ, ex causa, ex qua agitur, sumptas, vide *supr. quæst. 1.*

FINIS LIBRI DECIMIOCTAVI.

DE RELIQVIS CONTRACTIBVS NOMINATIS, QVI SOLO fiunt consensu, cum suis actionibus.

LIBER DECIMVS NONVS.

HActenus de emptione & venditione, primo scilic. contractu, qui solo fit consensu, eiusq; actionib. actionumque adfinibus remediis actum est, nunc de reliquis huius generis contractib. est agẽdum. Sequitur igitur altera species contractus, qui solo cõsensu subsistit, locatio nimirum & conductio. Cui accedit similis contractus emphyteuticus.

DE LOCATIONE ET CONDUCTIONE.

CAP. I.

I. GENVS ET CAVSA HVius contractus?

PRima regula: Naturalis est, & iure gentium subsistit *l.1.ff.locati & conducti.*

II. Regula: Solo consensu perficitur. *d.l.1. Concordat l.qui ad certum.14.ibi, & huiusmodi.ff.d.tt.*

III. Regula: Actio locati & conducti bonæ fidei est. *l.2.C.de locato & conducto. Concordat l.præsens.17.C.eod.tt.*

II. DEFINITIO NOminis.

Veteres locatione & conductione in appellationibus promiscue vtebantur. *l.veteres.19. cum leg.seq.ff.de act.empt.*

III. SIMILE.

Locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdemq; iuris regulis constat. *l.2. ff.locati & conducti. Concordat iisdem verbis Inst.de locatione & conductione, in princ.*

IV. EVENTVS LOCATIONIS & conductionis.

I. Regula; Locatio dominium rei non transfert. *l.non solet.39.ff.locati & conducti.* Fallit in casu, de quo infra *cap.5.quæst.1.exc.1.repl.1.*

II. Regula; Messe ab alio sublata, locatori domino condictio frumenti competit. *l.cum in plures.60.§.messem.ff.eod.tt.*

III. Regula; conductor in rem habet actionem. *l.1.§.fin. cum duabus legibus sequentibus. ff. si ager vectigalis vel emphyt.*

IV. Regula; Nascitur hinc etiam actio personalis tam locati quam conducti. *Instit.de locatione & conductione, in princ. M.I.R. d.cap.6. regul 63.* De vtraq; actione cum aliis locationis & conductionis euentis dicetur *infra cap.prox.cum seqq.*

V. DE EXCEPTIONIB. ADVERsus locationem & conductionem.

Quamuis ea quæ iam enumerata sunt, cum aliis quæ infra suo loco proponentur, ex locatione & conductione eueniant, tamen istorum euentuum & regularum exceptiones generales & communes hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi quis rem suam conduxerit. *l.qui rem.20.C.de locato & conducto. Leges concordantes vide supr.lib.7.c.5.exc.4.M.I.R.d.reg.63.exc.1.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi emptor rem emptam conduxerit, donec pretium soluat, approbatur simul & distinguitur *l.sicut, 20.in fin.ff. locati & conducti.M.I.R.d.exc.1.repl.1.* Cuius duplicatio prima est; Nisi quoad locatorem, in eius enim persona obligatio nõ subsistit, *d.l.20.* Huius duplicationis triplicatio est; *N* si non soluto pretio res inempta sit facta. *l.item si 22.in pr.ff.eod. tt.* Altera duplicatio est; Nisi pretiũ sit solutum, tunc enim nec emptor ad mercedem soluendam obligatus est amplius. *l. cum venderem. 21.D. eod.tt.*

II. Exceptio; Nisi seruitus sit locata. *l. locare. 44.D.locati.*

III. Exceptio; Nisi de certa mercede nõ conuenit. *Inst.de locat.& conduct.in prin. Concordat l.2.in pr.ff.locat.M.I.R.d.reg.63.exc.2.* Duo exempla proponuntur *Inst.eod.tt.§. & quæ supra. Concordat l.si merces.25. in princ.ff. locati. item l.si tibi. 23. ff. de præscriptis verbis.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi in tertij arbitrium mercede collata, is eam definierit, *d.l.25.in pr.Inst.de empt. & vendit.§. quod ius tum l.vlt.in fin.C.eod.tt.*

IV. Exceptio; Nisi merces non in pecunia numerata, sed in alia re sit constituta. *l.natural.5. §.at cum do.ff.de præscriptis verbis. M.I.R. d.reg.63. exc. 3.* Exemplum proponitur *Instit. de locatione & conductione.§.præterea.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi certa mercede in pecunia cõstituta, per aliam rem ea postea compensetur, approbatur exemplo *l.& hæc.35.§.fundum.ff.locati. Concordat l. sed addes.19.§.si dominus.ff.eod.tt.*

V. Exceptio; Nisi pluris vel minoris locatio facta est, reprobatur *l.item si.22.§. fin. cum lege sequente.ff.eod.tt.*

VI. Exceptio; Nisi numo vno locatio sit facta. *l.si quis.46.ff.locati. Concordat l.si quis.10. in fin. ff. de adquir.possess.*

VII. Exceptio; Nisi miles prædia conduxerit colenda, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.3.cap.21.reg.35.*

VIII. Regula; Nisi curialis conduxerit, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.3. cap.24. quæst.2.reg.5.*

IX. Ex-

IX. Exceptio? Nisi tutor vel curator nondum reddita ratione Cæsaris vel fisci conduxerit. *l.tutores.49.ff.locati. Concordat l.1.§.tutores.ff. ad legem Cornel.de falsis.*

X. Exceptio: Nisi donationis causa locatio sit facta. *l.sicut.20.in princ.ff.locati. Concordat l. si quis. 46.ff.eod.tt.*

XI. Exceptio? Nisi error in locatione interuenerit, approbatur simul & distinguitur exemplo *l.si decem.52.ff.eod.tt.*

XII. Exceptio; Nisi res locata æstimata data sit, approbatur exemplo *l. cum fundus. 3. ff. locati. Concordat l.quæro.54.§.fin.ff.eod.tt.*

XIII. Exceptio: Nisi sub conditione locatio sit facta, reprobatur *l.sicut.20.in prin.ff.d.tt.*

XIV. Exceptio; Nisi in perpetuum locatio sit facta. *Inst.de locatione.§.adeo autem.*

XV. Exceptio; Nisi nulla scriptura interuenerit, reprobatur *l.qui ad certum.14.ff.locati. Concordat l.contractus.24.C.d.tt.* Hactenus exceptiones sumptæ ex iis quæ locationi insunt, enumeratę sunt. Sequuntur nunc eæ quæ sumuntur ex consequentibus locationem.

XVI. Exceptio; Nisi locator mortuus sit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur. *M.I.R.d. reg.63.exc.4.* vbi approbatur, admittitur autem primum, si quamdiu locator voluerit, locatio sit facta. *l.locatio. 4. D. locati.* Deinde admittitur, si fructuarius rei eam locauerit decesseritq;, approbatur simul & distinguitur *l.si quis. 9.§. huic subiungi.ff.eod.tt.M.I.R.d.reg.63.exc.6.*

XVII. Exceptio; Nisi conductor mortuus sit, reprobatur *Inst. de locatione. §.fin. l. viam veritatis.10.C.de locato & conducto. Concordant item ea quæ habentur infr.cap.3.quæst.2.except.1.M.I.R.d.cap.6.regul.75.exc.9.*

XVIII. Exceptio; Nisi cum merces in alterius arbitrium collata esset, is arbitrari vel nolit, vel non possit, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.exc.3.repl.1.*

XIX. Exceptio; Nisi pensio vel merces à locatore conductori remissa sit, reprobatur *l.si tibi, 5. D.locati.*

XX. Exceptio; Nisi res locata interierit, vel publicata sit, aut vi ab alio occupata. *l.si quis. 9.§. huic subiungi.ibi, non magis.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi quoad mercedem, quam soluit conductor, restituendam. *l.si fundus. 33.cum duabus ll.sequentibus.ff.eod.tt.*

XXI. Exceptio; Nisi locator rem locatã postea alienauerit vel alij legauerit, approbatur simul & distinguitur *l.qui fundum.32.ff.locati.* Plura de hac exceptione vide *supr.lib.prox.c.1.q.4.reg.6.*

XXII. Exceptio; Nisi locator cõductori rem locatam vel vsumfructum eius legauerit. *l. quoties.41.§.si colono.ff.de vsufr. & quemadm.*

XXIII. Exceptio; Nisi tempus locationis sit finitum. *l.inuitos.11.C. de locato. M.I.R. d.reg.63.exc. 8.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi conductor tacente locatore nihilominus in cõductione remansit. *l.qui ad.14.ff.locati. l.item quæritur.13.§. qui impleto.ff.eod.tt. & l.legem quidem.16.C.eod.tt. M. I.R.d.exc.8.repl.1.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi locator medio tẽpore decesserit, vel furere cœperit, hoc enim casu, etiamsi conductor finito tempore in conductione manserit, non tamen redintegratur conductio. *Quæ duplex duplicatio approbatur d.l.14.* Altera duplicatio est: Nisi quoad reliquos annos, quibus in conductione non remansit conductor, in his enim reconduxisse non videtur. *d.§.qui impleto.ibi, quod autem diximus.* Tertia: Nisi non rusticum, sed vrbanum prædium sit ad tempus locatum, approbatur simul & distinguitur *d.§. qui impleto.in fine.*

DE ACTIONE LOCATI.

CAP. II.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS datur hæc actio?

PRima causa: Si conductor nõ omnia secundum legem cõductionis faciat, vel si id quod in lege prætermissum est, non ex bono & æquo præstet. *Instit.de locato & conducto. §. conductor. l.si merces.25.§.conductor.ff.locati. item l.circa.19. C. locato.* Huius causæ exceptio est: Nisi conuentio sit remissa, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi ab alio sit remissa. *d.l.19.*

II. Causa: Si conductor opera rustica non suo tempore fecerit, & intempestiua cultura fundum fecerit deteriorem. *l.si merces.25.§. conductor.ff.locati.*

III. Causa: Si colonus villas non curat, & eas corrumpi sinat. *d.§.conductor.*

IV. Causa: Si aliquod rei ius vel corpus fiat deterius. *d.§.conductor. Concordat l. videamus. 11.§. item prospicere.ff.eod.tt.*

V. Causa: Si instrumenta fundi culpa coloni sint corrupta. *l. sed addes.19. §. illud nobis.ibi, quod si culpa.ff.locati.*

VI. Causa: Si ædificia colonus destruxit. *l.cum conductorum.29.C.de locato.*

VII. Causa: Si arbores à conductore ipso, vel propter ipsum ab alio sint excisæ. *l. si merces. 25.§.culpæ.ff.locati.*

VIII. Causa: Si conductor seruum conductum vulnerauerit. *l.si vulneraueris.43.ff.locati.*

IX. Causa; Si conductor in area conducta terram congessit, quæ assiduis pluuiis inundata, parietem locatoris vicinum humore suo corrupit. *l.qui domum.57.ff.eod.tt.*

X. Causa: Si conductor rem conductam, vel aliquid ex ea subtraxerit, approbatur *per ea quæ proponuntur infr.quæst.7.reg.1.exc.5.*

XI. Causa; Si conductor rem alij locauerit, approbatur *l.nemo.6.C.de locato. Concordat l.cum in plures.60.in pr.ff.eod.tt.M.I.R.d.c.6.reg.65.*

XII. Causa: Si res locata perierit, vel deterior sit facta, approbatur quidem ipso iure, *M.I.R.d. cap.6.reg.64.* verum eius exceptio prima est; Nisi casu fortuito sine dolo malo cõductoris res perierit, vel deterior sit facta. *Inst.de locat.& conduct. §.qui pro vsu.Cõcordat l.in iudicio.28.C.de locato & cõducto.M.I.R.d.reg.64.exc.1.* Huius exceptionis species & exempla sunt *inf.exc.3.cum sequentib.* Replicatio prima est; Nisi culpa causam præcesserit. *d. §.qui pro vsu.d.l.28.l.si quis.9.§.si colonis.ff.locati. item l.videamus.11.§.si hoc in.ff.d.tt. M.I.R d.except.1.repl. 1.* Altera replicatio est; Nisi contra legem cõductionis ignem vel quid simile habuerit conductor, vnde res conducta perierit. *d.§.si hoc in d. l.11.§.fin. cum lege sequente. l.qui insulam.30.§. qui mulas.*

mulas.ff.eod.tt. Tertia: Nisi culpa seruorum conductoris, vel aliorum quos secum habet, casus acciderit. *d.l.11.in pr. M.I.R. d.exc.1. repl,2.* Exemplum proponitur *d.l.11.§.fin.* Aliud *d.l.30.§.fin.* Item aliud *l.si seruus.27.§.si fornicarius. & §. Proculus.ff.ad leg.Aquil.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi conductoris culpa in el gendis seruis vel aliis inducendis nulla fuerit. *d.l. 11. & d. §. si fornicarius.* Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi conuenit, vt conductor casum quoque præstaret. *l.si quis.9.§.Iulianus.ff. locati. M.I.R.d.exc.1.repl.3.* Quinta: Nisi res æstimata locata sit. *l.quæro.54.§.fin. & l.cum fundum.3.ff.eod.tt.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ causæ exceptio est: Nisi non conductoris sed alterius dolo vel culpa res locata deterior sit facta, ipso quidem iure subsistit, *M.I.R.d.reg.64.exc.2.* verum eius replicatio prima est: Nisi aliquis domesticus ipsius conductoris damnum dedit, vel eorum quos conductor induxit, approbatur simul & distinguitur *supr.exc.prox.repl.3.* Altera: Nisi alius propter inimicitias, quas cum conductore habet, damnum dederit. *l.si merces.25.§. culpæ ff.locati.* Tertia: Nisi cum contra legem locationis fœnum essertillatum, alius ignem iniecerit. *l.videamus 11.§.fin, cum leg.seq.ff.locati.* Quarta: Nisi culpa conductoris alius damnum dederit, approbatur exemplo *l. qui insulam.30.§. qui mulas. & l.in lege.29.ff.eod.tt.* Tertia propositæ causæ exceptio est: Nisi latrones rem cõductam abstulerint. Hæc exceptio supradictæ primæ exceptionis species specialiter approbatur *l.si quis.9.§.Imperat.ff.locati.* Quarta: Nisi exercitus veniens damnum in re locata dederit, approbatur simul & distinguitur *l.item quæritur.13.§.exercitu. ff.locati.* Quinta: Nisi magistratus mensuras locatas fregerit. approbatur simul & distinguitur *d. l.13.§.si quis mens.* Sexta: Nisi cisiarius, dum cæteros transire contendit, cisum euertit, & seruum conductum forte fortuna quassauit vel occidit, reprobatur *d. l.13. in princ.* Septima: Nisi semel eiusdem damni nomine actum sit. *l.si seruus.27. §.Proculus.ff.ad legem Aquiliam.l.si merces.25.§. culpæ, in fin.ff.locati.item l.si vulnerauerit.43.ff.eod.tt.*

XIII. Causa: Si pensio vel merces à conductore non soluatur, ipso quidem iure subsistit, *M.I.R.d.c.6.reg.66.* verum eius exceptio prima: Nisi res aliena sit locata, reprobatur *l.si quis.9.§. fin.ff.locati.* Altera exceptio est; Nisi cum res aliena locata esset, ea conductori postea sit à domino donata vel vendita, aut alio modo alienata. *d.l.9.§.fin.cum lege sequente.* Tertia: Nisi conductor re conducta non sit vsus, reprobatur *l.colonus.61. §.nouem.ff.locati.* Plura de hac re vide *infr. cap.7. quæst.1.causa 3.except.1.* Quarta: Nisi conductor rem conductam ante tempus deseruerit; reprobatur *l.dominus.55.§.fin.ff.locati.* Plane admittitur, si locator rem non reficiat vel restituat, vt conductor ea commode vti possit. *l.si merces. 25. §.si vicino. & l.cum in plures. 60.in princip. Dig.eod.tt.* Alias propositæ exceptionis distinctiones vide *infra in exceptionibus sequentibus.* Quinta exceptio est: Nisi locator rem locatam non reficiat, neque restituat; vt conductor ea commode vti possit, *approbatur per ea quæ proposita sunt supra exceptione proxima, distinct.1.* Sexta; Nisi timoris causa conductor emigrauerit, approbatur simul & distinguitur *l.habitatores.27.§.fin.ff.locati. M.I.R. d. reg.66.except.3.* Septima; Nisi locator domum locatam reficiendo faciat incommodam habitationem conductori, approbatur simul & distinguitur *d.l.27. in princ.* Octaua; Nisi domus conducta fracta sit, & inhabilis facta, approbatur *per ea quæ proposita sunt in exceptionibus aliquot præcedentibus.* Cuius tamen exceptionis replicatio est: Nisi conductor nihilominus domo sit vsus. *l.quod si 28.ff.locati.* Nona; Nisi res conducta interierit. *l.si quis.9.§. huic subiungi. & §. Imperator. ff.locati.l.qui insulam.30.§.ædilis.ff.locati.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi quoad pensionem præteriti temporis, quo res nondum perierat. *d.l.9.§.in exustis.* Hæc de decimatertia causa eiusque exceptionibus sint dicta. Plures vide *inter causas ex conducto infr.cap.4.* Quid autem & quantum mercedis vel pensionis nomine sit soluendum, vide *infr.quæst.4.*

XIV. Causa: Si res conducta locatori à conductore finito locationis tempore restituatur, ipso quidem iure subsistit, *M.I.R. d.cap.6.reg.67.* verum eius exceptio est; Nisi res sine dolo vel culpa conductoris perierit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. causa 12. except.1.M.I.R.d.reg.67.except.1.* Alia exceptio videtur esse; Nisi conductor rem suam esse dicat, sed reprobatur *l.si quis.25. C.de locato. M.I.R.d.reg. 67.except.2.*

II. QVIBVS COMPETIT locati actio?

Si locator rem locatam alij vendidit, non emptori, sed venditori locati actio competit. *l. Iulianus. 13. §. si fructibus.ibi, sin is ager. & §.penult.ff. de actione empti.*

III. ADVERSVS QVOS LOcati actio competit?

I. Regula, De fideiussoribus conductoris. Hi regulariter ad id, in quod conductor obligatus est, tenentur, verum eius regulæ exceptio prima est; Nisi curialis fideiusserit pro conductore *l.curialis.30.C.de locato.* Altera: Nisi miles pro cõductore fideiusserit. *l.milites.31.C.eod.tt.* Tertia: Nisi expleta conductione maneret, fideiussor non consensit. *l. cum Hermes.7. C.d.tt.* Quarta: Nisi cum apud conductorem, qui rem alij locasset, pro hoc fideiussisset, dominus rei seu prior locator agat, huic enim fideiussor secundi conductoris non est obligatus. *l.qui fideiussor.53.ff. locati.* Quinta; Nisi quoad vsuras ob moram non solutæ pensionis soluendas. In has enim fideiussor non tenetur. *l.quæro.54. in pr.ibi, quib. cauetur.ff. locati.* Est autem huius exceptionis replicatio hæc: Nisi in omnem causam conductionis fideiussor se obligauerit. *d.l.54.in princ.*

II. Regula, De hæredibus conductoris, proponitur *l.cõtractus.24.C. de locato & conducto.l.cum conductorem. 29. & l. conductores.33. C. d.tt. Concordant item ea quæ proposita sunt supr. cap.prox. quæst.5. except.17.*

III. Regula, De vxore cõductoris. Hæc non tenetur, approbatur simul & distinguitur *d l.24.*

IV. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita.

I. Regula: Non amplius pensionum nomine exigendum est, quam conuenit. *l. legem. 16. in pr.C.de locato.M.I.R. d.cap.6.reg.70.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi conductor alii pluris rem locauerit, sed reprobatur *l.insulam. 58. in prin.ff.locati.* Altera: Nisi conductor pluris locatam putauerit. reprobatur *l.si decem.52.ff.eod.tt.*

II. Regula, Nec minus pensionum nomine debetur, quam de quo conuenit. quæ regula vt ipso iure subsistit, ita recipit exceptionem primam hanc: Nisi minus oneris naui conducte impositum sit, quam conuenerat. approbatur simul & distinguitur *l.vltima.§.final.ff. ad legem Rhodiam.* Altera exceptio est: Nisi quædam ex rebus naui impositis in naui perierint: pro his enim merces non debetur. approbatur simul & distinguitur *d.l.vltima in princ.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr.q.1.inter causas huius actionis.*

III. Regula, De vsuris pensionum. Hæ regulariter in hanc actionem non veniunt. approbatur simul & distinguitur *l.cum quidam. 17. §. ex locato.ff.de vsuris.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi de vsuris præstandis conuenit. Altera: Nisi mora in soluenda pensione facta sit. *Hæ duæ exceptiones d.§.ex locato, approbantur.* Secundæ exceptioni concordat *l.præses. 17. C. de locato.* Plura de exceptione proposita vide *supr.lib. 15. capit. 7. quæst.1. causa 2.*

IV. Regula, De eo quod conductor rei conductæ nomine aduersus tertium agendo consecutus est. hoc in locati actione non venit restituendum. *l.is qui.6.ff.locati.*

V. Regula, de fructibus quos conductor post tempus conductionis finitum percepit. Hi condici ei à locatore possunt. approbatur simul & distinguitur *l.si quis.4.§. etiã fruct.ff. si certum petatur.*

VI. Regula, De duplo restituendo, si ipsa res ante sententiam non restituatur, proponitur *l. conductores.33.C.de locato. item l.non abs re. 10.C.vnde vi, M.I.R.d.cap.6.reg.71.*

VII. Regula, De in litem iurando, si res non restituatur, habetur *l.si cui. 48.in fin. ff.locati.*

VIII. Regula: Si damnum in re conducta à seruo conductoris, vel alio quem conductor induxit, datum sit: conductor in solidum tenetur, nec noxæ dedendo vel actiones suas præstando liberatur. *l.videamus.11. in pr.ff. locati.*

IX. Regula, Aliam rem quam de qua conuenit, mercedis vel pensionis nomine locator exigere non potest. approbatur simul & distinguitur *l.sed addes.19.§.si dominus.ff. locati. Concordat l. domini.5.C.de agricolis & censitis.*

X. Regula: Vnus ex pluribus conductoribus in solidum tenetur. approbatur simul & distinguitur *l.si diuisa.13.C.de locato.l.item quæritur.13. §.duo.ff.locati.l.cum apparebit.47. in fin. ff.eod.tt. & l.si vt.5.§.si duob.ff. commodati.* Sed & huius regulæ exceptiones vide *supr.lib. 16.capite 10.regul.2. item lib. 17.cap.4.reg.5.*

V. QVANDO COMPETIT actio locati?

Etiam ante tempus locationis finitum competit. *l.si in lege.24.§.si domus. ff. locati.* Huius exceptio est *l.item quæritur.13.§.si in lege.ff.d.tt.*

VI. EVENTVS.

I. Regula, De actionibus reo ab actore præstandis, proponitur *l.cum apparebit.47.in fin.ff.locati. Concordat l.si vt.5.in fin.ff. commodati.*

II. Regula, De pignoribus reo ab actore cedendis, habetur *l.si diuisa.13.in fin. C.de locato.*

VII. ADFINIA REMEdia.

I. Regula, Regulariter ex causis supr. propositis locatori contra conductorem eiusque hæredes locati, non alia competit actio. quæ regula cum ipso iure subsistat, recipit primam exceptionem hanc: Nisi non in pecunia numerata, sed in alia re merces vel pensio sit constituta. tunc enim præscriptis verbis actio competit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.c. prox.quæst.5.exc.4. item infr.lib.prox.cap.1.quæst.1.causa 6.except.1.repl,1.* Altera exceptio est: Nisi in rei venditione venditor sibi vel aliis habitationẽ vel alium huiusmodi vsum exceperit. hoc enim casu empti & venditi actio est, non locati. *l. Iulianus.13. §.penult.ff.de act. empt. Concordat l. fundi partem. 79. ff.de contrah.empt.* Tertia: Nisi ob damnum in re locata datum agatur. hoc enim casu etiam legis Aquiliæ actio est. *l. item quæritur.13. in prin.ff. locati. l.si merces.25 §.culpæ.l.qui insulam.30.§.qui mulas.itẽ l.si vulnerauerit.43.ff. d tt.l si seruus. 27. § Proculus. & §.fin.ff.ad l.Aquiliam.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ex eo agatur, quod conductor in area cõducta terram congerendo damnum dedit parieti locatoris. *l.qui domum.57. ff. locati.* Quarta exceptio est, Nisi ex eo agatur, quod conductor arbores exciderit. hoc enim casu non solum locati actio est, sed & legis Aquiliæ, item arborum furtim cæsarum, item interdictum Quod vi aut clã. *d.§.culpæ.* Quinta, Nisi ob rem subreptam agatur. hoc enim casu non solum locati, sed etiam furti actio est. *l.si locatum.42. ff. locati. Concordat l.qui seruum 33.§.si is cui ff.de action. & obligat.* Sexta, Nisi ex eo quod cõductor rem pignoris nomine in fundum illatam alienauit, agatur. hoc enim casu ad eam recuperandam interdictum Saluianum cõpetit, *de quo vide supr. 17.cap.19.*

II. Regula, Locator quoque ius pignoris in rebus conductoris inuectis & illatis habet. *de qua re vide supr.lib.17.cap.10.causa 1.specie 1.*

III. Regula: Dominus conductore latitante, & pensionem non soluente, desiderans aperiri horrea, & ea quæ intus sunt, describi: audiendus est, *l.cum domini.56.ff.locati.* Hæc de actione locati.

DE ACTIONE CONDVCTI. CAP. III.

I. CAVSÆ CONDVCTI actionis.

CAusæ ex quib. conducti actio competit, partim in ipsa locatione cõtingũt, partim post perfectam locationem, partim denique post locationem finitam: de quib. ordine dicetur.

I. Causa, Si locator dolia vitiosa locauerit, vel saltum pascuum, in quo mala herba nascitur, vnde pecora conductoris demortua sunt, vel dete-

riora facta, approbatur simul & distinguitur *l. sed addes.16.§,1.ff.locati.*

II. Causa, Si res aliena locata sit, eaq; euicta. approbatur simul & distinguitur *l. si quis. 9. in pr. ff.locati.* Huius causæ exceptio est, Nisi locator aliam rem non minus commodam pro priore eidem locare paratus sit. *d.l.9.vers.plane.*

III. Causa. Si non præstatur conductori, quod in lege conductionis conuenit. *l. ex conducto.15 in prin.ff.locati, l.si in lege 24.§.penult.ff.d.tt.itē l. circa.19.C.de locato.M.I.R.lib.5.c.6.reg.73.* Exemplū proponitur *l.sed addes.29.§.si dominus.ff.d.tt.* Huius causæ exceptio est, Nisi cùm conuenisset de pecunia conductori à locatore ad rem conductam reficiendam præstanda, conductor non satisdet de pecunia in causam, de qua conuenit, impendenda. *l.insulam.58.§.fin.ff.locati.*

IV. Causa, Si possessio rei conductori non præstatur. *l.ex conducto.15.in prin.ff.locati.*

V. Causa, Si conductori re conducta frui non liceat. *d.l.15.in prin.l.si in lege. 24.§.fin.ff.d.tt.itē l.si de fundo.15.C.de locato.M.I.P.lib.5.c.7.reg.19.exc.1.M.I.R. d.c. 6. reg.75.* Huius causæ exceptio prima est. Nisi res locata domini vsibus necessaria sit. *l. æde.3. C. de locato M.I.P. d.reg. 19.exc.1.M.I.R. d.reg.75.exc.5.* Altera, Nisi dominus rem locatam reficere velit. *d.l.3.M.I.P.d.reg.19.except.2. M.I.R. d.reg.75.exc.8.* Cuius replicatio est: Nisi non necessario reficiat. *l. & hæc.35.in pr.ff.locati.* Tertia exceptio est: Nisi conductor male in re conducta versatus sit. *d.l.3. M.I.P.d.regul.19.exc.3.M.I.R. d.reg.75.exc.7.* Quarta: Nisi conductor pensionem nō soluat. *l.quæro.54.§.inter.ff.locati.M.I.P. d.reg.19.exc.4. M.I.R.d.reg.75. exc.6.* Quinta: Nisi alius maiorem pensionem offerat. reprobatur *l.si olei. 21.C. de locato.* Sexta: Nisi ab alio quam locatore conductor re frui prohibeatur. approbatur simul & distinguitur *l.si fundus.33.ff.locati.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi locator eum qui conductorem frui prohibet, ne id faciat prohibere possit. *d.l.33.ibi: aut ab ea prohibeatur, &c. Concordat l.si in lege. 24.§.item ex conducto.ff.eod.tt.* Altera: Nisi quoad mercedem seu pensionem remittendam vel restituendam *d.l.33.* Tertia: Nisi locator alienam rem locauerit, hoc enim casu, si conductor à domino rei ea vti prohibeatur, nihilominus locator tenetur. *l. & hæc.35. in pr.ibi: intelligendum. ff. locati. Concordat l.si quis.9.in pr.ff.eod.tt.* Quarta: Nisi is cui locator rem alienauit, conductorem vti prohibeat. *l. si merces.25.§.qui fundum.ff. locati. Concordat l. qui fundum.32.ibi: quod si colonus.ff.eod.tt.* Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio est: Nisi locator postea rursus permittat conductori re conducta frui. approbatur simul & distinguitur *l. si in lege. 24.§. colonus.ff.locati.* Replicatio est: Nisi eo tempore locator rursus frui conductorem permittat, quo res illi amplius integra non est. *d.§.colonus.* Hæc de quinta causa eiusque exceptionib. sunt dicta. Sed & huius causæ species seu exempla sunt causæ aliquot sequentes.

VI. Causa: Si locator domum locatam demoliatur. approbatur simul & distinguitur *l. & hæc. 35.in pr.ff.locati.* Huius causæ exceptio est: Nisi necessario dominus domum conductam demoliatur, atque reficiat. *d.l.35.in prin. l. habitatores. 27.in pr.item l.qui insulam.30.in pr.ff.d.tt.*

VII. Causa: Si rem locatam locator non reficiat. *l.ex conducto. 15. in pr.ibi: aut villa. l.sed addes.19. §.illud nobis.ibi: sed & prælum. l. si merces.25.§.si vicino. in fin.item l.cum in plures.60.in pr.ff.eod.tt.*

VIII. Causa: Si vicino ædificante obscurentur lumina conducti cœnaculi. *d.§. si vicino.*

IX. Causa: Si locator rem alii locauerit, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. causa. 3. & 5. M.I.R.d.c.6.reg.4.* Cuius exceptio prima est: Nisi cū conductor decessisset, pupillo hærede relicto, tutor eum pupillum hæreditate conductoris abstinere voluit. *l.ex conducto.15.§.fin. cum trib.leg.seqq. ff.locati.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi locator cum tutore collusit. *l.sed addes.19.in pr.ff.d.tt.* Altera exceptio est, Nisi finito locationis tempore, res alii locetur. *l.ne cui.32. C.de locato.M.I.R.d. reg.74.exc.1.* Huius replicatio prima est, Nisi aliud conuenerit. *d.l.32.M.I.R.d.exc.1.repl.1.* Altera, Nisi fisci bona locentur. approbatur simul & distinguitur *l.congruit.4.C.de locatione prædiorum fiscalium. Concordat l.prædia.5.§.fi.C.eod.tt. M.I.R.d.exc.1.repl.2.*

X. Causa: Si locator rem locatam parum custodierit, & conductori res suæ inde sint ablatæ, vel alio modo perierint. approbatur simul & distinguitur *l.1.C.de locato.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi casu sine dolo vel culpa locatoris res perierit conductori. *d.l.1.l.damnum.12. & l.in iudicio.28.C.d.tt.* Altera: Nisi de custodia à locatore præstanda nihil nominatim conuenit. *l.dominus.55.in pr.ff.locati. Concordat l. cum in plures.60.§.fi. ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi locator custodes sciente conductore adhibuerit, ipso iure approbatur, *teste Accursio in d.l.55.* Cuius duplicatio est: Nisi locator custodes exhibuerit conductori, *l.ex diui 4.C.de locato.* Altera replicatio: Nisi serui locatoris damnum dederint, vel furtum fecerint. reprobatur *l.si tibi. 45.in pr.ff.locati.* Hæc de secunda exceptione. Tertia exceptio est: Nisi conductori claues horreorum conductorum traditæ sint. approbatur *argumento l.clauibus.74.ff.de contrah.emptione.* Quarta: Nisi cum locator nauis merces in aliam nauē postea transtulisset, quam conductor nolebat, vtraque nauis perierit. *l.si vehenda.10.§. 1.ff. ad l.Rhodiam de iactu.* Plura de exceptione proposita vide *infr.c.6. q.1.causa 9.exc.1.repl.6.* Quinta exceptio est: Nisi in casu iam proposito prior nauta publice retentus fuit, vt nauigare non potuerit. quæ exceptio cum aliis quibusdam approbatur *d.l.10.* Sexta, Nisi locator expresse dixerit, aurum argentum vel quid simile se suo periculo non recipere. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi sciens patiatur eas res inferri. *l. cum in plures. 60.§.locator. ff. locati.* Septima exceptio est, Nisi messis vel fructus pendentes ab aliquo sint sublati. hoc enim casu actionem tantum aduersus furem instituendo, & quod consecutus fuerit præstando, locator liberatur. *approbari videtur d.l. 60.§.messem. Concordat l.si quis.53.§.si sulphurariæ. ff. de furtis.* Hæc de decima causa, cuius plures exceptiones vide *infr.cap.prox.*

XI. Causa, Si conductor dolo vel culpa hominis conducti damnum passus sit. approbatur simul & distinguitur *l.cum in plures.60. §.seruum.ff. locati.l.si tibi 45. si hominem.ff. eod.tt.l.si seruus.27.§.si quis seruum.ff.ad l.Aquiliam.*

XII. Causa: Si locator nō præstat instrumenta ad fundum locatum pertinentia. approbatur simul & declaratur *l.sed addes.19.§.illud.nob.ff.locat.*

XIII. Causa: Si locator non restituat impensas, quas conductor in rem conductam fecit: nec præstet meliorationes *l.dominus. 55. §. in conducto. & l.colonus.61.in pr.ff.eod.tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi cum vsufructuarius in quinquennium fundum locasset, conductor quasi quinquenniū fruiturus sumptus fecisset, & mortuo intra quinquennium locatore locatio fuerit extincta, hic n. impensas non repetit. *l. si quis.9. §.huic subiungi ibi: idem quærit.ff.eod.tt.* Plane quanti & à quib. impensæ & meliorationes æstimandæ sint, definitur *Nouell.const.64.*

XIV. Causa: Si locator fructus fundi corrupit. *l. & hæc.35.§.fundum.ff.locati.*

XV. Causa: Si locator aditum coangustauit, vt conductor arcam quam intulit, auferre amplius non possit. *l.sed addes.19.§.si inquilinus.ff.d.tt.*

XVI. Causa: Si indebitam pensionem solutam locator non restituit. approbatur simul & distinguitur *d.l.19.§.si quis cum. Concordat l. qui insulam.30.§.ædilis.ff.d.tt.*

XVII. Causa, Si locator inquilinum non patiatur tollere, quod ædificio adiecit. approbatur simul & distinguitur *d.l.19.§.si inquilinus.*

XVIII. Causa, Si cum conuenisset, vt si colonus fundum non recte coleret, relocare eum liceret, & quo minoris postea relocasset, id colonus præstaret: locator postea pluris relocauerit, nec id colono restituat. reprobatur *l. ea lege. 51. in prin.ff.locati.*

De exceptionibus præcedentium causarum generalibus.

Hactenus causæ ex quibus conducti actio cōpetit, enumeratæ sunt: quarum tamen plures vide *infr.cap.prox.* Plane causarum iam enumeratarum exceptiones generales hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi emptor rem emptam à venditore, donec precium soluat, conduxerit. approbatur simul & distinguitur *l.sicut. 20. in fin. cum l. sequente.ff.locati.*

II. Exceptio: Nisi semel sit actum. *l. & hæc.35. §.fin.ibi: recte quidem.ff.d.tt.* Alias huiusmodi exceptiones generales vide *supr.cap.1.q.5.*

II. QVIBVS COMPETIT actio conducti?

Alii quam conductori hæc actio non competit. *l.ex conducto.15.in pr.ff.locati. Concordat Instit.de locatione in pr.ibi: & competit.* Huius regulæ exceptio est: Nisi etiam hæredi conductoris. *l.sed addes.19.§. ex conducto.ff.locati. Concordant ea quæ proposita sunt supr.cap.1.quæst.5.except.17.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

De hærede locatoris proponitur *d.§.ex conducto.M.I.R.lib.5.cap. 6.reg.76.*

QVID QVANTVMQVE VEniat in actione proposita?

I. Regula, De eo quod conductoris interest, proponitur *l.si tibi.7.cum l.sequente.ff.locati.l.ex conducto.15.§.vbicunque, in fin.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ob casum, non ob dolum vel culpam locator conueniatur. tunc enim nō id quod interest, conductor consequitur, sed mercedis seu pensionis exonerationem. *d.§. vbicunque. l.qui insulam.30.in pr.ff.d.tt.* Plura de exceptione proposita vide *infr.cap.prox.quæst.2.reg.1.*

II. Regula: Si conductor ex iusta causa emigrauerit, & aliam domum cōduxerit: mercedem secundæ conductionis prior locator soluere tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. quod si domus.28.ff.locati.*

III. Regula, De pœna promissa, proponitur *l.si fundo.15. C.de locato.*

IV. Regula, Quæ instrumenta debeantur conductori fundi, definitur *l.sed addes.19. §. illud nobis.ff.locati.*

V. Regula, De meliorationibus. Meliorationes quoque conductori à locatore præstandæ sunt *de quo supr. quæst.1.causa.13 est dictum.* Quanti autem & à quibus meliorationes istæ sint æstimandæ, definitur *Nouell. const.64.*

V. ADFINIA CONDVCTI actionis remedia.

Regulariter ex causis supr. propositis conducti non alia competit actio: *vt ex iis quæ in singulis causis dicta sunt, constat.* Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi cum inter socios conuenisset, vt alternis annis re communi quisq; in solidum vteretur, vnus ex iis sequentis anni, quo ad socium alterum fructus pertinebant, eos corruperit. hoc enim casu locati etiam, item cōmuni diuidundo actio est. *l. & hæc.35.§.fundum. ff.locati. Concordat l.si conuenerit.23.ff.communi diuidundo.* Altera exceptio est: Nisi alter alterius fundo alternis annis vtatur fruatur. nam & hoc casu locati simul & cōducti actio est. *d.§.fundum.vers.quod ipsum.* Tertia, Nisi nō pecunia numerata, sed alia res mercedis nomine soluatur. tunc enim præscriptis verbis actio est. approbatur simul & distinguitur *supr. cap. 1.q.5. exc.4.* Quarta: Nisi ex eo quod locator aditum coangustauerit, vnde conductor arcam suā quam intulit, efferre non possit, agatur, tunc enim etiam ad exhibendum actio est. *l.sed addes.19.§.si inquilinus.ff.locati.* Quinta, Nisi ex damno dato agatur. hoc enim casu etiam legis Aquiliæ actio est. *l.si seruus.27.§.penult.in fin.ff.ad l.Aquiliam.* Sexta: Nisi ex eo quod seruus locatoris conductori in re conducta damnum dederit, vel furtum fecerit, agatur. hoc enim casu noxalis actio datur, nō conducti. *l.si tibi.45.in pr.ff.locati.* Septima: Nisi ex eo quod seruus conductus conductori furtum fecerit, agatur, hoc enim casu furti, non conducti actio competit. *d.l.45.§ si hominem.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi locator sciens seruum furem locauerit. approbatur in simili casu *l.si seruus.31.ff.de pign.act. Concordat l.penult.ff.commodati.* Altera: Nisi cum conductor in genere seruum sibi locari rogasset, locator seruum furem locauerit, *l.cum in plures.60.§.seruum meum.ff.locati.* Octaua exceptio est: Nisi seruus ipse sine domino se alii locauerit. tunc enim non nisi de peculio vel in rē verso actio est. *d.§.seru. meum.* Nona: Nisi ex eo quod hæres conductori remittere pēsionem à locatore iussus est, agatur. hoc enim casu ex testamento actio est *l.si in lege 24.§.fin.ff.locati.* Decima: Nisi ex eo quod indebita pensio soluta

sit, agatur. hoc enim casu condictio indebiti cõpetit, approbatur simul & distinguitur *l. sed addes. 19. §. si quis cum ff. locati.* Vndecima, Nisi conductor locati actione conueniatur. hoc enim casu ex causis supra propositis illi datur exceptio. approbatur exemplo *l. si merces. 25. §. si vicino. d. ff. tt.*

DE CONDVCTI ACTIONE AD REMITTENDAM PENSIONEM, SIVE MERCEDEM.

CAP. IV.

I. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS.

PRima causa, Si hæres testamento damnatus sit remittere pensionẽ. *l. si in lege. 24. §. fi. ff. locati.*

II. Causa, Si cum emptor rem à venditore conduxisset, donec precium soluisset, illud soluerit. *l. cum venderem. 21. ff. d. tt.*

III. Causa, Si ex iusta causa rem alii locauerit dominus. *l. ex conducto. 15. §. fin. ff. locati.*

IV. Causa, Si conductor damnum in fructib. percipiendis vel perceptis passus sit. *d. l. 15. § si vis tempestatis. & §. cum quidam. l. si merces. 25. §. vis maior. ff. d. tt. l. licet. 8. C. de locato. item l. excepto. 18. C. d. tt. M. I. P. d. c. 7. reg. 29. M. I. R. d. c. 6. reg. 77.* Huius causę exceptio prima est, Nisi ex ipsa re seu fructibus aut fundo damnum sit ortum. approbatur simul & exemplis declaratur *d. §. si vis tempestatis. M. I. R. d. reg. 77. exc. 6.* Altera exceptio est, Nisi nihil extra consuetudinem acciderit. *d. §. si vis.* Tertia, Nisi ob id damnum passus est, quod exigui fructus sint nati. *d. l. 15. §. cum quidam. M. I. R. d. reg. 77. exc. 7.* Quarta, Nisi modicum damnum passus sit. *l. si merces. 25. §. vis maior. ff. locati.* Exemplum proponitur *l. ex conducto. 15. § si vis tempest. ibi: idemque dicendum esse. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 77. exc. 1.* Quinta: Nisi partiarius colonus damnum passus sit. *d. §. vis maior. M. I. R. d. reg. 77. exc. 8.* Sexta, Nisi in ipsa locatione conuenerit, vt conductor casum quoque & vim maiorem præstaret. *l. si quis. 9. §. Iulianus. ff. locati. Concordat l. licet. 8. C. de locato. M. I. R. d. reg. 77. exc. 2.* Septima, Nisi anni præcedentis vel sequentis fructus fuerint vberiores. *l. ex conduct. 15. §. Papinianus. ff. locati. Concordat d. l. 8. in fin. M. I. P. d. reg. 20. except. 1. M. I. R. d. reg. 77. except. 9.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi dominus sciens superiores annos vberes fuisse, nihilominus ob sterilitatẽ sequentis anni pensionem remiserit *d. §. Papinianus.* Cuius duplicatio est: Nisi cum ob sterilitatem præcedentis anni dominus pensionem remisisset, sequentium annorum fructus sunt vberiores. hoc enim casu domino remissio pensionis non obest, quamuis donare se dixerit. *d. §. Papinianus.* Aliam exceptionem vide *M. I. P. d. reg. 20. exc. 2.*

II. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

I. Regula: Ex causis hactenus propositis nõ agitur ad id quod conductoris interest, sed tantum ad remittendam pensionem, seu mercedẽ. *l. ex conducto. 15. §. vbicunque ff. locati.* Huius regulæ exceptio est: Nisi locator sciens rem damnosam locauerit ignoranti. hoc enim casu ad id quod interest, tenetur *l. sed addes. 19. §. 1. ff. locati.*

II. Regula: Pro rata damni accepti pensio remittenda. *d. §. vbicunq; ibi: sed mercedis exonerationẽ pro rata.* Hactenus de locatione & conductione, eiusque actionibus in genere actũ est. Sequuntur nunc aliquot locationis & conductionis species.

DE LOCATIONE OPERIS FACIENDI, vel operæ præstandæ.

CAP. V.

LOcatur res duplici modo: aut vt accipiens ea vtatur, fruatur: aut vt danti ex ea aliquid faciat, eamue custodiat aut transportet. Illa quidem species Germanis dicitur **verleihen**/ hæc autem **verdingen**: & prima quidem specie locator accipit, altera vero dat mercedem. De hac posteriore specie cum suis actionibus nunc specialiter agetur.

I. GENVS.

Quod autem iam dicta posterior species locatio sit, approbatur *l. item si precio. 22. §. 1. ff. locati. Concordat l. naturalis 5. §. at cum do. ff. præscriptis verbis. M. I. R. d. cap. 6. reg. 81.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi non suam rem dederit locator, sed conuenerit, vt conductor accepta certa mercede ex sua materia locatori opus aliquod faciat. hoc enim casu emptio & venditio est, non locatio. *Instit. de locat. & conduct. §. item quæritur. l. 2. §. adeo autem. ff. locati. l. Sabinus. 20. ff. de contrah. empt. item l. cõuenit. 65. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi quis in suo loco conductoris materia aliquid ædificandum pactus sit. hoc enim casu locatio est, non emptio. *d. l. 20. Concordat l. item si precio. 22. §. cum insulam. ff. locati.* Altera propositæ regulæ exceptio est, Nisi vendita re aliqua, inter emptorem & venditorem conuenit, vt emptor venditori aliquid faciat. hoc enim casu ex vendito, non ex locato actio est. *l. tenetur. 6. §. 1. ff. de act. empt. Cõcordant ea quæ proposita sunt supr. lib. prox c. 16. q. 1. causa 3. except. 2.* Tertia, Nisi res æstimata vendenda data sit. *l. 1. ff. de æstimatoria.* Quarta: Nisi tale sit factum de quo conuenit, quod locari non solet: puta vt seruum manumittat. hoc enim casu non locati & conducti, sed præscriptis verbis actio est. *l. naturalis. 5. §. at cum do. ibi: quod si tale. ff de præscriptis verbis.* Quinta, Nisi nulla merces interuenit. tunc enim non locatio est, sed mandatum vel depositum. *Inst. de mandato. §. fin. item l. si tibi. 23. in prin. ff. de præscriptis verbis. M. I. R. d. reg. 81. except. 1.* Sexta: Nisi de certa mercede non conuenerit. *d. l. 23. Concordant ea quæ proposita sunt supr. c. 1. q. 5. exc. 3.* Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide *d. quæst. 5.*

II. EVENTVS LOCATIONIS ET conductionis operis faciendi, vel operæ præstandæ?

I. Regula, De periculo rei, cuius sit? Periculum rei locatæ regulariter ad conductorem, non locatorem pertinet. *l. qui mercedem. 40. ff. locati. Cõcordat l. nauta. 5. ff. nauc., caupones, stabul.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi casu & vi maiore sine culpa conductoris res perierit. *l. vlt. ff. locati. l. Martius. 59. l. opus. 36. §. fi. item l. si priusquam 37. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi opus probari non debuit. approbari videtur *d. l. 37.* Sed huic sententiæ repugnat Accursius, imo leges ipsæ paulo superius propositæ. Itaque particulam, Si interpretandam puto pro quamuis,

Alter

Altera replicatio est, Nisi aliud cõuenerit. *d. l. 36. §. fin.* Tertia: Nisi cum plures frumentum in nauem confudissent, nauta antequam nauis periret, voi frumentũ de communi reddiderit. Quæ replicatio reprobatur *l. in naue. 31. ff. locati. De qua re vide item infr. cap. prox. quæst. 1. causa 9. except. 1. repl. 8.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum opus auersione locatum esset, id sit adprobatum. hoc enim casu conductor nec custodiam nec diligentiam amplius debet. Ideoque si postea non custoditum à conductore perierit, ad eius periculum non pertinet. *l. opus. 36. in prin. ff. locati.* Tertia: Nisi cum opus locatum esset ad mensuram, illud sit admensum. nam & hoc casu periculum ad conductorem pertinere desinit, quamuis illud parum diligenter custodierit. Quæ exceptio cum præcedente approbatur *d. l. 36.* Quarta: Nisi per locatorem steterit, quo minus illi opus adprobatum, vel admensum fuerit. nam & hoc casu nec custodiã nec diligentiam rei custodiendæ conductor amplius debet. *d. l. 36. ibi: & in vtraque causa.* Hæc de periculo rei locatę: sed & de eo vide plura *in duab. actionib. sequentibus: nempe infr. cap. prox. q. 1. causa 9. item c. 7. q. 3. caus. 3. except. 1. cum seqq.* Item plures propositæ quæstionis regulas vide *itidem in capp. seqq.*

DE ACTIONE LOCATI OPERE faciendo locato.

CAP. VI.

I. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS.

PRima causa: Si conductor non præstat fidem promissis, vel iis de quibus conuenit. approbatur exemplo *l. si hi. 14. C. de locato. l. si hi. 22. C. d. tt. item l. si in lege. 24. §. si domus ibi: sed & de his. ff. locati. M. I. R. d. cap. 6. reg. 82.*

II. Causa, Si arbitrio locatoris opus factum non sit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi arbitrio boni viri factum sit. Hæc exceptio cum sua causa approbatur *d. l. 24. in pr. Concordat l. societatem. 76. cum l. seq. ff. pro socio.* Altera exceptio est: Nisi alterius, non locatoris arbitrio in lege locationis sit permissa. approbatur simul & distinguitur *d. l. 24.* Nam duæ eius replicationes ex ea eliciũtur. quarum prima est: Nisi arbitrio boni viri alius sit arbitratus. Altera: Nisi dolo conductoris alius sit arbitratus pro eo. Tertia exceptio est: Nisi ex voluntate locatoris antea aliter sit factum. *l. cum in plures. 60. §. lege. ff. locati.* Quarta, Nisi cum in singulas operas certa merces constituta esset, vt si domino displiceret, contradiceret: dominus singulis operis nihil cõtradixit. *l. ea leg. 51. §. locaui. in fi. ff. eod. tt.*

III. Causa: Si opus vitiosum factum sit. *d. §. locaui.* Huius causæ exceptio est: Nisi cum in singulas operas certa merces constituta esset, vt dominus, si ei displiceret, contradiceret: is non nisi consummato opere contradixit. *d. §. locaui. ibi: nisi ideo in operas singulas.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr. caus. prox.*

IV. Causa, Si intra diem constitutum opus non sit perfectum. approbatur simul & distinguitur *l. item quæritur. 13. §. si in lege. ff. locati.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi dies statutus nondum præterierit, *d. §. si in lege.* Altera, Nisi intra statutum diem effici non potuerit. *l. insulam. 58. §. 1. ff. d. tt.* Tertia, Nisi dies postea sit prorogatus. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est, Nisi locatore nõ consentiente, is diem prorogauerit, cuius arbitratu opus erat faciendũ. *l. si in lege. 24. in pr. ibi: id q; arbitriũ. ff. d. tt.*

V. Causa, Si conductor rem conductam permutauerit, & alii dederit. *l. item quæritur. 13. §. si fullo. ff. locati.*

VI. Causa, Si is qui vinum transportandum conduxit, illud alio loco deposuit. approbatur simul & distinguitur *l. videamus. 11. §. qui vinũ. ff. locati.*

VII. Causa, Si cum quis pro rebus suis transportandis vehiculum conduxisset, dominus vehiculi pro eo portorium non soluat. *l. cum in plures. 60. §. vehiculum. ff. locati.*

VIII. Causa, Si ex iusta causa prohibente locatore, cõductor nihilominus facere pergat, nec impensã quã accepit, restituat. *d. l. 60. §. mandati.*

IX. Causa, Si res locata perierit, vel deterior sit facta. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæst. 2. reg. 1. in pr.* Eiusque exemplum proponitur *l. item quæritur. 13. §. si fullo. ff. locati.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi sine dolo malo conductoris res perierit, vel deterior facta sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi culpa conductoris eorumue quorum opera vtitur, interuenerit vel præcesserit *l. si merces. 25. §. qui columnam. ff. locati. l. videamus. 11. §. qui vitium, in fin. item l. in naue. 31. in fin. ff. d. tt.* Declaratur replicatio proposita definitione culpæ, *d. §. qui columnam.* Species eius sunt replicationes aliquot sequentes. Altera replicatio est, Nisi imperitia conductoris res perierit, vel deterior sit facta. *l. si quis. 9. §. Celsus. ff. locati. l. item quæritur. 13. §. si gemma. ff. d. tt. l. qua actione. 7. §. fin. ff. ad l. Aquiliam. item l. si seruus. 27. §. si calicem. ff. d. tt.* Tertia replicatio est, Nisi nimia sæuitia conductoris res perierit, vel deterior sit facta. *d. l. 13. §. item Iulianus.* Quarta, Nisi cũ quis seruum docendum conduxisset, eum peregre secum abduxerit, & in itinere seruus perierit. *d. l. 15. §. si quis seruum.* Quinta, Nisi cum conductor nauem sine gubernatore in flumen misisset, orta tempestate eam temperare non potuit, indeque periit. *d. l. 13 §. si magister.* Sexta, Nisi cum cõductor merces conductas ex vna naue in aliam transtulisset, nauis ista cum mercibus perierit. approbatur simul & distinguitur *d. l. 13. §. 1.* Huius duplicatio prima est, Nisi volente domino merces in aliam nauem transtulit. *d. §. 1. vers. cæterum si vel inuito.* Altera, Nisi culpa careat conductor. *d. §. 1.* Tertia, Nisi vtraque nauis perierit, tam ea ex qua, quam ea in quam merces transtulit. *l. vlt. §. 1. ff. ad l. Rhodiam de iactu.* Quarta, Nisi conductor publice retentus, cũ sua naue nauigare fuit prohibitus. Hæc duplicatio cum aliis similibus approbatur *d. l. vltim. §. idem iuris.* Septima replicatio est, Nisi conductor in se periculum receperit. *l. item quæritur. 13. §. si gemma, in fin. ff. locati.* Octaua, Nisi cum plures frumentum suum in nauem conductoris confudissent, conductor vni ex his frumentum de communi reddidit, posteaque nauis periit. reprobatur *l. in naue. 31. ff. locati.* Hæc de prima propositę causę exceptione, eiusq; replicatio-

cationibus sint dicta: Sane huius exceptionis species sunt exceptiones sequentes. Altera exceptio est: Nisi vitio materiæ res perierit. approbatur exemplo gemmæ. *d.l.13.§.si gemma.* Aliud exemplum proponitur. *l.vlt.ff.d.tt.* Aliud *l.si seruus.27.§.si calicem.ff.ad l.Aquiliam.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi conductor in se periculum receperit. *d.§.si gemma.* Tertia exceptio est: Nisi alterius, non conductoris dolo vel culpa res perierit aut deterior sit facta. approbatur simul & distinguitur *l.sed de damno.41.ff.locati. Concordat l.ad eos.19.ff.cõmodati.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi res à conductore custodiri potuit, ne quid damni ab alio in ea daretur. *d.l.41.* Altera: Nisi quis eorũ, quorũ opera conductor vtitur, damnũ in re dederit. *d.l.41. Concordat l.si merces.25.§.qui columnã.ibi: eorũue.ff.locati.* Quarta exceptio est: Nisi rei ablatæ vel damni dati nomine locator aduersus alium experiri possit. approbatur simul & distinguitur. *l.cum in plures.60.§.vestimenta.ff.locati.* Quinta, Nisi actor reo conductori suas actiones, quas rei nomine aduersus aliũ habet, non præstet. *d.§.vestimenta. Concordat l.si merces.25.§.fin.ff.d.tt.* Plures propositæ causæ exceptiones vide *supr.cap.prox.q.2.reg.1.* Hæc de causis propositæ actionis, earumque exceptionibus.

II. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

De conductore qui rem alii faciendam locauit, proponitur *l.si cui.48.in pr.ff.locati. Concordat l.stipulatio ista.38.§.si quis insulam.ibi: item si quis locauerit.ff.de verb.oblig.*

III. QVANDO COMPTIT?

Si cum intra certum diem perficiendum locatum esset, dies nondum præterierit: nondum etiam competit actio. *l.item quæritur.13.§.si in lege.ff.locati.* Plane proposita regula in casu proposito exceptio est regulæ, quæ proposita est *supr.cap.2.quæst.5.*

IV. EVENTVS.

I. Regula, De cedendis ab actore actionibus reo, proponitur *l.si merces.25.§.fin.ff.locati. Concordat l.cum in plures.60.§.vestimenta.in fin.ff.d.tt.*

II. Regula, De executione facienda, si duob. locatoribus simul condemnatus sit conductor, cui prius operas præstare sit cogendus, proponitur *l.in operis.26.ff.locati.*

III. Regula, Si cum conductor locatori ob rem perditam quid dedisset, locator postea rem receperit: conductori ad id quod dedit recipiendum tam conducti actio, quam condictio sine causa competit. *l.2.ff.de condict.sine causa.*

V. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter ex causis sup. propositis locati actio competit, *vt ex iis quæ supr.proposita sunt constat.* Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi sine mercede cõuenit vt aliquid fieret. hoc n. casu mandati actio est. *Inst.de mandato.§.fin.* Altera: Nisi cõuenit vt opere facto merces præstaretur, quanta tunc conuenisset. hoc n. casu præscriptis verbis actio est. *Inst.de locat.& conduct.§.quæ de causa.* Tertia: Nisi incertum sit, vtrum nauis conducta sit, an merces transuehendæ locatæ. hoc enim casu in factũ actio cõpetit. *l.1.§.domino.ff.de præscriptis verbis.* Quarta: Nisi res æstimata vendenda data sit. hoc enim casu actio æstimatoria competit. *l.1.cũ leg.seq.ff.de æstimatoria.* Plura de hac re vide *infr. lib. prox.cap.2.* Quinta: Nisi onus auehendum locatum sit. hoc enim casu oneris auersi actio est. *l.in naue.31.ff.locati.* Sexta: Nisi in venditione res locata sit emptori facienda. hoc enim casu ex vendito actio est. *l.tenetur.6.§.1.ff.de act.empti.* Septima: Nisi rem aliquam fieri nobis velimus, & nihil aliud præter mercedẽ damus. hoc enim casu præscriptis verbis actio est. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.cap.prox.q.1.exc.1.* Octaua: Nisi res locata furto ablata sit. hoc enim casu etiam furti actio est, & rei vendicatio. *l.cum in plures.60.§.vestimenta.ff.locati. Concordat l.in naue.31.§.quod si separatum.ff.d.tt.* Nona, Nisi tale sit factum, quod locari nõ solet. hoc n. casu præscriptis verbis actio est. *l.naturalis.5.§.at cũ do.ibi: quod si tale.ff.de præscr. verbis.*

DE ACTIONE CONDVCTI OPERE faciendo conducto.

CAP. VII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS DATUR hæc actio.

PRima causa: Si opus alii locauerit locator. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio est, Nisi in lege locationis ita conuenit, vt ad diem opere non facto, id alii relocare liceret. approbatur simul & distinguitur *l. item quæritur.13.§.si in lege.ff.locati.*

II. Causa, Si cum conductor ob rem amissam precium dedisset, locator rem amissam receperit. hoc enim casu ad precium quod datum est repetendũ cõducti actio datur. *l.ff.de cond.sine caus.*

III. Causa, Si locator nõ soluat mercedem, de qua conuenit. *l.3.C.de locato. M.I.R. d.cap.6.reg.84.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi conductor opus non fecerit, vel operas non præstiterit. approbatur quidem ipso iure, *M.I.R. d.reg.84.exc.1.* verum eius replicatio prima est: Nisi per conductorem non stet, quo minus præstet. *l.qui operas.38.ff.locati.* Huius exemplũ proponitur *d.l.38.* Aliud *l.colon.61.§.nauẽ.ff.d.tt.* Aliud *l.si vehenda.10.in pr.ff.ad l.Rhodiam de iactu.* Aliud *l.sed addes.19.§.fi.ff.locati.* Aliud *l.Martius.59.ff.d.tt.* Idẽ exemplũ proponitur *l.si fundus.33.in pr.ibi. quemadmodum.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio prima est, Nisi cũ per locatorem staret, quo minus operæ promissæ præstarentur, conductor interim alii operas præstiterit. *d.l.19.§.fin.* Altera, Nisi ex parte conductoris casus inciderit, ob quem operas præstare, vel opus facere prohibitus sit. *l.ex cond.15.§.item cum.ff.locati. Concordat l.qui insul.30.§.ædil.ff.d.tt.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cum ad mensuram opus locatum esset, parte operis effecta, conductor facere desinat. hoc enim casu id quod factum est, nihilominus mensurabitur, & pro rata merces soluetur. approbatur exemplo *d.l.30.§.qui ædem.* Hæc de prima propositæ causæ exceptione. Altera exceptio est: Nisi opus factum locatori non probetur, vel vitiosum sit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.cap.prox.q.1.causa 2.& causa 3.* Tertia, Nisi opus factum, antequam adprobaretur, corruptũ sit, vel perierit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.5.q.2.reg.1.*

IV. Cau-

IV. Causa: Si instrumentum conductori in faciendo fractum sit, reprobatur *l.2.§.si conseruatis. ibi. nam & si faber.ff.ad l.Rhod.de iactu.*

II. QVID QVANTVMQVE VENIAT in actione proposita?

I. Regula: Muliere vehenda in naui conducta, pro infante qui in naue nascitur, mercedis nomine nihil debetur, *l.sed addes.19.§.si quis mulierem.ff.locati.*

II. Regula, Pro homine in naue mortuo nihilominus vectura debetur, *l.si vehend.1.10.in pr.ff.ad l.Rhodiam de iactu.*

III. Regula, De vsuris. Etiam vsuræ post moram in hanc veniunt actionem, *l.2.C.de locato. Concordat l.præses.17.C.eod.tt.*

III. ADFINIA REMEDIA.

Quæ sint actionis propositæ adfinia remedia, vide *sup.cap.prox.q.5.* Sane sunt etiam propositæ actionis ad mercedem soluendam adfinia remedia extraordinariæ cognitiones, de quibus vide *sup. lib.2.c.37.* Item in casu condictio sine causa, *l.2.ff. de condict.sine causa.*

DE ACTIONE LOCATI ET CONDVCTI ex l. Rhodia de iactu.

CAP. VIII.

I. CAVSÆ HVIVS DVPLICIS actionis.

PRima causa: Si nauis leuandæ causa merces in mare iactæ sunt, domini amissarum mercium ex locato cum magistro nauis: & magister nauis ex conducto cum reliquis, quorum merces saluæ sunt, agere possunt; vt detrimentum pro portione communicetur, *l.2.in prin.ff.ad l.Rhod.de iactu. Concordat l.1.ff.eod.tt.* Huius causæ exceptio videtur esse: Nisi cum res nauis leuandæ causa iactæ essent, nauis postea periit, hoc enim casu videtur alios, quorum res è mari extractæ sunt, ad communicandum non teneri. Sed reprobatur *l. nauis.4.§.sed si nauis.ff.d.tt.*

II. Causa, Si cum nauis portum vel flumen cum onere intrare non posset, quædam merces in scapham traiectæ sint, eaque scapha cum mercibus periit. *d.l.4.in pr.*

III. Causa: Si cum nauis leuandæ causa quædam merces in scapham traiectæ essent, nauis periit, salua scapha, reprobatur *d.l.4.in pr.*

IV. Causa: Si naue amissa, quædam res è mari extractæ sint, vel alio modo seruatę, hoc enim casu videtur, dominos harum rerum aliis quorum res perierunt, etiam ad participandum detrimẽtum teneri. Sed & hæc causa reprobatur *l.cum depressa.7.ff.ad l.Rhodiam de iactu. Concordat l.amissa.5.in pr.ff.d.tt.* Huius causæ reprobatæ exemplum seu species est *sup.causa proxim.* Sed & aliud exemplum proponitur *l.in naue.31.ff.locati.* Plane admittitur causa proposita, si alicuius rebus nauis leuandæ causa iactis, postea nauis in alio loco periit, hoc enim casu ii quorum res extractæ sunt, ei cuius res nauis leuandæ causa iactæ sunt, ad damnum participandum tenentur. *Quæ distinctio approbatur l.nauis.4.§.sed si nauis.ff.ad l.Rhodiam de iactu.*

V. Causa: Si nauis à piratis redempta est, omnium est detrimentum, *l.2.§.si nauis.ff.d.tt.*

VI. Causa; Si cuius res è nauì à piratis seu latronibus diretę sunt, hoc enim casu videtur, eos quorum res saluæ permanserunt, huic cuius res sunt direptæ conferre debere. Sed reprobatur *d.§.si nauis.* Plures huiusmodi causas vide *inf.q.prox.*

II. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Vt omnium contributione damnum sarciatur, & detrimentum pro portione cuiusque communicetur, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.prox. causa 1. Concordat l.2.§.portio.ff.ad l.Rhodiam de iactu.*

Quarum rerum amissarum nomine contribuendum?

II. Regula, De naue amissa vel deteriore facta, Huius rei nomine nihil contribuitur. *l.amissæ.5.l.2.§.si conseruatis.& l.nauis.6.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi voluntate vectorum deterior nauis facta sit. *d.§.si conseruatis.* Altera: Nisi propter metum nauis deterior facta sit, *d.§.si conseruatis.* Huius exceptionis species seu exemplum est *inf.except.prox.* Tertia exceptio est: Nisi communis periculi causa instrumentũ nauis deiectũ sit, vel cæsum. *l.cum arbor.3.& l.amissæ 5.in fi.ff.d.tt.*

III. Regula, De rebus deterioribus factis, nõ tamen amissis. Etiam harum rerum nomine contribuendum est, *l.2.nauis.4.§.fi.in fi.ff.ad l.Rhodiam de iactu.*

IV. Regula, De rebus iactis apparentibus vel postea receptis. Harum rerum nomine non contribuendum. *l.2.§.penult.ff.d.tt. Concordat d.l.4.§.sed si nauis.ibi, eorum vero.*

V. Regula, De seruis qui in mari perierunt. Horum non habetur ratio, *l.2.§.seruorum.ff.d.tt.*

Quarum rerum conseruatarum nomine contribuendum?

VI. Regula, De libero homine conseruato, Eius nomine non fit contributio. *d.l.2.§.iacturæ.*

VII. Regula: De vestimentis & annulis cuiusque. Horum nomine contributio facienda, *d.§.iacturæ.*

VIII. Regula, De cibariis & aliis quæ consumendi causa in mari habentur. Horum nomine contributio non fit. *d.§.iacturæ.*

IX. Regula, De rebus quæ naui deteriores factæ sunt. Harum quoque rerum nomine contributio facienda, approbatur, certo tamen modo, *l.nauis.4.§.cum autem.ff.ad l.Rhod.de iactu.* Propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi propter iactũ, non ex alia causa res deteriores factæ sunt, hoc enim casu conferri earum nomine non debet. *d.§.cum autem.vers.potest tamen dici.* Altera exceptio est: Nisi plus sit in damno, quam in collatione. *d.§.cũ autem.ibi, sed distinctio subtilior.*

X. Regula, De rebus è mari extractis. Harum quoque nomine tanquam conseruatarum contributio facienda, approbatur simul & distinguitur *d.l.4.§.sed si nauis.*

XI. Regula: Iacturæ summa pro rerum precio æstuenda, *l.2.§.iacturæ.ff.d.tt.*

XII. Regula; Quanti æstimatio tam conseruatarum, quam amissarum rerum facienda, definitur *d.l.2.§.portio autem.*

III. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

I. Regula: Dominus amissarum mercium aduersus ma-

ſus magiſtrum nauis, magiſter nauis aduerſus vectores agere debet. *Quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſup.q.1.cauſa 1. Concordat d. l. 2. §. iactura, ibi, ex conducto.*

II. Regula, De omnibus omnino, quorum interfuit nauis leuandæ cauſæ iactum fieri. Omnes hi tenentur, *d.l.2.§.cum in eadem.*

III. Regula: Si quis ex vectoribus ſoluendo non ſit, magiſter nauis pro eo teneri non debet, *d.l.2.§.ſi quis ex.*

IV. QVÆ ACTIO COMPETAT, quæque ſint eius adfima remedia?

I. Regula, Domini amiſſarum mercium ex locato cum magiſtro nauis habent actionem, & magiſter nauis actionem ex cõducto cum vectoribus, approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. quæſt. prox.reg.1.item quæſt.1.cauſa.1.*

II. Regula, Magiſter nauis etiam per exceptionem merces retinere poteſt, donec vectores ad detrimentum ſarciendum contribuant. *l. 2. §. 1.ff.ad l.Rhodiam de iactu.*

III. Regula, De actione locati & conducti aduerſus nauis magiſtrum, qui merces ex vna naue in aliam tranſtulit, quæ nauis poſterior naufragio cum mercibus periit, proponitur *l. ſi vehenda. 10.§.1.ff.d.tt. Item de hac re vide ſup.c.6.q.1.cauſa 9. except.1.replic.6.* Idem dicendum videtur, ſi ante nauis interitum vni ſuas merces reddidit, *de qua re diſſeritur l.in naue.34.ff.locati.*

DE IVRE EMPHYTEVTICO.

CAP. IX.

QVoniam ius emphyteuticum, nihil aliud quam locatio perpetua eſt, quæ habet præcepta peculiaria, ideo de eo hic peculiare caput ſubiungendum eſt.

I. Definitio emphyteuſeos proponitur *Inſtit. de locatione.§. adeo autem. verſic. vt ecce. Concordat l.1.in pr.ff.ſi ager vectigalis.M.I.R.lib.5.c.7.reg.1.*

II. GENVS.

Emphyteuſis neque conductio eſt, neque emptio, ſed ſpecialis contractus. *Inſtit.d.§.adeo autem. & l.1.C.de iure emphyteutico.*

III. AN VTILIS SIT CONTRACTUS emphyteuticarius?

Regulariter iuſtus validuſque eſt contractus. *d. l.1.M.I.R.d.c.7.reg.8.* Huius regulæ eædem ſunt exceptiones, quæ locationis: de quibus vide *ſupra, cap.1.q.5.*

IV. EVENTVS EMPHYTEUSEOS.

I. Regula: Inuito emphyteuta fundus el eiuſve hæredibus à domino non poteſt auferri, *l.1.C. de adminiſtr.rerum publicarum. Concordat l.1.in princ. ff.ſi ager vectigalis.M.I.R.d.cap.7.reg.19.* Plane habet propoſita regula ſuas etiam exceptiones, de quibus vide *inf.q.6.*

II. Regula, Emphyteuta, quamuis directum dominium non habeat, in rem tamen actionem habet, *d.l.1.§.ſi.cum duabus ll.ſequentib. ff. ſi ager vectigalis.M.I.R.d.c.7.reg.47.*

III. Regula, De pactis inter dominum & emphyteutam initis cuſtodiendis, proponitur *Inſtit. de locat. ff.adeo.verſ.& ſi quidem aliquid pactum.l.1. ibi, in quo cuncta, cum l.ſeq.in pr.C.de iure emphyteutico.*

IV. Regula, Emphyteuta inſcio vel inuito domino ius ſuum alienare non poteſt, approbatur ſimul & diſtinguitur *inf.q.6.cauſa 3.*

V. Regula, Dominus, emphyteuſi alienata, nouum emphyteutam ſuſcipere cogitur *l.cum dubitabatur.3.§.neceſſitatem.C.de iure emphyteutico.*

VI. Regula, Emphyteuſi alienata, quinquagesima pars precii vel æſtimationis domino debetur, *d.l.3.§.penult.M.I.R.d.cap.7.reg.10.* Sed & plures huiuſmodi regulas licet colligere ex iis quæ proponuntur *inf. q. 6.*

V. QVIBVS COMPETIT IVS emphyteuticum?

I. Regula, De hæredibus emphyteutæ, proponitur *ſup.quæſt.prox.reg.1.*

II. Regula, De legatariis, habetur *l. in conuentionibus.219.ff.de verb.ſignif.M.I.R.d.reg.19.exc.4.*

VI. DE ACTIONE DOMINI AD reuocandam emphyteuſin: ex quibus cauſis ea competat?

I. Cauſa, Si emphyteuta per triennium penſionem non ſoluit, *l.2.C.de iure emphyteutico, M.I.R. lib.5.cap.7.reg.21.M.I.R.d.cap.7.reg.27.* Propoſitæ cauſæ exceptio prima eſt: Niſi dominus oblatam penſionem accipere nolit, approbatur certo modo *d.l.2.M.I.R.d reg.27.exc.2.* Secunda: Niſi vnius tantum vel alterius anni, non triennii penſionem non ſoluerit, tunc enim emphyteuſi non cadit. *d. l. 2.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi ab Eccleſia quis emphyteuſin habeat, tunc enim ſufficit biennio non ſolutum canonem. *Nouell. c. 7.§.ſcire autem omnes. M.I.R.d.excep. 2. repl. 1.* Secunda: Niſi de minore tempore inter dominum & emphyteutam conuenit, *d.l.2.in prin.* Hæc de ſecunda exceptione. Tertia propoſitæ cauſæ exceptio eſt, Niſi inter dominum & emphyteutam aliter conuenit. *d.l.2.* Quarta, Niſi dominus non ſoluat meliorationes, reprobatur *d. l. 2. Concordat Nouell.c.7.d.§.ſcire autem omnes.M.I.P.d.reg.21. exc.1. M.I.R.d.reg.27.except.25.& d.cap.7.reg.34.except.gener. 6.* Quinta; Niſi emphyteuta non ſit interpellatus vt ſolueret, reprobatur *d.l.2.M.I.P.d.reg. 21. except.2.M.I.R.d.reg.27.except.6.* Sexta, Niſi emphyteuta propter caſum fortuitum fructus non perceperit, reprobatur *l.1.§.fin.C.de iure emphyteutico. Concordat Inſtit.de locatione. §. adeo autem. ibi, ſin autem particularis.M.I.R.d.reg.27.except.7.* Plane admittitur, ſi aliter inter dominum & emphyteutam conuenit, *quæ diſtinctio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſup.quæſt.4. reg.3.* Septima exceptio eſt: Niſi prædium emphyteuticum in totum perierit, vel amiſſum ſit, *d.l.1.ibi, ſi quidem tanta emerſerit clades, item Inſtit.d.§.adeo autem ibi, ſin autem nihil de periculo.M.I.R.d.reg.27.except.8.* Hæc de prima cauſa.

II. Cauſa, Si emphyteuta publicarum functionum apochas domino non præſtiterit, *l.2.C. de iure emphyteutico.* Huius exceptio eſt: Niſi aliud conuenit, *d.l.2.in pr.*

III. Cauſa, Si emphyteuta non requiſito vel nolente domino ius ſuum alii alienauerit, approbatur ſimul & diſtinguitur *l.cum dubitabatur.3.C.de iure emphyteutico. M.I.P.d.cap.7.reg.22.M.I.R.d.cap.7. reg.28.*

reg.28. Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi aliter inter dominum & emphyteutam conuenerit. *d. l.3.verſ.ſancimus ſiquidem. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſupra, quæſt.4.reg.3.M.I.R.d.reg.28.exc.1.* Altera exceptio eſt: Niſi dominus re[illegible] mere noluit, nec alienationi con[illegible] *d. ſed ne hac occaſione. M.I.P.d reg.22.exc.1. M.I.R.[illegible] except.2.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi non attreſtatione præmiſſa emphyteuta domino indicauerit, quantum reuera precium ab alio accipi poſſit, *d.§.ſed ne hac occaſione. & §. fin. M. I.P.d. except.1.replic.1.* Secunda: Niſi ab atteſtatione interpoſita nondum duobus menſibus elapſis, emphyteuta melioraciones alii vendiderit. *d.l.3.M.I.P.d.exc.1.repl.2.* Tertia: Niſi perſonis vetitis emphyteuta alienauerit, *d.l.3.§.ſin autem duorum.M.I.P.d.except.1.repl.3.& M.I.R.d. except.2.repl. 1.* Perſonas autem vetitas intellige primum eas, de quibus ſpecialiter in emphyteuſi conſtituenda conuenit, ne illis melioratio vendatur, deinde eas, quæ ipſo iure ad huiuſmodi contractus accedere prohibentur, vt ſunt, milites, curiales, &c. de quibus vide *ſup.cap.1.quæſt.5.exce.7. cum duabus except.ſequentibus.* Intellige denique eas perſonas, quæ non idoneæ ſunt ad ſoluendum canonem, quod declarat etiam *d.l.3.§.neceſſitatem. M. I. R.d.replic.1.* Quarta replicatio eſt: Niſi particulatim emphyteuta prædium vendere velit, vel inter plures diuidere, approbatur *argumento l. communi. 7.in prin.ff. communi diuidundo.* Hæc de ſecunda exceptione. Tertia exceptio eſt: Niſi emphyteuta ius ſuum non vendiderit, ſed alio modo alienauerit, nam hoc caſu domini conſenſus non requiritur, reprobatur *l. ſancimus.7.C. de rebus alienis non alien. Concordat Nouell.c.7.§.nos igitur. ibi, alienatio nis autem.* Contradicit in caſu *l. 1. C. de fundis patrimonialibus.item l.tutor.16.§.fin.ff. de pignor. actione.* Diſtinguitur *M.I.R.d.reg. 28.except.3.* Plane huius exceptionis eædem ſunt replicationes, quæ ſuperioris proximæ. Hæc de emphyteuſi reuocanda.

VII. DE PROBATIONE ET PRÆSUMPTIONE emphyteuſeos.

Si quis per quadraginta annos prædium poſſederit, & certum canonem annuũ domino prædii dederit, præſumitur in perpetuum locatio facta ſeu emphyteuſis, non locatio ad tempus, *l.vltim.C. de fundis patrimonialibus. Leges concordantes vide ſup lib.15.cap 13.replic.general. vnica, dupl. 5. tripl. 1. Sed & concordat gloſſa in l.2 in verbo Repellere.in fi. C. de iure emphyteutico.M.I.R.lib. 2.cap. 11.in verbo Emphyteuſis.* Hactenus de locatione & conductione, altera ſc licet ſpecie contractus, qui ſolo initur cõſenſu. Cui ob adfinitatem acceſſit ius emphyteuticum. Sequitur tertia ſpecies, ſocietas nimirum cum ſua actione.

DE SOCIETATE.

CAP. X.

I. SIMILE SOCIETATIS.

SOcietas ius quodammodo fraternitatis in ſeſe habet, *l.verum eſt.63 in pr.ff.pro ſocio.*

II. Diuiſio ſocietatis proponitur *Inſtit. de ſocietate, in prin.* Aut enim vniuerſorum bonorum ſocietas contrahitur, aut vnius alicuius negociationis. *l.ſocietates.5.in pr.ff.pro ſocio.*

III. CAVSÆ, SEV MODI, QVIBVS ſocietas contrahitur.

I. Cauſa: Conſenſu ſocietas contrahitur, *l.qui admittitur.19.ibi, cum enim.ff.pro ſocio.*

II. Cauſa; Re, verbis & per nuncium contrahi poteſt, *quæ triplex cauſa approbatur l.ſocietatem. 4. ff.eodem tt.*

III. Cauſa: Si res aliqua duobus vel pluribus communiter adquiratur. Hoc modo ſocietas nõ contrahitur, ideoque cauſa propoſita reprobatur *l.vt ſit.31.cum tribus ll. ſequentibus. ff. pro ſocio. M. I. R. lib.5.cap.6.reg.87.*

IV. Cauſa, Si res æſtimata vendenda data ſit, vt ſi pluris venderetur quã eſt æſtimata, id quod excederet, is qui operam locauit, haberet, ſocietas contracta videtur, approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſi margaritam. 44.ff.d.tt. Vide etiam inf. cauſa 6.M.I.R.lib.5.c.8. reg. 6.*

V. Cauſa: Si ab vno data pecunia conuenit, vt ea locus emeretur, & in eo monumentum alterius opera atque peritia extrueretur, poſteaque rurſus diſtraheretur, & precium inter eum cuius pecunia locus emptus eſſet, & eum cuius opera monumentum extructum, pro parte communicaretur, ſocietas contracta videtur, *l. cum duobus. 52.§.item ex facto.ff.d.tt.*

VI. Cauſa, Si re aliqua extruenda, vel puero aut pecore alendo dato, ita vt poſt certum tempus vendatur, & precium communicetur, approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſi tibi. 13.§.Iulianus.ff. præſcriptis verbis.* Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi in accipientem dominium in totum ſit translatum *d.§.Iulianus.* Altera, Niſi re certo precio vendenda data conuenit, vt quo pluris venderet, ſibi haberet, *d.l.13.in pr. Concordat l.ſi margaritam.44.ff. pro ſocio.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM cauſarum generalibus.

I. Exceptio: Niſi pupillus ſine tutoris authoritate ſocietatem coierit, *l.vt in conductionib.33.ibi, & ideo ſocietate.ff.pro ſocio.M.I.R.d.c.6.reg.88.exc.1.*

II. Exceptio: Niſi inter eos qui non ſunt æquis facultatibus, ſocietas ineatur, reprobatur *l.ſocietates.5 §.1.ff.pro ſocio.*

III. Exceptio: Niſi donationis cauſa ſocietas inita ſit, *d.l.5.§.fi.l.cum hic ſtatus.32.§.ſi inter virum. ff. de donat. inter virum & vxor. item l.ſenatus.35.§.ſi quis ſocietatem.ff.de mortis cauſa donat.*

IV. Exceptio, Niſi dolo malo, vel fraudandi cauſa ſocietas inita ſit. *l.ea vero.3.§.fin.ff.pro ſocio.*

V. Exceptio: Niſi inhoneſtæ & flagitioſæ alicuius rei ſocietas inita ſit, *l. nec permittendum.57.ff. pro ſocio.l.quod ſæpe.35.§.veneni.ff. de contrah. empt. l.1. § plane ſi ex dolo, in fin.ff.de tutela & rationib. diſtrah. item l.ſi à reo.70.§.fi.in fi.ff. de fideiuſſoribus. M.I.R.d. reg.88 exc.3.*

VI. Exceptio, Niſi libertatis cauſa inter patronum & libertum ſocietas ſit inita, *l.Labeo.36.ff. de operis libertorum.* Sed & plura de hac exceptione vide *ſup.lib.6.cap.18.reg.16.*

VII. Exceptio: Niſi alter pecuniam conferat, alter nullam, ſed ſolam operam, reprobatur. *Inſtitut. de ſocietate. §. nam & ita. Concordat l. 1. C. pro ſocio.*

socio. Exemplum proponitur *l. si margaritam.* 44. *ff. d. tt.* Aliud *l. cum duobus* 52. *§. item ex facto. ff. eod. tt.*

VIII. Exceptio: Nisi in æternum societas inita sit, *l. nulla.* 70. *ff. pro socio.*

IX. Exceptio: Nisi in perpetuum vel ad tempus societas inita sit, reprobatur *l. 1. in pr. ff. d. tt. M. I. R. d. reg.* 18. *exc.* 4.

X. Exceptio: Nisi vltra mortem alterutrius societas sit inita, *l. cum duobus.* 52. *§. idem respondit, societatem. ff. pro socio. De quo vide infra quæst. prox. causa* 1. *exc.* 1.

XI. Exceptio: Nisi ex die vel sub conditione societas sit contracta, reprobatur *l.* 1. *in pr. ff. pro socio. Concordat l. de societate.* 6. *C. eod tt. M. I. R. d. exc.* 4.

XII. Exceptio: Nisi non contrahendæ societatis animo gestum sit vel dictum, approbatur exemplo *l. cum duobus.* 52. *in pr. ff. pro socio.* Aliud exemplum proponitur *l. si margaritam.* 44. *ff. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi conditio seu modus societatis contractæ deficiat, approbatur exemplo *l. si coita.* 75. *ff. pro socio.* Hactenus exceptiones aduersus causas supra propositas & societatis contractum expositæ sunt, desumptæ ex iis quæ ipsi contractui insunt. Alias autem quæ sumuntur ex iis quæ contractum societatis sequuntur, vide *infra, quæst. prox.* Nam ex quibus causis contracta societas dissoluitur, ex iisdem pro socio agenti exceptio obstabit.

IV. CAVSÆ EX QVIBVS SOCIETAS DISSOLVITVR.

Diuisio huiusmodi causarum proponitur *l. verum est.* 63. *§. societas, cum legibus sequentibus. ff. pro socio.* Soluitur enim societas ex personis, ex rebus, ex voluntate, ex actione, quorum generum species ordine sequuntur.

I. Causa, Si socius mortuus sit, societas soluitur, *d. §. societas. Instit. de societate. §. soluitur. l. societatem.* 4. *in fin. l. socium.* 60. *in prin. ibi, quia morte. item l. actione.* 65. *§. morte. ff. pro socio. M. I. R. d. cap.* 6. *reg.* 99. Huius causæ exceptio prima est, Nisi conuenerit vt etiam mortuo altero ex sociis, societas duret, reprobatur *l. adeo* 59. *in prin. & l. nemo.* 35. *in pr. item l. cum duob.* 52. *§. idem respondit. ff. eod. tt.* Plane admittitur primum, si pluribus sociis existentibus conuenerit, vt nihilominus societas duret. *Instit. d. §. soluitur. item d. l.* 65. *§. morte.* Deinde admittitur in sociis vectigalium, *l. adeo.* 59. *in pr. ff. pro socio. Concordat l. verum est.* 63. *§. in hæredem, in fin. ff. d. tt.* Altera exceptio est: Nisi societas vectigalium sit inita, approbatur simul & distinguitur *d. l.* 59. *in princ.* Tertia, Nisi alter socius ignorans socium mortuũ esse, commune negocium administrauerit, hic enim eius quod gessit nomine nihilominus pro socio actionem aduersus hæredes defuncti habet *l. actione.* 65. *§. quod si integris. ff. pro socio.* Quarta: Nisi quid ex re communi postea sit adquisitum, vel dolus aut culpa commissa. Ex eo enim nihilominus tam hæredi quam in hæredem defuncti pro socio competit actio, *d. l.* 65. *§. morte.* Quinta, Nisi quoad lucrum & damnum quod viuo socio contigit, vel ex ante gesto pendet, *d. l.* 65. *§. si in rem. Concordant ea quæ habentur inf. cap. prox. quæst.* 3. *reg.* 1. *exc.* 3. *in pr.*

II. Causa: Si vnus ex sociis capite sit deminutus, *l. societatem.* 4. *in fi. ff. pro socio. Concordat l. verum est.* 63. *§. societas. ibi, intereunt. ff. d. tt.* Huius causæ exceptio est. Nisi per emunctionem socius capite sit deminutus, *l. si id.* 58 *§. si filius familias, & l. actione.* 65 *§. societas. ibi, nam et si. ff. d. tt.*

III. Causa, Si seruus socius si alienatus, approbatur certo modo *d. l.* 58. *§. fin.*

IV. Causa: Si socius ad egestatem sit redactus, *l. societatem.* 4. *in fi. ff. pro socio. Concordant huic causæ ea quæ in sequentibus causis proponuntur.*

V. Causa: Si bona socii sint publicata, *Instit. de societate. §. publicatione. Concordat l. actione.* 65. *§. publicatione. ff. pro socio.* Huius causæ exceptio est: Nisi non omnia socii bona sint publicata, *d. §. publicatione.*

VI. Causa, Si socius bonis cesserit, vel eius bona à creditoribus veneant, approbatur simul & distinguitur *Instit. de societate. §. item si quis ex. Concordat l. actione.* 65. *§.* 1. *ff. pro socio.*

VII. Causa, Si res, cuius societas inita est, interierit, *l. verum est.* 63. *§. societas. ff. pro socio. Concordat l. si id.* 58. *in pr. ff. d. tt.*

VIII. Causa: Si res, cuius societas contracta est, sacra sit facta, *d. §. societas.*

IX. Causa, Si conditio rei, cuius societas inita sit, est mutata, *d. §. societas.*

X. Causa, Si societati ab vno sit renunciatum. *d. §. societas. ibi, voluntate. l. societatem.* 4. *in fin. ff. eod. tt. Instit. de societate. §. manet autem. l. tandiu.* 5. *C. pro socio. M. I. R d. cap.* 6. *reg.* 98. Huius causæ exceptio prima est: Nisi dolo malo societati renunciauit, vt scilicet lucrum obueniens solus habeat, approbatur simul & distinguitur *Inst. de societate. §. si d. plane si. l. actione.* 65. *§. diximus. & §. item si societatem. ff. pro socio.* Altera: Nisi intempestiue societati renunciauerit, & cum societatis interest ei non renunciari, approbatur, declaratur simul & distinguitur *d. l.* 65. *§. Labeo. l. si conuenerit.* 14. *§.* 1. *ibi si tamen intempestiue. item l. sed & socius.* 17. *§. fin. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi socii tantum, non etiam societatis interest non renunciari. *d. §. Labeo.* Altera, Nisi ante conuenit, vt liceat etiam intempestiue renunciare. *d. §. Labeo.* Tertia, Nisi antea non conuenerit, ne liceret intempestiue renunciare, reprobatur *l. si conuenerit* 14. *§.* 1 *& §. fi. ff. pro socio.* Quarta, Nisi post tempus societatis finitum renunciauit, *l. actione.* 65. *§. item qui societatem. ff. pro socio.* Quinta: Nisi necessitate coactus renunciauit. De hac replicatione cum aliis quibusdam vide *inf. except. proxim.* Tertia exceptio est, Nisi cum ad certum tempus societas inita esset, ante tempus ei renuncietur, approbatur simul & distinguitur *d. §. item qui societatem.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi quoad lucrum perceptum, hoc enim soli alteri cui renunciatum est, cedet, *d. item qui societatem.* Altera, Nisi necessitate coactus renunciauit ante tempus, *d. §. item qui societatem.* Tertia, Nisi probabilis & iusta causa sit ante tempus renunciandi, approbatur, simul & exemplis declaratur *l. si conuenerit.* 14. *§. fin. cum duab. ll. sequentibus. ff. pro socio.* Quarta: Nisi conuenerit saltem, ne intra certum tempus communis res diuidatur, per hoc enim non videtur conuenisse, ne à societate abeatur, *d. l.* 14. *in prin.* Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio, Nisi re non integra societati renuncietur, reprobatur exemplo *l. actione.* 65. *§. item si societatem, in fin. ff. pro socio.*

Quinta:

Quinta: Nisi inulto socio renuncietur, approbatur certo modo *d. l.* 65. *§. diximus.* Sexta; Nisi alius, non socius renunciauit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi procurator socii renunciault. *d. l.* 65. *§. renunciare.* Altera: Nisi curator socii renunciet, *l. sancimus.* 7. *C. eod. tt.* Septima exceptio est: Nisi alii, non socio renuncietur. Cuius replicatio prima est: Nisi procuratori eius renuncietur. *d. l.* 65. *§. item scriptum.* Altera: Nisi curatori socii renuncietur. *d. l.* 7. *C. d. tt.* Octaua exceptio est: Nisi absenti & ignoranti renunciatum sit, approbatur simul & distinguitur *l. sed & socius.* 17. *§.* 1. *ff. pro socio.* Hæc de decima causa eiusque exceptionibus.

XI. Causa; Si socii separatim agere cœperint. *Hæc causa dissoluendæ societatis approbatur l. itaque cum separatim.* 64. *ff. pro socio.*

XII. Causa, Si pacisceatur socius, ne partem suam petat, *l. in hoc iudicium.* 14. *§. fi. ff. commun. diuidundo.*

XIII. Causa, Si seruus socius à domino iussus sit à societate discedere, reprobatur *l. si seruus.* 18. *ff. pro socio.*

XIV. Causa: Si actio pro socio instituta sit, *l. action.* 65. *in prin. ff. pro socio.* Huius causæ exceptio est: Nisi interfit societatis eam non dirimi, approbatur exemplo *d. l.* 65. *§. nonnunquam.*

XV. Causa, Si finis negocio, cuius gratia societas coita est, impositus sit, *d. l.* 65. *§. item si alicuius. Concordat iisdem verbis Instit. de societate. §. item si alicuius. M. I. R. d. cap.* 6. *reg.* 100. Hactenus causæ societatis tam efficientes quam corrumpentes sunt enumeratæ. Effectus societatis vide *inf. c. prox.*

DE ACTIONE PRO SOCIO.

CAP. XI.

I. GENVS.

BOnæ fidei est actio, *l. in propositæ.* 78. *in fin. ff. pro socio. Concordat Instit. de actionibus. §. actionum autem.*

II. CAVSÆ HVIVS actionis.

I. Causa: Si contra bonam fidem vel dolo malo socius egerit, *l. cum duob.* 52. *ff. pro socio. Concordat l. cum in* 3. *in pr. C. eod. tt. M. I. R. d. c.* 6. *reg.* 88.

II. Causa: Si lucrum obueniens socius non communicet, *d. l.* 52. *§. socium. l.* 1. *in fi. cum l. sequente. & l. si quis.* 74. *ff. eod. tt. item l. cum in* 3. *C. eod. tt.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi ex alia quam ex ea causa, cuius nomine societas coita est, sit adquisitum lucrum, approbatur exemplo *l. cum duobus.* 52. *§. duo. & §. Papinianus ff. pro socio.* Altera; Nisi non ex quæstu nec opera socii, sed ex causa lucratiua sit quæsitum, *l. coire.* 7. *cum sex legib. sequentibus. ff. pro socio.* Huius replicatio prima esse videtur: Nisi nõ quæstus solum, sed & lucri societas coita sit, sed reprobatur *l. sed & etsi.* 23. *& l. duo.* 71. *§. si ff. d. tt. item l. aditio.* 45. *§.* 1. *ff. de adq. hæred.* Altera replicatio est, Nisi vniuersorum bonorum societas coita sit, *l. ea vero.* 3. *§.* 1. *ff. pro socio. l. si societatem.* 73. *in princ. ff. d. tt.* Tertia; Nisi propter societatem socius hæres institutus sit, vel legatum aut donationem acceperit, reprobatur *l. socium.* 60. *§. fin. ff. pro socio.* Tertia exceptio: Nisi ex causa stipendii vel salarii adquisitum sit, reprobatur *l. cum duobus.* 52. *§. idem Papinianus. ff. pro socio.* Quarta: Nisi ob iniuriam sibi factam, vel ex lege Aquilia adquisierit, reprobatur 52. *§. socium.* Quinta; Nisi ex prohibitis causis sit adquisitum. *d. l.* 52. *§. idem ait, socium. Concordat l. quod autem.* 53 *cum l. sequente. ff. eod. tt.* Sexta; Nisi cum societas contracta esset iustæ hæreditatis, ex testamento hæreditas obuenerit, *l. ea vero.* 3. *§. de illo. ff. pro socio.* Septima: Nisi quid seruo communi vnus ex sociis legauerit, hoc enim non communicabitur hæredi eius socii qui legauit, *l. verum est.* 63. *§. si seruo, ff. d. tt.* Octauo: Nisi ex tribus sociis vnus suam partem tertiam sit consecutus actione pro socio, hic enim ad eam partem quam consecutus est, communicandam non tenetur. Cuius replicatio est: Nisi alter socius suam partem consequi non possit, *d. l.* 63. *§. si cum tres.* Nona exceptio est: Nisi ex causa vsurarum percepit, approbatur simul & distinguitur *l. si vnus.* 67. *§. si vnus. ff. pro socio.* Decima: Nisi non socius, sed alius adquisierit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio videtur esse: Nisi socii socius adquisierit. Sed reprobatur *l. & quicquid.* 21. *ff. pro socio.* Vndecima exceptio est: Nisi postquam societati renunciatum est, sit adquisitum, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. c. prox. q.* 4. *causa* 10. Duodecima, Nisi post mortem vnius ex sociis sit adquisitum, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. quæst.* 4. *causa* 1.

III. Causa: Si damnum quod vnus ex sociis passus est, alter pro sua parte non præstet, vel sumptus quos fecit vnus, alter pro parte non restituat, *l. cum duob.* 52. *§. quidam. §. item si in communem. & §. si quis ex sociis. ff. pro socio. l. si vnus.* 67. *in pr. & l. pro socio.* 38. *in fi. ff. d. tt. item l.* 2. *C. pro socio. M. I. R. d. cap.* 6. *reg.* 89. Huius causæ exceptio prima est, Nisi ex alia quam societatis vel rei communis causa impẽsum sit, vel damnum acceptum, approbatur exemplo *l. iure.* 82. *ff. pro socio.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi occasione societatis damnum passus sit, veluti, dum seruis communibus ad fugam erumpentibus restitit, vulneratus est, & in curam vulneris impendit, *l. socium.* 60. *§. socius, cum l. sequente ff. pro socio.* Altera; Nisi cum omnium bonorum societas coita esset, in honorem liberorum alterius socii sit erogatum, *l. si societatẽ.* 73. *§. item Maximino. ff. pro socio.* Tertia, Nisi aliter conuenit. *d. §. item Maximino. Concordat l. socius.* 81. *ff. eod. tt.* Altera exceptio est, Nisi ob societatẽ ab aliquo exhæredatus sit, vel quod illi ab alio relictum esset, sit reuocatum: aut patrimonium suum negligentius administrauit, *d. l.* 60. *§. socius. ff. eod. tt.* Tertia, Nisi culpa socii actoris damnum acciderit, *l. cum duobus.* 52. *§. quidam, in fi. ff. pro socio.* Huius exceptionis species & exempla sunt exceptiones aliquot proxime sequentes. Quarta exceptio est, Nisi in alea vel adulterio socius quid perdidit, *l. adeo.* 59. *§. penult. ff. d. tt.* Quinta: Nisi ob maleficium vel iniuriarum actionem quid impenderit socius. approbatur simul & distinguitur *d. l.* 52. *§. fin.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi Iniuria iudicis dãnatus præstiterit, *d. §. fi.* Altera, Nisi id quod ex maleficio socius adquisiuit, in commune contulit, *l. si igitur.* 55. *cum l. seq ff. d. tt.* Sexta exceptio est; Nisi ob id quod vocatus ad iudiciũ non venit, dãnum passus sit, *d. l.* 52. *§. fi.* Septima: Nisi pecunia admercem communem comparandam, antequã confer-

conferretur in commune, perierit, *l.si id,58.§.item Celsus.ff.pro socio.* Octaua: Nisi cum conuenisset, vt res duorum communiter venderentur, & preciũ communicaretur, ante venditionem alterius res perierit, *d.l.58.in pr.* Nona, Nisi post distractam societatem impensum sit, vel damnum datum, *l. actione.65.§.si post distract.ff.pro socio.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi res adhuc fuerit communis, hoc enim casu communi diuidundo iudicio id quod impensum est seruari potest, *d.§. si post.* De qua re vide plura *inf.lib.prox.c.10.in iudicio communi diuidundo.* Altera: Nisi in id quod constãte societate contractum est, societate distracta sit solutum. *l.omne.27.ff.pro socio.* Decima exceptio est: Nisi, postquam societati renunciatum est, impensum sit, vel damnum acceptum. Hæc exceptio species proxime præcedentis exceptionis, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.cap.prox.quæst.4.caus.10.* Vndecima: Nisi antea conuenit de non communicando damno, approbatur simul & distinguitur *Instit.de societate.§.nam & ita.ibi, & adeo contra.M.I.R.d.reg.89.except.1.Concordat l.si non fuerint.29.§.ita coiri.ff.pro socio.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi ita conuenerit, vt alter totum lucrum accipiat, alter totum sustineat damnum, *d.l.29.§.fin.* Duodecima exceptio: Nisi actor ob cessationem socii rem propriam habere possit ex constitutione Imper. Marci, reprobatur *l.cum duobus.52.§.idem respondit.ff.pro socio.* Hæc de tertia causa propositæ actionis.

IV. Causa: Si cum vnus ex sociis se obligasset, alter æs alienum pro sua parte non agnoscat, *l. omne.27.ff.pro socio.* Huius causæ exceptio prima: Nisi cum sub conditione æs alienum contractum esset, post distractam demum societatem conditio extiterit, reprobatur *d.l.27.in fi.* Altera: Nisi pecunia in rem communem non sit versa, *l. iure.82.ff.d.tt.* Tertia: Nisi æs alienum non ex quæstu pendeat, *l.sed nec.12.ff.d.tt.*

V. Causa: Si socio ab aliis de indemnitate non caueatur, *l.omne.27.in fin.l.si socii.28.l.pro socio.38. in pr.item l.si vnus.67.in pr.ff.d.tt.*

VI. Causa: Si id de quo conuenit, non præstetur, approbatur exemplo *l.cum societas.69.ff.pro socio.* Item alio *l.cum duobus.52.§.item Mela.ff.eod.tt.* Sed & approbatur simul & distinguitur exemplo dotis promissæ, *l.socius.81.ff.pro socio.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi dote ex re communi promissa, stipulator dotem mulieri accepto tulerit, nam & hoc casu socius liberatur, *d.l.81.in fi.* Altera; Nisi dote ex re communi promissa, alter ex sociis filiam habuerit, alter non, reprobatur *d.l.81. ibi, dixi, pactum non esse iniquum.* Tertia: Nisi semel dos promissa sit soluta. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio videtur esse talis: Nisi soluto matrimonio mulier alii nupserit, nec dotem datam à priore marito recuperare possit, sed reprobatur *d.l.81.ibi, nec si prior maritus.* Quarta exceptio est, Nisi conuenerit, vt vnus solus lucrum accipiat, alter solus damnũ sustineat, *l.si non fuerint.29.§.fi.ff.pro socio.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi partẽ lucri alter qui solus damnum sustinet, pactus sit, *d.l.29.§. ita coiri.*

VII. Causa: Si vnus ex sociis damnum in re cõmuni dederit, nec illud præster, *l.sed si.47.in fi.cum tribus ll.sequentibus.ff.pro socio.Concordat l. adeo.59.§. fi.ff.eod.tt.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi sine dolo malo socius damnum dedit, *l. cum duob. 52.§.damna, & §.quidam.ff.pro socio.* Cuius replicatio est, Nisi culpa socii damnum datum sit, vel culpa casum præcesserit, *d.§.damna.§. quidam.§. venit. & §.quod si rei. item Instit.de societate.§.socius.* Huius replicationis exemplum proponitur *d.l.52.§. quod si à furibus.* Aliud *d.l.52.§.si quis societatem.* Item aliud *l.de illo.23.in pr.ff.pro socio.* Propositæ replicationis duplicatio prima esse videtur, Nisi alter pecuniam solum vel rem, alter artem tantum aut operam conferat, reprobatur *d.l.52.§.si in coeunda.* Altera duplicatio est, Nisi leuissima socii culpa acciderit: seu, Nisi eam diligentiam adhibuerit, quam in suis etiam rebus adhibere solitus fuit, *l. socius.72.ff.pro socio.Concordat iisdem verbis Instit.de societate.§.fi.* Altera propositæ causæ exceptio est: Nisi non socius, sed alius damnum dederit, ipso quidem iure approbatur, verum eius replicatio prima est: Nisi dolo vel culpa socii alius in re communi damnum dederit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.exc.prox.replic.1.* Altera replicatio est: Nisi socii socius damnum dederit, *l.qui admittitur.19.cum quatuor legibus sequẽtibus.ff.pro socio.* Huius replicationis duplicatio hęc videbatur: Nisi opera socii, cuius culpa damnum societati datum est, commodum quoque accesserit. Sed reprobatur *l.de illo.23.§.1.* Tertia replicatio est, Nisi seruus socii damnum societati dedit. *d.§.1.* Huius duplicatio prima esse videtur: Nisi per seruum etiam commodum societati accesserit. Sed reprobatur *d.§.1.circa finem.* Altera, Nisi vterque socius seruum alterius socii societati proposuerit *l.plane.24.ff.pro socio.* vbi & huius duplicationis triplicatio notanda est. Quarta propositæ exceptionis replicatio est: Nisi dolo vel culpa hæredis socii damnum societati sit datum. *l.nemo. 35.in fin.cum l.sequente.l.hæres.40.item l.actione 65.§. morte.ibi, item vt dolus & culpa.ff.d.tt.* Hæc de secunda propositæ causæ exceptione. Plures huiusmodi exceptiones vide *inf.inter exc.generales.*

VIII. Causa, Si socius rem communem amouit, vel celandi animo suppressit, *l.rei communis.45. cum l.sequente.ff.pro socio.* Huius causæ exceptio est: Nisi sine dolo malo rem communem socius contrectauit. *d.l.45.Concordat l.merito.51.ff.eod.tt.*

IX. Causa: Si socius rem communem alienauit, approbatur simul & distinguitur *l.nemo.68.in princ.ff.pro socio.* Huius causæ exceptio est: Nisi suã tantum partem socius alienauerit, *d.l.68.* Cuius replicatio prima est; Nisi conuenerit inter socios, ne res communis diuidatur, tunc enim etiam suam partem alienando, pro socio tenetur: *l. idemque 16.§.fin.cum l.sequente.ff.eod.tt. Concordat l. in hoc.14.§.si inter.ff. communi diuidundo.* Altera replicatio est, Nisi post litem in communi diuidundo iudicio contestatam alienet, *l.1.in fin.C. communi diuidundo.*

X. Causa, Si socius in fundum communem mortuum intulerit, *l.si fundus.39.ff.pro socio.Concordat l.si quis.6.§.si quis in.ibi, Trebatius autem.ff.communi diuidundo.*

XI. Causa, Si socius de seruo communi quæstionem habuerit, *l.de communi.27.ff.d.tt.*

XII. Causa; Si cum societas ad emendum colta esset, per socium stetit, quo minus res sit empta, *l.cum duobus.52.§.si quis societatem.ff.pro socio.*

XIII. Causa: Si socius intempestiue, & dolo malo societati renunciauit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.cap.proxim. quæst.4.causa.10.except.1. cum duabus exceptionibus sequentibus.*

XIV. Causa, Si socius in communem parietem immitti non patiatur. *d.l.52.§.item Mela.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

Hactenus causæ actionis pro socio enumeratæ sunt, quarum aliquot exceptiones supersunt generales hic proponendæ.

I. Exceptio: Nisi stipulatio in contrahenda societate interuenit. tunc enim ex stipulatu actio, non pro socio datur. approbatur *per ea quæ proponuntur infr.quæst.7.reg.1.except.3.*

II. Exceptio: Nisi socii tantum, non societatis interfit. *l.act.65.§.Labeo.ibi: semper n.ff. pro socio.*

III. Exceptio, Nisi reus conuentus societati etiam multum profuit, vt compensatione facta nihil interfit socii. reprobatur *l.non ob eam.25.cum l.sequente.ff.pro socio.Concordat l.de illo.23.§.idem quærit.ff. eodem tt.*

IV. Exceptio, Nisi post distractam societatem acciderit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.c.prox.q.4.præsert.caus.10.*

V. Exceptio: Nisi semel actum sit. approbatur exemplo *l.pro socio.38.§.fin.ff.pro socio.l.si quis.41.itẽ l.sed actione.50.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi pluris actoris interfit, quam prima actione est consecutus. approbatur exemplo *l.sed si.47.in pr.ff.pro socio.Concordat l.si actum.43. ff.eod.tt.* Altera, Nisi pœnali actione (puta furti) antea sit actum. *l.rei communis.45.ibi: nec altera.ff. eod.tt.* Huius duplicatio est, Nisi ex stipulatu pœna petita sit. *l.si quis.41.ff.pro socio.* Cuius triplicatio est, Nisi plus sit in eo quod actoris interest, quã in pœna promissa. *elicitur ex d.l.41. Concordat l. quod si.41.ff.eod.tt.*

VI. Exceptio, Nisi societas inutilis sit. Hanc exceptionem cum suis speciebus vide *supr. cap. prox.3.& 4.*

III. QVIBVS ACTIO PROPOSITA, ITEM IVS SOCIETATIS COMPERAT?

Alii quam socio non competit actio proposita, quemadmodum nec societas. Quæ regula cum ipso iure subsistat, recipit suas exceptiones, quarum prima est, Nisi patri socii. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi ex eo quod post emancipationem filii gestum est, agatur. *l.si id.58.§.si filius familias, in fin.ff.pro socio.* Altera: Nisi quoad ius societatis, hoc enim patri non competit. *l. actione.65.§.societas.ff.eod.tt.* Altera exceptio est: Nisi domino serui socii. *d.l.58.§.fin.* Tertia, Nisi hæredi socii. *l. verum est.63.§.in hæredem.& l.actione.65.§.morte.ibi: sed quod ex re.ff.eod.tt. item l.cum in societatis.3. C.eod. tt.M.I.R.lib.5.cap.6. reg.94.* Huius exceptionis replicatio est; quod quamuis pro socio actio hæredi competat ad participandum lucrum, & alia, de quibus sup. dictũ est, præstanda; ius tamen societatis hæredi nõ competat. *d.l.65.§.societas. Concordant ea quæ proposita sunt sup.cap.prox.quæst.4.caus.1.* Cuius duplicatio prima: Nisi socius pactus sit, vt ius societatis, et ad hæredem suum transeat. reprobatur *l.nemo.35. in pr.& l.adeo.59.in pr.ff.eod.tt.* Altera duplicatio est: Nisi nouus consensus sociorum hæredẽ admittentium intercesserit. *l.plane.37.ff.pro socio.* Plura de proposita replicatione eiusq; duplicationibus vide *supr.cap.prox.q.4.caus.1.* Quarta exceptio est: Nisi socio socii. Hæc exceptio tam quoad ius societatis, quam quoad actionem pro socio, reprobatur *l.qui admittitur.19.cum l. sequente.ff.pro socio.Concordat l.consilii.47.§.fin. ff. de reg.iuris.M.I.R. d.cap.6.reg.97.*

IV. ADVERSVS QVOS DATUR ACTIO PROPOSITA?

I. Regula, De patre socii & ipso filio socio. Vterque hac actione tenetur. approbatur, simul & quoad patrem distinguitur *l.si id.58.§.si filius familias.ff.pro socio.*

II. Regula, De emptore & venditore serui socii, proponitur *d.l.58.§.fin.*

III. Regula, De hæredibus socii. Hi quoque pro socio actione tenentur. *l.verum est.63.§.in hæredem.l.hæres 40.l.actione.65.§.morte. item l.nemo.35. in fin.cũ l.sequent.ff.eod.tt. M.I.R.d.c.6.reg.94.* Huius regulæ exceptio est: Nisi quoad ius societatis. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.quæst.prox.except.3.replic.1.*

IV. Regula, De eo cuius iussu societas coita est, proponitur *l.vlt.ff.pro socio.*

V. Regula, De vno ex pluribus sociis. Vnus ex plurib. sociis non nisi pro ea parte qua socius est, tenetur. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, controuertitur tamen *M.I.R.d.c.6.reg.95.* verum eius exceptio prima est: Nisi vnus solus pecuniam communem habeat. *l.actione.65.§.si communis.ff.pro socio.* Altera: Nisi vnus ex sociis soluendo nõ sit. tunc enim contra alterũ datur actio. *l.si vnus.67.in pr.& l.verum est.63.§.si cum tres.ff.d.tt.*

V. QVID QVANTVMQVE VENIAT IN ACTIONEM PRO SOCIO?

I. Regula: Tam lucrum quam damnum regulariter quidem debet esse æquale omnibus. approbatur simul & distinguitur *Instit.de societate. §.& quidem si nihil. Concordat l.si non fuerint.29.in pr. ff.pro socio.M.I.R.d.cap.6.reg.90.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi aliter conuenerit. tunc n. quisq; pro ea parte tam lucri quam damni socius erit, de qua conuenit. *Instit.d.§.& quidem si nihil. Concordat d.l.29.in pr.M.I.R.d.reg.90.except.1.* Cuius replicatio prima est, Nisi conuenerit, vt vnus solus lucrum ferat, alter solus damnum sustineat. *d.l.29.§.fin.* Altera: Nisi conuenerit, vt vnus ex sociis aliam partem in lucro ferat, quam in damno. reprobatur *l.Mutius.30.§.pro socio. Concordat Instit. de societate.§.de illa.* Exemplum est *l.si non fuerint.29. §.ita coiri.ff.pro socio.* Tertia replicatio est, Nisi cum partes societatis in arbitrium alicuius essent collatæ, is aliter ac vir bonus fuerit arbitratus. *l.si societatem.6.ff.pro socio. Concordat l. societatem 76. cum quatuor legib.sequentib.ff.d.tt.* Altera exceptio est, Nisi in lucro inæqualis pars alteri sociorũ sit cõstituta: eadem enim pars in damno quoque constituta censetur. & contra. *Instit.de societate.§. illud expeditum est.* Hæc de prima regula.

II. Regula, Si omnium bonorũ societas in-

ita sit, quæ communicanda veniant, definitur *per ea quæ proposita sunt supr. quæst.2. caus.2.*

III. Regula, De eo quod actoris interest, proponitur *l.cum duobus.52.§.idem respondit, socius.ff.pro socio. Concordat l.actione.65.§.item si societatem.ff. eod. tt.*

IV. Regula, De vsuris. Hæ in actione proposita regulariter quidem non veniunt. *Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt supr.lib.15.c.7.q.1. in pr.* Verum eius exceptio prima est: Nisi pecuniam quam in rem communem impendit, repetat. *l.si vnus.67.§.penult.ff.pro socio. Concordat l.cum duob.52.§.idem respondit, socius.ff.eod.tt.* Altera: Nisi pecuniam communem socius fœnerauerit. approbatur simul & distinguitur *d.l.67.§.si vnus.* Tertia, Nisi socius reus communes pecunias inuaserit, vel in suos vsus conuerterit *l 1.§.1.ff. de vsuris.* Quarta, Nisi socius reus in eo quod debet, soluendo moram fecit. approbatur simul & distinguitur *l.socium.60.in prin.ff.pro socio.*

V. Regula, De fructibus communicandis, proponitur *l.videamus.38.§.ex causa.ff.de vsuris. Concordat l.pro socio.38.§.fin.ff. pro socio.*

VI. Regula, De cautionibus interponendis, proponitur *d. l.38.in prin. ff. eod. tt. Concordant ea quæ propositas sunt supr.quæst.2.caus.5.*

VII. Regula, De eo quod res facere potest. Socius in id quod facere potest, tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr lib.15 cap.10. causa 7.*

VIII. Regula: Si actor antea alia actione agens quid consecutus est, hac actione eo minus consequitur. *l.si quis.42.ff. pro socio. Concordat l.si actum.43. in fin.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi pœnali actione, puta furti, antea sit actum. *l. rei communis.45. ibi: nec altera.ff.eod.tt.*

IX. Regula: Si plures sint societates inter eosdem coitæ, ad omnes sufficit vnum iudicium. *l.cũ duob.52.§.si plures.ff.pro socio.*

VI. QVANDO COMPETIT actio pro socio?

I. Regula: Interdum etiam manente societate pro socio actio competit. *l.actione 65.§.nonnunquam.ff. pro socio.*

II. Regula, Si socius nomine socii sui sit obligatus, etiam antequam eo nomine secum agatur cum socio agere potest. *l. ex contrario.22. ibi: item certum.ff. pro socio.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Ex causis supra propositis non nisi pro socio actio competit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi res sine societate communis sit. tunc enim familiæ erciscundæ vel communi diuidundo actio est, non pro socio. *l.vt fit 31.cum tribus ll.sequentib.ff.pro socio.* Altera, Nisi ex eo quod post distractam societatem in re communi gestũ est, agatur. tunc enim non pro socio, sed cõmuni diuidundo actio est. *l. actione.65.§.si post distractam. ff.pro socio.* Tertia: Nisi stipulatio interuenit. hoc enim casu ex stipulatu, non pro socio actio est. approbatur simul & distinguitur *l. duo.71. in pr. ff. d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non nouandi animo stipulatio interuenerit. *d.l.71.* De qua re vide plura *supr.lib.16. c.8.reg.6.* Cuius duplicatio est: Nisi nihil amplius sit in eo quod actoris interest, quam in pœna promissa. *l.si quis, 41.ff.pro socio.* Quarta exceptio est: Nisi non contrahendæ societatis animo quid sit gestum. tunc enim non pro socio, sed præscriptis verbis actio competit, approbatur exemplo. *l.si margarita. 44. ff.pro socio.* Quinta: Nisi ex eo quod socius rem communem amouerit, vel celandi animo contrectauerit, agatur. hoc enim casu etiam furti actio est. *l.rei communis.45.ff.pro socio.* Sexta: Nisi ex eo quod socius damnum in re communi dederit, agatur. hoc enim casu etiam legis Aquiliæ actio est. *l.sed si.47.cum ll.seqq.ff. pro socio.* Septima: Nisi cũ societas ad emendum coita esset, ita vt vnus reliquis epulas nundinarias præstaret: hic non præstiterit. hoc enim casu etiam ex vendito actio est. *l.cum societas.69.ff.d.tt.* Octaua: Nisi cum res communis vel precium eius venditæ partim penes socium, partim penes extraneum esset, hæres alterius socii partem rei communis vel pretii petat. hoc enim casu aduersus extraneum petitio hæreditatis competit, non aduersus socium actio pro socio. *l.si Titius.62.ff.d.tt.*

II. Regula: Ex quibus causis pro socio actio est, ex iisdem etiam communi diuidundo agi potest. *l.pro socio 38. §.fin.ff.pro socio. Concordant ea quæ proposita sunt supr.reg. prox. except.1.*

III. Regula: Si intra quatuor menses socio non soluantur impensæ in rem communem factæ, dominium totius rei illi adquiritur. *l.si vt proponis.4.C.de ædificiis priuatis. Concordat l. cũ duobus.52. §.idem respondit, socius.ff.pro socio.*

DE MANDATO.

CAP. XII.

SVperest quarta & vltima species contractus, qui solo consensu fit, mandatum scilicet: de quo cum suis actionibus nunc agetur.

I. Mandatum originem ex officio atque amicitia trahit. *l.1.§.fin.ff. mandati.*

II. Diuisio mandati à fine sumpta, proponitur & declaratur *Instit. de mandato. in pr. vsque ad §. illud. Concordat l.2.ff.mandati.*

III. DE EXCEPTIONIBVS aduersus mandatum.

Regulariter quidem mandatum præsumitur esse obligatorium, & ex eo mandati actio nasci. *M.I.R. lib.5.cap.6.reg.101.* Verum eius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi mandatarii tantum gratia sit mandatum. *Instit. de mandato. § 1. & §. tua tantum gratia.l.2.in pr.ibi: quod si aut. & §.fin.ff.mandati. item l. consilii.47 in pr.ff. de reg.iuris. M.I.R. lib.5.cap.7.reg. 25.except.1. & cap.12.reg.30.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi consilium fuerit fraudulentum. *d.l.47.* Cuius duplicatio est: Nisi factũ non fuerit secutum. *l.sæpe.53. in fin.ff.de verb.signif.* Altera replicatio est: Nisi mandatarius non erat facturus, nisi ei fuisset mandatum. *l.si remunerandi 6 §.plane si tibi.ff.mandati. l.si hæreditatem. 32. ff. eod. tt. Instit.de mandato.§.tua tantum.in fin M.I.R.d.cap.6. reg.102.except.2.* Tertia: Nisi aliquid etiam intersit mandantis, vel alterius. *l. si mandauero.22.§.interdum. & l.si mandatu.45.§ fin.ff.eod.tt.* Quarta: Nisi mandans suo periculo fieri mandauerit. reprobatur. *l.Quintus.48.§.fin.ff.mandati.*

II. Ex-

II. Exceptio, Nisi mandantis nihil interfit. *l. si procuratorem.8.§.mandati.ff. mandati.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi mandatarius mandatum impleuit. *l.si remunerandi.6.§.si tibi mandauero.ff.d.tt.* Altera: Nisi mandatarii interfit. reprobatur *d.l.6.§.plane si tibi.* Tertia: Nisi quis alterius negocia mandauerit gerenda, cui mandans vel mandati, vel negociorum gestorum, vel alia simili actione, si negocium gestum non fuisset, obligatus erat futurus. *l.si quis.27.ff. de negociis gestis. Concordat l. si procuratorem.8.§.si quis mandauerit. & §.si tutores.ff. mandati.*

III. Exceptio, Nisi id quod mandatum est, in aliam contractus speciem cadat. approbatur exemplo *l.idemque.10.§.si quis Titio.ff. mandati.* Aliud exemplum proponitur *l. si remunerandi. 6. §. apud Iulianum.ff.eodem tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi generali procuratori quid sit mandatum, quod in aliam contractus speciem cadit. *d.§.apud Iulianum.vers.plane.*

IV. Exceptio: Nisi turpe sit mandatum, & contra bonos mores. *Instit. de mandato.§.illud quoque.d.l.6.§. rei turpis. ff. mandati. l. si mandauero.22. §.qui ædem.ff.d.tt. item l.quod sæpe.35. §.veneni.ff.de cõtrahen.empt.*

V. Exceptio: Nisi adolescens luxuriosus mandauerit, vt pro meretrice fideiubeat, vel meretrici credat. *l.si vero.12. §. si adolescens.ff.mandati.*

VI. Exceptio: Nisi quis rem suam emendam mandauerit. *l.vnic.in pr.ibi: quoniam qui mandat.C.si seruus extero.* Verum eius replicatio prima est: Nisi debitor res suas, quæ à creditore veneunt, emi mandauerit. *l.si mandauero.22.§.si hi quorum.ff.mandati.* Altera: Nisi is cuius bona publicata sunt, ea à fisco emi mandauerit. *d.l.22.§.is cuius bona.*

VII. Exceptio: Nisi seruus se emendum mandauerit. approbatur simul & distinguitur *l. cum seruus.54.ff.mandati.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi seruus se emendum mandauit vt manumittatur. *d.l.54. Concordat l.vnic.C.si seruus extero se emi.* Cuius duplicatio est: Nisi quoad mandatarium. Huic enim mandatum inutile est ad actionem mandati contrariam producendam. *d. l.54. Concordat l.seruus.19. ff.eod.tt.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi liber homo, qui ab alio bona fide possidetur, emendũ se mãdauerit. *d.l.54.§.fi.*

VIII. Exceptio, Nisi dominus seruo mandauerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.15. c.2.except.6.in pr.* Cuius replicatio est, Nisi reuera seruus non sit, sed pro seruo liber homo bona fide possessus. *l.si is qui.13.§.si libero.ff. commodati. l. & qui natura.18.§.si libero.ff. de negociis gestis. Concordant item ea quæ proposita sunt supr. d.except.6.repl.9.*

IX. Exceptio: Nisi seruus fugitiuus mandauerit, reprobatur *l.si mandauero.22.§.fugitiuus.ff. mandati.*

X. Exceptio: Nisi absens absenti mandauerit, vel solo consensu, reprobatur *l.1.in pr. & l.si hæreditatem.32.in fin.ff.d tt.*

XI. Exceptio, Nisi sub cõditione vel in diem sit mandatum. reprobatur *Instit.de mandato.§.mandatum. Concordat iisdem fere verbis l.1. §. item mandatum. ff. mandati.*

XII. Exceptio: Nisi post mortem suam aliquid fieri mandauerit. reprobatur *per ea quæ proponuntur infr.except.18.repl.3.*

XIII. Exceptio, sumpta ex verbis mandati, reprobatur *l.1.§.1.ff.mandati.*

XIV. Exceptio: Nisi commendandi magis, quam mandandi animo factum sit. *l.si vero.12. §. cum quidam.ff.d tt.*

XV. Exceptio: Nisi mandatum non sit gratuitum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr.cap.prox. q.vlt.exc.5.* Hactenus exceptiones desumptæ ex iis quæ mandato insunt: eæ quæ sumuntur ex consequentibus mandatum, sunt enumerandæ.

XVI. Exceptio, Nisi is cui mandatum est, mandatum non suscepit. approbatur simul & distinguitur *Instit. de mandato.§. mandatum. Concordat l.si mandauero.22 § sicut.ff.mandati.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi is cui mandatum est, non statim re integra renunciauit. *d.§.mandatum.* De qua replicatione cum aliis similibus vide *infr.cap. proxim.q. 1. caus.2. & 3.*

XVII. Exceptio, Nisi mandator voluntatem mutauit, & mandatum reuocauit. *Instit. de mandato.§.recte quoque.l.si vero.12.§.si mandauero.ff.mandati. item l.si quis.27.§.1.ff.eod.tt.* Huius replicatio prima est: Nisi non re integra mandator mandatum reuocauerit. *Instit.d.§.recte quoque.* Cuius exemplum proponitur *l.si mandassem.15.ff.mandati.* Altera replicatio est: Nisi cum quis mandatu alicuius stipulatus esset, mandator stipulatori postea solui prohibuerit. *l. vlt. ff.de solut.*

XVIII. Exceptio: Nisi mandator re integra mortuus sit. *Instit. de mandato.§. item si adhuc. l. inter causas.26.in prin. ff. mandati l.mandatum.15.C.eod.tt.* Exemplum proponitur *l.si quidem.8 C.de obligat. & actionibus.* Aliud *l. vltim. in fin. ff.de solution. M.I.R. lib.5.cap.6.reg.101 except.1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi post impletum mandatũ mandator decesserit. *Instit.d.§. item si adhuc. & d.l. 15.M.I.R.d.except.1.repl.1.* Altera: Nisi mandatarius ignorans mandatorem decessisse, mandatum impleuit. *Instit.d.§.item si adhuc.d.l.26.in pr.item l.si præcedente.58.in pr.ff.eod.tt.* Tertia, Nisi mandator post mortem suam dari vel fieri mandauerit. approbatur exemplis *l.si vero.12.§.fin. cum l.sequen.ff.mandati.* Aliud exemplum proponitur *l. si quis. 27.§.1. ff.eod.tt.* Contrarium exemplum habetur *l. vlt. in fin. ff.de solutionibus.*

XIX. Exceptio, Nisi mandatarius re integra mortuus sit. *d.l.27.§.morte l.mandatũ.57. in pr.ff.d. tt. item Instit. de mandato.§.item si adhuc.* Hæc de exceptionibus aduersus mandatum, tam iis quæ insunt, quam iis quæ sequuntur mandatum. Sed & plures vide *in duobus capitibus sequentibus.* Nunc de actionibus mandati agendum.

DE ACTIONE MANDATI DIRECTA, quæ datur mandatori aduersus mandatarium.

CAP. XIII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS DATUR hæc actio?

PRima causa: Si mandatarius non præstat bonam fidem, vel exactam diligentiam, approbatur *l. in re mandata.21. C. mandati. l. à procuratore. 13. item l.procuratorem.11.C.d.tt. l.idemque.10 in pr.ibi: nihil enim. & l.si mandatu.59.§. 1. ibi: cum in omni.*

ff.d.tt.Vide etiam infr.cauſa 17. *except*.1.*replic*.1.

II. Cauſa: Si mandatarius ſuſceptum mandatum non implet. approbatur ſimul & diſtinguitur *l.ſi mandauero*. 22. §.*fin.cum tribus legib.ſequentib.ff.mandati. Inſtit. de mandato*. §. *mandatum non l.ſi quis*.27. §.*qui ſuſcepit. ff. mandati. l. diligenter*. 5. *in pr. ibi:etſi ſuſceptum. l. ſi remunerandi*. 6.§.1. *in fin.item l.ſi procuratorem*.8.§.*ſi tutores. &* §. *dolo autem.ff.d.tt.l.in commodato*.17.§.*ſicut.ibi:voluntatem.ff. commodati.l.ſi maritus*.5.*C.mandati. item l.procuratorem*.11.*C.eod.tt.* Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi mandatarius mandatum non ſuſcepit vel recuſauit. *approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſupr.cap.prox.q*.3.*exc*.16. Cuius replicatio eſt: Niſi mandatarius non renunciauit, vel intempeſtiue renunciauit. approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ proponuntur infr.cauſ.proxim.* Altera exceptio eſt: Niſi mandatarius mandatum implere non potuit. approbatur quidem ipſo iure: verum eandē admittit replicationem, quam exceptio ſuperior prox. *l.ſi quis*.27.§ *qui ſuſcepit.ff.mandati.* Tertia: Niſi alius mandatum impleuit.*d.l*.8.§.*mandaui.* Quarta: Niſi nihil interſit mandatoris, mandatum impletū non eſſe.*d.l*.8.§ *mandati. & d.§.mandaui.*

III. Cauſa: Si mandatarius, cum aut nollet aut non poſſet implere mandatum, non renunciauit, vel intempeſtiue renunciauit.*l. ſi quis*.27.§.*qui ſuſcepit.ff.mandati. l. ſi mandauero*.22.§.*ſicut autem.ff. d.tt.item Inſtit.de mandato*.§.*mandatum non.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi aliqua iuſta cauſa fuerit non renunciandi, aut intempeſtiue renunciandi. *d.§.qui ſuſcepit. d.l*.22. §.*fin. cum tribus ll. ſequentibus. item Inſtit.d.§.mandatum non,in fin.*

IV. Cauſa, Si mandatarius, cum prohibitus eſſet implere mandatum, illud nihilominus impleuerit. approbatur ſimul & diſtinguatur *l. ſi hominem*.30.*ff.mandati.*

V. Cauſa, Si mandatarius fines mandati exceſſit, ſeu legem mandati non ſeruauit. *l.poteſt*.41.*& l.diligenter*.5.*ff.eod.tt.M.I.R.d.cap*.6.*reg*.102. Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi mandatarius fines mandati excedens, meliorem domini conditionem fecit.*d.l*.5.§.*fin.& l.præterea*.3.*ff.d.tt.* Plura de cauſa propoſita vide *infr.capit.proxim.quæſt*.1. *except.generali*.1.

VI. Cauſa: Si cauſam mandantis fecit deteriorem.*d.l*.3.*ff.mandati.*

VII. Cauſa, Si mandatarius non perſequatur, nec exegerit, quod poteſt.*l dolus*.44.*ff. d.tt. Concordat l.procuratorem*.11.*C.d.tt.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi mandatarius perſequi aut exigere non potuit.*d.l*.44.*Cui concordat l. ex mandato*.20.*in prin. ibi:ſicuti nec.ff.mandati.*

VIII. Cauſa, Si mandatarius mandatoris negocia gerens, non ſoluerit mandatori quod ei ex alia cauſa debet, & ob id actio mandatori per temporis præſcriptionem perierit. *d.l*.44. *l.ſi remunerandi*.6.§.*apud Iulianum, in fin. item l. ſi negocia*.31.*ff. eodem tt.*

IX. Cauſa, Si mandatarius caueri ſibi non curauerit.*l.idemq;* 10.*in pr.ibi: at ſi culpa.ff.mandati.*

X. Cauſa, Si per procuratorem cauſa læſa ſit.*l. cum per procuratorem*.9.*C.mandati.*

XI. Cauſa, Si per colluſionem procuratoris aduerſarius vicit.*l.ſi procuratorem*.8.§.*ſed etſi per.ff. mandati.*

XII. Cauſa, Si cum mandaſſem tibi vt excuteres vires hæreditatis mihi delatæ, tu quaſi minoris ea ſit, eam à me emeris.*l.ſi mandauero*.42.*ff. mandati.*

XIII. Cauſa, Si cum mandaſſem tibi, vt excuteres vires eius, cui eram crediturus, tu denunciaueris eum eſſe idoneum.*d.l*.44.

XIV. Cauſa, Si cum liber homo, qui bona fide ſeruiebat, redimendum ſe mandaſſet, redemptus poſtea liber ſit pronunciatus. *l. ſi procuratorē*.8.§.*ſi liber.ff.mandati.*

XV. Cauſa, Si fideiuſſor mandatarius rem pignori à mandatore creditori datam redimens, mandatori oblato debito eam non reſtituat. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. lib*.17. *cap*.12. *cauſa* 1.*except*.13. *replic*. 7.

XVI. Cauſa, Si fideiuſſor mandatarius ex pecunia mandatoris, qui liberatus erat, debitum ſoluit. Hæc cauſa ipſo quidē iure ſubſiſtit, verum eius exceptio eſt: Niſi fideiuſſor ignorans mandatorem liberatum eſſe. *d.l*. 8.§.*ſi ignorantes.*

XVII. Cauſa, Si mandatarius rem vel pecuniā, quam ex cauſa mandati nactus eſt, vel exegit, mandatori non reſtituat. reprobatur cum aliis quibuſdam *d.l*.8.§. *dolo, cum ſequentibus legibus.l.procurator*.55.*ff.eod.tt.item l ſi mandatu*.59.*in pr.ibi:idem eſt & ſi.ff.eod.tt.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi res accepta vel exacta perierit, vel ſeruus fugerit. approbatur ſimul & diſtinguitur *d.l*.8.§.*dolo verſ.ſed etſi ſeruus.Concordat l.à procuratore* 13.*C.mandati.* Cuius replicatio prima eſt, Niſi dolo vel culpa mandatarii res perierit.*d.verſ.ſed etſi ſeruus.& d.l*.13. *Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſupr.cauſ*. 1. Huius replicationis duplicatio prima eſt: Niſi mandatarius non cauerit, ſi res recepta fuerit, ſe reſtiturū.*d.verſ.ſed etſi ſeruus.* Altera duplicatio eſt: Niſi mandatarius actionem, quam rei nomine, quæ periit, habet, non cedat. *approbatur per ea quæ proponuntur infr. cauſa proxim.* Altera replicatio eſt: Niſi mandatarius periculum rei in ſe ſuſcepit. *l. & Ariſtoni*.38 *ff. mandati.*

XVIII. Cauſa, Si mandatarius actiones, quas ex cauſa mandati nactus eſt, mandatori non cedat.*l.qui mandatum*.43. *l. ſi mandatu*.45.*in pr. ibi:nam & ego.& §.quoties. l. ſi mandatu*.59. *in princip.l. ſi procuratorem*.8.§.*ſi liber homo ibi:ſed hoc tantum.& §.fin. ibi,etſi cautum eſt,cum legibus ſequentibus.item l.idemq;* 10.§.*ſi cui mandauero.ff.eod.tt.*

XIX. Cauſa, Si cum mandatarius actionem ex cauſa mandati nactus eſſet, debitori volente mādatore nō acceptū ferat.*d.§.ſi cui mandauero.*

XX. Cauſa, Si cum quis ſibi aut Titio dari ſtipulatus eſſet, Titio ſolutum ſit, isq; ſtipulatori quod accepit, non reſtituat.*Inſtit.de inutilibus ſtipul. §.plane ſolutio,in fin. Concordant ea quæ proponuntur infr.lib*.24.*cap*.5 *quæſt*. 2. *reg*. 6.

XXI. Cauſa, Si procurator inſtrumenta cauſę non reddat.*l.ſi procuratorem*.8.*in pr.ff.mandati.*

XXII. Cauſa, Si mandatarius in rei reſtitutione de dolo vel culpa ſua non caueat.*l. de tua* 9.*ff. mandati.*

XXIII. Cauſa, Si cum pater pro filia dotem daret, mandauit genero vt inde filiam aleret: gener mandatarius ſuperfluum ſocero mandatori non reſtituat.*l. creditor*. 60.§.*ſi inter. in fin. ff.mandati.*

EXCE-

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM cauſarum generales.

Hactenus cauſæ actionis propoſitæ tam generales quam ſpeciales enumeratæ ſunt: quarum exceptiones generales hæ ſunt.

I. Exceptio, Niſi quis rem ſuam ignorans mandatu alterius vendiderit. hic enim mandati actione non tenetur, quamuis mandatorem cōtraria mandati actione habeat obligatum. *l. ſi ſeruum*.46. *ff. mandati.*

II. Exceptio: Niſi is qui dotem mandatu mulieris ſtipulatus eſt, eam pro muliere dedit. reprobatur *l.idemque* 10. §. *ſi cum manda. in fin. ff.d.tt.*

III. Exceptio, Niſi mandator abſens reuerſus, non acceptis rationibus, rurſus profecturus mandatum denuo inſtaurauerit. reprobatur *l.qui mutuam*.56.§. *non ideo. ff.mandati.*

IV. Exceptio, Niſi cum Titius Seii negocia gerere deberet, ea alii gerenda mandauit, nec is quidquam Seio adhuc culpæ nomine præſtitit. reprobatur *l.ſi quis*. 27. *ff. de negotiis geſtis.*

V. Exceptio: Niſi mandatarius rem cuius nomine conuenitur, nondum acceperit vel exegerit.*l.ex mandato*.20.*in pr.ff.mandati.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi ante rem iudicatam perceperit.*l.ſi mandauero*.17.*ff.d.tt.* Altera, Niſi dolo vel culpa non exigat. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſuperius cauſa* 7. Tertia: Niſi mandatarius actionem non ceſſerit. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. cauſa* 18.

VI. Exceptio: Niſi res quæ petitur, perierit. approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr.cauſ*.17.*except*.1. Hæc de exceptionibus generalibus. Sed & plures huiuſmodi exceptiones vide *ſupr. cap. prox. quæſt*.3.

II. QVIBVS ACTIO PROPOſita competit?

Alii quam ei qui mandauit, actio propoſita nō datur. Cuius regulæ exceptio prima eſſe videtur: Niſi procurator domini negocium alii mandauerit. hoc enim caſu videtur non ei qui mandauit, ſed domino mandati actio competere. Sed reprobatur *l.ſi procuratorem*.8.§.*ſi quis mandauerit.ff. mandati. Concordat l.ſi quis*.27.*ff.de negociis geſtis.* Altera exceptio eſt, Niſi ſeruus mandauerit. hoc enim caſu domino mandati actio cōpetit.*l.ſi mandauero*.22.§.*fugitiuus.ff. mandati.* Tertia: Niſi mandator mortuus ſit. tunc enim huius hæredibus mandati actio competit.*l.ſi vero*.12.§.*ſi.ff.d.tt. Concordat l.ſi mandatu*.59.*in pr.ff.eod.tt.* Quarta, Niſi creditores quidam venditionem bonorum debitoris alicui mandauerint. hoc enim caſu videtur etiam abſentibus, & non mandantibus creditoribus mandati actio danda. Sed reprobatur *d.l*.22 §.*ſi curator.* Quinta, Niſi filiusfamilias mandauerit. hoc enim caſu patri, non filio competit actio. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr.lib*.15. *cap*.4.*reg*.1. Cuius replicatio eſt: Niſi cum quis filiumfamilias hæredem inſtituere vellet ita, ne hæreditas ad patrem perueniret, filius offenſam patris veritus alium rogauerit, vt ſe pateretur hęredem inſtitui, ſibique ſui iuris effecto hæreditatem reſtitueret,*l.quidam* 44.*ff.de hæred.inſtit.*

III. ADVERSVS QVOS ACTIO propoſita competit?

I. Regula, Aduerſus alium quam cui mandatum eſt, actio propoſita non competit. *l.mandati*. 14.*in pr.C.de fideiuſſoribus.* Huius regulæ exceptio prima eſt, Niſi filiofamilias mandatum ſit. hoc enim caſu etiam aduerſus patrem mandati actio eſt.*l.quod filiofamilias*.61.*ff.mandati.* Altera: Niſi ſeruo mandatum ſit. hoc enim caſu aduerſus dominum mandati de peculio actio eſt, non aduerſus ſeruum. ipſo quidem iure approbatur, verum eius replicatio eſt: Niſi ſeruus manumiſſus mandatum fuerit executus.*l.eum actum*.16.*ff. de negociis geſtis.* Tertia exceptio videtur: Niſi mandator geſtum non alias ratum haberi voluit, niſi interuentu Sempronii geſtum eſſet: aut alias Sempronius monendi mandatarii gratia interuenerit. hoc enim caſu etiam aduerſus Sempronium mandati actio videtur competere. Sed reprobatur *l.idemque*.10.§.*ſi quis ea.ff. mandati.*

II. Regula, De vno ex pluribus mandatariis. Vnuſquiſque in ſolidum tenetur. *l. creditor*. 60.§. *duobus.ff.mandati.*

IV. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. Regula, De omni emolumento quod percepit mandatarius mandatori reſtituendo, proponitur *l.ex mandato*.20.*in pr.ff. mandati. Concordat l.idemque*.10.§.*ſi procurator.ff.eod.tt.*

II. Regula: Nihil amplius quam conſecutus eſt mandatarius, reſtituere tenetur. approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ propoſita ſunt ſupra quæſt*.1.*except.gener*.5.

III. Regula, De fructibus rei reſtituendis, proponitur *d.l*.10.§.*ſi ex fundo. & §.idem Labeo. ibi: & ſicut.item l.ſi mandatu*.59.§.1.*ff.d.tt.*

IV. Regula, De vſuris præſtandis. Regulariter quidem ad vſuras præſtandas mandatarius non tenetur.*l.qui ſemiſſes*.13.§.*fin. ff.de vſuris. Concordat l. idemque*.10.§.*ſi quis Titio.ff.mandati.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi vſuræ in ſtipulationem ſint deductæ, vel alias de illis præſtandis conuenit.*d.§.ſi quis Titio.& l.qui negotia*.34.*in pr.ibi:in propoſito igitur.ff.d.tt.* Leges concordantes, ſimul & replicationes vide *ſup.lib*.15.*c*.7.*quæſt*.1.*cauſ*.1. Altera exceptio eſt: Niſi mora in ſoluendo debito facta ſit. Hæc cum aliis quibuſdam approbatur *d.l*.10.§ *ſi procurator.* Tertia, Niſi mandatarius pecuniam mandatoris fœnori dedit.*d.§.ſi procurator. & §.ſi mandauero.* Huius exceptionis replicatio eſt. Niſi ſuo periculo mandatarius pecuniam fœnori dedit mandatoris voluntate.*d.§.ſi mandauero.* Cuius duplicatio eſt: Niſi de vſuris mandatori præſtandis conuenit. *l. qui negotia*.34.*in pr.ibi: in propoſito.ff.d.tt.* Quarta exceptio eſt: Niſi mandatarius pecuniam mandatoris in ſuos vſus conuertit.*d.§.ſi procurator.* Huius exceptionis replicatio eſſe videtur: Niſi vſuras exactas in vſus ſuos conuertit. Sed reprobatur *ibid.* Quinta exceptio eſt: Niſi cum mandaſſet quis, vt pecunia creditori ſuo, cui ſub vſuris debebat, ſolueretur, mandatarius non ſoluit.*l.ſi vero*.12.§.*dedi tibi.ff.mandat.*

V. Regula, Si cum quis rem aliquā emendam mandaſſet, quam mandatarius cū aliis habet cōmunem, mandatarius ſociorum partes emerit: etiam

etiam ad ſuam partem vendendam mandatori tenetur. *l. ſi fundum. 35. ff. mandati. l. qui negotia. 34. §. cum hæres. item l. ſi mandauero. 22. §. Iulianus. ff. eod. tt.* Plura de hac re vide *infr. cap. proxim. q. 4. reg. 1. & regul. 2.*

VI. Regula, de actionibus quas mandatarius nactus eſt mãdatori præſtãdis, vide *ſup. q. 1. cauſ. 18.*

VII. Regula, De eo quod intereſt præſtando, ſi non id quod debet præſtiterit, propon tur *l. ad comparandas. 16. C. mandati. l. ſi quis. 27. §. qui ſuſcepit. l. ſi procuratorem. 8. §. mandati. & l. ſi mandauero. 22. §. Iulianus. in fin. ff. d. tt. item l. ſi quis. 27. ff. de negotiis geſtis. M. I. R. lib. 5. cap. 6. reg. 105.*

VIII. Regula: De reputatione & deductione ſumptuum vide *infr. cap. prox. q. 1. cauſa. 7.*

VI. QVANDO COMPETAT actio propoſita?

Procurator qui negotium alii mandauit, etiam antequam domino quidquam præſtiterit, mandati agere poteſt. *d. l. 27. in fin.*

VI. EVENTVS.

Actio hæc infamat. *quæ regula approbatur l. in re mandata. 21. C. mandati.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

Ex cauſis ſupra propoſitis regulariter quidem mandati, non alia domino rei geſtæ competit actio. *l. ſi remunerandi. 6. §. 1. ff. mandati.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi quis libero homini, quem bona fide poſſidet, mandauerit. hoc enim caſu negotiorum geſtorum, non mandati actio eſt *l. & qui natura. 18. §. ſi libero. ff. de negotiis geſtis.* Altera: Niſi rogatu ſerui, domini negotia geſta ſint. hoc enim caſu negotiorum geſtorum actio eſt, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi ſerui. 41. ff. d. tt.* Tertia: Niſi inter mandatoris negotium etiam alterius negotium geſtum ſit. hoc enim caſu alteri qui non mandauit, negotiorum geſtorum vel in factum actio eſt *l. ſi mandauero 22. §. ſi curator. ff. mandati. Concordant ea quæ proponuntur infr. lib. prox. cap. 4. quæſt. 4. cauſa. 9.* Quarta exceptio eſt: Niſi mandatum non ſit, vel inutiliter mandatũ. hoc n. caſu non mandati, ſed negotiorũ geſtorũ actio eſt *approbatur per ea quæ proponuntur infr. d quæſt. 4.* Quinta, Niſi merces mandato interuenerit. hoc enim caſu locati & conducti, non mandati actio eſt. *Inſtit. de mandato. §. in ſumma. Concordat l. 1. §. fin. ff. mandati.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi remunerandi gratia honor interuenit. *l. ſi remunerandi. 6. in pr. & §. fin ff. mandati. l 2. ibi: idem dico. ff. de proxenetis. item l. 1. in fin. C. mandati.* Sexta exceptio eſt, Niſi id quod mandatum eſt, in aliam contractus ſpeciem cadat. approbatur ſimul & declaratur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. cap. prox. q. 3. exc. 3.* Septima: Niſi ex eo quod mandatarius pecuniam acceptam conſumpſerit, agatur. hoc enim caſu etiam furti actio eſt. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi mandauero. 22. §. ſi tibi centum. ff. mandati.* Octaua, Niſi ex eo quod mandatarius acceptum non reſtituat, agatur. hoc enim caſu furti etiam actio videtur competere. Sed reprobatur *l. procurator. 55. ff. mandati.* Nona: Niſi mandatarius inſtrumenta apud ſe depoſita non reſtituat. hoc n. caſu videtur etiam depoſiti actio competere. Sed reprobatur. *l. ſi procuratorem. 8. in pr. ff. mandati.* Decima: Niſi tutor contutori ſuo negotium pupilli mandauerit. hoc enim caſu etiam tutelę actio eſt. approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 8. §. ſi tutores.* Vndecima: Niſi quis rem, quæ mandatario cõmunis eſt, emendam mandauerit, & mandatarius partem à ſocio redemerit. hoc enim caſu, quo ad ſuam partem, quam in re habet, mandatori etiam ex empto tenetur. *l. qui negotia. 34. §. cum hæres. ff. mandati.* Duodecima, Niſi quis mandatu alterius rem ſuam tanquam mandatoris ignorans vendiderit. hoc enim caſu mandatori mandati actio non competit, ſed empti actio aduerſus ſui autorem. *l. ſeruum. 49. ff. mandati.* Decima tertia: Niſi cum quis cum mandatario in fraudem mandatoris colluſiſſet, mandatarius nõ ſit ſoluendo. hoc n. caſu aduerſus eum qui cum mandatario colluſit, de dolo actio eſt. *l. ſi procuratorem. 8. §. ſed et ſi per. ff. mandati. l. & eleganter. 7. §. ſi dolo. ff. de dolo malo. itẽ l. idemque 10. §. ſi quis ea quæ. in fin. ff. mandati.* Decimaquarta: Niſi inter aliquos conuenerit de mutuo officio præſtando: puta vt tu à meo debitore Carthagine exigas, ego à tuo Romæ. hoc n. caſu non mandati, ſed præſcriptis verbis actio eſt. *l. naturalis. 5. §. ſed ſi facio. ff. præſcr. verb.* Decimaquinta exceptio eſt: Niſi proxeneta mandatorem circumueneri. hoc enim caſu non mandati, ſed de dolo actio eſt. *l. 2. in fine. ff. de proxenetis.*

DE CONTRARIA MANDATI ACTIONE, quæ datur mandatario aduerſus mandatorem.

CAP. XIV.

I. CAVSA HVIVS ACTIONIS.

M. I. R. d. c. 6. reg. 107.

PRima cauſa, Si cum quis mandatum aliquid faciendi ſuſcepiſſet, vt mandator pecuniam ad faciendum præſtet, agi poteſt. *l. ſi vero. 12. §. fin. cum lege ſequente ff. mandati.*

II. Cauſa, Si ſeruus emptus mandatario furtum fecit. *l. inter. 26 §. ſi cum ſeruus. ff. mandati. Concordat l. ſi ſeruus. 63. §. quod vero ad ff. de furtis.* Huius cauſæ exceptio prima videtur eſſe, Niſi mandator ignorauerit furem eſſe. Sed reprobatur *d. §. quod vero.* Altera exceptio eſt: Niſi culpa mandatarii furtum e à ſeruo ſit factum. *d. §. quod vero ad. in fine. Concordat l. inter. 27. §. ſi cum ſeruus. ff. mandati.* Tertia, Niſi mandator mandatario ſeruum noxæ dederit. approbatur ſimul & diſtinguitur *d. §. ſi cũ ſeruus.* Cuius replicatio prima eſt: Niſi mandator ſciens ſeruum furem eſſe, mandatario id non indicauit. *d. §. ſi cum ſeruus. ibi: quod ſi ego ſciſſem.* Altera: Niſi non generaliter ſeruum, ſed certum ſeruum emi mandatum ſit. *d. §. quod vero ad.*

III. Cauſa, Si quis rem ſuam mandatu alterius ignorans vendidit. *l. ſeruum. 49. ibi: ſed contra. ff. mandati.*

IV. Cauſa, Si cum quis mandatum ſuſcepiſſet emendi rem, quæ ſibi cum alio communis eſt: parte à ſocio empta, mandator mandatarii partem emere nolit. *l. ſi mandauero. 22. §. Iulianus. & l. qui negotia. 34. §. cum hæres. ff. mandati.*

V. Cauſa: Si non ſoluatur honorarium ſiue ſalarium. *l. 1. in fin. C. mandati. l. ſalarium. 7. ff. eod. tt. l. 1. item l. 3. ff. de proxenetis. Vide etiam ſupr. lib. 2. cap. 37. quæſt. 1. regul. 1.* Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi

Niſi de quota litis ſalarium ſit conſtitutum. *Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſup. lib. 15. cap. 15. exc. 9.* Altera exceptio eſt: Niſi certa quantitas in honorario conſtituendo non ſit expreſſa. *l. ſalarium. 17. C. mandati. Concordat l. qui mutuam. 56. §. ſalarium. ff. d. tt.* Sed & plura de cauſa propoſita eiuſque exceptionibus vide *ſup. lib. 2. cap. 4. de aduocatis, memb. 6.*

VI. Cauſa: Si cum ſe mandatarius mandatoris nomine obligaſſet, mandator eum liberare, & obligationem in ſe recipere nolit, approbatur *per ea quæ proponuntur ſup. q. 5.*

VII. Cauſa: Si mandatarius ex cauſa mandati ſumptus fecit, vel quid ei abeſt: vt hoc ei reſtituatur, actione propoſita petere poteſt: vel ſi conueniatur, per exceptionem reputare poteſt, atque deducere. *l. idemque. 10. §. idem Labeo. ff. mandati. l. ſi vero. 12. §. ſi mihi. & l. ſi quis. 27. §. impendia. ff. d. tt. l. procuratorem. 11. in fine. l. ſi ſecundum. 14. item l. ſi contra 20. in fine. C. d. tt. M. I. R. d. reg. 107.* Exceptiones huius cauſæ vide *inter exceptiones ſequentes generales.*

VIII. Cauſa: Si caſu damnum paſſus ſit mandatarius ob mandatum, reprobatur *l. inter 26. §. non omnia. ff mandati.*

IX. Cauſa: Si mandatarius ſeruum ex mandato emptum, artem aliquam docuit, & mandator mercedem & cibaria non reddat, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 26. § fi.*

DE EXCEPTIONIBVS IAM PROPOſitarum cauſarum generalibus, præſertim iam dictæ ſeptimæ.

I. Exceptio: Niſi exceſſit fines mandati mandatarius. *Inſt. de mandato. §. is qui. l. præterea. 3. cum lege ſequente. ff. mandati. item l. poteſt. 41. ff. d. tt.* Exemplum proponitur *l. ſi creditor. 7. C. de fideiuſſoribus.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi ad eam ſummam quæ mandato continetur. *Inſt. d. §. is qui. Concordat l. ſed Proculus. 4. ff. mandati.* Altera: Niſi melior domini conditio ſit effecta, hoc enim caſu, quamuis mandatarius fines mandati exceſſerit, tamen nihilominus actio illi non eſt deneganda. *Inſt. d. §. is, qui. l. præterea. 3. ff. mandati. & l. diligenter. 5. §. ſi ff. d. tt.* Exemplum proponitur *l. ſi quis. 46. ff mandati.* Tertia replicatio eſt: Niſi mandator poſtea id quod factum eſt, ratum habuerit. *l. idemque. 10. §. idem ait. ff. mandati.* Quarta; Niſi mãdator non permittat mandatario auferre id quod præter mandatum eſt factum. *d. §. idem ait.*

II. Exceptio: Niſi maiores ſumptus impenderit, quam mandator, ſi ipſe geſſiſſet, impendiſſet, reprobatur *l. ſi quis. 27. §. & impendia. ff. mandati.*

III. Exceptio: Niſi cum fundum emendum quis ſuſcepiſſet, partem tantum eius emiſſet, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ita vt. 36. §. quod ſi fundum. ff. mandati.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi in mandato ſpecialiter non ſit additum, quod mandator niſi toto empto obligari nolit, *approbatur ibid. Concordat l. qui mutuam. 56. §. fi. ff. man.*

IV. Exceptio: Niſi mandatarius negotio finem non impoſuit, reprobatur *d. l. 56. §. fi. Concordat l. ex mandato. 20. in pr. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Niſi non bona fide impenderit, *d. § fi. Concordat l. ſi quis. 27. §. impendia. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Niſi cauſa mandantis per ſumptus erogatos non ſit facta melior, reprobatur *l. præterea. 3. in prin. ff. mandati. M. I. R. d. reg. 107. excep. 5.*

VII. Exceptio: Niſi caſu damnum paſſus ſit mandatarius, hoc enim non præſtat mandator. *l. inter. 26. §. non omnia. ff. mandati.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi pecuniam, quam in cauſam mandati impenſurus erat, caſu perdiderit, *l. ſeruus. 17. in prin. ibi, nam etſi. ff. de in rem verſo.*

VIII. Exceptio: Niſi ob vitium ſerui ex mandatu empti & rurſus venditi mandatarius damnũ ſit paſſus: puta emptori eo nomine damnatus, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 26. §. fi.*

IX. Exceptio: Niſi ſalario dato conuenit, vt de ſuo ſumptus in itinere mandatarius faceret, hoc enim caſu ſumptus itineris & vecturæ repetere non poteſt. *l. idemque. 10. §. idem Labeo, in fi. ff. mand.*

X. Exceptio: Niſi in ſuo quid fecit & impendit alterius mandatu, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi quis. 16. ff. d. tt.*

XI. Exceptio, Niſi mandatarius in rem ſuam procurator datus, litis eſtimationem ſoluit, *l. ſi ſeruus. 21. § 1. ibi. quia nec mandati. ff. de euictione. Concordat l. ſi cum venditor. 66. § ſi ſecundus. ff. d. tt.*

XII. Exceptio: Niſi de quota litis ſeu mercedem pactus ſit mandatarius, *l. ſi remunerandi. 6. §. fi. ff. mandati.*

XIII. Exceptio, Niſi non ſit mandatum, hoc enim caſu contraria mandati actio ex cauſis ſupra propoſitis non competit, *l. ex mandato. 20. in fine. ff. mandati. M. I. R. d. reg. 107. except. 3.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi reus præſens paſſus ſit negocium geri. *d. l. 6. §. ſi paſſus. l. qui patitur. 18. item l. qui fide. 53. ff. d. tt. l. ſi fideiuſſor. 6. C. d. tt. l. ſemper. 60. ff. de reg. iuris. M. I. R. d. except. 3. repl. 1.* Altera replicatio eſt: Niſi reus geſtum ratum habuit, *d. l. 60. Concordat l. hoc iure. 194. §. ratihabitio. ff. d. tt.* Tertia; Niſi poſtquam geſtum eſt, mandauit gerendum, reprobatur exemplo *l. ſi vero. 12. §. ſi poſt creditum. ff. mandati.* Quarta; Niſi poſtquam creditum eſſet, reus periculum in ſe receperit, mandaueritque vt debitori dilatio detur, approbatur *ibidem.* Quinta: Niſi poſt creditam pecuniam quis creditori ſcripſerit, vt debitorem liberet, ſeq; pecuniam ſoluturum. *l. ſi quis. 27. in princ. ff. mandati.* Sexta: Niſi poſt creditam pecuniam creditor mãdet ſuſcipi probarique nomen quod fecit, *d. l. 12. §. idem ait. ff. mandati.*

XIV. Exceptio, Niſi poſt creditam pecuniam mandatum ſit, vt credatur. *d. l. 12. §. ſi poſt.*

XV. Exceptio; Niſi reus prohibuerit, ne fieret, *l. ſi pro te. 40. l. ſi remunerandi. 6. §. ſi paſſus item l. qui fide. 53. ff. eod. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 9. regul. 8. except. 4.* Huius exceptionis replicatio eſt; Niſi reus re non integra fieri prohibuit, puta rem tradi quæ ipſius voluntate erat vendita, *l. Papinianus. 14. ff. de Publiciana in rem actione.* Plura de exceptione propoſita eiuſque replicationibus vide *ſup. c. 12. q. 3. exc. 17. item inf. lib. prox. c. 6. q. 1. exc. 14.*

XVI. Exceptio; Niſi cum mandator ſua pecunia fieri mãdaſſet, pecuniam nullam dederit, hoc enim caſu videtur mandatum reuocaſſe, *elicitur ex l. ſi vero. 12. §. ſi. ibi, ſi non ita. ff. mandati.*

XVII. Exceptio; Niſi mandator mandatario rẽ, in quam ſumptus fecit, donauerit, ipſo quidem iure ſubſiſtit, verum eius replicatio eſt, Niſi mandator rem poſtea alii vendiderit, quæ etiam ipſo iure ſubſiſtit, eiuſq; duplicatio eſt, Niſi conſenſu man-

mandatarii mandator postea rem vendidit. *d.l.* 12. *§.inde Papinianus.*

XVIII. Exceptio: Nisi mandatarius non suam, sed alienam pecuniam impenderit, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi pecuniam ab alio mutuo acceptam impenderit, *l.* 1. *C. mandati. Concordat l.si mandauero.* 22. *§.si mandauerim ibi, quod si sic.ff.eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum debitor mandasset debitum pro solui, mandatarius non debitoris, sed creditoris nomine mutuam pecuniam acceperit, & soluerit, hoc enim casu actio mandati denegatur. *d. §.si mandauerim.*

XIX. Exceptio: Nisi mortuo mandatore impenderit, *l.qui negotia.* 34 *§.si.ff.mandati. Concordant ea quæ proposita sunt sup.c.*12.*q.*3.*exc.*18.*item l. hoc iure.* 19.*§.si quis dederit, in fine.ff.de donationibus.*

XX. Exceptio: Nisi mandator rem, in quam impensum est, habere nolit, reprobatur *l. si vero.* 12.*§.si mihi mandaueris.ff.d.tt.*

XXI. Exceptio: Nisi res in quam impensum est, perierit. Hæc exceptio ipso quidem iure reprobatur, *M.I.R.d.reg.*107.*exc.*5. admittitur autem primum quidem, si mandatarius periculum rei receperit, *l.& Aristoni.*39.*ff. mandati.* Deinde admittitur in casu, qui proponitur *l.ita vt.*36.*§.quod si fundum.ff.d.tt.*

XXII. Exceptio: Nisi mandatarius actionem, quam nactus est, mandatori non cedat, approbatur exemplo *l.cum seruus.*54.*§ si ff.mandati.*

XXIII. Exceptio: Nisi procurator causam in quã sumptus fecit, amiserit, reprobatur *l. etiamsi.* 4. *C. mandati.M.I.R.d.exc.*5. Hactenus exceptiones aduersus causas propositæ actionis enumeratę sunt Sed & plures vide *sup.c.*12.*q.*3.

II. QVIBVS COMPETIT CONtraria mandati actio?

I. Regula, De mandatario; proponitur *l.si vero.* 12.*§.contrario.ff. mandati.*

II. Regula: Alii quam mandatario regulariter non competit. Cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi filiofamilias sit mandatum, hoc enim casu patri datur actio. *d.l.*12.*§.si filiofamilias.* Huius replicatio prima, sumpta ex persona soluentis vel impendentis, reprobatur *d.§.si filiofamilias.* Altera: Nisi post emancipationem filius mandatum fuerit executus & impenderit, hoc enim casu non patri, sed filio mandati actio datur. approbatur *ibidem.* Altera exceptio est: Nisi curatori sit mandatum, hoc enim casu pupillo datur actio. *d. l.*12.*§.idem ait.* Tertia: Nisi mandatarius sit defunctus, hoc enim casu eius hæredi sine dubio datur.

III. ADVERSVS QVOS DATVR actio proposita?

I. Regula, De mandatoris hærede, proponitur *l.si præcedente.*58.*in pr.ff.mandati.*

II. Regula: De vno ex pluribus mandatoribus *l.si mandatu.*59.*§.Paulus respondit.ff.d.tt.*

IV. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. Regula, Si quis rem sibi communem cum alio emere rogatus sit, partemque à socio emerit, etiam vt suam partem mandator emptam habeat, agere potest, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.cap.*13.*q.*4.*reg.*5.

II. Regula, Quanti autem in casu proposito mandator mandatarii partem emptam habere debeat, definitur *l.si fundum.* 35. *cum lege sequente.ff. mandati.*

III. Regula, De deducendis iis quæ mandatarius ex causa mandati percepit, proponitur *l.si vero.*12.*§.inde Papinianus, ibi, quod deductis ff.mandati.*

IV. Regula, Si quis mandatu alterius in suo aliquid fecit, deducendum id quo res eius preciosior est facta. *l.si quis.*16.*ff.eod.tt.*

V. Regula, De vsuris. Hæ regulariter non veniunt in contraria mandati actione. *l.inter.* 26. *§. præterea ff.mandati.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi mora facta sit. *l.post solutionem.*18.*C.mandati.* Altera: Nisi id quod impendit mandatarius, sub vsuris est mutuatus, *l.*1.*C.d.tt.Concordat l.si vero.*12. *§.si mihi mand. ibi, aut si ipse mutuat. ff. d. tt.* Tertia: Nisi id quod impendit mandatarius, à suo debitore, qui ei vsuras soluebat, exegit, *d.§.si mihi.ibi.simili modo.* Quarta: Nisi causa cognita iudici aliter videbitur: *d.§.si mihi.*

V. QVANDO DETVR Actio proposita?

Etiam antequam soluerit mandatarius id in quo se obligauit, agere potest vt liberetur. *l.si mãdatu.* 45.*in pr.cum seqq.ff.mandati.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi mandatu rei conuenti iudicium suscepit, hoc enim casu nondum finito iudicio agi non potest, *d.l.*45. Altera; Nisi mandatu debitoris quis pro eo fideiussserit, hoc enim casu antequam soluerit fideiussor, mandati agere non potest, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur inf.lib.*21.*cap.*3.*quæst.*1.*exc.*1. Tertia; Nisi quis rogatu debitoris rem suam pro eo pignori obligari passus sit, nam & hoc casu ante solutum debitum & pignus liberatum agi non potest. Quę exceptio permittitur arbitrio iudicis *l.Lucius.*38.*ff. mandati.*

VI. EVENTVS HVIVS actionis.

De cedenda reo actione proponitur *l. cum seruus.*54.*§.si ff.mandati.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter ex causis sup. propositis contraria mandati actio competit mandatario, non alia, *approbatur per ea quæ sup.quæst.*1.*proposita sunt.* Verum eius regulæ exceptio prima est: Nisi sine mandato gesserit alterius negocium, tunc enim negotiorum gestorum actio est, non mandati, approbatur exemplo *l.ex mandato.* 20. *in fin.ff. mandati. Concordat l.si præcedente.*58.*in pr.ibi, quod si sine.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum filiofamilias mandatum esset, pater cui mandatum nihil fuit, id quod filio mandatum fuit, exequatur, hoc enim casu mandati actio patri competit, *l si vero.*12.*§.si filiofam.ff.mandati. Concordat l. mandasti.*45.*ff.de negotiis gest.* Cuius duplicatio prima est: Nisi post emancipationem filii, pater mandatum fuerit executus, *d.l.*12.5.*si filiofamilias.* Altera: Nisi non respectu filii pater gessit. *d.l.*45. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis libero homini, quem bona fide pro seruo possidet, mandauerit, hoc enim casu non mandati, sed negociorum gestorum actio est, *l.& qui natura.*18.*§.si libero homini.ff. de negotiis gestis.* Tertia: Nisi cum filiofamilias

milias mandatum esset, is emancipatus mandatum fuerit executus, hoc enim casu in factum actio competit, *d.§.si filiofamilias.* Quarta: Nisi salarium siue honorarium petatur, hoc enim extra ordinem petendum, *l.salarium.*7.*ff. mandati. Concordant ea quæ proposita sunt sup.q.*1.*causa* 5. *itẽ sup. lib.* 2.*c.*37.*in prin.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *sup.cap.prox.quæst.*7. Hactenus de mandato eiusque actionibus in genere dictum est. De mandato vt credatur vel fideiubeatur, cum suis actionibus dicetur *inf.lib.*21.*cap.* 1. *cum duob. sequentibus.*

DE INNOMINATIS, ET QVASI CONTRACTIBVS.

LIBER XX.

HVcusque de tribus generibus contractuũ nominatorum, qui aut re, aut verbis, aut consensu fiunt, est actum. Sed & de eo qui literis fit, dictum *sup.lib.*15.*c.*1.*diuis.*4. Nunc de contractibus innominatis, & quasi contractibus cum suis actionibus est agendum.

DE PRÆSCRIPTIS VERBIS ET IN factum actione.

CAP. I.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS DATVR actio proposita?

PRima causa generalis: Si contractus sit innominatus, & deficiat vulgare & vsitatum nomen actionis, approbatur *l.*1.*cum trib.legib. sequent. ff.de præscriptis verbis.l. quia actionum.* 11. *& l. quoties.* 22.*ff.d.tt.l.*1.*ibi, vt quoties ff.de æstimatoria. item l. iuris gentium.*7.*in pr.vsque ad §. si vt maleficium. ff. de pactis. M.I.R.lib.*5.*c.*8.*reg.*1.

II. Causa: Si actionem quæ legibus prodita est, prætor in eo quod legi deest, supplet. *d.l.* 11.

III. Causa: Si cum res certa lege tradita esset, dictæ legi non pareatur, *l.rebus.*6.*C.de rerum permutat.* Exemplum proponitur *l.vlt.C.d.tt.*

IV. Causa; Huius causæ loco notanda diuisio quadrimembris causarum, ex quibus præscriptis verbis actio competat, aut enim do vt des, aut do vt facias; vt facio vt des, aut facio aut facias. Hæc diuisio proponitur & exemplis declaratur *l.naturalis.*5.*ff.præscriptis verbis.M.I.R.d.cap.*8.*reg.*3. Secundum cuius membra causes speciales ordine digeremus.

V. Causa: Cum igitur do vt des, præscriptis verbis actio est, *vt patet ex d.l.* 5. Huius causæ exceptio prima est: Nisi pecunia detur, vt res recipiatur, tunc enim emptio & venditio est, *d.l.* 5. Contradicit *l.vlt.ff.de condictione caussa dati.* Altera exceptio est: Nisi res detur, vt pecunia recipiatur, nam & hoc casu emptionem & venditionem esse constat. Cuius tamen replicatio prima est: Nisi res vendenda data sit, vel alio modo factum quoque interueniat, hoc enim casu, quamuis data sit res, vt precium recipiatur: præscriptis verbis actio est *l.*1.*in prin.ff.de æstimatoria. Concordat l. si gratuitam.*17.*§.fin.ff.præscriptis verbis.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi res data sit preciosior facienda, posteaque vendenda, vt precium communicaretur, hoc enim casu, pro socio actio est. *l. si tibi.*13.*§.Iulianus. ibi, sed puerum.ff. præscriptis verbis.* Altera replicatio est: Nisi ita res data sit, vt aut res aut precium reddatur, hoc enim casu præscriptis verbis actio est. *d.l.*17.*in fine.* Tertia exceptio est: Nisi res data sit, vt eadem res reddatur, tũc enim commodati actio est, *l.si tibi.*27.*in pr.ff. de præscriptis verbis.* Huius replicatio prima est: Nisi ita vt eadem aut alia reddatur, conuenit, hoc enim casu præscriptis verbis actio est, *d.l.* 27. *Concordat l.si gratuitam.*17.*§.si margaritas.ff.d.tt.* Altera: Nisi factum interuenit, hoc enim casu, quamuis eadem res veniat restituenda, tamen præscriptis verbis actio est, approbatur exemplo *l.si tibi.*13.*§. Iulian. ff.de præscriptis verbis.* Huius duplicatio est; Nisi dominium rei penes dantem maneat, hoc enim casu, siquidem pro parte res veniat restituenda, pro socio actio erit, *vt ex d.* §. *Iulianus, constat*; sin autem tota, locati & conducti erit actio. *De qua re vide inf.causa prox.except.*1. Tertia replicatio est: Nisi annulus sponsionis causa alicui datus sit, vt eum victori redderet, *l.si rem.*18.*§.fin.ff.præscriptis verbis.* Quarta: Nisi re data conuenit, vt eadem & alia res reddatur vtenda, hoc enim casu præscriptis verbis actio est, approbatur exemplo boum *d.l.* 18.*§ si cum vnum.* Quinta: Nisi domus habitandi causa sit data, *l.si gratuitam.*17.*in pr.ff.eod.tt.* Quarta propositæ causæ exceptio videtur, Nisi operæ serui datæ sunt, vt totidem operas reciperet, sed reprobatur *l.penult.ff. de præscriptis verbis.* Quinta exceptio est, Nisi non ad id quod interest, sed ad rem datam restituendam agatur, hoc enim casu condictio causa dati causa non secuta competit, *l.naturalis.*5 *§.& siquidem.ibi, vel si meum.ff.d.tt. Concordat l.cum proponas.*4.*in fine. C.de dolo malo.* Sexta: Nisi re quæ pondere, numero vel mensura constat, data, vt alia eiusdem generis & qualitatis restituatur, hoc enim casu mutuum est. Quæ exceptio recipit aliquot replicationes, de quibus vide *sup.lib.*17.*ca.*1.*de condictione ex mutuo, quæst.*6.*præsertim reg.*2.

VI. Causa: Si do vt facias, præscriptis verbis actio est, approbatur simul & distinguitur *d.l.*5.*ff. præscriptis verbis.* Huius causæ exemplum est, si precii explorandi causa res data sit, *quod proponitur l.*1. *§.fin.ff.d.tt.* Aliud exemplum est, si res vendenda sit data, *quod habetur l.*1.*in pr.ff. de æstimatoria. Concordat l. rogasti.*20.*in prin. ff. præscr.verb. & l.si tibi.* 13. *in pr.ff d.tt.* Tertium exemplum est, si res inspicienda data sit. *l.si rem.*18.*in pr.& §. si cum mihi. item l. duo.*24.*ff.d.tt.* Quartum exemplum est, si res experiunda sit data, *l.apud Labeonem.*21.*in prin. & §.*1.*ff. præscriptis verbis.* Quintum exemplum est, si do vt manumittas, *l. naturalis.*5. *§. at cum do. ibi, quod si tale.*

tale.& l.si decem.7.ff.d.tt. Sextum exemplum est, si dominus seruum quæstionis habendæ gratia dedit, *l.si dominus.8.ff.præscriptis verbis.* Septimum exemplum est, si vtendi fruendi causa res data sit. *l. partis.10.ff.d.tt.* Octauum exemplum est, si pecunia data conuenit, vt accipiens pro dante tributum ex vsuris eius pecuniæ solueret, & si quid ex vsuris superesset, id danti restitueretur, &c. *l. Titius.25.ff.d.tt.* Aliud exemplum habetur *M. I. R. d. reg.3.in fine.* Hactenus species & exempla propositæ causæ sunt enumerata. Sequuntur nunc eius exceptiones, quarum prima est: Nisi tale sit factũ, ob quod datum est, quod locari solet, tunc enim locati & conducti nascitur actio. *d.l.5.ff.d.tt.* Huius replicatio est. Nisi non pecunia numerata, sed alia res data sit vt faciat, hoc enim casu non locati, sed præscriptis verbis actio est. *d.l.5.* De hac replicatione vide plura *sup.lib.prox.c.1.q.5.exc.4.* Altera exceptio est, Nisi rem potius, quam interesse, repetere actor malit, hoc enim casu condictio causa dati causa non secuta competit, *d.l.5. Concordant ea quæ proposita sunt paulo superius exemplo 5. itẽ ea quæ habentur sup.causa prox.exc.5.* Tertia exceptio videtur: Nisi res æstimata data sit, hoc enim casu ex vendito actio videtur competere. Sed reprobatur *l.1.in pr.ff de æstimatoria. Concordat l.si dominus. 8. ff.præscriptis verbis.* Quarta: Nisi re data conuenit, vt si extructa esset, vel preciosior facta pars eius rei vel precii restitueretur, hoc enim casu pro socio actio est, approbatur simul & distinguitur *l. si tibi.13.§.Iul.ff.d.tt.* Sed & de hac exceptione vide *sup.lib.prox.c.10.q.3.caus.6.* Alias propositæ causæ exceptiones vide *paulo inferius inter exc.general.*

VII. Causa; Si facio, vt des. Hæc causa reprobatur *l.naturalis.5.§.quod si faciam ff. de præscr. verbis.* Plane approbatur in exemplis, *l.solent.15.ff.d.tt.* Aliud exemplum, in quo causa proposita approbatur, proponitur *l.cum mota 6.C.de transact.* Hisce exemplis poterat videri causam propositam regulariter approbandam potius quam reprobandam esse: cui accedit, quod ratio diuersitatis à præcedentibus & sequentib. causis ipso iure approbatis dari non potest. Sed lex ipsa reclamat. Quidquid autem sit, de dolo certe actio non est deneganda: *vt ex d.l.5.& d.l.15. constat. Quibus concordat l.cum proponas.4.C. de dolo malo.* Plane si feci vt dares, & dedisti, sed datũ euictum est: præscriptis verbis, vel in factum actio non denegatur, *d. l.5.§.sed si dedi.& l.iuris gentium.7.§.1.ff.de pactis.*

VIII. Causa: Si facio, vt facias: præscriptis verbis actio nascitur, approbatur, simul & exemplis declaratur *d.l.5. in pr. & in fine.* Aliud exemplum proponitur *l.ob eam. 9.ff. præscriptis verbis.* Item aliud *l.rogasti.20.in fine.& l.si operas.26.ff.d.tt.* Hactenus quatuor genera causarum, ex quibus præscriptis verbis actio competit, cum suis exemplis seu speciebus proposita sunt. Quanquam inter huiusmodi species numerari possunt & duæ causæ proxime sequentes.

IX. Causa: Si permiseris mihi cretam ex agro tuo eximere, vt locum vnde exemi repleam, & exempta creta locum non repleam, vel eo repleto cretam tollere me non permittas, *l.permisisti.16.ff. præscriptis verbis.*

X. Causa: Si permisisti mihi, vt sererem in fundo tuo, nec postea patiaris me fructum tollere. *d. l.16.in fine.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum generales.

Hactenus genera & species contractuum innominatorum & causarum, ex quibus vel præscriptis vel in factum actio competit, sunt enumeratæ. Sed & plures huiusmodi causas vide *inter adfinia remedia singularum actionum.* Sane sunt & aliæ causæ, quibus in factum actio competit, sed quæ delicti speciem habent, *de quibus dicetur inf. lib.22.cap.9.item lib.23.* Plane causarum iam enumeratarum exceptiones generales hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi pactum innominatim contractui nominato seu bonæ fidei iudicio insit, tunc enim non præscriptis verbis, sed ex empto & vendito, vel similis actio competit, *l. iuris gentium. 7. §. quinimo.ff. de pactis. Leges concordantes vide sup.lib.15.cap.15.exc.12.repl. 4.* Exemplum proponitur *l.permisisti.16.ibi, sin autem vendidisti. ff. præscriptis verbis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi contractus bonæ fidei nominatus, cui conuentio innominata interuenit, non sit perfectus, *l. apud Labeonem.21.§.item apud.& §.fin.ff.d.tt.* Altera: Nisi contractus cui interuenit, sit inutilis, approbatur exemplo *l.insulam.6.ff. præscriptis verbis.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *sup. lib.15.cap.15.exc.12.repl.4.*

II. Exceptio: Nisi stipulatio interuenit, hoc enim casu ex stipulatu actio nascitur, non præscriptis verbis, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.d.exc.12. repl.3. Concordat l. cum mota.6.in fine.C.de transactionib.*

III. Exceptio: Nisi contractus innominatus lege aliqua adiuuetur, hoc enim casu ex lege condictio datur, *de qua re vide inf.cap.prox. de condictione ex lege.*

IV. Exceptio, Nisi negocium cum donatione mixtum sit, *l.Aristo.18.in pr.ff.de donat.*

V. Exceptio: Nisi res interierit, approbatur simul & distinguitur exemplo *l.si gratuitam. 17.§.si margaritas.ff.præscriptis verbis.l.si rem.18. in prin.& §. si cum mihi. item l. apud Labeonem.21.§.fin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi dolo rei conuenti res perierit, *d.l.17.& d.l.18. in princ.* Altera, Nisi culpa rei conuenti res perierit, *d. l.17.d. l.18 in princip.& §.si cum mihi, in fine. item d.l.21.§.fi.* Exemplum proponitur *l. duo.24.ff.præscriptis verb.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi actoris tantum, non etiam rei conuenti causa sit contractum, hoc enim casu reus de dolo tantum, non etiam de culpa tenetur. *d.l. 18. in pr. ibi, si vero mei. Concordat d.l.17.§.si margaritas.* Tertia replicatio est, Nisi culpa eorum quibus reus rem custodiendam perferendamue dederit, res perierit, *d.l. 21. §.fi.* Quarta, Nisi rogatu rei conuenti res æstimata illi data sit, *d.l.17.§.si margaritas. l. si quis. in princ. ibi, nam & qui rem. item, l.rogasti.11.in prin.ff. si certum petatur.* Quinta, Nisi res æstimata vendenda sit data, hoc enim casu periculum est accipientis, *l.1. §.fi.ff.de æstimatoria.* Huius duplicatio est, Nisi ita conuenit, vt aut res aut æstimatio redderetur, approbatur simul & distinguitur *l. si gratuitam. 17.§. si margaritas.ff.præscriptis verbis.* Hæc de causis propositæ actionis, earumque exceptionibus sint dicta.

II. QVID

II. QVID VENIAT IN ACTIONE proposita?

I. Regula: Id quod interest, venit in hanc actionem, *l.naturalis.5.§.& si quidem.§. at cum do. ibi, sed nascetur.& §.fi.ff.præscriptis verbis.item l.si decem 7. ff.eod.tt.M.I.R.lib.5.cap.8.reg 5.*

II. Regula: Hac actione non repetitur id quod datum est, sed de eo competit condictio causa dati, causa non secuta, *d. §.& siquidem. Concordant ea quæ proposita sunt sup. quæst.proxim.causa 5. exc. 5.item causa 6.exc.2.M.I.R.d.cap.8.reg.7.* Huius regulæ exceptio est: Nisi res æstimata data sit, hoc enim casu vel ad ipsam rem, vel ad æstimationem eius restituendam domino præscriptis verbis actio cõpetit, *l.si dominus 8.ff.præscriptis verbis. Concordat l.1.in fine.ff.de æstimatoria.*

III. QVANDO COMPETIT hæc actio?

Statim postquam reus dare vel facere potuit & debuit, nec fecit, competit hæc actio. *d.l.7. Concordat l.naturalis.5.§.at cum do.ibi, quod si tale.ff.d. tt.*

IV. Adfinia huius actionis remedia vide *sup. in singulis eius causis, causarumque exceptionib.*

DE ÆSTIMATORIA PRÆSCRIPTIS VERBIS actione, & condictione ex lege.

CAP. II.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l.1.in pr.ff. de æstimatoria actione.*

II. GENVS.

Est actio præscriptis verbis. *d.l.1.ibi, daretur æstimatoria præscript. verbis.*

III. SIMILE.

Omnia hic locum habent, quæ & in bonæ fidei iudiciis. *d.l.1.§.quare.*

IV. CAVSA HVIVS ACTIONIS, CVM suis exceptionibus.

Si res aliqua æstimata vendenda data sit. *Hæc causa approbatur d.l.1.in pr.* Exceptio prima videtur: Nisi merces interuenit. Sed reprobatur *l.2.ff.d.tt.* Altera exceptio est: Nisi res interierit, approbatur simul & distinguitur *l.si gratuitam.17.§.si margaritas.ff.præscript. verbis.* Plane huic exceptioni videtur contradicere *l.1.§.fi.ff.de æstimatoria.* De qua re vide *sup.cap. prox.quæst.1.excep.gener.5.replic. 4. & repl.5.*

V. Quid veniat in actione proposita? definitur *d.l.1 §.fi.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Si res vendenda data sit, ita vt precium inter eos communicaretur, pro socio actio est, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.pr.c.10.q 3.caus.4.& caus.6.*

II. Regula: Si cum à me mutuam pecuniam rogares, ego tibi rem vendendam dederim, vt precio vtereris: condictio ex mutuo competit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.17.c.1.exc.17.repl.2.*

DE CONDICTIONE ex lege.

I. CAVSA, EX QVA COMPETIT hæc actio?

Si aliqua lege noua obligatio introducta sit, approbatur simul & distinguitur *l. vnica. ff. de condictione ex lege.M.I.R.d.c.8.reg. 8.* Exemplum proponitur *l.si quis argentum.35.§. sin vero & hoc prætermissum.C.de donationib.* Aliud *l.1.C.de condict.ex lege.*

II. ADFINIA REMEDIA.

Etiam veteribus eo nomine competentibus actionibus vti possumus, approbatur simul & distinguitur *l.quoties.40.in pr.ff.de act.& oblig.M.I.R.d. reg.8.* Hæc de contractib. tam nominatis, quam innominatis, eorumque actionibus sunt dicta. Nunc de quasi contractibus est dicendum.

DE QVASI CONTRACTIBVS.

CAP. III.

PRimo: Definitio quasi contractuum proponitur *Inst.de oblig. quæ quasi ex contract. nascuntur, in prin.*

II. SPECIES QVASI contractuum.

Quasi contractuum sex species enumerantur *Instit.eod.tt.*

I. Species est negotiorum gestorum. *Quæ approbatur Inst.d.tt.§.1.Concordat l.ex maleficio.4.§.1.ff. de act.& obligat.*

II. Species est, tutelæ actio. *Quæ approbatur Instit.de oblig.quæ quasi ex contractu nasc. §. tutores. Concordat d.l.4.§.tutelæ.*

III. Species est, communi diuidundo actio. *Quæ approbatur Inst. de obligat. quæ quasi ex contr. nasc. §.item si inter.*

IV. Species est, familiæ erciscundæ actio. *Quæ approbatur Inst.d.tt §.idem iuris.*

V. Species est, si alicui quid ab aliquo sit legatum, hic enim à quo legatum est, ei cui legatum est, ex quasi contractu tenetur. *Inst.t. d.tt. §.hæres quoque. Concordat l.ex maleficio.4.§.hæres quoque. ff. de act.& obligat.*

VI. Species est, condictio indebiti, *Quæ approbatur Inst. de obligat.quæ quasi ex contract. nasc. §. item is cui. Concordat d.l.4.§.is quoque.* Hæ sunt sex species quasi contractuum, & actionum hic descendentium: quarum secunda tractata est *sup.lib.5.* Quinta tractata est *sup.lib.13.* Sexta tractabitur *inf.lib.vlt. cap.6.cum sequentibus.* Prima autem, tertia & quarta tractabuntur *in capitibus proxime sequentib.* Quibus accedit finium regundorum actio, de qua *inf. c.12.cum adfinib.remediis, c.13.& 14.*

DE NEGOCIORVM GESTORVM actione in genere.

CAP. IV.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l.1.ff. negocior.gestor. Inst. de oblig. quæ quasi ex contractu nasc.§.idque vtilitas.item l.ex maleficio.4.§.ideo autem id.ff.de action.& oblig.*

II. GENVS HVIVS actionis.

In personam, non in rem actio est, *l.negotiis.23. C.negocior.gestor.*

III. DIVISIO HVIVS actionis.

Hæc actio duplex est, directa & contraria.

Instit.

Instit. de obligat. quæ quasi ex contractu nasc. §. 1. *ibi, sed domino quidem. Concordat l.* 2. *ff. negotior. gestor.*

IV. CAVSÆ, EX QVIBVS ACTIO proposita competit.

I. Causa: Si quis sine mandatu absentis negotia gesserit, *l. ait prætor.* 3. *in prin. ff. negocior. gestor. l.* 2. *ff. eod. tt. Inst. de oblig. quæ quasi ex contract. nasc.* §. 1. *M. I. P. lib.* 5. *c.* 7. *reg.* 26.

II. Causa: Si quis negocia defuncti gesserit, *d. l.* 3. Huius causæ ratio proponitur *d. l.* 3. §. *hæc verba.* Exceptio prima videtur: Nisi defunctus cuius negocia gesta sunt, apud hostes decessit, sed reprobatur *l. si autem.* 19. *ff. negocior. gestor. Concordat l. successori.* 11. *in prin. ff. d. tt.* Altera: Nisi filiifamilias militis defuncti, qui testamento facto decessit, negocia sint gesta, reprobatur *d. l.* 11. §. 1. Tertia: Nisi pupillus defuncto, cuius negocia gesta sunt, hæres extiterit, reprobatur *l. nam & Seruius.* 20. §. *qui negocia. ff. d. tt.*

III. Causa: Si quis falso putans sibi mandatum, aliena negocia gesserit, *l. item si cum putaui.* 5. *in pr. ff. negocior. gestor.*

IV. Causa: Si curator inutiliter datus negocium eius cui curator datus est, gessit, *l. curatorem.* 6. *C. negocior. gestor.*

V. Causa: Si quis posthumo tutor datus quædam gesserit, posteaque posthumus non sit natus, *l. cum pater.* 28. *ff. de negoc. gestis.*

VI. Causa: Si hæres curatoris, putans negocia adulti ad se pertinere, gesserit, *l. curatoris.* 17. *C. d. tt.*

VII. Causa: Si quis alienum negocium, suum putans gesserit, *l. vlt. ff. d. tt.*

VIII. Causa: Si quis Sempronii negocia, putans Titii esse, gesserit, *l. item si.* 5. §. 1. *& l. quæ mulier.* 44. §. *fi. ff. d. tt. item l. in hoc.* 14. §. *at si cum puto. ff. communi diuidundo.*

IX. Causa; Si quis inter Sempronii negocia, Titii quoque gesserit, *l. si mandatum.* 14. *C. de negotiis gestis. l. item si.* 5. §. *sed si quis ita, ibi, nam etsi cui. ff. d. tt. l. Liberto.* 30. §. 1. *ibi, cui datur. &* §. *tutoris. ff. d. tt. item l. si mandauero.* 22. §. *si curator. ff. mandati.*

X. Causa: Si fideiussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus debitum, ad quod non tenebatur, soluit, pignoraque à creditore suscepit, *l. fideiussor.* 31 *in pr. ff. de negociis gestis.*

XI. Causa, Si quis quasi seruus alicuius negocia gesserit, cum esset liber, *l. item si.* 5. §. *si quis quasi. l. & qui natura.* 18. §. *si libero. item l. si liber homo.* 35. *ff. eod. tt.*

XII. Causa: Si quis ab alio aliquid ad me perferendum acceperit, inter me & eum negociorum gestorum actio est, *l. item si.* 5. §. *si quis pecuniam. ff. de negotiis gestis.* Plures huiusmodi causas vide *inf. in duob. capp. seqq.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEdentium causarum generalibus.

I. Exceptio: Nisi quis sui lucri, non domini causa negocia gesserit, *d. l.* 5. §. *sed si quis.*

II. Exceptio: Nisi suum negocium in suis rebus gesserit: *d. l.* 5. §. *sed si quis ita.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi commune negocium, suũ scilicet & meum, gesserit, *d.* §. *sed si quis ita. l. liberto.* 30, §. *fin. item l. si communes.* 39. *ff. d. tt. l. siue.* 3. *item l. ab vno.* 19. *C. d. tt. l. hæredes.* 25. §. *non tantum. ibi, & ideo. ff. famil. ercisc.*

III. Exceptio; Nisi vel mulier alterius negocium gerat, vel mulieris negocũ geratur, reprobatur *l. ait prætor.* 3. §. 1. *ff. de negociis gestis.*

IV. Exceptio: Nisi eius qui apud hostem est, negocia gesta sunt, reprobatur *l. & qui natura.* 18. §. *fi. cum leg. seq. ff. d. tt.*

V. Exceptio; Nisi furiosi negocia gesta sint, reprobatur *l. ait prætor.* 3. §. *etsi furiosi. ff. de negociis gestis. Concordant ea quæ proposita sunt sup. lib.* 15. *cap.* 2. *exc.* 2. *repl.* 2.

VI. Exceptio: Nisi pupilli negocia gesta sint, reprobatur *per ea quæ proponuntur infra cap.* 6. *quæst.* 1. *exc.* 10.

VII. Exceptio: Nisi vnum tantum negotium sit gestum, reprobatur *d. l.* 3. §. 1. Plures huiusmodi exceptiones vide *inf. in duob. capp. prox. seqq.*

V. QVIBVS ACTIO PROPOsita competit?

I. Regula, De eo cuius interest, proponitur *l. actio.* 46. *ff. de negotiis gestis.*

II. Regula, De hæredibus, habetur *d. l.* 3. §. *hæc actio. l. successori* 11. *in pr. & l. si autem.* 19. *ff. d. tt.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

De hæredibus proponitur *d.* §. *hæc actio.*

VII. QVAMDIV COMPEtat actio proposita?

Perpetua est actio: hoc est, quæ non nisi triginta annis finiatur, *l. aduersus.* 9. *C. de negociis gestis.*

VIII. ADFINIA REmedia.

Regulariter ex causis supra propositis, nec nõ iis quæ infra in duobus capitibus proximis proponentur, negociorum gestorum, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi mandatum præcesserit, hoc enim casu mandati, non negociorum gestorum actio competit. *l. si remunerandi.* 6. §. 1. *ff. mandati. Instit. de oblig. quæ quasi ex contractu nascuntur.* §. 1. *ibi, quippe ita. l. ex maleficio.* 4. §. 1. *ff. de act. & oblig. item l. si mandatum.* 14. *in fi. C. de negotiis gestis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi alius quam dominus negocii mandauerit, approbatur exemplo *d. l.* 14. *l. ait prætor.* 3. §. *si executor. &* §. *fi. l. nam & Seruius.* 20. §. *fin. l. cum alicui.* 25. *in fine. ff. d. tt. Item concordant ea quæ proposita sunt supra quæst.* 4. *causa* 9. Huius replicationis duplicatio prima videtur: Nisi serui mandatu, domini negocium gesserit, sed reprobatur *l. si serui.* 41. *ff. de negotiis gestis.* Altera: Nisi mandatu tutoris, pupilli negocium sit gestum, reprobatur *l. qui pupillæ.* 4. *C. d. tt.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi alii quam ei qui gessit, mandatum fuit, approbatur simul & distinguitur *l. mandasti.* 45. *ff. de negociis gestis.* Huius duplicatio est: Nisi pater, cum filio mandatum esset, ne filius mandati iudicio teneretur, pro eo gessit, *d. l.* 45. *Concordat l. si vero.* 12. §. *si filiusfam. ff. mandati.* Tertia replicatio est: Nisi inutiliter fuerit mandatum, *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. qu.* 4. *caus.* 11. Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi dominus id quod sine mandatu gestum est,

stum est, ratum habuerit. hoc enim casu, quia ratihabitio mandato comparatur, mandati actio videtur competere. Sed reprobatur *l. Pomponius.* 8. *ff. de negotiis gestis.* Imo adeo reprobatur, vt nisi dominus ratum habuerit quod gestum est, actio negotiorum gestorum illi denegetur. *de quo vide infr. cap. prox. quæst.* 1. *except. gener.* 7. Tertia exceptio est: Nisi tutor pupilli negotia gesserit. hoc enim casu tutelæ, non negotiorum gestorum actio est. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæst.* 2. *specie* 2. Quarta: Nisi quis quasi tutor negotia pupilli gesserit, hic enim pro tutelæ actione tenetur. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.* 5. *cap.* 17. *except.* 2. *replic.* 1. Quinta: Nisi quis commune negotium sibi cum alio gesserit. hoc enim casu etiam communi diuidundo, vel familiæ erciscundæ actio competit. *l. siue.* 3. *C. de negotiis gestis.* Plura de exceptione proposita eiusque replicationibus vide *infr. capit.* 8. *quæstion.* 10. *except.* 7. *item capit.* 10. *quæst.* 9. Sexta exceptio est: Nisi gestor sui lucri, non domini causa negotium gesserit. hoc enim casu alia videtur actio competere. Sed reprobatur *l. item si.* 5. §. *sed si quis negotio. ff. de negotiis gestis.*

IX. PLVRIBVS NEGOTIIS GEstis, vtrum vnus, an plures sint contractus.

Regulariter quidem vnus contractus est, non plures. approbatur simul & distinguitur *l. sed &* 15. *ff. de negotiis gestis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ab initio ad vnum negotium accesserit, vt eo finito discederet. *d. l.* 15. Altera: Nisi interim dum pupilli vel serui vel filiifamilias negotium gerit, pupillus pubes, seruus liber, vel filiusfamil. suiiuris sit effectus, & nihilominus in negotio gerendo perseuerauerit. hoc enim casu plures sunt contractus. approbatur simul & distinguitur *l. Pomponius.* 14. *ff. tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum ab initio quasi ad vnum negotium gestor accessisset, in eadem voluntate, quamuis domini conditione mutata, perseuerauerit. hoc enim casu vnus, non plures sunt contractus. Hanc replicationem approbari puto, quamuis obscure, *d. l.* 24. *ibi: nisi ab initio quasi vnum negotium gesturus accessero, &c.*

DE NEGOTIORVM GESTORVM actione directa, quæ datur domino aduersus negotiorum gestorem.

CAP. V.

I. CAVSÆ HVIVS actionis.

PRima causa: Si non summa diligentia rem gessit: etiam maiore quam in suis rebus præstare solet. approbatur *Instit. de obligat. quæ quasi ex contractu nascuntur.* §. *quo casu. Concordat l. tutori.* 20. *ibi: sed etiam leuem. C. de negotiis gestis. M. I. P. lib.* 5. *cap.* 7. *reg.* 26. *cum seq.* Plura de hac re vide *infr. except. gener.* 5. *replic.* 1.

II. Causa: Si quædam quæ gerenda erant, omisit, & rem cœptam deseruit. *item l. si.* 5. §. *videamus. ff. de negotiis gestis. Concordat l. in commodato.* 17. §. *sicut autem. ibi, vt accedit. ff. commodati.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi vnum negotium sit finitum. hoc enim casu alterum, quod non cœpit, perficere non tenetur. *l. tutores.* 38. §. *qui se. ibi, non idem. ff. de administr. tutor. l. nam & Seruius.* 20. §. *si viuo. ff. de negotiis gestis. item l. tutori.* 20. *ibi, huic autem. C. d. tt.* Altera: Nisi interim, dum gerit, conditio domini sit mutata, Hæc exceptio videtur approbari *argumento l. Pomponius.* 14. *ff. de negotiis gestis.* Altera: Nisi interim dum gerit, dominus sit mortuus. reprobatur *d. l.* 20. §. *si viuo. ff. de negotiis gestis.* Quarta: Nisi cœptum negotium consummare non potuit. approbatur exemplo *l. item si.* 5. §. *fin. ff. d. tt.* Quinta: Nisi lite nomine absentis suscepta, & condemnatione secuta, non appellauit. ex eo enim non tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. liberto.* 30. §. *item. ff. de negotiis gestis.* Hæc de secunda causa, cuius etiam plures exceptiones vide *supr. lib.* 5. *cap.* 11. *offic.* 1. *except.* 2. *replic.* 2. *cum duplicationibus sequentibus.*

III. Causa: Si à debitoribus non exegit, & rem domini non vindicauit. reprobatur *l. tutori.* 20. *in fine. Cod. de negotiis gestis. l. item si.* 5. §. *fin. l. liberto.* 30. §. *quanquam. ibi, quia nec ipsa. item l. soluendo.* 38. *ff. d. tt.* Plane admittitur causa proposita, si negotiorum gestor talis fuit, à quo mandatum non exigebatur. *l. si autem.* 7. *in princ. ff. d. tt.*

IV. Causa: Si negotiorum gestor id quod domino debet, à semetipso non exegit, & soluit. *l. item si.* 5. §. *fin. cum duab. legib. seqq. ff. de negotiis gestis. l. qui sine.* 37. *ff. d. tt. l. si remunerandi.* 6. §. *apud Iulianum. ibi, plane si. ff. mandati, item l. si negotia.* 31. *ff. eod. tt.* Huius causæ exceptio prima esse videtur: Nisi præscriptio temporis actioni ex qua debebatur, eo tempore negotiorum gestorum agitur, obstet. hoc enim casu & huic actioni videtur obstare. Sed reprobatur *l. si autem.* 8. *ff. de negotiis gestis. Concordat d. l.* 31. *item l. & qui.* 18. *in princ. ff. de negotiis gestis.* Admittitur exceptio proposita in casu, de quo vide *supr. lib.* 15. *capit.* 13. *except.* 17. *replic.* 1. Altera exceptio est: Nisi seruus debitor creditoris sui negotia gesserit, & postea manumissus sit. reprobatur *l. Proculus.* 17. *ff. de negotiis gestis.* Tertia: Nisi naturaliter tantum debuit gestor. reprobatur *l. & qui natura* 18. *in prin. ff. d. tt.* Quarta: Nisi seruus debitor, idemque gestor in peculio nihil habuit. *d. l.* 17. Huius replicatio est; Nisi postea liber factus aliquid adquisierit. *approbari videtur d. l.* 18. *in princ.* Quinta exceptio est: Nisi maritus qui vxoris negotia gessit, cui ex causa dotis obligatus erat, nihil facere possit, approbatur simul & distinguitur *l. diuortio facto.* 34. *in pr. ff. de negotiis gestis.* Sexta: Nisi cum pignoratitia actione gestor domino teneretur, debitum illi non sit solutum, nec sit in bonis vnde soluatur. *d. l.* 34. §. *illum etiam.* Septima: Nisi cum gestor domino redhibitoria actione teneretur, res redhibenda in bonis non inueniatur, vel deterior inueniatur, aut id quod accessit non inueniatur. *d. l.* 34. §. *sed nec redhibitoriæ.* Octaua: Nisi nihil interfit actoris solutum non esse. hoc enim casu prior actio, ex qua solutum non est, non transit in actionem negotiorum gestorũ. *d. l.* 34. §. *fin.* Nona: Nisi rem domini ignorans emit. approbatur simul & distinguitur *l. & qui natura.* 18. §. *si cum me. ff. de negotiis gestis.*

V. Causa: Si alij mandauit negotia gerenda, qui male gessit. approbatur *per ea quæ proponuntur infra quæst.* 3. *reg.* 1. *except.* 4.

VI. Causa: Si nomina quæ contraxit, soluendo non sunt. approbatur simul & distinguitur *l. litis.36.§.1.ff.de negotiis gestis.*

VII. Causa: Si quid ex negotio gesto percepit gestor, nec restituat. *l.2.§. & sane.ibi, vel ex his negotiis.ff.de negotiis gestis.* Exemplum proponitur *l.si pecuniam.8.C.d.tt.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi indebitum gestor percepit. reprobatur *l.item si.5.§.item quæritur.& §.item ait, si Titij. l.si autem.7.§. item si fundum. item l.si quis.22.ff. d.tt. l.si vendidero.* 8. *§.si Titius.ff.de furtis.* Altera exceptio est: Nisi dominus id quod gestum est, ratum non habuerit. *l.dispensatorem.62.in fin.ff. de solutionibus.*

VIII. Causa: Si quis alterius nomine quid acceperit. approbatur exemplo *l.fideiussor.* 31. *§.fin. ff. de negotiis gestis.* Aliud exemplum proponitur *l.item si.5.§.si quis pecuniam.ff.d.tt.*

IX. Causa: Si quis rem alienam vendiderit, domino rei de precio restituendo hac actione tenetur. *l.vlt ff.de negotiis gestis. l.ab vno.19. C.d.tt.l.mater.3.in fine. C. de rei vendicat. item l.1. in fin.C.de rebus alienis non alienandis.*

X. Causa: Si gestor actus sui rationem non reddat. *l.2.ibi, & sane sicut.ff.de negotiis gestis. Concordat Instit.de obligat. quæ quasi ex contractu nascuntur.§. sicut autem.*

XI. Causa: Si cum quis alterius nomine stipulatus esset, volente eo promissori non acceptum ferat. *l.ignorante.47.ff. de negotiis gestis.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM CAUSARUM GENERALES.

Hactenus causæ propositæ actionis enumeratæ sunt: quarum tamen plures vide *supr. cap. prox.* Plane harum exceptiones generales hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi pupillus negotium alienum gessit. ipso quidem iure approbatur, verum eius replicatio prima est: Nisi locupletior sit factus. Altera: Nisi pupillus contraria negotiorum gestorum actione experiatur. hoc enim casu ex causis supra propositis illi obstat exceptio. *Hæ duæ replicationes approbantur l.ait prætor.3.§.pupillus.ff. de negotiis gestis.*

II. Exceptio: Nisi seruus gessit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supra libro 6.cap.10.quæst.13.regul.8.item libro 15.cap.5.regul. 1. Sed & concordat l.& qui natura.* 18. *§. Scæuola. ff. de negotiis gestis.& l.eum actum.16.ibi, denique si tempus.ff. d.tt.* Plura de hac exceptione vide *supr.d.regul.9. & d.regul.1.*

III. Exceptio: Nisi pater res filij à se donatas administrauit. reprobatur *l.litis.36.§.final.ff.de negotiis gestis.*

IV. Exceptio: Nisi reus non sponte, sed necessitate vrgente, vel necessitatis opinione gessit. reprobatur *l.ait prætor.3.§.hac actione.ff.d.tt.*

V. Exceptio: Nisi sine dolo malo rei conuenti factum sit. *l.negotium.22.C.de negotiis gestis.* Eius replicatio prima est: Nisi culpa rei conuenti factum sit. *l.si negotia.10.in prin.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi leui culpa rei factum sit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt supra caus.1.* Plane admittitur, si hæres defuncti gestoris conueniatur. hic enim non nisi de lata culpa defuncti tenetur. *l.curatoris.17.C.de negotiis gestis.* Altera duplicatio est: Nisi gestor id quod alius gesturus non fuit, gesserit, & eo non gesto dominus damnum erat passurus. hoc enim casu reus de dolo solum, non etiam de culpa tenetur, *l.ait prætor. 3.§.interdum.ff.de negotiis gestis.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi negotia, quæ dominus gerere nõ solebat, gesserit, vnde dominus damnum est passus. hoc enim casu etiam casum gestor præstat. *l.si negotia.10.ff.d.tt.* Tertia: Nisi cum gestor pecuniam acceptam creditoribus domini soluere potuisset, is eam reposuerit, eaq; perierit. approbatur simul & distinguitur *l.debitor.12.ff.eod.tt.* Quarta: Nisi gestor non domini, sed sui lucri causa gessit, & prædo fuit. elicitur *ex l.fideiussor.31 in prin.ff.de negotiis gestis.*

VI. Exceptio: Nisi dominus gestum probauerit. approbatur simul & distinguitur *l.Pomponius. 8.ff.d.tt.* Ipso enim iure exceptio proposita subsistit, scilicet si dominus id quod gestum est, quamuis male gestum sit, comprobauit. hoc enim casu postea tanquam male gestum sit agenti negotiorum gestorum obstabit exceptio, cum videatur in hoc casu actionem remisisse. Cuius exemplum est, si gestor pecuniam domini mutuam dedit, nomenq; dominus probauit. hoc enim casu, quamuis soluendo, nomen esse desierit, periculũ domini est, non gestoris. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi gestor dolo malo egerit. *d.l.8.* Altera: Nisi ex alia causa, quam quæ comprobata est, agatur. *d.l.8.vers. cæterum si, vbi probaui, &c.* quibus verbis replicatio proposita approbatur, quam nec Pomponius reprobauit, licet Scæuola reprehendatur. Nec enim si dominus venditionem rei suæ, quamuis viliore precio factam, comprobauit, & ob id quod res viliore precio vendita est, agere aduersus venditorem non potest: ideo etiam videtur comprobasse, si venditor precium acceptum domino non restituat, sed retineat. Alia enim res est, & alia agendi causa. Itaque vtraque sententia, tam Pomponij quam Scæuolæ recipi potest, sed in suo genere: vt illa quidem exceptio, hac vero replicatio proposita approbetur.

VII. Exceptio: Nisi dominus id quod gestum est, ratum non habuerit. *l.dispensatorem.62.§.fin.ff. de solutionibus.*

VIII. Exceptio: Nisi dominus negotiorum gestori hæres extiterit. ipso quidem iure subsistit, de quo alibi in confusione obligationũ: verum eius replicatio est: Nisi pro parte tantum hæres extiterit. hoc enim casu pro reliqua parte nihilominus illi superest actio. *l.si ab eo.7.C. de negotiis gestis.*

IX. Exceptio: Nisi cum gestor de damno accepto conueniatur, etiã lucratus sit domino. hoc enim casu lucri cum damno fit compensatio *l.si negotia.10. in fine. ff. de negotiis gestis.* Hactenus de causis propositæ actionis, earumque exceptionibus: quarum tamen plures vide *supr. cap.prox.q.4.*

II. QVIBVS competat actio proposita? vide *supr.cap.prox. quæst.5.*

III. ADVERSVS QVOS competat?

I. Regula: Regulariter aduersus alium, quam qui gessit, actio proposita nõ datur. cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi is qui gessit, mortuus sit. hoc enim casu datur aduersus eius hæredem, *l.ait prætor.3.§.hæc actio.ff.de negotiis gestis.l.curatorem.6.*

l.si ab eo.7. item l.17.C.d.tt. M.I.R.lib.5.cap.7. reg.27. Altera exceptio est: Nisi filius familias negotium gesserit. hoc enim casu etiam aduersus patrem competit actio. *l.si filius familias.13.ff.de negotiis gestis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi filius familias sui iuris effectus, in cœpto negotio perseuerauerit. hoc enim casu insecuti temporis post emancipationem factum filij pater non præstat. approbatur simul & distinguitur *l Pomponius. 14.ff.d.tt.* Tertia exceptio est: Nisi seruus vel ancilla negotium gesserit. hoc enim casu in dominum datur actio. *d.l.13.* Huius exceptionis eadem est replicatio, quæ exceptionis proxime præcedentis. *d.l.14.* Quarta exceptio est: Nisi gestor alterius mandatu negotium gesserit. hoc enim casu vterque tam is qui gessit, quam qui mandauit, tenetur. *l.nam & Seruius 20.§.fin.& l.si quis.27.ff.d.tt.*

II. Regula, De seruo manumisso: an & quatenus aduersus hunc detur actio negotiorum gestorum, vide *supr.quæst.1.except.2.*

III. Regula, De vno ex pluribus gestoribus. Quilibet non nisi pro sua parte tenetur, nec si vnus soluendo non sit, alterius periculum est. *l. cum alicui.25. ff. de negotiis gestis.*

IV. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Si debitor creditoris sui negotia gessit, etiam id quod illi antequam gereret debuit, hac actione venit restituendum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst.1.caus.4.*

II. Regula: Si inter negotia Sempronij etiam Titij negotia ignorans gessit, de eo quoq; Sempronio tenetur. *l.liberto.30.§.1.ff.de negotiis gestis.*

III. Regula: Pupillus gestor quatenus locupletior factus est tenetur, vel per exceptionem in solidum. *l.ait prætor.3.§.pupillus.ff.de negotiis gestis.*

IV. Regula: De vsuris. Regulariter quidem vsuræ in hanc actionem veniunt, *l.& qui natura.18. §. non tantum. l.liberto.30.§. qui aliena. item l.litis.36. §.1.ff.d.tt.l.tutori.20.ibi: & ea quæ. C.d.tt.l.in bonæ fidei.13 C.de vsuris.item l.si mater.24.C.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi sententia lata sit, nulla vsurarum mentione facta. *d.l.13. C. de vsur.* Altera: Nisi gestor pecuniam ociosam habuerit, quemadmodum & dominus eam habere solitus est. *l.qui semisses.13.§.fin.ff.de vsuris.* Tertia: Nisi ex eo agatur, quod gestor ea quæ ante gestionem domino sine vsuris debuit, non soluit. reprobatur *l.item si.51.§.fin.ibi, etsi forte.ff. de negotiis gestis.item l.qui sine.37.ff. eod.tt.*

V. Regula: Quantas vsuras debeat is qui debitum à semetipso non exegit, definitur *d.l.37.*

V. QVAMDIV?

Definitur *l.aduersus.9. C.de negotiis gestis.*

VI. EVENTVS.

I. Regula, De cautione indemnitatis reo ab actore præstanda, proponitur *l.liberto.30.§.inter negotia.ff. de negotiis gestis.*

II. Regula, De actionibus reo ab actore præstandis, *l.qui iniuriæ.55.§.qui alienis.ff.de furtis.*

VII. ADFINIA REmedia.

Regulariter ex causis supra propositis domino rei gestæ directa negotiorum gestorum, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima: Nisi quis posthumo tutor datur, antequam posthumus nascatur, gesserit negotia hæreditaria. hoc enim casu posthumo nato tutelæ, non negotiorum gestorum actio est. *l.cum pater.28.ff. de negotiis gestis.* Altera: Nisi ex eo, quod non à semetipso exegit, agatur. hoc enim casu etiam pristina actio superest. approbatur exemplo *l.diuortio.34.in prin.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi cum filio mandatum esset vt gereret, pater ne filius mandati obligatetur, gessit. hoc enim casu pater non nisi de peculio tenetur. *l.mandasti.45.§ si vero propterea. ff.eod.tt.* Hæc de directa negotiorum gestorum actione.

DE CONTRARIA NEGOTIORUM GESTORUM ACTIONE, QUÆ DATUR NEGOTIORUM GESTORI CONTRA DOMINUM.

CAP. VI.

I. CAVSÆ EX QVIBVS datur hæc actio?

PRima causa: Si quid in negotium gestum impendit, vel ei eius rei causa abest. *l.2.2.ff.de negotiis gestis. Concordat l. quæ vtiliter.44. in princip.ff. eod.tt. M.I.P. lib.5. cap.7.regul.26. M.I.R. lib.5.cap.8. reg.10.*

II. Causa: Si domini nomine se obligauit. *d.l. 2.vers.vel etiam si se. Concordat l.ait prætor.3.§. fin.cum leg.seq.ff. d.tt.*

III. Causa: Si seruum ægrotum curauit. Hæc causa primæ causæ species approbatur *l.si seruum. 10.C. de negotiis gestis.*

IV. Causa: Si procuratoris absentis mutuam dedit pecuniam, vel pro eo fideiussit. *l.liberto.30. in prin.& l.item si.5.§.item si procuratori.ff.d.tt.* Huius causæ exceptio videtur esse: Nisi à procuratore creditor sit stipulatus. Sed reprobatur *ibidem.*

V. Causa: Si pro alio soluit. *l.cum pecuniam.42. ff.de negotiis gestis. l. vltim. in fine. ff. d.tt. l.siue.3. Cod. eod.tt.*

VI. Causa: Si alter alterius factum præstitit, approbatur exemplo *l.ex facto.29. ff. de negotiis gestis.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM CAUSARUM GENERALES.

I. Exceptio: Nisi nulla re vrgente voluptatis causa impendit. *l.ex duobus.26. in prin. ff.de negotiis gestis.* Huius replicatio est: Nisi ad honores impendit. *l.quæ vtiliter.44.in princ.ff.d.tt.*

II. Exceptio: Nisi indebitum soluit. *l. si quis. 22.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum tres capti essent, & vnus ex iis missus, vt pro tribus pecuniam adferret, conuenit vt eo non reuerso, reliqui duo pro eo pecuniam darent: pro eo non reuerso reliqui duo soluerint. *l.nam & Seruius.20.in princ.ff.d.tt.*

III. Exceptio: Nisi quis, reo iam mortuo, pro eo susceperit iudicium, & condemnatus soluerit. reprobatur *l.de qua re.74.§. cum absentem. ff. de iudiciis.*

IV. Exceptio: Nisi donandi animo soluerit vel impenderit. *l.si filius.12. C. de negotiis gestis. Concordat l.sed videamus.4.ff.d.tt.*

v. Exceptio: Nisi pietatis respectu & affectione gessit vel impendit, *l.ex duob.26. §.fin. & l.is qui. 43.ff.d.tt. l.1.l.alimenta.11.item l.si paterno. 15. C. d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi is in quem pietatis & affectionis præsumptio cadit, ostenderit se repetēdi animo impendisse. *d.l.11.* Altera: Nisi gestor protestatus sit, repetendi animo se impendere. *l.Nesennius.33.ff.de negotiis gestis.* Tertia: Nisi is qui pietatis affectione gessisse præsumitur, impensas in rationes suas retulit. *d.l.33.* Quarta: Nisi dum filij vel fororis negotium putat, alterius sit negotiū. *l.quæ vtiliter.44. §.fin.ff.d.tt.*

vi. Exceptio: Nisi filius patris, in cuius est potestate, negotium gesserit, & pro eo soluerit, *l.si filius.12.C.de negotiis gestis. M.I.R.d.reg.10.except.1.*

vii. Exceptio: Nisi maritus in vxorem suam impenderit, approbatur simul & distinguitur *l. quod in vxorem.13.C.d.tt.*

viii. Exceptio: Nisi liberti officio functus in patronū vel eius liberos erogauit. *l.officio.5.C.d.tt.*

ix. Exceptio: Nisi sui lucri, non domini causa negotium gesserit. *l.item si.5. §.sed si quis.ff. de negotiis gestis.M.I.R.d.reg.10.except.2.* Exemplum proponitur *l.creditor.60.§.1.ff.mandati.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi quatenus dominus locupletior est factus. *d.§.sed si quis. M.I.R. d.except. 2.repl.1.* Altera: Nisi socius commune negotium gesserit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 4.quæst.4. except.gener.2.repl.1.*

x. Exceptio: Nisi pupilli negotia gesserit. reprobatur *l.2. C.de negotiis gestis.d.l.5.§.si pupilli.l.nam & Seruius.20.§.qui negotia.item l.Nesennius.33.ibi: pone peregre.ff. d.tt.*

xi. Exceptio: Nisi furiosi negotia gesta sint. Et hæc exceptio reprobatur *l.ait prætor.3. §.et si furiosi.ff.de negotiis gestis.*

xii. Exceptio: Nisi alius propriis sumptibus negotium erat gesturus *l.2.in fin.C.d.tt.*

xiii. Exceptio: Nisi dominus ignorauerit suum negotium geri. reprobatur *Instit. de oblig. quæ quasi ex contractu nasc.§.igitur cum quis.ibi: ex qua causa.Concordat l.2.in prin.ff.d.tt.*

xiv. Exceptio: Nisi dominus noluerit & prohibuerit negotium suum geri. approbatur simul & distinguitur *l.vlt.C.d.tt. Concordant ea quæ proposita sunt sup.lib.prox.cap.14.quæst.1.except.15. M.I.R.d. reg.10.exc.3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi de iis quæ ante prohibitionem gesta sunt. *d.l.vltim.§.quid deinde.* Cuius duplicatio est: Nisi id quod ante gestum est, non prosit domino. *d.l.vlt. vers. super anterioribus.* Altera replicatio est: Nisi vno ex sociis prohibente, alter non prohibuerit. hoc enim casu nihilominus aduersus non prohibentem salua est actio. *l.si autem.7. §. Iulianus.ff.de negotiis gestis.* Plura de exceptione proposita vide *supr.lib.prox.cap.14. quæst.1.except.15.*

xv. Exceptio: Nisi dominus gestum non habuit ratum. reprobatur *l.si is.50. ibi: nec refert.ff. mandati.*

xvi. Exceptio: Nisi res gesta domino non expediat. approbatur simul & distinguitur *l.sed an vltro.9.ff. de negotiis gestis.l.ex duobus.26. in princ.item l.cum pecuniam.42.in fine.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi negotium vtiliter sit cœptum. hoc enim casu, quamuis effectum non sortiatur, nihilominus actio datur. *d.l.9. Concordat l.successori.11.in fin.ff.d.tt.* Huius replicationis exemplum est, si res in quam impensum est, postea perierit. *quod proponitur d.l.9.l.debitor.12.item l.siue.21.ff.eod.tt.* Aliud exemplum est, si pecunia negotio gerendo destinata perierit. *quod proponitur l.seruus.17.in princ.ibi: nam et si.ff.de in rem verso.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi dolo vel culpa negotiorum gestoris effectum non sortiatur. *d.l.21. Concordat l.liberto.30.§.item.ff. de negotiis gestis.* Altera replicatio est: Nisi per exceptionem domino id quod gestum est, prosit. hoc enim casu, quamuis ipso iure non prosit, datur tamen actio. approbatur exemplo *l.de qua re.74.§.cum absentem.ff. de iudiciis.* Tertia: Nisi cum quis alicui mandasset pecuniam in rem suam mutuo accipiendam, alius mandatum illud secutus, ei cui mandatum erat, pecuniam mutuam dederit, vel pro eo fideiusserit. hoc enim casu, quamuis pecunia in rem mandantis versa non sit: tamen datur illi actio. *l.liberto. 30.in princ.ff. de negotiis gestis.* Quarta: Nisi dominus id quod male gestum est, comprobauerit. approbatur simul & distinguitur *l.Pomponius. 8. cum lege sequente.ff.eod.tt.*

xvii. Exceptio: Nisi cum antea directa negotiorum gestorum actione actum esset, ratio sumptuum factorum habita non sit. approbatur simul & distinguitur *l.si autem.7.§.si quocunque.ff. de negotiis gestis.*

xviii. Exceptio: Nisi negotiorum gestor legauerit domino, quod pro eo expendit. hoc enim casu donandi animo expensum præsumitur. *l.vxori.32.§.final.ff.de legat.3.* Hactenus causæ propositæ actionis cum suis exceptionibus, quarum tamen plures vide *supr.cap.4.quæst.4.*

ii. Quibus datur actio proposita? vide *supr.capite 4.quæst.5.*

III. ADVERSVS QVOS DATUR ACTIO PROPOSITA?

Regulariter aduersus alium, quam cuius negotium gestum est, non datur actio proposita. Cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi is sit defunctus. tunc enim aduersus eius hæredes datur. *l.ait prætor.3.§. hæc actio.ff. de negotiis gestis. l.si autem. 19.item l.nam & Seruius.20.§.qui negotia.ff.d.tt.* Altera: Nisi alio mandante vel fideiubente gesserit. tunc enim etiam aduersus eum qui mandauit vel fideiussit, datur actio. *d.l.3.§. fin. cum lege sequente.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum quis mandasset sua negotia gerenda, mandatarius per ignorantiam alterius quoque negotium inter mandatoris negotia gessit. *l.item si.5.§.1.& §.si Titij.ff.d.tt.* Tertia exceptio est: Nisi non veri domini, sed alterius contemplatione, ad quem negotium pertinere gestor putabat, gesserit. hoc enim casu videtur aduersus eum quoq; cuius contemplatione gestum est, actio competere. Sed reprobatur *d.l.5.§.1.& §.si Titij. Cōcordat l.quæ vtiliter. 44.§.Titius.ff.d.tt.* Plane admittitur, primū quidē, si is cuius contemplatione gestum est, id ratū habuerit. Quę distinctio approbatur simul & distinguitur *d.l.5.§.item ait.* Deinde in casu sequentis exceptionis proximæ. Quarta exceptio est: Nisi & alij quam cuius contemplatione gestū est, prosit. hoc enim casu & is tenetur. approbatur exemplo *d.l.5.§.si pupilli.* Sane nihilominus & is cuius contemplatio-

templatione gestum est, tenebitur. *l.mandasti.45. ibi: quia et si Titius.ff. d.tt. Concordat l.si is.50.in prin.ff. mandati.* Quinta exceptio est: Nisi filiifamilias vel serui negotium gestum sit. hoc enim casu pater vel dominus tenetur, *d.l.5.§.sed si ego.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi quoad id, quod postquam filius vel seruus sui iuris factus est, gestum est. de eo enim pater vel dominus non tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. Pomponius.14. ff.eod.tt.* Sexta exceptio est: Nisi liberi hominis, qui bona fide ab alio possidetur, negotia sint gesta: hoc enim casu etiam aduersus possessorem datur actio. approbatur simul & distinguitur *d.l.5. §.sed et si hominis.*

IV. QVID VENIAT IN actione proposita?

i. Regula, De omni eo quod actor impendit, eique propter negotium gestum abest, restituendo, proponitur *l.2.ff.de negotiis gestis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi plus quam debuit, impendit. hoc enim quod excedit, non venit restituendum. *l.si quis.24.ff.d.tt.* Altera: Nisi pupilli negotia gesta sint. hoc enim casu nō vltra id in quo locupletior pupillus factus est, tenetur. *l.item si.5. §.si pupilli.ff.d.tt.l.2. C.eod.tt.* Declaratur exceptio proposita *l.litis.36.in prin.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi interim dum negotium geritur, pupillus pubes sit factus. *l. Pomponius.14.ff.d.tt.* Altera: Nisi quis hæreditatis negotium gesserit. hoc enim casu, quamuis pupillus postea hæres extiterit, in solidum obligatur. approbari videtur *l.nam & Seruius.20.§.qui negotia.ff. eod.tt.* Tertia exceptio est: Nisi pater filij, vel dominus serui nomine conueniatur. hoc enim casu non nisi de peculio actio est. approbatur simul & distinguitur *l.item si.5.§. sed si ego filij ff. de negotiis gestis. Concordat l.si serui.41.ff.d.tt.* Hu us exceptionis replicatio prima est: Nisi non filij vel serui, sed patris vel domini contemplatione gessit. tunc enim in solidum competit actio. *d.§.sed si ego. Cōcordat l.qui seruum.40.ff.eod.tt.* Altera: Nisi pater vel dominus locupletior factus sit. tunc enim, quamuis nihil sit in peculio, tamen quatenus locupletior factus est, tenetur. *d.§.sed si ego, in fin.* Quarta exceptio est: Nisi sui lucri, non domini causa gessit. hoc enim casu non nisi quatenus dominus locupletior factus est, actio competit. *l. item si.5.§. sed si quis negotia, in fine.ff.de negotiis gestis.*

ii. Regula, De vsuris. Vsuræ quoque in hanc veniunt actionem ipso iure. *l.& in contraria.37.ff. de vsuris. l.& qui natura.18.§. non tantum, in fine.ff.de negotiis gestis.item l.ob negotium.18.C.d.tt.*

iii. Regula: Quantæ vsuræ sint soluendæ, definitur *d.l.37.vers. eas autem.*

V. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter quidem ex causis supra propositis contraria negotiorum gestorum, non prima alia competit actio. Verum eius regulæ exceptio est: Nisi mandatum præcesserit. hoc enim casu etiam mandati actio est. *l.si negotium.16. C.de negotiis gestis. Concordat l.ait prætor.3.§.fin.ff.d.tt.* Plura de hac exceptione vide *sup.c.4.quæst.8.except.1.* Altera exceptio est: Nisi commune negotium sibi cum alio gesserit. hoc enim casu etiam familiæ erciscundæ vel communi diuidundo actio est, *per ea quæ proposita sunt supra dicta quæst.8.except.5.* Tertia: Nisi negotiorum gestor directa actione conueniatur. hoc enim casu exceptionis ope consequi potest, vt sibi id quod debetur, soluatur, reputetur, vel de eo caueatur. *l.si tutelæ.3.ff. de tutelæ actione.* Quarta: Nisi funeris causa sumptus fecit. hoc enim casu actio funeraria competit. *de qua vide infra cap. prox.* Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *supra d.q.8.* Hæc de contraria negotiorum gestorum actione.

DE FVNERARIA ACTIONE. CAP. VII.

Primo: Verba edicti, quo actio proposita introducitur, proponuntur *l.si quis.12.§. prætor ait.ff.de religiosis.*

ii. Ratio huius actionis *d.l.12 § hoc edictum.*

III. NOMEN.

Funeraria dicitur actio. *l.at si quis.14.§.hæc actio. ff.eod.tt.*

IV. GENVS ET proprium.

i. Reg. Hæreditaria est actio. *l.1.ff.de religiosis.*

ii. Regula: Hæc actio ex bono & æquo oritur. *d.l.14.§.hæc actio.*

V. CAVSÆ HVIVS actionis.

Si quis in funus alicuius aliquid impendit, hac actione repetit. *approbatur verbis edicti supr. in princ. allegatis.* Declaratur hæc causa definitione sumptus funeris causa facti, *l.at si quis.14.§.funeris.ff.de religiosis. Concordat l.funeris.37.in pr.ff.d.tt.* Sequuntur nunc propositæ causæ exceptiones.

i. Exceptio: Nisi non funeris, sed alterius rei causa impensum sit. *d.l.14.§.hæc actio.* Declaratur hæc exceptio *in proxime præcedentibus.*

ii. Exceptio: Nisi pietatis gratia impendit, nō vt reciperet. *d.l.14 §.sed interdum.* Huius exceptionis replicatio prima: Nisi protestatus sit, se repetendi animo sumptus facere *d.§.sed interdum. versic.potest tamen distingui.& vers. oportebit igitur.item §. Labeo.ibi: sed pone testatum me.* Altera replicatio est: Nisi partem sumptus pietatis animo fecit, partem animo repetendi. hoc enim casu in parte sumptus repetendi animo facti, exceptio proposita non obstat. *d.l.14.§.fortassis.*

iii. Exceptio: Nisi prohibente hærede fecit sumptus funeris. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.c.prox.quæst.1.except.14.* Verum eius replicatio prima est: Nisi prohibitus sumptus fecit pietatis gratia, & de iis repetendis est contestatus. *d.l.14.§.idem Labeo.* Altera: Nisi testator funus mandauit actori. approbatur *ibidem.*

iv. Exceptio: Nisi quasi hæres, cum hæres non esset, sumptus funeris fecit. approbatur quidem ipso iure, sed æquitatis ratione reprobatur *l.at si quis.14.§.si quis dum.ff.de religiosis. Concordat l.si possessor.32.in prin.ff.eod.tt.*

v. Exceptio: Nisi cum quasi negotium hæredis gerens in funus impendisset, hæres ratum nō habeat, reprobatur *d.l.14.§. penult.*

vi. Exceptio: Nisi alia actione actor suum recuperare possit. *d.l.14.§. Labeo ait.* Exemplum proponitur *d.l.14.§. qui mandatu.* Aliud *l.qui hæ-*

res.49.§.fin.ff.famil.erciſc. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi actio per exceptionem elidatur. approbatur ſimul & diſtinguitur exemplo mandati *d.§. qui mandatu.* Altera: Niſi alia actione actum ſit.*d.§.Labeo ait.* Tertia: Niſi cum actor antea à reo conuentus, ſumptus per exceptionem retinere poſſet, per ignorantiam exceptionem non oppoſuit. *l.ſi poſſeſſor. 32. in princip.ff. de relig.*

VII. Exceptio: Niſi actor rem ſibi legatam in funus impendit, reprobatur *l.vlt.§.fin.ff.d.tt.*

VIII. Exceptio: Niſi hæres rem hæreditariam in funus impendit. ipſo quidem iure ſubſiſtit, verum eius replicatio eſt; Niſi alius, non hæres funeraria teneatur. *d.l.vlt.* §.1.

IX. Exceptio: Niſi modicus ſumptus funeris cauſa in contumeliam defuncti factus ſit. *l. at ſi quis.14.§.iudex.ff. de religioſis.*

VI. QVIBVS COMPETIT hæc actio?

1. Regula, De eo qui mandauit, & eo qui mandatur alterius ſumptus funeris fecit. Hoc caſu illi, non huic datur actio.*d.l.14.§.qui mandatu.*

II. Regula, De hæredibus, proponitur *l.ſi filiusfamilias.31. in fine.ff.d.tt.*

VII. ADVERSVS QVOS competit hæc actio?

Regulariter aduerſus hæredes defuncti, ſiue ſcriptos, ſiue ab inteſtato venientes, non alios, actio propoſita competit.*d.l.14.§.fin.ff.de religioſis. l. ſi quis.* 12. §.*prætor ait. & § funus, in fine, item l.ſi filiusfamilias.31. in fine. ff. eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi defunctus aliquem elegerit, à quo funerari voluerit. *d. §. funus.* Cuius replicatio eſt: Niſi *is* quem teſtator elegit, nihil ab eo accepit, vel id quod accepit reſtituit. *d. §. funus.* Altera exceptio eſt: Niſi filiusfamilias defunctus ſit. tunc enim in patrem eius actio funeraria competit. *l.in patrem. 21. ff. d.tt.* Huius replicatio prima eſt; Niſi filiafamilias vxore defuncta, dos patri à marito reddita non ſit. hoc enim caſu maritus, non pater tenetur. *l.Neratius.20. §.ſi maritus. ff.d.tt.Concordat l.ſi mulier.29. §.ſi is qui.ff. d.tt.* Huius replicationis duplicationes vide *infr. except.4. replic.1. cum replicationibus ſequentibus.* Altera replicatio eſt: Niſi filiusfamilias miles defunctus, rerum caſtrenſium hæredem reliquerit. hoc enim caſu hæres non pater tenetur. *l. ſi filiusfamilias.31. in princ.ff.d.tt.* Tertia: Niſi filius ſui iuris ſit defunctus.*l.quod ſi.28.ff.d.tt.* Huius duplicatio eſt: Niſi filia ſui iuris defuncta, dos patri reſtituatur. *l. in eum.16.ff.d.tt.* Cuius triplicatio eſt: Niſi nondum dotem receperit. *l.ſed ſi nondum.17. ff.d.tt.* Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus vel ancilla ſepeliatur. hoc enim caſu aduerſus dominum actio eſt.*d.l.31.* §.1. Quarta: Niſi mulier ſepeliatur, ſuperſtite marito apud quẽ dos remanet. hoc enim caſu onus ſepulturæ ad maritum pertinet. *l. in eum. 16. cum tribus legibus ſequentibus.ff.de religioſis.l.Neratius.20.§. ſi maritus.item l.ſi plura.46. §.1.ff. d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Non niſi proportione dotis & hæreditatis. nam ſimul cum marito hęredes tenentur pro portione.*l.Celſus.22.cum quinq; legibus ſequentibus. & l.contra.30. §.ſed ſi emancipata.ff.eod.tt.* Altera: Niſi dos non ſufficiat. tunc enim in ſuperfluum hæres vel pater conuenendus. *l.Neratius.20.§.ſi maritus ff.d.tt.* Tertia: Niſi maritus facere non poſſit.*l.& ſic.27.§.final.ff.de religioſis.* Quarta: Niſi maritus dotem non acceperit.*l.quod ſi.28.ff.d.tt.* Quinta: Niſi maritus dotem reſtituit.*d.l.27. §.1. Concordat l.ſi mulier.29.§. is qui. ibi: reddita dote.ff.d.tt.* Sexta: Niſi maritus ad dotem alij reſtituendam teneatur. reprobatur *d.l.29. §.ſi is qui.l.ſed ſi nondum.17.ff. eod.tt.l.ſi filiafamilias.60.ff. ſoluto matrimonio.item l.contra.30.in princ.ff.de religioſis.* Septima replicatio eſt: Niſi is qui pro muliere dotem dedit, pactus eſt ne quid maritus in funus vxoris ſuæ conferret. approbatur ſimul & diſtinguitur *l.Neratius.20.in princ.ff.eod.tt.* Octaua: Niſi mulier poſt diuortium alij nupta deceſſerit. *l.ſi mulier.29.in prin.ff. eod.tt.*

Duplicatio præcedentium replicationum generalis.

Hæ ſunt replicationes propoſitæ quartæ exceptionis, quarum duplicatio generalis eſt: Niſi vxor defuncta neque hæredes habeat, neque patrem qui ſoluendo exiſtat. *l.quod ſi, 28. in fine.ff. de religioſis.* Hæc de quarta exceptione.

Quinta exceptio eſt: Niſi mortua muliere, mariti hæres ad quem dos peruenit, ſuperſit. hic enim tenetur. *l.ſi poſſeſſor.32.in fin.ff.de religioſis.* Sexta: Niſi muliere mortua, dos eius ſuperſit. hoc enim caſu is ad quem dos peruenit, funeraria actione tenetur. *l.Neratius.20.§.quid tamen ſi quis.& §.fin.ff.de religioſis.item l.in eum.16.in fin.ff eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima videtur eſſe: Niſi ad eum qui pro muliere dotem dedit, dos redierit. reprobatur *d.l.20.§.quid tamen.* Alias huiuſmodi replicationes vide *ſupra except.2.replic.3. duplicat.1.item except.4. replic.1.cum ſequentibus.* Septima exceptio eſt: Niſi patronus contra tabulas bonorum poſſeſſionem obtinuerit. hic enim etiam pro rata tenebitur. *l.funeris.15.ff.de relig. Concordat l.ſorori.6.in fin.ff.ſi pars hæred.petatur.* Octaua: Niſi mandatu alterius quis ſumptus funeris fecit. hoc enim caſu aduerſus eum qui mandauit, non aduerſus hæredem actio mandati competit. *l.at ſi quis.14.§.qui mandatu.ff. de relig.* Nona: Niſi deducto ære alieno hæreditario & legatis, hæreditas non ſufficiat. reprobatur *l.veluti. 23.cum tribus leg.ſeqq.& l.impenſa.45.ff. eod.tt.*

VIII. QVID VENIAT IN actione propoſita?

Non quantum erogatum eſt, ſed quantum iudex ex bono & æquo arbitrabitur, reſtituendum venit.*l.ſi quis.12 §.ſumptus.ff.de religioſis. Concordat l. at ſi quis.14.§.hæc actio.ibi: æquum autem.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio videtur eſſe: Niſi tantum, quantum teſtator voluit, ſit erogatum. ſed reprobatur *d.verſ.æquum autem.ibi, quid ergo.* Reprobatur item exemplo *l.funeris.37.in fin.ff. de religioſis.* Alias huiuſmodi regulas vide *in iis quæ propoſita ſunt ſupra quæſt.5. in princ.*

IX. QVANDO ET QVAMdiu competat hæc actio?

1. Regula: Pater qui funus fecit, impenſam à marito ſtatim repetere poteſt, licet dotem ſtatim repetere non poſſit. *l.filiafamilias.60. ff. ſoluto matrimonio.*

II. Re-

II. Regula: Perpetua eſt actio. *l.ſi filiusfamilias.13.§.fin.ff.de religioſis.*

X. ADIVNCTA OFFICIA iudicis in hac actione?

Iudex non meram negotiorum geſtorum actionem, ſed ſolicitus æquitatem ſequetur. *l.at ſi quis.14.§.item Labeo, in fine, ff. de religioſis.*

XI. EVENTVS.

I. Regula; Maritus poteſt id quod hac actione cõuentus præſtitit, in dotem reputare ad dotem reſtituendam conuentus.*l.ſed ſi nõdum.17.cum duabus legib. ſeqq. ff. de religioſis. Concordat l.ſi mulier. 29.in fine.ff.eod.tt.*

II. Regula; Quod pater defunctæ mulieris in funus impendit, vel ab alio eo nomine cõuentus præſtitit, per actionem de dote à marito repetit. *l.contra 30.in prin. ff. de religioſis. Concordat l.filiusfamilias.60.ff.ſolut.matrim.*

VII. ADFINIA huius actionis remedia, *vide ſup. q.5.except.6.* Hæc de funeraria actione. Plane alia quæ ad funerandum & ſepeliendum pertinent, *vide ſup.lib 2.c.7.membr.5.*

FAMILIÆ ERCISCVNDÆ.

CAP. VIII.

PRimo: Quo iure, quaq; ratione introducta ſit actio propoſita, definitur *l.1.in prin.ff.famil. erciſcund.*

II. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

I. Regula: Bonæ fidei actio eſt. *l.non eſt ambiguum.9.C.famil.erciſc.*

II. Regula; Mixta eſt actio, tam in rem, quam in perſonam.*Inſt.de actionib.§.quædam actiones.*

III. Regula: Vterq; & actor & reus eſt in hac actione. *l.2. §. in familiæ.ff famil.erciſc.l.inter cohæredes.44.§.qui familiæ.ff. eod. tt. l. iudicium. 10.ff.finium regundorum.item l.actionis verbo.36.in fin.ff.de actionib. & obligat.*

III. CAVSÆ EX QVIbus actio propoſita competit?

Familiæ erciſcundæ iudicium ex duobus conſtat, hoc eſt de rebus atque præſtationibus, quæ ſunt perſonales actiones. Hæc cauſarum diuiſio proponitur *l.item Labeo.22.§.pen.ff.famil.erciſc.Concordat l.per hoc 4 §.ſicut autem.ff.cõmun.diuid.* De hoc quidem genere cauſarum hoc capite dicetur, de illo vero *inf.cap.prox.* Sunt igitur præſtationis ſeu perſonalis actionis cauſæ huiusmodi.

I. Cauſa, Si cohæres aliquid ex hæreditate vel re hæreditaria percepit, ad hoc cõmunicandum datur aduerſus eum actio.*l.item ex diuerſo.19.ff.famil.erciſcund. Concordat Inſtit.de offic. iudic. §.ſi familiæ.ibi, eo quoque nomine.* Exceptio prima eſt; Niſi ante aditam hæreditatem hæres ex re hæreditaria perceperit. Quæ ipſo quidem iure approbatur, eius autem replicatio eſt: Niſi ſciuerit rem ex qua percepit, hæreditariam eſſe. *l. inter cohæredes.44.§.fructus. ff.famil.erciſcund.* Altera exceptio eſt; Niſi ſeruus liber & ex parte hæres inſtitutus, ſtatus ſui ignarus quædam à debitoribus hæreditariis perceperit. hæc enim non familiæ erciſcundæ iudicio, ſed negotiorum geſtorum actione ab eo reſtituẽda veniunt. *l. eius qui. 41.ibi, earum autem. ff. ſi certum petatur. de qua re vide inf. quæſt. vlt. except.7.* Huius replicatio eſt; Niſi viuo teſtatore ſeruus perceperit.*l.Mæuius.52.§.ſeruus.ff famil.erciſcund.* Alias propoſitæ cauſæ exceptiones, *vide inf. cap.prox.q.3.*

II. Cauſa, Si cohæres in re hæreditaria dolo vel culpa verſatus eſt.*l.& puto.16.§.ſed etſi dolo.& l. hæredes.25 §.non tantum.ff.eod.tt.* Propoſitæ cauſæ ſpecies ſunt *inf.cauſæ aliquot proxime ſequentes.* Plane eius exceptio prima eſt: Niſi non quaſi hæres fecit.*d.§.ſed etſi.* Altera; Niſi viuo teſtatore fecerit.*d.§. ſed etſi.* Tertia; Niſi alia ſuperſit actio, reprobatur *d.§.ſed etſi. Concordat d.l.16.§.idemque ait.* Quarta; Niſi cohæres reus eam præſtitit diligentiam, quam in ſuis rebus præſtare ſolet. *d. §.non tantum.* Quinta; Niſi res in qua dolus vel culpa commiſſa eſt periit, vel apud hoſtes ſit, reprobatur *l.item Labeo.22.§.fin.cum duab.legib. ſeqq.ff.famil. erciſc.* Nunc propoſitæ cauſæ aliquot videamus ſpecies.

III. Cauſa, Si cohæres rem hæreditariam abſtulit, vel deteriorem fecit.*l.incerti.19.C.famil.erciſcund.l.aduerſus.3.C.d.tt.item Inſtit.de offic.iudic.§.ſi familiæ.ibi, eo quoq; nomine.*

IV. Cauſa, Si cohæres rem hæreditariam vendidit.*l.inter cohæredes.44. §. ſi cohæredes, ff.famil. erciſcund.* Plura de hac cauſa, *vide inf.quæſt.vlt.*

V. Cauſa, Si rationes hæreditatis cohæres deleuerit.*l.& puto.16.§.idemq; ff.d.tt.*

VI. Cauſa, Si cohæres non conſentiendo impediuit legatum.*l.hæredes.25.§.ſi incerto.ff.d.tt.*

VII. Cauſa, Si cohæres ſeruitutes debitas nõ vtendo amiſit.*d.25.§.item culpæ.*

VIII. Cauſa, Si cum defunctus promiſiſſet ſtipulanti per ſe hæredemq; ſuum fieri, vel non fieri: per cohæredem contra ſtipulationem factum ſit.*d.l.25.§.in illa.& §.contra ſi promiſſor l.inter cohæredes.44.§.quod ex facto.in fine.ff.d.tt.l.2.§. ex his igitur.ibi, ſed quo caſu.& §. item etſi in facto.ff. de verborum obligationib.l.ſtipulationum.5. §.fin. in fine.item l.in executione.85.§. quod ſi ſtipulatus, in fine. ff. eod.tit. & l.fideicommiſſa.11.§.penult.ibi, imputaturum.ff.de legat.3.*

IX. Cauſa, Si ſeruus cohæredis dolo circa res hæreditarias egit. reprobatur ſub conditione *l.ſi quid.45.in fin.ff famil.erciſc.*

X. Cauſa, Si vnus hæredum commune negotium geſſerit, & ſumptus fecerit, vel ſe obligauerit.*l.filiæ.18.in fin.C.familiæ erciſcundæ. Concordat l.ſi ue pro 3.C.de negotiis.M.I.R. lib.5.cap.8.reg.19.* Huius duo exempla proponuntur *l. his conſequenter, 18.§.penult.& vltim.ff.d. tit. Concordat l. inter cohæredes.44.§.penult.ff.d.tt.* Aliud exemplum proponitur *d.l.44. §.vlt.* Item aliud *l.ex parte.39. in princ. ff.eod.tt. Concordat item cauſæ propoſitæ l.hæredes.25.§. ſi vnus.ff.d.tt item ea quæ propoſita ſunt ſup.cauſ. 8.* Huius cauſæ exceptio prima eſt; Niſi cohæres ſine eo, quod geſſit, ſuam partem adminiſtrare potuiſſet. hoc enim caſu non familiæ erciſcundæ, ſed negotiorum geſtorum actio eſt.*d.§.ſi vnus. ibi, & omnino quæ pro parte. Concordant ea quæ proponuntur infra cap.10.quæſt.3.cauſ.1.except.4.* Altera exceptio eſt; Niſi indebitum cohæres ſoluerit, approbatur exẽplo legati ſeruo proprio relicti, & à cohærede ſoluti.*l.ex parte.39.§.Sticho.ff.famil.erciſcun-*

dæ. Hulus exceptionis replicatio est; Nisi cum in rei venditione de euictione cauere non teneretur, nihilominus cauit, & inde soluit. hoc enim casu repetit à cohæredibus id quod soluit. *l. qui hæres.* 49. *ff. d. tt.* Tertia exceptio est; Nisi cohæres ex suo & propter suum factũ quid præstitit. hoc enim à cohæredibus non repetit. *l. inter cohæredes.* 44. §. *quod ex facto. ff. familiæ erciscundæ.* Exemplum proponitur *l. ex parte.* 39. §. *fin. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi filiusfamilias ex parte hæres debitũ peculiare in solidũ soluit. hoc enim casu, quia peculium communicatur, *vt inf. cap. prox. dicetur*, etiam onus à reliquis cohæredibus participandum est, quamuis filius soluens is sit, qui debitum contraxerit. *l. hũ consequenter.* 18. §. *si filiusfamilias. ff. familiæ erciscundæ. l. frater à fratre.* 38. *ibi, idque maxime. ff. de condict. indeb. l. certum est.* 13. *C. famil. ercisc.* Altera replicatio est; Nisi ex eo, quod iussu patris testatoris filius contraxerit, soluit. *l. si filia.* 20. §. *si filiusfamil. ff. familiæ ercisc.* Huius exemplum est, si filius ex parte hæres in muneribus publicis, in quibus pater ei consensit, reliquatus est. hoc enim ex communi hæreditate percipit. *d. l.* 20. §. *idem scribit.* Huius replicationis duplicatio in exemplo proposito hæc est; Nisi filius post mortem demũ patris munus suscepit, in quod expendit. *approbatur ibidem.* Cuius triplicatio prima est: Nisi pater in vita professus sit, vnũ ex filiis suis munus suscepturum. *approbatur ibidem.* Altera; Nisi pater vnus pro altero filio & de instituto magistratu sit functus. reprobatur *l. ex parte.* 39. §. *filius. ff. eod. tt.* Tertia; Nisi in omnibus socij sint. *d. §. filius.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est; Nisi cum ei hæreditario nomine cohæres se obligasset, ex ea causa soluerit. hoc enim casu, quamuis videatur propter suũ factum & obligationẽ impendisse: tamẽ propositæ exceptioni locus nõ est. Quæ replicatio ipso quidem iure approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. eadem causa in prin.* verũ eius duplicatio est: Nisi cum se obligare cohæres non deberet, sese obligauerit. sed reprobatur exemplo *l. qui hæres.* 49. *ff. famil. ercisc.* Quarta replicatio est: Nisi in rem defuncti versum sit id cuius nomine se obligauit. *l. filia.* 20. §. *si filiusfamil. ff. d. tt.* Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio est; Nisi ante aditã hæreditatẽ, & non quasi hęres impendit. *d. l.* 39. Huius exemplum est, si viuo adhuc testatore gessit vel impẽdit. Cuius tamẽ replicatio est. Nisi filius patrẽ defendit, & condẽnatus soluit. *l. heredes.* 25. §. *si filius. C. famil. ercisc.* Quinta exceptio; Nisi in munus publicum filius hæres impendit. approbatur simul & distinguitur *per ea proposita sunt sup. exc.* 3 *repl.* 2. Sexta; Nisi res in quã impensum est, periit, vel apud hostes sit. reprobatur *l. si seruus.* 31. *ff. famil. erciscund. Concordat l. item Labeo.* 22. §. *fin. cum duab. legib. seqq. ff. d. tt.* Hæc de decima causa.

XI. Causa; Si seruus hęreditarius vni hęredum furtum fecerit. *l. & puto.* 16. §. *fin. ff. famil. erciscundæ.*

XII. Causa, Si cohęres debitor sit hęreditarius. reprobatur *l. fundus.* 51. *in fin. ff. d. tt.*

XXIII. Causa; Si cohęredi aliquid à defuncto debeatur, approbatur exemplo *l.* 2. *C. famil. ercisc. Concordat l. hæredes.* 25. §. *si filius. ff. d. tt.*

XIV. Causa, Si vni cohęredum aliquid sit prælegatum. *l. cæteræ.* 4. *in prin. & l. si ita.* 42. *ff. eod. tt. item l. si qua.* 7. *C. d. tt.* Huius causę exceptio est: Nisi rationibus prælegatis, eæ nondum sint descriptæ: vel à legatario non pręstetur cautio, vt quoties rationes desideratæ fuerint, earũ copia fiat. *l. Pomponius.* 8. *in prin. ff. d. tt.*

XV. Causa; Si cohæres nõ soluendo creditori hæreditario deteriorem conditionem cohęredum facturus est, agi cum eo potest, vt soluat, vel caueat se aliis in solidum soluẽtibus pro sua parte restituturum. *l. his consequenter.* 18. §. *Celsus. ff. famil. ercisc. l. si filia.* 20. §. *si pater. & §. Papinianus, in fin. l. hæredes.* 25. §. *idem iuris. item l. inter cohæredes.* 44. §. *vsufructu. ff. d. tt. l. licet.* 23. *C. d. tt. Item concordat inf. cap. prox. q.* 5. *reg.* 23.

XVI. Causa: Si cohæres aliquid à testatore facere iussus, nõ faciat, hoc enim casu actione proposita cogi potest vt faciat, approbatur exemplo *d. l.* 18. §. *idemq; ait.* Huius causæ exceptio est: Nisi voluntas testatoris sit mutata. *l. in ipsius.* 5. *C. eod. tt.* Plures huius causæ exceptiones vide *sup. lib.* 12.

XVII. Causa: Si id quod inter hæredes cõuenit: ab vno hærede non seruetur. *l. in communi.* 3. §. *fin. ff. communi diuidundo.* Hæc de causis personalium præstationum. Sed & plures huiusmodi causas vide *inf cap. prox. q.* 3. *& q.* 5.

IV. QVIBVS & inter quos competat actio proposita? vide *cap. prox. q.* 2.

V. APVD QVEM competat?

Si plures sint hæredes diuersi fori, proponitur *l.* 1. *ff. de quib. rebus ad eundem iudicem eatur.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula, De eo, quod interest, proponitur *l. hæredes.* 25. §. *si incerto. ff. famil. ercisc.*

II. Regula: Ex damno dato in sumptum, non in duplum agitur. *l. damno.* 17. *ff. famil. ercisc.*

III. Regula, De vsuris sumptuum factorum, proponitur *l. his consequenter.* 18. §. *sumptuum. ff. d. tt.*

IV. Regula, De fructibus rei percipiendæ, *l. fundus.* 51. *in prin. ff. d. tt. Leges concordantes vide inf. cap. prox. q.* 3. *reg.* 2.

V. Regula; Filiusfamilias ex eo contractu quem fecit condemnatus, agit aduersus suos cohæredes, vt sibi pro quantitate peculij sui, quod communicatur, præstetur ad liberandos creditores peculiares. *l. certum est.* 13. *C. familiæ erciscundæ.* Reliquas huiusmodi regulas seu res, quæ veniant in diuisionem hæreditatis, *vide inf. cap. proxim. quæst.* 3.

VII. QVAMDIV COMPETAT?

Non nisi triginta annorum præscriptione tollitur. *l. vnus.* 3. *C. in quibus causis cesset longi temporis præscript. Concordat l.* 1. §. *nemo itaq; audeat. C. de annali exceptione.*

VIII. ADIVNCTA seu officia iudicis in familiæ erciscundæ iudicio, *vide inf. cap. prox. q.* 5.

IX. EVENTVS PROPOSITÆ actionis.

I. Regula: Non confitetur quis hac actione, aduersarium sibi esse cohæredem. *l. qui familiæ.* 37. *ff. familiæ erciscundæ. Concordat l. si post.* 4. *C. de iuris & facti ignorant.* Huius regulæ exceptio est; Nisi sententia lata sit, & solutio ex ea facta. *l. cum putarem.* 36. *ff. famil. ercisc.*

II. Regula. De actione & exceptione rei iudicatæ ex hoc iudicio dãda, proponitur *l. inter cohæredes.* 44. §. 1. *ff. d. tt. Concordat l. si diuisionem.* 15. *C. d. tt.*

III. Regula, De actionibus hæreditariis lite pendente inferendis & excipiendis, habetur *l. in iudicio.* 47. *ff. famil. ercisc.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Ex causis sup. enumeratis, & iis quę proponuntur *inf. cap. prox.* regulariter quidem familiæ erciscundæ, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi cõmuni diuidundo actio. *l. si filia.* 20. §. *familiæ. ff. famil. ercisc. l. quibus casib.* 34. §. *fin. ff. pro socio. item l. inter cohæredes.* 44. *in princ. ff. famil. ercisc.* Huius replicatio est; Nisi res non sint hæreditariæ, sed ex hæreditate, veluti commodatæ, depositæ. *Hæc replicatio (Accursio teste) approbatur d. l.* 44. *in prin.* Altera exceptio est; Nisi is, qui familiæ erciscundæ iudicio experitur, hæres negetur. hæc enim casu non familiæ erciscundę actio, sed petitio hæreditatis competit. approbatur simul & distinguitur *l.* 1. §. *sed si is. ff. famil. ercisc. d. l.* 44. §. *si cohæredes, in fine. l. in familiæ.* 20. *in fine. C. d. tt.* Tertia; Nisi id petatur, quod in familiæ erciscundæ actionem non venit. de hoc enim petitio hæreditatis competit. approbatur & exemplo declaratur *l. si fundus.* 51. §. *si ego à te. ff. famil. erciscund.* Quarta; Nisi ex damno dato agatur. hoc enim casu etiam legis Aquilię actio est. *l. & puto.* 16. §. *idemq; ait. ff. famil. ercisc.* Quinta; Nisi ex eo, quod hæres rem hæreditariam abstulit, agatur. hoc enim casu etiam expilatæ hæreditatis actio videtur competere. Sed reprobatur *l. aduersus* 3. *C. familiæ erciscundæ.* Sexta; Nisi ex eo, quod seruus hæreditarius vni ex hæredibus furtum fecerit, agatur. hoc enim casu etiam furti actio videtur competere. verum reprobatur *d. l.* 16. §. *fin.* Septima; Nisi ex eo, quod vnus hæredum commune negocium gesserit, agatur. hoc enim casu etiam negociorum gestorum actio est. *l. filiæ.* 18. *in fine. C. familiæ erciscundæ. l. siue.* 3. *C. de negotiis gestis. l. si quis.* 31. *in prin. ff. de procuratorib. item l. eius qui.* 41. *ibi: earum autem summarum. ff. si certum petatur.* Huius exemplum est, Si vnus hæredum rem communem in solidum vendidit. *quod proponitur l. ab vno.* 19. *C. de negotiis gestis. Concordat l. in familiæ.* 20. *C. famil. ercisc.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi id gestum sit, sine quo suam partem cohæres administrare non potuit. *approbatur (teste Accursio) l. hæredes.* 25. §. *non tantum. ibi: & ideo. ff. eod. tit.* Octaua exceptio est; Nisi cohæres mandatu cæterorum commune negocium gesserit, hoc enim casu mandati actio est. *d. l.* 20. *C. eod. tt. Concordat l. si quis.* 31. *in prin. ff. de procuratorib.* Nona: Nisi ex eo, quod vnus contra voluntatẽ defuncti faciat, agatur. hoc enim casu præscriptis verbis actio est. approbatur exemplo *l. si filia.* 20. §. *si pater. ff. familiæ erciscundæ.* Aliud exemplum proponitur *l. his consequenter.* 18. §. *sed & cum. ff. eod. tt.* Decima exceptio est: Nisi inter hæredes conuenerit, vt vnus in solidum creditoribus hæreditariis soluat. hoc enim casu, si placitis fidẽ non præstet, vel ex stipulatu, vel præscriptis verbis actio est. *l. licet.* 23. *C. de tt.* Vndecima; Nisi res per diuisionem vni addicta euicta sit. hoc enim casu præscriptis verbis actio est. *l. si familiæ.* 14. *C. famil. ercisc.*

II. Regula, De exceptione ex causis supra propositis opponenda, proponitur *l. ex parte.* 39. *in prin. & d. l.* 18. §. *si filiusfamilias. ff. d. tt.*

DE RERVM HÆREDITARIARVM diuisione.

CAP. IX.

CVm duo sint genera causarum, ex quibus familiæ erciscundæ actio cõpetit, personales scilicet præstationes, & rerũ hæreditariarum diuisio, *vt sup. cap. prox. q.* 3, *in prin. est ostensum:* cumq; de personalibus præstationibus in superiore *cap. prox.* satis sit dictum, nunc de rerum hæreditarium diuisione est dicendum.

I. Si igitur hæreditas, vel res aliqua hæreditario iure inter aliquos sit communis; familiæ erciscundæ iudicio agitur, vt ea diuidatur. *quæ regula tum iis quæ sup. d. q.* 3. *in prin. proposita sunt, tum etiam l. bona.* 8. *C. familiæ erciscundæ. approbatur. M. I. R. lib.* 5. *c.* 8, *reg.* 12. Huius regulæ prima exceptio, sumpta ex genere causæ, ex qua hęreditas est communis, reprobatur *l.* 2. *in princ. ff. eod. tit. Concordat l.* 1. *cum duabus legib. seqq. ff. de petit. hæred.* Huius exceptionis reprobatæ exemplum proponitur *l. sed & eius.* 24. *in fine. ff. famil. erciscun.* Altera exceptio videtur; Nisi ex diuersis causis eadem hæreditas duobus vel pluribus sit communis. Sed & hæc reprobatur exemplo *d. l.* 24. *de eo cui ex S. C. Trebelliano, & eo cui ex edicto prætoris hæreditas delata est. Concordat l. si ex asse.* 40. *ff. eod. tit. & l.* 2. §. 1. *ff. d. tit.* Tertia exceptio est: Nisi ex diuersis rebus à milite hæredes sint instituti. *l. hæredes.* 25. §. 1. *ff. familiæ erciscundæ.* Quarta: Nisi filiusfamilias militis peculium sit diuidendum. reprobatur *l.* 2. §. *item si filiusfamilias. ff. d. tit.* Quinta: Nisi defunctus apud hostes decesserit. reprobatur *d. l.* 25. *in prin. ff. d. tt.* Sexta: Nisi omnia in omnib. sint, in corporibus nihil. *d. l.* 25. §. 1, *ibi: quemadmodum. l.* 2. §. *fin. item l. fundus.* 51. §. *fin. ff. d. tt.* Plura de hac exceptione, *vide inf. quæst.* 3. *reg.* 1. *excep.* 1. Septima: Nisi vna tantum res ex pluribus diuidenda veniat. reprobatur *l. fundus.* 30. *ff. famil. ercisc.* Octaua: Nisi non omnes hæredes ad diuidendum consentiant. reprobatur *l. arbitrium.* 43. *ff. familiæ erciscundæ. Concordat l. vlt. C. communi diuidundo.* Nona: Nisi actor testatorem vel eius liberos interfecisse, vel mortem eius nõ vindicasse dicatur. reprobatur *l. his consequenter.* 18. §. 1. *ff. familiæ erciscundæ.* Decima exceptio; Nisi alteruter cohæres negetur. approbatur simul & distinguitur *l.* 1. §. *sed si is. ff. d. tt. M. I. R. d. reg.* 12. *except.* 6. Vndecima: Nisi semel familiæ erciscundæ iudicio actum sit. *l. si filia.* 20. §. *familiæ. ff. familiæ erciscundæ. Concordat l. siue.* 3. *in fine. C. de negotiis gestis.* Duodecima: Nisi diuisio hæreditatis semel sit facta. approbatur simul & distinguitur *l. vltima. ff. familiæ erciscund. M. I. R. d. reg.* 12. *except.* 3. Huius exceptionis replicatio prima: Nisi sine sententia iudicis diuisio facta sit. reprobatur *d. l. vlt.* Altera replicatio est: Nisi minor ætate diuiserit. *d. l. vlt.* Tertia: Nisi non inter omnes hæredes facta sit diuisio, & alius cohæres postea superueniat. *l. cohæredib.* 17. *C. famil. ercisc.* Quarta: Nisi non inter hæredes,

redes, sed inter tutores hæredum diuisio facta sit. *l. si pupillorum. 7. in princ. ff. de reb. minor. sine decreto.* Huius duplicatio est; Nisi æqualiter diuisio sit facta. *l. Lucius. 38. ff. famil. ercisc.* Quinta replicatio est: Nisi non omnes res sint diuisæ. hoc enim casu pro iis rebus quæ indiuisæ relictæ sunt, competit iudicium, non quidem familiæ erciscundæ, sed communi diuidundo. *l. si filia. 20. §. familiæ. ff. famil. ercisc. l. tres fratres. 35. ff. de pactis. & l. 1. C. familiæ ercisc.* Sexta: Nisi res ex diuisione percepta pignori sit obligata. *l. si paterfamilias. 33. ff. familiæ erciscund.* Septima: Nisi res ex diuisione percepta interiit. reprobatur *l. seruos. 34. & l. propter spem. 23. ff. eod. tt.* Octaua: Nisi res ex diuisione percepta euicta sit. *l. si familiæ. 14. C. familiæ ercisc. M.I.R. d. exc. 3. repl. 4.* Nona: Nisi scriptura diuisionem secuta non sit. reprobatur *l. non ideo. 12. C. d. tt.* Decima replicatio est: Nisi nudo pacto facta sit diuisio. *l. diuisionis. 45. ff. de pactis.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi quoad exceptionem. *l. si diuisionem. 15. in fin. C. famil. ercisc.*

II. QVIBVS AD DIVIDENDVM, & inter quos competit familiæ erciscundæ iudicium?

I. Regula, De eo, qui non possidet. Huic nihilominus actio proposita competit. *l. hæredes. 25. §. quantum. & l. 1. §. 1. ff. eod. tt.*

II. Regula, De eo, qui hæres negatur, proponitur *d. l. 1. §. sed si is.*

III. Regula, De quibusdam, non omnibus hæredibus. *l. 2. §. dubitandum. ff. famil. ercisc.*

IV. Regula, De hæredibus cohæredis defuncti, *l. si familiæ. 48. ff. eod. tt.* De reliquis huiusmodi regulis vide *supr. quæst. prox. except. 1. cum aliquot seqq.*

II. QVÆ VENIANT in hoc iudicium diuidenda?

I. Regula: Regulariter quidquid ex hæreditate defuncti est, inter hæredes venit diuidendũ. *l. sed etsi. 25. §. penult. ff. de petit. hæred. M.I.R. d. cap. 8. regul. 13.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi ea, quæ in nominibus sunt, vt debita & credita hæreditaria. *l. fundus. 51. in fin. ff. familiæ erciscundæ. l. cæteræ 4. in prin. item l. hæredes. 25. §. 1. ff. d. tit.* Huius ratio proponitur *l. ea quæ. 6. C. famil. erciscundæ.* Huius exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi talis sit actio, quæ singulis hęredibus & aduersus singulos in solidum competit, sed reprobatur *d. l. 25. §. an ea stipulatio.* Altera replicatio est: Nisi hæredes spõte nomina inter se pacto vel stipulatione diuiserint. *l. 2. §. fin. ff. d. tit.* Tertia: Nisi Iudex causa cognita aliis alia debita & credita in solidũ attribuat. *l. plane. 3. ff. d. tt.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio: Nisi seruitus sit, quæ debetur prædio, vel à prædio hæreditario. reprobatur *l. arbor. 19. §. fin. ff. communi diuidundo.* Tertia: Nisi vsusfructus sit. reprobatur *l. sed etsi. 14. in fine, cum duabus legib. seqq. ff. familiæ erciscundæ.* Quarta: Nisi ea res, quæ communis esse desiit. *l. familiæ. 9. C. communia vtriusq; iudicij, &c.* Quinta: Nisi res alij legata. ipso quidem iure approbatur, verum eius prima replicatio est: Nisi sub conditione legata sit. *l. & post. 12. §. res quæ sub, cum lege seq. ff. familiæ erciscundæ.* Altera; Nisi legatum deficiat, vt penes hæredem maneat. quæ replicatio ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est; Nisi cum creditori à debitore compensationis animo legatum esset, aut si debitum petere mallet, vnus hæredum iussus sit in solidum ei soluere, creditor repudiato legato debitum petat. hoc enim casu legatum præcipuum habebit is hæres, qui solidum soluere iussus est. *l. si filia. 20. §. penult. ff. d. tit.* Sexta exceptio est; Nisi seruus, cui libertas in testamento relicta est. Et hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi statuliber sit. *d. §. res quæ sub.* Septima exceptio est; Nisi res cuius suam partem vnus hæres alienauit. *l. ex hæreditate. 54. ff. d. tt. Concordat l. duæ filiæ. 3. ff. pro dote.* Replicatio est; Nisi per errorem cum alio, qui hæres nõ est, sit partitus. *l. item Labeo. 22. in princ. ff. familiæ erciscundæ.* Octaua exceptio est; Nisi res cuius pars aliena est, non hæreditaria. *l. hæredes. 25. §. quod pro emptore in fin. ff. d. tit.* Replicatio prima est; Nisi hæres thesaurum à testatore relictum cum alio sit partitus. *d. l. 22. in princ.* Altera; Nisi res cum alio communis hæredibus sit adiudicata. *l. Mæuius. 52. in princ. ff. d. tt.* Nona exceptio est: Nisi pecunia ex venditione rei hæreditariæ ab vno hæredum redacta. *l. in familiæ. 20. C. d. tt. Concordat l. si & rem. 22. §. final. ff. de petit. hæred.* Decima; Nisi res ab alio vsucapta. *l. sed etsi. 14. ff. famil. erciscund. Concordat d. l. 3. ff. pro dote.* Vndecima exceptio est; Nisi res ab vno hæredum pro emptore vel pro donato, aut alio huiusmodi titulo, non pro hærede possessa. *l. hæredes. 25. §. quod pro emptore. ff. familiæ erciscundæ.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi titulus deficiat, ex quo possidere se dicit. *l. seruum. 22. C. eod. tt.* Altera; Nisi res à defuncto empta hæredi tradita sit. *l. veniunt. 9 ff. familiæ erciscundæ.* Tertia; Nisi hæres rem à defuncto pignori datam, à creditore comparauerit. reprobatur *l. quia cohæredes. 17. ff. cõmuni diuid.* Quarta; Nisi hæres thesaurum à testatore relictum effodit. *l. item Labeo. 22. in princ. ff. familiæ erciscundæ.* Duodecima exceptio est: Nisi res ab hærede vsucapta. approbatur ratione exceptionis præcedentis, verum eius replicatio est; Nisi rẽ defuncto traditam vsucepit. *l. veniunt. 9. ff. familiæ ercisc.* Decimatertia; Nisi id quod vni hæredum conditionis implendæ causa datum est. *l. si filia. 20. §. fin. cum l. seq. ff. familiæ erciscundæ.* Decimaquarta; Nisi res quam hæres suam propriam dicit, non communem. *l. si quid. 45. in prin. ff. eod. tt.* Decimaquinta; Nisi res litigiosa. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 2. cap. 6. membr. 2, de re litigiosa non alienanda, exc. 5. Concordat l. in iudicio. 47. ff. familiæ erciscund.* Decimasexta; Nisi seruus quem testator in perpetua vincula collocari vel exportari iussit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi testator voluntatem mutauit. *l. in ipsius. 5. C. familiæ erciscundæ.* Decimaseptima exceptio est; Nisi id quod pater vni filiorum studiorum causa subministrauit. approbatur simul & distinguitur *l. quæ pater. 50. ff. eod. tt. M.I.R. d. regul. 13. except. 1.* Decimaoctaua; Nisi pecunia ab vno hæredum credita, ipso quidem iure subsistit, verũ eius replicatio est; Nisi ita vt defuncto solueretur, credita sit. approbatur simul & distinguitur

guitur *l. pecuniam. 53. ff. familiæ erciscundæ.* Decimanona; Nisi id quod vni hæredum à testatore donatum vel prælegatum est, aut alio modo cõcessum. approbatur *exemplo eorum quæ dicta sunt paulo superius except. 11. & except. 17. item sup. cap. prox. q. 3. caus. 14. M.I.R. d. regul. 13. except. 4.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi peculium, quod filiofamilias cohæredi à patre defuncto est concessum. *l. certum est. 13. in princ. C. famil. ercisc. Concordat l. filiæ. ibi, quin autem. C. de collationibus. M.I.R. d. regul. 13. except 3. & reg. seq. 14.* Cuius duplicatio prima est; Nisi castrense, vel quasi castrense sit peculium. *d. vers. quin autem. l. si filius familias. 4. C. familiæ erciscundæ. l. errat. 3. in fin. C. de castrensi peculio. l. miles. 4. in princ. ff. eod. tit. Instit. quibus non est permiss. fac. testam. §. ex hoc intelligere. item l. cum duobus. 25. §. idem Papinianus. in fin. ff. pro socio.* Altera duplicatio est; Nisi peculium filio sit prælegatum. *d. vers. quin autem. Concordat l. emptor. 65. §. fin. ff. de rei vendicat.* Tertia; Nisi quoad debitum peculiare: quia enim hoc filius præcipit, æquum etiam est, vt à peculio tantundẽ præcipiat. *l. si filia. 20. §. si filius familias, in fine. ff. familiæ erciscundæ. Concordat l. certum est. 13. in fine. C. d. tt.* Vicesima exceptio est; Nisi dos vel donatio ante nuptias pro cohærede à defuncto data. approbatur quidem iure antiquo, ratione exceptionis proxime præcedentis, *l. Pomponius. 35. ff. familiæ erciscundæ. Concordat l. Theopompus. 14. ff. de dote relegata.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi viuo testatore soluto matrimonio, dos vel donatio ad testatorem redierit. approbatur simul & distinguitur *l. illud. 12. C. communia vtriusq; iudicij.* Cuius duplicatio prima est; Nisi pro cohęredibus etiã à testatore ex causa dotis vel alia simili causa, ex qua conferre non tenentur, aliquid datum sit. tunc enim etiã is eave, pro quo quave dos vel ante nuptias donatio data est, eam præcipuam habet, quamuis viuo testatore soluto matrimonio dos vel donatio ad eundem testatorem redierit. *d. l. 12. ibi inueniantur autem alij liberi.* Huius triplicatio est: Nisi quoad quantitatem, quam alij sunt lucrati. *quæ approbatur ibidem, & §. si tamen minus.* Altera duplicatio est; Nisi non fratres, sed extranei cohæredes sint instituti. *d. l. 12 ibi, si autem extranei.* Tertia; Nisi aliud testator disposuerit. *d. l. 12. ibi, & nihil de huiusmodi rebus, &c.* Quarta; Nisi alius quam pater dotem dederit & receperit. reprobatur *d. l. 12. vers. ea igitur quæ in paterna.*

Mutatio iuris.

Plane exceptio proposita iure nouo mutata est. quæ approbatur simul & distinguitur *sup. lib. 10. c. 15. & c. 16.*

Vicesimaprima exceptio: Nisi dos vel donatio ante nuptias vni cohæredũ vel patri eius à testatore nomine vxoris, nurus aut generi data. *l. si filia. 20. §. hoc amplius. ff. famil. erciscund. Concordat l. fundus. 51. in prin. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio videtur esse; Nisi cũ dos patri testatori nomine nurus data esset, filius maritus nõ pure, sed sub conditione hæres sit institutus, & conditio adhuc pendeat. Sed reprobatur *l. si maritus. 46. ff. eod. tt.* Vicesimasecunda exceptio est; Nisi res vnius hæredis nomine comparata. *l. filiæ. 18. C. famil. ercisc.* Vicesimatertia; Nisi eæ res, in quibus defunctus nomine vnius hæredis vsumfructum tantum habuit, proprietate penes hæredem constituta. Hæc enim hæres proprietarius præcipuas habet. approbatur exemplo *l. 2. in fin. C. de bon. maternis.* Vicesimaquarta; Nisi ea, quæ vnius hæredum propria sunt. ipso quidem iure subsistit, eiusq; exemplum est superior exceptio proxima: verum eius replicationes vide *in collatione bonorum sup. lib. 10. cap. 15. item M.I.P. lib. 5. cap. 8. reg. 6. cum seq.* Vicesimaquinta; Nisi res non hæreditariæ, sed alienæ. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est: Nisi res defuncto pignori data. *l. si pignori. 29 ff. famil. ercisc.* Altera; Nisi res à defuncto bona fide possessa. *l. item prædia. 10. ff. d. tt.* Tertia; Nisi res à defuncto possessa, & ab hærede vsucapta. *l. veniunt. 9. ff. eod. tt.* Vicesimasexta exceptio est; Nisi res religiosæ. *l. fundus. 30. in fine. ff. d. tt.* Vicesimaseptima; Nisi libertti testatoris. *l. vlt. ff. de iure patronatus. Concordat l. quædam mulier. 41. ff. famil. ercisc.* Vicesimaoctaua; Nisi prædia vectigalia vel superficiaria. reprobatur *l. item prædia. 10. ff. famil. ercisc.* Vicesimanona, Nisi res, quæ apud hostes est. reprobatur *l. item Labeo. 22. §. fin. cum l. seq. ff. famil. ercisc.* Tricesima; Nisi seruus, qui est in fuga. reprobatur *l. arbor. 19. §. Iudex. ff. cõmuni diuidundo.* Tricesimaprima; Nisi res furto ablatæ. reprobatur *l. in iudicio. 47. in fin. ff. famil. erciscundæ.* Tricesimasecunda; Nisi animalia, quæ feram naturam habent, & à bestiis erepta. reprobatur *l. Pomponius. 8. §. idem Pomponius. ff. eod. tt.* Tricesimatertia exceptio est; Nisi ex iniustis & turpibus causis quæsita. *l. cæteræ. 4. §. sed & si quid. ff. d. tt. Concordant ea, quæ proposita sunt sup. lib. 1. cap. 29. q. 1. except. gener. 5. replicat. 1. item l. si quis. 26. ff. ad leg. Cornel. de fals.* Tricesimaquarta; Nisi venena, mala medicamenta, & libri improbatæ lectionis. *l. cæteræ. 4. §. mala. ff. familiæ erciscundæ.* Tricesimaquinta; Nisi post aditam hæreditatem, vel post litem cõtestatam quæsita reprobatur *l. partum. 11. cum l. seq. & l. & puto. 16. §. id quod. ff. eod. tit.* Tricesimasexta; Nisi tabulæ testamenti. *l. cæteræ. 4. §. fin. ff. familiæ erciscundæ.* Tricesimaseptima; Nisi cautiones hæreditariæ. *l. si quæ. 5. cum lege sequente. ff. eod. tit. Concordat l. de instrumentis. 5. C. communia vtriusque iudicij. M.I.R. d. regul. 13. except. 8.* Hæc de prima regula.

II. Regula, De fructibus rerum hæreditarium, proponitur *l. non solum. 56. ff. famil. ercisc. l. non est ambiguum. 9. item l. cohæredibus. 17. C. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi rei, quæ ab vno præcipitur: nam & eius fructus præcipiendi veniunt. ipso quidem iure subsistit, verum replicatio est: Nisi fructus ante litem contestatam ex ea fuerint percepti. *l. fundus. 51. in prin. ff. d. tt.* Altera exceptio est; Nisi deductis impensis. *d. l. 51. De qua re vide sup. cap. prox. q. 3. caus. 10.*

III. Regula, De vna re pluribus diuidenda, proponitur *l. fundus. 30. ff. familiæ ercisc. l. hæredes. 25. §. item si plures. ff. eod. tt.*

IV. Regula, De pluribus hæreditatibus vno iudicio diuidendis, habetur *d. l. 25. §. de plurib.*

IV. ANTECEDENTIA diuisionem.

I. Regula, De omnibus hæredibus conuocandis, proponitur *l. 1. in fin. ff. de quib. modis ad eundem iud. eatur.*

II. Re-

II. Regula, De iuramento calumniæ præstando. *l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ. ff. familiæ erciscundæ.*

V. ADIVNCTA ET OFFICIA iudicis in diuidendo.

I. Regula, Vt diuisionem à testatore factam Iudex sequatur, proponitur *l. quoties. 10. C. familiæ erciscundæ. Concordant ea quæ proposita sunt sup. lib. 9. cap. 15. replic. 1. M. I. R. lib. 5. c. 8. reg. 20.*

II. Regula: Quamuis testator scripserit, se nullas alias res, præter eas quas designauit, reliquisse: tamen hæc scriptura veritati nõ præiudicat. *l. scriptura. 10. C. communia vtriusq; iudicij.* Huius regulæ exceptio est: Nisi iureiurando modũ patrimonij sui testator definierit. *Nouell. const. 48.*

III. Regula: Vt Iudex singulas res singulis hæredibus adiudicet, definitur *Instit. de officio iudicis. §. si familiæ.*

IV. Regula: Si difficilis diuisio rei sit, potest vniuersa res vni adiudicari, isque cæteris in certa pecunia condemnari. *d. §. si familiæ. Instit. de actionib. §. quædam actiones, in fin. l. item Labeo. 22. §. 1. ff. familiæ erciscundæ. item l. familia. 55. ff. eod. tt. M. I. R. d. c. 8. reg. 23.*

V. Regula: Potest interdum Iudex pluribus eandem rem adiudicare. *d. l. 22. §. 1.*

VI. Regula, De fundo regionibus diuiso diuidendo, proponitur *d. l. 22. § sed & regionib.*

VII. Regula, De vsufructu diuidendo, *l. & puto. 16. §. vsusfructus. ff. familiæ erciscundæ. M. I. R. d. cap. 8. reg. 21.*

VIII. Regula, De nominibus tam debitis, quam creditis hæreditariis diuidendis, *vide sup. q. 3. reg. 1. except. 1.*

IX. Regula, De rebus indiuisis relictis diuidendis, proponitur *l. quæ pater. 32. ff. familiæ ercisc. Concordat l. si cognitio. 21. ibi, pro virili. C. d. tt.*

X. Regula: Vt nihil indiuisum Iudex relinquat, habetur *l. hæredes 25. §. Iudex. ff. familiæ erciscund.*

XI. Regula: Vniuersæ res à iudice æstimari debent, non singularum rerum partes. *l. Mæuius. 52. §. fin. ff. eod. tt.*

XII. Regula, In omniũ personas cõdemnatio & absolutio est facienda. *l. in hoc iudicio. 27. ff. d. tt.*

XIII. Regula, De compensatione ab arbitro admittenda, proponitur *l. Mæuius. 52. §. arbiter. ff. familiæ ercisc.*

XIV. Regula, De seruitute prædio imponenda, *l. item Labeo. 22. §. sed & regionib. ff. d. tt.*

De cautionibus interponendis.

XV. Regula, De cautione euictionis interponenda, proponitur *l. hæredes. 25. §. Iudex. ff. familiæ ercisc.*

XVI. Regula, De cautione rei absentis nomine interponenda, *l. item Labeo. 22. §. fin. cum l. seq. ff. eod. tt.*

XVII. Regula, De cautione vsusfructus nomine præstanda, *l. & puto. 16. in prin. ff. d. tt.*

XVIII. Regula, De cautione actionis nomine, quam vnus hæredum intendit vel excipit, interponenda, vt commoda & incommoda inde peruenientia communicentur, habetur *l. in iudicio. 47. & l. item ex diuerso. 19. in fin. ff. eod. tt.*

XIX. Regula, De cautione, defensum iri hæredẽ aduersus creditores hæreditarios, interponenda, si vnus debitum præcipit, proponitur *l. si filia. 20. hoc amplius. & §. Papinianus. ff. familiæ erciscundæ. § & l. hæredes. ff. 25. §. idem iuris. eod. tt.*

XX. Regula, De cautione eius, quod ab vno in solidum solutum est, restituendi interponenda, proponitur *d. §. idem iuris. & §. contra.*

XXI. Regula de cautione ab eo, ei eo apud quem cautiones hæreditariæ deponuntur, præstanda, habetur *l. si quæ. 5. familiæ ercisc.*

XXII. Regula, De redimendo pignore rei vni prælegatæ, *l. rem pignori. 28. ff. d. tt.*

XXIII. Regula, De curando à iudice, vt legata & alia debita soluantur, proponitur *l. hæredes. 25. §. si testator. l. officio. 26. & l. inter cohæredes. 44. §. vsufructu. ff. eod. tit. Concordant item ea quæ proposita sunt sup. quæst. 3. causa 15.* Alias huiusmodi regulas vide *d. quæst. 3.* Plane quid quantumq; hæreditatis nomine cuiq; hæredum debeatur, vide *sup de hæreditate ex testamento & ab intestato, item in petitione hæreditatis.* Hactenus igitur de familiæ erciscundæ iudicio.

COMMVNI DIVIDVNDO.

CAP. X.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l. 1. ff. communi diuidundo.*

II. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

I. Regula: Bonæ fidei actio est. *l. per hoc iudicium. 4. §. hoc iudicium. & l. in hoc iudicium. 14. §. 1. ff. eod. tt.*

II. Regula: Mixta est actio tam in rem, quam personam. *Instit. de actionib. §. quædam actiones.*

III. Regula: Vterque & actor & reus est. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 8. quæst. 2. reg. 3.*

III. CAVSÆ, EX QVIBVS actio proposita competit.

Veniunt in hanc actionem perinde ac in præcedentem proximam res & præstationes personales. *Quæ duplex causa approbatur l. in communi. 3. ff. communi diuidundo. & l. per hoc iudicium. 4. §. sicut. ff. d. tit.* De personalibus quidem præstationibus in hoc capite agetur: de rerum autem cõmunium diuisione dicetur *inf. cap. prox.*

I. Causa: Si socius commune negotium gesserit, sumptus que in eam rem fecerit, eique eius rei nomine quid absit; hac actione, vt sibi à socio restituatur, agere potest. *d. l. 3. in princip. d. l. 4. §. sicut. l. in hoc iudicium. 14. in princip. ff. eod. tit. item l. si maior. 4. in fine. C. eod. tit.* Exemplum proponitur *l. si in rem. 12. C. si certum petatur.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi non communi nomine, sed vt solus lucraretur, gessit. *l. si quis. 6. §. siue autem. ibi: si vero non communi. ff. communi diuidundo.* Altera; Nisi rem suam propriam putans esse, gessit. *l. si quis, 29. §. diuersa. & l. in hoc iudicio. 14. §. diuersum. ff. eod. tit.* Huius exceptionis replicatio prima est, Quod quamuis actio proposita nõ competat, per exceptionem tamen sumptus retineri possunt. *d. l. 14. §. 1.* Altera, Quod quamuis cõmuni diuidundo actio non detur, negotiorum tamen gestorum actio in id, quantum socius locupletior factus est, non denegatur. *l. item si. 5. §. sed si quis. ibi: ipsa tamen si circa. ff. de negotiis gestis.* Tertia exceptio; Nisi cum alio, quam vero socio reo conuento rem sibi communem putans gesserit. reprobatur *d. l. 14. §. quæ cum ita. l. si quis. 6. in princ. item l. si quis. 29. in princ. ff. eod. tt.* Quarta; Nisi sine eo, quod gessit in parte socij, suam partem commode administrare potuisset. *d. l. 6. §. cæterum. §. siue autem, in fin. & §. si damni. item l. si communes. 39. ff. de negotiis gestis.* Quinta: Nisi nulla re vrgente, sed voluptatis causa sumptus fecit. approbatur, simul & exemplo declaratur *l. ex duobus. 26. ff. de negotiis gestis.* Aliud exemplum proponitur *l. si quis. 6 §. fin. ff. communi diuidundo.* Sexta exceptio: Nisi ex suo delicto præstitit pœnam. ipso quidem iure subsistit *per ea, quæ proposita sunt supra cap. 8. quæst. 3. causa 10. except. 3. in princip.* Verum eius replicatio est: Nisi rei communis interfuit fieri. approbatur exemplo *d. l. 6. §. fin* Septima: Nisi antequam res cõmunis esset, sumptus in eam factus sit. approbatur simul & distinguitur *l. per hoc iudicium. 4. §. fin. cum lege seq. ff. communi diuidundo.* Octaua: Nisi post acceptum iudicium sumptus sint facti. reprobatur *l. si quis. 6. §. si quid post. ff. eod. tt.* Nona; Nisi is, qui impendit, postea suam partem alienauit. *l. familiæ. 9. C. communia vtriusq; iudicij. Concordat l. 1. in fin. ff. communi diuidundo.* Plane hoc casu nihilominus negociorum gestorum actio superest; quod primæ replicationis loco notandum. *l. in hoc iudicium. 14. §. at cum puta, in fin. ff. communi diuidundo.* Alterius replicationis loco notandũ, quod nihilominũ is, cui res alienata est, impendia per exceptionem retinere possit. *d. l. 14. §. 1. ibi, sed is qui à me.* Decima exceptio est: Nisi socius postea suam partem alienauerit. *approbatur per ea, quæ proposita sunt sup. except. prox. in prin.* Cuius primæ replicationis loco notandum, quod vtilis nihilominus competat actio. *l. si quis. in princ. ibi quare. ff. communi diuidundo.* Alterius replicationis loco notandum, quod si mutandi iudicij causa res sit alienata, actio prætoria competat, *l. communis. 24. in fin. ff. eod. tit.* Vndecima exceptio; Nisi res in quam impensum est, postea interiit. reprobatur *l. in summa. 11. ff. communi diuid. l. sed & postquam. 9. & l. si Stichus. 25. ff. d. tt.*

II. Causa; Si socius dolo vel culpa in re communi versatus sit, *l. in communi, 3. in princ. ff. communi diuidundo. l. in hoc iudicium. 14. in princ. ff. eod. tit. l. si maior. 4. in fin. C. eod. tt. item l. hæredes. 25. §. non tantum. in fin. ff. famil. ercisc.* Exempla seu species sunt causæ aliquot infra proxime sequentes. Sed & eius exemplũ proponitur *l. si is. 20. ff. communi diuidundo.* In qua lege Duarenus *lib. 1. Disput. anniuers. c. 4.* pro Edictum legit Delictum. Huius causæ exceptio est; Nisi socius reus eam præstitit diligentiam, quam in suis rebus præstare solet. *d. §. non tantum.* Sequuntur nunc propositæ causæ aliquot species.

III. Causa, Si socius rem communem fecerit deteriorem, seruum forte vulnerãdo, aut animũ eius corrumpendo, aut arbores ex fundo excidendo, *& c. l. & si. 8. §. venit. ff. communi diuid.*

IV. Causa, Si cum inter socios conuenisset, vt alternis annis fructus perciperent: alter socius alterum non patiatur fructus percipere; vel immisso pecore fecit, vt futuri anni fructus corrũperentur. *l. si conuenerit. 23. ff. communi diuid.*

V. Causa; Si seruus communis, dum apud alterum ex sociis est, crus fregit in opere. *l. communis. 26. ff. eod. tit.*

VI. Causa, Si socius ex re communi aliquid percepit, nec id communicet. *Instit. de officio iudicis. §. eadem interueniunt. l. in communi. 3. in princ. ibi, aut ad eum. ff. communi diuid. item l. si quis. 6. §. siue autem. ff. eod. tit. Concordant insuper ea, quæ proponuntur inf. cap. proxim. q. 3. reg. 1. except. 6. M. I. R. lib. 5. cap. 8. regul. 28.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi antequam res communis esset, aliquid ex ea percepit, *l. per hoc iudicium. 4. §. plane fructus. ff. communi diuid.* Altera; Nisi cum alio rem communem esse putans, quid ex ea perceperit. reprobatur *l. si quis 6. in prin. ff. eod. tit.* Tertia; Nisi actor suam partem in re cõmuni alienauerit. ipso quidem iure subsistit, verum ex æquitate reprobatur *d. l. 6. in princ. ibi, quare etsi.* Quarta: Nisi res communis periit, vel communis esse desiit. reprobatur *d. vers. quare etsi. item l. in summa. 11. ff. eod. tt.*

VII. Causa: Si seruus communis vni ex sociis furtum fecit, vel damnum dedit. approbatur simul & distinguitur *l. si seruus 63. in prin. ff. de furtis. Concordat l. si seruus. 8. §. fin. ff. de noxal. act.*

VIII. Causa: Si socius parietem communem reficere, demoliri, vel in eum immittere velit, & à socio prohibeatur. *l. si ædes. 12. ff. communi diuidundo.*

IX. Causa, Si opus in re communi socius inuito altero socio fecit. *l. Sabinus. 28. ibi, sed etsi in. ff. communi diuid. Concordat l. in re communi. 25. ff. de seruit. vrbanorum præd.*

X. Causa, Si à socio non præstetur fides iis, de quibus inter eos conuenit, *l. in communi. 3. in fin. ff. communi diuidund.* Exemplum proponitur *l. si conuenerit. 23. ff. eod. tt.* Hæc de causis, seu personalibus præstationibus propositæ actionis. Sed & plures huiusmodi causas, *vide sup. lib. prox. cap. 11. q. 2. item sup. lib. 8. c. 24. de rebus communib.* Sed & propositarum causarum exceptiones generales, *vide inf. cap. prox. q. 1.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De eo, cui socius, qui impẽdit, partem suam alienauit, proponitur *l. in hoc iudicium. 14. §. impendia. ibi, sed is qui à me. ff. communi diuid.*

II. Regula, Si iudicij mutandi causa facta sit alienatio: tunc nec alienanti, nec ei cui alienatio facta est, communi diuidundo iudicium datur. *l. vlt. ff. de alienat. iudicij mutandi causa.* Reliquas huius loci regulas, *vide inf. cap. prox. q. 2.*

V. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

Regulariter aduersus socium actio proposita competit. Quæ regula ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi is mortuus sit. hoc enim casu aduersus eius hæredem datur actio. *l. item quamuis. 10. in prin. ff. communi diuidundo. Concordat l. per hoc iudicium. 4. §. sicut. ibi, sed etsi non. ff. eod. tt.* Altera; Nisi socius suam partem alienauerit, hoc enim casu aduersus singularem successorem actio competit. *l. 1. in prin. C. communi diuidundo. Concordat l. ad officium. 3. ibi, nam & eo. C. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi iudicij mutandi causa socius suam partem alienauit. *l. communis. 24. in fin. ff. eod. tt.* Altera; Nisi ad

vnius domini adquisiuit. *l. communis. 24. in princ. ff. communi diuid.* Decima quarta; Nisi id quod vni sociorum à statu libero conditionis implendæ causa datum est. *l. si filia. 20. § fin. cum l. seq. ff. familiæ ercisc.* Decima quinta; Nisi dos vni sociorum ab vxore sua data. approbatur simul & distinguitur *l. si vnus. 65. §. fin. cum l. seq. ff. pro socio.* Decima sexta; Nisi ea, quæ in nominibus sunt. *l. ea vero. 3. in prin. ff. pro socio. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. 9. quæst. 3. reg. 1. except. 1.* Decima septima exceptio est; Nisi id cuius partem socius alienauit. *l. ad officium. 3. in princ. C. communi diuid. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. quæst. 5. except. 2.* Decima octaua; Nisi antea diuisa. approbatur simul & distinguitur *sup. quæst. 1. except. 13.* Decima nona; Nisi cum duo rem communem apud aliquem deposuissent, vnus ex iis partem suam receperit, alter non hoc enim casu pars recepta non est diuidenda. *l. vlt. C. depositi.* Hæc de prima regula.

II. Regula, De eo, quod vnus suo & alterius nomine fecit. Hoc quoq; communicatur. approbatur exemplo *l. si meo, 22. ff. communi diuid.* Plures propositæ quæstionis regulas, *vide sup. lib. proxim. cap. 11. quæst. 2. causa 2. item quæst. 5. item supr. hoc lib. c. 10. q. 3.*

IV. ANTECEDENTIA diuisionem.

I. Regula: De sociis in vnũ conuocandis, proponitur *l. 1. in fin. ff. quib. reb. ad eund. iud. eat.*

II. Regula, De iuramento calumniæ præstando, *l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ. ff. familiæ erciscund.*

V. ADIVNCTA ET OFFICIA iudicis in diuidundo.

I. Regula: Vt singulis singulas partes adiudicet, & si vnius pars prægrauare videatur, eum alteri certa pecunia condemnet, proponitur *Instit. de officio iudicis §. eadem. Concordat l. in stipulationib. 54. in princ. ff. de verb. obligat.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res commode diuidi non possit. tunc enim totam vni adiudicare potest, eumque alteri in certa pecunia condemnare. *d. §. eadem. l. si familiæ. 55. ff. familiæ ercisc. l. 1. C. communi diuid. l. 2. §. idem. item l. ad officium. 3. §. cum autem. C. eod. tt.* Altera; Nisi non species, sed genera debeantur. hoc enim casu numero diuisio fit. Quæ exceptio cũ aliis quibusdam approbatur *per ea, quæ proposita sunt sup. lib. 16. c. 6. reg. vlt.* Tertia: Nisi ager vectigalis diuidendus sit. *l. communi, 7. in prin. ff. communi diuid.* De reliquis huiusmodi exceptionibus, *vide d. reg. vlt. item inf. reg. seq.*

II. Regula: Potest item Iudex alij fundum, alij fundi vsum fructum adiudicare. *l. si quis. 6. §. officio. ff. communi diuid. Concordat l. & puto. 16. §. 1. ff. famil. ercisc.*

III. Regula: Quod omnibus vtilissimum est, vel quod malunt, Iudex sequetur. *l. iudicem. 21. ff. communi diuid.*

IV. Regula: Vniuersæ res æstimari debẽt, nõ singularum rerum partes. *l. Nauius. 52. §. fin. ff. famil. ercisc.*

V. Regula: Iusto precio res æstimandæ sunt. *l. item quamuis. 10. §. fin. ff. comm. diuid.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi pignus inter creditores sit diuidendum *l. communi. 7. §. inter eos. ff. d. tt.* Altera: Nisi res pignori alij obligata adiudicetur. *l. si quis, 6. §. si fundus. ibi, arbitrum. ff. eod. tt.*

VI. Regula, Alter alteri de euictione cauebit. *d. §. fin.*

VII. Regula, Potest Iudex etiam seruitutem prædiis imponere. *l. communi. 7. §. Neratius. ff. communi diuid.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ita vt fundus hæreditarius non hæreditario seruiat, arbiter constituerit. *l. vt fundus. 18. ff. eod. tt.*

VIII. Regula, De seruis, qui possessionibus adhærent diuidendis, proponitur *l. possessionum. 11. C. communia vtriusq; iudicij.*

IX. Regula, Si vsusfructus diuidendus sit, quodnam sit officium iudicis. habetur *l. communi. 7. §. cum de vsufructu. ff. communi diuid. Concordat l. & puto. 16. §. vsusfructus. ff. familiæ ercisc.*

X. Regula, Si vsus diuidendus sit, proponitur *l. item quamuis. 10. §. si vsus. ff. communi diuid.*

XI. Regula, Si seruitus diuidenda sit, temporibus & mensuris diuidi potest. *l. arbor. 19. §. fin. ff. communi diuid. l. via. 5. in fin. ff. de seruitutib. item l. constat. 9. in prin. ff. de aqua quotid.*

XII. Regula, Si pignus inter creditores sit diuidendum, proponitur *l. communi. 7. §. inter eos. ff. communi diuid.*

XIII. Regula, Si socius alter alteri suam partem pignori obligauerit, *l. si quis. 6. §. idem scribit. ff. d. tit.*

XIV. Regula, Si res pignori extraneo obligata vni adiudicanda sit, *d. l. 6. §. si fundus. ibi, arbitrum.*

XV. Regula, Si res quæ sub conditione debetur, sit diuidenda, *l. cum socij. 16. ff. d. tt.*

XVI. Regula, Cætera eadem sunt, quæ in familiæ erciscundæ iudicio. *l. si quis. 6. §. officio, in fin. ff. d. tit.*

VI. EVENTVS HVIVS ACTIONIS, & factæ diuisionis.

I. Regula, Diuisio vicem emptionis obtinet. *l. 1. C. communia vtriusq; iudicij.*

II. Regula, Si vnus ex sociis, cui tota res fuit adiudicata, vel qui licitatione victus est, partem suam alij cogatur restituere vel iure pignoris, vel iure venditionis, vel ex alia simili causa: quid iuris sit, definitur *l. communi. 7. §. si debitor. ff. communi diuid.*

III. Regula, Si vni fundus, cuius nomine cum extraneo actio est, sit adiudicatus: quid iuris, definitur *l. in iudicio. 47. ibi, & cum adiudicationes. ff. famil. ercisc.*

IV. Regula, Si alij fundus, alij fundi vsusfructus adiudicatus sit: prior in vsusfructu nihil iuris habet. *l. & puto. 16. §. 1. ff. eod. tt.*

V. Regula, Diuisione facta, ei cui res ex diuisione obuenit, ad eam persequendam actio competit. Cuius regulæ exceptio est: Nisi nudo pacto diuisio facta sit. *l. diuisionis. 45. ff. de pactis.* Plures exceptiones *vide supr. q. 1. except. 13. repl. 1. cum seqq.* Hæc de communi diuidundo iudicio.

FINIVM REGVNDORVM.

CAP. XII.

I. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

PRima regula: Hæc actio mistam habet causam tam in rem, quã in personam. *l. 1. ff. finium regund.*

regund. Concordat Institut. de actionibus. §. quædam.

II. Regula: Vter sit actor, vter reus in hoc iudicio, *vide sup. lib. 15. cap. 3. q. 2. diuis. 9. item sup. c. 8. q. 2. reg. 3.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS competit hæc actio.

I. Causa, Si de finibus agri contentio sit. approbatur *Inst. de officio iudicis. § si finium. M. I. R. lib. 5. c. 8. reg. 32.*

II. Causa, Si quis circa fines agri malitiose quid commisit, lapides finales auferendo, vel arbores excidendo, &c. *d. §. finium.*

III. Causa, Si termini dicantur deiecti vel exarati. *l. sed & loci. 4. §. si dicantur. ff. finium reg.*

IV. Causa, Si quis contumax fuerit: vtputa si iubente iudice agros metiri passus non sit. *Instit. de officio iud. §. penult.*

V. Causa, Si inundatio fluminis fines agri cõfudit. *l. si irruptione. 8. in prin. ff. finium reg.*

VI. Causa, Si quis sepem, maceriã, murum, domum, sepulchrũ aut foueã faciens, terminos à lege definitos excedat. approbatur simul & declaratur *l. vlt. ff. finium regund. M. I. R. d. c. 8. reg. 35.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum generales.

I. Exceptio; Nisi prædia vrbana sint, non rustica. *l. sed & loci. 4. §. hoc iudicium. ff. finiũ regund. Concordat l. 2 in prin. ff. eod. tt.*

II. Exceptio; Nisi flumen vel via publica interueniat. *d. l. 4. §. fin. cum l. seq.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi riuus priuatus tantum interueniat. *l. sed si. 6. ff. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi de plurium fundorum finibus simul agatur. reprobatur *d. l. 4. §. non solum.*

IV. Exceptio; Nisi de vno fundo communi inter duos disceptetur. *d. l. 4. §. qui communem.*

V. Exceptio: Nisi de fundo communi & proprio alterutrius sociorum disceptetur. *d. l. 4. §. si communem.*

VI. Exceptio; Nisi non de totius, sed de partis fundi finib. contentio sit. reprobatur *d. l. 4. in prin.*

VII. Exceptio; Nisi communi diuidundo iudicio actum sit, vel fundus alienatus sit. reprobatur *l. iudicium. 9. §. finium regund.*

VIII. Exceptio; Nisi actor pendente lite aliquid ex finibus propria authoritate occupauit. *l. si constiterit. 4. C. finiũ reg. M. I. R. d. c. 8. reg. 32. except. 1.*

III. QVIBVS ET INTER quos competit actio proposita?

I. Regula, De vsufructuariis, itẽ vsufructuario & proprietario, item de iis, qui iure pignoris possident, proponitur *l. sed & loci. 4. §. finium. ff. finium regund.*

II. Regula, De emphyteutis & iis, qui agros vectigales habent, habetur *d. §. finium. Concordat l. cædere. 5. in fin. ff. arborum furtim cæsarum.*

III. Regula, De hæredibus actoris vel rei defuncti. *l. si familiæ. 48 ff. famil. ercisc.*

IV. APVD QVEM COMPETAT?

I. Regula, De eo qui de termino moto cognoscit, proponitur *d. l. 4. §. si dicantur. ff. finium reg.*

II. Regula, De arbitris, *l. de modo. 7. ff. d. tt.*

V. QVID VENIAT IN ACTIONE proposita?

I. Regula, De eo, quod interest, proponitur *d. l. 4. §. 1. ff. eod. tt.*

II. Regula, De fructibus, *d. l. 4. §. post litem. Concordat l. non solum. 56. ff. famil. ercisc.*

VI. QVAMDIV COMPETIT?

Non nisi triginta annorum præscriptione submouetur. *l. cunctis. 6. C. finium regund.* Distinguitur *M. I. R. lib. 5. c. 7. reg. 28.*

VII. ANTECEDENTIA ET ADIUNCTA officia tam litigatorum quam iudicis.

I. Regula, De iuramento calumniæ à partibus præstando, proponitur *l. inter cohæredes. 44. §. qui familiæ. ff. famil. ercisc.*

II. Regula, Si altera pars se subtraxerit, ne quæstio finiatur, habetur *l. si quis. 3. in fin. C. finium regund.*

III. Regula, De quæstione possessionis prius terminanda à iudice, *d. l. 3. in prin.*

IV. Regula De agri mensore à iudice emittẽdo, proponitur *l. si irruptione. 8. §. fin. ff. finium regund. Concordat d. l. 3. ibi, & tunc agri mensor. C. eod. tt.*

V. Regula, De æquandis locis, si alter maiorem locum, alter minorem habeat, habetur *l. de modo. 7. ff. eod. tt.*

VI. Regula: Veterum monumenta & vestigia, nec non census authoritas in definiendis finibus sequenda sunt. *l. in finalibus. 11. ff. finium reg. M. I. R. lib. 2. cap. 11. in verbo Fines.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi veterum monumẽta & vestigia cõsensu partium postea mutata probentur. *d. l. 11. Concordat l. 2. C. eod. tt.* Exemplũ proponitur *l. 1. C. eod. tt. Concordat l. eos terminos. 12. ff. d. tt.* Altera exceptio est: Nisi Iudex amouendæ veteris obscuritatis gratia per aliam regionẽ fines dirigere malit. *l. 2. in fin. ff. fin. regund. Concordat Instit. de offic. iudic. §. si finium.*

VII. Regula, De terminis quos demonstratis, qui vtriusq; prædij dominus fuit, sequendis, proponitur *d. l. 12. ff. finium reg. M. I. R. in d. verbo Fines.*

VIII. Regula, De quinq; pedũ spatio inter agros confines, nulla temporis præscriptione vel vsucapione obstante, vacuo relinquendo, *l. 5. C. finium regund. De quare vide Digesta d. loco.*

IX. Regula, Si quis sepem, maceriam, murũ, domum, sepulchrum, vel foueam prope vicinum prædium fecerit, vel arbores plantet; quantum spacij relinquendum sit, definitur *l. vlt. ff. d. tt.*

X. Regula, De adiudicationibus & cõdemnationibus faciendis, si Iudex alio modo cõmodiore fines non possit dirimere, proponitur *l. 2. §. iudici, cum l. seq. ff. finium regund. Concordat Instit. de officio iudic. §. si finium.* Huius exceptio videtur esse; Nisi agri, de quorum finibus disceptatur, plurium sint diuersi numeri. Sed reprobatur *l. sed & loci. 4. § si alter. ff. finium regund.*

VIII. EVENTVS.

I. Regula: Quod tribus iudiciis hactenus propositis alicui adiudicatur, statim eius fit, cui adiudicatum est. *Instit. de offic. iudic. §. fin.*

II. Regula, Si mẽior falsum agri modũ renunciauerit, tenetur actione, *de qua inf. c. 14. dicetur.*

IX. ADFINE remedium huius actionis est iudicium de termino moto, *de quo inf. cap. prox.*

DE TERMINO MOTO.

CAP. XIII.

I. CAVSÆ HVIVS actionis.

PRima causa: Si quis terminum agri mouit, vel protulit. approbatur *l.2.& l.3.ff. de termino moto. M.I.R.lib.5.c.8.reg.3.*

II. Causa, Si finalium quæstionum obstruendarum causa faciem loci conuertit: vtputa exarbore arbustũ, ex sylua cædua nouale, aut aliquid eiusmodi fecit. *l.agraria.3.§.fin.ff.d.tt.*

III. Causa, Si quis terminos effodit. *l.1. C. de accusationib.*

II. QVIBVS DATVR hæc actio?

Cuilibet de populo competit. *d.l.3. in princ.ibi, & eius actionis.ff.de termino moto.*

III. QVID VENIAT, SEV quæ pæna competat ex termino moto.

I. Regula: Extraordinaria pœna est pro varietate circumstantiarum. *l.1.C.de accusationib. Concordat l.1.l.2.& l.3.§.fin.ff.de termino moto.*

II. Regula, Pecuniaria pœna non est. *l.1.ff.de termino moto.* Mutatur ac tollitur hæc regula *l. agraria.3.in prin.ff.eod.tt.*

III. Regula, Seruus capite punitur. approbatur simul & distinguitur *d.l.3.§.alia quoq;.*

IV. ADIVNCTA OFFICIA iudicis.

Iudex, qui de crimine proposito cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest. *l.sed & loci. 4.§. si dicantur.ff.finium regund.*

V. ADFINE remedium est finium regundorum actio. *Inst. de officio iud.§.si finium. ibi, eo quoq; nomine.*

DE IN FACTVM ACTIONE, SI MENSOR falsum modum dixerit.

CAP. XIV.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l.1. in prin.ff.si mensor falsum modum dixerit.*

II. GENVS HVIVS actionis.

I. Regula: Ex contractu, non ex maleficio actio est. *l.hæc actio. 4.ff.eod.tt.*

II. Regula, In factum actio est. *d.l.1.in prin.*

III. CAVSÆ HVIVS actionis.

I. Causa, Si mensor falsum modum renunciauit. approbatur *d.l.1.in princ.& §.fin. cum l.sequente.*

II. Causa, Si mensor traxerit renunciationem. approbatur quoad de dolo actionem, *l.si mensor.5.in prin.ff.si mensor falsum modum.*

III. Causa, Si quis in mensura frumẽti, vini vel alterius rei, item in computatione fefellerit. *d.l.5. §.fin.cum duab.ll.seqq.ff.d.tt.*

IV. Causa, Si quis alius in modo fefellit. *l. vlt. ff.eod.tt.*

EXCEPTIONES HARVM causarum generales.

I. Exceptio: Nisi sine dolo malo fecit. approbatur *l.1.§. hæc actio.ff.si mensor falsum mod.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi lata culpa mensor fecit. approbatur *ibid.* Altera replicatio videtur: Nisi merces interuenerit. Sed reprobatur *ibid.*

II. Exceptio; Nisi nihil interfit actoris. *l.si mẽsor.5.§.1.ibi, sed si nihil.ff. eod.tt.* Huius exemplum proponitur *l.si duob.3.§.competit autem.ff.eod.tt.*

III. Exceptio: Nisi propter iudicium à iudice adhibitus mensor falsum renunciauerit. reprobatur *d.l.2.§.item Pomponius.*

IV. Exceptio; Nisi mensor nõ fuit, qui fefellit in modo. reprobatur *l.vlt.ibi, nec non illud.ff.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi in alterius rei, quam agri mensura fefellit. reprobatur *l.si mensor.5.§. fin. cum duab.ll.seqq.ff.eod.tt.*

VI. Exceptio; Nisi actor alia actione, vel ab alio id quod sua interest, consequi possit. *d.l.3.§. competit.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi is, aduersus quem competit actio, soluẽdo non sit. *d.§.competit.*

VII. Exceptio: Nisi semel actum sit. *d.l.3.in prin.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum aduersus alium actum esset, ab eo actori satisfactum non sit, vel minus præstitum. *l.si mensor.5.§.si cum falsus.ff.eod.tit.*

IV. QVIBVS DATVR actio proposita?

I. Regula, De eo cuius interest, proponitur *l. si duobus.3.§.competit.ff.si mensor falsum mod.*

II. Regula, De hæredibus habetur *d.l.3.§.pen.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De eo, cui mandatum est, vt mentiretur, & eo, cui is delegauit, proponitur *l.3.ff. d.tit.*

II. Regula, De hæredibus, *d.l.3.§.penult.*

III. Regula, De vno ex pluribus, *d.l.3.in prin.*

VI. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula, De eo, quod interest, proponitur *per ea quæ dicta sunt sup.q.3.except.2.*

II. Regula, Vnus ex pluribus in solidum tenetur. *d.l.3.in prin.*

III. Regula, Dominus serui nomine noxali actione, non de peculio tenetur *d.l.3.§.fin.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio, *l.hæc actio. 4.ff.si mensor falsum mod.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter quidẽ ex causis supra propositis actio proposita cõpetit, verum eius regulæ exceptio prima videtur: Nisi merces interuenerit. hoc enim casu ex locato actio cõpetere videtur. Sed reprobatur *l.1.§. ideo autẽ, in fin.ff.si mensor falsum modũ.* Secunda exceptio est: Nisi ex eo, quod mensor renũciationem dolo malo traxerit, agatur. hoc enim casu de dolo malo actio cõpetit. *l.si mensor.5.in princ.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi emptor vel venditor propter falsum mõdũ renũciatum plus soluerit vel tradiderit. hoc enim casu vel condictio indebiti, vel ex vendito actio competit. *l.si duob.3.§.competit. ibi, Pomponius, ff.d.tt.* Hæc de innominatis & quasi contractibus.

FINIS LIBRI VICESIMI.

DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS EX CONTRACTV descendentibus, quibus non nostro, sed alieno nomine tenemur.

LIBER VICESIMVSPRIMVS.

CAIVS Iurisconsulus *l.1.§. sed aut proprio.ff.de actionibus & obligat.* Aut proprio nomine (inquit) quisque obligatur, aut alieno. Cum igitur hactenus dictum sit de contractibus re, verbis & consensu fiunt, item de innominatis & quasi contractibus: superest vt etiam de iis contractibus dispiciamus, quibus non nostro, sed alieno nomine obligamur. Huius generis obligatio & actio est ex stipulatu fideiussoria, mandati aduersus eum qui vt credatur mandauit, de constituta pecunia: item actio aduersus eum, in cuius potestate est is, cum quo contractum est: vt actio de peculio, de in rem verso, quod iussu, exercitoria, institoria & tributoria. quas singulas nunc ordine persequemur.

DE FIDEIVSSORIBVS ET mandatoribus.

CAP. I.

ETsi ex diuersis causis fideiussores & mandatores obligantur: illi quidem, quia stipulanti promiserint, ex stipulatu: hi vero, quia vt crederetur mandauerint, ex mandato: tamen cum pleraque vtriusq; actionis iura cõmunia sint, & quod de vna dicitur, de altera quoque intelligendum sit: coniunctim vtraque actio tractabitur.

I. RATIO fideiussorum proponitur *l.1.§. sed aut proprio.ff.de action.& obligat. Concordat Instit. de fideiussoribus, in prin.*

II. CAVSA, EX QVA DATVR actio proposita.

Si quis pro aliquo fideiussit, vel vt alicui crederetur mandauit. *l.si hæreditatem.32. ibi: & in summa.ff.mandati. Concordat Instit.de mandato.§.tua tantum. ibi: & adeo hæc. M.I.P.lib.5.cap.7.reg.29. M.I.R. lib.5.cap.9.reg.5.* Plane causa proposita plures recipit exceptiones, primum quidem ex persona intercedentis desumptas, deinde ex persona eius pro quo interceditur, tertio ex persona eius apud quem interceditur, quarto ex causa in qua, quinto ex tempore quo interceditur, sexto ex modo & verbis intercessionis, postremo ex consequentibus intercessionem. de quibus ordine dicetur.

I. Exceptio: Nisi is qui obligari non potest, nec conuenirì, intercesserit. *l.qui satisdare.3.ff.de fideiussorib.* Huius exceptionis species sunt exceptiones aliquot proxime sequentes.

II. Exceptio; Nisi mulier intercesserit. approbatur Senatusconsulto Velleiano, *de quo vide infr.cap.5.*

III. Exceptio; Nisi seruus intercesserit. *l.sed & si.20.ibi: cum serum.ff. de fideiussorib. Concordat d. l.3. item ea quæ proponuntur infr. cap. 10. quæst. 3. except.7.*

IV. Exceptio: Nisi filiusfamilias intercesserit. reprobatur *l.nullares.5.C.quod cum eo qui in aliena potest.& l.licet.3.§.sed si filius.ff. de peculio.*

V. Exceptio; Nisi filiusfamilias pro patre intercesserit. reprobatur *l.si dubitet.10.§ filiusfamilias. ff.de fideiussorib.& l.filiusfamilias.8. C. eod.tt.*

VI. Exceptio: Nisi legatus Romæ fideiusserit. reprobatur *l.cum furiosus.39. in fin. ff. de iudiciis.*

VII. Exceptio; Nisi pro se in propria obligatione quis fideiubeat. approbatur simul & distinguitur *l.hæres 21.§.seruo tuo.& §.quod si hic, in fin.ff.de fideiussoribus. M.I.R. d.reg.5. except.4.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi seruus manumissus in sua causa, quam in seruitute contraxit, pro quondam domino suo fideiubeat. *d.§.seruo tuo.* Altera: Nisi duo rei promittendi inuicem fideiubeant. *l.reos promittendi.11.in princ.ff. de duob.reis constit.*

VIII. Exceptio: Nisi pro eodem apud eundem intercesserit. *l.Vranius.71.ibi, vel quia non potest.item ibi, quia non possunt.ff. de fideiussorib.*

IX. Exceptio; Nisi is qui pro vno reo promittendi fideiusserat, postea pro altero quoque eiusdem pecuniæ reo intercedat. reprobatur *l.hæres. 21.§.cum tu.ff.de fideiussorib.*

X. Exceptio; Nisi pro ignorante quis fideiubeat. reprobatur *l.fideiubere.30.ff. d.tt.*

XI. Exceptio: Nisi pro non mandante, neque ratum habente intercesserit. reprobatur *l.creditor. 60.§.1.in fin.ff.mandati.*

XII. Exceptio: Nisi pro pupillo, furioso vel simili, qui obligari nequit, fideiusserit. *l.is cui. 6.ff. de verborum obligat. Concordat l.si à reo. 70. §.si à furioso.ff.de fideiussoribus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pupillus, furiosus, aliusue vel naturaliter saltem sit obligatus. *d.§.si à furioso.& l. Marcellus. 25.ff. de fideiussoribus.* Exemplum proponitur *l.2. ff.eod.tt.* Aliud *l.si pupillus.127. in fin.ff. de verborum obligat.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi nihil dolo vel culpa eius, pro quo fideiussum est, factum sit. *d.l.2.* Cuius triplicatio est: Nisi dolo vel culpa fideiussoris factum sit. *d.l.127. in fin.l.mora. 88. in fin.ff.de verb. oblig. item l.si fideiussor.19.ff.de dolo malo.* Altera duplicatio est: Nisi res debita post moram à naturali debitore factam interierit. *d.l.127.*

VIII. Exceptio; Nisi pro seruo fideiusserit. reprobatur *Instit.de fideiussorib.§.1. Concordat l.2.ff.de fideiussoribus.* Plane admitti videtur primum quidem, si pro seruo apud dominum fideiubeat. Sed hæc distinctio reprobatur *dict.§.1. l. si quis. 56.§.1.ibi, ex diuerso ergo. item l.si à reo. 70.§. adeo. ff. eod.tt. l. & eleganter. 7.§.seruus.ff. de dolo malo.* Deinde

inde admitti videtur, si nihil sit in peculio. Sed & hæc distinctio reprobatur *l.cum fideiubet.35.ff.de fideiussor.* Tertio admitti videtur, si postquam dominus de peculio conuentus est, pro seruo quis fideiubeat. Sed reprobatur *l.eo tempore.50.§.etiam postquam.ff.de peculio.*

XIV. Exceptio: Nisi pro eo cui aqua & igni interdictum est, vel pro deportato quis fideiusserit. *l.si debitori.47.in prin.ff.de fideiussor.* Huius replicatio est: Nisi deportatus correum promittendi habeat, in cuius persona obligatio subsistat. *l.vt. in fin.ff.de duobus reis constit.*

XV. Exceptio: Nisi pro filio apud patrem, vel pro seruo apud dominum intercedat. reprobatur *l.si quis.56.§.1. ff.de fideiussoribus. Concordant ea quæ proposita sunt supr.except.13.distinct.1. M.I.R. d.reg. 5.except.3.replic.1.*

XVI. Exceptio; Nisi pro patre apud filium, vel pro domino apud seruum intercedat. *d.§.1. M.I.R. d.replic.1.duplic.1.*

XVII. Exceptio: Nisi adolescens luxuriosus pro meretrice intercedat. *l.si vero.12.§.si adolescens, in fin.ff.mandati.*

XVIII. Exceptio: Nisi apud eum qui solutionis tantum gratia stipulationi adiectus est, fideiusserit. *l.si mihi.23. ff. de fideiussoribus. M.I.R. d.reg.5. except.5.*

XIX. Exceptio, sumpta ex genere obligationis pro qua interceditur, reprobatur *l.1. ff. de fideiussoribus. l.Græce.8.§.1. & §.à tutore, cum sequentib. l.si quis.56.§.fi. l.si à reo.70. id quod vulgo. l.2. i.stipulatus sum.6.§.fin.cum l.sequente. & l.fideiussor.16.§.fideiussor.ff.eod.tt. item Instit. de fideiussorib.§.1. M.I.R. d.reg.5. except.1.* Exempla proposita sunt *supr.except.12.repl. 1.item except.13. item infr.except.24.repl.1.* Plane admittitur exceptio proposita, vel saltem admitti videtur in casibus, de quibus in proxime sequentibus aliquot exceptionibus sequitur.

XX. Exceptio: Nisi pro populari actione fideiussor detur. *l.si quis.56.§.fin.ff.de fideiussorib.*

XXI. Exceptio: Nisi fideiussor in suam obligationem fideiussorem dederit. reprobatur *l. Græce.8.§.fin.ff.eod.tt.*

XXII. Exceptio: Nisi fideiussor pro sua obligatione fideiussorem acceperit. reprobatur *l.potest.4.in prin.ff.eod.tt. M.I.R. d.reg.5.except.2.*

XXIII. Exceptio: Nisi pro actione de peculio quis intercedat. reprobatur *l.plane.12. & l.cum fideiuberet.35.ff.eod.tt.* Plane admitti videtur, si nihil sit in peculio. Sed & hæc distinctio reprobatur *l.eo tempore.50. in princ. ibi: sed fideiussorem. ff. de peculio.*

XXIV. Exceptio: Nisi pro dote restituenda fideiussor intercedat. *l.1. cum l.seq. C. ne fideiussor. vel mandat. dotium dentur.*

XXV. Exceptio: Nisi pro inutili obligatione, qua nec reus principalis tenetur, quis fideiusserit. *l.cum lex.46.ff.de fideiussorib. l.fideiussor.16. in pr.ff. eod.tt. M.I.R. d.reg.5.exc.3.* Exemplum proponitur *l. si sub impossibili.29. ff. eod.tt.* Aliud *l.1.§.si quis ita. in fin.ff.de verb.obligat.* Aliud *l.si quis.56. in princip.ff.de fideiussorib.* Aliud *d.l.56.§.si numos.* Aliud exemplum est, si inhonestum quid in obligationem, pro qua fideiussor intercedit, deductum sit. *quod proponitur l.si à reo.70.§.id quod vulgo.ff.eod.tt.* Simile exemplum proponitur *Nouell. const.51.* Alia item exempla vide *supr.except.12.in prin.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi reus principalis naturaliter saltem sit obligatus. approbatur exemplis *d.except.12. replic.1.item except.13. propositis: item per ea quæ proposita sunt supr. except.19. M.I.R.d.except.3.replic.1.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi quis pro filiofamilias mutuam pecuniam contra Senatusconsultum Macedonianum accipiente fideiusserit. hoc enim casu, quamuis filius naturaliter sit obligatus, *secundum ea quæ proposita sunt supr.lib.15.cap.1.specie 4.* tamen fideiussor vel mandator, qui pro filio intercessit, eadem qua filius exceptione defenditur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.17. capite 2. quæst 2.reg.4.* Alias propositæ replicationis duplicationes, reprobatas tamen, vide *supr. except.13. distin.1. cum sequentib.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ex post facto obligatio conualescat. approbatur exemplo alienæ pecuniæ mutuo datæ, & postea consumptæ, *l.si quis.56.§.si numos.ff.de fideiussorib.* Aliud exemplum proponitur *l.eo tempore.50. in prin. ibi, sed fideiussorem. ff. de peculio.* Tertia replicatio videtur: Nisi reus nolit fideiussorem exceptione vti, sed malit se mandati actione conueniri. Sed reprobatur *l.si stipulatus.15. in prin. & l.ex persona.32. ff. de fideiussor.* Sed & plura de exceptione proposita vide *infr.except.55.*

XXVI. Exceptio: Nisi ante contractam obligationem quis intercesserit. reprobatur *Instit. de fideiussoribus.§.fideiussor. l.stipulatus.6.§.fin.ff.eod.tt. l. non quemadmodum.35.ff. de iudiciis. item l.eo tempore. 50. in prin. ibi, sed fideiussorem. ff. de peculio. M.I.R. d.reg 5. except.10.*

XXVII. Exceptio: Nisi post contractam obligationem ex interuallo quis intercesserit. reprobatur *Inst. d.§.fideiussor. d.l.6. in prin. & §.fin. item l.amissi.52 §.fideiussores, in fin. ff. de fideiussorib.* Plane admittitur exceptio proposita in mandatore, qui post creditam pecuniam, eam mandet credendam *l.si vero.12.§.si post creditam. ff. mandati.*

XXVIII. Exceptio; Nisi post litem cum alio contestatam fideiusserit quis. reprobatur *l.Græce. 8.§. & post.ff. de fideiussoribus. Concordat l.eo tempore. 50.§.etiam postquam.ff.de peculio.*

XXIX. Exceptio: Nisi post mortem rei ante aditam hæreditatem quis fideiusserit. reprobatur *l.mortuo.22. ff. de fideiussoribus.* Plane admittitur in filiofamilias mortuo, qui contra Senatusconsultum pecuniam mutuam accepit. quæ distinctio approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib.17. cap.2. quæst.2. reg.4. except.2. repl.1.*

XXX. Exceptio; Nisi eo tempore intercesserit, quo reus principalis liberatus est, vel exceptionem aliquam est nactus, approbatur exemplo *l.si quis.37.ff.de fideiussoribus.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi reo liberationis exceptionem obiicienti replicatio aliqua obstet. approbatur exemplo *l.si seruum.91.§.fin.ff. de verb.obligat.* Aliud exemplum proponitur *l. cum quis.38.§.si quis pro reo. ff. de solutionibus.* Altera replicatio est: Nisi obligatio rursus resuscitari possit. approbatur exemplo *l.eo tempore.50. in prin. ibi, sed fideiussorem. ff. de peculio.*

XXXI. Exceptio: Nisi aliter ac reus principalis, fideiussor se obligauerit. approbatur simul & distinguitur *l. Græce. 8.§. illud. ff. de fideiussoribus. M.I.R. d.reg.5.except.6.* Huius exceptionis exemplum proponitur *l.si ita.42. ff. eod.tt.* Aliud *Instit. eod.tt.§.fideiussores.* Aliud *d.l.8.§.si quis Stichum.* Aliud *l.si Stichum.38.in princ. ff. eod.tt.* Item aliud *l.fideiussor.16.§.qui certo. ff. d.tt. de fideiussoribus.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi in leuiorem, non duriorem causam se obligauerit fideiussor. *d.l.8.§.illud.§.item accepto.§.idem Iulianus. & §.penult.l.hi qui.34. & l.fideiussor.16.in pr.ff. d.tt. Inst. de fideiussorib.§.fideiussores l.fideiussores.9. & l. stipulatus.6.in prin.ff.eod.tt. l.si à reo.70. in princ. & §. si reo.ff.eod.tt. M.I.R. d.except.6.replic.9.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi in aliam rem se obligauerit fideiussor. hoc enim casu, quamuis non sit durior eius conditio, tamen non obligatur. approbatur exemplo *l.Græce. 8.§.si quis Stichum.ff. de fideiussorib. l.si ita.42. item l.si Stichum.38. in princ.ff. eod.tt.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cum reus in diem vel sub conditione obligatus esset, & fideiussor in alium diem, vel sub alia conditione se obligasset: dies vel conditio rei principalis prior extiterit. hoc enim casu, postea existente die vel conditione in persona fideiussoris: eius obligatio conualescit. *d.l.70.in prin. item l.fideiussor.16.§.stipulatione.ff. eod.tt.* Tertia replicatio est, Quod quamuis in maiorem quantitatem fideiussor se obligauerit, in eam tamen quantitatem sit obligatus, qua reus. *l.si vltra.22. Cod. de fideiussoribus. Concordat l.rogatus.33. in fin.ff. mandati.* Quæ tamen replicatio inter doctores valde est controuersa, idque propter *d.l.Græce.8.§.illud.ff.de fideiussor.* Quarta replicatio est: Nisi aliis verbis, eadem tamen re manente, fideiussor se obligauit. *approbatur per ea quæ proponuntur infr. except.proxim.*

XXXII. Exceptio, sumpta ex verbis quibus fideiussor se obligauit, reprobatur *l.Græce. 8.in prin. ff. de fideiussoribus. Concordat iisdem verbis Institut. d.tt. §.Græce. l.blanditus.12. C. eod.tt.*

XXXIII. Exceptio; Nisi sine stipulatione quis pro aliquo intercesserit. approbatur quidem in fideiussore, in mandatore autem reprobatur *l.si hæreditatem.32. ibi; & in summa.ff.mandati. M.I.R. d. reg.5.except.12.*

XXXIV. Exceptio: Nisi fideiussor alienum factum promiserit, hoc est, reum principalem daturum vel facturum. *l.sicut.65.ff. de fideiussorib.*

XXXV. Exceptio: Nisi non intercedendi animo, sed vel vt testis, vel vt proxeneta quid fecit, approbatur primum quidem in teste, *l.si pater.6. C. de fideiussorib.* Deinde in proxeneta, *l.2.ff. de proxenetis. M.I.R. d.reg.5. except.14.*

XXXVI. Exceptio: Nisi nulli specialiter, sed generaliter cedendum mandauit. *l. Quintus Mutius.48.§.fin.ff.mandati.*

XXXVII. Exceptio: Nisi non mandante debitore pro eo intercessit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr.except.10. & 11.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi pro eo intercessit, qui satisdare non tenebatur. reprobatur exemplo *l.Græce.8.§.à tutore.ff. de fideiussorib.*

XXXIX. Exceptio; Nisi etiam pignus in eandem obligationem sit acceptum. reprobatur *l. inter eos.51. §. creditor. ff. eod.tt. l. qui mutuam. 56. in princip. ff. mandati. l.2. C. de fideiussoribus. l. omissis.17. C. d.tt. item l.si tibi.8. C. mandati.* Plane admittitur, si ita fideiusserit quis, vt non sufficientibus pignoribus ipse teneatur. tunc enim ante pignoris venditionem fideiussor conuenire non potest. *d.l.17. Concordat l.inter creditorem.63.ff. de fideiussoribus.* Huius distinctionis replicatio est: Nisi pignus perierit. tunc enim fideiussor etiam non vendito pignore tenetur in solidum. *l. amiss. 52. in prin. ff. de fideiussorib.* Plura de exceptione proposita vide *infr. cap.2. quæst.10. reg.1.*

XL. Exceptio: Nisi hypothecaria actione sit actum. reprobatur *l. etiamsi.9. C. de fideiussoribus.* Plura de hac exceptione vide *d.reg.1. except.1.*

XLI. Exceptio: Nisi pignora distracta sint. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, eius autem replicatio prima est: Nisi precium pignoris debito soluendo non sufficiat, *l.pignoribus.25.C. de fideiussoribus. Concordat l.qui mutuam. 56. in prin. ibi: distractis quoq; .ff. mandati.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi pluris vendi pignus potuit. *l.si vt proponis.18.C. de fideiussoribus.* Altera replicatio est: Nisi pignus distractum emptori sit euictum. approbatur simul & distinguitur *l.si mandatu.59.§. creditor. ff. mandati.*

XLII. Exceptio: Nisi creditor monente fideiussore, debitorem conuenire vel pignus distrahere noluit. reprobatur *l.fideiussor.62.ff. de fideiussoribus. Concordant ea quæ proponuntur infr. quæst.10. reg.1.* Plane iure nouo exceptio proposita approbatur, *de quo infr. d.reg.1.in fin.*

XLIII. Exceptio: Nisi nulla scriptura interueniente fideiusserit. approbatur simul & distinguitur *l.si fideiussor.27.C. de fideiussorib.*

XLIV. Exceptio: Nisi tempus ad quod se fideiussor obligauit, sit finitum. reprobatur *l.si mandatu.59.§.penult.ff. mandati.*

XLV. Exceptio: Nisi conditio fideiussionis ante diem vel conditionem principalis obligationis extiterit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.except.30.replic.2.*

XLVI. Exceptio: Nisi cum sub hac conditione, Si reus non soluerit, fideiussisset: reus non sit interpellatus. approbatur simul & distinguitur *l.fideiussor.16.§.fin.ff. de fideiussorib.* Plura de hac exceptione vide *infr.cap.2.quæst.10.reg.1.except.3.*

XLVII. Exceptio: Nisi cum sub conditione aut modo quis fideiussisset, conditio vel modus defecerit. *l.si creditor.7.C. de fideiussorib. Concordat l.si mandatu.59.§.fin.ff. mandati.*

XLVIII. Exceptio: Nisi cum in id quod à curatore seruari non posset, pro eo quis fideiussisset, finita cura curator soluendo extiterit; & cessante creditore, apud quem fideiussum erat, curator soluendo esse desierit. *l.si fideiussores.41. in princ.ff. de fideiussoribus.*

XLIX. Exceptio: Nisi cũ quis fideiussisset in id quanti stipulator opus postea locasset, stipulator postea ipse opus fecerit. *l.stipulatus.44.ff. de successoribus.*

L. Exceptio: Nisi fideiussor debitori, vel contra debitor fideiussori; vel fideiussor creditori, aut contra, hæres extiterit. *De hac exceptione vide infr.lib.24.de confusione obligationum, cap.16.*

LI. Exceptio: Nisi cum reo principali vel vno ex fideiussoribus vel mandatoribus actum sit. reproba-

probatur *l.amissi.52.§.fin.ff.de fideiussorib.l.reos principales 23.item l.generaliter.28. C.eod.tt. Concordant item ea quæ proponuntur infr.c.2.quæst.10.reg.1.exc.1.*

LII. Exceptio: Nisi creditor fideiussori actionibus suis non cesserit. approbatur *per ea quæ proponuntur infr.cap.2.quæst.9.*

LIII. Exceptio: Nisi hæres qui à debitoribus hæreditariis fideiussorem accepit, hæreditatem alij restituit.reprobatur *l.hæres.21.in princ.ff. de fideiussorib.*

LIV. Exceptio: Nisi ex alia causa agatur, quam in qua intercessio facta est. approbatur exemplo *l.2.§ fin.ff.de custodia & exhibit.reorum.* Aliud exemplum proponitur *l.si in pignore.54. ff. de fideiussorib.* Item aliud *l.cum filiusfamilias.49.§.si stipulatus.ff. de verb.oblig.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi causa ex qua agitur, ex ea obligatione, pro qua intercessio facta est, nata sit. *l.si quis,56.§. si numos.ff. de fideiussorib.* Exemplum vide *d.§.si numos.* Aliud *l. amissi.52.§.fideiussores.ff.d.tt.*

LV. Exceptio: Nisi reus liberatus sit, vel exceptione aliqua se tueri possit. *l.ex persona.32.ff.de fideiussorib.l.cum lex.46.ff.d.tt. item l.cum quis.38. §.fin. ff.de solutionibus.M.I.R.d.reg.5.except.3.* Sed & eius aliquot species proponuntur *infr. exceptionibus proximis.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi reus naturaliter maneat obligatus. *l. vbicunque.60.ff. de fideiussorib.* Plura de hac exceptione vide *supr.excep.24.replic.1.* Altera replicatio est: Nisi debitor exceptionem aliquam nactus sit, quæ personam eius non egreditur. approbatur exemplo pacti *l.& hæredi.21.§.fin. cum l.sequente.ff.de pactis.* Aliud exemplum vide *infr. replic.prox.* Plane huius replicationis duplicatio est: Nisi fideiussor reo hæres extiterit.tunc enim quoad obligationem fideiussoriam, exceptio personalis fideiussori incipit prodesse.*l.Stichum.95.§.quod vulgo.ibi: & è contrario.ff.de solutionib.* Tertia replicatio est: Nisi per capitis deminutionem reus sit liberatus.*l.sententia.20. C. de fideiussorib.l.1.in fin. C. eod. tt. item l.capitis.53.ff.de fideiussorib.* Quarta: Nisi cessionis bonorũ exceptione reus defendatur. hæc enim exceptio fideiussoribus non datur. *Instit.de replicationibus.§.fin.* Quinta: Nisi cum quis pro reo iam reuerso fideiussisset, annus postea in integrum restitutionis præterierit. hoc enim casu quamuis liberetur reus, fideiussor tamen manet obligatus. *l.cum quis.38. §. si quis pro.ff.de solutionib.* Sexta: Nisi reus in pristinam obligationem reciderit.reprobatur exemplo *l.si cum.7. C. de locato & conducto.* Aliud exemplum proponitur *l.vltim.ff.de pactis.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *supr.except.24.*

LVI. Exceptio: Nisi debitum solutum sit, vel oblatum.*l.amissi.52.§. fin.ff.de fideiuss. Concordat l.si indebitam.15.in fin. C.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi alio loco fideiussor debitum offerat, quam quo promiserat reus.*l.si vt proponitur.61.ff.de fideiussorib.* Altera: Nisi id quod solutum est, per condictionem indebiti repeti possit. *l.si testamento.49.§.1.ff. de fideiussoribus.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *infr.lib.24. de solutionibus.*

LVII. Exceptio: Nisi res in obligationem deducta interierit. approbatur simul & distinguitur *infr.lib.24.cap.17.*

LVIII. Exceptio: Nisi de causa transactum sit. *l.fideiussores.68.§.fin.ff. de fideiussoribus.*

LIX. Exceptio: Nisi nouatio principalis obligationis sit facta.*l.nouatione.4. C.de fideiussorib.Concordat l.vbicunque.60.in fin.ff.eod.tt. M.I.R. d,regul.5. except.16.*

LX. Exceptio: Nisi reo principali liberatio in testamento creditoris sit legata. *l.si testamento.49. in prin.ff.eod.tt.*

LXI. Exceptio: Nisi creditor debitori, vel contra debitor creditori hæres extiterit. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur *infr.lib. 24.cap.16.specie 1.& 2.*

LXII. Exceptio: Nisi creditor debitoris hæreditatem possedit, & quantum ei debetur, ex ea percepit. reprobatur *l.Stichum.95.§.si creditor.ff. de solutionib. Concordat l.hæres.21.§.quod si idem. ibi: quod si possesso.ff.de fideiussoribus.*

LXIII. Exceptio: Nisi reus principalis fideiussori non soluat.reprobatur *l.si pater.5.C.de nouationibus.*

LXIV. Exceptio: Nisi cum quis pro seruo apud dominum pro libertate paciscente intercessisset, ita vt manumissus in se obligationem reciperet: dominus posteà non patiatur in manumissum obligationem transferri. *l.& eleganter.7.§.seruus. ff.de dolo malo.* Hęc de exceptionibus aduersus duplicem actionem propositam.

III. QVIBVS COMPETIT actio proposita vel mandati, vel ex stipulatu?

I. Regula: Si fideiussor à duobus reis stipulandi interrogatus, vni promiserit: ei soli competit actio. *l.duos.6.§.duobus, in fin.ff.de duob.reis constit.*

II. Regula: Si cum reus principalis vni promisisset, fideiussor illi aut illi se daturum respondisset: soli ei cui reus tenetur, aduersus fideiussorem datur actio.*l.fideiussor.16.in prin.ff. de fideiussorib.*

III. Regula, De eo cui hæres qui fideiussorem accepit, hæreditatem restituit, proponitur *l.hæres.21.in prin.ff.de fideiussoribus.*

IV. Regula: Si conductor rem alij locauerit, & fideiussorẽ ab eo acceperit: hic fideiussor priori locatori non tenetur *l.qui fideiussor.53. ff. locati.*

IV. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De hæredibus fideiussoris vel mandatoris, proponitur *Instit. de fideiussorib. §. fideiussor.l.potest.4.in fin.ff.eod.tt. item l.si tibi.8. C. mandati. M.I.R.lib.5.cap.9.reg.6.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi debitor fideiussori hæres extiterit. hoc enim casu fideiussoria obligatio extinguitur. *l.si duo.93.§.fin.in fin.ff.de solutionib. Concordat l.cum reus.14.ff. de fideiussoribus.* Cuius replicatio prima est, Quod quamuis hæres fideiussoris hoc casu fideiussoria actione conueniri non possit, tamen tanquam reus principalis possit. *d. l.14.* Altera, Quod pignus à fideiussore defuncto obligatum nihilominus peti possit. *l.cum quis.38.§.fin.ff.de solutionibus.* Tertia: Nisi principalis reus naturaliter tantum fuit obligatus. tunc enim accessoria non confunditur. *l.hæres. 21.§. quod si hic.ff. de fideiussorib.* Hæc de prima exceptione. Altera exceptio est: Nisi idem vtrique, tam debitori quam fideiussori, hæres extiterit. *l.fideiussoris.24.cod.d.tt.*

Tertia:

Tertia: Nisi confideiussor fideiussori hæres extiterit, reprobatur *l.hæres.21.§. non est nouum.ff.eod.tt.* Quarta exceptio est, Quod hæres fideiussoris non nisi pro hæreditaria parte teneatur. Quæ ipso quidem iure subsistit.*de quo sup.lib.15. cap.5.reg. 5.except.7.* Verum eius replicatio videtur esse: Nisi in cohæredis persona fideiussoria sit confusa & sublata. Sed reprobatur *l.Lucius.24.ff. de fideiussoribus.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *d.reg.7.*

II. Regula, De patre fideiussoris, proponitur *l.si dubitet.10.§.sed an pater.ff.de fideiussoribus.*

III. Regula: Singuli fideiussorum in solidum tenentur.*de qua re vide infr. quæst.prox.reg.3.*

V. QVID ET QVANTVM veniat in actione proposita?

I. Regula, De omni eo quod reus principalis creditori debet, proponitur *l.si quis.56.§. si numos. in fin.ff. de fideiussoribus.* Exemplum proponitur *l.si à colono.58.in prin.ff.eod.tt.* Aliud *l.si ita.55.ff. eod.tt.* Item aliud in vsuris, *l.quæro.54. in princ.ff. locati & conducti. Concordat l.2. §. conductore.ff. de administrat. rer.ad ciuit.pertin. item l.si fideiussor.10.in pr. C. de fideiussorib.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ad sortem tantum, seu ad certam summam fideiussor se obligauit, non in genere, vel ad vsuras. tunc enim ad vsuras & alia non tenetur. *l. fideiussores.68.§.1.ff. de fideiussorib. Concord.t l.si vltra.22.c.d.tt.* Altera: Nisi ad pœnam vel mulctam fideiussor conueniat.*d.l.68.in princ.* Tertia: Nisi ex alia causa debeatur, quam in qua intercessio facta est. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. quæst.2. except.53.* Quarta: Nisi id quod à reo seruari potest. hoc enim à fideiussore non est petendum.*l.si mandatu meo.13.in fin.ff.de fideiussorib.l.fideiussores.68.§.1. ibi: & ita in id quod. item l.si ita.55.in fin.ff.d.tt.& l.si quis.27.§.fin.ff.mandati.* Plane huius exceptionis replicatio est: Nisi creditor prius elegerit & conuenerit fideiussorem, non reum. hoc enim casu fideiussor in solidum conueniri potest.*approbatur per ea quæ proponuntur infr.c.prox.q.10.reg.1.* Sed mutatur hæc replicatio iure nouo: *de quo vide d.reg.1. in fin.* Quinta exceptio est: Nisi pro seruo vel filio fideiusserit. hoc enim casu non nisi in id quod in peculio eius est, teneri videtur. Sed reprobatur *l.cum fideiubet.35.ff.de fideiuss.* Sexta: Nisi in id se obligauerit fideiussor, quod ex distractione pignoris seruari non posset. tunc enim alterius non tenetur.approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.quæst. 2.except.38.distin.1.* Septima: Nisi ab altero reorum tantum sit datus fideiussor. reprobatur *l.cum duo.40.ff.de fideiussor.* Huius exceptionis reprobatæ ratio est: Quia quilibet reorum promittendi in solidum tenebatur. Quod tamen iure nouo quodammodo immutatum est. *de quo vide supr.lib. 16.cap.10.reg.2.except.19.*

II. Regula: Fideiussor non in maiorem summam tenetur, quam reus principalis. Hæc regula indubitato iure subsistit, verum eius exceptio est: Nisi rei principalis bona pro parte sint publicata. hoc enim casu reus pro parte, fideiussor in solidum tenetur.*l.1.C.de fideiussorib.* Plures huiusmodi exceptiones vide *supr. quæst.2. except.12.repl.1.except.13.& except.54.repl.1. cum sequentibus.*

III. Regula: Si plures sint fideiussores vel mandatores, singuli in solidum tenentur, potestque vnus eligi. *Institut. de fideiussoribus. l.non recte.3. in fin. ibi: nam & cum hoc. Cod.eod.tt. item l.si mandatu.59.§. Paulus respondit. ff. mandati.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi plures in iudiciũ vocati sint, & aduersus eos lis contestata. hoc enim casu adempta est potestas conueniendi vnum in solidum.*d.§.Paulus respondit. Concordat l.liberum fuit.16. C. de fideiussoribus.* Altera exceptio est: Nisi creditor actionem diuidere velit. *l.inter eos.51.§.duo. ibi: plane si velit. ff. de fideiussorib. Concordat l.reos promittendi.11.in princip.ff. de duobus reis constit.* Tertia exceptio est, Quod beneficio diui Hadriani vnus fideiussorum in solidum conuentus, petere potest vt diuidatur obligatio, & vt non nisi pro parte virili condemnetur. *de qua re sequitur infr. capit. proxim.*

VI. QVANDO ACTIO ADuersus fideiussores & mandatores competit?

I. Regula: Fideiussor antequam reus debeat, conueniri non potest. *l.fideiussor.57.ff. de fideiussoribus.*

II. Regula: Prius reus principalis quam fideiussor conueniendus est. *Nouell.c.4.in princ.vsq; ad §.quod autem.M.I.R.d.c.9.reg.5.exc.24.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi reus principalis sit absens. adprobatur simul & distinguitur *d. Nouell. c.4.vers.cæterum si fideiussor. M.I.R. d.except.24.repl.3.* Altera: Nisi aliter inter creditorem & fideiussorem conuenerit. *Nouell. c.136.§.1. M.I.R. d.exc.24. repl.4.* Tertia: Nisi argentarij pro aliis intercesserint. *Hæc exceptio approbari videtur d.§.1.* Plura de regula proposita vide *infr.quæst.10. reg.1.*

VII. QVAMDIV COMPETIT actio aduersus fideiussores & mandatores?

Perpetua est actio, hoc est, quæ non nisi triginta annorum præscriptione submouetur. *l. pignorib.25. C. de fideiussorib.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi nulla scriptura interuenerit. tunc enim duorum mensium præscriptio illi obstat. *l. si fideiussor.27.C.d.tt.* Secunda: Nisi ad certum tempus fideiusserit. reprobatur *l.si mandatu.59.§. illa illi.ff.mandati.* Tertia: Nisi intercessor intra certũ tempus se soluturum promisit.reprobatur *d.l.59. §.Paulus.* Quarta: Nisi principalis actio temporali præscriptione submoueatur. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.quæst.2.except.54.* Huius replicationem vide *d.except.54.replic.5.*

VIII. ADIVNCTA, SEV DE probatione & præscriptione.

Si quis scripserit se fideiussisse, præsumuntur omnia solenniter acta. *Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt supr.lib.16.cap.7.reg.1.*

IX. EVENTVS HARVM actionum.

I. Regula, De iure pignoris à creditore fideiussori cedendo, & à fideiussore persequẽdo, proponitur *l.cum alter.11. C. de fideiussorib. l.mandati,14. item l.sicut.21.C. eod.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi in aliam quoq; causam idẽ pignus creditori sit ob-

sit obligatum. hoc enim casu ad cedendum pignus non tenetur. *l.2.C.eod.tt.*

II. Regula, De cedendis actionibus fideiussori soluenti aduersus alios confideiussores seu intercessores, proponitur *l.fideiussorib.17. ff. de fideiussoribus. Concordat l.si fideiussores. 41. in fin. ff. eod.tt. item l. cum alter.11.C.eod.tt.*

III. Regula, De cedendis actionibus fideiussori soluenti aduersus reum principalem, habetur *l.cum quis.36.ff. de fideiussoribus. l.si mandatu.13.in princip.ff.eod.tt. l.si quis.27.§.fin ff. mandati. l Papinianus.28.ff.eod.tt. l.Stichum.95.§.si mandato.ff. de solutionibus. item Nouell. constit.4.§.postulet igitur. ibi: quod si tempus.*

IV. Regula: Ex iam dictis constat, quod fideiussori vel mandatori condemnato & soluenti actio competat ea quæ antea competiit creditori, vel aduersus debitorem principalem, vel aduersus confideiussores, vel denique ad persequendum pignus. Cuius tamen regulæ exceptio est: Nisi actio ista soluenti fideiussori à creditore cessa vel mandata non sit. *Quæ cum ex iam dictis constet, tum approbatur etiam l.vt fideiussor.39 ff. de fideiussoribus. l.cum alter. 11. in prin. item l.mandati. 14. ibi, ita demum. C.eod.tt.*

V. Regula: Plane suo nomine fideiussor qui soluit, aduersus debitorem pro quo soluit, mandati habet actionem vel negotiorum gestorum, *de qua re vide infr. cap.3.*

X. ADFINIA REmedia.

I. Regula: Creditor omisso fideiussore vel mandatore, ipsum reum principalem conuenire potest. Et sane iure antiquo electio permittebatur creditori, vtrum reum principalem, an eius intercessores prius conuenire vellet. *l. iure nostro. 5.C.de fideiussoribus. l.si alienam.19. l.non recte.3. in princip. item l.reos principales. 23. C. eod. tt. l.qui mutuam. 56.in princip.ff.mandati. item l.si literas.7. C. mandati.* Huius electionis propositæ exceptio prima esse videtur: Nisi vnus sit conuentus. hoc enim casu alter amplius conueniri non posse videtur. Sed reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. quæst.2. except.50. l.si mandatu.13. in fin. ff. de fideiussoribus. l.si quis. 27.§. fin. in fin. ff. mandati. l.creditor.60. in princip. ff. d. tt. item l.decem.116. ff. de verb. obligat.* Altera exceptio est: Nisi aliud ab initio conuenit. *l. iure nostro. 5. Cod. de fideiussoribus. item l.si alienam.19. in fin. C. eod. tt.* Tertia: Nisi ita intercessio facta sit, vt quod à reo seruari non posset, fideiussor præstaret. hoc enim casu prius reus principalis est conueniendus *d.l.116. in fin. ff. de verb. obligat. l.fideiussor.16.§.fin. ff. de fideiussorib. l.si decem.21. ff. de solutionib. & l.vlt. in prin. ff. si certum petatur.* Quarta: Nisi cum quis pro alio se soluturum constituisset, alius satis sit soluendo. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. 16. cap. 4. except.9.*

Mutatio iuris.

Plane hæc quidem de iure antiquo. Iure autē nouo electio & regula ꝓposita tollitur & reprobatur, *Nouell.c.4.* de qua cum eius exceptionibus vide *supr. quæst.6. reg.2.* Hæc de prima regula.

II. Regula: De actione hypothecaria & pignoris venditione vide *supr. quæst.2. except.38.*

III. Regula, De mandati actione, si creditor mandatu fideiussoris cum reo principali experiatur, proponitur *l.si mandatuero. 22.§. interdum. & l.si mandatu.45.§. fin. ff. mandati. de qua re vide supr. lib.19. cap.12. quæst.3. except.1. replic.3.*

IV. Regula: Si quis pro eo quem negotiationi præfecit, fideiussit: etiam institoria actione tenetur. *l.penult.§. tabernæ ff. de institoria.*

DE BENEFICIO DIVISIONIS, ex epistola diui Hadriani.

CAP. II.

Pendet hoc caput ex cap. prox. quæst.5. reg.3.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS BEneficium diuisionis peti & impetrari debet.

SI plures sint fideiussores, & vnus ex iis in solidum conueniatur; diuiditur obligatio non quidem ipso iure, sed per petitionem & exceptionem ex epistola Hadriani. *Quæ causa approbatur l.inter fideiussores.26. ff. de fideiussorib. l.si contendat. 28. ff. eod.tt. Inst. de fideiussorib. §.si plures. ibi, sed ex epistola. item l.si fideiussor.10. in fin. C. d.tt. M.I.R.d.reg.5.except. 28.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi vnus in solidum sit condemnatus, beneficio diuisionis non petito. *d.l.10. in fin. M.I.R. d.except. 28.repl.2.* Altera: Nisi solidum ab vno sit solutum. *l.si testamento.49.§. quod si duo. ff. de fideiussoribus. Instit.eod tt.§.si plures. ibi. sed si ab vno. item l.cum alter.11. Cod.eod.tt. M.I.R.d.except.28.replic.5.* Tertia: Nisi alter fideiussorum partem debiti soluerit. *l.inter eos. 51.§.1. ff. de fideiussoribus.* Quarta: Nisi conuenit, vt singuli in solidum teneantur. reprobatur *l.non recte.3. C. de fideiussoribus. Concordat Nouell. const.99. in princ. ibi, quod si & tale aliquid. M.I.R. d.except.28. replicat.4.* Quinta: Nisi is qui diuisionem petit, intercessionem negauerit. *l. si dubitet.10.§.1. ff. de fideiussoribus. M.I.R. d.except.28.replic.6.* Sexta: Nisi alij fideiussores non sint soluendo. *Institut. de fideiussoribus. §. si plures. l inter fideiussores. 26. in fin. ff. eod. tt. item l.non recte.3. in fin. Cod. dict. tt. M.I.R. d.except. 28.replicat.1.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi litis contestatæ tempore & diuisione facta soluendo fuerint. tunc enim quamuis postea soluendo esse desierint, tamen hoc non pertinet ad onus aliorum. *l.inter eos.51. §.penult. ff. de fideiussoribus:* Cuius duplicatio prima videtur esse talis: Nisi actor fuerit minor annis. Sed reprobatur *d. §.penult. Concordat l.amissi.52.§.1. ff. eod. tt.* Altera est: Nisi fideiussor sub conditione acceptus, litis contestatæ tempore soluendo existens, tempore quo existit conditio soluendo esse desierit. *l.si plures. 27. in princ. ibi. sed si cum. ff. d. tt.* Altera replicatio est: Nisi nihilominus, quamuis quidam soluendo non fuerint, diuisio sit facta. *l.liberum.16. C. de fideiussorib.* Cuius duplicatio est: Nisi actor fuerit minor annis. *d.l.52.§.1.* Tertia replicatio est: Nisi computato eo quod alter fideiussor facere possit, prior fideiussor sit soluendo, *l.si plures.27.§. præterea. ff. de fideiussorib.* Quarta: Nisi statim ab initio quisque se non nisi in partem virilem obligauit. *l. inter eos.51. in prin. ff. de fideiussorib.* Quinta: Nisi vnus in solidum electus paratus sit creditori cauere, vt suo periculo cæteri fideiussores conueniantur. *l.si dubitet.10. in princ. ff. d.tt.* Hæc de sexta exceptione. Septima exceptio est: Nisi à diuersis reis fideiussores dati sint. *l.si à Titio.43. & l.inter eos.51.§. duo. ff. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi creditor inter eos diuidi actionem velit. *approbatur ibidem.* Octaua exceptio est: Nisi fideiussorum alter pure, alter in diem, vel sub conditione sit acceptus. reprobatur *l.si plures.27. in prin. ff. d.tt.* Nona: Nisi alter fideiussorum non sit obligatus vel ipso iure, vel exceptionis ope. approbatur exemplis *l.si Titius.48. ff. de fideiussoribus.* Huius replicatio prima est: Nisi dolo creditoris minor ætate simul fideiusserit. *d.l.48. vers. quod si dolo.* Altera: Nisi non tam fideiussio, quam nouatio sit facta. hoc enim casu, quamuis vnus ex iis à quibus postea creditor stipulatus est, non obligetur: hoc tamen ad onus cæterorum non pertinet. *l.si paternam. 8. C. ad S.C. Velleianum.* Tertia: Nisi exceptio alterius fideiussoris replicatione aliqua elidatur, approbatur exemplo *l.vir vxori.17.§. fin. cum l.sequente. ff. ad S.C. Velleianum.* Quarta: Nisi facto creditoris alter fideiussorum exceptionem nactus sit. reprobatur *l.si stipulatus.15. §. si ex duobus. ff. de fideiussoribus.* Contradicit *l.Stichum.95.§. penult. ff. de solutionibus.* Decima exceptio est: Nisi alter fideiussorum sine hærede decesserit. *l.inter fideiussores.26. ff. de fideiuss.* Vndecima: Nisi ex causa tutelæ aduersus tutoris fideiussores agatur: hoc enim casu diuisio actionis negatur. *l.12. ff. rem pupilli saluam fore.* Duodecima: Nisi res quæ debetur, diuisionem non recipiat. *De hac re vide sup. lib.15. c.5. reg.5. except.7. repl.2.* Hæc de exceptionibus epistolæ diui Hadriani.

II. QVIBVS ET INTER quos competit beneficium diuisionis?

I. Regula, De duobus pecuniæ constitutæ reis, proponitur *l.vlt. C. de constituta pecunia.*

II. Regula, De duobus reis promittendi, habetur *Nouell.c.99.* Secus iure antiquo, *l. reos promittendi. in prin. ibi, neq; enim diuidere. ff. de duobus reis constit.*

III. Regula, De reo & fideiussore, proponitur *l.si plures.27.§. si fideiussor. ibi, nec potest. ff. de fideiussoribus.*

IV. Regula, De fideiussore rei principalis & fideiussoris fideiussore, *d.§. si fideiussor.* Huius regulæ exceptio est: Nisi aduersus confideiussorem eius confideiussoris, pro quo intercessit. *d. §. si fideiussor. & §.1.*

V. Regula, De hæredibus fideiussoris, proponitur *d.l.27.§. sicut. Concordat l.si testamen.49.§. quod si duo. ibi, ab initio. ff. eod. tt.*

VI. Regula, De fisco ad quem bona fideiussoris peruenerunt, *l.inter eos.51 §. fin. ff. de fideiussorib. Concordat l.non recte. 3. ibi, sed cum te. C. de fideiussorib.*

III. QVOMODO COMPETIT beneficium diuisionis?

Non ipso iure competit, sed per petitionem vel exceptionis ope. *Quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt sup. quæst.1. in prin.*

IV. ADFINE remedium est stipulatio, facta de parte virili à singulis præstanda. *Quod proponitur d.l.51. in prin.* Hæc de beneficio diuisionis ex epistola diui Hadriani.

DE ACTIONE MANDATI, quæ competit intercessori aduersus eum, pro quo intercessit.

CAP. III.

Pendet hoc caput ex cap.1. quæst.9. reg.5.

I. CAVSA HVIVS actionis.

SI quis pro alio intercessit: hac actione, vt indemnis præstetur ab eo pro quo intercessit, consequitur. *Instit. de fideiussoribus. §. si quid. M.I.P. lib.5. c.7. reg.30. M.I.R. lib.5. cap.9. reg.8.* Huius exceptio prima est: Nisi nondum soluerit is qui pro reo intercessit. *l.si pro ea.10. C. mandati. M.I.P. d.reg. 30. except.1. repl.1. M.I.R. d.reg.8. except.1.* Cuius replicatio prima est: Nisi fideiussor condemnatus sit. hoc enim casu, etiam antequam soluat, agere potest. *d.l.10. Cui concordat l.si fideiussor.6. C. eod. tt. item l.fideiussor.45. ff. de fideiuss. M.I.P. d.except. 1. repl.3. M.I.R. d.except.1. repl.12.* Altera. Nisi fideiussor pecuniam debitori obtulit, & obsignatam deposuit. *l.qui mutuam.56.§. fideiussor. ff. mandat. Concordat l.fideiussor.64. ff. de fideiussoribus.* Tertia: Nisi fideiussor debitorem suum delegauerit. *l.qui debitorem. 18. ff. de fideiussoribus. Concordat l.inter causas.26.§. abesse. ff. mandati.* Quarta: Nisi fideiussor vel alius in gratiam fideiussoris creditorem aliqua obligatione liberauit. *d.l.26.§. si is qui.* Quinta: Nisi creditor fideiussori debitum remiserit. *l.idemq;.10.§. fin. ff. mandati.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi magis principali quam fideiussori donando creditor debitum remisit. *l.si vero.12. in princ. ff. eod. tt.* Sexta replicatio est: Nisi alius pro fideiussore soluerit. *d.l.12.§.1. l.is qui.50. in prin. ibi, fideiussor etiam. & l.hæredem.14. in prin. ff. d.tt. item l.Vranius.71.§. fin. ff. de fideiussor.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi pro seruo vel filiofamilias fideiussore alius eis donaturus soluerit. *d.l.12.§.1. ibi, plane (inquit)* Septima replicatio est: Nisi vxor creditrix fideiussori promiserit, doti futurum ei quod ex causa fideiussionis debet. *l.Iulianus ait.47. in princ. ff. mandati.* Octaua: Nisi fideiussor creditori hæres extiterit. *l.si ei.11. ff. mandati.* Plane admittitur replicatio proposita, si ex causa fideiussoria condemnatus fideiussor creditori hæres extiterit, nō etiamsi nondum fuit cōdemnatus. hoc enim casu principali potius quam mandati actione aget, quod duplicationis loco notandum. *l. hæres 21. §. fin. ff. de fideiussorib.* Nona replicatio est: Nisi fideiussor creditori pecuniam credi mandauit. *l.Vranius.71. §. fin. ff. de fideiussorib.* Plures replicationes vide *inf. quæst.5. reg.1.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus.

II. Exceptio: Nisi intercessor inutiliter soluit, vt debitor non liberetur. *l.si is qui.50. in princip. ibi, idq; vtiliter fecit. ff. mandati.* Exemplum proponitur *l.Iulianus ait.47.§. si is qui. ff. eod. tt.* Aliud *l.inter causas.26.§. mandatu. ff. mandati.* Item aliud *l. etsi.20. ibi. sequitur. ff. de fideiussor.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi solutio inutilis ex post facto vtilis efficiatur. approbatur exemplo iam proposito *d.§. si is qui.* Aliud exemplum proponitur *l.si is cui. 94.§. sed & si fideiussor. ff. de solutionibus.* Huius replicationis duplicatio videtur esse: Nisi eo tempore conualescat solutio, quo iam alia exceptio

reo competere cœpit. sed reprobatur *l. cum decem. 71. §. 1. ff. de solutionibus.*

III. Exceptio: Nisi fideiussor minus vel aliud soluit, quam est id pro quo fideiussit. ipso quidem iure approbatur ratione exceptionis præcedentis, verum eius replicatio prima est: Nisi eo quod soluit, in solidum debitori liberatio contingat. approbatur exemplo *l. si quis. 46. ff. mandati.* Altera: Nisi in maiorem summam nõ fideiussit, quam soluit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 1. quæst. 2. except. 30. repl. 1.*

IV. Exceptio: Nisi res in solutum data perierit. reprobatur *l. si is qui. 50. §. fin. ff. mandati. Concordat l. hominem. 37. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Nisi debitor idem debitum creditori soluit. *l. si fideiussor. 29. §. hoc idem. ff. mandati.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi debitori fideiussori conditionem indebiti non cesserit. *d. §. hoc idem.* Altera: Nisi debitor ante fideiussorem soluit, nec certiorauit fideiussorem. *d. l. 29. §. si cum debitor. Concordat l. si procuratorem. 8. §. si ignorantes. ibi, quod & ad. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi fideiussor sine iudice soluit. reprobatur *l. idemq; 10. §. fideiussores. ff. mandati.*

VII. Exceptio: Nisi cum fideiussor creditorem exceptione aliqua submouere posset, ea omissa nihilominus soluit. approbatur simul & distinguitur *l. si fideiussor. 29. in prin. ff. mandati. l. Quintus Mutius. 48. in prin. ff. eod. tt. item l. si pro ea. 10. in fin. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 8. except. 2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fideiussor ignorauit exceptionem cõpetere. *d. l. 29. vers. vbi vero. & §. si cũ debitor. item l. indebitam. 47. in fin. ff. de condict. indebiti.* Cuius duplicatio prima est: Nisi dissoluta fuit ignorantia fideiussoris. *d. l. 29.* Altera: Nisi ius ignorauit fideiussor. *d. l. 29. §. non male.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi exceptionem dilatoriam, non peremptoriam fideiussor omisit. *d. l. 29. §. quædam.* Tertia: Nisi fideiussor exceptionem sibi tantum, non etiam debitori competentem omisit. *l. idemq; 10. §. generaliter. ff. mandati.* Exemplum proponitur *l. si mulier. 31. ff. ad S. C. Velleianum.* Aliud *d. l. 29. §. fin.* Quarta replicatio est: Nisi fideiussor reo tantum, non etiam sibi competentem exceptionem omisit. *l. Vranius. 71. § penult. ff. de fideiuss.* Sane quæ sint huiusmodi exceptiones, quæ reo tantum, non etiam fideiussori prosint, vide *sup. cap. 1. quæst. 2. except. 54.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi culpa fideiussoris factum sit, quo minus exceptione quæ reo competit, vti possit: puta qui ius iniquum impetrauit, ne quis eiagenti aliquam opponere possit exceptionem. Ideoq; ipse quoq; fideiussoria actione conuentus exceptionem competentem obiicere actori non potuit. *l. si quis. 3. §. si is pro quo, in fin. ff. quod quisq; iuris.* Altera duplicatio est: Nisi quis pro minore vigintiquinq; annis, vel pro pupillo, prodigo vel furioso sine tutoris vel curatoris authoritate obligato fideiusserit. hoc enim casu, quamuis fideiussor obligatus sit, reus autem principalis obligatus non sit, nisi naturaliter tantum: tamen fideiussor mandati actionem nõ habet. *de qua re vide inf. exc. 21. cum seq.* Tertia: Nisi cum posset, reo nõ denunciauit, vt ipse iudicium susciperet. *l. idemq; 10. §. generaliter. ff. mandati.* Quinta replicatio est: Nisi salua conscientia fideiussor exceptionem opponere non possit. *l. Quintus Mutius. 48. in princ. ff. mandati.* Sexta replicatio est: Nisi post solutionem demum exceptio competere cœpit. *l. cum decem. 71. §. 1. ff. de solutionibus.* Plane quod ibi dicitur, fideiussorem solutum repetere non posse; illi contradicere videtur *l. vlt. §. procurator. ibi, argumentum rei. ff. ratam rem haberi.*

VIII. Exceptio: Nisi iniuria iudicis fideiussor damnatus soluit. *l. exceptione. 67. ff. de fideiussor. Concordat l. si pro ea. 10. §. fin. C. mandati.*

IX. Exceptio: Nisi fideiussor condemnatus non prouocauit. *d. l. 10. §. fin. Concordat l. si procuratorem. 8. §. si ignorantes. ff. mandati.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fideiussor ignorans sententiam iniustam esse, non procurauit. *d. §. si ignorantes.* Altera: Nisi ob paupertatem causam appellationis prosequi non potuit. approbatur *ibid.* Tertia: Nisi fideiussor testato conuenit debitorẽ, vt si ipse putaret, appellaret, approbatur *ib.*

X. Exceptio: Nisi ex alia causa, quam in qua fideiussit, soluit fideiussor. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi cũ fideiussor creditori vel hæredi eius tutor existeret, à semetipso id quod ex causa fideiussionis debet, non exegit: ideoq; tutelæ iudicio damnatus soluerit. *l. tutor. 69. ff. de fideiussorib.*

XI. Exceptio: Nisi fines mandati excessit, vel aliter quam ei mandatum est, egit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. lib. 19. cap. 14. exc. gener. 1.* Sed & eius replicatio præter ibi enumeratas & hæc est: Nisi cum quis rogatus esset vt fideiuberet pro tertio, is non fideiussit, sed mandauit tertio credi. *l. cum controuersia. 62. §. fin. ff. mandati.*

XII. Exceptio: Nisi fideiussori mandatum non sit, vt intercederet pro reo. *De hac exceptione vide inf. quæst. vlt. reg. 1. except. 1.*

XIII. Exceptio: Nisi fideiussor sine mandato, suo magis, quam debitoris nomine intercesserit. *l. creditor. 60. §. 1. ff. mandati.*

XIV. Exceptio: Nisi fideiussor pro inuito & vetante intercesserit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 19. cap. 14. quæst. 1. except. 15.*

XV. Exceptio: Nisi hæredes à testatore iussi sint, vt pro tertio intercedant. *l. trib. 8. §. finito. ff. de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur.*

XVI. Exceptio: Nisi mulier mandauerit, vt pro alio intercederet fideiussor. approbatur *per ea quæ proponuntur inf. quæst. 3. reg. 1 except. 2. repl. 3.*

XVII. Exceptio: Nisi quis de quota litis pactus, & pacta mercede, iudicatum solui fideiusserit. *l. si remunerandi. 6. §. Marius. ff. mandati.*

XVIII. Exceptio: Nisi quis pacta mercede fideiusserit, ita vt periculum in se recipiat. *d. l. 6. § fin.*

XIX. Exceptio: Nisi filius familias pro patre fideiusserit & soluerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. cap. 2. except. 5.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi filius emancipatus soluerit. Altera; Nisi filius familias de peculio castrensi soluerit. *Hæ duæ replicationes approbantur l. si dubitet. 10. §. fin. ff. de fideiussoribus.*

XX. Exceptio; Nisi seruus pro alio fideiussit, & soluit. hoc enim casu non mandati actio est, sed numorum vindicatio vel similis actio. *de qua re vide inf. quæst. vlt. reg. 1. except. 5.*

XXI. Exceptio; Nisi pro minore vigintiquinq; annis fideiussit & soluit. *l. in causa. 13. in prin. ibi, sed potius, cum seqq. ff. de minorib. vigintiquinq; annis. Concordat l. 1. in fin. C. de fideiussorib. minor.*

XXII. Exceptio: Nisi pro pupillo, prodigo vel furioso sine tutoris vel curatoris authoritate cõtrahente fideiussit. *l. Marcell. 25. in fin. ff. de fideiuss.*

XXIII. Exceptio; Nisi mandatu adolescentis pro meretrice fideiusserit, & soluerit. *l. si vero. 12. §. si adolescens. ff. mandati.* Hæc de exceptionibus propositæ causæ.

II. QVIBVS DATVR actio proposita?

I. Regula, De hærede fideiussoris, proponitur *l. hæredem. 14. in prin. ff. mandati.* Huius regulæ exceptio videtur esse: Nisi hæreditate vendita, emptor soluerit ex causa fideiussionis. sed reprobatur *d. l. 14.* Plane admitti videtur, si hæres cohæredi suo vendiderit suam partẽ hæreditatis, emptorque eorum debitum soluerit. hoc enim casu nõ venditori, sed emptori hæredi etiam sine cessione mandati actio videtur competere. Sed & hæc distinctio reprobatur *d. l. 14. §. si de fideiussori.*

II. Regula, De patre & domino fideiussoris. His regulariter mandati actio competit ad recuperandum id quod filius vel seruus ex causa fideiussionis pro alio soluit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. cap. 4 reg. 1. & 2. Concordat l. si vero. 12. §. 1. ibi, plane si seruus. ff. mandati.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alius pro seruo vel filiofamilias fideiussore donaturus eis soluerit. *d. §. 1.* Altera: Nisi nihil sit in peculio filij. approbatur simul & distinguitur *d. l. 12. §. idem Marcellus.* Huius replicatio prima est; Nisi iussu patris filius fideiusserit. Altera: Nisi ex peculio solutum sit debitum, pro quo filius fideiussit. *Hæ duæ replicationes approbantur ibidem.* Tertia exceptio; Nisi non filius, sed pater soluerit. reprobatur *d. l. 12. §. si filiofamilias.* Quarta: Nisi filius familias fideiussor post emancipationem soluerit. hoc enim casu non patri, sed filio competit actio. *d. l. 12. §. si filiofamilias.* Quinta; Nisi dominus fideiussionem & solutionem à seruo factam ratam non habuerit. tunc enim non mandati actio, sed indebiti condictio, vel eius quod solutum est vindicatio domino competit. *de qua re vide inf. quæst. vlt. reg. 1. except. 5.*

III. ADVERSVS QVOS actio proposita competit?

I. Regula, De alio, quã pro quo fideiussum vel solutum est. Aduersus aliũ, quam pro quo fideiussum est, non datur actio. quæ regula cum ipso iure subsistat, recipit aliquot exceptiones. quarum prima est: Nisi is sit defunctus. tunc enim aduersus eius hæredes datur actio. *l. post solutionem. 18. C. mandati.* Altera: Nisi alterius mandatu fideiussit & soluit. hoc enim casu is tenebitur, cuius mandatu fideiussit, quamuis pro alio. *l. cum mandatu. 21. ff. mandati. Concordat l. qui fide. 53. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi is quoque, pro quo fideiussit, mandauit. tunc enim aduersus vtrunque datur actio. *d. l. 21.* Altera: Nisi alter, pro quo fideiussit, præsens cum ab alio mandaretur, non contradixit. nam & hoc casu vterq; tenetur. *d. l. 53.* Tertia: Nisi mulieris mandatu pro alio intercesserit. *l. si fideiussores. 6. cum l. sequente. ff. ad S. C. Velleianum. Concordat l. si mulier. 32. §. si mulier, in fin. ff. d. tt.* Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi quis pro procuratore fideiusserit. hoc enim casu contra dominum datur actio. *l. idemq; 10. §. idem Papinianus. ff. mandati.*

II. Regula, De vno ex pluribus, pro quibus intercessit, in solidum conueniendo, velvtrunq; proponitur *l. si mandatu. 59. §. Paulus respondit, vtrumquenque. ff. mandati. Concordat l. cum mandatu. 21. in fi. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi omnes conuenti & condemnati sint. tunc enim in singulos non nisi pro parte competit actio. *d. §. Paulus respondit.* Altera; Nisi vnus pactus sit cum creditore, apud quem intercessio facta est, ne à se peteretur, reprobatur *l. Vranius. 71. §. si ponamus. ff. de fideiussoribus.*

IV. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

I. Regula: Hac actione non plus consequitur fideiussor vel mandatarius, quam soluit. *l. inter causas. 26. §. præterea. ff. mandati.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vsuras ob moram vel ex aliis similib. causis. *de quibus vide sup. lib. 19. c. 14. reg. 5. except. 1. cum sequentibus.* Altera: Nisi vltra id quod soluit, etiam alios sumptus ex iusta causa fecit. *l. si mandatu. 45. §. si fideiussor. ff. mandati. Concordat l. si is qui. 50. §. fin. ff. eod. tt.*

II. Regula: Non minus consequitur hac actione fideiussor, quam soluit. quæ regula ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi cum rogatus esset, vt in minorem summam fideiuberet, is in maiorem summã fideiusserit, & soluerit. hoc enim casu nõ nisi id, in quod rogatus erat, consequitur, quamuis plus soluerit. *l. rogatus. 33. ff. mandati. Concordat Instit. de mandato. §. is qui exequitur. ibi, adeo quidem.* Altera: Nisi plus debito soluerit fideiussor. approbatur simul & distinguitur *l. Quintus. 48. in pr. ff. mandati.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi salua conscientia fideiussor minus soluere non potuit. *d. l. 48.* Tertia exceptio est; Nisi fideiussor, cum deteriorem rem soluere potuisset, eaq; solutione reum liberare, preciosiorem soluit. *l. fideiussorem. 32. ff. mãdati.* Huius replicatio est; Nisi deteriorem rem non habuit, vel soluere nõ potuit. *l. si is qui. 50. §. fin. ff. d. tt.*

III. Regula, De pignoribus in hanc causam obligatis, proponitur *l. 2. C. mandati.*

IV. Regula: Interdum hac actione, vt fideiussor liberetur, agi potest. *de qua re vide sup. quæst. 1. except. 1. replic. 1.*

V. QVANDO COMPETAT actio proposita?

I. Regula; Antequam soluat fideiussor creditori, hac actione experiri non potest. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. 1. except. 1.* Sed & eius regulæ inter alias sup. d. except. prima enumeratas & hæc est; Nisi diu in solutione reus cesset, & fideiussor non habeat quod numeret. *M. I. P. d. reg. 30. except. 1. repl. 1. M. I. R. d. reg. 8 except. 1. repl. 1.* item & hæc; Nisi reus soluẽdo esse desinere incipiat. Hæ duæ exceptiones approbantur *l. Lucius. 38. in fin. ff. mandati. M. I. R. d. except. 1. repl. 6.*

II. Regula; Si cum in diem deberetur, fideiussor ante diem venientem soluit, non nisi die veniente

niente actione proposita experiri potest. *l. si mandauero. 22. in prin. ff. mandati. l. si fideiuss. 51. ff. d. tt. item l. si fideiussor. 31. ff. de fideiussoribus.* Huius regulæ exceptio est: Nisi non soluerit fideiussor, sed condemnatus ante diem quo iudicatum facere debet, agat vt liberetur. *l. fideiussor. 45. ff. de fideiussorib.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Regulariter quidem ex causa superius proposita fideiussori, vel alij qui pro eo intercessit, mandati competit actio, vt vel solutum ei restituatur, vel ab intercessione liberetur. Cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi nullo mandato præcedente pro reo intercesserit. hoc enim casu non mandati, sed negociorum gestorum competit actio. *l. ex mandato. 20. in fin. ff. mandati. l. sed videamus. 4. cum l. sequente. ff. negociorum gestorum.* Exemplum proponitur *l. de qua re. 74. §. fin. ff. de iudiciis. item l. res obligatas. 21. C. de pignor. & hypothec.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi præsente, & non recusante reo intercesserit. hoc enim casu, quia tacens consentire videtur, mãdati competit actio, *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 19. cap. 14. quæst. 1. excep. 13. repl. 1.* Altera: Nisi fideiussor sui magis quam debitoris causa sine mandato intercesserit. hoc enim casu nec mandati nec negociorum gestorum actio est. *l. creditor. 60. §. 1. ff. mandati.* Plura de proposita replicatione vide *sup. lib. prox. cap. 6. quæst. 1. excep. 9.* Tertia replicatio est: Nisi alius mandauerit. hoc enim casu, quamuis non is pro quo intercessum est mandauerit, mandati tamen actio est, *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. 3. reg. 1. excep. 2.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio: Nisi inutile mandatum interuenerit. tunc enim negociorum gestorum actio competit, non mandati. *l. quanquam. 7. ff. ad senatusc. Velleianum.* Tertia: Nisi aliud quoque debitum, quam pro quo intercesserat, fideiussor per errorem soluit: quantum enim ad hoc debitum, negociorum gestorum, nõ mandati actio competit. *l. fideiussor. 31. in prin. ff. de negociis gestis.* Quarta: Nisi indebitum fideiussor soluit. hoc enim casu condictione indebiti, non actione mandati, id quod soluit, repetit. *l. si fideiussor. 29. § in omnibus. & §. hoc idem, in fin. ff. mandati. item l. inter causas, 26. §. mandatu. ff. eod. tt.* Quinta; Nisi seruus inscio vel inuito domino fideiussit & soluit: vel dominus ipse per errorem ex hac causa soluit. hoc enim casu vel vindicatio competit, vel condictio indebiti, non mandati. *l. seruus. 19. cum l. sequente. ff. de fideiussoribus.* Sexta: Nisi fideiussor creditori hæres extiterit. hoc enim casu non mandati, sed ex stipulatu actionem habet. *l. hæres. 21. §. fin. ff. de fideiussorib.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi fideiussor postquam creditori condemnatus fuit, eidem hæres extiterit. *l. si ei. 11. ff. mandati.* Septima exceptio est: Nisi debitor tutor extiterit hæredi fideiussoris. hoc enim casu etiam tutelæ actiones tenetur. *l. quoties. 8. §. 1. ff. de administrat. tutor.* Octaua: Nisi cum quis pro seruo, qui de libertate pactus erat, apud dominum intercessisset, ita vt manumissus in se obligationẽ reciperet: manumissus postea obligationem recipere nolit. hoc enim casu de dolo actio est. approbatur *l. & eleganter. 7. §. seruus, in fi. ff. de dolo malo.*

II. Regula: Præter mandati actionem fideiussor soluens impetrare à creditore potest, vt & actiones quas creditor eius debiti nomine habet, sibi cedantur, cessasq; actiones instituere. *De qua re vide sup. cap. 1. q. 9. item inf. lib. 24. cap. 6. quæst. 2. reg. 4.* Hactenus de fideiussoribus, & mandatorib. Sequitur nunc de constitutæ pecuniæ reis.

DE CONSTITVTA PECVNIA.

CAP. IV.

I. RATIO HVIVS actionis.

HAc actione tam proprio, quàm alieno nomine obligari possumus. cuius ratio proponitur *l. 1. in prin. ff. de constituta pecunia.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS actio proposita competit.

I. Causa generalis est: Si quis pro se vel pro alio debitum se soluturum vel facturum constituit. *Inst. de actionib. §. de constituta.* Declaratur atque distinguitur hæc causa *Nou. c. 115. §. ad hæc & aliud.*

II. Causa: Si scripsit ea quæ alius debet, penes se esse. *l. quidam. 26. ff. de constit. pecun.*

III. Causa: Si quis scripserit se cauturum & soluturum, si quod debitum fuerit adprobatum. *l. eum qui. 5. § Iulianus quoq; ff. eod. tt.*

IV. Causa: Si ita scripsit: Remanserunt apud me quinquaginta ex credito tuo, quos tibi reddere debebo, &c. *l. Titius. 24. ff. de constit. pecun.*

V. Causa: Si quis inutiliter sit stipulatus, reprobatur *l. 1. §. eum qui. ff. d. tt.*

VI. Causa: Si quis partem debiti alieni soluerit. reprobatur *l. vlt. C. ne vxor pro marito.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM causarum generalibus.

I. Exceptio, sumpta ex modo & verbis quib. constitutum est, reprobatur *l. qui autem. 14. §. fin. ff. de constit. pecun.*

II. Exceptio: Nisi mulier constituerit, reprobatur sub conditione *l. 1. §. 1. ff. d. tt.* Plane admittitur, si mulier pro alio se soluturam constituerit animo intercedendi. *d. §. 1.* De qua re plura vide *iusf. cap. prox.*

III. Exceptio: Nisi pupillus constituerit. *d. l. 1. §. de pupillo. Concordat l. vlt. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Nisi filiusfamilias constituerit. reprobatur *d. l. 1. §. sed si filiusfamil.*

V. Exceptio: Nisi alius, non is qui constituit: vel alij, non el cui constituitur, debeat vel debeatur. reprobatur *l. eum qui. 5. §. quod exigimus. ff. de constituta pecunia.*

VI. Exceptio: Nisi alij se soluturum constituit. *d. l. 5. §. item si mihi.* Huius replicatio est: Nisi tutori, curatori vel actori constituatur, pupillo, adolescenti vel municipib. solui. *d. l. 5. §. item tutori.*

VII. Exceptio; Nisi procuratori constituatur. reprobatur sub conditione *d. l. 5. §. Iulianus.*

VIII. Exceptio: Nisi seruo, vel ei qui bona fide seruit, constituerit. reprobatur *d. l. 5. §. fin. cum lege sequente.*

IX. Exceptio: Nisi filiofamilias constituatur. reprobatur *l. sed & si. 7. ff. d. tt.*

X. Exceptio: Nisi cum quis sibi aut Titio stipulatus esset, Titio sit constitutum. *d. l. 7.*

XI. Exceptio: Nisi per nuncium vel per epistolam constituatur. reprobatur *l. qui autem. 14. §. fin. ff.*

fin. ff. de constituta pecunia. Cõcordat l. & licet. 15. ff. d. tt.

XII. Exceptio: Nisi incertam personam soluturam constituit. *Nouell. c. 115. §. ad hæc & aliud. ibi, si quis vero dixerit.*

XIII. Exceptio: Nisi alium soluturum vel facturum constituit. *d. §. ad hæc & aliud. ibi, at si quis dixerit, cum seqq. Concordat l. eum qui. 5. §. sed & si quis. ff. de constit. pecunia.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi fideiussurum alium pro se constituerit. *l. qui autem. 14. §. sed etsi quis. ff. de constit. pecunia.*

XIV. Exceptio: Nisi pro absente debitore constituerit. reprobatur *l. vtrum. 27. in princ. ff. d. tt.*

XV. Exceptio: Nisi pro inuito debitore constituerit. reprobatur *d. l. 27.*

XVI. Exceptio: Nisi debitor defunctus sit, nullo adhuc hærede eius existente, vel apud hostes sit. reprobatur *l. hactenus. 11. in prin. ff. de constit. pecunia.*

XVII. Exceptio: Nisi pro satis locuplete constituerit se soluturum. *l. si ita. 97. §. possum. ff. de verborum obligat.*

XVIII. Exceptio: Nisi non constituendi animo factum sit: puta si inutiliter quis sit stipulatus. *l. 1. §. eum qui. ff. de constit. pecunia.*

XIX. Exceptio: Nisi debitum quod constituitur, nullum sit. approbatur simul & distinguitur *l. item illa verba. 18. § quod adiicitur. ff. de constit. pecunia. l. hactenus. 11. in prin. ff. d. tt. l. 2. §. sed & hæredibus. ibi, ita tamen. C. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi tempore quo constituebatur, debitum fuit. tunc enim quamuis debitum esse desierit, nihilominus de constituta pecunia actio competit. *d. § quod adiicitur.* Altera; Nisi ipso iure debitum sit, quamuis per exceptionem elidi possit. reprobatur *l. quod si. 3. §. 1. ff. d. tt.* Tertia; Nisi alij debeatur, vel alius debeat. tunc enim quamuis non ei cui constituitur, debeatur, vel is debeat qui constituit; nihilominus constitutum valet. *l. eum qui. 5. §. quod exigimus. ff. de constituta pecunia.* Quarta; Nisi natura debeatur, vt ad exceptionem prosit. tunc enim quamuis ex eo actio nõ detur, constituti tamen actio tenet. *l. 1. §. debitum. ff. d. tt.* Quinta; Nisi iuratum sit deberi, vel iusiurandum relatum. *l. illud aut illud. 25. §. si iureiurando. ff. eod. tt.*

XX. Exceptio; Nisi post rei debitæ interitum constituatur. approbatur ratione exceptionis superioris proximæ. Replicatio est; Nisi interitu rei debitæ non fuerit debitor liberatus. approbatur exemplo *l. promissor. 21. in prin. ff. de constit. pecunia. Concordat l. promissor. 23. ff. d. tt.*

XXI. Exceptio; Nisi in diem debitum, ante diem venientem constituatur. reprobatur *l. quod si. 3. §. si is qui. ff. d. tt. Concordat l. 2. §. & liceat. C. d. tt.*

XXII. Exceptio; Nisi conditionale debitum constituatur. reprobatur *d. §. & liceat. Concordat l. id quod. 19. in prin. ff. d. tt.*

XXIII. Exceptio, sumpta ex causa, ex qua debetur id quod constituitur, reprobatur *l. 1. §. debitum. ff. d. constit. pecun. Concordat l. qui iniuriarum. 29. ff. ed. tt.*

XXIV. Exceptio, sumpta exiure quo debetur id quod constituitur, reprobatur *d. l. 1. §. fin.*

XXV. Exceptio; Nisi falso persuasus à creditore, quasi debitoris hæres esset, constituerit. *l. vlt. ff. eod. tt.*

XXVI. Exceptio: sumpta ex re constituta, reprobatur *l. 2. C. de constituta pecunia.*

XXVII. Exceptio; Nisi non soluturum debitum, sed cauturum de eo, seu pignus vel fideiussorem daturum constituerit. reprobatur *l. qui autem. 14. ff. de constituta pecunia.*

XXVIII. Exceptio; Nisi aliud quam debetur, sit constitutum. reprobatur *l. 1. §. an posset. ff. eod. tt.*

XXIX. Exceptio: Nisi plus quam debetur, constitutum sit. *l. hactenus. 11. §. fin. cum l. sequente. ff. de constituta pecunia.* Huius exemplum est, si pater vel dominus de peculio obligati, plus quam in peculio est, constituerint. *Quod proponitur l. 1. §. fin. ff. de constituta pecunia.* Huius exceptionis in exemplo proposito replicatio prima est: Nisi pater non suo, sed filij nomine plus quam in peculio est, constituerit. *l. 2. ff. eod. tt.* Altera: Nisi ex post facto debitum sit minutum. hoc enim casu non minuitur actio constitutoria. approbatur in exemplo proposito *l. id quod. 19. §. fin. cum l. sequente. ff. eod. tt.*

XXX. Exceptio: Nisi minus quam debetur, constitutum sit. reprobatur *l. sed si quis. 13. ff. de constit. pecunia.*

XXXI. Exceptio: Nisi certa quantitas constituta non sit. reprobatur *l. qui autem. 14. in prin. ff. eod. tt.*

XXXII. Exceptio: Nisi sine die sit cõstitutum. reprobatur *l. promissor. 21. §. 1. ff. de constit. pecunia.*

XXXIII. Exceptio: Nisi certo tempore vel loco constituat. reprobatur *l. si duo. 16. §. 1. ff. d. tt.*

XXXIV. Exceptio: Nisi alio tempore, quam quo debetur, se soluturum constituit. reprobatur *l. sed & si. 4. & l. id quod. 19. in prin. ff. d. tt.*

XXXV. Exceptio: Nisi post tempus obligationis se soluturum constituat. reprobatur *l. item illa. 18. §. quare etsi post. ff. d. tt.*

XXXVI. Exceptio: Nisi alio loco quam quo debetur, se soluturum constituit. reprobatur *l. eum qui. 5. in prin. ff. d. tt.* Hactenus exceptiones aduersus causam propositam, desumptæ ex iis quæ ipsi constituto insunt. Nunc eæ exceptiones enumerandæ sunt, quæ sumuntur ex consequentibus constitutum.

XXXVII. Exceptio: Nisi id quod constitutum est, debitum esse desierit. Hæc exceptio reprobatur *l. item illa. 18. §. quod adiicitur. ff. de constit. pecun.*

XXXVIII. Exceptio; Nisi conditio debiti quod constitutum est, defecerit. *l. id quod. 19. in pr. ff. eod. tt.*

XXXIX. Exceptio: Nisi cum pater vel dominus de peculio constituisset, peculium postea interierit. reprobatur *d. l. 19. §. fin. cum l. sequente.*

XL. Exceptio: Nisi per reum non stet, quo minus præstetur id quod est constitutum. approbatur *l. si duo. 16. §. ait prætor. & §. fin. cum l. seq. ff. d. tt. item l. item illa. 18. in prin. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum quis aliquem pro se fideiussurum constituisset, is fideiubere nolit. hoc enim casu constituens nihilominus ad interesse tenetur. Altera: Nisi cum quis aliquem pro se fideiussurum constituisset, is antequam fideiubeat post moram constituentis decesserit. *Hæ duæ replicationes approbantur l. qui autem. 14. §. sed & si quis. ff. d. tt.* Plura de exceptione proposita vide *sup. lib. 16. cap. 4 excep. 8.*

XLI. Exceptio: Nisi is cui tanquam hæredi constitutum est, hæreditatem constituit. approbatur simul

ſimul & diſtinguitur *l. ſi poſt.22.ff. de conſtit.pecun.*

XLII. Exceptio: Niſi is pro quo conſtituit, denunciauit conſtituenti, ne ſoluat. reprobatur *l. vtrum.27.ff.eod.tt.*

XLIII. Exceptio: Niſi is pro quo conſtitutum eſt, conſtituenti non ſoluat. reprobatur *l. ſi pater.5. C. de nouationibus.*

XLIV. Exceptio: Niſi conſtituens ſatiſdationem offerat. reprobatur *l. promiſſor.21. §. penult. ff. de conſtit.pecun.* Plane admittitur, ſi ſatisfacturum ſe conſtituit. *d.l.21.§.fin.*

XLV. Exceptio: Niſi ſolutum vel factum eſt, quod eſt conſtitutum. *l. ſi duo.16. §. ait prætor. & l. item illa.18.§.fin.in fin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi poſt moram factam ſeu poſt tempus conſtitutum offerat. *d.l.16. §. fin.cum l.ſequente.* Et plura de hac re vide *ſup. lib.16. c.4.except.8.* Altera replicatio eſt: Niſi cum illud aut illud deberetur, alterum ex iis conſtitutum ſit, alterum ſolutum vel oblatum. *l. illud aut illud. 15. in prin.ff.de conſtit.pecun.* Tertia: Niſi alij quam conſtituit, ſoluat. approbatur quidem ipſo iure, verum eius duplicatio prima eſt: Niſi cum ſeruo conſtituiſſet, domino ſoluat. *l.eum qui.5.§.fin. ff.de conſtit.pecunia.* Altera: Niſi cum ei qui bona fide poſſidetur conſtituiſſet, poſſeſſori ſoluat. *l. idem eſt.6.ff.d.tt.* Tertia: Niſi cum quis tibi conſtituiſſet hoc modo, Tibi aut Titio ſe ſoluturum; Titio ſoluit. *l. ſi quis.30.ff.d.tt.* Plura de duplicatione propoſita vide *inf.lib.24.c.8.repl.4.* Hactenus de cauſa propoſitæ actionis, eiuique exceptionibus.

III. QVIBVS COMPETAT actio propoſita?

I. Regula; Regulariter ei cui conſtitutum eſt, non alij competit actio propoſita. Cuius regulæ exceptio prima eſt; Niſi mortuus ſit. hoc enim caſu eius hæredibus competit. *l.1.§. ſed & hæredibus. C. de conſtit.pecun.* Altera; Niſi cum alicui tanquam hæredi conſtitutum eſſet, is poſtea hæreditatem reſtituit. hoc enim caſu ei cui reſtituta hæreditas eſt, actio competit. *l. ſi poſt. 22. ff. eod.tt.* Tertia; Niſi ſeruo conſtitutum ſit. hoc enim caſu domino competit actio. *l.eum qui.5. §.fin. ff. eod.tt.* Quarta; Niſi ei qui bona fide fuerit, conſtitutum ſit. hoc enim caſu bonæ fidei poſſeſſori competit actio. *l. idem eſt.6.ff.eod.tt.*

II. Regula; Si quis mihi aut Titio ſe ſoluturum conſtituit, ſoli mihi competit actio, non Titio. *l. ſi vero.8.ff.de conſt.pecun.* Plura de regula propoſita vide *ſup.lib.15.cap.15.except.26.repl.11.*

IV. ADVERSVS QVOS datur actio?

I. Regula; Filiofamilias conſtituente, tam ipſe quam pater eius tenetur. *l.1.§. ſed ſi filiusfam.ff. de conſtit.pecunia.*

II. Regula, De hæredibus conſtituentis, proponitur *l.1. & l.2.§. ſed & hæredib. C. d.tt.*

V. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. Regula; Non pœnam, ſed rei perſecutionem continet hæc actio. *l. item illa.18.§. ère autem. ff. de conſtit.pecunia.*

II. Regula; Id quod plus debito conſtitutum eſt, non debetur. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. quæſt.2.except.29.* Exemplum proponitur *l. quod ſi.3.in prin.ff. de conſt.pecun.*

III. Regula, De eo quod intereſt, ſi conſtitutum non præſtetur, proponitur *l. qui autem. 14. §. ſed et ſi quis. ff. eod.tt.*

IV. Regula: Vnus ex duobus conſtituentibus in ſolidum tenetur. *l. ſi duo.16. in prin. ff. eod.tt.* Plane diuiſionis beneficium ex epiſtola diui Hadriani perinde ac inter fideiuſſores impetrari poteſt: quod primæ exceptionis loco notandum. *l. diuus Hadriani.3.C. eod.tt.* Altera exceptio eſt: Niſi in correorum perſonis conſtitutum ſit inutile. hoc enim vnum conſtituentem non onerabit in ſolidum. *Nouell.c.115.§. at ſi quis dixerit, in fin.*

V. Regula: Vſuræ non veniunt in hanc actionem ex conſtituto. *l. Titius.24.ff. de conſtit.pec.* Contradicere videtur *l. quidam.26.ff.d.tt.* Sed ibi in reſponſo nulla vſurarum fit mentio.

VI. VBI COMPETIT actio propoſita?

I. Regula: Si certo loco conſtitutum eſt, arbitrariæ actionis exemplo vbiq; competit. *l. ſi duo.16.§.1.ff. de conſtit.pecunia.*

II. Regula: Legatus Romæ conſtituens, reuocandi domum ius non habet. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. eum qui.5.§.1.ff.d.tt.*

VII. QVANDO COMPETIT actio propoſita?

I. Regula: Si ſine die conſtitutum eſt, non niſi poſt decem dies actio competit. *l. promiſſor. 21. §. ſi ſine. ff. de conſtit.pecun.*

II. Regula; Debitum conditionale, quamuis pure conſtitutum, non niſi exiſtente conditione, propoſita actione peti poteſt. *l. id quod.19. in pr. ff. eod.tt.*

III. Regula: Prius reus principalis eſt conueniendus, *de qua re vide ſup.cap.1.quæſt.6.reg.2.*

VIII. QVAMDIV competit?

I. Regula: Perpetua eſt actio, hoc eſt, triginta annorum *l.1. & l.2.§ neq; ſit in quocunq; caſu. C. d.tt.*

II. Regula: Præcriptio temporis quæ obſtat principali actioni, huic non obeſt. *l. item illa. 18. §. quod adijcitur. ibi, proinde & temporali. ff. de conſtit. pecun. Sed & de hac re vide ſupr.lib.15.cap.13 except.7.*

IX. EVENTVS.

Pecunia conſtituta non liberatur reus principalis, nec prior actio tollitur. *d.l.18.§.fin. l. vbi quis.28.ff.eod.tt. item l. ſi filiusfamilias.15. ibi, nam qui. ff. de in rem verſo.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Etiam principali actione agi poteſt, *vt ex iam dictis patet.* Imo ſi quis pro alio ſe ſoluturum conſtituit, prius principali actione agi debet, *per ea quæ propoſita ſunt ſup.cap.1.quæſt.6.reg.2.*

II. Regula: Si ſtipulatio interuenit, non de conſtituta pecunia, ſed ex ſtipulatu actio competit. *Inſt. de actionib.§. de conſtituta, in fin.*

III. Regula: Si quis alicui ſcripſerit, vt debitorem ſuum liberet, ſe ei pecuniam ſoluturum: mandati actio eſt. *l. ſi quis. 27. in prin. ff. mandati.*

IV. Regula, De recepticia actione ſublata, proponitur *l.2.in prin. C. de conſtit.pecun.*

XI. SIMILE.

Conſtitutæ pecuniæ actio per omnia ſequitur naturam actionis ex ſtipulatu, niſi ſi quid ſpecialiter fuerit exceptum. *d.l.2.§. hac apertiſſima lege. ibi, & non abſimilem penitus. item ibi, & ſi pecuniæ conſtitutæ.* Hæc de conſtitutæ pecuniæ actione.

DE EXCEPTIONE SENATUSCONSULTI VELLEIANI.

CAP. V.

Pendet hoc caput ex ſuperiore cap. 1. quæſt. 2. excep. 2. item ſup. c. prox. quæſt. 2. except. 2. in fin.

PRimo: Verba ſenatuſconſulti, quo exceptio propoſita introducta eſt, cum adfinibus eius remediis proponuntur *l.2.in prin. ff. ad ſenatuſconſult. Velleianum.*

II. RATIO huius exceptionis proponitur *d.l.2. §. verba. Concordat l. ff. eod.tt.*

III. CAUSÆ HVIVS exceptionis.

I. Cauſa, eaq; generalis hæc eſt: Si mulier pro alio interceſſerit. *Quæ approbatur verbis ſenatusconſulti d.l.2. d.l.1. ſenatusconſultum. 4. item l. mulierem. 14. C. eod.tt. M.I.R. lib.5. cap.9. reg.9.* Huius cauſæ ſpecies ſunt cauſæ ſequentes.

II. Cauſa: Si mulier alium defendit. *l.2.§. fin. ff. ad S.C. Velleianum.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi mulier eum defendat, qui condemnatus ad eam regreſſum eſt habiturus. *l. ſed ſi.3. ff. d.tt.*

III. Cauſa: Si mulier ſoluit pro alio. reprobatur *l. ſed ſi.4. in fin. cum l. ſequente ff. d.tt. l. quamuis.8.§. plane ſi mulier. ibi, quia et ſi. ff. eod tt. l.1. item l. ſenatuſconſultum. 4. C. eod tt. M.I.R. d. reg.9. except.4.* Plane admittitur cauſa propoſita, ſi ex interceſſione mulier ſoluit pro alio, ignorans ſe exceptione ſenatuſconſulti defendi. *l. quamuis. 9. C. eod. tt. & l. quamuis.8.§. interdum. ff. eod.tt.*

IV. Cauſa: Si mulier id quod alius debet, ipſa promittat vel cõſtituat. *d.l.1. & d.l.4. C. ad S.C. Velleia.*

V. Cauſa: Si mulier fundum alterius creditori vendat, ita vt pecuniam debitori ſuo faciat acceptam. *l. ſi mulier.32.§. item ſi mulier. ff. d.tt.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi non creditori, ſed alij mulier vendiderit rem ſuam, preciumque creditori ſoluit pro alio, vel emptorẽ creditori delegauit. *l. nec intereſt.5. & d.l.4. in fin. C. eod.tt.* Cuius replicatio eſt: Niſi creditor alium qui rem à muliere emeret, interpoſuit *d.§. item ſi mulier.*

VI. Cauſa: Si mulier pro alio debitorem ſuum delegauit. reprobatur *l. nec intereſt.5. l. quamuis.8.§. plane ſi mulier. & l. tutor.19.§. fin. ff. d.tt.* Plane admittitur primum, ſi cum interceſſiſſet pro alio mulier, poſtea ex ea cauſa debitorem ſuum creditori delegauerit. hoc enim caſu condictio mulieri competit. *d.l.8.§. interdum.* Deinde, ſi delegatus à muliere debitor eius non fuit. *d.§. interdum. verſ. ſed ſi is. & §. ſed ſi cum.*

VII. Cauſa: Si alij mandauit mulier, vt pro alio intercederet. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. cap.3. quæſt.3. reg.1. except.2. repl.3.*

VIII. Cauſa: Si mulier à debitore creditori ſit delegata, & inde conueniatur. *de hac cauſa vide inf. except.7.*

IX. Cauſa: Si mulier debitori ſuo ius pigneris remiſit. reprobatur *l. quamuis.8. in princ. ff. ad S.C. Velleianum. Concordat l. etiam conſtante.*

X. Cauſa: Si mulier rem ſuam vel ſibi obligatam pro alio pignori dederit. *d.l.8. in prin. l. ſi ſine.5. in prin. item l. ſciens.7. C. eod.tt.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi cum mulieri res pignori eſſet obligata, quæ alij etiam obligata erat, poſterior creditor ei debitum ſoluerit, & ita mulier ius pignoris ei ceſſerit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. vir vxori.17.§. ſi mulier. ff. ad S.C. Velleianum.*

XI. Cauſa: Si mulier intercedendi animo ſeruum alienum in iure interrogata, ſuum eſſe reſpondit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi mulier.26. ff. eod.tt.*

XII. Cauſa: Si mulier in iure interrogata hæredem ſe reſponderit, cum non eſſet. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi mulier.23. ff. d.tt.*

XIII. Cauſa: Si mulier hæreditatem alicuius adeat, vt æs alienum eius ſuſcipiat. reprobatur *l. ſi mulier.31. in prin. & l. aliquando.13. in prin. ibi, aut ſi hæreditatem. ff. eod.tt.*

XIV. Cauſa: Si mulier adierit hæreditatem, cuius debitores ſoluendo non ſunt. reprobatur *l. tutor 19.§. deinde ſi proponas. ff. d.tt.*

XV. Cauſa; Si mandatu mulieris quis damnoſam adiit hæreditatem, muliere indemnitatem promittente. reprobatur. *d.l.19. in prin.*

XVI. Cauſa: Si mulieri crediturus quis, alij mandatu mulieris promiſerit. reprobatur *d.l.19. §. cum haberes.*

XVII. Cauſa; Si mulier cum aliquo contrahat, alij donatura, creditura, vel alio modo id quod ex contractu percipit, ad alium translatura. reprobatur *l. ſed ſi ego.4. ff. ad S.C. Velleianum. l. ſi mulier. 11. l. vir vxori.17. ibi, nec id contrarium. l. tutor. 19. §. cum haberes. item l. bona fide.27. in prin. ff. d. tt. l.2. l. ſi aduerſarius.10. item l. ſi fœnebris.13. C. d.tt.* Plane admittitur cauſa propoſita, ſi creditor ſciuit mulierẽ alterius cauſa contrahere. *l. imo tunc.12. l. quãuis. 8. §. ſi cum eſſem. l. Seia.28 §. fin. item l. quidam.29. ff. d.tt. Concordat denique l. cum ad eas.19. C. d.tt.* Plane propoſitæ diſtinctionis, qua cauſa propoſita approbatur, exceptio eſt: Niſi non in fraudem ſenatuſcõſulti, ſed bona fide creditor cum muliere contraxerit, crediturus etiam ſine interceſſione mulieris ei cui à muliere pecunia datur, ſi petiiſſet. *Hæc exceptio elicitur ex legibus iam propoſitis. Cui concordat l. ſi fœnebris.13. in fin. C. eod.tt.*

XVIII. Cauſa: Si cum mulieri alteri nomine ſolutum eſſet, eaque de rato cauiſſet, dominus ratum non habuerit, ideoq; mulier ex cautione ſua conueniatur. reprobatur *l. ſi mulieri.15. ff. ad S.C. Velleianum.*

XIX. Cauſa: Si mulier in re aliena quid faciendum, vel non faciendum mandauit, & eo nomine indemnitatem promiſit. reprobatur exemplo *l. quamuis.8.§.1. ff. d.tt. Concordat l. ſi matr.6. C. d. tt.* Aliud exemplum proponitur *l. tutor.19. in princ. ff. d.tt.* Plane admittitur cauſa propoſita in indemnitate promiſſa eius, quod debebitur ei cui indemnitas eſt promiſſa, non eius quod debiturus eſt is alij. *Quæ diſtinctio (Accurſio in d.l.8.§ 1. teſte) approbatur d. l. 6.*

XX. Cauſa: Si mulier pro alio iudicium ſuſcipiat. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. vlt. §. penult. ff. ad S.C. Velleianum.*

XXI. Cauſa: Si cum mulier pecuniam mutuam

accepisset, fideiussore marito dato, maritus in suo testamento cauerit, se eam pecuniam principaliter debere. reprobatur *l. Seia. 28. in prin. ff. d. tt.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM CAUSARUM GENERALIBUS.

Hactenus exceptionis propositæ aliquot causas tum generales tum speciales, partim approbatas, partim reprobatas, enumerauimus. Approbatarum autem causarum exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, sumpta ex genere obligationis, qua & in qua mulier intercessit, reprobatur *l. 2. §. omnis omnino ff. ad S.C. Velleianum. Concordat l. fœminis. 18. C. eod. tt.*

II. Exceptio: Nisi obligatio, in qua mulier intercedit, ipsam contingat, eiusque sit negocium. *l. aliquando. 13. in pr. ff. d. tt. l. si domina. 25. in fin. ff. d. tt. M. I. R. d. reg. 2. except. 5.* Exemplum proponitur *l. bona fide. 27. §. fin. ff. eod. tt.* Aliud *l. sed si. 3 ff. eod. tt.* Item exemplum est *supr. causa. 17. item infr. aliquot exceptiones sequentes.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum mulier cum alio in rem communem pecuniam mutuam acciperet, rea promittendi sit facta. hoc enim casu non nisi pro parte tenetur, non etiam pro alio reo. approbatur simul & distinguitur *l. vir vxori. 17. §. fin. cum l. sequẽte. ff. ad senatusconf. Velleianum.* Altera: Nisi mulier à creditore suo delegata promiserit aliquid, ne delegatur. nam & hoc casu, quamuis suum negocium gesserit, tamen ex stipulatu conuenta exceptione senatusconsulti Velleiani se tuebitur. *l. debitrix. 24. in prin. ff. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi liberaliter quid fecit mulier. approbatur, simul & exemplo declaratur *l. si pro aliquo. 21. in fi. ff. eod. tt. Cõcordat l. vlt. in fi. C. eod. tt.*

IV. Exceptio: Nisi dotem pro alia mulier promiserit, vel res suas pro dotis causa obligauerit. *d. l. vlt. Concordat l. si dotare. 12. C. eod. tt. M. I. R. lib. 5. c. 9. reg. 9. except. 1.*

V. Exceptio: Nisi in causa serui certa conditione manumittendi mulier intercesserit. *l. veterum. 24. C. eod. tt.*

VI. Exceptio: Nisi pro eo intercesserit mulier, qui condemnatus ad mulierem habiturus est regressum. *l. aliquando. 13. in prin. ff. ad S. C. Velleianum. Concordat l. sed si. 3. ff. eod. tt.*

VII. Exceptio: Nisi pro creditore suo, vel pro eo cui delegata est, mulier intercesserit. *l. debitrix. 24. in prin. ff. eod. tt. Concordat l. 2. in fin. C. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est. Nisi à creditore suo delegante conuenta, exceptione se tueri potuit, vel prior cõtractus inutilis sit. approbatur exemplo *l. quamis. 8. §. si mulier. ff. d. tt. l. doli exceptio. 19. §. diuersum. ff. de nouat. & l. vir vxori. 17. in prin. ff. ad S.C. Velleianum.* Propositæ replicationis duplicatio videtur esse: Nisi creditor cui delegata est mulier, ignorauit eam aduersus creditorem delegantem exceptione defendi. Quæ tamen reprobatur *d. l. 17. ibi, quamuis creditor existimauerit.*

VIII. Exceptio: Nisi pro eo quem mulier creditori suo delegauit, intercesserit. *l. bona fide. 27. §. fin ff. ad S.C. Velleianum.*

IX. Exceptio: Nisi mulier pro seruo suo intercesserit, approbatur simul & distinguitur *l. si domina. 25. ff. eod. tt.*

X. Exceptio: Nisi pro eo qui obligari non potest, mulier intercesserit. reprobatur *per ea quæ proponuntur infr. quæst. 5. reg. 1 except. 6. item reg. 7.*

XI. Exceptio: Nisi pro filio suo mulier intercesserit. reprobatur *l. si cum ipse. 3. C. ad S.C. Velleian.*

XII. Exceptio: Nisi pro patre suo mulier intercesserit. reprobatur *l. si paternam. 8. C. eod. tt.* Plane admittitur in casu liberalitatis, *l. si pro aliquo. 21. in fin. ff. eod. tt.*

XIII. Exceptio: Nisi mulier pro marito suo intercedat, vel ei contrahenti consentiat, instrumentoq; nomen eius inferatur. reprobatur *Nouell. c. 134. §. illud quoq; ad. Concordat l. 2. in pr. ff. ad senatusconf. Velleianum. M. I. R. d. reg. 9. except. 6.*

XIV. Exceptio: Nisi mulier callide sit versata, & creditorem decepit. *d. l. 2. §. verba. ibi, sed ita demum. l. si decipiendi. 30. in princ. ff. d. tt. l. fœminis. 18. C. d. tt. item l. in eo. 10. §. fin. ff. de reg. iuris.* Exemplum proponitur *l. si mulier. 23. in prin. ff. ad S.C. Velleianum.* Aliud *l. si sine. 5. C. d. tt. Concordat l. mulier. 11. C. de distractione pign.*

XV. Exceptio: Nisi is apud quem mulier intercedit, ignoret mulierem intercedendi animo negocium contrahere. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup causa 17.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non ab initio cum muliere contrahatur, sed cum antea cum alio cõtractum esset, obligatio illa in mulierẽ transfertur. hic enim ignorantia creditorem non excusat. *l. vir vxori. 17. in pr. ff. ad S. C. Velleianum. Cõcordat l. quanquam. 7. ff. eod. tt.*

XVI. Exceptio: Nisi apud seruum creditorem mulier intercesserit. reprobatur *l. bona fide. 27. §. 1. ff. eod. tt.*

XVII. Exceptio: Nisi apud minorem viginti quinq; annis mulier intercesserit. reprobatur sub cõditione *l. si apud. 12. ff. de minor. vigintiquinq; annis.*

XVIII. Exceptio: Nisi mulier pro intercessione aliquid accepit. *l. antiquæ. 23. C. ad senatusconsult. Velleian. M. I. R. d. reg. 9. except. 12.*

XIX. Exceptio: Nisi mulieri data sit pecunia, vt eam pro dante soluat vel expromittat. *Hæc exceptio similis præcedenti approbatur l. si mulieri. 22. ff. ad senatusconsult. Velleianum. Concordat l. si mulier. 16. in prin. ff. eod. tt.*

XX. Exceptio: Nisi in rem mulieris id pro quo intercedit, versum sit. *l. si pro aliquo 21. in prin. ff. eod. tt. Concordat Nouell. const. 134. §. illud quoq; ibi, nisi manifeste. M. I. R. d. reg. 9. except. 7.*

XXI. Exceptio: Nisi prædium quod mulier pro alio pignori dedit, debitoris sumptibus melius sit factum. eatenus enim quatenus melius factum est, exceptio proposita S. C. Velleiani cessat. *l. 1. § fin. ff. de pignor. & hypothe.*

XXII. Exceptio: Nisi mulier exceptioni S.C. Velleiani renunciauit. *l. vlt. §. penul. ff. ad S.C. Velleian. Cõcordat l. iubemus. 21. C. d. tt. M. I. R. d. reg. 9. exc. 2.*

XXIII. Exceptio: Nisi post biennium quam intercesserit mulier, cautionem renouauerit. *l. si mulier. 22. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 9. except. 11.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pro marito vxor intercesserit. hoc enim casu propositæ exceptioni locus non est. *Nou. c. 134. §. illud quoq. ibi, siue semel.*

XXIV. Exceptio: Nisi mulier ex sua intercessione soluit. reprobatur *per ea quæ proponuntur infr. quæst. vlt. reg. 6.*

XXV. Exceptio: Nisi mulier ei pro quo intercesserat, hæres extiterit. *l. Stichum 95. §. adiio. ibi, aliquando*

aliquando euenit. ff. de solutionib. Concordat l. quamuis. 8. §. plane si mihi. ff. ad S.C. Velleianum.

XXVI. Exceptio: Nisi mulier malit ex intercessione soluere, & mandati iudicio experiri, *l. si mulier. 31. ff. ad S.C. Velleianum.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus exceptiones propositarum causarũ generales enumeratæ sunt. Quibus adnumerari possunt aliquot causæ superius propositæ reprobatæ. Harum autẽ exceptionum replicatio prima generalis est: Nisi in fraudem senatusconsulti quid factum sit, ex quo exceptio opponitur. tunc enim exceptio contra senatusconsultum Velleianum non datur. *l. quidam. 29. §. fin. ff. ad senatusconsult. Velleianũ.* Huius replicationis exemplum vide *sup. ead. q. causa 17. distinct. 1.* Altera replicatio generalis est: Nisi nõ instrumento publico à tribus testibus subscripto pro aliis interuenerit mulier. *l. antiquæ. 23. §. fin. C. eod. tt.* Sed & alias huiusmodi replicationes vide *d. quæst. 6. reg. 2 cum sequente.*

IV. QVIBVS DATVR exceptio proposita?

I. Regula, De eo qui mandatu mulieris pro alio intercessit. Huic quoque eadem quæ mulieri datur exceptio. *l. si decipiendi. 30. in fin. ff. ad S. C. Velleian. l. si vxor. 15. C. d. tt. l. si fideiussores. 6. ff. d. tt.* Huius regulę exceptio est: Nisi creditor ignorauit mandatu mulieris eum intercessisse. *d. l. 6. in fin. cum l. sequente. Concordat l. si mulier. 32. §. si mulier ne. ff. d. tt.*

II. Regula, De eo qui à muliere delegatus est ei apud quem mulier pro alio intercessit. Et huic exceptio proposita non est deneganda. *l. quamuis. 8. §. interdum. ibi, sed si is. & §. sed si eum. ff. ad S. C. Velleianum, item l. tutor. 19. §. cum haberes. ff. eod. tt.* Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi pro alio delegatus debitor sit mulieris delegantis. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. quæst. prox. causa 6. in princ.*

III. Regula, De fideiussore mulieris pro alio intercedentis, Huic quoq; eadem competit exceptio. *d. §. cum haberes. l. quamuis. 8. §. interdũ. ibi, sed si is, in fin ff. eod. tt. l. si vxor. 15. & l. mulierem. 14. C. d. tt.* Huius regulę exceptio videtur: Nisi fideiussor ad mulierem non habeat regressum iudicio mandati. Sed reprobatur *l. si mulier. 16. in fin. ff. ad S.C. Velleianum.*

IV. Regula, De hæredibus mulieris intercedentis. His quoque eadem competit exceptio. *l. hæredes. 20. C. ad S.C. Velleianum.*

V. EVENTVS PROPOSITÆ exceptionis: seu de pristina actione creditori restituenda.

I. Regula, De pristina actione aduersus debitorem, pro quo mulier intercesserat, creditori restituenda proponitur *l. 1. in fin. ff. ad S.C. Velleianũ. l. quamuis. 8. §. si mulier apud. ibi, & ideo Primo. item l. si mulier. 16. in fin. ff. d. tt. l. si mulier. 16. C. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi debitor, priusquam mulier intercesserat, acceptilatione fuit liberatus. reprobatur *d. l. 8. §. quoties. & §. si conuenerit.* Altera: Nisi mulieri à creditore sit acceptolatum. reprobatur *d. l. 8. §. Marcellus.* Plane admittitur, si ei mulieri, quæ si soluisset, solutum repetere non potuisset, sit acceptolatum. *d. l. 8. §. si mulier post.* Tertia exceptio est; Nisi mulier sic soluit, ne repetere possit. *d. §. si mulier.* Quarta: Nisi creditor mulieris hæres extiterit. reprobatur *d. l. 8. §. si mulieris.* Quinta: Nisi mulier ei pro quo intercesserat, hęres extiterit. reprobatur *d. l. 8. §. plane si mihi.* Sexta: Nisi mulier pro eo intercesserit, qui iplenõ obligatur. *d. l. 8. § fin.* Septima: Nisi mulier exceptione senatusconsulti vti non possit, quæ exceptio ipso quidem iure antiquo subsistit, verum eius replicatio est: Nisi mulier minus sit soluendo, tunc enim in id quod à muliere seruari non potest, contra debitorem datur actio. *l. antiquæ. 23. §. sed si minus. C. ad S. C. Velleianum.* Plane iure nouo, quamuis mulier exceptione S.C. Velleiani vti nõ possit, prius tamen reus principalis conueniendus est. *de qua re dictum supr. cap. 1. quæst. 6. reg. 2.*

Quibus competat actio restitutoria?

II. Regula, De altero ex duobus reis stipulandi, apud quem mulier non intercessit. Huic non restituitur actio. *l. quamuis. 8. §. quanquam. ff. ad S. C. Velleianum.*

III. Regula, De hæredibus creditoris proponitur *l. hæ actiones. 10. ff. d. tt.*

Aduersus quos restituitur actio?

IV. Regula, De hæredibus debitoris, proponitur *d. l. 10. ibi, & in hæ.* Huius regulæ exceptio videtur: Nisi mulier quæ intercesserat, debitori hæres extiterit. Sed reprobatur *l. quamuis. 8. §. plane si mihi. ff. ad S.C. Velleianum.*

V. Regula, De fideiussoribus debitoris, habetur *l. si mulier. 14. ff. d. tt.*

VI. Regula, De correo promittendi eius pro quo mulier intercesserat, *l. si pro vno. 20. ff. d. tt.*

VII. Regula, De domino serui, pro quo mulier intercesserat, *l. sed si. 9. ff. eod. tt. Concordat l. vlt. §. fin. ff. eod. tt.*

Quid veniat in actione restitutoria?

VIII. Regula; Si pluribus pro se datis pecuniæ constitutæ reis, inter eos & fœminæ sint, tãtum pro ea parte, pro qua fœminæ sese obligauerant, restituitur actio in debitorem principalem. *l. si paternam. 8. C. ad S.C. Velleianum.*

Quando restituenda est actio?

IX. Regula: Etiam pendente conditione vel die intercessionis restituitur actio. *l. aliquando. 13. §. fin. ff. ad S.C. Velleianum.*

X. Regula: Etiam antequam soluat mulier, actio restituenda est. *l. debitrix. 24. §. 1. ff. d. tt.*

Quamdiu actio restitutoria competat?

XI. Regula: Perpetua est hæc actio. *l. hæ actiones. 10. ff. ad S.C. Velleianum.* Huius regulæ exceptio est: Nisi pro temporaria actione mulier intercesserit. *l. debitrix. 24. §. fin. ff. d. tt.*

Quæ actio restituatur?

XII. Regula, De hypothecaria actione, proponitur *l. aliquando. 13. §. de pignorib. ff. ad S.C. Velleian.*

XIII. Regula, De hypothecaria actione in res quæ mulieri à debitore obligatæ erant, restituẽda, habetur *l. quidã. 29. ibi, sed non sine ratione. ff. d. tt.*

XIV. Regula: Si cum essem tecum contracturus, mulier interuenerit, vt cũ ipsa potius contraherem: ea actio quæ cum muliere cõtracta est, in debitorem cõpetit, *l. quamuis. 8. §. si cũ essem. ff. d. tt.*

Adfinia restitutoriæ actionis remedia.

XV. Regula: Si cum cõuenisset cum debitore,

vt expromissorem daret, & acceptolatum ei sit; data muliere expromissore, ipso iure etiam sine restitutionis ope obligatus manet. *d.l.8.§.si conuenerit.* Hulus regulæ exceptio est; Nisi non generaliter vt expromissorem daret, sed vt mulierem expromissorem daret, conuenit. hoc enim casu restitutoria actione est opus. *d.l.8.§.quoties.*

XVI. Regula; Si mulier quæ intercessit, debitori hæres extiterit; etiam directa actione conueniri potest. *d.l.8.§.plane si mihi.*

XVII. Regula, Si cum tecum essem contracturus, mulier interuenerit vt cum ipsa cõtraherem; magis instituitur, quam restituitur actio. *d.l.8.§.si cum essem.*

XVIII. Regula; Pristina hypothecaria actio ipso iure competit etiam sine restitutione. *l. aliquando.13.§.de pignorib.ff.d.tt.*

VI. ADFINIA PROPOSITÆ exceptionis remedia.

I. Regula; Si instrumentum à tribus testibus subscriptum intercessioni mulieris non interuenit, ipso iure nihil valet quod actũ est, etiam sine exceptionis ope. *l.antiquæ.23.§.fi.C.ad S.C.Velleian.*

II. Regula; Si cum alius accepisset mutuam pecuniam, scriptum sit mulierem mutuum accepisse; ipso iure mulier defenditur, sine exceptione S.C.Velleiani ope. *l.si cum.17.C.d.tt.*

III. Regula: Si quis res mulieris sine eius voluntate pro se pignori obligauerit; ipso iure non valet quod actum est. *l.si sine.5.in prin. C.d.tt.*

IV. Regula; Senatusconsulti Velleiani adfinia remedia sunt Impp. Augusti & Claudij edicta. *de quib.l.2.in prin.ff.ad S.C.Velleian.*

V. Regula: In arbitrio mulieris est, vtrum exceptione S.C. Velleiani opposita debitum retinere velit, vel solutum cõdicere, an illud mandati actione à debitore repetere. *l.si mulier.21.ff.d.tt.*

VI. Regula: Si mulier ex intercessione soluit, indebiti condictione solutum repetere: vel si nõdum soluit vt liberetur condicere potest. *l.quamuis.9.C.ad S.C.Velleian. Concordat l.quamuis.8.§.si mulier apud, in fin. & §.interdum.ff.d.tt.*

VII. Regula: Mulier pignus quod pro alio dedit, vindicare potest. *l.vltim.§.1.ff.ad S.C.Velleianũ. Concordãt ea quæ proposita sunt sup.lib.17.c.12.causa 1. except.13.replic.10. Sed & concordat l. si sciens.7. C.ad senatusconsult.Velleian.* Hactenus de senatusconsulto Velleiano.

QVOD CVM EO QVI IN aliena potestate est, negotium gestum esse dicitur.

CAP. VI.

PRimo: Filiofamilias vel seruo contrahente, aduersus patrem vel dominũ eius eo nomine datur actio. *Instit. quod cum eo qui in aliena, in princ.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex eo contractu, quem fecit filius antequã adoptaretur, agatur. approbatur certo modo *Inst. de adquisit. per adrogat.§.fin.Concordat l.in adrogatorem.42.ff.de peculio.* Altera: Nisi filiusfamilias contra S.C.Macedonianum mutuam pecuniam acceperit. *De hac exceptione vide sup.lib 17.c.2.* Plures huiusmodi exceptiones vide *inf.in actione de peculio.cap.10.*

II. QVÆ ET IN QVANTVM actio contra parentem vel dominum competat?

Regulariter quidem pater filij, & dominus serui nomine, non nisi quatenus est in peculio filij vel serui, tenetur actione de peculio. *l.1.in fin.ff. quod cũ eo qui in aliena potest.l. dominũ.12.C. quod cũ eo qui in aliena potestate. Concordant item ea quæ proponũtur infr.cap.10.quæst.3.in princ. M.I.R. lib.5.cap.9.reg.* 10. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex eo quod filius vel seruus gesit, in rem patris vel domini sit versum. tunc enim vel in solidum pater dominusve tenetur, si solidum in rem eius versum est; vel si minus versum est, eatenus de in rẽ verso actione tenetur, quatenus in rem eius versum est; de reliquo, quatenus in peculio est. *d.l.1. Concordat Instit. d.tt.§.præterea.*

II. Exceptio: Nisi iussu domini vel patris, seruus vel filius contraxerit. tunc enim in solidũ dominus vel pater tenetur actione qd iussu. *l.1.ff.q̃ cũ eo qui in alterius. Concordat Inst. d.tt.§.si igitur iussu.*

III. Exceptio; Nisi dominus seruum, vel pater filium nauipræposuerit, & eius rei gratia cum eo sit contractum. hoc enim casu pater vel dominus in solidum tenetur exercitoria actione. *Instit. d.§.si igitur iussu.* De hac actione vide *inf. cap. prox.*

IV. Exceptio; Nisi dominus seruum, vel pater filium tabernæ aut alij negociationi præposuit, & eius rei gratia cum eo est contractum. Ex hoc enim cõtractu pater vel dominus in solidum tenetur actione institoria. *d.§.si igitur iussu.* De qua actione vide *infr.cap.8.*

V. Exceptio; Nisi seruus sciente domino in peculiari merce negociatur, & quid cum eo eius rei causa contractum est, hoc enim casu aduersus dominum tributoria cõpetit actio, vt quicquid in his mercib. erit, quodq; inde receptum erit, id inter dominũ, si quid ei à seruo debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuatur. *Instit.d.tt.§.introduxit. De quo vide inf.cap.9.*

VI. Exceptio: Nisi voluntate patris filiusfamilias decurio creatus, aut tutor datus sit, & ex isto officio debitor esse cœperit. hoc enim casu pater in solidum tenetur. *l.1.C.quod cum eo qui in aliena potestate.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ex eo agatur, quod filiusfamilias duumuir rem pupillo saluam fore caueri non curauit. *l.licet.3.§.fin.ff.de peculio.*

VII. Exceptio: Nisi pater mandator vel fideiussor pro filio interuenerit. hoc enim casu ex cõtractu filij in solidum tenetur. *l.si mandator.9.C.q̃ cum eo qui in aliena potest. Concordat l.pater.7.ff.d.tt.*

VIII. Exceptio; Nisi ex delicto serui vel filij agatur. hoc enim casu serui quidem nomine noxalis est actio, *de qua infra in patre proxima dicetur*; filij autem nomine pater non tenetur. *Instit.de noxalibus actionib.§.fin. de qua re alibi.*

IX. Exceptio; Nisi sciente & volente domino cum seruo sit contractum. *l.qui secutus.6.C.de exercitor.actione.* Plures huiusmodi exceptiones vide *infr.cap.10.quæst.6 reg.1.*

III. ADFINE PROPOSITARum actionum remedium.

I. Regula: Ex cõtractu filiifamilias non solum istæ

istæ sunt actiones aduersus patrem, quas iam enumerauimus, sed etiam ipse filius suo nomine conueniri potest. *l si quis.44.ff. de peculio. l.filiusfamilias.38.ff.de act.& obligat.item l.iam ex contractibus.57.ff.de iudiciis.* Huius regulæ exceptio prima; Nisi pater filio peculiũ ademerit. reprobatur *l. ideoq;.45.ff.de peculio.* Altera; Nisi filius ex contractu patris iussu eius mutuam sumpsit pecuniam. *l. si ex contractu.4.C.quod cum eo qui in aliena potestate.* Tertia; Nisi filiusfamilias mortuus sit. tunc non nisi de peculio actio aduersus patrem superest. approbatur simul & distinguitur *d.l.57. ff. de iudiciis.*

II. Regula; In quantum filiusfamilias conueniri possit? Regulariter quidem filiusfamilias in solidum tenetur. *quæ regula approbatur per ea quæ proposita sunt sup.reg.prox.in prin.* Cuius exceptio prima est; Nisi mortuo patre filius non suo nomine, sed tanquam hæres patris conueniatur. hoc enim casu non nisi pro parte hæreditaria tenetur. *l.sed si.4.in prin.ff. quod cum eo qui in aliena potestate. Concordat l.pater.7.ff. eod. tt.* Altera exceptio est; Nisi filius sui iuris effectus conueniatur. tunc enim ex contractu, quem in patris potestate constitutus iniit, non nisi in quantum facere potest, tenetur. approbatur simul & distinguitur *sup.li.15.c.10.caus.8.*

DE EXERCITORIA ACTIONE.

CAP. VII.

PRimo; Nomen huius actionis, nominisq; ratio proponitur *Instit. quod cum eo qui in aliena, §. exercitoria. ibi, ideo.*

II. RATIO huius actionis proponitur *l.1.in prin. ff.de exercitoria actione.*

III. CAVSA EX QVA DAtur actio proposita?

Si exercitor aliquem magistrum naui præposuit, cum quo eius rei gratia, cui præpositus est, est contractum. *Hæc causa approbatur Instit. quod cum eo qui in aliena potestate.§.exercitoria.* Declaratur definitione magistri, *l.1.§.1.ff. de exercitoria.* Huius causæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi nondominus magistrum naui præposuit. reprobatur *d.l.1.§.exercitorem.*

II. Exceptio; Nisi magister nauis eum cum quo contractum est, præposuit. reprobatur *d.l.1.§.magistrum autem.*

III. Exceptio; Nisi mulier magistrum naui præposuit. reprobatur *d.l.1.§.parui autem refert. & §.in potestate. item l.etsi.4.C.de exercit.act.*

IV. Exceptio; Nisi filiusfamilias vel seruus magistrum naui præposuit. reprobatur *d.§.parui autem.* Plura de hac re vide *infr.quæst.5.reg.2.*

V. Exceptio; Nisi pupillus magistrum naui præposuit. *d.§.parui autem.* Huius replicatio; Nisi tutore authore pupillus magistrum naui præposuit. *d.§.parui autem.*

VI. Exceptio, sumpta ex persona magistri præpositi, cum quo est cõtractum, reprobatur *l.1.§. cuius.ff. de exercit.act. Concordat Inst. quod cum eo qui in aliena potestate.§.istas tamen duas.*

VII. Exceptio, sumpta ex naui, cui magister præpositus fuit, reprobatur *l.1.§.nauem.ff.de exercitoria actione.*

VIII. Exceptio; Nisi cum alio, quam magistro nauis sit cõtractum. *d.l.1.§.si cum quolibet.* Huius replicatio prima est; Nisi cum eo quem magister naui præposuit, sit contractum. *d.l.1.§. magistrum autem.* Altera: Nisi cum ipso exercitore filiofamilias vel seruo sit contractũ *d.l.1.§.quanquã.*

IX. Exceptio; Nisi cum plures essent magistri nauis, cum vno tantum, non omnibus sit contractum. approbatur simul & distinguitur *d.l.1.§. si plures.*

X. Exceptio: Nisi dominus vel pater magistri nauis cum eo contraxit. reprobatur *l. si eum.5. in prin.ff.de exercitoria actione.*

XI. Exceptio: Nisi vnus ex pluribus exercitoribus cum magistro nauis contraxerit. reprobatur *d.l.5.§.fin.*

XII. Exceptio, sumpta ex specie contractus cum magistro nauis initi, reprobatur *l.1.§.magistri autem.ff.de exercit.actione.* Huius exemplum proponitur *d.l.1.§.quid si mutuam.*

XIII. Exceptio: Nisi in aliam rem vel alio modo, quam cui magister nauis fuit præpositus, cum eo sit contractum, *d.l.1.§.non autem. Cõcordat l. Lucius.7.§.itaque & illud ff.d.tt.* Huius exempla proponuntur *d.l.1.§.igitur præpositio.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi magister nauis pecuniam mutuatus sit in hoc, vt liberaret eam, qui in refectionem nauis crediderat. *d.l.1.§. sed etsi ab alio.* Altera: Nisi magister nauis dixerit, se in eam rem, cui præpositus sit, contrahere. *d.l.1.§. vnde quærit.*

XIV. Exceptio: Nisi ex eo quod dolose in contractu magister nauis versatus sit, agatur, reprobatur *d.§.vnde quærit, in fine.*

XV. Exceptio; Nisi magister nauis pecuniam in eam rẽ cui præpositus fuerat acceptam, postea in suos vsus cõuertat. reprobatur *d.§.vnde quærit.*

XVI. Exceptio: Nisi cum magistro nauis actum sit. *d.l.1.§.penult.*

XVII. Exceptio: Nisi solutum sit. *d.§.penult.*

XVIII. Exceptio; Nisi exercitor seruus alienatus sit vel mortuus. reprobatur *l.si tamen.4.§.si seruus.ff.de exercitoria actione.*

XIX. Exceptio: Nisi magister nauis decesserit. reprobatur *d.§.si seruus, in fine.*

IV. QVIBVS DATVR actio proposita?

De hæredibus eius qui cum magistro nauis contraxit, proponitur *d.l.4.§.fin.*

V. ADVERSVS QVOS datur actio?

I. Regula: Datur hæc actio in exercitorem nauis. Vnde exercitoria quoq; appellatur. *l.1.l§.pen. ff.de exerc.actione. Concordant ea quæ proposita sunt sup. quæst.3.in princ.* Declaratur hæc regula definitione exercitoris *d.l.1.§.exercitorem.* Eius exceptiones propositæ sunt *sup.d.q.3.*

II. Regula, De patre & domino exercitoris. Hic quoq; proposita actione tenetur. *l.1.§.si is qui. ff.de exercitoria actione.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi nolente patre vel domino filius vel seruus nauem exercuerit. *approbatur ibidẽ.* Cuius replicatio prima est: Nisi sciente patre vel domino filius vel seruus nauem exercuit, tunc enim tenetur tributoria duntaxat. *d.§.si is qui.* Altera: Nisi de peculio. nam quatenus in peculio filij vel serui est, etiam volens vel ignorans pater dominusve tenetur. *d.§.si is qui. & §.in potestate. ibi, pater dominusve.*

dominusve. l.si seruus. 6.in prin.ff.d.tt.item l.si seruus. 43.ff.de furtis. Tertia: Nisi cum filius familias haberet seruum peculiarem exercitorẽ, vel seruus vicarium seruum, filius familias vel seruus voluerit. reprobatur *d.§.in potest.ate.* Altera propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi exercitor sit seruus peculiaris filiusfamilias vel serui. Sed reprobatur *d.§.in potestate.vers.plane.* Tertia exceptio, sumpta ex sexu exercitoris. reprobatur *d. §. in potestate.* Quarta: Nisi seruus exercitor alienatus sit, vel mortuus. reprobatur *l.si tamen. 6. §. si seruus. ff. de exercitoria actione.* Quinta: Nisi mortuo seruo exercitore annus excesserit. reprobatur *d.l.4. §.final. ff.eod.tt.*

III. Regula, De hæredibus exercitoris, proponitur *d.§.fin.*

IV. Regula, De filiofamilias qui habet exercitorem in suo peculio, proponitur *l.1.§.in potestate.ibi, sit tamen seruus.ff. de exercitoria actione.*

VI. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

Regulariter exercitor nauis in solidum tenetur. Cuius regulæ prima exceptio est: Nisi maior pecunia credita sit, quam ad eam rem, cui magister præpositus fuit, erat necesse. *l.vltima.§. quare etsi in ea.ff de exercit.actione.* Altera: Nisi quid sit solutum. *l. 1.§. penult. ff. d.tt.* Tertia: Nisi vnus ex pluribus exercitoribus conueniatur. hic enim non nisi pro parte conueniendus videtur. Sed reprobatur *d.l.1.§. fin.cum duabus legibus sequentibus.* Plane admittitur, si ex pluribus exercitorib. quisque pro se nauem exerceat. *l.si tamen.4.in prin. ff.d. tt.* Quarta exceptio videtur: Nisi vnus ex pluribus dominis exercitoris conueniatur. Sed & hæc reprobatur *d.l.4.§.sed etsi seruus. Concordat l. si seruus.6.in fin.ff.eod.tt.* Quinta: Nisi quis plurium volũtate nauem exercuit. reprobatur *d.l.4. §.si vnus.*

VII. QVAMDIV COMPETIT hæc actio proposita?

Perpetua est actio. *l.si tamen.4.§.fin. ff. de exercitoria actione.*

VIII. ADIVNCTA ET EVENTVS huius actionis.

I. Regula, De probatione & præsumptione in hac actione. Creditor nõ tenetur probare, pecuniam in rem, cui magister nauis præpositus fuit, versam esse; sed sufficit illi, si res ista talis fuerit, vt eius causa pecunia insumenda fuerit, approbatur simul & distinguitur *l.vltim.ff.de exercitoria actione.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi creditor scire potuit, vel debuit, eiusmodi rem, cuius gratia credidit, eo loco comparari non posse. *d.l.vlt.* Altera: Nisi magister nauis non specialiter expresserit, eius rei gratia, cui præpositus sit, se contrahere. *l.1. §. vnde quærit. ibi, quod si ab initio. ff.d.tt.*

II. Regula: Vnus ex pluribus exercitoribus in solidum condemnatus, societatis iudicio partem recuperat. *l.nec quidquam.3.in fin.ff.de exercitoria actione.*

III. Regula, De actione quæ competit exercitori condemnato aduersus magistrum nauis, vel eius dominum, cuius nomine condemnatus est, proponitur *l.si eum.5.in prin.ibi, ex locato. ff. eod. tt. Concordat l.1.§.est autem.ibi, sed aut.ff.d.tt.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Etiam aduersus magistrum nauis, cum quo contractum est, contrahenti agere licet. *d.l.1.§.est autem.& §.hæc actio.* Huius regulæ exceptio videtur esse: Nisi magister nauis, cum quo contractum est, à seruo actoris contrahentis sit præpositus. Sed reprobatur *l. si cum 5. §. item si seruus.ff.d.tt.*

II. Regula, De directa actione, proponitur *Instit.quod cum eo qui in aliena potestate. §.fin.*

III. Regula, De actione de peculio & de in rem verso, *Inst.d.tt.§.cæterum. Concordant ea quæ proposita sunt sup.quæst.5.reg.2.except.1.repl.2.*

X. De contraria actione, quæ competit exercitori ex contractu magistri sui, habetur *l. 1. §.est autem nobis.ff.de exercitoria actione.*

DE INSTITORIA ACTIONE.

CAP. VIII.

PRimo: Nomen huius actionis, nominisque ratio proponitur *Instit.quod cum eo qui in aliena potestate.§.institoria.ibi, ideo autem.*

II. Ratio huius actionis *l.1.in princ.ff.de institoria actione.*

III. CAVSA HVIVS actionis.

Si quis aliquem tabernæ aut cuilibet alij negociationi proposuit, cum quo eius rei causa, cui præpositus est, est contractum: is qui eum præposuit, eo nomine hac actione conueniri potest. *approbatur Inst.d.§.institoria.M.I.R.lib.5. cap.9.reg.11.* Declaratur definitione Institoris *l. institor.3.cum duabus legibus sequentibus.ff. de instit. actione. Concordat l.institor.18. ff.d.tt.* Exempla propositæ causæ proponuntur *l.quicunq;.5.§.non tamen, cum sequentib.ff.d tt.* Exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, sumpta ex persona preponentis, reprobatur *l.sed & si.§.parui. ibi, item quisquis.ff. de institoria actione.*

II. Exceptio: Nisi mulier præposuerit institorem. reprobatur *d.vers.item quisquis. Concordat l. etsi.4. C. de exercit.act.*

III. Exceptio: Nisi pupillus præposuerit. *l. verum.9.cum lege sequente.ff.de institoria actione.* Huius replicatio prima est: Nisi authoritas tutoris interuenerit. *d.§9.* Altera: Nisi quatenus locupletior pupillus factus est. *l.eatenus.10. ff. d.tt.* Tertia: Nisi pupillus preponentis hæres extiterit. *l.sed & si.11.in prin.ff.eod.tt.*

IV. Exceptio: Nisi minor viginti quinque annis præposuerit. *d.l.11.§.1.*

V. Exceptio, sumpta ex persona præpositi institoris, reprobatur *l.sed & si.7.§.parui, cum leg.seq. ff.de institoria actione. Concordat Instit. quod cum eo qui in aliena potestate.§. istas tamen.*

VI. Exceptio: Nisi institor præpositus soluendo sit. reprobatur *l.in eum.19 in princ.ff.de Instit.act.*

VII. Exceptio, sumpta ex re, cui præpositus fuit is cum quo contractum est, reprobatur *l. institor.3.cum duab.legib.sequentib.ff. de institoria actione. l.in eum.19.in prin.ff.d.tt.item l.si mutuam.5.C d.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi alterius rei gratia, vel alio modo quam cui præpositus est, cum institore sit contractum. *l.quicunq;.5.§.non tamen omne, ff. de institoria act.l.sed & si. §. conditio.ff.eod.tt. M.I.R. dict. reg.11.except.1.* Exẽplum proponitur *l.si cũ villico. 16. ff.d.tt.*

ff.d.tt. Aliud *l.in eum.19.§.fin.ff.d.tt.* Est autem propositæ exceptionis replicatio prima hæc: Nisi institor pro eo qui ei pecuniam in rem, cui præpositus fuerat, mutuatus est, alij per delegationẽ promisit. hoc enim casu, quamuis videatur pro alio intercessisse, & ita alterius rei gratia, quã cui præpositus fuit, cõtraxisse: tamen dominus tenetur in solidum. *d.§.fin.* Altera replicatio est: Nisi dominus sciens passus sit institorem etiam in aliis rebus, quam quibus præpositus est, contrahere. *l.vlt.ff.quod cum eo qui in aliena potestate.*

IX. Exceptio: Nisi dominus serui ab alio præpositi cum eo contraxerit. reprobatur *l. sed & si. 11.§.fin.cum leg seq.ff.de instit.actione.*

X. Exceptio, sumpta ex loco vbi est contractum, reprobatur *l.cum interdum.4.ff. d.tt. M.I.R.d. reg.11.except.2.*

XI. Exceptio: Nisi post mortem domini præponentis cũ institore sit contractũ. reprobatur *l. quicunque.5.§. penul. & l. si quis.17.§.si impubes.ff.d.tt.*

XII. Exceptio: Nisi seruus præpositus, antequam cum eo contrahatur, fuerit manumissus. reprobatur *l.in eum.19.§.1.ff.d.tt.*

XIII. Exceptio: Nisi dominus mutata voluntate palam denunciauerit, ne quis eum præposito institore contrahat, *l sed & si.11.§. de quo.& §.cõdi.ibi, sed etsi denunciauit.item ibi, sed si in totum.item l.si quis.17.§.1.& §. Proculus ff.d.tt.l.quoties.47. in pr. ff.de peculio.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi obscure vel nõ recte sit denunciatum vel proscriptum. approbatur simul & declaratur *d.l. 11.§.proscribere.* Altera: Nisi is qui cum institore cõtraxit, literas ignorauit, vel nõ obseruauit. reprobatur *ibidẽ.* Tertia: Nisi eo tempore quo contrahebatur, non fuit proscriptũ, vel proscriptio obscurata. *d.§.proscribere.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi dolo eius qui cum institore contraxit, proscriptum sit detractum. *d. §. proscribere.* Quarta replicatio est: Nisi dominus id in quo locupletior ex eo cõtractu factus est, non restituat. *l.si quis.17.§.Proculus. ff. de institoria actione.* Quinta: Nisi dominus in denunciando & prohibendo variauerit. *d.l.11.§.conditio.ibi, sed si alias.*

XIV. Exceptio: Nisi semel actum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi ex alia causa antea sit actum. *l. habebat.13.in prin.ff.de institoria actione.*

XV. Exceptio: Nisi nouatio obligationis postea sit facta. *d.l.13.§.1.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De fideiussore institoris, proponitur *l.quicunq;.5.§.item fideiussori.ff.de instit.actione.*

II. Regula. De hæredibus eius qui cũ institore cõtraxit, proponitur *l.nouissime.15. in fine.ff.d.tt.*

V. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

Regulariter aduersus eum qui institorem preposuit, non etiam alium competit actio proposita. Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi procurator, tutor vel curator alicuius institorem præposuerit. hoc enim casu aduersus vtrumq; datur actio; tam aduersus eum qui præposuit, quam aduersus eum cuius nomine præpositio est facta. *l. quicunq;.5.§.fin. cum l.sequente.ff. de institoria actione.* Altera exceptio est: Nisi quis absentis amici nomine tanquam negociorum gestor præposuerit: nam & hoc casu idẽ dicendum est, quod iam except. prox. est dictum. *l.sed & si.7.in princ. ff. d.tt.* Tertia: Nisi is qui præposuit, mortuus sit. hoc enim casu hæres eius tenetur. *l.nouissime.15.ff. de institoria actione. Concordat l.quicunq;.5. §.penul.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi hæres impubes sit. Sed reprobatur *l.sed & si. 11.in pr.& l.si quis.17.§ si impubes.ff.d.tt.* Altera: Nisi hæres furiosus sit. reprobatur *d.l.17.§.certe.* Tertia: Nisi pro parte hæres in solidum conueniatur, *l.idem erit.14.in fin.ff. d.tt.*

VI. QVID VENIAT IN Actione proposita?

I. Regula: Dominus qui institorem præposuit, in solidum tenetur. *l.2.C.d. exercitoria actione. Concordat l.qui secutus.6.C.d.tt.*

II. Regula: Vnus ex pluribus dominis præponentib. in solidum tenetur. approbatur simul & distinguitur *l.habebat.13.§.fin.cum leg. sequente. ff. de institoria actione.* Cõtradicit *M.I.R.lib.5.cap.9.reg.12.* Huius regulæ exceptio est: Nisi inter plures dominos præponentes societatis vel communi diuidundo iudicium cesset. hoc enim casu singuli non nisi pro parte tenentur. *l.idem erit.14. ff.d.tt.*

III. Regula: Ex omnibus causis præponens tenetur, ex quibus alius quisque teneretur, cum quo contractum esset. approbatur exemplo *l.si quis.17.in prin.ff.de instit.actione.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio. *l.nouissime.15.ff.de instit.act.*

VIII. ADIVNCTA, SEV DE probationibus.

I. Regula: Actor tenetur probare, se eius rei causa, cui institor sit præpositus, cum eo contraxisse. *l.institoria.3.C. de exercit. act. Concordant ea quæ proposita sunt supr.quæst.3.except.8.*

II. Regula, Institorem etiam pecuniæ mutuæ accipiendæ præpositum esse, non præsumitur, nisi probetur. *l.1.in prin.C.d.tt. Concordat l. habebat. 13.in princ.ff.de instit. act.*

III. Regula: Creditor non tenetur probare, pecuniam creditam in rem, cui institor præpositus fuit, versam esse: sed sufficiat illi, quod res ista talis fuerit, vt eius causa pecunia insumenda fuerit. *l.vlt.§.fin.ff.de exercitoria actione.*

IX. EVENTVS.

Vnus ex pluribus in solidum conuentus & condemnatus, à sociis partem per actionem pro socio vel communi diuidundo recuperare potest. *l.habebat.13.§.fin.cum leg. seq.ff.d.tt.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Etiam aduersus ipsum institorem præpositum, vel eius dominum competit actio. approbatur exemplo magistri nauis *per ea quæ proposita sunt sup.cap.prox.quæst.9.reg.1.* Cõcordat *l.si quis. 17.§.1.ff.de instit.act.* Huius regulæ exceptio est: Nisi institor in contractu & cautione adiecerit nomen eius cui contrahat, eiusque officium finitum sit. approbatur exemplo *l.vlt.ff.d.tt.*

II. Regula: Etiam directo condici domino qui præposuit, potest. *l.si institorem. 29.ff.si certum petatur.l.si*

tur.l.si quis.17.§.fin.ff.de instit.act.item Inst. quod cum eo qui in aliena.§.fin.

III. Regula: Seruo à domino præposito, etiam de peculio & de in rem verso aduersus dominum præponentem competit. *l.1.in fine.& l.2.C.de exercitoria actione.item Instit.quod cum eo qui in aliena. ibi, cæterum dubium.*

IV. Regula: Si seruus mercis peculiaris, non dominicæ institor fuit; tributoria, non institoria competit actio. *l.sed & si.11.§.si institoria.ff. de institoria actione.*

V. Regula: Si cum fullo dixisset, recte me credere operariis suis, vestimenta operariis data ab vno ex iis subrepta sint: ex locato, non institoria actio est. *l.quicunq;.5.§.sed & cum fullo, in fine.ff.de institoria actione.*

VI. Regula: Seruo à domino præposito etiam noxalis actio ex delicto eius competit. *d.l.5. §. idem ait, si libitinarius.*

XI. De contraria actione quæ ex contractu institoris domino præponenti competat. An, quæ & aduersus quos actio competat ex cõtractu institoris, definitur *l.1.cum lege sequente.ff. de institor. actione.* Ex quibus patet, regulariter quidem ex contractu institoris domino actionem non dari. *Cui concordat l.possessio.49.§.fin.ff.de aquir.poss.* Huius exceptio prima est: Nisi mandati vel negociorum gestorum actione ei ab institore cedatur. *d.l.1.vers.ipsum tamen. Cui concordat d.l.49.§.fin.* Altera: Nisi institor seruus sit præponentis. *d.l.1.§.sed siquidem.* Tertia: Nisi institor soluendo non sit. *d.l.1.§.fin. Concordat l.in omnib.5.ff. de prætor. stipulat.*

DE TRIBVTORIA ACTIONE. CAP. IX.

PRimo: Nomen huius actionis nominisq; ratio proponitur *Instit.quod cum eo qui in aliena.§. introduxit.*

II. Ratio *l.1.in princ.ff.de tribut.act. Concordat Instit.quod cum eo qui in aliena.§.is quoq; cui.*

III. Differentia huius actionis & eius quæ est de peculio, patet *ex d.l.1.Cui cõcordat d.§.is quoq; cui.& l.aliquando.11.ff.de tributor.actione.* Ex quibus duæ differentiæ actionis tributoriæ, & de peculio patent. Prima quidem, quod in actione de peculio totum deducatur, quod domino debetur; in tributoria nequaquam. Altera differentia est, Quod in tributoria quidem id tantum peculium veniat, quo seruus negociatur: in actione de peculio autem totius peculij ratio habeatur. Tertia, Quod in actione de peculio occupantis melior sit conditio: in tributoria nequaquam, *l.non enim.6.ff.de tribut.actione.* Quarta differentia est, Quod tributoria non nisi aduersus eum qui contractus tempore serui dominus fuit, competat: de peculio actio etiam aduersus emptorem. *l.de peculio.ff. d.tt.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS Actio proposita competit?

I. Causa: Si seruus sciente domino in peculiari merce negociatur, & quid cum eo eius rei causa contractum est. *Inst.quod cum eo qui in aliena potestate.§.introduxit. Concordat l.1.§.peculiarem, in fine.& §.scientiam.ff.de tribut.actione.*

II. Causa: Si dominus dolo malo minus tribuit, quam in merce serui peculiari est, hac actione tenetur. approbatur, simul & exemplo declaratur *l.illud quoq;.7.§.si cuius, cum sequentib.& l.alius.12.ibi, tributoria actione.ff.d.tt.*

III. Causa: Si dominus falso negauerit cuiquam deberi. *d.l.7.§.penult.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM CAUSARUM GENERALES.

I. Exceptio, sumpta ex persona negociantis in merce peculiari, reprobatur *l.1.§.potestatis.ff.de tribut.act.item Instit.quod cum eo qui in aliena.§.quæ diximus.* Huius exceptionis reprobatæ species sunt aliquot exceptiones proxime sequentes.

II. Exceptio: Nisi is qui bona fide possidetur, vel in quo vsumfructũ habemus, in merce peculiari negociatus sit. reprobatur *d.l.1.§.fin. cũ leg.seq.*

III. Exceptio: Nisi non cum seruo, sed vicario eius contractum sit. reprobatur *l.procuratoris.5.§.1.ff.de tributoria actione.*

IV. Exceptio: Nisi non cum seruo, sed cum institore eius contractum sit. reprobatur *d.l.5.§. item parui.*

V. Exceptio: Nisi cum fœmina quæ in alterius potestate est, contractum sit. reprobatur *d.l.5.§. sed etsi ancilla.l.& ancillarum 27.§.1.ff.de pecul. item Inst.quod cum eo qui in aliena potestate.§.quæ diximus.*

VI. Exceptio, Nisi non in merce peculiari, sed alio modo cum seruo vel filio sit contractum. *d.l.5.§.mercis. Concordat l.sed & si.11.§.si institoria.ff.de instit.actione.* Declaratur hæc exceptio *l.1.§.peculiarem.ff.de tributor.actione.* Eius replicatio est; Nisi negociatio peculiaris sit. tunc enim, quamuis mercis vocabulo non comprehendatur, tamen datur hæc actio. *l.1.§.licet.ff.d.tt.*

VII. Exceptio: Nisi pupillus dominus sit. approbatur simul & distinguitur *l.sed & si.3.§.fin.ff. de tributoria actione.* Huius replicatio est: Nisi dolo pupillus sit versatus. *d.§.fin.cum leg.seq.*

VIII. Exceptio: Nisi dominus ignorauit seruum negociari. *l.1.§.peculiarem, in fin.ff.de tributoria actione. Cõcordant ea quæ proposita sunt sup.caus.1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tutor vel curator domini sciat. *d.l.3.§.fin.* Cuius duplicatio est: Nisi non ex scientia solum, sed etiam ex dolo tutoris vel curatoris agatur. approbatur simul & distinguitur *d.l.3.§.si seruus.* Huius duplicationis prima triplicatio est: Nisi quatenus locupletior ex dolo tutoris pupillus factus est. *d.§.si seruus.* Altera est: Nisi pupillus nõ cedat tutelæ actionẽ. *d.§.si seruus.* Altera ꝓpositæ exceptionis replicatio est: Nisi procurator domini sciuit. *l.procur.5.in pr.ff.de tribut.act.* Tertia: Nisi vicario seruo negociante, ordinarius sciat. reprobatur *d.l.5.§.1.*

IX. Exceptio: Nisi dominus ei quod seruus in peculiari merce contraxit, contradixit. *l.1.§.scientiam.ff.eod.tt.*

X. Exceptio; Nisi minus vel nihil sit in merce peculiari. *l.illud quoque.7.§.si cuius. ibi, si tamen ignorans.ff.de tributoria actione.* Huius replicatio est; Nisi dolo malo domini nihil vel minus sit in merce peculiari. *approbatur sup.caus.2.*

XI. Exceptio; Nisi merx in qua seruus negociatur, ad dominum non pertineat. *l.2.ff.d.tt.*

XII. Exceptio; Nisi dominus peculio vel mercibus cedere malit. *l.illud quoq;.7.§.1.ff.de tributoria actione.*

XIII. Exceptio: Nisi seruus mortuus sit. reprobatur *l.quia.8.ibi, quare etiam.ff.d.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi seruus in testamento manumissus sit, eiq; peculium sit legatum. reprobatur *l.quod in hærede.9.§.si seruo.ff.d.tt.*

XV. Exceptio: Nisi semel actum sit. *d.l.9.§.1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex alia causa antea egerit. *quæ approbatur ibidem.* Altera: Nisi inutiliter antea sit actum. approbatur exemplo *l.sed et si.11.§.si institoria.ff. de institor.actione.*

V. ADVERSVS QVOS actio proposita competit?

I. Regula, De eo qui in potestate negociantẽ seruum vel filium habet, proponitur *l.procuratoris.5.§.in tributũ.ff.de tribut.actione.* Huius regulæ exceptio est: Nisi tẽpore contractus seruum in potestate nõ habuerit, vt emptor. *l.de peculio.10.ff.d.tt.*

II. Regula, De hæredibus, cæterisq; successoribus, proponitur *l.illud quoq;.7.§.fin.cũ duab.ll. seqq.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi nihil ad hæredẽ peruenit. *d.§.fi.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi per hæredem stetit, quo minus ad eũ peruẽniret. *l.quod in hærede.9.§.si seruo.ff.d.tt.*

III. Regula, De pluribus dominis eiusdem serui. Aduersus omnes competit actio proposita. approbatur simul & distinguitur *l.sed & si.3.in pr. ff.de tributoria actione.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Rei persecutionem continet hæc actio. *l.quia.8.§.de tributoria actione.*

II. Regula: Quod in mercibus peculiaribus serui est, quodq; inde receptum est, id inter dominum, si quid ei à seruo debebitur, & cæteros creditores pro rata portione distribuendum. *Inst. quod cũ eo qui in aliena potestate.§.introduxit. & §.iis quoq;.ibi, tributoria ideo, l.illud quoq;.7.§.si cuius dolo. ff.de tributoria actione. item l.procuratoris.5.§.fi.ff.d.tt.*

III. Regula: Solum id quod in mercibus est, quodq; inde receptum est, non etiam aliud peculium venit distribuendũ. approbatur, simul & declaratur *d.§.is quoque.ibi, rursus. Cui concordat d.l.5.§. per hanc.§.non autem.& §.si propter. item l.aliquando.11.ff.eod.tt.*

IV. Regula: Dominus deducit id quod sibi à seruo debetur, pro rata. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.reg.2.* Cuius exceptio prima videtur: Nisi non mercis nomine, sed ex alia causa domino debeatur. sed reprobatur *l.procuratoris.5.§.sed est quæsitum.ff.de tribut.actione.* Altera exceptio, sumpta ex tempore quo domino deberi cœpit, reprobatur *d.§.sed est quæsitum.* Tertia: Nisi ex iis mercibus quæ creditoribus pignori sunt obligatæ. tunc enim hi domino in pignore præferũtur. *d.§.sed est quæsitum.ibi, quid tamen. d.l.5.§.plane si in, in fine.* Quarta: Nisi in illis mercibus quæ vnius creditoris pecunia sunt comparatæ. hic enim domino in iis potior esse videtur, quemadmodum & cæteris creditoribus. Sed reprobatur *d.§ plane si.* Quinta: Nisi ex iis mercibus quas vnus creditorum seruo dedit vendendas. approbatur simul & distinguitur *d.l.5.§.sed & si dedi.* Sexta: Nisi non ipsi domino, sed ei quem in potestate habet, debeatur. reprobatur *d.l.5.§.siue autem.*

V. Regula: Dominus id quod sibi à seruo debetur, non nisi pro rata deducit, computatione eorum quæ aliis debentur facta. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.regul.2.& d.l.5.§.sed etsi duo.* Huius exceptio prima est: Nisi vnus ex pluribus dominis ignorauit seruum in peculiari merce negociari. Hic enim in solidum quod sibi debetur, deducit. *l.sed & si.3.in princ.ff.eod.tt. Concordant ea quæ proposita sunt supra quæst.4.except.8.* Vbi etiam huius exceptionis replicationes vide. Altera exceptio est: Nisi vnus ex dominis qui ignorauit, à creditoribus serui conueniatur. hoc enim casu etiam is qui sciuit seruũ negociari, in solidum deducit quod sibi debetur. *d.l.3.in prin.ibi, at si ipsum.* Plures ꝓpositę regulæ exceptiones vide *sup.q.4.*

VI. Regula: Si plures sint creditores eiusdem serui diuersarum mercium vel tabernarum, separandi, non coniungendi sunt. *d.l.5.§.si plures.*

VII. Regula: Vnusquisq; creditorum pro rata, non in solidum habet hanc actionem. *d.l.5.§.fin. Concordant ea quæ proposita sunt sup.reg.2.* Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi vni solidum sit solutum. Sed reprobatur *d.§.fin.cum leg.seq.* Altera exceptio est: Nisi in iis mercibus quæ specialiter vni creditorum pignori sunt obligatæ. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.reg.4.except.3.* Sed & alias duas exceptiones vide *d.reg.4.except.4.& 5.*

VII. ADIVNCTA OFFICIA actoris.

Actor cauere debet de refundenda portione pro rata, si alij creditores emerserint, vel alia domini debita. *d.l.5.§.fin.cum duabus ll.seqq.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

Perpetua est actio. *l.illud quoque.7.§.fin.cum lege sequente.ff.de tributoria actione.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Cui actio proposita competit, is etiam de peculio agere potest. *Instit. quod cum eo qui in aliena.§.is quoque cui.l.aliquando.11.ff.de tributoria actione.* Huius exceptio est: Nisi tributoria sit actum. *l.quod in hæredem.9.§.1.ff.d.tt.*

II. Regula, Deficiente tributoria actione, de peculio actio cõpetit. approbatur exemplo *l.sed & si.3.§.1.ff.d.tt.* Aliud exẽplum proponitur *l.procuratoris.5.§.1.ff.eod.tt.* Aliud *l.de peculio.10.ff.d.tt.*

III. Regula: Cui tributoria actio cõpetit, is etiã de in rem verso agere potest. *Inst.d.§.is quoq; cui.*

DE ACTIONE DE PECVLIO. CAP. X.

PRimo: Transitio proponitur *l.1.in princip.ff. de peculio.*

II. PROPRIVM HVIVS actionis.

Occupantis melior est conditio in hac actione. *l.non enim.6.ff.de tributoria actione.l.si vero.10.ibi, quia in actione.ff.de peculio.& l.ex facto.52.in princ.ibi, & quia occupantis.ff.d.tt.* Huius exceptio prima est: Nisi creditores priuilegiati superfint. *approbatur per ea quæ proponuntur infrà quæst.7.* Altera: Nisi is qui posterior egit, prior sentẽtiam obtinuerit, *d.l.10.in fine.* Alia propositæ actionis propria vide *supra capite prox. quæst.3.*

III. CAVSA, EX QVA HÆC actio competit.

Si quod cum eo qui in aliena potestate est, negocium gestum sit: pater dominusve eius actione de peculio tenetur. *l. ei qui seruo. 7. C. quod cum eo qui in alienapotestate. l. nec seruus. 41. ff. de peculio. Instit. de actionibus. §. actiones autem. Concordant item ea quæ proposita sunt sup. c. 6. quæst. 2. in princ.* Plane propositæ causæ seu regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, sumpta ex sexu eius cum quo est contractum, seu negocium gestum, reprobatur *l. 1. §. verba. ff. de peculio. l. & ancillarum. 27. in prin. ff. d. tt. l. cum ancilla. 11. C. quod cum eo qui in aliena potestate.*

II. Exceptio: Nisi cum impubere cõtractum sit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi eatenus, quatenus locupletius peculium est factum ex eo contractu. *l. 1. §. si cum impubere. ff. de peculio. item d. l. 11.*

III. Exceptio: Nisi non cum seruo, sed cum filiofamilias gestum sit. reprobatur *d. l. 1. §. fin.*

IV. Exceptio: Nisi cum libero homine, vel seruo alieno, qui bona fide ab alio possidetur, sit gestum. reprobatur *d. §. fin.*

V. Exceptio: Nisi cum seruo hæreditario gestum sit. reprobatur *l. licet. 3. in prin. ff. de peculio.*

VI. Exceptio: Nisi cum seruo vicario, non ordinario sit contractum. reprobatur *l. seruus. 17. §. cum Sticho. ff. de in rem verso.*

VII. Exceptio, sumpta ex persona domini vel patris, in cuius potestate est is cum quo contractum est, reprobatur *d. l. 3. §. parui. Concordat l. apud Iulianũ. 3. §. contractum. ff. quib. ex causis in possess. eatur.*

VIII. Exceptio: Nisi ex intercessione eius qui in aliena potestate est, agatur. Ex hac enim causa non datur de peculio actio. *l. licet. 3. §. si filiusfamilias. ff. de peculio. Concordant ea quæ proposita sunt sup. cap. 1. quæst. 2. except 3.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi seruus in rem domini, aut ob rem peculiarem intercesserit. *d. l. 3. §. Iulianus. & §. congruit. l. quoties. 47. §. 1. ff. eod tt.* Altera; Nisi non seruus, sed filiusfamilias pro alio intercesserit. *d. l. 3. §. sed si filius. Concordant ea quæ proposita sunt supr. c. 1. quæst. 2. except. 4.*

IX. Exceptio; Nisi ex compromisso eius qui in aliena potestate est, agatur. *d l 3. §. si seruus.* Huius exceptionis replicatio est in filiofamilias compromittente. *Quæ approbatur d. l. 3. §. sed si filius, in fi.*

X. Exceptio; Nisi ex causa iudicati agatur. *d. §. si seruus.* Et huius exceptionis replicatio est in filiofamilias *d. l. 3. §. idem scribit.* Quo proposita replicatio approbatur, simul & reprobatur eius duplicatio talis; Nisi ex ea causa filius cõdẽnatus sit, ex qua nõ potuit cum patre de peculio esse actio.

XI. Exceptio; Nisi ex causa iurisiurandi agatur. Et hæc exceptio in filiofamilias quidem reprobatur, approbatur autem in seruo *l. depositi. 5. §. filiusfamilias. ff. de peculio.*

XII. Exceptio; Nisi ex causa pœnali agatur. *l. ex pœnalib. 58. ff. de reg. iuris. Accedit Iul. Clar. §. fin. quæst. 86. vers. secundo infertur. ibi, quinimo pro delicto.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi pœnalis causa ex contractu descendat. *l. ex contractibus. 48. ff. de actionib. & obligat.* Altera; Nisi quatenus pater dominusve ex delicto filij vel serui locupletior est factus. *l. licet. 3. § ex furtiua. ff. de peculio.* Tertia; Nisi ob res ab vxore vel à viro amotas agatur. *l. & ideo. 3. §. si filiafamilias. ff. rerum amotarum.*

XIII. Exceptio: Nisi dominus cum seruo contrahi prohibuit. reprobatur *l. si quis. 29. in fin. ff. de peculio. & l quoties. 47. in prin ff. d. tt.*

XIV. Exceptio: Nisi nihil sit in peculio. *l. eo tẽpore. 50. in princ. ibi, qui si iudicium. ff. de peculio.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi rei iudicandæ tempore in peculio esse cœperit. *l. quæsitum. 30. in prin. ff. d. tt. & l. Fulcinius. 7. §. si quis actione, in fi. ff. quibus ex causis in possessionem eatur.* Altera: Nisi res quæ seruo vel filio credita est, adhuc apud filium vel seruum extet. reprobatur *l. deposui. 38. in prin. ff. de peculio.* Tertia; Nisi dolo domini vel patris in peculio esse desierit. *l. sed si. 9. §. præterea. ibi, quoniam et si. ff. de peculio. Concordat l. filiusfamilias. 19. §. in actione. ff. de in rem verso.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi semel ex causa dolo actum sit & præstitum. *l. si semel. 26. in princ. ff. d tt.* Altera: Nisi tantundem seruus domino debeat, quãtum dominus dolo ex peculio deminuit. approbatur *ibidem.* Tertia: Nisi seruo manumisso vel alienato, annus excesserit. approbatur *ibidem.* Quarta: Nisi biennium à dolo cõmisso excesserit. *l. quæsitum. 30. §. fin. ff. de peculio.* Quinta: Nisi hæres de peculio conueniatur. huic enim proposita replicatio non obstat. Cuius triplicatio prima est: Nisi quatenus ad hæredem ex dolo defuncti peruenit, *d. l. 30. §. fin.* Altera: Nisi de dolo hæredis agatur. *l. sed si. 31. ff. d. tt.* Plura de proposita replicatione vide *infr. cap. prox. quæst. 1. reg. 8.*

XV. Exceptio: Nisi dominus vel pater recuset de peculio actionem, peculio cedens. reprobatur *l. summa. 21. §. fin. ff. de peculio.*

XVI. Exceptio: Nisi dominium serui tempore contractus, vel postea penes creditorem fuerit. *l. & ancillarum. 27. §. sed ipsi quivẽdidit. ff. de peculio.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi emptor serui de eo quod ante venditionem seruo credidit, cum venditione de peculio agat. *l. quoties. 47. §. non tantum. ff. d. tt.* Plura de hac re vide *infr. quæst. prox. reg. 3.*

XVII. Exceptio: Nisi creditor domino se ui hæres extiterit. Hæc exceptio ipso quidem iure cõfusionis subsistit, verũ eius replicatio est: Nisi pro parte tantum hæres extiterit. tunc enim pro reliqua parte nihilominus illi aduersus cohæredes competit actio. *l. si quis. 29. ff de peculio.*

XVIII. Exceptio: Nisi dominus vel pater creditori hæres extiterit. Et hæc exceptio iure confusionis subsistit, verum eius replicatio est: Nisi hæreditatem vendiderit rursus, hac stipulatione, Quanta pecunia ex hæreditate ad te peruenerit, &c. interposita. *l. si creditor. 37. in prin. ff. d tt.*

XIX. Exceptio: Nisi semel actum sit. Hæc exceptio approbatur ipso iure, verũ eius replicatio prima est: Nisi antea agens creditor per falsam exceptionẽ & erroneã sit remotus. *l. 1. §. fi. ff. quando actio de peculio annalis sit.* Altera; Nisi antea de peculio ordinarij, nunc de peculio vicarij agatur, vel contra. Hæc replicatio in primo casu reprobatur, in altero approbatur *l. hinc quæritur. 19. in pr. ff. de peculio.* Tertia: Nisi antea cũ alio sit actũ. approbatur exemplo filij antea cõuenti & cõdemnati, *l. etsi. 35. ff. de noxalib. actionib.* Aliud exemplum proponitur in venditore prius conuento, *l. quæsitum. 30. §. si annua. ff. de peculio.* Aliud in emptore prius cõuento, *l. quoties.*

l. quoties. 47. §. si creditor. ff. d. tt. Aliud in vsufructuario & proprietario, *l. si creditor. 37. §. si actum. ff. d. tt.* Item alia exempla habentur *l. si ex duob. 32. ff. d. tt.* Plane propositæ replicationis duplicatio est: Nisi excepta ea quantitate, quam à priore reo actor consequi potuisset, approbatur exemplo *l. quæsitum. 30. §. si annua. ff. de peculio.* Quarta replicatio est: Nisi cum prius non totum debitum consecutus esset actor propter exiguitatem peculij, postea aucto peculio rursus agatur. *d. l. 30. §. is qui semel. Concordat l. si creditor. 37. §. si actum. ff. d. tt.* Plane quamuis postea aucto peculio rursus agi potest, tamen in priore iudicio non potest exigi cautio à reo residui aucto peculio soluẽdi. *l. quoties. 47. §. si semel. ff. de peculio.* Quinta replicatio videtur: Nisi antea tributoria, non de peculio sit actum. Sed reprobatur *l. quod in hæredem. 9. §. 1. ff. de tribut. actio.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio de peculio?

I. Regula: Occupantis melior est conditio in hac actione. approbatur *per ea quæ proposita sunt suprà quæst. 2.*

II. Regula: Etiam fructuario serui aduersus proprietarium de peculio actio competit. *l. hinc quæritur. 19. §. fin. cum leg. seq. ff. de peculio. Concordat l. si creditor. 37. §. fin. ff. eod. tt.*

III. Regula: Etiam domino serui hæc actio competit, *d. l. 19. §. fin. l si noxali. 11. §. idem scribit, si quis. l. & ancillarum. 27. §. in venditorem. item l. quoties. 47. §. non tantum. ff. eod. tt.* Hu us regulæ exceptio prima est: Nisi quoad id quod ex peculio penes se dominus habet. *Quæ legibus iam propositis approbatur.* Altera: Nisi dominus seruum vendiderit, & contra emptorem de peculio agat. *d. l. 27. §. sed ipsi. & §. sicut.* Tertia: Nisi vnus ex dominis contra alterum dominum eiusdem serui agat. hoc enim casu non de peculio, sed pro socio datur actio *l. hinc quæritur. 19. §. fin. cum lege sequente. ff. de peculio.* Quarta: Nisi dominus cum seruo experiri velit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. cap. 2. except. 6.*

IV. Regula: Hæredibus domini æque ac ipsi domino potest competere actio de peculio. Cuius regulæ exceptio est; Nisi seruo alij legato, hęredes aduersus legatarium experiri velint. *l. filiofamilias. 54. & l. vltim. ff. de peculio.* Alias exceptiones vide *suprà regula proxima.*

V. ADVERSVS QVOS competit actio de peculio?

I. Regula; Aduersus dominum serui, non alium regulariter actio de peculio competit. *quæ regula constat ex iis quæ proposita sunt sup. q. 3. in princ.* Cuius exceptio prima est; Nisi seruus, postquam cum eo cõtractum est, sit alienatus. hoc enim casu tam is qui alienauit, quam is cui alienatus est, conueniri potest. *l. si noxali. 11. §. idem scribit. ibi, nã & quiuis. l. & ancillarum 27. §. si seruus. item l. si creditor. 37. § seruum, in fin. ff. eod. tt. l. de peculio. 10. ff. de tributut. act.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi annus ab alienatione serui excesserit. hoc enim casu solus emptor, non venditor tenetur, *per ea quæ proponuntur infrà quæst. 8. except. 3. Concordat d. §. seruũ. ibi, quia iam mecum.* Altera: Nisi cum peculio seruus sit alienatus. hoc enim casu solus emptor, non etiam venditor tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. si ex duobus. 12. §. fin. cum tribus leg. seqq. ff. de peculio.* Tertia; Nisi cum alterutro actum sit, tunc enim alter est liberatus. quæ replicatio ipso quidẽ iure subsistit: verum eius duplicatio est: Nisi non totum debitũ ab vno creditor sit consecutus. hoc enim casu reliquum ab altero petere non prohibetur. *l. quoties. 47. §. si creditor. ff. de peculio. Leges concordantes vide supra quæst. 3. except. 18. replic. 3.* Quarta replicatio, sumpta ex genere alienationis, reprobatur *d. l. 47. §. fi. l. 1. §. in alienatione. ff. quando actio de peculio annalis sit. & l. hinc quæritur. 19. §. 1. ibi, sed in marito. ff. de peculio.* Quinta replicatio est; Nisi ex contractu post venditionem celebrato agatur. *l. deposui. 38. §. fin. ff. eod. tt.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulę exceptio est: Nisi seruus ab alio bona fide possideatur; hoc enim casu non dominus solum serui, sed & bonæ fidei possessor de peculio conueniri potest. *l. 1. §. fin. ff. de peculio.* Huius replicatio est: Nisi de eo agatur, quod seruo creditum, & ab eo bonæ fidei possessori pro libertate datũ est. *l. eo tempore. 50. §. fin. ff. eod. tt.* Tertia exceptio est; Nisi vsusfructus vel vsus serui alienus sit. hoc enim casu in vsufructuarium quoq; serui & vsuarium de peculio actio danda est. *l. si creditor. 37. §. si actum. ff. de peculio.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ex ea causa agatur, ex qua non solet adquiri fructuario per seruum. *l. 2. ff. d. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi eo prius conuento, cui per illum contractum adquisitum est, creditori in solidũ satisfactum non sit, tunc enim in superfluũ fructuarius serui cõueniri potest. *l. hinc quæritur. 19. §. 1. ibi, quæ quæstio. ff. d. tt.* Altera replicatio est; Nisi vsusfructus serui finitus sit. Cuius duplicatio est; Nisi nondum annus excesserit. *l. 1. §. vsufr. ff. quãdo actio de peculio.* Quarta exceptio est: Nisi dominus serui peculiũ alij legauit. hoc enim casu legatarius videtur cõuentendus. Sed reprobatur *d. l. 1. §. itẽ hæres.*

II. Regula; Aduersus patrem filiifamilias de peculio actio competit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. c. 6. quæst. 1.*

III. Regula, De hæredibus eius qui de peculio tenetur. Hi quoq; eadem actione conueniri possunt. *l. 1. §. item hæres. ff quando actio de peculio. Concordat l. licet. 3. §. 1. ff. de peculio.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi seruus cum quo contractum est, domino hæres extiterit. reprobatur *d. §. 1. Cõcordat l. quæsitum. 30. §. si cum. ibi, sed & si ipse ff. eod. tt.* Altera: Nisi ex dolo defuncti agatur. approbatur simul & distinguitur *sup. quæst. 3. except. 13. replic. 3. duplic. 5.* Tertia: Nisi peculium serui ab hærede alij legatum sit. reprobatur *d. §. item hæres.* Quarta; Nisi hæres ex S.C. Trebelliano hæreditatem restituerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi hæres præcepto seruo & peculio hæreditatem restituerit. *d. l. 1. §. si præcepto.* Quinta; Nisi pro parte hæres de peculio in solidum conueniatur. *l. item cum. 14. ff. de peculio. Concordat l. quæsitum. 30. §. si cum. ff. d. tt.*

EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM regularum generalis.

Hactenus aduersus quos cõpetat actio de peculio, per certas regulas est demonstratum, quarum tamen exceptio generalis est; Nisi penes eũ, aduersus quem de peculio actio regulariter cõpetit,

petit, peculium non sit. approbatur exemplo *l. si ex duobus. 32. §. fin. ff. de pecul.* Aliud exemplum proponitur *l. 1. §. si præcepto, in fin. ff. quando actio de peculio est annalis.* Plane huius exceptionis replicatio prima est: Nisi reus dolo fecerit, quo minus penes eum sit peculium. *quæ elicitur ex d. §. si præcepto, in fi.* Altera: Nisi reus peculium vendiderit, preciumq; pro eo acceperit. *l. sed si 33. ff. de peculio.* Huius duplicatio est: Nisi hæres iussus sit alicui peculium dare, certa summa accepta. *l. at cũ. 35. ff. eod. tt.* Huic duplicationi videtur cõtradicere *inf. repl. prox.* Tertia replicatio est: Nisi ab hærede peculium alij legatũ sit. hoc enim casu tenetur hæres etiam restituto alij peculio. *l. 1. §. item hæres. ff. quãdo actio de peculio.* Quarta: Nisi proprietas peculij penes reum sit. tunc enim quamuis illud nõ possideat, nihilominus tamen tenetur. *l. quia. 12. ff. de peculio.*

VI. QVID ET QVANtum veniat in actione proposita?

I. Regula: Quatenus in peculio serui vel filij est, eatenus pater dominusve tenetur. *Instit. de actionib. §. sunt præterea. item Instit. quod cum eo qui in aliena potestat. §. præterea. ibi, id eatenus.* Huius regulæ exceptiones vid. *sup. c. 6. quæst. 2.* Sed & præter istas exceptiones & hæc est; Nisi dolo malo patris dominive quid fiat. hoc enim casu in solidum competit actio. *l. si in bonæ fidei. 36. ff. de peculio. Concordat l. 1. §. filiumfamilias. ibi, plane vt Iulianus. ff. depositi.* Alia propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi depositi agatur, vel de precario. Sed hæc reprobatur *l. depositi. 5. in prin. ff. de peculio.*

II. Regula: Vt caueat reus, aucto peculio residuum se soluturum: hac actione non tenetur. *l. quoties. 47. §. si semel. ff. de peculio.* Plane aucto postea peculio, nihilominus de residuo agi potest. *de qua re dictum sup. quæst. 2. except. 18. replic. 4.*

III. Regula: Venit quoque in actionem propositam quod in rem patris, vel domini versum est. *Instit. quod cum eo qui in aliena potestate. §. præterea introducta, in fine. Concordat l. filiumfamilias. 19. in fin. ff. de in rem verso.* Hinc si plures agant, quorum vnius creditum in rem patris vel domini versum sit, hic vberiorem habebit actionem. *l. 1. §. item si plures. ff. de in rem verso.*

IV. Regula: Si cum dominus seruo permisisset aliquid octo aureis emere, ille decem emerit: duo aurei actione de peculio veniunt petendi. *l. si creditor. 37. §. 1. in fin. ff. de peculio.*

V. Regula: Si plures sint domini: creditoribus liberum est, vel cum singulis in partes agere, vel cum vno in solidum. *l. & ancillarum. 27. §. illud quoque. & §. si quis cum. item l. sed et si. 15. in fin. ff. d. tt.* Plane huius regulæ exceptio prima est: Nisi apud alterum socium, qui non conuenitur, peculium nullum sit. *d. §. si quis cum seruo.* Declaratur hæc exceptio *l. quã Tuberonis. 7. in prin. ibi, & congruit. item l. quis ergo. 16. ff. eod. tt.* Altera exceptio est: Nisi reus ab altero partem repetere non possit. *l. quare. 28. ff. de peculio.* Exemplum proponitur *l. si creditor. 37. §. seruum. ff. eod. tt.* Huius replicatio est: Nisi culpa rei conuenti factum sit, quo minus ab altero partem recuperare possit. quæ approbatur exemplo *l. si postea. 43. ff. de peculio.* Tertia exceptio est: Nisi plures domini separata habeant peculia, non cõmune. tunc enim quisq; pro suo tantum peculio conuenitur. approbatur simul & declaratur *l. sed et si. 15. cum lege sequente. ff. de peculio.* Quarta: Nisi eiusdẽ dominiplures existant hæredes. hoc enim casu quisq; hæredum non nisi pro parte peculij, quæ apud eum est, conueniri potest. *l. quæsitũ. 30. §. si cum ex parte. ff. de peculio. l. item. 14. item l. si ex duobus. 32. in prin. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio: Nisi is cum quo contractum est, pro parte hæres extiterit. reprobatur quidem in seruo, approbatur autem in filio, *d. §. si cum.* Quinta exceptio est: Nisi reus conuentus paratus sit cedere actionem aduersus socios. *l. quod debetur. 51. in fin. ff. de peculio.* Hæc de regulis sextæ quæstionis: quãquam ad eam pertinent ea quæ in peculium connumeranda sint, quæque ex eo deducenda. verum de his *infrà, cap. prox.*

VII. QVANDO COMPETIT actio proposita?

Si creditores peculiares alij sint priuilegiati, alij non: horum petitio differtur, donec illi suum fuerint consecuti. *l. ex facto. 52. §. plane in cæteris. & §. fin. ff. de peculio.*

VIII. QVAMDIV COMpetit actio de peculio?

Regulariter quidem actio de peculio perpetua est: hoc est, non nisi triginta annorum præscriptione submouetur: verum eius regulæ exceptio prima est: Nisi filius vel seruus, cum quo contractum est, mortuus sit. hoc enim casu actio incipit esse annalis, quæ exceptio cum aliis quibusdam approbatur edicto prætoris. *l. 1. ff. quando actio de peculio annalis sit. l. ei qui. 7. C. quod cum eo qui in aliena. l. Macedoniani. 5. ibi, sed ex contractu. C. ad S. C. Maced.* Ratio huius & sequentium exceptionum proponitur *d. l. 1. §. merito.* Replicatio prima est: Nisi de in rem verso agatur, tunc enim exceptio proposita non obstat. *d. l. 1. §. fin. in fine. Concord. ut l. filiusfamilias. 19. in fi. ff. de in rem verso.* Huius duplicatio est: Nisi non in rem domini, sed serui versum sit. *l. seruus. 17. §. cum Sticho. ff. de in rem verso.* Altera replicatio est: Nisi cum quis cum vicario, non ordinario seruo contraxisset, vicario mortuo ordinarius adhuc viuat. *d. l. 17. §. cum Sticho.* Tertia: Nisi cum quis cum vicario, non ordinario seruo contraxisset, ordinario mortuo vicarius seruus adhuc viuat. reprobatur *d. §. cum Sticho.* Quinta: Nisi actor experiundi potestatem non habuerit. *l. 1. in prin. ibi, quo primum de ea. & §. annus. ff. quando actio de peculio annalis est.*

II. Exceptio: Nisi filius emancipatus, vel seruus manumissus sit, aut alio modo sui iuris effectus. nam & hoc casu actio incipit esse annalis. *d. l. 1. in prin. §. 1. & §. alienatio.*

III. Exceptio: Nisi seruus, cum quo contractum est, alienatus sit. approbatur verbis edicti *d. l. 1. in prin. & §. alienatio. item l. & ancillarum. 27. §. in venditorem. ff. de peculio.* Huius exceptionis replicatio prima, sumpta ex genere alienationis, reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. q. 5. reg. 1. except. 1. replic. 4.* Alterius replicationis loco notandum, quod quamuis is qui alienauit, annali exceptione defendatur; tamen ei cui seruus alienatus est, exceptio ista non competat. *l. quæsitum. 30. §. si antea. ff. de peculio.*

IV. Exceptio; Nisi cum vsufructuarius serui de peculio tenetur, vsusfructus sit extinctus. nam & hoc

& hoc casu actio incipit esse annalis. *l. 1. §. vsufruct. ff. quando actio de peculio.* Plane hoc casu nihilominus aduersus proprietarium perpetua manet actio. *l. si creditor. 37. §. si actum. ff. de peculio.*

V. Exceptio: Nisi seruus cum quo contractum est, ab hostibus captus sit. reprobatur *l. 2. in fine. ff. quando actio de peculio.*

VI. Exceptio: Nisi actio, si cum libero & eo qui sui iuris est, contractum esset, temporaria esset, non perpetua. hoc enim casu actio quoq; de peculio eodem tempore finitur. *d. l. 2. in prin.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Hactenus propositæ regulæ exceptiones enumeratæ sunt, quarum quatuor priorum replicationes aliquot sunt cõmunes, quas vide *sup. exc. 1.*

IX. EVENTVS PROPOsitæ actionis.

I. Regula; Socius conuentus & condemnatus in solidum, partem à socio recuperat actione pro socio, vel communi diuidundo. *l. & ancillarum. 27. §. si quis cum. ibi, nec enim res. ff. de peculio.*

II. Regula: Maritus de peculio serui dotalis nomine conuentus, an & quatenus dotis actione conuentus deducere possit id quod præstitit, definitur *l. hinc quæritur. 19. §. sin autem maritus. ff. de peculio.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Ex causa supra *quæst. 3. in prin.* proposita regulariter quidem de peculio competit actio, non alia; verum eius exceptio prima est: Nisi vnus ex dominis cum seruo communi contraxerit. hoc enim casu non de peculio, sed pro socio, vel communi diuidundo actio competit. *d. l. 19. §. fin. cum leg. sequente.* Altera: Nisi res quæ seruo vel filio credita est, apud patrem vel dominum, aut filium vel seruum exter. hoc enim casu ad exhibendum actio, & rei vindicatio competit. *l. depositi. 38. in princip. ibi, itaq; ad exhibendum. ff. de peculio. Concordat l. ex facto. 52. ibi, plane si ex re. ff. d. tt.* Tertia: Nisi creditor seruum postea comparauit. hoc enim casu per exceptionem retinere debitum potest, de peculio conuentus. *l. si noxali. 11. §. idem scribit, si quis seruum, & l. quoties. 47. §. non tantum. ff. eod. tt.* Quarta: Nisi actor pro filio vel seruo apud patrem vel dominum intercesserit, cum filius vel seruus debitor non esset. hoc enim casu exceptio & condictio indebiti competit. *l. licet. 3. §. cui congruit, in fine. ff. d. tt.*

II. Regula: Aduersus ipsum etiam filiumfamilias, cum quo contractum est, directa competit actio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. 6. quæst. 3.*

QVAE IN PECVLIVM CONnumeranda, quæq; de peculio deducenda sint. CAP. XI.

PEndet hoc caput ex quæst. 6. capitis proxime præcedentis.

I. QVÆ IN PECVLIVM connumeranda sint?

I. Regula; Peculij id est, quod seruus vel filius concedente domino vel patre quasi proprium patrimonium à rationibus domini vel patris separatum habet. quæ regula approbatur simul & distinguitur *sup. lib. 6. cap. 2. quæst. 1. & quæst. 4.*

II. Regula, De vicariis & horum peculio, proponitur *l. quam Tuberonis. 7. §. in peculio. ff. de peculio.*

III. Regula, De hæreditate & legato seruo vel filio relictis, *d. §. in peculio.*

IV. Regula, De eo quod seruo debetur. Hoc quoque in peculium computatur. *d. §. in peculio.* Huius regulæ exceptio prima est: quod impensæ quæ in litem sint faciendæ, deducendę sint: item ratio temporis habenda, quod datur iudicatis. Altera: Nisi dominus actionem cedere sit paratus. *Hæ duæ exceptiones approbantur l. quod debetur. 51. ff. de peculio.* Tertia: Nisi pœnali actione seruo debeatur. reprobatur *d. l. 7. §. sed et si quid.*

V. Regula, De eo quod dominus seruo debet, proponitur *d. l. 7. § sed & id quod.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi dominus id quod serui nomine exegit, peculij esse nolit. *d. §. sed & id quod.* Altera: Nisi dominus seruo damnum dederit; vel furtum fecerit. hoc enim debitum in peculium computandum non est. *l. sed si. 9. in princ. ff. de pecul.*

VI. Regula, De eo quod dominus serui nomine exegit, proponitur *d. §. sed & id quod. & d. l. 9. §. 1.*

VII. Regula, De eo quod conseruus seruo debet, habetur *l. quam Tuberonis. 7. §. fin. ff. de peculio, & d. l. 9. §. 1. ff. eod. tt.*

VIII. Regula, De eo quod ne esset in peculio, dolo domini factum est. Hoc quoque in peculium computatur. *l. summa. 21. in princ. ff. de peculio. Concordat l. 1. in princ. ibi, & si quid dolo. ff. quando actio de peculio.* Declaratur regula proposita exemplis *d. l. 21. §. 1.* Exceptio prima est: Nisi creditori soluit. *d. l. 21. § sed si alij.* Altera: Nisi non rei conuenti, sed alterius dolo factum sit. *d. l. 21. §. emptor.* Huius replicatio prima est: Nisi quatenus ex dolo alterius ad eum peruenit. *d. §. emptor. & l. quæsitum. 30. §. fin. ff. de peculio.* Altera: Nisi tutor, curator, vel procurator rei conuenti dolo fecerit *d. l. 21. §. si dolo.* Tertia exceptio, sumpta ex tempore quo dolo factum est, reprobatur *d. l. 21. §. siue autem.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *sup. cap. prox. quæst. 3. except. 13. repl. 3. dupl. 1. cum seqq.*

IX. Regula, De peculio quod est apud socium rei conuenti. Eius quoque ratio in condemnatione habenda. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supra cap. proxim. quæst. 6. reg. 5.*

X. Regula, De peculio quod est apud auctorem rei conuenti. Hoc non imputatur reo conuento. *l. depositi 38. §. fin. ff. de peculio.* Huius regulæ exceptio est: Nisi intra annum à tempore alienationis serui computandum agatur. *l. si creditor. 37. §. seruum. ff. d. tt.* Cuius replicatio est: Nisi ex eo contractu, qui alienationem secutus est, agatur *d. l. 38. §. fin.*

XI. Regula, De peculio quod est apud eum, cui reus seruum alienauit. Hoc quoq; imputatur venditori conuento. approbatur certo modo. *l. si posteaquam. 43. ff. de peculio.*

XII. Regula, De castrensi peculio. Hoc peculio in actione proposita non cõnumeratur. *Instit. quib. non est permiss. facere testam. §. ex hoc intelligere.*

XIII. Regula, De vestimento quod dominus

ſerui dedit. Hoc peculio annumeratur. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. id veſtimentum. 25. ff. de peculio.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi non perpetui vſus gratia ſeruo dominus veſtimentum dedit. *d. l. 25.* Altera: Niſi tale ſit veſtimentum, quod dominus ſeruo præſtare neceſſe habet. *l. peculium. 40. §. quomodo. ff. de peculio.*

XIV. Regula. De eo q̃ dominus ſeruo præſtare habet neceſſe. Hoc peculij non eſt. *d. §. quomodo.*

XV. Regula, Dere vel pecunia apud ſeruum depoſita. Hæc peculio non connumeratur. *l. depoſui. 38. in prin. ff. de peculio.*

XVI. Regula, De pecunia ſeruo mutua data, vt ab eo data domino manumittatur. Hæc peculij non eſt. *l. quod ſi. 3. in prin ff. de in rem verſo.*

XVII. Regula: Cuius temporis peculium ſpectandum? Regulariter ea peculij quantitas ſpectatur, quæ eſt tempore ſententiæ ferendæ. *l. ſi ex duobus. 32. ibi, in hoc autem iudicio. ff. de peculio.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi creditor peculiaris patrem vel dominum ſerui hæredem reliquerit. hoc enim caſu tempus mortis teſtatoris ſpectatur. *l. eo tempore. 50. §. ſi creditor. ff. eod. tt.* Altera: Niſi filius vel ſeruus pendente iudicio deceſſerit. hoc enim caſu tempus mortis filij vel ſerui ſpectatur. *l. ſi filius. 57. in prin. ff. d. tt.* Tertia: Niſi peculium ſerui alicui legatum ſit. hoc enim caſu tempus mortis teſtatoris ſpectatur. *d. l. 57. in fine.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ſeruo, cui in teſtamento libertas relicta eſt, ſimul etiam peculium legatum ſit. hoc enim caſu tempus aditæ hæreditatis ſpectatur. *d. l. 57. §. ſed eum cui.* Quarta exceptio eſt: Niſi reus vi ſit exemptus. hoc enim caſu tempus, quo vi exemptus eſt, ſpectatur. *l. is cum. 55. ff. de peculio.*

II. QVÆ DE PECVLIO deducenda ſint?

I. Regula, De eo quod domino vel reo conuento à ſeruo debetur, deducendo, proponitur *Inſt. quod cum eo qui in aliena poteſtate. §. cũ autẽ quæritur. l. ſed ſi. 9. §. peculium. & §. præterea ibi, nam vt eleganter. ff. de peculio. l. ſi noxali 11. §. quod autem deducit. ibi, quoniam non eſt. ff. d. tt.* Declaratur regula propoſita exemplis *d. l. 11. in pr.* Aliud exemplum proponitur *l. non ſolum. 49. §. 1. ff. de pecul.* Item aliud *l. quod ſeruus. 56. ff. d. tt.* Plane propoſitæ regulæ exceptio prima eſt: Niſi cum pro libertate ſeruus domino promiſiſſet, ſeruus nondum ſit manumiſſus. *d. l. 11. in prin. ibi, ſed ita demum.* Altera: Niſi cum ſeruus à debitore dominico exegiſſet, & ita domini debitor factus eſſet, dominus exactionẽ ratam non habuerit. *d. l. 11. in prin. ibi, ſed ſi à debitore.* Tertia: Niſi dominus antea etiam de peculio conuentus idem debitum deduxerit. *d. l. 11. §. eſt etiam.* Huius replicatio eſt: Niſi verbo tantum deduxit, reipſa non deduxit, eandem peculij poſitionem relinquens. *approbatur ibid.* Cuius duplicatio videtur eſſe: Niſi vicarius, quem pro debito dominus verbo deduxit, poſtea deceſſerit. hoc enim caſu quaſi interitu ſpeciei debitæ ſeruus à domino videtur liberatus. Sed reprobatur *ibid.* Quarta exceptio eſt: Niſi dominus aliunde conſequi poſſit, quod ſibi à ſeruo debetur, *d. l. 11. §. q̃ autem deduci* Huius replicatio eſt: Niſi per actionẽ de peculio dominus ab alio cõſequi poſſit quod ſibi debetur. tunc enim nihilominus deducere poteſt, propoſita exceptione non obſtante *d. l. 11. §. idem ſcribit.* Quinta exceptio: Niſi actor priuilegiatus ſit, qui cæteris creditoribus præferatur. reprobatur *l. ex facto. 52. ff. de peculio.* Sexta: Niſi de peculio ad liberandum agatur. *l. depoſui. 38. §. ſi nuptura. ff. d. tt.* Septima: Niſi poſtquam ſeruus à reo alienatus eſt, debitor eius eſſe cœpit. *l quoties. 47. §. pen. & d. l. 38 §. fin. ibi, in contrarium. ff d. tt.* Octaua: Niſi antequam reus dominium ſerui nactus ſit, debitor eius ſeruus factus ſit. reprobatur *d. l. 11. §. idem ſcribit: ſi quis ſeruum l. ſed ſi. 9. §. ſed & creditor. l. quoties. 47. §. non tantum. ttẽ l. ex facto. 52. ibi, nam etſi Titij. ff d tt.* Concordat & in patre adrogatore *l. ſi quis. 7. ff. de pecul. leg.* Nona exceptio: Niſi reus creditor ſerui non ſit dominus eius. approbatur exemplo *l. quoties. 47. §. pen. ibi. quia non domino. ff de pecul.* Huius replicatio eſt: Niſi hęres domini de peculio conuentatur. *l. ſed ſi. 9. §. ſed & creditor. ff. d. tt.* Decima exceptio, ſumpta ex cauſa ex qua reo debetur, reprobatur *d. l. 9. §. ſiue autem, cum ſeqq.* Vndecima exceptio eſt: Niſi in valetudinem ſerui dominus quid erogauerit. hoc enim de peculio tanquam debitum non eſt deducendum. approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 9. §. ſi ipſe ſeru.* Duodecima: Niſi cum maritus de peculio ſerui dotalis conueniretur, ei debeatur ex contractu qui non ad ſuum, ſed vxoris ſuæ peculium pertinet. reprobatur per conſequẽtiam *l. hinc quæritur. 19. §. poteſt.* Decima tertia: Niſi petitione hæreditatis, vel alia in rem actione, ſerui nomine aduerſus dominum agatur. *l. ſi à patre. 36. ff. de petitione hæreditatis.*

II. Regula, De eo quod dominus ſerui nomine præſtitit, de peculio deducendo, proponitur *l. ſed ſi. 9. §. item deducetur. ibi, aut præſtitit. & l. de noxali. 11. in prin. ff. de peculio.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſeruum ex noxali cauſa præſtiterit. *d. l. 11. in prin.* Altera: Niſi nõ condemnatus dominus ſerui nomine præſtiteriſſet. reprobatur *d. l. 9. §. fin. in fin.* Tertia: Niſi in valetudinem ſerui dominus quid erogauerit. *De hac exceptione vide ſupr. reg. prox. except. 11.*

III. Regula, De eo ad quod dominus ſerui nomine obligatus eſt; deducendo, proponitur *d. l. 9. §. item deducetur. Cõ. ordat d. l. 11. in prin. ibi. ſed etſi quid dominus.* Exemplum eius proponitur *l. ſi damnum. 22. cum leg. ſeq. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi id pro quo ſerui nomine dominus ſe obligauit, in rem domini ſit verſum. *d. §. item deducetur.* Altera; Niſi actor cauere paratus ſit, ſe refuſurum reo, ſi quid præſtiterit ſerui nomine ab alio conuentus. *d. §. item deducetur.* Tertia: Niſi actione de peculio alij quoq; dominus ſit obligatus. hoc enim non deducet. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſed ſi. 9. §. fin. cum leg. ſeq. ff. de pecul.* Cuius replicatio eſt: Niſi alij actione de peculio dominus ſit condemnatus. *d. §. fin.* Quarta exceptio eſt: Niſi ob dolum ſuum ſerui nomine tributoria ſit obligatus. hoc enim de peculio conuentus non deducet. *approbatur (teſte Accurſio) l. alius duntaxat. 12. ff. de tributoria actione.*

IV. Regula, De precio ſerui ſeipſum occidentis vel vulnerantis. Hoc de peculio deducendum non eſt. *l. ſed ſi. 9. §. ſi ipſe ſeruus. ff. de peculio.*

V. Regula, De eo quod ſeruus debet iis, qui ſunt in poteſtate domini vel patris, deducendo, proponitur *Inſtit. quod cum eo qui in aliena. §. cum autem*

autem quæritur. & d. l. 9. §. peculium. Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſeruus vicario ſuo debeat. *Inſt. d. tt. §. aliquando tamen. Concordat l. ſi ſeruus. 17. ibi, id vero quod ipſis debet ordinarius. ff. de peculio.* Altera: Niſi vicarius ſeruus ordinario debeat. reprobatur *d. l. 17. ibi, ſed etſi quid non mihi.* Plane admittitur ordinario ſciente, ignorante domino. *l. procuratoris. 5. §. 1. ff. de tribut. actione.*

VI. Regula, De eo quod ſeruus debet iis qui ſunt in tutela vel cura domini, vel patris, necnon iis quorum negocia adminiſtrat, deducendo, habetur *d. l. 9. §. præterea id.*

VII. Regula, De eo quod ſeruus ſocio domini debet, deducendo, proponitur *l. ſi noxali. 11. §. fin. cum l. ſeq. ff. de pecul Concordat l. ſed etſi. 3. in prin. ff. de tributoria actione.* Huius regulæ exceptio prima eſt; Niſi non dominium in ſeruo commune ſit reo cum alio, ſed vel poſſeſſio ſaltem, vel vſus fructus. *l. ſed etſi duo. 15. in prin. ff. de peculio.* Altera: Niſi peculium reo cum ſocio non ſit commune. approbatur ſimul & declaratur *d. l. 15. cum leg. ſeq.*

VIII. Regula, De eo quod ſeruus debet cohæredi rei conuenti. Hoc non deducendum. *l. item cum teſtamento. 14. ff. de peculio.*

IX. Regula, De eo quod à ſeruo debetur auctori vel ſucceſſori rei conuenti ſingulari, item fructuario, proprietario & cæteris, qui non ſunt ſocij rei conuenti. Hoc non deducendum. *l. ſed in emptore. 13. ff. d. tt.*

X. Regula, De eo quod ſeruus vicarius domino debet, ſi agitur de peculio ordinarij. Hoc non deducendum. *l. ſi ſeruus. 17. & l. depoſui. 38. §. Stichus. ff. d. tt.*

XI. Regula, De eo quod ſeruus ordinarij domino debet, ſi agatur de peculio vicarij. Hoc quoq; deducendum. Hæc regula videtur approbari, quamuis Accurſius reclamet, *l. ſi ſeruus. 17. ibi, & id quidem quod mihi. ff. de peculio.*

XII. Regula, De eo quod ſeruus ante aditam hæreditatem ex hæreditate amouit, cõſumpſit, corrupit, deducendo, proponitur *l. & ancillarum. 27. §. conſtat. ff. de peculio.*

XIII. Regula, De eo quod pater vel dominus de peculio ſe ſoluturum conſtituit. Hoc non deducendum. *l. id quod. 19. in fine, cum lege ſequente. ff. de conſtit. pecunia.*

XIV. Regula, De eo quod penes actorem ex peculio eſt, de peculio deducendo, proponitur *l. ſi creditor. 37. §. final. in fin. ff. de peculio. & l. quoties. 47. §. non tantum, in fin. ff d. tt.* Huius regulæ exceptio eſt: Niſi venditor agat ex contractu, qui venditionem eſt ſecutus. *l. depoſui. 38. §. fin. ff. eod. tt.*

III. QVANTVM DEBITI nomine deducendum de peculio?

I. Regula: Si ex furto ſerui debitum deducatur, æſtimatio tantum eius quod domino abeſt, non tota furti pœna deducenda. *l. ſed ſi. 9. §. ſiue autem. ibi, ſed eſt quæſtiones. ff. de peculio.*

II. Regula: Si ex eo quod ſeruus furi opem tulit, debitum deducatur; id deducendum, quod minus ob rem ſubreptam dominus conſequi à fure poteſt. *l. peculij. 4. §. ſi opem. ff. d. tt.* Huius regulę ratio propoſita eſt ſupra *quæſt. prox. reg. 1. except. 4.*

III. Regula; Si ex eo quod ſeruus negocia domini geſſerit, debitum deducatur; tantidem deducendum, quantum quilibet liber deberet. *l. non ſolum. 49. §. 1. ff. de peculio.* Hactenus de actione de peculio.

DE IN REM VERSO.

CAP. XII.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l. 1. in prin. ibi, nec videtur fruſtrà. ff. de in rem verſo.*

II. CAVSÆ, EX QVIBVS hæc actio competit.

I. Cauſa generalis: Si ex contractu filij vel ſerui quid in rem patris vel domini verſum ſit, de eo pater dominuſve, quamuis nihil ſit in peculio, tenetur. *d. l. 1. in prin. l. etiamſi. 3. C. quod cũ eo qui in aliena poteſtate. item Inſt. quod cum eo qui in aliena poteſt. §. præterea.* Declaratur cauſa propoſita definitione in rem verſi, *Inſtit. d. §. præterea. ibi, in rem autem domini. Concordat l. quod ſi. 3. §. 1. ff. de in rem verſo.* Sane propoſitæ cauſæ, & in rem verſi ſpecies ſunt cauſæ ſequentes.

II. Cauſa: Ex quibus cauſis, ſi liber geſſiſſet, vel mandati, vel negociorum geſtorum actio gerenti eſſet: ex iiſdem cauſis, ſi ſeruus in re domini, vel filius in re patris geſſerit, de in rem verſo actio eſt. *d. l. 3. § regulariter.*

III. Cauſa: Si ſeruus pecuniam mutuo acceptam dominico creditori ſoluit. *d. l. 3. 1. Inſt. quod cum eo qui in aliena §. præterea. ibi, in rem autem.* Huius cauſæ exceptio prima: Niſi indebitum ſeruus ſoluit reprobatur ſub conditione *d. §. 1. verſ. ſed etſi errauit.* Altera: Niſi creditori peculiari ſeruus ſoluit. *l. quod ſi. 11. ff. de in rem verſo.* Tertia: Niſi ſuo, non patris vel domini nomine filius vel ſeruus ſoluit. *l. ſi pro patre. 10. §. fin. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi res ex contractu, ex quo ſolutio facta eſt, ad patrem vel dominum peruenit. *d. §. fin.* Altera: Niſi filius tanquam fideiuſſor patris, vel pro eo iudicium ſuſcipiens ſoluerit. hoc enim caſu, quamuis ipſe ſuo nomine, vt puta pro patre obligatus ſoluerit: eſt tamen de in rem verſo actio. *d. l. 10. in prin.* Tertia: Niſi cum filius quod pater debebat promiſiſſet, ex ea cauſa ſoluerit. *d. l. 10. §. 1. Concordat l. ſi filius familias. 15. ff. eod. tt.*

IV. Cauſa: Si filius pro patre ſe ſoluturum conſtituit. reprobatur *d. l. 15.*

V. Cauſa: Si filius pro patre iudicio ſuſcepto ſit condemnatus. *l. ſi pro patre. 10. in prin. ff. de in rem verſo.* Huius cauſæ exceptio prima videtur: Niſi de peculio actionem pro patre filius ſuſceperit. Sed reprobatur *d. l. 10. §. 1.* Altera: Niſi filius nondum ſit condemnatus. reprobatur *ibidem.*

VI. Cauſa: Si ſeruus mutuam pecuniam acceptam domino donauit *l. & ideo. 7. §. 1 ff. de in rem verſo.* Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi non rem donandi animo dederit ſeruus vel filius, ſed ſe donandi animo pro patre obligauerit. *d. l. 10. §. 1. ibi, niſi ſi donare.* Altera: Niſi rem peculiarem ſeruus domino donauerit. *d. l. 7. in princ.*

VII. Cauſa: Si filiusfamilias pecuniam mutuatus, eam pro filia ſua vel ſorore, aut ſeruus pro filia domini in dotem dederit. *d. l. 7. §. fin. cum duobus legib. ſeqq.* Ex quibus etiam duæ exceptiones patent.

patent. Prima quidem: Niſi non tanquam negocium patris vel domini gerens dederit. Altera: Niſi pater vel dominus filiam vel nepotem dotaturus non fuit.

VIII. Cauſa: Si ad ſe alendum ac veſtiendum filius filiave vel ſeruus pecunniam mutuam acceperit. *l. quod ſi.3.§. proinde ſi ſeruus. ff. de in rem verſo. l. pater. 20. in prin. l. vlt. item l. filiusfamil. 19. ff. d. tt.*

IX. Cauſa: Si id quod comparatum eſt, in funus filij ſit verſum. *d. l. 19.*

X. Cauſa: Si ſeruus pecuniam mutuo acceptam alij credidit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. quod ſi. 3. §. item Labeo. ff. de in rem verſo.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM CAUſARUM GENERALIBUS.

I. Exceptio: Niſi in non neceſſariam rem verſum ſit. *d. l. 3. § ſed ſi mutua.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi volente domino in res non neceſſarias verſum ſit. *d. §. ſed ſi mutua. & §. necnon illud. item l. ſi res. 5 § quod ſi ſeruus. ibi, ſi quidem dominus. ff. d. tt.* Altera: Niſi dominus in rem nō neceſſariam verſum patiatur actorem tollere. *d. §. ſed ſi mutua.* Tertia replicatio eſt, Quod re non neceſſaria empta, non quanti empta eſt, ſed in verum eius precium dominus ſit condemnandus. *d. l. 5. in prin.* Quarta: Niſi odores & vnguenta in funus, quod ad dominum pertinet, ſeruus emerit. *l. & ideo. 7. §. illud plane. ff. eod. tt.*

II. Exceptio: Niſi in peculium ſerui verſum ſit, non in rem domini. *l. nam ſi. 6. & l. ſeruus. 17. in fine ff d. tt.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi poſtea in rem domini ſit verſum. *l. quod ſi. 3. §. 1. ibi, ſiue peculiariter. & l ſi res. 5. §. fin. ff. eod. tt.* Cui duplicatio prima eſt: Niſi non domini negocium gerens ſeruus in rem eius vertat, ſed dominus peculium ſeruo auferendo, vel eum cum peculio, aut ſaltem rem peculiarem vendendo in rem ſuam vertat. *d. § final. cum leg. ſeq.* Altera: Niſi ſeruus donauerit rem peculiarem. *l. & ideo. 7. in prin. ff d. tt.*

III. Exceptio: Niſi domini debitor exiſtens ſeruus pecuniam ab alio acceptam ei ſoluerit, vel in rem eius verterit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi pro patre. 10. §. ſi domini. & l. quod ſi, 3. §. cui congruit. ff. de peculio. item l. ſeruus. 20. In princ. ff. de dolo malo.* Huius replicatio eſt: Niſi in id quod debitum excedit. *d. §. ſi domini.* Plura de exceptione propoſita vide *infr. quæſt. 5. reg. 4.*

IV. Exceptio: Niſi ſeruus domino dedit, vt manumittatur. *l. 2. ff. de in rem verſo.* Huius replicatio eſt: Niſi in id quod datum domino precium ſerui excedit. *l. quod ſi. 3. in prin. ff. d. tt.*

V. Exceptio: Niſi dominus antea ſeruo pecuniam dederit, qua rem de qua nunc conueniatur, emeret, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. quidam. 16. ff. de in rem verſo.* Plura de hac re vide *infr. quæſt. 5. reg. 4.*

VI. Exceptio: Niſi dominus contractum ſerui non habuerit ratum. reprobatur *l. ſi res. 5. §. 1. ff. eod. tt.*

VII. Exceptio: Niſi non duret verſum, & dominus ſeruo ſoluerit. *l. ſi pro patre. 10. §. verſum. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio: Niſi perdituro ſeruo dominus ſoluit. approbatur *ibidem.*

VIII. Exceptio: Niſi tantundem dominus ſeruo donauit, quantum in rem eius vertit. approbatur & ſimul diſtinguitur *d. l. 10. §. plus dicit.*

IX. Exceptio: Niſi non ſeruus vel filius, ſed ancilla vel filiafamilias contraxerit, & in rem domini verterit. reprobatur *l. & ancillarum. 27. in pr ff. de peculio.*

X. Exceptio: Niſi cum libero homine contractum ſit, qui in alterius rem verterit. reprobatur *l. ei qui. 7. § fin. C. quod cum eo qui in aliena.*

XI. Exceptio: Niſi non hoc animo ſeruus geſſerit, vt in rem domini verteret. *l. & ideo. 7. §. idem ait. ff. de in rem verſo. l ſi res. 5. §. fin. ff. d. tt.* Exemplum proponitur *d. l. 7. §. illud verum.* Aliud *l. ſi pro patre. 10. §. fin. ff. eod. tt.*

XII. Exceptio: Niſi cum ſeruo crederetur, alius ſe ſoluturum promiſiſſet. reprobatur in caſu *l. pater. 20. §. ſeruus. ff. de in rem verſo.*

XIII. Exceptio: Niſi datum quidem vt in rem domini verteretur, ſed verſum non ſit. *l. quod ſi. 3. §. ſed ſi ſic. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi antequam in rem domini verteretur, caſu periit. *d. l. 3. §. vnde recte. & §. ſed ſi mutuatus. item l. ſeruus. 17. in prin. ff. d. tt.*

XIV. Exceptio: Niſi ſemel actum ſit. *l. 1. §. fin. ibi, non etiam. ff. quando actio de peculio annalis ſit. l. ſed dicendum. 4. ff. de in rem verſo. item l. 1. §. item ſi plures. ff. eo. tt.* Propoſitæ exceptionis replicatio prima eſt: Niſi cum de peculio antea actum eſſet, dominus nondum præſtiterit, quod in rem eius verſum eſt. *d. §. item ſi plures. verſic. ſed ita demum.* Altera: Niſi filius patrem defendens, actionem de peculio pro eo ſuſceperit. hoc enim caſu condemnatione ſecuta, nihilominus aduerſus patrē de in rem verſo actio ſupereſt. *l. ſi pro patre. 10. §. 1. ff. d. tt.* Tertia: Niſi aduerſus alium antea actum ſit. approbatur exemplo *l. ſi ex duobus. 32. in prin. ibi, idemq; eſt etſi. ff. de peculio.*

III. QVIBVS COMPETIT de in rem verſo actio?

I. Regula; Si cum ſeruus pecuniam mutuam accepiſſet ad veſtem emendam, empta veſte, nōdum ſoluto precio, pecunia perierit ſola, vel cum veſte empta; tam creditori actio de in rem verſo competit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. quod ſi. 3. § fin. cum lege ſeq. ff. de in rem verſo.*

II. Regula, De fideiuſſore qui pro ſeruo apud eum qui in rem domini credidit, interceſſit. Huic actio de in rem verſo non datur, ſed de peculio. *l. quamuis. 18 ff. de in rem verſo.*

IV. ADVERSVS QVOS competit actio propoſita?

I. Regula; De hæredibus domini in cuius rem verſum eſt, proponitur *l. ei qui. 7. ibi, quapropter. C. quod cum eo qui in aliena poteſt.* Huius regulæ exceptio eſt: Niſi pro parte hæres in ſolidum conueniatur. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. quæſitum. 30. §. 1. ff. de pecul o.* Cuius replicatio prima eſt: Niſi totum in rem vnius hæredis ſit verſum. hic enim in ſolidum de in rem verſo tenetur. *d. §. 1.* Altera: Niſi ſeruus vel filius cum quo cōtractum eſt, pro parte hæres extiterit. Hæc replicatio in ſeruo reprobatur, approbatur autem in filio *d. l. 30. §. ſed etſi ipſe.* Altera exceptio videtur: Niſi ſeruus cum quo contractum eſt, hæres domino extiterit. Sed reprobatur *l. licet. 3. §. 1. ff. de peculio.*

II. Regula, De ſocio eius in cuius rem verſum eſt. Hic propoſita actione non tenetur. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi in rem. 13. cum lege ſequente. ff. de in rem verſo.* Huius regulæ exceptio eſt; Niſi de peculio agi non poſſit, & ſocius à ſocio quod præſtitit, repetere poſſit, *d. l. 13.*

V. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. Regula; Nec plus nec minus, quam in rem verſum eſt, venit in hac actione. *l. ſi pro patre. 10. §. in rem. ff. de in rem verſo. Concordat Inſtit. quod cum eo qui in aliena poteſt. §. præterea.* Exemplum proponitur *d. l. 10. §. quare poteſt dici.*

II. Regula; Si de precio rei venditæ & in rem verſæ agatur, quanti res venit, tantum precij nomine reſtituendum. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi fundum. 12. ff. de in rem verſo.* Huius regulæ exceptio eſt; Niſi res minoris precij pluris ſit empta. hoc enim caſu verum precium, nō quanti res empta, debetur. *d. l. 12 Concordat l. ſi res. 5. in prin. ff. eod. tt.* Cuius replicatio eſt; Niſi res domino neceſſaria ſit empta. *d. l. 5.*

III. Regula, De vſuris, proponitur *l. ſi pro patre. 10. §. in rem. ff. de in rem verſ.* Ex quo patet, regulariter quidem vſuras in actione propoſita non venire, ſimul etiam prima propoſitæ regulæ exceptio hæc; Niſi vſuræ promiſſæ. Altera exceptio eſt; Niſi pater vel dominus vſuras longo tempore præſtitit. *l. cum de in rem verſo. 6. ff. de vſuris & fructibus.*

IV. Regula, De eo quod debetur domino à ſeruo deducendo, habetur *d. l. 10. §. idem quærit. & §. ſi domini. item l. quidam 16 ff. d. tt. Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſup. quæſt. 1. except. 3.* Huius regulæ exceptio prima videtur; Niſi ſeruus peculium habeat. ex quo debitum deduci poſſit. Sed reprobatur *d. §. item quærit.* Altera; Niſi cum poſt verſum ſeruus domini debitor factus eſſet, dominus rurſus ſerui debitor ſit factus ex alia cauſa. reprobatur *d. l. 10. §. idem quærit.* Tertia; Niſi cum ordinarius, non vicarius domino deberet, cum vicario ſit contractum, & ab eo in rem domini verſum *l. ſeruus. 17. in fine. ff. de in rem verſo.*

VI. QVANDO COMPETIT de in rem verſo actio?

I. Regula; Si filius quaſi defenſor patris iudicium pro eo ſuſcepit; etiam antequam condemnetur, de in rem verſo actio aduerſus patrem competit. *d. l. 10. §. 1. in fine.*

II. Regula; Si filius pro patre ſe ſoluturum conſtituit; antequam ſoluit, non competit de in rem verſo actio. *l. ſi filiusfamilias. 15. ff. d. tt.*

VII. QVAMDIV COMPETIT actio propoſita?

Perpetua eſt actio. *l. 1. in prin. ibi, de in rem verſo namq; ff. de in rem verſo. l. 1. § fin. in fine. ff. quando actio de peculio annalis ſit. item l. ei qui. 7 in prin. ibi, poſt annum etiam. C. quod cum eo qui in aliena.* Huius regulæ exceptio eſt: Niſi cum eſſet cum ſeruo vicario contractum, & inde in peculium ordinarij ſerui verſum: ordinarius mortuus ſit. hoc enim caſu actio annalis eſt. *l. ſeruus. 17. §. cum Sticho. ibi, quod ſi Pamphilo mortuo. ff. de in rem verſo.*

VIII. ADFINIA REmedia.

I. Regula: Ex cauſis ſupra propoſitis regulariter quidem de in rem verſo, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſeruus peculium habeat. hoc enim caſu etiam de peculio actione id quod in rem domini verſum eſt, peti poteſt, *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. c. 10. quæſt. 6. reg. 3.* Altera: Niſi ſeruus debitor domini factus ſit: hoc enim caſu non de in rem verſo, ſed de peculio actio eſt. *l. ſi pro patre. 10. §. idem quærit. ff. de in rem verſo. Concordat l. licet. 3. §. cui congruit. ff. de peculio.* Tertia: Niſi fideiuſſor ſerui agat: huic enim de peculio, non de in rem verſo actio datur. *l. quamuis. 18. ff. de in rem verſo.* Quarta: Niſi in rem verſum non ſit: hoc enim caſu de peculio actio ſupereſt. *l. ei qui. 7. ibi, ſi vero hoc probari. C. quod cum eo qui in aliena poteſt. & l. ſi res. 5. §. quod ſeruus, in fine. ff. de in rem verſo.* Quinta: Niſi voluntate domini cum ſeruo contractum ſit. hoc enim caſu Quod iuſſu actio competit. *d. §, quod ſeruus.* Sexta: Niſi creditor gerens negocia domini, eius contemplatione ſeruo crediderit. hoc enim caſu negociorum geſtorum actio eſt. *l. ſi pro patre. 10. §. in rem, in fine. ff. de in rem verſo.* Septima: Niſi pater vel dominus in necem creditoris filio vel ſeruo perdituro ſoluerit id quod in rem ſuam verſum erat: hoc enim caſu de dolo malo actio eſt. *d. l. 10. §. verſum.*

II. Regula: Etiam directo patri vel domino condici poteſt, hoc eſt, condictione ex mutuo, ex empto, vendito, &c. his verbis, De in rem verſo, non adiectis. *Inſt. quod cum eo qui in alien. poteſt. §. fin.* Exemplum proponitur *l. & ideo. 7. §. idem ait. ff. de in rem verſo.*

QVOD IVSSV. CAP. XIII.

I. CAVSÆ HVIVS actionis.

PRima cauſa generalis: Si iuſſu domini vel patris ſeruus vel filius cum aliquo contraxerit: is cum quo contractum eſt, aduerſus dominum vel patrem in ſolidum actionem Quod iuſſu habet. *Inſt. quod cum eo qui in aliena poteſt. §. ſi igitur iuſſu, & l. 1. in prin. ff. quod iuſſu.*

II. Cauſa; Si mandauit pater dominusve, vt filius vel ſeruus contraheret. *d. l. 1. §. ſed etſi mandauerit. & l. ſi mandatu. 9. C. quod cum eo qui in aliena poteſtate.*

III. Cauſa: Si dominus chirographo ſerui ſubſcripſit. *d. l. 1 §. ſed etſi ſerui.*

IV. Cauſa: Si pro ſeruo fideiuſſit dominus. reprobatur *d. l. 1. §. quid ergo.* Plane ex cauſa fideiuſſionis nihilominus tenetur. *d. §. quid ergo. & d. l. 9. in fin.*

V. Cauſa; Si dominus vel pater ratum habuit, quod filius vel ſeruus geſſit, *d. l. 1. §. ſi ratum. Concordat l. ſi res. 5. §. quod ſeruus. ibi, ſiquidem dominus, ff. de in rem verſo.*

VI. Cauſa; Si dominus ſeruum, vel pater filium creditori commendauit. reprobatur *l vlt, C. quod cum eo qui in aliena poteſt.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM CAUſARUM GENERALES.

I. Exceptio: Niſi pupillus dominus iuſſerit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. 1. §. ſi pupillus. ff. quod iuſſu.*

II. Exceptio; Niſi non dominus iuſſit. *l. 2. §. fin. ff.*

fin.ff.eod.tt. Huius exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi iubens postea serui dominus sit factus. Sed reprobatur *d.§.fin.* Altera: Nisi tutor vel curator domini iusserit. *d.l.2.in prin. Concordat l.1.§.fin.ff.eod tt.* Tertia: Nisi procurator domini iusserit. approbatur simul & distinguitur. *d.§.fin.* Quarta: Nisi curator reipubl. cum seruo ciuitatis contrahi iussit. *l.si iussu.4.ff.quod iussu.* Quinta: Nisi iussu fructuarij vel bonæ fidei possessoris cum seruo sit contractum. *l.1.§.si iussu.ff.d.tt.*

III. Exceptio: Nisi mulier seruo suo credi iusserit. reprobatur *l. si domina.25.ff. ad senatus.consultum Velleianum.*

IV. Exceptio: Nisi non specialiter, sed generaliter seruo suo credi iussit, vel cum eo negocium geri, reprobatur *l.1.§.1.ff.quod iussu.*

V. Exceptio: Nisi non seruo, sed ancillæ dominus, vel pater filiæ credi iussit. reprobatur *l.2.§.1.ff.d.tt.*

VI. Exceptio; Nisi absens per epistolam vel nuncium iusserit. reprobatur *l.1.ff.d.tt.*

VII. Exceptio; Nisi iussum pater vel dominus reuocauit. reprobatur *d.l.1.§.sed ego.*

VIII. Exceptio; Nisi ante de peculio actum sit. approbatur simul & distinguitur *l.sed etsi.4.§.fin. ff.quod cum eo qui in aliena potest.*

II. ADVERSVS QVOS datur actio proposita?

I. Regula, De socio iubentis, non iubente, proponitur *l.vlt.in fin.ff.quod iussu. Concordat l.si rem.13.ibi, sicuti cum solus iussit.ff.de in rem verso.*

II. Regula; Non domino iubente, interdum dominus tenetur, interdum is qui iussit. *de qua re vide sup.quæst.prox.except.2.*

III. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

I. Regula; In solidum pater vel dominus tenetur, *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.1.causa 1.*

II. Regula; Pluribus iubentibus, singuli in solidum tenetur. *l.vlt.in fine.ff.quod iussu.*

III. Regula, De iis quæ præter iussum domini seruus gessit, vel pignori obligauit, proponitur *l.dominum.3.ff. quod iussu.*

IV. Regula, De vsuris, *l.mandator.9.C.quod cum eo qui in aliena potest.*

IV. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

Regulariter quidem perpetua est actio. Verum eius exceptio est; Nisi iussu serui ordinarij vicario creditum sit. hoc enim casu mortuo ordinario, annalis esse incipit actio. *l.seruus. 17. §. cum Sticho.ibi, sicuti & si quid.ff.de in rem verso.*

V. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula; Etiam de peculio, & de in rem verso actio competit. *Instit.quod cum eo qui in aliena potest.§.cæterum dubium. l. etiamsi.3. item l. vltim.§.fin. C.eod.tt.*

II. Regula; Etiam sine adiectione Quod iussu, directa competit actio, quæ contracta est. *Inst. eod.tt.§.fin.*

III. Regula; Si dominus vel pater pecuniam mutuam accepturus, eam filio vel seruo numerari iussit; cessante Quod iussu actione, condici pecunia illi potest. *l.si dominus.5.in prin.ff.quod iussu.*

LIBRI VICESIMISEPTIMI, ATQVE ADEO QVINTÆ PARTIS, DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS ex contractu descendentibus,

FINIS.

METHODI IVRIS CIVILIS PARS SEXTA:

DE OBLIGATIONIBVS ET ACTIONIBVS ex delicto descendentibus.

DE QVATVOR MALEFICIORVM generibus, cum suis actionibus.

LIBER VICESIMVSSECVNDVS.

DE POENALIBVS actionibus in genere.

CAP. I.

I. CAVSÆ EX QVIBVS actiones pœnales competunt.

EX delicto seu maleficio hę actiones nascuntur; veluti ex furto, rapina, damno & iniuria. *Inst. de oblig. quæ ex delicto nascuntur.in prin. Concordat l.ex maleficio.4.in prin.ff.de action. & oblig. M.I.R.lib.5.cap.10.reg.10.* Cuius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi & actor pari delicto reum affecerit. *l.cum par.196.in fine.ff.de reg. iuris. Leges cõcordantes vide sup.lib.2.c.6.memb.1.reg.2. M.I.R. d.reg.16.exc.1.* Huius exemplum vide *infr.lib.25.c.11.ex.1.*

II. Exceptio: Nisi reus capite sit deminutus. reprobatur *l.2.§.nemo. & l.tutelas.7.§.iniuriarum.ff.de capite minutis.* Vide item de exceptione proposita *inf.lib.24.c.19.quæst.1.excep.2.* Plures propositę regulæ exceptiones vide *inf.lib.1.c.13.l.b.15. c. 2. item infr.in singulis actionum pœnalium speciebus.*

II. QVI-

II. QVIBVS ACTIO POENALIS competit?

Etiam hæredibus actio pœnalis competit, approbatur simul & distinguitur *supr. lib.15.c.4. reg.7.exc.3. cum sequentib.* Ei qui in pœnã incidit, pœnalis actio non datur. *Vide sup.quæst.prox.exc.1.*

III. ADVERSVS QVOS actio pœnalis competit?

I. Regula, De hæredibus delinquentis. Aduersus hos pœnalis actio non datur, approbatur simul & distinguitur *sup.lib.15.c.5.reg.5.exc.1.*

II. Regula, De alio quam qui deliquit. Ex delicto alterius alius pœnali actione non tenetur, approbatur quidem ipso iure *M.I.R.d.cap.19. reg.14.* verum eius exceptio prima est: Nisi seruus deliquerit, ex hoc enim delicto in dominũ eius noxalis competit actio, *de qua infr. dicetur.* Altera videtur: Nisi filius familias deliquerit. nã & hoc casu aduersus patrem eius actio dari videtur. Sed hæc exceptio reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.prox.c.10.quæst.3.exc.11. Concordat Inst. de noxalib.actionib.§.fin. M I.R. d.reg.14. exc. 1.* Tertia: Nisi vxor deliquerit. nam hoc casu aduersus maritum actio videtur danda. Sed reprobatur *l.cum te.3.ibi, cum neq; maritum. C. ne vxor pro marito.* Plane admittitur in casu *l. obseruare. 4. §. proficisci.ff.de officio proconsulis.*

III. Regula, De filio familias delinquente. Aduersus hunc datur pœnalis actio. *Inst.de noxalib.actionib.§.fin. Concordant ea quæ proposita sunt sup. lib.15.cap.2.exc.4.*

IV. Regula, De ipso seruo delinquente iam manumisso, proponitur *supr.lib.6.ca.10.quæst.13. reg.9.except.3.*

IV. QVID QVANTVMQVE veniat in pœnali actione?

Definitur hæc quæstio *Inst. de actionib.§. omnes autem.* Est item huius quæstionis regula, quod nunquam ex post facto præteriti delicti æstimatio crescat. *l.omnis.180.in fin.D.de reg.iuris.* Sed & plures propositæ quæstionis regulas vide *supr. lib.1.c.14.de reliquis circumstantiis.*

V. ADIVNCTA OFFICIA actoris iudicis.

I. Regula: Actor in crimen subscribere non cogitur, approbatur simul & distinguitur *l.si quis 3.ff.de priuatis delictis.*

II. Regula: In pœnalibus causis benignius interpretandum est. *l.penult.ff.de pœnis. Concordat l.factum.197.§.fin.ff. de reg. iuris. M.I.R. lib.2. cap.6. quæst.2.reg.31.*

VI. EVENTVS POENALIUM actionum.

Actiones ex maleficiis descendentes infamant, quæ regula approbatur simul & distinguitur *supr.lib.1.cap.20.*

DE FVRTIS, ET DE ACTIONE furti.

CAP. II.

PRimo: Definitio furti proponitur *Inst. de oblig.quæ ex delicto nasc.§.1. Concordat iisdem verbis l.1.§.fin.ff.de furtis.M.I.R.d.c.10.reg.19.*

II. Ratio nominis seu etymologia furti proponitur *Inst. d.tt.§.furtum autem. Concordat iisdem verbis l.1.in princ.ff.de furtis.*

III. DIVISIONES ET SPECIES furti.

Furti diuisio proponitur *l.1.ff.de furtis. Concordat Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc. §. furtorum.M.I.R. d.cap.10.reg.20.* Sed & species furti varias vide *infr.membr.prox.quæst.2.*

IV. EVENTVS FVRTI.

I. Regula: Nascitur ex furto actio furti, item condictio & vindicatio rei furtiuæ. *de quibus dicetur infra in sequentibus.*

II. Regula: Item nascitur hinc actio concepti & oblati, prohibiti & non exhibiti furti, quæ regula declaratur, approbatur & mutatur *Inst.d. tt.§.conceptum.*

DE FVRTI ACTIONE.

I. Differentia huius actionis à cõdictione & vindicatione rei furtiuæ, proponitur *l.si pro.7.§. furti actio.ff. d.condict. furtiua. Concordat l. si pignore. 56.§.cum furti.ff.de furtis.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS COMpetit actio proposita, & furti species.

I. Causa generalis: Si quis furtum fecerit, & rem alienam inuito domino contrectauerit, approbatur *Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. furtum autem fit. Concordat l.qui iumenta.41.ff.de furtis, M.I. P.lib.5.c.8.reg.4.M.I.R.d.c.10.reg.24.*

II. Causa: Si quis rem alienam vi rapuerit. *l.si vendidero.82.§.cum raptor.ff.d.tt.l.1.ff. vi bonorum raptorum.l.item si 14.§.qui vim.ff.quod metus causa. item Inst. de vi bonorum raptorum, in princ. Vide item infra cap.8.quæst.10.reg.2.*

III. Causa: Seruus vel ancilla fugiens, sui furtum facit, *l.1. C. de seruis fugitiuis. l. ancilla. 62. ff. de furtis. Concordant item ea quæ proponuntur supr. lib.7. cap.10.exc.22.*

IV. Causa: Si quis vsum rei alienæ in suum lucrum conuertat. *l.si pignore.56.§.1.D. de furtis.* Huius exemplum est, si rem sibi commodatam alij commodauerit. *quod proponitur d.§.1.* Aliud, si quis pecuniam alienam creditori suo in solutum dederit. *quod habetur l.si alieni.78.ff. de solutionibus.*

V. Causa: Si creditor pignore, vel depositarius re deposita vtatur. *d.l.56.in pr.Inst.de oblig.quæ ex delicto.§.furtum autem fit. Concordant item ea quæ proposita sunt supr.lib.17.c.7.quæst.2.caus.2.*

VI. Causa: Si fullo vel sarcinator vestimentis vtatur. *l.fullo.84.in pr.ff.de furtis.*

VII. Causa: Si quis re, quam vtendam accepit, aliter quam accepit vtatur, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.causa 1.item supr.lib.17.c.4.q.5. exc.6.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi putabit se non inuito domino aliter re commodata vti *Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc.§.placuit.& l.qui re.78.in pr.ff.de furtis.* Altera: Nisi non inuito domino re aliter est vsus, approbatur simul & distinguitur *infr.exc.gener.21.*

VIII. Causa: Si quis rem sibi commodatam alij commodauerit. *l.si pignore.56.§.1.ff.de furtis.*

IX. Causa: Si pecuniam quam quis perferendã accepit, retineat. *l.si is.7.C. de furtis.l.falsus.44. §.1.ff.eod. tt.item l.quemadmodum.38. in fin.ff.de noxalibus actionib.* Huius causæ exceptio est: Nisi

cum debitor aliquem falso putaret creditoris procuratorẽ in rem suam, debitũ ei soluit. *d.§.1.*

x. Causa; Si quis pecuniã à debitore acceptã, vt creditori eius solueret, suo, non debitoris nomine soluerit. *l.si quis.53.§.Iulianus.ff.de furtis.*

xi. Causa: Si quis rem alienam sciens alienauerit. *l.alienum.6. & l.si seruum.16. C.eod.tt. M.I.R. d.cap.10.reg.23.*

xii. Causa: Si creditor pignus sine causa vendidit. *l.si is qui.75.ff. de furtis. Concordat l.etiam furti.8.C.d.tt.*

xiii. Causa; Si creditor soluto debito pignus non restituat. *l.si quis.53.§.eum credit.ff.de furtis.*

xiv. Causa; Si fructuarius celandæ vel supprimendæ proprietatis causa quid fecit. *l.inter omnes.47.§.si seruus.in fin.ff.d.tt.*

xv. Causa; Si colonus post lustrũ conductionis fructus percepit. *l.inficiando.69.§.si.ff.de furtis.*

xvi. Causa: Si depositarius depositum abnegat, reprobatur sub conditione *l.1.§.solæ.D.d.tt. Concordat d.l.69. in pr.M.I.P.d.c.8.reg.2.*

xvii. Causa: Si furti faciendi causa conclaue intrauit, vel furtum facere destinauit, reprobatur *per ea quæ proponuntur infr.exc.35.*

xviii. Causa; Si rem alienam à non domino quis sciens accepit. *l.ancillæ.12.in fin. C.de furtis.l. seruus.36.D.de condict.indebiti.*

xix. Causa: Si alienum quid iacens sustulit retinẽdi animo, approbatur, simul & distinguitur *l.falsus.44.§.qui alienum.D.de furtis. M.I.P.d.ca. 8.reg.1.M.I.R.d.cap.10.reg.22.* Exceptio prima est: Nisi ignorauit cuius res sit. Sed reprobatur *d.§. qui alienum.* Altera; Nisi dominus rem sponte reiecit. *d.§. qui alienum.* Huius exceptionis prima replicatio videtur; Nisi is qui tollit, fundi animũ habuerit, sed reprobatur *ibid.* Altera: Nisi dominus rem reiiciens, simulet se eam pro derelicto habere, cum reuera eam pro derelicto non habeat, reprobatur *d.l.44.§.si quis sponte.* Tertia; Nisi nõ derelinquẽdi animo dominus rem reiecerit, approbatur, simul & distinguitur *d.l.44.§.si iactũ.* Tertia exceptio est; Nisi is qui tollit, putet rem à domino pro derelicto habitam esse. *d.§.si iactum. item d.l.44.§.qui alienum.ibi, sea etsi non sit.* Quarta; Nisi non vt retineret, sed vt restitueret inuentum, sustulit. *d.§.qui alienum.ibi, sed si neque fuit.item §.si iactum.ibi, enimuero si hoc animo.* Huius replicatio est; Nisi domino reposcenti non reddit. *l.Pomponius.44.in fin.ff.de adquir.rer.dom.*

xx. Causa; Si indebitum sciens quis accepit. *l. quoniam.18.in pr.D.de condictione furtiua. l.cum quis. 38.§.si debitorem.ibi, quoniam furtum.D.de solutionib. l.vulgaris.21.§.si is qui.D.de furtis. Concordant item ea quæ proponuntur infr.caus.23.* Huius exceptio est; Nisi is qui indebitum accipiebat, illud delegauerit alij soluendum, approbatur, simul & distinguitur *l.falsus.44.§.si is qui.D.de furtis.*

xxi. Causa; Si quis rem alienam simulans suam esse, ab aliquo acceperit. *l.si rem.45.§.1.D.de furtis.l.si quis.53.§.si fugitiuum.D.d.tt.*

xxii. Causa; Si tributorum exactor, cum nihil deberetur, nihilominus pignus abduxerit & vendiderit. *l.etiam furti.8.C.de furtis.*

xxiii. Causa; Si quis simulans se creditorẽ, debitũ accipiat. *d l.44.in pr.l.si quis.53.§.apud Labeonẽ.item l.si vendidero.28.§.falsus.ibi, quod æque.ff.d.tt.*

xxiv. Causa; Si falsus procurator pecuniam à debitore accepit. *d.§.falsus.d.l.44.§.1.d.l.45.in pr.l.si quis seruo.18.in fin.D.de solutionibus.l.cum quis. 38.§.si debitorem.ibi, quoniam furtum.D.d.tt.l.si procuratori.14.in fin.D.de condict.causa data.item l.falsus. 19.C.de furtis.* Plane propositæ causæ exceptio prima est; Nisi promissum tantum, non solutum sit falso procuratori. *l.si is qui.77.D.de furtis.* Altera; Nisi is cuius nomine falsus procurator pecuniam accepit, ratum habuit, approbatur; simul & distinguitur *l.si vendidero.82.§.si Titius.D.d.tt.* Huius replicatio est; Nisi falso procuratori indebitum solutum sit, tunc enim, quamuis is cuius nomine solutum est, ratũ habuerit, nihilominus tamen furti actio durat. *d.§.si Titius.* Tertia exceptio est; Nisi pecunia falso procuratori ita sit data, vt eius fiat, hoc enim casu furtum non fit. *l.falsus.44.§.1.ibi, quod si ita.D.de furtis.*

xxv. Causa; Si is cui alieno nomine recte solui potuit, eo tempore quo facultas ista soluendi ei desiit, solutum acceperit, approbatur exemplis *l.si is qui.68.§.Iulianus.D.de furtis.*

xxvi. Causa; Si seruus se liberum, vel filiusfamilias se patremfamilias simulet, vt sibi credatur, reprobatur *l.si quis.53.§.seruus.D.de furtis.*

xxvii. Causa; Si quis verbis fraudem adhibuit; vt sibi vel alij credatur, vt puta dicendo se locupletem, fideiussores se daturum, pecuniam confestim solituru, &c. reprobatur *l.falsus.44. §.si quis nihil.D.de furtis.* Huius causæ reprobatæ exemplũ est *supr.caus.prox.* Plane admittitur causa proposita, si cum quis certę personæ crediturus esset, alius pro ea subiectus sit minus idoneus. *d. l.53.§.cum Titio.& l.si is qui.68.§.si tu.D.d.tt.*

xxviii. Causa; Si ære pignori dato, adfirmatur id aurum esse, reprobatur *l.cum æs.20.in pr.D. de furtis.& l.si quis.36.D.de pignoratitia actione.*

xxix. Causa; Si falsa pondera pro veris subiecit vel commodauit. *l.si quis.53.§.si maiora.Dig. de furtis.*

xxx. Causa; Si nomen suum ex instrumento emptionis sustulit. *d.l.53.§.si quis seruo.*

xxxi. Causa; Si tabulas meas quis descripserit, vel vt id faceret, seruo meo persuaserit, reprobatur *d.§.si quis seruo.*

xxxii. Causa; Si quis tabulas vel cautiones vel librum aut imaginem interleuit. *l.qui tabulas 27.§.fin. cum quatuor legibus sequentibus. D. de furtis.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi prius subripuerit, postea deleuerit. *l.sed si 28.D.d.tt.* Altera; Nisi reipublicæ instrumenta deleuerit, reprobatur *l.sed & si 31.D.d.tt.* Tertia; Nisi non furti faciendi, sed tantum damni dandi animo deleuit. *l.si quis.41.§.fin.D.ad l.Aquiliam.*

xxxiii. Causa; Si tabulas vel libellum alicuius publice legit. *l.Sempronia.74.D.de furtis.*

xxxiv. Causa; Si quis equum vel asinum alienum in equas suas gignendi causa admisit, reprobatur sub conditione *l. si quis. 53. §. si quis asinum.D.de furtis.*

xxxv. Causa; Si cretæ fodiendæ causa specum fecit, & cretam abstulit. *l.si cretæ.59.D.d.tt.*

xxxvi. Causa; Si fur aliquid fregit aut rupit, reprobatur *l.si quid.22.in pr.de furtis.* Exemplum proponitur *d.l.22.§.1.*

xxxvii. Causa; Si cuius ope & consilio furtum

tum factum sit, si furem celat, rem furtiuam suscepit. De his aliisq; similib. causis vide *inf.c.4.*

xxxviii. Causa; Si debitor rem pignori obligatam vendidit, approbatur *per ea quæ proponuntur infr.exc.gener.18.repl.1.*

xxxix. Causa: Si quis pro re aliena vendita pretium acceperit, reprobatur *l.si quis.53.§.si Titius.ff.de furtis.*

xl. Causa; Si quis fugitiuum celauerit. *l. aduersus.4.C.de furtis.l.qui seruo.36.§.si duo.ff.d.tt.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum generales.

i. Exceptio: Nisi seruus domino, vel filiusfamilias patrifurtũ fecerit, approbatur *Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc.§.hi qui in l.ne cum filiofamilias. 16.l.serui.17.in pr.item l.si quis.53.in prin.ibi, idem dicendum.ff.de furtis.1.C.de noxalib.actionibus. M.I.R.d. cap.10.reg.24.exc.1.& 11.* Huius exceptionis replicatio prima videtur; Nisi seruus qui domino furtum fecit, manumissus sit, vel alienatus. Sed reprobatur *d.l.1.d.l.17.in pr.ibi, vnde est quæsitum.l. 1.§.hæc autem.ibi, dominus aũt.ff.si is qui testamento liber esse iussus erit.item l.si seruus 63.in pr.ibi, quod tamen non.ff. de furtis.* Plane admittitur replicatio proposita, si manumissus vel alienatus rem furtiuam contrectauerit. *quæ distinctio approbatur legib.iam propositis.* Altera replicatio: Nisi seruus cõmunis vni ex dominis furtũ fecerit, reprobatur *l.falsus.44.§.etiamsi ibi, quia etiamsi.ff.de furtis.& d.l. 63.in pr.* Tertia: Nisi filius familias qui castrense peculium habet, patri furtum fecerit. *l.si quis.53. in pr.ibi, sed si filius.ff.de furtis.* Quarta: Nisi seruus legatus vel liber esse iussus, ante aditam hæreditatem hæredi furtum fecerit. *l.à Titio.66. & l.si iussu.45.§.fin.ff.d.tt.* Quinta: Nisi seruus, cum emptori furtũ fecisset, postea in emptus sit factus, reprobatur *l.inficiando.69.§.cum seruus.& l.serui. 17.§.cum autem.ff.d.tt.* Sexta: Nisi quoad exceptionem seu retentionem, si seruus venditus, antequam traderetur, vẽditori furtũ fecit, hoc enim casu venditor retentionem habet de peculio. *l. seruus.30.in pr.ff.de act.empti.* Septima: Nisi is qui testamento liber esse iussus est, post mortẽ domini ante aditam hæreditatẽ ex hæreditate defuncti aliquid subripuit, approbatur simul & distinguitur *infr.lib.prox.c.4.* Octaua: Nisi seruus, cum in fuga esset, domino furtum fecerit, & ab alio possideatur. *l.serui.17.§.fin.D.de furtis.*

ii. Exceptio; Nisi is qui bona fide possidetur, ei à quo possidetur, furtũ fecerit, approbatur simul & distinguitur *l.apud antiquos.21.C.de furtis.*

iii. Exceptio; Nisi pater filio quem in potestate habet, furtum fecerit, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.15.cap.2. except.5.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi rem castrensis peculij pater abstulerit. *l.si quis.53.in pr.ibi, an autem pater.ff.de furtis.*

iv. Exceptio; Nisi vitricus vel nouerca res priuigni sui abstulerit, reprobatur *l. si nondum.3. C.de furtis.Concordat l.de his.11.C.d.tt.*

v. Exceptio; Nisi libertus patrono, vel cliens, vel mercenarius ei qui eum conduxit, furtum fecerit. *l.si libertus.91.ff.de furtis.*

vi. Exceptio; Nisi vxor marito, vel cõtra maritus vxori furtum fecerit. *l.1.cum l.sequente.ff.rer. amotarum.l.vxor.5.ff.expilatæ hæred.l.2.C.rerũ amotarum.item l.quamuis.17.C.de furtis.M.I.R.d.exc.11.* Huius exceptionis replicatio videtur; Nisi vxor rem marito commodatam abstulerit. Sed reprobatur *l.vlt.§.cum autem.C.de furtis.*

vii. Exceptio; Nisi tutor pupillo, vel curator adolescenti furtum fecerit, reprobatur *l.tutor.31.ff.de furtis.l.2.in princ.ibi, quod si furandi.ff.de tutelæ actione.*

vii. Exceptio: Nisi seruus furtiuus furi furtum fecerit, reprobatur *l.inficiando.69.§.quod furti.ff.de furtis.*

ix. Exceptio; Nisi impubes furtum fecerit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi impubes proximus sit pubertati, & doli capax. *Institut.de obligat.quæ ex delicto nasc.§.in summa.l.impuberem.23.cum l.sequente.ff.de furtis.*

x. Exceptio; Nisi nemo sit rei subreptæ dominus vel possessor. *l.si hæreditariam.6.ff.expilatæ hæred.l.1.§.Scæuola.ff.si is qui testamento liber esse iussus erit, &c. item l.falsus.44.§.qui alienum.ibi, nec enim furtum.ff.de furtis.* Huius exceptionis exemplum primum est, si quis rem hæreditariam abstulerit. *Quod legibus iam allegatis proponitur, de quo vide plura infr.except.15.* Alterum exemplum est, si quis rem à domino pro derelicto habitam abstulerit. *quod habetur supr, caus. 19.exc.2.* Plane huius exceptionis replicatio est; Nisi cum res eius qui est apud hostes, ablata esset, is postliminio redierit. *l.si cum 24.in prin.ff.de furtis.*

xi. Exceptio; Nisi res sacra sit ablata, hoc enim casu non furti actio competit, sed accusatio publica de sacrilegio. *de qua re vide infr.lib.prox.c.7.*

xii. Exceptio; Nisi publica res sit ablata, reprobatur *l.ob pecuniam. 83.ff. de furtis.l.sed & si 13.in fin.ff.d.tt.*

xiii. Exceptio; Nisi liber homo sit ablatus, ipso quidem iure approbatur *exemplo l. mater.38. in pr.ff.de furtis.* Verum eius replicatio est; Nisi filiofamilias subrepto, pater furti agat. *l.eum qui. 14.§.si filiusfamil.& l.si filius.39.ff.d.tt.item Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc.§.interdum etiam.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi pater nõ furti actione, sed condictione furtiua agere velit. *d.l.38.*

xiv. Exceptio; Nisi feras bestias, volucres vel pisces quis subripuerit, approbatur simul & distinguitur *supr.lib.7.c.1.caus.2.*

xv. Exceptio: Nisi res hæreditaria sit subrepta, approbatur simul & distinguitur *l. hæreditariæ.70.cum duabus ll. sequentib.ff.de furtis. Concordant ea quæ proposita sunt supr.except.10.in prin.item l.si seruus.40.ff.de noxalib.act.M.I.R.d.reg.24.exc.12.* Huius exceptionis replicationes hæ sunt: Nisi res hæreditaria à defuncto alij fuerit pignori data, commodata, aut vsusfructus eius alienus sit. *Quæ d.l.70.cum sequentib.approbantur.* Sed & replicatio eius hæc est; Nisi res subrepta ipsi defuncto pignori data fuerit, commodata aut locata. nam & hoc casu nihilominus dominus rei furti actionem habebit. *l.eum qui.14.§.si res.D.d.tt.*

xvi. Exceptio; Nisi res immobilis ablata sit. *l.item si 14.§.qui vim.ff.quod metus causa. Inst.de vsucap.§.quod autem ad eas.ibi, abolita est.l.quare.38.ibi, abolita est.ff.d.tt.item l.verum est.25.in pr.ff.de furtis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non furti agatur, sed condictione. *d.l.25.in princ.*

XVII. Exceptio: Nisi fructus, arbores, & alia quæ partes fundi sunt, auferantur, reprobatur *d.l.25.in fin.l.si apes.26.in fin.item l.si seruus. 63. §. locaui.ff.d.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi rem suam quis subripuerit, approbatur ipso iure, verum eius replicatio prima est: Nisi debitor pignus subripuerit vel vendiderit. *Inst.de oblig.quæ ex delicto §. aliquando.& §.furti autem,in fin.l.itaq; 12.§.sed si res.ibi,verū contra ipsum.l.in action.19.§.fi. l.si seruus. 63.§. locaui. item l.si is qui.68.in pr.ff de furtis.* Altera replicatio est: Nisi pars rei alterius sit. *l.si socius. 46. D.d.tt.* Tertia: Nisi vsusfructus rei alterius sit. *l.creditoris.15.§.dominus.& l.cum æs. 20.§ fin.ff.d.tt.* Quarta: Nisi dominus rem suam bonæ fidei possessori auferat. *d.§.fin.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi nihil intersit bonæ fidei possessoris, rem ei à domino subreptam esse. *l.qui iniuriæ.55.§.fin.ff. de furtis.* Quinta replicatio est; Nisi dominus rei commodatæ commodatario rem cōmodatam auferat, reprobatur sub conditione *d. l.15.dominus.Concordat l.si is.61.D.d.tt.* Sexta; Nisi non rem suam, sed pretium rei suæ venditę dominus subripuerit. *l.qui vas.49. §.fin.ff. de furtis. l.quemadmodum.36 §.si seruus.ff.de noxalib.actionib.*

XIX. Exceptio: Nisi quis rem sibi debitā subripuerit, approbatur exemplo *l.cum creditor.57.ff. de furtis.* Aliud exemplū proponitur in emptore, *l.eum qui.14.§.adeo.D.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi debitor retentionē in re habuit, vel per exceptionem aliquam defendebatur *d.§.adeo.vers.plane.* Altera: Nisi creditor debitoris condemnati bona propria authoritate distraxerit. *l.miles.6.§.pen.ff.de re iudicata.*

XX. Exceptio; Nisi seruus commodatoris commodatario rem commodatam subripuerit, reprobatur sub conditione *l. qui iniuriæ.55.§.1.ff. de furtis.l.rem mihi.21.§.in exercitu.ibi, sed & illi & §. fin.ff.commodati.*

XXI. Exceptio: Nisi non inuito, sed volente domino quis rem eius contrectauerit. *l. qui vas. 49.§.qui ex voluntate.ff.de furtis.M.I.R.d.reg.24 exc. 5.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi domino ignorante quis rem eius contrectet. *d. §.qui ex voluntate.vers. vetare autem.* Altera: Nisi is qui subripuit, inuito domino se hoc facere putauit, reprobatur *Instit.de oblig.quæ ex delicto nasc.§. sed etsi credat.l.inter omnes.47.§.penult. Dig. de furtis.* Tertia: Nisi cum quis seruum alicuius sollicitasset, vt res aliquas domino auferret, & ad se perferret, seruus id domino indicauerit, & dominus, vt solicitatorem in ipso delicto deprehenderet, permiserit seruo rem ad eum perferre. *Inst.d.§.sed etsi credat.ibi,vnde illud.& l.si quis. 20.C. de furtis.de qua re vide infr.lib.prox. cap.9. quæst.2.exc. 14.repl.2.*

XXII. Exceptio: Nisi sciente & non prohibente domino, rem eius quis subripuerit, approbatur simul & distinguitur *l. si quis. 93.Dig.de furtis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi dominus sciens prohibere non potuit. *d. l. 93.vers.& quia.* Altera: Nisi verecundia motus prohibere noluit. *d.l.93.Vide item supr.exc.prox.*

XXIII. Exceptio: Nisi quis seruis domini mandantib. pecuniam eius abstulerit, eaq; prædium emerit, dominusq; id ratū habuerit. *l.1.C.de furtis.*

XXIV. Exceptio: Nisi non furandi animo quis rem alienam abstulerit, vel contrectauerit. *l.si quis.41.§.fin.ff.ad l. Aquiliam.l.verum est.40.ibi,nec enim factum.& l.in furti.51. §. recte Pedius. ff. de furtis. Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc.§.placuit,in fin. & §.in summa.M.I.P.d.cap.8.reg.4.exc.2.* Huius exceptionis exemplum primum est in eo qui per infantiam rem alienam auferat, vt non intelligat quid agat, *de quo Inst.d.§.in summa.* Alterum in eo qui per lasciuiam pecus alienum fugat: *quod proponitur Inst.d.tt.§.interdum quoque. ibi, sed si quid eorum.* Tertium in eo qui asinum alienū in equas suas generandi causa immittit. *l.si quis. 53. §. si quis asinum.D.de furtis.* Quartum in eo qui ancillam alienam libidinis causa rapit, *l. verum est. 40.ff.de furtis.* Huius quarti exempli replicatio est: Nisi ancillā alienam, non meretricem libidinis causa rapuit. *l.fullo.84.§.qui ancillam.ff.d.tt.* Reliqua propositæ exceptionis exempla seu species vide *in exceptionibus proxime sequentib.*

XXV. Exceptio: Nisi putauit se domino volente, vel non inuito, rem eius contrectare *Inst. de oblig.quæ ex delicto nasc.§.placuit. l.inter omnes.47. §.recte.ff.de furtis.item l.qui re.78.in pr.ff.d.tt.*

XXVI. Exceptio: Nisi putauit rem à domino pro derelicto habitam. *l.falsus. 44.§. qui alienum. ibi, sed etsi non sit.§.si quis sponte. & §.si iactum, in fin. Dig.d.tt.*

XXVII. Exceptio: Nisi putauit rem suam esse. *Inst.vi bonor.raptorum. §.ita tamen competit,in fin. M.I.P.d.reg.24.exc.4.* Exemplum proponitur *l.si quis.85.in pr.ff.de furtis.*

XXVIII. Exceptio: Nisi redditurus domino rem iacentem sustulit, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.caus.19.exc.4.*

XXIX. Exceptio: Nisi ideo rem subripuit, vt eam alij donaret, reprobatur *l.si pignore. 56.§.1. ibi,vnde & is.ff.de furtis.*

XXX. Exceptio: Nisi cum eo quis furtum fecerit, qui ipse furti actione conueniri non potest, reprobatur *l. si quis.35. in princ.ibi, sed etsi furtum.ff.d.tt.*

XXXI. Exceptio: Nisi ei furtum factum sit, apud quem in alea lusum est, approbatur edicto prætoris *l.1.in prin.ff.de aleatoribus. M.I.R. d.reg.24. exc.9.* Huius replicatio prima est: Nisi furtum factum sit alio tempore, quam quo alea lusum est. *d.l.1.§.item notandum.* Altera: Nisi non in domo in qua alea lusum est, sed alibi furtum factum sit. *elicitur ex verbis edicti d.l.1. in princ.* Concordat *d.§. item notandum.* Declaratur replicatio proposita *d.l.1.§.domum.* Tertia replicatio videtur: Nisi alius quam lusor furtum fecerit. Sed reprobatur *d.§.item notandū.* Quarta: Nisi non furti actione, sed condictione vel vindicatione furtiua agatur *d.l.2.§.quod autem.*

XXXII. Exceptio: Nisi fur ignoret cuius res sit, reprobatur *l.falsus.44.§. qui alienum. Digest. de furtis.*

XXXIII. Exceptio: Nisi actoris nihil intersit, rem subreptam esse, approbatur exemplo *l. si quis.53.§.fin. & l.qui tabulas.27.§.inde potest.ff.d.tt.*

XXXIV. Exceptio: Nisi fur rem non celauerit, approbatur exemplo *l.qui vas.49. §. qui ex voluntate,in fin.ff.de furtis.*

XXXV. Exceptio: Nisi contrectatio secuta non sit. *l.si quis 53.§.neque verbo.l.1.§.sola.l. vulgaris.21.§. qui furti.item l.si quid 22.ff. d.tt. l.possideri.3. §.si rem, in fin.ff.de adquir.possess.item l.sæpe.53.§.fin. in fin.ff. de verb.signific.*

XXXVI. Exceptio: Nisi res subrepta perierit, reprobatur *l.inter omnes.47.in princ. ff. de furtis. l.in furti.51.in princ.ibi, sed etsi in reb.ff.d.tt item l.subtracto.9.C.d.tt.*

XXXVI. Exceptio: Nisi res subrepta ad hostes peruenerit, reprobatur *d.l.47.in princ.*

XXXVIII. Exceptio: Nisi seruus subreptus, postea manumissus sit, reprobatur *d.l.47.in pr.*

XXXIX. Exceptio; Nisi res à domino pro derelicto habita sit, reprobatur *ibid.*

XL. Exceptio: Nisi statulibero vel re sub cōditione legata subreptis, conditio ante aditam hæreditatem extiterit. *l.si quis.53.§.fin.ff.de furtis.*

XLI. Exceptio: Nisi dominus rem receperit, reprobatur *l.si pignore.56. §. cum furti. l.qui vas. 49.in pr.item l.qui ea.67.ff.d.tt.l.post decisionem.13.C. d.tt.* Plane admittitur in casu *l. interdum. 58. §. qui furem.ff.de furtis.*

XLII. Exceptio; Nisi dominus furem deprehensum deduxit ad præfectum vigilum vel præsidem, & ab eo condemnatione facta, rem ablatam recipit *d.§.qui furem.*

XLIII. Exceptio: Nisi furti nomine semel actū sit, approbatur quidem ipso iure, quo exceptio rei iudicatæ introducta est, verum eius replicatio prima est: Nisi cum alio antea sit actum. *l.qui re.78.§.fin.ff.de furtis.l.vulgaris.21.§.pen. ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum domino serui furis sit actum, hoc enim casu seruus manumissus exceptione defenditur. *l. si seruus.43.in fin.D.d.tt.* Altera replicatio est: Nisi alterius nomine antea sit actum. *l.si quis.35.in fin. & l.si quis.85.§.fin ff.d.tt.* Tertia: Nisi de alia re antea sit actum. *d.§. fin.l.interdum.58.§.fin. ff. d.tt.l. si pro.7. §. 1. ff. de condictione furtiua. item l.ancillæ. 12. ibi,quapropter.C.de furtis.* Quarta: Nisi ex alia causa agatur, & ex alia contrectatione, quam actum est prius. *l.inter omnes.47.§.fin. & l interdum.58. in princ.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi fur retenta rei furtiuæ possessione, eam sæpius contrectauerit. *l.ei qui.9.in pr.D.d.tt.* Cuius triplicatio prima videtur: Nisi res postquam creuit, rursus fuerit contrectata. Sed reprobatur *d. l.9.* Altera triplicatio est: Nisi post dominium rei mutatum, fur eam rursus contrectauerit. *d.l. 58.in pr. & l.si dominium.48.ff.d.tt.* Quinta replicatio: Nisi alia actione antea sit actum, reprobatur *l.si is.73.in pr.& l si quis.90.ff.d.tt.l.1.C. de furtis. item l 1.ff.vi bonorum raptorum.* Plane admittitur, si condictione vel vindicatione rei furtiuæ actum sit, hoc enim casu furti nihilominus agi potest. *l.ancillæ.12.C.d.tt.l.si pro.7.§.1.ff.de condict.furtiua.* Sexta replicatio: Nisi alius antea egerit, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi vnus ex duobus commodatariis, vel quib. res simul locata fuit, furti egerit, hoc enim casu alij postea agenti obstat exceptio. *l.si vt.5.§.fin. cum l.sequente.D.commodati.*

XLIV. Exceptio: Nisi de furto transactum sit. *l.post decisionem.13.C.de furtis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non transigendi animo sit factum. *d.l.13.* Altera: Nisi alius, non actor de furto transegerit. *l.inter omnes.47.§.hoc amplius. ff.de furtis.* Huius replicat. duplicatio prima est: Nisi cum seruo res peculiaris ablata esset, seruus transegerit, hoc enim casu etiam domino agenti transactionis exceptio nocet. *l.si quis.53.§.si seruus. D.de furtis.* Altera: Nisi tutor vel curator actoris de furto transegerit. *l.si pignore.56.§.fin. & l. interdum.58.§.qui tutelam.ff.eod.tt.*

XLV. Exceptio: Nisi reus delato iureiurando iurauerit, furtum se non fecisse, approbatur simul & distinguitur *l.si quis.53.§.si quis iurauerit. ff.de furtis.*

XLVI. Exceptio: Nisi dominus rem suam auferat, reprobatur *l.qui vas. 49.in pr.ff.de furtis.l. quemadm.38.§.si seruus.ff.de noxalib.actionibus.*

XLVII. Exceptio: Nisi fur sit mortuus, approbatur *per ea quæ proponuntur infr.c.4.reg.1.exc.5. l.si cum.42.§ quamdiu.ff. de furtis.item l. si seruus.63. in princ.ibi,ex his igitur.ff.d.tt.*

XLVIII. Exceptio: Nisi fur hostium seruus sit effectus, approbatur simul & distinguitur *d. l.42.§.fin.*

XLIX. Exceptio: Nisi fur seruus eius cui furtum fecit, factus sit, approbatur simul & distinguitur *l.si alienus.37.ff. de noxalibus. & l. à Titio. 66. ibi,& vt maximo.ff.de furtis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi post litem contestatam dominium furis is qui furtum passus est, nactus sit. *d.l.37.* de qua re vide plura *infr.lib.prox.2. quæst. 2.except.13.repl.2.* Altera: Nisi is qui furtum passus est, seruum rursus alienauerit, reprobatur *d. l.37.d.vers. & vt maxime. item l. quod dicitur.18.Dig. de furtis.* Tertia: Nisi pro parte tantum dominium furis sit nactus, reprobatur *l.falsus 44.§. penult.ff.d.tt.* Quarta: Nisi vsumfructum tantum in seruo fure nactus sit is qui furtum passus est. *d.l.44.§.vlt.* Hactenus de causis actionis furti, earumque exceptionibus.

III. Quibus competat furti actio? vide *infr. cap.proxim.*

IV. Aduersus quos competat furti actio? vide *infr.cap.4.*

V. PER QVOS COMPETAT furti actio?

Etiam per procuratorem exerceri potest, *l. aduersus.4.in fin.C.de furtis.*

VI. Quid quantumque veniat in actione furti? vide *infr.cap.5.*

VII. ADIVNCTA OFFICIA ACTOris & rei conuenti.

I. Regula, De re subrepta ab actore designāda, proponitur *l.in actione.19.ff.de furtis.* Similis regula habetur *l.si quis.53.§.si linea.ff.d.tt.*

II. Regula, De subscribendo in crimen, proponitur *l.vlt.ff.de furtis.*

III. Regula: Iusiurandum in hac actione delatum, referri non permittitur. *l. non magis. 12. ff.rerum amotarum.*

IV. Regula; Si reus rem se emisse dicat, venditorem exhibere debet. *l.ciuile est.5.C.de furtis.*

VIII. EVENTVS.

I. Regula; Hæc actio infamat. *l.non poterit.65. de furtis.Concordant ea quæ proponuntur supr.lib.1.ca. 20.quæst.1.caus.4.*

II. Regula; Venditor quod hac actione cōsecutus

cutus est, emptori restituere tenetur. *l. eum qui 14. in pr. ibi, & si quid ex. ff. de furtis.*

II. Regula, Creditor cui pignus subreptum est, quod hac actione consecutus est, debitori pignoraticia agenti restituere tenetur. *l. creditores. 15. in princ. D. eod. tt.*

IV. Regula; Locator conductori id quod hac actione consecutus est, cõducti iudicio restituere tenetur. *l. si quis. 53. §. si sulphurariæ. ff. de furtis.*

V. Regula, Cõmodatarius quod furti actione consecutus est, commodatori restituere non tenetur. *l. manifestissimi. 22. §. sed cum in C. de furtis.*

IX. Adfinia propositæ actionis remedia vide *infr. c. 6. cum sequentibus.*

QVIBVS COMPETIT FVRTI ACTIO?

CAP. III.

PRima regula, De eo cuius interest rem subreptam non esse, proponitur *Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. furti autem. l. cuius. 10. & eum qui. 14. §. si res, in fin. §. qualis. item §. si epistola. ibi, is ergo. ff. de furtis. l. manifestissimi. 22. in princ. C. de furtis.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi non ex honesta causa interit. *l. quinimo. 11. ff. de furtis. l. itaque. 12. §. 1. l. qui re. 78. §. si quis alteri. item l. is cuius. 87. in princ. ff. d. tt.* Plura de hac exceptione vide *infr. reg. 20.* Altera exceptio est; Nisi creditor, re debitoris subrepta, *l. interdum. 56. D. de furt.* Tertia; Nisi mulier, dote subrepta. *d. l. 50. de qua re vide item inf. reg. 16.* Quarta; Nisi quoad lucrum captandum, non ad damnum vitandum intersit, *l. si is. 73. §. fin. & l. qui re. 78. §. si quis alteri. ibi, nec vtimur. ff. d. tt.* Quinta; Nisi negociorũ gestor, tutor vel curator domini. *l. is cuius. 87. D. de furtis.* Sexta; Nisi is cui res subrepta ex stipulatu vel ex testamẽto debetur. *d. l. 87. in fin. Concordant ea quæ proponentur inf. reg. 23. vide item infr. 24. exc. 1.* Septima exceptio est; Nisi fideiussor eius cuius periculo res est. *d. l. 87. in fi.* Plures propositæ regulę exceptiones; sed & species vide *in regulis sequentibus.*

II. Regula, De domino rei subreptæ. Huic regulariter cõpetit furti actio, cuius regulæ exceptio est; Nisi domini nihil interfit rem saluã esse. *Instit. de obligat. quæ ex delicto nasc. §. furti autem.* Huius exempla vide *in regulis sequentibus.*

III. Regula, Re locata subrepta, cõductori, non domino competit furti actio. *l. eum qui. 14. §. quod si condux. & § qualis. ff. de furtis. item l. si filiofamilias. 60. in fin. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi sine culpa conductoris res subrepta sit, tunc enim domino competit, nõ conductori *d. §. quod si conduxerit.* Altera; Nisi mortuo conductore, nondum adita eius hæreditate, res locata subrepta sit. *d. l. 14. §. res commodata.*

IV. Regula, De colono. Huic etiam competit furti actio. *d. l. 14. §. præterea. l. si apes. 26. in fi. l. fullo. 84. §. frugibus. item l. si quis. 53. §. si sulphurariæ. ff. d. tt.*

V. Regula, De caupone & magistro nauis, necnõ domino rei subreptæ. Cauponi vel nautæ, non domino rei subreptæ in naui, furti actio cõpetit. *l. sed & 4. in pr. ff. nautæ, caupones. l. vnica. §. quod si recipit. ff. furti aduersus nautas. item l. eum qui. 14. §. fin. in fin. ff. de furtis.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi ipse nauta subripuit, & postea ab eo subripiatur. Altera exceptio est; Nisi ipse nauta soluendo non sit. *Hæ duæ except. approbantur d. l. 4. in princ.*

VI. Regula, De fullone & sarcinatore, necnon domino rei subreptæ. Fulloni & sarcinatori, non domino furti actio competit. *Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. item si fullo. l. itaque. 12. in pr. ff. de furtis. item l. qui vas. 49. §. si ego tibi. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi fullo vel sarcinator locati actione conuentus, non sit soluendo, *d. l. 12. Instit. de obligat. quæ ex delicto. §. fulloni vero.* Altera; Nisi fullo vel sarcinator locati actione sit liberatus. *l. fullo. 92. in princ. ff. de furtis.* Tertia exceptio est in condictione & vindicatione furtiua, quæ domino magis quam fulloni aut sarcinatori competit. *de qua re infr. suo loco dicetur. Huc pertinet l. cum in plures. 60. §. vestimenta. ibi, sed iudicem. ff. locati.*

VII. Regula, De eo qui rem inspiciendam accepit, proponitur *l. rem inspiciendam. 80. ff. de furtis. l. eum qui. 10. §. 1. ibi, & ideo. ff. commodati.*

VIII. Regula, De eo qui rem perferendam accepit, proponitur *l. eum qui. 14. §. idem Pomponius, in fin. & §. fin. ff. de furtis.*

IX. Regula, De eo qui mandauit rem exigẽti dandam, & eo qui mandatu eius dedit exigẽti furi, habetur *l. si quis. 53. §. apud Labeonem. ff. de furtis. & l. hæc ratio. 3. §. fin. ibi, nam etsi is. ff. de donat. inter vir. & vxorem.*

X. Regula, De eo cui epistola subrepta missa est, & eo qui misit, *l. eum qui. 14. §. si epistola. ff. de furtis. M. I. R. lib. 5. c. 10. reg. 27.*

XI. Regula, De commodatario, re commodata subrepta, & domino rei. Regulariter quidẽ commodatario, non cõmodatori hoc casu competit furti actio, approbatur simul & distinguitur *Instit. de oblig. quæ ex delicto. §. quæ de fullone. l. si vt 5. §. fin. in fin. ff. commodati.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi mortuo commodatario, nõdum adita eius hæreditate, res sit subrepta. *l. eum qui. 14. §. si res. D. de furtis.* Altera; Nisi non principalis res commodata, sed accessoria sit subrepta, reprobatur *d. l. 14. §. non solum.* Tertia; Nisi non furti actione, sed condictione furtiua agatur. *d. l. 14. §. qualis.* Quarta. Nisi commodatarius dolo fecerit circa rem commodatam, *d. l. 14. §. idem Pomponius.* Quinta: Nisi dominus rei commodatario commodati actionem remiserit, & furti agere malit, hoc enim casu domino, non cõmodatario furti actio cõpetit, approbatur simul & distinguitur *l. manifestissimi. 22. in pr. vsque ad §. sed cum in secundam. C. de furtis. Concordat Instit. de oblig. quæ ex delicto nasc. § quæ de fullone.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi dominus cõmodati actionem instituerit, hoc enim casu postea pœnitentia ductus, ad furti actionem redire non potest. *d. l. 22. ibi, & alterutra earum electa. & vers. sui autem quasi commodator. item Instit. d. §. quæ de fullone. ibi, & alterutra.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi dominus ignorans aut dubitans rem subreptam esse, commodati egerit, *d. l. 22. Concordat iisdem verbis Inst. d. §. quæ de fullone.* Cuius triplicatio est; Nisi domino à commodatario sit satisfactum. *d. l. 22.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi commodatario res commodata ab vxore eius sit subrepta, hoc enim casu dominus, quamuis cõmodati actionẽ remittat, furti actio-

actionem non habet. *d. l. 22. § fin.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi maritus non sit soluendo. *d. §. fi. vers. ita tamen, vt si ipse qui rẽ.* Hæc de quinta exceptione. Sexta exceptio est: Nisi commodatarius non sit soluendo. hoc enim casu domino furti actio competit, non commodatario, *d. l. 22. in pr. ibi; sed omnem talem. item §. fin autem nẽsciuit.*

XII. Regula, De eo qui precario rem rogauit. Huic furti actio non datur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur *l. eum qui. 14. §. is qui precario. ff. de furtis.*

XIII. Regula: Pignore subrepto, creditori furti actio competit. *l. itaq; 12. §. sed si res. ff. de furtis. Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. furti autem. item l. si tibi. 26. C. de pign. & hypoth.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi debitor sit soluendo, reprobatur *d. §. sed si res. & d. §. furti autem, ibi: etiamsi idoneum.* Altera Nisi debitor pignus subripuerit. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. quæst. 2. exc. 18. repl. 1.* Tertia: Nisi vna ex duabus rebus pignori obligatis subrepta, altera quã creditor adhuc habet, sufficiat debito soluendo. reprobatur *l. eum qui. 14. §. Papinianus. ff. de furtis.* Quarta: Nisi creditor antea furti actione consecutus sit, quantum sibi debetur. approbatur simul & distinguitur *d. l. 14. §. idem scribit.* Plura de hac exceptione vide *inf. ca. 5. reg. 4. exc. 1. repl. 1.* Quinta exceptio est; Nisi mortuo creditore, nondum adita eius hæreditate, pignus sit subreptum. *d. l. 14. §. si res commodata.* Sexta: Nisi creditor non furti actione, sed condictione furtiua agere velit. *d. l. 14. §. qualis.* Septima: Nisi non agenti creditori, sed & alij res pignori sit obligata: hoc enim casu creditor cui res pignori obligata non est, furti actionem non habet. *l. si quis. 53. §. si ex duob. ff. de furtis. l. interdum. 50 ff. d. tt.*

XIV. Regula: Pignore subrepto, etiam debitori furti actio competit. *l. itaq; 12. § sed si res. ibi: nec non & ipsi. ff. de furtis. l. inter omnes. 47. §. hoc amplius. ff. eod. tt.*

XV. Regula, De depositario. Hic furti actionem non habet. *Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. sed is apud quem. l. eum qui. 14. §. is autem. ff. de furtis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi depositarij interfit rem subreptam non esse. *l. 2. §. & generaliter. ibi: dicet aliquis. ff. vi bonor. raptorum.* Cuius prima replicatio est: Nisi ideo interfit, quod depositarius dolo in re deposita sit versatus, ita vt periculum rei ad eum pertineat. *d. §. is autem, in fin. cum sequente.* Altera: Nisi ideo interfit depositarij, quia culpam rei depositæ promisit, vel precium depositionis accepit. *d. l. 2. §. si in re deposita.*

XVI. Regula: Re dotali subrepta, non mulier, sed maritus furti actionem habet. *l. interdum. 50. in fin. ff. de furtis. l. de his. 11. C. de iure dotium.*

XVII. Regula: Re cuius vsusfructus vel vsus alterius est subrepta, vterq;, tam vsufructuarius vel vsuarius, quam proprietarius, furti habet actionem. *l. inter omnes. 47. §. si seruus. ff. de furtis. l. fur. 14. ff. de vsufructu & quemadm.*

XVIII. Regula, De negociorum gestore, tutore, & eo qui pro tutore negotia gerit. His non datur actio furti. *l. qui iniuriæ. 55. §. qui alienis. ff. de furtis. l. is cuius. 87. ff. d. tt.*

XIX. Regula: Si quis pecuniam suam pro alio falso creditori soluerit: soluenti, non ei pro quo solutum est, furti actio competit. *l. si vendidero. 82. § fin. ff. de furtis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi iussu debitoris alius falso procurator soluerit. *l. si iussu. 45. in pr. ff. eod. tt.*

XX. Regula, De malæ fidei possessore & fure, cui res aliena subrepta est. Hic furti actionem non habet, *per ea quæ proposita sunt sup. reg. 1. except. 1. Concordat l. eum qui. 14. §. Iulian. ff. de furtis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi is cui res locata est, eam alteri commodauerit inuito locatore. hoc enim casu, quamuis furtum eius committat: si tamen res commodatario subripiatur, ipse furti actionem habet. *l. qui vas. 49. §. si ego. ff. de furtis.*

XXI. Regula, De nouo domino, cui res subrepta est alienata. Huic furti actio competit. *l. si dominium. 48. l. si is. 68. § si is cui. item l. interdum. 58. in pr. ibi. sed et si persona. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi res nouo domino nondum fuerit tradita. *l. si vendidero. 82. in pr. & l. eum qui. 14. in pr. ff. d. tt.*

XXII. Regula, De bonæ fidei possessore. Huic quoque furti actio competit. *Inst. de oblig. quæ ex delicto nasc. §. sed & bonæ. l. itaq; 12. §. sed furti actio. ibi. & ideo ff. de furtis. l. si quis. 53. §. sed et si rem. item l furtiuam 76. ff. eod. tt.* Huius regulę exceptio est: Nisi ex caussa lucratiua possideat. *l. si is. 73. §. eius rei. ff. d. tt.*

XXIII. Regula, De eo cui res ex stipulatu debetur. Huic furti actio non datur. *l. is cui. 13. ff. de furtis. l. si is. 68. §. fin. item l. is cuius. 87. in fin. ff. d. tt.*

XXIV. Regula, De hæredibus & cæteris successoribus. Furti actio his quoque datur. *l. 1. §. hæredes. ff. de priuatis delictis. l. si dominium. 48. ff. de furtis.* Huius regulæ exceptio est; Nisi res subrepta alij legata sit. hoc enim casu legatario, non hæredi furti actio competit. *l. si is. 68. § si is cui. ff. de furtis.* Cuius replicatio prima est: Nisi postquam res alij legata est, sit subrepta. hoc enim casu hæredi, non legatario furti competit actio. *l. is cuius. 87. in fin. ff. d. tt.* Altera: Nisi sub conditione res subrepta sit legata. *l. si quis. 53. § fin. & l. si vendidero. 82. § 1. ibi. idq; & in statuliberis. ff. d. tt.* Tertia: Nisi vna re ex pluribus legata, vna sit subrepta. *d. l. 82. §. si ad exhibendum.*

XXV. Regula, De patre eius cui furti actio competit. Huic quoque furti actio competit. approbatur quidem ipso iure, verum eius exceptio prima est; Nisi peculium filij non sit soluendo. *l. si quis. 53. §. si seruus. ff. de furtis.* Altera: Nisi res filiofamilias commodata subrepta sit. *l. eum qui. 14. §. an pater. ff. d. tt.* Tertia: Nisi post furtum factum pater esse cœperit per adoptionem. reprobatur *l. si cum 42. §. 1. & l. si dominium. 48 ff. d. tt.*

XXVI. Regula, De filiofamilias sui iuris effecto, proponitur *l. si filiofamilias. 60 ff. de furtis.*

XXVII. Regula, De fideiussore eius cui res aliena subrepta est. Huic furti actio non competit. *l. eum qui. 14. §. an pater. & l. is cuius. 87. §. fin. ff. d. tt.*

XXVIII. Regula, De plurib. quibus actio hæc competit ex diuersis causis. Omnib. simul experiri permittitur. *l. inter omnes. 47. §. si seruus. ff. d. tt.*

ADVERSVS QVOS COMPETIT *furti actio?*

CAP. IV.

PRima regula: Regulariter quidem aduersus alium, quam qui furtum commisit, furti

actio non datur. Cuius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio : Nisi seruus furtum commisit. hoc enim casu aduersus dominum eius noxalis furti actio competit. *l. si cum. 42. §. quamdiu.ff.de furtis.l.si seruus.63.in prin.ibi: vt quodammodo. item l.si quis.35 in fin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fur seruus sit manumissus.tunc enim in ipsum manumissum actio competit, *l. si seruus.43.ff.de furtis l.si seruus. 63. in prin.ibi. quod tamen.ff.d.tt.item l.quod ab alio.15. ff. de condict. furtiua.* Cuius duplicatio prima est : Nisi ob id sit manumissus,ne dominus furti iudicio teneatur.*d. l.43.* Altera : Nisi statulibero fure manumisso,dominus actori non præstet id quod conditionis implendæ caussa à statulibero accepit. approbatur simul & distinguitur *d.l.63.§.fin.* Altera replicatio est: Nisi seruus mortuus sit. approbatur simul & distinguitur *d.l.63 in pr.ibi.ex his igitur.* Tertia; Nisi dominus ipse,si furtum actori fecisset , furti actione conueniri non potuit. hoc enim casu videtur nec ex serui sui furto conueniendus. Sed reprobatur exemplis *l.si quis.53.in pr.ibi : serui vero sui.ff.de furtis.* Sed & plura de hac re vide *inf.lib. prox.cap.5.quæst.3.exc.3.* Quarta replicatio est: Nisi seruus rem domino commodatam subtraxerit.*l. qui iniuriæ.53.§.quod si seruus.ff.d.tt.* Plura de exceptione proposita vide *inf.lib.prox.cap.2.*

II. Exceptio:Nisi is qui furtum fecit, ab alio pro seruo bona fide possideatur, hoc enim casu aduersus bonæ fidei possessorem furti actio noxalis competit.approbatur simul & distinguitur *l.apud antiquos.21.C.de furtis.*

III. Exceptio:Nisi in naue, caupona vel stabulo furtum sit factum.ex hoc enim furto aduersus nautam , cauponem vel stabularium actio competit.*de qua re vide sup.lib.17.cap.8.*

IV. Exceptio ; Nisi alius furi rem furtiuam subripuerit. hoc enim casu aduersus vtrunque domino furti actio competit.*l.qui res. 78. §.si quis alieri.ff de furtis.*

V. Exceptio : Nisi fur mortuus sit. hoc enim casu aduersus eius hæredes actio furti videtur competere.Sed reprobatur *l.furti actione.15. C.de furtis.l.1.in prin.ff.de priuatis delictis.* Sed & plura de hac re vide *sup.lib.15.cap.5.reg.5.exc.1.*

VI.Exceptio;Nisi alterius ope & consilio furtum factum sit. hoc enim casu & is cuius ope & consilio furtum factum est,furti actione tenetur *Instit.de obligat.quæ ex delicto nasc. §.interdum quoque.* Declaratur exceptio proposita definitione consilij & opis,*l.in furti.51.§.recte.ibi.consilium.ff. de furtis.* Plane huius exceptionis replicatio prima est: Nisi non furandi animo opem tulit aut consilium dedit.*d.§.recte.in princip. & §. fin. item Instit.d. § interdum.* Exemplum etiam proponitur *l. verum est.40.ibi.& ideo etiam.ff.de furtis.* Concordat *l. qui iniuriæ. 55.in prin.ff.eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est : Nisi inimicitiarum causa opem tulit aut consilium dedit.tunc enim,quamuis non furandi animo fecit,nihilominus tenetur. *d.l.51.§. ope.* Altera replicatio est:Nisi consilium tantum dedit,non etiam opem tulit ad furtum faciendũ. *Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc.§.ope & consilio.ibi:certe qui.l.sæpe.53.§.idem dubitatum.in fin.ff. de verb. signif.* Huius duplicatio est : Nisi furtum fuerit secutũ. *d.§.dubitatum. l. qui seruo. 36. in pr.ibi.sed si alius.ff.de furtis.* Cuius triplicatio est: Nisi seruo persuasit vt fugeret.hoc enim casu ; quamuis seruus sui furtum faciat fugiendo, is tamen qui consilium dedit,furti non tenetur.*d.l.36.in pr. & §.si duo.item l. aduersus eum.4.C.de furtis.* Huius quadruplicatio prima est; Nisi ideo fugam suasit,vt ab alio subripiatur.*d.l.63.in pr.* Altera: Nisi seruus fugiens,postea furtum committat.approbatur *ibid.* Tertia: Nisi seruus fugiens res aliquas secum auferat. *d. l.36.§.idem Pomponius.& §.fi.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est; Nisi contrectatio consilium & opem non sit secuta,*l.si quis.53. neq; verbo, in fin.ff.de furtis.& l.sæpe.53.§.fi.ff de verb.signif.* Quarta; Nisi is opem & consilium dedit , qui ipse furtum faciens actione furti non tenetur. *l.fullo. 92. in fin.ff.de furtis.l.impuberem.23.in fin.l.si quis.53. in pr. ibi:ipsa quoq;.ff.d.tt* Quinta: Nisi ei opem tulit, vel consilium dedit,qui ipse furti actione non tenetur. reprobatur *l.qui seruo.36.§. item placuit. & l.si quis.53.in pr.ff.d.tt.item Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc. §.hi qui in,in fi.* Sexta: Nisi seruo vt fugeret persuasit.hoc enim casu , quãuis seruus fugiens sui furtũ faciat.tamen is qui consilium fugæ dedit,furti nõ tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.repl.2.dupl.1.tripl.1.* Septima; Nisi fugitiuo iter monstrauit.*l.furtum. 64.ff.de furtis.* Hæc de replicationibus propositæ exceptionis.Sequuntur nunc eiusdem aliquot species.

VII. Exceptio:Nisi alius numos de manu domini excusserit,vt alius eos subtraheret. nam & hic furti actione tenetur.*Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc.§.interdum.l.si seruus.27.§.si quis de manu. ff.ad l. Aquiliam. item l. quemadmodum.38. §. si seruus.ff.de noxalib.action.* Huius exceptionis replicatio prima est:Nisi alio animo,quam vt aliquis eos subriperet,de manu excussit.*l.si quis.53.§.si quis de ff.de furtis.* Altera: Nisi alius numos excussos non sustulerit.*d.§.si quis. & d.l.27.§.si quis de.*

VIII. Exceptio:Nisi alius pecus fugauit,vt ab alio subriperetur. Nam & hic furti actione tenetur.approbatur simul & distinguitur *l.in furti.51. §.fin.cum l.sequente.ff.de furtis.Instit. de obligat. quæ ex delicto nasc.§.interdum.ibi.aut oues.* Huius replicatio prima est:Nisi non furandi animo pecus fugauit. *d.§.fin.item Instit.d.§.interdum ibi.sed si quid.* Altera: Nisi pecus ab alio subreptum non sit.*l.si pauonem 37.ff.de furtis.*

IX. Exceptio : Nisi alius domino obstiterit, quo magis res eius ab alio subriperetur. nam & hic furti actione tenetur.*Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc.§.interdum quoque.*

X. Exceptio:Nisi alius dolo malo dominium eiusue seruum in ius vocauerit, quo magis res aius ab alio subriperetur.Nam & hic furti actione tenetur.*l.si is 68.§.eum qui.ff.de furtis.*

XI. Exceptio ; Nisi alius ostium vel fenestras effregit , per quas alius ingressus furtum fecit. Nam & is quoque qui effregit,furti tenetur.*Inst. de oblig.quæ ex delicto nasc.§.ope & consilio.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi non furandi animo ostium effregit.*l.verum est.40.ibi.& ideo etiam.ff.de furtis.& l.qui iniuriæ,55.in pr.ff.d.tt.*

XII. Exceptio;Nisi alius scalas fenestris supposuit,vel ferramenta ad effringendum, aut scalas ad furtum faciendum commodauit. Nam & hic furti actione tenetur.*Inst.d.§.ope & consilio. & l.si pignore.56 §.qui ferramenta.ff.de furtis.*

XIII. Exceptio ; Nisi quis furem celauerit, nam hic furti actione tenetur. approbatur simul & declaratur *l.qui vas.49.§.qui furem.ff.de furtis.*

XIV. Exceptio: Nisi quis furem non indicet. reprobatur *d.§.qui furem.*

XV. Exceptio : Nisi quis sciens rem furtiuam suscipiat,& celet. nam & hic furti actione tenetur.*l.eos qui.14.C.de furtis.Inst.de obligat.quæ ex delicto nasc.§.sed hæ actiones,in fin.item l.si quis 35.in prin.ff. de furtis.M.I.R.lib.5.cap.10.reg.28.* Plures huiusmodi exceptiones vide *sup. cap. 2.quæst.2.inter caussas actionis furti.* Hæc de prima regula.

II. Regula : Qui aduersus alium habet furti actionem,is furti actione teneri non debet.*l. ap. antiquos.21.§.cumq; generalis.C.de furtis.*

III. Regula;Si plures trabem alienam abstulerint,quam vnus solus auferre non potuisset,omnes furti actione tenentur.*l.vulgaris.21. §.pen.ff. de furtis & l.si ita.51.§.fin.ff.ad l.Aquiliam.*

IV. Regula:Si plures furtum fecerint,singuli in solidum tenentur.*De qua re vide inf. cap. prox. reg.9.*

V. Regula.De seruo fure manumisso,proponitur *l.quod ab alio.15.ff.de condict.furtiua.* de qua re vide plura *sup.reg.1.exc.1.repl.1.*

QVID QVANTVMQVE VENIAT in furti actione ?

CAP. V.

PRima regula : Furti manifesti pœna, quadruplum est;nec manifesti, duplum. *Inst.de oblig. quæ ex delicto nasc.§.pœna manifesti. Inst.de actionib.§. pœnam tantum.& §.omnes autem.M.I.P.lib.5.c.8. reg. 6.M.I.R.d.cap.10.reg.30.* Declaratur regula proposita definitione furti manifesti & nec manifesti. *Inst.d.tt.de oblig.§.furtorum autem. l. fur manifestus.3. cum quinque legib.sequentibus.ff.de furtis. M.I.R. d.reg. 30.* Ex quibus patet,furtum manifestum regulariter quidem esse , si quis cum re furtiua deprehendatur,& pœnam quadrupli esse. Cuius regulæ exceptio prima est : Nisi non eo loco, in quo furtum factum est,nec in itinere deprehendatur, sed eo loco , quo rem perferre destinauerat. hic enim nec manifestus fur est.*d.l.3.* Altera : Nisi alio tempore quã quo furtum factum est , cum re furtiua deprehendatur.*l.quamuis.6.ff.d.tt.* Huius replicatio videtur esse;Nisi seruus fur,postquam manumissus est,cum re furtiua deprehendatur. hoc enim casu , quamuis non eo tempore quo furtum factum est,deprehensus sit , fur tamen manifestus videtur. Sed reprobatur *l.si quis.7.ff. eod.tt.* Tertia exceptio est : Nisi dominus videns furtum fieri,metuens ne occidatur se abscondit, vel furem persecutus non est.*d.l.6.* Quarta:Nisi alius,non dominus furem deprehenderit. reprobatur *d.l.3.Inst.d.§.furtorum autem.item l.si quis.24. §.pen.ff.de vsur.* Quinta:Nisi cũ deprehensus esset in contrectatione rerum,quasdam res secũ abstulerit,reliquas postea ablaturus.hoc enim casu de ijs rebus quas non secũ abstulit eo tempore quo deprehendebatur,furti nec manifesti tenetur. *l. vulgaris,21.in pr.ibi:nam & si quis armarium.ff. de furtis.* Sexta:Nisi alius,non fur cum re furtiua sit deprehensus.*l.si quis.35.in pr.ff.eod.tt.* Septima exceptio est,quoad eum qui opem tulit.hic etiam manifesti furti actione non tenetur , quamuis fur ipse cum re furtiua sit deprehensus *l. qui.34.ff. de furtis.* Huius replicatio est : Nisi opem in re perferenda ferens cum ipsa deprehendatur.*d.l.35.in prin.* Octaua exceptio est: Nisi falsus procurator indebitum accipiat.hoc enim casu,quamuis dãte & videntе domino accipiat,tamen furti nec manifesti tenetur.*l.falsus.19.C.de furtis.*

II. Regula: Ex supradictis patet,eum qui cum re furtiua non deprehenditur , vel in ipso furto, non manifestum furem esse, ideoque dupli tantum actione teneri.cuius regulæ exceptio prima est:Nisi raptor sit,hic enim,quamuis non deprehendatur , nihilominus tamen in quadruplum tenetur,*l.si quis.54.& l.si vendidero.82.§. cum raptor. ff.eod.tt.* Altera;Nisi socius furis sit deprehensus. reprobatur *l.si quis.35.ff.eod.tt.*

III. Regula ; Ipsa res furtiua non venit in hanc actionem.*Inst.de obligat.quæ ex delicto nasc. §. fin.l.qui vas.49.in prin.ibi.nam in actionem.ff. de furtis; item l.si pignore.56. §. cum furti. ff. d. tt. Contradicit M.I.R.d.cap.10.reg.31.*

IV. Regula ; Quadruplicatur non id quod actoris interest:sed rei verum precium. *l. in furti. 51.in prin.l.si vendidero.82.§.1.item l.si quis.53.§.fin.in fin.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi non dominus,sed alius ratione sui interesse furti agat,hoc enim casu id quod actoris interest,non verum rei precium quadruplicatur. *d.l.82.§.1.l. furtiuam.79.item l.inter omnes. 47.§.si seruus. ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est in creditore, qui pignore subrepto furti agit.*l.creditori. 89.ff.de de furtis.l.creditoris.13.in pr.ff.eod.tt.* Cuius duplicatio prima est; Nisi ipse debitor pignus subripuerit.*d.l.89.* Altera;Nisi periculum pignoris ad creditorem non pertineat.*l.eum qui.14.§. idem scribit. & §.ijdem dicunt.ff.eod.tt.* Altera exceptio est; Nisi parte subrepta,totius fur efficiatur.hoc enim casu tantum id quod domini interest,duplatur. approbatur exemplo *l.si quid.22.§.fin.ff.de furtis.* Tertia;Nisi cautiones vel tabulæ sint subreptæ, hoc enim casu non tantum precium,sed etiam interesse domini duplatur.*l qui tabulas. 27.l.sed si.28.l. quidam.32.item l.fullo.84.§.fin.ff.eod.tt.l. argentarius. 10.§.fin.ff.de edendo.*

V. Regula; Æstimatio fit eius temporis quo furtum factum est.approbatur simul & distinguitur *l.in furti.51.in prin.ff.de furtis.* Huius regulæ exceptio est ; Nisi res furtiua melior,non deterior sit effecta , hoc enim casu eius temporis æstimatio facienda,quo res plurimi fuerit.*d.l.51. l. institiando.69.§.infans.ff.eod.tt.item l.ex argento.13.in fin.ff. de cond.furtiua.*

VI.Regula;Ancilla subrepta , etiã partus æstimatio facienda.*l.ancillæ.12.ibi.matris furem.C.de furtis.& l.ancilla.62.ff.de furtis.* Huius regulæ exceptio est ; Nisi non apud furem, sed alium partus edatur.*l.qui vas.49.§.si ancilla. ibi:sed in hoc.ff.d.tt.*

VII. Regula ; De precio hæreditatis,quam dominus seruo subrepto amisit , proponitur *l.si quis.53.§.si seruus subreptus.ff.de furtis.*

VIII. Regula;Si partem aliquam ex toto,subripuit,non de toto , sed de parte ablata furti actione tenetur. *l.vulgaris.21.in prin. §.sed si de nauis & §.item.*

& §.item si quis.ff.de furtis.M.I.P.cap.8.reg.7. Huius regulæ exceptio est: Nisi totum tollere potuit, & id soluendo partem abstulerit: tunc enim totius nomine furti actione tenetur.*d.§.item si quis. & §. fin.* Contradicere videtur *l.si quid.22.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non furti, sed condictione furtiua agatur.*d.l.21.§.fin.*

IX. Regula, De rebus quæ dum furtum fit, franguntur aut seponuntur, vt ad res furtiuas peruenirí possit. Harum rerum æstimatio non duplicatur,*per ea quæ proposita sunt sup.capit. 2.quæst. 2.causa 36.*

X. Regula, De sacco, in quo pecunia furtiua continetur. Eius æstimatio duplicatur. *l. qui saccum.79.ff.de furtis.M.I.P.d.cap.8.reg.8.*

XI. Regula: Si duabus rebus subreptis, vnam suam esse putauit, alteram sciuit alienam: huius tantum furtum fit, non illius.*l.vulgaris.21.§. sed etsi quis.ff de furtis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi rẽ quæ rei alienæ accessit, suam putauit. hoc enim casu vtriusque furtum fit. approbatur exemplo totius & partis,*d.l.21 § sed si ansam.*

XII. Regula: Si ære subrepto, aurum illud putauit, vel contra; eius furtum fit quod in veritate est, non quod in opinione.*d.l.21.§.si quis æs.*

XIII. Regula, Si ex materia subrepta species aliqua facta sit, potest vel materiæ vel speciei factæ nomine furti agi.*l.si quis.53.§.si quis massam. ff. de furtis.Concordant ea quæ proponuntur inf.cap.7.q.4. reg.2.*

XIV. Regula, Numi ex venditione rei furtiuę redacti, furtiui non sunt.*d.l.53.§.si Titius.*

XV. Regula, De pœna, in quam actor incidit, quia rem subreptam sua die soluere non potuit, proponitur *l.inficiando.79.§.si tibi.ff.de furtis.*

XVI. Regula: Tabulis seu cautionibus subreptis, adscripta summa quadruplicatur.*l fullo. 84. §.fin.ff.de furtis.Vide etiam sup.reg.4.exc.3.*

XVII. Regula, De expilatoribus, effractoribus & alijs huiusmodi furibus puniendis, proponitur.*l.1.§.expilatores, cum sequentibus.ff.de effractorib. & l.sacculariij.7.ff.de extraordinarijs criminibus.*

XVIII. Regula: Si plures furti agant ex diuersis causis: in quantum quisq; agere possit, definitur *per ea quæ proponuntur sup.reg.4.exc.1.*

XIX. Regula: Pluribus furtum facientibus, singuli in solidum furti actione tenentur, nec alter alterius pœna liberatur. *l.1.C. de condict.furtiua. Concordant ea quæ proposita sunt sup c.prox.reg.3. item l.1.§.fin.ff.si is qui testamento liber esse.* Huius regulæ exceptio est; Nisi plures serui eiusdem domini furtum fecerint, hoc enim casu dominus punitur perinde ac si vnus liber furtum fecisset.*approbatur inf.lib.prox.cap.3.*

XX. Regula: Etiam criminaliter de furto agi potest.*l.vlt.ff.de furtis.M.I.R.d.cap.8.reg.34.* Huius regulæ exceptio est: Nisi furta sint domestica leuiora. approbatur simul & declaratur *l.respiciendum.11.§.furta.ff.de pœnis.*

XXI. Regula: Qua pœna criminaliter & extra ordinem fures puniendi, definitur *l.1.cum duab. ll. sequent.ff.de furibus balnearijs.* Similis regula proponitur *l.1.§.expilatores, cum sequentib.vsque ad finem tituli.ff.d.effractorib.* Item alia habetur *l.sacculariij.7.in prin.ff.de extraordinarijs criminib.*

XXII. Regula, De mortis pœna vel amputatione membri ob furtum non irroganda, proponitur *Nou. const.134.§.pro furto.* Mutatur hæc regula, & vltimo supplicio furtum vindicatur *constitut. Friderici Imper.de pace tenenda.§.si quis quinq; M.I.P.d.cap.20.reg.35.*

ADFINIA FVRTI ACTIONIS REMEDIA, de vindicatione rei furtiuæ.

CAP. VI.

PRima regula: Ex furto, seu causis *sup.cap.2.quæstione 2.* enumeratis, regulariter furti, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi quis non furandi animo fecerit: hoc enim casu non furti sed in factum actio competit. *Inst.de oblig quæ ex delicto nasc. §. interdum quoque ibi: sed si quid eorum.l.in furti.51.§.fin.ff.de furtis.l.si seruus. 27.si quis de manu, in fin.ff.ad l.Aquiliam. l. si quis.53.§. si quis asinum.ff.de furtis, item l.si is 68.§. si tu Titium. ff.eod.tt.* Altera exceptio est; Nisi vxor viro vel vir vxori furtum fecerit. hoc enim casu rerum amotarum, non furti actio est, *approbatur inf.lib. proxim.capit.5.* Tertia; Nisi ex eo quod conclaue furandi causa quis sit ingressus, agatur, furto nondum facto. hoc enim casu non furti, sed iniuriarum actio est, aut accusatio de vi.*l.vulgaris.21. §.qui furti.ff. de furtis.* Quarta; Nisi non clam, sed vi furtum sit factum. hoc enim casu etiam vi bonorum raptorum actio est. *l.qui vas.49.§.fin.ff. de furtis.& l.si quis.54.ff.eod.tt.* Quinta; Nisi ex eo quod res deterior facta sit, agatur. hoc enim casu legis Aquiliæ actio est.*l.qui tabulas.27.§.fin l.sed & si.31.in princip.item l.nam si.52 ff.eod.tt.* Sexta; Nisi ex eo quod seruo persuaserit vt furtum faceret, agatur. hoc enim casu serui corrupti actio est. *l. si quis.53.§ si quis seruo.ff.d.tt.l.aduersum eum. 4.C.eod. tt.* Septima; Nisi ex eo quod hæreditariæ tabulæ deletæ sint, agatur. nam hoc casu interdictum Quorum bonorum competit.*l.hoc amplius. 29.cum l.sequente.ff.de furtis.* Octaua; Nisi ex eo agatur, quod verbis tantum fraus sit adhibita. hoc enim casu de dolo actio est.*l.falsus. 44.§.si quis nihil.ff.d.tt.* Nona; Nisi commodatarius re commodata aliter quam accepit, vsus sit. hoc enim casu etiam commodati actio est.*l.si is.73.in prin.ff. d.tt.* Decima exceptio est; Nisi res alij commodata subrepta sit. hoc enim casu in arbitrio domini est, vtrum commodati, an furti agere malit. *l.manifestissimi.22.C.de furtis.l.qui iniuriæ.55. §.1.ff.d. tt.* Vndecima; Nisi seruis mandantibus quis domini pecunia prædia comparauerit. hoc enim casu etiam mandati actionem dominus ad prædia adquirenda habet.*l.1.C.de furtis.* Duodecima; Nisi tutor res pupilli interceperit. hoc enim casu etiã tutelæ actio est.*l.tut.33.ff. de furtis.* Decima tertia; Nisi seruus pignori acceptus, creditori furtum fecerit. hoc enim casu etiam contraria pignoraticia actio creditori competit. *l. si seruus.63.§.his etiam illud.ff.d.tt.* Decima quarta, Nisi seruus redhibendus emptori furtum fecerit. hoc enim casu etiam empti actio est.*d.§.his etiam illud.* Decima quinta; Nisi seruus qui mandatu alterius emptus est, emptori furtum fecerit. hoc enim casu etiam mandati actio cõtraria competit.*d.l.63.§.quod vero ad mandati.* Decima sexta; Nisi seruus depositus, depositario furtum fecerit, hoc enim casu depositi actio contraria competit.*d.§.quod vero.ibi. idq; euidentius.* Decima septima: Nisi seruus communis vni ex dominis furtum fecerit. hoc enim casu communi diuidundo actio est.*d.l.63.in pr.l. & puto.16.§. fin.ff.familiæ erciscundæ.* Decima octaua: Nisi liberum hominem vel seruum alienum quis suppresserit. hoc enim casu legis Fauię accusatio est *l.fullo.48.§.qui ancillam.ff.de furtis.* Decima nona; Nisi quis rem sacram aut publicam furatus sit. hic enim crimine peculatus aut sacrilegij tenetur.*de qua re dicetur inf.lib.prox.c.7.* Vicesima exceptio est; Nisi res hæreditaria subrepta sit. hoc enim casu expilatæ hæreditatis crimen est, *per ea quæ proponuntur inf.prox.cap.8.*

II. Regula: Fuit olim etiam concepti & oblati furti actio: quæ tamen actiones hodie sunt sublatæ.*de qua re vide sup.cap.2.quæst.4.reg.2.*

III. Regula, De furto etiam criminaliter agi potest. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup.capit. prox.reg.20.cum duab.regulis sequentibus.*

IV. Regula; Furem etiam interdum occidere licet.*de qua re vide sup.lib.1.c 25.quæst.1.exc.7.*

V. Regula; Ex furto etiam competit condictio & vindicatio rei furtiuæ, nec non ad exhibendum actio.*Inst.de oblig.quæ ex delicto nasc. §.fin. l.1.in pr.ff.de priuatis delictis.l.si pro furto.7.§. 1.ff. de condict. furti.l.etiam.8.in fi.l.ancillæ.12.l.furti.15.item l. quamuis.17.in fi.C.de furtis.l si tibi.5. C.de noxalib. act.* De condictione furtiua dicetur *inf.ca.prox.* De vindicatione rei furtiuę nunc dicetur. Sed & plura furti actionis adfinia remedia vide *inf.lib.prox.*

DE VINDICATIONE rei furtiuæ.

I. Regula; Si res furto sit ablata, à quolibet possessore vindicari potest,*per ea quæ proposita sunt sup.reg.prox.M.I.R.d.cap.10.reg.38.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi actor rem receperit. *l. si pignore.56.§.cum furti.ff.de furtis.* Cuius replicatio est; Nisi partem tantum receperit; hoc enim casu nihilominus reliquam partem persequi potest.*l.post decisionem.13.C.de furtis.* Altera exceptio videtur; Nisi actor pœnam furti actione sit consecutus. sed reprobatur *d.§.cum furti.* Tertia; Nisi actor antea condictione furtiua litis æstimationem sit consecutus.*l.ei qui.9.ibi: quod si ex.ff.de furtis.* Huius replicatio est; Nisi actor litis æstimationem restituere sit paratus.*d.l.9.* Quarta exceptio est; Nisi actor condictionem furtiuam remittere nolit.*d.l.9.* Quinta; Nisi reus delato iureiurando iurauerit se furtum non fecisse. reprobatur *l. si quis.53.§.si quis iurauerit.ff.de furtis.* Sexta; Nisi actor reo precium quod pro re dedit, non restituat. reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.lib.7.cap.5.quæst. 6.reg.7.exc.1.*

II. Regula; Emptor rei furtiuæ vendicationem non habet, nisi mandatam sibi à venditore. *l.eum qui.14.in pr.ff.de furtis.*

DE CONDICTIONE FVRTIVA.

CAP. VII.

I. CAVSÆ EX QVIBVS CONdictio proposita competit?

PRima caussa; Si furtum alicui factum sit; ad rem recuperandam, & id quod eius interest, datur ei actio proposita,*per ea quæ proposita sunt sup. cap.prox.reg.5.M.I.R.d.cap.10.reg.40.*

II. Causa; Si alicuius bona vi rapta sunt. *l siue manifestus.10.§.ei quoq; ff.de condict.furtiua.*

III. Causa; Si quis de fundo vi sit deiectus. *l. verum est.25.in pr.ff.de furtis.*

IV. Causa; Si quis re commodata vel deposita vtatur.*l qui furtum.16.ff.de cond.furtiua.*

V. Causa; Si falsus procurator debitum à debitore accepit.*l.si vendidero.82.§.si Titius. ibi: aduersus falsum.ff.de furtis.* Sed & plures propositę actionis causas vide *sup.d.quæst.2.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio, sumpta ex genere furti, reprobatur *l.siue manifestus.10.in pr.ff.de condict.furtiua.*

II. Exceptio; Nisi impubes furtum fecerit, iplo quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi doli capax sit.*l.nec minus.24.ff.de furtis.*

III. Exceptio; Nisi liber homo subreptus dicatur.*l.mater.38.ff.de furtis.*

IV. Exceptio; Nisi cautio subrepta sit, reprobatur *l.argentarius.10.§.fin.ff.de edendo.*

V. Exceptio; Nisi dominus rem receperit.*l.siue.10.in pr.ff.de cond.furtiua.& l.si pignore.56. §. cum furti.ff.de furtis.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi occisum, fractum vel effusum dominus receperit.*d.l.10.& l.in re.8.§. si ex causa.ff. eod. tt.* Altera; Nisi dolo furis res domini esse desierit.*l. si seruus.14.in pr.ibi: & hæc si res.ff.d.tt.*

VIII. Exceptio; Nisi dominus rei furtiuę eam alij legauerit. Hæc exceptio species præcedentis approbatur *l.siue.10.§.tamdiu.ibi.vnde Celsus.ff. d.tt.* Huius replicatio est; Nisi sub conditione eam legauerit. hoc enim casu pendente conditione nihilominus hæredi cõdictio competit.*d.l.14.in pr.*

IX. Exceptio; Nisi res furtiua perierit. reprobatur *l.si pro furto.7.§.condictio.ff. de condict. furtiua. M.I.R.d.reg.40.except.1.* Ratio huius exceptionis reprobatæ proponitur *l.vlt.in fin.ff. eod. tt.l. eum qui.7.in fin.C.de condict.ob turpem causam.l.in re. 8. in prin.ff.de condici.furtiua l.siue.10.§.ideo Iulianus. item l.qui furtum.16.ff.eod.tt.l.inter omnes.47.in princ.ibi. hoc idem in condict.ff.de furtis.l.inficiando.69.§.fin.ff.d. tt.l.seruus.30.in princ.ff.de action.empt. & vendit. item l.2. C. de condict. furtiua.* Plane admittitur exceptio proposita primum quidem, si fur rem domino obtulit, eoque accipere eam nolente, ea postea interijt. *d. l. 8.in princ.l.parui refert.17.ff.de condict.furtiua.item l.qui decem.72.§. idem responsum. ff.de solutionibus.* Deinde admittitur, si nouatio condictionis furtiuæ sit facta.*d l.17.l.scire debemus.29. §.fin. in fin. ff. de verborum obligation.* Tertio admitti videtur, si cum fur paratus esset excipere condi-

condictionem, per dominum ſtet, quo minus ageret. Sed hæc diſtinctio reprobatur *l. vlt. ff. de condict. furtiua.*

x. Exceptio; Niſi nouatio condictionis ſit facta, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 29. §. ſi à fure. ff. de verb. obligat.*

xi. Exceptio; Niſi furti actione actum ſit, reprobatur *l. ſi pro furto. 7. §. 1. ff. de condict. furtiua. l. ſi pignore. 56. §. cum furti. ff. de furtis. & l. ancillæ. 12. C. de furtis.*

xii. Exceptio: Niſi cum duobus condictio competeret, vnus ex ijs egerit. *l. quoniam. 18. in fi. ff. de condict. furtiua.*

xiii. Exceptio; Niſi ab alio ſatisfactum ſit. *l. 1. C. de condict. furtiua.*

xiv. Exceptio; Niſi vindicatione rei furtiuæ actum ſit. *l. ei qui. 9. ff. de furtis.*

xv. Exceptio; Niſi pro furto damnum deciſum ſit. reprobatur *l. ſi pro furto. 7. in princ. ff. de condictione furtiua.*

xvi. Exceptio; Niſi ſeruus qui furtum commiſit, noxæ deditus ſit. *l. 2. item quæſitum, in fin. ff. de priuatis delictis.*

II. QVIBVS COMPETIT condictio furtiua?

i. Regula: Soli domino competit hæc actio, non alij. *l. 1. ff. de condict. furtiua. l. ſed nec. 11 ff. eod. tt. l. eum qui. 14. §. qualis, in fin. ff. de furtis. M. I. R. d. c. 50. reg. 41.* Huius regulæ exceptio prima videtur eſſe; Niſi alij res ſit ſubrepta. Sed reprobatur *l. & ideo. 12. in pr. ff. de condict. furtiua.* Altera; Niſi tutori vel curatori domini. *l. interdum. 58. §. qui tutelam, in fin. ff. de furtis.* Tertia; Niſi ei cui dominus rem furtiuam alienauit, reprobatur *l. eum qui. 14. in pr. ff. de furtis. l. ſed nec. 11. ff. de cond. furtiua. Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſup. quæſt. prox. exc. 7.*

ii. Regula, De hæredibus domini. His quoq; datur condictio furtiua. *d. l. 11.* Huius regulę exceptio eſt: Niſi defunctus rem alij legauerit. approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. quæſt. prox. exc. 8.*

iii. Regula; Si quis pecuniam ſuam pro debitore falſo creditori ſoluerit: ſoluenti, non ei pro quo ſoluitur, condictio furtiua competit. *l. ſi vendidero. 82. § fin. ff. de furtis. l. quoniam. 18. ff. de cond. furtiua.*

iv. Regula, Fructibus pendentibus ſubreptis, proprietario, non fructuario competit condictio. *l. arboribus. 12. §. ſi fur decerpſerit. ff. de vſufructu & quemadmodum.*

III. ADVERSVS QVOS CONdictio furtiua competit?

i. Regula, Solus fur, non alius hac condictione tenetur. *l. ex furtiua. 5. ff. de condict. furtiua.* Huius regulæ exceptio prima eſt; Niſi fure mortuo, hæres eius conueniatur. *d. l. 5. in fin. l. ſi pro furto. 7. §. condictio. ff. d. tt. item l. 1. in princ. ibi: item condictio. ff. de priuatis delictis. M. I. R. d. cap. 10. reg. 42.* Huius exceptionis replicatio prima; Niſi res furtiua interierit. reprobatur *d. §. condictio.* Altera; Niſi hæres furioſus ſit, vel infans. reprobatur *l. 2. ff. de condict. furtiua.* Tertia; Niſi nihil ad hæredem peruenerit, reprobatur *l. in condictione. 6. ff. de condict. furtiua.* Quarta; Niſi pro parte hæres in ſolidum conueniatur. *d. l. 9.* Altera exceptio eſt; Niſi filius familias furtum fecerit; hoc enim caſu pater quoq; conueniri poteſt. *l. Iulianus. 19. & l. ſeruus. 4. ff. d. tt. l. licet. 3. §. ex furtiua, in fin. ff. de peculio.* Huius exceptionis replicatio eſt; Niſi pater ex furto filij locupletior non ſit factus, nec peculium auctum. *d. §. ex furtiua. & d. l. 4. item l. ex furtiua. 5. ff. de condict. furtiua.* Tertia exceptio eſt; Niſi ſeruus furtum fecerit; tunc enim dominus eius condictione tenetur *d. l. 4. & d. §. ex furtiua.* Quarta; Niſi is cuius ope & conſilio furtum factum eſt. reprobatur *l. proinde. 6. ff. de cond. furtiua.* Quinta; Niſi is qui furi rem ſubripuit; nam & hic domino condictione tenetur. *l. qui re. 78. §. fin. in fin. ff. de furtis.*

ii. Regula, De filiofamilias fure. Hic condictione furtiua tenetur. *l. licet. 3. §. ex furtiua. ff. de peculio. Concordat l. ex furtiua. 5 ff. de cond. furtiua.*

iii. Regula, De ſeruo fure. Hic propoſita actione non tenetur; ſiquidem cum ſeruis nulla actio eſt. verum eius exceptio; Niſi ſeruus fuerit manumiſſus. reprobatur certa conditione *l. quod ab alio. 15. ff. de condict furtiua.*

iv. Regula, De vno ex pluribus conueniendo, proponitur *l. 1. C. de cond. furtiua.*

IV. QVID VENIAT IN actione propoſita?

i. Regula, De ipſa re ſubrepta, habetur *l. in re furtiua. 8. in prin. ff. de cond. furtiua. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſup. cap. prox. reg. 5.*

ii. Regula, De eo quod ex re ſubrepta factum eſt, proponitur *l. ex argento. 13. & l. ſi ſeruus. 14. §. ſi. ff. eod. tt. item l. ſi quis. 53. § ſi quis maſſam. ff. de furtis.*

iii. Regula; Boue ſubrepto & mortuo; bos, caro, corium & cornua condici poſſunt. *d. l. 14. §. boue ſubrepto.*

iv. Regula, De fructibus rei furtiuæ, proponitur *l. in re furtiua. 8. § fin ff. d. tt.*

v. Regula, De partu ancillæ furtiuæ. *l. ancillæ. 12. C. de furtis.*

vi. Regula, De rebus non ablatis, *l. vulgaris. 21. § fin. ff. de furtis.*

vii. Regula, De poſſeſſione condicenda, ſi quis de re ſoli ſit deiectus, *l. verũ eſt. 25. in pr. ff. d. tt.*

viii. Regula, De eo quod intereſt, *l. ſi condicatur. 3. ff. de condict. furtiua. l. ſi quis. 53. §. ſi ſeruus ſubreptus. ff. de furtis.*

ix. Regula, De æſtimatione condicenda ſeu precio, re extincta, proponitur *ſup. quæſt. 1. exc. 9.*

x. Regula; Æſtimatio eius temporis quo furtum factum eſt, facienda eſt. approbatur ſimul & diſtinguitur *l rerum amotarum. 29. ff. rerum amotarum. l. in furti. 51. in pr. ff. de furtis. l. 2. §. item quæſitum. ibi: condictio autem. ff. de priuatis delictis. l. C. de cond. furtiua.* Huius regulæ exceptio eſt; Niſi res furtiua poſt furtum factum melior, non deterior ſit effecta. hoc enim caſu ſpectatur tempus, quo res plurimi fuerit. *d. l. 29. l. in re furtiua. 8. §. ſi cauſ. ff. de cond. furtiua. item l. ex argento. 13. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio videtur; Niſi ſumptibus furis res melior ſit effecta. ſed reprobatur *d. l. 13.*

xi. Regula; Si ſeruus furtiuus alij ſub conditione legatus eſt; tanti æſtimatio facienda, quanti vendi poteſt. *l. ſi ſeruus. 14. in prin. ibi: quod ſi pendente. ff. de condict. furtiua.*

xii. Re-

xii. Regula; Vnus ex pluribus in ſolidum tenetur: & vno ſoluente, cæteri liberantur. *l. 1. C. de condict. furtiua.*

xiii. Regula: In quantum pater filij, vel dominus ſerui nomine teneatur; vide *ſup. quæſt. prox. reg. 1. exc. 2. & exc. 3.*

V. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua eſt actio. *l. ſi mulier. 21. §. hæc actio. ff. rerum amotarum.*

VI. EVENTVS.

Actor reo litis æſtimationem offerenti de euictione cauere non tenetur. *l. ſi ſeruus. 14. §. cauere. ff. de condict. furtiua.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

i. Regula, De rei vendicatione, proponitur *l. ſed nec. 11. ff. de cond. furtiua.*

ii. Regula, De incerti condictione, *l. & ideo. §. fin. ff. eod. tt.*

iii. Regula; Si commodatarius vel depoſitarius re commodata vel depoſita vſus eſt, etiam commodati vel depoſiti actione tenetur. *l. qui furtum. 16. ff. d. tt.* Hæc de furto, eiuſque actionibus. Sed & plures actiones ex furto competentes vide *inf. lib. prox.*

VI BONORVM RAPTORVM.

CAP. VIII.

PRimo: Verba edicti quo actio propoſita approbatur, proponuntur *l. 2. in prin. ff. vi bonor. raptorum.*

ii. Nomen huius actionis proponitur *d. l. 2. §. hæc actio. Concordat Inſt. eod. tt. in pr. ibi. quæ appellatur.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS datur hæc actio.

i. Cauſa: Si alicuius bona vi rapta ſunt. approbatur verbis edicti *d. l. 2. Inſt. d. tt. in pr. item l. 2. C. d. tt. M. I. R. d. cap. 10. reg. 44.*

ii. Cauſa: Si cui dolo malo coactis hominibus damni quid factum eſt. approbatur verbis edicti. *d. l. 2. ff. vi bonorum raptor. l. prætor ait. 4. §. eritq; hæc differentia. ff. d. tt.* Huius cauſæ exceptio prima: Niſi non is qui hominibus coactis damnum dedit, eos coegit, ſed alius. reprobatur *d. l. 2. §. dolo autem. & §. ſi quis homines.* Secunda: Niſi non eo animo homines coacti ſint, vt damnum daretur. *d. l. 2. §. homines. & l. prætor ait. 4. §. ſi quis aduentu. ibi. eritq; hæc. ff. d. tt.* Tertia exceptio, ſumpta ex qualitate hominum coactorum, reprobatur *d. §. homines.* Quarta: Niſi homines coacti ſint inermes. reprobatur *d. l. 2. §. item ſi proponas.* Quinta: Niſi vnus tantum ſit coactus. reprobatur *d. §. homines. in fin.* Sexta: Niſi quis ſolus, non coactis hominibus damnum dederit. reprobatur *d. §. item ſi proponas. & d. l. 4. §. ſi quis aduentu. ibi: vel raptum. ff. vi bonor. raptor.* Septima: Niſi ſine vi damnum ſit datum. approbatur ſimul & diſtinguitur *inf. exc. gen. 4.* Octaua: Niſi homines tantum coacti ſint, ſed nullum damnum datum. reprobatur *l. 2. §. dolo autem. ff. vi bonor. raptorum.*

iii. Cauſa: Si homines coacti ſint ad damnum alteri dandum. approbatur *d. §. dolo autem.*

iv. Cauſa: Si per vim pecus abductum ſit. *d. l. 2. §. ſi per vim.*

v. Cauſa: Ex quibuſcunque cauſis furti actio competit in re clam facta, ex ijſdem cauſis omnes habent hanc actionem. Hæc regula generalis approbatur *Inſt. vi bonor. raptor. §. fin. Concordat ijſdem verbis d. l. 2. §. & generaliter. ff. d. tt.* Plura de hac cauſa vide *inf. exc. gen. 11.*

Exceptiones præcedentium cauſarum generales.

i. Exceptio: Niſi impubes vim fecerit. approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 2. §. in impuberem.*

ii. Exceptio: Niſi colluſores inuicem rapinam fecerint. reprobatur *l. 1. §. 1. ff. de aleatoribus.*

iii. Exceptio: Niſi non coactis hominibus factum ſit. reprobatur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. cauſa 2. exc. 6.*

iv. Exceptio: Niſi clam vel callide, non vi damnum dedit, aut rapuit. *l. 2. §. doli mali. & §. damni. ff. vi bonor. raptor.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi coactis hominibus ſit admiſſum: tunc enim quamuis ſine vi, continetur tamen edicto propoſito. *d. l. 2. §. etiam quis recte.*

v. Exceptio: Niſi dolo malo ſit admiſſum. *d. §. etiam quis recte. & §. hac actione. item Inſtit. eod. tt. §. ita tamen.* Propoſitę exceptionis exemplum primum eſt, ſi quis rem ſuam, vel quam ſuam eſſe putat, rapuerit. *quod iam dicto §. proponitur.* de eo plura vide *inf. exc. 8.* Aliud habetur *d. l. 2. §. ſi publicanus. ff. vi bonor. raptor.*

vi. Exceptio: Niſi vna res vel minima rapta ſit. reprobatur *d. l. 2. §. quod ait. Concordat Inſt. eod. tt. in pr. ibi: quæ actio. M. I. P. lib. 5. cap. 8. reg. 4. exc. 1.*

vii. Exceptio: Niſi res immobilis ſit rapta. *l. 1. C. vi bonorum raptorum.*

viii. Exceptio: Niſi rem ſuam quis rapuerit, vel quam putat ſuam eſſe. *d. l. 2. §. hac actione. & §. ſed & ſi quis. item Inſt. eod. tt. §. ita tamen.*

ix. Exceptio: Niſi rem ſibi obligatam rapuit. reprobatur *d. §. ſed etſi quis. & l. res obligatas. 3. C. d. tt.*

x. Exceptio; Niſi rem non eius qui rapinam patitur, ſed alienam rapuerit. reprobatur *Inſtit. vi bonor. raptor. §. ſane in hac. Concordat ijſdem prope verbis l. 2. §. in hac actione non vtiq;. ff. eod. tt.* Plane admittitur exceptio propoſita, ſi nihil interſit eius qui vim paſſus eſt, rem alienam raptam eſſe. *Quæ diſtinctio elicitur ex d. §. ſane in hac. Concordat d. l. 2. §. in hac actione non vtiq;. §. dicet aliquis. item §. ſi in re. in fin.*

xi. Exceptio; Niſi furti actio non competeret, ſi clam res ſubrepta eſſet. *Inſtit. d. §. ſane in hac. verſ. & generaliter.* Huius exceptionis replicatio eſt; Niſi depoſitario res depoſita vi rapta ſit; hic enim, quamuis furti actionem non habet, Vi tamen bonorum raptorum actionem habet. *d. l. 2. §. dicet aliquis. cum ſeq.*

xii. Exceptio; Niſi nihil interſit eius qui rapinam paſſus eſt, rem raptam eſſe. elicitur *ex d. §. dicet aliquis. ibi. ſi quis igitur. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſup. exc. 10. in fin.*

xiii. Exceptio, Niſi raptor rem raptam reſtituit. reprobatur *l. non prodeſt. 5. ff. vi bonor. raptor.*

xiv. Exceptio, Niſi ſemel actum ſit. ipſo quidem iure ſubſiſtit, verum eius replicatio prima eſt, Niſi furti antea ſit actum, non Vi bonorum raptorum. *l. 1. ff. vi bonor. raptor. l. ſi quis. 90. ff. de furtis.*

Altera: Nisi cum alio antea sit actum. Cuius duplicatio est: Nisi antea cum domino sit actum: tunc enim, si cum seruo manumisso postea agatur, obstat exceptio. *l. si seruus. 3. ff. vi bonor. raptor.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula: De omni eo cui rapina facta est, cuiusque interest rem raptam non esse, vide *sup. quæst. prox. exc.* 10.

II. Regula, De domino cuius seruo rapina facta est, proponitur *l. 2. §. si fugitiuus. ff. vi bon. raptor.*

III. Regula, De hæredibus cæterisque successoribus, *d. l. 2. §. fin.*

V. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De hæredibus cæterisque successoribus raptoris. Aduersus hos non datur actio proposita. *d. §. fin.* Huius regulæ exceptio videtur: Nisi in id quod ad hæredes peruenit. Sed reprobatur *d. §. fin.*

II. Regula, De eo qui homines coegit, & coacto qui damnum dedit. Vterque hac actione tenetur. *d. l. 2. §. si quis homines. l. prætor ait. 4. §. si quis aduentu. ibi: at hæc de eo. ff. eod. tt.*

III. Regula, De domino serui raptoris. Aduersus hunc quoque actio proposita competit. approbatur verbis edicti *d. l. 2. & § hæc actio etiam. item l. de his. 4. C. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima; Nisi dominus sit impubes. reprobatur *d. l. 2. §. in impuberem.* Altera: Nisi dominus seruũ noxæ dederit, *d. l. 4.* Huius replicatio videtur: Nisi dominus non totam familiam coactam noxæ dediderit. sed reprobatur *d. l. 2. §. ex hac actione.*

IV. Regula, De eo cui seruus raptor bona fide seruit. Hic quoque actione proposita tenetur. *d. l. 2. §. familiæ.*

VI. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

I. Regula: In quadruplum actio est. approbatur simul & distinguitur verbis edicti *d. l. 2. Inst. vi bonor. raptor. in prin. l. si quis. 4. ff. de furtis. l. 2. cum quatuor ll sequentib. C. vi bonor. raptor. M. I. R. d. cap. 10. reg. 46.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi annus præteritus sit: tunc enim non nisi in simplum competit actio. *approbatur legib. iam propositis.* Cuius replicatio est; Nisi actor experiundi potestatem non habuerit. *approbatur verbis edicti d. l. 2. ff. d. tt. Concordant d. l. 2. 3. & 5. C. vi bonorum raptor.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi cum alio experiundi potestas fuerit: tunc enim, quamuis non contra eum qui nunc conuenitur, experiundi potestas fuerit, nihilominus obstat annalis præscriptio. approbatur exemplo *l. si seruus. 3 ff. vi bonor. raptor.* Altera exceptio est: Nisi dominus serui nomine coneniatur; hic enim seruum noxę dedendo liberatur. *de qua re dictum sup. q. prox. reg. 3. exc. 2.* Tertia: Nisi furti antea sit actum: hoc enim casu id tantum venit, quod minus quadruplo actor furti actione est consecutus. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. q. 3. exc. 14. repl. 1.*

II. Regula: In quadruplo etiam rei persecutio continetur. *Inst. vi bonorum raptor. §. quadruplum autem. M. I. R. d. reg. 46.*

III. Regula: Rei verum precium quadruplicatur, non id quod interest. *l. 2. §. in hac actione. ff. vi bonor. raptor.* Huius regulæ exceptio est: Nisi alius non rei dominus rapinam passus sit: tunc enim æstimatur id quod eius interest, non verum rei precium. *Inst. vi bonor. raptor. §. sane in hac. ibi. non vt dominium. Concordat ijsdem verbis l. 2. §. in hac actione non vtiq;. ibi: non vt dominium. ff. eod. tt.*

IV. Regula, Si plures serui rapinam fecerint: dominus tantum offerendo, in quantum, si vnus liber rapinam fecisset, actio datur, liberatur *d. l. 2. §. hac actione.*

VII. QVAMDIV COMPETIT hæc actio?

Annalis est actio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. prox. reg. 1. exc. 1.* Sed & eius exceptio est: Nisi post annum in simplum agatur. *approbatur per ea quæ proposita sunt d. reg. 1. in pr.*

VIII. ADIVNCTA.

Actor non habet necesse ostendere, qui ex familia rapinam fecerint. *l. 2. §. hæc actio etiam. ff. vi bonor. raptorum.*

IX. EVENTVS.

An præiudicetur hac actione legi Iuliæ de vi publica vel priuata, definitur *d. l. 2. §. hoc edicto.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Potest etiam quis agere iudicio publico de vi publica & priuata. *d. §. hoc edicto. & §. si in re deposita. ibi. & crimen.*

II. Regula; Etiam furti actio ex rapina competit. *d. l. 2. §. rerum. & §. cæterum neque. l. 1. ff. eod. tt. item Instit. d. tt. in princip. M. I. P. d. cap. 8. reg. 10.* Huic regulæ quodammodo videtur contradicere *l. si quis. 54. ff. de furtis. item l. si vendidero. 82. §. cum raptor. ff. eod. tt.*

III. Regula; Si quis per vim damnum dederit, etiam legis Aquiliæ actio competit. *d. l. 2. §. cæterum neq;. in fin. §. si publicanus, in fin. item §. rerum.*

IV. Regula; Ex rapina etiam condictio rei raptæ competit. *d. §. rerum. § fin. in fin. item l. siue manifestus. 10. §. ei quoq;. ff. de condict. furtiua.*

V. Regula; Competit etiam rei raptæ vindicatio. *d. §. rerum.*

VI. Regula; Si res rapta vendita sit, etiam negociorum gestorum actione precium condici potest, *l. 5. C. vi bonor. raptor.* Alia huius actionis adfinia remedia, vt de damno in turba dato, &c. vide *inf. lib. prox.*

DE ACTIONE LEGIS Aquiliæ.

CAP. IX.

PRimo: Verba legis Aquiliæ, primi quidem capitis, proponuntur *l. 2. in pr. ff. ad l. Aquil.* Secundi capitis verba desunt. Tertij habentur *l. si seruus. 27. §. huius legis. ff. d. tt.*

II. PROPRIA HVIVS LEGIS; item genus huius actionis.

I. Regula; Lex Aquilia omnibus legibus ante se de damno latis derogat. *l. 1. ff. ad l. Aquiliam.*

II. Reg. Lex Aquilia plebiscitum est. *d. l. 1. in fin.*

III. Regula: Pœnalis est actio. *Inst. de l. Aquilia. §. his autem ibi: qua ratione. Concordat l. vnde Neratius. 23. §. hanc actionem. ibi: cum sit. ff. d. tt.*

IV. Regula; Mista dicitur actio. *Inst. de act. §. ex maleficiis. vers. sed & legis Aquiliæ.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS Actio proposita competit?

Prima & generalis causa est: Si damnum iniuria datum sit. *M. I. P. d. cap. 8. reg. 11. M. I. R. d. cap. 10. reg. 47.* Quæ declaratur definitione iniuriæ *l. sed etsi. 5. §. iniuriarum. ff. ad l. Aquiliam. l. si quis. 49. §. quod dicitur. ff. d. tt. l. 1. in prin. ibi: interdum. ff. de iniurijs. item Inst. eod. tt. in pr. ibi. alias culpa.*

II. Causa: Si quis alienum hominem, alienamue quadrupedem, quæ pecudum numero est, iniuria occiderit. approbatur *l. 1. in pr. & l. 3. ff. ad l. Aquil. item Inst. eod. tt. in pr.* Exceptio prima est; Nisi iure occidit. *d. l. 3. Concordat Inst. de l. Aquil. & §. iniuria.* Huius exceptionis species sunt aliquot exceptiones sequentes.

II. Exceptio: Nisi sui defendendi causa occidit. *Inst. d. §. iniuria. l. itaq;. 4. in pr. ff. ad l. Aquil. item l. scientiam. 45. § qui cum alit er. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi sui defendendi causa alium quam à quo vim patiebatur, casu occiderit. *d. §. qui cum.* Plura de exceptione proposita vide *inf. cap. prox. exc. 15.*

III. Exceptio; Nisi ferro se petentem occiderit. *l. sed etsi. 5. in pr. ff. ad l. Aquiliam.*

IV. Exceptio; Nisi seruum in adulterio deprehensum occiderit *l. qui occidit. 30. in pr. ff. d. tt.*

V. Exceptio; Nisi magistratus aduersus resistentem violentius quid fecerit. *l. quemadmodum. 29. §. pen. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio; Nisi casu sine dolo malo occiderit. *Inst. de l. Aquil. §. iniuria. ibi. ac ne is quidem.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi culpa rei conuenti sit occisus. *Inst. d. §. iniuria. & §. illud palam.* Culpæ exempla duo proponuntur *d. §. iniuria.* primum quidem, si non miles iaculando seruum transeuntem casu occiderit. alterum, si miles extra locum iaculis destinatum idem fecerit. de quibus exemplis cum alijs similibus vide *inf. exceptiones & causas sequenes.* Sed & plura de exceptione proposita vide *inf. quæst. 4. exc. 18.*

VII. Exceptio; Nisi dum alium sui defendendi causa petit, seruum alienum casu occidit. reprobatur *l. scientiam. 45. §. qui cum. ibi. sed si defendendi. ff. ad l. Aquil.*

VIII. Exceptio; Nisi seruum alienum quem occidit, liberum esse putauit. reprobatur *d. l. 45. §. si meum.*

IX. Exceptio; Nisi dum iaculis luderet, transeuntem seruum occidit. approbatur simul & distinguitur *Inst. d. l. Aquilia. §. itaq;. si quis. l. item si obstetrix. 9. §. fin. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi data opera in seruum transeuntem sit iaculatus. *d. §. fin.* Altera; Nisi non miles iaculando seruum transeuntem occiderit. *Instit. d. §. itaque si quis. ibi. si alius tale.* Tertia; Nisi miles in loco iaculis non destinato iaculando seruum transeuntem occiderit. *d. §. itaque si quis. ibi. idem iuris est.*

X. Exceptio; Nisi cum quidam pila luderet, vehementius pila percussa in tonsoris manum eam deiecerit, & sic serui qui tondebatur, gula præcisa sit. approbatur simul & distinguitur *l. item Mela scribit. in prin. ff. d. tt.*

XI. Exceptio; Nisi putator ex arbore ramo deiecto seruum transeuntem occiderit. approbatur simul & distinguitur. *Inst. de l. Aquil. §. item si putator. l. si putator. 31. ff. eod. tt. item l. vnl Cornelia. 7. ff. ad l. Corneliam de sicarijs.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi putator non proclamauit, *Inst. d. §. item si putator. & d. l. 31.* Cuius duplicatio est; Nisi eo loco ramus decidat, quo iter fieri non solet. *Inst. d. §. item si putator. vers. aque. & d. l. 31. vers. quod si nullum.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi putator videns transeuntem non proclamauit. *d. vers. quod si nullum.* Altera replicatio est; Nisi eo tempore proclamauit, quo casus euitari amplius non posset. *d. l. 31.*

XII. Exceptio; Nisi per lusum vel certamen exercendi causa factum, seruus sit occisus, vel damnum passus. *l. si plagis. 52. §. fin. ff. ad l. Aquil.* Contradicit *l. item si obstetrix. 9. §. fin. cum l. seq. ff. eod. tt.* Plane huius exceptionis replicatio prima est; Nisi talis ludus sit, quo serui exerceri non debent. *l. actione. 7. §. si in colluctat. ff. eod. tt.* Cuius duplicatio est; Nisi domino permittente seruus luserit. *d. §. si in colluctatione.* Cui tamen interpretatio ni Accursius contradicit. Altera replicatio est; Nisi cedentem, non repugnantem vulnerauerit vel occiderit. *d. §. si in colluctatione. vers. plane.* Tertia; Nisi seruum qui non colludebat, sed adstantem vel transeuntem per lusum occiderit. *d. vers. plane. Cui concordant ea quæ proposita sunt sunt sup. exc. 9. repl. 1. cum sequentibus.*

XIII. Exceptio; Nisi cum duo stramenta ardentia transilirent, concurrerint, amboque ceciderint, alterque flamma sit consumptus. *l. scientiam. 45. §. si cum stramenta. ff. ad l. Aquiliam.*

XIV. Exceptio; Nisi dum impetum equi vel muli propter imperitiam vel infirmitatẽ retinere non posset, seruum alterius per equum oppressit. reprobatur *l. idem iuris. 8. §. mulionem. ff. d. tt. Concordat Inst. eod. tt. §. impetu.*

XV. Exceptio; Nisi per errorem venenum pro medicamento, vel furioso gladium dederit. *l. qua actione. 8. §. sed etsi quis. ff. ad l. Aquil.*

XVI. Exceptio; Nisi non occidit, sed mortis causam præbuit. *d. §. sed etsi quis. de qua re vide plura inf. cap. 10. exc. 3.*

XVII. Exceptio; sumpta ex instrumento & modo quo occidit, reprobatur *d. l. 7. §. 1.* Hactenus exceptiones, desumptæ ex causa & modo, quo seruum alienum aut quadrupedem quis occidit, propositæ sunt; sed & plures huiusmodi vide *inf. in causis proxime sequentib.* Nunc sequuntur exceptiones desumptæ ex persona occisi, & ex alijs huiusmodi circumstantijs.

XVIII. Exceptio; Nisi infans nondum anniculus sit occisus. reprobatur *l. vnde Neratius. 23. §. si infans. ff. ad l. Aquiliam.*

XIX. Exceptio; Nisi debilis & ægrotus seruus sit occisus. reprobatur *l. qua actione. 7. §. sed etsi quis seruum. ff. d. tt.* Contradicere videtur *l. fluminum. 24. §. idem Seruius, in fin. ff. de damno infecto.*

XX. Exceptio; Nisi seruus hæreditarius sit occi-

occisus.reprobatur l.liber homo.13.§.si seruus. ff. ad l.Aquiliam.

xxi. Exceptio; Nisi quadrupes quæ pecudum numero non est, nec gregatim pascitur, occisa sit. Instit.de l.Aquilia §.1.l.2.§.vt igitur.ff.eod.tt. Plane exceptio proposita prodest ad pœnam minuendam, non ad totam actionem perimendam, vt patet ex ijs quæ proponentur inf.causa 17.

xxii. Exceptio; Nisi fera bestia occisa sit. d.§. vt igitur. item Inst.d.§.1. Huius exceptionis replicatio est; Nisi elephanti sint vel cameli.d.l.2.§.fin.

xxiii. Exceptio; Nisi mortifere vulneratus, postea alio casu fortuito perierit. approbatur simul & distinguitur l. huic scripturæ. 15. §.si seruus.ff. ad l.Aquiliam. Leges concordantes vide inf.cap 10.quæst. 3.reg.6.

xxiv. Exceptio; Nisi non mortifere vulneratus, postea negligentia perijt.l.qui occidit.30.§. fin. ff.d.tt. Plures propositæ causæ exceptiones vide sup.lib.1.c.25.quæst.1.item inf.quæst.4. Hæc de secunda propositæ actionis causa. Sed & eius species sunt causæ aliquot proxime sequentes.

¶ iii. Causa; Si obstetrix medicamentum dederit, quo ancilla perierit, approbatur simul & distinguitur l.item si obstetrix.9. in princip. ff. ad l.Aquiliam.

iv. Causa; Si per vim, vel per suasum alicui medicamentum infudit; vel eum malo veneno vnxit.d.l.9.§.si quis per.

v. Causa; Si medicus seruum imperite secuit, vnde mortuus est.l.qua actione.7.§.fin.ff.ad l. Aquil.

vi. Causa; Si medicus medicamento perperam sit vsus, vnde seruus mortuus est.l. idem iuris. 8.in princ.ff.eod.tt.

vii. Causa; Si medicus curationem serui reliquit, vnde seruus mortuus est.d.l.8.in pr.Inst.eod. tt.§ præterea si medicus.

viii. Causa; Si quis id quod sustinet dimittit, eoque seruus alienus vel quadrupes occidatur.l. si plagis.52.§.in cliuo. ff.ad l.Aquiliam.

ix. Causa; Si de ponte vel ripa seruum alienum vel pecudem præcipitauit.l.qua act.7.§.sed si quis de ponte.ff.d.tt. Concordat Inst.eod.tt.§.pen.

x. Causa; Si foueas ferarum bestiarum capiendarum causa quis fecerit, in quas seruus alienus, vel pecus incidit atque perijt.approbatur simul & distinguitur l.qui foueas.28.ff.ad l. Aquil.M.I. P.lib.5.cap.8.reg.12. Huius causæ exceptio prima est; Nisi eo loco foueam fecerit, quo fieri solet.d. l.28. Altera; Nisi denunciatum sit seruo, vt præcaueret. Tertia; Nisi seruus qui incidit, sciuit foueam ibi esse. Quarta; Nisi seruus qui incidit, facile scire potuit & prouidere. Hæ tres exceptiones approbantur d.l.28. Ac aliæ huiusmodi exceptiones permittuntur causæ cognitioni iudicis ibidem.

xi. Causa; Si laqueos posuit, in quos vicini pecus incidit.l.quemadmodum.29.in pr.ff.d.tt.

xii. Causa; Si quis pecus alienum fugauit, vt præcipitaretur.l.nam si.52.ff.de furtis. Inst.d.l.Aquil. §.cæterum.

xiii. Causa; Si pecus alienum plus iusto onerauit, vt rumperetur. l. si seruus.27.§.etsi mulum.ff. ad l.Aquiliam.

xiv. Causa; Si quis plus iusto oneratus, onus reiecit, & seruum alienum occidit; vel lapsus seruũ onere pressit.l.qua actione.7.§.sed et si quis.ff.d. tt.

xv. Causa; Si seruus pignori datus apud creditorem se suspenderit, reprobatur l. quemadmodum.29.§.pen.ff.d.tt.

xvi. Causa, Si tegula ex tecto cadens alterius seruum vel quadrupedem occiderit. reprobatur l.sed et si.5.§.& ideo quærimus.ff.ad l.Aquil. Hactenus causæ primi capitis legis Aquiliç propositæ sunt; quarum exceptiones generales vide sup. causa 2. sequuntur nunc causæ tertij eiusdem legis capitis; & primum de damno in seruo alieno vel quadrupede dato.

xvii. Causa; Si quis seruum alienum, vel quadrupedem quæ pecudum numero est, vulnerauerit; aut eam quadrupedem quæ pecudum numero non est, vulnerauerit aut occiderit; tertio legis Aquiliæ capite actio constituitur. Inst.de l. Aquilia §.cap.3. Concordat l.quemadmodum.29.§. ex hoc.ff.eod.tt.

xviii. Causa; Si quis seruum alienum vsserit, fregerit, ruperit. l.si seruus.27. §.si quis igitur.ff.ad l. Aquiliam.

xix. Causa; Si ancillam immaturam stuprauit.l.si stuprum.25.in fin.ff.de iniurijs.

xx. Causa; Si ancilla pugno, vel equa ictu percussa eiecerit.d.l.27.§.si mulier.ff.ad l. Aquiliam.

xxi. Causa; Si boues alienos in angustum coegisti, eoque effectum est vt eijcerent. l.boues. §3.item l.Quintus Mutius.39.ff.eod.tt.item Inst. eod.tt. §.cæterum.

xxii. Causa; Si puerum alienum saxo illisit. l. qua actione.7.§.sed si quis de ponte.ff.ad l. Aquil.

xxiii. Causa; Si canem irritauit, vt aliquem morderet.l.item Mela.11.§.item cum eo.ff.d.tt.

De damno in ædibus, pariete, & villa dato.

xxiv. Causa; Si domum vel villam alienam incenderit. l. 2. C.de l. Aquilia.l.si seruus.27.§.item si arbustum.& §.si quis insulam.item l.qui occidit.30.§.in hac actione.ff.d.tt.M.I.P.d.capit.8.regul.16.M.I.R.d.regul.47.

xxv. Causa; Si quis ædificij fores fregerit, aut ipsum ædificium diruerit.d.l.27 §.si quis ædif. l. qui domum.50.ff.d.tt.item l.2.C.eod.tt.

xxvi. Causa, Si perquirendis metallis vel marmoribus alienarum ædium fundamenta labefactat.l.quosdam.6.C.de metallarijs.

xxvii. Causa, Si vicini ædes ruinosæ in meas ædes ceciderint.reprobatur l.euenit.6.ff. de damno infecto.l.prætor ait.7.§.hoc edictum.ff.eod.tt.

xxviii. Causa, Si parietem domus sustulit.l. scientiam.45.§.fin.ff.ad l. Aquil.

De damno in fundo, sylua & segete dato.

xxix. Causa, Si in syluam alienam ignem immisit, vel excidit eam.l.1.C.de l.Aquilia.M.I.P.d.cap. 8.reg.13.

xxx. Causa, Si arbustum alienum incenderit. l.si seruus.27.§.item si arbustum.ff.ad l. Aquil.

xxxi. Causa, Si oliuam vel auenam in segetem iniecit, quo eam inquinaret.d.l.27.§.inquit lex.

xxxii. Causa, Si oliuam decerpserit, segetem vel syluã desecuerit, vel alios fructus arboresue. approbatur simul & distinguitur d.l.27.§. si oliuã. Concordat l.1.C. eod. tt. Huius causæ exceptio est, Nisi fructus maturos vel syluam maturam desecuerit, d.§.si oliuam.& §.si salictum. Cuius replicatio est

tio est: Nisi vuas maturas in terram proiecerit. d. §.si oliuam.

xxxiii. Causa: Si fructus alienos depauit. l. vlt.C.de l.Aquilia.M.I.P.d.cap.8.reg.14. Plane hoc casu non legis Aquiliæ, sed in factum actio competit.l.qui seruandarum.14.8.fi.ff.de præscriptis verbis. Sed & ad exhibendum actio competit. l. Iulianum.9. §.glans.ff.ad exhibendum.

De damno in frumento & vino dato.

xxxiv. Causa: Si vinum alienum spurcauit, effudit, vel acetum fecit, aut alio modo vitiauit. l.si seruus.27. §. cum eo plane.ff.ad l.Aquil. Cui quoad genus actionis contradicit d.l.27.§ fin. vbi in factum actio dicitur competere.

xxxv. Causa: Si quis milium vel frumentum alienum in flumen effuderit. d. l.27.§.item si quis milium.

xxxvi. Causa: Si quis in vinum aut oleum id miscuit, quo naturalis eius bonitas corrumperetur. d. §. cum eo plane. Instit.eod.tt. §.capite tertio, in fin.

xxxvii. Causa: Si quis frumento alieno arenam vel quid aliud miscuit.d.l.27. §. item si quis frumento.

xxxviii. Causa: Si quis vinum vel frumentum alienum consumpserit.l.qui occidit.30.§.si quis alienum.ff.ad l.Aquiliam.

De damno in naue, aqua & aquæductu dato.

xxxix. Causa: Si aquam alio deriuauerit. l.2. in fin.C.de l.Aquilia.

xl. Causa: Si aquæductum alienum diruerit. l.si seruus.27.§.si quis aquæductum.ff.ad Aquiliam.

xli. Causa: Si funem quo religata nauis erat, præciderit.l.quemadmodum.29.§.si fune.ff.d.tt. Huius causę exceptio est: Nisi aliter se explicare non potuit, nisi præcisis funibus.d.l.29.§.item Labeo.

xlii. Causa: Si nauis nauem contra se venientem obruit. approbatur simul & distinguitur d.l.29.§.si nauis.

xliii. Causa: Si nauis in scapham alterius impacta, damnum illi dederit. approbatur simul & distinguitur d.l.29.§.si nauis.

xliv. Causa: Si nauem perforauit. l. si seruus. 27.§.si nauem.ff.ad l.Aquiliam.

De damno in tabulis & instrumentis dato.

xlv. Causa: Si testamentum deleuit. l.si quis. 41.in pr.cum l.seq.ff.d.tt.

xlvi. Causa: Si chirographum alicuius aut aliam cautionem deleuit aut corrupit.d.l.41. l.qui tabulas.27.§.fin.cum quatuor legib.sequentib.ff. de furtis.l.quidam.32.§.de l.Aquilia.ff.eod.tt. item l.argentarius.10.§.fin.ff.de edendo. Huius causæ exceptio est; Nisi conditio debiti, de quo chirographum acceptum est, defecerit.l.in Aquilia.40.ff. ad legem Aquiliam.

De reliquis damni speciebus.

xlvii. Causa: Si aliquid vstum, ruptum vel fractum sit, aut alio modo deterius factum. Instit. de lege Aquilia. §.1.capit.3. ibi: si quid enim.l.si seruus. 27.§.inquit.§.cum eo plane.ibi.nec negat. & §.rupisse.ff. eod.tt.

xlviii. Causa: Si vestimenta aliena sciderit, vel inquinauerit.d.l.27.§.si quis vestimenta.

xlix. Causa: Si quis alicui de manu numos excusserit, vt perirent.d.l.27.§.si quis de manu.

l. Causa: Si alienas merces in mare proiecit. approbatur simul & distinguitur l. qui seruandarum.14.in pr.ff.de præscriptis verbis.

li. Causa: Si calicem argenteum alienum in profundum abiecerit.d.l.14.§.sed et si calicem.

lii. Causa; Si cum plaustrarius male lapides composuisset, lapis ex plaustro cadens ruperit aliquid vel fregerit. l.si seruus.27.§.si ex plaustro.ff. ad l.Aquil.

liii. Causa; Si causam & occasionem damni dedit.l.qui occidit.30.§.in hac actione.ibi: nam & qui.ff.ad l.Aquil.l.prætor ait.4.§.si cum seruum.ibi: verum est.ff.vi bonor.raptor.M.I.P.d.cap.8. reg.15.M.I.R. d.c.10.reg.48. vbi etiam distinguitur. Hactenus causæ Aquiliæ actionis sunt enumeratæ, Sed & plures huiusmodi causas, ex quibus vtilis legis Aquiliæ vel in factum actio competit, vide inf.c. 10.quæst.5.exc.1.2.& 3.

IV. DE EXCEPTIONIBVS præcedentium causarum generalibus.

i. Exceptio; Nisi furiosus damnum dederit. approbatur l.sed et si.5.§.ideo.ff.ad l.Aquil.

ii. Exceptio; Nisi infans damnum dederit. d. §.& ideo.

iii. Exceptio; Nisi impubes damnum dederit. reprobatur ibidem.

iv. Exceptio; Nisi quadrupes damnum dederit.d.§.& ideo. Plane hoc casu alia datur actio, de qua vide inf.lib.prox.cap.1.

v. Exceptio; Nisi magistratus alicui damnum dederit.reprobatur l.quemadmodum.29.§. municipales.ff.ad l.Aquil. Sed & plura de exceptione proposita vide sup.lib.15.cap.12.reg.8.

vi. Exceptio; Nisi dominus seruo suo damnum dederit. Hæc exceptio ipso quidem iure subsistit; quoniam inter dominum & seruum actio non datur. verum eius replicatio prima est; Nisi alius in seruo vsumfructum habeat. l.sed et si. 12.ff.ad l.Aquil. Altera; Nisi alius seruum bona fide possideat. Tertia, Nisi alius seruum pignori acceperit. Hæ duæ replicationes approbatur l.si dominus. 17.in pr.ff.d.tt. Quarta, Nisi hæres seruum alij legatum occiderit.l.quod si.14.ff.eod.tt. Quinta, Nisi pars in seruo alterius sit.l.sed et si.19.cum l.sequen.ff. ad l.Aquil.

vii. Exceptio; Nisi creditor in re sibi debita damnum dederit.approbatur simul & distinguitur exemplo l.legis Aquiliæ.54.ff.d.tt. Huius exceptionis replicatio est; Nisi ante moram factam creditor in re debita damnum dederit.d.l.54.Concordat l.Stichum.55.ff.eod.tt.

viii. Exceptio; Nisi seruus communis vni dominorum damnum dederit.approbatur simul & distinguitur l.si seruus.27.§.1.ff.ad l.Aquil.

ix. Exceptio; Nisi liber homo qui bona fide possidetur, ei à quo possidetur, damnum dederit.reprobatur l.liber homo.13.§.Iulian.ff.ad l.Aquil. Concordat l.homo liber.54.§. item promittendo. ibi.sed & damnum.ff.de adquir.rer.dominio.

x. Exceptio; Nisi in eo seruo qui bona fide non domino possidetur, à seruo bonæ fidei possessoris damnum sit datum.reprobatur l.si eo tempore.38.ff.ad l.Aquiliam.

XI. Exceptio: Nisi in re mariti vxor damnum dederit, reprobatur *l. mulier. 56. ff. eod. tt. l. si seruus. 27. §. si cum maritus. ff. eod. tt. item l. 2. in fin. C. rerum amotarum.*

XII. Exceptio: Nisi in sua re quis damnum dederit, approbatur simul & distinguitur exemplo serui *sup. exc. 6.*

XIII. Exceptio: Nisi iure factum sit. *l. si seruus. 3. in fin. ff. ad l. Aquil. Concordat l. nemo. 193. ff. de regul. iuris.* Huius exceptionis species sunt exceptiones aliquot sequentes. Plane si quis in suo ignem habuerit, ex quo damnum datur alteri: quamuis iure ignem habeat, tamen in factum actione tenetur. *quæ replicatio approbatur l. si seruus. 27. §. si furnum. ff. ad l. Aquil.*

XIV. Exceptio: Nisi in re aliena, in suo loco non iure constituta, quis damnum dederit. approbatur simul & distinguitur *l. quemadmodum. 29. §. 1. ff. ad l. Aquil.* Huius replicatio prima est: Nisi protectum alienum supra suam domum extensum reciderit. *d. §. 1.* Altera; Nisi quis in pecore alieno, quod in suo loco deprehendit, damnũ dederit. *l. Quintus Mutius. 39. ff. eod. tt.* Quod dictum de pecore, idem de apibus cauetur *l. si seruus. 27. §. si cum apes. ff. eod. tt.*

XV. Exceptio: Nisi sui defendendi causa damnum alteri dedit. approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. q. 3. causa 2. exc. 2.* eiusque exemplum proponitur *l. si plagis. 52. §. 1. ff. ad l. Aquil.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi reus prior cœperit percutere, *d. §. 1. Concordat l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecisse.* Aliam replicationem vide *sup. quæst. 3. causa 2. exc. 2.*

XVI. Exceptio: Nisi vlciscendi sui causa alteri damnum dederit. reprobatur *l. scientiam. 45. §. qui cum, in fin ff. ad l. Aquil.*

XVII. Exceptio: Nisi arcendi incendij gratia vicinas ædes intercidit. *l. si quis. 49. §. quod dicitur. ff. d. tt. l. quo naufragium. 3. §. quod ait prætor, in fin. ff. de incendio, ruina, &c. item l. si alius. 7. §. est autem & alia. ff. quod vi aut clam. M. I. R. lib. 5. cap. 10. reg. 47. exc. 1.*

XVIII. Exceptio: Nisi sine dolo malo damnum datum sit. approbatur simul & distinguitur *Inst. de l. Aquilia. §. illud palam. M. I. R. d. reg. 47. exc. 2. De hac re vide sup. quæst. 3. causa 2. exc. 6.* Exemplum proponitur *l. si quis. 49. §. quod dicitur. ff. ad l. Aquil.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi culpa rei conuenti damnum datum sit. *d. §. illud palam. l. qui occidit. 30. §. in hac actione. ff. d. tt. Concordant ea quæ proposita sunt sup. q. 3. caus. 2. exc. 6. M. I. R. d. exc. 2. repl. 1.* Exemplum proponitur *l. si plagis. 52. §. in cliuo. ibi: nam nihilom. ff. ad l. Aquil.* Sane propositæ replicationis species & exempla sunt replicationes proxime sequentes. Huius replicationis duplicatio videtur esse: Nisi leuissima fuerit culpa. Sed reprobatur *l. in l. Aquilia. 44. in prin. ff. ad l. Aquil.* Plane admittitur in damno dato à libero homine bona fide possesso, ei à quo possidetur, *l. homo liber. 54. §. item promittendo. ibi: vt tamen culpam. ff. de adq. rerum dom.* Altera replicatio est: Nisi imperitia damnum datum sit, *d. §. in hac actione. Concordat l. illicitas. 6. §. sicut medico. ff. de officio præsidis. M. I. P. d. c. 8. reg. 11. exc. 1. Sed & concordant ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. c. 2. exc. 8. repl. 1. dupl. 3. triplic. 2. item lib. 19. c. 6. quæst. 1. causa 9. exc. 1. repl. 2.* Tertia replicatio est: Nisi propter infirmitatem damnum dederit. *l. idem iuris. 8. §. mulionem. ff. ad l. Aquiliam.* Quarta: Nisi nimia sæuitia præceptor in disciplina discipulo damnum dederit. *l. sed etsi. 5. §. fin. cum legib. sequent. ff. ad l. Aquil. l. item quæritur. 13. §. item Iulianus. ff. locati.* Plura de exceptione proposita vide *inf. lib. 15. cap. 2. exc. 6.*

XIX. Exceptio: Nisi dolus vel culpa in non faciendo consistat. *l. si vsufructus legatus. 16. §. denique consultus. vers. nam qui agrum. ff. de vsufr. & quemadm.* Leges quæ huic exceptioni videntur obstare, vide *in glossa in d. vers. nam qui agrum.*

XX. Exceptio: Nisi impulsu alterius damnum dederit. *l. qua actione. 7. §. proinde si quis. ff. ad l. Aquil. l. si plagis. 52. §. in cliuo, in fin. ff. eod. tt.*

XXI. Exceptio: Nisi non corpore suo, sed alio modo quis damnum dederit. hoc enim casu non directa, sed vtilis Aquiliæ actio competit. *Inst. de l. Aquilia. §. cæterum placuit.*

XXII. Exceptio: Nisi ei damnum datum sit, apud quem in alea lusum esse dicitur. *l. 1. in pr. ff. de aleatoribus.* Huius exceptionis replicatio, sumpta ex tempore & loco damni dati, reprobatur *d. l. 1. §. item notandum.*

XXIII. Exceptio: Nisi res non sit facta deterior. *l. si seruus. 27. §. rupisse. ibi: cæterum. §. si oliuam. & §. et si puerum. ff. ad l. Aquil.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi sumptus in reficienda re sint facti. *d. §. rupisse.*

XXIV. Exceptio: Nisi seruus qui vulneratus fuit, rursus sit sanatus: reprobatur *l. scientiam. 45. §. lege. ff. ad l. Aquiliam.*

XXV. Exceptio; Nisi actor periculum & damnum euitare potuit. *l. quod quis. 203. ff. de reg. iur. l. qui foueas. 28. in fin. ff. ad l. Aquil. M. I. P. d. reg. 11. exc. 2. & d. lib. 5. c. 12. reg. 36. Vide ite inf. lib. prox. c. 1. q. 2. exc. 2.*

XXVI. Exceptio; Nisi res in qua damnum datum est, postea sine culpa rei conuenti perierit, reprobatur *l. sin autem. 27. §. si homo, in fin. ff. de rei vendic.*

XXVII. Exceptio; Nisi seruus mortifere vulneratus, liber hæresque esse iussus, decesserit. approbatur simul & distinguitur *l. nam sicut. 36. §. si dominus. ff. ad l. Aquil. l. huic scripturæ. 15. §. fin. cum l. sequente. ff. d. tt. item l. vnde Neratius. 23. §. 1. ff. d. tt.*

XXVIII. Exceptio; Nisi semel sit actum. approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio prima est; Nisi alius antea egerit, approbatur exemplo *l. si seruus. 27. §. inquit lex. ibi: & si colonus. ff. ad l. Aquiliam.* Altera; Nisi cum alio antea sit actum. *l. item Mela. 11. §. sed si plures. ibi. & si cum vno. ff. d. tt.* Tertia; Nisi ex alia causa vel facto antea sit actum. *l. illud quæsitum est. 32. §. final. ff. d. tt. l. si vulnerato. 46. cum duabus legibus sequentib. ff. eod. tt.* Quarta; Nisi alia actione antea sit actum. reprobatur *l. sed et si. 18. ff. ad l. Aquiliam. l. si seruus. 27. §. Proculus. ff. d. tt.* Plane admittitur primum quidem, si ex diuersis causis actiones competant. *l. item apud Labeonem. 15. §. si quis seruo. ff. de iniuriis. l. sed si. 17. §. seruus meus. ff. d. tt. item l. 2. §. item quæsitum. ff. de priuatis delictis.* Deinde admittitur, si aliquid amplius sit in legis Aquiliæ actione, quam fuit in priore. *l. qui seruum. 33. in prin. ibi: rationalibus. ff. de action. & obligat.* Hactenus exceptiones contra causas

causas actionis Aquiliæ. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *supr. quæst. 3. caus. 2.*

DE RELIQVO AQVILIÆ ACTIONIS iure.

CAP. X.

I. QVIBVS ACTIO LEGIS Aquiliæ competit?

PRima regula, De hæredibus eius qui damnum passus est. His quoq; eadem competit actio, *l. vnde Neratius. 23. §. hanc action. ff. ad l. Aquil.* Huius regulæ exceptio prima videtur; Nisi post mortem defuncti ante aditam hæreditatem damnum datum sit. Sed reprobatur *l. liber homo. 13. §. si seruus. & l. ob id. 43. ff. d. tt.* Altera: Nisi in re alij legata damnum sit datũ, hoc enim casu legatario, non hæredi competit actio, approbatur simul & distinguitur *d. l. 13. §. fin.* Huius replicatio prima est: Nisi legatarius legatum repudiauerit. *d. §. fin. & l. nam sicut. 36. in pr. D. eod. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi res in qua damnũ datum est, duob. fuerit legata, hoc casu vno repudiante, alteri in solidum competit actio, non hæredi *l. si dominus. 17. D. d. tt. & l. Titio. 34. cum duabus ll. sequentib. D. eod. tt.* Altera replicatio est: Nisi ante aditam hæreditatem damnum in re legata sit datũ. *l. huic scripturæ. 15. in pr. D. eod. tt.* Tertia exceptio est. Nisi in corpore defuncti adhuc viui damnũ sit datum. *l. si vero. 5. §. hæc autem, in fin. de his qui deiecerint.*

II. Regula: Domino rei in qua damnum datum est, Aquiliæ actio competit, non alij. *l. item Mela. 11. §. legis. D. ad l. Aquil. & l. liber homo. 13. §. fugitiui. D. d. tt.* Huius regulę exceptio prima videtur; Nisi in re commodata damnum datum sit, hoc enim casu commodatario, nõ domino actio videtur cõpetere, verum exceptio hęc reprobatur *d. l. 11. §. fin.* Altera exceptio est: Nisi alius vsumfructum vel vsum in re habeat. nam & huic vtilis datur actio. *d. §. fin. l. sed et si. 12. D. d. tt. item l. locum autem. 17. §. fin. D. de vsufructu & quemadm.* Tertia: Nisi res ab alio bona fide possideatur, hoc enim casu bonæ fidei possessori datur actio. *d. l. 11. §. sed et si seruus. & l. si dominus. 17. in princ. D. ad l. Aquiliam.* Quarta: Nisi insula exusta alij locata fuerit inhabitanda, hoc enim casu etiam inquilino datur actio Aquiliæ. *l. si seruus. 27. §. si quis insulam. D. d. tt.* Quinta: Nisi fundus in quo damnum datum est, alij fuerit locatus, hoc enim casu colono etiam competit actio. *d. l. 27. §. inquit lex.* Sexta: Nisi res alij pignori fuerit obligata, hoc enim casu etiam creditori actio datur. *l. qui occidit. 30. §. 1. D. ad l. Aquil.* Ex quo patet, creditori pure quidem seu regulariter actionem propositam nõ competere, sed sub duabus hisce conditionibus, si debitor non sit soluẽdo, vel à principali actione tempore sit exclusus. Tertia conditio est, si debitor ipse damnum in re pignori obligata dederit. *quæ proponitur l. si dominus. 17. in pr. D. d. tt.* Septima exceptio est: Nisi res in qua damnum datum est, alij à domino debebatur, hoc enim casu nõ domino, sed ei cui res debetur, actio v detur competere, sed reprobatur *l. arbitrio. 18. §. fin. D. de dolo malo.* Octaua: Nisi res sit redhibenda vẽditori, hoc enim casu non emptori domino, sed venditori potius Aquiliæ actio videtur dãda. Sed & hæc exceptio reprobatur *l. item Mela. 11. §. si in eo. D. ad l. Aquil.*

II. ADVERSVS QVOS ACTIO legis Aquiliæ competit?

I. Regula, De hæredibus & cæteris successoribus. Aduersus hos actio proposita nõ competit. *l. vnde Neratius. 23. §. hanc actionem. ff. ad l. Aquil. Concordat Inst. d. tt. §. his autem verbis. ibi; ideoque constat. M. I. R. d. c. 19. reg. 50.* Huius regulæ exceptio est: Nisi de eo quo ex damno locupletiores facti sunt. *d. §. hanc actionem.*

II. Regula; Is solum qui damnum dedit, nõ alius hac actione tenetur, quæ regula ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio prima est: Nisi impulsu alterius damnum dedit, hoc enim casu non is qui dedit damnum, sed is qui impulit, tenetur. *l. qua act. 7. §. proinde si quis. ff. ad l. Aquil.* Huius replicatio est; Nisi culpa eius qui impulsus est, præcesserit, approbatur exemplo *l. item Mela. 11. in princ. ff. d. tt.* Secunda exceptio est: Nisi iussu vel mandatu alterius damnum dederit, hoc enim casu is qui iussit, tenetur, approbatur simul & distinguitur *l. liber homo. 37. in prin. ff. ad l. Aquil. & l. is damnum dat. 130. in princ. ff. de reg. iuris.* Tertia; Nisi ope alterius damnum dederit, hoc enim casu vterque tenetur. *d. l. 11. §. si alius.* Quarta; Nisi seruus damnum dederit, hoc enim casu in dominũ eius datur actio. *l. in l. Aquilia. 44. §. fin. cum l. sequente. ff. d. tt. l. si seruus. 27. §. 1. Dig. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi ignorante vel inuito domino seruus fecit. *d. §. 1.* Altera; Nisi seruus ab alio bona fide possideatur, reprobatur *d. l. 27. §. serui autem.* Tertia; Nisi seruus in fuga sit, reprobatur *d. §. serui autem.*

III. Regula, De eo qui ignem sublecit, & eo qui ignem male custodiuit, insula exusta, vter teneatur, definitur *d. l. 27. §. si fornacarius.*

IV. Regula. De domino plaustri prioris, & domino plaustri posterioris, & de mulione, si prius plaustrum posterius impulit, quo seruo alicuius damnum est datum. quis ex iis teneatur, definitur *l. si plagis. 52. §. in cliuo. D. ad l. Aquiliam.*

V. Regula. De pluribus simul damnum dantibus. Omnes tenentur. *l. item Mela. 11. §. si plures. & §. sed si plures. ff. ad l. Aquiliam. item l. si item. 51. ff. d. tt.*

III. QVID QVANTVMQVE veniat in actione proposita?

I. Regula: Si seruus vel quadrupes quæ pecudum numero est, occisus occiue fuerit, tenetur reus quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, approbatur verbis edicti *l. 2. ff. d. tt. Concordat Inst. de l. Aquilia, in princ.* Declaratur regula proposita definitione horum verborum, Quanti ea res in eo anno, &c. *Inst. d. tt. §. his autem. l. vnde Neratius. 23. §. idem Iulianus. & §. sed et si bonæ. ff. ad l. Aquil.* Sane ex quo tempore annus sit numerandus, definitur *l. ait lex. 21. in pr. D. d. tt.* Propositæ regulæ exceptiones vide *supr. cap. prox. quæst. 3. caus. 2. item infr. in regulis sequentibus.*

II. Regula: Si alio modo, vel in alia re quam *supr. reg. prox.* dictum est, damnum sit datum, tanti tenetur reus, quanti ea res in dieb. triginta proximis fuerit, quæ regula approbatur tertio legis Aquiliæ capite, *l. si seruus. 27. §. huius legis. ff. d. tt. Concordat Inst. de l. Aquilia. §. ex hoc tamen.* vbi etiam regula proposita declaratur, sicuti & *l. quemadmodum. 29. §. fin. D. ad l. Aquiliam.* Concordant denique

nique propositæ ea quæ habentur *supr. cap. prox. quæst.3.caus.17.*

III. Regula: Æstimatio in actione proposita non solum perempti corporis, sed etiam eius quod interest habenda. *Inst. de l. Aquilia. §. illud non l. ant lex. 21 in fin. cum l. sequente. l. 23. in pr. §. idem Iulianus. § sed etsi seruus. & §. in summa. l. liber homo 37. §. si quadrupes. l. si ita. 51. §. æstimatio autem ibi, in quo pretium. & l. Stichum. 55. ff. d. tt. l. 1. §. pen. ff. si quadrup. pauperiem, &c.* Plane propositæ regulæ exceptio est; Nisi id quod interest, sit incertissimum, approbatur exemplo piscium rete rupto, *l. quemadmodum. 29 §. idem Labeo, in fin. ff ad l. Aquiliam.*

IV. Regula; Affectionis non fit æstimatio in hac actione. *l. si seruum. 33. D. d. tt.*

V. Regula; Si reus factum negauerit, conuictus in duplum tenetur. *l. 2. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. vnde Neratius. 23. §. hæc actio. eod. tt. l. contra. 4. cum l. sequ. C. de l. Aquilia.*

VI. Regula; Vtrum de occiso, an de vulnerato quis teneatur? primum, si seruus morti fere vulneratus, postea casu maturius pereat, definitur *l. huic scripturæ. 15. §. si seruus. Dig. ad l. Aquiliam.* Deinde, si seruus mortifere vulneratus, postea ab alio maturius occidatur, definitur *l. item Mela. 11. §. Celsus. ff. d. tt.* Contradicit *l. si ita. 51. ff. d. tt.* Tertio, si seruus non mortifere vulneratus, negligentia perierit, de vulnerato, nõ de occiso actio est. *l. qui occidit. 30. §. fin. ff. ad l. Aquil. & l. si ex plagis. 52. in pr. ff. eod. tt.* Quarto, si idem eundem seruũ prius vulnerauerit, deinde occiderit, tam de vulnerato quam de occiso tenetur. approbatur simul & distinguitur *l. illud quæsitũ est. 32. §. fin. ff. d. tt.* Postremo, si plures eundẽ seruũ percusserint, ex quo mortuus est, omnes de occiso tenẽtur, approbatur simul & distinguitur *l. item Mela. 11. §. sed si plures. & l. si ita. 51 ibi, idq; est consequens. ff. eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cõstet cuius ictu perierit, tunc enim hic solus de occiso tenetur. *d. §. sed si plures.* Altera; Nisi non simul plures seruum percusserint, sed ex interuallo, approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. casu 2.*

VII. Regula, Si vsufructuarius agat actione proposita, quid veniat, definitur *l. sed etsi. 12. in fin. ff. ad l. Aquil.*

VIII. Regula: Si socius communem seruum occiderit, alteri socio non nisi pro ea parte, qua dominus est, actio competit. *l. scilicet. 20. D. d. tt.*

IX. Regula; Si cum antea de vulnerato seruo actũ esset, postea mortuo eo rursus agatur, quid veniat definitur *l. si vulnerato. 46. cum l. sequente. D. eod. tt.* Huius exceptio est; Nisi idem seruus à diuersis diuerso tempore vulneratus & occisus esset. *l. si ita. 51. §. æstimatio autem. D. d. tt.*

X. Regula; Si in corpore liberi hominis damnum datum sit, æstimatio fit operarum quas præstare amplius non potest, item impensarum quæ in curatione fiunt. *l. cum liberi 7. D. de his qui deiecerint Inst. de oblig. quæ quasi ex delicto. §. ob hominẽ vero. l. ex hac lege. 3. D. si quadrupes pauper. fecisse dicatur. item l. qua act. 7. in pr. D. ad l. Aquil. M. I. P. d. cap. 8. reg. 17. M. I. R. d. c. 10. reg. 42. & 52.*

XI. Regula; Dominus serui qui damnum dedit, noxæ dedendo seruum liberatur, approbatur simul & distinguitur *l. si seruus. 27. §. Proculus. D. ad l. Aquil.*

XII. Regula; Si familia damnum fecisse dicatur, in tantũ dominus familiæ tenetur, in quantum, si vnus liber damnum dedisset, actio daretur. *l. illud quæsitum est. 32. D. ad l. Aquil. & l. 1. §. si plures. D. si familia furtum fecisse dicatur.*

XIII. Regula; Vni ex pluribus rei communis nomine agenti non nisi pro parte competit actio, approbatur simul & distinguitur *l. si seruus 27. §. item si seruus. D. ad l. Aquil.*

XIV. Regula; Hoc loco etiam notandũ, quod damna interdum extra ordinem puniantur, vt incendia. *de qua re vide infr. lib. prox. c. 19. reg. 12.*

IV. ADIVNCTA OFFICIA
huius actionis.

I. Regula; Nullæ partes iudicis in cõfitentem reum sunt rei iudicandæ, sed tantum æstimandæ. *l. proinde. 25. in fin. cum l. sequente. D. ad l. Aquil.*

II. Regula, De cautione ab actore præstãda, reum aduersus alium defensum iri, proponitur *l. si seruus. 27. §. inquit lex. ibi, & sic colonus. D. d. tt.*

V. ADFINIA PROPOSITÆ
actionis remedia.

Regulariter ex damno dato legis Aquiliẹ, nõ alia datur actio, *per ea quæ proposita sunt infr. cap. 9. quæst. 2. reg. 1.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi quis non corpore suo, sed alio modo damnum dederit, tunc enim nõ directa, sed vtilis legis Aquiliæ vel in factum actio datur, approbatur, simul & exemplis declaratur *Inst. de l. Aquilia. §. cæterum placuit.* Primum exemplum est, si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, vt fame necaretur. *quod proponitur d. §. cæterum placuit. Concordat l. item si obstetrix. 9. §. si quis hominem. & l. quemadmodum. 29. §. municipales. D. eod. tt. item l. de pecorib. 5. C. eod. tt.* Alterum exemplum est, si quis iumentũ ita vehementer egerit, vt rumperetur. *quod habetur d. §. cæterum placuit. Cui cõcordant ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæst. 3. caus. 21.* Tertium est, si quis pecus in tantum exagitauerit, vt præcipitaretur. *d. §. cæterum placuit. & l. nam si 52. D. de furtis.* Quartum est, si quis seruo alieno persuaseri, vt in arborem ascenderet, aut in puteum descenderet, & is ascendendo vel descẽdendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit. *d. §. cæterum placuit. & l. dolo malo. 3. cum l. sequente. D. de seruo corrupto.* Quintum exemplum est, si quis seruum vestimẽtis spoliauerit, vnde frigore perierit. *Quod proponitur l. qui seruandarum. 14. §. 1. Dig. præscriptis verbis.* Sextum exemplum est, si quis seruum equitantem cõcitato equo effecerit in flumen præcipitari, vel eum in insidias deduxerit, vnde perierit. *l. item si obstetrix. 9. §. si seruum. D. ad l. Aquiliam.* Septimum exemplum proponitur *l. si seruus. 27. §. si seruum. ff. d. tt.* Plura propositæ exceptionis exempla vide *supr. cap. prox. quæ. 3. inter causas huius actionis, item infr. lib. prox. c. 1. q. 2. exc. 1.*

II. Exceptio: Nisi non in corpore rei, sed alio modo damnum datum sit, hoc enim casu nõ directo legis Aquiliæ, sed in factum actio competit, approbatur, simul & exemplo declaratur *Inst. de l. Aquilia. §. fin. Concordat l. & eleganter. 7. §. idem Labeo. D. de dolo malo.*

III. Exceptio: Nisi non occiderit reus, sed mortis causam præbuit, hoc enim casu in factũ actione

actione tenetur. *l. qua actione. 7. §. sed etsi quis. ff. ad l. Aquiliam. l. item si obstetrix. 9. in prin. & l. si quis. 49. in princ. ff. eod. tt. Concordant item ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæst. 3. caus. 53.*

IV. Exceptio: Nisi in libero corpore damnũ datum sit, hoc enim casu non directa, sed vtilis legis Aquiliæ actio competit. *l. liber homo. 13. in prin. ff. ad l. Aquil.* Sane quid veniat hoc casu in actionem iam dictam, vide *supr. quæst. 3. reg. 10.*

V. Exceptio: Nisi cessantibus verbis legis Aquiliæ, ex mente eius iusta interpretatione cõpetat actio, hoc enim casu in factum actio competit. *l. si seruum. 33. §. fin. ff. ad l. Aquil. Concordant ea quæ proposita sunt supr. lib. 1. c. 2. quæst. 6. reg. 2.* Huius exceptionis species & exempla sunt *exceptiones quatuor præcedentes, item aliquot causæ supr. cap. prox. quæst. 3. propositæ.*

VI. Exceptio: Nisi ex eo quod seruus alicuius occisus est, agatur, hoc enim casu etiam publicũ iudicium ex lege Cornelia competit. *l. vnde Neratius. 23. §. si dolo. ff. ad l. Aquil. l. ex morte. C. eod. tt. item Inst. eod. tt. §. liberum.* Huius exceptionis replicatio: Nisi actione legis Aquiliæ sit actum, reprobatur *d. §. si dolo. Concordat l. 2. §. 1. ff. vi bonorum raptor.* Contradicit *l. prætor. 7. §. 1. ff. de iniuriis.*

VII. Exceptio: Nisi in re hæreditaria damnũ sit datum, reprobatur *per ea quæ proponuntur supr. quæst. 1. reg. 1. exc. 1.*

VIII. Exceptio: Nisi coniunx in re coniugis damnum dederit. Et hæc exceptio reprobatur *supr. cap. prox. quæst. 4. exc. 11.*

IX. Exceptio: Nisi conductor in re conducta damnum dederit, hoc enim casu etiam ex locato actio est. *l. qua actione. 7. §. fin. ff. ad l. Aquil. l. sed etsi 5. §. fin. l. si seruus. 27. §. si fornacarius. §. Proculus. & §. penult. ff. eod. tt.*

X. Exceptio: Nisi seruus conductus conductori damnum dederit, hoc enim casu ex conducto est. *d. §. penult.*

XI. Exceptio: Nisi creditor in pignore damnum dederit, hoc enim casu etiam pignoraticia competit actio. *l. sed etsi. 18. D. ad l. Aquil.*

XII. Exceptio; Nisi depositarius in re deposita damnum dederit, hoc enim casu etiã depositi & ad exhibendum actio est. *l. qui tabulas. 42. D. ad l. Aquil.*

XIII. Exceptio: Nisi in arboribus damnum sit datum, hoc enim casu etiam furti & arborum furtim cæsarum actio est. *l. si seruus. 27. §. si oliuam. in fin. ff. eod. tt.*

XIV. Exceptio: Nisi ex eo quod lolium vel auenam in segetem alienam iniecerit, agatur, hoc enim casu etiam interdictum Quod vi aut clam competit. *d. l. 27. §. inquit lex.*

XV. Exceptio: Nisi ex eo quod puer castratus sit, agatur, hoc enim casu etiam iniuriarum actio competit, & ex edicto ædilium, & in quadruplum. *d. l. 27. §. etsi puerum.*

XVI. Exceptio: Nisi ex eo quod incendium factum est, agatur, hoc enim casu etiam extraordinem crimen coerceretur, *de qua re vide infr. lib. prox. cap. 19. reg. 12.*

XVII. Exceptio: Nisi ex eo quod alienos fructus immisso pecore depauit, hoc enim casu etiam de pastu pecoris actio est. *l. qui seruandarum. 14. §. fin. ff. de præscriptis verbis.*

XVIII. Exceptio: Nisi de damno nondum facto agatur, hoc enim casu de damno infecto actio est *l. si seruus. 27. §. si furnum. in fin. ff. ad l. Aquil.*

XIX. Exceptio: Nisi iniuriandi animo damnum sit datum, hoc enim casu etiam iniuriarum actio est. *l. sed etsi. 5. §. iniuriam. & l. si quis. 41. §. penult. ff. d. tt.*

XX. Exceptio: Nisi res non sit deterior facta, hoc enim casu iniuriarum actio competit, cessante legis Aquiliæ actione, *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. quæst. 4 exc. 22.*

XXI. Exceptio: Nisi quis rem alienam subripuit, & in ea damnum dedit, hoc enim casu etiam furti actio competit. *l. si seruus. 27. in pr. & §. si quis de manu. ff. ad l. Aquil. l. 2. in pr. & §. fin. ff. de priuatis delictis.* Plures propositæ regulæ exceptiones, & Aquiliæ actionis adfinia remedia, vide *infra lib. prox. cap. 1.*

DE INIVRIARVM ACTIONE.
CAP. XI.

I. GENVS ET PROPRIA
huius actionis.

PRima regula: Priuatum, non publicum iudicium est. *l. iniuriarum. 7. & l. vlt. C. de iniuriis.*

II. Regula: Ex bono & æquo est hæc actio. *l. non solum. 11. §. 1. ff. de iniuriis.*

III. Regula: Iniuriarum actio in bonis actoris non computatur, approbatur sub conditione *l. iniuriarum. 28. ff. d. tt.*

II. Differentia huius actionis & superioris legis Aquiliæ, proponitur *l. prætor. 7. §. si dicatur. ibi, quid ergo de lege. & l. item apud Labeonem. 15. §. si quis seruo. ff. eod. tt.*

III. CAVSÆ HVIVS
actionis.

Prima & generalis causa huius actionis est, si alicui iniuria fit facta. *M. I. P. d. c. 8. reg. 22. M. I. R. d. c. 10. reg. 62.* Hæc causa declaratur definitione iniuriæ, & distinctione significatorum, *Inst. de iniuriis, in pr.* Diuisio iniuriæ prima, sumpta ex modo quo fit, proponitur *d. l. 1. §. iniuriam. M. I. R. d. reg. 62.* Altera iniuriæ diuisio, sumpta ex re in qua fit iniuria, habetur *d. l. 1. §. omnemque.* Tertia iniuriæ diuisio, sumpta ex persona per quam nobis iniuria fit, proponitur *d. l. 1. §. item aut per. Concordat Inst. de iniuriis. §. patitur autem.* Hæc de iniuria in genere, nunc iniuriæ species & causæ speciales huius actionis enumerandæ.

II. Causa: Si quis pugno pulsatus, fustib. cæsus vel verberatus est. Hæc causa cum aliis quibusdam approbatur *Inst. de iniuriis. §. iniuria autem. l. 1. §. iniuriam. ibi, omnemq;. & l. item apud Labeonem. 15. §. prætor ait. ff. eod. tt. item l. qui seruum. 33. in pr. ff. de act. & oblig. M. I. R. d. c. 10. reg. 63.* Declaratur causa proposita *d. l. 15. §. verberasse.* Sed & plura de ea vide *infr. c. 14. M. I. R. d. reg. 63.*

III. Causa: Si aduersus aliquem manus leuatæ sunt, & læpe territus sit, quasi vapulaturus. *d. l. 15. §. 1. M. I. P. d. c. 8. reg. 19.*

IV. Causa: Si matremfamilias, aut prætextatum prætextatamve adfectatus fuerit, siue cuius pudicitia attentata. *l. sed est quæst. 9. §. fin. Digest. de iniuriis. Instit. eod. tt. §. iniuria. ibi, siue quis matremfamilias. l. 1. §. iniuriam. ibi, omnemque. item d. l. 15. §.*

*tenetur.ff.eod.tt.M.I.P.d.c.8.reg.*18.Declaratur causa proposita definitione verbi Attentari,*l.attentari.*10.*ff.de iniuriis.* Definitur vocabulum adsectari.*d.l.*15.§.*aliud est.* Huius causæ exceptio est: Nisi non contra bonos mores, sed officij gratia fuerit adsectatus.*d.l.*15.§.*meminisse.*

v. Causa; Si quem quamve appellauit.*d.l.*15.§.*tenetur hoc.* Declaratur causa proposita *d.l.*15.§.*appellare.&*§.*aliud.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi non matronali habitu vestitam appellauit.*d.l.*15.§.*si virgines.* Altera: Nisi colludendi animo, non contra bonos mores appellauerit.*d.l.*15.§.*meminisse.*

vi. Causa: Si turpibus verbis quis apud aliquam vtatur.*d.l.*15.§.*qui turpibus.*

vii. Causa: Si quis comitem alicuius abduxerit,*l.*1.§.*iniuriã.ibi,omnemque.ff.de iniuriis.* Huius causæ exceptio prima, sumpta ex persona comitis abducti, reprobatur *d.l.*15.§.*comitem.ff.eod.tt.* Altera: Nisi conatus nõ habuerit euentũ. *d.l.*15.§.*abduxisse.* Tertia: Nisi nõ vi abduxerit, sed persuadendo, reprobatur *ibid.* Quarta: Nisi fœmina cui comes abductus est, non matronali habitu fuerit vestita.*d.l.*15.§.*si quis virgines.*

viii. Causa: Si stuprum serua passa est.*l.si stuprum.*25.*D.de iniuriis.*

ix. Causa: Si quis de seruo alieno iniussu domini quæstionem habuerit, approbatur edicto Prætoris.*l.item apud Labeonem.* 15.§.*prætor ait.ff.de iniuriis.* Declaratur *d.l.*15.§.*quæstionẽ.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi sine tormentis de seruo habita sit quæstio.*d.*§.*quæstionem.* Altera: Nisi iussu domini de seruo quæstio habita sit, elicitur ex verbis edicti *d.*§.*prætor ait.* Cuius replicatio prima est; Nisi modum in quæstione habenda excesserit.*d.*§.*quæstionem.* Altera; Nisi cum seruus plurium esset, vnius tantum iussu quæstio habita sit, approbatur simul & distinguitur.*l.sed si* 17.*in pr.ff.de iniuriis.* Tertia exceptio est: Nisi iussu tutoris, & curatoris vel procuratoris domini de seruo quæstio habita sit *d.l.*17.§.1. Quarta; Nisi causa non cognita detur actio, reprobatur. *d.l.* 15.§.*prætor ait,si quid.*

x. Causa: Si quis re vel iure suo aut publico loco vti prohibeatur.*l.iniuriarum.*13.§.*si quis me.ff.de iniuriis.l.si quis.*24.*ff.d.tt. item l.*2.§.*si quis in mari.ff.ne quid in loco vel itinere publico.* Huius causę exceptio videtur talis; Nisi ante prohibentis ædes quis publico loco vti prohibeatur. Sed reprobatur *d.*§.*si quis me.vers.si quem tamen.*

xi. Causa: Si quis vexandi alicuius causa eum ad tribunal interpellauerit. *d.l.*13.§.*si quis per.*

xii. Causa: Si cum debitor paratus esset soluere, creditor nihilominus fideiussores interpellauerit.*l.si creditor.*19.*D.d.tt.*

xiii. Causa; Si creditor propria authoritate domum debitoris absentis signauit. *l. si iniuria.*20.*D.d.tt.*

xiv. Causa: Si quis creditor pignus proscripserit, tanquam à debitore acceptum.*l.item apud Labeonem.*15.§.*item si quis pignus.ff.de iniuriis.*

xv. Causa; Si quis bona alicuius tanquam debitoris sui, qui debitor non est, sciens possideat.*Inst.de iniuriis.*§.*iniuria.ibi,siue cuius bona.*

xvi. Causa; Si quis bona alicuius, vel rem aliquã per iniuriã occupauerit.*d.l.*15.§.*si quis bona.*

xvii. Causa; Si alicui onus quod ad alium pertinet à magistratu sit indictum, reprobatur *l. iniuriarum.*13.§.*idem Labeo.ff.d.tt.*

xviii. Causa; Si per iniuriam sententia dicta sit; reprobatur *d.*§.*idem Labeo.*

xix. Causa; Si quis euentum sententiæ vendiderit.*l.item apud Labeonem.* 15.§.*idem ait. Dig.de iniuriis.*

xx. Causa; Si quis mentem alicuius medicamento aliove quo alienauerit.*d.l.*15.*in princ.*

xxi. Causa: Si quis in honorem alicuius quid fieri non patiatur, reprobatur *l. iniuriarum.* 13.§.*si quis de.ff.d.tt.*

xxii. Causa: Si infamandi alicuius causa quid factum sit, veluti, si quis ad inuidiam alicuius veste lugubri vtatur, aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillos submittat. *d.l.*15.§.*ait prætor,cum sequentibus.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi is qui vestem sordidam gerit, vel capillum submittit, ita coniunctus sit; vt inuitus in reum testimonium dicere cogi non possit. *l. vestem.*39.*D.d.tt.* Altera: Nisi iudici causa cognita aliter videatur.*d.l.*15.§.*quod ait.*

xxiii. Causa: Si imaginem Imperatoris ad inuidiam alicuius portet. *l. Senatusconf.*38.*ff.de iniuriis.l.capitalium.*28.§.*ad statuas.ff.de pœnis.*

xxiv. Causa; Si cadaueri defuncti iniuria sit facta, approbatur *infr.c.*12.*reg.*13.*exc.*2.

xxv. Causa; Si statua defuncti in monumẽto proposita, saxis cæsa sit,*l.si statua.*27.*ff.de iniuriis.*

xxvi. Causa: Si quis seruum vel filium alicuius ludibrio habuerit, eum in popinam duxerit, vel cum eo alea luserit.*l.si quis.*26.*D.de iniuris.* Huius causæ exceptio videtur: Nisi filius vel seruus consentiat. Sed reprobatur *d.l.*26.*de qua re vide infra quæst.prox.exc.*21.*repl.*1.

xxvii. Causa: Si fumũ fecerit superioris vicini fumigandi causa, vel superior vicinus in inferiores ædes quid proiecerit, aut infuderit. *Hæc duplex causa approbatur l.inferiorum.*44.*ff.de iniuriis.*

xxviii. Causa: Si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit. *l.*1.§.*fit iniuria.ff.de extraord.crimin.M.I.R.d.c.*10.*reg.*64.

xxix. Causa: Si quis alicui contumeliam fecerit.*l.*1.*in pr.ff.de iniuriis.* Declaratur etymologia contumeliæ *d.l.*1.*in pr.ibi,contumeliam autem.*

xxx. Causa: Si alicui conuicium factum sit. *l.item apud Labeonem.* 15.§.*ait prætor.ff. de iniuriis.l.*1.§.*iniuriam item l.iudici.*42.*ff.d.tt.Inst.d.tt.iniuria autem.M.I.R.d.c.*10.*reg.*65. Declaratur causa proposita conuicij definitione. *d.l.*15.*conuicium. M.I.R.d.reg.*65.Huius causæ exceptio prima est: Nisi nõ cõtra bonos mores factũ sit. *d.l.*15.§.*sed quod.* vbi & vocabula Bonos mores, declarantur. Altera; Nisi non præsenti, sed absenti conuicium sit factum, reprobatur *d.l.*15.§.*conuicium non.* Tertia; Nisi non per se, sed per alios factum sit, reprobatur *d.l.*15.§.*fecisse.* Quarta; Nisi incertæ personæ conuicium sit factum.*d.l.*15.§.*cui.* Quinta; Nisi conatus non habuerit euentum. *d.l.*15.§.*si curauerit.* Sexta; Nisi sine vociferatione & non in cœtu factum sit.*d.l.*15.§.*ex his apparet.*

xxxi. Causa; Si quis aliquem delatorem di-
*l.si non es.*3.*C.de iniuriis.*

xxxii. Cau-

xxxii. Causa; Si astrologus vel alius diuinator consultus, aliquem furem dixit, reprobatur *d.l.*15.§.*si quis astrologus.D.d.tt.*

xxxiii. Causa; Si quis aliquem debitorem suum, cum non esset, dixerit. *d. l.*15.§.*si quis non. Concordat Inst. eod.tt.*§.*iniuria.ibi,siue cuius.*

xxxiv. Causa; Si liberum seruum dixerit. *l. qui liberos.*9.*cum l.seq.C.de iniuriis.l.non solum.*11.*cum l.seq.ff.eod.tt.*

xxxv. Causa; Si liber pro fugitiuo sit apprehensus.*l.si liber.*22.*D.de iniuriis.*

xxxvi. Causa; Si libellum, carmen, aut historiam ad alicuius infamiam scripserit, cõposuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret.*l.lex Cornelia.*5.§.*si quis librum.ff.de iniuriis. Concordat Inst. eod.tt.*§.*iniuria autem.ibi,vel si quis.M.I.P.d.c.*8 *reg.*20.*M.I.R.d.cap.*10.*reg.*70.Huius causæ exceptio prima est; Nisi nomen eius in quem factum est, non sit adiectum.*l.quod Senatusconsultum.*6.*ff.eod.tt.* Altera; Nisi publico iudicio sit actum.*d.l.*6.*in fin.*

xxxvii. Causa; Si libellum famosum inuentum non corruperit, sed manifestauerit, & alij inuentum confiteatur.*l.vnica. C.de famosis libellis. Concordat l.lex Cornelia.*5.§.*fin.ff. eod.tt. M.I.P. d.c.*8. *reg.*21.*M.I.R.d.reg.*70.

xxxviii. Causa; Si quis libellum famosum emendum vendendumve curauit. *d.* §.*fin.cum l. sequente.*

xxxix. Causa; Si libello magistratui dato famam alicuius infectatus est.*l.item apud Labeonem.* 11.§.*si quis libello.ff.de iniuriis.*

xl. Causa; Si carmen quod pudorem alicuius lædit, conscribat, proponat vel cantet.*d.l.*15.§.*hæc autem.*

xli. Causa; Si infamandi alterius causa in monumento publico quid sit positum. *l. constitutionibus.*37.*D.eod.tt.*

xlii. Causa; Huius causæ loco notandum, quod & aliæ causæ speciales huius actionis possint esse ex arbitrio iudicis pendentes. *approbatur verbis edicti prætoris d.l.*15.§.*prætor ait in fin. De qua re vide infr.c.*13.*de reliquo iniuriarum actionis iure, quæst.* 3.*reg.*5.

III DE EXCEPTIONIB. PRÆcedentium causarum generalibus.

i. Exceptio; Nisi non iniuriæ faciendæ animo dictum vel factum sit.*l.si non.*5.*in prin.C.de iniuriis.l.si quis.*26.*item l.si inferiorum.*44.*ff.d.tt. M.I.R. lib.*5.*c.*10.*reg.*73.*exc.gener.*1.

ii. Exceptio; Nisi per iocum dixit vel fecit. *l.illud.*3.§.*quare si quis.ff.d.tt,M.I.P.lib.*5.*cap.*8.*reg.*22.*except.*1.

iii. Exceptio: Nisi in certando percussit. *d.*§.*quare si quis.*

iv. Exceptio; Nisi corrigendi & emendandi animo fecerit.*l.item apud Labeonem.* 15.§.*adiicitur.ff.de iniuriis.M.I.R.d reg.*73.*exc.gener.*9.

v. Exceptio: Nisi iure fecerit. *l. iniuriarum.*13.§.*is,qui iure.ff.de iniuriis.*

vi. Exceptio; Nisi iure magistratus & potestatis fecit.*d.l.*13.§.*quæ iure.l. quod reipub.*33.*ff. eod.tt.* Exemplum proponitur *d.l.*15.§.*adiicitur.ibi, vnde quærit.* Plura de hac exceptione vide *infr.exc.* 23.*M.I.R.d.reg.*73.*exc.gener.*11.

vii. Exceptio; Nisi ob id quod decreto magistratus non obtemperauerit, ductus sit.*d.l.*15.§.*si quis quod.*

viii. Exceptio; Nisi defendendi domini sui causa fecerit.*l.sed si* 17.§.*si iussu,in fin.ff.de iniuriis.*

ix. Exceptio; Nisi mandatu alterius fecerit, reprobatur *l.non solum.*11.§.*si mandatu.&*§.*Proculus.ff.eod.tt.*

x Exceptio; Nisi iussu domini seruo eius iniuria sit facta, approbatur simul & distinguitur *supr.quæst.*5.*caus.*9.*exc.*2.*&*3.

xi. Exceptio; Nisi pater adulterum cum filia sua deprehensum contumelia affecerit. *l.nec in ea.*22.§.*sed qui occidere.ff.ad l.Iul.de adulteriis.*

xii. Exceptio; Nisi nocentem infamauit.*l. eum qui.*18.*in princ.ff.de iniuriis.l.vnica.* §.*sane si quis. C. de famosis libellis. Concordant item ea quæ proposita sunt supr.lib.*6.*c.*21.*quæst.* 2.*except.* 10.*repl.*11.*M.I.P. d.reg.*22 *exc.*2.*M.I.R.d reg.*73.*exc.gener.*5. vbi etiam distinguitur.

xiii. Exceptio; Nisi is qui iniuriam facit, in persona eius cui facit, erret, reprobatur *d.l.* 18.§.*si iniuria.d.illud.*3.§.*itaque pati quis, in fine,Dig. de iniuriis.* Plane admittitur in casu, de quo *infr. except.prox.*

xiv. Exceptio; Nisi hominem liberum per errorem vel casum pro seruo suo cæciderit. *d.l.* 3.§.*fin.cum l.seq.M.I.P.d.reg.*22.*exc.*3.

xv. Exceptio; Nisi seruũ alienum pro libero homine vel seruo alterius per errorem cæciderit.*l.item apud Labeonem* 15.§.*interdum.ff.de iniuriis.*

xvi. Exceptio; Nisi seruus alicuius leuiter percussus sit, vel leuiter ei maledictum. *d. l.* 15.§.*prætor ait, Si quid ibi, itaque prætor. Instit. eod.tt.* §.*seruus autem.*

xvii. Exceptio; Nisi nihil contra bonos mores sit factum.*d.l.*15.§.*ait prætor.*§.*sed quod adiicitur.* §.*meminisse.item* §.*adiicitur.*

xviii. Exceptio: Nisi incertæ personæ iniuria facta sit.*d.l.*15.§.*cui non sine & l.quod Senatusconsultum.*6.*ff.eod.tt.*

xix. Exceptio; Nisi ei apud quem in alea lusum est, iniuria facta sit.*l.*1.*in pr.ff.de aleatoribus.*

xx. Exceptio; Nisi defuncto facta sit iniuria, approbatur *per ea quæ proponuntur infr.cap.prox.reg.* 13.*except.*2.

xxi. Exceptio; Nisi volenti iniuria fit facta.*l. in diem.*9.*ibi, nullam enim.ff.de aqua pluuia arcenda. M.I.R.d.reg.*73.*exc.gener.*8. Huius exceptionis replicatio est; Nisi volenti filiofamilias vel seruo fiat iniuria, hoc enim casu nihilominus patri vel domino competit actio.*l.*1.§.*vsque adeo.ff.de iniuriis.l.si quis.*26.*ff.eod.tt.*

xxii. Exceptio; Nisi furiosus vel impubes iniuriam fecerit.*l.illud.*3.*in pr.ff.de iniuriis. M.I.P.d. reg.*22.*except.*4.

xxiii Exceptio; Nisi magistratus subdito iniuriam faciat, reprobatur *l.nec magistratibus.*32. *ff.de iniuriis.M.I.R.d.reg.*73.*exc gener.*11.*repl.*1. Plane admittitur, si non iniuriæ faciendæ animo magistratus fecit, sed iure potestatis vsus. *de qua re vide supr.except.*6.

xix. Exceptio; Nisi dominus seruo fecerit.*l. item apud Labeonem.*15.§.*cõmunem.ff.de iniuriis.* Quæ exceptio proposita approbatur, simul & duæ eius replicationes reprobantur, hæ scilicet: Nisi alius

alius in seruo partem habuerit. Et: Nisi alius in seruo vsumfructum habuerit.

xxv. Exceptio: Nisi is qui in seruo vsumfructum habet, ei iniuriam fecerit. *d.§.si communem.*

xxvi. Exceptio: Nisi patronus liberto iniuriam fecerit, approbatur simul & distinguitur *l. non solum.* 11 *§. quanquam. ff. de iniuriis. l.2. ff. de obsequiis à liberis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi alius per libertum iniuria à patrono affectum iniuria afficiatur, huic enim actio deneganda non est. *d.§. quanquam.* Cuius duplicatio est: Nisi leuis iniuria liberto sit facta, hoc enim casu nec alius suo nomine experietur. *d. §.quanquam.* Altera replicatio est: Nisi atrox iniuria liberto à patrono sit facta. *l.prætor.7.§.præterea ff. de iniuriis. l.sed si 10.§.prætor ait, in fin.ff. de in ius vocando. item l.cum nec.6.C.de iniuriis.*

xxvii. Exceptio; Nisi hæres patroni liberto fecerit iniuriam, reprobatur *d.l.6.*

xxviii. Exceptio; Nisi parens liberis iniuriam fecerit. *l.prætor.7.§.sed etsi quis.ff. de iniuriis. l.2. ff.de obsequiis à liberis.* Huius replicatio est; Nisi atrox iniuria sit. *d.§. sed & si quis.* Cuius duplicatio est; Nisi parens ei quem habet in potestate, iniuriam fecerit. *ibid.*

xxix. Exceptio; Nisi seruus iniuriam fecerit. reprobatur. *d. l.1. C. de iniuriis. l.sed si 17.§.cum seruus.ff.eod.tt.*

xxx. Exceptio; Nisi seruus domino fecerit iniuriam. *d.l.17.§.si seruus, in fin.*

xxxi. Exceptio; Nisi seruus ei qui in eo vsumfructum habet, iniuriam fecerit, reprobatur *d.§.si seruus.*

xxxii. Exceptio: Nisi seruus seruo iniuriam fecerit, reprobatur *l.eum qui.18.§.1.D.de iniuriis.*

xxxiii. Exceptio; Nisi iniuriam passus eam statim ad animum non reuocauerit, sed eam dissimulauerit. *l.non solum.11.§. 1.ff.eod.tt. Concordat iisdem verbis inst.eod.tt.§.fin.*

xxxiv. Exceptio: Nisi iniuria remissa sit. *d §. 1.l.sed si 17. §.si cum ante, in fin.ff.eod.tt. M.I.P. d.reg. 22.exc.5.M.I.R.d.reg 73 except.gener.12.* Huius exceptionis replicatio: Nisi alius quam actor iniuriam remisit, ipso quidem iure subsistit, *M.I.R. d.except.12.repl.1.* verum eius duplicatio est: Nisi cum filio iniuria facta esset, pater eam remiserit. *d.l.17.§.filiofamilias. M.I.R.d.repl.1.duplic.2.* Huius duplicationis triplicatio prima: Nisi patris persona vilis & abiecta sit, filij honesta, approbatur *ibid.* Altera: Nisi filius sit emancipatus. *d.§.filiofamilias.*

xxxv. Exceptio: Nisi iniuriarum actio intra annum in iudicium deducta non sit. *l.si non.5. C. de iniuriis. & d.l.17.§.si cum ante, in fin.M.I.R.d.regul. 73.exc.gener.15.*

xxxvi. Exceptio: Nisi seruus qui iniuriam fecit, à iudice propterea verberibus sit castigatus. *d.§.si cum ante.*

xxxvii. Exceptio: Nisi semel actum sit; ipso quidem iure subsistit, *M.I.R.d.reg.73.exc.gener.14.* verum eius replicatio prima est: Nisi alius antea egerit. *l.1 §.fin.ff.de iniuriis. & l. eum qui. 18.§. si nupta, in fin.ff.eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi cum filiusfamilias iniuriam passus egisset, postea pater eius agat, huic enim nihilominus exceptio obstat, quamuis alius sit. *l.sed si 17. §.si filiusfamilias.ff.eod.tt.* Altera replicatio est: Nisi ex alia iniuria antea sit actum, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi vtraque iniuria simul sit facta. *l.prætor 7.§.si in hi D. de iniuriis.* Tertia replicatio est: Nisi cum pater antea filij nomine egisset, nunc suo nomine agat, vel cõtra. *l.pater.41 ff. d.tt.* Quarta: Nisi ab actione antea sit actum, reprobatur *l.qui seruũ. 33.ff. de act. & oblig. l.quod Senatusc.6.in fin.ff.de iniuriis.* Plane admittitur, si quid amplius sit in actione iniuriarũ, quã fuit in priore. *d.l. 33. vers. rationabilius itaq. De qua re vide itẽ infr.li.42.c.14.exc.5.dist.3.* Hæ sunt exceptiones aduersus causas iniuriarum actionis. Sed possunt & aliæ esse, quæ ex arbitrio iudicis pendent. *quæ approbantur l.item apud Labeonem.15.§.quod ait prætor.ff.de iniuriis.*

QVIBVS, ADVERSVS QVOS, ET PER quos actio iniuriarum competit?

CAP. XII.

I. QVIBVS COMPETAT?

PRima regula, De domino serui iniuriam passi. Huic datur iniuriarum actio. *Inst. de iniuriis. §.seruis.l.1.§. item aut per.ff.eod. tt. item l. dominum.8. C.eod.tt.M.I.R.lib.5.c.10.reg.74.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi leuis iniuria seruo facta sit. *Instit.d.§.seruus, de qua re dictum supr.cap.prox.except.16.* Altera: Nisi non respectu domini quis seruo iniuriam fecerit, reprobatur *l.item apud.15. §.si quis.sic.D.de iniuriis.* Tertia: Nisi seruo hæreditario iniuria sit facta, reprobatur *l.1.§. denique Iulianus.D.de iniuriis.* Quarta: Nisi dominus seruum manumiserit vel alienauerit, reprobatur *l.si seruum.29.D.eod.tt.* Quinta: Nisi vsusfructus serui alienus sit, reprobatur *l.item apud.15.§.si vsumfructum.D.de iniuriis.* De hac exceptione plura vide *infr.reg prox.* Sed & plures propositæ regulæ exceptiones vide *supr.cap.prox.*

ii. Regula, De fructuario serui iniuriam passi. Huic non datur actio proposita. *d.§.si vsumfr. Concordat Inst.eod.tt.§.si communi, in fin.* Eius exceptio est: Nisi in contumeliam fructuarij seruus iniuria sit adfectus. *d.l.15.§.item si liberum, in fin.*

iii. Regula, De bonæ fidei possessore eius qui iniuriã passus est. Nec huic dabitur iniuriarum actio. *d.§.si vsumfructum. Concordat Instit.de iniuriis.§.sed si libero.* Huius regulæ exceptio est: Nisi in contumeliam possessoris possesso iniuria sit facta. *d.§.si libero. & d.l.15.item si liberum.*

iv. Regula: Seruo manumisso non competit actio eius iniuriæ nomine, quam in seruitute passus est. *l.seruo.30.in pr.ff.de iniuriis. Concordat l.1. §.Labeo.ff.eod.tt.*

v. Regula, De parente eius qui iniuriam passus est. Huic iniuriarum actio competit. *l.2.C.de iniuriis.d.l.30.in fin. & l.1.§.fin.ff.d.tt. Cõcordant item ea quæ proposita sunt supr.cap.prox.quæst.3.caus.1.diuis. 3.M.I.R d.reg.74.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi volenti filio iniuria sit facta, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr.cap.prox. quæst.4. except.21. repl.1.* Altera: Nisi reus ignorauerit actoris filium esse eum quem iniuria adfecit, reprobatur *d.l.1. § penult. Concordat l.eum qui.18.§.fin. D.d.tt.* Tertia: Nisi reus filiumfamilias patremfamilias esse putauit. *d.l.18. §. at cum aliquis.* Quarta: Nisi actio

actio sit ex l. Cornelia. *l.lex Cornelia.5.§. illud quæritur.ff.de iniuriis.*

vi. Regula, De ipso filiofamilias qui iniuriam passus est. Huic quidem regulariter actio iniuriarum, quemadmodum & alia actio, denegatur, *per ea quæ proposita sunt supr.lib.15.c.4.reg.1.in prin.* Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi parens in cuius potestate filius est, absit. tunc enim ipsi filio datur actio proposita. *l.sed si.17.§. ait prætor. & §.idem ait, in fi.ff.de iniuriis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi absens procuratorem dederit ad agendum. *d.§.ait prætor. & §.procuratorem.* Cuius duplicatio prima est; Nisi procurator negligens sit, aut colludat cum aduersario, aut non sufficiat. *d.§.procuratorem.* Altera; Nisi omnium bonorum procurator sit, sine speciali mandato. reprobatur *d.l.17.§.procuratorem.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi cum nepoti, qui in potestate aui erat, iniuria facta esset; pater eius præsens sit, tunc enim, quamuis auus sit absens, non tamen nepoti, sed patri eius competit actio. *d.l.17.§.quod deinde. & §.idem ait.* Tertia: Nisi pater prius præsens litem fuerit contestatus; hoc enim casu, quamuis eo postea absente, non videtur filio actio competere. reprobatur *d.l.17.§.sed et si pater.* Quarta: Nisi causa cognita iudici aliter videatur. item; Nisi pater non longe absit, vel non diu abfuturus sit, item; Nisi filius ad agendum segnis atque inutilis sit. *Hæc multiplex replicatio approbatur d.l.17.§. quod autem ait.* Altera propositæ regulæ exceptio est; Nisi pater furiosus sit, vel propter alium casum agere ipse non possit. nam & hoc casu filio non denegatur actio. *d.l.17.§.filiofamilias.* Tertia: Nisi pater agere nolit. reprobatur *d.§.filiofamilias. ibi: plane si præsens.* De qua re vide plura *supr.cap.prox.except.34.repl.1.dupl.1.* Quarta: Nisi filius sit sui iuris. *d.§.filiofamilias, in fin. Cui concordat l.seruo.30.in fin.ff.d.tt.de iniuriis.* Quinta: Nisi ex l. Cornelia sit actio. *l.lex Cornelia.5.§.illud quæritur. & §.in lege.ff.de iniuriis.*

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Plane exceptionum iam dictarum replicatio generalis prima videtur: Nisi filiusfamilias non per se, sed per procuratorem agere velit. Sed reprobatur *d.l.17.§.idem Iulianus.* Altera: Nisi filiusfamilias sui iuris sit factus. Tertia: Nisi filiusfamilias pro parte tantum patri hæres extiterit. Quarta: Nisi filius à patre exhæredatus sit, vel se paterna hæreditate abstinuerit. Hæ replicationes tres reprobantur *d.l.17.§. fin.*

vii. Regula, De filio eius cui iniuria facta est. Huic quoque actio datur. *l.non solum.11.§.plane si forte.ff.de iniuriis.*

viii. Regula, De marito mulieris iniuriam passæ. Huic quoque iniuriarum actio competit. *Inst.de iniuriis.§.patitur autem.l.1.§. item aut per. & §. fin ff.eod.tt.l.2.c.d.tt.M.I.R d.cap.10.reg.79.* Huius regulæ exceptio prima; Nisi reus ignorauit vxorem actoris esse. reprobatur *d. l.1. §.siue autem.l. eum qui.18.§.fin.ff.eod.tt.* Altera; Nisi ipsi vxori actio iniuriarum non competat, approbatur simul & distinguitur exemplo *l.non solum.11.§. quanquã. ff.de iniuriis.* Tertia; Nisi reus putauit mulierem viduam esse. *d.l.18.§.at cum aliquis.*

ix. Regula, De vxore iniuriam passi. Huic iniuriarum actio non datur. *Instit. de iniuriis. §. patitur.ibi: contra autem.l.2 ff. eod.tt.* Huius regulæ exceptio est; Nisi maritus experiri non possit, vt puta à patrono suo iniuria adfectus. *l. non solum.11.§. plane si forte.ff.eod.tt.*

x. Regula, De ipsa vxore adfecta iniuria. Et huic nihilominus iniuriarum actio competit; quamuis eius quoque maritus agere possit. *l.1.§. fin.ff.de iniuriis. l.eum qui.18.§.si nupta, in fin.ff.eod.tt.*

xi. Regula, De socero mulieris quæ iniuriam passa est. Huic quoque datur actio. *Instit.de iniuriis. §.patitur, in fin.l.1.§.item aut per.ff.d.tt.*

xii. Regula, De sponso iniuriam passæ. Huic quoque datur actio. *l.item apud 15 § sponsum.ff.d.tt.*

xiii. Regula, De hæredibus iniuriarum passi. His actio proposita non competit, approbatur simul & distinguitur *l.iniuriarum.13. in prin.ff.de iniuriis.d.l.15 §. iniuriarum, item l.iniuriarum.28. ff.eod. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi tempore mortis lis fuerit contestata. *d.l.13.in princ. & d.l. 28.* Altera: Nisi post mortem defuncti cadaueri eius vel seruo hæreditario fiat iniuria. hoc enim casu hæredi iniuriarum actio competit. *l.1.§. & si forte. & §.quoties.ff.de iniuriis, item l.si statua.27.ff. d.tt. M.I.R. d.cap.10.reg.77.*

II. ADVERSVS QVOS INiuriarum actio competit?

i. Regula: De eo cuius dolo & opera iniuria facta est. Hic quoque actione proposita tenetur. *l.non solum.11.in princip. ff. de iniuriis.l.item apud. 15.§. fecisse.l.sed si.17.§.seruus meus. ff. eod.tt. item Instit. eod. tt.§. iniuria autem.ibi: dolone malo. & §.penult. M.I.P. d.cap.8.reg.23.* Huius regulæ exceptio est: Nisi conatus non habuerit euentum; *l. item apud. 15.§. si curauerit.ff.de iniuriis.*

ii. Regula, De eo cuius mandatu iniuria facta est, proponitur *d.l.11. §.si mandatu. & §.Proculus.*

iii. Regula, De domino serui iniuriam facientis. Hic iniuriarum actione tenetur. *l.sed si.17.§. cum seruus. ff. d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi dominus seruũ noxæ dare paratus sit. *d.§. cum seruus.* Cuius replicatio est: Nisi iussu domini seruus iniuriam fecerit. tunc enim dominus seruum noxæ dedendo non liberatur. *d.l.17.§.si iussu.* Altera exceptio est; Nisi seruus manumissus sit; tunc enim in ipsum seruum datur actio. *d.§.si iuss.*

iv. Regula: Si filiusfamilias iniuriam fecit, pater eius conueniri debet. ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio est: Nisi pater filium defendere nolit. tunc enim in ipsum filium actio datur *l.si filij.36.ff.de iniuriis.*

v. Regula, De hæredibus, Aduersus hæredes eius qui iniuriam fecit, actio proposita non datur. *l.iniuriarum.13.in prin. & l.item apud.15.§.iniuriarum.ff.eod.tt.*

III. PER QVOS ACTIO proposita competat?

Et per se, & per procuratorem, tutorem vel curatorem hac actione quis agere & excipere potest. *l.non solum.11.§.agere.ff.de iniuriis. & l.sed si.17.§. idem Iulianus. ff. eod.tt.* Huius regulæ exceptio est; Nisi criminaliter, non ciuiliter de iniuria agatur; *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. lib.1. cap.12. quæst.7.* Eius autem replicatio est; Nisi illustris

BIBL. GRANADA

persona, eiusque vxor aut liberi criminaliter iniuriarum agant vel conueniantur: his enim licet per procuratorem agere vel se defendere. *l. si quando.* 11. *C. de iniuriis. Concordat Inst. d. tt. §. in summa. ibi: hoc videlicet.*

QVID QVANTVMQVE VENIAT in actione iniuriarum? necnon de reliquo eius actionis iure.

CAP. III.

PRima regula: Pœna legis XII. Tabul. proponitur & tollitur *Instit. de iniuriis. §. pœna autem.*

II. Regula: Pœna iniuriæ hodie æstimatur ab actore, & permittitur arbitrio iudicis statuenda. *d. §. pœna. & §. in summa. l. sed si. 17. §. seruus meus. & §. quædam. ff. eod. tt. item l. vltim. ff. d. tt. M. I. R. d. cap. 10. regul. 81.*

III. Regula: Æstimatio iniuriæ non ad tempus rei iudicandæ, sed ad id tempus quo facta iniuria est, refertur. *l. iniuriarum. 21. ff. de iniuriis.*

IV. Regula, De atroci iniuria, ex quibus ea æstimanda sit, proponitur *Inst. de iniuriis. §. atrox iniuria. l. prætor. 7. §. atrocem, cum duab. ll. seqq. ff. eod. tt. item l. atrocem. 4. C. d. tt. M. I. R. d. cap. 10. reg. 82.*

V. Regula: Si seruus iniuriam fecerit, qua pœna puniendus, proponitur *l. sed est quæstionis. 9. §. penult. ff. de iniuriis. l. sed si. 17. §. quædam. §. cum seruus. & §. prætor ait. item l. vlt. ff. d. tt.*

VI. Regula, Si plures serui iniuriam fecerint, proponitur *l. si plures. 34. ff. de iniuriis.*

VII. Regula, Si pauper & vilis iniuriam fecerit, *l. si quis. 35. ff. d. tt.*

VIII. Regula: Humilis qui iniuriam fecit, fustib. subiiciendus: cæteri exilio temporali, vel interdictione certæ rei puniendi. *l. vlt. ff. de iniuriis.*

IX. Regula, Si iudici ab appellatoribus conuicium factum sit, proponitur *l. iudici. 42. ff. d. tt.*

X. Regula: Si quis legatos, oratores, comitesue pulsauerit, pœna legis Iuliæ de vi publica tenetur. *l. leg. Iulia 7. in fin. ff. ad L. Iul. de vi public. M. I. R. d. cap 10. reg. 85.*

XI. Regula: Si quis imaginem Imperatoris ad inuidiam alterius portet, in vincula publica mittendus. *l. Senatusconsulto. 38. ff. de iniuriis.*

XII. Regula: Si quis libellum famosum inuentum manifestauerit, capitali pœna plectendus. *l. vnica. §. si vero. & §. fin. C. de famosis libellis. M. I. R. d. cap. 10. reg. 86.*

XIII. Regula: Si quis puero stuprum, abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit: aut mulierem puellamue interpellauerit, quidue impudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, &c. capite punitur. *l. 1. §. fin. ff. de extraord. criminib. M. I. P. d. cap. 8. reg. 24.*

XIV. Regula: Si pater & maritus iniuriam passæ ambo agant, in quantum cuiq; condemnatio facienda, definitur *l. eum qui. 18. §. si nupta. ff. de iniuriis.*

XV. Regula, Si pater & filius ambo agant, proponitur *l. seruo. 30. in fin. cum leg. seq. ff. de iniuriis.*

XVI. Regula: Si plures domini serui communis nomine agant: quisque pro ea parte quam in seruo habet, actionem habet. *l. item apud. 15. §. fin. cum l. sequente. ff. de iniuriis.* Contradicit *Instit. d. tt. §. si communi.*

DE RELIQVO INIVRIARUM actionis iure.

I. QVANDO COMPETIT actio iniuriarum?

I. Regula: Si cui in iudicio fiat iniuria, non nisi finito iudicio competit actio. *l. siquidem. 10. C. de iniuriis.*

II. Regula: Si à magistratu alicui facta iniuria est: expectandum est, donec magistratus sit finitus. approbatur simul & distinguitur *l. nec magistratib. 32. ff. de iniuriis. Vide etiam supr. lib. 15. c. 12. reg. 8. except. 2.*

III. Regula: Si ex eadem causa publico iudicio agatur: interim differri iniuriarum actio debet, ne publico iudicio fiat præiudicium. *l. prætor. 7. §. 1. ff. eod. tt.*

II. QVAMDIV COMPETIT iniuriarum actio?

Annalis est actio. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. cap. 11. quæst. 4. except. 35.*

III. ADIVNCTA OFFICIA actoris, rei & iudicis.

I. Regula: Actor certum dicat, quid iniuriæ factum sit. approbatur edicto Prætoris *l. prætor. 7. in prin. ff. de iniuriis. M. I. R. d. cap. 10. reg. 91.* Ratio habetur *ibidem.* Sed & alia proponitur *d. l. 7. §. præterea.* Declaratur regula proposita *d. l. 7. §. quod autem.*

II. Regula: Si plures iniuriæ eidem simul factæ sunt, omnes coniungendæ sunt. *d. l. 7. §. si mihi.*

III. Regula, de subscribendo in crimen, si criminaliter agatur, proponitur *l. vlt. ibi: ipsos quidem. C. de iniuriis.*

IV. Regula: Procurator rei iudicatum solui satisdare tenetur. *l. si filij. 36. ff. d. tt.*

V. Regula. De causæ cognitione iudicis, proponitur *l. item apud. 15. §. prætor ait. & §. prætor ait, qui seruum, in fin. ff. de iniuriis. item l. sed si. 17. §. ait prætor. ff. eod. tt.*

IV. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula: Damnatus fit infamis, *per ea quæ proposita sunt supr. lib. 1. cap. 20 quæst. 1. causa 4. l. iudici. 42. ff. de iniuriis. l. lege Cornelia. 5. §. si quis librum. ff. eod. tt. item l. diuus. 40. ff. d. tt. M. I. P. d. c. 8. reg. 26.* vbi distinguitur. *M. I. R. d. cap. 10. reg. 95.* Cuius regulæ exceptiones vide *d. causa 4.*

II. Regula, De præmio eius qui iniuriam detexit, proponitur *d. l. 5. §. fin.*

III. Regula, De pœna actoris calumniantis, *l. qui iniuriarum. 43. ff. d. tt.*

IV. Regula: Hac actione publico iudicio fit præiudicium. *l. prætor. 7. §. 1. ff. de iniuriis. & l. quod Senatusconsultum. 6. in fin. ff. d. tt.*

V. ADFINIA ACTIONIS INIURIARUM remedia.

I. Regula: Tam ciuiliter quam criminaliter iniuriarum agi potest. *Inst. de iniuriis. §. in summa. d. l. 7. §. posse. item l. constitutionib. 37. in fin. ff. d. tt. M. I. R. d. cap. 10. reg. 96.*

II. Regula: Ex causis *supr. cap. 11. quæst. 3.* enumeratis, regulariter iniuriarum, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi astrologus vel alius similis consultus, aliquem furem dixit, & ex eo agatur. hoc enim casu constitutionibus Principum datur actio. *l. item apud. 15. §. si quis*

si quis astrologus. ff. de iniuriis. Altera exceptio est: Nisi in monumenta publica quid infamandi causa positum sit, & ex eo agatur. nam & hoc casu ex constitutionibus principum agi potest vt tollatur. *l. constitutionibus. 37. in prin. ff. d. tt.* Tertia: Nisi quid aliud præter iniuriam furandi animo factum sit. nam de hoc etiam furti actio competit. *l. si stuprum. 25. ff. d. tt.* Quarta: Nisi virginem immaturam quis stuprauerit: ex hoc enim delicto etiam legis Aquiliæ actio est. *d. l. 25. in fin.* Quinta: Nisi quis seruum alienum verberauerit: ex hoc enim etiam legis Aquiliæ actio competit. *l. qui seruum. 33. in prin. ff. de action. & obligat.* Sexta: Nisi malum consilium seruo alieno datum sit, non tamen iniuriæ faciendæ animo. hoc enim casu serui corrupti actio est. *l. si quis. 36. in fin. ff. de iniuriis.* Septima: Nisi quis iure suo vti prohibeatur, & ex eo agatur. hoc enim casu etiam interdictum Vti possidetis competit. *l. sane. 14. ff. d. tt.*

DE ACTIONE INIVRIARVM ex l. Cornelia.

CAP. XIV.

I. CAVSÆ EX QVIBVS hæc actio competit?

PRIMA causa: Si quis pulsatus verberatusue est. approbatur *Inst. de iniuriis. §. sed & lex. l. lex Cornelia. 5. in prin. & §. lex itaq. ff. d. tt.* Declaratur causa proposita *d. l. 5. §. inter pulsationem. & l. item apud. 15. §. verberasse. ff. d. tt.* Huius causæ exceptio est: Nisi is apud quem in alea lusum esse dicatur, verberatus sit. *l. 1. in prin. ff. de aleatorib.* Cuius replicatio, sumpta ex loco & tempore quo verberatus est, reprobatur *d. l. 1. §. item notandum.*

II. Causa: Si cuius domus vi sit introita. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. causa proxim. in prin. M. I. P. d. cap. 8 reg. 27. M. I. R. d. cap. 10. reg. 97.* Exceptio prima: Nisi domus aliena sit, non eius cui inhabitanti vis facta est. reprobatur *Inst. de iniuriis. §. domum. & l. lex Cornelia. 5. §. domum. ff. d. tt.* Altera: Nisi inhabitans domicilium ibi non habuerit. reprobatur *d. l. 5. §. ego puto.* Tertia: Nisi in meritoria vel stabula impetus factus sit. *d. §. ego puto, in fin.* Quarta: Nisi momenti causa inhabitauerit is cui vis facta est. *d. §. ego puto. vers. cæterum ad hos.* Quinta: Nisi in villam vel hortum impetus factus sit. reprobatur *d. l. 5. §. domum. ibi, quid si quis.* Sexta: Nisi in fundum impetus sit factus. reprobatur *d. l. 5. § etsi dominus.* Septima: Nisi in ius vocandi causa domus vi sit introita. reprobatur *l. si quis. 23. ff. de iniuriis. Concordant ea quæ proposita sunt supr. lib. 2. cap. 7. quæst. 3. reg. 1.*

II. Causa: Omnis iniuria quæ manu fit, hac actione continetur. *d. l. 5. §. lex itaque. ff. de iniuriis.*

Exceptio præcedentium causarum generalis.

Præcedentium causarum exceptio generalis hæc est: Nisi seruus iniuriam fecerit: hic enim lege Cornelia reus non recipitur, sed duriore pœna punitur. *l. hos accusare. 12. §. fin. ff. de accusationibus. & inscript.*

II. QVIBVS ACTIO PROposita competit?

I. Regula, De colono & domino fundi vi introiti. proponitur *l. lex Cornelia. 5. §. & si dominus. ff. de iniuriis.*

II. Regula, De patre vim passi, habetur *d. l. 5. §. illud quæritur.*

III. Regula, De ipso filiofamilias iniuriam passo, proponitur *d. §. illud quæritur. & §. in leg.* quo regula proposita approbatur, simul & reprobatur exceptio eius talis: Nisi non caueat patrem ratum habiturum.

III. PER QVOS COMPEtat actio proposita?

Etiam per procuratorem competit. *l. licet. 42. §. ad actionem. ff. de procuratorib.*

IV. APVD quos non competat hæc actio? definitur *l. lex Cornelia. 5. §. 1. ff. de iniuriis.*

V. QVID VENIAT IN actione proposita?

Condemnatio æstimatione iudicis facienda. *l. constitutionib. 37. in fin. ff. eod. tt.*

VI. ADIVNCTA HVius iudicij.

De iureiurando reo deferendo proponitur *d. l. 5. §. hac lege.*

VII. ADFINE REmedium.

Etiam ciuiliter lege Cornelia iniuriarum agi potest. *d. l. 37. in fin.*

DE RELIQVIS MALEFICIIS ET QVASI MALEFICIIS, necnon præcedentium actionum adfinibus remediis.

LIBER VICESIMVSTERTIVS.

DRÆTER actiones pœnales hactenus descriptas, sunt & plures ex maleficiis & ex quasi maleficiis competentes pro varietate circumstantiarum, puta personæ delinquentis & eius aduersus quem delinquitur, item rei in qua vel circa quã delinquitur, itẽ loci & temporis quo delinquitur, denique speciei & modi delicti.

Pro varietate personæ: vt,

Si quadrupes damnum dederit, datur inde actio ex lege XII. Tabul.

Si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

Si seruus deliquerit: datur actio noxalis aduersus dominum.

Si familia furtum fecerit, datur actio Prætoria: Si familia furtum, &c.

Si is qui testamento liber esse iussus est, post mortem domini ante aditam hæreditatem in bonis hæreditariis quid deliquerit: datur actio in factum: Si is qui testamento liber esse iussus, &c.

Si vxor marito, vel contra maritus vxori furtum fecerit: datur rerum amotarum actio.

Si publicanus vel eius familia alicui vim intulerit, furtum fecerit, vel damnum dederit: competit actio intra annum in duplum, post annum in simplum.

Pro varietate rei: vt,

Si res publica vel sacra sit subrepta: crimen peculatus committitur.

Si res hæreditaria sit ablata: expilatæ hæreditatis crimen est.

Si seruus corruptus sit: Serui corrupti actio est.

Si liber homo detineatur: de libero homine exhibendo interdictum competit.

Si pecora abacta sint: datur de abigeis iudiciũ.

Si arbores cæsæ sint: competit actio arborum furtim cæsarum.

Si res subrepta ædibus iuncta sit: competit de tigno iuncto actio.

Pro varietate loci & temporis: vt,

Si in naue, caupona, stabulo, furtum factum vel damnum datum sit: datur actio in factum, aduersus nautas, caupones, stabularios. *de qua actum supr. lib. 17. cap. 8.*

Si damnum in turba datum sit: datur actio in factum de damno in turba dato.

Si ex incendio, ruina, naufragio, rate naue expugnata quid raptum, doloue malo receptum sit, damnumue datum: datur actio prætoria de incendio, ruina, naufragio, &c.

Ex specie & modo delicti: vt,

Si quid deiectum vel effusum sit, quo alicui damnum datum est: datur actio de deiecto & effuso.

Si quis in subgrunda vel protecto id positum vel suspensum habeat, cuius casus alicui nocere possit: datur actio in factum de posito & suspenso.

Hæ & huiusmodi aliæ actiones, nec non delicta & crimina aliquot innominata, in hoc libro ordine quo iam enumeratæ sunt, tractabuntur.

SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE dicatur. CAP. I.

PRIMO: Quo iure introducta sit hæc actio, definitur *l. 1. in princ. ff. si quadrupes pauperiem. item Instit. d. tt. in prin.*

II. CAVSA HVIVS ACTIONIS, cum suis exceptionibus.

Si quadrupes pauperiem fecerit, datur actio proposita. *approbatur Instit. d. tt. in prin. M. I. R. lib. 5. cap. 10. reg. 60.* Declaratur *Instit. d. tt. §. pauperies. Concordat iisdem verbis. l. 1. §. ait autem. ff. eod. tt.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi non per se quadrupes nocuit, sed propter culpam alterius. *d. l. 1. §. itaq; vt. M. I. P. d. reg. 27. except. 1. repl. 2.* Exemplum proponitur *d. l. 1. §. sed etsi canis.* Aliud *l. 1. §. sed etsi nstig. & §. sed & si alia. Concordat l. item Mela. 11. §. item cum eo. ff. ad L. Aquil.* Aliud *l. vlt. ff. ad L. Aquil.* Aliud *l. si ex plagis. 52. §. in cliuo. ff. d. tt.* Aliud *l. si seruus. 27. §. penult. ff. d. tt.* Item aliud *l. 1. §. ideoq; si equus. ff. si quadrupes pauper. feciff.*

II. Exceptio: Nisi culpa eius qui damnum passus est, interuenerit. approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib. prox. c. 9. quæst. 4. except. 24. Concordat l. si ex plagis. 52. §. quidam boues. ff. ad L. Aquil.* Exemplum proponitur *l. 2. in fin. ff. si quadrupes pauper.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi leuissima culpa interuenerit. approbatur exemplo eius qui equum tantum permulsit, vel palpatus est, & ita ab eo percussus est, *l. 1. §. ideoq; si equus, in fin. ff. d. tt.* Aliud exemplum proponitur *l. vlt. ff. d. tt.*

III. Exceptio: Nisi cum arietes vel boues commisissent inuicem, alter alterum læsit vel occidit. approbatur simul & distinguitur *l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauper.*

IV. Exceptio: Nisi fera sit bestia quæ nocuit. *d. l. 1. §. in bestiis. & §. & generaliter. item Instit. eod. tt. §. hæc autem. M. I. R. d. reg. 60. except. 1.* Plane in fera bestia nihilominus vtilis actio datur, quamuis directa deficiat: quod replicationis loco notandum. *Instit. d. tt. §. fin.* Cuius duplicatio est: Nisi fera bestia, dum aufugit, alicui noceat. *d. §. fin. & l. 1. §. in bestiis. ff. eod. tt.*

V. Exceptio: Nisi non quadrupes, sed aliud animal nocuit. reprobatur *l. hæc actio. 4. ff. si quadrupes pauper. feciffe.*

VI. Exceptio, sumpta ex specie quadrupedis, reprobatur *l. 1. §. 1. ff. d. tt.*

VII. Exceptio: Nisi non corpore suo, sed alia re mediante quadrupes nocuit. reprobatur *d. l. 1. §. siue autem. & §. & si alia.*

VIII. Exceptio: Nisi corpori liberi hominis nocitum sit. reprobatur *l. ex hac lege. 3. ff. si quadrupes pauper.*

IX. Exceptio: Nisi animal quod nocuit, decesserit. *l. 1. §. & cum etiam. ibi: plane si ante. ff. d. tt.* Huius replicatio est: Nisi animal ab alio post litem contestatam occisum sit. *d. l. 1. §. penult.*

X. Exceptio: Nisi semel actum sit. ipso quidem iure subsistit: verum eius replicatio est: Nisi ædilitia actione sit actum, quod quis canem, verrem, aprum, &c. eo loco habuerit, quo vulgo iter fit. *Instit. si quadrupes pauper. §. fin.*

III. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula: Non solum domino rei cui nocitum est, sed etiam ei cuius interest, hæc actio competit. *l. 2. in prin. ff. si quadrup. paup. feciffe dicatur.*

II. Regula, De hæredibus cæterisque successoribus. His quoque competit. *l. 1. §. fin. ff. d. tt.*

IV. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De hæredibus cæterisque successoribus, proponitur *d. l. 1. §. fin.*

II. Regula: Noxa caput sequitur *d. l. 1. §. & cum etiam.*

III. Regula: Si animal ab alio animali concitatum pauperiem fecerit: dominus concitantis, non concitati animalis tenetur. *d. l. 1. §. & si alia.*

IV. Regula: Aduersus vnum etiam ex plurib. dominis in solidum competit. *d. l. 1. §. si commune.*

V. QVID

V. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Æstimatio damni à reo est præstanda. approbatur simul & distinguitur *l. 1. in prin. ff. si quadrupes pauper. feciffe dicatur.* Huius regulæ exceptio est: Nisi reus animal quod nocuit, noxæ dediderit. *d. l. 1. in prin. Concordat Inst. d. tt. §. 1. M. I. P. d. reg. 27. except. 1.* Declaratur exceptio proposita *d. l. 1. §. noxæ autem.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi post litem contestatam animal ab alio sit occisum: hoc enim casu ad æstimationem damni præstandam dominus tenetur. approbatur simul & distinguitur *d. l. 1. §. penult.* Altera: Nisi reus interrogatus falso negauit animal suum esse. hoc enim casu noxæ dedendo amplius non liberatur. *d. l. 1. §. interdum.*

II. Regula: Quanti æstimandum damnum in corpore liberi hominis datum, definitur *l. ex hac. 3. ff. si quadrupes pauper.*

III. Regula: Vnus ex pluribus dominis in solidum tenetur. *de qua re vide supr. quæst. prox. reg. 4.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter, si quadrupes nocuit: proposita, non alia competit actio. cuius exceptio prima est: Nisi ex ædilitio edicto, ne quis canem, &c. *Instit. si quadrupes pauper. §. cæterum. Concordat l. hi enim. 40. §. deinde aiunt. cum duab. ll. sequentib. ff. de ædilitio edicto.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi fera bestia, dum aufugit, nocuit: hoc enim casu, quia se in naturalem libertatem recepit, quondam eius dominus non tenetur, *per ea quæ proposita sunt supr. quæst. 2. except. 4. repl. 1, dupl. 1.* Altera exceptio est: Nisi quadrupes fructus in fundo alieno depauit: hoc enim casu de pastu pecoris actio est ex lege XII. Tabular. *l. qui seruandarum. 14. §. fin. ff. de præscriptis verbis.* Tertia: Nisi culpa alterius quadrupes pauperiem fecerit. hoc enim casu non actio proposita, sed actio legis Aquiliæ, vel in factum datur aduersus eum cuius culpa quadrupes nocuit, *per ea quæ proposita sunt supr. quæst. 1. except. 1.*

DE NOXALIBVS ACTIONIBVS. CAP. II.

PRIMO: Quo iure noxales actiones sint constitutæ, definitur *Instit. de noxalib. actionibus. §. sunt autem.*

II. CAVSA HARVM ACTIONUM cum suis exceptionibus.

Si seruus maleficium commiserit: aduersus dominum noxalis datur actio. *Instit. d. tt. in princ. Concordat l. 1. ff. d. tt.* Huius causæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi non seruus, sed liber homo pro seruo ab alio bona fide possessus, maleficium commiserit. hoc enim casu aduersus possessorem actio non datur. *l. apud antiquos. 21. §. fin. C. de furtis. l. confessionibus. 13. §. fin cum l. sequente. ff. de interrogat. in iure faciendis. item l. si ad libertatem. 42. in prin. ff. de noxal. actionib.*

II. Exceptio: Nisi non ordinarius, sed vicarius seruus deliquerit. reprobatur *l. si in re communi. 19. §. si seruus. ff. de noxalib. actionibus.*

III. Exceptio: Nisi non seruus, sed filiusfamilias maleficium commiserit: hoc enim casu aduersus patrem noxalis actio non datur. *Inst. d. tt. §. fin. Concordat l. noxali. 33. in fin. cum ll. seqq. ff. d. tt.*

IV. Exceptio: Nisi seruus, cum adhuc liber esset, deliquerit. reprobatur *Inst. d. tt. §. omnis. ibi, ex diuerso.*

V. Exceptio: Nisi aduersus dominum suum seruus deliquerit. *Inst. d. tt. §. si seruus. Concordat l. 1. ibi, cum tamen. C. de noxal. action.* Huius exceptionis replicatio prima videtur esse: Nisi seruus postea manumissus vel alienatus sit. Sed reprobatur *d. §. si seruus. vers. ideoq; et si. l. verum de dolo. 11. §. sed & nomine. ibi: cæterum ex delicto. ff. de minor. 25. annis.* Admittitur tamen, si seruus rem quam domino abstulit, manumissus vel alienatus contrectet. *d. vers. cum tamen. & d. §. sed & nomine.* Altera replicatio videtur: Nisi seruus, antequam in potestate domini esset, aduersus eum deliquerit. Sed reprobatur *Instit. d. §. si seruus. vers. vnde si alienus.* De qua re vide plura *infr. except. 13.* Tertia: Nisi seruus legatus aduersus futurum hæredem deliquerit. *l. si seruus. 40. ff. de noxal. action.* Quarta: Nisi seruus communis aduersus vnum ex dominis deliquerit. reprobatur *l. cum seruus. 41. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi is qui bona fide possidetur, aduersus eum à quo possidetur, deliquerit. approbatur simul & distinguitur *l. apud antiquos. 21. C. de furtis.*

VII. Exceptio: Nisi seruus aduersus fructuarium suum deliquerit. reprobatur *l. is qui. 18. ff. de noxalib. actionibus.*

VIII. Exceptio: Nisi publico iudicio agatur. approbatur exemplo *l. si seruus. 4. in fin. C. de noxalibus actionib. Vide item infr. quæst. 11. except. 7.*

IX. Exceptio: Nisi seruus qui deliquit, mortuus sit. *l. si plurium. 39. §. fin. in fin. ff. d. tt. & l. si ante. 15. §. mortuo. ff. de interrogat. in iure faciendis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi sciente & non prohibente domino, seruus deliquerit: hoc enim casu morte serui dominus non excusatur. *l. si plurium. 5. in fin. ff. de noxalib. action.* Altera: Nisi postquam dominus seruum dolo possidere desierat, is decesserit. reprobatur *l. elect. 26. §. si is quem. ff. eod. tt.* Contradicit *l. si hæres. 16. in fin. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi post moram à domino factam seruus decesserit. *d. §. si is quem.* Quarta: Nisi dominus pro seruo mortuo iudicium acceperit. reprobatur sub conditione *l. si ad libertatem. 42. §. 1. ff. de noxalib. actionibus.*

X. Exceptio: Nisi seruus qui deliquit, manumissus sit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur supr. quæst. vlt. except. 8.*

XI. Exceptio: Nisi cum statuliber deliquisset, conditio libertatis extiterit. *l. si quis. 14. §. fin. ff. de noxalib. actionib.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum reus dolo fecisset, quo minus statuliberum in potestate haberet, libertatis conditio extiterit. *l. si hæres. 16. ff. d. tt.* Altera: Nisi reus hæres ea quæ conditionis implendæ causa à statulibero accepit, actori non restituat. approbatur simul & distinguitur *l. si seru. 63. §. fin. ff. de furt.*

XII. Exceptio: Nisi seruus qui deliquit, alienatus sit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr. quæst. 4. reg. 1.*

XIII. Exceptio: Nisi seruus qui deliquit, in potestatem actoris peruenerit. *l. si alienus. 37. ff. de noxal. action. Inst. eod. tt. §. si seruus. ibi: vnde si.* Exem-

plum proponitur *l.qui ex pluribus.20.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi actor seruum rursus alienauerit, reprobatur *Instit. d.§. si seruus.ibi,ideoq; licet. d.l.37. ibi, nec si postea. item l. quod dicitur.18.ff.de furtis.* Plane admittitur in casu necessariæ alienationis, *l.electio.26.§.fin. in fin.ff.de noxal.action. Concordat l.2.§.fin.ff. si ex noxali causa agatur.* Altera replicatio est: Nisi lite iam contestata, seruus in potestatem actoris peruenerit. *d.l.37. in fin.cum l.sequent.* Tertia; Nisi pro parte tantum seruum nactus sit actor. reprobatur *l.si seruus. 8. §. quanquam quis. ff. de noxal.action. Concordat l.falsus. 44.§.penult.ff.de furtis.* Sed & plura de exceptione proposita vide *supr.cap.2. quæst.2. except.49.*

XIV. Exceptio: Nisi reus seruum pro derelicto habuerit, *l.quemadmodum.38.§.1.ff. de noxalibus actionibus.*

XV. Exceptio: Nisi dominus seruum actori noxæ dedat, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. ead. quæst. in princ. Instit. de noxalib.action. §. dominus. l.2.& l.3.C.eod.tt.* Ratio huius exceptionis proponitur *Instit. de noxalib. action.§.summa autem.* Declaratur definitione noxæ deditionis, *Instit.eod. tt. §. 1.& l.plebs est. 238. in fin.ff. de verb.signif.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi sciente, & non prohibente domino, seruus deliquit. *l.2.in prin.ff. de noxal. action.l.si ex duobus. 17. in princ.ff.d.tt.l.si seruus.4.§.nam si eo conscio. item l.si tibi. 5.C.eod.tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi dominus sciens seruum prohibere non potuit. *d.l.4.in prin.l.in omnibus.3. item l.in delictis.4. in princ.ff.d.tt.* Altera duplicatio est: Nisi delictum sciente domino commissum à seruo sit, antequã eum sit nactus. *d.l.4.§.si extraneus.ff.de noxal.action.* Tertia: Nisi antea cum noxæ deditione actum sit. *d.l.4.§.fin.* Huius duplicationis triplicatio videtur: Nisi cum alio, vtputa cum emptore, antea cum noxæ deditione actum sit. Sed reprobatur *l.noxalis.7.in fin.ff.de noxal.action.* Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi seruus exercitoris, cauponis vel stabularij, in naue, caupona vel stabulo deliquerit: tunc enim dominus in solidum tenetur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.17.c.8.q.7.reg.5.* Tertia: Nisi cum vicarius deliquisset, sciente & non prohibente seruo ordinario; vicarium tantum noxæ dedat, non ordinarium. *l.si in re communi.19.§.fin. ff. de noxalib. action.* Quinta: Nisi statuliber sit qui noxæ deditur. reprobatur *l.prætor.15.ff.d.tt.* Quinta: Nisi partem tantum serui noxæ dediderit. *l.si seruus.8.ff.d. tt.* Huius duplicatio est: Nisi ante acceptum iudicium vnus ex sociis serui communis suam partem noxæ dediderit. *d.l.8. vers.ante noxale.* Sexta replicatio est: Nisi nuda proprietas serui noxæ dedatur. *l.si ex duob. 17.§.si plures.ff.de noxalib.action.* Huius duplicatio est: Nisi ipsi fructuario proprietas noxæ dedatur. *l.is qui. 18.in fin.ff.d.tt.* Septima replicatio: Nisi vsufructuarius seruum noxæ dediderit. reprobatur *d.l.17.in fin.* Octaua: Nisi seruus alij pignori obligatus, noxæ datus sit. *l.si quis. 9.§.& si seruum.ff.de dolo malo.* Nona: Nisi noxæ dedens de euictione vel de dolo non caueat. *l.si quis. 14.in fin.ff.de noxal.actionib.l.is qui.32.in fin.ff.d.tt.* Decima: Nisi non dominus serui, sed alius conuentus seruum noxæ dediderit. reprobatur *l.& generaliter.28.l.bona fide.11.item l.si noxale. 27.§.ex his.ff.d. tt.* Vndecima: Nisi alij quam actori noxæ deditus sit seruus. ipso quidem iure subsistit: verum eius duplicatio est: Nisi alij, cui æque competebat actio, prius agenti, & ad sententiam peruenienti, seruus noxæ datus sit. *l.si quis.14. in prin.& l.si in re.19.in prin.ff.d.tt.* Plane hoc casu aduersus alium, cui seruus noxæ deditus est, non denegatur actio noxalis; quod triplicationis loco notandum. *l.1.§.fin.cum l.sequent.in prin. ff si ex noxali causa agatur.* Duodecima replicatio: Nisi ex alia causa noxæ deditus sit. reprobatur *l. qui ex pluribus. 20.ff.de noxal.act.* Decimatertia: Nisi noxali iudicio condemnatus, & iudicati actione conuentus, noxę seruum dedere paratus sit *l.item veniunt. 20.§.idem recte.ff.de petit.hæred.* Decimaquarta; Nisi noxæ dedens non etiam restituat id quod ex delicto serui ad se peruenit. *l.si seruus. 4. in princ. C. de noxal.action.* Decimaquinta; Nisi reus seruum in sua potestate esse negans, mentitus sit *l.quoties.21. §.Prætor ait, in fin.ff. d.tt. De quo etiam vide infr.except. 17.repl.2.Sed & concordat l.2.§.si absens. ibi: si vero falso.ff.si ex noxali causa agatur.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi hæres eius qui mentitus est, conueniatur, vel hæres actoris agat. Altera; Nisi negans, postea pœnitentia ductus rursus confiteatur. *Hæ duæ duplicationes approbantur l.electio. 26.§. neq; hæredi. ff. d.tt.* Decimasexta replicatio est; Nisi dominus seruum non defendat, neque noxæ dedat: hoc enim casu quasi contumax in solidum condemnatur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr.quæst.10. reg.1.* Decimaseptima; Nisi mulier marito seruum furem in dotem dederit, sciens eum talem esse. *l.si mulier.21.§.at si in dotem.ff.rerum amotarum.* Hæc de 15.exceptione.

XVI. Exceptio: Nisi dominus seruum indefensum relinquat. approbatur simul & distinguitur *l.non solum.29 ff. de noxalib.action. l.noxali.33. l.si plurium.39.§.sed etsi post. item l.vltim.in fin.ff.d.tt.l.iniuitus.198. in prin.ff.de reg. iuris.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi dominus seruum noxæ non dedat. *d.l.29. d.l.33.l.quoties.21. in princ.ff.de noxalib. action.item l.is qui.32.ff.d.tt.* Sed & plura de replicatione proposita vide *infr.quæst.10.reg.1.*

XVII. Exceptio: Nisi reus seruum in sua potestate non habeat, vt eum noxæ dedere possit. *d.l.21.l.non solum.29.in prin.item l.si ad libertatem.42. §. hæ actiones. ff. d. tt.* Declaratur exceptio proposita *d.l.21.§.in potestate.* Replicatio prima est; Nisi dolo malo fecit reus, quo minus seruum in potestate haberet. *d.l.21.in prin. Concordat l.bona fide.12.ff. de noxalib.action.* Huius duplicatio prima est; Nisi cum reus dolo malo seruum manumisisset, vel alienasset, manumissus vel nouus dominus iudicium suscipere sit paratus. *l.de illo.24.in fin.cum l.sequente.item l.si plurium.39.§.si quis dicat.ff.d.tt.* Altera; Nisi seruus quem reus possidere desiit, quia non defendebatur, ductus sit. *d.§.si quis.ibi.sed etsi.* Tertia, Nisi seruus mortuus sit. *d.l.39.§.fin.l electio. 26.§.si is quem.ff.eod.tt.* Altera replicatio est; Nisi delato iureiurando reus iurare nolit, seruũ in sua potestate non esse. *l.quoties.21.§.prætor ait.& §.quod si reus.ff.de noxal. actionibus.item l. si seruus.22.§.fin.ff. d.tt.* Huius duplicatio est; Nisi per alium iuret. approbatur simul & distinguitur *d. l.21.§.si tutor.*

Tertia

Tertia replicatio est; Nisi postea seruum in potestate sua habere cœperit reus. *d.l.21.§.fin. l.sed & si.23.ff.d.tt.* Huius duplicatio est; Nisi postquam seruus in potestate esse cœpit, indefensus à reo relictus sit, & ab actore abductus. *l.si pluriũ 39.§.sed etsi post.ff.de noxal.actionib.* Quarta; Nisi copiam serui recuperandi reus habeat. *l.si seruus.22.in prin. & §.1.ff.d.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi reus delato iureiurando iurauit, seruũ se in potestate non habere, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio prima est; Nisi postea seruũ in potestate habere cœperit. *l.quoties.21.§.si iusiurandum.ff.d.tt.* Altera; Nisi nõ tutor vel curator rei iurauerit. *d.l.21.§.si tutor.*

XIX. Exceptio; Nisi antea eiusdem delicti nomine actum sit. ipso quidem iure subsistit; verum eius replicatio prima est; Nisi antea cum alio sit actum. quæ & ipsa replicatio iure subsistit; verũ eius duplicatio prima est; Nisi emptore serui cõuento, venditor postea conueniatur; vel contra. *l.noxalis. 7. in fin. ff. de noxalib. actio. & l.electio. 26.in prin.ff.eod.tt.* Altera; Nisi vno ex sociis serui communis conuento, postea alter conueniatur. *l.si cõmunis.9.ff.d.tt.d.l.26.§.1.* Huius duplicationis triplicatio prima est; Nisi omnibus scientib. seruus deliquerit. *l.si plurium.5.in princ.ibi, nec altero.ff. d.tt.* Altera triplicatio videtur; Nisi omnes seruũ dolo possidere desierint. Sed reprobatur *l.si plurium. 39.in prin.ff.d.tt.* Tertia est; Nisi cum antea cũ eo, qui ignorauit, actum sit, tunc cum domino sciẽte agatur. *l.si ex duob. 17.in princ.ff.d.tt. Concordat l. familia. 5.in fin.ff.si familia furtum.* Tertia duplicatio est; Nisi is cum quo antea actum est, soluerit. *l.electio.26.§.si seruum.ff de noxalib.actionib.* Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi cum antea in solidum tanquam cum domino sciente actum esset, nunc cum noxæ deditione agatur; vel contra. hoc enim casu quasi alia re petita, exceptio rei iudicatæ non videtur obstare. Sed reprobatur *l. in delictis. 4. §. cum dominus.ff.de noxalib. actionib.* Tertia replicatio est; Nisi ex alio delicto antea sit actum. approbatur simul & distinguitur *l.qui ex plurib.20.ff.de noxalib.actionib.*

XX. Exceptio; Nisi solutio ab alio facta sit. *l.electio.26.§.si seruum.ff.d.tt.*

III. QVIBVS ACTIONES noxales competunt?

Hæredibus quoque noxales actiones competunt. *l.ad libertatem. 42.§. hæ actiones, ff. de noxalibus actionib.* Huius regulæ exceptio est; Nisi detracta noxæ deditione, ob mendacium rei conuenti agatur: hæc enim actio hæredi non datur, quemadmodum nec contra hæredem. *l.electio.26.§.neq; hæredi.ff. d.tt.*

IV. ADVERSVS QVOS COMpetunt actiones noxales?

I. Regula: Regulariter aduersus eum, qui tẽpore petitionis dominiũ serui habet, non alium noxalis actio datur. *Instit. de noxalibus actionibus.§. omnis.l.noxalis.7. in princ.l.si quis.14 §.sed etsi statuliber. ibi, vel existente. item l. si ad libertatem. 42.§.fin.ff. d.tt.l.1.§.fin.ff. de priuatis delictis.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi sciente priore domino seruus deliquit: tunc enim vterque dominus conueniri potest, prior quidem in solidum, posterior actione noxali. *l.2.§.is qui non ff. de noxalib. actionib. l.in delictis.4.§.cum dominus. item l.si plurium.5.§.fin. cum l.seq. ff. d. tit.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi posterior dominus conueniatur sit; hoc enim casu prior dominus liberatur, *l. noxalis.7. in fin.ff.d.tt.& d.§.cum dominus.* Plures propositæ exceptionis replicationes, *vide supra quæst. 2. except. 15.replic.1. duplic.1.cum seqq.* Altera exceptio est; Nisi iubente priore domino seruus deliquit. hoc enim casu prior, nõ posterior dominus tenetur. *d.l.2.* Tertia; Nisi alius seruum dolo possidere desiit. hoc enim casu in arbitrio actoris est, vtrum cum nouo domino, an cum eo, qui possidere desiit, agere velit. *l. de illo. 24.ff. de noxalib.actio. l.si seruus 18. vers. aut dolo fecerunt. ff. de interrogat. in iure faciendu.* Huius replicatio est: Nisi nouus dominus ab actore sit electus *l.electio.26.in prin.ff.d.tt.* Plures propositæ exceptionis replicationes, *vide sup. quæst.2.except.17.replic.1. duplic.1.cum seqq.* Quarta exceptio est: Nisi seruus ab alio possideatur. hoc enim casu possessor, non dominus serui tenetur. *l.bona fide.11.ff.de noxalib. actio. l.apud antiquos. 21.C.de furtis.* Huius replicatio prima videtur: Nisi mala fide possideat, sed reprobatur *l. non solum.13.ff.de noxalib.actio.* Altera est; Nisi ex causa depositi vel commodati detineat. *l.si seruus.22.in prin.ff.d.tt.* Tertia; Nisi iure pignoris vel precario possideat. *d.l.22.§.1.* Huius duplicatio prima est: Nisi debitor dominus nõ habeat pecuniam, qua seruum pignori datum reluat. *approbatur ibid.* Altera duplicatio est eadem quę replicationis inferioris proximæ *duplic.2.* Quarta replicatio est; Nisi ex causa vsus fructus seruũ possideat. *l. is qui. 18.ibi, sed cum eo.ff.d.tit.* Huius duplicatio prima videtur: Nisi proprietarius operas serui à fructuario conduxerit. sed reprobatur *l.si in re.19 §.si serui.ff.eod tt.* Altera est; Nisi vsufructuarius seruum ex causa vsus fructus petat. hoc enim casu, si eum noxali iudicio non defendat, per exceptionem submoueatur. *l.si noxale.27.in prin.ff. de noxal. actio. & l.3.ff si ex noxali causa agatur.* Hæc de quarta propositæ regulæ exceptione, eiusque replicationibus sint dicta. Quinta exceptio; Nisi seruus domino possit ex aliqua causa auocari. reprobatur *l.si quis.36.ff.d.tt.* Sexta; Nisi alius in iure seruum suum esse respondit; nam & hic tenetur, *l. si plurium.39.§.qui alienum.ff.d.tt.*

II. Regula, De hæredibus domini. Hi quoque noxalibus actionibus tenentur. *l. noxalis.7.in princ.ibi, sed & hæres.ff.de noxalibus actionibus. l.si ad libertatem.42. §. hæ actiones. ibi, item aduersus. ff. d. tit.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi hæres seruum non possideat, nec dominium eius habeat. *d. versi. item aduersus.* Altera: Nisi defunctus sine noxæ deditione in solidum conueniri potuit: hæc enim actio non datur aduersus hæredem. *l. si plurium. 5. in fin. & l. electio. 26.§. neq; hæredi. ff. d.tit.*

III. Regula: Vnus ex pluribus dominis, vel aliis, qui simul conueniri possunt, eligi potest, & in solidum conueniri. *l.si plurium. 5. in princ. ff. de noxalibus actionibus.l.si seruus. 8. l. si communis. 9. l.electio. 26. §. 1. & 2. item l.si plurium.39.in prin. ff. eod.tit.l.si cum vno.4.ff.si ex noxali causa agatur.*

V. VBI ET APVD QVEM COMpetant actiones noxales?

Ibi seruus defendi debet, vbi deliquit. *l.vlt.ff.de noxalib.act.*

VI. QVID VENIAT IN noxalibus actionibus?

I. Regula, Aut litis æstimationem dominus sufferre tenetur, aut seruum noxæ dedere. approbatur, declaratur & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup.q.2.in prin.& except.*15.

II. Regula, Vnus ex pluribus in solidum tenetur. *de qua re vide sup.q.4.reg.3.*

III. Regula, Si familia deliquerit, quid quantumq; petendum, *vide inf.cap.prox.*

VII. QVANDO NOXALIS actio competit?

Si ad libertatem proclamatis, qui deliquit; noxalis actio differenda, donec liberalis causa sit finita. *l.si ad libertatem.42.in prin.ff.de noxal.act.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT noxalis actio?

Perpetua est. *d.l.*42.§. *hæ actiones.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ipsa directa actio sit temporalis, approbatur exemplo *l.si seruus.4.ibi, si necdum vtilis.C.eod.tt.*

IX. ADIVNCTA NOXALium actionum.

I. Regula, Etiam absens seruus defendi potest, approbatur simul & distinguitur *l.quoties* 21. §.1.*ff.de noxal.act.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi alieni sint serui *d.*§.1. Cuius replicatio est: Nisi alieni bona fide propriis possideantur. *d.*§.1. *vers. at si dubitetur.* Altera exceptio est: Nisi publicanus nomine suæ familiæ conueniatur. *l.2 ff.de publicanis.*

II. Regula, Reus iudicatum solui satisdare non tenetur, approbatur simul & distinguitur *l.si plurium.39.*§.1.*ff.d.tt.*

III. Regula, De iureiurando reo deferendo, si negauerit seruum in sua potestate esse, *vide sup.q.2.except.*17.*repl.*2.

IV. Regula, Officium iudicis in condemnando, quod sit, definitur *Instit.de offic.iud.*§.1.

X. EVENTVS NOXALIVM actionum.

I. Regula, Si reus seruum non defendat, cõdemnatur in solidum. *l.si seruus.* 22.§. *dominus.ff.de noxal.act.l. quoties.* 21. §. *quod si reus.ff.d.tit. Concordant ea quæ proposita sunt sup.q.* 2. *except.* 16. *replic.*1. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi dominus seruum quem non defendit, noxæ dedat. *approbatur sup.quæst.*2 *except.*16. Altera: Nisi seruus absit. tunc enim sufficit domino cauere, cum primum poterit, se eum exhibiturum. *l.* 2. §. *si absens.ff.si ex noxali causa agatur.* Alias huiusmodi exceptiones, *vide inf.reg.prox.*

II. Regula, Si reus seruum non defenderit, actor seruum ducit, & contra vindicantem exceptione defenditur. *l. is qui.* 32. *ff. de noxal. actio.l. & generaliter.* 28. *in fin. ff. eod.tit.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi reus dominus fuerit absens. *l.in noxalibus.*30.*ff.eod.tit. l. electio.*26. §.*si absente.ff.d.tit. item l.*2. *in fin.ff. si ex noxali causa agatur.* Altera exceptio est: Nisi dominus in integrum restituatur. *d.*§.*si absente.* Tertia: Nisi alius, qui ius in seruo non defenso habet, illum defendere sit paratus. *d.*§. *si absente. vers. idem concedendum. l.in noxalib.* 30. *item l.si ex duob.*17.§.*fin.ff.eod.tt.*

III. Regula, Creditori & vsufructuario seruũ non defendenti, denegatur pignoris & vsusfructus in seruo persecutio. *l.si noxale.*27.*ff. de noxalib. act.l.si cum vsufructuario.*3.*ff.si ex noxali causa agatur.*

IV. Regula, Si seruus noxæ datus sit: dominium eius efficitur actoris, dominusque seruum vindicans exceptione repellitur. *Instit. de noxalib. actionib.*§.*dominus. ibi, nec minus.* Huius regulæ exceptio est; Nisi alius, non dominus seruum noxæ dediderit. *l.bona fide.*11. *ibi, licet noxæ. & l.si noxale.*27.§.*fin.ibi, quia nullum.ff.d.tt.* Cuius replicatio est; Nisi dominus seruum vindicans, litis æstimationem nõ offerat ei, cui seruus ab alio noxæ deditus est. *d.l.*11.*& d.*§.*fin.itẽ l. & generaliter.*28.*ff.d.tt.*

V. Regula, Seruus noxæ datus, si ei, cui datus est, quæsita pecunia damnum resarcierit, inuito domino est manumittendus. *Instit.d.*§.*dominus.ibi, sin autem.*

VI. Regula, Vsufructuarius, qui seruum noxæ dedit, aduersus proprietariũ exceptione defenditur. *l.si ex duob.*17.§.*fin.ff.de noxal.act.*

VII. Regula, Vnus ex sociis conuentus & condemnatus in solidum, aduersus socios communi diuidundo vel familiæ erciscundæ iudicio experiri potest. *l.si seruus.*8.§.*plane si per hoc.ff.d.tt.l.si communis.*9. *in fin. cum l.seq.ff. d.tt. & d.l.*17. *in princ. ibi, ipsi tamen.* Huius regulæ exceptio est: Nisi vnus ex sociis, qui sciuit seruum delinquere, conuentus in solidum, & condemnatus sit: hic enim aduersus socios regressum non habet. *d.l.*9.*d.l.*17. *in prin.ibi, illud iniquum est. & l.familia.* 5. *ff.si familia furtum.*

VIII. Regula, Si cum in re cõmuni seruus damnum dedisset, vni ex sociis seruus noxæ datus sit: hic alteri socio ad seruum communicandum tenetur. *l.si in re.*19.*in prin ff.de noxalib.act.*

XI. ADFINIA NOXALIVM Actionum remedia.

Regulariter quidem seruo delinquente actio noxalis aduersus dominum, non alia competit. Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi seruus cõmunis aduersus vnũ ex dominis deliquerit. hoc enim casu cõmuni diuidundo actio est. *l. cum seruus.*41.*ff. de noxalib.actionib.& l.si seruus.* 8.*in fin. ff.d. tit.* Altera; Nisi seruus furto rem abstulit. hoc enim casu etiam vindicatio & ad exhibendum actio datur. *l.*1.*C.de noxalib.actio.* Tertio; Nisi eo aduersus quem seruus deliquit, seruum possidẽte, dominus eum vindicet. hoc enim casu per exceptionem litis æstimatio conseruari potest, *per ea quæ proposita sunt sup.quæst.prox.reg.*4.*except.*1.*repl.*1. Quarta; Nisi sciente domino seruus deliquit. hoc enim casu cõtra dominum competit actio in solidum. De qua exceptione cum aliis similibus *vide supr.quæst.*2.*except.*15.*replic.*1.*cum replicationibus sequentib.* Quinta: Nisi actio ex contractu descendat, tunc enim, quamuis delictum serui causam actioni dedit, de peculio tamen, nõ noxalis competit actio. *l.ex contractibus.*48. *in fin.ff.de act.& obligat. Concordat l.si qui.*9. §. *hæc de dolo.ff. de dolo malo.* Sexta: Nisi ex publico crimine accusatio instituatur. Hæc enim accusatio contra seruum instituti potest & debet, non dominum. *l.siue seruum.*3.

*C.de noxalib.actionib. & l.si seruus.*4.*in fin.C.d.tt. Concordant item ea quæ proponuntur sup.lib.*1.*c.*13.*except.* 6. Septima; Nisi seruus, qui deliquit, manumissus sit. hoc enim casu directa contra seruum datur actio, non contra dominum. *Inst.de noxal. act.*§.*omnis, in fin.l.prætor.*15. *in pr. item l.si quis.* 14.*in fin.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi sciẽte domino seruus deliquit. hoc enim casu in manumissum non datur actio. *l.*2.§. *is qui non.ff.d. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi sciente tantum, nõ etiam iubente domino seruus deliquit. *d.* §. *is qui non.l.si plurium.in fin.cum l.seq.ff.d.tt.item l.*1.§.*hæc autem.ibi, nam & sua. ff. si familia furtum fecisse.* Octaua exceptio est; Nisi non seruus, sed filius familias deliquerit. hoc enim casu in ipsum filium directa, nõ in patrem noxalis actio competit, *per ea quæ proposita sunt sup.q.*2.*except.*3.

SI FAMILIA FVRTVM FECISSE DIcetur. CAP. III.

PEndet hoc caput ex superiore *cap.prox.q.*6.*reg.* 3.*item ex sup.lib.prox.c.*5.*reg.*19.*except.*1.

I. CAVSA EX QVA DATVR exceptio proposita.

Est autem huius capitis thesis seu regula prima hæc: Quamuis, si plures furtum fecerint, singuli in solidum teneantur, nec alter liberetur, licet alter duplum soluerit: *de quo d.reg.*19. *est dictũ:* tamen si vnius domini plures serui furtum fecerint, dominus tantum præstando, quantum si vnus liber furtum fecisset, præstandum esset, liberatur, & defenditur per exceptionem. quæ regula seu exceptio approbatur *l.*1. *in prin.&* §.*fin. cum duabus ll.seqq. ff. si familia furtum fecisse dicetur. M.I.R. lib.*5.*c.*10.*reg.*119.

Plane propositæ regulæ seu exceptionis replicationes hæ sunt. Prima replicatio, sumpta ex specie delicti, quod serui commiserunt, reprobatur *d.l.*1.§.*si plures. Concordat l.illud quæsitum est.*32.*ff. ad L.Aquil.*

II. Replicatio: Nisi tempore delicti commissi non eiusdem, sed diuersorum dominorum serui fuerint. *l.quod ait prætor.*31.§.*fin.ff.de noxal.act.*

III. Replicatio: Nisi dominus noxios seruos dolo possidere desierit. reprobatur *l. quoties.* 3. §. *fin.ff.si familia furtum fecisse dicatur.*

IV. Replicatio: Nisi non litis æstimationem offerat dominus, sed noxæ deditionem. reprobatur *d.l.*31.*in prin.ff.de noxal.act.*

V. Replicatio: Nisi sciẽte domino furtum factum sit. *l.*1.§. *hæc autem. ff. si familia furtum fecisse dicatur.* Huius duplicatio prima est: Nisi dominus sciens prohibere seruum non potuit. *d.l.*1.§. *is autem.* Alteri; Nisi sciens seruum prohibuit. *d.l.*1 §. *scientiam.* Tertia; Nisi vno dominorum sciente, alter reus ignorauit. *l.familia.*5.*in prin.ff.d.tt.* Plures propositæ replicationis duplicationes, *vide supr. cap.prox.q.*2.*except.*15.*repl.*1.*dupl.*1.*cum seqq.*

VI. Replicatio; Nisi non à reo, sed ab alio præstitum sit. approbatur exemplo *l.quoties.*3.§.*quod si prius.ff.si familia furtum fecisse.* Huius duplicatio prima est; Nisi successore soluente, auctor conueniatur. *approbatur ibid.* Cuius triplicatio est; Nisi successor, qui soluit, ex causa lucratiua successerit; eius enim solutio non prodest auctori. *approbatur ibidem.* Altera duplicatio est; Nisi auctore soluente, successor conueniatur. *d.l.*3.*in prin.* Tertia; Nisi domino soluente, seruus postea manumissus conueniatur. *d.l.*3.*in prin.ibi, idemq; etsi.*

VII. Replicatio; Nisi alij quam actori præstitum sit. reprobatur exemplis *l.Labeo.* 6. *in prin. ff. si familia furtum fecisse.*

VIII. Replicatio; Nisi non solidũ quod à libero homine fure præstandũ esset, præstitũ sit. *d.l.*6.

IX. Replicatio; Nisi nõ id etiam, quod ex condictione furtiua debetur, præstitum sit. *l. quod ait prætor.*31.§.*certe non tantum.ff.de noxalib.act. Concordat l.*2.*ff.si familia furtum fecisse.*

II. QVANDO COMPETIT exceptio proposita?

De duobus dominis familiæ, quorũ vno sciẽte, altero ignorante furtum à familia commissum est, proponitur *l.familia.*5.*in prin.ff. si familia furtum fecisse.* Plura de eo, qui sciuit, *vide sup.quæst.prox.replic.*5. Sed & plures propositæ quæstionis regulas *vide sup.quæst.prox.repl.*6.

III. ADVERSVS QVOS COMpetit exceptio proposita?

Etiam aduersus hæredes eius, cui furtũ factum est, exceptio proposita competit. *l.etiam.* 4.*ff.d.tt.*

IV. EVENTVS PROPOSItæ exceptionis.

I. Regula, Si nomine vnius serui ex pluribus agatur; aliorum nomine actio sustinenda, donec prius iudicium sit finitum. *l.*1. §.*fin.ff.si familia furtum fecisse.*

II. Regula, Socius id quod præstitit, à socio pro parte repetit. approbatur & distinguitur *l.familia* 5.*ff.d.tt.* Plura de regula proposita, *vide supr. cap.prox.q.*10.*reg.*7.

SI IS, QVI TESTAMENTO LIBER ESSE iussus est, post mortem domini ante aditam hæreditatem subripuisse quid dicetur. CAP. IV.

PRimo: Verba edicti quo actio proposita introducitur, proponuntur *l.*1.*in prin.ff.si is qui testamento liber esse, &c.*

II. RATIO huius actionis habetur *d.l.*1.§.1.

III. CAVSÆ HVIVS actionis.

I. Causa, Si is, qui testamento liber esse iussus est, ante aditam hæreditatem fecerit, quo minus ex istis bonis ad hæredem peruenirет. approbatur verbis edicti *d.l.*1.

II. Causa, Si is, qui testamẽto liber esse iussus est, ante aditam hæreditatem damnum in ea dederit. *d.l.*1.§.*non tantum.*

III. Causa, Si seruus legatus, vel is, cuius dominium paulo post aditam hæreditatem mutatur vel amittitur, in hæreditate quid deliquerit, *d.l.*1.§.*si seruus.*

EXCEPTIONES IAM DICTARVM causarum generales.

I. Exceptio; Nisi sub cõditione liber esse iussus sit is, qui furtum in hæreditate fecit, vel damnum dedit. *l.*1. §.*habet itaq; ibi, quid tamen.ff. si is qui testamento liber.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi adita hæreditate conditio libertatis extiterit, vel statim post existat. *d.*§. *habet itaq; &* §.*si seruus.l,Labeo,*3.*ff.eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi fidecommissaria libertas seruo sit relicta reprobatur *d.§ si seruus.*

III. Exceptio: Nisi in re, quæ non fuit defuncti (puta pignori accepta, bona fide possessa, cõmodata) is, qui testamẽto liber esse iussus est, deliquerit. reprobatur *l.1.§. hæc actio. & §. sed & in omnibus.ff.si is, qui testamento liber esse iussus.*

IV. Exceptio; Nisi in re, quæ post mortem testatoris hæreditati accessit, delictum sit commissum.reprobatur *d.l.1.§.item si fructus.*

V. Exceptio; Nisi viuo adhuc domino seruus in bonis eius deliquit.*d.l.1.§. habet itaq;*. Huius replicationes, *vide inf.except.prox.*

VI. Exceptio: Nisi post aditam hæreditatem is, qui liber esse iussus est, in bonis testatoris deliquerit.*d.§. habet itaq;.* Huius exceptionis replicatio prima: Nisi paulo ante quam statuta libertas seruo compereret, deliquerit ignorante hærede domino. reprobatur *l.2.ff.d.tt.* Altera: Nisi paulo ante quam conditio libertatis existeret, deliquerit seruus, aut puniri à domino non potuerit. *l.Labeo.3.ff.d.tt.* Tertia; Nisi vnus tantum ex pluribus hæredibus adierit hæreditatem, reprobatur *l.1.§.ante aditam.ff.si is qui testamento liber.* Quarta: Nisi cum à substituto pupilli seruo libertas esset relicta post aditam patris hæreditatem, nondum adita pupilli hæreditate seruus deliquerit.approbatur simul & distinguitur *d.l.1.§ si pupillus.*

VII. Exceptio: Nisi non statim adita hæreditate seruo, qui deliquit, libertas competat. *d.l.1.§. si seruus.ibi, post interuallum modicum aditæ hæreditatis, & §.habet itaq;.ibi, sed vbi libertas.*

VIII. Exceptio: Nisi sine dolo malo seruus deliquit.*d.l.1.§.nõ autẽ. & §.habet itaq;.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi culpa dolo proxima deliquerit.*d.§ non autẽ.* Altera: Nisi de damno dato agatur.reprobatur *d.§.non autem.vers.proinde.*

IX. Exceptio: Nisi alio remedio hæres suum consequi possit.*d.l.1.§.illud verum.*

X. Exceptio: Nisi alius, qui simul deliquit, cõuentus pœnam præstiterit. reprobatur *d.l.1.§.fin.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

De successoribus proponitur *d.l.1.§.præter hanc, in fine.*

V. QVID QVANTVMQVE veniat in hac actione?

I. Regula; In duplum competit, approbatur verbis edicti *d.l.1.*

II. Regula: Id quod interest, duplicatur. *d.l.1. §.illud verum, in fin.*

III. Regula: Ex pluribus seruis singuli in solidum tenentur, *d.l.1.§.fin.*

VI. QVAMDIV COMPETIT?

Annalis est actio.approbatur verbis edicti *d.l.1.*

VII. SIMILE ET ADFINE remedium.

I. Regula; Ad similitudinem furti actionis competit.*l.1.§.præter hanc. ibi, cum hæc actio. & §. hæc actio.ff.si is qui testamento liber.*

II. Regula: Etiam rei vendicatio hæredi competit.*d.§.præter hanc.*

III. Regula, Si idem seruus ante aditam hæreditatem in ea deliquerit, & postea liber factus in eadem deliquerit: vtraq; actione, tam proposita honoraria quam directa tenetur. *l.si seruus. 48. ff.ad l.Aquiliam.*

RERVM AMOTARVM.

CAP. V.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l.1. cum l.seq.ff.rerum amotarum.*

II. GENVS *l.rerum amotarum.26.ff. eod.tt.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS actio proposita competit?

I. Causa, Si vxor marito, vel contra maritus vxori furtum fecerit.*l.2.C.rerum amotarum. Concordat l.si quis.53.in prin.ff.de furtis.*

II. Causa, Si opem furibus vxor tulit. *l.sed & si. 19.ff.rerum amotarum.l.si rem. 20.ff.d.tt. & d.l.53. in princ.ibi.ipsa quoq;.*

III. Causa, Si res mariti vxor comederit, vendiderit, donauerit, aut alia ratione consumpserit. *l.& ideo.3.§.item verum.ff.rerum amotarum.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi non vxor marito, sed maritus vxori furtũ fecerit. reprobatur *l.Marcellus.11.in prin.ff.rerum amotarum. & l. 2.C.d.tt.*

II. Exceptio; Nisi concubina vel vxor illegitima res amouerit.*l.si concubina.17.in prin.ff.d.tt.*

III. Exceptio; Nisi non vxor, sed seruus eius marito furtũ fecerit. *l. & ideo.3. §.1.ff.eod.tt.l.si quis. 53.in prin.ibi, serui vero.ff.de furtis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi iussu dominæ seruus marito furtum fecerit.*l.si mulier. 21. §. si seruus.ff. rerum amotarum.*

IV. Exceptio: Nisi non marito, sed ei, cui maritus hæres extitit, vxor furtum fecit. reprobatur *l.& ideo.3.§.sed & cum.ff. rerum amotarum.*

V. Exceptio; Nisi non marito, sed socero vel prosocero vxor furtum fecit.reprobatur sub conditione *l.nihil interest.15.§.vxor.ff.d.tt.*

VI. Exceptio: Nisi non marito, sed ei, cui maritus rem commodauit, vxor rem abstulit. *l.si vxor.28.ff eod.tt.*

VII. Exceptio; Nisi non res viri, sed viro commodatas, pignoratas, à viro bona fide possessas, vxor amouit.reprobatur *l.si concubina.17.§.fin. cum l.seq.ff.rerum amotarum.l.si rem.20 ff.d.tt.item l.22. §. fin.C.de furtis.*

VIII. Exceptio; Nisi nõ diuortij consilio mulier res viri amouit.*l.rerum. 25.ff. rerum amotarum.* Huius replicatio est: Nisi cum diuerteret mulier, easdem res celauerit.*l.si concubina.17.§.res.ff.d.tt.*

IX. Exceptio; Nisi cum mulier de vita viri desperasset, subreptis quibusdam rebus diuerterit. reprobatur *l.si mulier.21.in prin.ff.d.tt.*

X. Exceptio; Nisi post diuortium mulier res viri amouerit vel contrectauerit, *l.& ideo.3.in prin. ff.eod.tit.*

XI. Exceptio; Nisi antequam nuberet, mulier viri res amouerit.reprobatur *d.l.3.§.sed & cum.*

XII. Exceptio; Nisi vxor non simul cum viro habitauit, vel ex alia domo amouit. reprobatur *l. nihil interest.15.in prin.ff.rerum amotarum.*

XIII. Exceptio; Nisi dos nulla sit, vel dote soluta nihil dictum sit de actione proposita mouenda. Hæc duplex exceptio reprobatur *l.si cum dos.8.ff.d.tit.*

XIV. Exceptio; Nisi non sit secutum diuortium.*l.rerum.25.ff.rerum amotarum.*

XV. Exceptio; Nisi matrimonium sit redintegratũ.*l.vlt.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi rursus postea diuortium factũ sit.*l.redintegrato.23.ff.d.tt.*

XVI. Exceptio: Nisi res amotæ perierint, reprobatur *l.si concubina.17.§.non solum.ff.d.tt.*

XVII. Exceptio; Nisi ab alio actum sit.*l.sed & domino.18.ff.d.tt.*

XVIII. Exceptio; Nisi bonis mariti ad fiscum deuolutis, fiscus agat.reprobatur *l. ad fiscum.16.ff. d.tt.* Hæc de exceptionibus; sed & plures *vide infra, quæst.vlt.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De fisco ad quem bona mariti peruenerunt, proponitur *d.l.16.*

II. Regula, De patre mariti, *l.contra nurum.6. in prin.ff.rerum amotarum.*

III. Regula, De hærede mariti, *d.l.6.si post.& l. si mulier. 21. §.hæc actio.in fin.ff. d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi nondum diuortio facto maritus decesserit.*d.l.6.§.sed si morte.* Altera: Nisi mortuo iam marito, mulier res eius amouit.*d.l.6. §.fin.*

V. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

I. Regula, De hæredibus amouentis, proponitur *d.l.6.§.item hæres.* Huius regulæ exceptio est; Nisi nihil vel minus ad hæredes peruenerit. *l. de rebus.3.C.rerum amotarum.*

II. Regula. De patre amouentis, *l.& ideo.3.§. si filiofamilias, cum duab. segrb.seqq. ff. d.tt. & l.contra nurum.6.§.item cum.ff.d.tt.* Ex quibus patet, non solum filiumfamilias filiamvefamilias amouentem actione proposita teneri, sed etiam eius patrem. Cuius regulæ exceptio prima est. Quod non vltra peculium pater teneatur. *d.§.si filiafamilias.* Cuius replicatio prima est; Nisi pater de dote agat. hoc enim casu in solidum filiam aduersus actionem propositam tenetur defendere. *d.§. si filiafamilias. vers. sed si pater.* Altera; Nisi quid ex rebus amotis ad patrem peruenit: de eo enim tenetur, quamuis nihil vel minus in peculio sit.*l. viua.5.ff.d.tt.* Altera exceptio est; Nisi filius filiave amouens decesserit. approbatur simul & distinguitur *d.l.3.in fin.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula; In simplum competit seu rei persecutionem continet.*l.si mulier.12.§. hæc actio.ff.rerum amotarum.& l.ad fiscum.16.ff.d.tt.*

II. Regula, De eo, quod actoris interest res amotas non esse, proponitur *d.l.21.§.rerum.*

III. Regula; Quanti res, quæ non restituitur, vel deterior restituitur, æstimanda sit, definitur *l.rerum amotarum.29.ff.d.tt.*

IV. Regula, Si dolo res non restituatur, quanti in litem actor iurauerit, æstimatur. *l.si cum. 8.in fin.cum ll.seqq.ff.d.tt.*

V. Regula: Etiam vltra id quod facere potest, reus tenetur. *l.si mulier. 21.§.fin.ff.d.tt. Concordat l.si rerum 52.ff.de re iudicata.* Hæc de quæstione, Quid veniat. Sane in quantum pater vel hæres amouentis teneatur, *dictum sup.quæst.prox.*

VII. QVANDO COMPETIT actio proposita?

I. Regula: Constante matrimonio hæc actio non datur, sed pro ea condictio.*l.rerum quidem.25. ff.rerum amotarum.l.2.C.d.tt.* Contradicit *l.vlt.§.fin. C.de furtis.*

II. Regula; Ob accusationem adulterij actio proposita non differtur.*l.rerum amotarum.27.ff.rerum amotarum.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio. *l.si mulier.21.§ hæc actio.ff.rerum amotarum.*

IX. ADIVNCTA HVIVS iudicij.

I. Regula: De iureiurando deferendo, proponitur *l.Marcellus.11.§.1.ff.d.tt.*

II. Regula; Oblata litis æstimatione, actor reę de euictione cauere non tenetur.*l.ideoq;.10.ff.d.tt.*

X. EVENTVS HVIVS actionis?

Si mulier litis æstimationem præstiterit: aduersus vindicantem rem illam defenditur exceptione, & re amissa habet rei vendicationem. *l.si propter.22.in prin.ff.rerum amotarum.*

XI. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter ex causis sup.propositis rerũ amotarum, non alia cõpetit actio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi rebus amotis, non diuortio, sed morte mariti solutum sit matrimonium. hoc enim casu hæres mariti hæreditatis petitone, ad exhibendum actione vel condictione rem persequi debet.*l.contra nurum. 6. §. sed si morte.ff.rerum amotarum.* Altera; Nisi mortuo marito vxor res amouerit. hoc enim casu vendicatio vel hæreditatis petitio competit.*d.l.6.§.fin.* Tertia; Nisi mortis causa mulier res amouerit, & maritus decesserit. hoc enim casu hæreditatis petitio vel ad exhibendum actio hæredi competit. *l.si propter. 22. §.fin.ff.d.tt.* Quarta; Nisi vindicatio & condictio. nam & hæ actiones præter rerũ amotarũ actionem marito cõpetunt.*l.ob res.24.ff.d.tt.l.si concubina.17.§.non solum, cum l.seq.ff. eod.tt.item l.de rebus.3. in fin.C.d.tt.* Quinta; Nisi non diuortij cõsilio res sint amotæ, nec diuortium secutum: hoc enim casu, cessante rerum amotarum actione, condictio competit.*l.rerum quidem.25 ff. rerũ amotarum.* Sexta; Nisi eius res, cui maritus hæres existit, vel antequam contraheretur matrimonium, res amotæ sint.hoc enim casu neq; amotarum rerum, neq; furti competit actio, sed sola condictio furtiua.*l.& ideo.3.§.sed & eum.ff.d.tt.* Septima; Nisi maritus à muliere vel eius hæredibus conueniatur, vel contra mulier à marito amouente. hoc enim casu per exceptionem res amotas compensare potest.*l.cum mulier.7.ff.d.tt. Concordat l.1.C.d. tit.* Plures huiusmodi exceptiones, quibus cessante rerum amotarum actione, furti actio competit, *vide quæst.3.*

DE ACTIONE IN FACTVM ADuersus publicanos.

CAP. VI.

PRimo: Verba edicti quo actio proposita introducta est proponuntur *l.1.in prin.ff.de publ.*

II. RATIO huius edicti eiusq; actionis proponitur *d.l.1.§.dixerit.& l.quanta.12.in prin.ff.d.tt.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS ACTIO proposita competit?

I. Causa, Si publicanus vel eius familia quid alicui vi ademerit, damnum dederit, vel furtum fecerit. approbatur verbis edicti *d.l.* 1. Cõfirmatur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. prox.* Declaratur definitione publicani *l.*1.§.1.*ff.de publicanis.* Cõcordat *l.quãtæ.*12.§.*fin.cũ l.seq.ff.d.tt.* Definitione familiæ publicanorum, *vide paulo inferius exc.gener.*1.

II. Causa, Si publicanus eiusve familia illicite quid exegit. *l. locatio.* 9. §. *quod illicite.ff.d.tt.l.non solent.*3.*cum l.seq.C.vectigalia noua institui non posse.*

III. Causa, Si indebitum per errorem publicano sit solutum. *l.vlt.*§.*fin.ff.de publicanis.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi familia publicani, quæ deliquit, in eius potestate non sit, & liberi homines sint. reprobatur *l.*1.§.*familia. &* §.*fin.item l. quantæ.* 12.§.*familiæ.ff.d.tt.*

II. Exceptio: Nisi seruus publicani, qui non est in ea familia, quæ publico vectigali ministrat, deliquerit. *d.l.* 1.§.*proinde etsi.*

III. Exceptio; Nisi publicanus serui exhibendi potestatem non habeat. reprobatur *d.l.*1.§.*fin. Concordat l.sed & hi.*13.§.*siue autem.ff.d.tt.*

IV. Exceptio; Nisi ignorante domino seruus deliquit. *l.vlt.*§.*sed Marcus.ff.d.tt.*

V. Exceptio; Nisi non à fisco, sed à repub. publicanus vectigal cõductum habeat. reprobatur *d.l.*13. §.1.*ff.de publicanis.*

VI. Exceptio: Nisi publicanus ademptum restituit. *l.hoc edicto.in prin.ff.d.tt. Concordat l.*1.*in princ. ibi, si id restitutum.item* § *& restituendi.ff.d.tt.*

VII. Exceptio: Nisi seruus, qui deliquit, alienatus sit vel manumissus. reprobatur *d.l.*13.§.*siue autem.ff.de publicanis.*

VIII. Exceptio: Nisi seruus, qui deliquit, mortuus sit. *d.*§.*siue autem.*

IX. Exceptio: Nisi publicanus seruos, qui deliquerunt, noxæ dare sit paratus. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi seruos non exhibeat. tunc enim in solidum tenetur. approbatur verbis edicti. *l.*1.*in prin.&* §.*fin.cum duab. legib.seqq. ff. de publicanis. item l. quantæ.* 12. *in princ.ff. eod.tit.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

De hæredibus cæterisq; successoribus proponitur *d.l.* 13.§.*fin.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De publicano cuius familia deliquit, habetur *l.*1.*in prin.ff.de publicanis.*

II. Regula, De socio publicani, *l.cum si.*3.§.1. *ff.eod.tit.*

III. Regula, De hæredibus, *l.vlt.*§.*penult.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi lis cum defuncto fuerit inchoata. *d.*§.*penult.* Altera: Nisi quatenus hæres locupletior est factus. *l.si publicanus.*4.*in prin.ff.eod.tt.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Intra annum in duplum est, post annum in simplum. *l.*1.*in prin.ff.de publicanis.*

II. Regula: Res in duplo continetur. *l.hoc edicto.*5.§.*ff.eod.tt.* Contradicere videtur *l.locatio.*9.§. *quod illicite.ibi, per vim vero.ff. eod.tt.*

III. Regula, Si plures serui deliquerint, dominus tantũ præstãdo, quantum vnus liber, qui deliquisset, præstaret, liberatur. *l.cum si.*3.§ *fin.ff.d.tt.*

IV. Regula, Vnus ex pluribus publicanis non nisi pro parte conuenitur: nisi alij soluendo non sint. quæ regula cum sua exceptione approbatur *l.si multi.ff.de publicanis.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio. *l.sed & hi.*13.§.*fin.ff.d.tt.*

VIII. ADIVNCTA OFFICIA actoris.

De indicando ab actore, quos desideret sibi exhiberi, proponitur *l. cum si.*3.§.*ante.ff, de publicanis.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

Etiam ordinariis actionibus furti, damni iniuriæ, vi bonorum raptorum agi potest. *l.*1.§. *vnde quæritur.ff.de publicanis.*

DE CRIMINE PECVLATVS, SACRILEGIJ, & de residuis.

CAP. VII.

ETsi non ignoro hæc crimina magis publicam executionem habere, quam priuatam: cum tamen furti speciem contineant, non incõmode inter furtorum species hic tractanda esse sumpsi: & primum crimen peculatus.

I. CAVSÆ EX QVIBVS accusatio peculatus competit?

I. Causa generalis, Si crimen peculatus sit cõmissum. Declaratur hæc causa *l.sacrilegi.*9.§.*Labeo. ff.ad ad Iuliam peculatus.*

II. Causa, Si rem sacram vel publicam intercipiat quis, vel in vsum suum conuertat. *l.Lege Iulia.*4.*in prin.ff.d tt.l.*1.*ff.d. tt. item Instit. de publ. iud.*§. *item lex Iulia peculat.*

III. Causa, Si in aurum argentumve aut æs publicũ quid indat, aut immisceat, quo id peius fiat. *d.l.*1.

IV. Causa, Si quasi fisci creditor debitum fisci acceperit. *d.l.*9.§.*eod.cap.*

V. Causa, Si is, qui in moneta publica operatur, extrinsecus sibi pecuniam forma publica signat, vel signatã fuitatur. *l.sacrileg.*6.§.*qui cũ.ff.d.tt.*

V. Causa, Si in tabulis publicis minorẽ quantitatem scripserit, quam quid venerit aut locatum sit. *l.hac lege.*10.*in prin.ff.d.tt.*

VII. Causa, Si quis publicarum tabularum inspiciendarum describendarumq; potestatem, sine iussu eius, qui rei præest, alicui fecerit. *l. sacrilegi.*9.§.*senatus.ff.d.tt.*

VIII. Causa, Si quis pecuniam publicam in vsus aliquos retinuit, nec erogauit. approbatur *ibi.*

IX. Causa, Si quis debitum exigat à debitore suo, qui & fisco debet. reprobatur *l.peculatus.*12.*ff. ad l. Iul.peculatus.*

X. Causa, Si tabulam legis, formamve ærorum aut quid aliud continentẽ refixerit, vel quid inde imminuerit, deleuerit vel induxerit. *l.qui tabulam.*8.*ff.eod.tt.*

XI. Causa, Si muros perforauit, vel inde aliquid abstulit. *l.qui perforauit.*11.*ff.d.tt.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi non in publica, sed in priuata pecunia crimen commissum sit. *l. diui.* 5.*ff.ad l. Iul.peculat.* Eius replicatio proponitur *l.si sacrilegi.* 9.§.*eod ff.eod.tt.*

II. Exceptio: Nisi in re ciuitatis commissum sit. reprobatur *l.lege Iulia.*4. §.*fin.ff.d.tt.* Contradicit *l.ob pecuniam.* 83.*ff. de furtis.* quam tamen Alciatus *Dispunctionum lib.*1.*c.*3. dicit, in antiquo exemplari aliter legi.

III. Exceptio; Nisi præda ab hostibus capta cõmissum sit. reprobatur *l.is qui.*13.*ff.ad Iul.pecul.*

IV. Exceptio: Nisi thesaurum è loco religioso subripuerit. *l.lege Iulia.*4.§.*non sit.ff.d.tt.*

V. Exceptio; Nisi is cuius periculo res est, eã subripuerit. *l.sacrilegi.*9.§.*Labeo.ff.d.tt.*

II. ADVERSVS QVOS ACCVSATIO proposita competit?

I. Regula, De eo cuius dolo contra legem peculatus factũ est, proponitur *l.*1.*ff.ad Iul.pecul.*

II. Regula, De eo, qui furanti signum præbuit, *l.sacrilegij.*6.§ *fin.ibi, is autem qui.ff.d.tt.*

III. Regula, De eo, qui aurum publicum subreptum habuit & conflauit, *d.*§.*fin.*

IV. Regula, De ministris & iis, qui subreptas pecunias susceperunt, *Instit. de publ. iud* §. *item lex Iul pecul. Concord it l.vnic.C.de crimine peculatus.*

V. Regula, De hæredibus, habetur *l. vlt.ff.ad l.Iul.pecul.*

III. QVID VENIAT IN accusatione proposita, seu de pœnis peculatus.

I. Regula, De capitis pœna & deportatione, proponitur *Instit.de publ. iud.*§. *item lex Iulia peculatus.l.vnica. C. de crimine peculatus. l. peculatus.ff. d.tt.ire l.sacrilegi.*9.*in prin.& l.hac lege.*10.§.*diuus. ff.eod.tt.*

II. Regula, De aquæ & ignis interdictione, habetur *d.l.*3.

III. Regula, De exilio & metallo, *l.sacrilegij.*6. §.*fin.ff.d.tt.& l.si quis.*38.*in prin.ff.de pœnis.*

IV. Regula, De pœna quadrupli, *d.l.*6.§.*fin. & l.is qui.*13.*ad l.Iul.pecul.*

IV. QVAMDIV COMPETIT accusatio peculatus?

Intra quinquennium. *l peculatus.*7.*ff.ad tt.*

V. EVENTVS.

Damnatus sicut omnia iura, ita bona quoque amittit. *l.peculatus.*3.*ff.ad L.Iul.pecul.*

VI. ADFINIA REMEDIA sequuntur.

II. DE SACRILEGII CRIMINE.

I. Causæ ex quibus accusatio seu pœna sacrilegij competit.

I. Causa, Si sacrilegium factum sit. declaratur definitione sacrilegij, *l. sacrilegi.* 9.*in princ.ff. ad L. Iul.peculatus.M.I.P.lib.*5 *cap.*8. *reg.*31. *M.I.R. lib.*5.*cap.* 10.*reg.*121. Huius causæ seu definitionis exceptio prima est: Nisi priuata sacra vel ædiculas incustoditas tentauerit. approbatur *ibid.* Altera: Nisi rem priuatam è loco sacro subripuerit. *l. diui.*5.*ff. d.tit.* Contradicit *M.I.P. d.reg.* 31. *except.* 1. *M.I.R. reg.* 121. *except.*1.

II. Causa, Si sepulchrum violauerit. *l.pergit.*5. *C.de sepulchro violato.*

III. Causa, Si diuinam legem non obseruat, vel in articulis fidei errat. *l.*1. *C. de crimine sacrilegij. M.I.P.d.c.*§.*reg.*32.

IV. Causa, Si de iudicio principis dubitat. *l.*2. *C.eod.tt.M.I.P.d.c.*8.*reg* 33.

II. Aduersus quos?

De eo cuius dolo alius sacrilegium commisit, proponitur *l.hac lege.*10.§.*diuus.ff.ad L.Iul.pecul.*

III. Quid veniat, seu qua pœna sacrilegium puniatur?

I. Regula, De pœna extraordinaria, proponitur *l.lege Iulia.* 4.§.*mandatis. & l.sacrilegij.*6.*in prin.ff. eod tt.M.I.P.c.*8.*reg.*39.*M.I.R.d.c.*10.*reg.*122.

II. Regula, De capitis pœna, habetur *l.sacrilegi.*9.*in princ.ff.d.tt.M.I.P.d.reg.*39. *M.I.R. d.cap.*10.*regul.*123.

III. DE RESIDVIS.

I. Causæ ex quibus hæc accusatio competit.

I. Causa, Si pecuniam publicam in alium vsum delegatam retinuit, neq; in eum vsum consumpsit. *l.*2. *ff. ad Iul.pecul.l.lege Iulia.*4.§. *lege Iulia.ibi, sed & qui.item d.l.*9. §.*eum quoq;.ff.d.tt.*

II. Causa, Si apud aliquem pecunia publica ex administratione resedit, neq; eam reddit. *d.* §. *lege.* Huius causæ exceptio est: Nisi peregre iturus pecuniam apud se esse, apud ærarium sit professus. *d.l.*9.§.*fin.* Cuius replicatio est: Nisi intra annum pecunia non restituatur. *approbatur ibid.*

II. Quid veniat, seu qua pœna puniatur.

Hac lege damnatus amplius tertia parte quam debet, punitur. *d.*§.*lege.*

EXPILATÆ HÆREDITATIS.

CAP. VIII.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l.vlt. C. de crimine expilatæ hæreditatis. Concordant eæ, quæ proposita sunt sup. lib.prox.c.*2.*q.*2.*except.*10. *&* 15. *item l.*2.*in prin.ff.eod.tt.*

II. CAVSÆ HVIVS actionis.

Si res hæreditaria subrepta sit. *l.*1.*ff.expilatæ hæreditatis.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi vxor viri hæreditatem expilauerit. *l. vxor.*5.*ff.eod. tt.l.hæres,*32.*ff.negot.gestor. item l.aduersus.* 4. *C. de crimine expilatæ hæred.* Secunda exceptio est; Nisi hæres rem hæreditariam abstulerit. *l. aduersus.* 3. *C.familiæ erciscundæ.* Tertia; Nisi vitricus hæredis rem hæreditariam subripuerit. reprobatur *l.*2.*C. de crimine expilatæ hæredit.* Quarta; Nisi nouerca hæredis rem hæreditariam subripuerit. reprobatur *l.si aui,*3. *C.d.tt.* Quinta exceptio est; Nisi res aliena ex hæreditate sit subrepta: puta commodata defuncto, vel pignori data. *l. eum qui.* 14. §.*si res.ff.de furtis.* Sexta; Nisi non ante, sed post aditam hæreditatem res sit subrepta. *l.*1. *C. de crimine expilatæ hæred.* Huius replicatio est; Nisi hæres possessionem rerũ hæreditariarum nondum erat nactus. *l.*2.§.*apparet.ff.expilatæ hæred.* Septima; Nisi subripiens ignorauit rem hæreditariam esse, reprobatur *l.si hæreditariam.*6.*ff.d.tt.*

III. APVD QVEM COMPETIT actio proposita?

Apud præsidem prouinciæ. *d.l.2.in prin.& l.diuus.3.ff.eod.tt.*

IV. QVID VENIAT IN actione proposita?

Expilatæ hæreditatis pœna extraordinaria est. *d.l.3.& l.1.ff.d.tt.* Plane hæres, qui expilauit hæreditatem, in duplum id restituere tenetur. *quæ pœna approbatur l.scimus.22.§.illo videlicet.C.de iure deliberandi.*

V. EVENTVS.

I. Regula: Vno hæredum agente, prodest sententia eius quoq; cohæredibus. *l.res hæreditarias.4.ff.expilatæ hæreditatis.*

II. Regula: Expilatam esse hæreditatem, legatariis non obest. *l.obtentu.5. C. de crimine expilatæ hæred.*

VI. ADFINIA REMEDIA

I. Regula: In potestate hęredis est, vtrum expilatæ hæreditatis iudicio, an petitione hæreditatis experiri velit. *l.diuus.3.ff.expilatæ hæredit.*

II. Regula: De rei vendicatione, & ad exhibendum actione, proponitur *l. quamuis.17. C.de furtis.l.aduersus.4.C.de crimine expilatæ hæred.item l.2. in fin.ff.d.tt.*

III. Regula, De familiæ erciscundæ iudicio, habetur *l.aduersus.3.C.famil.ercisc.*

IV. Regula, De negociorum gestorum actione, proponitur *l.hæres.32.ff.de negoc.gest.*

V. Regula, De furti actione, *l.si seruum.70.§. fin.ff.de acquir.hæred.*

DE SERVI CORRVPTI ACTIONE.

CAP. IX.

PRimo: Verba edicti quo actio hæc est introducta, proponuntur *l.1.in princ.ff. de seruo corrupto.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS actio proposita competit.

I. Causa, Si quis alienum seruum recepit. approbatur verbis edicti. *d.l.1. Concordat l.2. C.ad l. Fauiam de plagiar.* Declaratur *l.1.§. quod autem,ff.de seruo corrupto.*

II. Causa, Si alieno seruo quid persuasit, quo deterior fieret. *d.l.1.in prin.* Declaratur *d.l.1.§.persuadere.* Huius exempla, *vide inf.except.11.*

III. Causa, Si seruum alienũ solicitauit ad aliquid faciendum vel cogitandum. *d.§.persuadere, versic.qui igitur.& l.aduersus. 4.C.de furtis.*

IV. Causa, Si malum serui propositum laudatur. *l.1.§.sed vtrum,in fin.ff.de seruo corrupto.*

V. Causa, Si seruum alienum flagellauerit. *l.2. §.penult.ff.de priuatis delictis.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio; Nisi proprietarius vel vsufructuarius serui eum corruperit. reprobatur *l. si quis.9.§.si in seruo.ff.de seruo corrupto.*

II. Exceptio: Nisi bonæ fidei possessor seruũ corruperit. *l.1.§.1.ff.d.tt.*

III. Exceptio: Nisi socius seruum cõmunem corruperit. reprobatur *d.l.9.in prin.*

IV. Exceptio; Nisi seruus communis seruum proprium corruperit, vel seruus conseruum. *l. vt tantum.14.§.si seruus.ff.d.tt.*

V. Exceptio; Nisi seruus, in quo vsumfructũ habeo, proprium meum seruum corruperit. reprobatur *d.l.14.§.si is in quo.*

VI. Exceptio: Nisi vxor seruum mariti corruperit. reprobatur *l.vlt.ff.d.tt.*

VII. Exceptio; Nisi parens filij, vel patronus liberti seruum corruperit. *l,nec serui.6.ff.de obsequiis à liberis.*

VIII. Exceptio; Nisi malum seruum corrupit. reprobatur *l.1.§.sed vtrum.ff.de seruo corrupto.*

IX. Exceptio: Nisi hæreditarium seruum corrupit. reprobatur *l,hæc actio.13.§.fin.ff.d.tt.*

X. Exceptio; Nisi non seruum, sed liberum hominem corrupit. *l.1.§.sed nec eum.ff.d.tt.* Huius replicatio est: Nisi filiumfamilias corrupit. *l. vt tantum.14.§.1.ff.d.tt.*

XI. Exceptio: Sumpta ex re quam seruo alieno persuasit, reprobatur, & exempla superioris causæ secundæ proponuntur *l.1.§.fin. cum l.seq.ff. de seruo corrupto.* Aliud exemplum proponitur *l. dolo malo.3.§.vnde quæritur.ff.eod.tt.* Aliud *l.corrumpitur.15.ff.d.tt.* Item aliud *l. in eum.5.ff.de extraordin. criminib.*

XII. Exceptio: Nisi sine dolo malo factum sit. *d.l.3.cum l.seq. Concordat l.doli verbum.5. in princ. ff.d.tt.*

XIII. Exceptio: Nisi liberum hominem putans eum corrupit. reprobatur *d.l.5.§.si quis dolo.*

XIV. Exceptio; Nisi suadendo seruum non fecerit deteriorem. *l.1.§.persuadere. ibi, & ideo.ff.d.tt.* Huius replicatio prima est; Nisi cũ seruus etiam sine suasione delictum esset commissurus, quis eius malũ propositum laudauerit. *d.l.1.§.sed vtrũ. ibi,imo etsi.* Altera; Nisi cum quis seruo suasisset, vt rem domino auferret, & ad se perferret; seruus domino id indicauerit, dominusque seruo rem dedit ad corruptorem perferendam. *Instit.de obligat.quæ ex delicto nasc.§.vnde illud quæsitum.& l.si quis. 20.C.de furtis.*

XV. Exceptio: Nisi seruus corruptus alienatus, manumissus, vel mortuus sit. reprobatur *l. doli verbum.5.§.fin.cum duab.ll.seqq.ff.de seruo corrupto. Concordat l.dominus.16.ff.d.tt.*

XVI. Exceptio; Nisi semel actum sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ex alia maleficij specie sit actum, & de alia re. *l. Neratius.11.§.quamuis, cum leg.seq.ff. de seruo corrupto.*

XVII. Exceptio: Nisi vnus ex duobus socijs serui corrumpentis conuentus, pœnam soluerit. *l,vt tantum.14.§.item si seruus,in fin.ff.d.tt.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De domino serui corrupti. Regulariter domino serui corrupti hæc actio datur, nõ alij. Cuius exceptio prima est; Nisi seruus ab alio bona fide possideatur: hoc enim casu bonæ fideĭ possessori actio videtur danda. Sed reprobatur *l. 1.§.1. ibi, quia nec ipse.ff. de seruo corrupto.* Altera exceptio est; Nisi alius in seruo corrupto vsumfructum habeat: nam & huic actio proposita competit. *l.si quis.9.§.si in seruo.ff.d.tt.* Tertia; Nisi seruus corruptus alij pignori sit datus. reprobatur *d.l.14.§.pignori.*

II. Re-

II. Regula, De hærede eius, cui competebat actio proposita. Huic quoque eadem competit actio. *l.hæc actio.13. in prin.ff. de seruo corrupto.* Huius regulæ exceptio videtur esse: Nisi seruus corruptus alij legatus sit, vel alio modo è hæreditate alienatus. reprobatur *l.sed & 8.ff.d.tt.*

IV. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

Aduersus hæredem corrumpentis non datur. *d.l.13.in princ.*

V. PER QVOS COMPETIT?

Etiam per procuratorem exerceri potest actio proposita. *l.aduersus.4.in fin.C.de furtis.& l.2.C.ad l. Fauiam de plagiariis.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: In duplũ est actio. approbatur verbis edicti. *l.1.in prin.ff.de seruo corrupto.l.doli verbum. 5.§.hæc actio.ff.d.tt.item l.si quis.9.§.datur.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi vxor seruum mariti corruperit, tunc enim in simplum datur actio. *l.serui.17.ff.d.tt.* Altera; Nisi seruus seruave corrupisse dicetur; tunc enim dominus seruum noxæ dedendo liberatur. *d.l.5.§.si seruus.* Tertia; Nisi quis seruum reipub. ad fugam solicitauerit, vel auocauerit: hic enim cum corrupto aliũ præterea seruum restituere tenetur, & duodecim solidorum summam soluere. *l. mancipia. 5.C.de seruis fugitiuis.* Quarta; Nisi actor rerum agentis corruptus dicatur, vel alius cuius iactura ad totius domus euersionem pertinet: hoc enim casu extraordinaria est pœna. *l.vlt.ff.de offic.præsidis.* Quinta; Nisi cuius instinctu seruus ad infamandum dominum ad statuam confugit: in hunc enim præter propositam pœnam seuere animaduertetur. *l.in eum.5.ff.de extraord.criminib.*

II. Regula, Ipsa res in duplo non continetur. *l.vt tantum.14.§.in hac.ff.de seruo corrupto.*

III. Regula: Quanti ea res est, duplatur. *l.1. in prin.ff.de seruo corrupto.l.si quis.9.§.fin.ff.eod.tt.* vbi etiam regula proposita declaratur. *Cõcordat l.vt tantum.14.§.in hac.& §.æstimatio.ff.eod.tt.*

IV. Regula: Æstimatio refertur ad tempus serui corrupti. *l.doli verbum. 5.§. fin. cum l.seq. ff. eod.tit.*

V. Regula, De omni damno, proponitur *l.Neratius.11.in prin. ibi, nam & verba.ff.d.tt.& in l.in hoc. 10.ibi,quia omne.ff.eod.tit.* Huius regulæ exceptio; Nisi damnum postea ob cõsuetudinem peccandi contingens. approbatur *per ea quæ proponuntur inf.reg.7.except.1.*

VI. Regula, De rebus quas seruus secum abstulit, proponitur *d.l.10.* Huius regulæ eadem est exceptio, quæ regulæ proxime sequentis.

VII. Regula, De pœna quam dominus ob delictum serui corrupti præstaturus est, & aliis actionibus quibus dominus alij ob seruum corruptum obligatur, proponitur *l. vt tantum.14.§.his consequenter,ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio est; Nisi postea seruus ob consuetudinem peccandi aliquam actionem cõtraxerit, qua dominus teneatur. *l.Neratius.11.in prin.& §.1.ff.de seruo corrupto.*

VIII. Regulæ, Si inutilis sit factus seruus, vt eũ non expediat habere: in arbitrio domini est, vtrum retento seruo damnum, quanto deterior seruus factus est, in duplum sibi præstari velit: an restituto seruo precium eius consequi. *d.l.14.§.interdum.ff.d.tt.*

IX. Regula: Vnus ex plurib. dominis serui corrumpentis in solidũ tenetur. *d.l.14 § item si seruus.*

VII. QVANDO COMPETIT?

Si vxor mariti seruum corrupit, etiam cõstante matrimonio competit. *l.vlt.ff.de seruo corrupto.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio. *l.hæc actio.13.in prin.ff.d.tt.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter ex causis supra ppositis serui corrupti, non alia cõpetit actio. Cuius regulæ exceptio prima est, Nisi seruus corruptus furtum fecerit: hoc enim casu etiam furti actio & cõdictio furtiua competit aduersus corruptorem. *l. Neratius.11.§.quamuis.ff. de seruo corrupto. l. dominus. 16.in fin.ff.d.tt. Concordant item ea, quæ proposita sunt sup.q. 2. except.14.replic.2.* Altera exceptio est: Nisi is, qui seruũ solicitauit, eundem etiam occultauit: hoc enim casu etiam furti actio competit. *l.aduersus.4. C.de furtis.l.2.§.penult.ff.de priuatis delictis.* Item Fauiæ crimen. *quod approbatur l.2.C.ad l.Fauiam de plagiariis.* Tertia exceptio est: Nisi socius seruum cõmunem corruperit: hoc enim casu pro socio, vel communi diuidundo actio est. *l.si quis.9.in prin.ff. de seruo corrupto.* Quarta; Nisi quis seruum hæreditarium corruperit: nam hic etiã petitione hæreditatis tenetur. *l.hæc actio.13.§.fin.cum l.seq.ff.d.tt.*

DE LIBERO HOMINE EXHIBENdo interdictum.

CAP. X.

PRimo: Verba huius interdicti proponuntur *l.1.in prin.ff.de libero homine exhibendo.*

II. RATIO *d.l.1.in fine,cum l.seq.*

III. CAVSA EX QVA ACTIO proposita competit?

Si liber homo ab aliquo detinetur, vt exhibeatur, ex hoc interdicto agi potest. *Quæ causa approbatur verbis edicti d l.1.M.l.R.lib.5.c.10 reg.124.* Cuius exceptio prima est: Nisi is, qui liberum hominẽ in sua potestate habet, eum retineat. *l.quod & lex. 3.§.is tamen.ff.de libero homine exhibendo.*

II. Exceptio; Nisi pater filiũ retineat, vel patronus libertum aut alumnum. *d.l.3.§.si eum quis.*

III. Exceptio; Nisi noxæ sibi deditum retineat. *d.§.si eum quis.*

IV. Exceptio; Nisi eum quem ab hostibus redemit, retinet. approbatur simul & distinguitur *d.l.3.§.si quis eum.*

V. Exceptio; Nisi alia iusta retinendi causa sit. *d.l.3.§.& generaliter.*

VI. Exceptio; Nisi quis seruum suum putãs, eum retineat. *d.l.3. §.plane si dubitat. Concordat l.si quis.4.§.Trebatius,ff.eod.tt.*

VII. Exceptio; Nisi reus nesciat hominem apud se esse. approbatur simul & distinguitur *d.l. 3.§.is qui nescit.*

VIII. Exceptio; Sumpta ex genere & qualitate hominis liberi, qui retinetur, reprobatur *d.l.3. §.hæc verba.*

IX. Exceptio: Sumpta ex quantitate retentorum, reprobatur *d.§.hæc verba.*

x. Exceptio; Nisi volens retineatur. approbatur simul & distinguitur *d.l.3.§.si quis volentem.* Exemplum proponitur *l.si quis.4.§.fin.ff.d.tt.*

xi. Exceptio: Nisi retentus suum statũ ignoret.reprobatur *d.l.4.in prin.*

xii. Exceptio: Nisi reus absens sit. reprobatur *d.l.3.§.penult.*

xiii. Exceptio; Nisi semel actum sit, *d.l.3.§.si tamen.* Hulus exceptionis replicatio prima est: Nisi prior accusator fuerit præuaricatus *d.§.si tamen.* Altera: Nisi priore iudicio reus litis æstimationem præstitit, non hominem exhibuit. *d.§.si tamen.* Tertia: Nisi legis Fauiæ accusatio antea fuerit instituta.*d.l.3.in prin.*

IV. QVIBVS COMPETIT hoc interdictum?

Cuilibet volenti competit.*d.l.3.§.hoc interdictũ.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi suspectus sit,qui agere velit.*d.l.3.§.plane ex causa.* Altera: Nisi mulier vel pupillus hoc interdicto experiri velit.ipso quidem iure subsistit,verum eius replicatio est: Nisi pro cognato, parente vel adfine suo experiri velit.*d.l.3.§.sed si mulier.* Tertia exceptio est: Nisi plures simul experiri velint: hoc enim casu vnus à prætore est eligendus.*d.l.3.§.si plures.*

V. QVID VENIAT IN INterdicto proposito?

Vt homo,qui retinetur,exhibeatur.*approbatur verbis edicti l.1.in prin.ff.eod.tt.*Declaratur definitione verbi Exhibere *d.l.3.§.ait Prætor.*

VI. QVANDO COMPETIT interdictum?

i. Regula, Statim sine vlla dilatione competit,& homo exhibendus est.*l.si quis.4.§. nullo tempore.ff.de libero hom.exhib.*

ii. Regula, Si retento moueatur status quæstio,prius liberalis causa agenda est.*d.l.3.§.plane si dubitat.ff.eod.tt.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetuum est interdictum.*d.l.3.§.fin.*

VIII. EVENTVS.

Hoc interdicto non fit præiudicium legi Fauiæ.*d.l.3.in prin.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter, si homo liber ab aliquo retineatur, interdictum de libero homine exhibendo, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi accusatio ex lege Fauia de plagiariis.*d.l.3.in princ.* De hac accusatione,*vide sup.lib.1. cap.27.* Altera exceptio est: Nisi parentes liberos sibi exhiberi desiderent; hoc enim casu interdicta de liberis exhibendis & ducendis competunt. *de quibus vide sup.lib. 4.c.26.* Tertia exceptio est: Nisi maritus vxorem sibi exhiberi desideret: hoc enim casu peculiare interdictum competit. *de quo vide sup.lib.4.cap.7.reg.12.* Quarta: Nisi creditor debitorem latentem sibi exhiberi desideret: hoc enim casu pro interdicto proposito in bona debitoris fit missio. *l.si quis. 4.§.fin.ff.de libero homine exhib.*

DE ABIGEIS ACTIO. CAP. XI.

PRimo: Genus & ratio huius actionis proponitur *l.2.ff.de abigeis.*

II. CAVSA HVIVS actionis.

Si pecora subtracta & abacta sint. *approbatur l. 1.§.abigei.ff.d.tt.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi bouem aberrantẽ, vel equum in solitudine relictum abegit.*approbatur ibid.* Altera; Nisi vnum aut alterum abegit.*l.oues.3.in prin.ff.d.tt. Concordat l.aut facta.16.§.quantitas.ff.de pœnis.* Huius replicatio prima est: Nisi equum vnum aut bouem abegit.*d.l.3.* Altera: Nisi sæpius vnum aut alterum abegit.*d.l.3. §. qui sæpius.* Tertia: Nisi pecora abacta sua esse putauit.*l.1.§.fin.ff. de abigeis.*

III. QVID VENIAT IN ACtione proposita? seu de pœna abigeatus.

i. Regula, De pœna gladij & operis temporarij,proponitur *d.l.1.in prin.ff.de abigeis.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi honestiore loco nati sint abigei.*d.l.1.§.quanquam.* Altera;Nisi porcum, capram vel veruecem abegit. *d. l. 1. §.sed & qui.* Tertia; Nisi non à sylua nec grege, sed à stabulo abegit.*l.oues.3.in prin.ibi, eumq; plenius.ff.de abigeis.* Quarta; Nisi cum gladio abegerint.*l.1.§. quanquam.in fin.ff.d.tt.*

ii. Regula,De pœna eius,qui abigeos recipit, proponitur *d.l.3.§.fin.*

IV. ADIVNCTA.

Cum inscriptione & sine inscriptione actio hæc proponitur *l.vnica. C.de abigeis. M.I.P. lib.1. cap. 10.q.1.reg.1. except.2. & lib.5.c.8.reg.42.*

ARBORVM FVRTIM CÆSARVM. CAP. XII.

I. GENVS HVIVS actionis.

PRima regula: Furti actio non est.*l.furtim. 7.in prin.ibi,nec esse.ff.arborum furtim cæsarum.*

ii. Regula: Pœnalis est actio.*d.l.7.§.fin.*

iii. SIMILE proponitur *l,cædere.5.§.eius.ff.d.tt.*

III. CAVSA EX QVIBVS ACTIO proposita competit?

i. Causa, Si furtim arbores alienas quis cæcidit.declaratur *d.l.7.in prin.item d.l.5.in prin.*

ii. Causa, Si radicitus arbores euulsit & extirpauit.reprobatur *d. l.7.§.si quis radicitus.*

Exceptiones primæ causæ.

i. Exceptio; Nisi non tota arbor,sed pars eius cæsa sit. reprobatur *d.l.7.§.etsi.*

ii. Exceptio: Nisi vitis cæsa sit,hedera,arundo,vel salictum.reprobatur *l.vitem.3.in prin.ff.d.tt.*

iii. Exceptio; Nisi arbor, quæ nondum radices egit,cæsa sit. *d.l.3.§.sed si quis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi arbor è seminario stirpitus translata, nondum terram comprehenderit.*d.l.3.§.quod si quis.* Altera; Nisi arbor subuersa radicitus reponi possit, aut ita translata sit,vt poni possit.*d.l.3.§.Labeo.* Tertia; Nisi stirpes oleæ sint.*d.l.3.§.fin.*

iv. Exceptio; Nisi arbor cuius radices desinunt viuere,cæsa sit.reprobatur *d.l.3.§.quod si quis ibi,ideo ea.*

v. Exceptio; Nisi arbor,quæ adhuc tenera est, vt herbæ loco sit,cædatur. *l.certe.4.ff. arbor.furtim cæsarum.*

vi. Ex-

vi. Exceptio; Nisi non clam,sed palam cæciderit,& sciente domino.*l.furtim.9.ff.d.tt.*

vii. Exceptio: Nisi serra secuit. *l.cædere. 5. in prin.ff.d.tt.*

viii. Exceptio; Nisi vicinus in cuius agrum arbor radices egit,cæcidit.reprobatur *l.si plures.6. §.si arbor.ff.d.tt.*

ix. Exceptio; Nisi actor agrum in quo arbores cæsæ sunt,vendiderit.reprobatur *l.vlt.ff.d.tt.*

x. Exceptio; Nisi alia actione eiusdem delicti nomine actum sit. *l.si colonus.10.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi in id quod plus venit in actionem propositam, quam priore iudicio reus est condemnatus.*l.1.ff.d.tt. Concordat l. sed si.12.ff.eod.tt.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

i. Regula, De eo,qui vsumfructum fundi habet.Huic actio proposita non competit.*l. cædere. 5.§.fin.ff.arbor.furtim cæsar.*

ii. Regula, De eo, qui fundum vectigalem habet.Huic actio proposita competit.*d.§ fin.*

iii. Regula, De hæredibus. His quoq; actio proposita competit.*l.furtim.6.§.fin.ff.eod.tt.*

V. ADVERSVS QVOS COMpetit actio proposita?

i. Regula,De hæredibus,proponitur *d.§.fin.*

ii. Regula, De eo, cuius iussu factum est, *d. l.7.§.siue autem.*

iii. Regula, De domino serui delinquentis, *d.§.siue autem.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

i. Regula: In duplum hæc actio datur.*d.l.7.§. fin.*Huius regulæ exceptio est: Nisi dominus serui nomine conuentus, seruum noxæ dedat.*d.§.siue autem.*

ii. Regula, De æstimatione facienda,proponitur *l.facienda.8.ff.eod.tt.*

iii. Regula, Si plures cõueniantur,vel agant, definitur *l.si plures.6.in prin.ff.d.tt.*

iv. Regula, Etiam criminaliter agi potest, & latronum pœna competit. *l. 2. ff. d. tt. M.I.R. lib.5. c.10.reg.130.*

VII. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua est actio.*l.furtim. 7.§.fin.ff. arbor.furtim cæsar.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter ex causa supradicta, arborum furtim cæsarum,non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est;Nisi actio legis Aquiliæ. *l.1.& l.sed si.12.ff.eod.tt.* Altera; Nisi interdictum, Quod vi aut clam.*d.l.12.* Tertia; Nisi radicitus arborem auulserit vel extirpauerit, hoc enim casu legis Aquiliæ solũm actio competit.*l.furtim.7. §.si quis.ff.d.tt.* Quarta; Nisi arbores cæsas etiam lucri faciendi causa contrectauerit, hoc enim casu etiam furti actio,condictio,& ad exhibendum competit. *l.furtim. 9.in prin.ff.d.tt.* Quinta; Nisi per vim arbores cæciderit. *d. l. 9. in fine.* Sexta: Nisi colonus cæciderit.hic enim etiam ex locato tenetur.*l.si colonus.10.ff.eod.tt.* Septima; Nisi quis criminaliter agere velit. *de qua re vide sup.q.6.reg.4.*

DE TIGNO IVNCTO. CAP. XIII.

PRimo: Ratio huius actionis proponitur *l.1.in prin.ff.de tigno iuncto. Concordat Instit.de rer. diuis. §.cum in suo.ibi,quod ideo prouisum.*

II. CAVSA EX QVA DATVR hæc actio?

Si quis tignum alienum ædibus vel vineis suis iunxerit.*d.l.1.in prin. Concordant ea quæ proposita sunt supra lib.7. cap.1. causa.10.except.7.replic.2.in princ.* Declaratur hæc causa definitione tigni *d.l.1.§.tigni. Concordat Instit.d.§.cum in suo.ibi,appellatione.item l.tigni.62.ff.de verb.sign.* Huius causæ exceptio est: Nisi tignum vxoris mariti ædibus sit iunctum,vel contra.*l.de eo.63.ff.de donat.inter virum & vxorem.*

III. QVID VENIAT IN actione proposita?

In duplum actio datur, *per ea quæ proposita sunt supra, quæst.1. Concordat l.in rem.23.§.tignum.ff.de rei vendicat.*

IV. EVENTVS.

Etiam actione proposita actum sit, nihilominus rei vendicatio superest. *l. 2. ff. de tigno iuncto.* Cui quodammodo contradicere videtur *Instit.de rer.diuis.§.cum in suo,in fine.*

V. ADFINIA REMEDIA.

Si tignum alienum ædibus iunctum sit; de tigno iuncto, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi tignum rursus sit separatum. tunc enim rei vindicatio & ad exhibendum actio etiam competit.*d.§. cum in suo,in fine.* Altera; Nisi quis sciens tignum alienum ædibus suis iunxerit. hic enim etiam rei vendicatione & ad exhibendum actione conueniri potest, *per ea quæ proposita sunt supra,lib.7.c.1. causa 10.except. 7.replic.2.duplic.1.*

DE DAMNO IN TVRBA DATO actio. CAP. XIV.

PRimo: Verba edicti quo actio hæc est introducta, proponuntur *l.prætor ait.4.in princ.ff.vi bonor.raptor.*

ii. DIFFERENTIÆ huius interdicti & superioris, *de quo sup. lib.prox.cap.8.* actum est, proponuntur *d.l.4.§ si quis aduentu.ibi,eritq; hæc.*

III. GENVS HVIVS actionis.

In factum actio est.*d.l.4.§.hæc autem.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS DAtur actio proposita.

i. Causa,Si damnũ in turba datum sit. approbatur verbis edicti *d.l.4.in prin.& §.hoc edictum.*

ii. Causa, Si in turba quid amissum sit, corruptum,scissum, fractum. *Hæc multiplex causa approbatur d.l.4.§.loquitur.*

iii. Causa, Si in turba quid raptum sit.reprobatur *d.§.loquitur.*

iv. Causa, Si quis in turba per iniuriam sit verberatus.reprobatur *d.l.4.§.si cum seruum.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

i. Exceptio; Nisi alibi quam in turba factum

sit.*d.l.*4.§.*hæc autem.* Declaratur hæc exceptio definitione turbæ.*d.l.*4.§.*hoc edictum, cum seqq.*

II. Exceptio; Nisi is, qui damnum dedit, turbam non coegit. reprobatur *d.l.*4.§.*si quis aduentu. ibi, at hic de eo. Concordant ea quæ habentur infr. except. prox.*

III. Exceptio: Nisi sine dolo malo eius, qui damnum dedit, turba sit coacta. reprobatur *d.*§.*si quis aduentu.* & §.*si cum seruum.*

IV. Exceptio: Nisi sine dolo malo damnum sit datũ.*d.*§.*si cum seruum. vers. sic tamen.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi quis ideo turbam conuocauit, vt ab ea quis verberaretur. hoc enim casu, quamuis non damni dandi consilio conuocauit, de damno tamen dato tenetur. *d.*§.*si cum seruum. vers. sic.* & *si quis ipse turbam &c.*

V. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

De hæredibus proponitur *d.l.*4.§.*fin.*

VI. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio?

Regulariter aduersus eũm, qui damnũ in turba dedit, non alium, competit actio proposita: *vt patet ex verbis edicti d.l.*4.*in prin.* Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi dolo malo alterius alius damnum in turba dedit. hoc enim casu etiam aduersus eum, cuius dolo alius damnum dedit, datur actio.*d.l.*4.§.*hoc autem.* & §.*si cum seruum. ibi, et si quis ipse.* Huius replicatio: Nisi nõ fuerit præsens is, qui dolo fecit, sed absens. reprobatur *d.*§.*hoc autẽ.* Contradicere videtur *d.l.*4.§.*hoc edicto.* Altera exceptio est; Nisi seruus damnũ in turba dederit. hoc enim casu in dominum, non seruum actio videtur danda. sed reprobatur *d.l.*4.§.*penult.* Tertia exceptio videtur; Nisi is qui damnũ in turba dedit, mortuus sit. hoc enim casu in hæredem eius actio videtur dãda, sed reprobatur *d.l.*4.§.*fin.*

VII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Intra annum in duplum, post annum in simplum competit. approbatur verbis edicti *d.l.*4.*in prin.*§ *idcirco illud.* & §.*hæc autem.*

II. Regula: Duplicatur quanti ea res est, verum dilicet rei pretium, & præsentis temporis fit æstimatio.*d.*§.*hæc autem.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT?

Annalis est. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. quæst. prox. reg.*1. *Concordat d.l.*4.§.*sed & hoc.*

IX. ADFINE REMEDIVM.

De rapto in turba non hac, sed vi bonorum raptorum actione agitur *d.l.*4.§.*loquitur.*

DE INCENDIO, RVINA, NAVFRAGIO, rate, naue expugnata, actio.

CAP. XV.

PRimo: Verba edicti quo actio hæc introducta est, proponuntur *l.*1.*in princ. ff. de incendio, ruina, naufragio.*

II. RATIO & vsus huius edicti eiusq; actionis proponitur *d.l.*1.§.1.

III. CAVSÆ EX QVIBVS Actio proposita competit?

I. Causa, Si ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata quid raptum sit. approbatur verbis edicti *d.l.*1.*in princ. M.I.R.lib.*5.*cap.*10.*reg.* 129. Declaratur *d.l.*1.§.*ex incendio.l.*3.§.*deinde ait.* & *l. expugnatur.*6.*ff.d.tt.*

II. Causa, Si quis ex incendio, ruina, naufragio, &c. quid recepit dolo malo. approbatur verbis edicti *l.*1.*in prin.ff. de incendio. item d.l.*3.§.*nõ tantum.* & §.*non solum.* Huius causæ exceptio est; Nisi sine dolo malo recepit.*d.l.*5 §.*sed enim.*

III. Causa, Si quis ex incendio, ruina, naufragio, &c. quid abstulit, vel amouit.*d.l.*3.§.*nõ solum.*

IV. Causa, Si in incendio, ruina, naufragio, &c. alicui damnum datum sit.*d.*§.*non solum.* & *l.*1.*in prin. ibi, damnive quid.ff.d.tt.* Huius causæ exceptio est; Nisi sine dolo malo damnum datum sit. approbatur simul & exemplo declaratur *d.l.*3.§.*quod ait.*

Exceptiones præcedentium causarum generales.

I. Exceptio; Nisi sine dolo malo factum est.*d.*§.*quod ait.* & §.*sed enim.*

II. Exceptio; Nisi non expugnata, sed eiecta nave rapuit. reprobatur *d.l.*3.§.*qui eiecta.*

III. Exceptio: Nisi non nave, sed domi vel villa expugnata rapuit. reprobatur *d.l.*3.§.*Labeo.*

IV. Exceptio: Nisi post incendium, ruinam, naufragium, ratem, nauem expugnatam, rem iacentem subtripuerit, *l.*1 §. *fin. cum duab. ll. seqq. ff. de incendio. Concordat l.si quis.*5.*ff.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi ex alio loco, quam quo incẽdium ruina naufragium, &c. fit, res rapiatur. *l.* 2.*ff.d.tt.* & *d.l.*5. Huius exceptionis replicatio est: Nisi eo tempore incendij, ruinæ, naufragij, &c. res in vicinis locis posita rapiatur. *d. l.* 5. *vers. quod ita. Concordat l.*1.§.*ex incendio. ibi, proinde si ex. item* §.*item ruinæ. ff. eod. tt.*

VI. Exceptio: Nisi ante incendium, ruinam, naufragium, &c. factũ rapiatur. approbatur quidem ipso iure, verum eius replicatio est: Nisi in ipsa suspicione incendij, ruinæ, naufragij raptum sit.*l.Pedius.*4.*in prin.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi postea non sequatur incẽdium, ruina, naufragium, &c. *l.*1.§.*si suspicio.ff.eod.tt.*

VII. Exceptio; Nisi dominus rerum eas rapuerit.*l.vlt.in prin.ff.de incendio, ruina.*

VIII. Exceptio: Nisi dominus relinquendi animo suas iactauerit.*l.falsus.*44.§.*si iactũ.ff.de furtis.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula. De eo, cui res abest, proponitur *l. in eum.*18.*C.de furtis.*

II. Regula. De hæredibus, *l.Pedius.*4.§.*fin.ff.de incendio ruina.*

III. Regula, De fisco, *l.quo naufragium.*3.§.*fin.ff. eod.tt.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

De hæredibus rapientis proponitur *d.l.*4.§.*fin.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

Intra annũ in quadruplum, post annũ in simplum competit.*l.*1.*in prin.ff.d.tt. Concordat d.l.*18.*C. de furtis.* Huius regulæ exceptio est; Nisi seruus deliquerit. hoc enim casu dominus seruum noxæ dedendo liberatur. *approbatur verbis edicti. d.l. in fin.*

VII. QVAM-

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Annalis est actio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. reg. prox.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Ex causis supradictis actio proposita, non alia competit. Cuius regulæ exceptio est: Nisi post naufragium factum rem iacentem subripuit. hoc enim casu furti actio est, vel vi bonorum raptorum. *l. quo naufragium.* 3. *in princ. ff de incendio.* & *l.si quis.*5.*in prin.ff.eod.tt.M.I.R.d.reg.*129. Reliquas exceptiones vide *in regulis seqq.*

II. Regula, De furti actione, proponitur *l.falsus.*44.§.*si iactum.ff.de furtis.*

III. Regula, De duob. Senatusconsultis Claudij temporibus factis, *d.l.*3.§ *fin.ff.de incendio.*

IV. Regula, De constitutione diui Antonini, *l.Pedius.*4.§.1.*ff.eod.tt.*

V. Regula, De constitutione diui Hadriani, & alio quodam Senatusconsulto, *l.ne quid.*7.*ff.d.tt.*

VI. Regula, De officio præsidis, proponitur *l.ne piscatores.*10.*ff.d.tt.*

VII. Regula, De constitutione Imperatoris Honorij, *l.de submersis.*5. *C. de naufragiis.*

VIII. Regula, De lege Iulia de vi publica & priuata, proponitur *supr.libr.*1. *cap.*23. *quæst.*1.*caussa* 11. & 13.

DE HIS QVI DEIECERINT, vel effuderint, actio.

CAP. XVI.

PRimo: Verba edicti quo actio hæc introducta est, proponuntur *l.*1.*in prin.ff.de his qui deiecerint vel effuderint.*

II. RATIO & vsus huius edicti eiusque actionis proponitur *d.l.*1.§.*summa.*

III. GENVS ET PROPRIVM huius actionis.

I. Regula: In factum actio est.*d.l.*1.§.*hæc in factũ.*

II. Regula: Pœnalis actio est. *l.si vero.*5.§.*hæc autem. ibi: nam & pœnalis.ff.eod.tt.*

III. Regula: Popularis est actio. *d.vers. nam & pœnalis.*

IV. Regula: Ex bono & æquo oritur. *d.*§. *hæc autem, in fine.*

V. Regula: Ex quasi maleficio oritur. *l. ex maleficio.*4.§.*is quoq; ff. de action.* & *oblig. Concordat iisdem verbis Inst. de obligationibus quæ quasi ex delicto nascuntur.*§.*item is ex.*

IV. CAVSÆ EX QVIBVS actio proposita competit?

I. Caussa: Si in eum locum quo vulgo iter fit, vel in quo consisti solet, quid deiectum vel effusum sit, quo alicui damnum datum est, vel liber homo occisus. approbatur verbis edicti *d.l.*1.*in pr. Concordant ea quæ proposita sunt supr. reg. prox.*

II. Caussa: Si quid suspensum decidit vel effusum est, quo alicui nocitum est. *d.l.*1.§.*quod cum suspend. Concordat l.si vero.*5.§.*si id quod.ff.eod.tt.*

Exceptiones harum causarum generales.

I. Exceptio: Nisi non in eum locum quo vulgo iter fit, deiectum vel effusum sit, *l.*1. *in prin.* & §.*parui autem.ff.d.tt.*

II. Exceptio: Nisi in priuatum, non in publicum locum deiectum vel effusum sit. reprobatur *d.*§.*parui autem.*

III. Exceptio; Nisi de naue sit deiectum. reprobatur *l.hoc edictum.* 6. §.*fin.ff. d.tt.*

IV. Exceptio: Nisi non in ciuitate vel vico, sed extra sit deiectum. reprobatur *d.l.*6.*in prin.*

V. Exceptio: Nisi noctu sit deiectum vel effusum, non interdiu. approbatur simul & distinguitur *d.l.*6.§.1.

VI. Exceptio: Nisi sine culpa inhabitantis deiectum vel effusum sit. reprobatur *l.*1. §. *hæc in factum. ibi: nec adijcitur.ff.de his qui deiecerint. l.ex maleficio.*4.§.*is quoq; vers. quia plerunq;.ff.de action.* & *oblig.*

VII. Exceptio: Nisi quis operantium vel discentium deiecerit vel effuderit. reprobatur *l.si vero.*5.§.*si horrearius.ff.d.tt.de his qui deiecerint.*

VIII. Exceptio: Nisi cum alio eiusdem delicti nomine actum sit. *l.* & *quidem.*3.*ff.d.tt.*

V. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De hæredibus. His quoque actio proposita competit.*d.l.*5.§.*hæc autem.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex eo agatur, quod liber homo periisse dicatur. *d.*§. *hæc autem.* Alterat Nisi ex eo agatur, quod libero homini nocitum esse dicatur. approbatur *ibidem.*

II. Regula: Cuilibet volenti datur hæc actio. *d.*§.*hæc autem. Concordant ea quæ proposita sunt supr. li.* 8.*cap.*23. *quæst.*3.*reg.*1. Huius regulæ exceptio est: Nisi plures agere volent. hoc enim casu vnus eligendus, cuius maxime interest.*d.*§.*hæc autem. Concordant ea quæ proposita sunt d.quæst.*3.*reg.*2.

VI. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De habitatore ædium, ex quibus deiectum vel effusum est, Hic regulariter actione proposita tenetur, non alius. approbatur verbis edicti *l.*1.*in prin.* & § *hæc in factum.ff.de his qui deiecerint. l.hoc edictum.*6.§.*habitator.* & §.*fin.ff.d.tt. Concordant ea quæ proposita sunt sup.q.*3.*reg.*5. Declaratur regula proposita *d.l.*1. §. *habitare.* Exceptio prima est: Nisi hospes pauli per hospitetur ibi; hic enim non tenetur.*d.*§.*habitare.* Altera: Nisi liberti, clientes vel alij amici, qui apud patronum vel amicum suum gratis habitant. *l.si vero.*5.§.1.*ff.eod.tt.* Tertia: Nisi habitator tantum locum cõductum habuit, vt ibi opus faceret, vel doceret. reprobatur *d.l.*5.§. *si horrearius.* Quarta: Nisi habitator sit absens. approbatur simul & distinguitur *Nouell. c.*68. §. *quod si alter quidem.* Quinta: Nisi filius familias ibi habitauerit. hoc enim casu in patrem eius actio videtur danda. sed reprobatur *l.*1.§. *si filiusfam. ff. de his qui deiecerint. l.ex maleficio.* 4. §. *ideo si filiusfamil. ff. de act.* & *obligat. Concordat iisdem verbis Inst. de oblig. quæ quasi ex delicto nasc.*§.*si filiusfam.* Sexta: Nisi seruus ibi habitauerit. hoc enim casu in dominum eius actio videtur danda. sed reprobatur *d.l.* 1. §. *cum seruus. Concordat d.l.*4.§.*ideo si filiusfamil.*

II. Regula, De hæredibus, proponitur *l.si vero.*5.§.*hæc autem.ff. de his qui deiecerint.*

III. Regula, De pluribus habitantibus. Aduersus omnes competit actio proposita. *l.*1.§.*fin. cum tribus legibus sequentibus. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi reus conuentus solidum præstiterit. *l.* & *quidem.*3.*ff.eod.tt.* Altera: Nisi plures diuiso inter se cœnaculo habitent. hoc enim casu is solus tenetur, ex cuius parte deiectum est.

l.si vero.5.in prin.& §.interdum ff.d.tt. Tertia: Nisi quis aliis habitationem vel hospitium præbens, ipse maximam cœnaculi partem habitet: hic enim solus tenebitur.*d.l.5 §.1.*

VII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: In duplum datur actio. approbatur verbis edicti. *l.1. in prin.& §.hæc in factum, in fin. ff. de his qui deiecerint.item Instit. de oblig.at. quæ quasi ex delicto nasc.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi liber homo periisse dicatur. hoc enim casu quinquaginta aureorum iudicium datur. *d.l.1.in princ. & §.sed cum liber. Concordat Instit.de obligat.quæ quasi ex delicto nasc.§.ob hominem.* Altera: Nisi libero homini nocitum esse dicatur; hoc enim casu extraordinaria pœna est.approbatur verbis edicti.*d.l.1. in pr.item Inst.d. §.ob hominem.* Declaratur hæc exceptio *d.l.1.§.hæc autem verba.* Plane quanti æstimandum damnum in corpore liberi hominis præstitum,definitur *l.cum liberi,7.ff.de his qui deiecerint,* de qua re vide *supr. lib.prox.c.10.quæst.3.reg.10.* Tertia exceptio est: Nisi seruus inhabitantis deiecisse vel effudisse dicatur. hoc enim casu dominus seruum noxæ dedendo liberatur. approbatur verbis edicti *d.l.1.in prin.* Quarta: Nisi seruus cœnaculum inhabitet.hic enim officio iudicis extra ordinem corrigendus. *l.1.§.cum seruus.ff.d.tt.*

II. Regula: Vnus ex pluribus inhabitantibus in solidum tenetur.*l.& quidem.3.ff.d.tt.*

VIII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio.*l.si vero.5. §.hæc autem.ff.de his qui deiecerint.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ex eo quod liber homo periisse dicatur,agatur. hoc enim casu est annalis actio. *d.§. hæc autem. ibi:quæ autem de eo.* Altera: Nisi ex eo agatur,quod libero homini nocitum esse dicatur.hoc enim casu alij agenti annalis est actio, ipsi autem cui nocitum est,perpetua.*d. §.hæc autem.ibi,sed si libero.*

IX. EVENTVS.

I. Regula: Reo condemnato, aduersus deiectorem vel effundentem actio datur ad id quod præstitit,sibi restituendum.*d.l.5. §.cum autem.*

II. Regula: Vnus ex pluribus inhabitantibus in solidum condemnatus, id quod præstitit à sociis pro parte repetere potest. *l. perception. 4.ff. d.tt.*

DE POSITO ET SVSPENSO actio.

CAP. XVII.

PRIMO: Verba edicti quo hæc actio introducta est, proponuntur *l.si vero.5. §. prætor ait,Ne quis.ff.de illis qui deiecerint.*

II. RATIO huius edicti eiusque actionis proponitur *d.l.5.§.hoc edictum.*

III. GENVS HVIVS actionis.

I. Regula,In factum actio est.approbatur verbis edicti *d § prætor ait.*

II. Regula,Popularis est actio.*d.l.5.§.fin.*

III. Regula, Pœnalis est actio.*d.§.fin.*

IV. Regula, Ex quasi maleficio oritur. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap.prox.quæst.3.reg.3.*

IV. CAVSA EX QVA datur hæc actio.

Si quis in subgrunda vel protecto supra eum locum quo vulgo iter fit, & in quo consisti solet, id positum habeat, cuius casus alicui nocere possit.*approbatur verbis edicti d.§.prætor ait. Concordant ea quæ proposita sunt d.reg.5.* Huius caussæ prima exceptio, sumpta ex persona positum habentis, reprobatur *d.l.5.§.ait prætor.*

II. Exceptio sumpta ex loco in quo positum est,reprobatur *d.l.5.§.supra eum locum.*

III. Exceptio: Nisi in pergula positum habuerit, non in subgrunda vel protecto. *d.l.5.§.si id quod.ibi: nam cum pictor.*

IV. Exceptio: Nisi non positum, sed suspensum habuerit. *d. §. si id quod. ibi, idem seruandum respondit.*

V. Exceptio: Nisi casus eius quod positum est,nulli possit nocere.*d.l.5.§.prætor ait, Cuius.*

VI. Exceptio: Nisi positum nulli nocuerit,reprobatur *d.§. prætor ait.*

V. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

Hæredib.quoq; competit hæc actio.*d.l.5.§.fin.*

VI. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula, De eo qui posuit,& eo qui inhabitat,proponitur *d.l.5.§.si id quod.*

II. Regula,De eo qui ab alio positum patitur, proponitur *d.l.5.§.positum habere.*

III. Regula, De hæredibus. Aduersus hos actio proposita non competit. *d.l.5.§.fin.*

IV. Regula, De patre & domino eius qui positum vel suspensum habuit. Aduersus hos non datur actio proposita, *per ea quæ proposita sunt supr. capite prox.quæst.6.reg.1. except.5.& 6.*

VII. QVID VENIAT IN actione proposita?

Decem solidorum actio est. *approbatur verbis edicti d.l.5.§.prætor ait,Ne quis. Concordat Instit. de obligat. quæ quasi ex delicto nasc.§. item is ex.* Huius regulæ exceptio est: Nisi seruus fecerit,dominusq; seruum noxæ dedere malit. *approbatur eiusdem edicti verbis.* Cuius replicatio est: Nisi dominus à seruo positum sciens patiatur. *quæ replicatio approbatur d.l.5.§. positum habere.*

DE CRIMINE STELLIONATUS. CAP. XVIII.

I. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

PRima regula: Neque publicum, neque priuatum est iudicium. *l.1.ff. stellionatus. l.stellionatus.3.ff. de extraordinariis criminibus. item l.stellionatus. C.de crimine stellion.*

II. Regula: Quod in priuatis iudiciis est de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio.*l.stellionatus.3. §.1.ff.stellionatus.*

III. Regula: Non infamat, *l.2.ff.eod.tt.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS hæc actio competit?

I. Caussa: Si quid dolo factum est, deficitque titulus

titulus criminis,hæc actio competit.*d.l.3.§.1.& §. & vt generaliter.M.I.R.lib.5.cap.10.reg.131.* Plane species huius caussæ sunt caussæ sequentes.

II. Caussa: Si rem alij obligatam,dissimulata obligatione, alij distraxerit,permutauerit,vel in solutum dederit.*d.l.3. §.maxime autem. M.I.R. d.capit.10.reg.133.*

III. Caussa: Si rem alij obligatam, dissimulata obligatione,alij pignori dedit. *l.ignorantia.4. C.de crimine stellionatus.& l.si quis.36.ibi:sed & extra. ff. de pignor.act.* Huius caussæ exceptio prima est: Nisi debitor oblato debito pignus reluat.*l.1.C.d.tt.* Altera: Nisi ignorans rem alij obligatam esse, eam alij rursus obligauerit. *l.tutor.16. §.1.ff. de pign.act.* Tertia: Nisi debitor creditori indicauerit, eandem rem alij quoque obligatam esse. *l.& quæ nondum.15.§.qui res suas.ff.de pignor.& hypoth.*

IV. Caussa: Si quis rem alienam ignoranti creditori pignori dederit,approbatur simul &distinguitur *d.l.16.§.1. l.vlt.ff.stellionatus.item l.2. C. de crimine stellion.* Huius caussæ exceptiones eædem sunt, quæ caussæ proxime præcedentis.

V. Caussa: Si creditor non numeratam pecuniam exegit,vel numeratam bis accepit.*l.si fideiussor.29.§.in omnibus, in fine.ff. mandati.*

VI. Caussa: Si peierauit.*l.vlt.ff.stellionatus.*

VII. Caussa: Si quis imposturam fecit,vel collusionem in necem alterius. *l.stellionatus.3.§.idem si quis.ff.eod tt.M.I.R.d.cap.10.reg 134.*

VIII. Caussa: Si merces suppressit. *d.l.3.§.fin.*

IX. Caussa: Si merces supposuit, obligatas auertit vel corrupit. *d.l.3.§.sed & si quis.*

III. APVD QVEM COMPETIT actio proposita?

Apud Præsidem prouinciæ. *d. l.3. in princ. & l. sæcularij. 7. §.sunt præterea. ff. de extraordinariis criminibus.*

IV. QVID VENIAT? seu de pœna stellionatus.

Pœna extraordinaria est, approbatur, simul & modus pœnæ statuendæ definitur *d. l. 3. §. pœna. Concordat l.2.ff.eod.tt.*

V. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Si quis rem alienam, vel alij obligatam,alij pignori obligauerit,vel alio modo creditorem in contrahendo pignore decepit; etiam contraria pignoratitia actione tenetur, *per ea quæ proposita sunt supr.lib.17.cap.18.quæst.1.*

II. Regula: Si quis eandem rem duobus in solidum diuersis contractibus vendiderit, etiam falsi crimine tenetur. *l.qui duobus.21.ff. ad L.Cornel. de falsis.M.I.R.d.cap.10.reg.137.*

DE VARIIS EXTRAORDINARIIS delictis & criminibus.

CAP. XIX.

PRima regula, Si quis alienas solicitauerit nuptias,& matrimonia interpellauerit, proponitur *l.1.in princip.ff. de extraor.criminib. M.I.P. lib.5. cap.8.reg.44.*

II. Regula: Si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi superstitione numinis terreantur, habetur *l.si quis.30. ff. de pœnis. M.I.R. d. cap.10. regul.140.*

III. Regula, De circulatoribus, agitur *l.in circulatores 8.ff.de extraord.criminib.*

IV. Regula, De concussionis iudicio, *l.2.ff.de concussione. Concordat l.1.ff.eod.tt. M.I.P. d.capite 8. regul. 45.*

V. Regula, De scopelismo,*l.sæcularij. 7. §.sunt quædam.ff. de extraord.criminib.*

VI. Regula, Si Nili aggeres rumpat,proponitur *d.l.7.§.final. Concordat l.vnica. C. de Nili aggeribus non rumpendis.*

VII. Regula, De arboribus ex luco Daphnensi vel Perseo non excidendis, nec transferendis aut vendendis, præcipitur *l.1.& l.2.C.de cupressis & luco Daphnensi.*

VIII. Regula, De lusu prohibito, *l.vltima. C.de religiosis.* Qua datur actio ad repetendum id quod quis lusu perdidit.*M.I.P.d.cap.8.reg.46.M.I.R.lib.3. cap.10.reg.121.* Cuius exceptio prima est in certis lusus speciebus iam d.l. vltima exceptis, *M.I.R. d. reg.121. except.1.* Similis exceptio continetur *l. 2. cum lege sequente.ff. de aleatoribus.* Cuius replicatio est: Nisi vltra vnum solidum ludatur. *d. l. vltima. M.I.R.d.reg.121.except.3.repl.1.* Altera exceptio est: Nisi non in pecuniam, sed in ea quæ in conuiuiis apponuntur, ludatur. *approbatur l.quod in conuiuio. 4.in princ.ff.de aleatoribus.* Tertia: Nisi patens vel patronus cum filio vel liberto ludens vicerit, reprobatur *d.l.4. §. fin.*

QVIBVS COMPETIT actio proposita?

De procuratoribus, patribus & defensoribus victi proponitur *d.l.vlt.& d.l.4.§.1. M.I.R.d.cap.10. regul.122.*

De domino victi *d.§.1.M.I.R. d.reg.122.*

ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

De domino vincentis proponitur *d. l.4. §.item si seruus.* De parente & patrono vincentis habetur *d.l.4.§.fin.cum sua glossa.*

QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

Non nisi quinquaginta annorum præscriptione submouetur.*d.l.vltim.* Hæc de lusu prohibito. Sed & aliæ eius pœnæ statuuntur *l.1.ff. de aleatoribus.*de quibus vide *supr.lib. prox. cap.2. de furti actione,quæst.2. exc.31.item cap.9.quæst.4. except.21.item cap.11.quæst.4.except.19. item cap.14.quæst.1.caus. 1.except.1.M.I.R.d.cap.10. reg.103.*

IX. REGVLA, De blasphemiis & adiurationibus proponitur *l.vlt.§.fin. C.de religiosis. Concordat Nouell.const.77.M.I.P.d.cap.8.reg.47. M.I.R. lib.1.c.ap.13. crim.12.reg.1.*

X. Regula, De non naturalibus luxuriis, habetur *d.const.77. M.I.P.d.cap.8.reg.48. M.I.R.d.c.13. crim.7.regul.38.* Plura de hac re vide *supr. lib.1.c.28. quæst.2.caus.19.*

XI. Regula, De infantibus expositis, constituitur *l.2. C. de infantibus expositis. M.I.P, d.cap.3.regul.50.M.I.R.lib.5.cap.10.reg.142.*

XII. Regula, De incendiis puniendis. Regulariter incendiarij vltimo supplicio afficiuntur. Quæ regula approbatur simul & distinguitur *l. qui ædes.9.ff.de incendio,ruina.l. licet.12.in fin.ff.d.tt. l.1.in*

l.1. in pr. ff. ad legem Corneliam de sicariis. l.si quis.10.ff. eod.tt. l.capitalium 28. §. incendiarij ff. de pœnis. item l. data opera.11.C.qui accusare non possunt.M.I.P. d.cap.8. reg.51.M.I.R.d.cap.10.reg.143. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi culpa aut negligentia rei conuenti incendium sit factum: tunc enim non capite puniuntur, sed leuius. *d.l.9. Concordat l.nam salutem.3.§.cognoscit.ibi: & quia plerunq; ff.de officio præfecti vigilum. item d. §. incendiarij. M.I.R. d.regul.143. except.1.* Altera exceptio est: Nisi non ædificium intra oppidum, sed casa aut villa exusta sit. *d.§.incendiarij.M.I.R.d.reg.143.except.3.* Tertia: Nisi casu fortuito sine dolo vel culpa sit factum incendium. *l.si fortuito.11. ff. de incendio, ruina, M.I.R. d.regul. 143.except.2.*

XIII. Regula, De his qui titulos prædiis suis vel alienis affigunt, aut vela regalia suspendunt, proponitur *l.1.& 2.C.vt nemo priuatus titulos prædiis suis vel alienis, &c.Nouell.const.17.§. his etiam qui. item Nouell.const.164.*

XIV. Regula, De his qui signa rebus alienis imponunt, proponitur *l.1.& 2.C.vt nemini liceat sine iudic. auth.signa reb. imponere alienis. item Nouell. const.164.M.I.P.d.cap.8.reg.52.*

XV. Regula, De armis nemini permittendis, constituitur *Nouell.const.17. §.penult.*

XVI. Regula, De monopoliis, pactis mercatorum, ne merces minoris quam inter se conuenerit, vendatur: pactisque artificum, ne opus ab vno cœptum alius perficiat: proponitur *l. vnica. C. de monopoliis.*

XVII. Regula: Si quidam improbe in alienam litem coierint, pœna constituitur *l.ex Senatusconsulto.6.ff.ad legem Iuliam de vi priuata. Concordat l.1.in prin.ibi: societatemue. ff. ad legem Corneliam de falsis.*

XVIII. Regula: Si quis illicitum collegium vsurpauerit, pœna definitur *l. 2. ff. de collegiis & corporibus.* Quæ autem collegia licita vel illicita sint, vide *supr.lib.3.c.28.*

XIX. Regula: Si quis iudici pecuniam mutuauerit, vel precium honoris dederit, pœna proponitur *l.quisquis.16.C.si certum petatur.*

XX. Regula: Si quis à parente filium pignori acceperit, pœna constituitur *l.creditor.5. ff. quæres pignori.*

XXI. Regula, De purpura non vendenda, præcipitur *l.1.C.quæres vendi non possunt. Concordat l.5.C. de vestibus holobaris.*

XXII. Regula: De serico à barbaris non emendo, *l.2. C.quæres vendi non possunt.*

XXIII. Regula, De armis & aliis quibusdam rebus à mercatoribus ad barbaros non transferendis, proponitur *supr.lib.1.cap.22.quæst.1. caus.13.*

XXIV. Regula: Si palatinus à priuatis Cæsaris quid emat, pœna constituitur *l. vltim. C. de rescind. venditione.*

XXV. Regula: Si officialis quid à subditis suis emat, pœna habetur *l.non licet.46.ff. de contrah.emptione. Vide item supr.lib.1.cap.7.reg.4.*

XXVI. Regula: Ne medicus ab ægroto emat, prohibetur *l.medicus.3.ff. de extraord.cogn.*

XXVII. Regula: Si quis eunuchos fecerit, vel vendiderit, punitur *l.1.& l.2.C.de eunuchis. item Nouell.const.142.*

XXVIII. Regula: Si quis non secundum auctionis formam operas locauerit, vel merces vẽdiderit: pœna tripli punitur. *Nouell.const.122.*

XXIX. Regula: Si tutor, curator, vel quis alius deposito officio, nondum ratione reddita, cum fisco contraxerit: pœna falsi tenetur. approbatur simul & distinguitur *l.1. §. tutores. ff. ad L.Cornel.de falsis. Concordat l.tutores.49.ff.locati.*

XXX. Regula: Si quis in locum alienum intulerit mortuum: in factum actione tenetur. *Quæ regula approbatur edicto Prætoris l.2.§.Prætor ait.& §.1. ff.de religiosis.* Huius regulæ exceptio prima, sumpta ex loco in quem mortuus illatus est, reprobatur *d.l.2.§.in locum.l.ossa.8. §.in hac. item l.is qui.7. §.aduersus.ff.eod.tt.* Altera exceptio: Nisi vsufructuarius loci mortuum eo intulerit, reprobatur *d.l.2.§.sed & fructuarius.* Tertia: Nisi socius in locum communem mortuum intulerit. reprobatur *d.l.2.§.an & socius.* Quarta: Nisi non sepulturæ causa intulit. *d.l.2.§.de ea autem.* Quinta: Nisi reus id quod intulit, rursus tollat. *l.is qui.7.in prin.ff.d.tt. de religiosis.* Plures exceptiones vide *supr.lib.8.cap. 13.de religioso, quæst.2.*

QVIBVS COMPETIT ACtio proposita?

Soli domino, non alij competit. *l.2.§.in locum. ff.de religiosis.* Huius exceptio est: Nisi ei quoque qui in eo loco vsumfructum vel seruitutem habet. *l.ossa.8.§.in hac.ff.d.tt.*

Etiam hæredibus hæc actio competit. *l.is qui. 7.in prin.ff. d.tt.*

ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

De hæredibus proponitur *d.l.7.in prin.*
De eo qui curauit inferri, *l.2.§.1.ff. d.tt.*

QVID VENIAT IN ACtione proposita?

Vt aut tollat quod intulit, aut precium loci præstet. *d.l.7.in prin.*

QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua est actio. *d.l.7.in prin.*

ADFINIA REMEDIA?

Si socius fecit, familiæ erciscundæ vel communi diuidundo actio est. *l.2.§.an & socius.ff.de religiosis.* Aliud remedium proponitur *infr. reg.proxim.*

XXXI. REGVLA: Si quis in locum publicis vsibus destinatum, mortuum intulerit, proponitur *l.ossa.8.§.si in locum.ff.de religiosis.*

XXXII. Regula: Si liber homo sciens se pro seruo venire passus est, in factum actione tenetur. *de qua vide supr.lib.18.cap.15.*

CONCLVSIO SEXTÆ partis huiusce Methodi.

HActenus obligationes & actiones ex maleficiis descendentes enumeratæ sunt atque descriptæ. Quanquam & plures huiusmodi actiones enumerari possunt. Ex interdictis enim actiones competentes pleræque ex delicto aliquo causam habent: & accusationes publicæ omnes ex maleficiis descendunt. Ex contractibus quoque venientes actiones non raro propter delictum aliquod committuntur. De quibus omnibus & singulis in superioribus Partibus suo loco tractatum est. Sunt insuper maleficiorum alia communia, alia propria certarum personarum, puta magistratuum: vt ambitus crimen, repetundarum, si iudex litem suam fecerit, &c. militum: vt desertionis, emansionis delictum, &c. clericorum & monachorum: vt hæreseos crimẽ. accusatorum: vt calumniæ, præuaricationis & tergiuersationis crimina. Item tutorum, curatorum, procuratorum, nautarum, & aliarum huiusmodi personarum: de quibus singulis etiam supra suis locis actum est. Sunt item quædam delicta certarum rerum propria: vt sacrilegij, sepulchri violati, peculatus, termini moti crimen. item quæ committuntur in loca vel itinera publica: vnde populares actiones oriuntur. Sed & quarundam actionum peculiaria sunt maleficia: vt iurisiurandi, periurium: fidei, hæresis; coitus, adulterium & stuprum: matrimonij, vt si quis cognatam suam in vxorem dederit, vel tutor pupillam suam, &c. emptionis & venditionis, vt si quis liberum hominem vendiderit. Et in summa, quodcunque contra ius vel officium personarum, rerum, aut actionum à legibus præscriptum committitur: siquidem pœna vel certa vel incerta à legibus addita est, delictum vel crimen est, quod vel actionem, vel accusationem, vel saltem officium magistratus inducit. Sic l.6. in princ.ff.de re militari; Omne delictum est militis, quod aliter quam disciplina communis exigit, committitur; veluti segniciæ crimen, vel contumaciæ vel desidiæ. Verum de istis omnibus in hac Sexta parte tractare absurdum esset; proinde ex superioribus Partibus reliqua sunt petenda. Sed & in sequente Parte Septima quædam actiones proponentur, quæ tum ex delicto descendunt, tum pœnam persequuntur: vt actio Quod metus causa, de dolo malo, in factum, de calumniatoribus, &c. Quas actiones, cum ad rescindendum id quod gestum est pertineant, & ad id quod datum est reuocandum: nolui ab in integrum restitutionibus, quibus amissa iura recuperantur, separare. Sit igitur Sextæ Methodi Partis hic finis.

LIBRI VICESIMITERTII, ATQVE ADEO SEXTÆ PARTIS METHODI FINIS.

METHODI IVRIS CIVILIS
PARS SEPTIMA:

DE CAVSIS, SEV MODIS, QVIBVS IVRA ADQVISITA retinentur, amittuntur, & amissa recuperantur.

DE EXCEPTIONIBVS ET liberationibus.

LIBER VICESIMVSQVARTVS.

In præcedentibus libris caussæ seu modi, quibus iura adquiruntur, sunt propositæ atque descriptæ. Sequuntur nunc caussæ, quibus iura adquisita retinentur, amittuntur, & amissa recuperantur: quanquam & in superioribus libris eiusmodi caussæ propositæ sunt. Nam retinendæ possessionis est interdictum Vti possidetis & Vtrubi; recuperandæ autem est interdictum Vnde vi, &c. de quibus supra videre licet. Sed & eædem sunt caussæ amittendi iuris, quæ & adquirendi: de quibus in superioribus libris actum est. Ad has etiam caussas pertinet alienatio: de qua supra lib.7. cap. 4. est dictum. item capitis deminutio & captiuitas: de quibus infrà lib. prox. cap. 14. & 15. dicetur. Item modi quibus amittitur patria potestas, finitur tutela, amittitur dominica potestas, ius patronatus, possessio, vsusfructus, &c. de quibus suis locis est dictum. Nunc de exceptionibus & liberationibus dicendum. Per has enim iura adquisita retinentur.

DE EXCEPTIONIBVS. CAP. I.

PRIMO: Definitio exceptionis proponitur *l. 2. in princ. ff. de exceptionib.* Alia definitio habetur *l. exceptio. 22. in princ.ff. d.tt. M.I.R. lib.5.cap.11.reg.1.* Huius species est Præscriptio, quæ nihil aliud est quam exceptio, qua non ad caussam ipsam actionis propositæ respondetur, sed ils alio transfertur. cuiusmodi sunt omnes exceptiones dilatoriæ, quædam etiam peremptoriæ: vt temporis præscriptio, rei iudicatæ, transactæ, iurisiurandi. In quibus non aliud quæritur, quam an tempus actionis exierit, iudicatum, transactum vel iuratum sit, remissa quæstione An debeatur: vt Vlpian. *l.non erit.5.§. dato. ff. de iureiurando.* testis est. Adstipulatur huic præscriptionis definitioni Alciatus *in l.quinq; pedum. C.finium regundorum.M.I.R.d.cap.11.reg.2.*

II. GE-

II. GENVS.

Exceptio actio non est. *l.verbum.8.ff. de verbor. significat.* Plane in exceptione probanda reus actoris partes sustinet: quod exceptionis loco notandum. *l.in exceptionibus.19. in princ. ff. de propagationib. l.1.ff.de exceptionib.& l.generaliter.12.ff. d.tt.*

III. DIVISIONES EXceptionum.

i. Diuisio, sumpta ex iure quo introducta est exceptio, proponitur *Instit. de exceptionib. §. hæc exempli, in fin.* Exceptionum enim quædam ex legib. vel ex iis quæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius prætoris iurisdictione substantiam capiunt.

ii. Diuisio, sumpta ab effectu, quod aliæ perpetuæ & peremptoriæ sint, aliæ temporales & dilatoriæ, proponitur *Inst.d.tt.§.appellantur.* Dilatoriæ exceptionis species proponuntur etiam *Inst.d.tt.§.penult.* Concordat propositæ diuisioni *l.2.§.fin. cum leg.seq.ff. de except.*

iv. Finis & officium exceptionum est, excludere actionem, *d.l.2. in prin.& §.illud.Instit. de exceptionib.in prin.*

V. CONTRARIA ET SIMIlia exceptionum.

i. Regula, De replicatione, proponitur *l.exceptio.22.in fin.ff.de exceptionib.l.2.§.replicationes.& §. illud tenendum.ff. d.tt. Inst. de replic. in princ. item l. non exceptionibus.10.C.de except.*

ii. Regula, De duplicationibus, triplicationibus, quadruplicationibus, &c. proponitur *d.§. illud. Concordat Inst.de replicationibus, in princ.*

VI. CAVSÆ EX QVIBVS exceptiones competunt.

Caussæ exceptionum triplices proponuntur *l except.20.ff. de exceptionibus. M.I.R. d.capite 11.reg.4.* Speciales causas vide *in sequentibus capitibus: item infra cap.21.* Harum caussarum exceptio prima est: Nisi conuenerit, ne exceptio obiiciatur. approbatur simul & distinguitur exemplo *l.sed & si. 4. §.quæsitum. ff. si quis cautionibus in iudicio sistendi. M.I.R.d.reg.4.repl.2.* Altera exceptio est: Nisi reus pecuniam dederit ad corrumpendum iudicem vel aduersarium. *l.1. C.de pœna iudicis qui male iudicauit.*

VII. QVIBVS EXCEPTIOnes competunt?

i. Regula: Cui competit actio, eidem exceptio quoque est danda. *l.inuit.198.§.1.ff. de reg.iur. M.I.P.lib.5.cap.9.reg.3. M.I.R. d.reg.4.in pr. & d.lib.5. cap.1.reg.vlt.* Huius regulæ exceptio est in retentione dotis, *l.vnica.§.taceat in ea retentionum, C.de rei vxoriæ actione.*

ii. Regula, De successoribus, proponitur *d.l. 198.§.cum quis.l.inde etiam illud.5.§.si quis ab, in fin.ff. de itinere actuq, priuato.l.in hoc iudicium.14.§.sed is qui à me.ff.communi diuidundo.item l.emptori.28.C.de euict.*

iii. Regula, De debitore delegato. Hic exceptione deleganti competenti vti non potest. *l. vt mihi.21.ibi:& meus quidem. ff. de donationibus. l.1.§.penult.ff. quarum rerum actio non datur.* Huius regulæ exceptio est; Nisi debitor vxori creditoris sui vel marito donationis causa sit delegatus; hoc enim casu nihil agitur. *De qua re vide infr. cap.13. specie 2. except.2.*

iv. Regula, De fideiussoribus, proponitur *Instit.de replicationibus.§ exceptiones.l.defensiones.11. C.de exceptionibus. l. si stipulatus. 15. in princ. ff.de fideiussoribus.item l.exceptiones.7.ff.de exceptionibus. M.I.R.d cap. 11.reg.5.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi exceptio sit personalis, quæ personæ cohæreat; hæc enim fideiussori danda non est. approbatur, simul & exemplis declaratur *d.l.7. De quibus vide exceptiones proxime sequentes.* Altera exceptio est; Nisi exceptio sit de eo, in quantum facere potest. *d.l.7* De hac re plura vide *supr. lib.15. cap.10.* Tertia exceptio: Nisi exceptio sit cessionis bonorum. *Inst. de replicationibus.§.fin.* Quarta: Nisi quis pro minore 25. annis fideiusserit. approbatur *per ea quæ proponuntur infra libro prox. capite 4. quæst. 5. except. 4.* Quinta exceptio videtur: Nisi reus exceptione fideiussorem vti nolit. sed reprobatur *l. omnes exceptiones.19.ff.de exceptionibus.l.si stipulatus.16. in prin. ff. de fideiussoribus.* Plures huiusmodi exceptiones vide *in singulis exceptionum speciebus, item supr. lib. 21. cap.1.quæst.2.except.54.*

VIII. ADVERSVS QVOS exceptiones competunt?

i. Regula, De successoribus. His quoque eadem obstat exceptio, quæ defuncto vel auctori. *l.quod ipsis.185.ff.de reg.iuris. Concordat l.creditor.12.ff. de diuersis tempor.præscript.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ex dolo vel delicto auctoris exceptio obiiciatur; hæc enim successori non obstabit, approbatur simul & distinguitur *l.apud Celsum. 4. §. de auctoris. ff. de doli mali except.* Plura de hac exceptione vide *infr.cap.prox. quæst.4. except.4.*

ii. Regula, De eo cui delegatus est reus. Aduersus hunc exceptione sua reus non vtetur, approbatur simul & distinguitur *infr.cap.12. quæst.3. regul.7.*

IX. QVANDO EXCEPTIOnes competunt, seu obiiciendæ sunt?

i. Regula: Dilatoria exceptio non nisi ante litem contestatam obiicienda est. *l. si quis.12. c. de exceptionibus.* Plura huc pertinent a vide *supra libro 2.cap.11.*

ii. Regula: Peremptoria exceptio post litem contestatam ante sententiam quandocunque obiici potest. *l.præscriptionem.8. & l.cum nondum.4. C.d.tt. item l.2. C. sententiam rescindi non posse. M.I.P. lib.5.cap.9.reg.6.M.I.R.d.cap.11.reg.9.cum seqq.*

iii. Regula: Exceptio peremptoria post sententiam latam frustra opponitur, *per ea quæ proposita sunt supr.lib.2.cap.29. except.28.*

X. QVAMDIV COMPEtit exceptio?

Omnis exceptio perpetua est, cui nulla temporis præscriptio obstat; quamuis ex eadem causa agenti obstaret præscriptio. approbatur exemplo *l.pure.5.§.fin.ff. de doli mali except. M.I.R. d.cap.11. regul.11.& d.lib.5.cap.2.reg.4.in fin.repl.gener.1.* Huius exceptio prima est: Nisi non reus exceptionem, sed actor replicationem obiiciat, hæc enim sicut actio est temporaria. approbatur in eodem exemplo proposito *l. quæsitum est. 30. §. fin. ff. de peculio.* Contradicit *l.si pactum.6. C.de exceptionibus.* Altera exceptio

exceptio est: Nisi non numeratæ pecuniæ exceptio obiiciatur; hæc enim biennio finitur. *de qua re vide infr.cap.4.quæst.4.* Tertia exceptio est; Nisi naufragij exceptio obiiciatur: nisi enim intra annum querela naufragij proponatur & probetur, postea non datur exceptio. *l. 2. C. de naufragiis.* Quarta: Nisi post sententiam latam exceptio obiiciatur. *De hac re vide supr.quæst prox.reg.3.*

XI. QVOT EXCEPTIOnes obiiciendæ?

Pluribus exceptionibus quis vti non prohibetur. *l.nemo.8. & l.is qui.5 ff.de exceptionib. item l.nemo ex iis.43. in prin. ff. de reg.iur. M.I.P. d.cap.9.reg.7. M.I.R d.cap.11.reg.12.*

XII. EFFECTVS OPPOSItæ exceptionis.

i. Regula: Nulla est actio, quæ per exceptionem remoueri potest. *l.& eleg.inter.7.§. seruus.ibi: quasi nulla.ff.de dolo malo.l non videtur.13.ff.de reg.iuris. l.Marcellus. 66. l.nihil interest. 112. item l.si quis.115. in fine.ff.d.tt.*

ii. Regula: Qui exceptione vtitur, non vtique existimatur confiteri actoris intentionem. *l. non vtiq.9. ff. de exceptionib. M.I.P. d. cap. 9. regul.8. M.I.R.d.cap.11.regul.13.* De hac re plura scripsi in libello meo De litis contestatione. Hactenus igitur de exceptionibus in genere satis sit dictum. Sequitur nunc de quibusdam exceptionibus in specie, & primum quidem de exceptione doli mali.

DE DOLI MALI EXCEptione.

CAP. II.

PRIMO: Ratio huius exceptionis proponitur *l.1. & l.2 in princ.ff.de doli mali except.*

II. CAVSÆ EX QVIBVS EXCEptio proposita competit, cum suis exceptionibus.

i. Causa: Ex omnib. in factum exceptionibus doli oritur exceptio. *Quæ causa generalis approbatur d.l.2.§. & generaliter.l.qui æquitate.12.ff. d.tt.item l.si quis.36.ff.de verb.obligat. M.I.R.d.cap.11.reg 16.* Huius causæ exceptio est: Nisi actor causam ignoret, cur non petere debeat. *d.§.& generaliter. Concordat l.qui in ius.137.in fine.ff.de reg.iuris.*

ii. Causa: Si quis petit, quod restituturus est. approbatur *l.dolo facit.8. ff. de doli mali except. Concordat l.in condemnatione.133.§.fin.ff.de reg.iuris.M.I.P. d.cap.9.regul.12.& d.lib.5.cap.12.reg.41.M.I.R.d.cap.11. reg.15.*

iii. Causa: Si quis contra voluntatem defuncti quid petat. approbatur *l.apud Celsum.4.§. præterea sciendum.ff.de doli mali except.l.dolo facit.8.ff.d.tt.* Huius exemplum proponitur *l.pater.17.§. auus. ff.d.tt.* Plane huius causæ exceptio est: Nisi iusto vel rupto testamento existente, ab intestato petatur hæreditas. *l liberis.13. ff. d.tt.* Sane exceptio doli mali plures & varias habet causas, quas singulas suis locis subiecí.

EXCEPTIONES PRÆCEDENtium causarum generales.

i. Exceptio: Nisi parens aduersus liberos, vel patronus aduersus libertum agat; hoc enim casu exceptio doli obiicienda non est. *l.apud Celsum.4. §.aduersus. ff. de doli mali except. l.licet.7. in princip.ibi: nec exceptiones doli.ff. de obsequiis à liberis.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est, quod quamuis doli exceptio non competat, in factum tamen exceptio non sit deneganda. *d. §. aduersus.* Altera: Nisi non ex parentis vel patroni, sed ex alterius contractu excipiatur. reprobatur *d. §.aduersus vers.nihil autem interest.* Tertia: Nisi patrono mortuo, hæredi eius ex dolo patroni exceptio obiiciatur. reprobatur *ibidem.* Quarta replicatio est, quod hæredi parentis vel patroni exceptio doli non denegetur. *d.§.aduersus. vers. si autem cum hærede.* Quinta: Nisi ex doli clausula in stipulatione excipiatur. *d.§.aduersus. vers.in stipulatione.*

ii. Exceptio: Nisi de dolo minoris, pupilli vel furiosi exceptio obiiciatur. reprobatur *l.apud Celsum.4.§.quæ in tutore.ff. de doli mali except.*

iii. Exceptio: Nisi voluntas testatoris actori non refragetur. *l. qui cum alio.16. in fine. ff. de reg. iuris.*

iv. Exceptio: Nisi nulli alij, quam ei qui dolum commisit, is sit obfuturus. reprobatur *l.si procurator.11.§.fin.ff.de doli mali except.*

v. Exceptio: Nisi actio ex doli clausula competat. reprobatur *l.apud Celsum.4. §. Labeo, et si.ff. d.tt.*

vi. Exceptio: Nisi reus quoque, qui doli exceptione vtitur, dolo fecerit. reprobatur *d.l.4.§. Marcellus. Concordat l.cum par.196.ff.de reg.iuris.*

vii. Exceptio: Nisi per actionem institutam consequenter alij adquiratur; vt dos mulieri, reprobatur in dicto exemplo *d.l.4.§. apud Iulianum, in fine.*

III. QVIBVS COMPETIT doli mali exceptio?

De alio quam aduersus quem dolus commissus est. Etiam alij competit exceptio, quam ei aduersus quem dolus est commissus. *l.3. §. plane ex persona.ff. d.tt.*

IV. ADVERSVS QVOS exceptio proposita competit?

i. Regula: Alij quam qui dolum admisit, exceptio hæc non obstat. *d.l.2.§.1.d.l.4.§. metus causa.ibi, etenim discat. item l. si procurator.11. in princip. ff.d.tt. M.I.R. d.cap 11.reg. 17.* Huius regulæ exceptio prima: Nisi ex dolo procuratoris actori exceptio obiiciatur. reprobatur *d.l.11.in princ.* Plane admittitur primum quidem, si post litem contestatam dolo quid fecerit procurator. *d.l.11.§.si post. Concordat l. apud Celsum.4. §. quæsitum est an. ibi, si vero non. ff. d.tt.* Deinde admittitur, si in rem suam procurator datus sit. *d. §. quæsitum.* Tertio, si vniuersalis procurator sit. *d.§ quæsitum.* Quarto in eo qui iussu alterius est stipulatus. *d.l.4. §. mandaui.* Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi ex dolo tutoris pupillo agenti exceptio obiiciatur. approbatur simul & distinguitur *d. l.4. §. illa etiam quæstio. Concordat d.l.11.§.si post.ibi, idem de.ff.d. tt.* Tertia: Nisi ex dolo curatoris ei cuius cura gesta est, exceptio obiiciatur. *d. l. 4. §. quæ de tutore.* Quarta: Nisi ex dolo auctoris successori exceptio obiiciatur: approbatur simul & distinguitur *d.l. 4.§. auctoris. & §.si quis autem. item l.si rem legatam.6. ff. de exceptionibus. M.I.R. d. reg. 17. except. 1.* Cuius repli-

replicatio prima est: Nisi non ex lucratiua, sed onerosa caussa successor sit actor. *d.§.auctoris.& d.l.4.§.de auctoris. M.I.R. d.except.1.repl.1.* Exemplum proponitur *d.l.4.§.si cum legitima.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi successor vtatur accessione sui auctoris. *d.§.de auctoris.* Altera: Nisi res à successore ad auctorem sit reuersura. *d.l.4.§. idem tractat.* Tertia: Nisi & ipse successor dolo fecerit. *d.§.auctoris, in fine.* Quinta exceptio est: Nisi ex dolo delegantis ei cui delegatus reus est, exceptio obiiciatur. reprobatur *d.l.4.§. item quæritur. Concordat l.pure.5.§.si eum qui.ff.d.tt.* Sexta: Nisi dolo eius cuius mandatu stipulatio facta est, stipulatori exceptio obiiciatur. *l.apud Celsum.4.§.mandaui.ff.de doli mali except.* Septima: Nisi ex dolo eius cui per eam actionem adquiritur, agenti exceptio obiiciatur. *d.l.4.§.in hac exceptione, ibi: & de eorum.* Exemplum proponitur *d.l.4.§.apud Iulianum.* Octaua exceptio est: Nisi ex dolo filij vel serui, patri vel domino agenti exceptio obiiciatur. approbatur simul & distinguitur *d.l.4.§.in hac exceptione.* Huius replicatio est: Nisi ex dolo post negotium gestum admisso excipiatur. *d.§.in hac exception. vers. si autem non ex peculiari.* Cuius duplicatio prima est: Nisi ex caussa peculiari agatur. *d.§.in hac exceptione. ibi: siquidem ex peculiari.* Altera: Nisi ex dolo actoris pecuniis exigendis præpositi excipiatur. *l.pure.5.§.actoris.ff.de doli mali except.* Nona exceptio est: Nisi dolus causam dederit contractui, vel alij negotio gesto: hoc casu enim ex dolo vnius alteri non datur actio. *l. alterius circumuentio. 49. cum sua glossa. ff. de reg. iuris.* Exemplum est *l.2. cum l.seq.ff.de eo per quem factum erit.*

II. Regula: Parentibus & patronis exceptio proposita obiicienda non est. *de qua re vide supr. quæst.2.except.gener.1.*

V. QVAMDIV COMPETIT exceptio doli?

Perpetua est exceptio. *d.l.5.§.fin.* Plura huc pertinentia vide *supr.cap.prox. quæst.10.*

VI. ADIVNCTA HVIVS exceptionis.

Cuius dolo factum sit, in hac exceptione designandum est, *per ea quæ proposita sunt supr.quæst.4. reg.1. in princ.*

VII. ADFINIA REmedia.

I. Regula, De exceptione in factum, proponitur *l.2.§. & generaliter. ff. de doli mali except. l. apud Celsum.4.§.aduersus parentes. & §.si à Titio.ff.d.tt.*

II. Regula, De condictione, vt liberetur, proponitur *l.Iulianus.7.& l.dolo facit.8.ff.d.tt. Concordant item ea quæ proponuntur infr.c.12.quæst.3.regul.8.* Hæc de doli mali exceptione. De metus exceptione dictum *supr.libro 15.cap.15.exc.16.* Nunc de erroris & ignorantiæ exceptione dicendum,

DE IGNORANTIAE EXCEptione. CAP. III.

I. CAVSA EX QVA EXceptio proposita competit?

SI quid errore & ignorantia gestum est, exceptio proposita competit. approbatur exemplo *l.cum falsa.5.C.de iuris & facti ignor. M.I.P.lib.5. cap.9.reg.13.M.I.R.lib.5.cap.11.reg.19.* Similia exempla vide *supr. lib.2.cap.20. de confessis.quæst.1.except.8. item supr.lib.15.c.2.exc.14.repl.1.* Sed & approbatur regula proposita *supr.d.lib.15.c.15.except.15.* Declaratur differentia erroris & ignorantiæ, *M.I.P. d.reg.13.in prin.* Plane eius exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi iuris, non facti fuerit ignorantia. approbatur *l.2.ff. de iuris & facti ignor. l.regula est 9.in princ. & §.sed & Imperatores. ibi: quod si ideo.ff.d.tt. M.I.P. d.reg 13.except.1. M.I.R. d.reg.19.except.1.* Declaratur exceptio proposita exemplis *l.1.ff.d.tt.l.in bonorum.10.ff. de bonor. possess.l.2.l.si emancipata.3.& l.constitutiones.12. C. de iur. & facti ignor.l.leges.9. in princ. C. de legib. item l.liberorum.11.§.notatur etiam.ff.de his qui not.infam.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi minor 25. annis ius ignorauerit; huic enim nihilominus exceptio proposita competit. *l.regula est.9. in princ. cum l.seq. ff.de iur.ignor.M.I.R.d.except.1.repl.2.* Altera: Nisi fœmina ius ignorauerit. *d.l.9.M.I.P. d.except.1.repl.3. M.I.R.d.except.1.replic.1.* Huius duplicatio est: Nisi fœmina lucro capiendo, non de damno vitando agat *l.error 8.ff.eod.tt. l.in eo.110.ff. de regul. iur. item l. vlt.C. de iur. & facti ignor.* Cuius duplicationis triplicatio est: Nisi fœmina etiam minor fuerit 25. annis. *l.quamuis.11.C.d.tt.* Tertia replicatio est: Nisi miles ius ignorasse dicatur *l.1. C.eod.tt. & l.regula est.9.§.si filiusfamil.ff.eod.tt. M.I.P. d.replic.3. M.I.R. d. except.1. replic.3.* Quarta: Nisi tale ius ignorauit quis, quod neque per se scire potuit, neque ex Iurisconsultis, quorum non habuit copiam cognoscere. *d.l.9.§.sed iuris.l.in bonorum.10.in fine.ff.de bonor.possess. M.I.R. d.except.1.replic.5.* Quinta: Nisi propter iuris ignorantiam quis damnum passurus sit, non lucrum amissurus. *l. iuris ignorantia.7. cum lege sequente.ff. de iuris & facti ignorantia. M.I.P. d.except.1.replic.2.M.I.R.d.except.1.repl.7.* Sexta: Nisi quis in alterius locum succedens ius eius ignorauerit *l.42.ff. de regul. iuris. M.I.P. d.except.1. replic.4.* Hæc de prima propositæ regulæ exceptione sunt dicta.

II. Exceptio: Nisi supina fuerit ignorantia, & hominis nimium securi. *l.nec supina.6. l.plurimum.3.item l.regula est.9.§.sed facti. & §.sed & imperatores. ibi, quod si ideo.ff. d.tt. M.I.P. d.reg.13.except.2. M.I.R. d.reg.19.except.2.*

III. Exceptio: Nisi quis proprium factum ignorauerit. *d.l.3.ff.de iuris & facti ignor. M.I.R. d.reg. 19.except.6.*

IV. Exceptio: Nisi quis conditionem eius cum quo contrahit, ignoret. Hæc exceptio approbatur simul & distinguitur *l.qui cum alio.19.ff. de reg.iuris.*

V. Exceptio: Nisi quis, cum non recte actionem instituisset, eo nomine conuentus ignorantiam prætendat. *l.qui in alterius.42.ff. de reg.iuris.*

VI. Exceptio: Nisi de lucro ignorantis agatur. reprobatur *l.error.8. ibi, vel compendiis.ff. de iuris & facti ignorantia.*

VII. Exceptio: Nisi alius sciuerit. reprobatur *l.iniquissimum.5.ff.d.tt.* Huius exemplum proponitur *supr.lib.7.c.10.except.12.repl.1.* Plane casus quibus exceptio proposita admittitur, vide *d.except. 12.in princ.item d.replic.1.duplic.1.cum sequentibus.item d.cap.10.except.11.repl.6.& 7.*

VIII. Exceptio: Nisi lis decisa sit, & negotium finitum

finitum. *l.error.7. C.de iuris & facti ignorant.* Plures exceptiones vide *M.I.P. d.regul.13. & M.I.R. d.regul.19.*

II. QVIBVS EXCEPTIO proposita competit?

Alij quam ignoranti exceptio ignorantiæ non competit. *l.iniquissimum.5.in fine.ff. de iuris & facti ignorantia.* Huius exemplum, sed & exceptio proponitur *supr.lib.7.c.10.except.11.repl.5.* Hæc de exceptione erroris & ignorantiæ: de qua plura vide *supr.lib.15.cap.15.except.15.*

DE NON NVMERATÆ pecuniæ exceptione. CAP. IV.

I. CAVSA EX QVA COMpetit exceptio proposita?

SI quis cauisset se accepisse quod non accepe-
rit: conuentus ex sua cautione, exceptione
proposita non numeratæ pecuniæ defenditur.
Inst. de exceptionibus.§.idem iuris. l.si ex cautione.3. C.de non numerata pecunia, l.2.§.si quis sine causa. ibi, proinde et si.ff.de doli mali exceptione. M.I.R. d.cap.11.regul. 21. Huius regulæ exceptio prima esse videtur: Nisi præstito iureiurando reus debitum cauit. sed reprobatur *l.vlt.C.d.tt. M.I.R. d.reg.21 replic.11.*

II. Exceptio: Nisi depositi actione agatur: hæc enim cauti depositi non dati exceptio obiici non potest. *l.in contractibus.14.§. sed quoniam. C. de non numerata pecunia.*

III. Exceptio: Nisi argentariis cautum sit. *Nouell.constit.136.§. insuper de hoc.* Cuius replicatio est: Nisi argentarius delato iureiurando iurare nolit pecuniam numeratam esse. *d.§.insuper de hoc. ibi, nisi forte ex abundantia.*

IV. Exceptio: Nisi alia iusta causa debiti, de quo chirographum conscriptum est, præcesserit. *l.aduersus.5. C.de non numerata pecunia.*

V. Exceptio: Nisi transactionis causa cautum sit. *l.si transactionis.11.C.d.tt.*

VI. Exceptio: Nisi intra biennium post emissam cautionem, querela non numeratæ pecuniæ mota non sit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr. quæst.4.*

VII. Exceptio: Nisi actor quædam ex cautione solut. *l.cum fidem.4.C.d.tt.*

VIII. Exceptio: Nisi eadem exceptio non numeratæ pecuniæ antea sit opposita, sed frustra. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi ab alio antea sit opposita. approbatur exemplo *l.si cui.15. ibi: ita tamen. C.d.tt.*

IX. Exceptio: Nisi numerata sit pecunia. ipso quidem iure subsistit, verũ eius replicatio prima est: Nisi nõ tantũ, quantum cautum est, sit numeratum. *l.2.& l.cum vltra.9.C.d.tt.* Altera: Nisi alij quam reo conuento sit numerata pecunia. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi reus conuentus fuerit obligationẽ eius cui numeratio est facta. *approbatur infr.except. prox.*

X. Exceptio: Nisi alij facta solutio siue numeratio reum conuentum obliget. approbatur exemplo *l.frustra.C.de non numerata pecunia.* Aliud exemplum proponitur *l.propter mutuam.4. C. de duobus reis stipulandi.* Hæc de causa propositæ exceptionis, nec non eius caussæ exceptionibus sunt dicta. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide *supr.lib.2.cap.17.quæst.8.specie 1.except.3.*

II. QVIBVS COMPETIT exceptio non numeratæ pecuniæ?

I. Regula, De successoribus, proponitur *l.si intra.8. C.de non numerata pecunia.*

II. Regula, De fideiussore & mandatore, *l.tam mandatori.12. C.d.tt.*

III. Regula, De creditoribus eius cui hæc exceptio competit, *l.si cui.15. C.d.tt.*

III. ADVERSVS QVOS competit exceptio proposita?

Etiam aduersus successores competit. *l.si intra.8.C.de non numerata pecunia.*

IV. QVAMDIV COMPEtit exceptio proposita?

Intra biennium post emissam cautionem competit, vltra non. *l. in contractibus.14. in princip. C.de non numer. pecunia. l.cum vltra.9. & l.aduersario.10. C.d.tt. item Institut. de literarum obligation. M.I.R. d. regul.21. replicat.6.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi is qui hac exceptione vtitur, cum agendi facultatem non haberet, protestationem seu querelam de non numerata sibi pecunia intra biennium interposuerit. *d.l.14.§.fin. & d.l.9. in fin. l.si præsens.18. C. de episcopali audientia. item l.si non.4.C.de condict.ex lege.* Altera propositæ regulæ exceptio: Nisi is cui exceptio proposita competit, intra biennium decesserit, vel hæredem pupillum reliquerit. reprobatur *l.si intra.8. C. de non numerata pecunia.* Tertia: Nisi non numeratæ dotis exceptio à marito obiiciatur: tunc enim non nisi decennalis præscriptio obstat. approbatur simul & distinguitur *Nouell.const.100.* Quarta: Nisi is qui exceptionem biennalem obiicit, delato iureiurando iurare nolit pecuniam numeratam esse. reprobatur *l.in contractibus.14.§.illo videlicet.C. de non numerata pecunia. Concordat Nouell.const.136.§. in illo vtiq; ibi: nam si id quoq;. M.I.R. libro 2.cap.14.reg. 11.except.14.*

V. ADIVNCTA, SEV DE probatione.

In exceptione non numeratæ pecuniæ probatio affirmanti, non neganti incumbit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib.2.cap.17.quæst.2.reg.1.except.1.repl.2.*

VI. EVENTVS.

Si reus conuictus fuerit numeratam esse pecuniam, in duplum tenetur. *Nouell. constit.18.§. studium vero.*

VII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De condictione indebiti, proponitur *l.si quasi.7.C.de non numerata pecunia.* Huius regulæ exceptio est: Nisi pignore cautum sit: hoc enim casu pignus non condictione, sed in rem actione repetitur. *l.1.C.d.tt. Concordat l.1.C.si pignoris conuentionem numeratio pecuniæ secuta non sit.*

II. Regula, De doli exceptione habetur *l.si ex cautione.3.C.de non numerata pecunia.*

III. Regula, De exceptione in factum proponitur *L.cum vltra.9.C.d.tt.*

DE LIBERATIONIBVS IN genere.

CAP. V.

DVplices sunt exceptiones: aliæ siquidem sumuntur ex iis quæ causæ ex qua agitur, insunt: aliæ vero sumuntur ex ils quæ causam agendi sunt secuta. Prioris generis sunt exceptiones desumptæ ex personis contrahentium vel delinquentium, ex re, ex causa, ex loco, ex tempore, ex antecedentibus & adiunctis, &c. de quibus singulis supra in singulis contractibus & delictis, adeoque in singulis actionum causis actum est. Posterioris generis exceptiones liberationes dicũtur, quando videlicet ab initio vtiliter quidem cõtracta est obligatio, sed ex post facto infirmatur, solutione puta, acceptilatione, nouatione, aut alio aliquo modo: quarum quasdam supra etiam suis locis exposuimus: restant tamen ex iis generaliores, quas deinceps in hoc libro proponemus, quibusdam tamen omnium cõmunibus præmissis.

I. DEFINITIO liberationis proponitur *l.liberationis.47.ff. de verbor.signific.*

II. DIVISIONES LIberationum.

I. Diuisio, sumpta ex iure seu causa liberationis, qua diuiditur in naturalem & ciuilem, proponitur *l.verborum.107.ff.de solutionibus.*

II. Diuisio, sumpta ex modo liberandi, quod ex quibusdam causis ipso iure liberatio contingat, ex quibusdam non nisi per exceptionem, habetur *supr. lib.15. capit.16. replic.14. duplic.1. M.I.R. lib.5.cap.12.reg.1.*

III. CAVSÆ SEV MODI, quibus liberatio contingit.

Huius loci regula est, quod nihil tam naturale est, quam eo genere quodq; dissoluere, quo colligatum est. Ideoque verborum obligatio, verbis tollitur: nudi consensus obligatio, contrario consensu dissoluitur. *l.nihil.35.l.omnia.100.& l.fere quibuscunq; 195.in princ.ff.de reg.iur. item l.prout.80. ff. de solut.M.I.P.d.cap.9.reg.14.* Plane interdum obligatio alio modo dissoluitur, quam quo est contracta: vtputa verborum obligatio nudo consensu tollitur, non quidem ipso iure, sed exceptionis ope: quemadmodum contra obligatio quæ non verbis contracta est, acceptilatione tollitur per exceptionem. *de quo vide supr.cap.11.quæst.5.excep.10. repl.2. item supr.lib.15. cap.16.repl.14. dupl.1.* Hæc de causis liberationum in genere. Speciales causas vide in sequentibus capitibus. Nunc exceptiones generales harum causarum videamus.

I. Exceptio: Nisi alius quam cui debetur, liberauerit debitorem. Hæc exceptio sine cuiusquam indignatione iusta est, eiusq; exempla proponuntur *supr.lib.15.c.17.q 2.* Verum eius replicatio prima est: Nisi hæres qui hereditatem restituere iussus est, ante eam restitutam debitorem hæreditarium liberauerit: hoc enim casu, quamuis postea actiones ad fideicommissarium transeant: tamen liberatio ab hærede facta valet. *l.ante.104. ff.de solutionib.* Plane si hæres dolo vel culpa liberauit debitores hæreditarios, tenetur eo nomine fideicommissario ex testamento. *l. Marcellus. 3. §. res quæ.l.mulier.22. §.sed etenim. & l.si hæres.70.§.1.ff. ad S.C.Trebell.* Altera replicatio videtur: Nisi cum quis sibi aut Titio stipulatus esset, Titius promissorem liberauerit. quæ tamen, excepta liberatione quæ fit per solutionem, reprobatur *l.quod stipulatus.10.ff.de solutionibus.* Sane de solutione Titio facta vide *infr.cap.8.repl.4.* Tertia replicatio videtur: Nisi procurator creditoris liberauerit. Sed & hæc, excepta causa mandati specialis, reprobatur *l.non abstulit.4.C.de nouationibus.* Plura de exceptione proposita eiusque replicationibus vide *supra libro 15. cap.16.*

II. Exceptio: Nisi debitor liberari nolit. *l.si debitor.91.ff.de solutionib.* Ratio huius exceptionis est: quia inuito beneficium non datur. *l.inuito. 69. ff. de regul.iur.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi creditor inuito debitore ab alio nouandi animo debitum sit stipulatus. *d.l.91.*

III. Exceptio videtur: Nisi causa liberationis postea rursus cesset. at reprobatur *l.95.§. areaam.verfic.in perpetuum.ff.de solutionibus. l.vltima.ff. de pact.* De qua re vide plura *in glossa d.versic. in perpetuum.* Hæc de exceptionibus aduersus caussas liberationum generalioribus dicta sufficiant. Plures proponentur in sequentibus sub vnaquaque liberationis specie.

IV. QVIBVS ET QVArum rerum liberatio competat?

I. Regula: Sublata principali obligatione, tolluntur & accessoriæ. *l.in omnibus.43.ff.de solutionibus.& l.Stichum.95.§.naturalis.ibi: ideoq; fideiussor.ff.d.tt.* Plane proposita regula suas etiam habet exceptiones, quas vide *supr. capit.1.quæst.7.regul.4. item lib.21.capit.1.quæst.2 except.54. replic.1.cum sequentib. item lib.16.cap.12.caus.8.*

II. Regula: Vno reo promittendi liberato, liberatur & alter. *l.2.ff.de duobus reis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi persona tantum liberetur, non obligatio tollatur. *l.vlt. ff. d.tt.* Aliud exemplum vide *supr.lib.15.cap.17.regul.1.except.9.repl.1.item inf. c.16.reg.2.excep.8.* Hæc de liberationibus in genere: quanquam plura huc pertinentia adduci possent ex iis quæ infra capitibus proximis de solutionibus proponentur. Siquidem Liberationis verbum eandem vim habet, quam Solutionis. *l. liberationis.47.ff.de verbor.signific.*

DE SOLVTIONIBVS. CAP. VI.

PRIMO: Definitio solutionis proponitur *l.solutionis.176.§.fin.ff.de verborum signific.* Soluere enim dicimus eum qui id facit, quod facere promisit. Sed largiore significatione Solutionis verbum pertinet ad omnem liberationem quoquo modo factam, *vt ostensum supr.c.prox. quæst.1.* Vnde *d.l.176.* Vlpianus: Solutionis verbo (inquit) satisfactionem quoque omnem accipiendam placet. Plane huius largioris significationis exceptio prima est: Nisi pecuniæ vocabulum adiiciatur *l.solutam.49.in prin ff.de solutionib.* Altera: Nisi obligatio accessoria, non principalis acceptoferatur. *d.l.49. in fin.* Sane hic tantum de solutione pecuniæ numeratæ, vel alterius rei quæ debetur, agetur, vel cum

cum quis aliud pro alio volente creditore soluerit.

II. EVENTVS SOLVtionis.

I. Regula: Solutione tollitur obligatio, & liberatio contingit. *Instit. quibus mod. toll. obligat. in princ.Concordat l.verborum.107.in princ.ff.de solutionibus.M.I.P.libro 5.capite 9.regul.15. M.I.R.libro 5.cap.12. reg.5.* Huius regulæ exceptiones vide *infra in sequentibus capitibus.*

II. Regula: Solutione facta, chirographum debitor condicere potest, vel ad exhibendum actione repetere. *l.vlt.C.ad exhibendum.l.2. C.de condictione ex lege. item l.vlt. C. de solutionibus. M.I.R. d. cap.7.regul.3.*

II. Regula: Soluto debito, pignus reddendum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr.lib.17.cap.12.caus.1. item cap.20.caus.1.*

IV. Regula: Creditor actiones suas, quas habet ex ea obligatione, cuius nomine solutio facta est, soluenti cedere tenetur. approbatur exemplis *l.Stichum.95. §. si mandatu.ff. de solutionibus.* Aliud exemplum proponitur *l.his consequenter.18.§. si filius familias. ff. familiæ erciscundæ.* Item aliud *Nouell constit.4. §. quod si tempus.ibi, & cessis.* Plura huiusmodi exempla & leges concordantes vide *sup. libr.21. cap.1. quæst.9. regul.1. cum duabus regulis seqq. M.I.R.d.capit.12.regula 4.* Plane huius regulæ exceptio prima est: Nisi soluens non ante vel in ipsa solutione, sed post aliquod interuallum actionẽ sibi cedi petierit. tunc enim licet ei à creditore actio cedatur, tamen ea cessione nihil agitur: tantum abest vt creditor ad eam cedendam teneatur. *l.Modestinus.76.ff.de solutionib. Concordat l.1. C.de contrario iudicio tutelæ. M.I.R. d.regul.4. except.1.* Altera exceptio est: Nisi quis inuito creditori solutionem pro alio offerens, actionem sibi cedi petat. *l.nulla.5.C.de solutionib.* Tertia: Nisi quis ob id quod dolo malo possidere desiit, condemnatus soluit. *l.is qui.69.cum leg.seq.ff.de rei vindic.* Huius replicatio est: Nisi quis ex causa depositi vel commodati conuentus, dolo possidere desiit, ideoq; æstimationem præstitit: huic enim nihilominus actio cedenda. *l.in depositi.12.ff. de re iudicata.*

V. Regula: Qui pro alio soluit, etiam mandati vel alia simili actione indemnis seruari potest. *de qua re vide supr.lib.21.cap.3.quæst.6.reg.1.*

VI. Regula: Si cum quis sibi aut Seio dari stipulatus esset, Seio sit solutũ: stipulatori aduersus Seium mandati competit actio ad id quod ei solutum est, sibi restituendum. *Inst. de inutilib.stipul. §.plane solutio, in fine.l.qui res suas.98.§. qui stipulatur. ibi, porro si decem. ff. de solutionibus. item l.Iulianus.131. §.qui fundum.ibi, nam interest.ff.de verb.obligat.*

VII. Regula: Solutio venditioni similis est. *l. vit.ff.quib.ex caus.in possess eatur.*

VIII. Regula: Solutione transfertur dominium, nec reuocari res potest. *l.successores.10.C.de solutionibus.M.I.R.d.cap.12.reg 2.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi minor viginti quinq; annis aliud pro alio in solutum dederit. *d.l.10.* Altera: Nisi indebitum sit solutum. hoc enim condictione indebiti repeti potest *de qua re dicetur infr. lib. prox.* Tertia exceptio videtur: Nisi res in solutum data melior ipso debito sit facta. sed reprobatur *l.cum pro pecunia.24.C.de solutionibus.*

IX. Regula: Interdum ex eadem solutione & liberatio contingit vnius, & obligatio alterius. *l. in numerationibus.44.§.item si vsusfructus.ff.de solutionibus.M.I.R.lib.2.cap.19.reg.4. except.11.*

DE EXCEPTIONIBVS ADVERsus solutionem: & primum de iis quæ sumuntur ex persona soluentis, & eius cui solutio facta est.

CAP. VII.

EFfectus solutionis qui sint, iam enumeraui mus: quorum omnium exceptiones cõmunes plures sunt, partim ex persona soluentis, partim ex persona eius cui solutum est, desumptæ: partim ex re in solutum data, partim denique ex aliis huiusmodi circumstantiis solutionis. quæ ordine nunc exponentur, & primum eæ quæ ex persona soluentis desumuntur.

I. Exceptio: Nisi alius non debitor soluerit. reprobatur *l.manifesti iuris.17.& l.nulla.5. C.de solutionibus.Instit.quib.mod.toll.obligat. in princ.l qui mandat.56.& l.cum iussu.64. ff. de solutionibus. M.I.R. d. cap.12.regul.5.except 1.* Plane admittitur exceptio proposita primum quidem, si alius suo, non debitoris nomine soluat. *l.si quid possessor.31. in princ. ff.de petit. hæredit. l.Papinianus.28. ff. mandati. l.cum quis.38.§.de peculio.ibi. & magis.ff.de solutionib. l.Paulus.101. in princ. ff. eod. tt. item l.si pœnæ.19.§ quamuis. ibi: hic enim ff.de condict. indeb.* Huius primæ distinctionis replicatio prima est: Nisi is qui per errorem soluit, malit à vero debitore id quod soluit per negotiorum gestorum actionem repetere, quam creditori indebitum condicere. tunc enim debitori solutio facta proficit. *l.vlt. in fine. ff. negot.gestor. l.si quid possessor.31. in princ. ibi: sed & petitor.ff.de pet.hæred.* Altera: Nisi cum quis dolo possidere desiisset, possessor conuentus præstiterit. hoc enim casu is qui possidere desiit, liberatur. approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib.11.cap.2. regul.2.except.4. replic.1.* Tertia replicatio videtur: Nisi is qui suo nomine soluit, à debitore pecuniã accepit, vt ipsius nomine solueret. sed reprobatur *per ea quæ proponuntur infr.c. 9. de reliquis exceptionibus aduersus solutionem.* Quarta: Nisi is qui soluit, repetitionem non habeat. reprobatur in casu *l.si testamento.49.§.1.ff. de fideiussoribus.* Quinta: Nisi cum plures in solidum tenerentur, vnus ex iis solidum soluerit. hic enim quamuis suo nomine soluerit, nihilominus & cæteros liberat, *per ea quæ proposita sunt supra libro 16.capite 10.regul.2.* Sexta replicatio est: Nisi quis eiusdem rei nomine aduersus alium agens, litis æstimationem, vel id quod sua interest, sit consecutus: hoc enim casu, quamuis conuentus suo, non alterius nomine soluerit, nihilominus tamen alterum liberat. *l. bona fides. 3. ff. de reg. iuris. l.si quis dolo. 51. ff. de re iudicata. l. electio. 26. ff. de noxalibus actionibus. & l. quoties. 3. in princip. ff. si familia furtum fecisse dicetur.* Huius duplicatio est: Nisi conuentus ob dolum suum soluerit: hæc enim solutio alteri non prodest. *l. etiamsi. 13. §. item si quis. vers. sed is qui. l. sed etsi. 25. §. perinde. vers. vnde si sit alius. ff. de petit. hæred. l. Stichum. 95. §. dolo. vers. cæterum. ff. de solution. l. locum. 3. §. condemnatio. vers. si alius. ff. de tab. exhibend.* Hæc de prima propositæ exceptionis reprobatæ distinctione,

ctione, eiusq; replicationibus sint dicta. Secundo admittitur exceptio proposita, si alius debitorem qui mortuus est, defendens, condemnatus fuerit, eoq; nomine soluerit. hoc enim casu debitoris hæres non est liberatus ipso quidem iure, defenditur tamen per exceptionem. *l. de qua re. 74. §. cum absentem. ff. de iudiciis.* Tertio admitti videtur, si debitore inuito vel ignorante, alius pro eo soluerit. Sed hæc distinctio reprobatur *l. soluere. 53. ff. de solutionib. l. solutionem. 23. l. si pro me. 40. item l. pupilli. 96. §. cum pupilla. ff. eod. tt. l. si Stichum. 8. §. fin. ff. de nouat. l. soluendo. 38. ff. de negot. gestor. item Instit. quib. mod. toll. oblig. in prin.* Quarto admittitur exceptio proposita, si obligatio non in dando, sed in faciendo consistat, tunc enim alius quam qui debet, faciendo debitorem non liberat. *l. inter artifices. 31. ff. de solutionibus. M. I. R. lib. 5. cap. 12. reg. 5. except. 1. dist. 1.* Postremo admittitur exceptio proposita, si seruus pro alio soluerit. *l seruus. 19. cum lege sequente. ff. de fideiussoribus.* Huius distinctionis replicatio est: Nisi dominus serui solutionem ab eo factam ratam habeat, vel aduersus eum pro quo seruus soluit agere malit. *l. si seruus. 66. ff. eod. tt.* Hæc de prima exceptione aduersus solutionem.

II. Exceptio: Nisi seruus soluerit. approbatur *d. l. 19. cum lege sequent. Cui concordant l. si is. 94. §. final. in fine. ff. de solutionibus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi seruus liberam peculij administrationem habens, ex contractu peculiari soluerit. *l. egisti. 84. ff. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi pupillus soluerit. approbatur simul & distinguitur *supr. lib. 5. cap. 15. quæst. 1. regul. 1. except. 3. repl. 2.*

IV. Exceptio: Nisi reus criminis soluerit. reprobatur *l. sed nec illud. 42. ff. de solutionibus.* Hactenus de exceptionibus sumptis ex persona soluentis: nunc de exceptionibus sumptis ex persona eius cui solutio facta est.

V. Exceptio: Nisi pupillo solutum sit. approbatur simul & distinguitur *l. pupillo. 15. ff. de solutionibus. Instit. quibus alienare licet. §. at ex contrario. ibi: alioquin non liberabitur. item l. contra iuris. 28. in prin. ibi: nam nec solui. ff. de pactis. M. I. R. d. reg. 5. except. 3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tutoris authoritas interuenerit. *d. l. 15. item Instit. d. §. & ex contrario. M. I. R. d. except. 3 replic. 1.* Secunda: Nisi pupillus pecunia in solutum accepta locupletior sit factus. *l. apud Celsum. 4. §. si quis pupillo. ff. de doli mali & metus exceptione. Concordat Instit. quibus alienare licet. §. sed hoc etiam. ibi: sin autem aliter. M. I. R. d. except. 3. replicat. 2.* Huius replicationis species sunt aliquot replicationes proxime sequentes. Eius duplicatio est: Nisi pupillus locupletior ex ea pecunia esse desierit. approbatur simul & distinguitur *l. in pupillo. 47. ff. de solutionibus. & l. in pupillo. 4. ff. de exceptionibus.* Huius triplicatio prima est: Nisi tempore litis contestatæ, vel quo agitur, locupletior ex re in solutum accepta extiterit: hoc enim casu, quamuis postea locupletior esse desierit, tamen proposita duplicatione non adiuuatur. *d. l. 47. in prin. & d. l. 4.* Altera: Nisi necessariam sibi rem pupillus ea pecunia emerit, quæ ante litem contestatam perierit. *d. l. 47. versic. plane vt Scæuola.* Tertia replicatio est: Nisi numi apud pupillum adhuc salui sint. *d. versic. sin autem aliter. Cui concordat l. pupillo. 15. ff. de solutionibus.* Quarta: Nisi debitor iussu pupilli creditori eius pecuniam soluerit, vt pupillus obligatione sit liberatus. *l. si pupilli. 66. in princ. ff. d. tt.* Quinta: Nisi cum quis sibi aut pupillo dari stipulatus esset, promissor pupillo soluerit. *l. si stipulatus. 11. ff. d. tt. M. I. R. d. exc. 3. repl. 3.* Sexta: Nisi cum alicui quid legatum esset sub hac conditione, Si pupillo decem dedisset: is pupillo sine tutoris authoritate dederit. reprobatur *l. seruus. 68. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi minori vigintiquinque annis sit solutum. *l. ait prætor. 7. §. 1. ff. de minorib. 25. annis. M. I. R. d. except. 3. in princ.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi prætor decreuerit pecuniam minori sine curatoribus soluendam. *d. l. 7. §. quid tamen. M. I. R. d. except. 3. replic. 1. duplic. 1. tripl. 1.* Altera: Nisi minor se dixerit maiorem esse. *l. minor, 32. ff. d. tt.* Plures huiusmodi replicationes vide *supr. except. prox.*

VII. Exceptio: Nisi furioso sit solutum. *l. seruus. 68. ff. de solutionibus.* Plane replicationes *sup. exc. 5.* enumeratæ, & huic exceptioni non inepte obiicientur: quia (*vt ait Vlpianus*) furiosi status & habitus à pupilli conditione non multum abhorret, *l. Fulcinius. 7. §. plane interdum. ff. quibus ex causis in possessionem eatur.*

VIII. Exceptio: Nisi filiofamilias creditori solutum sit. reprobatur *l. si vnus. 27. in princ. ibi: sic enim & his. ff. de pactis. l. si non sortem. 26. §. qui filiofamilias. ff. de condict. indebiti. l. si vsusfructus. 14. §. si ita quis. ff. quando dies legat, cedat. Concordant item ea quæ proponuntur infr. except. prox. de seruo.*

IX. Exceptio: Nisi seruo creditori solutum sit. reprobatur *d. l. 27. in princ. ibi, sic enim & his. l. non ideo. 25. ff. de nouat. l. fugitiuus. 19. ff. de solutionib. l. quod seruus. 35. ff. d. tt. l. huic enim. 21. ff. de iureiurando. l. si cum. 3. C. de solutionibus. l. quod seruus. 11. ff. depositi. M. I. R. d. regul. 5. except. 4.* Plane admittitur exceptio proposita primum quidem, si debitor fraudulenter seruo soluerit. *l. si pro patre. 10. §. versum, in fin. ff. de in rem verso. & d. l. 11. ff. depositi.* Deinde, si debitor sciuit vel scire potuit, dominum seruo solui nolle *d. l. 11. & l. quod seruus. 35. ff. de solutionibus.* Tertio, si mortuo domino debitor peculiaris seruo soluerit. Hæc distinctio ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi debitor dominum decessisse ignorauit. *l. si seruus. 32. ff. de solutionibus. & l. eius qui. 41. ibi, placebat. ff. si certum petatur.* Quarto admittitur exceptio proposita, si seruo manumisso, cui peculium ademptum est, debitor soluerit, quæ & ipsa distinctio iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi debitor ignorauit manumisso peculium esse ademptum. *d. l. 32. & l. si quis. 18. ibi, quod si ex caussa. ff. d. tt.* Quinto admittitur si non ex caussa peculiari, sed ex credito domini seruo sit solutum. *l. si actore. 19. in fin. C. de solutionib.* Plures huiusmodi distinctiones, quibus exceptio proposita admittitur, vide *infr. cap. prox. repl. 10. dupl. 1. cum sequentibus.*

X. Exceptio: Nisi reo criminis postulato sit solutum. reprobatur *l. reo criminis. 41. cum lege sequente. ff. de solutionibus. l. auferitur. 46. §. in reatu. ff. de iure fisci. item l. quamuis. 45. §. fin. ff. de solutionibus. M. I. R. d. regul. 5. except. 5.* Plane admittitur exceptio proposita in reis criminis læsæ maiestatis, *l. post diui. 7. §. sic & diuus. C. ad leg. Iuliam maiestatis. M. I. R. d. except. 5. distinct. 1.*

XI. Ex-

XI. Exceptio: Nisi vni tantum, non omnibus, quibus eadem actio competit, sit solutum. ipso quidem iure subsistit, eiusq; exemplũ proponitur in restitutione dotis *sup. lib. 4. c. 15. exc. 39. repl. 1.* Verum eius replicatio est: Nisi vnicuiq; in solidum actio competat. quæ approbatur simul & distinguitur *inf. cap. prox. repl. 16.*

DE EXCEPTIONE, SI ALII QVAM creditori sit solutum.

CAP. VIII.

XII. Exceptio: Nisi alij quam creditori sit solutum. approbatur *l. inuito. 12. C. de solutionib. l. soluendo. 38. ff. negot. gestor. l. qui hominem. 34. §. si nullo. ff. de solutionibus. M. I. P. lib. 5. cap. 9. regul. 15. except. 1. M. I. R. d. reg. 5. except. 2. l. debitor. 19. ff. de compensationibus. item l. si actore. 19. in fine. C. de solutionib.* Plane propositæ exceptionis replicationes plures sunt, quarum prima est: Nisi voluntate creditoris alij sit solutum. *d. l. 12. l. quod iussu. 140. ff. de regul. iur. l. solutam. 49. in princ. ff. de solutionibus. l. cum iussu. 64. ff. d. tit. l. nihil interest. 4. C. de solutionibus. item l. cum incertus. 13. ff. de leg. 1. M. I. R. d. except. 2. replic. 1.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi creditor voluntatem alij soluendi postea mutauit. *l. cum. 82. ff. de solutionibus. & l. aliud est. 106. in fin. ff. d. tit. M. I. R. d. replic. 1. duplic. 1.* Huius autem duplicationis triplicatio prima est: Nisi cũ quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, postea ne Titio detur, promissori denunciauerit. *d. l. 106. l. vero procuratori. 12. §. sed etsi quis. ibi, alia causa. ff. d. tit. item Instit. de inutilib. stipul. §. plane solutio. ibi, solui autem Seio. M. I. R. d. duplic. 1. tripl. 1.* Altera; Nisi alius mandatu creditoris sibi sit stipulatus. nam & huic recte soluitur etiam inuito creditore. *l. vlt. ibi, ideoq; etiam. ff. de solutionib.* Tertia; Nisi debitor creditoris voluntatem mutatam ignorans soluerit. *d. l. 12. l. si quis. 18. in fin. ff. d. tit. Concordant item ea, quæ habentur inf. repl. 6. duplic. 2. tripl. 1.* Huius triplicationis quadruplicatio prima est; Nisi is, cui à debitore ignorante soluitur, ea mente pecuniam acceperit, vt eam lucretur, nec debitor conditionem furtiuam aduersus eum creditori præstet. *l. cum quis. 38. §. si debitorem. ff. d. tt.* Altera quadruplicatio est; Nisi debitor ignorans scire potuit creditoris voluntatem mutatam. *l. si cum. 82. in fine. ff. de solutionib.* Quarta triplicatio est; Nisi facta demum solutione creditor alij solui prohibuit. approbatur simul & distinguitur *d. l. 82. in fin.* Hæc de prima duplicatione. Altera duplicatio est; Nisi pupillus creditor debitorem suum alij soluere iusserit. *l. si pupilli. 66. in princ. ff. de solutionib.* Huius duplicationis triplicatio prima est; Nisi pupillus per solutionẽ alij factam locupletior factus sit, vel debito liberatus. *d. l. 66.* Altera triplicatio est; Nisi pupillus dolo fingat se puberem, & ita debitorẽ iubens alij soluere decipiat. *l. apud Celsum. 4. §. quæ in tutore. ibi, nam & de pupilli. ff. de doli mali exceptione.* Tertia duplicatio est; Nisi furiosus alij soluere iusserit. Ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est; Nisi id quod solutum est, in rem furiosi processerit. *l. si debitor. 16. ff. de doli mali exc. Cõcordat d. §. quæ in tutore. in fin.* Quarta; Nisi alterius quam creditoris iussu debitor alij soluerit. approbatur quidem ipso iure, verum eius triplicatio est: Nisi tutoris iussu alij sit solutum. *l. pupilli. 96. in princ. ff. de solutionibus.* Huius triplicationis quadruplicatio est; Nisi dolo malo tutor debitorem pupillarem non ignorantem alij soluere iusserit. *d. l. 96.* Quinta duplicatio est; Nisi seruus creditor alij soluere iusserit. *l. fugitiuus. 19. ibi, sed si alij. ff. de solutionib.* Sexta; Nisi maritus vxori donaturus debitorem suum ei iubeat soluere. approbatur simul & distinguitur *l. cum quis. 38. §. si debitorem. ibi, sicuti seruatur. ff. eod. tt.* Plane triplicationis loco notandũ erit, quod quamuis debitor iussu mariti soluens eius vxori, ipso iure non liberetur: exceptionis tamen ope defendatur, si actionem quam aduersus vxorem habet, marito cedere sit paratus. *d. vers. sicuti seruatur. l. hæc ratio. 3. §. sed si debitorem. ff. de donationibus inter virum & vxorem. l. si eum. 26. in princ. p. item l. vir cum vxori. 39. ff. d. tit.* Septima duplicatio est; Nisi debitor alij soluere à creditore iussus, mortuo demum creditore soluerit. *l. vltim. ff. de solutionibus.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi debitor ignorans creditorem decessisse, soluerit. quæ triplicatio approbatur *l. inter causas. 26. §. si quis debitori. ff. mandati. l. si seruus. 32. in fine. ff. de solutionibus. l. hoc iure. 19. §. si quis dederit. ff. de donationibus. item l. cum pater. 79. §. Mæuio. ff. de legat. 1.* Octaua duplicatio est; Nisi debitor alij soluere iussus, suo non iubentis nomine soluerit. approbatur exemplo *l. cum vxor. 82. ff. de iure dotium.* Nona; Nisi is, cui debitor donandi causa soluere iussus est, pecuniam non donandi animo acceperit, sed vt eam creditoris faceret. reprobatur *l. qui hominem. 34. §. si debitorem. ff. de solutionib.* Decima; Nisi debitor plus quam iussus est, alij soluerit: in eo enim quod excedit, replicatio proposita ei non prodest. *l. ex pluribus. 89. §. Lucius. ff. de solutionibus.* Vndecima; Nisi cum mulier doris nomine debitorem suum soluere iussisset, nuptiæ non fuerint secutæ. *l. non enim. 37. ff. de iure dotium. Concordat l. qui se debere. 7. §. sin autem vere. ff. de condict. causa dat.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta.

Secunda replicatio est: Nisi ei, qui voluntate creditoris stipulatus est, sit solutum. *l. vlt. ff. de solutionib.*

Tertia: Nisi creditor solutionem alij factam ratam habuerit. *l vero procuratori. 12. §. fin. l. solutam. 49. §. ratam quoq; l. si quis. 58. in princ. & l. cum decem. 71. §. fin. ff. eod. tt item l inuito. 12. ibi, vel ratum habente. C. eod. tt. Concordant ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. c. 5. reg. 4. except. 13.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi creditor, antequam ratum haberet, adrogandum se dederit. *l. si quis. 58. §. si creditor. ff. de solutionib.* Altera; Nisi debitor ratam haberi solutionem, & liberari nolit. reprobatur *l. si hac mente. 23. ff. de negot. gestis.*

Quarta replicatio est: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio sit solutum. *l. vero procuratori. 12. §. interdum. ff. de solutionibus. l. quod stipulatus. 10. & l. si ita. 59. ibi, etsi à filiofamilias. ff. eod. tit. Instit. de inutilib. stipulat. §. plane soluto. item l. obligationum. 43. §. accessio. ff. de act. & obligat. M. I. R. lib. 5. cap. 12. regul. 5. except. 2. replicat. 2.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi adiectus postea capite sit deminutus. *l. cum quis. 38. in prin. ff. de solutionib. M. I. R. d. repli. 2. duplic. 2.* Contradicit *l. Sti-*

chum.95.§.vsumfructum.ff.eod.tt. Plane propositæ duplicationis triplicatio est: Nisi adiectus in meliorẽ statum trãsiuerit. hoc enim casu capitis deminutio solutioni non officit. approbatur exemplo emancipationis *l.eum qui.56.§.qui sibi aut filio. ff.de verb.oblig.* Altera duplicatio videtur: Nisi creditor postea adiecto solui prohibuit. Sed reprobatur *per ea quæ proposita sunt sup.replicat.1.duplic.1.* Tertia; Nisi stipulanti mihi aut Titio, tu mihi te daturum respondeas. reprobatur *l.si seruus.141.§.si ita stipulatus.ff. de verbor.obligat.* Quarta: Nisi cum sibi aut Titio quis stipulatus esset, debitor postea stipulatori cõstituat se soluturum, reprobatur *l.si ita.59.in princ.ff.de solutionibus.* Contradicit *l.si vero.8.ibi: quod si postea quam. ff. de constituta pecunia.* Quinta duplicatio est: Nisi stipulator, qui sibi aut Titio dari stipulatus erat, antequam adiecto solueretur, debitum petiit. *l.si quis.57.in fin.ff.de solutionib.M.I.R.d.replic.2.dupl.1.* Sexta: Nisi pars stipulatori sit soluta. reprobatur *l.cum decem.71.in princ.ff.eod.tit.* Septima; Nisi aliter adiecto quam sibi quis sit stipulatus. reprobatur *l.qui hominem.34.§.stipulatus sum.& l.qui res suas.98.§.si mihi Romæ.ff.eod.tit. item l.si seruus.141.§.cum mihi.ff. de verb.oblig. Alias leges concordantes vide sup.lib.15.cap.15. except.26.replic.11.duplic.2.* Octaua duplicatio est: Nisi traditione adiecto facta de euictione cautũ non sit, vel res euicta sit. *l. Iulianus.131.§.qui fundum.ff.de verb.obligat. Concordat l.qui sibi.33.in princ. ff.de solutionib.* Huius duplicationis triplicatio est; Nisi donationis causa Titius sit adiectus. *d.§.qui fundum.* Nona duplicatio est: Nisi alij quam adiecto vel stipulatori, sit solutũ. approbatur exemplo *l.si stipulatus.81.in prin.ff.de solutionibus. Concordat l cum quis.55.ff.de verb.obligat. M.I.R d.repl.2.duplic.3.* Aliud exemplum proponitur *l.si stipulatus sum.9.in princ.ff.de solutionibus.* Huius triplicatio prima est: Nisi voluntate adiecti alij sit solutum. quæ triplicatio approbatur exemplo *l.Stich.95.§. vsumfructum.ibi, cæterum.ff.de solution.* Altera triplicatio est; Nisi cum adiectus pupillus aut furiosus esset, tutori vel curatori eius solutum sit. *d.§. vsumfructum.ibi, nam etsi.* Decima duplicatio est; Nisi nõ solidum adiecto sit solutum. *l. qui res.98. §.qui stipulatur. ibi contra.ff.de solutionib.* Huius triplicatio est: Nisi cum quis à filiofamilias tibi aut Titio stipulatus esset, pater non solidum, sed quatenus in peculio filij est. soluat. *l.si ita.59.§. etsi à filiofamilias.ff.de solutionib.* Hæc de quarta replicatione, eiusq; duplicationibus sint dicta. Sed & omnes fere exceptiones aduersus solutionem hic duplicationum loco repeti possunt.

Quinta replicatio est; Nisi ei, cui quis stipulatus est, solutũ sit. ipso quidẽ iure subsistit, verum eius duplicatio prima est; Nisi pater filio quẽ habet in potestate, stipulatus sit, huic enim non recte soluitur. *l.eum qui.56.§.qui sibi aut, in fin.ff.de verbor.obligat.* Altera: Nisi inutiliter alteri, cui solutum est, stipulatio sit facta. *l.si ita.126.§. Chrysogonus.ibi, sed quod patrono.& l.si duo.128.in prin.ff.eod.tt.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi quis dotem mulieri, pro qua dedit, reddi stipulatus vel pactus sit. hoc enim casu, quamuis actio mulieri non competat, solutio tamen ei facta vtilis est. *l.Caius.45.in fin.ibi, sed dicendum ff.solut. matrim.& l. si cum.82.§ fin.ff.de solutionib.*

Sexta replicatio est: Nisi procuratori creditoris sit solutum. *l. vero procuratori.12.in princ.ff.de solutionibus.* Ratio proponitur *l. qui hominem.34.§. si Titium, in fin.ff.eod.tit. Concordat l.solutam.49.ibi, vel procuratori.ff.eod.tit. item l. quia & 11. ff. de pactis. M.I.R.d.reg.5.except.2.replicat.3.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi procuratori mandatum non sit, vt vel pecuniam exigeret, vel vniuersa negocia administraret. *d.l.12. Concordat l.qui hominem.34.§.si nullo. ff. de solutionib.* Altera: Nisi procurator negocia gerere à domino fuerit prohibitus. ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est: Nisi debitor soluens ignorauit procuratorem prohibitum esse. *d.l.34.§.si Titium. l.dispensatori.51.ff.eod.tt. Concordant item ea quæ proposita sunt sup.replic.1.triplic.3.* vbi etiam huius triplicationis vide quadruplicationes. Tertia duplicatio est: Nisi litis procuratori sit solutum. *l.hoc iure. 86.ff.de solutio.* Huius triplicatio est; Nisi specialiter & ad hoc datus sit, vt ei solui possit. *d.l.86.* Plura de replicatione proposita, *vide inf.prox.c.7. caus.11.except.1.*

Septima replicatio est: Nisi creditor ab alio, cui solutum est, pecuniam receperit. *l.qui hominem.34.§.si prædo.ff.de solutionib. l. debitores.28.& l. in perpetuum.61.ff.eod.tt.l.sed & si.25.§.certe si minore. ibi, sed etsi id.& l. si quid.31.§. fin. ff. de petit. hæred.l. si vero.12.§. si mandauero. ibi, quod si mandaueris.ff. mandati.*

Octaua replicatio est: Nisi creditori creditoris sit solutum. *l. si opera.6.ff. de doli mali exceptione.* Ratio proponitur *l.si quis.115.in princ.ff.de reg. iuris.* Exemplum habetur *l. si liber.35. in fin.ff. de negotiis gestis.* Aliud *l.solutum.11.§.solutam. ibi, vnde si domum. ff.de pignorat act.* Aliud *l.si libertus.20.§.1.ff.de bonis libertorum.* Aliud *l.si debitor.16.ff. de doli mali exceptione.* Aliud *l.si pupilli.66.in prin.ff. de solutionibus.* Aliud denique *l.mortuo hærede.15.in princ.ff.de statuliberis.*

Nona replicatio est: Nisi tutori vel curatori creditoris sit solutum. *l.solutam.49.§.tutori quoq; ff.de solut.l.Lucius.45.§.tutelæ. ibi, Paulus respondit.& §. fin.ff. de administr. tutor. l. quæro.100. ibi, Paulus respondit.ff. de solutionibus. l. quod si forte.14.§. curatori quoque. item l. si filia.65.ff. d. tit.* Plane huius replicationis plures sunt duplicationes, quarum prima est: Nisi ei, qui inutiliter tutor datus est, vel qui pro tutore negotia gerit, cum tutor non sit, solutum sit, approbatur exemplo matris *l.liberto.30.§. quanquam. ibi, vel debitorem.ff. de negotiis gestis.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi ex eo contractu, qui cum protutore factus est, solutum sit. *l. filiæ.88.ff.de solut.* Cuius quadruplicatio est; Nisi debitores sciuerint precium ad pupillum pertinuisse, eumque cum quo contraxerint, ius administrandi non habuisse. *d.l.88. ibi, Claudius.* Huius quadruplicationis quinduplicatio est; Nisi protutor sit soluendo. *Quæ elicitur ex d.l.88. vers.scilicet si mater soluendo non sit.* Altera triplicatio est: Nisi pecunia protutori in solutum data, in rem pupilli peruenerit. *l. debitores.28.ff. de solutionibus.* Altera duplicatio est: Nisi tutori remoto, vel ei, qui alias tutor esse desiit, solutum sit. *l.14.§. quod si remoto.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi ei, cui à Prætore administratio est interdicta, solutum sit. *d.l.14.§.1. ibi, nisi interdicta.* Quarta;

Nisi

Nisi suspecto postulato solutum sit. *d. l. §.1. ibi, idem dico etsi.* Quinta; Nisi tutori capitis reo postulato solutum sit. reprobatur *l. quamuis.45.§.fin. ff.eod.tt.* Sexta; Nisi tutori, in cuius locum curator erat substituendus, solutum sit. reprobatur *d. l.14.§.quid ergo.* Septima, Nisi tutori reipub. causa absenti solutum sit. reprobatur sub conditione *d.§. quid ergo. ibi, quinimo & si absenti.* Octaua duplicatio, sumpta ex causa propter quam tutor datus est is, cui solutum est, reprobatur *d.l.14.§.1.* Nona duplicatio, sumpta ex causa ex qua tutor efficitur, reprobatur *d.l.14.§. siue autem.* Decima duplicatio videtur; Nisi vni tantum ex pluribus tutoribus solutum sit. Sed reprobatur *d.§. siue autem. & §.1. item l.consilio.7.§.fin ff. de curator. furioso & aliis.* Plane admittitur duplicatio proposita primum quidem si alter tutorum præsens solui prohibeat. *d.§.fin.* Deinde, si tutores ita dati sint, vt omnia omnes simul gerant, nec ab vno gestum sine altero ratum esset. *l. Titium.46.in pr. ff.de administr.tutor.* Vndecima duplicatio; Nisi cum sub conditione hac, Si pupillo vel furioso dedisset: quid relictum esset, tutori vel curatori conditionis implendæ causa sit datum. reprobatur *l.si seruus decem.68. ibi, & quid inquit. ff. de solutionibus. & l Stichum.95.§. vsumfructum. ibi, nam etsi furiosi.ff.eod.tt.* Plane admittitur, si datum in rem pupilli versum non sit. *d.§. vsumfructum. ibi, idq; ita recipi potest.* Duodecima duplicatio est; Nisi tutori rerum prouincialium ex contractu Italico sit solutum. approbatur simul & distinguitur *l.quæro.100.ff.de solut.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi prouincialium rerum tutores, vt sibi in Italia soluereturpacti sint; hoc enim casu, quamuis ibi quisque contraxisse videatur, vbi se soluturum constituit. *l.contraxisse.20.ff.de action.& oblig.* tamen recte eis in Italia soluitur. *d.l.100. vers. nisi specialiter.* Decimatertia duplicatio est; Nisi sententia iudicis, vt tutori soluatur, non præcesserit. *l. sancimus.25.C. de administr.tutor. Concordat Instit.quibus alienare licet.§. at ex contrario. ibi, sed hæc etiam.* Huius duplicationis triplicatio prima est; Nisi pupillus pecunia in solutum accepta locupletior sit factus. *d.§. at ex contrario. vers.sin autem aliter.* de qua re vide plura *sup.cap.prox.except.5.repl.2.* Altera triplicatio est: Nisi non sortis, sed vsurarum, pensionum vel redituum solutio fiat: hæc enim etiam sine iudiciali sententia procedit. *d.l. 25.§.non autem.* Huius triplicationis quadruplicatio prima est: Nisi non vnius aut alterius, sed plurium annorum pensiones & vsuræ simul soluantur. Altera; Nisi centum solidorum quantitatem excedant pensiones & vsuræ soluendæ. *Hæ duæ quadruplicationes approbãtur l.cõstitutionem.27.C.eod. tt.* Decimaquarta duplicatio est: Nisi pecunia tutori vel curatori soluta, minori non sit salua. approbatur, causa tamen cognita, *l.1.C. si aduersus solutionem.* Hactenus de nona replicatione eiusque duplicationibus sit dictum.

Decima replicatio est: Nisi seruo creditoris actori pecuniis exigendis proposito sit solutum. *l. si actore.19.C. de solutionibus. & l.solutam.49.ibi, vel seruo actori.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi ab actu remoto solutum sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio est: Nisi debitor soluens eum remotum esse ignorauit. *l.dispensator.51.ff.de solutionib.* Altera duplicatio est; Nisi seruo, dum est in fuga, solutum sit. *l. qui hominem.34.§. & cum fugitiuus.ff.eod.tt.* Huius triplicatio est; Nisi debitor ignorauit seruum fugitiuum esse. *l.fugitiuus.19.in prin.ff.eod.tt.* Tertia duplicatio est; Nisi seruo manumisso vel alienato sit solutum. ipso quidem iure subsistit, verum eius triplicatio prima est; Nisi debitor soluens ignorauit seruum manumissum vel alienatum esse. *l. quod seruus.11.in fin.ff. depositi. l. si quis.18.ff. de solutionibus. item Instit. de mandato.§ & huic simile.* Altera; Nisi ex peculiari causa debitor manumisso soluit. *d.l.18. l.si seruus.32. & l.quod seruus.35.ff. eod. tit. l.serui.13.§.fin.ff. de action. & obligat. item l. seruus.3. ff.de manumissionibus quæ seruis.* Huius triplicationis quadruplicatio est; Nisi debitor soluens sciuerit manumisso vel alienato peculium ademptum. *d. l.18.& d.l.32.ibi, cum ignoraret.* Quarta duplicatio est; Nisi conditionis implendæ causa domino dare iussus, seruo eius dederit. *l. qui hæredi.44.in prin.ibi, contra qui.ff. de condit. & demonstrat.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi consentiente domino, seruo eius detur. *d.versic.contra qui.* Altera; Nisi pecunia seruo soluta in rem domini sit versa. *l.Stichum.95.§. vsumfructum. ibi, idq; ita recipi. ff. de solutionib.* Hæc de decima replicatione eiusq; duplicationibus sint dicta. Sed & plures huiusmodi duplicationes, *vide sup.cap.prox.exc.9. distinct.1.cum seqq.*

Vndecima replicatio est: Nisi seruo creditoris ex causa peculiari sit solutum. approbatur simul & distinguitur *per ea, quæ proposita sunt d. except 9.*

Duodecima replicatio est; Nisi filiofamilias creditoris ex causa peculiari solutũ sit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup.cap.prox.except.8.*

Decimatertia replicatio; Nisi marito creditricis solutum sit, reprobatur *l.cum maritum.11. C. de solutionib.*

Decimaquarta replicatio est: Nisi cum substituto solutum esset, instituto adhuc deliberante: hæreditas postea ad substitutum sit deuoluta. *l. pupilli.96.§ fin.ff.de solutionib.*

Decimaquinta replicatio est; Nisi alij tanquam hæredi solutum sit, adita ab eo hæreditate: hoc enim casu, quamuis postea aduersus aditionem in integrum restituatur, nihilominus debitor per solutionem ei factam videtur liberatus. *l.filius 90.ff.de solutionib.* Plane replicatio proposita in eo tantum debito, quod cum eodem, cui solutio facta est, contractum sit, locum habet: *vt patet ex d.l.9.versic.qui soluisset id quod mutuum iam ita acceperat.* In aliis autem hæreditariis debitis solutio huic possessori hæreditatis facta prodesse debitori non videtur, nisi is, quod ei solutum est, vero hæredi restituerit; *vt patet ex iis, quæ proposita sunt sup.repl.7.*

Decimasexta replicatio est; Nisi alij, cui solutum est, æque actio competebat, ac ei, qui nunc agit, quique exceptione proposita vtitur. approbatur exemplo duorum reorum stipulandi, *Instit. de duobus reis stipulan.§. ex huiusmodi. l. 2. cum l.seq.in fin.ff.eod.tt.item l.si rem.31.§.si duo. ibi, fere autem.ff.de nouat.M.I.R.lib.5.cap.12.reg.5.except.2.repl.5.* Aliud exemplum proponitur in duobus, quibus noxalis actio cõpetit; hoc enim casu occupantis

melior

melior est conditio, vt si vni ex iis prius ad sententiam peruenienti seruus noxæ deditus sit, dominus ab altero etiã liberetur. *l. si quis, 14. in prin. ff. de noxalib. actionib.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi eius actio, cui solutum est, per exceptionẽ potuit elidi. approbatur exemplo *l. si duo. 128. in prin. ff. de verb. oblig.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi eũ Titius & Seius decem aut Stichum, quĩ Titij est, stipulati essent: Titio decẽ sint soluta. hoc enim casu, quãuis Titius Stichũ tanquam rem suam inutiliter erat stipulatus: solutio tamẽ ei facta etiã alterius actionem peremit. *l. si id, 15. §. idem ait. ff. de duob. reis constituen.* Altera duplicatio est: Nisi cum ex duobus, quibus eadem competit actio, vnus rem in iudiciũ deduxisset, alteri postea soluatur. *l. ex duob. 16. ff. eod. tt. l. si Titius. 9. ff. de verb. oblig. item l. si quis. 57. in fin. ff. de solut.* Tertia: Nisi cum ex duobus quibus eadem competit actio, vel solui potest, vni constitutum esset, alteri postea soluatur *l. si vero mihi. 8. cum duab. ll. seqq. ff. de constituta pecunia.* Quarta; Nisi cum singulis non in solidum, sed pro parte competeret actio, vni ex iis solidum sit solutum: hoc enim casu alter postea agens proposita replicatione non repellitur. approbatur exemplo hæredum, quibus singulis non nisi pro parte hæreditaria competit actio: *vt ostensum sup. lib. 15. cap. 4. reg. 7. except. 8.* vbi huius etiam duplicationis vide triplicationes. *item sup. lib. 17. c. 6. q. 3. except. 10. repl. 3. M.I.R. d. repl. 5. dupl. 1.* Hactenus de exceptionibus aduersus solutionem, desumptis ex persona tam soluentis, quam eius, cui solutio facta est. Sequitur tertium genus, earum scilicet exceptionum, quæ sumuntur ex re in solutum data.

DE EXCEPTIONIBVS ADVERSVS SOlutionem, desumptis ex re in solutum data: necnon de reliquis exceptionibus aduersus solutionem.

CAP. IX.

XIII. Exceptio: Nisi aliud pro alio sit solutum. *l. 2. §. mutui, in fine. ff. si certum petatur. l. qui res suas. 98. §. mihi Romæ. ibi, nemo enim. ff. de solutionibus. l. si cum aurum. 50. ff. eod. tit. item l. eum à quo. 16. C. de solutionibus. M.I.P. lib. 5. cap. 9. regul. 15. except. 2. M.I.R. d. reg. 5. except. 6.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi consentiente creditore aliud pro alio sit solutum. *Instit. quibus modis tollitur obligat. in princ. l. manifesti iuris. 17. C. de solutionib.* Exemplum proponitur *l. si operas. 20. C. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi id quod in solutum datum est, sit eiectum. approbatur simul & distinguitur *inf. except. 35.* Altera duplicatio: Nisi nomine debitoris in solutum dato, debitor desierit esse soluendo. reprobatur *l. pupilli. 96. §. soror. ff. de solutionib.* Tertia; Nisi cum conuenisset vt aliud pro alio solueretur; creditor antequam solutum esset, id quod ab initio debeatur in iudicium deduxerit. hoc enim casu debitor aliud de quo conuenit offerendo non liberatur. *Quæ duplicatio (teste Accursio) approbatur l. si quis. 57. in princ. ff. de solutionib.* Quarta; Nisi pro pecunia debita res immobilis maioris precij, quasi plus debeatur, soluta sit. *l. si non sortem. 26. §. si centum. ff. de cõdict. indebiti.* Hæc de prima replicatione. Altera replicatio est: Nisi cũ creditor aliud pro re debita stipulatus esset, debitor postea ipsum quod ab initio debebatur, obtulerit: hoc enim casu liberatur, quamuis aliud pro eo stipulanti creditori promisisset. approbatur exẽplo dotis *l. quamuis. 45. in princ. ff. de solutionib.* Tertia; Nisi debitor pecuniam numeratam non habens, pro ea res soli in solutum dare sit paratus. *Nouell. const. 4. §. quod autem consequitur. M.I.R. de except. 6. replic. 8.* Quarta; Nisi res ipsa quæ debetur, præstari non possit. tunc enim æstimationem eius præstando debitor liberatur. *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. cap. 6. reg. 3. item lib. 12. cap. 3. reg. 15. M.I.R. d. except. 6. repl. 9.* Quinta; Nisi tignum ædibus iunctum vindicetur. hoc enim casu, si debitor duplum præstiterit, est absoluendus. *de qua re vide sup. lib. 23. c. 13.* Sexta; Nisi creditor id quod accepit, non restituat. *l. si cum aurum. 58. in fin. ff. de solut.* Septima; Nisi parte bonorum legata, hæres æstimationem offerat, vel certas res ex bonis, non singularum rerum partes: hoc enim casu liberatur, quamuis non partem legatam, sed aliud soluat, *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 12. cap. 3. reg 15. except. 2.* Octaua replicatio est: Nisi ex causa mutui debeatur: hoc enim casu debitor etiam aliud, eiusdem tamen generis vel qualitatis, soluendo liberatur. *l. 2. in prin. & §. 1. ff. si cert. petat.*

XIV. Exceptio; Nisi alterius formæ numi, quam accepti sunt, in solutum dentur. approbatur sub conditione *l. Paulus. 99. ff. de solut.* Contradicit *M.I.R. d. reg. 5. except. 7.*

XV. Exceptio; Nisi non solidum, quod debetur, sit solutũ. *l. si ex maiore. 7. C. de exceptionib. l. qui hominem. 34. §. si decem. item l. si quis. 46. in fin. ff. eod. tt. M.I.P. d. reg. 15. except. 3. M.I.R. d. reg. 5. exc. 10.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi quoad partem, quæ soluta est: pro ea enim parte nihilominus prodest solutionis exceptio. *l. si stipulatus. 9. §. qui decem. ff. de solutionibus. l. quidam. 21. ff. si certum petatur. l. permittendum. 8. ff. si pars hæreditat. petatur. l. vlt. ff. quibus modis pignus soluitur. item Instit. quibus modis tollitur obligat. §. sicut autem. M.I.R. d. except. 10. repl. 1.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est; Nisi rei, quæ diuisionem non recipit, pars sit soluta: hoc enim casu pro nulla parte liberatio contingit. *l. 2. in prin. ff. de verb. oblig.* Altera duplicatio est; Nisi cum genus deberetur, pars speciei sit soluta. approbatur exemplo *l. si stipulatus. 9. §. qui autem. ff. de solutionib. l. in executione. 85. §. pro parte. ff. de verb. oblig. M.I.R. d. exc. 10. repl. 1. dupl. 2.* Plura de hac duplicatione, *vide sup. lib. 15. c. 5. reg. 5. except. 7. repl. 3.* Tertia duplicatio est: Nisi vna res ex duab. debeatur; hoc enim casu partis solutio in nulla parte præstat liberationem. *approbatur per ea quæ habentur d. exc. 7. repl. 4. Concordat l. si nõ sortem. 26. §. si decem. ff. de condict. indebiti. M.I.R. d. repl. 1. dupl. 3.* Quarta duplicatio est: Nisi quoad obligationem accessoriam: puta pœnalem, vsurarum, pignoratitiam, ab his enim obligationibus, nisi solidum, quod debetur sit solutum, in nulla parte liberatio contingit. Quæ duplicatio in pœnali quidem obligatione approbatur *per ea, quæ proposita sunt sup. lib. 15. cap. 5. regul. 5. except. 7. replic. 6.* Contradicit *M.I.P. lib. 5. cap. 7. reg. 3. except. 2. & c. 9. reg. 15. except. 3. repl. 1. dupl. 1. M.I.R. d. repl. 1. dupl. 4.* In vsurarum obligatione approbatur simul & distinguitur

guitur *per ea quæ proposita sunt sup. d. lib. 15. c. 7. quæst. 1. except. generali 4. replicat. 2.* In pignoratitia obligatione duplicatio proposita approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 17. cap. 12. causa 1. except. 4.* Plane propositæ duplicationis triplicatio prima est in fideiussoria obligatione, quæ quamuis accessoria sit, tamen per partis solutionem pro parte tollitur. *l. quoties. 37. ff. de solutionib. l. 16. ff. iudicatum solui.* Altera: Nisi aliud inter partes conuenerit, *l. tutor. 41. §. Lucius Titius. vers. si non hac lege. ff. de vsuris. l. in his. 5. §. si duos. ff. de solut.* Tertia; Nisi duo pluresve aliquid sub pœna debeant, quod vnus pro sua parte præstare possit, in solidum præstare non possit; hoc enim casu pro sua parte præstando à stipulatione pro sua parte liberatur. *l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat.* vbi duo hæc exempla proponuntur, Amplius non agi, & Ratam rem haberi. Quarta triplicatio est, quod quamuis particularis solutio ab accessoria obligatione ipso iure pro nulla parte liberet, prosit tamen ad exceptionem æquitatis ratione. *l. si seruus. 9. §. si plurium. ff. si quis cautionib. l. cui vsusfructus. 30. ff. de vsufructu legato.* Hac ratione nititur ius canonicum, de quo paulo superius est dictum. Hæc de quarta duplicatione. Quinta duplicatio est: Nisi quoad partem fideiussorũ; nam licet plurib. fideiussoribus datis, pars debiti soluta sit: nullus tamen fideiussorum liberatur, nisi solidum sit solutum, vt omnes simul liberentur. Cuius tamen triplicatio prima est; Nisi in solutione specialiter id sit actum, vt partis solutione quidã ex fideiussoribus liberentur. *l. in his. 5. §. si duos. ff. de solutionib.* Altera triplicatio est: Nisi vnus fideiussorũ suam partem soluerit; hic enim liberatur, quamuis alter maneat obligatus. *l. quoties. 37. ff. eod. tt. & l. iudicatum solui. 16. ff. iudicatum solui.* Huius triplicationis quadruplicatio est: Nisi quis decẽ aut hominem promisisset, duobus fideiussorib. datis: hoc enim casu, quamuis vnus ex iis quinq; soluerit, vel partem hominis, nondum tamen liberatur. *l. qui hominem. 34. §. si decem. ff. de solutionib.* Sexta duplicatio est: Nisi emptor empti actione agẽs, solidum precium nondũ soluerit: hoc enim casu, quamuis partem precij soluerit, pro nulla tamen parte empti actio illi cõpetit. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. lib. 18. c. 1. exc. gener. 10. repl. 2.* Septima: Nisi fundi debitor vsumfructum eius soluerit, qui postea extinctus ad suam proprietatẽ reuertitur: hoc enim casu pro nulla parte liberatio contingit. *l. si ita. 126. §. 1. in fin. ff. de verb. oblig.* Octaua; Nisi cõditionis implendæ causa soluatur. approbatur simul & distinguitur *sup. lib. 14. cap. 1. q. 3. exc. 10.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione; de qua plura *vide apud Alciatũ in l. 21. ff. si certũ petatur.* Sane si, cum ex pluribus causis deberetur, pars debiti sit soluta: à quo debito liberatio contingat, dicetur *inf. c. 10. quid veniat in solutionis exceptionem.* Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi parte debiti soluta, reliqua pars per pactũ sit remissa: hoc enim casu in solidũ liberatio cõtingit. *l. creditori. 5. C. de pactis.* Tertia; Nisi parte debiti recepta, creditor totum recepisse scripserit. reprobatur sub cõditione *l. si inter. 6. C. de solut.* Plura *vide sup. lib. 2. c. 18. q. 8. except. 3.* Quarta replicatio est; Nisi cum quis sibi decem aut Titio quinq; dari stipulatus esset, Titio quinq; sint soluta: hoc enim casu in solidũ contingit liberatio. approbatur simul & distinguitur *l. qui res suas. 98. §. qui stipulatur. ff. de solutio. l. si seruus. 141. §. cum mihi. ff. de verb. oblig. M.I.R. d. except. 10. repl. 3.* Quinta; Nisi quis eandem rem sæpius promiserit; tunc enim eam semel præstando in solidum liberatur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ habentur sup. lib. 15. c. 15. except. 31.* Sexta replicatio est; Nisi vnus hæredum debitoris suam partem hæreditariam soluerit: hic enim in solidũ liberatur, etiamsi eius cohæredes nihil soluant. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 15. c. 5. except. 7.*

XVI. Exceptio; Nisi non eiusdem, sed diuersarum rerum partes in solutum sint datæ. *l. qui hominem. 34. §. si duo. & §. si decem. ff. de solut. l. si quis. 15. ff. de leg. 2. l. in executione. 85. §. pro parte. ibi, alioquin. ff. de verbor. obligat. l. plane. 21. ibi, quin nec soluere. & l. si non sortem. 26. §. fin. ff. de condict. indebiti. M.I.R. d. reg. 5. except. 8.*

XVII. Exceptio; Nisi eadem res sæpius in solutum sit data. reprobatur *l. si quis. 67. ff. de solut. l. Mæuius. 68. §. duorum. ibi, atq; etiam hanc. ff. de leg. 2.*

XVIII. Exceptio: Nisi debitor non suam, sed alienam rem in solutum dederit. *l. Iulianus ait. 47. §. fin. ff. mandati. l. Cassius ait. 17. & l. si alieni. 78. in prin. ff. de solut. M.I.R. d. reg. 5. except. 11.* Huius exceptionis species est, si quis creditoris numos ei in solutum dederit. *Quæ proponitur l. si mandauero. 22. §. si mandauerim. in fin. ff. mand. tt.* Alia species est, si debitor rem à se legatam in solutum dederit. *Quæ habetur l. inter stipulantem. 83. §. si rem quam ibi: quia & ipse. ff. de verb. obligat. & l. qui res suas. 98. in princ. ff. de solut.* Huius exceptionis prima replicatio iam dicta secunda specie est hæc; Nisi cum res in solutum data, sub conditione ab eo legata esset, conditio ista defecerit. *d. §. si rem quam. & d. l. 98. in prin.* Altera replicatio est; Nisi creditor in rem alienam in solutum acceptam vsuceperit. *l. is qui. 60. ff. de solut. l. Iulianus ait. 47. §. fin. ibi, sed si stipul. mandati.* Tertia: Nisi numi alieni in solutum dati aliis sint mixti. *l. si alieni. 78. ff. de solut.* Quarta: Nisi pecunia in solutum data, sit à creditore consumpta. *l. non omnis. 19. §. fin. ff. si cert. petat. l. Cassius ait. 17. in fin. ff. de solut. item l. si is. 94. in prin. ibi: sed etsi fideiussor. ff. d. tt.* Quinta; Nisi creditor numos alienos in solutum acceptos debitori non restituat. *d. l. 94. in prin.* Sexta; Nisi pars tantum rei in solutum datæ aliena sit; hoc enim casu pro reliqua parte contingit liberatio. *d. l. 94. in prin.* Septima; Nisi debitor, qui rem alienam in solutum dedit, postea eius rei dominium sit nactus. approbatur exemplo *l. qui res 98. §. rem autem. ff. de solut.* Aliud exemplum proponitur *l. si is. 94. §. sed etsi fideiussor. ff. eod. tt.* Huic etiam replicationi cõcordat *sup. repl. 1.*

XIX. Exceptio: Nisi res cuius vsusfructus alienus est, in solutum sit data. approbatur simul & distinguitur *l. si se. 4. §. fin. ff. de re iudicata. Concordat l. si hominem. 69. ff. de solutionib.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi vsusfructus rei sit extinctus *d. l. 4. §. fin. & d. l. 69.* Cuius replicationis duplicatio est; Nisi propter rei interitum vsusfructus sit extinctus. *l. cum quis. 38. §. qui hominem. ibi, alioquin. ff. de solut.*

XX. Exceptio; Nisi res alij pignori obligata in solutum data sit. *l. si rem. 20. ff. de solutio. l. si hominem.*

nem.69.item l qui res suas 98.in prin.ff.d tt. Huius exceptionis replica lo prima est; Nisi pignoris obligatio fuerit dissolata. *d l. 69. in fin. & d.l.98.in pr. ibi, nisi ex euictu.* Altera replicatio videtur; Nisi creditor nondum euiserit rem sibi pignori obligatam, sed reprobatur *d.l.69.ibi, nec exspectabimus.*

XXI. Exceptio; Nisi pro homine statuliber sit solutus. *l. Neratius. 63.ff. de condict.indebiti, l.qui sibi. 33.in prin. ibi, quem.admodum, ff. de solut. item l.qui decem.72.§. qui hominem. ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima videtur; Nisi conditio libertatis nondum extiterit, sed reprobatur *l.cum quis.38.§. qui hominem. ff. de solut.* Altera replicatio est; Nisi conditio libertatis defeceri. *d.§. qui hominem.vers. quod si interim.l.quis res suas.98.in prin.ibi, ac si statuliberū.ff.d.tt.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi mortuo demum statulibero cōditio defecerit, *d.§.qui hominem.vers. illud nullo modo.* Tertia replicatio est; Nisi non generaliter homo debebatur, sed is, qui in solutum datus est. *l.si mihi.92.in fin.ff. de solutionib. l.statuliberum. 9. §. illud ff. de statuliberis.* Huius replicationis duplicationes, *vide sup.lib.16. c.3.except.34.repl.1.cum seqq.*

XXII. Exceptio; Nisi rem deteriorem soluerit. *l.cum quid. 3.ff.si certum petatur. l.qui sibi.33.§. qui Stichum.ff.de solut.M.I.R..d.reg.5.except.12.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi non genus, sed species debeatur; tunc enim debitor rem talem præstando, qualis est, liberatur. approbatur exemplo legatorum *per ea quæ proponuntur sup. lib. 12.c.6.reg.1. in prin. Concordat l.Rutilia.59.ff.de contrah.empt.M.I.R. d.except.12.repl.1.* Duplicatio prima est; Nisi dolo vel culpa debitoris res deterior sit facta. *d.§.qui Stichum.* De qua re *vide item d.reg.1. excep.1.* Altera replicatio est; Nisi post moram debitoris deterior sit facta. *l.2.ff.de vsuris.* Plura vide *sup.lib.15.c.8.* Tertia replicatio est; Nisi cum genus debeatur, non optima res soluatur, nec pessima. *l.fideiussorem.52.ff.mandati.*

XXIII. Exceptio; Nisi seruus furtis noxave non solutus datus sit. *l.qui decem.72.§.qui hominem. ibi, similiq;.ff. de solutionib.* Huius exceptionis eædem sunt replicationes, *quæ supradictæ 21. & 22. exceptionis.*

XXIV. Exceptio; Nisi serui debitor vespillonem aut alias turpem soluerit. reprobatur *d.§.qui hominem.*

XXV. Exceptio; Nisi seruus, qui manumitti non potest, in solutum sit datus. *d.l.72.§.fin.*

XXVI. Exceptio; Nisi rei in solutum datæ aliquid iuris desit. *l.etiam.27.ff.de solut.* Huius exemplum proponitur *l.Iulianus.131.§. qui fundum. ff. de verb.oblig.*

XXVII. Exceptio; Nisi numi reprobi sint soluti. *l.eleganter.24.§. reprobos.ff.de pignor.act. M.I.R. d. reg.5.except.14.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi creditor reprobos numos quos accepit, non restituat. *d.§. qui reprobos. ibi, reprobis videlicet numis reddendu.* Altera; Nisi antequam reprobati sint numi, per creditorem steterit quo minus pecuniam acciperet. reprobatur *l.creditor. 102.in prin.ff.de solut.*

DE RELIQVIS EXCEPTIONIBVS aduersus solutionem.

XXVIII. Exceptio; Nisi non rei conuenti, sed alterius nomine solutio facta sit. *l. Cassius. 17. ff. de solut. Concord.at l.cum vxor. 82. ff. de iure dotium. Item concordant ea quæ proposita sunt sup.cap.7.except.1. distinct.1.*

XXIX. Exceptio; Nisi ex alia causa, quam ex qua agitur, solutum sit. approbatur exemplo *l. id quod.74.ff. de solut. Concordat ea quæ proposita sunt sup. lib.17.c.20.quæst.4.reg.6.except.1.* Aliud exemplum est. *sup.except.prox.* Sed & huius exceptionis replicatio est; Nisi causa ex qua solutum est, inutilis sit; tunc enim id quod solutum est, in causam vtilem ex qua agitur, computari potest. *l. & post.7.§. si tamen fideiussor.ff.de transactionib.*

XXX. Exceptio; Nisi eo animo debitor dederit, vt recipiat. *l.si sic.55 ff.de solut.* Huius replicatio est: Nisi creditor parte debiti accepta, debitori eam reddiderit, rursusq; ab eodem receperit. *l.si quis.67.in fin.ff.eod.tt.*

XXXI. Exceptio: Nisi id quod solutum est, condictione indebiti repeti possit. *l. eleganter. 23. §.si quis post.in fin.ff.de condict. indebiti. l.quoties in perpetuum. 61. ibi, nec quod solutum est, repeti posit. ff. de solut.* Exemplum proponitur *l. qui hominem. 34. §.fin.l.cum quis.38 §. hominem. & §. de peculio. ibi, & magis.ff.d.tit. Concordat l.Paulus.101. in princ.ff.eod tit. Alias leges concordantes vide supr. cap. 7. except. 1. distinct.1. Item concordant ea, quæ proponuntur infr. cap. prox. reg.2. except.1.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum alius per errorem indebitum soluisset, malit solutum à debitore repetere, quam à creditore. *approbatur per ea, quæ proposita sunt d.distinct.1.repl.1.*

XXXII. Exceptio; Nisi non debito loco sit solutum. *l.obsignatione.9.in fin. C.de solut.l.fideiussor.16. §. qui certo. ff. de fideiuss. l. qui Romæ.122. in princ.ff. de verb.obligat.l.is qui. 9.ff. de eo quod certo loco.l.2.§. item Iulianus.ff.d tit. & l.ei apud quem.3. §. in sequestrum.ff. depositi. M.I.R.d.reg.5. except.15.* Sane pro declaratione propositæ exceptionis sciendum, quis sit locus solutioni debitus: *de qua re paulo inferius dicetur.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi aliqua sit iusta causa alio loco soluēdi, quę iudicem moueat. *l.vsuras.8.C.de solut.* Altera replicatio est: Nisi creditor volens alio loco acceperit. *l.2.§. idem Iulianus. ff. de eo quod certo loco.* Tertia: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio alibi solutum sit, debitorque interesse loci præstare sit paratus. *d.§. idem Iulianus.* Quarta; Nisi creditor expensas itineris præstare nolit. *l.12.in prin.ff.depositi.* Nunc quis sit locus solutioni debitus, definiendum. de qua re hæc regula notanda, quod ibi, vbi res est, solutio sit celebranda, non alibi. *l.si in Asia. 12. §.1.ff. depositi.l.ratio.3.§. fin. ibi, nam quod à Brundusio. ff. de actio. empt. l.sed etsi. 11.§. quo autem. ff. ad exhibendum. l.si res.10. cum duabus legib. sequentib.ff. de rei vendic. l. quod legatur.38.in princ.ff.de iudicis. M.I.R. d.except.15.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi res dolo malo debitoris alia sit translata: tunc enim ibi dari debet, vbi petitur. *l.si vero. 12.ff. de rei vendicat. d.l.38. in princip. ibi, nisi dolo malo, &c. l.si in Asia.12.§.1.ibi, in quo sine dolo malo, &c.ff. depositi. item l.sed etsi.11.§.interdum.ff.ad exhibend.* Secunda exceptio videtur: Nisi alibi sit contractum. sed reprobatur *d.l.12. §.1 l.ratio.3. in fin.ibi, etsi venditio alibi facta sit.ff.de act.empt.* Tertia exceptio est: Nisi actor

si actor suis impensis suoq; periculo rē alio tiāsferri velit. *d.l.12.§.1.d l.11.§. quo autē loco. ibi, periculo autem.ff.ad exhibendum.item l.si res.10.in fin.cum l.seq. ff.de rei vendic.* Quarta: Nisi inter actorem & reum conuenerit, vt alio loco soluatur *l. is qui.9.ff.de eo quod certo loco. l. fideiussor.16. §. qui certo.ff. de fideiussorib.item l.quamuis.51.ff. de iudic. M.I.R.d. exc.15. dist.2.* Huius exceptionis replicationes, *vide sup. lib.16. c.11.* Quinta exceptio est; Nisi reus alibi cœperit soluere. *l.si fideicommissum.50.§.fin.ff.de iudiciis.* Plura de regula proposita eiusq; exceptionibus, *vide sup.lib.13.c.1.q.2.reg.1.*

XXXIII. Exceptio; Nisi non debito tempore solutum sit. *l.solidum.85.ff.de solut. l. cum res.47.in princ. ff. de leg. 1. Item concordant ea, quæ proponuntur sup.lib.15.cap.7. quæst.1. causa 2.in princ. M.I.R. d.reg.5. except.16.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ante tempus soluatur. *l. continuus. 137. §. cum ita stipulatus. ibi, nam & quod. ff.de verbor.obligat. l.qui res suas.98.§. mihi decem. ibi, nam cum in.ff.de solut. l. quod quis.49.ff.de act. & obligat .l.quod die.70.ff. de solut.l.intra dies.7.ff.de re iudicata.l.1.§.1.ff.de condit. & demonstrat. l. post mortem.12. C. de fideicomm. l.sub conditione.16.ibi. & hoc etiam.item l.cum quis.38.§.qui hominem, ibi, perinde atque si. ff. de solut. M.I.R. d. except.16.repl.1.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi tempus creditoris gratia sit adiectum; hoc enim casu etiam ante tempus solutio facta non parit liberationem. *l. eum qui.15.ff.de annuis leg.item l.qui Romæ. 122.in princ. ff. de verbor.obligat. M.I.R.d.replic.1.dupl.1.* Altera duplicatio est; Nisi cum ei, qui patris potestate est, sub conditione legatū esset, ante existentem conditionem legatū solutum sit adhuc in patris potestate constituto. *l.filiusfamilias.111.§.diui.ff.de leg.1.* Tertia; Nisi cū ei, qui in patris potestate est cōstitutus, legatum esset hoc modo, Rogo des filio tuo, faciasq; vt ad eam perueniat; adhuc in patris potestate constituto legatum solutum sit. *l. vbi pure. 19. in pr. ff.ad SC. Trebell.* Quarta; Nisi cum pluribus sub cōditione, vel in diem incertū legatum relictum esset, vni ex iis pendente conditione portio eius soluta sit, isq; pendente eadem cōditione decesserit. *d.§.d ui.l.vxorem.39.§. Seium.ff.de leg.3.* Huius duplicationis triplicatio proponitur *l.mulier. 22. in pr.ff.ad SC.Trebellianum.* Quinta duplicatio est: Nisi cum in diem incertū deberetur, ante diem sit solutum. *l.stipulatio ista.38.§.inter certa ff. de verb. oblig.l.qui promisit.48.ff.de condict.indebiti.* Huius duplicationis ratio est, quia pendente conditione vel die incerta, debiti dies nōdum cedit; sed cum conditio extiterit, deberi incipit. *l. legata. 40.ff.de condit. & demonstr. & l. hæc venditio. 7. in princ. ibi, conditionales.ff.de contrah.empt.* Ideoq; cum obligatio adhuc nulla sit: nec liberatio per illam solutionem contingere potest. Itaq; solutum repetitur. Conditione tamen existente, liberatio contingit. *l.sub conditione. 16. & l.cum quis.38.§. qui hominem.ibi, perinde atq;.ff.de solut.* nisi in casibus *sup.in duplicationibus præcedentibus* propositis. Sexta duplicatio est: Nisi is, qui soluendo non est, vni ex creditoribus ante diem soluerit; hoc enim casu Pauliana competit actio. *de qua re inf.lib.prox.c.14. q.5.except.3.replic.2.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus sunt dicta.

Secunda replicatio est: Nisi non multo post tempus solutum sit. *l.quod dicimus.105. ff. de solutionib. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 16. c.4.except.8.repl.3.dupl.1.M.I.R.d.exc.16.repl.2.* Plures propositæ exceptionis replicationes, *vide d.c. 4. item sup.lib.15.c.7.q.1.caus.2.*

XXXIV. Exceptio; Nisi instrumentum contractus non sit redditum. reprobatur *l. inductum. 22. C.de solut.l.nihil interest.4. in fin. item l.si actor. 19. C.eod.tt.l.propter instrumenta.5.in fin. C.depositi.*

XXXV. Exceptio; Nisi res in solutum data euicta sit. *l.si quis. 46.ff. de solut. l. qui res suas. 98. in pr.l. qui sibi.33.in prin.ff. eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima videtur: Nisi pars tantum rei sit euicta, sed reprobatur *d.l.46.* Altera replicatio est; Nisi per Fauianam actionem res in solutum data euincatur. *d.l.98.§. diuersum.ff. de solut.l.si fraudator. 25.§.si à socero.ibi, nec vllum regressum.ff.quæ in fraudem cred.* Tertia; Nisi per in integrum restitutionem minor rem quam in solutum dedit, euincat. *d. l. 98.§.huic applicatur.*

XXXVI. Exceptio: Nisi res in solutum data interierit. reprobatur *l.pro his.4. C.de naufragiis.l.si ita. 126.§.1.ff.de verb.oblig.*

XXXVII. Exceptio; Nisi debitor antea vt solueret à domino interpellatus, soluere noluit. hoc enim casu videtur postea per procuratorem cōuentus, solutionem offerendo cōdemnationem non effugere. Sed hæc exceptio reprobatur *l.si reus.73.ff.de procuratorib.* Hactenus de exceptionibus aduersus solutionem.

QVIBVS EX SOLVTIONE LIBERATIO competit? Item quid veniat in solutionis exceptionem? seu à quo debito per solutionem contingat liberatio?

CAP. X.

PRima regula; Reo soluente, fideiussoribus quoque solutionis exceptio prodest. *Institut. quib.modis toll.oblig.§.item si reus.l.cum quis.38.§. de peculio.item l.egist.84.ff.de solut.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi pars tantum debiti soluta sit ita, vt alter tantum ex fideiussoribus liberetur, hoc enim casu alteri fideiussori solutionis exceptio non prodest. *de qua re vide sup. cap.prox. except. 15.repl.1.dupl.5.tripl.1.* Altera exceptio est; Nisi ex alia causa, quam pro qua fideiussor intercessit, solutio facta sit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi cum iudicatum solui satisdatum esset, reus condemnatus ex causa iudicati soluerit. hoc enim casu etiam iudicatum solui stipulatio, pro qua fideiussor acceptus est, extinguitur. *d.§.de peculio.*

II. Regula; Fideiussore vel mandatore soluente, reus quoq; principalis liberatur. *Inst.quib.modis toll.oblig.§.item si reus.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi fideiussor, cum exceptione tutus esset, per errorem soluit. *l.si fideiussor. 59. ff. de condict.indebiti.* Exemplum proponitur *l.cum is.32.§.1. ff.eod.tt.& l.si is.49.§.fin.in fin. ff. de solutionib.* Altera exceptio est; Nisi cum quis pro duobus fideiussisset, ita soluerit, vt vnus tantum liberetur, hoc enim casu alteri solutionis exceptio nō prodest. *l. vbi fideiussor.24.ff.de solutionib.* Tertia; Nisi fideiuss-

deiussor soluens cessa sibi à creditore actione experiatur: hoc enim casu reus solutionis exceptione aduersus fideiussorem agentem non defenditur. *l. Papinianus. 28. ff. mandati. & l. Stichum. 95. §. si mandatu. ff. de solutionib.*

III. Regula, Vno reorum promittendi vel socio debiti soluente, alter quoque reus vel socius liberatur. *Institut. de duobus reis stipul. §. ex huiusmodi, ibi, in vtraque. Concordat l. in duobus. 3. §. fin. ff. d. tit.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vnus exceptione tutus per errorem soluerit. *l. qui hominem. 34. §. fin. ff. de solutionib.* Altera exceptio est: Nisi cum vnusquisque ex pluribus non in solidum, sed pro parte virili teneretur, per errorem solidum soluit. hoc enim casu etiam id quod plus sua parte soluit, repetere potest; ideoque socius debiti non liberatur. *quæ exceptio approbatur l. Paulus. 101. in prin. ff. eod. tt.*

IV. Regula, Si cum quis à Seio stipulatus esset, quanto minus à Titio consequi possit: Titius totum soluerit. hoc enim casu Seio quoque solutionis exceptio prodest. *l. si decem. 21. in fin. ff. de solutionibus.* Hæc de quæstione, Quibus solutionis exceptio competat, sint dicta. Plures huiusmodi regulas, *vide sup. cap. 7. except. 1.* Aduersus quos competat solutionis exceptio, *vide sup. cap. 8.*

QVID VENIAT IN SOLVTIONIS exceptionem? seu à quo debito per solutionem contingat liberatio?

Regula, Si cum ex pluribus causis eidem ab eodem deberetur, pars, non omnis pecunia debita soluta sit, non expressa causa in quam soluatur: in duriorem causam id quod solutum est, acceptoferendum. *l. cæterum. 3, & l. in his. 5. in prin. ff. de solutionibus. M. I. R. lib. 5. cap. 12. reg. 6.* Pro declaratione huius regulæ sciendum, quæ duriores, quæ leuiores causæ dicantur? de qua re in regulis proxime sequentibus tractabitur. nunc propositæ regulæ exceptiones sunt enumerandæ. quarum prima est; Nisi debitor, cum soluit, exprimat in quam causam velit solutũ; in hanc enim causam, quamuis leuiorem, à creditore solutum est acceptoferendum. *l. 1. in prin. d. l. 5. §. si duos. l. vbi fideiussor. 24. l. Paulus. 101. §. 1, item l. creditor. 102. §. cum de sorte. ff. eod. tt. l. 1. C. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi debitor non statim in ipsa solutione, sed ex interuallo dicat, in quod debitum velit esse solutum. *l. 1. in fin. cum seqq. ff. de solutionib.* Altera replicatio est: Nisi in indebitam causam se soluere debitor per errorem expresserit. *d. l. 102. §. fin. ff. eod. tit.* Tertia: Nisi non soluat debitor, sed ex distractione pignoris creditor debitum retineat. *d. l. 101. §. Paulus. ff. d. tit. Concordat l. cum & sortis. 35. in princ. ibi, nec audiendus. ff. de pignor. action.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est; Nisi creditor, cui soluitur, exprimat in quod debitum accipere velit. *l. 1. §. quoties. ff. de solutionib. l. 1. §. quod si debitor. C. eod. tt. l. si vsuras. 21. C. de vsuris.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi debitor ante dixerit, in quod debitum velit esse solutum. *quæ replicatio legibus iam propositis approbatur.* cuius duplicationes *vide sup. except. prox. replicat. 1. cum duabus seqq. replicationibus.* Altera replicatio est: Nisi non statim cum ei soluitur, sed ex interuallo creditor dicat, in quod debitum id quod soluitur, accipiat. *l. 1. in fin. cum duabus legibus seqq. ff. de solutionib.* Tertia: Nisi creditor non in id debitum constituat solutum, in quo si ipse deberet, se esset exoneraturus. *d. l. 1. ibi, dummodo in id.* Huius replicationis exemplum est, si creditor in naturale tantum debitum constituat: hoc est, quod solutum quidem per exceptionem retineri potest, non autem solutum per actionem peti non potest. *quod exemplum proponitur l. si is. 94. §. Fauius. ff. de solutionibus Concordant ea quæ proponuntur inf. reg. 11. except. 1.* Plane propositæ replicationis duplicatio est: Nisi creditor non ex solutione debitoris, sed ex distractione pignoris pecuniam acceperit. *l. Paulus. 101. §. Paulus. ff. de solutionibus. l. in his. 5. §. Imperator. item l. ob triginta. 73. ff. eod. tt.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi cum eodem tempore duobus contractibus pignora obligarentur: creditor in vnum, non in vtrumque contractum precium ex distractione pignorum redactum acceptoferre velit. *l. pupilli. 96. §. cum eodem. ff. d. tt.* Quarta replicatio est: Nisi cum creditor eodem tempore in duos contractus pignora accepisset, iis distractis precium in vnum tantum contractum, non in vtrumque acceptoferre velit. *d. §. cum eodem.* Hæc de secunda exceptione. Tertia propositæ regulæ exceptio videtur: Nisi pecunia numerata maior sit, quam illud debitum, in quod lex solutum vult acceptumferri. sed reprobatur *l. cum ex plurib. 97. §. fin. ff. de solut. Concordat d. l. 96. §. cum eodem, in fin.* Hæc de prima propositæ quæstionis regula, cuius aliquot species sequuntur.

II. Regula: Quod solutum est, potius in eam causam, cuius dies vel conditio venit, quam in eam cuius adhuc conditio pendet, vel dies nondum venit, acceptoferendum est. *l. cæterum. 3. in fin. ff. de solutionib. l. cum ex plurib. 103. item l. 1. ibi, aut cuius dies. ff. d. tt.*

III. Regula: Quod solutum est, potius in id debitum, quod soluens suo, quam quod alieno nomine debet, acceptoferendum. *l. & magis. 4. in prin. & l. cum ex pluribus. 97. ibi, post hunc. ff. eod. tt.*

IV. Regula: Quod solutum est, potius in id quod sub pœna, quam quod sine pœna debetur, acceptoferendum. *d. l. 4. l. si quid. 7. in fin. item d. l. 97. in prin. ibi, mox eius. ff. d. tt.*

V. Regula: Quod solutum est, potius in id quod cũ fideiussore, quam quod sine fideiussore debetur acceptoferendum. *d. l. 4. in fin. & l. in his. 5. in prin. ibi, grauior etiam. ff. eod. tt.*

VI. Regula: Solutum potius in id debitum, quod sub pignore, quam quod sine pignore debetur, acceptoferendum. *l. cum ex plurib. 97. in prin. ibi, tertio. ff. de solutionib.*

VII. Regula: Solutum potius in id quod ex causa famosa, quam quod ex non famosa causa debetur, acceptoferendum, *l. si quid. 7. in princ. & d. l. 97. in princ. ff. eod. tt. item l. si in duab. 104. ff. de reg. iuris.*

VIII. Regula: Si ex alia causa maior summa, ex alia minor debetur: neutra alteri præponenda. *d. l. 104. ibi, & si summam disparem habeant.*

IX. Regula: Causa iudicati durior habetur. *l. si quid. 7. ibi, proinde. ff. de solutionib.*

X. Regula: Antiquior causa præponenda minus antiquæ. *l. in his. 5. in prin. l. vbi fideiussor. 24. & l. cum ex plurib. 97. in prin. ibi, etsi nihil. ff. d. tt.* Huius exemplum proponitur *l. ex plurib. 89. §. fin. ff. eod. tt.* Aliud *l. pupilli. 96. §. cum eodem, in fin. ff. eod. tit.* Item aliud *l. creditor. 102. §. Valerius. ff. d. tt.*

XI. Regula: Solutum prius in vsuras, deinde in sortem accepto ferendum. *l. in his. 5. §. Imperator. ibi eidem autem. ff. de solutt. l. cum & sortis. 35. in prin. ff. de pignor. actione. l. si vsuras. 21. C. de vsuris. l. 1. in fin. C. de solutionibus. l. Titia. 48. §. fin. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi vsuræ sint indebitæ: hoc est, quæ peti quidem non possunt, solutæ autem non repetuntur. *d. §. Imperator. ibi, sed si forte. l. si is. 94. §. Fauius. ff. eod. tt. de solutionibus.* Cuius exceptionis replicatio prima est: Nisi specialiter in vsuras indebitas pecunia sit soluta. *d. §. Imperator. ibi, & sicut ex pacti conuentione.* Altera; Nisi non ex solutione debitoris, sed ex distractione pignorum creditor pecuniam acceperit. *d. §. Imperator. Concordat l. Paulus. 101. in fin. ff. eod. tt.* Altera propositæ regulæ exceptio videtur; Nisi creditor debitori cauerit, solutum se in sortem & in vsuras accipere. Sed reprobatur *l. in his. 5. §. fin. cum l. seq. ff. de solutionib.*

XII. Regula, Si plures causæ priores concurrant, vtra vti sit præferenda, definitur *l. cum ex plurib. 97. in prin. ff. de solutionib.*

XIII. Regula, Si omnes causæ ex quibus debetur, pares sint, vt neutra alteri sit præponenda; in omnes causas pro portione id quod solutum est, acceptoferendum. *l. illud. 8. ff. de solutionib. l. in his. 5. §. Imperator. ff. eod. tt.*

Exceptiones hactenus enumeratarum regularum generales, *vide sup. reg. 1.*

XIV. Regula: Interdum ex vna causa solutio facta, parit etiam liberationem causæ alterius. quæ regula approbatur, simul & exemplis declaratur *l. in numerationib. 44. in princ. ff. de solutionibus. Concordat l. cum quis 38. §. de peculio. ff. eod. tt.* Hæc de solutionibus.

DE ACCEPTILATIONIBVS.

CAP. XI.

PRimo: Definitio acceptilationis proponitur *l. 1. ff. de acceptil.* Est enim acceptilatio liberatio per mutuam interrogationem, qua vtriusq; cõtingit ab eodem nexu absolutio. Declaratur hæc definitio *Institut. quib. mod. toll. oblig. §. item per acceptil. Concordat l. sane & sic. 7. ff. de acceptil.*

II. GENVS ACCEPTILATIONIS.

Similis liberationis species est. *l. verborum obligat. 107. in fin. ff. de solutionib.* Huic quodammodo contradicit *l. an inutilis. 8. §. fin. ibi, quia hoc iure vtimur. ff. de acceptil.*

III. DIFFERENTIA inter acceptilationem & apocham proponitur *l. si accepolatum. 29. §. fin. ff. de acceptilatione.* Plane quod ibi dicitur de apocha, de eo vide plura *sup. lib. 2. c. 18. quæst. 8. specie 1. except. 3.*

IV. SIMILE.

Acceptilatio solutioni similis est. *l. in diem. 5. ff. de acceptil. l. non solum. 7. §. si is qui. ff. de liberat. legata.*

V. DE EXCEPTIONIBVS aduersus acceptilationem.

Regulariter quidem per acceptilationem tollitur obligatio, & liberatio cõtingit. *d. l. 5. & d. §. si is qui. Quibus concordat Institut. quib. mod. toll. oblig. §. item per acceptil. M. I. R. lib. 5. c. 12. reg. 7.* Sed huius regulæ plures etiam sunt exceptiones nunc ordine proponendæ: & primum eæ, quæ sumuntur ex persona acceptoferentis.

I. Exceptio; Nisi alius quam creditor acceptotulerit. approbatur simul & distinguitur *l. & per iusiurandum. 13. §. tutor. ff. de acceptilat. l. pactum. 22. C. de pactis, item l. per procuratorem. ff. de acceptil. M. I. R. d. reg. 7. except. 1.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi alius mandato creditoris interueniente acceptumfecerit. *d. l. 3.* Cuius duplicatio est: Nisi seruus iussu creditoris domini sui acceptum fecerit. *l. seruus. 22. ff. de acceptilat.* Altera replicatio est: Nisi tutor, curator, vel procurator creditoris prius nouauerit obligationem. *d. §. tutor.* Tertia: Nisi hæres creditoris acceptum fecerit. *l. & per iusiurandum. 13. §. penult. ff. de acceptilat.* Quarta: Nisi vnus ex reis stipulandi acceptumfecerit. *d. l. 13. §. vlt. l. si rem. 31. §. si duo. ibi, item vnius. ff. de nouationibus. item l. 2. in fin. ff. de duobus reis constit. M. I. R. d. except. 1. repl. 1.*

II. Exceptio; Nisi vnus tantum ex duobus vel pluribus creditoribus acceptotulerit. reprobatur in reis stipulandi *per ea quæ iam repl. proximi sunt proposita.*

III. Exceptio; Nisi pupillus acceptotulerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi tutoris authoritate interueniente, pupillus acceptotulerit. *l. 1. C. de acceptilationib.*

IV. Exceptio; Nisi seruus acceptotulerit. *l. seruus. 22. ff. de acceptil.* Hæc de exceptionibus sumpti ex persona acceptoferentis; sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex persona eius, cui est acceptolatum.

V. Exceptio; Nisi alij quam debitori sit acceptolatum. ipso quidem iure subsistit exemplo *l. & per iusiurandum. 13. §. tutor. ibi, ne his quidem. ff. de acceptilat. Concordat l. an inutilis. 8. §. filiusfamilias. ibi, pater. ff. de acceptilat.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi nouatione interueniente alij quam debitori sit acceptolatum. *d. vers. ne his quidem. Qui concordat l. si debitor. 91. ff. de solution.* Altera replicatio est: Nisi hæredi debitoris sit acceptolatum. *d. l. 13. §. penult. ff. de acceptilat.* Tertia: Nisi seruo debitoris sit acceptolatum. *l. an inutilis. 8. §. seruus. & l. species. 11. ff. eod. tit. l. si debitor. 63. ff. de solutionibus.* Quarta: Nisi ei, qui bona fide à debitore possidetur, sit acceptolatum. *d. l. 11. ibi, idemque dicemus.* Quinta: Nisi filiofamilias debitoris sit acceptolatum. *d. vers. idemq; dicemus.* Sexta: Nisi vni ex reis promittendi sit acceptolatum. approbatur *per ea quæ proponuntur inf. quæst. prox. reg. 2.*

VI. Exceptio; Nisi seruo sit acceptolatum. reprobatur *d. l. 11. Concordat l. an vtilis. 8. §. filiusfam. ibi, idem erit & in. ff. eod. tt. de acceptil.*

VII. Exceptio; Nisi filiofamilias acceptolatum. reprobatur *d. §. filiusfamilias.*

VIII. Exceptio; Nisi pupillo sit acceptolatum. reprobatur *l. 2. ff. de acceptil.*

IX. Exceptio; Nisi vni ex pluribus eiusdem rei debitoribus sit acceptolatum, reprobatur *l. sed etsi.* 10. *in fin. ff. de acceptil.* Plura de hac exceptione *vide inf. quæst. prox. reg.* 2.

X. Exceptio: Nisi maritus vxori acceptotulerit. *l. si sponsus.* 5. §. *si maritus duos. ff. de donat. inter virum & vxorem.* Hactenus de personis acceptilationis tam acceptoferentium, quam eorum quibus acceptofertur. Sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex re quæ acceptofertur.

XI. Exceptio: Nisi alia quam verborum obligatio acceptoferatur. *l. an vtilis.* 8. §. *acceptum. ff. de acceptilat. Instit. quibus modis tollitur obligat.* §. *item per acceptil. ibi, quo genere. item l. prout.* 80. *ff. de solut. M.I.R. d. reg.* 7. *except.* 2. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi alia obligatio nouetur, & in verborum obligationem transformetur. *Instit. d.* §. *item per acceptil. ibi, sed & id. l. si in stipulatum.* 17. *ff. de donationib. l. Aquiliam.* 4. *ff. de transactionib. l.* 2. *cum l. seq. C. de acceptil.* Declaratur replicatio proposita *Instit. quib. mod. toll. obligatio.* §. *est autem. Concordat l. & ex vno.* 18. *ff. de acceptil.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione. Altera replicatio est; Quod quamuis alia obligatio quam verborum, per acceptilationem ipso iure tolli non possit: tollitur tamen exceptionis ope. *l. si acceptilatum.* 19. *in prin. ff. eod. tt. M.I.R. d. c.* 11. *d. except.* 2. *repl.* 1. *& d. lib.* 5. *c.* 11. *reg.* 4. *replic.* 7. Huius replicationis ratio est, quia inutilis acceptilatio vtile habet pactum. *de qua re vide inf. ead. quæst. in fin.*

XII. Exceptio; Nisi obligatio iureiurando firmata acceptoferatur, reprobatur *l. & per iusiurandum.* 13. *in prin. ff. d. tt.*

XIII. Exceptio; Nisi plures obligationes simul acceptoferantur. reprobatur *d. l.* 18.

XIV. Exceptio: Nisi aliud quam debetur, sit acceptolatum. *l. nisi consentiat.* 14. *ff. de acceptilatione. d. l.* 13. §. *illud certum. item* §. *eum qui.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pars eius, quod debetur, acceptolata sit. *d.* §. *illud certum. Instit. quibus modis toll. obligat.* §. *sicut autem. l. pars stipulationis.* 9. *cum l. seq. & l. qui hominem.* 17. *ff. de acceptil.* Cuius replicationis duplicatio prima est: Nisi id quod debetur, diuisionem non accipiat. tunc enim pro parte acceptilatio fieri non potest. *l. & per iusiurandum.* 13. §. 1. *ff. de acceptilat.* Huius duplicationis triplicatio prima est; Nisi omnes partes simul acceptoferantur. *d.* §. 1. *vers. si autem iter & actus.* Altera triplicatio est: Nisi talis res sit, quæ solui quidem pro parte non potest, peti tamen pro parte potest. hoc enim casu pro parte acceptilatio fieri potest. approbatur exemplo hominis debiti *l. sed & si,* 10. *& l. qui hominem.* 17. *ff. de acceptilationibus.* Altera propositæ replicationis duplicatio est; Nisi dempta parte, totũ non retineat suum nomen. approbatur exemplo *d. l.* 13. Tertia duplicatio est: Nisi cum domus deberetur, cæmenta, fenestræ, vel diæta acceptoferantur. *d. l.* 13. §. *illud certum, in fin.* Quarta; Nisi cum fundus deberetur, vsusfructus eius acceptoferatur. *d.* §. *illud certum.* Quinta; Nisi quasi pars tantum deberetur, ea sit acceptolata. *d. l.* 13. §. *si quis vsumfructum.* Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio est: Nisi genere promisso, species acceptoferatur. *d. l.* 13. §. *si is qui hominẽ.* Tertia; Nisi vltra id quod est promissum, aliquid acceptumferatur. *l. si is qui.* 15. *ff. de acceptil.* Quarta; Nisi cum via deberetur, iter & actus acceptoferatur. *l. & per iusiurandum.* 13. §. 1. *ibi, si autem iter & actus. ff. eod. tt.*

XV. Exceptio: Nisi aliud quam rogatus est creditor, acceptotulerit. *l. plurib.* 6. *in fin. ff. de acceptil.* Hactenus de personis & rebus acceptilationis; sequuntur nunc exceptiones ex aliis circumstantiis desumptæ.

XVI. Exceptio: Nisi sub conditione sit acceptolatum. *l. acceptilatio.* 4. *ff. de acceptil. l. actus legitimi.* 77. *ff. de reg. iur. M.I.P. lib.* 5. *c.* 12. *reg.* 6. *M.I.R. lib.* 5. *c.* 15. *reg.* 3. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi conditio non expresse, sed tacite insit acceptilationi. *d. l.* 77. *ibi, nonnunquam tamen.* Altera replicatio est, quod quamuis acceptilatio sub conditione facta ipso iure non liberet, liberat tamen exceptionis ope. *l. si intra.* 41. *ff. de pactis.*

XVII. Exceptio; Nisi in diem sit acceptolatum. *l. in diem.* 5. *ff. de acceptil. d. l.* 77. *ff. de reg. iuris.*

XVIII. Exceptio; Nisi acceptilatio non consentiat obligationi, & falsum contineat. *l. nisi consentiat.* 14. *ff. de acceptil.*

XIX. Exceptio; Nisi non solennibus verbis acceptilatio facta sit. *Instit. quibus modis tollitur oblig.* §. *sed & græce. Concordat iisdem verbis l. an inutilis.* 8. §. *fin. ff. de acceptilationibus. l.* 1. *ibi, an solennibus. C. eod. tit.* Quæ autem sint verba acceptilationis solennis, *vide except.* 10. *replic.* 1.

XX. Exceptio: Nisi ante diem vel conditionẽ obligationis existẽtem acceptolatum sit. reprobatur *l. quod in diem.* 12. *ff. de acceptilat. l. actus legitimi.* 77. *in fin. ff. de regul. iur. l. Aquiliana.* 4. *in fin. ff. de transactionib. l. sub conditione.* 16. *ff. de solutionib. l. si sub conditione.* 21. *ff. de acceptilat.* Plane admittitur exceptio proposita, primum quidem, cum Stichus aut decem sub conditione deberentur, & Stichus acceptolatus esset: is pendente conditione decesserit. *l. & per iusiurandum.* 13. §. *si Stichum. ff. de acceptil.* Deinde admittitur, si fideiussori sub conditione accepto sit acceptolatum; hæc enim acceptilatio non prodest reo principali. *de qua re vide infra quæst. prox. reg.* 1. *except.* 3.

XXI. Exceptio; Nisi ante contractam obligationem sit acceptolatum. *d. l.* 13. §. *qui ita.*

XXII. Exceptio; Nisi debito iam soluto acceptolatum sit. *l. cum decem.* 71. §. *item si ignorans. ff. de solutionibus.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi creditor postea de solutione certior factus, eam non habuerit ratam. *d.* §. *item si ignorans. vers. contra si ratum.*

XXIII. Exceptio; Nisi post rei debitæ interitũ acceptolatum sit. ipso quidem iure subsistit: cum debitum quod acceptofertur, nullum sit. vtpote interitu rei debitæ iam extinctum. Verum eius replicatio est; Nisi debitum rei interitu non fuerit extinctum. approbatur exemplo rei debitæ, quæ post moram à debitore factam interiit. *l. si seruum.* 91. §. *fin. ff. de verb. oblig.*

XXIV. Exceptio; Nisi pecunia debita non sit soluta. reprobatur *l. si acceptolatum.* 19. *in fin. ff. de acceptilat.*

XXV. Exceptio; Nisi causa ob quam acceptolatum est, non sit secuta. approbatur exemplo *l. licet.* 43. *in prin. ff. de iure dotium.*

XXVI. Exceptio; Nisi cum debitum conditionale acceptolatum esset, conditio debiti postea defecerit. *l. actus legitimi.* 77. *in fin. ibi, nam si acceptum feratur. ff. de reg. iur.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Hæ sunt exceptiones aduersus acceptilationem, quarum replicatio generalis est: Quod quamuis acceptilatio inutilis sit, prosit tamen ad exceptionem. *l. si vnus.* 27. §. *si acceptilatio. ff. de pactis. M.I.R. lib.* 5. *cap.* 12. *reg.* 7. *except.* 2. *replicat.* 2. Exemplum *vide sup. except.* 11. *replicat.* 2. *M.I.R. lib.* 5. *cap.* 11. *reg.* 4. *replic.* 7. Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi in id non sit consensum, vt acceptilatio vim pacti haberet. *l. an inutilis.* 8. *in princ. ff. de acceptilationib. M.I.R. d. replic.* 1. *duplic.* 1. Altera duplicatio est: Nisi tale sit vitium acceptilationi, ob quod etiam pactũ non prodesset. approbatur exemplo præcedentis duplicationis. Nam quemadmodum deficiente consensu deficit pactum, & per hoc etiam replicatio proposita: ita etiam de aliis omnibus quæ pactum vitiant, est censendum: vtputa si pupillus sine tutoris authoritate acceptotulerit, &c.

VI. QVIBVS ACCEPTILATIO PROSIT?

I. Regula: Si fideiussori acceptolatum est, liberatur simul etiam reus principalis. *l. si ex pluribus.* 16. §. *fin. ff. de acceptilat.* Huius regulæ exceptio prima videtur; Nisi reus re, nõ verbis fuerit obligatus. Sed reprobatur *l. & per iusiurandum.* 13. §. *si fideiussori. ff. d. tt.* Altera exceptio est; Nisi antequã reus obligaretur, fideiussori sit acceptolatum. *d. l.* 13. §. *qui ita stipulatus.* Huius exemplum est, si cũ reus sub conditione esset obligatus, fideiussori pendente illa conditione fuerit acceptolatum. *quod proponitur d. l.* 13. §. *si legatorum.* Tertia exceptio est: Nisi fideiussori sub conditione accepto, pendente conditione sit acceptolatum. *approbatur certo modo l. penult. ff. de fideiussorib.*

II. Regula, Si vni ex iis, qui eandẽ pecuniam debent, acceptolatum sit; liberatur & alter. *l. si ex plurib.* 26. *ff. de acceptil. l.* 2. *in fin. ff. de duobus reis constit. M.I.R. d. c.* 12. *reg.* 8. Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum maritus vxorem & extraneum obligatum haberet, vxori acceptotulerit. hoc enim casu neuter liberatur. *l. si sponsus.* 5. §. *si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Altera exceptio est: Nisi cum maritus vxorem & extraneum obligatum haberet, extraneo acceptotulerit. hoc enim casu vxor non liberatur. *d.* §. *si maritus.* Tertia; Nisi singuli non insolidum, sed pro parte teneantur. approbatur exemplo hæredum *l.* 2. §. *si tamen hominem. ff. de verb. oblig.*

III. Regula, Si filiofamilias acceptolatum sit, liberatur etiam eius pater. Idemq; si seruo acceptolatum sit; nam liberatur etiam eius dominus. *l. an inutilis.* 8. §. *filiusfamilias. ibi, & tollantur etiam. & l. si species.* 11. *ibi, sed etsi seruo. ff. de acceptil.*

VII. ADVERSVS QVOS ACCEPTILATIONIS EXCEPTIO COMPETAT?

Regulariter quidẽ acceptilatio alij quam qui acceptotulit, non obstat. Verum eius regulæ exceptio est: Nisi vnus ex reis stipulandi, quibus singulis in solidum debetur, acceptotulerit. hoc enim casu etiam alteri exceptio nocet. *approbatur per ea quæ proposita sunt sup. q.* 5. *except.* 1. *repl.* 4.

VIII. QVID VENIAT IN ACCEPTILATIONIS EXCEPTIONEM? SEU À QUO DEBITO CONTINGAT LIBERATIO?

Acceptilatione vnius debiti facta, non contingit liberatio ab alio. *l. cum Aquiliana.* 5. *ff. de transactionibus. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib.* 2. *cap.* 41. *except.* 17. *item lib.* 15. *cap.* 18. *in princ.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum generaliter acceptilatio concepta esset, non appareat de quo debito sit actum. *l. pluribus.* 6. *ff. de acceptilat.* Altera exceptio est: Nisi iudicatum solui stipulatio sit acceptolata. hoc enim casu etiam de re defendenda & de dolo malo clausula extincta est. *l. si acceptio.* 20. *ff. d. tt. de qua re vide etiam sup. lib.* 2. *cap.* 15. *q.* 1. Tertia exceptio est: Nisi cum mutua actio esset: puta empti & venditi, locati & conducti, &c. vnus alteri acceptotulerit. hoc enim casu is quoq; qui acceptotulit, ab eo, cui acceptotulit, eo contractu liberatur. *l. vlt. ff. de acceptilat. Concordat l. cum emptor.* 5. *in princ. ff. de rescind. vendit.* Contradicit *l. si conuenerit.* 55. *ff. de pactis.* Quarta exceptio est: Nisi cum quis Stichum aut decem stipulatus esset, Stichum acceptotulerit. hoc enim casu nec decem peti possunt. approbatur simul & distinguitur *l. si vnus.* 27. §. *sed si stipulatus. ff. de pactis. Concordat l. qui hominem.* 17. *ff. de acceptilat.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi aliud actum sit. *d.* §. *sed si stipulatus.* Altera replicatio est: Nisi cum Stichus aut decem sub conditione deberentur, pendente conditione Stichus acceptolatus sit, & mortuus. *l. & per iusiurandum.* 13. §. *si Stichum. ff. de acceptilat.* Quinta exceptio est: Nisi cum genus deberetur, species aliqua certa sit acceptolata. hoc enim casu tollitur obligatio. *d. l.* 13. §. *si is qui hominem. ff. de acceptilat.* Sexta: Nisi solutione facta plures obligationes simul tollantur: tunc enim idem censendum acceptilatione facta. *de qua re vide sup. cap. prox. in fin.* Hactenus de acceptilationibus.

DE NOVATIONIBVS IN GENERE. CAP. XII.

PRimò: Definitio nouationis proponitur *l. 1. in prin. ff. de nouationib.* Est enim nouatio prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem, transfusio atq; translatio.

II. DIVISIO nouationis & delegationis proponitur *l. delegare.* 11. *in fin. ff. de nouationib.* Fit enim vel per stipulationem, vel per litis contestationem. Differentia harum specierum habetur *l. aliam causam.* 29. *ff. eod. tt.* Sane de prima quidem specie nouationis dicetur in hoc & proximo sequente capite: de altera vero, quæ fit per litis contestationem, *vide inf. c.* 4.

III. EFFECTVS NOUATIONIS.

I. Regula: Nouatione facta, prior obligatio tollitur. *Instit. quib. mod. toll. obligat.* §. *præterea nouat. M.I.R. lib.* 5. *c.* 12. *reg.* 10.

II. Regula: Nouatione facta, pignus liberatur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup. lib.* 17. *c.* 12. *causa* 6.

III. Regula: Nouatione facta, vsuræ amplius non currunt, *per ea quæ proponuntur sup. lib. 15. cap. 7. q. 1. except. gener. 2.* Huius regulæ exceptio est: Nisi per litis contestationem nouatio facta sit. *l. 1. C. de iudiciis.*

IV. Regula: Nouatione facta, mora debitoris purgatur. approbatur simul & distinguitur *inf. c. 17. except. 7. repl. 3.*

V. Regula: Nouatione facta, prior pœnalis stipulatio amplius non committitur. *l. si creditor. 15. ff. de nouationib.*

VI. Regula: Nouatione facta, perit priuilegium dotis & tutelæ. approbatur simul & distinguitur *l. aliam causam. 29. ff. de nouat.* Huius regulæ exceptio est: Nisi per litis contestationem nouatio fiat. *d. l. 29.*

VII. Regula: Delegatione debitoris facta, debitor delegatus suas exceptiones, quas aduersus delegantem habuit, creditori, cui delegatus est, agenti opponere non potest. approbatur simul & distinguitur *l. doli exceptio. 19. & l. si quis. 12. cum l. seq. ff. eod. tit. M. I. R. lib. 5. cap. 11. regul. 8.* Exemplum proponitur *l. penult. ff. eod. tit. Concordant l. qui id. 34. §. final ff. de donat. l. pure mihi. 5. §. si eum. ff. de doli mali except. item l. si donaturus. 9. §. si quis. ff. de condict. causa dati.* Plane propositæ regulæ exceptio prima videtur: Nisi creditor, cui debitor delegatus est, sciuit eum exceptione defendi. Sed reprobatur *d. l. 19.* Altera exceptio; Nisi debitor ignorans sibi exceptionem competere, delegari se passus est. Et hæc exceptio reprobatur *d. l. 12.* Tertia: Nisi exceptione Senatusconsulti Macedoniani delegatus defendatur. reprobatur *d. l. 19.* Quarta; Nisi mulier delegata exceptione Senatusconsulti Velleiani defendatur. *d. l. 19. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 21. cap. 5. quæst. 3. except. 7. replic. 1.* Quinta exceptio est; Nisi delegatus exceptione minorennitatis defendatur: hanc enim etiam ei, cui delegatus est, opponere potest. approbatur simul & distinguitur *d. l. 19.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi minor maior factus, exceptionē illam creditori, cui delegatus est, obiecerit. approbatur *ibidem.* Sexta exceptio; Nisi exceptione hac, Si non libertatis onerandæ causa promissum esset, delegatus se defendat. reprobatur *l. 1. §. siue autem. ff. quarum rerum actio non datur.* Septima: Nisi nō creditori, sed alij donandi gratia vel ex causa lucratiua sit delegatus. *l. 2. §. cum vero ego. ff. de donationibus. l. Iuliauus ait. 7. in prin. ff. de doli mali except. M. I. R. d. reg. 8. except. 2.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi delegatus quoq; deleganti donare voluit. hoc enim casu exceptione aduersus eum, cui donationis gratia delegatus est, non vtetur. *l. qui id. 34. §. fin. ff. de donationib.* Octaua exceptio est; Nisi delegans quoque aduersus eum, cui delegatio facta est, exceptione se potuit tueri. *l. 2. §. item si ei. ff. de donationib. & d. l. 7. §. idem Iulianus. ff. de doli mali except.* Exemplum proponitur *l. si sponsus. 5. §. si debitor. ff. de donat. inter virum & vxor. Concordat item l. si donaturus. 9. in fin. ff. de condict. causa dati.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi delegatus nullam habens exceptionem aduersus delegantem, exceptione delegantis vti velit. *approbatur per ea quæ proponuntur sup. cap. 1. quæst. 7. reg. 3.* Nona exceptio est; Nisi debitum tale sit, quod delegari non potuit. approbatur, simul & declaratur *l. si mulier. 59. §. ex asse. ff. de iure dotium.*

VIII. Regula: Debitori delegato, cui exceptio denegatur aduersus eum, cui delegatus est, datur condictio aduersus delegantem. *l. si quis. 12. & l. si non. 13. ff. de nouationib. l. 1. §. siue autem. ibi, veruntamen. ff. quarum rerum actio non datur. item l. pure mihi. 5. §. si eum, in fin. ff. de doli mali except.* Plane propositæ regulæ exceptio est: Nisi debitor sciens sibi exceptionem competere, se delegari sit passus. *d. l. 12. in prin. ff. de nouationib.*

IX. Regula: Debitor delegatus exceptione, quæ competit deleganti, aduersus delegatum vti non potest: *vt ostensum sup. c. 1. quæst. 7. reg. 3.* Sed delegans hoc casu vel rescissoriam actionem habet, vel condictionem. *l. vt mihi. 21. §. sed ego. ff. de donationib.*

IV. DE EXCEPTIONIBVS contra nouationem generalibus.

Regulariter quidem nouatione facta tollitur prior obligatio, & alia euenient, de quibus *sup. quæst. proxim.* dictum est, dicetur q; *inf. cap. proxim.* verum istarum regularum plures sunt exceptiones nunc ordine proponendæ: & primum quidem generales in hoc capite, deinde speciales singularum specierum nouationis. *inf. cap. prox.*

I. Exceptio; Nisi alius quam creditor nouauerit. *l. si Stichum. 8. §. fin. ff. de nouationib. & l. filius. 23. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi volente & consentiente creditore alius nouauerit. *d. l. 8. in fin. Concordat l. nouare. 20. in prin. ff. eod. tt.* Cuius replicationis duplicatio est: Nisi filiusfamilias vel seruus creditor cōsentiat alium nouare. approbatur simul & distinguitur *l. dubitari. 34. in princ. ibi, nam si alium, ff. de nouationibus.* Altera replicatio; Nisi creditor nouationem ab alio factam ratam habuerit. *l. si quis. 22. ff. d. tit.* Tertia: Nisi ei, qui nouauit, solui recte possit. *l. cui recte. 20. ff. de nouationibus.* Exempla huius replicationis sunt *inf. replic. prox. cum seqq.* Eius autem duplicatio prima est: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titius nouauerit. *d. l. 10. Concordat l. quod stipulatus. 10. ff. de solutionib.* Altera duplicatio est: Nisi cum debitorem meum iusserim Titio soluere, Titius nouauerit. *l. si debitorem. 21. ff. de nouat.* Tertia; Nisi filiusfamilias vel seruus peculiare debitum nouauerit: huic enim quamuis recte solui possit, *vt ostensum sup. c. 7. except. 8. & 9.* tamen ius nouandi non competit. *l. non ideo. 25. ff. de nouat. Concordat l. fugitiuus. 19. in fin. ff. de solutionib.* Plura de hac duplicatione, *vide inf. except. prox.* Hæc de tertia replicatione eiusq; duplicationibus. Quarta replicatio est; Nisi tutor creditoris nouauerit. *l. nouare. 20. in fin. ff. de nouat. Concordat l. tutor. 21. ff. de administr. tutor.* Quinta; Nisi curator creditoris nouauerit. *l. dubitari. 34. §. adgnatum. ff. de nouat.* Sexta; Nisi procurator creditoris nouauerit. *l. nouare. 20. in fin. ff. eod. tt.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi omniū bonorum procurator sit, vel speciale mandatum nouandi non habeat. *d. l. 20. in fin. & l. non abstulit. 4. C. d. tt.* Septima replicatio est: Nisi alteri quoq;, qui nouauit, eiusdem rei nomine in solidum competit actio. *l. si rem. 31. §. si duo. ff. eod. tt.*

II. Exceptio: Nisi filiusfamilias vel seruus creditor nouauerit. *l. non ideo. 25. & l. seruus. 16. ff. eod. tt. item l. fugitiuus. 19. in fin. ff. de solut.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi filiusfamilias vel seruus liberam peculij administrationem habeat. approbatur simul & distinguitur *l. dubitari. 34. in prin. ff. de nouation. l. huic enim. 21. ff. de iureiurando. item l. libera. 48. in fin. ff. de peculio.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi filius vel seruus donandi animo alium stipulari iubeat. *d. l. 34.*

III. Exceptio; Nisi is cui bonis interdictum est, nouauerit. approbatur simul & distinguitur *l. cui bonis. 3. ff. de nouat.*

IV. Exceptio: Nisi pupillus nouauerit. *l. nouare. 20. ff. d. tt. l. pupillo. 15. ibi: sed nec delegare. ff. de solut. item l. si id. 7. §. si pupillo, ibi: quod si ante. ff. de rescindenda venditione.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi tutore authore pupillus nouauerit. *d. l. 20.* Altera replicatio est: Nisi pubes factus ratum habuerit. *l. si pupillus. 9. in prin. ff. de nouat.*

V. Exceptio: Nisi vnus ex pluribus creditorib. nouauerit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi vnicuique creditorum in solidum actio competat. *l. si rem. 31. §. si duo. ff. d. tt.*

VI. Exceptio: Nisi posterior stipulatio sit inutilis. *l. nouatio. 24. in pr. ff. de nouat. l. si quis. 115 in fin. ff. de regul. iur. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 16. cap. 2. reg. 8. except. 1.* Exemplum proponitur *l. si sponsus. 5. §. si vxor. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Aliud exemplum vide *infr. cap. prox. specie 3. except. 1.* Plane propositæ exceptionis replicatio est: Nisi naturaliter saltem posterior obligatio valeat. *l. 1. in fin. ff. de nouat.* Huius replicationis exemplum est: Si à pupillo quis postea sit stipulatus. *Quod proponitur d. l. 1. in fin. Cui concordat Institut. quibus modis toll. obligat. §. præterea. item l. si Titius. 48. §. fin. ff. de fideiussoribus.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi à seruo quis postea sit stipulatus: hoc enim casu, quamuis naturaliter obligatio valeat, *l. serui. 13. ff. de action. & obligat.* nouatio tamen non valet. *Instit. d. §. præterea. ibi, non idem. de qua re vide infr. except. prox.*

VII. Exceptio: Nisi à seruo postea sit stipulatus. *d. vers. non idem. l. in persona. 30. §. qui pecuniam. ibi, quod si quasi. ff. de pactis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ex posteriore stipulatione actio de peculio aduersus dominum serui competat. *d. §. qui pecuniam.* Cuius replicationis duplicatio est: Nisi is qui nouat, seruum credidit liberum esse. *d. §. qui pecuniam. vers. æque nullo modo.*

VIII. Exceptio: Nisi à muliere quæ pro debitore intercedit, postea sit stipulatus. *l. si paternam. 8. C. ad S. C. Velleianum. Concordant ea quæ proposita sunt supr. lib. 21. cap. 5. quæst. 3. causa 4. item quæst. 5. reg. 1.*

IX. Exceptio, sumpta ex specie & qualitate obligationis nouatæ, reprobatur *l. 1. §. fin. l. 2. item l. si Stichum. 8. §. 1. ff. de nouationibus.*

X. Exceptio: Nisi futura obligatio nouetur. reprobatur *d. l. 8. §. si quis ita.*

XI. Exceptio: Nisi plures obligationes nouentur. reprobatur *l. dubitari. 34. §. fin. ff. de nouat.*

XII. Exceptio: Nisi non nouandi animo posterior stipulatio sit facta. *d. l. 2. ibi, dummodo sciamus. & d. l. 8. §. 1. ibi, & hoc actum sit. item §. si ab alio. ibi, si autem non.* Exemplum proponitur *l. si it. 4. 6. in prin. ff. d. tt.* Aliud *d. l. 6. in fin. cum l. sequent.* Tertium proponitur *d. l. 8. §. idem Celsus.* Quartum *l. fundum Cornelianum. 28. ff. eod. tt.* Quintum in duobus reis promittendi ex interuallo factis habetur *l. in duobus. 3. in prin. ff. de duobus reis constit.* Sextum exemplum est *infr. except. 15.*

XIII. Exceptio: Nisi in posteriore stipulatione specialiter expressum non sit, eam prioris obligationis nouandæ causa fieri. *Instit. quib. modis toll. oblig. §. sed quum hoc quidem. l. nouationum. 8. C. de nouat. M. I. R. lib. 5. cap. 12. reg. 10. except. 1.*

XIV. Exceptio: Nisi in posteriore stipulatione nihil sit noui. *Instit. quibus mod. toll. obligat. §. præterea. ibi, sed si eadem. Concordant ea quæ proponuntur supr. lib. 15. cap. 15. exc. 31. in prin.*

XV. Exceptio: Nisi in posteriore stipulatione res tantum sit addita, vel detracta, vel mutata, nihil præterea: hoc enim casu interuentu nouæ rei non fit nouatio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur d. except. 31. replic. 4.*

XVI. Exceptio: Nisi post interitum rei in priorem obligationem deductæ fiat nouatio. ipso quidem iure subsistit: quoniam prior obligatio iam interitu rei debitæ sublata est, ideoque amplius per nouationem tolli nequit. Verum eius replicatio est: Nisi interitu rei debitæ promissor liberatus non sit: hoc enim casu superueniens nouatio valet. approbatur exemplo rei debitæ post moram debitoris intereuntis, *l. si rem. 31. in prin. ibi, etsi priusquam, ff. de nouat. & l. si seruum. 91. §. fin. ff. de verb. obligat.*

XVII. Exceptio: Nisi ante diem prioris obligationis venientem nouatio fiat. approbatur simul & distinguitur *l. quoties. 14. §. fin. ff. de nouationib. l. si Stichum. 8. §. 1. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in diem certum prior obligatio sit contracta. *d. §. 1. Concordat l. in diem. 5. ff. de nouat.* Altera replicatio, præcedenti non absimilis, est: Nisi sub conditione quæ omnino extitura est, prior obligatio sit contracta. *l. si pupillus. 9. §. qui sub. ff. eod. tt.* Tertia; Nisi conditio vel dies incertus prioris obligationis extiterit: tunc enim conualescit nouatio antea facta. *d. l. 8. §. 1. & d. l. 14. §. fin. l. si sub conditione. 21. ff. de acceptil.* Plane huius replicationis duplicatio est: Nisi tempore existentis conditionis promissor sit deportatus. *d. l. 14. §. fin.* Hęc de exceptionib. nouationis: quorum tamen plures vide *infr. cap. prox.*

DE NOVATIONIBVS IN specie.

CAP. XIII.

EXpositis nouationis definitione, diuisione, effectibus, necnon & exceptionibus generalioribus: nunc de nouationis speciebus specialiter agendum. Fit autem nouatio aut in persona debitoris, aut in persona creditoris, aut in re debita, aut in tempore & conditione obligationis. *M. I. R. d. cap. 12. reg. 9.* de quibus speciebus singulis nunc ordine dicetur, excepta ea nouationis specie, quę in re debita consistit: de hac enim dictum *supr. lib. 15. cap. 15. except. 31. repl. 4.*

I. DE DELEGATIONE SEV nouatione debitoris.

I. Regula, De definitione delegationis, proponitur *l. delegare. 11. ff. de nouationibus.*

II. Regula, De diuisione delegationis ex mo-

do sumpta, habetur *d.l.11. De qua vide etiam sup.cap. prox quæst 2.*

III. Regula, De exceptione delegationis, hæc est: Quod si quis creditori suo debitorem suum delegauerit, vel creditor ab alio sit stipulatus, quod alius ei debet: prius obligatio nouetur, & debitor delegans conuentus à creditore suo exceptione defendatur. *l.2. C.de nouationib.l.qui debitorem.18.ff. de fideiussoribus. item Instit.quibus mod.tollit. oblig §.præterea.M.I.R. d.cap.12.reg.11.* Huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi creditor delegatum suscipere nolit. *l.cum à quo.16.C.de solutionibus. M.I.R.d.reg. 11.except.1.*

II. Exceptio: Nisi delegatus non consentiat se delegari. *l.1.& l.nec creditoris.6. C. de nouat. M.I.R. d.reg.11.except.2.*

III. Exceptio: Nisi debitore inuito vel ignorante, creditor id quod debet, ab alio sit stipulatus. reprobatur *l.si Stichum.8. §.fin.ff. de nouat.& l.si debitor.91.ff.de solutionibus.*

IV. Exceptio: Nisi creditor debitoris periculo à delegato sit stipulatus. *l.si mandatu 45 §.fin.ff. mandati.& l.si mandauero.22.§.interdum ff.d.tt.*

V. Exceptio: Nisi non verbis, sed scriptura vel nutu delegatio sit facta. reprobatur *l.delegare.17. ff.de nouationibus.*

VI. Exceptio: Nisi cum duo eidem obligati essent, creditor à tertio sit stipulatus quod alteruter ex iis deberet: hoc enim casu neuter liberatur *l.si Stichum.8.§.si decem.& l.si is cui.26.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi Tertius expresserit, pro quo ex duobus debitoribus soluere velit: hic enim erit liberatus. *d.§.si decem.item d.l. 26.vers.sed & in potestate Attij est.* Secunda replicatio est: Nisi nō specialiter hoc actum sit, vt alteruter tantum liberaretur: hoc enim casu vterq; liberatus videtur. *d.l.26.vers.fingamus,& l.te hominem.32. ff.eod.tt.* Ex qua etiam constat, nisi actum sit, vt alterutrum tantum daretur, particulam Aut pro Et sumendam esse, disiunctiuam pro coniunctiua: vt cauetur etiam *l.sæpe.53.ff. de verb.sign.* Tertia replicatio est: Nisi ita stipulatio facta sit, Quod ille & ille mihi debet, te daturum spondes? hoc enim casu vterque liberatur, *l.vlt.§.fin. ff. de nouationibus.*

VII. Exceptio: Nisi delegatus aliqua exceptione se tueri possit. *de hac exceptione vide supr.cap. prox.quæst.3.reg.7.*

VIII. Exceptio: Nisi delegatus non sit soluendo, vel alias creditor nihil ab eo consequi possit. reprobatur *l.si delegatio.3. §.fin. C. de nouationibus. Concordat l.pupilli.96.§.soror.ff.de solutionibus. M.I.R. d.reg.11.except.5.*

IX. Exceptio: Nisi vsusfructus debitor, vel alterius rei quæ personæ cohæret, sit delegatus. *l.si vsusfructus.4.ff. de nouationibus.*

X. Exceptio: Nisi vnus ex reis stipulandi debitorem communem creditori suo delegauerit. reprobatur *l.si rem.31.§ fin.ff.de nouationibus.*

XI. Exceptio: Nisi minus à delegato stipulatus sit creditor, quam ei à delegante debetur. approbatur exemplo *l.eum qui.56.§.si à te.ff. de verb. obligat.*

XII. Exceptio: Nisi cum sub conditione à delegato stipulatus esset, conditio ista defecerit. *l.in persona.50.§.fin.ff. de pactis.*

XIII. Exceptio: Nisi cum sub conditione à delegato esset stipulatus, is pendente conditione decesserit. reprobatur *l.nouatio 24.ff.de nouationibus.*

XIV. Exceptio: Nisi cum sub conditione à delegato stipulatus esset, is pendente conditione sit deportatus *l.quoties.14.§.fin.ff.d.tt.*

XV. Exceptio: Nisi cum sub conditione à delegato stipulatus esset, res pendente conditione interierit. *De hac exceptione vide infr. eod. cap. specie 3. except.4.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *supr.cap. prox.quæst.4.*

II. DE NOVATIONE creditoris.

Huius loci regula est, quod si quis debitorem suum alij delegauerit, vel alij soluere iusserit: ipsi aduersus eum denegatur actio. *l.1.C.de nouationib. M.I.R.d.capit.12.regul.12.* Huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi sine delegatione vel stipulatione interueniente debitorem suum alij soluere iusserit, vel creditori actiones mandauerit. *l.si delegatio.3.in prin. C.eod.tt. M.I.R. d.cap.12.reg.10.exc.2.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi posterior creditor aduersus eum qui ei soluere iussus est, litem sit contestatus. *d. l.3.ibi, antequam litem contestetur.* Secunda replicatio est: Nisi posterior creditor à debitore partem debiti percepit. *d.l.3.ibi: vel aliquid ex debito accipiat.* Tertia: Nisi cum debitoris causa conuenisset cum eo, vt alij soluerit: per eum non stet quo minus alij soluat. *l.si cum fundum 36.ff.de pactis.* Quarta: Nisi posterior creditor denunciauerit debitori vt soluat. *d.l.3.ibi: vel debitori tuo denunciauit.* Quinta: Nisi solutio alteri, cui iussus est soluere, facta sit. *d.l.36.*

II. Exceptio: Nisi inutilis sit delegatio, vt debitor delegans non liberetur à creditore cui delegauit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.cap. proxim.quæst.4.except.6.* Huius exceptionis replicatio prima est in debitore vsusfructus vel alterius iuris personalis delegato: hoc enim casu, quamuis delegans à suo creditore non liberetur, delegatus tamen aduersus delegantem exceptione se potest tueri. *l.si vsusfructus.4.ff. de nouationibus.* Altera replicatio est: Nisi iudicij mutandi causa actio alteri cessa sit. hoc enim casu, quamuis inutilis cessio sit, cedens tamen agere amplius non potest. *l.vltim.ff. de alienat.iudicij mutandi.l.2. C.ne liceat potentioribus.* Contradicit *l.penult.ff.d.tt. de alienat.*

III. Exceptio: Nisi furiosus debitorem suum delegauerit. approbatur exemplo eorum quæ proposita sunt *sup.cap.prox.quæst.4.exc.3.& 4.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi delegatus creditori soluerit. *l.si debitor.16.ff.de doli mali except.*

IV. Exceptio: Nisi per errorem, putans se alij debere delegauerit. *l.si cum te.51.§.idem eod.ff.de pactis.*

V. Exceptio: Nisi debitor mulieris marito, vel contra debitor mariti mulieri donationis causa sit delegatus. *l.si sponsus.5.§.si debitor.ff. de donat. inter vir & vxor. l.cum quis.38.§.si debitorem.ibi, sicuti seruatur. ff. de solut.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi debitor mulieris, iussu eius dotē marito promiserit: vel contra debitor mariti, iussu eius donationem ante nuptias mulieri. *l.si debitor*

debitor.80. & l.si debitor.83.ff. de iure dotium.de qua re vide supr.lib.4.cap.19.regul.3. Altera replicatio est: Nisi debitor delegatus, ei cui delegatus est, soluerit. *De hac replicatione vide supr.cap.8.replic.1.dupl.6. tripl.1.* Plane exceptio proposita tot recipit replicationes, quot exceptiones habet donatio inter virum & vxorem inutilis.

V. Exceptio: Nisi debitor delegatus posteriori creditori, suo, non delegantis nomine soluerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr.c.9.de reliquis exceptionibus aduersus solutionem, in princ.item cap.8.except.1. distinct.1.*

VII. Exceptio: Nisi cum delegatus posteriori creditori sub conditione promisisset, conditio nondum extiterit. reprobatur *l.pecuniam.36.ff. si certum petatur.*

VIII. Exceptio: Nisi cum delegatus posteriori creditori sub conditione promisisset, conditio defecerit. *d.l.36.vers.non dubito.*

IX. Exceptio: Nisi inuito creditore alius ab eius debitore sit stipulatus. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. proxim. quæst.4.except.1.* Hæc de exceptionibus contra secundam nouationis speciem, quæ contingit in persona creditoris. Plures huiusmodi exceptiones vide *d.quæst.4.item supr.cap.8.replic.1. dupl.1.cum sequentibus.* Quoties enim debitor iussu creditoris alij soluendo non liberatur: nec delegationis iure liberari eum à creditore delegante, non inepte quis dixerit.

III. DE NOVATIONE TEMporis & conditionis.

I. Regula: Nouatur item obligatio, & per consequens tollitur in aliam translata, si dies ei aut conditio adiiciatur. *Quæ species seu regula approbatur Institut. quibus modis toll. obligat. §. sed si eadem.* Cuius exceptiones hæ sunt, *M.I.R. lib.5. capit.12. regul. 13.*

I. Exceptio: Nisi conditio adiecta defecerit. *l.quoties.14. in prin.ff.de nouationibus. item l.in persona. 39.§.fin.ff.de pactis.*

II. Exceptio: Nisi persona à qua postea stipulatus est, pendente conditione decesserit. reprobatur *supr.specie 1.reg.3. except.13.*

III. Exceptio: Nisi persona à qua postea est stipulatus, pendente conditione sit deportata. *d. l.14.§.fin.ff.de nouationibus.*

IV. Exceptio: Nisi res quæ debetur, pendente conditione interierit. *d.l.14. in prin.ibi: & ideo.& l.si rem.31.in prin.ff.de nouationibus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi res post moram à promissore factam interierit. *d l.31.vers.nisi per promissorem steterit, quo minus daret.* De hac replicatione vide *infr.cap.17.except.7.repl.3. dupl.1.*

¶ II. Regula: Nouatur denique obligatio, ac tollitur translata in aliam, si dies aut conditio ei detrahatur. approbatur *Inst. quib.modis toll.obligat. §.sed si eadem.* Huius regulæ exceptio est: Nisi conditio obligationis nouatæ nondum extiterit. *de quare vide supr. capit. prox. quæst.4. except.17.* Plane propositæ regulæ quodammodo videtur contradicere *l.hæres.21.§.non est nouum. ff. de fideiussoribus.*

DE NOVATIONE QVÆ FIT PER LItis contestationem: seu de exceptione rei iudicatæ & in iudicium deductæ.

CAP. XIV.

SVpra *cap.12.quæst.2.* diximus, duplicem esse nouationem; vnam quæ fit per stipulationem, alteram quæ fit per litis contestationem. De priore hactenus est dictum: de posteriore nunc dicetur. Ex ea autem oritur exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ. Nam si res semel in iudicium deducta sit, rursus de eadem re nouo iudicio agenti obstat exceptio, rei quidem in iudicium deductæ, si iudicatum nondum sit; rei vero iudicatæ, si iam sit iudicatum.

Sit igitur huius loci regula hæc, Quod si causa quæ in iudicium deducitur, ante quoque in iudicium deducta fuerit: siue prius iudicium finitum, siue non sit finitum, rursus agenti exceptio rei iudicatæ in primo casu, vel in altero casu rei in iudicium deductæ obstabit. *l.vbi cœptum.39.ff. de iudiciis.l.Iulianus.3.& l.si quis.7.§.& generaliter.ff.de exceptione rei iudicatæ. item Instit. de exceptionib. §.item si in iudicio.M.I.P.lib.5.capit.9. regul.16. M.I.R. d.cap.12. regul.14.* Declaratur hæc regula *d.l.7. §.si ancillam. ibi, & quidem.* Plane huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi inutiliter antea sit actum vel iudicatum. Huius exceptionis species, & singularum specierum replicationes vide *supr. lib.2.cap. 29.quæst.3.*

II. Exceptio: Nisi inter alias personas antea sit actum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr.cap prox.reg.1.& 2.*

III. Exceptio: Nisi de alia re antea sit actum vel iudicatum. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur infr. cap.prox.reg.3.*

IV. Exceptio: Nisi ex alia causa antea sit actum. *l.cum quæritur. 12. cum legibus sequentibus.ff. de exceptione rei iudicatæ. l.cum de hoc.27.ff. eod.tt. M.I.P. d.regul.16. exception. 2. M.I.R. d. regul.14. except.11.* Exemplum proponitur *l.si cum vno. 22. in fin.ff.d. tt.Concordat l.si sic.133.ff.de verb.obligat.* Aliud exemplum habetur *l. Modestinus. 10. ff. de exceptionibus & præscriptionibus.* Aliud *l Lucius Titius.47.ff. de petit.hæredit.* Aliud *l.qui Stichum 17.ff. de action.& obligat.* Aliud *l.Lucius.91.§.Sempronia.ff. de legib.3.* Aliud *l.fundum.28.ff.de nouationib.* Aliud *l.si cum.21.§. sed si vsumfructum.ff. de exceptione rei iudicatæ.* Aliud denique exemplum proponitur *l. 2. ff. de priuatis delictis.* Hactenus leges & exempla, quibus exceptio proposita approbatur enumerauimus. Huius autem exceptionis replicatio prima est: Nisi in rem agens nullam specialem causam expresserit. *l. & an eandem. 14. §. actiones.ff. de exceptione rei iudic.l.cum de hoc. 27. ibi, nec iam interest.l.si mater. 11.§.eandem causam, in fin. & §. denique. item l.ex sextante.30. in princ.ff. eod.tt. M.I.P. d.except.2.replic.1.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi specialis causa in actione in rem sit expressa. *d.§.actiones.& d.l.11.§ si quis autem.* Altera duplicatio est: Nisi hæreditas primum ex testamento petita, postea ex fideicommisso petatur, *l.si quis. 8. C. de codicillis. M.I.R. d.except.11. replic.2. Vide M.I.R.lib.4.cap.5.reg.32.except.1.replic.4.* Tertia

tia: Nisi postea rei venditionem intentatam noua causa superuenerit. *l. si mater.* 11. §. *eandem. ff. de exception. rei iudicatæ. item l. non potest.* 23. *ff. de iudiciis.* Huius duplicationis triplicatio prima est: Nisi quodam postliminio alia causa accesserit. *d.* §. *eandem. vers. nisi forte intermissum dominium.* Altera triplicatio est: Nisi causa noua quidem accessit opinione & scientia actoris: verum in veritate antea quoq; fuit, quamuis ignota actori. *d.* §. *eandem vers. mutata autem opinio.* Quarta propositæ replicationis duplicatio est: Nisi actor ex iusta causa in integrum restituatur. approbatur exemplo matris filij hæreditatem petentis *d. l.* 11. *in pr. ff. de exceptione rei iudic.* Hæc de prima replicatione. Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi posterior causa prioris, ex qua antea actum est, accessio sit. approbatur exemplo *l. si cum.* 4. *C. de iudiciis.* Plura de hac replicatione vide *in glossa d. l.* 4. Tertia replicatio est: Nisi cum patronus libertum antea procuratorio nomine defendisset, nunc proprio nomine eum defendat: hoc enim casu proposita exceptione non adiuuatur. *l. sæpe constitutum.* 63. §. *fin. ibi: nam et si libertus. ff. de re iudicata.* Quarta: Nisi cum pacto pœnæ stipulatio subiecta esset: ex pacto actum sit, vel exceptio opposita. hoc enim casu ex stipulatione pœnali postea agenti obstat exceptio. *l. rescriptum.* 10. §. *si pacto. ff. de pactis. Leges concordantes vide supr. libro* 16. *capite* 9 *specie* 2 *reg.* 3. *except.* 2. Quinta replicatio est: Nisi cum reus stipulandi alteri reo stipulandi hæres extitisset, semel egerit. hoc enim casu, quamuis duas obligationes habuerit, vtraque tamen est perempta. *l. generaliter.* 5. *in fin. ff. de fideiussorib.*

v. Exceptio: Nisi alia actione antea sit actum. reprobatur *l. de eadem re.* 5. *ff. de except. rei iudicatæ. l. singulis.* 6. *item l. si quis.* 7. §. *& generaliter. ff. d. tt. l. plura delicta.* 52. *ff. de act. & obligat. M. I. R. d. regul.* 14. *except.* 3. Primum exemplum huius exceptionis reprobatæ habetur *d. l.* 5. Aliud proponitur *l. item parte.* 8. *ff. de except. rei iudicatæ. Concordat l. si mater.* 11. §. *item Iulianus. ff. d. tt.* Tertium exemplum proponitur *l. si is qui.* 25. §. 1. *ff. eod. tt.* Quartum *l. quæsitum.* 33. *ff. de act. & obligat.* Plane admittitur exceptio proposita primum quidem, si cum prius interdicto de possessione actum esset, nunc in rem agatur de proprietate. *l. & an eadem.* 14. §. *fin. ff. de except. rei iudicatæ.* Secundo, si cum prius in rem actum esset, postea agatur in personam. *l. vltim. ff. eod. tt. Concordat l. si is.* 25. §. *fin. in fin. ff. eod. tt.* Tertio admittitur exceptio proposita, si ex eodem delicto, vel etiam pluribus delictis in eadem re, plures actiones competant. *l. nunquam.* 59. *ff. de act. & oblig. l. cum ex vno.* 31. *ff. d. tt. l. nunquam* 172. *ff. de regul. iuris. Concordat item iisdem verbis Instit. si quadrup. pauper.* §. *fin. item l.* 2. *ff. de priuatis delictis. M. I. R. d. except.* 3. *distinct.* 1. Exemplum proponitur *l. vnica. C. quando ciuilis actio criminali præiudicat.* Plane exceptionis propositæ in casu proposito replicatio est: Nisi non plus sit in posteriore actione, quam in priore. nam eius tantum quod plus est in posteriore actione, iudex rationem habebit. *l. quoties.* 40. §. *fin. ff. de act. & oblig. l. qui seruum.* 33. *ff. d. tt. M. I. R. d. dist.* 1. *repl.* 2. Plane huius replicationis duplicatio est: Nisi non ex vno, sed ex diuersis delictis, quamuis in eadem re admissis, actiones competant. hoc enim casu replicationi propositæ locus non est. *l.* 2. *ff. de priuatis delictis.* Cuius triplicatio est: Nisi cum ex delictis serui actiones plures competerent, ex vna actione noxæ deditus sit. hoc enim casu actiones cessant. *d. l.* 2. *vers. sed si seruus.* Plura de exceptione proposita vide *supr. lib.* 22. *cap.* 11. *except.* 17.

vi. Exceptio: Nisi antea sine mandato, nunc cum mandato agatur. *l. si is.* 25. §. *fin. ff. de except. rei iudicatæ.* Plane exceptio hæc species est eius quæ proxime sequitur.

vii. Exceptio: Nisi causa ob quam in priore iudicio reus absolutus est, nunc cesset. approbatur tum exemplo exceptionis iam propositæ: tum etiam exemplo *l. si à te.* 9. *in princip. & §. si quis fundum. ff. de exception. rei iudicatæ. l. si rem meam.* 17. *item l. si quis.* 18. *ff. eod. tt. M. I. P. d. regul.* 16. *exception.* 3. Aliud propositæ exceptionis exemplum proponitur *l. si is.* 15. *in princip. ff. de except. rei iudicatæ.* Aliud *l.* 2. *ff. eod. tt. Concordat l. qui cum hærede.* 14. *ff. de action. & obligat.* Aliud *l. si pater meus.* 36. *ff. de solutionibus. Concordat l. sed et si.* 28. §. *fin. ff. de iudiciis.* Aliud denique exemplum est, cum ob id actor in priore iudicio repulsus esset, quod ante tempus ageret: nunc tempore illo finito rursus agat. *quod proponitur Instit. de exceptionibus.* §. *appellantur autem. ibi: hodie autem. M. I. R. lib.* 2. *cap.* 18. *reg.* 5. *except.* 8. *& d. reg.* 14. *except.* 22.

viii. Exceptio: Nisi contra eum qui hac exceptione vtitur, antea sit iudicatum. *l. euidenter.* 16. *ff. de except. rei iudicatæ.* Exemplum proponitur *l. si inter me & te.* 15. *in fin. ff. d. tt.* Aliud *l. si à te.* 9. §. *si quis fundum. ff. eod. tt.* Aliud *l. si fundus.* 16. §. *creditor. ff. de pignor. & hypoth.* Aliud denique exemplum est *infr. exc. prox.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi actor vi prioris actionis, quæ per sententiam nouata est, aliquid petat. hoc enim casu reo, quãuis condemnato, exceptio rei iudicatæ quasi nouationis non denegatur. *l. sancimus.* 3. §. *si enim ex iudicati. C. de vsuris rei iudicatæ.* Altera replicatio est: Nisi cum aliquid sub pœna deberetur, vnum ex iis, hoc est, vel res vel pœna petita sit, reusq; condemnatus. hoc enim casu condemnatus aduersus petitionem alterius exceptione defenditur. *De qua re vide supr. lib.* 16. *cap.* 9. *specie* 2. *reg.* 3. *except.* 2. Tertia replicatio est: Nisi cum reus in minorem summam condemnatus esset, postea reliquum petatur. *l.* 1. *C. si aduersus rem iudicatam.*

ix. Exceptio: Nisi is qui in priore iudicio reus fuit, postea sit actor. approbatur simul & distinguitur. *l. ex sextante.* 30. §. *Latinus. ff. de except. rei iudicatæ & l. si inter me & te.* 15. *in fin. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi is qui antea reus victus fuit, nunc agat. *d. l.* 30. §. *Latinus. vers. respondi. d. l.* 15. *item l. Pomponius.* 40. §. *sed & is, in fin. ff. de procuratorib.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi non proprietas vindicata sit, sed actione hypothecaria agatur. hoc enim casu, quamuis reus antea possessor victus fuerit, tamen ei postea etiã hypothecaria agenti exceptio rei iudicatæ non obstabit. *d.* §. *Latinus. vers. cum autem pignoratitia.* Cuius duplicationis triplicatio est: Nisi antea reus opponens exceptionem rei sibi prius pignoratę, nihilominus succubuerit. *l. duobus.* 19. *ff. de except. rei iudicatæ.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi de iure quoque rei conuenti sit pronunciatum in priore iudicio. *elicitur ex d.* §. *Latinus. versic. nihil in suo iudicio. & versic. quoniam de iure possessoris, &c.* Ergo contra, si non solum de iure petitoris, sed etiam de iure possessoris in priore iudicio pronunciatum est, reusque absolutus: eidem postea agenti proderit replicatio rei iudicatæ. *Cui concordat l. si quis rem.* 24. *ff. de except. rei iudicatæ.* Hactenus de exceptionibus, seu, si mauis, replicationibus aduersus exceptionem rei iudicatæ & in iudicium deductæ: quarum tamen plures vide *supr. lib.* 2. *cap.* 29. *quæst.* 4. *item infr. cap. prox.*

QVIBVS ET ADVERSVS QVOS EXCEptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ competit: item, Quid in eam veniat?

CAP. XV.

PRima regula: Exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ, alij quam contra quem in priore iudicio actum est, non competit. *l. si cum vno.* 22. *ff. de except. rei iudicatæ. l. si quis.* 7. §. *& generaliter. l. & an eadem.* 14. *in princ. item l. cum de hoc.* 27. *ff. d. tt. l.* 2. *C. quibus res iudicata non nocet. M. I. P. d. reg.* 6. *except.* 4. *M. I. R. lib.* 5. *cap.* 12. *reg.* 15. Huius regulæ primum exemplum proponitur *d. l.* 22. De quo vide plura *infr. except.* 6. *repl.* 2. Aliud exemplum habetur *l. Stichum.* 95. §. *si mandatu. ibi: & ad hoc. ff. de solutionib.* Aliud habetur *l.* 7. *ff. de rei vindic.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi successori eius, contra quem antea est actum. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. cap.* 1. *quæst.* 7. *reg.* 2. *Concordat l. si à te.* 9. §. *fin. ff. de except. rei iudicatæ. item l. si mater.* 11. §. *item Iulianus. & §. si egero. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi auctor ex eo quod dolo desierit possidere, conuentus sit. hoc enim casu exceptio successori eius & possessori non prodest. *l. Stichum.* 95. §. *dolo, in fin. ff. de solutionibus. Leges concordantes vide supr. lib.* 11. *cap.* 2. *except.* 15. Altera exceptio videtur: Nisi auctori eius cõtra quem antea est actum. Sed reprobatur *l. si à te.* 9. §. *fin. cum l. seq. ff. de except. rei iudicatæ.* Plane admittitur primum quidem in eo qui dolo malo possidere desiit, possessore prius conuento, *l. nec vllam.* 13. §. *penult. ff. de petit. hæred.* Deinde in venditore hæreditatis emptore conuento, *l.* 2. *C. de pactis.* Tertia exceptio est: Nisi patri eius filiifamilias, cum quo antea est actum. *l. si mater.* 11. §. *si quis hominem. ff. de except. rei iudicatæ.* Quarta exceptio est: Nisi fideiussori vel mandatori eius cum quo antea est actum. *approbatur per ea quæ proponuntur supr. cap.* 1. *quæst.* 7. *reg.* 4. *Concordat l. si cum.* 21. §. *fin. ff. de except. rei iudicatæ.* Huius exceptionis replicatio prima: Nisi actoris culpa reus principalis fuerit absolutus. reprobatur *l. Stichum.* 95. §. *penult. ff. de solutionib.* Altera replicatio est: Nisi reus principalis non absolutus sit, sed condemnatus, vel conuentus saltem. *l. grauius.* 71. *in prin. ibi: quamuis enim. ff. de fideiussoribus. l. Græce.* 8. §. *& post litem. ibi, si vero. & l. si mandatu.* 13. §. *fin. ff. d. tt. l. reos princip.* 23. *C. de fideiussorib. item l. generaliter.* 28. *C. d. tt. l. egisti.* 84. *ff. de solutionibus. l. item, si decem.* 21. *ff. d. tt. l. decem.* 116. *ibi, sed et si decem. ff. de verb. obligat. item l. si quis.* 27. §. *fin. ff. mandati.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi litis tantum exercendæ gratia fideiussor sit acceptus. *d. l.* 8. §. *& post litem. ff. de fideiussoribus.* Altera duplicatio est: Nisi reus condemnatus sententiæ paruerit. *d. l.* 28. *C. de fideiussorib. l. si indebitam.* 15. *in fin. C. eod. tt. d. l.* 13. *in fin. ff. de fideiussorib. d. l.* 27. §. *fin. ff. mandati. d. l.* 84. *in fin. ff. de solutionib. item d. l.* 116. *ibi, nisi iudicatum. ff. de verb. oblig.* Hæc de secunda replicatione eiusque duplicationibus sunt dicta. Tertia replicatio est: Nisi reus principalis ob personalem aliquam exceptionem sit absolutus, quæ fideiussori eius non datur. approbatur, simul & declaratur *per ea quæ proposita sunt supr. cap.* 1. *quæst.* 7. *reg.* 4. *except.* 1. *cum sequentib.* Quinta exceptio: Nisi ei cuius fideiussor vel mandator antea cõuentus fuit, approbatur *l. vlt.* §. *fin. in fin. ff. de iureiurando.* Sed reprobatur *l. si mandatu.* 13. *in prin. ff. de fideiussorib. l. Stichum.* 95. §. *si mandatu. ff. de solut. l. generaliter.* 28. *ibi, vel ipsum reum. C. de fideiussorib. item l. creditor.* 60. *in prin. ff. mandati.* Sexta exceptio est: Nisi consorti litis. *l. si per imprudentiam.* 51. §. *fin. ff. de euictionibus. l.* 2. *in fin. ff. de duobus reis constit. l. si ex toto.* 8. §. 1. *ff. de leg.* 1. *M. I. R. d. exc.* 4. *repl.* 1. Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi pars tantum à priore sit petita. *d.* §. 1. *vers. quid ergo.* Altera replicatio est: Nisi cum singuli non in solidum, sed pro parte tenerentur, vnus ex iis conuentus sit & absolutus. hoc enim casu alteri exceptio non prodest. approbatur exemplo hæredum *l. si cum vno.* 22. *ff. de except. rei iudicatæ.* Tertia: Nisi consors litis antea absolutus non sit, sed condemnatus, vel conuentus saltem, *l. generaliter.* 28. §. *idemq;. C. de fideiussorib. l. si decem.* 21. *ff. de solutionibus. l. vltim. in prin. ff. si certum petatur. item l. decem.* 116. *ff. de verb. oblig.* Septima exceptio est: Nisi ei cuius defensor antea conuentus fuit. *l. si mater.* 11. § *hoc iure. ibi, ex persona. ff. de except. rei iudicatæ. Concordat l. solutione.* 23. *ff. de solutionibus.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi defensor antea conuentus, condemnatus sit. *l. si is qui.* 7. *ff. de rei vindicat.* Altera replicatio est: Nisi mortuo iam domino defensionem causæ quis susceperit. *l. de qua re.* 74. §. *cum absentem. ff. de iudiciis.* Octaua exceptio est: Nisi re commodata, furto ablata, dominus rei furem elegerit, hoc enim casu commodatario conuento datur exceptio; vel contra furi datur exceptio, electo commodatario. approbatur simul & distinguitur *Inst. 1. de obligat. quæ de delicto.* §. *quæ de fullone. Concordat l. manifestissimi.* 22. *C. de furtis.* Hactenus quibus exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ competat, expositum est.

II. Regula: Aduersus alium quam qui priore iudicio egit, exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ non datur. *l. sæpe constitutum est.* 63. *in pr. ff. de re iudicata. l. Modestinus.* 10. *ff. de exceptionibus. l.* 1. *& l. cum de hoc.* 27. *ff. de except. rei iudicatæ. l.* 1. *cum tribus legibus sequentibus. C. quibus res iudicata non nocet. l.* 2. *C. de exceptionibus. Concordant denique ea quæ proponuntur supr. libro* 15. *cap.* 17. *quæst.* 2. *in princ. M. I. P. d. reg.* 16. *except.* 5. *M. I. R. d. capite* 12. *reg.* 16. Huius regulæ exemplum etiam proponitur *l. si prolusorio.* 14. §. *quotics. ff. de appellat. & l. non idcirco.* 44. §. *fin. ff. de iudiciis.* Plane propositæ regulæ exceptiones hæ sunt. Prima exceptio est: Nisi cum pluribus eadem actio competeret, vnus ex iis agens victus sit. hoc enim casu cæteris quoq; postea agentibus exceptio rei iudicatæ obstabit. *l.* 2. *ff. de duob. reis const. l. si rem.* 31. §. *si duo. ibi, fere autem. ff. de nouat. item l. vt alterutro.* 6. *ff. commodati.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi non in solidum, sed pro parte singulis actio cõpetat, hoc enim casu vno ex plurib. agẽte, aliis non præiudicatur. approbatur exẽplo hæredum

dum *l.iudicatæ.29. in princ. ff. de except.rei iudicatæ.l. sæpe constitutum.63. in prin ff.de re iudicata. item l.2.C. de exception b.* Cuius replicationis duplicatio prima est: Nisi res pro qua pronunciatum est, diuisionem non recipiat,hoc enim casu,vno ex pluribus agente,etiam cæteris prejudicatur.approbatur exemplo libertatis *d.l.29.* Huius duplicationis triplicatio est, quod quãuis in ipsa re pro qua pronunciatum est, alijs quoq; præiudicetur: tamen quoad partem precij rei petitæ, quod diuisionem recipit,nõ præiudicetur.*d.l.29.vers.ita tamen vt officio iudicis.* Altera duplicatio videtur: Nisi vnus heredum litem quam defunctus inchoauit, prosequatur.Sed reprobatur *l.si petitor.31. ff. de iudiciis.*Hæc de prima exceptione. Secũda exceptio est: Nisi cum antea procurator,tutor vel curator egisset,postea dominus ipse agat.*l.si mater.11.§.hoc iure. & l.rei iudicatæ. 4.ff. de exc. rei iudicatæ. item l.tutor.21.ff.de administr.tutor.* Tertia exceptio est:Nisi cum posteriori actori actio primum cõpeteret, sequentem prius agere passus sit. hoc enim casu ei postea agenti exceptio obstabit. approbatur simul & distinguitur *l.sæpe constitutum est. 63. ff. de re iudicata.M.I.P.d.except.5 repl.1.M.I.R.d.reg.16.exc.4.* Plane replicatio prima est : Nisi posterior actor priorem agere ignorauit. *d.l 63.vers. ideoq; propter scientiam.* Altera replicatio est:Nisi posterior actor priorem agentem prohibere non potuit. *d.l.63. vers. cur autem his quidem scientia noceat, superioribus non noceat. item vers. diuersa causa est, si fundum à te, &c.* Quarta exceptio est: Nisi cum antea auctor egisset,nunc successor agat vel vniuersalis vel singularis.*l.exceptio.28.ff. de except.rei iudicatæ. l.si à te.9. §.fin.item l.si mater.11. §. si egero.ff.eod.tt. M.I.P. d.except.5.replic.2.* Huius exceptionis replicatio prima est:Nisi ex noua causa,quæ prius iudicium secuta est,agatur. *elicitur ex verbis d.§. si egero.vers.sed de eo opere, &c. De hac replicatione vide supr. cap.prox.exc.4.* Altera replicatio est: Nisi cum debitor antea de re quam pignori dedit, egisset, postea creditor cui pignori res data est,agat. *l.iudicatæ.29.§.fin.ff. de except.rei iudicatæ. l.si superatus.3.in princip. ff. de pignoribus & hypothec. l. præses prouinciæ.5. C.eod.tt. & l. ab executione. 4.§. quæ constitutio. ff. de appellationibus.* Plane propositæ replicationis duplicatio est: Nisi debitor victus, postquam rem petierat,eam pignori obligauerit. *l.si mater.11.§. fin.ff. de except. rei iudicatæ.* Huius duplicationis triplicatio videtur talis: Nisi debitor per iniuriam iudicis victus sit.sed reprobatur *l.si superatus.3.§.fin. ff. de pignorib.& hypothec.* Quinta exceptio: Nisi cum antea successor egisset, nunc auctor eius agat. reprobatur *l.si à te.9.§.fin.ff.de except.rei iudicatæ.* Plane admittitur, si cum auctor sciret sibi actionem competere,successorem experiri sit passus. quæ distinctio approbatur simul & distinguitur *per ea, quæ proponuntur supr.except.3. Concordat l.si parentes.20.in princip.C de euictionibus.*Sexta exceptio est: Nisi cum antea contra hæredem scriptum in causa testamenti pronunciatum esset; nunc legatarij agant. istis enim sententia prior præiudicat. *l.Papinianus.8.§.si ex causa. versic. & libertates. ff. de inoffic. testamen. l.si superatus.3. in princip. versic. atqui aliud in legatis.ff. de pignoribus. M.I.P. d. regul.16. except.2. & libro 2. capite 19.regul.5.except.4.* Contradicere videtur *l.1.ff.de except.rei iudicatæ.* Hactenus quibus & aduersus quos exceptio rei iudicatæ competat, dictum est; nunc quid in ea veniat, dicendum.

III. Regula: In alia re quam de qua in priore iudicio actum est, exceptio rei iudicatæ & in iudicium deductæ non obest. *l.cum quæritur.12.cum duabus legib.sequentibus.ff.de exceptione rei iudicatæ.l.de eadem re.5.ibi: rectegq; ita, & l.cum de hoc. 27.ibi, id ipsum de quo.ff.eod.tt. M.I.P. d.regul.16.except.6. M.I.R. d.cap.12. regul.17.* Huius regulæ primum exemplum proponitur *l.si cum testamento. 21. in princ. ff. eod.tt.* Alterum *l.si ex testamento.20.ff.eod.tt.* Tertium *l.si in iudicio.23.ff. d.tt.* Quartum exemplum proponitur *l.2.C. de iudiciis.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi cum antea totum petitum esset, nunc pars eius petatur. hoc enim casu, nihilominus obstat exceptio rei iudicatæ, quamuis aliud peti videatur.approbatur simul & quinque exemplis declaratur *l.si quis. 7.in prin. ff. de except.rei iudicatæ. Concordat l.si cum testamento.21. §.si Stichum.ff.eod.tt.item l.si vnus.27.§. antepenult. ff. de pactis.* Cui repugnare videtur *d.l.7.§.in his igitur.* Contradicit *M.I.R.d.regul.17. except.1.* Sextum exemplum proponitur *d.l.7.§.fin. Concordat l.Iulianus.3.in fin.ff.eod. tt. item d.§. antepenult. ff. de pactis.* Septimum exemplum proponitur *l.egi tecum.26. §.fin. ff. de except. rei iudicatæ.* Octauum *l.si cum testamento.21.§.si fundum.ff.eod.tt.* Nonum *l.ex sextante.30. in prin. ff. eod.tt.* Decimum exemplum habetur *d.l.21.§.si petiero.* Hactenus propositæ exceptionis exempla sunt enumerata. Plane eius replicatio prima est:Nisi pars quæ petitur,post petitionem totius accesserit. *elicitur ex d. §. si petiero. vers.si tunc adfuit in eo grege, &c.* Ergo si non adfuit, sed postea accessit,exceptio non obstabit. *Cui concordat l.non potest.23.ff. de iudiciis.* Exemplum proponitur *l.si quis.7.§.si ancillam.ff.de except.rei iudicatæ.*Item aliud *l.& an.14.§.qui cum.ff.eod.tt.Concordat l.si Titio.33.§. vsumfructum. ff. de vsufructu & quemadmodum.* Altera propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi cum insula petita esset, postea cæmenta, tigna, vel aliquid aliud eiusmodi petatur. *d.l.7.§.in his igitur.* Hæc de prima exceptione. Altera propositæ regulæ exceptio est: Nisi cum antea pars petita esset, nunc totum petatur. *l.Iulianus.3.in fin. & d.l.7.§ fin.ff.de except.rei iudicatæ.* Huius etiam exemplum proponitur *l.egi tecum.26.in princ.ff.eod.tt.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est:Nisi cum antea iter esset petitum, nunc actus petatur. hoc enim casu, quamuis actus iter in se contineat, tamen propositæ exceptioni locus non est. *l.si mater.11.§.si quis iter.ff.de exceptione rei iudicatæ.* Altera replicatio est: Nisi reus in iudicio partis sit condemnatus. hoc enim casu postea petenti totum exceptionẽ rei iudicatæ non obiiciet. approbatur exemplo *l.si ex testamento.20.ff.d.tt.*Cuius ratio proponitur *sup.c.prox. exc.8.* Tertiæ replicationis loco notandum,quia per petitionẽ partis futurum est prejudicium petitioni totius:reum conuentum, antequam sententia feratur, exceptione Quod præiudiciũ rei non fiat,defendi.*de qua re dictum supr.lib.2.c.23.q.1. reg.3.* Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi qualitas vel quantitas rei petitæ alia sit, substantia eadem. hoc enim casu nihilominus exceptio rei iudicatæ obstabit. *l.& an eadem.14.in prin. ff. de except.rei iudicatæ.* Exemplum proponitur *l.si cum testamento.21.§.si petiero.ff.eod.tt.* Quarta exceptio est; Nisi cum quid sub pœna deberetur,alterum sit petitum,hoc est,vel pœna, vel res sub pœna promissa, hoc enim casu alterum petenti obstabit exceptio rei iudicatę,approbatursimul & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup.lib.16.c.9. specie 2.reg.3.exc.2.*Plures exceptiones vide *M.I.R. d.reg.17.exc.2. tum duab.seqq.* Hactenus de exceptione rei iudicatæ & in iudicium deductæ.

DE CONFVSIONE OBLIGATIONVM.

CAP. XVI.

EST insuper liberationis causa, obligationũ confusio.*l.sicut acceptilatio. 75. D. de solutionib.* Est autem hoc loco confusio, cum in eandem personã ius creditoris & debitoris deuenit,quæ liberationis species ciuilis dicitur *l. verborum oblig.107.in fin.ff.eod.tt.*Sane confusionis species octo potissimum numerantur, quæ cum suis exceptionib.in regulis sequentibus proponẽtur.

I. Regula. Prima igitur species est si debitor creditori hæres extiterit, hoc enim casu tollitur obligatio.*d.l.75.l.Stichum.95.§.aditio.& l.qui hominem.34.§.quidam.ff.eod.tt.de solutionibus l. hæres.21. §.quod si stipulator.ff.de fideiussorib.l. cum secundum.3. C.de fideicommissis.M.I.R.lib.5.cap.12.reg.18.* Huius regulæ eædem sunt exceptiones, quæ sunt regulæ inferioris proximæ.

II. Regula:Si creditor debitori hæres extiterit,itidem confunditur obligatio,& extinguitur actio.*d.§.aditio.l.debitori tuo.7.in pr.C.de pactis.item l.vt debitum.5.C.de hæred.action.M.I.R.d.reg.18.*Plane propositæ regulæ exceptiones hæ sunt. Prima est: Nisi hæreditas à creditore non sit adita. Hæc exceptio plusquam manifesta est, eiusque exemplum proponitur *l.vlt.§ filium.ff.de leg.2.l.filiam.17.ff.de auro,argento & mundo legato.item l.cum pater.79.§.cum pater,in fin.ff.de leg.2.* Altera exceptio est: Nisi creditor hæres aduersus aditionem hæreditatis in integrum sit restitutus. *l. eum demum.86.§.fin.ff.de adquir.hæred.* Tertia; Nisi creditor hæres alij hæreditatem restituere fuerit coactus.*l.Stichum.95.§.si creditor.ff. de solutionib.l.eum qui.21.§.fin.ff.de inoffic.testam. item l.si maritus. 22. in fin.C.d.tt.*Plane huius exceptionis replicatio prima est: Nisi creditori tanquam indigno hæreditas sit adempta, hoc enim casu propositæ exceptione nõ adiuuatur.*l.indigno.8. ff. de his quæ vt indignis.l.hæredem.17.& l.eum qui.18.§.bonis,in fin.ff.d. tt.l.eius qui.29.§.fin.ff.de iure fisci.*Cuius duplicatio est;Nisi creditor ignorãs quid admisit, ob quod hæreditate sit priuandus.*d.l.17.in fin.Concordat l. propter.21.§.neptis,in fin.ff.de Senatusc.Silaniano.* Altera propositæ exceptionis replicatio est: Nisi ex fideicommisso creditor alij hæreditatem restituit *l.deducta.58.in pr. & l.matrem.80.ff. ad Senatusconsul.Trebellianum.* Tertia:Nisi dolo vel culpa creditoris aliquid ex hereditate sit deminutum, pro ea enim parte actio ei nõ restituitur, approbatur exemplo *l.debitor.12.ff.de negotiis gest.* Quarta propositæ regulæ exceptio est:Nisi hæreditas soluendo non sit.*l.scimus.22.§. si vero & ipse. C. de iure deliberandi.*Huius replicatio est:Nisi creditor omisso inuentario hæreditatem adierit.*d.l.22.§. si vero postquam adierint.* Quinta exceptio est;Nisi hæreditas vltra dodrantem legatis sit exhausta, hoc enim casu creditor debitum suum ex legatis potest deducere.*l.in ponenda.6,in pr.C. ad l.Falcidiam.*Sexta:Nisi pro parte tantum creditor debitori hæres extiterit, hoc enim casu pro reliqua parte,pro qua cohæredem habet, debitum petere non prohibetur.*l.debitori.50.ff.de fideiussoribus.l.1.& l.si adulta.6.C.de hæred.actionib.l.si vxor.7. C.de bonis iud.auth.possidend. l.licet. 14. C. ad l. Falcidiam.l.si ita quis.135.§.ea lege.ff. de verbor. oblig.item l. Lucius.120.in pr.ff.de leg.1.M.I.R.d.reg.18.exc.1.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est; Nisi testator debitum ab hærede exigi noluit. *d. l.120.vers.nisi diuersum sensisse eum probaretur. l. adulta.5..C.de hæred.actionib. vers. nec ab eo quidquam exigere prohibita est.Concordat iisdem verbis d.l.7.C.de bonis iud.author. possid.* Altera replicatio;Nisi compensandi debiti animo creditor à debitore institutus sit hæres.*d.l.120. vers.sed plane. Concordat l.si compensandi.6.C.de hæred.instituend.* Septima propositæ regulæ exceptio est; Nisi creditor hæres possessori hoc pacto hæreditate cesserit, vt sibi debitum soluatur.*l.debitori.7.C.de pactis.* Octaua: Nisi cum duo essent rei promittẽdi, creditor alteri tantũ hæres extiterit. *l. Vranius Antoninus. 72. in princ.ff.de fideiussoribus.* Nona exceptio videtur, Quod fideiussori vel mandatori debitoris ex regula proposita exceptio nõ sit danda. Verum reprobatur *d.l.72.ibi, tamen vbi successit creditor debitori. & paulo post, sed & accessiones ex eius persona, &c.l.si Stichum.38.§.à Titio.ff. de fideiussorib. item l.2. C.de solutionibus.* Plane admittitur exceptio proposita primum quidem, si cum duo rei essent promittendi, creditor alteri tantum hæres extiterit,hoc enim casu nec alter reus promittendi, nec eius fideiussor liberatur. *d.l.72.§. igitur alterũ.ff.de fideiussorib.* Huius distinctionis replicatio est;Nisi idẽ pro vtroq; reo fideiusserit,hoc enim casu quamuis alter reus promittendi non liberetur,liberatur tamen fideiussor *d.l.72.vers. plane quia is mandati iudicio eligere potest.&c.* Deinde admittitur exceptio proposita, si hæreditas debitoris non sit soluendo, & fideiussorès in reliquum non exolutæ quantitatis accesserint. *l.in fraudem.45.§.si princ.ff.de iure fisci.Concordat l.fideiussores.68.§.1 ff.de fideiussorib.*

III. Regula;Si creditor fideiussori hæres extiterit,vel contra fideiussor creditori, sola fideiussoria obligatio tollitur,non principalis.*l.Vranius.72.§.quod si credit.& l.hæres.21.ff.quod si stipulator.ibi,quod si idem.ff.eod.tt.item l.in omnib. 43.in fin. ff.de solutionib.*

IV. Regula; Si debitor fideiussori hæres extiterit, fideiussoria obligatio extinguitur, approbatur simul & distinguitur *supr.lib.21.c.1.quæ 4.reg.1.exc.1.M.I.R.lib.5.c.9.reg.5.exc.21.*

V. Regula; Si fideiussor debitori hæres extiterit,cõfunditur obligatio fideiussoria, nõ principalis. *l.generaliter.5 ff. de fideiussorib. l.si duo.93.§. fin.ff.de solut.l.si reus.1..ibi,nam vbi.ff.de duob.reis constit.l.fideiussoris 24.C de fideiussorib. M.I.R. d. exc.21. & d.cap.12.reg.19.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi fideiussor exceptione aliqua tutus fuit; approbatur exemplo *l.Stichum. 95.§. aliquando euenit.ff.de solutionibus.* Altera exceptio est;Nisi debitor principalis, cui fideiussor successit, naturaliter

raliter tantum tenebatur. *l.hæres.21.§.quod si hic.in fin.ff.de fideiussor.& d.l.95.§.quod vulgo.ff.de solut. M.I.R.d.exc.21.repl.1.* Tertia exceptio videtur: Nisi debitor principalis exceptione aliqua personali tutus fuit, sed reprobatur *d.§.quod vulgo.* Quarta exceptio est: Nisi cum pro duobus reis promittendi fideiussisset, alteri tantum hæres extiterit, tunc enim pro altero reo nihilominus manet obligatus. *d.l.21.§.penult.D.de fideiussorib.*

VI. Regula: Si alter reorum stipulandi alteri hæres extiterit, non confunditur obligatio. *l.si duo.93.in pr.ff.de solutionib.l.si reus.13.in fin.ff. de duobus reis constit.item l.generaliter.5.ff.de fideiussorib.*

VII. Regula: Si alter reorum promittendi alteri hæres extiterit, non confunditur obligatio. *d.l.93.§.fin. d.l.13.ff. de duob.reis constit.item d.l.5.ibi, verum reo. ff.de fideiussoribus.*

VIII. Regula: Si fideiussor confideiussori suo hæres extiterit, non confunditur obligatio. *l.hæres.21.§.non est nouum.ff.de fideiussorib.* Hæc de confusionibus obligationum.

DE REI DEBITÆ INTERITV.

CAP. XVII.

EST & hæc liberationis causa, si res debita interisse dicatur. *Quæ causa seu regula approbatur l.Stichus.33.ff.de verb.obligat.l.si certos.37.ff. eod. tt.l.si mihi 92.ibi, si autem.ff.de solut.l.verb. oblig. 107.ibi, aut cum res.ff. d.tt.item l.necessario sciendum. 8.§. quod si pendente.ibi, perimitur enim.ff. de periculo & commodo rei venditæ.M.I.R.d.c.12.reg.20.* Plane huius regulæ exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio: Nisi dolo malo debitoris res interierit, approbatur *per ea quæ proponuntur supr.lib. 15.c.2.exc.8.in pr.* Cuius replicatio prima est: Nisi conueneritne dolus malus præstetur. Sed reprobatur *per ea quæ proponuntur supr. d.lib.15. cap.15. exc.17.repl.1.dupl.1.*

II. Exceptio: Nisi culpa debitoris res perierit, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur d.exc. 8.repl.1. Concordat l.qui petitorio. 36.§.qui in rem.ff.de rei vendic.M.I.R.d.reg.20.exc.10.* Sane culpæ species hæ sunt. Prima quidem, negligentia. *Quæ species approbatur l.magna negligentia.26.ff.de verb.signif.& l.si seruum.91.in pr.D.de verbor.oblig.* Altera species culpæ est, si quis re aliter quam accepit, vtatur. *de qua vide supr. d.repl.1.dupl. 3,tripl.1.item lib.17.c.4.quæst.1.in pr.& exc.3.replic.2.* Tertia species est, imperitia. *Quæ approbatur l.imperitia.174.ff.de reg.iuris. Leges cõcordantes vide d.dupl. 3.tripl.2.* Quarta species culpæ est, præceptoris nimia sæuitia. *de qua d dupl.3.tripl.3.* Quinta culpę species est, immiscere se rei ad se non pertinenti. *de qua vide d.dupl.3 tripl.4.* Sexta species est, non intelligere quod omnes intelligunt. *l.cedere diem. 213.§.fi.& l.latæ culpæ.223.in pr.D.de verb.signific.* Septima species est, si debitor in mora soluendi fuerit. *de qua infr.exc.7.* Sed & plures species vide *infr.exc.prox.* Replicatur *M.I.R.d.exc.10.*

III. Exceptio: Nisi negligentia debitoris res perierit, approbatur *tum d.l.226.D.de verb.significatum l.si seruum.91.in pr.D.de verb.oblig.*

IV. Exceptio; Nisi nauis à debitore nauigatum missa perierit. *l. qui petitorio. 36. in fin. D. de rei vendic.* Huius replicatio est: Nisi tempore nauigationis eam nauigatum miserit, approbatur simul & distinguitur *l.vtiq; autem 16.in fin.D.d.tt.*

V. Exceptio: Nisi debitor seruum debitum, antequam decederet, manumisit, reprobatur *l. is qui.44.D.de act.& oblig.*

VI. Exceptio: Nisi facto debitoris res perierit. *l.si ex legati.23.D.de verb.oblig. l.si seruum.91.in pr. §.sequitur.ibi, & quidem. & §. nunc videamus.D.d.tt.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi in facinore, puta adulterio, seruum deprehensum debitor occidit. *l.qui seruũ.96.D.d.tt.* Altera: Nisi debitor ignorans se seruum debere, eum occiderit, reprobatur *d.l.91.§.de illo.* Tertia: Nisi infans vel furiosus debitor id quod debet perdiderit. *l.quod infans.60.D.de rei vendic.* Quarta: Nisi cum facto debitoris res debita interiisset, non debitor, sed fideiussor vel mandator conueniatur, huic enim exceptio proposita non videtur obstare. Sed reprobatur *l.si seruum.91.§.nunc videamus.ibi, accessionib.quoq; suis.& §. an filiusfamil. D.de verb.oblig.* Quinta: Nisi non principalis debitor, sed accessio, puta fideiussor vel mandator, rem debitam perdiderit. *l.mora.88.§.fin.D.de verb. oblig.& l.si fideiussor.19.in fin.D.de dolo malo.* Plane hic duplicationis loco notandum, quod quamuis debitori principali exceptio interitus prosit, ipsi tamen fideiussori perdenti denegetur. *d.l.19.* Quanquam huic quodammodo cõtradicere videtur *d.l.19.in fin.* Sane concordat propositæ duplicationi *l.si seruũ. 91.§. nunc videamus. D. de verb. oblig l.debitores.38.§.si quis pro reo, in fin.D.de solut.itẽ l.Stichum.95.in pr.ibi, aliter quã D.d.tt.* Sexta replicatio est: Nisi cum illa aut illa res deberetur, vna facto debitoris interierit, altera sine eius culpa. *d.l.95.in pr.D.de solut.* Hæc de sexta exceptione.

VII. Exceptio; Nisi post moram factam res perierit. *l.quod te mihi.5.D.si certum petatur. l.Iulian. 17.§.1. D.de rei vendic. l.si ex legati.23. l.si post moram. 82.§.fin.& l.si seruũ.91.§ effectus.D. de verb.oblig.item l.si rem aliquam.31.D.de nouationib.M I.P.lib.5. cap.7. reg.5.exc.1.repl.3.& cap.9. reg.17. exc.1. M.I.R. d.reg. 20.except.1.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi debitor ignorans se debere, non soluerit *ipso quidem iure subsistit. Cui concordat l.non potest.99.D.de reg.iuris. M.I.R. lib.5.cap.1. regul. 68.exc.11.* Verum eius duplicatio est: Nisi supina fuerit ignorantia debitoris. *l. quod te mihi. 5.in fin. D. si certum petatur.* Altera replicatio est: Nisi debitor ad iudicium prouocauit, resq; lite pendente periit. *l.qui sine dolo malo.64.D.de reg.iuris, l. si quis.24.in pr.D.de vsuris.l.vtique 16.ibi, non enim. D.de rei vendic.item l.illud.40.in pr.D.de petit.hæred.M.I.R. lib.5.cap.12.reg.20.exc.1.repl.1.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi dolo malo ad iudicium prouocauerit, & malæ fidei possessor sit. *d. l.64.Concordat d.l.40.in princ.ibi.in prædonis persona. item l.si post moram.82.in fin.D.de verb.oblig.* Altera duplicatio est: Nisi actor rem erat distracturus, si eam recepisset, hoc enim casu, quamuis lite cõtestata res perierit, reus non est liberatus. *l.item si verberatum.15.§.fin.D.de rei vendic.* Huic duplicationi quodammodo cõtradicit *d.l.40.in princ.* Tertia duplicatio est: Nisi res non eodem modo erat peritura apud actorem, si ab initio ei fuisset restituta. *approbatur exemplo duplicationis præcedentis. De quare vide glossam magnam in d.§.fin. versic. si vero*

vero non habuit.M.I.R.d. repl.1. dupl.2. & d.exc.1. replic.3. Quarta duplicatio est: Nisi personali, non reali actione agatur *l.quod te mihi.15.ff.si certum petatur.& ibi glossa in verbo Detrimentum. Baldus in l.15. §.fin ff.de rei vendic.* Cui tamen plures leges repugnant, de quib. vide *glossam in d. verbo Detrimentũ.* Tertia propositæ exceptionis replicatio est: Nisi post moram factam nouatio interuenerit. *l. si Stichum.8.in pr.ff de nouationib. M.I.R.d.exc.1.repl.2.* Cuius duplicatio prima est: Nisi post rei interitum nouatio sit facta, tunc enim, quamuis ex priore obligatione res peti non possit, ex nouatione tamen potest, exceptione interitus nõ obstante. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.cap.12. q.4.exc.16.repl.1.* Altera duplicatio est: Nisi cum post moram nouatio sub conditione facta esset, pendente conditione res interierit, hoc enim casu nouatione non purgatur mora. *l.eum qui.56. §.fin ff.de oblig. Concordat l.si rem aliquam.31.in princ. ibi, etsi prius quam.ff.de nouationib.* Contradicit *l.qui decem.72.§.si cum mihi.ff.de solutionib. & l.quoties.14. in pr.ibi, vnde Marcellus.ff.de nouat.* Tertia duplicatio videtur: Nisi ignorante debitore creditor rem ab alio sit stipulatus, sed reprobatur *d.l.72. §.si cum mihi vers. sed quid si ignorante.* Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio est; Nisi post moram factam res creditori sit oblata. *d.§. si cum mihi. vers. nam verum est, eum qui interpellatus dare noluit.item in pr.d.legis 72.ibi, quanquam aliquando.l. illud sciendum.17.§. sed videndum. ff. de periculo & cõmodo rei venditæ. item l.si seruum.91.§. sequitur. ibi, si vero.ff.de verb.oblig.* Plane huius replicationis duplicatio prima videtur esse talis: Nisi alius, non debitor postea obtulerit. Sed reprobatur *d.l.72. §.si cum mihi. vers. quemadmodum si quolibet nomine eius, &c.* Sed & de hac duplicatione cum aliis similib. vide *inf.exc.11.repl.3.* Quinta replicatio est: Nisi post moram à debitore factam facto creditoris res perierit, *l. legis Aquiliæ. 54. §. quod si post.ff. ad l.Aquil.* Sexta replicatio est; Nisi pupillus debitor moram fecit, approbatur simul & distinguitur *l.sed si ex stipul.24.ff.de verb.obligat. Concordat l.si pupillus.127.ff. d.tt.* Huius replicationis duplicatio est; Nisi tutore authore pupillus sit interpellatus, vel solus tutor. *d. l.24.* Septima replicatio est; Nisi ante diem interpellatus non soluerit. *l. cum filiusfamilias.49.§.fin.ff.de verb.oblig* Octaua replicatio est; Nisi interpellatus exceptione se tueri potuit. *l.lecta.40.§. fin. ff. si certum petatur. l. si pupillus.127.ibi, nulla enim.ff. de verb. oblig. item l.sciendum est.21.ibi, vel exceptio aliqua.ff.de vsuris.M.I.P.lib. 5.c.9.reg.11. & reg.17. exc.1. repl.1. & cap.12.reg.77.* Nona replicatio est; Nisi alius, non reus cõuentus fuerit interpellatus, moramque fecerit, ipso quidem iure subsistit *per ea quæ proponuntur sup.lib. 15.c.7.quæst.1.caus.2.exc.3.in pr. M.I.P. d.reg.17. exc. 1.repl.2.* Verum eius duplicatio prima est; Nisi fideiussore vel mandatore conuento, reus principalis moram fecerit. *l.mora rei.88.in pr.ff.de verb. oblig.l.cum filiusfam.l.49. in pr. ibi, quæ omnia & l.si seruum.91. §. nunc videamus. ff. d.tt.item l. si à colono. 58.§.cum facto.ff. de fideiuss.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi fideiussor rem debitam ante interitum obtulit creditori, hoc enim casu rei principalis mora ipsi non nocet. *d.l.88.in pr. M.I.R.d.reg.20.exc.1.repl.11.* Altera propositæ replicationis duplicatio: Nisi reo principali conuento, fideiussor moram fecerit, reprobatur *l.mora. 32.§.fin.D.de vsuris.* Plane hæc duplicatio fideiussori conuento non prodest. *l.si libertus. 44. in fin. D.de operis libertorum.* Tertia duplicatio est: Nisi eum pater filij nomine conueniretur, filius in mora fuerit. *l.cum filiusfamilias. 49. in pr.ff. de verb. oblig.* Quarta: Nisi filiofamilias conuento, pater in mora fuerit, reprobatur *d.l.49.in princ.vers. at si pater.* Decima replicatio est: Nisi alius quam creditor debitorem ad soluendum interpellauerit, ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi procurator creditoris interpellauerit. *l.si quis.24.§.fin.D.de vsuris.* Vndecima replicatio est: Nisi vterq;, tam debitor quam creditor, in mora fuerit. *l.illud secundum,17.§.quod si per.ff.de periculo & commodo rei venditæ.* Duodecima: Nisi debitor restituendi potestatem non habuerit. *l. quod te mihi.5.ibi, si in potestate tua.ff si certum petatur. M.I.R.d.except.1.repl.6.* Cuius duplicatio est: Nisi dolo malo possidere desierit. *quæ approbatur ibid.* Hæc de septima exceptione.

VIII. Exceptio: Nisi debitor dolo malo rem possidere desierit, hoc enim casu exceptione interitus rei non defenditur. *l.Iulianus.17.in prin.& §.quod si dolo.ff.de rei vendicat.l.quod te mihi.5.ibi, aut dolo malo.ff.si certum petatur.item l.si seruum. 91.§. sed si sit quidem.ibi, vt siquidem.ff.de verb oblig.*

IX. Exceptio: Nisi reus malæ fidei possessor fuerit. *l.illud.40.ff.de petitione hæredit. Concordant ea quæ habentur supr.lib.11.c.2.reg.2.exc.9.* Similis exceptio est: Nisi condictione furtiua, Vbi bonorum raptorum, vel interdicto Vnde vi agatur, hoc enim casu reo conuento exceptio interitus rei non prodest. *approbatur per ea quæ proponuntur supr.lib.7.cap 23. quæ.8.reg.2. exc.3.item lib.22.cap.7. quæst.1.exc.9.*

X. Exceptio: Nisi reus, antequam res periret, eam vendidit *l.si eum seruum. 23. ff.si certum petatur. l.Iulianus.17.in pr.ff.de rei vendic. l.vlt.ff. de negotiis gestis.l.1.C.de reb.alienis non alien.item l. mater tua.3.C. de rei vendic.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi personali, non in rem actione, res quæ interiit, debebatur, hoc enim casu nec pretium rei quæ periit, debetur, approbatur simul & distinguitur *l.venditor.21.ff.de hæred.vendita.* Altera replicatio est: Nisi reus qui rem vendidit, eam non ex lucratiua, sed ex onerosa causa habuerit. Cuius duplicatio est: Nisi reus post litem contestatam rem vendiderit. *l.Iulianus.16. in princ.cum sua glossa.ff.de rei vend.*

XI. Exceptio; Nisi non certa aliqua species debeatur, sed genus. *l.si certos.37.ff.de verb.oblig. M. I.R d.reg 20.exc.2.* Huius exemplum est id quod ex causa mutui debetur, quod quamuis perierit, nihilominus debitor obligatus manet. *de quo vide supr lib.17.c.1.de cert. condictione ex mutuo, quæst. 1.exc.25.* Aliud exemplum proponitur *l. si soluturus.39.in fin.D.de solutionibus.* Tertium *l.inter stipulantem.83.§.sacram rem.ibi, pro quo & illud.item ibi, vini autem.ff.de verb.oblig.* Concordat item propositæ exceptioni *l. in ratione. 30. §. diligenter. ff. ad l. Falcidiam.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum incerta res ex certis deberetur, omnes res istæ sint extinctæ. *d.§. diligenter. ibi, incertæ autem res relictæ distinctionem recipiunt. Concordat l.*

lui decem.72.§.Stichum.ibi,fingamus. ff. de solut. M.I. R.d.exc.2.repl.1. Altera replicatio est: Nisi conuenerit, vt periculum ad creditorem pertineret, approbatur simul & distinguitur in pecunia traiectitia,*per ea quæ proponuntur supr.lib.17. c.1.exc.25.* Tertia replicatio est: Nisi creditor speciem oblatam accipere noluit, eaque postea periit. *l. qui decem.72.in pr.ff.de solut.l.si stipulatus.9.§.fin.l. si debitor.30.item l.si soluturus.39.ff.d.tt.l.interdum.73.§. fin.ff.de verbor.oblig.l.stipulatus.105.ff.d.tt. item l. si opera.6.ff.de doli mali exc.M.I.R.d.exc.2.repl.3.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi ex iusta vel probabili causa creditor speciẽ oblatam accipere noluit.*d.l.72.in pr.& l.si soluturus.39.D.de solutionib.* Huius duplicationis tot fere species sunt, quot aduersus solutionem sunt exceptiones, quas *supr.*enumerauimus. Altera duplicatio est: Nisi debitor pecuniam oblatam, creditore accipere recusante, obsignatam non deposuit,vel non recte. *l.obsignatione.9. C. de solutionib.l.acceptam.19.ibi, quo subsecuto. C. de vsuris. M. I.R.d.repl.3.dupl.1.* Tertia: Nisi alius quam debitor,qui exceptione interitus vtitur,obtulit, reprobatur *l.qui decem.72.§.sed quid si ignorante. D. de solut.* Quarta:Nisi res quæ offertur,non sit præsens.*d.l 72.§.idem responsum.ibi,si tamen.M.I.R.d.replic.3.dupl.2.* Quinta: Nisi creditori postea accipere volenti debitor soluere noluit. *Hæc duplicatio approbatur l.sed si 24.ff.de receptis arbitris.* Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio est: Nisi opera creditoris debitor pecuniam,quam ei soluturus erat, perdiderit. *l.si opera.6.ff. de doli mali exc.M I.R.d.exc.2.repl.4.*

XII. Exceptio: Nisi illud aut illud debeatur, hoc enim casu, quamuis vnum perierit,nihilominus alterum quod supereſt,debetur.*l.Stichum 95.in prin.ff. de solut. Concordant ea quæ proponuntur supr.lib.16.c.6.reg.4.exc.4.in pr.M.I.R.d.reg.20.exc.3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi postquam debitor alterum creditori obtulisset, alterum perierit, hoc enim casu nec id quod supereſt,debetur.*l.stipulatus sum.105.D.de verb.oblig.* Altera replicatio est:Nisi alterum quoque postea perierit,hoc enim casu neutrum debetur,*approbatur per ea quæ proposita sunt supra except.proxim. repl.1.* Huius replicationis duplicatio esse videtur;Nisi prius culpa debitoris interierit. Sed reprobatur *d.l. 95.in princ.*

XIII. Exceptio: Nisi res æstimata debeatur, hoc enim casu,quamuis res interierit,nihilominus æstimatio eius debetur. *l.1.§.fin. ff.de æstimatoria. Concordant ea quæ proponuntur supr.lib.4.c.15. exc.23.repl.1.M.I.R.d.reg.20.exc.9.*Sed & huius exceptionis replicationes vide *d.replic.1.dupl.1.cum seqq.item supr.lib.20.c.1.quæst.1.exc.gener.5.repl.5.*

XIV. Exceptio: Nisi aliquid ex re quæ periit, supersit,hoc enim nihilominus debebitur. *l.solum.49.in fin.ff.de rei vendic. Concordat l.Marcellus.3. in pr.ibi,sed et si.ff.d.tt.* Huius exempla proponuntur in fructu, partu, & euictionis causa,*l.vtique. 16 in prin.ff.eod.tt.l.8.ff.de re iud.Concordat l.Iulianus. 17.§.sed & fructus.ff.d.tt.* Aliud exemplum proponitur in peculio ancillæ demortuæ,*l.quamuis. 5.C.si pendente appellatione mors.* Plane de replicationibus propositæ exceptionis vide *supr. lib.12. cap.10.caus.51.exc.8.*

XV. Exceptio: Nisi actoris interſit de principali causa cognosci, ob actionem de euictione aduersus suum authorem conseruandam.*l.vtiq. 16.vers.& stipulationem de euictione.ff.de rei vendic.l.si seruus.11.ff.iudicatum solui.*

XVI. Exceptio: Nisi res quæ perierit,iterum sit refecta,& in pristinam formam restituta.*l.inter stipulantem.83.§.sacram rem.ibi,nam & si.& §.sed hæc dissimilia. ff. de verb.oblig. item l. qui res suas. 98. §. arcam.ibi,nec simili argumento.ff.de solutionib.* Huius exceptionis replicatio prima est:Nisi nõ eadem, sed alia materia res sit restituta. *d. §. aream.vers.& iisdem tabulis compegerit.*Cuius duplicatio est;Nisi terra è fundo sublata, alia terra sit regesta, hoc enim casu non alius, sed idem fundus est. *l. cum vsumfructum.24.§.fin.ff. quib. mod. vsusfructus amittatur.*Altera replicatio est: Nisi ea mente res dissoluta sit, vt partes eius in alios vsus conuerterentur, vel non restituatur. *d. §.aream.ibi.homini autem.Concordat l.inter stipulantem. 83. §. sed hæc dissimilia,ibi,& nauis.ff.de verb.oblig.* Tertia replicatio est; Nisi ædes debitæ vsque ad aream depositæ sint,hoc enim casu,quamuis iisdem rignis restituantur, in pristinam tamen obligationem non recidunt.*elicitur ex d.§.sed hæc dissimilia.vers.sed si vsque ad aream depositæ sint,licet eadem materia restituatur,alia erit.* Plura de exceptione proposita vide *supr.lib.7.c.27.caus.5.exc.4.* Sed & plura de liberationis specie proposita, quæ fit per rei debitæ interitum,vide *causa 5.item supr lib.12.c.10.caus.51. item lib.15.c.2.exc.8.repl.1. item lib.16. ca.4. quæst.1. exc.3.item lib. 20.c.1.quæst.2.exc.gener.5.item infr.lib. prox.cap.2.quæst.3.except.27.* Nunc ad aliam liberationis speciem, quæ fit per bonorum cessionem,transeundum.

DE CESSIONE BONORVM.

CAP. XVIII.

I. CAVSA EX QVA HÆC LIberationis species eiusque exceptio competit.

SI debitor bonis cesserit, conuentus postea à creditoribus, exceptione defenditur cessionis. *Quæ causa seu regula approbatur Inst.de replicationib.§.fin.l. ex contractu. 3. C. de bonis authorit.iud.possid.& l.item si vnus.17.in pr. ff. de receptis arbitris. M.I. R.lib.5.c.12.reg.21.* Plane huius regulæ exceptiones hæ sunt,vel saltem esse videntur.

I. Exceptio; Nisi filiusfamilias debitor bonis cesserit,reprobatur *l.cum & filiisfamiliarum. 7. C.qui bonis cedere.*

II. Exceptio:Nisi sine solennitate bonis cesserit,reprobatur *l.in omni 6.C.d.tt.*

III. Exceptio;Nisi extra ius vel absens bonis cesserit,reprobatur *l.bonis.9.D.de cessione bonorum.*

IV. Exceptio:Nisi antequam debitum agnouit,vel confessus condemnatusve est, bonis cesserit.*l.qui cedit.8.D.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi ob vitanda munera publica bonis cessit.*l.propter honorem.5.C.qui bonis cedere.*

VI. Exceptio; Nisi creditores debitori quinquennales inducias dare parati sint, approbatur simul & distinguitur *l.cum solito.8.C.eod.tt.*Huius exceptionis replicatio est;Nisi maior pars creditorum in cessionem potius, quam in inducias con-

consentiat. *d. l.8. vers. pari autem quantitate debiti.* Cuius duplicatio est: Nisi maiori parti creditorum dissentienti minus debeatur.*d.l.8.vers. & siquidem vnus creditor aliis omnibus grauior in summa debiti inueniatur,&c.*

VII. Exceptio:Nisi post factam cessionem debitor locupletior sit factus. *l.is qui. 4. in pr.ff.de cessione bonor.l.si debitoris.7.ff.eod.tt.Inst.de actionib.§. fin.l.1.C.qui bonis cedere poss l.cum & filiisfamilias.7.in fin.C.d.tt.l.ex contractu.3.in fin. C. de bonis auth. iud. possid.M.I.R.d.reg.21.exc.6.* Plane huius exceptionis replicatio prima est:Nisi modicum sit,quod postea adquisiuit.*d.l.7.Instit.d.§. fin. vers. quod idoneum emolumentum habeat,&c. item l. qui bonis. ff. de cessione bonorum.*Altera replicatio est: Nisi misericordiæ causa ei quid in alimenta sit relictum vel datum.*d.l.6.*

VIII. Exceptio: Nisi prouincialis bonis cesserit, reprobatur *l. legis Iuliæ.4.in princ.C.qui bonis cedere poss.*

II. QVIBVS COMPETIT exceptio cessionis?

Fideiussoribus cedentis non competit.*Inst. de replicationibus.§.fin.*

III. ADVERSVS QVOS competit?

Etiam aduersus eos creditores competit, qui antea quam cessio fieret, non egerunt. *l.is qui.4. §.fin.D.de cessione bonor.*

IV. EVENTVS CESSIOnis bonorum.

I. Regula:Cedens bonis exceptione aduersus creditores defenditur. *de qua regula cum suis exceptionibus hactenus est dictum.*

II. Regula:Cedens bonis non potest agere. *l.item si vnus.17.in pr.ff.de receptis arbitris.*

III. Regula: Ei qui cessit bonis,licet pœnitere, & cessionem reuocare.*l.is qui.3.ff.de cessione bonorum.l.quem pœnitet.5.ff.eod.tt.item l.2. C. qui bonis cedere poss.*Huius regulæ exceptio est: Nisi bona vendita sint.*d.l.2.d.l.3.item l.si prius.8.in fin.C.de distractione pignorum.*

V. Inuitus nemo cogendus est bonis cedere. *Nouell.c.135.ne quis cogatur bonis cedere.*

DE EXCEPTIONE CAPITIS deminutionis.

CAP. XIX.

I. CAVSA EX QVA EXCEptio proposita competit.

SI debitor capite sit deminutus, liberatur, & exceptione defenditur.*l.2.in pr. ff. de capite minutis.Concordat l.tutelas. 7.§.si libert.ff.eod. tt. M.I.R. d.c.12.reg.34.*Quid autem & quotuplex sit capitis deminutio,vide *infr.lib.prox.c.15.* Plane propositæ causæ seu regulæ exceptio prima est: Nisi minima capitis deminutio debitori contigerit, hoc enim casu aduersus debitorem restituitur actio.*approbatur edicto Prætoris d.l.2.in princ. & §. ait Prætor.Concordat l.2.ff.de in integrum restit.* Sane actio ex hoc edicto restituta perpetua est, & hæredibus & in hæredes datur.*d.l.2.§.fin.D.de capite minutis.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est:Nisi post capitis deminutionem cum eo sit contractum, approbatur simul & distinguitur *d.l.2.§. hi qui.* Altera replicatio est: Nisi creditor debitorem adrogauerit, hoc enim casu, quamuis debitoris minima capitis deminutio contigerit, tamen actio extinguitur. *de qua re vide infr.c.21.caus.32.*

II. Exceptio: Nisi ex delicto actio sit,hæc enim capitis deminutione delinquentis nõ perimitur,approbatur *per ea quæ proponuntur supr.lib. 22.c.1.quæst.1.exc.2.*

III. Exceptio: Nisi quoad naturalem obligationem, hæc enim capitis deminutione non intercidit.*l.2.§.§.hi qui.ff.de capite minutis. Concordat l.eas oblig.8.ff.d.tt.*

IV. Exceptio:Nisi non omnia bona capite minuto sint adempta,hoc enim casu pro ea parte quam retinet,non liberatur.*l.1.in princ.C. de fideiussoribus.*

V. Exceptio: Nisi debitor in pristinũ statum sit restitutus, approbatur *per ea quæ proponuntur supr.lib.1.c.21.quæ.3.reg.4.exc.1.*Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi in bona nõ sit restitutus.*approbatur per ea quæ proponuntur d.reg.4.in prin.* Altera replicatio est: Nisi debitor à creditore suo adrogatus,rursus sui iuris factus sit.*l.2.§.pen. ff.de capite minutis.* Plures replicationes vide *d. reg.4.*

II. QVIBVS COMPETIT exceptio proposita?

I. Regula: Fideiussoribus capite minuti exceptio proposita non competit, approbatur *per ea quæ proponuntur supr.lib.21.c.1. quæ.2.exc.54.repl.3.*

II. Regula:Successoribus capite minuti, ad quos bona eius peruenerũt, exceptio proposita non competit.*l.2.in pr.ibi,dabitur.ff.de capite minutis.Concordat l.tutelas.7.§.si libertate.ibi sed vtilis.ff.d. tt.de qua re vide item supr.lib.1.c.19.quæst.4.*

DE CAVSIS LIBERATIONVM IN RE pignori obligata contingentibus.

CAP. XX.

PRæter causas liberationum hactenus descriptas,sunt & aliæ quæ in re pignori obligata cõsistunt,hoc capite enumerandæ. Harum prima est:Si creditor pignus vendiderit, hoc enim casu debitum petenti obstat exceptio.*l.si creditor. 26.ff.de solutionib.*Huius causę exceptio prima est: Nisi creditor pretium ex distractione pignoris nõ acceperit.*l.quæsitum.9.in pr.ff. de distract.pignor.* Cuius replicatio prima est: Nisi culpa sua creditor pretium non accipiat.*d. l.9. vers. si nulla culpa imputari creditori possit.* Altera replicatio est: Nisi creditor emptori pretiũ remiserit. *d.l.26. vers.sed & si.* Tertia: Nisi creditor nouandi animo pretiũ ab emptore sit stipulatus.*d.l.26.* Secunda exceptio est: Nisi creditor ex distractione pignoris non tantum receperit, quantum sibi debetur, hoc enim casu id quod ei deest, persequi non prohibetur.*elicitur ex d l.26.ver.& quantum ei debebatur,reperit.Cui concordat l.quæsitum.9.§.fin.ff. de distract.pignor.l.creditor. 28. ff.si certum petatur. l. hypothecis.3.& l.quæ specialiter.9.in fin.C.de distract.pignor. l.vlt.ibi, sed siquidem. C. de iure dominij impetr. item l. aduersus.10.C.de actionib.& obligationib.* Tertia:exceptio est:Nisi res vendita redhiberi, vel inempta fieri possit.*l.si creditor.26.in fin.ff.de solutionibus.* Quarta:Nisi aliena res pignori data, vendita sit,

reprobatur *l. rescriptum est.* 12. *ff. de distract. pignor.* Plane admittitur, primum quidem, si creditor ab emptore conuentus pretium ei restituit. *d. l.* 12. *vers. verum si actione ex empto conuentus, &c.* Deinde admittitur, si cum creditor euictionis nomine se obligasset emptori, à debitore conueniatur ad alia pignora ei restituenda, hoc enim casu per exceptionem consequi potest, vt indemnis præstetur *l. si necessarias.* 8. §. 1. *ff. de pignor. act.*

II. Causa: Si debitor pignoribus cesserit, eaque creditori in solutum dederit, vel vẽdiderit. *l. in numerationibus.* 44. *in pr. ff. de solutionibus. Concordat l. cum dominam.* 13. *C. de pignor. & hypoth. M. I. R. d. c.* 12. *reg.* 23. Huius exceptio est: Nisi minus sit in pignore, quam in debito, tuncenim creditor id quod deest, exigere non prohibetur, *l. creditor.* 28. *ff. si certum petatur. Leges concordantes vide supr. causa prox. exc.* 2. *Sed & concordat l. si pro mutua.* 8. §. *fin. C. eod. tt. item l.* 1. *C. de pignoribus. M. I. R. d. reg.* 23. *exc.* 1. Huius exceptionis replicatio est: Nisi creditor dixerit, se pignore contentum fore. *l. à diuo Pio.* 15. §. *si pignora ibi, nam et si. ff. de re iudicata.*

III. Causa: Si debitor rem pignori datam creditori legauerit, reprobatur *l. creditorem.* 87. *ff. de leg.* 2. Plane admittitur causa proposita, si cõpensandi debiti causa pignus creditori sit legatum, *vt apparet ex d. l.* 87.

IV. Causa: Si res pignori data creditori sit addicta, ipso quidem iure approbatur, verum eius exceptio est: Nisi minus sit in pretio pignoris, quam in debito. *l. vlt. §. sed si quidem minus. C. de iure dom. impetr. Concordant ea quæ proposita sunt supr. causa* 1. *except* 2.

V. Causa: Si creditor omissa personali actione, pignus petierit, reprobatur *l. aduersus debitorem.* 10. *C. de act. & oblig.*

VI. Causa: Si creditor pignus persequendo litis æstimationem à possessore est consecutus. *l. sicut.* 8. §. *fin. ff. quib. mod. pignus vel hyp. soluitur.*

VII. Causa: Si creditor pignus persequens succubuit, reprobatur *l.* 1. §. *fi. C. si aduersus creditorem. Leges concordantes vide supr. lib.* 17. *cap.* 16, *quæst.* 10. *reg.* 3.

VIII. Causa: Si res pignori data apud creditorem periit. *l. apud Celsum.* 4. §. *item quæritur. ff. de doli mali except.* Plane huius causæ exceptio est: Nisi sine dolo vel culpa creditoris res perierit. *l. si creditor.* 5. *C. de pignor. action. Alias leges concordantes vide supr. lib.* 17. *c.* 20. *quæst.* 1. *except.* 1. *Sed & concordat l. seruo.* 25. *C. de pignorib.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi conuenerit, vt amissio pignorum liberet debitorem. *d. l.* 5. *in fin.*

IX. Causa: Si creditor cõsenserit debitorem pignus alienare, vel alij pignori dare, reprobatur *l. Lucius Titius.* 11. *ff. quibus mod. pignus vel hypoth. soluitur.* Plane ius pignoris hoc casu amittitur. *de qua re vide supr. lib.* 17. *c.* 13. *caus.* 21. *distinct.* 1.

X. Causa: Si creditor debitori pignus reddidit. Et hæc causa reprobatur *l. post pignus.* 3. *ff. de pactis.* Plane admittitur causa proposita, si hoc animo pignus redditum sit, vt & debitum remitteretur. *Quæ distinctio approbatur d. l.* 3. *in fine. Cui concordat l.* 1. *in fine. ff. de liberat. legata.*

***

DE RELIQVIS CAVSIS LIberationum.

CAP. XXI.

HActenus octodecim causæ liberationum propositæ sunt atque descriptæ; scil. solutio, acceptilatio, nouatio, rei iudicatæ exceptio, obligationum cõfusio, rei debitæ interitus, bonorum cessio, capitis deminutio, cum decem causis liberationum in re pignori obligata consistentibus. Præter has autem sunt & aliæ causæ plures, ex quibus liberatio contingit, & obligatio ab initio vtiliter contracta dissoluitur partim ipso iure, partim etiã exceptionis ope, quæ in hoc capite proponentur.

XIX. Causa: Si inter debitorẽ & creditorem postea in contrarium conuenit, ex priore contractu agenti creditori exceptio pacti conuenti obstabit. *l. prout.* 80. *ff. de solutionib. l. Stichum.* 95. §. *fin. ff. d. tt. Inst. quib. mod. tollitur oblig.* §. *fin. l. ab empt.* 57. *ff. de pactis. item l. nihil tam naturale.* 35. *ff. de regul. iuris.* De exceptionibus huius causæ vide *supr. lib.* 15. *c.* 15. *exc.* 47. *item d. lib. c.* 16.

XX. Causa: Si creditor instituta semel actione destitit, eamq; remisit. *l. si maritus.* 15, §. *si negauerit, in fi. ff. ad l. Iuliam de adulteriis. l. quæritur.* 14. §. *si venditor. ff. de ædilitio edicto. l. postquam.* 4. *C. de pactis. l. accusationem.* 6. *C. qui accusare non possunt. l.* 2. *ff. ad S. C. Turpil. item l. Papinianus.* 20 §. *fi. cum leg. seq. ff. de minor.* 25. *annis.* Huius causæ exceptio est: Nisi differendæ actionis, non remittendæ animo destitit. *l. destitisse.* 10. *ff. de iudiciis. Leges concordantes vide supr. lib.* 1. *c.* 17. *de tergiuersatione accusatoris, quæst.* 2. *exc.* 1.

XXI. Causa: Si creditor debitum se recepisse scripserit, reprobatur *per ea quæ proponuntur supr. lib.* 1. *cap.* 18. *quæst.* 8. *specie* 1. *exc.* 3. *M. I. R. lib.* 2. *cap.* 11. *in verbo Numeratio.*

XXII. Causa: Si instrumentum obligationis vel chirographum debitor receperit. *l.* 2. *ff. de pactis. Concordat l. liberationem.* 3. §. 1. *ff. de liberat. legata. M. I. R. d. c.* 12. *reg.* 31. Huius causæ exceptio prima est: Nisi contra voluntatem creditoris debitor cautionem receperit. *l. quod debitor.* 15. *& l. pecuniæ.* 14. *C. de solut. M. I. R. d. reg.* 31. *exc.* 1. Secũda exceptio est: Nisi procurator chirographa à creditoribus redempta domino restituerit, per hoc enim nõ videtur procuratori solutum, vel actio mandati ab eo remissa. *l. inquisitio.* 18. *C. d. tt.*

XXIII. Causa: Si chirographum sit cancellatum, approbatur simul & distinguitur *l. si chirographum.* 24. *ff. de probationib. M. I. R. d. cap.* 12. *reg.* 33. Exceptio prima est: Nisi non debiti remittendi animo cancellatum esse probetur. *d. l.* 24. *vers. in eam tamen quantitatem, &c. M. I. R. d. reg.* 33. *except.* 1. Altera exceptio est: Nisi per errorem calculi rationes expunctæ sint, approbatur *per ea quæ proponuntur infr. lib. prox. c.* 1. *quæst.* 1. *causa* 6. Cuius replicatio est: Nisi decem vel viginti anni præterierint. *de qua vide d. causa* 6.

XXIV. Causa: Si instrumentum obligationis sit amissum, reprobatur *per ea quæ proponuntur sup. lib.* 15. *c.* 15. *exc.* 48. *item lib.* 1. *c.* 17. *quæst.* 3. *reg.* 8.

XXV. Causa: Si instrumentum obligationis nullum intercesserit, reprobatur *per ea quæ proposita sunt supr. d. c.* 15. *exc.* 11.

XXVI. Causa: Si cum alicui ex aliqua causa, putà iudicati, deberetur, is eidẽ debitori aliam pecu-

niam crediderit, nec in cautione pecuniæ creditæ sit adiectum: Præter eam pecuniam, quæ ex causa iudicati debetur. reprobatur *l. Lucio Titio.* 28. *ff. de act. & oblig.*

XXVII. Causa: Si res debita ad creditorem peruenerit, *De hac causa vide sup. lib.* 16. *cap.* 3. *exc.* 36. *item lib.* 12. *cap.* 10. *causa* 57.

XXVIII. Causa: Si debitor pecuniam oblatam iussu creditoris alibi posuit. *l. si pecuniam.* 79. *& l. si soluturus.* 39. *ff. de solutionibus. item l. quod meo nomine.* 18. §. *si venditorem. ff. de adq. posses.*

XXIX. Causa: Si creditor aliqua obligatione sit liberatus à debitore. *l. si quis.* 115. *ff. de reg. iuris. Leges concordantes vide sup. cap.* 8 *repl.* 8.

XXX. Causa liberationis est, debiti compensatio, *de qua vide sup. lib.* 15. *cap.* 11.

XXXI. Causa: Si in eum casum inciderit obligatio, à quo incipere non potuit. approbatur, exemplis declaratur & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup. lib.* 16. *cap.* 3. *de exceptionibus aduersus stipulationem ex consequentibus eam.*

XXXII. Causa: Si creditor debitorem suum adrogauerit, vel alias dominium eius sit nactus. Hæc causa species est causæ proxime præcedentis, eiusque exceptio prima est: Nisi creditor arrogati debitoris nomine ab alio de peculio conueniatur. tunc enim id quod sibi antea debuit, potest deducere *l. si quis.* 7. *ff. de peculio legato. Aliias leges concordantes vide sup. lib.* 22. *cap.* 11. *quæst.* 2. *reg.* 1. *except.* 8. Altera exceptio videtur: Nisi debitor adrogatus, rursus fuerit sui iuris effectus. Sed reprobatur *l.* 2. §. *pen. ff. de capite minutis.* Plane admittitur, si sui iuris effectus debitum soluerit, *l. si tuo.* 83. *ff. de solutionibus.*

XXXIII. Causa: Si debitor desierit esse soluendo. *l. nam is.* 6 *ff. de dolo malo. M. I. P. lib.* 5. *cap.* 9. *reg.* 19. Plane causa proposita liberat quidem à solutione pecuniæ, cum nemo ad impossibile sit obligatus; at non liberatur debitor à pœna corporali, & quo minus in carcerem detrudatur: nisi bonis cesserit. *l.* 1. *C. qui bonis cedere poss.* Quod primæ exceptionis loco notandum. *M. I. P. d. reg.* 19. *exc.* 1. vbi replicatur. Secundæ exceptionis loco notandum, quod ex causa proposita eis qui pro debitore interuenerunt, exceptio non detur. *Inst. de replicationib.* §. *fin.*

XXXIV. Causa; Si area aliena promissa, dominus in ea ædificium posuerit. reprobatur *l. qui res suas.* 98. §. *aream. ff. de solutionibus.*

XXXV. Causa; Si creditor ad extorquendum debitum debitori vim adhibuit. *l. extat decretum.* 13. *& l. sed & partus.* 12. §. *fin. l. creditores.* 7. *ff. ad leg. Iul. de vi priuata. Inst. vi bonor. raptor.* §. *sed nedum talia. item Inst. de interdictis.* §. *recuperandæ. ibi; sed ex constit. l. meminerit.* 6. *cum l. seq. C. vnde vi. item l. vnic.* § *fi. C. de suffragijs. M. I. P. d. c.* 9. *reg.* 20. *M. I. R. d. c.* 12. *reg.* 25. Huius causæ exceptio prima est; Nisi non ipse creditor, sed alius, puta tutor vel curator eius debitori vim fecerit. *d. l.* 6. §. *fi. autem. C. vnde vi. M. I. P. d. reg.* 20. *exc.* 1. Altera exceptio est in debito per vim contracto, hoc enim per vim rursus potest extorqueri. *l.* 12. §. *quæri poterit, cum sua gl. ff. quod metus causa.* Tertia exceptio est; Si sine vi compulsus debitum extorsit. Quæ exceptio approbatur exemplo *l. qui vas.* 47. *in pr. ff. de furtis. Accedit Alexander in l. non dubium. ff. de leg.* 1. *& Duranta in arte testandi. tt.* 6. *cautela* 12. Quartæ exceptionis loco notandum, quod in ea re tantum, in qua vis commissa est, non in totum ius suum creditor amittat. *gl. in d. l. extat decretum* 13. *in verb. Rem vllam.* Alias tres exceptiones addit gloss. *ibidem, in verbo Sine vllo iudicio.* Qua autem actione debitor debitum extortum repetere possit, à Doctoribus variatur. Glossa magna *in d. l.* 13. *in verbo Non habebit. vers. edictum quoq;*, putat condictionem indebiti vel sine causa competere, non condictionem ex edicto Imp. Hadriani. Contra sentit Albericus de Rosato, hanc, non illam competere. Glossæ accedunt Bart. & Bald. ideoque hæc opinio videtur magis communis.

XXXVI. Causa; Si debitor, creditore pecuniam oblatam accipere recusante, obsignatam eam deposuit. approbatur *per ea quæ proponuntur sup. cap.* 17. *exc.* 11. *repl.* 3. *dupl.* 2.

XXXVII. Causa, Si cum ad tempus obligatio constituta esset, tempus illud sit finitum. Hæc causa ipso quidem iure liberationem non parit; sed exceptionis ope. *l. oblig.* 43. §. *placet. ff. de act. & oblig. Concordat l. eum qui.* 56. §. *qui ita stipul. ibi; quemadmodum is. ff. de verb. oblig.*

XXXVIII. Causa; Si creditor in iure interrogatus, nihil sibi deberi responderit. *l. quidam.* 30. *in pr. ff. de donationibus.* Plura de hac causa vide *supra lib.* 2. *cap.* 20.

XXXIX. Causa; Si creditor in iudicio plus petierit. Hæc causa approbatur quidem iure antiquo, verum iure nouo sublata est *Inst. de action.* §. *si quis ageris.* Plura vide *sup. lib.* 15. *cap.* 6. *reg.* 9.

XL. Causa; Si creditor debitoris hæredibus dolo persuasit, vt hæreditatem minus idoneam adirent. *l. vlt. ff. de dolo malo.*

XLI. Causa; Si tempus actionis sit finitum. hoc enim casu præscriptione temporis actio eliditur. *de qua vide sup. lib.* 15. *c.* 13. Hactenus de causis seu modis liberationum, quibus obligatio ab initio vtiliter contracta, ex post facto infirmatur. Sed & plures huiusmodi causas vide *sup. lib.* 15. *exc.* 24. *cum sequentibus. item lib.* 16. *cap.* 3. *de exceptionibus aduersus stipulationem consequentibus eam. item lib.* 12. *cap.* 6. *cum sequentibus.*

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONIBVS, CAPITIS DEMINVtione, captiuitate & postliminio: necnon de verborum significatione, & de regulis iuris.

LIBER VICESIMVSQVINTVS.

DE IN INTEGRVM RESTITUTIONIBUS.

CAP. I.

PRimo, Causæ ex quibus in integrum restitutio competit, numerantur *l.1.cum lege sequente.ff.de in integrum restit.* Prætor enim hominibus vel lapsis, vel circumscriptis subuenit: siue metu, siue calliditate, siue ætate, siue absentia inciderunt in captionem; siue per status mutationem, aut iustum errorem, de quibus singulis in sequentibus capitibus dicetur. *M.I.R. lib.5.cap.13.reg.2.* Plane de postrema causa, errore scilicet, dictum quoq; est *sup.lib.prox.cap.3.item lib.15.cap.2.exc.10.& cap.15.exc.15.* Eiusque exemplum proponitur in errore calculi *l.vnica.C.de errore calculi.* Cuius exceptio est: Nisi decem vel viginti annorum præscriptio obstet. *l.in omnib.13.in fin.ff. de diuers.tempor.præscript.*

EXCEPTIO PRÆCEDENTIVM causarum generalis.

Plane iam dictarum causarum & similium exceptio generalis est: Nisi minima res vel summa sit, ob quam in integrum restitutio petitur. *l.scio.4.ff.de in integr.restitutionib. Concordat l. res bona fide.54.ff.de contrah.empt.M.I.R.d.reg.2.exc.2.*

II. QVIBVS COMPETIT in integrum restitutio?

I. Regula, De successoribus, proponitur *l.non solum.6.in prin.ff.de in integr.restit.M.I.R.d.cap.13. reg.3.* Reliquas propositæ quæstionis regulas vide *inf.in cap.sequen.*

II. PER QVOS IN INTEGRVM restitutio peti potest?

Etiam per procuratorem in integrum restitutio peti potest. *l.vnic.C.etiam per procuratorem, &c.*

IV. VBI ET APVD QVEM COgnitio in integrum restitutionis competat?

I. Regula: Ibi, vbi domicilium reus habet, in integrum restitutio petenda. *l. 2. C. vbi & apud quem cognitio, &c.* Plura de quæstione proposita vide *inf.cap.4.quæst.7.*

II. Regula; De iudicibus delegatis & compromissarijs, proponitur *l. cum sciamus. 3. C.d.tt. M.I.P.lib.5.c.10.reg.1.M.I.R.d.cap.13.reg.4.*

III. Regula: Si contra sententiam procuratoris Cęsaris restitutio postuletur, solus princeps iudex competens est. *l.1.C.d.tt.*

V. QVAMDIV IN INTEGRVM restitutio peti potest?

Intra quadriennium competit hæc petitio, *l. vlt.C.de tempor.in integr.restit. M.I.P.d.ca.10.reg.2.M.I.R.d.cap.13.reg.8. & d.lib.5.cap.2.reg.4.exc.9.reg.3.* Huius exceptio prima est, Nisi propter aliquam causam, ex qua in integrum restitutio decerni solet, intra quadriennium petita restitutio non sit. *d.l.vlt.vers.& quemadmodum omnis, &c. Concordat l.1.cum trib.ll.seqq.C.d.tt.M.I.P.d.reg.2.exc.1.M.I.R.d.reg.8.exc.1.* Altera exceptio est, Nisi propter errorem calculi in integrum restitutio petatur. hoc enim casu etiam post viginti annos restitutio peti potest. *l.calculi.8.ff.de administr. rer. ad ciuitates pertinen.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi reipubl. rationes sint. *approbatur l.in omnibus.13.in fi.ff. de diuers.temp.præscript.* Plures propositæ regulæ exceptiones vide *inf.c.4.q.12.* Sed & plura de regula proposita vide *inf.cap.5.quæst.7.*

VI. ADIVNCTA ET EVENTVS in integrum restitutionis.

I. Regula, Causa cognita, in integrum restitutio decerni solet. *l.omnes.3.ff.de in integr.restit.*

II. Regula, De dilatione danda, proponitur *l.petendæ.6.C.de temp.in integr.restit.*

III. Regula, Pendente lite in integrum restitutionis, omnia in suo statu esse debent. *l. vni. C.in integr.restit.postulata, ne quid noui fiat.*

IV. Regula, Non videtur re exclusus, in integrum restituendus *l.non videtur.5. ff. de in integrum restitutionibus.*

V. Regula, In integrum restitutus omnia quę accepit, restituere tenetur, *l.vnica.C de reputationibus quæ fiunt in iudicio in integr.rest.* Plura de regula proposita vide *inf.cap.4.quæst.14. item M.I.P.d.cap.10.reg.3.M.I.R.cap.13.reg.2.exc.12.* Hæc de integrum restitutionibus in genere sint dicta. Sed & plura earum generalia præcepta vide *infra, cap.5.* Nunc de singulis restitutionum causis in specie agendum.

DE EO QVOD METVS CAVsa gestum est.

CAP. II.

PRimo, Verba edicti quo hæc introducitur actio, proponuntur *l.1.ff.quod metus causa.*

II. GENVS HVIVS actionis.

Arbitraria est actio. *Instit.de actionib. § præterea. Concordat l.item si cum. 14. §. hæc autem actio.ff.quod metus causa.*

III. CAV-

III. CAVSÆ HVIVS actionis.

I. Causa, & quidem generalis est: Si quid vi metusue causa factum sit, per hanc actionem rescinditur. *quæ causa approbatur verbis edicti paulo superius allegatis. Concordat l.continet.3.in princip.ff.d.tt. l.vltim.C.de his quæ vi metusue causa. item l.illicitas. 6. in princ.ff.de offic.præsidis.M.I.P.d.cap.10.reg.5. M.I.R. d.cap.13.reg.11.* Declaratur causa proposita definitione vis & metus, *l.1.& l.2.ff.quod metus causa.* Huius causæ exempla proponuntur in causis sequentibus.

II. Causa: Si metus causa quid vendidit. *Hæc causa specialis, præterquam quod approbatur d.l.6. & d.l.vlt.approbatur etiam l.non est verisimile. 23. §.si iusto. §.quod metus causa.*

III. Causa: Si dos metu promissa sit. *l.si mulier. 21.§.si dos.ff.d.tt.*

IV. Causa: Si metu coactus à contractu recesserit. *d.l.21.§.si metu.*

V. Causa: Si metu coactus hæreditatem adijt. *d.l.21.§.penult.*

VI. Causa: Si metu coactus hæreditatem repudiauit, *d.l.21.§.vlt.*

VII. Causa: Si quis metu coactus seruum manumisit, vel ædificium deposuit. *Hæc duplex causa approbatur l.metum autem. 9. §. idem Pomponius. ff. quod metus causa.*

VIII. Causa: Si quis metu coactus indebitum soluit, aut cauit. *l.vlt.§.si fœnerator. & §. si quis quod.ff.d.tt.l.item si.14.§.pen.ff.d.tt.*

IX. Causa: Si quis in meo solo per vim ædificet. *d.l.9.§.idem ait.ff.quod metus causa.*

X. Causa: Si metu coactus possessionem alij tradiderit. *d.§.idem ait.*

XI. Causa: Si metus causa fundum reliquerit. approbatur simul & distinguitur *d.l.9.§.1. De quo etiam vide supra libro 7. capite 23. quæstion. 4. causa 7. exc.1.*

XII. Causa: Si metu coactus quis cauit. *l.si donationis.7.C.de his quæ vi metusue causa. Concordat l. non est verisimile.23.§.si fœnerator.ff. quod metus causa.* Huius causæ exceptio est: Nisi debitum cautum sit. approbatur exemplo pignoris metus causa dati, *l.cum te.4.C.de pignor.& hypoth.*

XIII. Causa: Si quis coactus lusit. *l.1.§.fin.cum lege sequente.ff.de aleatoribus.*

XIV. Causa: Si in carcerem detruso vel custodito quid est extortum. *l.pen.ff. quod metus causa. Concordat l.vlt.§.si fœnerator.ff.eod.tt. M.I.R. d.reg. 11.in princ.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENtium causarum generales.

I. Exceptio: Nisi meticulosus rem nullam frustra metuerit. *l.metum autem.6.ff. quod metus causa. l.nec timorem.7.§.1.ff.d.tt.item l.vani timoris. 144. ff.de regul.iuris.M.I.P.d.reg.5.except.1.M.I.R.d. regul.11. except.1.*

II. Exceptio: Nisi minas tantum, nullo facto interueniente, metuit. *l. metum. 9. C.de his quæ vi metusue.M.I.R.d.reg.11.exc.3.*

III. Exceptio: Nisi dignitatem tantum aduersarij metuit, nullo alio actu interueniente. *l. ad inuidiam.6.C.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi subditus magistratui vel officiali vendiderit aliquid: hoc enim casu postea metu factam venditionem asserens audiendus. *l. si per impressionem.11.C.d.tt.* Plura de hac exceptione vide *sup.lib.1.cap.7.reg.4.item lib.3.cap.21.reg.36.*

IV. Exceptio: Nisi quis non metu, sed suspicione metus inferendi quid gesserit. *l.metum autem.9.in princ.ff.quod metus causa.*

V. Exceptio; Nisi non sit magnum malum, cuius metu quid gestum est *l.metum.5.ff.d.tt. M.I.R. d.reg.11.exc.6.* Quod autem sit malum maius, cuius metus actionem propositam tribuat, definitur *l.continet.3.§.fin.cum leg.sequente.ff.d.tt.M.I.R.d. reg.11.exc.1.* Sed & declaratur exemplo *l.isti quidem 8.§.quod si dederit.ff.eod.tt.* Aliud exemplum proponitur *d.l.8.§.si is accipiat.*

VI. Exceptio: Nisi infamiæ metu vel vexationis quid sit gestum. *l.nec timorem infamiæ.7. in prin. ff.eod.tt.*

VII. Exceptio: Nisi metu accusationis institutæ vel instituendæ quid gestum sit. *l.accusationis. 10.C.de his quæ vi metusue. Leges concordantes vide sup. lib.15.cap.15.exc.16.repl.c.5.*

VIII. Exceptio; Nisi in crimine aliquo deprehensus metuat ne occidatur, vel prodatur. reprobatur *l.nec timorem.7. §.fin. cum lege sequente.ff. quod metus causa.*

IX. Exceptio; Nisi ne ad ciuilia munera nominaretur metuens, gessit. *l.cum te.8. c. de his quæ metus causa.*

X. Exceptio: Nisi non damni accipiendi, sed lucri amittendi metu quid gessit. approbatur exemplo *d.l.8.*

XI. Exceptio: Nisi libertus metu ne ob ingratitudinem suam in seruitutem retrahatur, quid gesserit. *l.si mulier.21.in pr.ff quod metus causa.*

XII. Exceptio est: Nisi quis non sibi, sed alij metuens quid gessit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi liberis suis metuens gessit. *l.isti.8.§.fin.ff.d.tt.M.I.R.d.reg.11.exc.9.*

XIII. Exceptio, sumpta ex persona eius qui metum intulit. reprobatur *l.metum.9.§. animaduertendum.ff.d.tt.*

XIV. Exceptio: Nisi magistratus, vel is qui in officio est, subdito metum incusserit. approbatur simul & distinguitur *l.continet.3.§.sed vim, cum sequentibus.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est Nisi per iniuriam, & non iuris ordine seruato, magistratus metum incusserit. *d.§.sed vim.vers. etenim si per iniuriam.l.vlt.§.fi.ff.d.tt.item l.si per impressionem.11.C.de his quæ metus causa.*

XV. Exceptio: Nisi parens liberis metum incusserit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup.lib.15.cap.15.exc.16.repl.1. M.I.R. d.reg.11.exc.7.*

XVI. Exceptio; Nisi alius quam reus vim intulit, vel metum incussit. reprobatur *l.item si 14. §.in hac.ff.quod metus causa.l.metum.9.§. animaduertendum.ff.d.tt.l.sed & ex dolo.15.§.fin.ff. de dolo malo. l.non interest.5.C.de his quæ vi metusue causa. Concordant denique ea quæ proponuntur sup.lib.15.cap. 15. exc. 16.replic.4.*

XVII. Exceptio; Nisi alicui quid sit datum vel promissum, vt se aduersus vim ab alio illatam tueretur. *l.metum.9.§.sed licet.ff.quod metus causa.*

XVIII. Exceptio: Nisi debitum per vim coactus soluit. *l.sed &.12.§.fin.& l.vlt.§.fin.ff.d.tt.*

XIX. Ex-

XIX. Exceptio: Nisi pignus per vim creditori suo dedit, *l. cum te. 4. C. de pignor. & hypoth.*

XX. Exceptio: Nisi per vim ablatum vel promissum, per vim coactus sit restituere vel acceptofacere. *d. l. 12. §. quari.*

XXI. Exceptio: Nisi id quod sibi non debebatur, per vim acceptotulerit. *l. item si cum. 14. in prin. ff. quod metus causa.*

XXII. Exceptio: Nisi res sit imperfecta, & nihil datum. reprobatur *l. metum. 9. §. sed quod Prætor. ff. quod metus causa.*

XXIII. Exceptio: Nisi cum per vim coactus cauisset, postea soluit, vel gestum ratum habuit. *l. 2. C. de his quæ vi metusue. Concordat l. si per vim. 4. in princ. C. eod. tt. M. I. R. d. reg. 11. exc. 8.* Huius replicatio est: Nisi per vim quoque solutio facta sit. *l. ex ea stipulatione. 7. ff. de condict. ob turp. caus. M. I. R. d. exc. 8. replic. 1.*

XXIV. Exceptio: Nisi alia actio competat ad reuocandum id quod gestum est. *d. l. 4. in fin. Concordat l. item si cum. 14. §. post annum ff. quod metus caus.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi intra annum agatur. hoc enim casu, quamuis & alia actio competat, hæc tamen deneganda non est, *elicitur ex d. l. 4. in fin. Cui concordat l. si mulier. 21. §. fin. ff. quod metus causa.*

XXV. Exceptio: Nisi semel eo nomine actum sit. *d. l. 14. §. eum qui. Concordat l. metum. 9. §. licet, in fi. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi cum antea cum alio actum esset, is non soluerit, vel minus soluerit. *d. l. 14. §. fin. cum duab. ll. seqq.* Altera replicatio est: Nisi cum dominus antea seruorum suorum nomine noxali iudicio esset conuentus, & seruos noxæ dederit, nunc ex eo quod res ad eum peruenerit, conueniatur. *l. quod diximus. 16. §. 1. ff. d. tt.*

XXVI. Exceptio: Nisi actor id quod percepit, non restituat. *l. si per vim. 4. ibi. scilicet reddito. & l. si vi 3. C. de his quæ vi metusue.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi subditus officiali suo metus causa vendiderit. *l. si per impressionem. 11. ibi. & nihilominus etiam. C. d. tt.*

XXVII. Exceptio: Nisi res per vim extorta perijt, vel seruus extortus fugerit. *l. item si cum. 14. §. aliquando. ff. quod metus causa.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi is qui vim adhibuit, conueniatur: huic enim exceptio proposita non prodest. *l. 1. C. de his quæ vi metusue. Concordat d. l. 14. §. quod si homo. ibi. si autem ante.* Cuius duplicatio est Nisi post condemnationem res interijt. *d. §. quod si homo.* Plane propositæ duplicationis triplicatio prima est: Nisi non intra tempora iudicati actionis, res perierit, sed postea. hoc enim casu duplicatio proposita ei qui vim intulit, non prodest. *d. §. quod si homo. vers. si intra tempora iudicati actionis, &c.* Sunt autem tempora iudicati actionis, quatuor menses, *ex l. 2. C. de vsuris rei iudic.* Altera triplicatio est, Quod nihilominus ad pœnam tripli condemnatus teneatur, quamuis à rei præstatione propter ipsius interitum sit liberatus. *d. §. quod si homo. vers. ideo relaxabitur, quia tripli pœna propter facinus satisfacere cogitur.* Tertia triplicatio est, Quod nihilominus cauere teneatur de re vel seruo, qui est in fuga, persequendo & reddendo. *d. §. quod si homo. vers. pro eo autem qui in fuga esse dicitur, &c.* Quarta triplicatio est: Nisi res apud actorem interitura non fuisset. *d. §. quod si homo. vers. sed etsi non culpa eius cum quo agetur, &c.* Hæc de prima replicatione. Secunda propositæ exceptionis replicatio est: Nisi quoad id vt caueat reus, se rem persecuturum & restituturum, *quæ replicatio approbatur d. §. quod si homo. vers. ergo etsi in fuga sit seruus. Concordat d. l. 14. §. aliquando.* Tertia replicatio est: Nisi res peritura non fuerat, nisi metu adhibito. *d. §. quod si homo vers. sed etsi nō culpa eius cū quo agetur, obierit, si tamen peritura res non fuit, &c.* Quarta replicatio est: Nisi dolo vel culpa rei conuenti res perierit. *d. §. quod si homo. vers. si homo sine dolo malo & culpa, &c. Concordat d. §. aliquando.* Quinta replicatio est; Nisi reus ex re quæ perijt, locupletior sit factus. *l. si ipsa res. 18. ff. quod metus causa.*

IV. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

Etiam hæredibus datur actio proposita *l. item si cum. 14. §. post annum, in fin. ff. quod metus causa. Concordat l. quod diximus. 16. §. hæc actio. ff. d. tt.*

V. ADVERSVS QVOS ACTIO proposita competit?

I. Regula, De eo qui vim adhibuit. Hic proposita actione tenetur, quamuis res ad alium peruenerit. *d. l. 14. §. Pedius.*

II. Regula, De eo ad quem res peruenit. Hic quoque actione proposita tenetur, quamuis alius metum intulerit. *d. §. Pedius. & §. in hac. Alias leges concordantes vide sup. quæst. 3. exc. 16.* Huius regulæ exceptio prima esse videtur; Nisi is ad quem res peruenit, bonæ fidei sit possessor. sed reprobatur *d. l. 14. §. vnde quidam.* Altera exceptio est, Nisi is ad quem res peruenit, eam vsuceperit. *l. si vi. 3. in fine. C. de his quæ vi metusue.* Tertia; Nisi ab eo ad quem peruenit, res sit consumpta. reprobatur *l. videamus. 17. ff. quod metus causa.* Quarta; Nisi res perierit. approbatur simul & distinguitur *sup. q. 3. exc. 27.*

III. Regula, De hæredibus eius qui vim admisit. Aduersus hos regulariter quidem actio proposita non competit. Cuius tamen regulæ exceptio prima est; Nisi eatenus, quatenus ad eos peruenit. *l. quod diximus. 16. §. fi. ff. quod metus causa.* Huius exceptionis replicatio prima; Nisi res ab hærede sit consumpta. reprobatur *l. videamus. 17. ff. d. tt.* Altera; Nisi tempore litis contestatæ hæres id quod peruenit, sine dolo possidere desierit. *Hæc replicatio videtur approbari l. quantum. 20. ff. eod. tt.* Altera propositæ regulæ exceptio est; Nisi defunctus per vim debito sit liberatus. hoc enim casu eius quoque hæres tenetur, quamuis nihil ad eum peruenit. *d. l. 20. in fin.*

IV. Regula, De hærede hæredis. Et hic tenetur, si ad hæredem defunctum semel peruenit, quamuis ad ipsum nihil peruenit. *d. l. 17. ff. d. tt.*

V. Regula; Si facto debitoris fideiussores liberati sunt, etiam aduersus fideiussores actio competit. *l. illud verum est. 10. in pr. ff. quod metus causa.* Huius regulæ exceptio est; Nisi quoad rei principalis obligationem; ad eam enim restituendam non tenetur fideiussor. *l. si quis. 11. ff. d. tt.*

VI. Regula; Si fideiussor per vim liberatus est, etiam aduersus reū principalem actio proposita cōpetit. *quæ regula approbatur l. metum. 9. §. fi. ff. d. tt.*

VII. Regula, De domino serui vim inferentis, propo-

proponitur *l. quod diximus. 16. §. 1. ff. quod metus causa.*

VI. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula; Venit in hanc actionem, vt id quod metus causa gestum est, in integrum restituatur. *quæ regula approbatur l. metum. 9. §. ex hoc edicto. ff. quod metus causa. l. illud verum est. 10. §. si metu. & l. item si cum. 14. §. Labeo ait. & §. si quis per vim. ff. d. tt.*

II. Regula, Venit etiam in hanc actionem, vt reus de dolo promittat. *d. l. 9. §. item Iulianus. & §. ex hoc.*

III. Regula; De partu ancillarum, fœtu pecorum, de fructibus & omni causa restituendis, proponitur *l. sed & 12. in pr. ff. quod metus causa. Concordat l. videamus. 38 §. item si vi. ff. de vsuris & fructibus.* Huius regulæ exceptio videtur; Nisi quis non suum, sed alienum fundum per vim tradiderit. Sed reprobatur *l. si mulier. 21. §. qui possessionem. ff. quod metus causa.*

IV. Regula; De pœna quadrupli. Venit quoque in actionem propositam pœna quadrupli, *l. item si cum. 14. §. 1. & §. hæc autem actio. ff. quod metus causa. l. metum. 9. §. ex hoc edicto. ibi. vsque adeo. ff. d. tt.* Plane regulæ huius exceptio prima est; Nisi ante sententiam reus quod debet, restituerit. *d. l. 14. §. 1. vers. satis enim clementer cum reo Prætor egit, vt daret ei restituendi facultatem. §. hæc autem actio. & §. in hac actione.* Ex quibus patet, proposita actione non delictum vim inferentis, sed contumaciam non restituentis puniri. Altera exceptio est; Nisi annus à vi illata excesserit. hoc enim casu non amplius in quadruplum, sed in simplum est actio. *approbatur per ea quæ proponuntur infra, quæst. prox. except. 2.*

V. Regula; In quadruplo inest quoq; rei persecutio. *d. l. 14. §. quatenus autem.*

VI. Regula; Quid quadruplandum, definitur *d. l. 14. §. 1. §. quadruplatur. & §. penult. item l. si mulier. 21. §. qui possessionem. ff. d. tt.*

VII. Regula; In hac actione etiam in litem iuratur. *l. arbitrio. 18. in pr. ff. de dolo malo. M. I. R. lib. 5. cap. 10. reg. 6. M. I. R. d. cap. 13. reg. 12.*

VIII. Regula; Æstimatio eius quod ad hæredem peruenit ad litis contestatæ tempus redigitur. *l. 20. cum sua gloss. ff. quod metus caus.*

VII. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

Annalis est actio, approbatur simul & distinguitur *l. si per vim. 4. C. de his quæ vi metusue. Concordat l. item si cum. 14. §. post annum. ibi. & Jane. ff. quod metus causa.* Huius exceptio prima est; Nisi experiundi potestatem actor non habuerit. *d. l. 4.* Altera exceptio est: Nisi in simplum, non quadruplum agatur. hoc enim casu annalis præscriptio non obstat. *d. l. 4. d. §. post annum. l. quod autem. 19. item l. si mulier. 21. §. quod metus. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi alia actio competat, *d. l. 4. & d. §. post annum.* Plane annus iste, cuius in legibus allegatis fit mentio, censetur mutatus in quadriennium continuum, *ex l. superuacuum. 7. C. de temporibus in integrum restit.*

VIII. ADIVNCTA, SEV de probationibus.

Metus in hac actione non præsumitur, ideoq; probandus. *l. vlt. in prin. ff. quod metus causa. Concordat l. metum. 9. C. de his quæ vi metusue.* Plane huius regulæ exceptio videtur talis; Nisi aduersarius in dignitate positus sit. Sed reprobatur *l. ad inuidiam. 6. C. eod. tt.*

IX. ADFINIA REMEDIA.

Si ad id quod metus causa gestum est, rescindendum agatur, regulariter quidem actio proposita, non alia competit. Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi de dolo actio. *l. item si cum. 14. §. eum qui. ff. quod metus causa.* Altera exceptio est; Nisi in rem actio. *l. metum. 9. §. volenti. ff. d. tt. & l. si vi 3. ibi. postquam placuit. C. de his quæ vi metusue.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi actor actione Quod metus causa agens, quadruplum sit consecutus. *d. l. 9. §. licet.* Tertia exceptio est; Nisi pristina actio per vim sublata. *d. §. volenti. Concordat l. si mulier. 11. §. fin. ff. eod. tt.* Quarta; Nisi res non sit perfecta; hoc enim casu vim passo etiam exceptio datur *l. metum. 9. §. sed quod Prætor. ff. quod metus causa. De hac exc. vide sup. lib. 15. c. 15. exc. 16.* Quinta exceptio est; Nisi is qui per vim rem suam tradidit, mortuus sit; hoc enim casu hæredis eius petitio hæreditatis competit. *l. item si cum. 14. §. post annum. ff. d. tt.* Sexta; Nisi quis per vim in alieno solo ædificet; hoc enim casu etiam interdictum Quod vi aut clam competit. *d. l. 9. §. idem ait.* Septima; Nisi quis vim adhibuerit debitori suo, vt solueret; hoc enim casu actio proposita non competit, sed lex Iulia de vi. *l. sed & partus. 12. §. fin. ff. quod metus causa.* Octaua; Nisi quis per vim ad ludendum sit coactus; hoc enim casu edictum competit de aleatoribus. *l. 1. §. fin. cum lege sequente. ff. de aleatoribus.* Nona; Nisi quis per vim metus causa rem suam tradiderit; hoc enim casu furti etiam actio videtur competere. Sed reprobatur *d. l. 14. §. qui vim. ff. quod metus causa.* Decima; Nisi quis in adulterio deprehensus quid dedit, ne proderetur; hic enim qui accepit, etiam lege Iulia de adulterijs tenetur. *l. ifti. 8. in pr. ff. d. tt.* Vndecima; Nisi serui metum intulerint; hoc enim casu etiam noxalis contra dominum actio est. *l. quod diximus. 16. §. 1. ff. d. tt.* Duodecima; Nisi dos per metum sit constituta; hoc enim casu ipso iure non valet contractus. *l. si mulier. 21. §. si dos metu, cum sua gloss. ff. quod metus causa. M. I. R. lib. 5. c. 13. reg. 11.* Hæc de actione Quod metus causa.

DE DOLO MALO.

CAP. III.

PRimo; Verba edicti quo actio proposita introducitur, proponuntur *l. 1. §. 1. ff. de dolo malo.*

II. Ratio huius edicti & actionis habetur *d. l. 1. in prin.*

III. GENVS HVIVS actionis.

Famosa est actio. *d. l. 1. §. ait Prætor. ibi: quoniam tam famosa. Concordat l. non debet dari. 11. in pr. ibi. cum sit famosa. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio est Nisi aduersus alium quam qui dolo fecit, de eo quod ad eum peruenit, agatur. approbatur exemplo hæredum *l. Sabinus putat. 29. ff. d. tt.*

IV. CAVSÆ HVIVS ACTIONIS.

I. Causa, eaque generalis, hæc est; Si quod dolo malo gestum sit. *approbatur verbis edicti. M. I. R. d. c. 13. regul. 15.*

regul. 15. Declaratur definitione doli mali. *d. l.* 1. §. *dolum.* Diuiditur dolus malus *l.* 1. *in fin. ff. de doli mali except.*

II. Causa; Si quis dolo malo deceptus hæreditatem minus idoneam adijt. approbatur simul & distinguitur *l. vlt. ff. de dolo malo.*

III. Causa; Si quis dolo persuasus hæreditatem quasi minus idoneam repudiauit. *l. si quis.* 9. *in pr. ff. d. tt. l. si maior.* 7. *C. de dolo malo. item l. apud Celsum.* 4. §. *si cum legitima. ff. de doli mali exc.*

IV. Causa; Si tabulas testamenti deleuit vel corrupit. *l. si quis.* 35. *ff. de doli malo.*

V. Causa, Si tabulas testamenti suppressit, ne de inofficio agi possit. *l. si quis.* 9. 8. *item si tab. ff. d. tt.*

VI. Causa, Si seruum legatum hæres occidit, reprobatur *l. & eleganter.* 7. §. *item si seruum ff. d. tt.*

VII. Causa, Si dominus proprietatis insulam, cuius vsusfructus legatus est, incenderit. reprobatur *l. arbitrio.* 18. §. *si dominus ff. de dolo malo.*

VIII. Causa, Si cum mihi optio serui legata esset, persuaseris mihi vt optem seruum, quasi melior in familia non sit. *l. si quis.* 9. *in pr. ff. d. tt.*

IX. Causa; Si cum seruo libertas relicta esset ita: Si rationes hæredibus reddidisset, vnus hæredum non redditis rationibus seruum manumisserit. *l. si filius familias.* 32. *ff. de dolo malo.*

X. Causa, Si legatarius persuaserit hæredi, hæreditatem ad solida legata soluendo sufficere, atque ita solidum legatum acceperit, non detracta Falcidia. *l. si legatarius.* 23. *ff. de dolo malo.*

XI. Causa; Si cum mihi permisisses saxum, cretam vel quid simile ex fundo tuo tollere, postea sumptibus factis me tollere non patiaris. *l. si cum mihi.* 34. *ff. d. tt.*

XII. Causa; Si quis familiæ meæ persuaserit, vt de possessione decedat, qua ratione mihi damnum est datum. *l. cum quis.* 31. *ff. d. tt.*

XIII. Causa; Si fideiussor à creditore pignus emit, debitori de dolo actione tenetur. *l.* 1. *C. de dolo malo.*

XIV. Causa; Si quis aliquem cui mutua pecunia dabatur, idoneum cui pecunia crederetur, falso affirmauit. approbatur simul & distinguitur *l. & eleganter.* 7. § *fin. cum lege sequente. ff. de dolo malo.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi non euidens calliditas sit. *d. l.* 7. *in fin.* Altera exceptio est; Nisi cum quis mandasset alicui, vt excuteret vires eius, cui crediturus erat, is satis idoneum eũ falso dixerit. tunc enim mandati competit actio. *l. si mandauero.* 42. *in fin. ff. mandati.* Ideoque de dolo actio cessat, *secundum ea quæ dicentur inf. exc. gen.* 10. *repl.* 2. Tertia exceptio est; Nisi cum quis commendasset Titium, quasi idoneum cui crederetur, postea alium pro Titio adduxit, qui minus est soluendo. hoc enim casu furti actio competit, nisi is qui adductus est, fraudis particeps non fuit. tunc enim in factum actio datur. *l. si is qui rem.* 66. §. *si tu Titius. ff. de furtis.*

XV. Causa; Si is qui non erat soluendo, hortatu tuo à me pecuniam acceperit mutuam, vt tibi solueret. *l. seruus tuus.* 20. *in prin ff. de dolo malo.*

XVI. Causa; Si rem minoris vendiderit, vel pluris emerit, reprobatur *l. in causæ.* 16. §. *idem Pomponius. ff. de minorib.* 25. *annis.* Leges concordantes vide *sup. lib.* 18. *cap.* 3. *exc.* 27.

XVII. Causa; Si quis affirmauerit minimam esse hæreditatem, & ita eam ab hærede minoris emit. reprobatur *l. si quis.* 9. *in pr. ff. de dolo malo. Concordat l. si mandauero.* 42. *ff. mandati.*

XVIII. Causa; Si venditor decipiendi emptoris causa quid dixit. *l. quod vẽditor.* 37. *ff. de dolo malo.*

XIX. Causa; Si sciens falsa pondera commodauit venditori, quibus merces emptori appenderet. *l. arbitrio.* 18. §. *de eo. ff. d. tt.* Quo casu præter actiones d. §. de eo enumeratas, etiam furti actio competit. *l. si quis vxori.* 53 §. *si matrona. ff. de furtis.*

XX. Causa; Si dominus consilio serui circumscriptus eum vendiderit. *l. & eleganter.* 7. *in prin. ibi: nec videtur. ff. d. tt.*

XXI. Causa; Si vendito prædio venditor seruitutem imposuit, ædificia diruit, arbores excidit; item si vendito seruo venenum dedit. *d. l.* 7. §. *non solum.*

XXII. Causa; Si cum mihi persuasisset, vt ancillam illi darem, vel manumitterem, tanquam recepturus aliquid aliud pro ea data ancilla, vel manumissa, ille fidem placitis non præstet. *l. cum proponas.* 4. *C. de dolo malo.*

XXIII. Causa, Si fraudulentum consilium quis alicui dedit. *l. consilij.* 47 *ff. de reg. iuris.*

XXIV. Causa; Si cum seruus pactus pro libertate reum domino dedisset, ea cõditione, vt post libertatem in se transferatur obligatio, postea manumissus vel patronus non patitur transferri. *l. & eleganter.* 7. §. *seruus pro. ff. de dolo malo.*

XXV. Causa; Si quadrupes dolo alicuius, alicui damnum dederit. approbatur sub conditione *d. l.* 7. §. *si quadrupes.*

XXVI. Causa; Si compeditum seruum meum quis soluit, vt fugeret. reprobatur *d. l.* 7. §. *idẽ Labeo.*

XXVII. Causa; Si quis animal quod mihi debetur, occiderit. *l. arbitrio.* 18. §. *fin. cum l. seq. ff. de dolo malo.*

XXVIII. Causa; Si debitor epistolam ad creditorem quasi ab alio scriptam miserit, vt liberaretur. approbatur simul & distinguitur *l. quidam debitor.* 38. *ff. d. tt.*

XXIX. Causa; Si cuius dolo factum sit, vt lis temporibus legitimis transactis periret. *l. arbitrio.* 18. §. *si cuius. ff. de dolo malo.*

XXX. Causa; Si seruum alij pignoratum noxæ dediderit. *l. si quis.* 9. §. *etsi seruum. ff. d. tt.*

XXXI. Causa; Si dolo procuratoris aduersarius vicerit, vel absolutus sit. approbatur simul & distinguitur *l. & eleganter.* 7. §. *si dolo. ff. eod tt. l. si procurator.* 9. *ff. de doli mali except. Concordant item ea quæ proponuntur sup. lib.* 19. *cap.* 13. *q.* 7. *exc.* 13.

XXXII. Causa; Si actor à reo falso persuasus, eum absolui passus sit. *l. seruus tuus.* 20. *in fi. ff. de dolo malo.* Huic contradicit *l cum à te.* 25. *ff. d. tt.*

XXXIII. Causa; Si cum me deferente aduersarius iurasset, postea periurium fuerit approbatum. reprobatur *l. quod si.* 21. *cum lege sequente. ff. a. tt.*

XXXIV. Causa; Si cum non possideret, liti se obtulit, & absolutus est. *l. pen. ff. a. tt.*

XXXV. Causa; Si dolo alicuius factum sit, quo sententia contra absentem pro libertate ferretur. *l. si dolo.* 24. *ff. de dolo malo.*

XXXVI. Causa; Si litem mouit, ne possessor rem vendere posset. *l. rem quam venalem.* 33. *ff. d. tt.*

XXXVII. Causa; Si cum res apud sequestrum esset deposita, donec res iudicaretur, aduersarius postea

postea iudicium accipere nolit. approbatur sub conditione *l. si quis.* 9. §. *Labeo. ff. d. tt.*

XXXVIII. Causa: Vbicunque titulus actionis in priuatis iudicijs deficit, de dolo actio danda est. *l. stellionatus.* 3. §. 1. *ff. stellionatus.*

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIUM CAUSARUM GENERALIBUS.

I. Exceptio: Nisi pupillus dolo fecisse dicatur. approbatur simul & distinguitur *l. hæredib.* 13. *cum lege sequente. ff. de dolo malo. M. I. R. lib.* 5. *cap.* 13. *reg.* 15. *exc.* 2.

II. Exceptio: Nisi parens filium, vel patronus libertum deceperit. *l. non debet dari.* 11. *cum duabus ll. sequentib. ff. d. tt. l.* 2. *ff. de obsequiis à liberis. l. si superstite.* 5. *in fin. C. de dolo malo. item l. apud Celsum.* 4. §. *aduersus parentes. ff. de doli mali exc.* Huius exceptionis replicatio prima est, quod quamuis de dolo actio in hoc casu non competat, in factum tamen actio non sit deneganda. *d. l.* 11. *Concordat d. l.* 5. *in fin. & d.* §. *aduersus.* Altera replicatio est, quod exceptio proposita nec hæredi parentis vel patroni danda sit, nec aduersus hæredem filij vel liberti obijcienda. *l. hæredibus.* 13. *ff. de dolo malo. & d.* §. *aduersus.*

III. Exceptio: Nisi honestior minus honestum decepisse dicatur. approbatur simul & distinguitur eodem modo quo exceptio superior proxima, *d. l.* 11. *cum duab. ll. sequentib.*

IV. Exceptio: Nisi reus iure suo sit vsus. approbatur, declaratur & distinguitur *sup. lib.* 15. *c.* 2. *except.* 13.

V. Exceptio; Nisi antea deceptus deceperit. *l. si duo.* 36. *ff. de dolo malo. Concordat l. cum par delictum.* 196. *ff. de reg. iuris.*

VI. Exceptio; Nisi iussu iudicis factum sit. *l. non videntur.* 127 *in fin. ff. de reg. iuris.*

VII. Exceptio; Nisi commendandi magis animo, quo pluris rem suam venderet, quam decipiendi, quid dictum sit. *l. quod venditor.* 37. *ff. d. tt.*

VIII. Exceptio; Nisi actor scuit & consensit. *l. nemo videtur.* 187 *ff. d. tt. Leges concordantes vide sup. lib.* 15. *cap.* 2. *exc.* 14.

IX. Exceptio; Nisi non magna vel euidens sit calliditas. *l. eleganter.* 7. §. *fin. ff. de dolo malo. Concordat l. dolum.* 6. *C. eod. tt. M. I. R. d. reg.* 15. *exc.* 1. Contradicere videtur, quoad non magnam calliditatem. *l.* 14. *in fin. ff. eod. tt.*

X. Exceptio; Nisi modica summa sit. *l. si quis.* 9. §. *fin. cum l. sequente. ff. de dolo malo.*

XI. Exceptio; Nisi alia actione vel alio iuris remedio actor suum consequi possit. approbatur verbis edicti *sup. eod. cap. in princ. allegatis. Concordat l.* 1. §. *ait Prætor. ff. de dolo malo. item l.* 2. *C. eod. tt. item l. diuus Antoninus.* 7. §. *fi. ff. de rest. in integrum.* Huius exceptionis exemplum est, si stipulatio de dolo interposita sit. *quod proponitur d.* §. *ait Prætor. vers. vt puta si de dolo stipulatus sit, &c. Cui concordat l. apud Celsum.* 4. §. *in stipulatione. ff. de doli mali exc. item l. & eleganter.* 7. §. *non solum. ibi: sed est verius. ff. de dolo malo.* Aliud exemplum proponitur *l. ideoque si quis.* 5 *ff. d. tt.* Plura exempla exceptionis propositæ vide *sup. caus.* 6. 7. 17. 19. 28. *&* 32. Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi actio alia propter inopiam debitoris sit inanis, *d. l.* 5. *vers. plane si tutor. l. nam is.* 6. *l. & eleganter.* 7. §. *si quadrupes,* §. *seruus, in fin. &* §. *si dolo, in fin. item l. si quis.* 9. §. *Labeo. in fin. ff. d. tt.* Altera replicatio est; Nisi actio alia per exceptionem elidatur. *d. l.* 7. §. *seruus, ibi. nisi forte.* Sed & approbatur exemplo *d. l.* 7. *in princ.* Huius replicationis duplicatio prima est; Nisi exceptio qua eliditur actio alia, actoris culpa sit nata. approbatur exemplis *l.* 1. §. *sed etsi alia, cum seq. ff. de dolo malo.* Cuius triplicatio est; Nisi actor in amittenda actione dolum passus sit. *d. l.* 1. §. *si quis cum actionem. vers. nisi & in amittenda actione dolum malum passus est. item vers. nisi in hoc quoque dolus malus admissus sit, vt tempus id exiret.* Altera duplicatio est; Nisi exceptio quæ obstat, per replicationem rursus elidi possit. approbatur exemplo *l. cum à te.* 25. *ff. d. tt.* Item aliud proponitur *l. & eleganter.* 7. §. *si dolo. ff. d. tt.* Tertia replicatio videtur; Nisi alia actio pœnalis sit. Sed reprobatur *d. l.* 7. *in princ. vers. secundum quæ.* Quarta; Nisi alia actio popularis sit. reprobatur *d. l.* 7. §. *Pomponius.* Quinta; Nisi publica accusatio competat. approbatur exemplo *l. si quis.* 9. §. *item si tabulæ. ff. de dolo malo.* Sexta; Nisi alia actio aduersus alium competat. reprobatur *l.* 1. §. *fin. cum trib. legibus sequentibus. ff. de dolo malo.* Exemplum proponitur *l. ideoque si quis.* 5. *ff. d. tt.* Septima; replicatio est; Nisi dubitetur an alia sit actio. *l. & eleganter.* 7. §. *non solum. ff. de dolo malo.* Octaua; Nisi ex eo quod metus causa gestum est, de dolo agatur, nam hoc casu, quamuis actio quod metus causa competat, tamen etiam de dolo actio datur. *l. item si.* 14. §. *eum qui. ff. quod metus caus.*

XII. Exceptio; Nisi ex doli clausula agatur; ex hac enim non de dolo actio, sed ex stipulatu competit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supra except. prox. exemplo* 1.

XIII. Exceptio; Nisi cum alio actum sit, & ab eo solutum. *l. si plures.* 17. *in princ. ff. de dolo malo.* Huius exceptionis replicatio esse videtur; Nisi cum antea cum domino quadrupedis, dolo alterius damnum dantis, actum esset, is quadrupedem noxę dederit, nec tanti sit quantum est damnum datum; tunc enim in id quod excidit, de dolo actio superesse videtur. sed reprobatur *d. l.* 7. §. *si quadrupes, in fin.*

XIV. Exceptio; Nisi in spiritualibus dolus interuenerit. *M. I. P. lib.* 5. *cap.* 10. *reg.* 7. *exc.* 1.

V. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

I. Regula; Tabulis testamenti dolo malo corruptis vel deletis, tam hæredibus quam legatarijs de dolo actio cõpetit. *l. si quis.* 35. *ff. de dolo malo.*

II. Regula; Si cum seruus pro libertate pactus reum domino dedit, ita vt obligatio in se post manumissionem transferretur, manumissus in se obligationem transferri non patiatur; reo datur de dolo actio, aut si reus soluendo non sit, manumissori domino dabitur, *l. & eleganter.* 7. §. *seruus, in fin. ff. de dolo malo.*

VI. ADVERSVS QVOS de dolo actio competit?

I. Regula: Aduersus alium quam qui dolo fecit, de dolo malo actio non competit. approbatur exemplo *l. sed & ex dolo.* 15. §. *de dolo. &* §. *pen. ff. de dolo malo.* Huius regulæ exceptio est; Nisi ex dolo alterius ad aliũ quid puenit; hoc enim casu is quo-

quoque ad quem peruenit aliquid, eo nomine de dolo tenebitur. approbatur exemplis *d. l. 15.* Aliud exemplum proponitur in hæredibus eius qui dolo fecit, *l. si plures. 17. in fi. ff. de dolo malo. de quo vide inf. reg. prox.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi reus dolo procuratoris sit absolutus: hoc enim casu, quamuis reus ex dolo procuratoris exceptionem rei iudicatæ sit nactus: non tamen de dolo tenetur, si ipse dolo careat. *l. & eleganter. 7. §. pen. ff. de dolo malo.* Altera replicatio est: Nisi aduersus ipsum qui dolo fecit, non potuit de dolo actio competere: tunc enim nec aduersus eum ad quem res peruenit, de dolo actio danda est. Cuius tamen duplicatio est: Nisi is qui dolo fecit, loco actionis de dolo in factum actione teneatur: hoc enim casu nihilominus is ad quem res peruenit, de dolo tenebitur. approbatur exemplo heredum *l. hæredib. 13. in pr. ff. d. tt.* Tertia replicatio est: Nisi dolus fuerit incidens: hoc enim casu is cui res alienata est, ab eo qui dolo rem nactus est, nec de dolo, nec rei vendicatione tenetur, *l. dolus. 10. cum sua glossa. C. de rescind. vendit.*

II. Regula: De hæredibus eius qui dolo fecit. Hi actione de dolo regulariter non tenentur. Cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi de eo quod ex dolo ad eos peruenit, *l. si plures. 17. in fi. ff. de dolo malo. l. in hæredem. 26. cum quatuor legibus sequentibus. ff. d. tt.* Altera exceptio est: Nisi de eo quod dolo malo hæredis factum est, quo minus ad eum peruenirет. *l. doloue malo. 27. ff. d. tt.*

VII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Agitur hoc iudicio, vt res restituatur. *l. arbitrio iudicis. 17. in pr. ff. de dolo malo. M. I. R. lib. 5. cap. 13. reg. 16.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res perierit: tunc enim non vt restituatur, sed statim in id quod interest, competit. *d. l. 18. §. non tamen.* Altera exceptio est: Nisi dolo malo effectum sit, vt lis temporibus legitimis transactis periret: hoc enim casu non vt lis restituatur, agitur, sed ad interesse. *d. l. 18. §. si cuius dolo.*

II. Regula: Si res non restituatur, condemnatur reus in id quanti ea res est, vel quanti actoris interest. *Hæc regula cum d. §. non tamen, & d. §. si cuius dolo. approbatur: tum etiã approbatur d. l. 18. in pr.*

III. Regula: In hac actione in litem etiam iuratur. *d. l. 18. in pr. vers. vt posit per contumaciam, &c.*

IV. Regula: Alius quam qui dolo fecit (vt hæres) non nisi in id quod ad se peruenit, tenetur. *de quo dictum sup. quæst. prox. reg. 1. exc. 1.*

V. Regula: Dominus serui nomine nunc de peculio, nunc noxali actione tenetur. *l. si quis. 9. §. hæc de dolo. ff. de dolo malo.*

VIII. QVAMDIV COMpetit hæc actio?

Intra biennium tantum. *l. optimum. 8. C. de dolo malo. M. I. R. d. cap. 13. reg. 17.* Huius regulæ exceptio prima est; Nisi quia reipub. causa abfuerit actor, agere non potuerit. *l. non possunt. 3. C. d. tt.* Sed hæc exceptio est iuris antiqui, quo annus vtilis dabatur. hodie vero de dolo actio tantum intra continuum biennium competit, vt ex dicta l. 8. constat, quæ Constantini est, cuius Imperium incidit in annum Christi 313. Lex vero 3. est Gordiani, qui Imperio præfuit anno Christi 240. Altera exceptio videtur; Nisi actor ignorauerit dolum admissum. sed reprobatur *d. l. 8.* Tertia; Nisi intra biennium res in iudicium sit deducta. reprobatur *d. l. 8.* Quarta exceptio est; Nisi in id quo locupletior reus ex dolo factus est, agatur. *l. itaq. 28. in fin. cum l. seq. ff. de dolo malo.*

IX. ADIVNCTA OFFICIA actoris & iudicis.

I. Regula; Causa cognita hoc iudicium experitur. approbatur verbis edicti *sup. eod. cap. in pr. allegatis. l. si quis. 9. §. fin. ff. de dolo malo. item l. 2. C. eod. tt.* Huius regulæ exceptio est; Nisi aduersus alium, quam qui dolo fecit, agatur. approbatur exemplo hæredis *l. neque causæ cognitio. 30. ff. d. tt.*

II. Regula; Cui incumbat onus probandi? Affirmanti incumbit. *l. quoties. 18. §. qui dolo. ff. de probationib. de quo vide sup. lib. 2. cap. 17. quæst. 2. reg. 1. in pr.*

III. Regula; Quid probandum? In hac actione, quid & cuius dolo factum sit, designandum atque probandum est. *l. sed & ex dolo. 15. §. fin. cum l. seq. ff. de dolo malo.*

IV. Regula; Per quæ dolus probandus, vide *sup. lib. 2. cap. 17. quæst. 3. de dolo probando.*

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula; In bonæ fidei contractibus si dolus commissus sit; non de dolo, sed ex isto contractu bonæ fidei actio competit. *l. eleganter. 7. §. non solum. vers. si non est cautum. & l. si quis. 19. in pr. ff. de dolo malo.* Cuius exceptio est; Nisi dolus dederit causam contractui. hoc enim casu ipso iure non valet contractus, ideoq; ex eo non potest competere actio, & per consequens de dolo actio necessaria est. *d. l. 7. in pr. vers. aut nullum, cum sua glossa, in verbo Si in hoc ipso. & gloss. in §. actionum autem, in verbo Bonæ fidei. Instit. de act. M. I. R. lib. 5. cap. 11. reg. 18.*

II. Regula; In casibus in quibus alia actio deficit, nec tamen de dolo actio propter reuerentiam personarum danda est; in factum actio datur. approbatur *per ea quæ proponuntur sup. q. 4. exc. 2.* Item datur in factum actio in casu, de quo *sup. q. 4. caus. 14. exc. 3. est dictum.*

III. Regula; Boni prætoris est, potius restituere litem, quam actionem famosam constituere. *l. diuus Antoninus. 7. §. fin. ff. de in integr. restit.*

IV. Regula; Rei per dolum alienatæ vindicatio non competit. *l. dolus. 10. C. de rescind. vend.*

Plura huiusmodi adfinia remedia, quæ excludunt de dolo actionem, vide *sup. quæst. 4. except. 11.* Hæc de actione de dolo malo. De doli mali exceptione, quæ & ipsa huius actionis adfine remedium est, vide *sup. lib. prox. cap. 2.*

DE MINORIBVS VIGINTIQVINque annis.

CAP. IV.

PRimo; Verba edicti quo introducitur hæc in integrum restitutio, proponuntur *l. 1. §. prætor. ff. de minor. vigintiquinq; annis.*

II. Ratio huius edicti habetur *d. l. 1. in pr. & §. fin. cum legib. sequentibus.*

III. Genus huius petitionis proponitur *l. si minor. 24. §. fin. ff. de minor. 25. annis.*

IV. CAVSÆ HVIVS IN integrum restitutionis.

I. Causa, eaque generalis, est; Si cum minore vigintiquinque annis aliquid gestum est, ex quo est læsus: vt in integrum restituatur, officium magistratus implorare potest. approbatur verbis edicti *d. l. 1. §. prætor. l. ait prætor. 7. in pr. ff. eod. tt. item l. minorib. 8. C. de in integrum restit. minor. M. I. R. lib. 5. ca. 10. reg. 8. M. I. R. lib. 5. cap. 13. reg. 18.* Huius causæ species & exempla sunt causæ sequentes.

II. Causa. Si emit vel vendidit minor, vel eius curator. *d. l. 7. in princ. l. 2. C. si aduersus venditionem. l. penult. ff. de minorib. 25. annis. item l. patri. 27. §. si pecuniam. ff. d. tt.* Huius causæ exceptio prima videtur: Nisi tutor vel curator minoris, eius nomine bona fide emit vel vendidit. sed reprobatur *d. l. pen. ibi. etiamsi collusio non intercesit. Concordat l. tutor. 47. in prin. ff. d. tt.* Plane admittitur in rebus quæ fortuitis casibus subiectæ sunt, venditis. *Quæ distinctio approbatur l. ait prætor 7. §. quæsitum. ff. d. tt.* Altera exceptio est: Nisi rem sibi necessariam emit prudenter. *l. verum. 11. §. vnde Marcellus. ff. de minoribus 25. annis.*

III. Causa: Si cum emisset minor, postea licitatione ab alio superetur. approbatur sub certa conditione *l. si in emptione. 35. ff. d. tt.*

IV. Causa: Si aliud pro alio in solutum minor dedit. *l. minor annis. 40. in fin. ff. d. tt.*

V. Causa: Si indebitum minor soluit. *l. illud. 25. in princ. ff. de minor. 25. annis.* Huius exemplum proponitur *l. 2. C. si aduersus solutionem.*

VI. Causa: Si cum illam aut illam rem minor deberet, preciosiorem soluit. *l. ait prætor. 7. § hodie, in fin. ff. eod. tt.*

VII. Causa: Si minor moram in soluendo fecit, propter quam in pœnam incidit, vel res inempta facta est. *l. Æmylius. 38. ff. de minor. 25. annis.*

VIII. Causa: Si minor solutam sibi pecuniam perdidit, vel male consumpsit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup. lib. prox. c. 7. exc. 6.*

IX. Causa: Si curatori minoris pecunia à debitoribus soluta, non sit minori salua. *l. 1. C. si aduersus solutionem.*

X. Causa: Si minor, dum agit vel conueniatur in iudicio captus est. *l. ait prætor. 7. §. non solum. ibi: sed & in. ff. de minor. 25. annis.* Plura de hac causa vide *inf. caus. 17.*

XI. Causa: Si non intra legitimum tempus egerit, vel exceperit minor. *l. vlt. C. in quib. causis in integr. restitut. non est necessaria.* Huius exemplum proponitur *l. 2. C. d. tt.* Item aliud *d. l. 7. § penult. ff. de minor. 25. annis.* Huius exceptio est: Nisi criminalis vel pœnalis sit actio vel accusatio. *l. auxilium 37. in pr. ff. d. tt.*

XII. Causa: Si minor litem deseruit. *d. l. 7. §. fi.*

XIII. Causa: Si minor quasi contumax sit condemnatus. *l. minor. 8. ff. d. tt.*

XIV. Causa: Si minor liti renunciauit. *l. 1. C. de in integr. restit. minor.*

XV. Causa: Si minor aliquam exceptionem vel allegationẽ omisit. *l. minor. 36. ff. de minor. 25. annis.*

XVI. Causa: Si minor in iudicem compromisit. *l. si minor. 34. in fin. ff. d. tt.*

XVII. Causa: Si aduersus minorem sit iudicatum. *l. præses prouinciæ. 42. ff. de minorib. 25. annis. Concordat l. 1. cum l. seq. C. si aduers. rem iudic. restit, postuletur.* Huius causæ exceptio prima est: Nisi à Principe sententia sit lata. *l. minor autem. 18. §. 1. ff. de minorib. 25. annis.* Altera exceptio videtur: Nisi à præfecto prætorio sententia sit lata, sed reprobatur *l. præfecti. 17. ff. eod. tt.* Tertia exceptio est: Nisi contra alium, qui minorem in iudicio defendit, sententia sit lata. *l. eum qui. 46 ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi mandatu minoris alius defensionem eius suscepit. *l. cum mandatu. 23. §. si autem ipse. ff. d. tt.* Altera replicatio est: Nisi ex necessitate condemnatus minoris defensionem suscepit, vt puta tutor vel curator. *l. vlt. C. si aduers. rem iudic.* Quarta exceptio est: Nisi pro libertate sententia sit lata. *l. vlt. C. si aduersus libertatem. Concordat l. illud sciendum. 9. ff. de appellationibus.* Sed & plura de exceptione proposita vide *inf. exc. gen. 4.* Plane si contra minorem, tutorem vel curatorem non habentem, iudicatum sit: ipso iure non valet sententia sine restitutionis ope. *de qua re vide sup. lib. 2. cap. 29. exc. 7.*

XVIII. Causa: Si minor damnosam hæreditatem adijt. *l. ait prætor. 7. §. sed etsi. ff. de minor. 25. annis. Concordat l. 1. C. si se abstinuit.* Huius causæ exceptio prima videtur; Nisi necessarius hæres contra aditionem in integrum se restitui petat. sed reprobatur *d. l. 7. §. non solum.* Altera exceptio est, Nisi minor antea aduersus repudiationem hæreditatis in integrum sit restitutus. Et hæc exceptio iure quidem antiquo reprobatur *d. l. 7. §. restitutus.* Iure autem nouo approbatur *l. cum non solum. 8. §. sin vero pater, in fin. C. de bonis quæ liberis.* Tertia exceptio est; Nisi pater qui filij nomine adijt hæreditatem, in integrum restitui petat. *d. l. 8. §. vbi autem puerilis. ibi: patrem autem.* Quarta; Nisi post aditionem demum hæreditas cœperit esse damnosa. *l. verum. 11. §. si locupleti. ff. de minorib. 25. annis.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi ex vicio antecedente hæreditas cœperit esse damnosa, & multæ res in ea fuerint mortales. *d. §. si locupleti. vers. sed hæc res.*

XIX. Causa; Si minor hæreditatem idoneam repudiauit, vel non intra tempus legitimum adijt. *l. 2. C. si se abstinuit hæreditate. l. 1. cum leg. seq. C. si vt omissam hæreditatem, &c. item l. cum non solum. 8. §. sin vero pater C. de bonis quæ liberis.* Huius causæ exceptio prima est; Nisi hæreditas distracta sit, & non omnia adhuc integra. *l. quod si minor. 24. §. Scæuola. ff. de minorib. 25. annis.* Altera exceptio videtur; Nisi minor quinque liberos habeat, sed reprobatur *l. 2. C. de in integr. restit. minor.* Tertia exceptio est; Nisi antea minor aduersus aditionem in integrum restitutionem petierit. *d. l. 8. §. non autem filio C. de bonis quæ liberis.*

XX. Causa; Si cum minor ita hæres institutus esset, si à patre intra certum tempus emancipatus esset, pater id non indicauit. *l. denique. 3. §. etsi hæres. ff. de minor. 25. annis.*

XXI. Causa; Si minor legatum repudiauit, vel in optionis legato captus est. *l. ait prætor. 7. §. hodie. ff. d. tt. Concordat l. cum non solum. 8. §. penult. C. de bonis quæ liberis.*

XXII. Causa, Si filius paciscenti patri, ne legatum filio relictum petatur, consensit. *l. denique. 3. §. si quid. ff. de minor. 25. annis.*

XXIII. Causa; Si minor mutuam pecuniam accepit & consumpsit. *d. l. 7. in pr. l. patri pro filio. 27. §. si pecuniam. ff. d. tt. l. quod si minor. 24. §. restitutio. ibi. sicuti facit. ff. eod. tt. l. 1. C. de filio familias minore. l. 1. & l.*

2.C.*si aduers.credit.* Huius causæ exceptio est; Nisi filiusfamilias iussu patris pecuniam mutuam acceperit, hoc enim casu ei non subuenitur. *de qua re vide inf.exc.gener.9.replic.1.dupl.1.*

XXIV. Causa; Si minor res suas donauit, vel alij donanti consentit.*l.2.C.si aduersus donationem.* Huius causæ exceptio est; Nisi propter nuptias minor vxori donauit.*l.1.C.d.tt.*

XXV. Causa; Si minor cauit quid vel promisit, quo læsus est.*l.in causæ.16.§.Pomponius.ff. de minor. 25.annis.*

XXVI. Causa; Si minor nouando deteriorem suam conditionem fecit.*l.patri profilio.27.§.ex hoc intelligimus.& l.minor annis 40.in pr.ff.d.tt.*

XXVII. Causa; Si societatem minor coijt.*l.ait prætor.7.in prin.ff.d.tt.*

XXVIII. Causa; Si mulier minor immodicam dotem dederit.*l.si ex causa.9.§.in dotis.ff. de minor. 25.annis.Concordat l.vnica.C.si aduersus dotem.*

XXIX. Causa; Si minor mulier pactum dotale sibi damnosum fecerit.*l.minor.48.§.fin.ff.de minor.25.annis.*

XXX. Causa; Si res minoris pignori obligata, à creditore vendita sit. *l.1.C.si aduersus venditionem pignoris.Concordat l.si ex causa.9.in pr.ff.de minorib.25. annis.* Huius causæ exceptio est; Nisi à defuncto, cui minor hæres existit, res pignori sit data. *l.2.C. d.tt.si aduersus.*

XXXI. Causa, Si res minoris vsucapta sit. *l.etiam ei.45.in prin.ff.de minor.25.annis.Concordat l.vnica.C.si aduersus vsucapionem.*

XXXII. Causa; Si curator minoris se ab eius cura perperam excusauit. *l. vnum.11.§.ex facto.ff. d.tt.*

XXXIII. Causa; Si minor pro alio intercesserit.*l.ait prætor.7.§.non solum.ff.de minor.25.annis.Concordat l.2.C.de filiofamilias minore. M.I.R. lib.5.cap.9. reg.5.except.8.*

XXXIV. Causa; Si alius pro minore intercessit; aduersus hunc quoq; minor in integrum restitutionem implorare potest, ne mandati iudicio teneatur.*l.in causæ.13.in prin.ff.de minor.25.annis. Concordat l.1.C.de fideiusserib.minor.*

XXXV. Causa; Si minori parum idonee cautum est; puta per mulierem pro alio intercedentem.*l.si apud.12.ff.de minor.25.annis.*

XXXVI. Causa; Si minor se adrogandum dederit.*l.deniq;.3.§.si quis minor.ff.d.tt.*

XXXVII. Causa; Si minor mortem parentis non sit vltus.*l.1.C.in quib.caus.in integr.restitut.necess. non est.*

XXXVIII. Causa; Si mater minor filiis tutores non petijt.*l.2.C.si aduersus delictum suum.*

XXXIX. Causa, Si minor in commissum incidit. approbatur simul & distinguitur *l.si ex caus.9. §.penult.ff.de minorib.25.annis. Concordat l. Æmilius. 38.ff.eod.tt.*

XL. Causa; Si minor se in seruitutem venire patiatur. ipso quidem iure subsistit *per ea quæ proposita sunt sup.lib.6.c.3.caus.3.exc.1.repl.1.* verum eius exceptio est; Nisi maior annis viginti fuerit.*d.l.9. §.Pomponius.ff.eod.tt.* Hactenus causæ ex quibus minores vigintiquinque annis in integrum possunt restitui. Sunt & plures, sed reprobatæ à iure, de quibus vide *infra except.prox.*

EXCEPTIONES PRÆCEdentium causarum generales.

I. Exceptio, sumpta ex specie negocij gesti cum minore, reprobatur *l.ait prætor.7. in princ.ff.de minor.25.annis.M.I.R.lib.5.cap.13.reg.18.exc.1.* Plane admittitur in quibusdam speciebus, de quibus *inf.except.duab.prox.*

II. Exceptio; Nisi deliquit minor. hoc enim casu ei non subuenitur.*l.si ex caus.9.§. nunc videndum.ff.d.tt.Concordat l.auxilium.37.in princip. & §.in delictis ff.eod.tt.M.I.R.lib.5.cap.12.regul. 23. M.I.R. d. reg.18.except.2.* Huius exceptionis replicatio prima est; Nisi negando pœna delicti crescat. hoc enim casu minori succurritur. *d. l. 9.§.nunc videndum. vers.sed si, cum ex damno dato confiteri possit, &c.* Altera replicatio est; Nisi cum posset pro derelicto transigere, id non fecit.*d.§.nunc videndum.vers. ergo et si potuit pro furto, &c.* Tertia replicatio est, quod interdum ratione ætatis pœna minuatur. *d.l.37.§.in delictis. vers. nisi quatenus interdum miseratio ætatis ad mediocrem pœnam iudicem produxerit.* Quarta replicatio est; Nisi impubes deliquerit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup.lib.2.cap.13.exc.15.* Quinta replicatio est; Nisi non dolo, sed culpa delictum sit commissum.*l.1.C.si aduersus delictum suum.* vbi ait Imperator; Cum delictum non ex animo, sed extra venit. Hæc alij legunt ita, Cum delictum non ex animo, sed ex contractu venit. Quo casu contradicunt ea quæ proposita sunt *sup.ead.exc.in pr.M.I. R.d.exc.2.repl.3.* Huius replicationis exemplum proponitur *l.si ex caus.9.§.penult.ff. de minoribus 25. annis.* Sexta replicatio est: Nisi delictum in non faciendo consistat; vtputa, si mater minor filijs tutorem non petijt.*l.2.C.d.tt.Concordat supra, causa 37.& 39.*

III. Exceptio, Nisi ad pœnalem actionem sibi dandam minor in integrum restitui petat.*l.auxilium.37.in princ.ff.de minor.25.annis.M.I.R.d.reg.18. exc.3.*

IV. Exceptio, Nisi aduersus libertatem minor in integrum restitui petat.*l.si ex causa.9.§.fin. cum legib.sequentib.ff.d.tt. Concordat l. 2.cum duab.ll. seqq.C.si aduersus libertatem.* Huius exceptionis replicatio prima est, quod quamuis libertas rescindi non possit, tamen actio ad id quod minoris interest, libertatem præstitam non esse, minori deneganda non sit. *l.verum.11.ff.de minor.25.annis.d.l.2.item d.l.3.l.minor.48.§.1.ff.de minor. 25.annis.l.1.in fin.C.si aduersus libert.item l.& eleganter.7.in prin.ff.de dolo malo.* Secunda replicatio est, Nisi minor viginti annis seruum suum manumiserit. *d.l. 3.Concordant ea quæ proponuntur sup.lib.6.cap. 5.qu.3. except.5.* Tertia replicatio est, Nisi seruus nondum fuerit manumissus.*l.verum.11.§. quid si minor. ff.de minoribus 25.annis.l.si minor.33.ff.d.tt.item l.1.C. si aduersus libertatem.* Huius replicationis duplicatio est, Nisi cum seruus emptus vel venditus esset à minore, vt manumitteretur, dies præstandæ libertatis venerit. *d.§.quid si minor.versic. & si quidem ante desideret, quam libertas competat.item versic. sin vero posteaquam dies venit, &c.* Sane quis sit dies præstandæ libertatis, definitur *l. Latinus Largus 9. ff. qui sine manumissione.* Quarta replicatio est, Nisi princeps ex magna caussa contra

contra libertatem minorem decreuit restituendum.*l.nisi.10.ff.de minor.25.annis.*

V. Exceptio: Nisi minor veniam ætatis impetrauit.*l.1.C.de his qui veniam ætat.impet. M.I.R. d.reg. 18.exc.18.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi minor viginti annis veniam impetrauerit. approbatur simul & distinguitur in fœminis *l. 2. C.d.tt.M.I.R.d.exc.18.repl.1.* Altera replicatio est: Nisi eius quod antequam venia ætatis impetraretur, gestum est, in integrum restitutio petatur. *l.ea quæ.5.in pr.ibi, ita tamen vt nunquam.C. de temporib.in integr.restit.* Tertia: Nisi ab alio quam à principe, minor veniam ætatis impetrauerit.*l.1.§.fin. cum duabus legib.seqq ff.de minor.25.annis.*

VI. Exceptio: Nisi minor maiorem annis se dixerit.*l.2.C.si minor maiorem se dixerit, M.I.R. d.reg. 18.exc.13.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi sine dolo malo per errorem se maiorem dixit. approbatur simul & distinguitur *l.si alterius.3. C.d.tt.Concordat l.1. & l.cum circa.4.C.d.tt. M.I.R.d. exc.13.repl.1.* Cuius replicationis duplicatio est; Nisi iureiurando interueniente affirmauit se maiorem esse. approbatur simul & distinguitur *d.l.3. vers.si tamen.M.I.R.d.repl.1.dupl.1.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi euidenter per instrumentum probauerit se minorem.*d.l.3.vers.nisi palam & euidenter.* Cuius quadruplicatio est: Nisi iusiurandum corporaliter sit præstitum. *d. l. 3. vers. huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito, &c.* Altera propositæ exceptionis replicatio est; Nisi in alia causa, quam in qua in integrum restitutionem petit, & aduersus alios dixit se maiorem esse. ipso quidem iure subsistit, verum eius duplicatio est: Nisi causa cognita maior à iudice sit iudicatus.*l.de ætate.43.ff.de minorib.25.annis.Concordat l.minor.32.ff.d.tt.* Huius duplicationis triplicatio est: Nisi ij aduersus quos nunc in integrum restitutio petitur, sciuerint eum minorem esse. approbatur exemplo curatorum *d. l. 32. item l.de tutela.7.C.de in integr.restit.minor.* Tertia replicatio est: Nisi is qui cum minore contraxit, sciuit illũ minorem esse.*d.l.32 & d.l.7.M.I.R d.exc.13.repl 3.*

VII. Exceptio: Nisi minor res suas bene administret, actibusq; publicis industrium se ostendat. reprobatur *l.1.C.qui & aduers.quos in integr.Concordat l.1.in fin.ff.de minor.25.annis.*

VIII. Exceptio: Nisi quinque liberorum parens sit minor. reprobatur *d.l.1.l.2.ff.eod.tt.l.2.C.de in integr.restitut.minor.item l. de his.12. C. de administrat.tutor.*

IX. Exceptio: Nisi filiusfamilias minor gesserit. ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est: Nisi non patri, sed filio adquirebatur, & filij intersit.*l.deniq;.3.§.sed vtrum.ff.de minor. 25. annis.l.cum mandatu.23.in princ.ibi, sed si in.item l. Æmilius.38.§.fin.ff.d.tt.l.1.cum l.seq.C. de filiofamil.minore. l.cum non solum.8.§.vbi autem.& §.sin vero pater.C. de bonis quæ liberis.* Huius exemplum proponitur *d.l. 3.§.si quid minori.ff.de minor.25.annis.* Aliud *d.l.3.§. Pomponius, in fin.* Plane propositæ replicationis duplicatio prima est: Nisi filiusfamilias iussu patris mutuam pecuniam acceperit, hoc enim casu, quamuis ipse conueniri eo nomine possit, ideoque eius intersit ne condemnetur: tamen ei non succurritur.*d.l.3.§.sed vtrum.ibi: excepta mutui datione.* Altera duplicatio est: Nisi pater de peculio conueniatur: nam & hoc casu, quamuis intersit filij peculium habere, non tamen restituitur. *d.l.3.§.sed vtrum.vers.nec eq mouemur, &c.*

X. Exceptio; Nisi seruus minor gesserit.*d.l.3.§. fin.cum l.seq.ff.de minor.25.annis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi seruus minor, qui in libertate accipienda moram passus est, gesserit. *l.si tamen.5.ff.d.tt.* Altera replicatio est: Nisi seruus hæres à domino institutus, damnosam adijt hæreditatem.*l.ait prætor.7.§.non solum.ff.d.tt.* Tertia: Nisi minor, antequam in seruitutem redigeretur gessit. approbatur *inf.quæst.prox.exc.2.*

XI. Exceptio: Nisi minor cum minore gesserit, & aduersus minorem in integrum restitui petat.*l.verum.11.§.pen.ff.de minor.25.annis. Concordat l. si minor.34.in pr.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi minor, aduersus quem in integrum restitutio petitur, locupletior ex eo contractu sit factus.*d.l.34.*

XII. Exceptio: Nisi aduersus fiscum in integrum restitutio petatur. reprobatur *l.1.& l.edicto. 3.C.si aduersus fiscum.*

XIII. Exceptio: Nisi aduersus eos, de quorum dolo agere non permittitur, minor in integrum restitui petat. reprobatur *l.patri.27. §.fin.ff. de minorib.25.annis.*

XIV. Exceptio: Nisi liberi contra parentes, vel liberti contra patronos in integrum restitutionem petant.*d.§ fin.Concordat l.2.C.qui & aduersus quos.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi parens tutelam filiorum suorum gerens iterauerit nuptias, & tutelæ actionis remissionem à filio impetrauerit.*Nouell.constit.155.*

XV. Exceptio; Nisi sobrie & prudenter gesserit minor, nec sit læsus in ipso negocio, sed post negocium contractum damnum fatale acciderit.*l.verum.11.§.sciendum.ff de minor.25.annis.l.quod si minor.24.§.non semper. item l.non omnia.44.ff.d.tt.item l.nam postea.9.§.si minor.ff.de iureiurando.M.I.R.d. reg.18.exc.23.* Huius exceptionis exemplum proponitur *d.l.11.§.vnde Marcellus.* Aliud *d.l.11.§.si locupleti.* Huius exceptionis replicationem vide *sup. caus.18.exc.4.* Sed & alia replicatio est talis; Nisi interfit minoris, ne litibus & sumptibus vexetur.*l.minoribus.6.ff.d.tt.*

XVI. Exceptio; Nisi non ad damnum vitandum, sed ad lucrum captandum minor in integrum restitui petat. reprobatur *l.ait Prætor.7.§.hodie.& §.quæsitum.ff.de minoribus 25.annis.l.non omnia. 44.ff.d.tt.item l.cum quidam.17.§.si pupillo. ibi. nec simile.ff.de vsuris.M.I.R.d.reg.18.exc.7.& d. cap. 13. reg. 2.ex.epi.4.*

XVII. Exceptio; Nisi minor non probet se læsum esse.*l.nam postea.9.§.si minor. ff. de iureiurando. M.I.R.d.reg 18.exc.32.*

XVIII Exceptio; Nisi non sit manifesta circumscriptio minoris.*l.quod si minor.24.§. non semper.ff de minorib.25.annis.*

XIX. Exceptio; Nisi minor iure communi sit vsus.*l.vit.C.de in integr.restit.minor. Concordat l.nihil consensu.1.6.§.penult.ff.de reg.iur.*

XX. Exceptio; Nisi nihil dolo aduersarij sit factum. reprobatur *l.minoribus.5.C. d.tt. de in integrum restit.Concordat sup.caus.2.exc.1.M.I.R. d.reg.18. except.25.*

XXI. Exceptio, Nisi tutor vel curator minoris ges-

ris gessit, non minor ipse, vel minori gerenti author factus est, reprobatur *l.vlt.ff. de in integr. rest. l. etiamsi.29.in princ.ff.de minor.25.annis. l.2, l. etiam in ijs.3.& l.etiam tutorib.5. C. si tutor vel curator interuenit.l.cum & minores.4.C.si aduersus rem iudicatam. item l.tutor.47.in prin.ff.de minor.25.annis.*

XXII. Exceptio; Nisi decreto magistratus interueniente gestum sit. reprobatur *l.si quidē.11. in fin.C.de prædiis minor.l.deniq;3.§.si quis minor.ff.de minor.25.annis. Concordant item ea quæ proponuntur sup. lib.5.cap.14.q.1.exc.3.repl.1.cum sequentibus. M.I.R.d. reg.18 exc.17.* Plane ad probatur in casu solutionis *l.ait Prætor.7.§.quid tamen.ff.d.tt.*

XXIII. Exceptio: Nisi per procuratorem minor gessit. approbatur & simul distinguitur *l.cum mandatu.23.§.si autem ipse.l eum qui.47.ff.d.tt.item l. si creditor.4.C si tutor vel curator interuenit.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi mandatu minoris procurator gessit, nec à procuratore seruari res possit. *d.l.23.§.si autem ipse. Concordat l.cum & minores.4.in fin.C.si aduersus rem iudicatam.*

XXIV. Exceptio: Nisi non suo, sed alieno nomine minor gessit. *d.l.23.in prin & in fin. Concordat l.etenim.4.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi minor ex eo quod alieno nomine gessit, ipse damnum passurus sit, eo pro quo gessit, non soluendo existente. *d.l.23.vers.sed si in euentu minor damnum passurus sit, &c.* Altera replicatio est: Nisi minor pro alio intercesserit. *l.2.C.de filiofam. minore.* Tertia: Nisi sine mandatu minor alterius negocium gesserit. approbatur simul & distinguitur *l.quod si minor.24.in pr.ff. de minor.25.annis.* Quarta: Nisi filius familias iussu patris aliquid gesserit in re peculiari. approbatur simul & distinguitur *l.deniq;3.§.sed vtrum.ibi.proinde si iussu.ff.d.tt.*

XXV. Exceptio: Nisi vltimo vicesimi quinti anni die gestum sit. reprobatur *d.l.3.§.minore.M.I.R.d.reg.18.exc.14.* Plane admittitur, si id quod geritur, in id tempus inciderit, quo iam maior efficitur *d.l.3.§.si quis cum.* Huius replicatio est: Nisi dolo aduersarij negocium in id tempus, quo maior efficitur, inciderit. *d.§.si quis cum.vers.sed si ei probaretur calliditate aduersarij id actum, vt maiore eo facto liberaretur.* Cuius duplicatio est: Nisi non euidens dolus aduersarii arguatur. *d.§.si quis cum.vers.idem tamen confitetur, si leuior sit suspicio aduersarij.*

XXVI. Exceptio: Nisi minor sacramentum de non reuocando eo quod gestum est, præstitit. *l.1. cum sua auth.Sacramenta puberum.C.si aduersus venditionem.Concordat l.si alterius.3.in fi.C.si minor se maiorem.M.I.P.li.5.c.10.reg.8.exc.1.M.I.R.d.reg.18. exc.16.*

XXVII. Exceptio; Nisi antea in integrum restitutus, postea in contrarium repeti petat. *l.cum non solum.8.§.non autem filio.& §.sin vero pater, in fin. C.de bonis quæ liberis.M.I.R.d.reg.18.exc.20.* Plane iure antiquo exceptio hæc reprobatur *l. ait Prætor. 7.§.restitutus.ff.de minor.25.annis. Cui concordat l.si iudex.41.ff.d.tt.*

XXVIII. Exceptio; Nisi alio modo vel alia actione minor indemnis seruari possit. *l. in causæ. 16.in pr.& §.generaliter.ff.de minor.25.annis. M.I.R. d. reg.18.exc.21.& d.cap.13.reg.2.exc.5.* Huius exceptionis exemplum primum est, si ipso iure non valeat id quod cum minore gestum est. *Quod proponitur d.l.16.vers.nam si communi auxilio & mero iure, &c.l.si curatorem.3.C.de in integr. restit. min. l. cum & minores.4.C.si aduers.rem iudic. l. quos retrahi.3.in pr.C.si aduersus libertatem. item l.1. cum quatuor legib. sequentib.C.in quibus causis in integr.rest.necesse non est.* Alterum exemplum, priori non absimile, est, si exceptione minor defendatur. *l.si creditor. 4. C.si tutor vel curator interuenerit.* Tertium exemplum est, si alia actione id quod gestum est, rescindi possit, vel recuperari amissum. *l.in causa.16.§.Pomponius.ff.de minor. 25.annis.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi actio illa per exceptionem elidi possit. approbatur exemplo *l.illud.25.in prin.ff d.tt. Vide item sup.eod.cap.caus.5.* Altera replicatio est; Nisi de dolo actio competat: pro hac enim in integrum restitutio petenda. *l. quidam debitor.38.ff.de dolo malo.* Tertia: Nisi tutelæ actione vel negociorum gestorum aduersus tutores vel curatores minor experiri possit. hęc enim non obstat, quo minus in integrum restitutio peti possit. *l.etiam in ijs.3.& l.vlt.C.si tutor vel curator interuenit.l.alterius.20.§ non idcirco.ff. de tutelæ & rationibus distrah. Item concordant ea quæ proponuntur inf. quæst.vlt.reg.1.& 2.*

XXIX. Exceptio; Nisi minor maior factus, id quod gestum est, aliquo actu ratum habuit *l.1.& l.2.C.si maior factus ratum habuerit.l.deniq;.3.§.si quis cum.& l.si filius.30.ff.de minor.25. annis. M.I.P. d.reg. 8.except.2.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi cum minor adijsset hæreditatem, maior factus à debitorib. hæreditarijs exegerit, hoc enim casu, quamuis aditionem videatur comprobasse, tamē exceptio proposita illi non obstat. *d.l.3.§.scio.*

XXX. Exceptio, Nisi maior factus litem de in integrum restituendo contestatus destitit. approbatur simul & declaratur *l.Papinianus.20.§.si cum l.seq.ff.de min.25.annis. Concordat l.si filius.30.ff.eod.tt.*

XXXI. Exceptio, Nisi maior annis factus, intra quatuor annos in integrum restitutus non sit. *l.si minorem.4.C.de in integr.rest.minor.l.1.C.si tutor interuenerit l.exceptiones.7.§.si.ff.de exceptionib. l.nam postea.9.§.si minor, in fin.ff.de iureiur.Nouell.c.115.§.vnde omnib. Concordant item ea quæ proponuntur inf.q.12.* Huius exceptionis replicationes vide *inf.d. quæst. 12.exc.1.cum sequentib.*

XXXII. Exceptio; Nisi semel in integrum restitutio petita sit & denegata *l.1.& l.in vna.3. C. si sæpius in integr.rest.post.M.I.P.d.reg.8.exc.3.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi nouæ defensiones prætendantur. *d.l.3. Cui concordat l.2.C.d.tt. M.I.P.d.exc.3.repl.1.* Altera replicatio est: Nisi à sententia sit appellatum. Tertia: Nisi minor qui succubuit, appellationem omisit: hoc enim casu ad eam in integrum potest restitui. *Hæ duæ replicationes approbantur d.l.1.*

XXXIII. Exceptio; Nisi seruus à minore venditus, ab emptore sit manumissus. *l. minor.48.§. minor.ff.de minor.25.annis.*

XXXIV. Exceptio; Nisi is contra quem in integrum restitutio petita est, mortuus sit. reprobatur *l.si intra.6.C.de in integr.restit.minor.*

XXXV. Exceptio; Nisi minor vicissim non restituat aduersario, quæ restituere debet. Hæc exceptio approbatur exemplo *l.intra vtile. 39. §.fin. ff.de minor.25. annis. de qua re vide inf.quæst.14.reg.6.* Hæc de exceptionibus aduersus causas in integrum restitutionis. Sed & plures huiusmodi exceptiones vide sup. in singulis causis.

V. QVI-

V. QVIBVS COMPETIT IN integrum restitutio minorum eiusque petitio?

Alij quam minori læso hæc in integrum restitutio regulariter quidem non competit. *M.I.R.d.c.13.reg.19.* Cuius regulæ exceptio prima est; Nisi pater filiifamilias minoris nomine in integrum rest. tui petat. *l.patri.27.in pr. ff. de minor.25. annis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi suo, non filij nomine pater in integrum restitui petat. *l.denique.3.§.sed vtrum. ibi, sed an hoc auxilium ff. d.tt.l.cum non solum.8.§. vbi autem. C. de bonis quæ liberis.* Cuius duplicatio est; Nisi mortuo filiofamilias; hoc enim casu patri tanquam successori in peculio, hoc auxilium non est denegandum. *d.l.3.§.Pomponius.* Altera exceptio est: Nisi cum minor, postquam gessisset, in seruitutem redactus esset, dominus eius petat in integrum restitui. *l.non solum. 6. §. proinde etsi minor ff. de in integr. restit.* Plane quod minor in ipsa seruitute gessit, eius nomine domino in integrum restitutio nō competit, quemadmodum nec ipsi minori. *de quo dictum supr. quæst.prox.exc.10.* Tertia exceptio est; Nisi successor minoris petat in integrum restitui. *d.l.6.in pr.l.minor autem.18.§.fin.ff. de minor. 25.annis. l.denique.3.§.Pomponius. ff. d.tt. item l.vnica. C.si aduersus dotem.M.I.R.d. reg.19.except.1.* Quarta exceptio est; Nisi fideiussori vel alij intercessori minoris, reprobatur *l.in causa.13.in pr. ff. de minor. 25.annis.& l.1.cum l.seq.C.de fideiussor.minor. M.I.R. d.reg.19.exc.4.* Plane admittitur exceptio proposita, primum quidem, si dolo malo cum minore sit gestum. *Quæ distinctio approbatur d.l.2.* Deinde admittitur, si fideiussor minori hæres extiterit. *l. Stichum 95.§.quod vulgo.ibi, nam si minori. ff. de solut.* Tertio admittitur, si alia iusta causa iudici videbitur. *Quæ distinctio arbitraria constat ex d.l.13.in pr. Cui concordat l.denique.3.§.sed vtrum.ibi, sed an hoc.ff. de minor. 25. annis.* Hæc de quarta exceptione. Quinta exceptio videtur; Nisi socio minoris. Sed hęc exceptio reprobatur exemplo *l.2.§ quod si ætatis. C. si vnus ex plurib. appellauerit. Concordat l. vnica.C.si in communi eademque causa in integr.rest.postuletur.M.I.P.lib.5.c.10.reg.9. M.I.R. d.reg.19. exc.2.* Plane admittitur, si aduersarius consenserit. *l.tutor.47.§.curator.ff.de minor.25.ann.* Sexta exceptio est; Nisi ei cuius negotium minor gessit. *l. quod si minor.24.in pr.ff.d.tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi mandatu domini minor eius negotia gesserit. *l.cum mandatu.23.in pr.& §.fin. Dig.d.tt.* Septima exceptio; Nisi ei qui minorem in iudicio defendit, estque condemnatus, reprobatur *l.eum qui. 46.ff.d.tt.* Octaua exceptio est; Nisi alius nomine minoris in integrum restitutionem petat, approbatur simul & distinguitur. *l. illud.25.§. si talis, cum lege seq. ff. de minor.25.annis. Concordat l. vnica.C. etiam per procuratorem.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi sine mandato alius minoris nomine in integrum restitutionem petat. *d.§.si talis. vers. cui idipsum nominatim mandatum sit. Concordat l.patri.27.in pr.ff.d.tt.* Cuius duplicatio prima est: Nisi actor de rato caueat. *l.quod si 26.ff. d.tt.* Altera duplicatio est: Nisi pater filiifamilias minoris nomine in integrum restitutionem petat. *d.l.27.in prin.* Tertia; Nisi curator minoris in integrum restitutionem petat. *l.etiamsi.29.in pr ff.de minor.25.annis.* Quarta: Nisi cum minor eius vitæ esset, vt merito bonis ei interdici debeat, cognati & adfines eius in integrum restitutionem petant. *d.l.27.in princ.* Altera replicatio: Nisi is qui nomine minoris in integrum restitutionem petit, non speciale mandatum habeat. *d. l.25.* Huius eædem sunt duplicationes, quæ superioris replicationis.

VI. ADVERSVS QVOS IN integrum restitutio competit?

Aduersus alium, quam qui cum minore gessit, in integrum restitutio danda non est. *l. plane quamdiu.14.ff.de minor.25.annis. M.I.R. d.cap.13.reg. 20.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi is qui cum minore gessit, non sit soluendo, hoc enim casu aduersus eum cui res ab eo alienata est, in integrum restitutio non est deneganda. *elicitur ex d.l.14. Concordat l.in caus.13.§.fin. Dig.d.tt.M.I.R. d.reg.20.except.2.* Altera exceptio est: Nisi is qui cum minore gessit, rem alienauit ei qui conditionem rei non ignorauit. *d.§.fin. M.I.R. d.reg.20. exc.1.* Tertia: Nisi iudici causa cognita aliter videatur. *d.l.13.§.interdum.* Quarta: Nisi filius familias vel seruus cum minore gesserit, hoc enim casu in patrem vel dominum eius in integrum restitutio competit, approbatur simul & distinguitur *l.quod si minor.24.§.si seruus. Dig.de minor.25. annis.* Quinta: Nisi is qui cum minore gessit, decesserit, hoc enim casu hæres eius tenetur. *l. de tutela.7.C.de in integr.restit.minor. Concordat l.plane quamdiu.14.Dig.de minor.25.annis.*

VII. APVD QVEM IN INTEgrum restitutio petenda?

Regulariter aliarum causarum iudices competentes, etiam in integrum restituere possunt. *l.in causæ.16.§.fin.ff.de minor.25.annis.* Huius regulę exceptio prima videtur: Nisi iudex qui sententiam, contra quam in integrum restitutio petitur, tulit. Sed reprobatur *d.§.fin. l.præfecti 17.item l.præses prouinciæ. 42.ff.d.tt.* Altera exceptio est: Nisi alius iudex, quam qui sententiam, cōtra quam in integrum restitutio petitur, tulit, aderat. Hæc exceptio approbatur in prefecto prætorio *l.vnica..§.fin.ff.de officio præfecti prætorio.* Tertia: Nisi minor magistratus contra sententiā maioris adeatur. *l.minor autē.18.in pr.ff.de minor.25.annis.* Quarta: Nisi alius quam princeps contra sententiam appellationis adeatur. *d.l.18.§.idē Imperat.* Quinta: Nisi alius quam Princeps contra sententiam iudicis à Principe dati adeatur. *d.§.idem. Concordat l.aduersus.3.C.si aduersus rem iudicatam.* Sexta: Nisi aduersus fiscum in integrum rest: tutio postuletur, hoc enim casu solus procurator Cæsaris iudex competens est. *l.2.C.si aduersus fiscum.* Septima; Nisi magistratus municipalis adeatur, approbatur *per ea quæ proponuntur supr.lib.1.c.7.quæst. 1.item lib.2.c.2.quæst.1.exc.15. Concordat l.cum scimus. 3.C.vbi & apud quem cognitio, &c.*

VIII. PER QVOS IN INtegrum restitutio minorum competit?

Etiam per procuratorem & curatorem peti potest. *de qua re vide supr.quæst.5.exc.8.*

IX. QVIBVS PRÆSENTIbus in integrum restitutio facienda?

I. Regula: Præsentibus aduersariis in integrũ restitutio petenda & facienda. *l. in causa. 13. §. causa autem. ff. de minor. 25. annis. M. I. P. d. c. 10. reg. 10.* Huius regulæ exceptio est: Nisi aduersarij citati adesse noluerint. *d. §. causa autem.*

II. Regula: Si aduersus aditionem hæreditatis minor in integrum restitutionem petat, creditores hæreditarij præsentes esse debent. *l. etiã si patre. 29. §. fin. ff. d. tt. Concordat Nouell. c. 119. §. ad hæc sancimus.* Huius regulæ exceptio est: Nisi creditores vocati non veniant. *d. §. ad hæc.*

X. QVID VENIAT IN INTEgrum restitutionem minorum?

I. Regula: Vt minor integrum ius suum recipiat. *l. quod si minor. 24. §. restitutio. Dig. de minor. 25. ann.*

II. Regula; De fructibus restituendis, proponitur *d. §. restitutio. Cui cõcordat l. patri. 27. §. item ex diuerso. item l. minor annis. 40. §. fin. Dig. d. tt. M. I. P. d. cap. 13. reg 23.*

III. Regula, De vsuris, habetur *d. l. 27. §. ex quo scilicet.*

IV. Regula: Aduersus acceptilationem in integrum restitutione facta, etiam aduersus fideiussorem & pignora, item aduersus correum actio restituenda. *d. l 27. §. si minor.*

V. Regula: Aduersus rem iudicatam restitutus, etiam rem pignoris nomine ex causa iudicati captam atque distractam recipit. *l. si ex causa iudicati. 9. in pr. Dig. de minor. 25. annis.*

VI. Regula: Aduersus repudiationem hæreditatis restitutione in integrum facta, ea quæ à curatore bonorum antea gesta sunt, non reuocantur. *l. in integrum. 22. ibi, quemadmodum per contrarium. Dig. d. tt.*

VII. Regula: Aduersus repudiationem hæreditatis in integrum restituto minore, seruus minori substitutus, & hæres existens, nihilominus liber hæresque manet. *l. ait Prætor. 7. §. sed quod Papin. Dig. d. tt.* Similis est ergo hic substitutus ei qui ex fideicommisso hereditatem restituit. *Inst. de fideicom. hæred. §. restituta.*

VIII. Regula: Si seruus vel filius familias cum minore contraxit, quid veniat in restitutionem in integrum, definitur *l. quod si minor. 24. §. si seruus. Dig. d. tt.* Hæc quæ minori sint restituenda. Quæ contra aduersario minoris sint restituenda, vide *infr. quæst. 14.*

XI. QVANDO COMPETAT in integrum restitutio?

Etiam ante vicesimumquintum annũ completum in integrum restitutio peti potest. *l. minorib. 5. C. de in integr. restitut. minor.*

XII. QVAMDIV IN INTEgrum restitutio peti possit?

Intra quadrienniũ post vicesimumquintum annum completum. *l. vlt. C. de temporib. in integr. rest. Concordant ea quæ proponuntur supr. quæst. 4. exc. 29. M. I. R. lib. 5. c. 13. reg. 24.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi reipubl. vel militiæ causa minor absfuerit. *l. 1. C. d. tt.* Altera exceptio est: Nisi minori intra statutum tempus hæres minor existat, huic enim tempus non currit. *l. interdum. 19. ff. de minor. 25. annis. Concordat l. ea quæ 5. §. si quando. C. d. tempor. in integr. restit.* Tertia: Nisi mortuo minore, hæreditas eius nondum fuerit adita, illud enim tempus quo hæreditas iacet, in tempus quadriennij non connumeratur. *d. l. 5. §. fin.* Quarta: Nisi actor in exilio fuerit, reprobatur *l. Papinian. 20. ff. de minorib. 25. annis.* Quinta exceptio: Nisi intra tempus statutũ actor rem in iudicium deduxerit: *reprobatur d. l. Papinianus. 20. §. fin. cum sua glossa & M. I. R. lib. c. 13. reg. 4.* Sexta exceptio est: Nisi per aduersarium steterit, quo minus lis intra statutum tempus inchoetur vel finiatur. *l. intra vtile. 39. in pr. Dig. d. tt.* Septima: Nisi ipso iure non valeat id quod cum minore gestũ est, huic enim rescindendo nulla temporis præscriptio obstat, approbatur simul & declaratur *per ea quæ proposita sunt supr. q. 4. exc. 26. exemplo* I. Octaua exceptio est: Nisi minor ætatis veniam impetrauit, hoc enim casu quadriennium non ex vicesimoquinto annocompletocurrere incipit, sed ex die quo illud fuerit intimatum. *l. ea quæ. 5. in pr. C. de tempor. in integr. restitut.*

XIII. ADIVNCTA OFFICIA actoris, rei conuenti & iudicis in hoc iudicio.

I. Regula: Non nisi causa cognita hoc iudiciũ expeditur. *l. verum. 11. §. sciendum. Dig. de minor. 25. annis. l. in causa. 13. §. causa autem. l. quod si minor. 24. §. non semper. & l. non omnia. 44. Dig. d. tt. l. vlt. ibi, cognita scilicet. Dig. de in integr. restit. item l. 1. in fin. C. si aduersus solutionem.*

II. Regula: Procurator actoris; de cuius mandato dubitatur, de rato cauere debet. *l. quod si. 26. in pr. Dig. de minor. 25. annis.*

III. Regula: Defensor rei conuenti Iudicatum solui satisdabit. *d. l. 26. in fine.*

IV. Regula: Minori incumbit ætatis suæ probatio. *l. cum te. 9. C. de probationib. Concordat l. si minorem. 4 C. de in integ. rest. minor. M. I. R. d. c. 13. reg. 25.*

XIV. EVENTVS IN INTEgrum restitutionis.

I. Regula: Quidquid ad minorem peruenit, restituere aduersario suo tenetur. *l. quod si minor. 24. §. restit. Dig. de minor. 25. annis. l. ait Prætor. 7. §. plane qui post. Digest. d. tt. item l. vnica. C. de reputationib. quæ fiunt in iud. in integr. restit. M. I. R. d. cap. 13. reg. 10.* Huius regulæ exceptio est: Nisi minor eo quod ad se peruenit, non sit factus locupletior. *d. §. plane si post.* De hac exceptione aliisque pluribus vide *infr. in regulis sequentib.*

II. Regula, De pretio restituendo à minore, si aduersus venditionem in integrũ restituatur, proponitur *d. §. restit. Cui concordat l. tutor. 47. §. curator. Dig. d. tt M. I. R. lib. 3. cap. 13. reg. 33. exc. 1. repl. 1.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi minor pretio non sit factus locupletior. *l. sine hærede. 31. §. interposito. ff. de administ. tutor. Concordat l. patri. 27. §. prædium, in fine. ff. de minor. 25. annis.* Altera exceptio est: Nisi minor beneficio restitutionis in integrum vti nolit. *l. si iudex. 41. ff. de minorib. 25. annis.* Tertia: Nisi emptor pretij nomine aduersus curatorem vel eius hæredes habeat actionem, reprobatur *l. tutor. 47. §. curator. Dig. d. tt.*

III. Re-

III. Regula: Si minor accepta pecunia mutua in integrum restituatur, pecuniam restituere debet, approbatur quidem ipso iure, verum eius exceptio est: Nisi minor pecunia non sit locupletior factus, approbatur *per ea quæ proponuntur supr. quæst. 4. caus. 23.*

IV. Regula, De vsuris pecuniæ restituendæ compensandis, proponitur *l. minor annis. 40. §. fin. ff. de minor. 25. annis. M. I. R. lib. 5. c. 1. reg. 2. exc. 12.*

V. Regula, De fructibus aduersario restituendis, habetur *l. patri. 27. §. si pecuniam. ibi, & fructib. Dig. eod. tt.*

VI. Regula, De sumptib. quos fecit aduersarius ei restituendis, proponitur *l. intra vtile. 39. 5. vendentib. ff. d. tt. Cõcordat l. apud Celsum. 4. §. si minor. ff. de doli mali exc.* Huius regulæ exceptio est: Nisi voluptatis tantum gratia sumptus facti sint, approbatur simul & distinguitur *l. sine hærede. 31. §. interposito. ibi, idem respondit ff. de admin. tut.*

VII. Regula: Si minor aduersus aditionem hæreditatis in integrum restituatur, solutiones creditoribus hæreditariis factæ, item libertates ex testamento præstitæ; & alia bona fide ab eo gesta, non reuocantur, approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib. 2. c. 32. quæst. 5. reg. 7. exc. 3.*

VIII. Regula: Minor aduersus repudiationem hæreditatis in integrum restitutus, bona quæ mortis testatoris tempore habuit, conferre tenetur. *l. 2. in fin. C. si vt omissam hæred.*

IX. Regula: Si aduersus vnum caput sententię restitutio facta est, tota lis volente aduersario restauranda est, approbatur quidem ipso iure *per ea quæ dicta sunt supr. reg. 1. item argumento eorum quæ infr. reg. prox. dicentur*, verum eius exceptio est: Nisi capita sint separata, non cohærentia. *l. etiamsi patre. 29. §. 1. Dig. de minor. 25. annis.*

X. Regula: Si cum curator minoris prædia sibi cum minore communia vendidisset, in integrum pro sua parte minor restitui postulet, etiam altera pars volente aduersario fit inempta. *l. tutor. 47. §. curator. Dig. eod. tt.*

XI. Regula: Si aduersus eum cum quo tutelæ egit, restitutus sit minor, contrarium tutelæ iudicium aduersario restituendum non est. *l. cum minor. 28. Dig. de minor. 25. annis.*

XII. Regula: Si aduersus transactionem minor restituatur, aduersario quoque pristina actio est restituenda, approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib. 2. c. 41. exc. 25.*

XIII. Regula: Si vnus hæredum quasi in maiorem partem condemnatus esset, in integrum sit restitutus, aduersus alterum cohæredem aduersario vtilis datur actio. *l. alterius. 20. in pr. Dig. de tutelæ actione.*

XIV. Regula: Si minor aduersus possessorem rei restituitur, is potest reuerti ad suum auctorem. *l. sed vbi. 15. Dig. de minor. 25. annis. Concordat l. minor. 39. in pr. Dig. de euictione.*

XV. Regula: Si minor rem quam ex contractu, contra quem restituitur, acceperat, alij alienauerat, ei quoque cui alienauerat, de euictione tenetur. *l. Titia. 62. Dig. de iure dotium.*

XVI. Regula: Minore qui pro alio intercesserat, per in integrum restitutionem liberato, nõ liberatur etiam reus principalis. *l. minor. 48. in pr. ff. de minor. 25. annis. l. vlt. ff. eod. tt. item. l. vnica. §. sed etsi intercessor. C. de reputationibus quæ fiunt, &c.*

XVII. Regula: Si cum minor pro eo qui temporali actione tenebatur, nouandi animo spopondisset, restitutus sit, in priorem debitorem actio restituitur tanti temporis, quantum superfuerat tempore nouationis. *d. l. vlt.*

XVIII. Regula: Minore aduersus aditionem hæreditatis in integrum restituto, seruus ei substitutus necessarius hæres efficitur. Sed & aduersus repudiationem eo restituto, substitutus nihilominus hæres manebit. *l. ait Prætor. 7. §. sed quod Papinian. Dig. de minor. 25. annis.* Hactenus euentus in integrum restitutionis; quorum exceptiones generales vide *supr. reg. 2.*

XV. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Licet regulariter, si alia competat actio, aliudve remedium, in integrum restitutio minoribus non competat, *vt ostensum supr. quæst. 4. exc. 26.* tamen interdum in integrum restitutio peti, vel tutelæ actio aduersus tutorem, aut negotiorum gestorum aduersus curatorem minoris institui potest, prout elegerit minor, *vt ostensum d. exc. 26. repl. 3. Cui concordat l. etiam ei. 45. in fin Dig. de minor. 25. annis.*

II. Regula: Interdum quoq; deficiente in integrum restitutione, tutelæ vel negotiorum gestorum, aut alia actio cõpetit. *l. 1. C. si tutor vel curator interuenerit. l. 2. C. si aduersus venditionem pignor. l. 1 in fin. cum duab. legib. seqq. C. si aduersus libertatem.* Hæc de in integrum restitutionib: minorum.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIonibus maiorum propter absentiam & alias similes causas.

CAP. V.

PRimo: Verba edicti quo hæ in integrum restitutiones introducuntur, proponuntur *l. 1. §. 1. Dig. ex quib. causis maiores in integr. restit.*

II. Ratio huius edicti proponitur *d. l. 1. in pr.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS IN integrum maiores restituuntur.

I. Causa: Si absentis ius sit læsum, approbatur verbis edicti *d. l. 1. item l. cum miles. 30. §. fin. Dig. d. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 13. reg. 30.* Huius causæ exemplum primum est, Si propter absentiam nõ egit intra tempus legitimũ, ideoq; temporis præscriptio aduersario competere cœperit, vel res absentis sit vsucapta. *Quod proponitur verbis edicti d. l. 1. vers. siue cuius actionis eorum. l. si qua militi, 40. in pr. Dig. eod. tt. item l. 2. C. de restit. militum. M. I. R. d. reg. 30.* Secũdum exemplum est, Si contra absentem sit iudicatum. *quod habetur l. cum miles. 30. §. fin. Dig. ex quib. causis maiores. l. 1. cum l. seq. C. d. tt. item l. si quis. 8. §. sed etsi quis. C. de præscr. 30. annor.* Tertium exemplum est, Si aliquis in bona absentis nõ defensi missus sit. *d. §. sed & si quis.* Quartũ, Si allus damni infecti nomine in ædes absentis sit missus. *l. ab hostib. 15. §. si damn. Dig. ex quib. causis maiores.* Quintum, Si bona absentis vendita sunt. *l. ignorare. 4. cum duabus legibus sequentibus. C. de restit. militum.* Sextum, Si quis absens non potuit adire hæreditatem delatam, vel iubere filium suum hæredem institutum adire. *l. cum quidam. 30. in pr. ff. de adquir. hæred.* Septimum, Si propter absentiam suam quis con-

conditioni legato vel ſtipulationi adiectæ non paruit, ideoque ex teſtamento vel ex ſtipulatu actionem amiſerit, vel obl gari cœperit. *l. Iulianus. 17. in fin. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ſi quis Titio. 41. item l. ſi quis ſtipulatus. 43. ff. d. tt.* Plane propoſitæ cauſæ exceptio prima eſt: Niſi nõ reipub. cauſa, vel propter aliquam earum cauſarum, de quib. in cauſis proximeſequentibus dicetur, abfuerit. Hæc exceptio elicitur ex verbis edicti, in quo certæ quædã abſentiæ cauſæ ponuntur. *Cõcordat l. ſi cui. 38. §. tamdiu. ff. ex quib. cauſis maior. l. item hi. 4. in fin. item l. item ait Prætor. 21. §. & erit notandum. ff. d. tt M. I. R. d. reg. 30. exc. 2.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi teſtimonij, cognitionis vel appellationis cauſa abfuerit. *l. ſed etſi. 26. §. fin. ff. ex quib. cauſis maiores.* Cuius duplicatio eſt: Niſi quis in ius vocatus non defendatur. Huic enim nõ prodeſt, quamuis appellationis cauſa abſit. *l. 1. cum l. ſeq. ff. eumqui appellauerit, &c.* Altera replicatio eſt: Niſi ex neceſſitate, nõ ex voluntate abſit. *d. l. 26. §. fin.* Tertia: Niſi ex alia probabili cauſa quis abfuerit. *l. necnon 28. in pr. & d. l. 26. §. item inquit. ff. d. tt.* Altera propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi propter relegationem abfuit, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 26. §. 1. Concordat l. Papinian. 20. in pr. ff. de minor. 25. annis.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi cauſa cognita iudici aliter videbitur. *d. l. 26. §. 1. verſ. ex cauſa tamen. Concordat l. ſi qua militi. 40. ff. ex quib. cauſis maior.* Tertia exceptio eſt: Niſi abſens procuratorem habuit *l. is qui 39. ff. d. tt. Concordat l. inter minores. 8. ff. de in integr. reſtit.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi procurator fuerit defunctus. *l. necnon. 28. in pr. ff. ex quib. cauſis maior.* Altera: Niſi ablẽs legatione pro ciuitate fungatur, hic enim quamuis habuerit procuratorempreſentem, nihilominus reſtituitur. *l. ſed etſi. 26. §. item inquit. ibi, & ſæpiſſime. ff. eod. tt.* Tertia: Niſi abſens in hoſtium ſit poteſtate, huic enim quamuis curator bonis ſit conſtitutus, nihilominus reuerſus poteſt petere in integrum reſtitutionem. *l. ab hoſtib. 15. in pr. ibi, ego autem. ff. d. tt.* Quarta: Niſi abſentis cõdemnati nomine non ſit appellatum, tunc enim reuerſus ad appellandum reſtituitur, quamuis per procuratorẽ fuerit defenſus. *d. l. inter minores. 8. ff. de in integ. reſtit.* Hæc de tertia exceptione. Quarta exceptio eſt: Niſi abſens procuratorem dare potuit, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſed etſi. 26. §. 1. ff. ex quib. cauſis maiores.* Quinta: Niſi cauſa abſentiæ fuerit finita, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi cui. 38. §. tamdiu. l. item hi. 4. item l. hi qui. 37. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio prima eſt, quoad tempus itineris huc illuc proficiſcendi. *d. l. 38. l. abeſſe. 32. item l. qui mittuntur. 35. §. ſimiliter, cum ſequentibus. ff. eod. tt.* Altera replicatio eſt, quoad tẽpus quo ob valetudinem vel tempeſtatem reuerti non poteſt. *d. l. 38.* Sexta exceptio: Niſi aduerſarius quoque reipubl. vel ex alia ſimili cauſa abfuerit, reprobatur *l. vlt. ff. ex quib. cauſis maior.* Septima: Niſi idem damnum & præſens erat paſſurus. *l. is qui. 44. ff. d. tt.* Octaua: Niſi nõ de damno vitando, ſed de lucro captando abſens agat. *l. ſciendum eſt. 18. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ſine alterius damno abſens lucrari potuit. *elicitur ex d. l. 18. verſ. ex alterius pœna vel damno. Concordat l. & ſine quid. 27. ff. d. tt.* Huius exemplum proponitur *l. Iulianus. 17. §. eum quoq; ff. d. tt.* Aliud exemplum vide *ſupr. ead. cauſa, exemplo. 6.* Nona exceptio eſt: Niſi à defuncto geſtum ſit, cui abſens ſucceſſit. *l. quæ à patre. 7. C. de reſtit. militum.* Decima exceptio eſt: Niſi cum potuiſſet abſens, vel antequã abiret, vel reuerſus, interrũpere vſucapionem vel præſcriptionem, id facere neglexit. approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ab hoſtib. 15. §. fin. cum l. ſeq. ff. ex quib. cauſis maiores.* Hæc de prima cauſa, eaq; generali in integrum reſtitutionis maiorum. Huius nunc aliquot ſpecies ſequuntur.

11. Cauſa: Si eius qui metus cauſa abeſt, ius læſum ſit, approbatur verbis edicti *l. 1. ff. d. tt. Concordat l. 2. in fin. ff. ex quib. cauſis maiores.* Declaratur hęc cauſa *l. metus. 3. ff. eod. tt.* Exceptio prima eſt: Niſi meticuloſus rem nullam fruſtra metuerit. *d. l. 2. Concordat d. l. 3. in fin.* Altera exceptio eſt: Niſi dolo malo metus cauſa abſit. *l. & qui data opera. 5. ff. d. tt.* Reliquas exceptiones vide *ſupr. cauſa prox.*

111. Cauſa: Si eius qui reipub. cauſa abfuit, ius læſum ſit, approbatur verbis edicti *d. l. 1. l. abſentia. 182. ff. de reg. iuris, item l. 2. C. de reſtit. militum.* Sane qui reipubl. cauſa dicantur vel non dicantur abeſſe, definitur *l. abeſſe. 32. ibi, & hoc etiã. cum l. ſeq. Dig. ex quib. cauſis maiores. item l. miles. 34. in fin. cum l. ſeq. & l. penult Dig. d. tt.* De mulierib. comitantibus maritos ſuos reipubl. cauſa abſentes, proponitur *l. 1. cum l. ſeq. C. de vxorib. militum.* Plane propoſitæ cauſæ exceptio prima eſt: Niſi dolo malo reipubl. cauſa abfuerit. *l. 1. verſ. aut ſine dolo reipubl. cauſa abeſſet. Dig. ex quib. cauſis maiores.* Declaratur hæc exceptio exemplis *l. item hi. 4. Dig. d. tt.* Alia exempla proponuntur *l. & qui data opera. 5. in pr. Dig. d. tt.* Secũda exceptio eſt: Niſi data opera adfectaueriit, vel ſui lucri aut litis gratia reipubl. cauſa abfuerit. *d. l. 5. in pr. Concordat l. reipubl. cauſa. 36. item l. non vere. 42. ff. d. tt.* Tertia: Niſi ſponte, nõ coactus reipub. cauſa abfuerit. *d. l. 36. Concordat l. ſed & ſi 26. §. fin. ff. d. tt.* Quarta: Niſi maturius ſit profectus. *d. l. 5. in pr.* Quinta: Niſi nondũ Italiam exceſſerit, vel prouinciam egreſſus ſit, reprobatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. cauſ. 1. except. 5. repl. 4. Concordat l. legato. 5. ff. de legationib.* Sexta: Niſi præſens, non abſens reipub. operam dederit, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. & qui data opera. 5. in fin. cum duab. legib. ſequentib. ff. ex quib. cauſis maiores.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi miles præſes in militia degat. *l. milites. 7. & l. qui mittuntur. 35. §. ſed & in vrbanicis. ff. d. tt.* Altera replicatio eſt: Niſi adſeſſor præſens adſideat, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi cui. 38. in pr. ff. d. tt.* Septima exceptio eſt: Niſi contra leges & iuris formam reipub. det operam, approbatur exemplo *d. l. 38. in pr.* Octaua: Niſi ſeruus reipub. cauſa abſit. *l. vlt. ff. de reg. iuris.* Reliquas propoſitæ cauſæ exceptiones vide *ſupr. cauſa 1.*

iv. Cauſa: Si abſentis militis ius ſit læſum. Hæc cauſa ſpecies eſt proxime pręcedentis cauſæ, & ſpecialiter approbatur *l. pen. ff. ex quib. cauſis maiores. Cõcordat l. 1. cum legib. ſequentib. C. de temp. in integrum reſtit.* Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi miles in commeatu agat. *l. miles. 34. in pr. ff. ex quib. cauſis maiores. Concordat l. 1. ff. de re militari.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi quoad illud tempus, quo domũ vadit ac redit. *l. qui mittuntur. 35. §. fi. ff. ex quib. cauſis maiores.* Altera exceptio eſt: Niſi

Niſi citra expeditionem degat milles. *l. vlt. C. de reſtit. militum.* Huius exceptionis replicationes vide *ſupr. cauſ. 1. exc. 5.* Sed & plures propoſitæ cauſæ exceptiones vide *ſupr. cauſa prox. item d. cauſ. 1.*

v. Cauſa: Si eius qui legationis nomine abeſt, ius ſit læſum. *l. legatis. 8. ff. ex quib. cauſis maiores. l. ſed & ſi 26. §. item inquit Prætor. ibi, vtputa legat. Dig. d. tt. item l. 1. C. quib. ex cauſis maiores.* Huius cauſæ exceptio prima eſt: Niſi ſponte, non coactus legatione ſit functus. *l. qui liber. 14. Dig. de legat.* Altera: Niſi non publici, ſed ſui commodi cauſa legatione fungatur. *d. l. 14. Concordat l. non vere. 42. ff. ex quib. cauſis maiores.* Reliquas exceptiones vide *ſupr. cauſ. 1. & 3.*

vi. Cauſa: Si eius qui in vinculis eſt, aut in cuſtodia, ius læſum ſit, approbatur verbis edicti *l. 1. & l. ſuccurritur. 9. cum l. ſequente. ff. ex quib. cauſis maiores. item l. 2. C. quib. ex cauſis maiores.*

vii. Cauſa: Si eius qui ſine dedecore in publico apparere non poteſt, ius ſit læſum. *l. in eadem. 10. in fin. Dig. ex quib. cauſis maiores.*

viii. Ceuſa: Si eius qui ſub fide iuſſorum datione abeſt, ius læſum ſit, *l. nec non. 28. §. 1. Dig. d. tt.*

ix. Cauſa: Si eius qui in ſeruitute fuit, ius ſit læſum. *l. 1. & l. ei quoq; 11. Dig. ex quib. cauſis maiores.* Huius cauſæ exceptio prima, ſumpta ex cauſa & modo ſeruitutis, reprobatur *d. l. 11.* Altera exceptio eſt: Niſi de ſtatu ſuo litiget. *l. is aũt 12. ff. d. tt.* Tertia: Niſi ſeruus, nõ liber, dũ in ſeruitute fuit, damnum aliquod paſſus ſit. *l. recte Labeo. 13. ff. d. tt.*

x. Cauſa: Si filij, dum fuit in patris poteſtate, ius ſit læſum in peculio caſtrenſi. *d. l. 13. verſ. putò tamen.*

xi. Cauſa: Si eius qui apud hoſtes fuit, ius ſit læſum, approbatur verbis edicti *l. 1. l. item. 14. cum l. ſeq. Dig. ex quib. cauſis maior.* Huius cauſę exceptio prima eſt: Niſi ad hoſtes transfugit. *d. l. 14.* Altera exceptio videtur: Niſi apud hoſtes mortuus ſit. Sed reprobatur *d. l. 15. in pr.* Tertia: Niſi curator bonis captiui fuerit conſtitutus, reprobatur *d. l. 15. De qua re vide ſupr. quoque cauſ. 1. exc. 3. replic. 3.* Quarta exceptio videtur: Niſi non ab hoſtibus captus, ſed apud eos natus ſit. Sed reprobatur *d. l. 15. §. non minus.* Quinta exceptio eſt: Niſi cum rem alienam vſucapere quis cœpiſſet, ab hoſtibus captus ſit, & ita vſucapio interrupta, hoc enim caſu ab hoſtibus reuerſus non reſtituitur aduerſus illam interruptionem. *l. denique. 19. §. fin. cum lege ſequente. & l. ait prætor. 23. §. is autem. Dig. ex quib. cauſis maiores.* Sexta: Niſi poſſeſſio per captiuitatem ſit amiſſa, reprobatur *d. l. 23. §. item ei.* Reliquas exceptiones vide *ſupr. cauſ. 1.*

xii. Cauſa: Si propter abſentiam aduerſarij, ius alicuius læſum ſit. *l. 1. in pr. & §. 1. l. item ait prætor. 21. in pr. & §. hæc autem, in fin. cum l. ſeq. in fin. ff. ex quib. cauſis maiores. Inſt. de action. §. rurſus ex diuerſo. item l. abſentia eius. 182. Dig. de reg. iuris.* Huius cauſæ exceptio prima, ſumpta ex cauſa abſentiæ, reprobatur *d. l. 21. in pr. verſ. & erit notandũ, quod plus prætor, &c.* Altera exceptio eſt: Niſi Romæ fuerit aduerſarius, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. nec non. 28. §. ſi cum in prouincia. ff. ex quib. cauſis maiores.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi aduerſarius domũ reuocandi ius habuit. *d. §. ſi cum in prouincia. verſ. ego aũt puto, &c.* Ex quib. autẽ cauſis domum reuocandi ius habeat, vide *ſupr. lib. 2. cap. 2. exc. 15. repl. 5. dupl. 1. cum ſeqq.* Tertia exceptio eſt, quod nõ totius temporis, quod lege ad præſcribendum conſtituitur, reſtitutio fiat, ſed eius tantum quod ſuperfuit, cum aduerſarius cœpit abeſſe. *l. ſed & ſi 26. §. quoties. ff. eod. tt.* Quarta exceptio videtur: Niſi & læſus abfuit. Sed reprobatur *l. vlt. ff. ex quib. cauſ. maiores.* Quinta: Niſi ſine dolo malo aduerſarius abfuit, reprobatur *l. cũ miles. 30. §. ſi is qui, in fin. ff. d. tt.* Sexta; Niſi per ſubiectas ſibi personas, eaq; præſentes, non per ſe adquiſiuit abſens, reprobatur *l. item ait prætor. 21. §. hæc aũt. ff. d. tt.* Septima; Niſi abſente defuncto, hæres eius præſens impleuerit vſucapionem, reprobatur *l. cum miles. 30. in pr. ff. d. tt.* Octaua exceptio eſt; Niſi abſens defendebatur, vel procuratorem habuit. *d. l. 21. §. hæc autem. ibi, & id ſi nemo.* Huius exceptionis replicatio prima eſſe videtur; Niſi defenſor ſe non vltro obtulit, ſed reprobatur *d. l. 21. §. defendi.* Altera replicatio eſt; Niſi defenſor iudicatũ ſoluit nõ ſatiſdet, *d. l. 21. §. fin.* Nona exceptio eſt; Niſi læſus nõ interrogauerit amicos abſentis, an defendere abſentem velint. *l. ergo ſciendum. 22. ff. d. tt. Concordat d. §. defendi.* Huius exceptionis replicatio eſt; Niſi nemo ſit, qui nomine abſentis interrogari potuit. *d. l. 22. verſ. aut ſi nemo ſit, qui interrogari poteſt.* Cuius duplicatio eſt; Niſi conteſtatio nõ ſit interpoſita *d. l. 22. verſ. eaq; teſtatione complecti oportet.* Decima exceptio videtur; Niſi abſens rem vſucaptã alienauit, ſed reprobatur. *l. cum miles. 30. §. ſi is qui. ff. ex quib. cauſ. maiores.* Hæc de 12. cauſa.

xiii. Cauſa; Si propterea, quod aduerſarius in vinculis vel cuſtodia fuerit, ius alicuius læſum ſit *l. 1. §. 1. & l. ait prætor. 23. in pr. Dig. d. tt.* Huius cauſæ exceptio eſt; Niſi aduerſarius defendebatur. *d. l. 23. verſ. igitur & is qui, &c.* Sed & plures exceptiones vide *ſupr. cauſa proxima.*

xiv. Cauſa; Si propter captiuitatem aduerſarij ius alicuius læſum ſit. *d. l. 23. §. hi plane.*

xv. Cauſa; Si propter relegationem aduerſarij ius alicuius læſum ſit. *l. ſed & ſi 26. §. 1. Dig. ex quib. cauſis maiores.*

xvi. Cauſa; Si propter infantiam vel furorem aduerſarij ius alicuius ſit læſum, vel quia ciuitas ſit. *l. ergo ſciendum. 22. §. fin. Dig. d. tt.*

xvii. Cauſa; Si propterea, quod aduerſarius ſecũ agendi poteſtatem non faceret, alicuius ius ſit læſum, approbatur verbis edicti *l. 1. §. 1. & l. ait prætor. 23. §. deinde adiicit, cum duab. legib. ſeqq. Dig. ex quib. cauſis maiores.*

xviii. Cauſa; ſi dum aduerſarium inuitum in ius vocare non licet, ius alicuius ſit læſum. *l. 1. §. 1. & l. ſed & ſi 26. §. ait Prætor. ff. ex quib. cauſ. maiores.* Huius cauſæ exceptio prima eſt; Niſi ij ſint, quos ſine permiſſu prætoris in ius vocare non licet. *d. § ait Prætor.* Altera exceptio eſt; Niſi aduerſarius defendebatur. *elicitur ex verbis edicti d. l. 1. verſ. neque defenderetur. Concordat d. l. 26. §. deinde adiicit.*

xix. Cauſa; Si dum per magiſtratum ſtat, alicuius ius ſit læſum. *d. l. 1. & d. l. 26. in princ. & §. ait Prætor.* Huius cauſæ exceptio prima eſt; Niſi magiſtratus cauſa cognita denegauit actionem. *d. §. ait Prætor.* Altera exceptio eſt; Niſi dolo malo actoris interueniente per magiſtratum ſtetit. *d. l. 26. §. & adiicitur.* Tertia; Niſi propter ferias magiſtratus copiam ſui non fecit, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 26. §. ſi feriæ.* Huius exceptio-

exceptionis replicatio est: Nisi feriæ fuerint extra ordinem indictæ. *d.§.si feriæ.* Quarta exceptio est, quoad illud tempus, quod magistratus sui copiam fecit, hoc enim actori restituendum nõ est, approbatur exemplo feriarum *d. §. feriæ. vers. sed cum feriæ tempus eximunt.*

xx. Causa: Si respub. in aliquo negotio læsa sit. *l. respublica. 4. C. quib. ex causis maiores. Concordat l. rempublicam. 3. C. de iure reipublic. M.I.R. lib. 5. cap. 13. regul. 31.*

xxi. Causa: Si fiscus in aliquo negotio læsus sit. *l. inter eos. 33. in pr. ff. ex quib. causis maiores.* Contradicit *M.I.R. d.c. 13. reg. 32.*

xxii. Causa est clausula generalis: Si qua alia iusta causa in integrum restituendi prætori videbitur. *quæ clausula proponitur verbis edicti l. 1. ff. d. tt.* Ratio huius clausulæ & exempla proponuntur *l. sed & si. 26. §. item inquit. ff. d. tt. Concordat item l. nec non. 28. in pr. ff. d. tt. l. diuus Antoninus. 7. in pr. & §. nec intra. ff de in integr. restit. item l. in contractib. 3. C quib. ex causis maiores. M I.P. lib. 5. c. 10. reg. 12. M.I.R. d. cap. 13. reg. 38.* Plane propositæ causæ exceptio prima est: Nisi non est euidens æquitas causæ. *d l. 7. ver. vbi æquitas euidens poscit, subueniendum est. Concordant ea quæ proponuntur supr. lib. 1. cap. 2. reg. 2.* Altera exceptio est: Nisi leges in integrum restitui prohibeant, *approbatur verbis edicti l. 1. & l. nec non. 28. §. quod eius. ff. ex quib. causis maiores.* Hactenus causæ in integrum restitutionis maiorum enumeratæ sunt, quarum tamen plures cum exceptione generali vide *supr. c. 1. quæst. 1.* Sed & plures exceptiones vide *supr. cap. prox.*

IV. QVIBVS COMPETIT IN integrum restitutio?

i. Regula, De hæredibus restituendis, proponitur *l. 1. C. de restit. milit. Concordat sup. c. 1. q. 2. reg. 1.*

ii. Regula: De mulieribus & aliis, qui quæve comitantur eos qui reipubl. causa absunt, vide *supr. quæst. prox. causa 3. in princ.*

V. ADVERSVS QVOS IN INtegrum restitutio competit?

i. Regula, De hæredibus, proponitur *l. cum miles. 30. in pr. ff. ex quibus causis maiores.*

ii. Regula, De possessore rei vel hæreditatis, habetur *l. Iulianus. 17. in pr. ff. d. tt.* Plura de regula proposita vide *supr cap. prox. quæst. 6.*

iii. Regula, De fideiussore eius aduersus quem restitutio competebat, proponitur *l. cum quis. 38. §. si quis pro. ff. de solutionib.*

VI. QVID QVANTVMQVE restituendum in integrum?

i. Regula, De fructibus, proponitur *l. necnon. 28. §. fin. cum leg. seq. & l. ait prætor. 23. §. item ei qui, in fin. ff. ex quib causis maiores.*

ii. Regula: Non totius temporis restitutio facienda, sed eius tantum, quo agi non potuit, vel quod superfuit. *l. sed & si 26. §. si feriæ. ibi, sed cum feriæ, & §. quoties. item l. necnon. 28. §. sed si omnes. ff. d. tt. M.I.P. d.c. 10. reg. 13. M.I.R. d.c. 13. reg. 40.*

VII. QVAMDIV IN INTEgrum restitutio peti potest?

Iure antiquo intra annum competebat. *quæ regula approbatur verbis edicti l. 1. §. l. ff. d. tt. l. in honorariis. 34. §. honorariæ, in fin. ff. de act. & obligat. item l. 2. cum l. seq. C. de restit. militum.*

Mutatio iuris.

Plane iure nouo pro anno quadriennium datur. *l. superuacuam. 7. C. de temp. in integr. restitut.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi cum res vsucapta esset ab absente, prior dominus possessionem eius postea acceperit, rursusque amiserit, hoc enim casu perpetua est actio. *l si is. 31. ff. ex quib. causis maiores.* Altera exceptio est: Nisi intra quadriennium experiundi potestatem non habuerit. *Hæc exceptio approbatur verbis edicti d. l. 1. Concordat l. nec non. 28. §. si quis sæpius. ff. d tt. M.I.R. lib. 5. cap. 13. reg. 8. except. 6.* Tertia exceptio est, Quod quamuis in reuersum post tempus in integrum restitutio non detur, datur tamen aduersus fideiussorem eius, acceptum postquam reus fuit reuersus. *l. cum quis. 38. §. si quis pro. ff. de solut.* Plura de regula proposita eiusque exceptionibus vide *supr. cap. 1. quæst. 5.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

i. Regula: Etiam in bona absentis fit missio. *l. item ait prætor. 21. §. cæterum si non. & l. ait prætor. 23. §. fin. ff. ex quibus causis maiores.*

ii. Regula: Extra ordinem hodie ex causis *supr.* enumeratis læso succurritur. *l. 2. ff. d. tt.*

iii. Regula, De exceptione agenti aduersario opponenda, proponitur *l nec non. 28. §. penult. Dig. d. tt.*

iv. Regula: Si vsucapio non procedit absenti vel contra absentem, ipso iure prior actio competit sine rescissione vsucapionis, approbatur exemplo *l. nullo. 24. C. de rei vendic.*

v. Regula: Si aduersarius sit absens, contestatione interposita interrumpi potest vsucapio vel præscriptio sine in integrum restitutione. *l. nullo. 2. C. de annali except.* Hactenus de in integrum restitutionibus maiorum.

DE CONDICTIONE INDEBITI.

CAP. VI.

I. GENVS HVIVS condictionis.

PRima regula: Ex quasi contractu descendit. *Institut. de obligationibus quæ quasi ex contractu. §. item is cui. Leges concordantes vide supr. lib. 20. cap. 3. quæst. 2. specie 6.*

ii. Regula: Condictio indebiti naturalis est. *l. indebiti. 15. in pr. ff. de condict. indebiti.*

iii. Regula: Indebiti condictio ex bono & æquo introducta est *l. hæc condictio. 66. ff. d. tt.*

ii. Causæ condictionis indebiti, cum suis exceptionibus proponentur *infra duobus capitibus proximis.*

III. QVIBVS COMPETIT condictio indebiti?

i. Regula: Regulariter quidem alij, quam qui soluit, indebiti condictio nõ datur. Cuius tamen regulæ exceptio prima est: Nisi nõ suo, sed alieno nomine soluerit, hoc enim casu nõ soluenti, sed ei cuius nomine solutum est, condictio cõpetit. *l. si per ignorantiam. 6. C. de condict. indebiti. l. qui hæredis. 46. l. indebitam. 47. item l. cum indebitũ. 57. in pr. ff. d. tt. l. qui mand. 56. ff. de solut.* Plane propositæ exceptio-

exceptionis replicatio prima est, Nisi is qui alieno nomine soluit, ab eo pro quo soluit, repetere non possit. approbatur exemplo *l. Stichus. 67. §. tutor. ff. de condict. indebiti.* Altera replicatio est: Nisi cum antea debitor soluisset, postea alius ignorans solutum, pro eo soluerit, vel potius alius in rem suam procurator factus soluerit. *d. l. 67. §. Titius. Concordat l. cum duo. 25. ff. d. tt.* Tertia replicatio videtur: Nisi quis suam, non eius cuius nomine soluit, pecuniam dedit. sed reprobatur. *l. si procurator. 6. §. fin. ff. eod. tt.* Plane admittitur replicatio hæc ratione æquitatis, *de qua infr. repl. prox.* Quarta replicatio est, quod quamuis stricto iure ei cuius nomine solutum est, vel domino eius condictio competat: tamen æquitatis ratione soluendi actio deneganda non est, si suam pecuniam soluit, *l. dominus. 53. in fin. & l. frater. 38. § fin. ff. d. tt.* Quinta replicatio est: Nisi is cuius nomine solutum est, neque mandauit, neque ratam habuit solutionem, hoc enim casu ipsi soluenti actio datur. *l. si procurator. 6. in pr. ff. d. tt.* Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio est: Nisi cum quis tanquam hæres creditoribus hæreditariis indebitum soluisset, postea ad alium hæreditas peruenerit. hoc enim casu non soluenti, sed vero hæredi, vel ei ad quem hæreditas peruenit, condictio competit. *l. non est nouum. 5. ff. de condictione indebiti. l. 2. in fin. cum duabus legibus sequentibus. item l. qui hæredis. 46. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi is qui putabat se hæredem, suam, non hæreditariam pecuniam soluerit. hoc enim casu ipsi soluenti, non vero hæredi actio danda. *l. Papinianus. 8. §. si ex causa. ibi. soluta. ff. de inofficioso test.* Altera: Nisi possessor hæreditatis post controuersiam sibi motam soluerit. hoc enim casu ipsi soluenti, non euincenti condictio competit: quia ipse tenetur euincenti de eo restituendo, quasi dolo malo possidere desierit. *d. §. si ex causa. versic. fere autem si ante.* Tertia exceptio est: Nisi cum quibusdam creditoribus hæreditarlis solidum solutum esset ab hærede pupillo, is postea sese hæreditate abstinuerit. hoc enim casu cæteris creditoribus aduersus eos quibus amplius solutum est, cõdictio indebiti competit. *l. tutores. 61. ff. de cond. indebiti.* Quarta: Nisi cum quis à non domino rem aliquã conduxisset, mercedem ex ea conductione soluisset. hoc enim casu domino rei, non soluenti condictio competit. *l. si vrbana. 55. ff. d. tt.* Quinta exceptio videtur: Nisi id quod alii debetur, alii solutum sit, hoc enim casu non ipsi soluenti, sed ei cui reuera debebatur, cõdictio indebiti videtur competere. Sed reprobatur *d. l. 55. vers. quod si vecturas nauium.* Plane admittitur, si creditor solutionẽ alii factam ratã habuerit. *quæ distinctio approbatur l. cum fundus. 31. §. seruũ tuum. ff. si certum petatur.* Sexta exceptio est, Nisi is qui soluit, mortuus sit. hoc n. casu hæredi eius condictio indebiti competit. *l. si fundi. 12. ff. de condict. indebiti.* Septima: Nisi fideiussor soluerit indebitum, hoc enim casu reo, non soluenti fideiussori cõdictio cõpetit. approbatur simul & distinguitur *l. indebitam. 47. ff. de condict. indebiti.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi fideiussor suo, non debitoris nomine soluerit. *d. l. 47.* Altera replicatio est: Nisi fideiussor personali exceptione tutus soluerit. *l. cum in. 32. § 1. ff. d. tt. Concordat l. si fideiussor. 59. ff. d. tt.*

ii. Regula: Si duo idẽ debitũ soluerint in solidum: posteriori soluenti condictio eius quo amplius solutum est, competit, non priori. *l. cum duo. 25. ff. de condict. indebiti. Concordat l. Stichus. 67. §. Titius. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi ambo simul soluerint. hoc enim casu vtrique cõdictio competit. approbatur simul & distinguitur *l. si pœnæ causa. 19 § fin. cum duabus ll. sequentibus. ff. d. tt.* Altera exceptio est: Nisi prioris solutio non pariat liberationem. hoc enim casu priori, non posteriori soluenti condictio datur. *approbatur per ea quæ proponuntur infr. cap. prox. caussa 6. specie 13. exc. 1.*

IV. ADVERSVS QVOS competit condictio indebiti?

Aduersus alium, quam cui solutio indebiti facta est, hæc condictio non competit. *l. his solis. 49. ff. de cond. indeb.* Plane huius regulę exceptio prima: Nisi alii solutio profit, reprobatur *d. l. 49.* Altera exceptio est: Nisi alio delegante, alii solutio sit facta. hoc enim casu delegans, non is cui solutum est, tenetur. *l. 2. C. de condict. indebiti. l. si donaturus. 9. §. si quis. ff. de condict. caussa dati. l. cum indebitum. 57. §. creditor. ff. de condict indebiti. Concordant itẽ ea quæ proponuntur supr. cap. 12. reg. 7. & 8.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pupillo delegante alii soluerit. approbatur simul & distinguitur *l. si pupilli. 66. §. si autem debitor. ff. de solutionibus.* Tertia exceptio est: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus indebitum esset, Titio sit solutum, hoc enim casu stipulatori condicendum, non Titio. *l. qui hominem. 34. in princip. ff. de solutionibus. Concordat l. si ita. 59. in fin. ff. d. tt.* Quarta: Nisi procuratori indebitum sit solutum. hoc enim casu domino potest condici. approbatur simul & distinguitur *l. cum indebitum. 57. §. creditor. ff. de condict. indebiti. l. si procuratori. 14. §. de condict. caus. dati. l. si vendidero. 82. §. si Titius. de furtis. item l. cum. 5. §. item quæritur. ibi: & sicut. ff. negocior. gestorum.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi dominus neque mandauerit, neque ratam habuerit indebiti solutionem. *d. l. 14. d. §. si Titius. item l. si procurator. 6. §. idem Labeo. ff. de condict. indebiti.* Altera replicatio est: Nisi dominus, vt debitum procuratori soluereturvel generaliter mandauit, non vt etiam indebitum soluereturd. §. creditor. Quinta exceptio est: Nisi is cui indebitum solutum est, decesserit. hoc enim casu hæredi eius condici potest. approbatur simul & distinguitur *l. si non sortem. 26. §. hæredi ff. de condict. indebiti.*

V. QVID QVANTVMQVE veniat in condictione indebiti?

i. Regula, Aut ipsum quod solutum est, aut tantundem repetitur. *l. quod indebitum. 7. ff. de condict. indebiti. Concordat l. si operas. 26. § fin ff. de præscriptis verbis.*

ii. Regula, Si plus debito sit solutum: non totum condicitur, sed id quod amplius solutum est. *l. non sortem. 26. §. idem Marcellus. ff. de condict. indebiti. Concordat l. tutores 61. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi res indiuidua in solutũ data sit. *l. cum amplius. 84. ff. de reg. iuris.* Altera exceptio est, Nisi cum pecunia deberetur, res immobilis

maioris precii pro ea in ſolutum detur. *l. ſi non ſortem, 26. §. ſi centum. ff. de condict. indebiti.*

III. Regula: eiuſdem bonitatis res reſtituenda eſt. approbatur exemplo *l. in ſumma. 65. §. in frumento. ff. de condict. indebiti.*

IV. Regula, Si res in ſolutum data periit, vt alias reſtitui amplius non poſſit: æſtimatio eius reſtituenda. *d. §. in frumento. d. l. 65 §. ſi ſeruum.* Huius regulæ exceptio eſt: Niſi non ſit locupletior ex ea factus ſine dolo. *l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. verſ. nempe hoc ſolum. ff. d. tt. l. cum hi. 8. §. ſane ſi is. ff. de tranſact.*

V. Regula, Quantum precium pro re in ſolutum data reſtituendum. Regulariter quidem quanti ea res fuit, vel æſtimatur, tantum precium reddendum. Verum eius exceptio prima eſt: Niſi is qui accepit, minoris eam rem diſtraxerit. hoc enim caſu illud ſolum precium, quod pro re accepit, reddendo liberatur. *d. §. libertus. verſ. & interdum.* Altera exceptio eſt: Niſi is qui accepit, minoris rem erat comparaturus, *d. §. in frumento. Concordat d. verſ. & interdum.* Tertia exceptio eſt Niſi reus ſuis ſumptib. rem fecit precioſiorem. *d. verſ. & interdum.*

VI. Regula, Si cum illa aut illa res deberetur, vtraque per errorem ſit ſoluta: vel certi generis res, & plures ſint ſolutæ: in arbitrio actoris ſoluentis eſt, quam velit repetere. *l. ſi quis. 10. C. de condict. indebit.* Vbi ait Imperator: Et Vlpianus quidem electionem ei præſtat, qui vtrumque accepit, vt hoc reddat, quod ſibi placuerit. Huic ſententiæ reprobatæ ac mutatæ concordat *l. ſi non ſortem. 26. §. ſi decem. ibi; ſed etſi poſt. ff. de condict. indebiti.* Plane huius regulæ exceptio eſt: Niſi cum duo illam rem deberent, ambo pariter vtramq; ſoluerint, nec inter eos conueniat vter condicat. hoc enim caſu eius qui accepit, electio eſt, cui velit reddere, *l. plane ſi duos. 21. in fin. ff. d. tt.*

VII. Regula: Si cum decem aut Stichus deberetur, quinque prius fuerint ſoluta, deinde Stichus: non pars Stichi repetetur, ſed quinque tantum. *d. §. ſi decem.*

VIII. Regula: Si bis idem debitum fuerit ſolutum, quod poſteriore loco ſolutum eſt, tanquam indebitum eſt condicendum. approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſupr. quæſt. 3. reg. 2. Cui concordat d. l. 26. in princip. ibi: etſi poſtea. ff. de condict. indebiti.* Huius exceptio prima eſt: Niſi cum antea pars debita ſoluta eſſet, poſtea ſolidum ſoluatur, hoc enim caſu prius ſolutũ condici poteſt. *d. §. ſi decem.* Altera exceptio eſt: Niſi ſimul idẽ debitũ bis fuerit ſolutum. hoc enim caſu in arbitrio ſoluentis eſt, quod velit repetere. *approbatur ſupr. regul. 6.* Tertia: Niſi in pendenti ſit, vtrum per priorem ſolutionem liberatio contigerit, vel prior ſolutio minus efficax ſit. approbatur exemplo. *l. ſi quis. 58. §. fin. ff. de ſolutionibus.* Huius exceptionis ſpecies eſt *ſupr. except. 1.*

IX. Regula: Si vſus fructus rei in ſolutum datæ, alienus ſit: deducto vſufructu condictio competit. *l. indebiti. 15. §. fin. ff. de condict. indebiti.*

X. Regula, Si duo ſoluerint indebitum, ſingulis pro parte repetitio competit. *l. ſi pœnæ cauſa. 19. §. fin. cum l. ſequente. ff. de condict. indebiti.* Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi cũ illud aut illud deberetur, vtrunq; ſoluerint. hoc n. caſu partiũ repetitio non datur vtrique *l. plane 21. ff. d. tt.* Altera exceptio eſt, Niſi cum debitum ab vno ſolutum eſſet, alter quoque poſtea ſoluat. hoc enim caſu poſterior tantum ſolidum condicit. *approbatur per ea quæ proponuntur ſupr. q. 3. reg. 2.*

XI. Regula, De eo quod rei in ſolutum datæ acceſſit. Hoc quoque in condictionem indebiti venit. *l. indebiti. 15. in prin. & l. in ſumma. 65. §. ei qui. ff. de condict. indebiti.*

XII. Regula, De fructibus rei in ſolutum datæ reddendis, proponitur *d. l. 15. item d. §. ei qui. Concordat l. ſi non ſortem. 26. §. libertus. ibi: & interdum. ff. d. tt. l. videamus. 38. §. item ſi indebitum. ff. de vſuris & fructibus. item l. vxori. 27. ff. de vſufructu legato.*

XIII. Regula, De vſuris pecuniæ ſolutæ. Hæ in condictionem indebiti non veniunt. *l. 1. in fin. C. de condict. indebiti.*

XIV. Regula, De impenſis à reo factis deducendis, proponitur *l. in ſumma. 65. §. ei qui. ff. de condict. indebiti. Concordat l. ſi non ſortem. 26. §. libertus, ibi: & interdum. ff. d. tt.*

VI. VBI COMPETIT hæc actio?

Etiam alibi, quam vbi ſolutio facta eſt, condictio indebiti competit. *l. qui loco certo. 27. ff. de condict. indebiti.*

VII. ADIVNCTA, SEV DE indebito probando.

Vtri probatio incumbat, diſſeritur *l. cum de indebito. 25. ff. de probationib. M. I. R. lib. 2. cap. 11. in verbo Debitum.*

VIII. ADFINIA REMEDIA.

Ex cauſis quæ *infr. cap. prox.* proponentur, indebiti condictio, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima eſt: Niſi is qui indebitum ſoluit, ab eo cui ſoluit, conueniatur. hoc enim caſu etiam per exceptionem ſeu retentionem ſolutum poteſt recuperare. approbatur exemplo *l. eleganter. 23. §. poſt rem. ibi. retineri tamen ff. de condict. indebiti.* Aliud exemplum proponitur *l. ſi cum aurum. 50. ff. de ſolution.* Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi condictione repeti non poſſit. hoc enim caſu nec per exceptionẽ poteſt retineri. approbatur exemplo *l. vlt. §. fin. ff. de condict. indebiti.* Sane interdũ per exceptionẽ ſolutũ poteſt cõpenſari, quod per indebiti condictionẽ repeti nõ poteſt. *de quo infr. cap. 8. exc. 17. & 30.* Altera exceptio eſt, Niſi non ſolutum, ſed promiſſum tantũ vel cautũ ſit indebitũ. nam & hoc caſu nõ ſolũ cautio poteſt condici, ſed etiam ſi ex ea agatur, exceptio poteſt opponi. *l. cum & ſoluta. 3. C. de condict. indebiti. Concordat l. ſi hæres. 5. §. ſed ſi falſo. ff. de act. empt.* Tertia, Niſi exceptione compenſationis tutus ſoluerit. hoc enim caſu ſolutum non condicitur, ſed debiti petitio competit. *l. qui inuicem. 30. ff. de condict. indebiti.* Quarta, Niſi pupillus ſine tutoris authoritate, vel furioſus, vel is cui bonis interdictum eſt, ſoluerit. hoc enim caſu rei vendicatio competit. *l. interdum. 29. ff. d. tt.* Quinta, Niſi quis nõ ſuã, ſed alienam pecuniam ſoluerit, vel ſolutione non translatum ſit dominium. hoc enim caſu dominus

dominus numos vindicare poteſt. *d. l. 29. in fin. l. qui hæredis. 46. item l. dominus. 53. ff. d. tt. l. ſi filiusfamilias. 14. ff. ſi certum petatur.* Sexta: Niſi fideiuſſor pro reo principali debitum ignorans ſoluerit. hoc n. mandati actione à reo repetere poteſt. *l. indebitã. 47. ff. d. tt. Concordant ea quæ proponuntur ſup. lib. 21. c. 3. q. 1. exc. 5. repl. 2.* Septima exceptio eſt: Niſi cũ quis alii, quam cui debetur, ſoluiſſet, creditor id ratũ habuerit. hoc enim caſu creditori mandati vel negociorum geſtorum actio eſt aduerſus eum cui ſolutum eſt. *de qua re vide ſupr. lib. prox. cap. 6. q. 2. reg. 6.* Octaua exceptio eſt: Niſi alius quam qui debet, ſoluerit. hic enim etiam mandati vel negociorum geſtorum actione ab eo pro quo ſoluit, repetere poteſt. *approbatur per ea quæ proponuntur ſupr. lib. prox. cap. 7. exc. 1. diſt. 1. repl. 1.* Nona: Niſi creditor ſciens indebitum acceperit. hoc enim caſu etiam ſtellionatus crimine tenetur. *l. ſi fideiuſſor. 29. §. in omnibus in fin. ff. mandati.* Item furti actione. *de quo vide ſupr lib. 22. cap. 2. q. 2. cauſſa 20.* Decima exceptio eſt: Niſi conductor ante tempus finitum penſionem ſoluerit, poſteaque conductio ante tempus expirer. hoc enim caſu ex conducto actio eſt. *l. ſed addes. 19. §. ſi quis cum. ff. locati.*

DE CAVSSIS CONDICTIONIS INdebiti.

CAP. VII.

SVperſunt cauſſæ condictionis indebiti, primo quidem loco proponendæ, ſed ob ſuum multiplicem tractatum in hoc caput reſeruatæ.

I. Cauſſa, eaque generalis, eſt: Si quid alterius apud alterum ſine cauſſa deprehendatur. *approbatur l. hæc condictio. 66. ff. de condict. indebiti. l. rerum quidem. 25. in fin. ff. rerum amotarum. item l. perpetuo. 6. ff. de condict. ob turpem cauſſam.* Huius cauſſæ ſpecies & exempla ſunt cauſſæ ſequentes: item *ſupr. lib. 15. cap. 20. quæſt. 1. cauſſa. 2. cum ſequentib.*

II. Cauſſa: Si indebitum ſit ſolutum. approbatur *Inſtit. quib. modis re contrahit. obligat. §. is quoque. Inſtit. de obligat. quæ quaſi ex contractu. §. item is cui l. ex maleficio. 4. §. is quoque. ff. de action. & obligat. item l. 1. C. de condict. indebiti. M. I. R. lib. 5. cap. 13. regul. 49.*

III. Cauſſa, Si indebitum promiſſum, vel cautum ſit. *l. ſi non tranſactionis. 3. C. de iuris & facti ignor. l. is qui. 31. ff. de condict. indebiti. l. cum & ſoluta. 3. C. d. tt. l. ſi hæres. 5. in fin. ff. de action. empt. l. 2. §. aliud iuris. & §. item ſi ei ff. de donationibus.* Sane hoc loco ſciendum eſt, tria eſſe genera indebiti. Vnũ quidem, quum nulla ſubeſt cauſſa ob quam debeatur, ſubeſſe tamen putatur. Secundum eſt, cum ſubeſt quidem cauſſa debendi, quæ tamen vel ipſo iure non valeat, vel exceptionis ope poſſit elidi. Tertium genus eſt, cum ſubeſt cauſſa, eaq; iuſta, ex qua debeatur: ſed non debetur ei cui ſolutum eſt, vel non ab eo à quo ſolutum eſt, vel nõ id quod ſolutum eſt, vel non eo tempore, vel ex ea cauſſa ex qua ſolutio facta eſt, vel alias ſolutio non parit liberationem. De quibus tribus indebiti generibus ordine dicendum.

DE PRIMO GENERE indebiti.

IV. Cauſſa: Si ex cauſſa quaſi facta, quæ facta non eſt, ſolutum ſit: condictio indebiti competit. *l. eleganter. 23. in prin. & §. fin. item l. ſi in ſortem. 26. §. ſi quis quaſi. ff. de cond. indebiti. l. dedi tibi. 3. §. ſi quis quaſi. ff. de condictione cauſſa dati.* Huius cauſæ exceptio eſt: Niſi etiam ſi factum fuiſſet id ob quod ſolutum eſt, ſoluens obligatus non erat. hoc enim caſu, quamuis ex falſa cauſa remunerandi animo ſoluerit, non repetit, *l. damus. 52. & l. in ſumma. 65. §. id quoque. ff. de condictione indebiti.*

DE SECVNDO GENERE indebiti.

V. Cauſa: Si ex cauſa quaſi iuſta & vtili ſolutum ſit, quæ iuſta vel vtilis non eſt, vt ipſo iure, aut exceptione aliqua obſtante: condictio competit. *l. ſi in ſortem. 26. §. indebitum. & §. adeo. l. qui exceptionem. 40. & l. ex his omnib. 54. ff. de cond. indebiti. item l. qui hominem. 34. §. fin. ff. de ſolution.* Sane cauſa propoſita duplex eſt. nam (*vt ſupr. lib. prox. cap. 5. in pr. diximus*) omnis exceptio aut cauſæ ex qua agitur, neſt: aut ex eo quod cauſam ſequitur, eſt ſumpta. Ita quoq; cauſa iniuſta, ex qua indebitũ ſoluitur, aut ab initio iniuſta & vtilis eſt ad actionẽ producendam: aut ab initio iuſta & vtilis exiſtens, ex poſt facto iniuſta efficitur, & fit irrita. *Quæ diuiſio innuitur in d. l. 54. innuitur item l. 1. §. fin. ff. de condict. ſine cauſa.* Vtriuſque generis ſpecies aliquot & exempla ordine enumerabimus. Prioris igitur generis ſpecies prima eſt: Si pupillus ſine tutoris authoritate promiſerit, & ex ea cauſa ſolutum ſit. *Quæ ſpecies proponitur l. quod pupillus. 41. ff. de condict. indebiti. Vide item ſup. lib. 15. cap. 2. except. 1. repli. 3. & 4.* Altera ſpecies eſt: Si mulier pro alio interceſſerit, & ex ea cauſſa ſoluerit. *l. qui exceptionem. 40. in prin. ibi: vt accidit. ff. de condict. indebiti.* Tertia ſpecies eſt, Si quis rem ſuam emerit, & precium ſoluerit. *l. ſi ſeruum meum. 37. ff. d. tt.* Quarta: Si de alimentis ſine prætore tranſactũ ſit, eoque nomine ſolutum. *l. eleganter. 23. §. ſi ob. ff. d. tt.* Quinta, Si quis poſt rem iudicatam tranſegerit, & ex ea cauſa ſoluerit. *d. l. 23. §. ſi poſt rem.* Hactenus prioris generis ſpecies ſeu exempla enumeraſſe ſufficiat: quarum plures vide *in ſingulis contractuum & obligationum ſpeciebus.*

VI. Cauſa, Si ex cauſa quæ ab initio quidem obligatoria fuit, ſed ex poſt facto irrita facta eſt, ſolutio ſit facta. Hæc cauſa, ſpecies cauſæ ſuperioris, approbatur *per ea quæ ſupr. cauſa prox. in prin. propoſita ſunt*: eiuſque ſpecies hæ ſunt. Prima ſpecies: Si conditio defecerit. proponitur exemplo *l. ſeruo. 58. ff. de condict. indebiti.* Secunda ſpecies eſt: Si cauſa ob quam datum eſt, ſecuta non ſit. *l. damus. 52. in fin. l. in ſumma. 65. §. quod ob rem. item l. eleganter 23. in prin. ibi: idem puto. & §. ſi quis poſt. ff. d. tt. item l. 1. in fin. ff. de condict. ob turpem.* Aliud exemplum eſt, Si cum conditionis implendæ cauſa dediſſet, vt legatum vel hæreditatem conſequeretur: poſtea id eamue non conſequatur. *d. l. 65. §. ſed & ag. re.* Plura de propoſita ſpecie vide *infr. cap. 10.* Tertia ſpecies eſt: Si teſtamentum ex quo ſolutio facta eſt, falſum, inofficioſum, ruptum vel irritum pronunciatum fuerit: aut ſolutis legatis, æs alienum aut Falcidia emerſerit, vel legatum ademptum ſit. *Hæc multiplex ſpecies proponitur l. 2. cum duab. ll. ſeq. ff. de condict. indebiti.* Quarta ſpecies eſt, Si cũ cauſa tranſactionis ſolutum eſſet, tranſactio fuerit reſoluta. *l. eleganter. 23. in prin. ip. ibi; idem puto. ff. d. tt.*

Quinta: Si cum seruus conditionis implendæ causa soluisset, vt liber efficeretur: postea ex alia causa liber appareat. *l. Stichus. 67. in prin. ff. d. tt. Concordat l. dedi tibi. 3. §. si liber. ff. de cõdict. causa dati.* Sexta: Si cum eidem seruo primum sub conditione dandorum decem libertas relicta esset, deinde in codicillis pure: is posterius legatum ignorans, conditionis implendæ causa decem soluerit *d. l. 3. §. sed etsi seruus.* Septima, Si cum hæredi conditionis implendæ causa soluisset, vt hæreditatem vel legatum acciperet: hæres postea coactus hæreditatem adierit, eamque soluenti ex fideicommisso restituerit. *l. is cui. 34. ff. de condict. indebiti.* Octaua species videtur, Si cum ob rem non defensam soluisset, postea defendere sit paratus. Sed reprobatur *l. qui ob rem. 35. ff. d. tt.* Nona species est, Si cũ debitori liberatio in testamento creditoris legata esset, id ignorans soluerit. *l. si non sortem. 26. §. adeo. ff. d. tt.* Decima: Si exceptione pacti de non petendo tutus soluerit. *l. cum is. 32. §. 1. & l. qui exceptionem. 40. §. fin. ff. d. tt.* Huius speciei exceptio est, Nisi cum fideiussor exceptione pacti conuenti de non petendo tutus esset, reus principalis hæres ei existens soluerit. *d. §. 1. vers. quod si huic.* Vndecima species est, Si cum debitor delato sibi iureiurando iurasset, se dare non oportere: soluisset. *l. si quis. 43. ff. d. tt.* Duodecima, Si cum idem debitor & creditor esset atque compensationis, retentionis seu deductionis exceptione tutus, nihilominus soluerit. Hæc species proponitur exemplo *l. si is qui 45. ff. d. tt. Concordant huic exemplo ea quæ proponuntur sup. lib. 18. c. 6. q. 2. reg. 13.* Huius speciei exceptio prima est, Nisi retentionẽ tantũ, nõ ẽt petitionẽ is qui soluit, habuit. approbatur exemplo *l. si in arca. 33. ff. d. tt. Leges concordantes vide sup. lib. 7. c. 5. circa finem.* Huius exceptionis replicationes vide *d. exc. 6.* Altera exceptio est: Nisi compensationis exceptio aliqua replicatione possit elidi. *l. qui inuicem. 30. ff. d. tt.* Decima tertia species est: Si cum antea solutum esset debitum, postea rursus per errorem soluatur. *approbatur per ea quæ proponuntur supr. cap. prox. q. 3. reg. 2.* Huius speciei seu causæ exceptio est: Nisi prior solutio liberationem non pariat. hoc enim casu id quod postea solutum est, non condicitur. *l. si fideiussor. 59. ff. de condict. indebiti. l. qui hominem. 34. §. fin. ff. de solution. item l. si quis. 58. §. fin. ff. d. tt.* Decima quarta species est: Si cum debitor creditori suo hæres existeret, & ita obligatio confusa esset, cohæredibus suis solidum debitum soluerit. hoc n. casu id quod solutum est, repeti potest. approbatur simul & distinguitur *l. frater à fratre 38. in pr. ff. de condict. indebiti.* Huius speciei seu caussæ exceptio est, quod non nisi pro parte qua debitor creditori hæres extitit, condictio indebiti ei sit danda. *d. l. 38. vers. vtique quidem pro ea parte, qua ipse hæres patri extitisset, repetiturum.* Cuius replicatio est: Nisi cum filiusfamilias debitor creditori patri pro parte hæres extitisset, peculium eius ad cohæredem peruenerit. hoc enim casu pro quantitate peculii, quæ ad cohæredem peruenit, debitori vltra partem hæreditariam condictio indebiti danda est, quasi bis solutum esset. *d. l. 31. vers. pro ea vero, qua frater hæres extitisset. &c.* Hæc de secundo genere indebiti, eiusque speciebus & exemplis sint dicta.

DE TERTIO GENERE indebiti.

VII. Caussa, Si iusta quidem debiti caussa fuit, sed per solutionem liberatio non contingit. nã & hoc casu soluti condictio competit, quamuis debitum maneat. *l. si non sortem. 26. §. si decem. ff. de condictione indebiti. M. I. R. lib. 5. capite 13. reg. 50.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi cum certum hominem deberet, statuliberum post moram vel culpa sua factum soluerit: hoc enim casu nec liberatur, neque repetit. *l. Neratius. 63. ff. d. tt.* Altera exceptio est: Nisi ex alia causa debens, ex alia soluerit: hoc enim casu liberatio quidem non contingit à causa ex qua debetur, *argumento eorum quæ proposita sunt supr. lib. prox. cap. 9. de reliquis exceptionibus aduersus solutionem,* non tamen solutum repetitur, sed compensationis iure retinetur. *de qua re vide infr. cap. prox. except. 30.* Plures huius causæ exceptiones speciales vide in caussis sequentibus. Nam causæ propositæ quatuor potissimum sunt species. Prima, Si alius quam qui debet, soluit. Altera, Si alii quam cui debetur, solutum sit. Tertia, Si aliud quam debetur, sit solutum. Postrema, Si antequam dies debiti venerit, solutio sit facta. de quibus quatuor speciebus cum aliis cognatis ordine dicetur in caussis sequentibus.

VIII. Causa, Si alius quam qui debet, soluit: repetitioni locus est. *l. si pœnæ. 19. §. 1. ff. de condictione indebiti. l. in summa. 65. §. fin. l. cum u. 32. §. 1. item l. si fideiussor. 59. ff. d. tt. l. qui hominem. 34. §. fin. ff. de solut. item l. si à patre. 5. C. de condict. indebiti.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi alius quam qui debet, nomine debitoris soluerit. *l. repetitio. 44. ff. de cond. indebiti. l. si donaturus. 9. §. si quis indebitam. ff. de condict. causa dati. item l. seruus. 36. ff. de condict. indebiti.* Huius exceptionis species sunt exceptiones aliquot proxime sequentes. Plane eius replicatio est, N. si creditor sciens pro re aliena sibi pignori obligata redimenda ab alio debitum acceperit. *d. l. 36. vers. Paulus respondit.* Altera exceptio est: Nisi procurator debitoris soluerit. *l. si procurator. 6. in prin. & §. fin. ff. de condict. indebiti. item l. quodlibet. 87. ff. de solutionib.* Tertia, Nisi tutor debitoris soluerit. *d. l. 6. §. fin.* Quarta: Nisi vnus ex duobus, quorum singuli pro parte tenentur, solidum soluerit, hoc enim casu repetitio cessat, quamuis soluens non nisi pro parte tenebatur. reprobatur *l. si testamento. 49. §. 1. ff. de fideiussoribus.* Plane admittitur in duobus fideiussoribus *d. l. 49. §. quod si duo.*

IX. Causa, Si pupillus, furiosus, vel is cui bonis interdictum est, soluerit. *l. interdum. 29. ff. de condict. indebiti. Instit. quib. alienare non licet. §. fin. item l. quod si forte. 14. §. fin. ff. de solut.*

X. Causa, Si reus criminis creditori suo soluerit. reprobatur *l. sed nec illud. 42. ff. de solutionib.* Hactenus causæ condictionis, desumptæ ex persona soluentis, sequuntur eæ quæ sumuntur ex persona eius, cui solutum est.

XI. Causa, Si alii quam cui debetur, solutum est. *l. in summa 65. §. fin. ff. de condict. indebiti.* Huius exemplum primum est, si fallo procuratori sit solutum. *quod proponitur l. creditoris. 8. C. de condict. indebiti. Concordat l. si procuratori, 14. ibi: quod si dominus. ff. de condict. causa dati.* Aliud exemplũ proponitur *l. si vrbana. 55. ibi: nam si seruus. ff. de condict. indebiti.* Tertium

Tertium habetur *l. sed & si me putem. 22. in prin. ff. d. tt.* Quartum *l. si non sortem. 26. §. hæredi, in fin. ff. d. tt.* Quintum exemplum est: Si maritus socero dotem soluerit, vxor non consentiente. Quod approbatur simul & distinguitur *per ea proponuntur supr. lib. 4. cap. 15. except. 39. replic. 2.* Plane propositæ causæ exceptio prima est, Nisi procuratori creditoris sit solutum. *l. si procurator. 6. §. Celsus ait. ff. de condict. indebiti. Concordant ea quæ proponuntur supra lib. prox. cap. 8. replic. 6.* Huius exceptionis replicatio prima: Nisi dominus solutionem procuratori factam, ratam non habuerit, reprobatur *d. §. Celsus.* Contradicit *l. si procuratori. 14. ibi: quod si dominus. ff. de condict. causa dati. item l. si quis. 58. §. fin. ff. de solut.* Altera replicatio est: Nisi cum ita solutio procuratori facta esset, vt nisi dominus ratum habuisset, condicatur: dominus ratum non habuerit. *l. quod si forte. 14. in prin. ff. de solut. Concordat d. l. 58. in princ. ibi: posteriore. ff. d. tt.* Secunda exceptio est; Nisi creditor solutionem alii factam ratam habuerit. *d. l. 58. in princip. & l. qui hominem. 34. §. si gener. ff. de solut. item l. si ego hac mente. 23. ff. de negociis gestis.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi postquam creditor se adrogandum dedisset, pater eius ratum habuerit. *d. l. 58. §. si creditor.* Altera replicatio est: Nisi tunc cum soluens alia ratione liberari potuit, creditor ratum habuerit. *l. vlt. §. fin. in fin. ff. ratam rem haberi.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi fideiussor qui ad tempus obligatus erat, ante tempus finitum soluerit: hoc enim casu, quamuis post tempus finitum dominus ratum habuerit, condictio tamen cessat. *l. cum decem. 71. §. 1. ff. de solutionibus.* Tertia replicatio videtur: Nisi cum ignoraret creditor alii solutum, debitori accepto tulerit: hoc enim casu, quamuis postea certior factus ratam habuerit solutionem, tamen condictioni locus esse videtur. Sed reprobatur. *d. l. 71. §. item si ignorans.* Tertia exceptio est: Nisi is cui solutum est, postea in ius creditoris successerit. approbatur exemplo *l. pupilli. 96. §. fin. ff. de solutionib.* Quarta: Nisi cum eo etiam, cui solutio facta est, contractum sit, quamuis de re aliena, *l. si non sortem. 26. §. qui filiofamilias. ff. de condict. indebiti. Concordat l. si vrbana. 55. in prin. ff. d. tt.* Quinta: Nisi cum quis sibi aut Titio dari stipulatus esset, Titio sit solutum. approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib. prox. cap. 8. repl. 4.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi debitor post stipulationem soli stipulatori se soluturum constituerit, & nihilominus Titio soluerit. *si vero mihi. 8. cum l. sequent. ff. de constituta pecunia.* Plures propositæ causæ exceptiones vide *d. cap. 8. repl. 1. cum sequentib.*

XII. Causa: Si aliud quam debetur, solutum sit, vel non tale, quale debetur: quia per hanc solutionem liberatio non contingit (*vt ostensum sup. lib. prox. cap. 9. in prin.*) condictioni indebiti locus est. *l. si pœnæ. 19. §. penult. ff. de condict. indebiti.* Huic contradicit *l. si is. 19. in fin. ff. de leg. 2.* Exemplũ habetur *l. si non sortem. 26. §. si centum. ff. de condict. indebiti.* Huius etiam exemplum est, si hominem debens, statuliberum soluat. *quod proponitur l. cum quis. 38. §. qui hominem. ibi: & illi condictionem. ff. de solut.* Plane huius exempli exceptio est, Nisi certum hominem debens, statuliberum culpa sua factum soluerit. *l. Neratius. 63. ff. de condict. indebiti.* Aliud propositæ causæ exemplum est, si cum fundum seruum tradere deberet, liberum tradidit. *l. sed & si 22. in fin. ff. d. tt.* Plane causæ propositæ exceptio est: Nisi id quod debetur, non sit solutum: hoc enim casu creditor indebitum quod accepit, retinere potest, donec debitum soluatur. *d. §. si centum in fin.*

XIII. Causa: Si plus quam debetur, solutum sit, condictio indebiti competit. *l. si pœnæ. 19. §. fin. cum l. seq. ff. de condict. indebiti. l. cum duo 25. l. si non sortem. 26. in prin. l. is qui plus. 31. item l. Stichus. 67. §. tutor ff. d. tt.* Huius causæ exceptio prima est, quod id tantum, quod amplius debito solutum est, repetitur, non omne quod est solutum. *Quæ constat ex legib. iam allegatis.* cuius tamen replicatio est: Nisi pecuniam debens, fundum maioris precii per errorem soluit, hoc enim casu totus fundus repetitur. *d. §. si centum.* Altera exceptio est: Nisi cum quis sibi quinque, aut decem Titio dari stipulatus esset, Titio decem sint soluta, hoc enim casu quinque quasi indebita non repetuntur *l. qui res suas 08. §. qui stipulatur, in fin. ff. de solut.* Tertia exceptio est, Nisi cum pro parte hæres solidũ soluisset, postea cohæredis portio ei adcrescat. *l. ex parte. 25. ff. de solut.* Quarta: Nisi is qui non nisi in id quod facere potest, solidum soluerit, vel alius pro eo. hoc enim casu condictio cessat. *l. quod nomine. 8. cum l. seq. ff. de condict. indebiti. Concordat l. si quis reum. 5. §. idem Iulian. ff. de liberatione legata.* Quinta, Nisi pater filii nomine conuentus, plus quam in peculio est, soluerit. *l. si is 11. ff. de condict. indebiti.* Contradicit *d. §. idem Iulianus. ibi. sed est verius.* Sexta, Nisi cum Stichum aut Pamphilum deberet, & vtrumque soluisset, alteruter postea decesserit. *l. cum is 32. in prin. ff. de condict. indebiti.*

XIV. Causa, Si cum deductionis vel retentionis exceptione tutus esset debitor, nihil ex debito retinuerit, sed totum soluerit. *De hac causa dictum supr. causa 6. specie 12.*

XV. Causa, Si cautio debita in soluendo sit omissa, potest condici. *l. si quis. 39. ff. de condict. indebiti. Concordat l. nisi dolo 3. §. item sciendum, in fin. item. §. fin. ff. cui plus quam per l. Falcid.*

XVI. Causa, Si cum decem aut Stichum deberet quinq; soluerit: Sticho postea soluto quinq; erunt condicenda. *l. si non sortem. 26. §. si decem. ff. de condict. indebiti.*

XVII. Causa, Si cum homine incertum deberet, putant se Stichum debere, eum soluerit. *l. cum is 32. §. fin. ff. eod. tt.*

XVIII. Causa, Si ante diem debiti venientem solutio facta sit: condictio indebiti cõpetit, approbatur simul & distinguitur *l. sub conditione. 16. ff. de cond. indebiti. l. qui promisit. 48. item l. hæc condictio. 56. ff. d. tt. l. si quis reum. 5. §. idem Iulianus. ibi: quem solutum. ff. de liberat. legata.* Huius causæ exceptio prima est, Nisi antequam condiceretur, dies venerit, vel conditio extiterit. *d. l. 16. Concordat l. cum quis. 38. §. qui hominem. ibi. perinde atque. ff. de solutionib.* Huius exceptionis replicationes vide *sup. lib. prox. cap. 6. de reliquis exceptionib. aduersus solutionem, except. 33. replic. 1. dupl. 2. cum seq.* Altera exceptio est, Nisi dies debiti certus sit. *l. in diem. 10. Digest. de condict. indebiti. l. si fideiussor. 51. ff. mandati. item l. stipulatio ista. 38. §. inter. Digest. de verbor. obligat.* Tertia, Nisi certum sit, diem vel conditionem omnino

omnino extaturam esse. *l. quod si* 18. *& l. nam si cum* 17. *ff. de cond. indebiti.* Quarta: Nisi id quod quis pure debet, sub conditione promiserit, & ante conditionem existentem soluerit. reprobatur *l. Iulianus.* 60. *§. vbi autem. ff. d. tt.* Quinta exceptio est. Nisi verus debitor post litem contestatam soluerit, manente adhuc iudicio. *d. l.* 60.

DE EXCEPTIONIBVS PRÆCEDENTIVM CAVSARVM GENERALIBVS.

CAP. VIII.

HActenus causæ condictionis indebiti tam generales quam speciales enumeratæ sunt: quarum sunt aliquot exceptiones communes & generales, quæ in hoc capite proponentur, & primum quidem eæ quæ sumuntur ex genere & qualitate exceptionis, qua tutus fuit is qui soluit.

I. Exceptio, Nisi exceptio qua soluens tutus fuit, in odium & pœnam creditoris fuerit introducta, *l. qui exceptionem.* 40. *in pr. & l. si pœnæ.* 19. *in prin. ff. de condict. indebiti. item l. sed si pater.* 9. *§. pen. ibi: quia hi demum. ff. ad S. C. Macedonianum.*

II. Exceptio, Nisi exceptione S. C. Macedoniani tutus soluit, *d. l.* 40. *Concordat d. §. pen. & vlt. cum l. seq. item l. item si* 7. *§. fi. ff. d. tt. ad S. C. Macedonianum. l. si filiusfamilias.* 14. *in fin. ff. si certum petatur. M. I. R. lib.* 5. *cap.* 14. *reg.* 49. *except.* 5. Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi filiusfamilias soluerit: hoc enim casu pater numos vindicare non prohibetur. approbatur simul & distinguitur *d. l.* 14. Duplicatio prima est: Nisi numi à creditore sint consumpti. *d. l.* 14. Altera, Nisi filiusfamilias qui soluit, hæres patri existat *l. si non sortem.* 26. *§. si filiusfamilias. ff. de cond. indebiti.* Tertia, Nisi filiusfamilias pecuniam sibi ab alio donatam soluerit. approbatur simul & distinguitur *l. sed si pater.* 9. *§.* 1. *ff. ad S. C. Macedon.* Altera propositæ exceptionis replicatio est, Nisi curator minoris soluerit. *l. cum tamen.* 8. *ff. eod. tt.*

III. Exceptio: Nisi exceptione de eo quod facere potest, tutus, solidum soluerit, vel alius ipsius nomine. *De hac exceptione vide supr. cap. prox. causa* 13. *except.* 4.

IV. Exceptio, Nisi exceptione, ne vltra vires peculii conueniatur, tutus solidum soluerit. *De hac exceptione dictum d. caus.* 13. *except.* 5.

V. Exceptio: Nisi cum ipso iure actio non daretur in soluentem, soluit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. prox. caus.* 4. *except.* 1.

VI. Exceptio, Nisi exceptio qua tutus debitor soluit, replicatione aliqua elidi potuit approbatur exemplo *l. iudex.* 28. *ff. de condict. indebiti.* Aliudexemplum proponitur *l. qui inuicem.* 30. *ff. eod. tt* Item alia exempla sunt, si deberi pronunciatũ sit: item, si de negotio transactum sit. *de quibus sequitur.*

VII. Exceptio: Nisi deberi pronunciatum sit. *l. si fideiussor.* 29 *supr. in omnibus. ff. mandati. l.* 1. *ibi: non ex causa. C. de condict. indebiti. item l. Iulianus.* 60. *in prin. ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio est, Nisi ex falsis instrumentis iudicatum sit: *l. qui agnitis.* 11. *ff. de exceptionib. & præscript.*

VIII. Exceptio: Nisi de negotio, cui exceptio obstabat, transactum sit. Hæc exceptio species superius sextæ exceptionis approbatur simul & distinguitur *l. in summa.* 65. *in prin. ff. de condict. indebiti. l. nec intentio.* 23. *C. de transact. l.* 1. *C. de pactis. item l.* 2. *C. de condict. indebiti.* Plane proposita exceptionis replicatio prima est, Nisi euidens calumnia detegatur. *approbatur d. l.* 65. Altera replicatio est: Nisi cum transactionis nomine datum esset, transactio facta non sit. *l. eleganter.* 23. *in prin. ff. de condict. indebiti.* Tertia, Nisi tutoribus transigentibus & soluentibus, pupillus transactionem ratam non habuerit. reprobatur *l. pupilli.* 96. *§. cum pupillo. ff. de solutionib.*

IX. Exceptio, Nisi causa exceptionis, qua soluens tutus fuit, exceptionem tantum, non etiam actionem pariat. puta si naturalis obligatio subsit. *l. ex quib.* 51. *ff. de condict. indebiti. M. I. R. d. reg.* 49. *except.* 3. Huius exemplum proponitur *l. si in area.* 33. *ff. eod. tt.* Aliud exemplum est in pecunia ex turpi causa promissa, *l. si ob turpem.* 8. *ff. de condict. ob turpem caus.* Leges concordantes vide *supr. lib.* 7. *c.* 5. *de antecedentib. rei vindicationem. reg.* 7. *exc.* 6. Huius exceptionis replicatio est, Nisi nõ dominus sed seruus eius pecuniam soluerit sine ipsius consensu. *l. si is* 94. *§. fin. ibi: cum vero seruus. Digest. de solut.*

X. Exceptio: Nisi exceptio qua soluens tutus fuit iure ciuili introducta, naturali iure deficiat. *l. naturales.* 9 *ff. de act. & obligat. Vide item supr. lib.* 15. *cap.* 1. *de natural. obligat. proprio.* 3. Exemplum proponitur *l. naturaliter.* 13. *ff. de condict. indebiti. Concordat l. si tuo.* 83. *ff. de solut. l. quod attinet.* 32. *ff. de reg. iuris. l. serui.* 13. *in fin. ff. de act. & oblig. item l. hæres.* 21. *quod si hic, ibi: & tamen nihilominus. Digest. de fideiussoribus.* Plura de exemplo proposito vide *infr. except. prox.* Aliud exemplum proponitur *supra except.* 2. Sed alia exempla vide *infra in exceptionib. proximeseqq.*

XI. Exceptio: Nisi exceptione hac, quod seruus se obligauerit, tutus soluerit. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. except. prox. exemplo primo* Cuius replicatio est, Nisi seruus sine domini voluntate ex suo contractu soluerit, hoc enim casu domino serui vindicatio & condictio pecuniæ, non est deneganda. approbatur simul & distinguitur *l. seruus.* 19. *cum l. seq. ff. de fideiussorib.*

XII. Exceptio, Nisi exceptione hac, quod inter dominum & seruum gestum sit, tutus soluerit: *l. si quod. ff. de condict. indebiti.*

XIII. Exceptio, Nisi exceptione hac, quod inter patrem & filiumfamilias gestum sit, tutus soluerit. *l. frater à fratre.* 38. *§. quæsitum. ff. d. tt.*

XIV. Exceptio, Nisi cum exceptione rei iudicatæ tutus esset is qui soluit, male fuerit iudicatum. *l. iudex.* 28. *ff. de condict. indebiti. Concordat l. Iulianus.* 60. *ff. eod. tt.*

XV. Exceptio: Nisi exceptio qua tutus fuit is qno soluit, dilatoria sit, non perpetua. approbatur *per ea quæ proposita sunt supr. cap. proxim. causa* 18. *except.* 2. *&* 3. Huius exceptionis replicatio est, Nisi incertum sit, vtrũ tẽporaria, nõ perpetua exceptio sit futura. *approbatur per ea quæ proposita sunt d. causa* 18. *in prin. Cui concordat l. sufficit.* 56. *ff. de condict. indebiti.* Hactenus exceptiones desumptæ ex genere & qualitate exceptionis, qua tutus fuit is qui soluit. Sequuntur nunc exceptiones desumptæ ex causa ex qua solutio facta est.

XVI. Exceptio, Nisi pœnæ nomine solutio facta est *l. pœnæ.* 42. *ff. de condict. indebiti. l. quod à quo-*

quoquam. 46. *ff. de reg. iuris. l. Leges cõcordantes vide sup. lib.* 17. *cap.* 20. *quæst.* 4. *reg.* 9. *except.* 1. Exemplũ proponitur *l. qui obrem.* 35. *ff. de condict. indebiti.* Plane huius exceptionis replicatio est; Nisi delictum non sit commissum, cuius nomine pœna soluta est, *l. eleganter.* 23. *§. fin. ff. d. tt.* Cuius duplicatio est: Nisi tale sit genus delicti, in quo inficiando lis crescit, *elicitur ex d. §. fi. Cui concordat l. ea quæ. C d. tt. item Instit. de obligat. quæ ex quasi contractu.* §. *ex qui busdam.*

XVII. Exceptio, Nisi vsurarum nomine solutum sit, approbatur simul & distinguitur *l. si non sortem.* 26. *in prin. ff de condict. indebiti.* Huius exceptionis replicatio prima est, quod quamuis vsuræ indebitæ solutæ repeti non possint, sorti tamen imputari posse. *d. l.* 26. *l. eos qui.* 26. *§. si quis autem. ibi, sed etsi acceperit. C. de vsuris. item l. creditor.* 102. *§. fin. ff de solutionib.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi ex pacto nudo vsuræ fuerint debitæ: hæ enim quamuis indebitæ non potuerint peti, tamen solutæ repeti non possunt, nec in sortem imputari, *d. l.* 26. *in prin. ibi, si sorti debitas. ff. de condict. indebiti. Concordat l. quamuis.* 3. *C. de vsuris. Leges concordantes vide sup. lib.* 15. *cap.* 7. *quæst.* 1. *causa* 1. *except.* 1. *repl.* 3. Huius duplicationis triplicatio est: Nisi vltra legitimum modum in pactum sint deducta, *d. l.* 26. *§. supra duplum.* Altera replicatio est: Nisi sors quoque fuerit indebita, hoc enim casu quemadmodum sors, ita etiam vsuræ indebitæ solutæ repeti possunt, *d. l.* 26. *§. si quis. Concordat l. vlt. §. fi. ff. de constituta pecunia.* Huius replicationis duplicatio est, Nisi cum minor 25. annis aduersus contractum, ex quo vsuras soluerat, in integrum restitutus esset, nulla vsurarum mentione facta, *l. vlt. §. fin. ff. de condict. indebiti.* Tertia replicatio est: Nisi post sortem solutam vsuræ indebitæ sint solutæ *l. indebitas.* 18. *C. de vsuris. Concordat l. si non sortem.* 26. *in prin. ibi. proinde etsi. ff. de condict. indeb.* Quarta: Nisi sors soluta sit, non imputatis vsuris indebitis solutis. *d. l.* 26. *in pr. ibi. et si postea.*

XVIII. Exceptio: Nisi libertus operas, vel operarum indebitarum nomine patrono soluit, approbatur simul & distinguitur *d. l.* 26. *§. si libertus. Concordat l. penult. ff. præscriptis verbis.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi non officiales, sed fabriles operas indebitas libertus patrono præstiterit, harum enim æstimatio repeti potest, *d. §. libertus. vers. sed si operas.* Altera, Nisi delegante patrono libertus alii operas præstiterit, reprobatur *d. §. libertus. vers. sed si delegatus sit alii à patrono, &c.* Tertia, Nisi patronus liberto pactum fecerit de operis non petendis, *l. qui exceptione.* 40. *§. fi. ff. de condict. indebiti.*

XIX. Exceptio, Nisi dotis causa soluit, *l. cum is.* 32. *§. si in ea ff. de condict. indebiti.*

XX. Exceptio, Nisi pietatis causa soluit, *d. §. si in ea Concordat Instit. de obligat. quæ quasi ex contractu.* §. *fin.*

XXI. Exceptio, Nisi legati vel fideicommissi causa soluit, reprobatur *l. fideicommissum.* 7. *C. de cõdict. indebiti.* Plane admittitur, si in pias causas legatum vel fideicommissum sit relictum. *Instit. d.* §. *fin.*

XXII. Exceptio: Nisi remunerandi & donandi animo quid datum sit, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. prox. causa* 4. *exc.* 1. *Concordat l. cum ancillam.* 6. *C. de condict. ob causam.*

XXIII. Exceptio: Nisi tanquam indebitum sibi solutum reddidit, cum id retinere posset. *l. si testamento.* 49. *§.* 1. *ibi, propterea. ff. de fideiussorib.* Hactenus exceptiones aduersus causas condictionis indebiti, desumptæ partim ex genere & qualitate exceptionis, qua tutus fuit is qui soluit, partim ex causa ex qua solutum est, sequuntur nunc exceptiones desumptæ partim ex persona eius cui indebitum solutum est, partim ex re in solutum data, partim ex aliis huiusmodi circumstantiis.

XXIV. Exceptio, Nisi pupillo sine tutoris authoritate indebitum sit solutum. *Instit. quibus modis re contrahitur obligat.* §. *is quoque. ibi, vnde pupillus. Concordat l. si pupilli.* 66. *§. si autem debitor. ff. de solutionibus.*

XXV. Exceptio, Nisi quis non suam, sed alienam rem vel pecuniam soluerit, reprobatur *l. indebiti.* 15. *§. sed etsi ff. de condict. indebiti.* Plane admitti videtur, primum quidem, si is qui rem alienam in solutum accepit, eam vsuceperit. Sed reprobatur *d. l.* 15. *§. sed etsi possession.* Deinde, si vsufructus rei alienus sit: hoc enim casu deducto vsufructu condicendum, *d. l.* 15. *§. fin.* Tertio, si pars rei aliena sit, hoc enim casu dempta parte ista condictio competit, *l. si pœnæ.* 19. *§. si falso. ff. de condict. indebiti.* Quarto, si quis non suam, sed eius cui soluit, pecuniam dederit, *l. Stichus.* 67. *in pr. ibi, si eam pecuniam dedit. ff. d. tt.*

XXVI. Exceptio: Nisi quis sciens indebitum soluit. *l.* 1. *ff. de condict. indebiti. l. si is.* 24. *l. fideicommissum.* 62. *l. si non sortem* 26. *§. indebitum, in fin. & §. qui filiofamilias. ff. d. tt. l. cuius.* 53. *ff. de reg. iuris. l. indebitum.* 9. *C. de condict. indebiti. l. eum qui.* 21. *§. item cũ quæsitum ff. de inoffic. testam. l. sed addes.* 19. *§. si quis cum. ff. locati. item l. si cum aurum.* 50. *ff. de solut. M. I. R. lib.* 5. *cap.* 3. *reg.* 49. *except.* 6. Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi quis dubitans soluerit, *l. vlt. C. de condict. indebiti. Concordat l.* 2. *in princ. ff. d. tt.* Altera replicatio est: Nisi soluit ita, vt si apparuisset indebitum, repeteret, *d. l.* 2. *in prin.* Cuius duplicatio est: Nisi sciens indebitum non titubans soluit ita, vt repeteret, *l. quod quis.* 50. *ff. de condict. indebiti.*

XXVII. Exceptio, Nisi ius ignorans soluit. *l. cum quis.* 10. *C. de iuris & facti ignoran. M. I. R. d. reg.* 49. *except.* 2. Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi hæres, cui remissa fuit in testamento satisdatio legatorum seruandorum causa, putans remitti eam non posse, satisdederit, hic enim nihilominus condicit. *l.* 1. *in princ. ibi, si vero hoc non potuisse. ff. vt in possess. legatorum.* Altera replicatio est: Nisi mulier ignorans se tutam S. C. Velleiano, pro alio soluerit, *l. quamuis.* 9. *C. ad S. C. Velleianum.*

XXVIII. Exceptio, Nisi antequam exceptio debitori competere soluit, approbatur exemplo *l. cum decem.* 71. *§.* 1. *ff. de solut.* Aliud exemplum proponitur *d. l.* 71. *§. item si ignorans.* Tertium exemplum proponitur *l. Iulianus.* 60. *ff. de condict. indebiti.*

XXIX. Exceptio, Nisi minor 25. annis ex contractu quem fecit, antequam in integrum restitueretur, soluit, nec in restitutione in integrum eius

eius quod ſolutum eſt, vlla mentio ſit facta. *l. vlt. §. fi. ff. de conditione indebiti.*

xxx. Exceptio, Niſi eidem ab eodem ex alia cauſa debeatur, hoc enim caſu repetenti ſolutum exceptio obſtabit, approbatur exemplo *l. ſi non ſortem 26. §. ſi centum, in fin. ff. de condict. indebiti. l. cum is, 32. §. 1. in fi. ff. eod. tit. item l. cum ex pluribus, 97. §. fi. ff. de ſolutionib.*

xxxi. Exceptio, Niſi per ſolutionem negocium ſit ratificatum & confirmatum, approbatur exemplo *l. indebitum. 9. C. de condict. indebiti.*

xxxii. Exceptio, Niſi in ſolutionis apocha adſcriptum ſit, ex eo contractu controuerſiam nullam amplius eſſe, reprobatur *l. Stichus. 67. §. item quæſitum. ff. de condict. indebiti.*

xxxiii. Exceptio: Niſi res ab eo cui in ſolutum data eſt, ſit conſumpta, reprobatur *l. in ſumma. 65. §. in frumento. ff. de condict. indebiti.*

xxxiv. Exceptio: Niſi ſeruus ab eo cui in ſolutum datus eſt, ſit manumiſſus, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 65. §. ſi ſeruum.*

xxxv. Exceptio, Niſi res aliena in ſolutum data, ab eo qui accepit, ſit vſucapta, reprobatur *l. indebiti, 15. §. ſed et ſi poſſeſſ. ff. eod. tit.*

xxxvi. Exceptio, Niſi res in ſolutum data perierit, *l. cum is, 32. in pr. ff. d. tt.* Hactenus de condict. indebiti.

DE CONDICTIONE SINE CAVSA.

CAP. IX.

I. CAVSÆ HVIVS actionis.

PRima cauſa; Si quis ſine cauſa indebitum promiſerit vel ſoluerit, approbatur, *l. 1. in pr. & l. qui ſine, 3. de condict. ſine cauſa.*

ii. Cauſa: Si cauſa ob quam datum vel promiſſum eſt, non ſit ſecuta. *d. l. 1. §. ſed et ſi ob. l. nihil refert. 4. ff. d. tt. item l. cum ancillam. 6. C. de condict. ob cauſam.* Plura de cauſa propoſita vide *inf. cap. prox.*

iii. Cauſa: Si cauſa ob quam datum vel promiſſum eſt, ſit finita, *l. 1. §. ſiue autem. ff. de condict. ſine cauſa.* Huius cauſæ exemplum proponitur *l. ex empto. 11. §. ego illud. ff. de act. empti.* Aliud habetur *l. 2. ff. de condict. ſine cauſa.*

iv. Cauſa; Si res alicuius ex iniuſta cauſa ad alium peruenerit, vel redeat ad iniuſtam cauſam, *l. 1. §. fi. ff. eod. tt.*

v. Cauſa: Si plus quam debuit, promiſit, *l. qui ſine, 3. ff. de condict. ſine cauſa. Concordat l. ſi cum. 4. C. de condict. ob cauſam.*

II. QVID VENIAT IN CONdictione propoſita?

i. Regula: Si ſine cauſa promiſſum ſit: vt liberetur, condictio competit, *d. l. 3. & d. l. 4. Concordat l. 1. §. 1. ff. de condict. ſine cauſa.*

ii. Regula; Qui plus quam debet, promiſit: non totam obligationem condicit, ſed id tantum quod amplius promiſit. *d. l. 3. & d. l. 4.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter quidem ex cauſis ſup. propoſitis condictio propoſita competit, non alia actio, cuius tamen regulæ exceptio prima eſt: Niſi arra data, precioque ſoluto, quaſi cauſa finita, arra emptori non reddatur, hoc enim caſu ex empto actio eſt; *l. ex empto. 11. §. ego illud. ff. de act. empt.* Altera exceptio eſt: Niſi cum fullo ob veſtimenta deperdita, precium pro iis domino ſoluiſſet, dominus poſtea veſtimenta recepe:it, hoc enim caſu etiam ex cõducto actio eſt, *l. 2. ff. de condict. ſine cauſa.* Tertia: Niſi quis ſine cauſa promiſerit, hoc enim caſu ex ſtipulatu conuentus etiam exceptione defenditur, *l. 2. §. circa. ibi, ſi quis ſine. ff. de doli mali exc.* Hæc de condictione ſine cauſa.

DE CONDICTIONE CAVSA DATI non ſecuta.

CAP. X.

I. CAVSÆ, EX QVIBVS competit hæc condictio.

PRima cauſa: Si cauſa ob quam quid datum eſt, ſecuta non ſit, vel legi dictæ non paruit is qui accepit, approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. cap. prox. quæſt. 1. cauſa 2. Concordat l. 1. in fin. ff. de condict. ob turpem cauſam. l. in ſumma. 65. §. ſed & agere. & §. quod ob rem. & l. damus. 52. in fin. ff. de condict. indebiti. item l. dictam. 8. C. de condict. ob cauſam. M. I. P. lib. 5. c. 10. reg. 14. M. I. R. lib. 5. cap. 3. reg. 54.* Huius cauſæ exemplum etiam proponitur *l. vlt. C. eod. tt.* Aliud *l. 2. C. eod. tt.* Aliud *l. ea lege. 3. C. eod. tt.* Aliud *l. cum ancillam. 6. & l. ſi liber. 9. C. d. tt.* Aliud *l. ſi hæres. 11. ff. d. tt.* Aliud *l. vlt. ff. d. tt.* Aliud exemplum eſt, ſi cum ſeruus quæſtionis habendæ cauſa datus eſſet, de crimine eius in quæſtione non conſtiterit, nec tamen reddatur, *l. penult. ff. d. tt. Concordat l. ſi dominus. 8. de præſcriptis verbis.* Item aliud exemplum eſt, ſi cum procuratori ſolutum eſſet, dominus id non habuerit ratum. *l. ſi procuratori. 14. §. quod ſi dominus. ff. de condict. cauſa dati.*

ii. Cauſa: Si cauſa ob quam quid promiſſum vel cautum eſt, ſecuta non ſit, *l. 1. §. ſed et ſi ob. ff. de condictione ſine cauſa. M. I. R. d. reg. 54.* Huius exemplum eſt cautio non numeratæ pecuniæ, *quod proponitur l. ſi non. 4. C. de condict. ex lege. Concordat l. ſi cum 4. de condict. ob cauſam.* Plura de hoc exemplo vide *inf. lib. prox. cap. 4.*

iii. Cauſa; Si cum acceptolatum alicui ob cauſam eſſet, cauſa non ſit ſecuta, *l. ſi quis. 4. ff. de condict. cauſa dati. Concordat l. ſi mulier. 10. ff. eod. tt.* Plures huiuſmodi cauſas vide *inf. except. 10. repl. 1. cum ſequentibus.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM cauſarum generales.

i. Exceptio, Niſi cauſa vel conditio non ſit expreſſa, approbatur *l. ſi repetendi. 7. & l. cum ancillam. 6. C. de cõdict. ob cauſam. item l. ſi maiores. 25. C. de tranſactionibus.*

ii. Exceptio, Niſi cauſa ob quam datum vel promiſſum eſt, turpis ſit & legibus prohibita, approbatur *per ea quæ proponuntur inf. cap. proxim. quæſt. 1. except. 1.* Huius exceptionis replicatio prima eſt; Niſi ob matrimonium quod legibus prohibetur, contrahendum dotem dedit, *l. auunculo. 5. ff. de condict. ſine cauſa.* Altera replicatio eſt: Niſi militi, vt procurationem in iudicio ſuſciperet, dedit, hæc enim cauſa quamuis legibus prohibita ſit, condictio tamen competit, *l. ſi militem. 5. C. de condict. ob cauſam.* Plura de exceptione propoſita eiuſque replicationibus vide *inf. except. 4. repl. 2. item inf. cap. prox.*

iii. Ex-

iii. Exceptio, Niſi cauſa adiecta ſit contra bonos mores: vt puta, Si me hæredem ſcripſeris. *l. cũ donationis. 13. C. de tranſact.*

iv. Exceptio, Niſi per reum non ſteterit, quo minus cauſa ſit ſecuta, *l pecuniam. 10. cum l. ſeq. C. de condict. ob cauſam. item l. ſi pecuniam. 5. in princ. ff. de condict. cauſa dati. M. I. R. d. reg. 54. except. 3.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi actor pœnitentia ductus rem repetat, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 5. in pr. l 1. in fi. item l. dedi tibi. 3. §. 1. ff. d. tt. l. in ſumma. 65. §. ſed & agere. ibi, idem etſi. ff. de condict. indebiti. item l. ſi filius. 13. ff. de condict. cauſa dati. M. I. R. d. except. 3. replicat. 1.* Huius replicationis duplicatio prima eſt: Niſi interſit accipientis rei, non accepiſſe rem. *d. l. 5. verſ. niſi forte tua interſit.* Altera duplicatio eſt, Niſi reus ſumptus in rem fecit, nec eos actor reſtituat. *d. l. 5. verſ. vel ſumptus qui neceſſarii ſunt ad profectionem, iam feciſti, &c.* Huius duplicationis triplicatio eſt: Niſi antequam ſumptus faceret reus, actor illũ de pœnitentia ſua certiorauit, *d. l. 5. §. itẽ ſi quis.* Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi iure cauſa ſequi, vel conditio impleri non poſſit, hoc enim caſu, quamuis non ſtet per reum, quo minus impleat, vi puta iure impeditus, tamen condictio competit, *l. 1. C. de condict. ob cauſam. Concordat l. ſi militem. 5. C. eod. tt.* Tertia replicatio eſt: Niſi cum conditionis implendæ cauſa pecunia daretur ad conſequendam hæreditatem vel legatum, teſtamentum iniuſtum, falſum vel inofficioſum pronuncietur, hoc enim caſu, quamuis per reum non ſtetit, nihilominus condictioni eſt locus. *l. 2. ff. de condict. cauſa dati. Concordat l. in ſumma. 65. §. ſed & agere. ff. de condict. indebiti.*

v. Exceptio, Niſi impoſſibilis ſit cauſa, ob quã datum eſt, elicitur *ex l. dictam legem. 8. ibi. ſi non impoſsibilem. C. de condict. ob cauſam.*

vi. Exceptio, Niſi res in qua cauſa implenda erat, perierit, approbatur ſimul & diſtinguitur exemplo ſerui *l. dedi tibi. 3. §. plane ſi tibi & l. ſi pecuniam. 5. §. item ſi quis. ibi, aut ſi ante. item §. ſed ſi vbi. ff. de condict. cauſa dati.* Plane propoſitæ exceptionis replicatio prima eſt: Niſi poſt moram à reo factam res perierit. *d. l. 3. §. plane ſi tibi. verſ. ſed ſi Stichus deceſſerit, an repeti quod datum eſt, poſsit. item d. §. ſed ſi vbi verſ. ſiquidem moram fecit.* Altera replicatio eſt: Niſi per reum ſteterit, quo magis res perierit. *d. verſ. aut ſi ante. Concordat l. cum ſeruus. 15. ff. d. tt.* Tertia: Niſi reus qui pro re quæ periit, aliquid accepit, neque diſtracturus eam erat, neque ipſe ea vſurus, *d. §. ſed ſi vbi. verſ. enimuero ſi nihil eorum facturus erat.* Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi id quod acceptum eſt, occaſionem dedit, quo res periret, *d. verſ. enimuero. ibi niſi forte profectio.* Quarta replicatio eſt, Niſi dedi vt dares, hoc enim caſu, ſi id quod dandum à te fuit, perierit, mihi condictio competit eius quod dedi, *l. vlt. ibi, & ideo. ff. d. tt.* Plane hic verſ. & ideo, contradicit potius exceptioni propoſitę quam eam diſtinguat. De qua re vide Accurſium.

vii. Exceptio, Niſi ſeruus, in quo cauſa implenda erat, aufugerit, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. l. 5. §. item ſi quis. ibi, quod ſi fugit.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi culpa rei conuenti ſeruus fugit. *d. §. item ſi quis.* Altera replicatio eſt; Niſi reus conuentus non caueat, ſi in poteſtatem ſuam ſeruus peruenerit, ſe eum reſtituturum. *d. §. item ſi quis. verſ. plane repromittere, &c. item verſ. plane cauebit, &c.* Tertia: Niſi ex fuga receptus ſit. *d. § item ſi quis. verſ. plane ſi adhuc.* Quarta eſt, Niſi cum quis pecuniam accepiſſet, vt ſuum ſeruum manumitteret, is antequam manumitteretur fugit, neque dominus eum erat diſtracturus, approbatur ſimul & diſtinguitur *d. §. item ſi quis. verſ. quod ſi diſtracturus non erat eum.*

viii. Exceptio: Niſi ob cauſam præteritam datum ſit. hoc enim caſu, quamuis ea defecerit, nihilomagis datum condici poteſt, approbatur *per ea quæ propoſita ſunt ſup. c. 7. cauſa 4. exc. 1.*

ix. Exceptio: Niſi ſeruus domino dedit ob cauſam. *l. ſi liber. 9. C. de condict. ob cauſam.*

x. Exceptio: Niſi cauſa ſit ſecuta, hoc enim caſu ceſſat condictio. *l. 1. in princip. ff. de condict. cauſa dati.* Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi poſtquam eum qui dedit, pœnituit, cauſa ſit ſecuta, *l. ſi pecuniam. 5. §. ſi ſeruum. ff. d. tt.* Huius replicationis duplicatio prima eſt; Niſi de pœnitẽtia nondum ſit certioratus is qui cauſam impleuit. *Hæc duplicatio elicitur ex d. §. ſi ſeruum. ibi, & ſuper hoc eum certiorauerit, &c.* Altera duplicatio eſt: Niſi re non integra, de pœnitentia ſit certioratus. *d. l. 5. §. item ſi quis.* Altera replicatio eſt, Niſi inutiliter cauſa ſit ſecuta, ipſo quidem iure ſubſiſtit. eiuſque exemplo proponitur *l. dedi tibi, 3. §. ſi liber. ff. eod. tt.* verum eius duplicatio eſt, Niſi cauſa inualida adhuc conualeſcere & confirmari poſſit, approbatur exemplo *l. quod Seruius. 8. ff. de condictione cauſa dati.* Tertia replicatio eſt: Niſi cum dediſſem vt aliud dares, tu alienum non tuum dederis. *l. v tim. ibi, finge alienum. ff. eod. tt.* Quarta: Niſi ex alia cauſa ſit ſecutum propter quod datum eſt, non opera neque beneficio eius qui accepit, approbatur exemplo *l. dedi tibi, 3. §. ſi liber. ff. eod. tt. Concordat l. Stichus. 67. in princip. ff. de condict. indebiti.* Quinta; Niſi turpe ſit id propter quod datum, quodque ſecutum eſt, approbatur ſimul & diſtinguitur *per ea quæ proponuntur inf. cap. proxim.* Sexta: Niſi cum datum quidem ſit, ſed de euictione nondum cautum. *l. vlt. in fin. ff. de condictione cauſa dati.* Septima, Niſi cum cauſa ob quam datum eſt, in non faciendo conſiſteret, is qui accepit, nolit cauere ſe non facturum, reprobatur *l. dedi tibi 3. in pr. ff. eod. tt.*

II. QVIBVS DATVR Actio propoſita?

i. Regula, De hæredibus eius qui dedit ob cauſam, proponitur *l. 2. & l. ſequente. C. de condict. ob cauſam.*

ii. Regula, Si alius pro muliere dotem dedit, nuptiis non ſecutis, mulieri pro qua dedit, non ei qui dedit, condictio competit, approbatur ſimul & diſtinguitur *l. ſi donaturus. 9. in prin. ff. de condict. cauſa dati. Concordat l. qui ſe. 7. ibi, ſed ſi cum. ff. d. tt.* Plane huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi is qui pro muliere dotem dedit, nuptiis non ſecutis eam ſibi reddi pactus ſit, *d. l. 9. verſ. ſed ſi ego contraxi.* Altera exceptio eſt: Niſi is qui pro muliere dotem dedit, ſoluto matrimonio eam ſibi reddi pactus ſit, hoc n. caſu etiã nõ ſecuto matrimonio ſibi reddi pactus videtur, approbatur ſimul

& di-

& distinguitur *l. si extraneus. 6. ff. eod. tt.* Tertia; Nisi si quis quasi debitor mulieris, pro ea dotem dedit, *l. qui se debere. 7. ff. d. tt.*

III. ADVERSVS QVOS datur?

De hæredibus proponitur *l. dictam legem. 8. C. de condict. ob causam.*

IV. QVID VENIAT IN CONdictione proposita?

I. Regula: Venit in hanc actionem, vt id quod datum est, causa non secura reddatur, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. d. causa 1. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 18. cap. 9. q. 5. in princip.* Huius regulæ exceptio est: Nisi cum decem data essent, vt seruus emeretur & manumitteretur, hoc enim casu empto seruo, si dantem pœniteat, seruus, nõ decem veniunt restituenda. *l. si pecuniam. 5. §. item si quis. ibi, si vero iam emptus. ff. de condict. causa dati.*

II. Regula, De fructibus, partu & omni causa, proponitur *l. qui se. 7. §. fi. & l. cum quis mortu. 12. ff. eod. tt.*

V. QVANDO COMPETIT?

Si cum, vt intra certum tempus fieret, datum esset, tempus illud finitum non sit, actio nondum competit, *l. dedi tibi. 3. §. quid si ita dedi. ff. d. tt.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter quidem ex causis sup. propositis condictio proposita, non alia competit actio, verum eius regulæ exceptio prima est: Nisi ex contractu nominato res tradita sit, puta res vendita emptori, hoc enim casu, quamuis emptor non soluat precium, & ita causa dandi non fuerit secuta: non tamen condictio rei traditæ, sed ad precium soluendum ex vendito actio datur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proposita sunt sup. lib. 18. cap. 16. quæst. 3. reg. 4.* Altera exceptio est, Nisi dominium rei dataæ in accipientem non sit translatum, hoc enim casu non condictio, sed rei vendicatio, vel ad exhibendum actio competit, *l. cum seruus. 15. ff. de condict. causa dati. l. si ego Seiæ. 9. in prin. ibi, sin vero non statim. ff. de iure dotium. Concordant item ea quæ proponuntur sup. cap. 6. quæst. 8. except. 5.* Sed & huius exceptionis exemplum est, si quis suam pecuniam dederit, quasi ea sit accipientis, non sua, hoc enim casu dominium non transfertur, ideoque vindicatio competit, *l. dedi tibi, 3. §. subtilius. ff. de condict. causa dati.* Cõcordat item propositæ exceptioni *l. dominus. 43. ff. de condictione indebiti.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi pecunia data sit consumpta, hoc enim casu, quamuis dominium non fuerit translatum, condictio tamen competit, *l. interdum. 29. in fi. ff. de condict. indebiti.* Tertia exceptio videtur, Nisi dominium non sit translatum, hoc enim casu etiam furti actio competit, *l. cum seruus. 15. in fin. & l. si procuratori. 14. in fin. ff. de condict. causa dati.* Quarta exceptio, nisi pecunia data sit, vt res detur, hoc enim casu empti potius actio videtur competere, non condictio. Sed reprobatur *l. vlt. ff. d. tt.* Quinta: Nisi cum quis ob causam promisisset, causa non sit secuta, hoc enim casu etiam exceptione defendit, *l. 2. §. circa, in fi. ff. de doli mali except.* Sexta, Nisi cum seruus datus esset vt manumitteretur, is qui accepit, eum non manumittat, hoc enim casu seruus ex constitutione diui Marci fit liber, *l. si pecuniam. 5. §. si seruum, in fin. ff. de condict. indebiti.* Septima: Nisi in id quod interest, agatur, hoc enim casu præscriptis verbis actio est, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. lib 20. c. 1 q. 2.*

DE CONDICTIONE OB TVRPEM, VEL iniustam causam.

CAP. XI.

I. CAVSÆ, EX QVA HÆC condictio competit.

SI quid ob turpem vel iniustam causam datum vel promissum sit, hac actione condicitur, *l. 1. ff. de condict. ob turpem vel iniustam causam. Concordat l. quoties. 4. C. d. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 13. reg. 55.* Exemplum proponitur *l. idem si. 4. §. quoties. ff. d. tt.* Alia exempla habentur *l. 2. ff. d. tt.* Aliud proponitur *l. vlt. in prin. ff. d. tt. Concordat l. ob restituenda. 6. cum l. seq. C. d. tt.* Item aliud *l. quod euitandi. 3. C. d. tt.* Hactenus exempla propositæ causæ sunt enumerata, cuius exceptiones hæ sunt.

I. Exceptio, Nisi vtriusque sit turpitudo, tam dantis quam accipientis, vel dantis tantum, approbatur, simul & exemplis declaratur *l. vbi autem. 3. cum l. sequente. ff. eod. tt. l. in hæredem. 5. §. sed etiam. ff. de calumniator. l. si ob turpem. 8. ff. de condict. ob turp. causam. item l. 2. C. eod. tt. M. I. P. lib. 5. capite 10. reg. 15. except. 1. M. I. R. d. reg. 54. except. 1. & d. lib 5. cap. 1. reg. 22.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est, Nisi nuptura auunculo, vel alii, cum quo matrimonium ei esse non potest, dotem dedit, hoc enim casu, cum non tam turpis, quam nulla causa subsit, dos repeti potest, *l. auunculo. 5. ff. de condictione sine causa.* Altera replicatio est, Nisi seruus turpiter dederit, *l. idem si. 4. §. fin. cum l. sequen. ff. de condict. ob tur. causam.* Tertia, Nisi quis dederit, vt iudex in bona causa secundum dantẽ pronunciaret, *l. 2. §. sed si dedi. ff. eod. tt.* Quarta est, Quod turpitudo seu delictum actoris, non in ipsum reum commissum, ipsi reo aduersus rei vendicationem vel condictionem non præstet exceptionem, exemplo *l. si rem. 18. §. fin. in fin. cum sua glossa. ff. de præscript. verb. l. 2. l. commodare. 15. cum l. seq. ff. commodati. l. non à iudice 64. ff. de iudiciis. l. 1. §. si prædo. l. bona fides. 31. §. incurrit. ff. depositi. l. 1. §. quinimo. ff. de vi & vi armata.* Huius duplicatio prima est in pœnali actione, *l. cum par. 196. §. fin. ff. de reg. iuris.* Altera, Nisi actor ob delictum aduersus alium quam reũ commissum sit excommunicatus vel bannitus, hoc enim casu omnis ei denegatur actio. *M. I. P. lib. 2. c. 9. reg. 3. M. I. R. lib. 2. cap. 7. reg. 31.* Quinta: Nisi stipulatio interuenerit, vt proximior causa dandi fuerit stipulatio, vel actor soluerit, quod per exceptionem retinere potuisset, reprobatur *l. si ob turpem. 8. ff. de condict. ob turpem. l. 1. & 5. C. eod. tt.* Sexta replicatio est, quod quamuis ei qui turpiter dedit, repetitio denegetur, tamen eidem possidenti exceptio competat ad retinendum, *d. l. 8. in princip. l. 1. & l. mercalem. 5. C. d. tt. item l. si procurator. 9. in fine. ff. de doli mali except. M. I. R. d. except.*

except. 1. replicat. 1. Sed & plures leges concordantes vide sup. libro 16. cap. 6. except. 28. Hæc de prima exceptione.

II. Exceptio, Nisi dedit vt fur vel fugitiuus indicaretur, *l. idem si. 4. §. si tibi. ff. de condict. ob turpem.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi ipsi furi vel socio eius datum sit, vt indicaret. *d. l. 4. §. fi.*

III. Exceptio; Nisi causa secuta sit, reprobatur *l. 1. in fi. & l. si à seruo. 5. ff. de condict. ob turpem causam. item l. quoties. 4. C. eod. tt.*

II. QVID VENIAT IN ActIone proposita?

I. Regula, De vsuris pecuniæ turpiter acceptæ, proponitur *d. l. 4.*

II. Regula: Si cum pecunia data esset, vt debitum solueretur, tam pecunia data, quam debitum ob id quod soluendum datum est, peti potest. *l. eum qui. 7. C. de condict. ob turpem.*

III. ADFINIA REMEDIA.

Si vt debitum solueretur, pecunia data sit: etiam actione quæ pro debito exigendo competit, pecunia data reperi potest, *l. vlt. §. si ob rem. ff. de condict. ob turpem.* Huius regulæ exceptio: Nisi actione stricti iuris debebatur, approbatur *ibid.* Est insuper propositæ actionis adfine remedium actio, de qua sequitur.

DE CALVMNIATORIBVS IN factum actio.

CAP. XII.

I. CAVSÆ HVIVS actionis.

PRima causa: Si quis calumniæ causa, vt negocium faceret vel non faceret, pecuniam acceperit, approbatur *l. 1. in princip. ff. de calumniatoribus.* Declaratur hæc causa definitione calumniatoris *l. si calumnietur. 233. in princip. ff. de verb. signif.* Exemplum proponitur *l. serui. 24. §. 1. C. ad l. Iul. de adulteriis.* Concordat propositæ causæ *l. si ab eo. 8. ff. de calumniat.*

II. Causa: Si depectus est, seu turpiter pactus vel stipulatus, *l. & generaliter. 3. §. hoc edicto. ff. de calumniatoribus.*

III. Causa: Si aliqua obligatione liberatus sit, vt vel ne negocium faceret. *l. 2. in pr. ff. d. tt.*

IV. Causa: Si ob negocium faciendum, vel nõ faciendum, pecunia alicui gratis vtenda data sit, vel res minoris locata vel vendita. *d. l. 2.*

V. Causa. Si quodcunque compendium sensit, vt vel ne alicui negocium faceret, *l. & generaliter. 3. in pr. ff. d. tt.*

VI. Causa: Si publicanus mancipia retinet, vt indebita pecunia ei solueretur, *l. si quis. 7. §. fi. ff. d. tt.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum generales.

I. Exceptio: sumpta ex genere actionis instituendæ vel non instituendæ, reprobatur *l. 1. §. 1. ff. de calumniatoribus.*

II. Exceptio, Nisi transactionis causa pecunia accepta sit, *d. l. 1. §. penult.*

III. Exceptio: Nisi parens, patronus, eiusue liberi vel parentes pecuniam ob negocium faciendum vel non faciendum accepisse dicantur, *l. parens. 5. ff. de obsequiis à liberis & libertis, &c.*

IV. Exceptio, Nisi nulla pecunia data vel promissa, fecit vel non fecit negocium, approbatur in simili casu *l. mariti. 29. §. plectitur. ibi, cæterum si gratis. ff. ad l. Iul. de adulteriis.* Huius exceptionis replicatio prima est, Nisi aliud compendium sensit. *l. & generaliter. 3. in princip. ff. de calumniator.* Exemplum vide *sup. causa 5.* Altera replicatio est: Nisi iubente vel ratum habente reo, alii pecunia data sit. *l. 2. in fin. ff. eod. tt.* Tertia: Nisi ab alio acceperit, quamuis non ab actore *d. l. 3. in princip.* Quarta: Nisi aliquid aliud pro pecunia accepit, *l. 1. §. fin. ff. d. tt.*

V. Exceptio, Nisi ante vel post susceptum iudicium pecuniam accepit, reprobatur *d. l. 1. §. qui accepit.*

VI. Exceptio: Nisi causa ob quam pecunia data est, secuta non sit, reprobatur *d. l. 3. §. 1. ff. de calumniat.*

VII. Exceptio, Nisi condictione ob turpem causam actum sit, *l. in hæredem. 5. §. sed etiam præter. ff. d. tt.*

VIII. Exceptio, Nisi ex eadem causa etiam condictio ob turpem causam competat, *d. §. sed etiam præter. vers. vbi autem condictio.* Cuius replicatio est: Nisi intra annum agatur, *approbatur ibid.*

II. QVIBVS COMPETIT actio proposita?

Regulariter alii, quam qui pecuniam dedit, actio proposita non datur. Cuius tamen regulæ exceptio prima est, Nisi alius dedit, vt alii negocium fieret, hoc enim casu non danti, sed ei cuius gratia datum est, actio competit, *l. & generaliter. 3. §. illud erit. ff. de calum.* Altera exceptio est: Nisi alius dedit, ne alii negocium fieret, hoc enim casu ei cuius gratia datum est, actio competit, interdum etiam ei qui dedit, *l. si quis. 7. in princ. & §. et si alius. ff. eod. tt.* Tertia, Nisi vt filiofamilias negocium fieret, datum sit, hoc enim casu etiam patrono competit actio, *d. l. 7. §. si vt filiofam.* Quarta, Nisi is cui competit actio, defunctus sit, hoc enim casu hæredibus eius videtur actio danda. Sed reprobatur *l. hæc actio. 4. ff. de calumniatoribus.*

III. ADVERSVS QVOS datur?

I. Regula, De hæredibus, proponitur *l. in hæredem. 5. in pr. ff. eod. tt.*

II. Regula: Si filius familias accepit, ipse, non pater tenetur, *l. si quis. 7. §. item si filius fam. ff. d. tt.*

IV. QVID VENIAT IN ActIone proposita?

In quadruplum actio est, approbatur simul & distinguitur *l. 1. in pr. ff. de calumniatorib. M. I. P. lib. 5. cap. 10. reg. 16.*

V. QVANDO ET QVAMDIV competit?

I. Regula, Annalis est actio, *d. l. 1. in pr.* Cuius regulæ exceptio est: Nisi in simplum agatur, hoc enim casu etiam post annum datur, *d. l. 1. in pr.* Cuius replicatio est, Nisi condictio ob turpem causam competat, hoc enim casu post annum, nec in simplum datur, *l. in hæredem. 5. §. fi. ff. eod. tt.*

II. Re-

II. Regula: A quò die annus numerandus, definitur *l.annus.6.ff.eod.tt.*

VI. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula, De condictione ob turpem causam proponitur *d.l.5.§.sed etiam præter.*

II. Regula: De lege Repetundarum, habetur *l.1.§.ibi, maxime.ff.eod.tt.*

III. Regula, De constitutione Imp. Antonini, proponitur *d.l.1.§.sed & constitutio. Concordat l. 1.C.de pœna iudicis qui male iudicauit.*

IV. Regula: De concussionis crimine, *l.2.ff.de concussione.*

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI causa facta.

CAP. XIII.

I. GENVS HVIVS actionis.

PRima regula: In factum actio est, *l.1. ibi, tanti nobis in factum.ff.de alienat.iudicii mutandi causa.*

II. Regula: Non est pœnalis actio, sed rei persecutoria *l.item si res.4.§.fi.ff.eod.tt.*

III. Reg. Species est in integrum restitutionis, *l.quia etiam.3.§.ex quib.ff.d.tt. Concordat l. vnica. C.eod.tt.M.I.P.d c.10.reg.17.*

II. Ratio huius actionis proponitur *d.l.1.*

III. CAVSÆ HVIVS actionis.

I. Causa: Si reus iudicii mutandi causa rem alienauit. *Hæc causa approbatur d.l.1.cum legib. sequentibus.* Huius exemplum proponitur *d.l.3.§.item si locum.* Aliud *d.l.3.§.opus.* Aliud *l. communu seruus.24. in fin.ff.communi diuid.* Item aliud exemplum est *l. 4.C.ne fiscus vel respub.*

II. Causa; Si hominem qui petebatur, reus manumisit, *l.quia etiam.3.§.1.ff.de alienat.iudic. mut.*

III. Causa: Si rem quæ petitur, in sacrum dedicauit reus, *l.rem de qua.3.ff.de religiosa.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM causarum generales.

Causarum iam enumeratarum aliquot sunt exceptiones nunc proponendæ, quarum primum genus desumptum est ex specie alienationis.

I. Exceptio: Nisi hæredem instituendo, vel legando rem alienauit. *l.ex hoc dicto.8.§.sed hæredē. ff.de alienat.iudic.mutand.causa facta.* Plane si quis litis causa Imperatorem hæredem instituat, institutio non valet, *de qua re vide sup.libro 9. capite 9. except.33.replic.* II. Sed & si quis rem litigiosam fisco vel aliis reliquerit in testamento suo, non transfertur iudicium in eos: sed hæres iudicium sustinebit, & illis æstimationem eius tenetur præstare, *de qua re dictum sup.libro 2.cap.6.de re litigiosa, quæ.1.exc.4.*

V. Exceptio, Nisi reus rem venditori redhibuerit, approbatur simul & distinguitur *d.l.8.§.fi. cum l.sequente.*

III. Exceptio: Nisi reus obligatus soluit rem, *l.nam etsi.10.in pr.ff.eod.tt.*

IV. Exceptio, Nisi manumiserit, vel in sacrum dedicauerit: Hæc duplex exceptio reprobatur *supra causa 2. & 3.*

V. Exceptio, Nisi non dominium, sed possessionem tantum alienauit, reprobatur *l.item si res.4.§.Pedius.& §.potest etiam ibi, neque enim.ff.de alien. iudic.mutand.causa.item l.non alienat.161.ff.de reg. iuris.* Plane possunt hæc contraria intelligi de eo, qui cum posset adquirere, non adquisiuit, *de qua re vide inf.cap.prox.qu.5.exc.1.*

VI. Exceptio: Nisi sine dolo malo possidere desierit, reprobatur *d.l.4.§ 1.*

VII. Exceptio: Nisi non iudicii mutandi causa alienauerit, approbatur *ibidem.*

VIII. Exceptio: Nisi lites execratus rem alienat. *d.l.4.§.non tamen.*

IX. Exceptio, Nisi ob valetudinem, ætatem, vel occupationes necessarias rem alienauerit, ne litigare cogatur, *d.l.4.§.si quis autem.*

X. Exceptio, Nisi præsentis, non futuri iudicii mutandi causa alienauerit, *l.ex hoc edicto.8.§.1.ff.de alienat.iud.mutand.causa.*

XI. Exceptio, Nisi seruitus prædii sit alienata iudicii mutandi causa, reprobatur *l.item si res.4.§. ad iura.ff.eod.tt.*

XII. Exceptio, Nisi res aliena sit alienata, reprobatur *d.l.8.§ ab alienare.*

XIII. Exceptio, Nisi nihil interfit actoris, relque eius non sit, *d.l.4.§.penult.*

XIV. Exceptio, Nisi non reus, sed tutor eius vel curator alienauit, reprobatur *l.nam etsi.10.ff.d.tt.*

XV. Exceptio, Nisi actoris conditio non sit durior effecta per alienationem, & æque aduersus eum cui res alienata est, atque aduersus eum qui alienauit, experiri possit, elicitur *ex l.1.& l.quia etiam.3.ff.eod. tt.* cuius tamen replicatio est; Nisi is cui res alienata est, exceptionem sit nactus, approbatur exemplo *l.item si res.4.in pr.ff.eod.tt.*

XVI. Exceptio, Nisi is qui alienauit, nihilominus iudicium rei nomine suscipere sit paratus, *d. l.3.§.fi.*

XVII. Exceptio, Nisi reus rem alienatam receperit, *l.ex hoc edicto.8.§.penult.ff.eod.tt.*

XVIII. Exceptio, Nisi reus rem alienatam exhibeat vel restituat actori, ipso quidem iure subsistit, verum eius replicatio est; Nisi non in eadem causa, in qua fuit antequam alienaretur. *d.l.8.in princ.*

XIX. Exceptio, Nisi res alienata perierit. *l.item si res.4.§.penult.ff.eod.tt.*

XX. Exceptio, Nisi res alienata fuerit vsucapta, reprobatur *d.l.4.in pr.*

IV. QVIBVS DATVR actio proposita?

Hæredibus datur, *d.l.4.§.fi.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

Aduersus hæredes non datur, *d.§.fi.cum tribus ll.sequentibus.*

VI. QVID VENIAT IN ACTIONE proposita?

In id, quanti actoris interest alium aduersariū non esse substitutum, datur, *l.quia etiam.3.§.ex quibus.d.l.4.§.penult.item l.1.in fi.ff.de alienat.iud. mutandi causa.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Annalis est actio. *l.vel post.6.cum l.sequente.ff.eod.tt.*

VIII. AD-

VIII. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: In arbitrio actoris est, vtrum actione proposita aduersus alienantem, an in rem actione aduersus eum cui alienatio facta est, experiri velit. *l.vnica. C. de alienat.iud.mutandi causa.*

II. Regula: Si post susceptum iudicium res sit alienata: ipso iure non valet alienatio, estque res restituenda alienanti, approbatur simul & distinguitur *supr.lib.2.cap.6. de re litigiosa.reg.1.*

III. Regula: Si actor suam actionem alienauerit iudicij mutandi causa: ius crediti perdit, & exceptione repellitur. *l.2. C. ne liceat potentiorib. Concordat l.vlt.ff. de alienat.iud.mutand.causa.*

IV. Regula: Si reus rem iudicij mutandi causa alienauit: postea eiusdem rei nomine agere volens, tam ipse, quam is cui res alienata est, exceptione repellitur. *d.l.vlt.*

DE ACTIONE PAVLIANA, SI QVID in fraudem creditorum gestum est.

CAP. XIV.

PRIMO: Verba edicti quo hæc introducitur actio, proponuntur *l.1.in prin.ff. quæ in fraudem creditorum facta sunt.* Concordat aliud edictum *l. ait Prætor.10.in prin.ff.eod.tt.*

II. GENVS HVIVS actionis.

In factum actio est. *d.l.10.*

III. NOMEN.

Pauliana appellatur actio *l. videamus.38.§. in Fauiana.ff. de vsuris.*

IV. RATIO huius actionis proponitur *l.1.§.1. ff.quæ in fraudem creditorum.*

V. CAVSÆ EX QVIBVS hæc actio competit.

I. Causa, eaque generalis, est: Si quid in fraudē creditorum gestum vel alienatum est, agitur hac actione vt restituatur. *d.§.1.d. l.1.in prin. d.l.10.in prin.d.§.in Fauiana. l.1. C. de reuocandis iis quæ per fraudem. item Instit.de actionibus.§. item si quis.M.I.R.lib.5. cap.13.reg.53.* Exempla proponuntur *l.1.§.fin.cum duab. ll.sequentibus.ff. quæ in fraudem creditorum. l. ait Prætor.10.§. si cum mulier. item l.si pignus.18.ff.eod.tt.* Aliud exemplum proponitur *l.sed & si quis.5.ff. quæ in fraudem creditor.* Sed & plura huiusmodi exempla vide in causis sequentibus.

II. Causa: Si debitor in fraudem creditorum non facit quod facere debet, quo ius suum amittit. approbatur & exemplo declaratur *l.in fraudem 4.ff. quæ in fraudem creditor. Concordat l.qui non facit.163.ff.de reg.iuris.* Alia exempla proponuntur *l.vel ei præbuit.3.§.gesta.ff. quæ in fraudem creditorum.* Plane huius causæ exceptio est; Nisi cum posset adquirere debitor, non adquisiuit *de qua exceptione cum aliis similibus paulo infr.dicetur.*

III. Causa: Si debitor in testamento scripserit se debere, quod non debebat. *l.Seia.28.in prin.ff.ad Senatusconf.Vell.ianum.*

IV. Causa; Si is qui soluendo non est, seruos suos manumiserit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur supr.lib. 6.cap.5.exc.6.*

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIUM causarum generales.

I. Exceptio: Nisi cum debitor posset adquirere, non adquisiuit. approbatur, simul & exemplis declaratur *l.quod autem. 6. in prin. ff. quæ in fraudem creditor.l.non fraudantur.176.ff.de reg.iuris. l.alienationis verbum.28.§.qui occasione.ff.de verb.signific. Concordant item ea quæ proponuntur supr. cap.prox. q.3. except. 5.in fin.M.I.R.d.reg.53 except.2.*

II. Exceptio: Nisi omissa ratione Falcidiæ vel Trebellianicæ, debitor legata vel fideicommissa in solidum soluit. *l.patrem.19. & l.debitorem.20.ff. quæ in fraudem creditor.*

III. Exceptio: Nisi quibusdam ex creditoribus debitor soluit. *l.quod autem.6.§. apud Labeonem & §.sciendum. item l.si fraudator.25.§. in maritum.ff. d.tt.l.nihil dolo.171.ff. de reg.iuris. M.I.R. d.reg.53. except.1.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi postquam creditores in bona debitoris missi sunt, vnus ex iis suum receperit. *d.§. sciendum. l.ait Prætor.10.§.si debitorem. item l.2.ff.d.tt. quæ in fraudem creditor.* Altera replicatio est: Nisi ante diem debiti venientem vni creditorum sit solutum. *d.l.10.§.si cum in diem. Concordat l.omnes. 17.§.fin.ff. eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi post mortem suam restituere hæreditatem rogatus, eam ante mortem restituit. *l.patrem. 19.ff.eod.tt.* Tertia replicatio est: Nisi cum hæres debitoris quibusdam creditoribus per gratiam soluisset, postea aduersus aditionem hæreditatis in integrum sit restitutus. *l.pupillus.24.ff.d.tt. Concordat l.si non expedierit.6.§.1.ff.de rebus iud.author.possiden.* Quarta: Nisi creditor inuito debitori pecuniam extorserit. *Hæc replicatio approbatur d.l.24. in fin.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi debitori cum pecunia aufugienti creditor pecuniam extorsit vel abstulit. *l.ait Prætor.10.§.si debitorem ff.eod.tt. quæ in fraudem.*

IV. Exceptio: Nisi debitor rem suam pignori obligauerit. *l.illud constat. 13. & l.cum in vetus.22.ff. eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi in cæterorum creditorum fraudem pignus obligatum sit. *d.l.22. vers. nisi id in fraudem cæterorum. l.ait Prætor.10.§.si cui.item l.quod autem. 6.§. apud Labeonem, in fin.ff.eod.tt.*

V. Exceptio: Nisi debitor rem venditori redhibuit. approbatur simul & distinguitur *l. bouem. 43.§.si quis cum.ff.de ædilitio edicto.*

VI. Exceptio: Nisi bona debitoris alienantis, libertatis conseruandæ causa alicui sint addicta. *l.ait Prætor.10.§.si ex constit.ff. quæ in fraudem creditor.*

VII. Exceptio: Nisi non fraudandi animo gestum sit, reprobatur *l omnes debitores.17.§.1.& l.primo gradu.23.in fin.ff. eod.tt.* Plane admittitur, primum quidem, si libertas seruis sit relicta: hic enim, quamuis dominus soluendo non sit, nisi tamen & fraudandi animum habuerit, valet id quod gestum est. *Quæ distinctio approbatur d.l.23. in fin.de qua re plura vide supr.lib.6.cap.5.quæst.3.except.6. replic.1.* Deinde admittitur, si debitor pignus dederit: hoc enim casu non sufficit eum soluendo non esse, sed requiritur etiam fraudandi animus. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr.except.4.* Tertio admittitur, si debitor ignorauit se debere. *de qua re vide infr.except.18.* Quarto admittitur in casu solutionis, *de quo vide supr.exc.3.repl.3.*

VIII. Exceptio: Nisi alienata in funus debitoris sint collata. reprobatur *l.si cum.16.§.plane ea.ff. qui & à quibus.*

IX. Exceptio: Nisi consentientibus creditoribus sit gestum. *l.quod autem.6.§.praterea illud.ff.quæ in fraudem credit.*

X. Exceptio: Nisi impubes debitor alienauit. reprobatur *l.ait Prætor.10.§.si impubes.ff.d.tt.*

XI. Exceptio: Nisi impuberi alienatum sit. reprobatur *d.l.6.§.si quid cum.*

XII. Exceptio: Nisi ius aliquod personale à debitore sit alienatum, quod morte eius extinguitur. reprobatur *d.l.10.§.per hanc.*

XIII. Exceptio: Nisi dos sit constituta ab ea quæ soluendo non est. reprobatur *d.l.10.§.si cum mulier.*

XIV. Exceptio: Nisi debitori cuius bona sunt alienata, hæres existat, isq; soluendo sit, vel defendatur. *d l.10.§.si ex constitut. Concordat l.1.C.de reuocandis his quæ. item l.nemo dubitat. 95. ff. de reg. iuris.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi hæres postea aduersus aditionem hæreditatis in integrum sit restitutus. *d.l.10.§.si quid in. Concordat l.pupillus. 24.ff. eod.tt.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi creditores nomen hæredis secuti sint: hoc enim casu à defuncto gestum non reuocatur, quamuis hæres postea in integrum sit restitutus. *d.§.si quid in. versic. si vero passi sunt necessarium creditores, &c.*

XV. Exceptio: Nisi non debitoris qui alienauit, sed hæredis eius bona veneant. *d.l.10.si fraudator.*

XVI. Exceptio: Nisi creditoribus, in quorum fraudẽ gestum est, sit satisfactum *d.l.10.§.1.ff. quæ in fraudem creditor.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi eorum creditorum pecunia, quos fraudare noluit, aliis quos fraudare voluit, sit satisfactum. *d §.1. vers. si autem horum pecunia, &c. de qua re vide infr. except. prox. repl.* Altera replicatio est: Nisi non omnibus creditoribus sit satisfactum. *d.l.10.§.præterea sciendum.* Huius replicationis duplicatio est: Nisi eos quibus satisfactum nõ est, creditores ignorauit debitor. *d.l.10.§ illud certe.* Tertia replicatio est: Nisi verbis tantum, non reipsa offerat quod debetur. *d.§. illud certe.*

XVII. Exceptio: Nisi postquam gestum est, creditores esse cœperint. *l.si quis.15.ff. quæ in fraudem creditor.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi prioribus creditoribus, in quorum fraudem gestum erat, posteriorum creditorum pecunia sit satisfactum. *l.nisi priores.16.ff eod.tt. Concordat l.ait Prætor.10.§.1.ibi, si autem horum ff.eod.tt.*

XVIII. Exceptio: Nisi ignorans se creditores habere, vel soluendo non esse, gessit debitor. *d.l. 15. Cui concordat l.omnes debitores.17. §.1. ibi, tamen quia creditores.ff.eod.tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi vel vnum creditorem se habere sciuit: hoc enim casu quamuis cæteros ignorauit, nihilominus actio proposita locum habet. approbatur simul & distinguitur *l. ait Prætor. 10. §. illud certe.ff. quæ in fraudem creditor.*

XIX. Exceptio: Nisi id quod in fraudem creditorum gestum vel alienatum est, debitori sit restitutum. reprobatur *l.si fraudator.25.si à socero. ibi, sed si priusquam.ff. eod.tt.*

XX. Exceptio: Nisi actor non restituat impensas *d.l.10.§ per hanc.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi precium quo rem reus emit; hoc enim actor restituere non tenetur. approbatur simul & distinguitur *l.si debitor.7. cum l.seq. ff.d.tt.*

VI. QVIBVS DATVR actio proposita?

I. Regula: Regulariter omnibus creditoribus datur eius qui alienauit. Cuius exceptio est: Nisi iis in quorum fraudem non est gestum. *l. ait Prætor.10. §.illud certe.ff. quæ in fraudem creditor.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi eorum pecunia, in quorum fraudem gestum non est, aliis creditoribus, in quorum fraudem gestum est, sit satisfactum. *approbatur per ea quæ proponuntur paulo superius except.17.repl.1.*

II. Regula: Regulariter solis creditoribus, non aliis datur actio proposita. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi creditor mortuus sit: hoc enim casu eius quoque hæredib. datur. *d.l.10.§.fin.* Altera exceptio est: Nisi creditor pignus, in quo fraus admissa est, alienauerit: hoc enim casu etiã singulari successori actio competit. *l. debitor.21.ff. quæ in fraudem.* Tertia exceptio est: Nisi curatori bonorum *de quo vide verba edicti supr. eod. cap. in prin. allegata.*

III. Regula, De ipso alienante debitore, eiusq; hæredibus. His non datur actio proposita. *l.filios 4.C.de reuocandis iis quæ per fraudem.*

VII. ADVERSVS QVOS COMPETIT actio proposita?

I. Regula, De eo cui in fraudem creditorum alienatum est. Hic regulariter proposita actione tenetur. approbatur verbis edicti *l. 1. in prin. & l. ait Prætor.10.in prin.ff.quæ in fraudem creditor. Concordat l.ignoti iuris non est.5. C.de reuocandis iis quæ per fraudem.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi is cui res alienata est, ignorauit in fraudem creditorum geri. *eliuitur ex verbis edicti supr. eod.cap. in prin.allegatis. Concordat l.quod autem. 6. §. hoc edictum. ff. quæ in fraudem creditor. item l.si fraudator.25. §.si à socero, ibi, in maritum.ff. eod.tt.* Huius exceptionis replicatio prima est: Nisi ignorante pupillo vel adulto, curator vel tutor eius sciuit. approbatur simul & distinguitur *l. ait Prætor. 10. §. ait prætor.ff.d.tt.* Altera replicatio est: Nisi ignoranti denunciatum sit à creditoribus, ne emeret. *d. l.10.§ si quis particeps.* Tertia: Nisi ignorans sciuit alienantem creditores habere. reprobatur *d.§.si quis particeps.vers.alias autem qui scit. Concordat d.l.10. §.quod ait.* Quarta: Nisi vel vnum creditorem sciuit defraudari: hoc enim casu, quamuis cæteros ignorauit, nihilominus tenetur. approbatur simul & distinguitur *d.l.10.§.illud certe sufficit.* Quinta: Nisi ex causa lucratiua res sit alienata. *l. quod autem.6.§.simili modo.ff.quæ in fraudem creditor. Concordat l.ignoti iuris. 5. in fin. C. de reuocandis iis quæ per fraudem.* Exemplum proponitur *d.l. 6.§.pen.* Aliud exemplum habetur *l. omnes debitores. 17.§.1. in fin. ff. eod.tt.* Plane huius replicationis duplicatio est: Nisi is qui ex lucratiua causa accepit, non sit locupletior factus. *d.§ simili modo vers. in hos tamen.* Sexta replicatio est: Nisi cum fideiussori vel reo promittendi sciente accepto ferretur, alter reus ignorauerit: hic enim nihilominus tenetur. *l.fraudator.25.in prin.ff quæ in fraudem creditor.* Septima: Nisi genero ignoranti à socero dos in fraudem creditorum data sit: hoc enim casu filia, pro qua dos data est, etiam ignorans tenetur. *d.l.25.§.1.ibi, at si neuter.*

II. Regula, De domino & patre eius cui in fraudem

fraudem alienatum est, proponitur *l.quod autem. 6.§.simili modo.ff.quæ in fraudem creditor.*

III. Regula: De eo cuius iussu alius in fraudem creditorum accepit, proponitur *l.si fraudator.25.§.si procurator.ff.eod.tt.*

IV. Regula: De eo cui alienauit is qui rem à debitore in fraudem creditorum accepit. Hic nõ tenetur. *l.qui à debitore.9.ff.d.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi fraudis conscius fuit. *de quo infr. reg prox.*

V. Regula: De quouis ad quem aliquid ex gesto in fraudem peruenit, proponitur *l.ait Prætor.10.§. penul.ff.d.tt. Concordat l.hac in factum.14.ff.d.tt.*

VI. Regula: De muliere pro qua dos in fraudem creditorum data est, proponitur *d. l.14. vers. ergo & si fraudator. Cui concordat l.si fraudator.25.§.1. ibi: quod si is. & §.item si extraneus.ff. d.tt.item l.2. C.de reuocandis iis quæ per fraudem.*

VII. Regula: De patre filiæfamilias, pro qua dos data est, proponitur *d.§.item si extraneus.*

VIII. Regula, De reo promittendi, si fideiussori; & de fideiussore ac correo, si reo in fraudem sit acceptolatum, habetur *d.l.25.in prin.*

IX. Regula: De ipso alienante in fraudem creditorum. Hic quoque tenetur. *approbatur verbis edicti supr. eod. cap. in prin. allegatis. l. vlt. §. fin. ff. quæ in fraudem creditor. item l.vlt. C. de reuocandis iis quæ per fraudem.*

X. Regula: De patre alienantis in fraudem creditorum, proponitur *l.si pater.12. ff. quæ in fraudem creditor.*

XI. Regula: De hæredibus, Aduersus hos quoque actio proposita competit. *l.ait Prætor.10. §.fin.ff.eod.tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi nihil vel minus ad hæredem peruenit, *l. Cassius ff. eod.tt.*

VIII. QVID VENIAT IN actione proposita?

I. Regula: Venit in hac actione, vt ipsa res in fraudem alienata restituatur. *Quæ regula approbatur verbis edicti l.1. ff. d.tt. Concordat d.l.10. §.præterea generaliter. & §.per hanc.l.hac in factum.14.ff.d.tt.item l.1.in fin.C.de reuocandis iis quæ per fraudem.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi is cui res alienata est, eam rursus vendidit. hoc enim casu ad precium duntaxat quod percepit, restituendum tenetur *l.qui à debitore. 9. in fin. ff. quæ in fraudem creditor.* Altera exceptio est: Nisi vni creditorum in fraudem cæterorum ante diem sit solutum. hoc enim casu commodum tantum repræsentationis renocatur *d.l.10. §.sicum in diem. Concordat l.omnes debitores.17.§.fin.ff.eod.tt.* Tertia: Nisi reus conuentus fraudis particeps non fuit, & actionẽ habeat: tunc enim solam actionem restituendo liberatur. *l.hac in factum. 14.ff.quæ in fraudem creditor.* Quarta: Nisi is qui alienauit, conueniatur: hic enim in quantum facere potest, tenetur. *l.vlt. C. de reuocandis iis quæ per fraudem.* Quinta: Nisi is cui ex causa lucratiua alienatum est, fraudis fuit ignarus: tunc enim non nisi in id quo locupletior factus est. tenetur. *l.quod autem.6.§.simili modo, in fin. ff. quæ in fraudem creditor.* Sexta: Nisi pater dominusue eius cui alienatio facta est, conueniatur. hic enim de eo duntaxat quod ad se peruenit, vel de peculio, vel de in rem verso tenetur, approbatur simul & distinguitur *d l.6. §.simili modo.* Septima: Nisi hæres conueniatur: hic enim non nisi de eo quod ad se peruenit, tenetur. *l.Cassius.ff. eod. tt.* Octaua: Nisi post annum agatur: tunc enim nõ nisi in id quod ad reum peruenit, vel dolo eius factum est quo minus peruenirет, datur actio. *l.ait Prætor.10.§.penult.ff. quæ in fraudem creditor.*

II. Regula: De fructibus & omni causa, proponitur *d.l.10. §.per hanc.l.si fraudator. 25. §. non solum.& §.fructus.ff.d.tt.item l.videamus.38. §. in Fauiana.ff.de vsuris.* Huius regulæ exceptio est: Nisi fructus medio tempore post alienationem ante litem contestatam sint percepti. *d. §. non solum.* Contradicit *l.ait Prætor.10.§.præterea.ff.quæ in fraudem creditor.*

III. Regula: De vsuris, proponitur *d.§.præterea, in fin.*

IV. Regula, De partu ancillæ alienatæ, *d.l.10. §.partum quoque.* Huius regulæ exceptio hæc est: Nisi partus post alienationem conceptus, & antequam ageretur, editus sit. *l.si fraudator.25. §.item partum, cum §.seq.ff.d.tt.* Huic exceptioni contradicit *d.l.10.§.præterea.*

V. Regula, Si in fraudem creditorum quis obligatione aliqua liberatus sit: hæc quoq; in pristinum statum restituenda est. *l.omnes debitores.17. in princ.ff.quæ in fraudem creditor. d.l.10. §. si cum mulier, in fin.§.præterea.item §.si conditionalis.*

IX. QVAMDIV COMPETIT actio proposita?

I. Regula, Annalis est actio: approbatur *verbis edicti supr.eod. cap.in prin.allegatis.d l.10. in princ.ff. quæ in fraudem creditor.l.vlt.C.de reuocandis iis quæ per fraudem.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi experiundi potestas non fuerit. *approbatur verbis edicti l.1. & l.quod autem. 6. §.fin. ff. quæ in fraudem creditor.* Altera exceptio est: Nisi de eo quod ad reum peruenit, agatur: hoc enim casu etiam vltra annum datur. *d. l.10. §. penult.* Tertia: Nisi dies in fraudem remissæ obligationis vel actionis anno citius exeat: hoc enim casu nõ intra annum competit, sed intra id tempus quod ex remissa obligatione superest. *d.l.10.§.si conditionalis.*

II. Regula, Annus à die alienationis vel gesti negotij incipit currere. *d.l.10.§.annus. Concordat d. l.6.§.fin.in fin.*

X. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula, Reus cui dos in fraudem creditorũ per actionem propositam euicta est, exceptione defenditur aduersus dotis actionem *l.si fraudator. 25.§.si à socero. ff. quæ in fraudem credit. l. ait Prætor.10. §.si cum mulier.ibi, nec mulier.ff.eod.tt.*

II. Regula, Reus cui res proposita actione est euicta, regressum ad suum auctorem, vel eam cui is antea rem ex causa dotis restituerat, non habet. *d.§.si à socero.l.ait Prætor.9. ff.de priuilegiis creditor.item l.qui res suas.98.§.diuersum.ff.de solutionibus.*

XI. ADFINIA REMEDIA.

Ex causis sup. propositis regulariter actio proposita Pauliana, non alia competit. Cuius regulæ exceptio prima est: Nisi is cum quo in fraudem creditorum contractum est, eo nomine agat. hoc enim casu per exceptionem repellitur, *d.l.9.ff. de priui-*

priuilegiis creditor. Altera exceptio est: Nisi libertus in fraudem legitimæ, quæ patrono in bonis eius debetur, quædam alienauit: hoc enim casu patrono Fauiana competit actio. *de qua vide supr. lib.* 10. *cap. vlt.* Tertia exceptio est: Nisi pater filiusfamilias, vel dominus serui nomine conueniatur. hoc enim casu de peculio actio est. approbatur simul & distinguitur *l. quod autem.* 6. §. *simili modo. & l. si pater.* 12. *in fin. ff. quæ in fraudem creditor.*

DE CAPITIS DEMINVtione. CAP. XV.

PRIMO: Definitio capitis deminutionis proponitur *l.* 1. *ff. de capite minutis.* Est enim capitis deminutio, status mutatio. *Concordat iisdem verbis Instit. de capitis deminut. in prin.*

II. DIVISIO capitis deminutionis in maximam, minorem seu mediam, & minimam, habetur *Instit. eod. tt. in prin. Concordat huic diuisioni l. vlt. ff. de capite minutis.*

III. CAVSÆ EX QVIBVS quis capite deminuitur.

I. Causa: Si quis seruus pœnæ efficiatur. approbatur *Instit. d. tt. in prin.* Huius species vide *supr. lib.* 1. *cap.* 14. *quæst.* 4. *de pœna qua libertas adimitur.*

II. Causa: Si libertus vt ingratus in patronum condemnetur; hic enim seruus efficitur. *Instit. d. tt.* Plura de hac causa vide *supr. lib.* 6. *cap.* 11. *quæst.* 1. *causa* 2.

III. Causa: Si quis ob precium participandum de venundari passus sit, approbatur *Instit. eod. tt.* Plura de hac causa vide *sup. lib.* 6. *cap.* 3. *causa* 3. *exc.* 1.

IV. Causa: Si cui aqua & igni interdictum fuerit *Instit. eod. tt. de capitis diminutione. Concordat l. amissione.* 5. *in prin. ff. de capite minutis.* Plane in huius pœnæ locum hodie successit deportatio, *l.* 2. §. *constat. ff. de pœnis.*

V. Causa: Si quis in insulam sit deportatus. *Instit. d. tt.* Plura de hac causa vide *supr. lib.* 1. *capite* 14. *quæst.* 4. *de deportatione in insulam.*

VI. Causa: Si quis vel cuius parens adoptetur, vel adrogetur *Instit. d. tt. Concordat l. liberos.* 3. *in prin. ff. de capite minutis.* Plura de hac causa vide *supr. lib.* 4. *cap.* 28.

VII. Causa: Si quis vel cuius parens emancipatus fuerit. *Instit. d. tt. Concordat d. l.* 3. §. *emancipato, cum l. seq.* Plura de causa proposita vide *supr. lib.* 4. *cap.* 29.

VIII. Causa: Si seruus manumissus fuerit. Hæc causa reprobatur *d. l.* 3. *Concordat Inst. eod. tt.*

IX. Causa: Si cuius dignitas mutetur, vel quis senatu moueatur. reprobatur *Instit. de capitis deminutione.* § *quibus autem. Concordat l. senatorem.* 3. *ff. de senatoribus.*

X. Causa: Si quis ad hostes defecerit. *l. amissione.* 5. §. 1. *ff. de capite minutis.*

XI. Causa: Si quis à senatu hostis iudicatus sit. *d. l.* 5. §. *sed & ij.*

XII. Causa: Si quis à senatu hostibus deditus sit. Hæc causa ipso quidem iure subsistit, verum eius exceptio est: Nisi ab hostibus non sit receptus. *l. vlt. ff. de legationibus.* Plura de hac re vide *supr. cap.* 17. *quæst.* 5. *except.* 8.

XIII. Causa: Si quis ab hostibus capiatur. *l. hostes sunt.* 24. *in fin. ff. de captiuis. de qua re vide infr. cap. prox.*

XIV. Causa: Si quis furiosus fiat. reprobatur *l. qui furere.* 20. *ff. de statu hominum.*

IV. EVENTVS CAPITIS deminutionis.

I. Regula: Capitis deminutione amittit quis iura quæ habuit. Quæ regula cum ipso iure subsistat, recipit exceptionem hanc: Nisi minima sit capitis deminutio. approbatur simul & distinguitur *l. amissione.* 5. §. *fin. cum duab. ll. sequentibus. ff. de capite minutis.*

II. Regula: Capitis deminutione actoris desinit illi competere actio. ipso quidem iure subsistit, eiusque exemplum proponitur *supr. lib.* 12. *c.* 8. *causa* 30. Verum eius exceptio prima est: Nisi actio naturalem præstationem habeat. approbatur simul & exemplo declaratur *l. eas obligationes.* 8. *cum l. seq. ff. de capite minutis.* Altera exceptio est: Nisi doris actio sit. *d. l.* 8. Tertia: Nisi ex testamento actio sit. *l. legatum.* 10. *ff. eod. tt.*

III. Regula: Reus capite deminutus exceptione defenditur. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur supr. lib.* 24. *cap.* 19. Hæc de capitis deminutione in genere.

DE CAPTIVITATE. CAP. XVI.

PRIMO: Iuris quoque amittendi modus est captiuitas. *l. hostes sunt.* 24. *in fin. ff. de captiuis.* Huius exceptio prima est: Nisi non ab hostibus, sed ab aliis sit captus. *d. l.* 24. *in prin. Leges concordantes vide supr. lib.* 6. *cap.* 3. *causa* 2. *except.* 2. *Sed & concordat l. postliminium.* 19. §. *à piratis. item l. non dubito.* 7. *in prin. ff. de captiuis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi ab ea gente, cum qua neque amicitia, neque hospitium, neque fœdus est, sit captus. *l. postliminij.* 5. §. *in pace. ff. eod. tt.* Altera exceptio est: Nisi in bello ciuili captus sit. *l. si quis ingenuam.* 21. §. *in ciuilibus. ff. de captiuis.* Tertia: Nisi ante bellum ad hostes postea factos peruenerit. reprobatur *l. in bello.* 12. §. 1. *ff. d. tt.* Quarta: Nisi tempore induciarum captus sit. *l. postliminium.* 19. §. *induciæ. ff. d. tt.* Quinta: Nisi nondum in præsidia hostium fuerit deductus. *l. postliminij.* 5. §. *antequam. ff. d. tt.* Sexta: Nisi captus ad suos fuerit reuersus. approbatur simul & distinguitur *infr. cap. prox.*

II. QVÆ IVRA PER CAPTIuitatem amittantur.

I. Regula: Amittitur per captiuitatem libertas, per ea quæ proponuntur *supr. lib.* 6. *cap.* 3. *causa* 2. *in prin.*

II. Regula: Amittitur patria potestas. approbatur simul & distinguitur *l. in bello.* 12. §. *si quis capiatur. ff. de captiuis. Concordat l. bona eorum.* 22. §. *quod filius. ibi: nam status. ff. d. tt.* Huius regulæ exceptio est: Nisi captiuus postliminio fuerit reuersus. *d.* §. *si quis capiatur.* Plura de hac regula vide *supr. lib.* 4. *cap. vlt. quæst.* 4. *reg.* 3.

III. Regula: Captiuo per filiumfamilias non adquiritur. approbatur simul & distinguitur *d.* §. *si quis capiatur. Concordat d.* §. *quod filius. item l. proponebatur.* 9. *in fin. ff. de castrensi peculio.* Plura de regula proposita vide *supr. lib.* 16. *cap.* 5. *reg.* 2. *exc.* 1.

IV. Regula: Captiuo eiusque hæredibus nihilominus per seruum adquiritur. *l. bona eorum.* 22. §. *porro quæcunque. &* §. *quæ peculiari. l.* 1. *item l. in*

l. in bello. 12. §. *si quis capiatur. ibi, diuersumq. ff. de captiuis.*

V. Regula: Captiuitate dissoluitur matrimonium; approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur supr. lib.* 4. *cap.* 8. *causa* 2.

VI. Regula: Captiuitate possessoris possessio amittitur, & interrumpitur vsucapio. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup. lib.* 7. *cap.* 9. *except.* 6. *item cap.* 16. *causa* 16.

III. RELIQVA CAPTIuitatis iura.

I. Regula: De curatore bonis captiui dando, proponitur *l. cum cognitos.* 3. *C. de postliminio.*

II. Regula: De captiuis domum reuertentibus non retinendis, habetur *l. vlt. C. eod. tt. Concordat l. Christianos.* 11. *C. de episcopali audientia.*

III. Regula: Captus ab hostibus, & in captiuitate mortuus, intelligitur ipso die captiuitatis decessisse, *l. in omnibus.* 18. *ff. de captiuis.*

DE POSTLIMINIO. CAP. XVII.

PRIMO: Definitio postliminij proponitur *l. postliminium.* 19. *in prin. ff. de captiuis.*

II. ETYMOLOGIA postliminij habetur *Instit. quib. modis ius patriæ potestatis soluitur.* §. *dictum est.*

III. GENVS HVIVS iuris.

Postliminium iuris naturalis est *d. l.* 19. *in prin.*

IV. DIVISIO postliminij proponitur *l. postliminij.* 5. *in prin. ff. de captiuis. Concordat l. in bello.* 12. *in prin. ff. eod. tt.* Alia diuisio proponitur *l. cum duæ.* 14. *in prin. ff. eod. tt.*

V. IVRA per captiuitatem amissa, postliminio reuersus recuperat. *d. l.* 5. *in prin. d. l.* 12. §. *cod. illi. ibi: cætera quæ in iure. l. retro.* 16. *l. postliminium.* 19. *in prin. item l. hostes sunt.* 24. *in fin. ff. d. tt. l. si quos.* 19. *C. de postliminio.* Ratio huius regulæ proponitur *d. l.* 19. *in prin. ibi, idq; naturali. ff. de captiuis.* Declaratur regula proposita definitione postliminio reuersi, *d. l.* 19. *in prin. Concordat l. eos qui.* 4. *in prin. ff. d. tt.* Plane propositæ regulæ exceptio prima est: Nisi non ab hostibus, sed ab aliis captus, reuersus sit. approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur supr. cap. proxim. quæst.* 1. *ex ept.* 1. Altera exceptio est: Nisi ad hostes transfugit is qui reuersus est. *d. l.* 19. §. *transfugæ. ff. de captiuis. l. item ei.* 14. *ibi, nam transfugis. ff. ex quibus causis maiores in integr. restit. l. transfugam.* 51. *ff. de adquir. rerum dominio. item l. si quos.* 19. *in fin. C. de postliminio.* Declaratur exceptio proposita definitione transfugæ, *d. l.* 19. §. *transfuga. ff. de captiuis.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi quoad ius quod alius in transfuga habuit. hoc enim nihilominus recuperatur in reuerso. approbatur exemplo serui transfugæ, *d.* §. *transfuga. ibi, sed in libero.* Cuius duplicatio prima est: Nisi statuliber transfuga fuerit, & conditio libertatis, dum apud hostes est, extiterit. *d. l.* 19. §. *si statuliber. ff. de captiuis.* Altera: Nisi filiusfamilias transfuga reuersus fuerit; in hoc enim parens patriam potestatem non recuperat. *d. l.* 19. §. *filius quoque.* Tertia propositæ regulæ exceptio est: Nisi victus hostibus se dediderit. *l. postliminio.* 17. *ff. de captiuis.* Quarta: Nisi volens, non coactus apud hostes manserit. *l. si captiuus.* 20. *in prin. ff. d. tt. Concordat l. si quos.* 19. *in fin. C. de postliminio.* Quinta: Nisi reuersus habeat reuertendi ad hostes animum. *l. postliminij.* 5. §. *captiuus. ff. de captiuis. l. in bello.* 12. §. *si quis seruum. ibi, quod in liberis. item l. nihil interest.* 25. *ibi, ita tamen. ff. eod. tt.* Huius exceptionis replicatio est: Nisi quoad ius, quod alius in reuerso habet. approbatur exemplo serui ab hostibus capti, reuersi, & à domino suo adprehensi, *d.* §. *si quis seruum. ibi, certe apud hostes.* Sexta exceptio est: Nisi reuersus apud hostes natus sit. Hæc exceptio reprobatur *per ea quæ proponuntur supr. lib.* 6. *cap.* 5. *causa* 1. *except.* 8. Septima: Nisi pace cum hostibus facta conuenerit, ne reuerso postliminium esset. *l. in bello.* 12. *in prin. &* §. 1. *ibi, nisi fœdere. ff. de captiuis.* Octaua: Nisi hostibus deditus reuersus sit, nec à suis receptus. *l. eos qui.* 4. *ff. d. tt.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi deditus ab hostibus non sit receptus. *l. vlt. ff. de legationibus.* Nona exceptio, sumpta ex modo quo captiuus euasit, reprobatur *l. nihil interest.* 25. *ff. de captiuis.* Decima exceptio videtur; Nisi victis hostibus captiuus sit ablatus atque receptus. hoc enim casu videtur iure belli occupanti concedi. Sed reprobatur *d. l.* 25. *in fin. Concordat Instit. quibus modis ius patriæ potest. soluitur.* §. *sed & qui captus. item l. in bello.* 12. *C. de postliminio.* Vndecima: Nisi captiuus ab hostibus precio redemptus sit. approbatur simul & distinguitur *l. liber.* 17. *& l. vlt. C. eod. tt. l. in bello.* 12. §. *si quis seruum. &* §. *si fideicommissa. ff. de captiuis.* Plane propositæ exceptionis replicatio prima est: Nisi precium quo redemptus est, redemptori restituatur. *d. l.* 17. *Concordat d.* §. *si quis seruum. l. si patre.* 15. *ff. eod. tt. item l. cum & postliminij.* 6. *C. de postliminio.* Huius replicationis duplicatio prima est: Nisi non totum precium quo redemptus est, restituatur. *d. l.* 12. §. *fin. in fin.* Cuius duplicationis triplicatio est: Nisi redemptor redemptum alij pluris vendiderit, quam ipse eum ab hostibus redemerat, hoc enim casu non totum precium, quo posterior emptor emit, restituere tenetur. *l. postliminium.* 19. *si iu qui. ff. eod. tt.* Altera duplicatio est: Nisi seruus redemptus sit vsucaptus. *l. in bello.* 12. §. *si quis seruum. ff. de captiuis.* Tertia: Nisi seruus redemptus sit manumissus. *Hæc duplicatio approbatur d.* §. *si quis seruum. ibi, manumittendo autem.* Hæc de prima propositæ exceptionis replicatione. Altera replicatio est, quod redemptor in redempto ius tantum pignoris habeat; quoad alia iura, redemptus in pristinum statum restitutus videtur *l. si captiuus.* 20. § *fin. ff. de captiuis. Concordat l.* 2. *in princ. C. de postliminio.* Plures propositæ exceptionis replicationes vide *infr. except. prox.* Duodecima exceptio est: Nisi captiuo ab hostibus redempto, precium redemptionis non restituatur redemptori. *approbatur per ea quæ proposita sunt supr. except. prox. in prin.* Cuius exceptioonis replicatio prima est: Nisi precium vel ius pignoris sit remissum redempto. *d. l.* 2. *ibi, & ideo si numi. l. si liberum.* 11. *& l. liber.* 17. *C. eod. tt.* Altera replicatio est: Nisi mater filium ab hostibus redemerit, hoc enim casu etiam nullo restituto precio pristinum statum recuperat. *d. l.* 17. Tertia: Nisi redemptor eam quam redemit, in vxorem duxerit. *l.* 2. *& l. si is.* 13. *C. de postliminio.* Quarta: Nisi redemptor redemptam prostituerit. *l. fœdissima.* 7. *C. d. tt.* Quinta: Nisi redem-

ptus petat hæreditatem, quo ex ea possit soluere precium. *l. is qui.15. C. eod.tt.* Sexta: Nisi operas quinquennales pro precio præstiterit redemptus. *l. diuersarum.20. ibi: aut laboris obsequio. C. eod.tt.* Septima: Nisi redemptus mortuus sit. *l. si patre.15. in fin. ff. de captiuis.* Octaua: Nisi sine precio captiuus alicui ex suis traditus sit. *l. cum non.5. C. de postliminio. Concordant ea quæ proponuntur supr. except.10.* Decimatertia exceptio videtur: Nisi captiuus reuersus impensas victus & amictus à suis præstitit non soluat. Sed reprobatur *l. diuersarum.20. C. eod. tt.* Decimaquarta: Nisi ab hostibus liberatus nondum fines Reipub. vel imperij sui sit ingressus. approbatur simul & distinguitur *l. postliminium. 19. §. postliminio. l. postliminij.5. §.1. ibi, tunc autem. & l. vlt. in prin. ff. de captiuis.* Decimaquinta: Nisi seruus ab hostibus reuersus neque in potestate domini sit, neque vlli alij seruiat. *d. l. vlt.* Decimasexta exceptio, sumpta ex sexu, conditione & qualitate reuersi, reprobatur *d. l. 19. §. fin. ff. de capt.*

VI. QVÆ IVRA POSTLIMINIO recuperentur, & quibus rebus postliminium fit.

I. Regula: Tam commodum, quam onus & incommodum per captiuitatem amissum recuperatur. *l. cum duæ.14. in prin. ff. de captiuis.*

De commodo quod reuersus recuperat.

II. Regula: De patria potestate, proponitur *l. si quis.23. ff. de capt. l. non vt à patre. 8. l. in bello. 12. §. medio. ibi, susceptus ergo. & l. diui Seuerus.26. ff. eod. tt. item Instit. quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. §. si ab hostibus.*

III. Regula: De matrimonij iure. Hoc postliminio non recuperatur, sed consensu. *d. l. 8. & l. cum duæ.14. in fin. ff. de captiuis.*

IV. Regula: Filius reuersus ius quoq; filiationis recipit. *d. l. 14. in prin. Concordant ea quæ proponuntur infr. reg. prox.* Huius regulæ exceptio videtur: Nisi apud hostes filius sit natus. Sed reprobatur *per ea quæ proponuntur supr. lib. 6. cap. 3. causa 1. exc. 8.*

V. Regula: De iure successionis. Hoc quoque reuersus recuperat. *l. captum.9. l. ius postliminij.14. cum l seq. C. de postliminio.* Plura de hac re vide *supr. lib. 6. cap. 1. quæst. 1. except. 1. replic. 2. duplic. 1. item cap. 2. except. 8. repl. 4.*

VI. Regula: Si statuliber captus reuersus sit, suam causam retinet. *l. in bello. 12. §. si statuliber. ff. de captiuis.* Huius regulæ exceptio prima est: Nisi redemptus precium redemptionis non soluerit. *d. l. 12. §. fideicommissar.* Altera: Nisi statuliber ad hostes transfugerit. approbatur simul & distinguitur *l. postliminium.19. §. si statuliber. ff. eod. tt.*

VII. Regula: Ea quæ facti sunt, non recuperantur postliminio: vt est possessio. *l. denique.19. ff. ex quibus causis maiores, &c. l. in bello. 12. §. codicilli. ibi: cætera quæ. ff. de captiuis. Concordant item ea quæ proponuntur supr. lib. 7. cap. 9. except. 6.*

VIII. Regula: De iis quæ filius vel seruus reuersi tempore captiuitatis eius adquisiuit. proponitur *supr. cap. prox. quæst. 2. reg. 3. & 4.*

IX. Regula: Stipendia & donatiua, quæ medio tempore adquisiuisset, si captus non esset, reuersus non recuperat *l. 1. C. de re militari.*

X. Regula: De rebus medio tempore ab alio possessis & vlucaptis, proponitur *l. ab hostibus. 18. C. de postliminio.* Plura de hac regula vide *supr. cap. 5.*

XI. Regula: De rebus à fisco possessis. Has quoque postliminio reuersus recuperat. *l. si quos. 19. C. d. tt.*

De onere & incommodo quod reuersus recuperat, & quibus rebus postliminium fit.

XII. Regula: Reuersus recidit in patriam potestatem. *l. si me. 13. cum l. seq. in prin. ff. de captiuis.* Huius regulæ exceptio est: Nisi filius reuersus antea ad hostes transfugerat. *l. postliminium.19. §. filius quoque. ff. eod. tt.*

XIII. Regula: Seruus reuersus in domini prioris potestatem recidit, *l. sicut. 10. & l. ab hostibus. 12. C. de postliminio.* Huius regulæ exceptio prima videtur: Nisi victis hostibus seruus vi sit ablatus. Sed reprobatur *d. l. 12.* Altera: Nisi seruus ab hostibus sit manumissus. reprobatur *l. in bello. 12. §. si quis seruum. ibi, certe apud hostes. ff. de capt.* Tertia exceptio est: Nisi cum seruus plurium captus esset & redemptus, quorundam, non omnium nomine redemptori precium sit numeratum. hoc enim casu in eorum tantum potestatem recidit, quorum nomine precium est numeratum. *d. l. 12. §. si seruus.* Reliquas exceptiones propositæ regulæ vide *supr. quæst. prox.*

XIV. Regula: Seruus pignori obligatus, & ab hostibus captus, atque receptus, in pristinam obligationem recidit. *d. l. 12. §. si pignori.*

XV. Regula: Homo deportatus, vel alia pœna affectus, captus & reuersus in suam pœnam recidit. *d. l. 12. si deportatum. & l. mulier. 6. ff. eod. tt.*

XVI. Regula: Seruus qui ad libertatem perduci non potuit, captus atque reuersus ad suam causam redit. *d. §. si deportatum.*

XVII. Regula: Nauibus piscatoriis aut aliis actuariis voluptatis causa paratis, item armis & vestibus ab hostibus captis atque à nostris receptis, ius postliminij denegatur. *l. 2. cum l. seq. ff. de captiuis. de qua re alibi.* Hæc de iure postliminij.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE. CAP. XVIII.

VErborum significationes, & rerum definitiones, quæ quidem in iure ciuili continentur, si quis in vnum colligere vellet, aliquot compleret libros: tantum abest, vt vno capite vel titulo comprehendi omnes possint. Quid enim aliud sunt pleræq; regulæ *supr. lib. 13. cap. 3. cum duob. capp. seqq.* enumeratæ, quam verborum ac rerum significationes seu definitiones? *item eod. lib. 13. c. 1. q. 3. reg. 8. cum aliquot sequentibus.* Verum cum eæ supra suis locis sint subiectæ, non solum prolixum nimis, sed & superuacuum foret, eas omnes definitiones hic repetere. Proinde quę res antea specialiter sunt tractatę, earum definitiones in superioribus capitibus, vbi res ex professo tractatæ sunt, quæri debent; vt postliminij definitio *supr. c. prox. in prin.* Capitis deminutionis *supr. c. 15. in prin.* Hæreditatis *supr. lib. 9. cap. 1.* & sic de aliis. In hoc capite tantum eorum verborum significationes, earumq; rerum definitiones proponemus, quæ vtpote nimium generales, specialiter antea tractatæ non sunt. Ordinem autem alphabeticum, quemadmodum hodie moris est, in iis enumerandis sequemur.

Abesse

A.

Abesse quis dicatur, definitur *l. collegarum.173. in fin. ff. de verb. sign. Concordat l. absentem. 199. ff. d. tt. M. I. R. lib. 5. c. 14. abesse.* Rē abesse, quid sit, definitur *l. mulieres. 3. §. 1. & in fine legis, cum l. seq. ff. d. tt.* Abesse desinere quid sit, definitur *d. l. 13. §. desinere.* Huius exceptio est: Nisi dominus rem ignorans emerit. *quæ proponitur d. l. 14. §. item si dominus.* Sed de hac re dictum quoq; *sup. lib. 7. c. 19. except. 21. repl. 11.*

Abrogari legi, quid sit, definitur *l. derogatur. 102. ff. de verb. sign.*

Acciderit, Si quid filio meo acciderit, quid sit, definitur *l. in vulgari. 163. ff. d. tt.*

Accipere quid sit, definitur *l. aliud est. 71. ff. de verb. sign.*

Accusator vnde dicatur, *M. I. P. l. 5. d. c. 11. accusator.*

Acolythi vnde dicantur, *M. I. P. d. c. 11. acolythi.*

Actum quid sit, definitur *l. Labeo. 19. ff. d. tt.*

Adsignare libertum quid sit, definitur *l. adsignare. 107. ff. d. tt.*

Aduena definitur *l. pupillus. 239. §. aduena. ff. d. tt.*

Adulter definitur *l. fugitiuus. 225. ff. d. tt.*

Adulterium definitur *l. inter stuprum. 101. in pr. ff. de verb. sign. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 1. c. 28. q. 2. causa 1.*

Ædes definiuntur *l. fundi. 211. ff. eod. tt.*

Æs definitur *l. etiam aureos. 159. ff. eod. tt.*

Æs alienum & æs suum definitur *l. cedere diem. 213. §. penult. ff. eod. tt.*

Æstas definitur *l. 1. §. æstatē. ff. de aqua quotidiana.*

Ætas legitima vel perfecta, quæ dicatur, definitur *l. vlt. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt.*

Ager definitur *l. ager. 27. in princ. ff. de verb. signif. Concordat l. fundi. 211. ff. eod. tt.* Alia definitio proponitur *l. quæstio est. 115. ibi, ager. ff. eod. tt.*

Agere definitur *l. Labeo. 9. ff. d. tt.*

Agi, ferri & portari, quid differant, definitur *l. ferri. 235. ff. eod. tt.*

Agnitis natalibus quid sit, definitur *l. hoc sermone. 3. in prin. ff. si libertus ingenuus esse dicatur.*

Alienatio definitur *l. alienationis verbum. 28. ff. de verb. sign.* vbi ait Iurisconsultus: Qui occasione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, Cuius exceptio est: Nisi pupillus occasione adquirendi non vtatur: tunc enim alienare censetur. *l. magis puto. 5. §. fundum autem. ff. de rebus minorum.* Alia definitio alienationis proponitur *l. alienatum. 67. in prin. ff. de verb. sign.* Item alia *l. 1. in fin. C. de fundo dotali.*

Amicus quis sit, definitur *l. latæ culpæ. 223. ff. de verb. sign.* (*eod. tt.*

Amittere quid sit, definitur *l. Labeo. 14. in fin. ff.*

Amphoræ vinariæ quæ sint, definitur *l. vinaria vasa. 206. in fin. ff. d. tt.*

Amplius quid sit, definitur *l. verbum amplius. 82. ff. de verb. sign.* Plura de hoc vocabulo Amplius vide *sup. lib. 13. c. 5. reg. 18.*

Anniculus definitur *l. anniculus. 132. in prin. & l. anniculus. 134. ff. d. tt.*

Ante diem decimū quid sit, definitur *d. l. 132.*

Antequam, *M. I. P. d. c. 11. antequam.*

Antistes, *M. I. P. d. c. 11. antistes.*

Apud te quid sit, definitur *l. penes te. 63. ff. de verb. sign.* Alia definitio proponitur *l. id apud se. 143. ff. eod. tt.*

Arbitratu alicuius fieri, quid sit, definitur *l. illa verba. 68. ff. d. tt.* Alia definitio proponitur *l. in personam. 22. ff. de reg. iur. Concordat l. hæc venditio. 7. in pr. ff. de contrah. empt. item l. si libertas. 30. in prin. ff. de operis libertorum.*

Archiepiscopus, *M. I. P. d. c. 11. archiepiscopus.*

Area definitur *l. fundi. 211. ff. de verb. signif. M. I. R. lib. 5. c. 14. area.*

Argumentum, *M. I. P. d. c. 11. argumentum.*

Arma definiuntur *l. armorum. 41. ff. d. tt. Concordat l. quidem est. 3. §. armis. ff. de vi & vi armata. M. I. R. d. c. 14. arma.*

Armenta definiuntur *l. boues. 89. in princ. ff. de verb. sign.*

Artemon definitur *l. malū. 242. in prin. ff. d. tt.*

Attestari quid sit, definitur *l. subsignatum. 39. §. penult. ff. eod. tt.*

Aut particula quid significet, definitur *l. hæc verba. 124. ff. de verb. sign.* Plura de hac particula Aut, *vide inf. in verbo Coniunctio.*

B.

Beare quid sit, definitur *l. bonorum. 49. ff. de verb. sign.*

Beneficia, *M. I. P. d. c. 11. beneficia.*

Bigami, *M. I. R. d. c. 11. bigami.*

Bis sexto calendas quid sit, definitur *l. cum bis. 98. ff. eod. tt. Concordat l. deniq;. 3. §. minore. ff. de minor. 25. annis.*

Bona quæ & vnde dicantur, definitur *l. bonorum. 49. ff. de verb. sign. l. princeps. 21. ff. eod. tt.* Alia bonorum definitio proponitur *l. subsignatum. 39. ff. d. tt.* Alia *l. proprie. 83. ff. d. tt.* Alia *l. bonorum. 208. ff. d. tt.* Item alia definitio seu species proponitur *l. in venditione. 8. in princ. ff. de rebus iudicis author. possiden.* Plura de bonis *vide inf. in verbo Meum. M. I. P. d. c. 11. d. c. 14 bona.*

Bonæ fidei possessor vel emptor quis sit, vide *sup. lib. 7. c. 7. q. 3. except. 5. item c. 9. except. 11. in princ.* Sed & eius species proponitur *l. qui autore. 179. ff. de reg. iuris.*

C.

Cæteri quid significet, definitur *l. cæterorum. 160. ff. eod. tt.*

Caligati milites, qui dicantur, definitur *Nouell. c. 74 §. quisquis autem. ibi. sed neq;.*

Calumniator quis dicatur, definitur *l. si calumnietur. 233. in prin. ff. de verb. sign.*

Canon, *M. I. P. d. c. 11. canon.*

Cantor, *M. I. P. d. c. 11. cantor.*

Capere quid sit, definitur *l. aliud est capere. 71. ff. d. tt.* Cui definitioni videtur quodammodo contradicere *l. cepisse 140. ff. eod. tt.*

Capitalis quid sit, definitur *l. licet. 103. ff. d. tt. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 1. c. 12. q. 2.*

Carbo quid sit, definitur *l. carbonum. 167. ff. de verb. sign. Concordat l. ligni. 53. §. si lignum. ff. de leg. 3.*

Cauere & cautio quid sit, definitur *l. habere. 188. in fin. ff. de verb. sign. Concordat l. sancimus. 3. C. eod. tt. M. I. R. lib. 2. c. 7. reg. 35. in prin.*

Cauillatio quid sit, definitur *l. natura cauillationis. 177. ff. de verb. sign. Concordat iisdem verbis l. ea 65. ff. de reg. iuris.* Nominis ratio proponitur *l. si calumnietur. 233. in prin. ff. de verb. sign.*

Causa rei appellatione continetur *l. rei appellatione. 23. ff. de verb. sign. M. I. P. d. c. 11. causa.*

Cedere diem quid sit, definitur *l. cedere diem. 213. in prin. ff. eod. tt. M.I.R. lib. c. 14. cedere diem.*

Cella, *M.I.P. d. c. 11. cella.*

Censere & censor quid sit, definitur *l. censere. 111. ff. eod. tt.*

Censura Ecclesiastica, *M.I.P. d. c. 11. censura.*

Ciues Romani qui sint, definitur *l. in orbe. 17. ff. de statu hom.*

Clauis, *M.I.P. d. c. 11. clauis.*

Clerici, *M.I.P. lib. 3. d. c. 3. q. 1.*

Cognoscere instrumenta quid sit, definitur *l. cognoscere. 36. ff. de verb. sign.*

Collegæ qui dicantur, definitur *l. collegarum. 173. ff. eod. tt.*

Collegium quot faciant, definitur *l. Neratius. 85. ff. eod. tt.*

Commendare quid sit, definitur *l. commendare. 186. ff. de verb. sign. Concordat l. Lucius Titius. 24. ibi, quid est enim. ff. depositi.*

Concentor, *M.I.P. lib. 5. d. c. 11. concentor.*

Concubina, *M.I.P. d. c. 11. concubina.*

Conditionales creditores qui dicantur, definitur *l. conditionales. 54. ff. de verb. sign.*

Coniuncti tripliciter dicuntur *l. triplici modo. 142. ff. de verb. sign.*

Coniunctio nonnunquam pro disiunctione accipitur, *l. coniunctionem. 29. & l. sæpe. 53. ff. d. tt.* Plura de disiunctis, *vide inf. in verbo Disiuncta.*

Coniuratores, *M.I.P. d. c. 11. coniuratores.*

Continentes prouinciæ quæ dicantur, definitur *l. notionem. 99. §. 1. ff. de verb. sign.*

Continentia Romæ Roma sunt, *de quo vide inf. in verbo Roma.*

Contrahere quid sit, definitur *l. Labeo. 19. §. cõtractum. ff. eod. tt. M.I.R. lib. c. 3. reg 1.* Alia definitio proponitur *l. verba contraxerunt. 20. ff. eod. tt. M.I.R. d. reg. 1. & d. lib. 5. c. 14. contrahere.*

Contubernales vnde dicti, definitur *l. inde. 184. ff. de verb. sign.*

Coram aliquo facere, quid sit, definitur *l. coram Titio. 209. ff. eod. tt.*

Credere & creditum quid sit, definitur *l. 1. ff. si certum petatur.*

Creditores qui dicantur, definitur *l. creditores. 10. cum duab. legib. seqq. ff. de verb. sign. l. creditor autem. 55. ff. eod. tt. l. is cui 4. in fin. ff. de act. & obligat. item Nouell. c. 4. §. creditorem. M.I.R. d. c. 14. creditores.* Ex his constat, creditorem dici, cui aliquid debeatur ex quacunq; causa. Cuius exceptio prima est; Nisi actio per exceptionem elidi possit. *d. l. 41. d. l. 10. item d. l 55.* Huius exceptionis replicatio est; Nisi dilatoria, non perpetua exceptio actioni obstet. *d. l. 55.* Altera exceptio est; Nisi non pure, sed sub conditione debeatur. approbatur simul & distinguitur *d. l. 4. in prin. ff. de act. & oblig. M.I.R. d. creditores. except. 1.* Declaratur *l. conditionales. 54. ff. de verb. sign.* Tertia exceptio est; Nisi naturaliter tantum debeatur. *d. l. 10.* Quarta; Nisi popularis sit actio. approbatur simul & distinguitur *l. si cui. 12. ff. de verb. sign.*

Cuculla, *M.I.P. d. c. 11. cuculla.*

Culpa magna vel lata, quid sit, *vide sup. lib. 15. c. 2. except. 8. repl. 1. dupl. 1. tripl. 3. item sup. lib. prox. cap. 17. M.I.R. d. c. 14. culpæ.*

Cum commodum erit, quid sit, definitur *l. nepos. 125. ff. de verb. sign.*

Cũ potuero, quid significet, definitur *d. l. 125.*

Cum fari potuerit, quid sit, definitur *l. inter illam. 217. ff. de verb. sign.*

Custodia quid sit, definitur *l. vinculorum. 224. in fin. ff. eod. tt.*

D.

Damnum, *M.I.P. d. c. 11. damni.*

Dare definitur *l. dedisse. 76. ff. de verb. sign.*

Debere & debitor, definitur *l. debitor. 108. ff. de verb. sign.* Alia definitio proponitur *l. pecunia verbum. 178. §. fin. ff. d. tt.*

Decurio definitur *l. pupillus. 239. §. decuriones. ff. eod. tt.*

Derogari legi quid sit, definitur *l. derogatur. 102. ff. de verb. sign.*

Desertus, *M.I.P. d. c. 11. desertus.*

Desinere abesse quid sit, definitur *l. mulieris. 13. §. desinere. ff. eod. tt.*

Desistere quid sit, definitur *l. destitisse. 22. ff. de minorib. 25. annis.*

Detestatio definitur *l. detestatio. 40. in princ. ff. de verb. sign. Concordat l. plebs. 238. §. 1. ff. eod. tt.*

Diaconi, *M.I.P. d. c. 11. diaconi.*

Dies definitur *l. more. 8. ff. de feriis. M.I.R. d. c. 14. dies.*

Dimissoriæ literæ quæ & vnde dicantur, definitur *l. dimissoria. 106. ff. de verb. sign.*

Diœcesis, *M.I.P. d. c. 11. diœcesis. M.I.R. d. c. 14. diœcesis.*

Disiuncta in oratione definiuntur *l. sæpe. 53. ff. de verb. sign. item l. hæc verba. 124. ff. d. tt.*

Dispungere quid sit, definitur *l. cognoscere. 56. ff. eod. tt.*

Diuortium & Repudium in quo differant, *vide sup. lib. 4. c. 8. causa 6.*

Dolia vinaria quæ sint, definitur *l. vinaria vasa. 206. ff. eod. tt.*

Dolus malus, definitur *l. iuris gentium. 7. §. dolo malo. ff. de pactis. Concordat l. 1. §. dolum malum. ff. de dolo malo. M.I.R. d. c. 14. dolus.*

Dolum malum abesse quid sit, definitur *l. hæc verba. 69. ff. de verb. sign.*

Domini appellatione fructuarius quoq; continetur. *l. in venditione. 8. in princ. ff. de rebus iud. auth. possid.*

Domum ducere quid sit, definitur *in l. lege censoria. 203. ff. de verb. sign.*

Donatio quid, definitur *l. alienatũ. 67. ff. eod. tt.* Alia definitio proponitur *l. donari. 82. ff. de reg. iur.*

Donum & munus, in quo differant, definitur *l. inter donum. 194. ff. de verb. sign. Concordat l. munus. 214. ff. eod. tt.*

Dum nupta erit, quid significet, definitur *l. boues. 89. §. 1. ff. de verb. sign.*

E.

Edere quid sit, definitur *per ea quæ proponuntur sup. lib. 2. c. 10. de edenda actione, q 2.*

Edere & reddere rationem, in quo differant, definitur *d. l. 89. §. inter.*

Eiecta, *M.I.R. d. c. 11. eiecta.*

Episcopus, *M.I.P. d. c. 11. episcopus.*

Eremodicium est, quando reus contumaciter absens condemnatur. *l. cum quærebatur. 13. in prin. ff. iudicatum solui.*

Eripere quid sit, definitur *l. sed eximendi. 4. in prin. ff. ne quis eum, qui in ius.*

Erro

Erro quis dicatur, *vide sup. lib. 6 c. 12. reg. 2.*

Est & Erit quid significet, definitur *l. verbum Erit. 123. ff. de verb. sign.*

Euidens, *M.I.P. d. c. 11. euidens.*

Exercitus definitur *l. 2. §. exercitum autem. ff. de his qui notantur infamia.* Ratio nominis proponitur *l. 1. §. fin. in fin. ff. de militari test.*

Exhibere quid sit, *vide sup. lib. 7. c. 6. q. 3.*

Exigere quid sit, definitur *l. verbum Exactæ. 187. ff. de verb. sign.*

Eximere quid sit, definitur *l. sed eximendi. 4. in prin. ff ne quis eum, qui in ius vocatus.*

Ex legibus quid sit, definitur *l. nominis. 6. in fin. ff. de verb. sign.*

Exorcista, *M.I.P. d. c. 11. exorcista.*

F.

Fabri lignarij definiuntur *l. ferri. 235. in fin. ff. de verb. sign.*

Facere & factum quid, definitur *l. licet. 58. in prin. ff. eod. tt.* Alia definitio proponitur *l. faciendi. 175. ff. eod. tt.* Item alia *l. verbum Facere. 218. ff. eod. tt.*

Facere non oportere quid sit, definitur *l. facere. 189 ff eod. tt.*

Falsum quid sit, definitur *l. Paulus. 221 ff. d. tt.*

Familia definitur *l. detestatio. 40. §. familiæ. ff. de verb. sign.* Plane quod ibi dicitur de liberis, eius exceptio est; Nisi de familia fœminæ quæratur. *l. familia. 196. ff. eod. tt.* Alia definitio proponitur *d. l. 196 in prin.* Alia *l. pronunciatio. 195. ff. eod. tt.* Item alia proponitur *l. vlt. C. de verbor. sign. M.I.R. d. cap. 14 familia.*

Familia vrbana & rustica quæ sit. definitur *l. vrbana. 166. ff. de verb. signif. Vide item inf. in verbo Vrbana.*

Ferri quid sit, definitur *l. ferri. 235 in pr. ff d. tt.*

Filiæ appellatione non cõtinetur filius *l. si ita. 46. in prin. ff. de leg. 2.*

Filij appellatione nepos quoq; cõtinetur *l. filij. 84. ff. de verb. sign. l. iust. 1. 201. ff. d. tt item l. liberorũ. 220. §. sed & Papyrius. ff. d. tt. M.I.R. d. c. 14. filij. appell.* Cuius definitionis exceptio est: Nisi contraria sit voluntas testatoris vel contrahentis. *d. l. 220.*

Filij appellatione filia quoque continetur. *l. quisquis. 116. ff. de verb. signif. l. Seruius. 122. & l. iusta. 201. ff. eod. tt. item l. si ita. 46. in prin. ibi, nam si ita. ff. de leg. 2. M.I.R d. loco.*

Filij filiave appellatione posthumus & posthuma quoq; continetur. *l. nomen. 164. in princ. ff. de verb. sign. Concordat l. qui filiab. 7. in prin. ff. de leg. 1.*

Filij filiæve appellatione naturales quoq; continentur. *l. Lucius. 90 §. D. ama. in fin. ff. de leg 2.*

Finita quæ dicantur, definitur *l. transacta. 229. cum l. seq. ff. de verb. sign.*

Flamen, *M.I.P. d. c. 11 flamen.*

Florus, *M.I.P. d. c. 11 florus.*

Forum, *M.I.P. d. c. 11 forum.*

Fossa quid sit, definitur *l. vnica. §. fossa. ff. vt in flumine publico nauigare.*

Fratris appellatione soror quoq; continetur. *l. Lucius 9 §. quæsitum est. ff. de leg. 3.*

Fraus quid sit definitur *l. aliud est fraus. 131. in prin. ff. de verb. sign.* Alia definitio proponitur *l. iuris gentium. 7. §. sed si fraudandi in fin. ff. de pactis.*

Fruges definiuntur *l. frugem. 77. ff. de verb. sign.*

Frumentum quid sit, definitur *d. l. 77. §. frumentum autem.*

Fugitiuus quis sit, *vide sup. lib. 6. c. 12. reg. 1. cap. 8.*

Fundus definitur *l. locus. 60. ff. de verb. sign.* Alia definitio proponitur *l. fundi. 211. ff. eod. tt.* Item alia *l. quæstio est. 115. ff. eod.*

Fur quis dicatur, definitur *l. fugitiuus. 225. ff. de verb. sign.*

Furem non esse, & furto noxaq; solutum esse, in quo differant, definitur *l. aliud est. 174. ff. eod.*

G.

Gener quis dicatur, definitur *l. generi. 136. ff. de verbor. sign.*

Generale interdictum, *M.I.P. d. c. 11. generale.*

Gerere & gestum quid sit, definitur *l. Labeo. 19. ff. eod. tt.* Alia definitio proponitur *l. contraxerunt. 20. ff. eod. tt.* Item alia *l. licet. 58. ff. eod. tt.*

Glans quid sit, definitur *l. qui venenum. 236. in fin. ff. eod. tt.*

Glans caduca quid sit, definitur *l. sylua cædua est. 30. §. penult. ff. eod. tt.*

H.

Habere quid sit, definitur *l. nomen. 164. §. fin. ff. de verb. sign.* Alia definitio proponitur *l. id apud se. 143. ff. eod. tt. l. qui actionem. 15. ff. de reg. iur. l. rem in bonis. 52. ff. de acquir. rer. domin. l. minus est. 204. ff. de reg. iuris.* Huius exceptio est: Nisi actio per exceptionem elidi possit. *l. si quis. 115. in fin. ff. de regul. iuris.* Alia definitio proponitur *l. habere. 188. ff. de verbor. sign. Concordat l. stipulatio. 38. §. habere. ff. de verb. obligat.*

Hæreditas definitur *per ea quæ proponuntur supr. lib. 9. c. 1. in prin.*

Hæreditarium æs alienum quid sit, definitur *l. hæreditarium. 7. ff. de rebus iud. author. possid.* Exemplum proponitur in legatorum actione *l. hæreditariarum. 39. ff. de act. & oblig.*

Hæres definitur *per ea quæ proponuntur sup. lib. 9. c. 1. q. 3. reg. 3. & 4.*

Hæresis, *M.I.P. d. c. 11. hæresis.*

Hermaphroditus, vtrum mas an fœmina sit, definitur *l. quæritur. 10. ff. de statu hom.*

Homo quis, definitur *l. hominis. 152. ff. de verb. sign.*

Hostis quis sit, definitur *l. hostes. 118. ff. de verb. sign. Concordat l. hostes sunt. 24. in princ. ff. de captiuis.* Alia definitio proponitur *l. quos nos. 234. ff. de verb. sign.*

I.

Ianuarius, *M.I.P. d. c. 11. Ianuarius.*

Immissum & Proiectum in quo differant, definitur *l. malum. 242. §. inter. ff. de verb. sign.*

Impensæ necessariæ, vtiles & voluptariæ definiuntur *l. impensæ. 79. ff. d. tt. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib. 4. c. 13. q. 1. except. 1.*

Incertus possessor definitur *l. subsignatum. 39. §. fin. ff. eod. tt.*

Incola definitur *l. pupillus. 239. §. incola. ff. d. tt.*

Induciæ definiuntur *l. postliminium. 19. §. induciæ. ff. de captiuis.*

Indicare quid sit, definitur *l. indicasse. 197. ff. de verb. sign.* (*fin. ff. eod. tt.*

In diebus quid sit, definitur *l. inter illam. 217. §.*

Infirmitas, *M.I.P. d. c. 11. infirmitas.*

Ingenui qui dicantur, definitur *Instit. de ingenuis in prin. Concordat l. & seruorum. 5. §. ingenui. ff. de statu hom. item l. quod ex libertina. 11. in princ. C. de operis libertorum.*

Iniquus

Iniquus modius, qui dicatur, definitur *l. Paulus.221.in fin.ff.de verb.sign.*

In itinere fatiendo 20. millia passuum in dies singulos peragenda, definitur *l.itineri.3.ff.eod.tt.*

Inquisitio, *M.I.P..d.c.11.inquisitio.*

Instratum quid sit, definitur *l.instrato.ff. de verb. sign.*

Instructa taberna quid sit, definitur *l. instructam.85.ff.eod.tt.*

Instrumenta quæ dicantur, definitur *l. notionem.99.§.instrumentarum.ff.de verb.sign.*

Integra terra, quæ dicatur, definitur *l.sylua cædua.30.§.integra.ff.eod.tt.*

Integro statu alienatum quid dicatur, definitur *l.2.C.de bonis vacantib.*

Intercalaris mensis definitur *l.cum bis.92.§.fin. ff.de verb.sign.*

Intestatus quis dicatur, *vide sup.lib.10. cap.1.q.1. causa 4.*

Intra diem mortis quid sit, definitur *l. si quis. 133.ff.eod.tt.*

In vinculis esse quid sit, definitur *l. verum est. 216.ff.eod.tt.*

Inuitus quis dicatur, definitur *l filiusfamilias.8. §.inuitus.ff.de procur.*

Iterum quid sit, definitur *l. veluti.7.§.fin.ff.de edendo.*

Iudex, *M.I. P.d.c.11.Iudex.*

Iudicium, *M.I.P.d.c.11.iudicium.*

Iumentorum appellatione boues non continentur. *l.boues.89.in princ ff.de verbor. signif. Concordat l. ædiles aiunt. 38. §. iumentorum. ff. de ædilitio edicto.*

Iure disceptare, *M.I.P.c.11.iure.*

Iurgium, *M.I.P.d.c.11.iurgium.*

Ius quid sit, *vide sup.lib.1.cap.1 q.1. cum duab. seqq. M.I.P.d. c. 11.ius.* Item ius naturale, gentium & ciuile quid sit, *vide d.lib.1.c.4.*

Iustitia, *M.I.P.d.c.11.iustitia.*

Iura prædiorum quid sint, definitur *l. quid aliud.86.ff.de verb.sign.*

Iuxta, *M.I.P.d.c.11.iuxta.*

L.

Lacus definitur *l.1.§. lacus.ff.vt in flumine publico nauig.* Alia definitio proponitur *l. litus.112.in fin. ff. de verb.sign.*

Laici, *M.I.P.d.c.11.laici.*

Lata culpa, quæ dicatur, *vide sup.lib.15.c.2.exc.8. repl.1.dupl.1.tripl.3.*

Lectores, *M.I.P.d.c.11.lectores.*

Legatum quid sit, *vide sup.lib.12.c.1.in prin.*

Legatorum appellatione libertates quoq; relictæ continentur. *l.in generali. 80. ff.de verbor.signif. Concordat l.cum in substitutione.75.ff.de leg.3.*

Leuita, *M.I.P.d.c.11.Leuitæ.*

Lex quid sit, *vide sup.lib.1.c.1.q.4.*

Liberi definiuntur *l. cognoscere. 56. in fine. ff. de verb.sign.l. liberorum.220.in prin.ff.eod. tt. item l.vlt.ff. de pollicitationib.M.I.P.d.c.11.liberi.*

Liberorum appellatione monstrosi partus nõ continentur. *l.non sunt liberi.14.ff.de statu hominum.* Contradicit *l.quæret aliquis.136.ff.de verb.sign.*

Liber populus quis dicatur, definitur *l. non dubito.7.§.liber.ff.de captiuis.*

Libertas definitur *l.libertas.4. in prin. de statu hominum.*

Liberti qui dicantur, *vide sup. lib.6. c.15.in princ.* Alia huiusmodi definitio proponitur *l.liberti.127. ff.de verb.sign.* Alia *l.Scæuola.243.ff. eod.tt.* Item alia *l.Modestinus.105.ff.eod.tt.*

Ligni appellatione, quæ contineantur, definitur *l.carbonum.176.ff. de verb.sign.* Similis definitio proponitur *l.pali.168.ff.eod.tt.* Plura de lignorum definitione *vide sup.lib.13.c.5.reg.11.*

Lis quid significet, definitur *l. litis nomen.36.ff. eod.tt. M.I.P.d.c.11.lis, & Lis mota.*

Litus quid sit, definitur *l.litus.96.ff.de verb.sign. Vide item sup.lib.17.q.3.reg.1.*

Locus quid sit, definitur *l.locus. 60.ff.eod.tt.* Alia definitio proponitur *l.fundi.211.ff.eod.tt.*

Locuples, quis dicatur, definitur *l.quos nos.214. §.locuples.ff.de verb.sign.* Plura de locupletis definitione, *vide inf.cap.prox.in verbo Locuples.*

M.

Magistri & magistratus, qui sint, definitur *l. quibus præcipua.57.ff.de verb.sign.*

Magna culpa & magna negligentia quid sit, definitur *l.magna negligentia.226.ff.eod.tt.*

Maior pars diei quæ, definitur *l.2.in fin.ff.d.tt.*

Maior pars anni, quæ sit, definitur *l.maiore parte.156.ff.eod.tt.*

Malus nauis definitur *l.malum.242. in pr.ff.d.tt.*

Mangones qui, definitur *l.mercis.207.ff.eod.tt.*

Manifestum, *M.I.P. d.c.11. manifestum. M.I.R. d. c.14.manifest.*

Meretrix, *M.I.P.d.c.11.meretrix.M.I.R.d.c.14.meretrix.*

Materfamilias quæ dicatur, definitur *l.pronunciatum.46.ff.eod.tt. Concordat l. deinde ait prætor.3.fin. ff.de liberis exhibendis.*

Materia quid sit, definitur *l.carbonum.167. cum l.seq.ff.de verb.sign.*

Matrix, *M.I.P.d.c.11.matrix.*

Merx, quid sit, definitur *l.mercis.66.ff.eod.tt.* Alia definitio proponitur *l.mercis.207.ff.eod.tt.*

Metropolitanus, *M.I.P.d.c.11.metrop.*

Meum & nostrum quid sit, definitur *l.recte dicimus.25.in prin.ff.de verb.sign. Vide item sup.lib.13.c.4. de suis reb.relictis.M.I.R.d.c.14.meum.* Alia definitio proponitur *l.solum.49. in fin.ff. de rei vendic.* Alia *l. substitutio.42.ff.de acquir.rer.dom.* Alia *l.rem in bonis. 52.ff.d.tt. Concordat l.bonorum appellatio.49.§. in bonis.ff. de verb.signif. item ea quæ proponuntur sup. in verbo Habere.* Alia definitio proponitur *l.quod euincitur.150.ff.de reg.iuris.* Alia *l.omnes actiones.181.in fin. ff.d.tt.* Alia *l.licet.58.in fin.ff.de verb.sign.* Similis definitio proponitur *l.Modestinus.105.ff.d.tt.* Item alia habetur *l.litus.96.in fin.ff.eod.tt.* Plura de significatione vocabuli Meum & Nostrum, *vide inf.in verbo Suum.*

Miles vnde dicatur, definitur *l.1.§.fin.ff. de militari testamento.*

Mille passus, vnde dinumerandi, definitur *l. mille passus.154.ff.de verb.sign.*

Minus soluere quid sit, definitur *l.si cui.12.§.fin. ff.eod.tt.* Alia definitio proponitur *l.minus.32.ff.d. tt. Concordat l.verbum Amplius.82.ff.eod.tt.* Item alia definitio habetur *l.non potest.17.ff.eod.tt.*

Mobilia & mouētia idē sunt. approbatur simul & distinguitur *l.mouentium.93 ff.de verb.sign.*

Moderatio, *M.I.P.d.c.11.moderatio.*

Monachus, *M.I.P.d.c.11.monachus.*

Monu-

Monumentum definitur *l.2.§.monumētum.ff.de religiosis. Concordat l.monumentum.42.ff.eod.tt.*

Morbus quid sit, definitur *l.inter fluprum.101.§. verum.ff.de verb.sign.* Alia definitio proponitur *l.1. §.sed,ciendum.ff.de ædilitio edicto.*

Morbus sonticus definitur *l. morbus. 113. ff. de verb.signif. Concordat l.animi potius.65. §. quoties.ff. de ædilitio edicto.*

Mouētia definiuntur *l.mouentiū.93.de verb.sign.*

Mulcta & pœna in quo differant, *vide sup.lib.1. c.4.q.2.*

Mulier definitur *l.mulieris.13.in princ.ff.de verbor. sign.M.I. P.d.c.11.mulier.*

Municeps quis dicatur, definitur *l.munus.18.in fin.ff.d.tt.* Item definitur *l.municipes.228.ff.eod.tt.*

Munimentum sepulchri definitur *l.funeris.37. §.munimentum. ff.de religiosis. M.I.R. d. cap. 14. monumentum.*

Munus definitur *l.munus.18.ff. de verb.sign.* Alia definitio proponitur *l.inter donum.194.& l.munus. 214.ff.eod.tt.*

Munus publicum definitur *l.pupillus.239.§.munus.ff eod.tt.*

Mysterium, *M.I.P.d.c.11.mysterium.*

N.

Natus *M.I.P.d.c.11.natus.*

Negationes duæ quid significent, definitur *l. duobus.237.ff.de verb.sign.*

Negotiator, *M.I.P d.c.11.negotiator.*

Negotium, *M.I.P.d.c.11. negotium.*

Nomen quid significet, definitur *l.nominis.4. ff.eod.tt.* Alia definitio proponitur *l.nominis & rei. 6.in prin.ff.eod.tt.*

Nostrum quid dicatur *vide sup.in verbo Meum.*

Notio definitur *l.notionem.99. in prin.ff.de verb. sign.* Alia definitio proponitur *l.ait prætor.5. in prin. ff.de re iudicata.*

Noualis terra quæ dicatur, definitur *l.sylua cædua. 30. §. nouali.ff. de verbor. signif. M.I.P. d. cap. 11. nouale.*

Noxa definitur *l.plebs.238. §.fin.ff. de verbor.signif. Concordant ea quæ proponuntur sup.lib.23. c.2. q.2. except.15.in prin.*

Noxa solutus quis dicatur, *vid.sup.lib.18.c.12.q.3. causa 3.*

Nurus definitur *l. nurus.50.ff. de verb.sign.*

O.

Oblatio, *M.I.P.d.c.11.oblatio.*

Ope, consilio, quomodo intelligendum, definitur *l.sæpe 53.§.fin.ff.de verb sign.*

Opere legato vel conducto, quid veniat, definitur *l.rei appellatio 5.in fin.ff.eod.tt.*

Oportebit verbum quid significet, definitur *l.verbum Oportebit.8.in princ.ff.d.tt.* Alia definitio proponitur *l.verbum Oportere.37.ff.eod.tt.*

Oppidum vnde dictū, definitur *l.pupillus. 239. §.oppidum.ff.eod.tt.*

Opprobrium definitur *l.probrum.42 ff.d.tt.*

Optimus maximusq; quid sit, definitur *l. quivti.90.l.si cum fundum.126. & l. non tantum.169 ff.d. tit.* Alia huius loci regula proponitur *l. illa verba. 161.in prin.ff.eod.tt.*

Ornamentum quid comprehendat, definitur *l.signatorius.74.ff.de verb. signif.*

Ostentum definitur *l.ostentum.38.ff.eod.tt.*

Ostiarius, *M.I.P.d.c.11.ostiarius.*

P.

Pactum, *vide sup.lib.15.c.14.in prin.*

Palam quid sit, definitur *l.palā.33. ff. de verb.sign.*

Palam corpore quæstum facere, quid sit, definitur *l.palam.43.in pr.n vsq; ad §.lenocinium. ff.de ritu nuptiarum.*

Pali definiuntur *l.carbonum.168.ff.de verb.sign.*

Parens definitur *l.appellatione.51.ff.eod.tt.*

Parere definitur *l.anniculus.132.§.fin.ff.eod.tt.*

Paries definitur *l.paries.157.ff.eod.tt.*

Pars quid significet, definitur *l.recte dicimus. 25. §.fin.ff.de verb.sign.*

Patriarcha, *M.I.P.d.c.11.patriarcha.*

Partus definitur *l.partum.26.ff.de verb.sign.*

Patris appellatione auus quoq; continetur. *l. iusta.201.in fin ff.eod.tt. M.I.P.d.c.11.pater.*

Paterfamilias quis dicatur, definitur *l. pronunciatio.195.§.pater autem,ff.de verb.sign.*

Patroni appellatione quid significetur, definitur *l patroni.52 ff.eod.tt.*

Peccatum, *M.I.P.d.c.11.peccatum.*

Pecunium definitur *l.liber.182.ff.eod.tt.*

Pecunia definitur *l.pecuniæ.178. in prin.ff.de verb. sign. Concordat l.pecunia.222.ff.d.tt.* Alia definitio proponitur *l.propemodum. 88. ff. d.tt. l. cum stipulamur.97.ff.eod.tt.* Item alia *l.rei appellatio. 5.in prin.ff. eod.tt.M.I.P.d.c.11.pecunia.*

Pecus definitur *l.ædiles aiunt. 38. §. iumentorum. ff.d. ædilitio edicto.*

Pedagium, *M.I.P.d.c.11.pedag.*

Pellex definitur *l.Massurius scribit.144. ff. de verb. signif.*

Penes te, quid sit, definitur *l.penes te.63.ff.d.tt.*

Perfectum definitur *l.1 ff.de origine iuris.*

Perficere quid sit, definitur *l.ædificia.139.in fin.ff. de verb.sign.*

Perire quid sit, definitur *l.Marcellus.9.ff.d.tt.*

Pernoctare quid sit, definitur *l. vrbana familia. 166.in fin.ff.eod.tt.*

Persequi & Persecutio definitur *l. quibus præcipua.57.in fin.ff.eod.tt.*

Persecutio actio est *l.actionis verbo.34.ff.d.tt.*

Perticæ definiuntur *l.pali.168.ff.d.tt.*

Pertinere quid significet, definitur *l. verbum illud.181.ff.d.tt.* Alia definitio proponitur *l.sciendum est.70.§.fin.ff.eod.tt.Concordat l.plura delicta.52. §.fin.ff. de action. & obligat. M.I.R. lib.5. cap.14.pertinere.*

Peruenire quid sit, definitur *l aliud est capere.71. in prin.ff. de verb.sign.Concordat l. nomen filiarum.164. §.fin.ff.eod.tt.* Huius exceptio proponitur *l.peruenisse.171.ff.eod.tt.* Alia definitio proponitur *l.peruenisse.165.ff eod.tt.*

Petitio definitur *l.pecuniæ verbum. 178.§.actionis. ff.eod.tt.*

Pignus vnde dicatur, & differentia eius ab hypotheca proponitur *sup.l.b.17.c.10.*

Plebs definitur *l.plebs. 238. in prin. ff.de verbor.significat.*

Pluralis locutio, *M.I.P.d.c.11.pluralis.*

Plurisve quid significet, definitur *l.hæc adiectio. 192.ff.eod.tt.* Alia definitio proponitur *l. hæc enunciatio.232.ff.eod.tt.*

Pœna quid sit, *vide sup.lib.1.c.14.q.2.*

Pontifex. *M.I.P.d.c.11.pontifex.*

Portari quid sit, definitur *l.ferri.235.ff.eod.tt.*

Portio

Portio definitur l. nomen filiarum.164.§.1.ff.d.tt.

Portus definitur l. portus.59.ff.de verb.sign.

Possessio definitur l. quæstio est.115.§.possessio.ff. eod.tt. Alia significatio proponitur l.interdum.78. ff.eod.tt. Plura de definitione possessionis, vide sup. lib.7.c.14.

Posteri, M.I.P.d.c.11.posterorum.

Posthumus filiorum appellatione cōtinetur. l.nomen filiarum.164.in prin.ff.de verb.sign.

Post diem decimum calendarum, quid significet, definitur l.anniculus.132.§.ante.ff.d.tt.

Postliminium quid sit, vide sup.cap.prox.in prin.

Postquam fari potuerit, quid sit, definitur l.inter illam.217.in prin.ff.eod.tt.

Potestas definitur l.potestatis.215.ff.d.tt.

Pratum definitur l.pratum.31.ff.de verb.sign.

Præcentor, M.I.P.d.c.11.præcentor.

Prædium definitur l.quæstio est.115.in fin.ff.d.tt.

Prædia vrbana, quæ sint, definitur l.vrbana prædia.198.ff.eod.tt.

Præpositus, M.I.P.d.c.11.præpositus.

Presbyteri, M.I.P.d.c.11.presbyteri.

Preuaricatores definiuntur l.præuaricatores.212. ff.eod.tt. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib.1.c.17. de præuaricatoribus, q.2.in prin.

Primogenitus, M.I.P.d.c.11.primogenitus.

Probatio, M.I.P.d.c.11.probatio.

Probrum definitur l.probrum.42.ff.de verb.sign.

Processus. M.I.P.d.c.11.processus.

Proiectum definitur l.malum.242.§.1.ff.d.tt.

Pronunciatum definitur l.pronunciatum.46.in prin.ff.eod.tt.

Proprietas interdum possessio dicitur, l.interdum.78.ff.eod.tt.

Prouinciales definiuntur l.prouinciales.190.ff. d.tt.

Proximus quis sit, definitur l.proximus est.92. ff.de verb. signif. l. qui duos.10.§.1. ibi, & proximus.ff.de reb.dubiis.l.proxim.155.ff.de verb.sign. item l.in vulgari.163.in prin.ff.eod.tt.

Psalmista, M.I.P.d.c.11.Psalmista.

Publica quæ sint, definitur l. bona.15.ff.de verb. sign. Concordat l.eum qui.16.ff.eod.tt. Alia definitio proponitur l.inter publica,17.ff.eod.tt. M.I.R.d.c.14. publica.

Publica vectigalia, quæ dicantur, definitur d.l. 17.in fin.

Publicanus definitur d.l.16.

Puer definitur l. illa verba.16.§.pueri.ff.de verbor.sign. Alia definitio proponitur l.pueri.204.ff. eod.tt.

Pupillus definitur l. pupillus est.239.in princ.ff.de verb.sign. Alia definitio proponitur l.non est pupillus.162.ff.eod.tt.

Q.

Quæstor, M.I.P.d.c.11.quæstor.

Quanti ea res est, quid sit, definitur supr.lib.15. c.6.reg.2.

Quis definitur l.1.ff.de verbor.sign.l.pronunciatio. 195.in prin.ff.eod.tt.itē l.qui duos.60.ff.de leg.3. M.I.R. d.c.14.quis.

R.

Recte præstari quid sit definitur l. aliud est.71. in fin.ff.de verb.sign.

Recte restitui, quid significet, definitur l. hæc verba.73.ff.d.tt.

Reddere quid sit, definitur l. verbum Reddendi 94.ff.d.tt. Concordat iisdem verbis l. cum quidam.21. in fin.ff.de leg.2.

Reddere rationes quid sit, definitur l. boues. 89.§.inter.ff.de verb.sign. Concordant ea quæ proponuntur sup.lib.14.cap.3.condit.8.reg.1. M.I.R. d.c.14.rationes redd.

Regula definitur l.1.ff.de reg.iur. de qua re vide sup. cap.prox.in prin. Accedit M.I.P.d.c.11.regula.

Reliquerunt quid significet, definitur l.hoc sermone.3.§.verbo.ff.si libertus ingenuus esse dicatur.

Reliqui quid sit, definitur l. potest.93.ff.de verb. sign. Concordat l.cæterorum.160.ff.d.tt.

Repudium quid sit, vide sup.lib.4.c.8.causa 6.

Res definitur l.res appellatio.5.in prin.ff.de verbor. sign. Concordat l.1.in fin.ff.si certum petat. Alia definitio proponitur l.nominis.6.in prin. ff.de verb.signif. M.I.R..d.c.14.res. Alia l.rei.23.ff d.tt. Item alia l.appellatione.72.ff.eod.tt.

Restituere quid sit, definitur l.restituere.35. l.restituere.75.l.cum prætor.81.l.vlt.§.fin.item l.plus est.22. ff.d.tt.l.in condemnatione.133.§.1.ff.de reg.iur.item l.videamus.38.§.in Fauiana.ff.de vsuris & fructib. Alia definitio proponitur l.2.§.penult.ff. ne quid in loco vel itinere publico.

Reus, M.I.P.d.c.11.reus.

Roma definitur l.2.in prin.ff.de verb.sign.l.Alphenus.87.l.ædificia.139.l.qui in continentibus.147. item l. mille passus.154.ff.d.tt.

Rustica familia definitur l.vrbana.166.ff.d.tt.

Ruta cæsa, quæ dicantur, vide sup. lib.18. cap.11. reg.31.

S.

Sacerdos, M.I.P.c.11.sacerdos.

Sacramentum, M.I.P.d.c.11.sacramentum.

Sacrificium, M.I.P.d.c.11.sacrificium.

Satisacceptio definitur l.stipulationum.5.§.satisacceptio.ff.de verb.oblig.

Satisdatio quid sit, vide sup.lib.2.c.12.q.1.

Satisfactio definitur d.§.satisacceptio. Concordant ea quæ proponuntur sup.lib.7.c.12.caus.4.in prin.M.I.P. d.c.11.satisfactum.

Scena.l.2.ait Prætor.ff.de his qui notant.infam.

Secundum, M.I.P.d.c.11.secundum.

Sepulchrum, l.2.sepulchrū, ff.de religiosis. Concordat l.prætor ait.3.§.sepulchri.ff.de sepulchro violato.

Sequester, l.sequester.109.ff.de verb.sign.

Seruus quid significet, definitur l. detestatio. 40.§.1.ff.eod.tt. Concordat l.inter stuprum.101.§.fin.ff. eod.tt.

Vnde dicantur serui, definitur l.pupillus.§.1.ff. eod.tt. Concordant ea quæ proponuntur sup. lib.6.cap.1. quæst.2.

Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.l.signatorius.74.ff.de verb sign.

Sylua cædua definitur l.sylua cædua.30.in prin.ff. eod.tt.

Sylua pascua, d.l.30.§.fin.

Singularis numerus interdū sumitur pro numero plurali.l.in vsu iuris.158.ff.de verb.sign.

Socer & Socrus definitur l.soceri.146.ff.d.tt.

Sodales definiuntur l.sodales.4.in prin.ff.de collegiis & corporibus.

Solarium, l.2.§.si quis nemine, ibi. sic enim vectigal. ff.ne quid in loco vel itinere publico fiat.

Soluendo esse quis dicatur, definitur l.soluēdo, 114.ff.

de verb.signif. Alia definitio proponitur l. nemo dubitat.95.ff.de reg.iuris.

Solutio definitur supr.lib.24.c.5.q.1.

Solutum matrimonium l.cum quærebatur.402. ff.de verb.signif.

Solutus quis dicatur, definitur l.solutum.48.ff. de verb.signif.

Sonticus morbus definitur l.morbus.113.ff.d.tt.

Sortilegi, M.I.P.d.cap.11.sortilegi.

Spado, l.spadonum.128.ff.d.tt.

Speciosæ personæ quæ dicantur, definitur l. speciosas.100.ff.de verb.signif.

Sponsio definitur l.sponsio.7.ff.d.tt.

Stagnum l.1.§.stagnum.ff.vt in flumine publico nauigare liceat.

Statio l.1.§.stationem.ff. de fluminibus, ne quid in flumine.

Statutum l.pronunciatum.46. in pr.ff. de verbor. signific.

Stipendium l.ager.27.ff.eod.tt.

Stipula illecta l.sylua cædua.30.§.1.ff. de verbor.significat.

Stuprum l.inter stuprum.101.in prin.ff.d.tt.

Subdiaconi, M.I.P. d.cap.11.subdiaconi.

Subdisiunctiua definiuntur l.hæc verba.124.§. subdisiunctiui.ff.eod.tt.

Subsignatum definitur l.subsignatum.39.in prin. ff.eod.tt.

Suburbanum l.si prædium,16.in prin. C.de prædiis minor.

Succentor, M.I.P.d.cap.11.succentor.

Superstes l. quod dicimus.231.ff.de verb.signif.

Supremus l.proximus.92.ff.eod.tt. Vide item supr. in verbo Proximus.

Suum l. pupillus.239.§.fin ff.de verb.signif.M.I.P. d.cap.11.sui clerici.

T.

Taberna definitur l.tabernæ.183.cum l.sequente. ff.de verb signif.

Taberna instructa l.instructam.185.ff.d.tt.

Tabernacula vnde dicantur, definitur l. vnde tabernacula.184.ff.eod.tt.

Telum definitur supr.lib.1.cap.25.quæst.1.caus.2.

Ter enixa quę dicatur, definitur l.ter enixa.137. ff.de verb.signif.

Terra noxalis & integra quæ dicatur, definitur l.sylua cædua.30.§.noualis, & §.integra.ff.d.tt.

Territorium definitur l.pupillus.239.§.penultim. ff.eod.tt.

Testis, M.I.P.d.cap.11.testis.

Tignarii fabri qui dicantur, definitur l.ferri. 235.in fin.ff.eod.tt.

Tignum definitur l.tigni.62.ff.eod.tt. Vide item supr.lib.23.cap.3.quæst.2.

Toga vnde dicta sit, definitur l.tugurii.180.ff. de verb.signif.

Totum definitur l.recte dicimus.25.ff.d.tt.

Transacta definiuntur l.transacta.229.cum l.sequente.ff.de verb.signif.

Transfuga definitur l.postliminium.19.§.transfuga.ff.de captiuis.

Tributum vnde dicatur, definitur l.ager.27.ff. de verbor.signif.

Tugurium definitur l.tugurii.180.ff.eod.tt.

Tuorum appellatione actiones quoque continentur.l.meorum.91.ff.de verb signif.

V.

Vasa vinaria definiuntur l.vinaria.206.ff.de verbor.signif.

Vates, M.I.P.d.cap.11.vates.

Venenum definitur l.qui venenum.236.ff.

Venire diem quid sit, definitur l.cedere diem 213 ff.eod.tt.

Vestis definitur l.vestis.127.ff.eod.tt. Alia definitio proponitur l.instrato.45.ff.eod.tt.

Via definitur supr.lib.8.cap.6.

Vicium definitur l.inter stuprum.101.§.verum. ff.d.tt.

Victus l.verbo Victus.43.cum l.seq.l.instrato.45.ibi: in victu.item l.quos nos,234.in fin.ff eod tt.

Vidua definitur l.malum.242.§.viduam.ff.d.tt. M.I.P.d.cap.11.vidua.

Villa l.fundi.211.ff.eod.tt.

Vinctus l.verum est.126.ff.eod.tt.

Vincula quæ sunt, definitur l.vinculorum.224. ff.eod.tt. Alia definitio proponitur d.l.216.

Virilis definitio proponitur l. virilis.145.ff.de verbor.sign.

Viuere quid sit, definitur l.quos nos.234.in fin. ff. eod.tt. Concordant ea quæ proposita sunt supra, in verbo Victus.

Voluntas, M.I.P.d.cap.11.voluntas.

Vota pro principe quando suscipiantur, definitur l.si calumnietur.233.§.1.ff.eod.tt.

Vrbs definitur l.2.in prin.Dig.d.tt. Concordat l. Alphenus.87.in pr.ff.eod.tt. Vnde dicatur definitur l.pupillus.239.§.vrbs.ff.eod.tt.

Vrbana familia quæ dicatur, definitur l.vrbana.166.ff.d.tt. Exemplum proponitur l.is qui.210. ff.d.tt.

Vrbana prædia quæ dicantur, definitur l.vrbana.198.ff.eod.tt. Alia definitio proponitur l.fundi. 211.ff.eod.tt.

Vruare quid sit, definitur l.pupillus.239.§.vrbs.ff. eod.tt.

Vruum definitur d.§.vrbs.

Vsura fructus non est. l.vsura pecuniæ.121.ff.de verbor.signif.

Vsusfructus definitur supr.lib.7.cap.26.

Vsu suo quid sit, definitur l.in lege censoria.203 ff.eod.tt.

Vtiles dies qui sint, definitur l. miles.11.§.quidam.ff.ad l.Iul.de adulteriis.

Vua definitur l.qui fundum.205.ff.d.tt.

Vulgo quæsitus quis dicatur, definitur l. vulgo 23.ff.de statu hominum. Hactenus de verborum significationib. Sed plures huiusmod i definitiones vide passim in suis locis, vt supr.eod.cap.in prin. ostendi.

DE REGVLIS IVRIS.

CAP. XIX.

ANtequam regulas iuris ordine proponamus sciendum est, quod hoc loco regulæ appellatione contineatur. Definitur autem regula l.1. ff.de reg.iuris, hisce verbis: Regula est, quæ rem quæ est, breuiter enarrat: non vt ex regula ius sumatur, sed vt ex iure quod est, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quasi causæ coniectio: quæ simul cum in aliquo viciata est, perdit officium suum. Hisce verbis quid regula sit, definitur, quæ defini-

definitio ſatis obſcura eſt, & ab ipſo Accurſio parum intellecta. Sane omnis lex regula recte dici poteſt. *l.2.§.ſed & philoſophus. ff de legibus.* Nam ita dicitur, legem oportere iuſtorum & iniuſtorum regulam eſſe. Sunt enim leges nihil aliud quam regulæ actionum humanarum. Sed hoc loco regula aliter ſumitur: quia ex legibus ius ſumitur, hoc eſt actio, exceptio & replicatio. Siquidem actio nihil aliud eſt quam ius, hoc eſt facultas à lege conceſſa perſequendi quod ſibi debetur: exceptio ius defendendi reum, & excludendi actionem: quemadmodũ & replicatio ius eſt elidendi exceptionem. quæ omnia iura ſumuntur ex legibus. At in definitione propoſita dicitur, non ex regula ius ſumi, ſed ex iure quod eſt, regulam fieri. Ex quibus apparet, Edicta prætorum, Senatuſconſulta, & alias huiuſmodi leges propoſita definitione non contineri. Regulæ itaque appellatione hic ſignificantur prima iuris principia, ſeu generaliſſimæ quædam ſententiæ, quales in ſua arte Dialectici Maximas vocant. Ideoq; poſitum in definitione vocabulum Breuiter pro Generaliter interpretandum eſt. Siquidem qui genus dicit, plures & varias ſpecies ſub eo comprehenſas breuiter complectitur. Ex hiſce generaliſſimis ſententiis ius agendi non ſumitur, quãuis ex iure agendi iſtæ colligi poſſint. Sit exempli gratia regula hæc: Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l.non debet.74.ff.de reg.iuris.* Iam ſi quis iudicii mutandi cauſa rem alienauerit, quo actori potentiorem aduerſarium ſubſtitueret: facit eius conditionem duriorem. ideoque in regulam propoſitam committit. At ex regula iſta non datur actori actio ad id quod in fraudẽ ſuam geſtum eſt, reuocandum: ſed ex edicto Prætoris, quod ratione iſtius regulæ ſiue maximæ de cauſa propoſita ſpecialiter factum eſt. *de quo l. 1. cum legibus ſequentibus. ff. de alienatione iudicii mutandi cauſa facta.* Si enim ex iſta regula quæ ex naturali iure deſcendit, actio daretur, edictum prætoris ſuperuacuum eſſet: quod dictu eſt abſurdum, *l.in cauſa. 16.in prin. ff. de minor.25.annis.* Et alibi oſtendi, ex mero iure naturali, niſi iure ciuili adiuuetur, non dari actionem. Sic & *l. ſi ſeruus.63.§. quod vero. ff. de furtis.* dicitur, Nemini ſuum officium debere eſſe damnoſum. quæ regula, etſi naturali iure ſubſiſtit: tamen ex ea non ſumitur ius agendi negociorum geſtorum, ſed ex edicto Prætoris. *l.1. ff. negociorum geſtorum.* Idem de aliis actionibus dicendum, quæ licet iuſtiſſimis rationibus nitantur, non tamen ex iis competunt, ſed ex legibus quibus ſpecialiter ſunt introductæ. Similis ratio eſt exceptionum. Nam exceptio Senatuſconſulti Macedoniani, licet optima ratione ſit introducta: tamen ante Senatuſconſultum illud, quamuis eadem ratio eſſet, non dabatur. Idem de exceptione Senatuſconſulti Velleiani & aliis dicendum eſt. Sed & de replicationibus, quę & ipſæ nihil aliud ſunt, quam exceptionum exceptiones, nec non de duplicationibus & triplicationibus idem dicendum. Nec enim hæ ex rationibus generalibus ſeu regulis vel maximis ſumendę ſunt, ſed ex legibus de iis ſpecialiter latis, vel ex reſponſis prudentum, quæ & ipſa vim legis obtinent. Hinc Cicero *lib. de Oratore* ſcribit, In iure ciuili deceri nos non infinitis concertationumq; plenis diſputationibus, ſed authoritate nutuque legum. Alioquin ſi deficientibus legibus ſpecialibus, ex generalib. rationibus ſeu regulis (quemadmodum hodie fieri ſolet) exceptiones, replicationes, duplicationes & ſic deinceps ſumamus, & vbi lex non diſtinguit, nos diſtinguamus: nihil habebimus certum in toto iure ciuili. Nihil eſt enim, quod, ſi ingenii neruos intendas, aliqua ratione non poſſit vel confirmari vel labefactari: rationesque rationibus conuelli poſſunt. Quod igitur in definitione propoſita dicitur, Non vt ex regula ius ſumatur: ita accipiendum eſt, Ex iſtis generalibus rationibus ſiue regulis non dari actionem, exceptionem vel replicationem: niſi aliqua ſpeciali lege adiuuentur. Sic Paulus *l. legitima.6. ff. de pactis:* Interdum (inquit) ex pacto actio naſcitur vel tollitur, quoties lege vel Senatuſconſulto adiuuatur. Ecce quamuis nihil tam cõgruum ſit fidei humanæ, quam ea ſeruare quæ inter eos placuerunt, *l.1.in pr. ff. eod. tt.* tamen non aliter Paulus ex pacto actionem concedit, niſi ſpeciali aliqua lege adiuuetur. Quod de aliis omnibus regulis ſiue maximis eſt dicendum. Solent enim regulæ legum rationes eſſe: quo caſu ex regula ius ſumitur, lege ſcilicet interueniente. Porro quod in definitione propoſita dicitur, ſed vt ex iure quod eſt, regula fiat: perinde eſt, ac ſi diceret Iuriſconſultus: Omnis quidem lex regula eſt, ſed non omnis regula lex eſt. Quamuis autem ius actionis, exceptionis vel replicationis ex regulis generaliſſimis ſumendum non ſit: tamen in cæteris quæſtionibus, quarum ius magis exarbitrio iudicis, quam ex legum authoritate pendet (*de quibus in libello meo de iudicandi ratione, cap.9. dixi*) poteſt iudex in decernendo & deficiendo iure cauſæ regulas iſtas ſequi: quemadmodum etiam in facti quæſtionibus, quas & ipſas ex iudicis arbitrio pendere, *in d.c 9.* demonſtraui: cum ſcilicet dubitatur, an & à quo aliquid factum ſit? qua mente? quid præſumendum ſit, &c. quibus caſibus nullæ certæ leges ſpeciales præſcribi poſſunt, quibus veritas indagari queat. Ideoque ex iſtis generalib. regulis licet iudici argumentari, vt quamuis ex iis ius ſumi non poſſit, poſſit tamen præſumptio aliqua ex iis depromi. Hoc eſt quod in definitione propoſita dicitur his verbis: Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quaſi cauſæ coniectio. (Quamuis quidam legant Coniunctio, ſed male) Vult enim Iuriſconſultus innuere, quemadmodum alias in facti quæſtionibus, cum teſtes & inſtrumenta deficiunt, licet ex aliis quibuſcunq; indiciis coniecturam facere: ita quoque cum in dictis cauſis leges certæ ſpeciales deficiant, licere iudici ex regulis generalibus, quaſi ex quibuſdam indiciis, ius cauſæ coniicere, vel aliquid preſumere. Poſtremo in definitione propoſita Iuriſconſultus ait: Quæ ſimul cum in aliquo viciata eſt, perdit officium ſuum. Hoc commune eſt tam regulis generalibus, quam legibus ſpecialibus, vt per exceptiones oppoſitas elidantur: quod hic dicit, Perdit officium ſuum. Quod idem eſt ac id quod alias dici ſolet, Generi per ſpeciem derogari: *l.80. ff. de regulis iuris.* & quod Vlpianus: Omnis definitio (inquit) in iure ciuili periculoſa eſt. rarum eſt enim, vt non ſubuerti poſſit. Ex his patet, regulæ ap-

pellatione in hoc capite contineri ſententias iuris generaliſſimas, non certarum actionũ vel exceptionum leges ſpeciales: & quemadmodum leges ſunt petitionum, exceptionum & ſententiarum in cauſis latarum rationes: ita legum rationes eſſe regulas. patent itẽ harũ regularũ tria propria: primum quidem, quod ex iis ius non ſumatur: alterum, quod ſint quaſi cauſarum coniectiones, per quas ius vel factum in cauſis dubiũ coniicimus: tertium, quod per exceptiones oppoſitas elidantur: quorum hoc poſterius illis cũ cæteris quoq; legibus eſt commune. Hiſce prẽmiſſis, regulas iuris, quæ quidem ſpeciales in iure locos non habent, ſecundum locos communes ordine alphabetico diſpoſitos enumerabimus: quæ autem ſuos in iure locos habent (vt de obligationibus & actionibus, de hæreditatibus tam ex teſtamento quam ab inteſtato, de legatis & fideicommiſſis, de donationibus, de tutelis, de vſuris & fructibus, &c.) eas iam antea ſuis locis ſubiectas, vt ex indice legum Digeſtorum libris ſubiuncto conſtabit, hic omittemus.

A.

Acceſſio.

I. Regula: Non plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in re principali. *Inſtit. de fideiuſſoribus.§. fideiuſſores. M.I.P. lib.5. cap.12. reg.3. M.I.R. lib.5. cap.15. reg.1.* Huius regulæ exemplum habetur *d.§. fideiuſſores.* Aliud proponitur *ſupr. lib.18. cap.3. exc.23.*

II. Regula, Cum principalis cauſa non conſiſtat: plerumque nec ea quidem quæ ſequuntur, locum habent. *l.138. ff. de reg.iuris. Concordat iiſdem verbis l.171. in fin. ff. d.tt. M.I.R.d.cap.15. reg.2.* Exemplum proponitur *ſupr.lib.21.cap.1.q.2 except. 24.* Aliud exemplum habetur *lib. eod.cap.4.q.2.exc.19.* Item aliud *ſupr.lib.17.cap.10.except.15.*

Accipere, *vide infr. in verbo capere.*

Actor & reus.

Fauorabiliores ſunt partes rei conuenti, quam actoris. *de qua regula cum aliis ſimilibus, vide ſupra lib. 2 cap. 6.*

Æquitas.

I. Regula: In iure æquitas præferenda rigori. *l.in omnibus.90. ff. de reg.iuris. Vide item ſupr.lib.1.cap.3. except.5.*

II. Regula: Etſi nihil facile mutandum eſt ex ſolennibus: tamen vbi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſt. *l.143. ff. de reg.iuris. Vide item ſupr.lib.1.cap.2.quæſt.8.reg.2.except.2.*

III. Regula: Æquitas vtrum ad merum ius gentium, an vero cum præceptis ciuilibus ſit æſtimanda, diſſeritur *l. bona fides.31. ff. depoſiti.*

Alienatio.

I. Regula, Qui poteſt inuitis aliquibus alienare, multo magis & ignorantibus & abſentibus poteſt. *l.26. ff. de reg. iuris.*

II. Regula, Cum quis poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam *l.125. ff. d.tt.*

III. Regula, Cui ius eſt donandi, eidem & vendendi & concedendi ius eſt. *l.123. ff. d.tt.*

IV. Regula, Id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. *l.11. ff. d.tt.*

Amiſſio.

I. Regula, Non videtur rem amittere, cuius propria non fuit. *l.83. ff. d.tt.*

II. Regula, Quibus modis adquirimus, iiſdem in contrarium actis amittimus. approbatur *per ea quæ proponuntur ſupr. lib. 7. cap.4. in prin. item lib. 24. cap.5. quæſt.3. in pr. M.I.P. d.cap.12 reg.8.*

B.

Bona fides.

I. Regula: Bona fides in contractibus conſideranda. *l.bonam fidem.4. C. de obligat. & action.*

II. Regula, Bona fides æquitatem ſummam deſiderat. *l.bona fides.31. in prin. ff. depoſiti.*

III. Regula, Bona fides exigit, vt quod conuenit fiat. *l.cum venderem.21. ff. locati & conducti. Concordat l.1. in prin. ff. de pactis.*

IV. Regula, Bona fides contraria eſt fraudi & dolo. *l.ea vero.3.§ fin. ff. pro ſocio. Concordat l. contractus.23. ibi: excepto eo. ff. de reg. iuris.*

V. Regula, Graue eſt fidem fallere. *l.1. in pr. ff. de conſtituta pecunia.*

VI. Regula, Bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. *l.57. ff. de regul. iuris. M.I.P.d.cap.12. regul.13.*

VII. Regula, Bona fides tantundem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quoties lex impedimento non eſt. *l.178 ff. d.tt.*

VIII. Regula: Bonæ fidei non congruit, de apicibus iuris diſputare. *l. ſi fideiuſſor.29.§. quadam. ff. mandati.*

Bonæ fidei iudicia.

Horum regulas & propria vide *ſupr. lib.15. cap.3. quæſt.2. diuiſ.7.*

C.

Capere.

I. Regula, De differentia inter verbum Capere & Accipere, vide *ſup. cap. prox. in verbo Accipere.*

II. Regula, Non videtur quiſquam id capere, quod alii reſtituere neceſſe habet. *l.51. ff. de reg. iuris. Vide ſupra lib.16. cap.3. except.36. repl.1.*

III. Regula, Non videtur perfecte cuiuſq; id eſſe, quod ex cauſa auferri poteſt. *l.181. in fi. ff. d.tt.*

IV. Regula, Si quis obligatione liberatus ſit, poteſt videri accepiſſe. *l.115. in pr. ff. de regul. iuris.* cuius exempla vide *ſupr. lib.15. cap.11. quæſt.6. reg.1. item lib.24. cap.8. replic.8.*

V. Regula, Non poteſt videri accepiſſe, qui ſtipulatus poteſt exceptione ſubmoueri. *d.l.115. in fin. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſupr. lib.24. cap.1. q.12. reg.1. item cap.12. quæſt.4. except.6.*

Caſus fortuitus.

Fortuitos caſus nullum humanum conſilium prouidere poteſt. *l.2.§. ſi eo tempore. ff. de adminiſtr. rerum ad ciuitates pertinent. Concordant ea quæ proponuntur ſupr. lib.15. cap.2. except.8. repl.1. dupl.3.*

Cauillatio.

Proprium cauillationis proponitur *l. ea eſt natura.65. ff. de reg. iuris. Vide item ſupr. cap. proxim. in verbo Cauillatio.*

Cauſæ cognitio.

I. Regula, Vbicunque cauſæ cognitio eſt, ibi Prætor deſideratur *l.105. ff. d.tt. Concordant ea quæ proponuntur ſupr. lib.1. c. 8. q.1. item cap.10. de prætoribus. quæſt.3. reg.1.*

II. Regula: Omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellū expediri non possunt. *l.72.ff. de reg. iuris. Concordat l. nec quicquam.9. §.1.ff. de officio proconsulis.*

Cautio.

Plus cautionis in rem est, quam in personam. *l.25.ff. de reg. iuris. M.I.R. d. cap.15. reg.6.*

Ciues Romani.

In orbe Romano qui sunt, ex constitutione Imperatoris Antonini ciues Romani effecti sunt *l. in orbe.17. ff. de statu hominum.*

Ciuitas.

Ciuitates priuatorum loco habentur. *quæ regula approbatur. l. eum qui.16. in fin. ff. de verb. signif.*

Commoda.

I. Regula, Secundum naturam est, commoda cuiusq; rei consequi eum quem sequuntur incommoda. *l.10. ff. de reg. iuris. Concordat Inst. de contrah. empt. §. sed & si post emption. M.I.P. d. cap.12. reg. 21. M.I.R. d. cap.15. reg. 8.*

II. Regula: Onus ad eum pertinet, qui commodum percepit. *l. si igitur.55. in fin. ff. pro socio. Concordat l. vnica. §. pro secundo, in fin. C. de caducis tollendis.*

III. Regula, Ex qua persona quis lucrum capit, eius factum præstare debet. *De qua regula vide supr. lib.15. cap.5. reg.4. except.9.*

Communio.

I. Regula: Communio discordiæ mater est. *l. cum pater 79. §. dulcissimis, in fin. ff. de leg.2.*

II. Regula: Nemo inuitus compellitur ad communionem. *l. si non sortem. 26. §. si centum. ff. de condict. indebiti.* Plures huiusmodi regulas vide *sup. lib.8. c.24. de rebus cum alio communib.*

Confessio.

I. Regula: Qui tacet, non vtique fatetur: sed tamen verum est, eum non negare. *l. 184. ff. de regul. iuris.*

II. Regula. Nullæ partes iudicis in confitentes sunt. *l. proinde 25. §. fin. ff. ad l. Aquil.*

Consensus & dissensus.

I. Regula, Nihil consensui tam contrarium, quamvis atque metus. *l.116. in pr. ff. de reg. iuris.*

II. Regula, Non videntur consentire, qui errant. *quæ regula approbatur. d. l. 116. §. fin.*

III. Regula. Qui tacet, consentire videtur. *l. item quæritur.13. §. fin. ff. locati & conducti. M.I.P. d. cap. 12. reg.27. M.I.R. lib. 2. cap.11. in verbo Consensus.*

IV. Regula: Aliud est vendere, aliud est vendenti consentire. *l.120. ff. de reg. iuris.*

V. Regula: Naturalis est hominum ad dissentiendum facilitas. *l. item si vnus.17. §. princip. ff. de receptis arbitris.*

Consuetudo.

Tolerabilia sunt, quæ vetus consuetudo comprobat. *l. Imper.13 in fin. ff. de pollicitationib.*

Culpa.

I. Regula: Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti. *l.36. ff. de regulis iuris. M.I.P. d. cap.12. regul. 35.*

II. Regula, Culpa caret qui scit, sed prohibere nō potest. *l.50. ff. d. tt. Cōcordat l. nullū.109. ff. d. tt.*

III. Regula, Eius nulla culpa est, cui parere necesse sit *l. is damnum dat.131 ff. d. tt.*

IV. Regula, Lata culpa dolus est. *l. si fideiussor. 29. in princip. ibi: dissoluta enim. ff. mandati. Concordat l. antepenult. ff. depositi. Vide item supra lib.15 cap.2. except.8. replic.1. duplic.1. triplic.3.* Plures huiusmodi regulas & culpæ species vide *d. replic.1. duplic.3. triplic.2. cum sequentib. item libro 17. cap. 4. quæst. 1. except. 3.*

D

Donare & absoluere.

I. Regula: Nemo qui condemnare non potest, absoluere potest. *l.37. ff. de regul. iuris. Concordant ea quæ proponuntur supr. lib 2. cap.29. exc.11. repl.1.*

II. Regula, Inaudita caua quenquam damnari, æquitatis ratio non patitur. *l.1. in pr. ff. de requirendis reis.*

III. Regula: Satius est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari. *l. absentem.5. in prin. ff. de pœnis.*

Dare & datum.

Non videntur data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis nō fiunt. *l.126. ff. de reg. iur. Concordant ea quæ proponuntur supr. lib.16. cap.6. reg.11.*

Defendere.

I. Regula: Inuitus nemo rem cogitur defendere. *l.198. in pr. ff. de reg. iuris. Vide itē supr. lib.23. cap.2. quæst.2. except.16.*

II. Regula, aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere. *l. itaque si seruum. 4. in prin ff. ad l. Aquiliam.*

III. Regula: Vim vi repellere licet. *l. scientiam. 45. §. qui cum. ff. d. tt.*

IV. Regula: Defendi vxores à viris, non viros ab vxoribus, æquum est. *Inst. de iniuriis. §. patitur. ibi: contra autem. Leges concordantes vide supr. lib. 22. c. 12. regul.9.*

V. Regula, Nemo alienæ rei defensor idoneus videtur sine satisdatione. approbatur *per ea quæ proponuntur supra. lib.2. cap.5. quæst.4. except. 1. in fin. dupl.3. item c.15. q.2. reg. 2. item c.32. quæst.3 except. 4. replic.1.*

Definere.

Non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit. *l.208. ff. de reg. iur. Concordat l. Titio vsusfructus.94. in prin. ff. de condit. & demonstrat.* Exemplum proponitur *d. l.94. in prin.*

Dignitas.

Ex conuersatione æquali contemptus dignitatis nascitur. *l. obseruandum.19. in prin. ff. de officio præsidis.*

Diligentia.

Inter insolentiam inuriosam, & diligentiam non ambitiosam multum interest. *l. si bene 33. ff. de vsuris.*

Dolus & decipere.

I. Regula, Non capitur, qui ius publicum sequitur. *l. nihil consensui, 116. §. penult. ff. de reg. iuris. Concordat l. minoribus. 5. C. de in integr. restit. minor.*

II. Regula, Nemo videtur fraudare eos qui sciunt & consentiunt. approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib.15. cap.2. except.14.*

III. Regula, Dolus est, si quis nolit persequi vel soluere, quod persequi vel soluere potest. *l. dolus est.44. ff. mandati.* Huius regulæ exceptio est: Nisi ignoret quantum soluere debeat. *l. non potest. 99. ff. de reg. iuris.*

IV. Regula: Dolus malus etiam absentis esse potest. *l. prætor ait.4. hoc autem edicto. ff. vi bonorum raptorum.*

V. Regu-

V. Regula: Is qui per iniuriam verberat, dolo facit. *d. l.4. §. penult.*

VI. Regula, Fraudis interpretatio non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur. *l.79. ff. de reg. iuris. Vide item sup. lib.1. c.13. exc.9.*

VII. Regula: Nemini dolus suus debet prodesse. *l. non fraudantur.176. in fin. ff. de reg. iur. l. hominem certum 37. §. si. ff. mandati. l.1. in pr. ff. de dolo malo. item l. si ab hostib.10. §. fin. ff. soluto matrimonio.*

VIII. Regula: Dolus alii quam qui eum admisit, nocere non debet. *l. is qui à debitore.9. ibi: quia dolus. quæ in fraudem creditor.*

IX. Regula, Dolus puniendus, etiamsi ei tantum qui eum admisit, damnosus sit futurus. *l. si procurator.11. §. fin. ff. de doli mali except.*

X. Regula, Alterius circumuentio alii non præbet actionem. *l.49. ff. de reg. iuris.* nec exceptionem. *l. ex hoc edicto.3. §. plane si is, in fin. ff. de eo per quem factum erit.*

XI. Regula, Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non obtemperat. *l.159. ff. d. tt.* Plura de dolo malo vide *supr. 24. cap. 2. item supra eod. lib. cap.3.*

Domus.

I. Regula, Domus cuique sua tutissimum refugium atque receptaculum est. *l. plerique.18. ff. de in ius vocando.*

II. Regula: Nemo de domo sua extrahi debet. *quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur supr. lib.2. cap.7. quæst.3. reg.1. except.1. replic.1.*

III. Regula, Domus constat ex solo & superficie. *l. eum qui 25. in pr. ibi: vt puta cum. ff. de vsucap.*

IV. Regula, Domus pariete medio ædificato in duas diuisa, pro duab. domibus accipitur *l. si quis.6. §. quod in ædibus. ff. communia prædiorum.*

Donatio.

I. Regula: Cuius per errorem dati repetitio est, eius consulto dati donatio est. *l.53. ff. de reg. iur.*

II. Regula, Donari videtur, quod nullo cogente iure conceditur. *l.82. ff. d. tt. Vide item supr. lib. 14. cap.3. quæst. 2.*

Dubia.

I. Regula: In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est eius qui eas protulisset. *l. 96. ff. d. tt. l. alienatio.28. §. fin ff. de verb. signif. l. Neratius.151 in fin. ff de reg. iuris. Concordant item ea quæ proponuntur supr. lib.2. cap.24. reg.5. M.I.R. lib.5. cap.15. regul. 10.*

II. Regula, Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non lædunt. *l.81. ff. de reg. iuris.* Plures huiusmodi regulas vide *d. cap.24.*

E.

Error.

I. Regula, Error ius facit. *l. 2. §. fin. ff. de supellectile legata.*

II. Regula. Non videntur consentire, qui errant. *l. nihil consensui.116. §. fin. ff. de reg. iuris. Concordant ea quæ habentur supr. lib.15. cap.15. except.15.*

III. Regula, Hi qui nesciunt, ius suum eligentes, id quod putant sibi competere, non amittunt. *l. mater.19. §. cæterū si quis. ff. de in offic. testam.*

Expressa & non expressa.

I. Regula, Aliud iuris est, si quid tacite continetur, aliud, si verbis exprimatur. *l. expressa nocent. 155. Digest. de reg. iuris. M.I.R. d. ca.15. reg.11.* Exemplum proponitur *l. nonnunquam. 50. ff. de condit. & demonstr.* Aliud *l. si ita.64. §. illi si volet. ff. de leg.1.* Huius regulæ exceptio prima est, Nisi quis seruo suo libertatem reliquerit sub hac conditione, Si meus erit. Hæc enim conditio, quamuis expressa non esset, tacite tamen inesset. *l. si intra.45. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* Altera exceptio est: Nisi ab aliquo legatum sit ita, Si hæres erit. nam & hæc conditio tacite inest. *l. si Titio.22. §. quædam. ff. quando dies legati cedat. Itē concordant ea quæ habentur supr. lib. 13. cap.7. reg.1. except.2. replic.4.*

II. Regula: Sæpe credimus defunctum aliquid voluisse, attamen non rogasse. *l. si sponsus.5. §. si quis rogatus. ibi: sæpe n. ff. de donat. inter vir. & vxor.*

F.

Facere & Factum.

I. Regula, Factum infectum fieri non potest. *l. verbum Est.31. ff. de reg. iuris. Concordat l. in bello.12. §. facta. ff. de captiuis.*

II. Regula: Quod quis per alium facit, hoc ipse fecisse videtur. *l.1. §. deiecisse. ff. de vi & vi armata.*

III. Regula, Quod quis per se se facere non potest, id nec per alium potest. *l.2. §.1. ff de administrat. rerum ad ciuitates pertinentium.*

IV. Regula, Qui non facit quod facere debet, videtur facere aduersus ea quæ non facit: at qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere iussus est *l.163. Dig. de reg. iuris.* Exempla huius regulæ vide *supr. eod. lib. cap. 14. quæst. 5. causa. 2.*

Fama.

Falsa rumor non solet obesse. *vlt. ibi: quia tamen falsus ff de hæred. inst.*

Fœmina.

I. Regula, Fœminæ ab omnibus officiis ciuilibus remotæ sunt. *l.2. in prin. Dig. de reg. iuris. Concordant ea quæ proponuntur supr. lib.3. cap.37. reg.2.*

II. Regula: In multis deterior est conditio fœminarum quam masculorum. *l. in multis.9. Dig. de statu hominum.*

III. Regula, Mulier familiæ suæ & caput & finis est. *l. pronunciatio 195. §. fin. Dig. de verb. signif.*

Fructus & lucrum.

I. Regula fructus rei est, vel pignori dari licere. *l.71. Dig. de reg. iuris.*

II. Regula, Species lucri est, ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi adquirere. *l. si pignore.56. §.1. ff. de furtis.*

III. Regula, Omnis fructus non iure seminis sed iure soli percipitur. *l. qui scit. 25. in pr. Digest. de vsuris. Concordat d. l.25. §. in alieno. ibi: quoniam m.*

IV. Regula, Omnes fructus rerum natura hominum gratia comparauit. *l. in pecudum. 28. in fin. Digest. eodem tit.*

V. Regula, Fructus pendentes pars fundi videntur *l. fructus.44. Dig. de rei vendicat.* Reliquas huius loci regulas vide *supr. l. b.15. cap.8.*

Furiosus.

I. Regula, Furiosus nullum negocium contrahere potest. *l. in negociis. 5. Dig. de reg. iuris.*

II. Regula, Furiosi nulla voluntas est. *l. furiosi. 40. Digest. eod. tt.*

III. Regula, Furiosus absentis loco est. *l. vbi non voce.166. §. fin. Digest. d. tt.*

IV. Regula, Furiosus statum & dignitatem in qua fuit, retinet. *l. qui furere.20. ff. de statu hominū.*

G

Genus & Species.

I. Regula: Semper specialia generalibus insunt. *l.189.ff.de reg.iuris. M.I.R. d.cap.15.reg.15.*

II. Regula: Non est nouum, vt lex specialiter quibusdam enumeratis generale subiiciat verbũ quo specialia complectatur. *l.si seruus.27.§. cum eo plane.ff.ad l. Aquiliam.*

II. Regula: Generi per speciem derogatur. *l.in toto.80.ff.de reg.iuris.M.I.P.d.cap.12.reg.56.*

IV. Regula: Generalis lex vel voluntas defuncti vel conuentio non pertinet ad ea, de quibus special ter cautum est. *l.si peculium.10. in prin.ff. de manumißis testamento. Concordat l.antepen.ff.de pœnis.*

H.

Hæreditas.

Omnis hæreditas, quamuis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur. *l.180. ff.de reg.iuris.* Huius regulæ vsum vide *supr. lib.7. c.12.except.33.replic.2.duplic.2. replic.1.*

Honestum.

I. Regula: Non omne quod licet, honestum est. *l.186.ff.d.tt.*

II. Regula: Semper in coniunctionibus non solum quod liceat, considerandũ est, sed & quod honestum est. *l.127. ff.d.tt.* Quidam pro Coniunctionibus legunt conuentionibus, sed male: siquidem eadem lex ad verbum ponitur *l.42.in pr. ff.de ritu nuptiarum.* quod ineptum esset, si Conuentionibus esset legendum.

I.

Imperium.

Par in parem non habet imperium, *quæ regula approbatur per ea quæ proponuntur supr. lib.2.cap.2.q.1. except.22.*

Impossibile.

I. Regula: Impossibilium nulla obligatio est. *l.145.ff.de reg.iuris. Vide item supr. lib.15.cap. 15.exc.23. M.I.P.d.c.12.reg.58.*

II. Regula, Quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & generaliter quæ contra bonos mores fiunt: nec facere nos posse credendum est. *l.filius.15.ff.de condit.institut.M.I.P.lib.5.cap.5.reg.25. Vide item supr. lib.15.c.15. except.38.*

Impubes, *vide infr. in verbo Pupillus.*

Initium.

I. Regula: Vniuscuiusque contractus & initium spectandum est, & causa. *l.si procuratorem.8. in pr.ff.mandati.l.si id 58. §.filiusfamilias.ff. pro socio. item l.si tamen.12.in fin.ff. ad S.C.Macedonianum.*

II. Regula: Origo potius obligationis, quam titulus actionis considerandus. *l.si filiusfamil. 3.in fin.C.ad S.C.Macedonianum.*

III. Regula: Quod initio vitiosum est, tractu temporis conualescere non potest. *l.29.ff.de regul.iuris l.omnia.201.ff.eod.tt.Concordant ea quæ habentur supr.lib.9.c.15.replic.8. M.I.P.lib.5.c.12.reg.60.*

IV. Regula: Quod initio vitiosum non est, ex post facto non vitiatur. *l.in ambiguis 85.ff. d.tt.M.I. P.d.cap.12.reg.62.* Plane habet hæc regula plures exceptiones quam exempla: vt in obligationib. *de quo vide supr.lib.16.c.3. de exceptionibus aduersus stipulationem ex consequentibus eam.* In hæredum institutionibus, in legatis & fideicommissis: *vt supr. in suis locis passim est demonstratum.*

V. Regula: Cuiusque rei potissima pars principium est. *l.1.ff. de orig.iuris.*

Interesse.

Huius loci regulas vide *supr. lib.15. cap.6.reg.1.*

Iudex.

I. Regula, Pertinet ad officium iudicis, lites deminuere. *l.quidam.21.in fin.ff.si certum petatur.*

II. Regula, Factum à iudice, quod ad officium eius non pertinet, ratum non est. *l.129.ff.de reg.iuris. Concordant ea quæ proponuntur supr.lib.2.c.29. q.3.except.11. M.I.P.d.cap.12.reg.63.* Plures de iudice regulæ proponuntur *supr.lib.2.cap.2. quæst.2.*

Iudicium.

Iudicium redditur in inuitum. *l. inter stipulantem.83.§.si Stichum.ibi nam stipulatio.ff. de verb. oblig.*

Ius ciuile.

I. Regula, Ius ciuile vigilantibus scriptum est. *l.pupillus.24.§. fin.ff. quæ in fraudem creditor.*

III. Regula: Iura naturalia & sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt. *l.8.ff.de reg.iuris, de qua re vide supr. lib.1.c.3.exc.17. repl.1.item except.3.*

II. Regula: Omnis definitio in iure ciuili periculosa est: rarum est enim, vt non subuerti possit. *l.202.ff.eod.tt.* Plura de hac regula vide *supr. eodem cap.in princ.*

IV. Regula: Non fit excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat, contra eas committit. *l.auxilium.37. §. fin.ff.de minor.25.annis.* Plures huiusmodi regulas vide *supr. lib.1.*

L

Lædere alium.

I. Regula, Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l.74.ff.de reg iur 9.M.I.R.d.cap. 15.reg. 16.*

II. Regula: Nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam. *l.75. ff. d. tt.M.I.P.d.cap. 12.regul. 67.*

III. Regula: Factum cuique suum, non aduersario suo nocere debet. *l.197.in pri .ff.d M.I. P d.cap.12.reg.68.*

IV. Regula: Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem. *l.206.ff d tt. Concordat iisdem verbis l. 14.ff.de condict.indebiti.M.I.P.d.cap.12.reg. 69.*

V. Regula: Naturalis simul & ciuilis ratio suadet, alienam conditionem meliorem, etiam ignorantis & inuiti, nos facere posse: deteriorem non posse. *l.soluendo.38.ff.de negotiis gestis.M.I.R.d.cap.15. regul.17.*

VI. Regula: Bono & æquo non conuenit, aut lucrari aliquem cum damno alterius, aut damnũ sentire per alterius lucrum. *l iure succursum 6.in fin. ff.de iure dotium.*

VII. Regula: Nemo alterius facto debet prægrauari. *l.paterfamilias.42.ff.de hæred.instit. M.I.P.d. cap. 12. reg.70.*

VIII. Regula, Nullum patris delictum innocenti filio pœnæ est. *l.2.§.nullum.ff. de decurionibus.*

IX. Regula, Improbum est, sub occasione sui iuris alteri nocere, & sibi non prodesse. *l.in fundo. 38.§.finge pauperem vers.neque enim maliciis.ff.de rei vendic.l.si cui.9.§.non enim per villam. & l. quoties.15. in prin.ff.de solut.l.1.§.iidem aiunt.vers.prodesse enim & l. 2.§.item Varus, in fin.ff.de aqua pluuia arcenda.l. in creditores.38 ff.de euict.* Plane si sub occasione sui iuris alicui noceat, vt alteri prosit, quamuis nihil sibi

sibi adquirat, ius suum exercere non prohibetur, *exemplo.l.cum in fundo.78.§. ipsius quoque, in fin.ff. de iure dot.* Cuius ratio est, quia species lucri est, beneficii debitorem sibi adquirere. *l.si pignori 56.§. 1.ff.de furtis.* Sed & si ad pœnam alteri infligendam agatur, quæ actori profutura non sit, idem dicendum. *l. vlt.§. fin. ff. quæ in fraudem creditorum.* Quia reipub. interest, ne maleficia maneant impunita. *l.si à reo.70.§. id quod vulgo. vers. nam pœnas. ff. de fideiussoribus.*

Leges.

I. Regula: Simplicitas legibus amica. *Instit. de legitima adgnator.success.§. cæterum ibi: & hæc quidem.* De reliquis huiusmodi regulis vide *supr. in verbo Ius ciuile: item supr. lib.1.*

Libertas.

I. Regula, Libertas inæstimabilis res est. *l.106. item l.non est 136 ff.de reg.iuris.*

II. Regula, Libertas omnibus rebus fauorabilior est. *l. 164.ff.d.tt.*

III. Regula: Liberum corpus non recipit æstimationem. *l.ex hac lege.3.ff.si quadrupes pauperiem. Concordat l.cum liberi. 7. in fin. Digest. de his qui deiecerint.*

Litis contestatio.

Non solet deterior conditio fieri eorum qui litem contestati sunt, quam si non essent, sed plerunque melior. Nemo enim persequendo deteriorem causam, sed meliorem facit. *l. 86.cum l.seq. ff.de reg.iuris. Concordat l. aliam causam.29. ff. de nouationibus.M.I.R.lib.5.cap.15.reg.18.*

Locuples.

I. Regula: Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur. *l.126.ff.de reg.iuris.*

II. Regula, Præposterum est, ante nos locupletes dici, quam adquisierimus. *l.precia.63.ibi: esse autem.ff.ad l.Falcid.*

III. Regula, Locupletior non est factus, qui liberum adquisiuerit. *l.nemo prædo est.168.§.1.ff.de regulis iuris.*

Lucrum.

Species lucri est, ex alieno largiri, & beneficii debitorem sibi adquirere. *l. si pignore. 56. §. 1.ff. de furtis.*

M.

Magistratus.

I. Regula, Quod alium facientem prohibere ex officio necesse habuit, id ipse committere nõ debuit. *l.altius.15.ff. si seruitus vindicetur.*

II. Regula, Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cuiusuis alterius coercitionis ad alium transferre. *l.70.ff.de reg. iuris.* Plura de hac re vide *supr.lib.1. cap. 8.quæst.2. replic. 9. item quæst.3. reg. 3.*

III. Regula, Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri: ne occasio sit maioris tumultus faciendi. *l.136.ff. de reg. iuris.* Plures huius loci regulas vide *supr.lib.1.*

Maleficia.

I. Regula, Pœnas ob maleficia solui, magna ratio suadet. *l.si à reo.70.§.id quod vulgo.ff.de fideiussoribus.l.si ita vulneratus.51.§. quod si quis.ff.ad l.Aquil.item l.eum qui.18.in prin.ff.de iniuriis. M.I.P. lib.1.cap. 7.reg.2.*

II. Regula, Maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguunt. *l.qui iniuriæ.55.in prin.ff. de furtis. Concordant ea quæ proponuntur supr. lib.1.c.13. except.2.*

III. Regula: In maleficiis voluntas spectatur, non exitus: approbatur *per ea quæ proponuntur d.c.13 except.9.*

Matrimonium, *vide infr. verbum Nuptiæ.*

Mulier, *vide supr. in verbo Fœmina.*

N.

Nolle, *vide infr. in verbo Velle.*

Nuptiæ & procreat[illegible] liberorum.

I. Regula, Nuptias non [illegible]ncubitus, sed consensus facit. *l.30.ff.de reg. iuris. Concordant ea quæ proponuntur supr.lib.4.except.6. repl.4.*

II. Regula, Idcirco filios filiasue concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumue diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus. *l.liberorum.220.§.fin.ff. de verb.signif.*

O.

Obligatio.

Nemo ideo obligatur, quia receptũrus est ab alio quod præstitit. *l.130.ff.de reg. iuris. de quo vide etiam supr.lib.15.cap.5.reg.4 except.10.*

Occasio.

I. Regula, Capienda occasio est, quæ præbet benignius responsum. *l.128. ff. d. tt. Concordat l. Adrianus.46.ff.de action. & obligat.*

II. Regula, Melius est occurrere in tempore, quam post exitum vindicare. *l.1. C. quando liceat vnicuique sine iudice.* Similis regula proponitur *l.ideo. 3.ff.de compensationibus.*

Officium.

Nemini officium suum debet esse damnosum. *l.si seruus.63.§. quod vero ad.ibi: multo tamen æquius.ff. de furt.*

Quod alium facientem prohibere ex officio necesse quis habet, id ipse committere non debet. *l. altius. 15 ff. si seruitus vindicetur.*

Onus, *vide supr. in verbo Commodum.*

P.

Pars, *vide infr. in verbo Totum.*

Partus, *vide supr.cap.prox.in verbo Partus.*

Peculium, *vide supr.cap.prox.in verbo Peculium.*

Pœna.

Quod à quoquam pœnę nomine exactum est id eidem restituere nemo cogitur. *l.46.ff.de reg.iur. de qua re vide supr.cap. 8. except.16.item lib.17.cap.20. quæst.4.reg.6. except.1.*

Plus, *vide in verbo Totum.*

Posthumus.

Qui in vtero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur; quanquam alii, antequam nascatur, nequaquam prosit. *l.qui in vtero. 7 ff.de statu hominum. Concordat l.qui in vtero.26.ff.eod.tt.*

Prædo.

Nemo prædo est, qui precium numerauit. *l. 168.in prin.ff.de reg.iuris.*

Præsumptio.

Præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. *l. generaliter.24. §. sed etsi ita, in fin.ff.de fideicomm.libertatibus.*

Prohibita.

Multa legibus prohibentur, quæ tamen, si facta sunt, tolerantur. *gloss.in l. non dubium.5.C.de legibus. Ad hoc allegari solent l. patre furioso. ff. de his qui sui*

sui vel alieni iuris sunt. l. circa. ff. de inoffic. testam. & c. fin. extr. de diuortiis.

Publica vtilitas.

I. Regula, Vtilitas publica præferenda est priuatorum contractibus. *l. 3. C. de primipilo.*

II. Regula Publice non prodest, singulis legum adminicula denegari. *l. vnic. C. de sententia præfectorum prætorio.*

Pupillus.

I. Regula: Impuberes ab omnibus officiis ciuilibus debent abstinere, *l. 2. in fin. ff. de reg. iuris. de qua re vide supr. quoque lib. 3. cap. 27. quæst. 1. reg. 3.*

II. Regula: Pupillus omnia negocia tutore authore agere potest. *l. 5. in fin. ff. d. tt.*

III. Regula: Pupillus pati posse non intelligitur. *l. in eo. 110. §. pupillus. ff. d. tt.*

IV. Regula: Pupillus proximus pubertati doli capax censetur, *l. pupillum, 111. in pr. ff. d. tt.*

V. Regula, Pupillus sine tutoris autoritate nec velle, nec nolle creditur. *l. 149. ff. d. tt.*

VI. Regula: Pupillo dolus tutoris non nocet. *de qua re vide supr. lib. 5. cap. 1. quæst. 8. reg 5. exc. 2.*

R

Renunciare.

Omnes licentiam habent iis quæ pro se introducta sunt renunciare. *l. si iudex. 41. ff. de minor. 25. annis. l. pactum. 46. in fin. ff. de pactis. l. si quis. 29. ibi: cũ alia. C. de pactis. l. si quis. 39. C. de episc. & clericis. Nouell. c. 136. §. sancimus igitur. ibi: propterea quod Concordant item ea quæ proponuntur supr. lib. 15. cap. 15. except. 17. repl. 1.* Huius regulæ exceptiones tot & tales sunt quot & quales enumerauimus *d. cap. 15.*

Renunciatio præsumitur alterius iuris, si quis ex duobus iuris remediis, quæ sibi competunt, vnum elegerit. *l. quod in hæredem 9. §. eligere. cum sua gl. ff. de tributoria actione.* vbi etiam hoc distinguitur. Sed & distinguitur *supr. in verbo Error, reg. 3.*

Reus.

Rei partes fauorabiliores sunt, quam actoris. *de qua regula cum aliis similibus vide supr. lib. 2. cap. 6.*

S.

Seruitus & Seruus.

I. Regula: Seruitutem mortalitati fere comparamus. *l. 209. ff. de reg. iuris. Concordat l. intercidit. 57. §. fin ff. de condit. & demonstrat.*

II. Regula: Seruus non in omnibus domino parere debet, approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib. 1. cap. 13. except. 4. repl. 1.*

III. Regula: Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini. *l. 4 ff. de reg. iuris.*

IV. Regula: Serui iure ciuili pro nullis habentur: secus iure naturali, *l. quod attinet. 32. ff. de reg. iuris.*

V. Regula, Cum seruis nulla actio est. *l. 107. ff. d. tt. de qua re vide supr. lib. 15. cap. 5. reg. 1.*

VI. Regula: In seruilem personam non cadit obligatio. *de qua re vide d. l. b. 15. cap. 2. except. 3.*

VII. Regula: In omnibus officiis, quæ fieri per liberas personas leges desiderant, seruus interuenire non potest. *l. 135 ff de reg. iuris.*

VIII. Regula: Per seruos melior conditio domini, non deterior fieri potest. *l. melior. 175. ff. de regul. iuris.*

IX. Regula: Quod quis dum seruus esset egit, proficere libero facto non potest *l. 188 ff. d. tt.*

X. Regula: Seruus manumissus ex seruitutis actu non tenetur, approbatur simul & distinguitur *per ea quæ proponuntur sup. lib. 6. cap. 10. q. 13. reg. 9.*

XI. Regula: Seruus reipub. causa abesse non potest. *l. vltim. ff. de reg. iuris. M. I. R. lib. 3. cap. 12. regul. 74.* vbi etiam distinguitur. *de qua re dictum supr. c. 5. quæst. 3. caus. 3. except. 8.*

Soluere.

Plus est statim aliquid soluere, minus est post moram soluere. *Institut. de fideiussoribus. §. non solum autem.*

Solum.

Huius loci regula proponitur *l. solum. 49. in pr. ff. de rei vendicat.* vbi Cellus ait: Solum esse partem ædium existimo, nec alioquin subiacere, vti mare nauibus. *Concordat l. eum qui. 23 in prin. ibi: vtputa cũ. ff. de vsucap.*

Species, *vide supr. Genus.*

Stultus.

I. Regula: Non debent melioris conditionis esse stulti, quam periti. *l. Seruus. 4. §. fin. ff. quod vi aut clam.*

II. Regula: Non stultis subuenitur, sed errantibus, approbatur *per ea quæ proponuntur supr. lib. 24. cap. 3. q. 1. except. 2.*

Successor.

I. Regula, Successor non plus iuris habet, quam eius auctor habuit. *l. in omnib. 135. §. fi. ff. de reg. iuris. l. aliud est. 120. §. fin. item l. nemo. 54. ff. d. tt. Vide item supr. lib. 7. cap. 3. quæst. vlt. regul. 1. Sed & concordat l. quod ipsis, 185. ff. d. tt. M. I. R. lib. 5. cap. 12. reg. 101. M. I. R. lib. 5. cap. 15. reg. 26.*

II. Regula, Successor non minus iuris habet, quam auctor. *l. qui in ius. 137. in prin. l. inuitus. 198. §. cum quis. ff. de reg. iuris. Concordant item ea quæ proponuntur supra, lib. 18. cap. 1. quæst. 4. regul. 4. M. I. P. d. cap. 12. reg. 102.*

III. Regula, Successor iustam habet ignorantiæ causam. *l. 4. ff. de reg. iuris. M. I. P. d. c. 12. reg. 103.*

Surrogatum.

Surrogatum recipit naturam eius cui surrogatum est. *l. in duobus. 28. §. 1. ibi: nam quod ir. ff. de iureiurando.*

Suum.

I. Regula, Prodesse sibi vnum quemque, dum alii non noceat, non prohibetur, neq; eo nomine tenetur. *l. 1. § iisdem ff. de aqua & aquæ pluuiæ. Concordant ea quæ proponuntur supr. lib. 7. cap. 24. quæst. 3. except. 12. item lib. 8. cap. 31. q. 2. except gener. 5.*

II. Regula: Nemo sibi ipsi legem dicere potest, à qua recedere non possit. *l. si quis. 22. in princ. ff. de leg 3 Concordat l. quod autem. 7. §. vxori. ibi: quia venditor. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Plures huius loci regulas vide *supr. lib. 8. cap. 24.*

T

Tacens, *vide supra, in verbo confiſsio, reg. 1. in verbo Consensus, reg. 3. & in verbo Expressa.*

Totum & Plus.

I. Regula, In toto & pars continetur. *l. 113. & l. in eo. 110. ff. de reg. iuris. M. I. P. d cap. 12. regul. 104. M. I. R. d. cap. 15. reg 30.*

II. Regula, Quod iuris in toto, idem & in parte. *l. in ratione 30. § diligenter. ff. ad l. Falcidam.*

III. Regula, Toto alienato, perinde est ac si singulæ partes sint alienatæ. approbatur exempl. *l. si chorus. 77. in pr. ff. de leg 3.*

IV. Re-

IV. Regula, Nihil interest, de vniuerso quæratur, an de parte, *l. si seruus. 81. in fi. ff. de adq. hæred.*

V. Regula, Cuius effectus omnibus prodest, eius & partes ad omnes pertinent. *l. 190. ff. de regulis iuris.*

VI. Regula, Non debet cui quod plus est licet, quod minus est non licere. *l. 21. ff. d. tt. Concordat l. relegatorum. 7. §. fin. ibi, est enim. ff. de interdictis & relegatis. item l. de accessionib. 14. vers. nam qui me potior est. ff de diuers. præscrip. M. I. P. d. cap. 12. reg. 105. M. I. R. d. c. 15. reg. 30.*

VII. Regula: Non debet cui quod minus est non licet, quod maius est licere. *d. vers. est enim.*

VIII. Regula: Refertur ad vniuersos, quod publice fit per maiorem partem, *l. aliud est. 120. ff. de reg. iuris.*

IX. Regula, Si gemina arbor sit, & supra terram iunctura eius emineat: vna arbor videtur esse. Sed si id cui iungeretur, non extet: totidem arbores sunt, quot species earũ supra terram sunt, *l. 11. ff. arborum furtim cæsarum.*

V.

Velle & voluntas.

I. Regula, Eius est non velle, qui potest & velle. *l. 3. ff. de reg. iuris.* Huius exemplum proponitur *l. qui potest. 134. in fi. ff. eod. tt.* Aliud *l. qui vetante. 102. in fi. ff. eod. tt.* Item aliud *l. nemo. 37. ff. eod. tt.*

II. Regula, Velle non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini, *l. 4. ff. d. tt.*

III. Regula, Pupillus nec velle nec nolle creditur. *l. 149 ff. d. tt.*

IV. Regula, Furiosi vel eius cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est, *l. 40. ff. d. tt. de qua re vide item sup. lib. 15. cap. 2. exc. 2.*

V. Regula, Ambulatoria est voluntas hominis vsque ad extremum vitæ spiritum, *l. quod si verum. 4. ff. de alimendis legatis.*

Verba & Vocabula.

I. Regula: Natura rerum inductum est, vt plura sint negocia, quam vocabula. *l. natura. 4. ff. de præscript. verbis.*

II. Regula, Verba significandarum rerum gratia reperta sunt, *Instit. de legatis §. siquidem.*

III. Regula, Semper sexus masculinus fœmininum sexum continet, approbatur *per ea quæ proposita sunt sup. cap. proxim. in verbo Quis.*

IV. Regula, Exemplo turpissimum est, fœmnino vocabulo etiam masculos contineri. *l. si ita. 46. in pr. ff. de leg. 2.*

Veritas.

I. Regula, Plus valet quod in veritate actum est, quam quod est in opinione. *Instit. de legatis. §. si quis rem suam.*

II. Regula, Plus valet quod in veritate actum est, quam quod simulate conceptum est, vel scriptum, approbatur *per ea quæ proponuntur sup. lib. 2. c. 18. q. 5. exc. 13.*

III. Regula, Veritas rerum erroribus gestorum non vitiatur. *l. illicitas. 6. §. veritas. ff. de officio præsidis. M. I. R. d. c. 15. reg. 30.*

Vis.

I. Regula, Vi factum quid sit, definitur *l. Quintus Mutius. 73. §. vi factum. ff. de reg. iuris. De quo vide etiam sup. lib. 7. cap. 24. q 3. in pr.*

II. Regula: Vis consentiui contraria est, *l. nihil. 116. in pr. ff. eod. tt.*

III. Regula, Non videtur vim facere, qui iure suo vtitur, & ordinaria actione experitur, *l. factum. 197. §. 1. ff. d. tt.*

Vocabula, *vide sup. Verba.*

Voluntas, *vide sup. Velle.*

Vtile.

I. Regula, Vtile per inutile vitiari non debet *l. 3. §. sed etsi mihi, in fi. ff. de verbor. obligat. Concordat l. 2. ff. de itinere actuque priuato M. I. P. d. c. 12. reg. 109.*

II. Regula: Prodesse sibi vnumquemque, dũ non noceat alteri, licet, *de qua re vide sup. in verbo Suum, reg. 1.*

III. Regula: De vtilitate vide *sup. in verbo Publica vtilitas.*

Vulgo quæsitus.

Vulgo quæsitus matris conditionem sequitur, non patris, *l. cum legitima. 19. & l. lex naturæ. 24. ff. de statu hominum.* Hæc de regulis iuris, sed & plures huiusmodi regulas v de *sup. lib. 1. cap. 2. & 3. lib. 2. cap. 24. lib. 8. cap. 24. lib. 13. cap. 9. lib. 16. ca. 7.* Sed & in aliis locis, puta de hæreditatibus, de obligationibus, de actionibus, &c. vide eiusdem loci regulas speciales. Omnium autem generalissimas regulas cum suis exceptionibus vide in Dialectica mea lib. 2. item in Methodo Regularum iuris.

LIBRI VICESIMIQVINTI, ATQVE ADEO SEPTIMÆ & vltimæ partis Methodi

FINIS.

AD LECTOREM.

QVM in hac Methodo, amice Lector, in allegandis Nouellis constitutionibus secutus sim ordinem nouæ translationis Haloandrinæ, tuque forte veterem translationem eiusque glossam desideres, subieci collationem nouæ ac veteris translationis, quo facilius nouellas constitutiones veteris translationis reperire queas. Si item allegationibus legum non contentus, ipsa legum verba videre malueris, subieci quoque collationem librorum ac capitum huius Methodi cum libris atque capitibus Digestorum meorum, quæ te ad verba textuum in Digestis meis expressa facile deducet.

Vale.

COLLATIO NOVELLARVM CONSTITVTIONVM
veteris & nouæ translationis.

Nouæ.	Veteris.
1, 2, 3, 4, 5, 6	collat. 1. tt. — 1, 2, 3, 4, 5, 6
7, 8, 9, 10, 11, 12	collat. 2. tt. — 1, 2, 3, 4, 5, 6
13	
14, 15, 16, 17, 18, 19, 20	collat. 3. tt. — 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7
21	
22, 23	collat. 4. tt. — 1, 2
24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31	
32, 33, 34	collat. 4. tt. — 3, 4, 5
35, 36, 37, 38	
39	collat. 4. tt. 6
40, 41, 42, 43	
44	collat. 4 tt. 7
45	
46, 47, 48	collat. 5. tt. — 1, 3, 2
49	

Nouæ	Veteris.
50, 51, 52, 53, 54, 55	collat. 5. tt. — 11, 4, 5, 6, 7, 8
56, 57, 58	collat. 5. ti. — 9, 12, 10
59	
60, 61	collat. 5. tt. — 13, 14
62	
63	collat. 5. tt. 15.
64, 65	
66, 67, 68, 69	collatt. 5. tt. — 16, 17, 20, 19
70	
71	collat. 5. tt. 18.
72, 73, 74, 75	collat. 6. tt. — 2, 3, 1, 4
76	
77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85	collat. 6. tt. — 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13
86	collat. 9. tt. 10.
87	
88	collat. 6. tt. 14
89, 90, 91, 92	collat. 7. tt. — 1, 2, 5, 3
93	collat. 8. tt. 2.
94, 95, 96, 97	collat. 7. tt. — 4, 6, 7, 8
98	collat. 8. tt. 1

Nouæ.	Veteris.
99, 100	collat. 7. ti. — 9, 10
101, 102, 103, 104	
105	collat. 4. tt. 3
106	
107, 108, 109, 110	collat. 8. tt. — 3, 4, 5, 6
111, 112, 113, 114, 115, 116, 117	collat. 8. tt. — 7, 8, 10, 11, 12, 9, 13
118, 119, 120	collat. 9. tt. — 1, 2, 3
121, 122	
123, 124, 125	collat. 9. tt. — 15, 5, 4
126	
127, 128	collat. 9. tt. — 7, 14
129	
130, 131, 132	collat. 9. tt. — 11, 6, 12

Nouæ	Veteris.
133	
134	collat. 9. tt.
135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142	
143	collat. 9. tt. 15.
144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158	
159	collat. 9. tt. 8.
160, 161, 162, 163, 164, 165	

COLLATIO LIBRORVM AC CAPITVM METHODI
IVRIS CIVILIS CVM LIBRIS ET CAPITIBUS Digestorum iuris ciuilis.

M.I.C.	D.I.C.
LIB. I.	LIB. I.
cap. 1.	cap. 1. 2. & 3
2	4. 5. & 6.
3	7
4	8 & 9
5	10
6	LIB. II. cap. 1.
7	2 & 3
8	4
9	5
10	6 cum vndecim sequentibus.
11	18 & 19
12	LIB. III. cap. 1.
13	2
14	3 & 4
15	5. 6. & 7
16	8
17	9. 10 & 11
18	12
19	13
20	14
21	15.
22	LIB. IV. cap. 1
23	2
24	3
25	4
26	5
27	6
28	7

M.I.C.	D.I.C.
29	8
30.	9.
LIB. II.	LIB. V.
cap. 1	cap. 1
2	2
3	3
4	4 & 5
5	6. 7 & 8
6	9.
7	LIB. VI. cap. 1.
8	2
9	3
10	4
11	5 & 6
12	7
13	8
14	9
15	10
16	LIB. VII. cap. 1.
17	2
18	3
19	4
20	5
21	6
22	7
23	8
24	9
25	10
26	11

M.I.C.	D.I.C.
27	LIB.VIII.cap.1.
28	2
29	3
30	4
31	5
32	6
33	7
34	8
35	9
36	10.
37	LIB.IX.cap.1.
38	2
39	3
40	4
41	5
42.	6.
LIB.III.	LIB.X.
cap.1.	cap.1.
2	2
3	3
4	4.5.&6.
5	7
6	8.9.&10.
7	11
8	12.&13.
9	14
10	LIB.XI.cap.1.
11	2
12	3
13	4
14	5.&6
15	7
16	8
17	9
18	10
19	11
20	12
21	13
22	14
23	LIB.XII.cap.1.
24	2
25	3
26	4
27	5
28	6.&7.
29	8
30	9
31	10.&11.
32	12.&13
33	14
34	LIB.XIII.cap.1.
35	2
36	3
37	4
38	5.&6.
39	7
40.	8.&9.
LIB.IV.	LIB.XIV.
cap.1.	cap.1.
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8

M.I.C.	D.I.C.
9	9
10	LIB.XV.cap.1.
11	2
12	3
13	4
14	5
15	6
16	7
17	8
18	9
19	10
20	11.
21	LIB.XVI.cap.1.
22	2
23	3
24	4
25	5
26	6
27	7
28	8
29.	9.
LIB.V.	LIB.XVII.
cap.1.	cap.1.
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9.
10	LIB.XIIX.cap.1.&2
11	3
12	4
13	5
14	6
15	7
16	8
17	9
18	10
19	11
20	12
21	13
22.	14.
LIB.VI.	LIB.XIX.
cap.1.	cap.1.
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	LIB.XX.cap.1.
16	2.
17	3
18	4
19	5
20	6
21	7

M.I.C.	D.I.C.
22	8
23.	9
LIB.VII.	LIB.XXI.
cap.1	cap.1
2	2
3	3
4	4
5	5 6.7.8.&9
6	10
7	11.
8	LIB.XXII.cap.1
9	2
10	3
11	4
12	5
13	6.
14	LIB.XXIII.cap.1.
15	2&3
16	4
17	5
18	6
19	7
20	8
21	9
22	10
23	11
24	12
25	13.
26	LIB.XXIV.cap.1
27	2
28	3
29	4
30	5
31	6
32	7
33.	8.
LIB.VIII.	LIB. XXV.
cap.1	cap.1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6&7
7	8&9
8	10
9	11
10	12
11	13.
12	LIB.XXVI. cap.1.
13	2
14	3
15	4
16	5
17	6
18	7
19	8
20	9
21	10
22	11
23	12
24	13
25	14.
26	LIB.XXVII.cap.1.
27	2
28	3
29	4&5

M.I.C.	D.I.C.
30	6
31.	7.
LIB.IX.	LIB. XXXVIII.
cap.1.	cap.1.&2.
2	3
3	4
4	5
5	6
6	7
7	8
8	9
9	10
10	11 &12.
11	13
12	14
13	15
14	16
15	17
16	18
17	19
18	20
19	21
20	22
21	23
22	24
23.	25.
LIB.X.	LIB.XXIX.
cap.1.	cap.1.
2	2&3
3	4
4	5
5	6
6	7
7	8.9.&10
8	11.&12
9	13
10	14
11	15.
12	LIB.XXX.cap.1.
13	2
14	3
15	4
16	5
17.	6.
LIB.XI.	LIB.XXXI.
cap.1	cap.1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6&7
7	8
8	9
9	10
10	11&12.
LIB.XII.	LIB.XXXII.
cap.1.	cap.1.
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6.&7
7	8
8	9
9	10
10	11

M.I.C.	D.I.C.
11	12
12	13.
LIB.XIII.	LIB.XXXIII.
cap.1	cap.1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6 & 7
7	8
8	9
9	10
10	11
11	12
12	13
13	14
14	15
15	LIB.XXXIV. cap.1.
16	2
17	3
18	4
LIB.XIV.	
cap.1	5
2	6
3	7
4	8
5	9
6	10
7	11
8	12
9	13
10	14
11	15
12	16.
13	LIB.XXXV. cap. 1.
14	2
15	3
16	4
17	5
18	6
19	7
20	8
21	9
22.	10.
LIB.XV.	LIB. XXXVI.
cap.1.	cap.1.&2.
2	3
3	4
4	5
5	6 & 7
6	8
7	9
8	10
9	11
10	12
11	13
12	14
13	15 & 16.
14	LIB.XXXVII.cap. 1. & 2.
15	3 & 4
16	5
17	6 & 7.
18	8
19	9
20	10. & 11.
LIB. XVI.	LIB.XXXIIX.

M.I.C.	D.I.C.
cap.1.	cap.1. & 2
2	3
3	4 & 5
4	6
5	7
6	8
7	9
8	10
9	11
10	12
11	13
12	14.
LIB.XVII.	LIB.XXXIX.
cap.1	cap.1.& 2
2	3
3	4
4	5
5	6
6	7
7	8
8	9
9	10.
10	LIB.XL.cap.1.
11	2 & 3
12	4
13	5
14	6
15	7
16	8
17	9
18	10
19	11
20	12
21.	13.
LIB.XVIII.	LIB.XLI.
cap.1.	cap.1.
2	2
3	3 & 4
4	5
5	6
6	7
7	8
8	9
9	10.
10	LIB.XLII.cap.1.
11	2 & 3
12	4 & 5
13	6
14	7
15	8
16.	9.
LIB.XIX.	LIB. XLIII.
cap.1.	cap.1.
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14.	14.

LIB.XX.

M.I.C.	D.I.C.
LIB.XX.	LIB.XLIV.
cap.1.	cap.1.
2	2.& 3.
3	4
4	5
5	6
6	7
7	8
8	9
9	10
10	11
11	12
12	13
31	14
14.	15.
LIB.XXI.	LIB.XLV.
cap.1.	cap. 1. & 3
2	2
3	4
4	5
5	6
6	7
7	8
8	9
9	10
10	11
11	12
12	13
13.	14.
LIB.XXII.	LIB XLVI.
cap.1	cap.1.
2	2 & 3
3	4
4	5
5	6
6	7
7	8
8	9
9	10 & 11
10	12
11	13 & 14
12	15 & 16
13	17 & 18
14.	19.
LIB.XXIII.	LIB.XLVII.
cap.1	cap.1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8

M.I.C.	D.I.C.
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14	14
15	15.
16	16
17	17
18	18
19.	19.
LIB.XXIV.	LIB. XLVIII.
cap.1	cap.1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9 & 10
10	11 & 12
11	13
12	14
13	15
14	16
15	17
16	18
17	19
18	20
19	21
20	22
21.	23.
LIB.XXV.	LIB.XLIX.
cap.1	cap.1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
9	9
10	10
11	11
12	12
13	13
14.	14.
15	LIB.L.cap.1
16	2
17	3
18	4
19	5.

FINIS.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA